Bibl. Jud. 625




<36611162170012
<36611162170012
Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

# BIBLIOTHECA INSTITVTA ET COLLECTA, PRIMVM A CONRADO Geſnero: Deinde in Epitomen redacta, & nouorum Librorum acceſſione locupletata, tertiò recognita, & in duplum poſt priores editiones aucta, per Ioſiam Simlerum: Iam verò poſtremò aliquot mille, cùm priorum tùm nouorum authorum opuſculis, ex inſtructiſſima Viennenſi Auſtriæ Imperatoria Bibliotheca amplificata, per Iohannem Iacobum Friſium Tigurinum.

HABES *hic, optime Lector, catalogum locupletiſſimum omnium ferè ſcriptorum, à mundi initio ad hunc vſque diem, extantium & non extantium, publicatorum & paſſim in Bibliothecis latitantium. Opus non Bibliothecis tantum publicis priuatiſue inſtituendis neceſſarium, ſed ſtudioſis omnibus, cuiuſcunque artis aut ſcientiæ, ad ſtudia melius formanda vtiliſſimum.*



TIGVRI

EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS FROSCHOVERVS, ANNO M. D. LXXXIII.

B S B
MÜNCHEN
Bayerische
Staatsbibliothek
München
Digitized by Google

# ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO D. LVDOVICO PALATINO RHENI, DVCI BAVARIAE, ILLVSTRISSIMI

Principis ac Domini D. FRIDERICI Palatini ad Rhenum Electoris, &c. filio, Domino ſuo clementiſsimo, IOSIAS SIMLERVS Sacrarum literarum in ſchola Tigurina profeſſor, Gratiam & pacem à Deo patre, & Domino noſtro Ieſu Chriſto precatur.

SI MORE inſtitutoq; ſcriptorum noſtri temporis, labores ſtudiorum meorum Celſitudini veſtræ Illuſtriſsime Princeps conſecrare, neminem fore arbitror, qui id mihi vitio vertat. Nam ſi vllo tempore, nunc certè maximè omnium bonæ literæ Principum virorum tutela & patrocinio egent, quorum auctoritate à contemptu, & qui hunc proximè ſequitur interitu vindicari poſsint. Deinde opus ipſum quod Celſitudini veſtræ offero, patrocinio tanti principis, non eſt vt opinor prorſus indignum: offero nanq; Bibliothecam, hoc eſt, tabulam aut catalogum omnium ferè ſcriptorum qui libris editis quacunq; in lingua à mundi exordio ad hanc vſq; diem, nomen aliquod conſecuti ſunt: opus ad inſtituendam Bibliothecam locupletem, & ad vſum bibliothecarum omniū maxime neceſſarium. Porrò ad Principum curam & officium pertinere vt publicæ Bibliothecæ inſtituantur, conſeruentur, & locupletentur, neminem dubitare arbitror, niſi qui religionis & literarum curam à principe alienam eſſe exiſtimauerit. Nam cum neq; religio abſq; literis tradi commodè queat, neq; literæ florere abſq; libris, neutra autem conſeruari & ad poſteros tranſmitti poſsint ſi nulla bibliothecarum cura habeatur, certè qui has adornant, eruditionem & pietatem res aqua & igne magis neceſſarias conſeruant. Ideoq; ab antiquis temporibus potentiſſimorum Regum & Principum opus fuit bibliothecas condere, tanquam caſtella quædam & armamentaria ſapientiæ. Nam apud Perſas quorū maximum fuit imperium, Suſiana bibliotheca celebris fuit, cuius Metaſthenes meminit, & veriſimile eſt hanc conſilio ſapientiſsimi prophetæ Danielis, cuius ſumma fuit authoritas apud reges Perſicos, primum inſtitutā eſſe. In Græcia Piſiſtratus primus omnium Athenis libros diſciplinarum liberalium publice legendos exhibuit. Deinde ipſi Athenienſes numerum librorum ſtudioſius accuratiusq; auxerunt. Verum omnem illam librorum copiam Xerxes Athenarum potitus, vrbe ipſa præter arcem incenſa, abſtulit aſportauitq; in Perſas: ſed multis poſt ſeculis Seleucus rex, qui Nicanor appellatus eſt, eòs libros omnes Athenas referri curauit. Omnium verò locupletiſsimam & celeberrimam bibliothecam inſtituit Ptolemæus Philadelphus, in qua ſeptingenta millia volumina librorum recondita fuiſſe traduntur. Hic maximis ſumptibus ſacros Hebræorū libros in Græcam linguam transferri curauit, atq; hos in ſua bibliotheca repoſuit. Huius ſtudium imitatus eſt Antiochus Magnus, qui & ipſe bibliothecam inſtituit, cui præfuit Euphorion Chalcidenſis poeta. Præterea in Græcorum hiſtorijs celebrantur



Digitized by Google

bibliotheca Pergamena Eumenis Regis, in qua ſupra ducenta millia librorum in hædinis pellibus ſcripta ſeruabãtur: Polycratis Samij: Nicocreontis Cyprij: Chidia, medicorum veterum ſcriptis referta: Ariſtotelea, quam Sylla captis Athenis Romam tranſtulit: Macedonicorum Regum, ab Aemilio Paulo capto Perſeo rege et ipſa Romam tranſlata. Iam verò Romanas veteres Bibliothecas Luculli primum à Cicerone & Plutarcho laudatam, Palatinam à Iulio Cæſare & Octauio Auguſto inſtitutam: Octauiam item, quam Auguſti ſoror & Marcelli coniunx Octauia inſtituit: Vlpiam à Traiano nominatam: Aſinij Pollionis: Sereni Sammonici, quam Gordiano iuniori reliquit, vnde illi primum nominis celebritas parta, quid attinet in exemplum ſubijcere, cum vnius Antonini optimi & laudatiſsimi principis dictum, ſatis oſtendat non tantum quis ipſius animus fuerit, ſed quodnam principum circa Bibliothecas & libros ſtudium eſſe debeat? Ἄλλοι μὲν (inquit) ἵππων, ἄλλοι δὲ ὀρνέων, ἄλλοι θηρίων ἐρῶσιν· ἐμοὶ δὲ βιβλίων ἐκ παιδαρίου δεινὸς ἐντέτηκε πόθος. Atque ne tantum vetera admiremur, potentiſsimi reges Matthias Coruinus Hungariæ, Alphonſus Neapolitanus, & Franciſcus Valeſius Francorum, bello omnes clari, propter Bibliothecas nobiliſsimas magnis ſumptibus & impenſis inſtitutas clariores adhuc euaſerunt. Medeorum nomen nulla res celebrius fecit, quàm quòd exulantes è Græcia Muſas hoſpitio exceperunt, & libris maximo ſumptu tota Græcia & Aſia conquiſitis, non tantum Bibliothecas ornarunt, ſed bonarum artium ſtudia in Italiam ex Græcia aduexerunt. Quòd ſi fortè dicat aliquis artis typographicæ beneficio, optimos quoſque auctores exiguo precio comparari poſſe, ideoque non neceſſe eſſe vt principes immenſis ſumptibus publicas Bibliothecas inſtituant, facilè enim quemuis pro ſua facultate priuatam Bibliothecam idoneam & ſtudijs ſuis ſufficientem poſſe inſtruere: ab hoc qui ita ſentit ego me plurimum diſſentire profiteor. Primum enim videmus veterum auctorum, & præſertim Græcorum & Hebræorum editionem à pleriſque typographis negligi: nam quia multi ſtudia prorſus negligunt, alij fontibus neglectis riuulos & compendia quædam ſequuntur, plerunque fit, vt tarde veteres & optimi libri diſtrahãtur, ideoque à typographis qui tantum præſens lucrum quærunt, negligantur, quare niſi principes viri ſtudiorum tutelam ſuſcipiant, metuendum eſt ne rurſus optimi libri raro publice & non niſi magno veneant. Atque vt ſit magna librorum impreſſorum copia, nihilominus vtile imò neceſſarium eſt extare publicas Bibliothecas veterum librorum manuſcriptorum, & antiquiſsimarum etiam impreſsionum. Sæpenumero enim libri impreſsi mendis ſcatent, partim typographorum negligentia, partim etiam nimia quorundam diligentia, qui quæ non intelligunt mendoſa putant, & temere mutant. Deinde vt maxime mendis careant libri impreſsi, tamen eorum auctoritas nonunquam in dubium vocatur, præſertim in theologicis ſcriptis, de quorũ deprauatione & antiquitus & nunc quoque multi conqueruntur, vere an falſo ipſi viderint: interim in his dubitationibus quis non agnoſcit vtilem eccleſiæ operam nauare, qui antiqua exemplaria in publicis Bibliothecis conſeruant & inſpicienda præbent, quando ad hæc quaſi oracula quædam in huiuſmodi cõtrouerſijs confugere oportet? Porrò hæc laus conſeruatarum bonarum literarum & librorum Clementiſsime Princeps Lu-

Digitized by Google

ceps Ludouice inter veſtræ Illuſtriſs. familiæ ornamenta ampliſsima non infimum locum tenet. Nam vt nunc omittam Carolum Magnum Illuſtriſsimi veſtri generis auctorem, qui & bibliothecam ſingularem in ſuo Palatio inſtituit, et Pariſinam academiam ſtudiorum matrem fundauit, neq; hic cõmemorem ampliſsima ſacerdotum & monachorum collegia, religionis literarum cauſa à maioribus Celſitudinis veſtræ inſtituta & locupletata, ampliſs. Academia Heidelbergenſis quam ſupra 200. abhinc annos Illuſtriſsimus princeps Rupertus ſenior inſtituit, & opibus ac priuilegijs ampliſsimis donauit, poſteri conſeruarũt & auxerunt, vel ſola abundè teſtatur amorem & ſtudium Illuſtriſsimæ familiæ Palatinæ erga bonas literas. Noſtra etiam memoria Illuſtriſsimus princeps Elector D. Otto Henricus, bibliothecam pulcherrimam Hebræis, Græcis & Latinis libris lectiſsimis refertam inſtituit, quam poſtea Illuſtriſsimus & omni laude digniſſimus D. Fridericus Elector C. V. parens conſeruauit & auxit. Quare cum ob has cauſas viginti ferè abhinc annis bibliothecam omnium ſcriptorum, Illuſtriſſimo clariſsimæ memoriæ principi D. Othoni Henrico Electori obtuliſſem, eandem verò nunc innumeris locis recognitam, atq; duplo quàm ante auctiorem denuò in publicum edere conſtituiſſem, Celſitudini veſtræ Illuſtriſsimi principis Electoris primogenito & hæredi, ad quam maiorum exemplo bonarum literarum & ſtudiorum patrocinium ſucceſsionis quodam iure pertinet, eandem denuò inſcribere volui. Huc illud quoq; accedit, quod vix alia Domui principum Germanorum plus debet gens Heluetica, atq; Illuſtriſsimæ familiæ Bauaricæ, cuius amampliſsima in nos beneficia publice extant. Primum enim omnium libertatem noſtram, & cui hæc innititur, fœdera gentis noſtræ Ludouico Imperatori quarto huius nominis accepta referimus: hic enim primum & antiquiſsimũ fœdus Heluetiorum, qui eius auſpicia tum ſequuti & propterea excommunicati fuerant, probauit, atque ampliſsima priuilegia maioribus noſtris largitus eſt, & hanc ipſam Reipub. formam, qua nunc ciuitas Tigurina vtitur, tum primum inſtitutam, Imperiali auctoritate ſanciuit & comprobauit. Poſtea verò cum multi hoſtes Heluetiorum libertatem oppugnarent, Palatini principes ſæpe pacem ex commodo Heluetiorum compoſuerunt: Etenim cum Abbatiſcellani Heluetijs fœderati multis annis graue bellum aduerſus abbatem S. Galli gererent, cui Auſtrij principes, vicina nobilitas, & non pauci vrbes auxilium ferebant, ac fruſtra Heluetij pacem componere conati eſſent, tandem Rupertus Imperator æquis conditionibus dictis, pacem ſanxit. Non multò poſt Ludouicus Bauarus princeps, Baſilienſes cum Auſtrijs principibus, quibus cum bellum gerebant reconciliauit. Poſtea cum bello ciuili graui & diuturno vniuerſa Heluetia arderet, & Tigurina vrbs obſeſſa ab alijs confœderatis ciuitatibus, premeretur, Illuſtriſsimus princeps Ludouicus Palatinus Rheni Elector, &c. omni ratione bellum hoc extinguere conatus eſt. Et quoniam per legatos ſe id vix effecturum arbitrabatur, ipſe anno 1446. Conſtantiam vſq; aſcendit, nec ſumptibus nec vlli labori pepercit, ac non ante conquieuit quàm futuræ pacis firma fundamenta ieciſſet. Poſtea etiam bellum quod cum Sigiſmundo Auſtrio principe Heluetij geſſerunt, vnius Ludouici Bauari principis ſtudio & labore compoſitum eſt. Poſtremò cum Ma-



Digitized by Google

ximilianus fortiſsimus & prudentiſsimus Imperator à quibuſdam noſtrę genti infeſtis hominibus ad bellū impulſus expeditionem contra Heluetios ſuſcepiſſet, Illuſtriſsimus princeps Elector Philippus alijs ſocia arma cum Imperatore iungentibus, pacem nobis auctoritate ſua conficere conatus eſt. Etſi autem eo tempore à Cęſare id quod optabat impetrare non potuit, tamen & tum voluntas eius grata maioribus noſtris fuit, & hęc aliaq; Palatinę domus beneficia poſteri memori mente ſeruant. Recentiora etiam Illuſtriſsimorum principū Palatinorum in omnes Heluetios beneficia, & priuatim in ciues Tigurinos plurima quidem extant, illud autem longè maximum eſt, ac vere publicum, & ad omnes gentes quę purioris religionis ſtudio tenentur pertinens, quod Illuſtriſsimus princeps Elector, Celſitudinis veſtrę parens, omnem ſuam ditionem quaſi portum quendam patefecit, in quem homines pij religionis verę cauſa domo eiecti tuto confugere poſsint, & in hac tempeſtate ſæuiſsima totius penè orbis fluctuantis, ad bene ſperandam de Chriſtiana eccleſia ſignum quoddam ſuſtulit. Cum autem paternę virtutes clementia, pietas, iuſtitia, manſuetudo, ſapientia, iamdudum in C.V. elucere cœperint, & pietatis atque bonarum literarum patrocinium illi cum Illuſtriſsimo principe Electore parente commune ſit, volui perpetuam meam erga vniuerſam illuſtriſsimam domum Palatinam, obſeruantiam & pietatem hac C.V. προσφώνησι teſtificari. Erit igitur Illuſtriſsime princeps Ludouice, benignitatis veſtrę ſingularis, quam omnes vbique prędicant, munuſculum hoc Palatinę familię conſecratum, quantulumcunq; id eſt, C.V. nunc à me oblatum, bona cum venia ſuſcipere, & ſimul bonarum literarum ſtudia quę quidem cum pietate coniuncta ſunt, fauore & beneuolentia perpetua complecti. Deus Optimus Maximus Celſitudinem veſtram cum Illuſtriſsimo Electore patre ac fratribus veſtris Illuſtriſsimis quam diutiſsimè incolumem conſeruet Tiguri 9. Calendas Februarij, M.D.LXXIIII.

EIDEM

# EIDEM ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO D. LVDOVICO PALATINO RHENI, DVCI BAVARIAE; SEPTEMVIRO CREandis Imperatoribus Romanis, fortiſsimo prudentiſsimoq́; Principi optimo atque clementiſsimo: Ioannes Iacobus Friſius Tigurinus, Gratiam & pacem à Deo Patre & Domino noſtro Ieſu Chriſto precatur.

CATALOGVS *omnium ſcriptorum iuncta breuiſsima vitæ & laborum notatione: cùm alias habet vtilitates, de quibus ſuo loco: tum ad laudem nobilitatemq́ authorum, qui recenſentur, accommodatus eſſe videtur. Nemo enim eſt tam alienus aut auerſus à gloria: cui non æternum ſuorum laborum præconium, ſcriptis mandari, ſit gratiſsimum iucundiſsimumq́. Omnes nanque laudis ſtudio ducimur, vti dixit ille, qui immodicam laudis & gloriæ cupiditatem nunquam diſsimulauit, ſed paſsim præ ſe tulit. Et qui eius contemptores videri volunt: optimè norunt: Gloriam eſſe croeodylum, id eſt, in eo ipſo in quo prædicationẽ deſpiciunt, ſeſe maximè prædicari. Nam ſecundũ alius cuiuſdam S. P. ſententiã, Nulla tanta humilitas eſt, quæ dulcedine gloriæ non tangatur. Iam verò plures viri docti, laudibus eximijs digni: exiguo temporis interuallo iacerent in tenebris: niſi huius Bibliothecæ ſiue Catalogi lumen accederet: eoque ornarentur & celebrarentur. Quare ne ijs qui in hoc opere, tanquã publico præconio, præteriti eſſent, iuſta querela eſſe poſsit: de eius perfectione, prouidendum fuit: & ad immenſam hanc ædificationem, fundamentis probè ſolideque iactis, & locatis: porrò muri ducendi fuerunt: hoc eſt, his veluti legionibus clariſsimorum virorum, ſupplementum ſcribendum fuit. Hoc verò quis præſtare debeat, haud parum intereſſe fateor: cum ea demum (vt ad medium huius operis finem reuertar) iucunda ſit laus, quæ ab ijs proficiſcitur, qui & ipſi in laude vixerunt. Et quemadmodum Alexander Magnus, multos habuit ſuarum rerum ſcriptores, & laudatores: aſtans tamen, ad Achillis tumulum, fortunatum eum eſſe dixit, quod ſuæ virtutis Homerum inuenerit præconem. Ita fortunatiores eſſent, quotquot hic celebrantur ſcriptores: ſi ſuorum operum & laborum laudabilium: vel ab ipſis huius ædificij architectis peritiſsimis, vel à ſucceſſoribus idoneis, prædicatio continuata fuiſſet. Verum mihi eam rem commiſit, D. Froſchouerus typographus locupletiſsimus: non quod tale eius eſſet de me iudicium: vt poſſem pro dignitate, exorſam hanc telam pertexere: ſed quòd ſecum iuxta Græcorum prouerbium ratiocinatus eſt, Αν μὴ παρῇ κρέας ϛερκτέον τῷ ταρίχῳ, id eſt, vti Eraſmus vertit, Probanda ſalſamenta egenti carnium: vel vti noſtri Germani loquuntur, Si cæmenta non calce durare potes, interlinas luto oportet: neque enim cæmentum bonum non habenti, protinus deturbandum ædificium. Etſi enim plures inuenti fuiſſent, qui ſurgentem operis ſtructuram, aptius, & deſcriptius coagmentare potuiſſent: noluerunt tamen hanc moleſtiam ſuſcipere: fortè quòd inde nullam ingenij & eruditionis laudem referre ſe poſſe arbitrarentur: maluiſſentque ipſi vel à mediocribus prædicari: (cum laus à minoribus etiam profecta delectet:) quàm aliorum laudibus inſeruire. Imitantes hac in cauſſa, eos qui vt vel Muſicam addiſcant: vel eius inſtrumenta manu tangant: adduci non poſſunt: quòd quamuis hoc exercitij genus, elegans eſſe dicant: perſonæ tamen & dignitatis eſſe negent. Accumbentes igitur epulis lautioribus fidibus canentes audiunt: quæ res illis multò honorificentior eſſe videtur: quàm ſi aſtantes menſæ, ipſi modulamina tentarent. Ego autem rebus paruis aſſuetus, meo iam à prima adoleſcentia, patrono, hoc officium recuſare non potui: imò animo prompto & alacri, hos labores, & quæ in his ſunt pericula obiui: Vtinam tam dextrè quàm liberaliter. Cuius qualiſcunque conatus, cauſas breuiter exponam. Primò, quòd quemadmodum parens meus, piæ memoriæ, Ioannes Friſius ſingularum dictionum & locutionum, in varijs linguis, notatione & explicatione delectatus fuit: ita ego authorum, qui vocibus illis & ſimplicibus & coniunctis vſi ſunt, & hodie vtuntur, cognitione, & aſsidua commemoratione mirabiliter afficior: Atque vt Martia caſtra ſequenti, ſuorum ducum, Imperatorum, chiliacharum, centurionum, ſigniferorumq́ nomina, ingentia*

1 Auctam bibliothecam ne qui ſe præteritos querantur.

2 Cuius erat augere.

Quare Friſius auxerit

*facta, & pericula narrando tempora fallunt: ita mihi in caſtris muſarum agenti, eorum qui in Helicone amæno, duces, præceptores, & quaſi Apollines extitere, nomina grata & iucunda ſunt. Deinde ſicuti ante aliquot annos ex hac Bibliothecæ epitome Nouum Nomenclatorem confeci: ita nunc viciſſim ex ipſo Nomenclatore nouo, & locupletato, veterem epitomen augendam & ſupplendam putaui: vt ſibi hæc duo opera mutuam gratiam referrent: officijſque mutuè reſponderent. Tertia & potiſſima cauſa fuit, quòd vtriuſque operis amplificandi exornandique commoditatem idoneam ſum adeptus, ex humanitate ſingulari, beneuolentia, fauore & liberalitate clariſſimi viri Hugonis Blotij S. Cæſareæ Maieſtatis Bibliothecæ præfecti: qui mihi maximam partem indicis, Inſtructiſſimæ omniũ bibliothecæ Imperatoriæ ſuppeditauit. Ex qua non tantum nouorum, ſed complurium veterũ opuſcula præclara, & manuſcripta, & olim typis excuſa, hodie tamẽ incognita & obliuione ſepulta: quaſi è latebris, hac editione in lucem & theatrũ producuntur. Blotio igitur ſi quod huic operi decus & ornamentũ acceſſit, referatur acceptum: quod verò in eo mendoſum, deforme, prauumq́ fuerit inuentum: amanuenſium quorundã imperitiæ & oſcitantiæ tribuatur: mihi labor, moleſtia, ſumptus, ira et indignatio eorũ, quibus nõ fuerit ſatiſfactum, relinquatur.*

3 Dedicationis cauſa.

*Sub quo tamen onere graui, paruus ego & infirmus, ne ſuccumbam, ad veſtram, Illuſtriſſime Priinceps, Celſitudinem confugio: Cui huius operis patrocinium, vti ſpero, perpetuum, ab optimo clariſſimoq́ viro D. Simlero beatæ memoriæ qui longiori vita digniſſimus erat, impetratum, conſecratum, & demandatum eſt. Quo enim iure, quaue iniuria ego hoc munus, atq́ anathema. V. C. eripere & aliò transferre auſus fuiſſem? Lex enim naturæ docet honeſtatiſque conſtantia requirit: Datum legitimè, non eripiendum eſſe. Pueruli colludentes, mutantur in horas: qui quod modo dederunt: modo repetunt. Sed & Vlpianus de hoc genere officij diſertè: In donationibus definiendum eſt, multum intereſſe, cauſſa donandi fuerit, an conditio: Si cauſa fuerit, ceſſat repetitio: Vnde regula iuris Quod proprie donatur, vllo caſu ad donantem reuertitur. Quæ Diuis olim nuncupata fuerunt & ſuſpenſa anathemata, aut loca ſacra conſecrata: illis in perpetuum ſunt relicta: eaq́ transferre aliò nefas fuit, vt eſt etiam hodie: Quanto minus igitur licet, ea quæ viuis: præſertim adeo illuſtribus atque dignis, iuſtiſque de cauſſis nuncupata, alijs tribuere: & quaſi ius dominij temerè, & leuiter mutare. In veteri populo Dei fuerunt quædam vota, quæ nulla pecunia licuit redimere: multò minus adimere: ſi enim legitimè facta fuiſſent: ea irrita facere & reſcindere non licuit, ne quidem vouenti, nedum alij. Vnde facilè colligi poteſt, niſi ad Veſtram Celſitudinem opus hoc renouatum & amplificatum retuliſſem: & Simlerum virum integerrimum ſiniſtri iudicij arguiſſem: quaſi olim dediſſet hoc munus V. C. vt indigno: aut potius ego manifeſtè in crimen iniuſtitiæ, iniquitatis & ἀδικίας ἐν τῷ διανέμειν ἑκάστῳ τὸ προσῆκον καὶ ἄξιον incurrerem meque ipſum inuoluerem. Veruntamen me non tantũ neceſſitas quædam, Iuſtitiæ διανεμητικῆς ſeruandæ ad hoc faciendum impulit: verumetiam me mea voluntas & iudicij conſenſus commouit & incitauit. Quas enim ille cauſſas in ſua ad C. V. præfatione prudenter & diſerte commemorauit: quibus vti hoc opus C. V. commendaretur, effectum fuit: eaſdem nos quoque hodie verè & ex animo agnoſcimus: quibus idem munus C. V. conſeruetur, ſartum tectumque maneat. Hic enim locum habet illud Dialecticorum quod plærunque eadem procreatrix & conſeruatrix cauſa ſit eiuſdem rei: frequenter enim accidit: vt ab eiſdem cauſis res efficiatur & conſeruetur. Non etiã credo, fore vt his meis auſis excidam: propterea quod V. C. interea loci ad altiorem ampliſſimumque dignitatis gradum, Dei beneficio, aſcendit: Etſi enim vulgo dicitur, Honores mutant mores: falſum tamen hoc dictum in generoſos & heroicos viros vt iactari non debet: ita neque in eiſdem hæret. Heroicæ enim perſonæ, ſimiles ſunt ſtellis aureis, & ardentibus: quæ quò lucidiores ſunt, hoc ſpectatoribus gratiores viſu, iucundiores contemplatione, fortioreſque effectu ſalubri: Imò delecti & magnanimi heroes ſimiles ſunt præclaro Soli, qui quo altius eſt prouectus in Zodiaco, hoc habet motum tardiorem, & maiori cum fructu omnium conſpicitur. Quas igitur Virtutes in V. C. ſitas, antequam faſtigium teneret inter homines, Ioſias Simlerus alijque plures quibus eæ cognitæ & perſpectæ fuerunt: dignis laudibus ſunt proſecuti: de illis qui nunc V. C. præſentem vident, poſtquam in numerum Septemuirorum non tàm creandis Imperatoribus, quàm ex quorum numero creantur Imperatores, cooptata eſt: non modo nihil imminutum: ſed de illarum Incremento & ſplendore, teſtantur ſic vt omnes in maximam admiratiomem traducantur: ijque beatiſſimi eſſe videantur: quibus apud C. V. diutiſſimè*

tiſsimè commorari conceſſum ſit. Imò, quod incredibile nonnullis videbitur, verè tamen dico, etiam illi qui à V.C. diſſentiunt, & temporum iniuria diſceſſerunt: ſunt nihilominus V.C. ſtudioſi. Omnium enim ipſorum conſentientes de V.C. ſenſus ſunt, V.C. in parentis D. Friderici Electoris, &c. laudatiſsimi Principis, vt facultatum & dignitatis: ita etiam in virtutum & bonitatis poſſeſsionem veniſſe. De multis autem virtutibus quas de V.C. prædicant, duas tantum obſeruaui in V.C. clariſsimum lumen emittere: quas non tantum ad intuendum, verumetiam ad imitandum producere oportebat: ſed vt ab adulationis ſuſpicione me liberem, nominaſſe eas ſimpliciter contentus ero: Ea ſunt Summa lenitas & manſuetudo: atque amor literarum: quarum illa etſi eſt quoque popularis: altera tamen ſummorum tantum eſt virorum, atque rara: quæ & poſsidentem & totam rempublicã beat. Recte enim antiquus ille Thales Mileſius: felicem eſſe eum, qui non tantũ corpore ſanus, fortunis locuples, ſed animo quoque non ignauus, neque imperitus ſit: deinde eadem virtus vberrimos fructus in vniuerſam Rempublicam rèdundantes profert: nanque ex amore literarum ſequitur earundem propagatio: quæ non eſt cuiuſuis literas amantis: ſed eorum maximè qui cum poteſtate viuunt. Cum autem hæc etiam tabula ſiue catalogus & compræhenſio bibliothecarum omnium quotquot vnquam fuiſſe inde à memoria vltima ad noſtra vſque tempora repetentes indagando inuenire potuimus, ad eam rem plurimum conducat: cum præſens hoc opus: tum ipſas quoque bibliothecas, V.C. iterum quàm diligentiſsimè curæ V.C. commendamus: magnoque ſtudio rogamus vt C.V. ſummorum hominum exempla in hoc tàm præclaro Inſtituto, quæ doctiſsimus Simlerus doctiſsimè expoſuit, ſibi proponat: ea enim ſi hic vel repetere, vel alia ſimilia plura referre conarer: merito actum agere, & Iliada poſt Homerum ſcribere velle viderer. Itaque eorum enumeratione ſuperſedens, tantum de bibliothecarum vſu & fine poſteriore quem vltimum & extremum vocant: paucis de hiſtoriarum notitia & obſeruatione dicam: vnde planum fiet, Bibliothecarum vſum olim præcipuum fuiſſe: vt earum adminiculo, & dijudicatione puritas doctrinæ cæleſtis, comprobata, conſeruata, & eiuſdem corruptela, patefactæ, refutatæ atque reiectæ fuerunt. Itá nanque Eccleſijs poſt tempora Apoſtolorum., magno cum fructu curæ fuit: vt ingruentibus hæreticis, ex Bibliothecis paratis & inſtructis haberent voces, ſententias, piorum Eccleſiæ doctorum ex monumentis aſſeruatis: quos viua voce amplius audire non poſſent: teſte Euſebio libro ſexto Capite vigeſimo primo. Atque D. Hieronymus in quæſtionum difficultate ſæpe fuit vſus ſcriptis Origenis quæ in celebri Cæſarienſi Bibliotheca à Iulio Africano inſtituta, vna cum alijs 30. millibus voluminibus aſſeruata fuerunt. Memorabile item in hac cauſa fuit ſtudium & ſolicitudo Conſtantini vt nomine ſic pietate Magni: qui cum paſsim bibliothecas inſtituiſſet, inſtitutas reſtauraſſet: corruptas (à Marcionitis præſertim) emendari curauiſſet: de earum vſu tum iudicatum fuit, vlla alia via commodius Euangelium vel propagari vel propugnari poſſe. Eius curæ exemplum recitat Socrates libro primo Capite nono

4 Bibliothecarũ vtilitas ad Eccleſiæ doctrinam confirmandam.

Poſteaitem in VI. Synodo Oecumenica Conſtantinus Imperator cognomento Barbatus iuſsit ex Bibliothecis, quas inſtructas habuit, depromi patrum ſcripta: ex quibus controuerſia, de naturis in Chriſto, decideretur. Diuus autem Auguſtinus ob defectum aliquot librorum bibliotheca Hipponenſis anxiè conqueritur in libro de hæreticis Cap. 88. nempe librum D. Hieronymi de hæreticis non inueniri: quo contra illos erat vſurus. Itaq; Hilarius Epiſcopus & piè & prudenter duas fecit bibliothecas, quas contra Neſtorium & Eutychen cuſtodiri voluit, teſte libro Pontificali. Deniq; cum in Italia, temporis ſucceſſu plurimæ & inſtructiſsimæ eſſent Bibliothecæ: præclarus earum fuit vſus, quando temporibus Eugenij IIII. Pontificis Romani, Græci cum Latinis in concilio Florentino decertarunt. Vbi etſi, quæ tum fuit potentia Romani Pontificis multa ſuperſtitioſa, falſa, & impia, vt de purgatorio, de tranſubſtantiatione panis, de primatu Papæ, &c. obtinuerunt Romani: doctrina tamen de proceſsione Spiritus Sancti grauiter & piè, vſu & adminiculo bibliothecarum approbata, confirmata, & à Græcis etiam recepta fuit. Allata nanque fuerunt clariſsimorum patrum ſcripta: quibus demonſtrabatur Spiritum Sanctum ex Patre ſimul & Filio procedere: Græci quod exemplaria Italiæ contra ſuam ſententiam facerent: ea corrupta dicebant: & ſua quædam opponebant: quæ variæ fuerunt lectionis: pleraque tamen cum Italicis congruebant: quod animaduertens Imperator Palæologus: alia Græciæ exemplaria aliter habere aſſerebat: Sed ei fortiter reſpondit Cardinalis Iulianus Cæſarinus: cur non attulerint exemplaria: innuens allaturos

5 Plures bibliothecas inſtruendas.

fuiſſe, niſi contra ſe facerent. Hæc exempla docent nos de præclaro vſu bibliothecarum: ea igitur à principibus viris ſunt inſtituenda: neque vno tantum in loco: ſed ſit contentio in hac cauſa inter Imperatores, Reges, Principes, Reſpublicas & priuatos opulentiores: nemo concedat alteri: quin quiſque alterum copia, antiquitate, & bonitate librorum vincere ſtudeat: quæ contentio ſapiens fuerit, non oberit: ſed proficiet plurimùm: tum ad delectum exemplarium: tum ad compenſandum damnum & iacturam: quam ſæpe varijs de cauſis, non leuem accipiunt bibliothecæ præcioſiſſimæ.

1 A neceſſario vt compenſetur iactura.

Legimus vt Commodo Imperante, Capitolium fulmine tactum, facta inflammatione magna, Bibliotheca quoque nobiliſſima concremata fuerit. Cumque Iouinianus Imperator pius & laudatus princeps, templum Traiano dicatum, incitatus ab vxore, comburi paſſus eſſet, ſimul conflagrauit inſtructiſſima bibliotheca Antiochena. Sæpe item literarum & purioris religionis hoſtes illud vnicè ſtudent, vt bibliothecæ vnde arma ad ipſos expugnandum depromi nouerunt, euertantur & deleantur. Sic Regum Iudæorum Idololatria factum, vt libri ſacri interciderint: ſed viciſſim neglecta bibliotheca ſacrorum codicum, idololatria magis accreuit: donec ſub Ioſia Rege, vix tandem inuenti ſunt: ad quos codices ſacros, poſtpoſitis humanis commentationibus reformatus fuit cultus diuinus. Impijſſimus ille Caligula bibliothecas, non quidem ſacras, de quibus nihil nouit: vtiles tamen alias aboliturus erat: Suetonio teſte, Vergilium, Liuium, & Iureconſultos delere inſtituit. Celeberrima omnium illa Alexandrina Philadelphiana à quibus quàm ab hæreticis flammis eſt conſumpta? de cuius exuſtione, quomodo acciderit variant quidem hiſtorici: Athanaſio tamen crediderim, qui de perſecutione ad orthodoxos, ſcribit ab Arrianis huius bibliothecæ libros exuſtos eſſe. Sæpe denique non odio religionis: ſed literarum: & barbarico quodam impetu, & furore, bibliothecæ vel intereunt, vel negliguntur. Ita olim Germani, Galieno Imperante, nondum ad humanitatem ex agreſti immaniq; vita exculti, cum cepiſſent Athenas, aceruum librorum in foro exuſturi erant: niſi quidam eorum obſtitiſſet, hoc argumento vtens: Græcis libros dimittendos: quibus dum incumbant, fieri imbelles: quo argumento tum quidem cōmodè fuit ille vſus: quàm verè autem, multa contradici poterant, ſi in quæſtionem veniret. Tale fuit Hildesheimenſium Epiſcoporum inſtitutum: qui bibliothecas prorſus neglexerunt. Creatus enim Ioannes Dominicanus ordine trigeſimus ſeptimus Epiſcopus: cum de bibliotheca interrogaret, armarium ei aulici oſtenderunt: dicentes, Libris quidem comparari: at armis conſeruari Epiſcopatum. Sed maluit ille dignitati renunciare, quàm ſtudio librorum: poſt tamen deſignatus eſt Epiſcopus Auguſtanus. Itaque etiamſi magna cum ſua laude & expectato cum eccleſiæ fructu Imperator Rodolphus ſecundus omnium locupletiſſimam, virtute & auſpicijs Hugonis Blotij viri diſertiſſimi inſtruit & quotidie auget Bibliothecam: prouidè tamen & prudenter & V.C. & cæteri Principes Germaniæ, & reſpublicæ florentiores omnes faciunt: quod libros optimos veterum & nouorum authorum, tanquam ſedulæ apes floſculos, eruditione lectiſſimos, & pietate odoratiſſimos, in aluearia quiſque ſua comportant, & ad Eecleſiæ vſus neceſſarios recondunt atque aſſeruant.

2 A facili: quod non ſunt vt olim ſumptuoſæ

Neque hoc vobis noſtris temporibus, in tanta literatorum hominum copia, & typographicæ artis commoditate, præſtare tàm difficile & ſumptuosè fuerit: vti olim: quando & principes, & priuatos homines, effuſos & quodammodo infinitos ſumptus in rem librariam facere oportuit: Plato libros Philolai de ſecta Pythagorea, centum minis, etiam in difficultate rei familiaris eſt mercatus: ex quibus plura in ſuum Timæum vſurpauit teſte Volaterano lib. 18. Anthropolog.

6. Concluſio:

Socratem (incredibile dictu) viginti talentis vnam orationem vendidiſſe, ſcribunt. Veriſimilius eſt quod Plinius Iunior refert, potuiſſe ſe in Hiſpania, vbi erat procurator, quædam ſua ſcripta extemporanea & collectanea ciui Hiſpano, Licinio vendere quadringentis millibus nummûm, id eſt, decem millibus vti Budæus computat, coronatis. Noſtris igitur temporibus tanti emere non oportet. Imò viri docti reperiuntur plures qui non inducti pecunia: ſed ſtudio gloriæ diuinæ, offerunt Principibus apologias, inſtitutiones: & alia præclara: quibus ſufficiet præmij loco, humaniter & clementer à Principibus quæ obtulerunt eſſe accepta. Quamuis hoc diſſimulandum non eſt, obſcurari enim non poteſt: quod vt Satyricus ille poeta inquit, Tenet inſatiabile multos ſcribendi Cacoethes: quibus Principes, vti olim Sylla, malo cuidam poetæ, dare debebant præmium, ſub ea conditione, ne quid poſtea ſcriberent. In quorum numero qui volet, me quoque accipi, facile patiar.

Hæc igitur & alia ad hanc rem pertinentia ſi C.V. pro ſua clementia, pietate, & ſapientia di-

ligenter

Digitized by Google

ligenter & acri iudicio perpenderit: non dubitamus futurum quin C.V. cum Alphonſo Aragonum & Siciliæ laudatiſsimo rege ſit affirmatura: malle ſe gemmarum, vnionum, margaritarum precioſiſsimarum facere iacturam, quàm librorum. Denique vti olim literæ Conſuli Romano viro clariſſimo eloquentiſsimoque ſuppeditabant: vbi & animus ex forenſi ſtrepitu reficeretur: ita Veſtræ C. literatorum qui in hoc libro deſcribuntur, intuitus, idem in aulico ſtrepitu, interdum præſtabit: dum animum & mentem, ipſa cogitatione, excellentium authorum, delectabit, inuitabit, & confirmabit.

Erit igitur Illuſtriſsime Elector Ludouice, Celſitudinis V. priſtinæ benignitatis, hoc munuſculum antehac C.V. conſecratum & bona cum venia acceptum: nunc ſecundùm à me cum ſupplemento, oblatum, non aſpernari. Deus Optimus Maximus C. Veſtram cum illuſtriſsima, omnibus rebus ornatiſsima principe, noua nupta: & inclyta prole, dulcibuſque liberis quàm diutiſsimè incolumen conſeruet: veſtroſque conatus, ad eccleſiæ Chriſti ædeficationem dirigat, & fortunet.

Tiguri Anno Domini 1583.
Nonis Auguſti.

Digitized by Google

# CANDIDO LECTORI S.

DENVO edituri Geſnerianam Bibliothecam, tanta acceſsione iam quodammodo noſtram factam, de quibuſdam rebus te ab initio operis admonendum putauimus, amice Lector. Primum autem, quoniam ea quæ ſummorum virorum exemplo fiunt, legibus etiam iure fieri videntur, oſtendemus quàm plurimos excellentes viros, Græcos & Latinos, veteres & recentiores, huiuſmodi catalogos conſcripſiſſe, quibus vel omnium qui ad ipſorum notitiam peruenerunt, vel in vna tantum profeſsione authorum ſcripta & vitas complexi ſunt. Atque vt in hac enumeratione à Græcis incipiamus, celeberrimus eſt inter hos Diogenes Laertius, cuius ſcripta dudum publicata ſunt: hic decem libris vitas philoſophorum complexus eſt, in quibus etiam ſingulos eorum libros enumerat. Laertio adiungi debent Eunapij vitæ ſophiſtarum, & Heſychij Mileſij Illuſtrijq́; liber de his qui in literis clari fuerunt: vtriuſque Græcum exemplar C L. V. Ioanni Sambuco acceptum referimus: Latinum fecit doctiſsimus vir Adrianus Iunius. Suidas quoque non prætereundus eſt qui in ſuo Lexico doctorum virorum vitas deſcribit, & libros enumerat. Philoſtrati ſophiſtæ & Plutarchi x. rhetores etiam huc referri poſſunt, qui in omnium manibus verſantur. In Italiæ autem bibliothecis extant Dionis Chryſoſtomi libri de poetis, & Photij Patriarchæ Conſtantinopolitani duo magna volumina, in quibus authorum quotquot ipſe legerat nomina recenſet, & librorum argumenta ac ſumma capita breuiter perſtringit. Præter hos multi alij (quorum ſcripta temporum iniquitate aut hominum negligentia, magna ſtudiorum iactura intercciderunt) in hoc argumento verſati ſunt. Ex horum numero eſt Callimachus, qui Suida teſte, ſcripſit tabulas, in quibus nominat omnes qui in vllo eruditionis genere præcelluerunt, & ſcripta eorum recenſet libris 120. Item Amphicrates, Philon, Megacles, Theſeus: hi enim cum generatim de viris illuſtribus ſcripſerint, haud dubie doctrina ac varia eruditione excellentes viros non omiſerunt. Citantur etiam à Diogene Laertio, & à Græcis Grammaticis plurimi, qui de philoſophorum vita, ſuceceſsione, ſectis ſcripſerunt: nempe, Damon, Cyreneus, Antigonus, Caryſtius, Ariſtoxenus muſicus, Hermippus, Satyrus, qui omnes vitas ſcripſerunt. Alexander, Antiſthenes, Nicias Nicenus, Sotion & eius abbreuiator Heraclitus, qui ſucceſsiones. Apollodorus, Clitomachus, Hippobotus, Panætius, Theodorus, qui de ſectis ſcripſerunt. Item Idomeneus & Neanthes Cyzicenus, quorum hic de Pythagoricis ſcripſit, ille verò de Socraticis. Porrò de poetis ſcripſerunt, Ariſtoteles, Zeno, Antiphon Rhamnuſius, Nicander Colophonius, Lobon Argiuus, Demetrius Magneſius, Dionyſius Phaſelytes, Damaſtes Sigæus, Phanias Peripateticus, Heraclides Ponticus. Atque hi omnes Græci quemadmodum reliquas artes, ſic etiam hanc doctorum virorum hiſtoriam ſcriptis ſuis excoluerunt. Ex Latinis autem authoribus, Cicero de claris oratoribus, Varro de poetis, Suetonius de claris grammaticis & rhetoribus ſcripſerunt. His annumerantur à Diuo Hieronymo Santra, Nepos Hyginus. Ipſe autem Diuus Hieronymus (vt ad noſtræ religionis homines veniamus) edidit catalogum ſcriptorum eccleſiaſticorum, qui ſic ipſis etiam Græcis (faſtidioſis aliòqui ad Latinorum ſcripta) placuit, vt ſtatim à Sophronio eloquente viro in eam linguam tranſlatus ſit. Hieronymum ſequuti ſunt in hoc ſtudio, ſi non ſucceſſu pari, voluntate tamen non mala, Gennadius, Beda, Iſidorus, Honorius, Sigebertus & quidam alij. Noſtro autem tempore in Germania Ioannes Trittemius edidit catalogum ſcriptorum eccleſiaſticorum, & alium illuſtrium ſcriptorum Germaniæ. Eodem tempore in Italia Petrus Crinitus edidit libros de poetis Latinis, à Liuio Andronico ad Sidonium Apollinarem: & poſt ipſum paucis abhinc annis Lilius Gregorius Gyraldus hiſtoriam Græcorum & Latinorum poetarum

*Qui nam in ſimili opere verſati ſint.*

tarũ decem libris, & duobus aliјs recentiorum poetarum hiſtoriam complexus eſt.
Parem diligentiam in authoribus iuris ciuilis colligendis præſtiterũt, Bernardinus
Rutilius, Ioannes Fichardus, Ioannes Neuizanus Aſtenſis, Ludouicus Gomeſsius
Hiſpanus: & in medicinæ ſcriptoribus Otho Brunfelſius, Symphorianus Campe-
gius, Remaclus Fuſch. Multi etiam monaſticæ profeſsionis homines, illuſtres ac do
ctos viros ſui ordinis & familiæ compluribus libris deſcripſerunt, quos hic comme
morare non neceſſe eſt. Horum omnium exemplo incitatus, & eorum ſcriptis quo- *Geſneri Bibliotheca.*
rum libri tum extabant atq; editi erant, adiutus clariſsimus vir Conradus Geſne-
rus, conſcripſit ingens ac eruditum opus, in quo veterum ac recentiorũ authorum
nomina, libros, & plærunq; etiam librorum argumenta ac ſumma capita recenſet.
Verum cum hac eius vtili diligentia præter opinionẽ opus excreuiſſet, multorum
animos vel prolixitas, vel operis precium offendit: his vt conſuleret Conradus Ly- *Lycoſthenis*
coſthenes inexhauſti laboris homo, totum opus in compendium redegit, & cum de *epitome*
ſuo plurima adiecit, tum etiam doctiſsimi diligentiſsimiq; viri Ioannis Balæi libros *Epitome Bibliothecæ quomodo & quorum*
de ſcriptoribus Angliæ operi ſuo inſeruit. Hoc eius compendium nos ante annos *opera & auxilio aucta.*
nouendecim hortante & adiuuante Conrado Geſnero primo huius bibliothecæ ar
chitecto, magna acceſsione plus quàm bis mille nominum locupletauimus, & ean-
dem nunc denuo edimus ita auctam vt hæc æditio ad priorem dupla ſit. Nam ab
eo tempore in lucem editi ſunt non tantum libri penè innumeri, ſed etiam catalogi
aliquot ſcriptorum noſtro inſtituto accomodi. Primum quidem nouus Iureconſul
torum index à Baptiſta Zilleto confectus: Deinde eorum qui de plantis, de anima-
libus, de chirurgia ſcripſerunt: item qui Galenum interpretati ſunt catalogi, à Geſ-
nero noſtro publicati. Præterea ab annis aliquot Georgij Vuilleri bibliopolæ ſtu-
dio & opera Francofurti publicati ſunt ſingulis nundinis catalogi nouorum libro
rum qui eo tempore in publicum prodierunt, & illic venum propoſiti fuerunt. Col-
legimus etiam nos interea non pauca veterũ nomina, ex Suida, Clemente Alexan-
drino, Laertio, Stephano, plurimiſq; aliјs ſcriptoribus: multa etiam in prioribus e-
ditionibus nimis conciſe, quædam falsò & mendosè ſcripta, auximus & emendaui-
mus, quod facilè lector deprehendet qui priores editiones cum hac noſtra contule-
rit. Poſtremo complures viri docti aliј quidem Geſnero noſtro, aliј etiam nobis ipſis,
partim ad prioris, partim ad huius ſecundæ editionis auctarium, tranſmiſerunt cata
logos ſcriptorum variorum quorum in Bibliotheca nulla mentio facta fuerat, inter
quos honoris cauſa merito à nobis nominãdi ſunt clariſsimi & doctiſsimi viri, Geor
gius Fabricius Kemnicenſis, Gilbertus Cognatus Nozerenus, Conradus Lycoſthe
nes, Guilielmus Poſtellus: deinde Ioannes Sambucus, Ioannes Balæus Anglus,
Matthæus Dreſſerus, Gaſparus Vuolfius, à quibus non parum in hac poſtrema e-
ditione adiuti ſumus. Etenim CL. V. Ioannes Sambucus cùm propriarum lucubra
tionum catalogum Geſnero noſtro tranſmiſit, tùm etiam indicem veterum aucto-
rum, quos plurimos atq; optimos in bibliotheca ſua poſsidet, atq; complures iam
in publicum edidit. Balęus verò non tantum Centurijs ſcriptorum Anglicorum Bi-
bliothecam noſtram locupletauit, ſed ſimul ad nos miſit catalogum non paucorum
mediæ ætatis ſcriptorũ, qui à Boſtio Triſſa, & quibuſdam aliјs citantur. A Dreſſero
autẽ viro doctiſsimo & humaniſsimo accepimus catalogum librorũ manuſcripto-
rũ, qui partim apud ipſum, partim in publicis quibuſdã bibliot. Miſnię & Turingiæ
ſeruantur: ſingulis autẽ ferè ſuo loco Dreſſeri nomen appoſuimus, quo typographi
ſi qui vellẽt exemplaria huiuſmodi vel nondũ excuſa, publicare, vel ante excuſa cũ
manuſcriptis cõferre, ſciant vnde ea petere debeãt. Vuolfius itẽ clariſs. medicus, &
ſummus amicus noſter, catalogum medicorum dudum à ſe conſcriptũ, pro ſua beni
gnitate libenter nobiſcũ cõmunicauit, è quo ſi qua deerant medicorũ nomina & ſcri
pta ſuppleuimus. Deniq; Hugo Blotius S. C. M. duorũ Imp. Maximil. II. & Rod. II.
Bibliothecæ omnium locupletiſsimæ præfectus digniſsimus, maximã partem cata-

logi tam manuſcriptorum quàm complurium veterum authorum typis excuſorum in Imperatoria Bibliotheca, nec iam extantium, amanter & liberaliter ad nos miſit: totum miſſurus: niſi fidiſsimi eius amanuenſis, mors indigna interueniſſet: quæ tamen deſiderantur, deinceps ab eiuſdem humanitate expectamus. Tranſmiſerunt etiam nobis amici quidam Indices veterum librorum, qui in Italiæ Bibliothecis ſeruantur, alij verò propriarum lucubrationum catalogos, quæ omnia diligenter ſuo loco & ordine à nobis poſita ſunt. Quibus omnibus pro ſuo ſtudio & labore quo noſtrum opus tam liberaliter locupletare & ornare dignati ſunt, plurimum nos debere profitemur: ſed & ſtudioſi bonarum literarũ, quibus hic liber vſui erit, non parum ſe illis hoc nomine obſtrictos eſſe, libenter agnoſcent. Quòd ſi alij quoq; viri docti, & præſertim veterum bibliothecarum perſcrutatores, ſimili fauore noſtrũ inſtitutum proſecuti fuerint, & quod obnixe ab eis petimus, de ſuis ac alienis qui vel nos ſubterfugerunt, vel fortè nondum editi ſunt libris, ad nos perſcripſerint, breui Appendicem non pœnitendam huic editioni ſubijciemus.

*Differentia Bibliothecæ & eius Epitomes.* Quoniam verò longè alia eſſe videtur Geſneriana Bibliotheca à Lycoſthenea Epitome, dicam quid inter vtranq; interſit. Geſnerus in ſua Bibliotheca plærorumque librorum, præſertim veterum argumenta recenſet, & non raro cenſuras tum ſuas, tum ſæpius aliorum adſcribit: ac ſimul plærunque aliquod ſtili auctorum ſpecimen exhibet, & alia quædam interdum addit, non inutilia, nec iniucunda ſcitu. At in Epitome ſola ferè auctorum nomina cum ſuis ſcriptis breuiſsime enumerantur: quamuis nos in noſtris additionibus illam nimis fortè conciſam breuitatem nõ ſemper ſeruauerimus, præſertim in veteribus ſcriptoribus commemorandis. Ac laudandum quidem eſt Geſneri noſtri inſtitutum, qui talem Bibliothecam inſtituit, in qua non tantum quid quiſque ſcripſerit, ſed quo modo, quatenus quoque ſtilo exponeretur, vt delectus librorum inde fieri poſsit. Verum cum hic omnis generis ſcripta commemorentur, theologica, iuridica, medica, philoſophica, hiſtorica, poetica, artium mechanicarum, Latina, Græca, Hebræa, vulgaria, quis non videt opus hoc multorum hominum, etiam doctiſsimorum operam requirere, qui & ante ſingulos libros euoluerint, & ſumma doctrina atque acri iudicio præditi ſint, vt de ſingulis prudenter & aptè iudicare poſsint? Atque vt tale opus extaret, quod vtiliſsimum fore nemo negare poteſt, tamen non vno volumine comprehendi poſſet, & nihilominus Epitome aliqua foret neceſſaria, tum propter homines occupatos quibus prolixa volumina euoluere non vacat, tum etiam propter tenuioris fortunæ homines, quibus non eſt commodum magno pretio ingentia volumina comparare. Habet autem huiuſmodi ſeu Bibliotheca, ſiue Bibliothecæ Epitome, qualem nunc in publicum damus non contemnendum vſum. *Vſus huius libri.* Etenim primum omnium Bibliothecis publicis & priuatis hic liber accommodatus atq; vtilis eſt, in quo enumerantur omnis generis authores, quibus illæ augeri & inſtrui poſſunt. In iiſdem etiam indicis ſeu elenchi vſum commode catalogus hic exhibebit, adſcriptis vbique numeris ordinis librorum quo diſpoſiti ſunt. Nam ſi qui noui acceſſerint hic non commemorati, facile nomina eorum ac numeri marginibus inſcribi poterunt. Deinde typographorum vtilitati inſeruit & vice præconis eſt: cum enim publica quaſi voce prædicet, qui libri, vbi quando, & à quibus impreſsi ſint, bonarum literarum ſtudioſos ad eos coemendos præconio ſuo inuitat. Adhæc aliam non mediocrem ex hoc indice commoditatem percipere poſſunt, quòd clarorum virorum opera integra ſi fortè prælo ſubmittere voluerint, ferè omnia hic conſignata inuenient: quin etiam ſæpe bibliothecæ indicantur, vnde manuſcripta exemplaria acquirere poſsint. Poſtremo priuatis vniuſcuiuſque ſtudijs ſcriptum hoc fructum aliquem iucunditatemq; allaturum arbitror. Proponuntur enim hic, & quaſi in tabula quadam oculis ſubijciuntur innumeri ſcriptores, in omni artium ſcientiarumq; genere, quorum aliqui ſcriptis ſuis immortalem gloriam conſequuti ſunt, multi etiam pro laude ignominiam reportarunt. Hæc autem conſideratio & per

ſe iucunda

ſe iucunda ac ingenuo homine digna eſt, & cum ad delectum authorum, tum ad excitandos animos ſtudioſorum plurimum facit. Quemadmodum enim Miltiadis trophæa Themiſtoclem dormientem excitabant: ſic doctorum hominum volumina, quæ hic commemorantur, ad laborem & laudem ſtudioſorum animos inflammare debent. Idq; non ita ſolum vt nouos indies libros exquiſitis titulis ornatos in vulgus edant, hoc enim multi ſemper fecerunt, & mali etiam authores facere poſſunt, ſed vt publico conſpectu & approbatione digna ſcribant. Præterea eſt hoc Chronicon quoddam omnis generis ſcriptorum, & onomaſticon ad quod recurramus ſi authores aliqui nobis incogniti nominẽtur, aut ab alijs allegẽtur. Qui tamen ſi nõ omnes reperiuntur, veniã à ſtudioſis petimus: exoriuntur enim noui quotidie authores, veterum quoq; ſcripta plurima ante incognita ſubinde in lucem proferuntur. Ea etiam quæ remotis in locis edita ſunt, non omnia cognoſcere potuimus, quę omnia efficiunt, vt ſemper aliquid huic operi addi poſsit. Nos hoc tempore pręſtitimus quod potuimus, neq; quenquam ſcriptorum, quorum nobis nomina nota ſunt, odio aut inuidia aut alio affectu ducti omiſimus, ſi quid omiſſum eſt, id obliuionis aut ignorantiæ culpa accidit. Noluimus etiam nobis iudicium de cuiuſquam ſcriptis ſumere, præſertim theologis, quæ tamen noſtræ profeſsionis ſunt: nõ quod nos fidei noſtræ pudeat, quum ex alijs ſcriptis à nobis in publicum editis ſatis conſtet, quæ noſtra ſit de religione ſententia, ſed quod hoc ab inſtituto noſtro alienum ſit. Itaq; ſi alicubi Catholicorum aut hæreticorum nomina occurrunt, vbi noſtræ ętatis ſcriptorum mentio fit, ea non à nobis addita ſunt, ſed ipſæ inſcriptiones librorũ apponũtur, in quibus huiuſmodi nomina frequenter occurrũt: vel aliorum iudicia ſunt ex quibus hæc deſcripſimus, quorum tamen nomina vbiq; ferè addidimus.

*Quod non omnes auctores recenſeantur excuſatio.*

*Non ſertur iudicium de cuiuſquam ſcriptis.*

Quoniam verò multi, vt à doctis viris admoniti ſumus, alium ordinem ab alphabetico in noſtra Bibliotheca deſiderant, voluimus etiam his conſulere: itaq; Ioannes Iacobus Friſius nouum Nomenclatorem confecit, in quo nomina auctorum, quorum ſcripta publicè extant, ſecundum artes ac facultates earumq; titulos apto ordine diſpoſita ſunt. Statuerat autem Bibliothecæ noſtræ Nomenclatorem hunc adiungere, quo harum rerum ſtudioſi lectores in ipſa Bibliotheca auctorum nomina quæ in Nomenclatore nude & ſimpliciter ſuis titulis ſubijciuntur, inueſtigare poſſint, & illic videre quo tempore vixerint, vbi & quando eorum ſcripta edita ſint, ſed tempore excluſus id nunc præſtare non potuit, verum Deo volente ad ſequentes proximi anni vernas nundinas, pro vt typographicæ rationes tulerint, id quod nunc omiſſum eſt præſtabit. Interea Lector hac noſtra Bibliotheca, dum altera quoque pars, quæ iam abſoluta eſt, ex typographia prodeat, fruere, & Vale.

*Nomenclator nouus.*

Ioſias Simlerus.
Io. Iacobus Friſius

Digitized by Google

# AD CANDIDVM LECTOREM

## DE VSV HVIVS INDICIS.

SCRIPTORVM *nomina, quæ bina trináue ſingulorum erant, inuertimus, vt faciliuſ ſuo quæque loco inuenirentur: multi enim cognomina ſciunt, prænomina neſciunt. Nos autem pleroſque omnes eo in loco repoſuimus, quem primum elementum prænominis poſtulabat. Horatiū in Quinto, Quintilianum in Marco. Sunt præterea qui multa cognomina habent, vt Q. Septimius Florens Tertullianus, quæ omnia in hoc Indice poſuimus, vt ſi quis vel vnum eorum meminerit, ſtatim proprium authoris locum reperiat. Foliorum numerum adijcere nihil opus erat, cum ordo literarum ſatis per ſe clarus ſit. Quærendum eſt autem ſemper quod poſterius ponitur nomen, vt in Tullio Cicerone Marco, quæres Marcum Tullium Ciceronem, &c.*


A

ABaerſdorp Cornelius
de Abano Petrus
Abas Hali
Abbas Iſacius
Abbas panormitanus Nicolaus Siculus de Tudeſchis
Abbas Odon
Abbas Vdaſchalus.
de Abbatis villa Ioannes
Abelardus Petrus
Abdinus Feſtus Rufus
Abduenſis Ferdinandus
Abenezra Abraham R.
Abila Priſcillianus
Abilta Cæcilius
Abindronenſis Eadmundus
Abinſceni Aboali
Abinſceni Auicenna
Abinus N.
Abioſus Ioan. ex Balneolo
Abricatenſis Epiſc. Robertus
Aboali Auicenna
Aboracius Bartholomæus
Abrahamus Iſaac
Abſtemius Laurentius
Abuleizor Alyuazir
Abulenſis Alphonſius
Abydenus Palæphatus
Acakia Martinus Catalaunen.
Acanthius Georgius.
Acarzeres Luſitanus Laurentius
Achatius Iſrael
Achillinus Alexander
Achimus N.
Achridanus Leo
Achridenus Baſilius
Acciaiolus Donatus
Acciaiolus Zenobius
Acciarmus Tydæus
Acciarius Michael Vtianen.
de Accoltis Benedictus
de Accoltis Franciſcus
Accorombonus Hieron.
Accurſius Bonus Piſanus
Accurſius Franciſcus
Actiacus Nicolaus
Acilius Caius
Acominatus Nicetas
Acorombonus Fabius
Actiolus Iacobus
Actius Lucius
Acton Iohannes
Acontius Iacobus
Acontius Melchior
Adagoniſta Richardus
Adamæus Theodoricus
Adamus Ioannes
Adamſonus Patricius
Adelbern Nicolaus
Adelphus Ioannes
Adelphi proba
Adolphus Scribonius Guilhelmus
Adreualdus.
Adrianus Alphonſus
Adrianus Matthæus
Adrianus Zacharias
Aedicellius Seruaſius
Aegæus Alexander
Aegæus Menelaus
Aegæus Polles
Aegidius Guilermus
Aegidij Iacobi
Aegidius Ioannes Nucerien.
Aegidius Petrus
de S. Aegidio Ioannes
Aegineta Paulus
Aegius Spoletinus Benedictus
Aegyptius Abammon
Aelianus Caius
Aelius Caius
Aelius Sarapion
Aelius Sextus
Aelius Tubero Quintus
Aemilianus Quintius
de Aemilijs Aemilius
Aemilius Mansfelden. Georgius
Aemilius Marcus
Aemilius Paulus
Aemilius Scaurus Marcus
Aemilius Sebaſtes Alphonſus
Aemo Petrus
Aenetius Iacobus
Aequicolus Marius
Aethiops Petrus
Aerichalcus Sebaſtianus
Aerodius Paulus
Aemſtelredamus Alardus
Aeolides Hermagoras
Aepinus Ioannes
Afer Optatus
Afer Poſidonius
de Afflicto Matthæus
Afonſeca Petrus
Africanus Iulianus
Agatarchides Cteſias
de Agazijs Nicolai
Aggiua Quintus
Agricius Matthias
Agricola Franciſcus
Agricola Georgius
Agricola Gerkenrot Chriſtianus
Agricola Ioannes
Agricola Laurentius
Agricola Martinus
Agricola Nicolaus
Agricola iunior Rodolphus
Agricola Rodolphus Friſo
Agrippa Marcus
Aguinns Antonius
Aguſellius Ioannes
Agyleus Henricus
Aiala Gabriel
de Aiallo Iacobus
Aicardius Paulus
Aitſingerus Michael
Aiſtettenſis Ioannes
Alabaldus Demetrius
Alamannus Aloiſius
Alanus Guilhelmus
Alaxinus Iacobus
Albanius Gildas
de Sancto Albano Nicolaus
de alba Rupe Oſsinus
Albanus Bartholomæus
Albanus Rogerius
Albano Ioſeph R.
de Sancto Albano Rodulphus
Albanenſis Gualtherus
Albanenſis Guilhelmus
Albategnius Mahomet
de Albegana Iacobus
Albericus Chriſtophorus
Albericus Claudius
Albertinus Franciſcus
Albertinus Gentilis
Albertinus Ioannes
Albertus Adreualdus
de Albertis Albertus
Albertus Baptiſta
de Albertis Baptiſta
Albertus Leander
Albertus Leonis Baptiſtæ
Albertus Floriacen.
Albertus Gerardus
Albertus Laurentius
Albertus de Nuſsia Philippus
Albinianus Petrus
Albinus Aulus
Albinus Flaccus
Albius Andreas
Alboli Guilhelmus
Albon Eadmundus
Albucaſin Seruitor
Alburgenſis Ioannes
Albus Petrus
Alburius Aurelius
Albntius Paulus
Alchabitius, Alchabie
Alciatus Andreas
Alcinimus Gregorius
Alcyonius Petrus
Aldar Ioannes
Aldeburgus Ioannes
Alderinus Coſmus
Aldobrandinus Petrus
Aldobrandinus Syluester
Aldriſius Ioannes
Aldus Manutius Paulus
Aleander Gregorius
Aleander Hieronymus
Alegretus Iac.
Alemannus Aluiſius




Digitized by Google

Alemannus Gobelinus
Alemannus Gothardus
Alemannus Radulphus
Alen Nordouolgius Eadmundus
de Alerio Ioannes
Alesbius Ioannes
Aleſius Alexander
de Ales Alexander
de Ales Ioannes
Ales Petrus
Alexandrinus Boſco
Alexandrinus Euſebius
Alexandrinus Iulius
ab Alexandro Alexander
de Alexandria Alexander
de Alexandro Antonius
Alexandrinus Proterius
Alexander Bartholomæus
Alexander Cornelius
Alexander Franciſcus
Alexander Ioannes Med.
Alexander Lacydes Cyreneus
Alexander Petrus
Alexander Seleucus
Alexander Sulpitius
Alexius Flaccius
Algerius Antonius
Algoer Leuinus
de Aliaco Petrus
Aligerus Dantes
Alijuaunt Angl. Galfridus
Alimetus Cintius
Alipius Andronicus
Alkindus Iacobus
Almadianus Ioannes Baptiſta
Almain Iacobus
Almenar Hiſp. Ioannes
Alneuuick Guilhelmus
Alneuuick Martinus
Alopeconneſius Manechmus
Alpagus Bellunenſis Andreas
Alpagus Paulus
Alphanus Bernardinus
Alphius Flauius
Alphonſus Petrus
Alphuntius Petrus
de Alſentia Nicolaus
de Altauilla Iacobus
Althamerus Andreas
Althelmus N.
Altenſteig Mindell. Ioan.
Altæ abbas Raphael
Altilius Gabriel.
ab Altomari Antonius Donatus
Alton Guilhelmus
Altus Ioannes
Aluares Alphonſus
Aluares Ferdinandus
de Aluarotis Franciſcus
Aluarotus Iacobus
Aluarotus Petrus
Aluarus Ludouicus
Alueldenſis Auguſtinus
de Aluernia Petrus
Alyngion Robertus
de Alzeia Conradus
Amantius Bartholomæus
Amarantus Amaruntiſme
de S. Amando Ioannes
Amarito Ioannes
Amaſeus Hieronymus
Amaſeus P[illegible]
Amaſeus Romulus
Ambach Melchior
de Ambaſia Bernardus
Amboſianus Michael
Ambroſius Barbauarius
Ambroſius Merlinus
Ambroſius Theſeus
Amerbachius Baſilius, & Bruno
Amerbachius Bonifacius
Amerbachius Vitus
Amerinus Franciſcus Publ.
Ameroinus Hadrianus
Amerſeas Georgius
de Amicis Ioannes
Amirucius Georgius
Amiterninus Antonius
Ammianus Iacobus Ioannes
Ammianus Iuſtus
Ammianus Sebaſtianus
Ammonius Andreas
Ammonius Gaſpar
de S. Amore Guilielmus
Ampelander Valentinus
Amphilonius Hieronymus
Amphiptolemus Agis
Amſtorfius Nicolaus
Amundisham Ioannes
Anagnoſta Theodorus
de Anania Ioannes
de Anathim Enochus
Anchinus Thomas
Ancipatus Gallus
Ancyranus Marcellus
de Ancona Ioannes
Anconitanus Cyriacus
Anconutius Ioannes Baptiſta
Andebertus Matthæus
de Andernaco Henricus
Andeuer Ioannes
Andreadis Bartholomæi
Andreas Antonius
Andreas Bernardus
Andreas Hieronymianus
Andreæ Iacobus
Andreas Elias
Andreas Ioannes Alerien.
Andreas Ioannes Bononien.
Andreas Paulus
Andreas Reſennius Angelus
Andreæ Theodericus
Andreaſius Marſilius
Andronetius Iacobus
Andronicus Liuius
Andronicus Parthenius Tranquil.
Andronicus Zarida
Anemœtius Vuolfgangus
Auſrerus Stephanus
Angelus Alexander
Angelus Petrus
Angelus Baſilius & Iſaacus
Angelus Bauarus Ioannes
Angelus Blondus Michael
Angelus Bucinenſis Nicolaus
Angelus Flor. Iacobus
Angelus Iacobus
Angelus Marcus
Angelus Odonus Ioannes
Angelus Paulus
Angelus Petrus
Angelus de Scarparia Iacob
de Angelinis, Andreas
ab Angleria Petrus Martyr
Anglicus Iacobus
Anglicus Ioannes Med.
Anglicus Ioannes Papa
de Anglia Guilhelmus
Anglicus Ioannes
Anglicus Michael
Anglicus Richardus
Anglicus Robertus
Anglicus Thomas
Anglus Antonius
Anglus Ioſephus
Angrianus Bernardus
Angrianus Michael Bononien.
Angulius Andreas
Anguſola Petrus
Anguſola Martius
Anhaldinus princeps Georgius
Auincatius Rodolphus
Annæus Cornutus
Annicola Paulus
Annius Viterbien. Ioannes
Anonius Maginus Ioannes
Anſbertus Ambroſius
Anshelmus Georgius
Anſelmus Ryd Valerius
Anrebolus Petrus
Anteceſſor Theophilus
Antenoreus Carolus
Anteſignanus Petrus
Anteus Sextilius
Anthedonius Anthes
Anthidus Furius Publius
Anthus Theodorus
Antiarius Furius
Antias Valerius
de Antillo Alexander
Antimachus Antonius M.
Antimachus Antonius
Antiochenus Ioannes
Antiochenus Theodorus
Antiochiæ Ep. Anaſtaſius
Antipater Cælius
Antiquarius Iacobus
Antiſiodorenſis Ep. Guilhelmus
Antiſiodoren. Remigius
Antiſtius Vincentius Iuſtinianus
Antonianus Siluius
Antonius Adelphius
Antonius Aelius
Antonius Bellarm Marcus
Antonij del Bene Pauli
Antonius Campanus Ioannes
Antonius Campeſius Ioannes
Antonius Capinius Ferdinandus
Antonius Clarus Ioannes
Antonius Conſtantius Marcus
Antonius Cornelius
Antonius Delrius Martinus
Antonius de S. Georgio Ioannes
Antoni' Hermaphroditus Ioannes
Antoniacus Ianus
Antonius Ioannes
Antonius Iulius
Antonius Marcellus Iacobus
Antonius Muretus Marcus
Antonius Nebriſſen. Aelius
Antonius Nicolaus
Antonius Palmyrenus Aulus
Antonius Panthera Ioannes
Antonius Pantheus Ioannes
Antonij Pardenoni Marci
Antonius Siccus Ioannes
Antonij Trigona Ioannis
Antonius Blancus Marcus
Antonij Viperani Ioannis
Antonij Vulpij Ioannis
Antonij Zimaræ Marci
Anulus Bartholomæus
Anxiginus Scuthius Victorinus
Anyſius Coſmus
Anyſius Ianus
Aomar Homar Omar
Aonius Melchior
Apameus Numenius


Apcherius

Apcherius Bertrandus
Apellus Ioannes
Apherdianus Petrus
Apheronymus Remigius
Aphrodiſ. Alexander
Aphrodiſius Scribonius
Apianus Petrus
Appianus Philippus
Apitius Cælius
Apitius Marcus
Apollinaris Aurelius
Apollinaris Quinti
Apollin. Sidonius Sollius Caius
Apollo Niliacus Horus
Apolonius Leuinus
de Apono Petrus
Apoſtolus Michael
Apuleius Lucius
de Aqua pendente Nicolaus
Aquani Petri
de Aquaſponta Matthæus
Aqueuillani Nicolai
Aquem Claudius
Aquenſis Iodocus
Aquæus Stephanus
Arquer Sigiſmundus
Aquila Caſparus
de Aquila Henricus
Aquila Ioannes
Aquila Iulius
Aquila Lucius
de Aquila Petrus
Aquila Romanus
Aquila Sebaſtianus
Aquilius Henricus
Aquinas Thomas
Aquiuius Belliſarius
Arabius Maior
Arabs Raſis
Aracenſis Mahomet
Aragoniæ rex Alphonſus
Arama Riſaac
Araſius N.
Arbiter Petronius
Arboreus Ioannes
Arboricenſis Robertus
Arcadius Aurelius
Arcas Narnienſis Marius
Arcas Pancrates
Archiep. Con. Nectarius
Archiep. Lesb. Leonardus
Archiep. Ariſbon
Arcæus Franciſcus
Archipresbiter Taluerranus
Arctiamonus Anellus
Arcuates Ioannes Franciſcus
Arculanus Ioannes
Ardenus Ioannes
de Ardizono Iacobus
de Arduinis Sanctes
de Arena Iacobus
Arelatanus Ioannes
Arelatanus Nicolaus
Arelianenſis Petrus Iacobus
de Arengueria Gaſpar
Areoſtus Ludouicus
Aretinus Angelus
Aretius Benedictus
de Arelio Angelus
Aretius Marius Claudius
de Argelata Petrus
Argentaria Lucani vxor Polla
Argentarius Marcus
Argenterius Bartholomæus
Argenterius Ioannes
Argentini Richardi
Argentoratenſis Petrus
Argius Callius
de Argentina Thomas
Argyllander Matthæus
Argyropylus Iunior Ioan.
Argyropylus Ioannes
Aria Montanus Benedictus
de Arimino Auguſtinus
Ariminenſius Gregorius
Aringnanus Dominicus
Ariſtanetus N.
de Ariſtois Alexander
Ariſtophilus Bartholomæus
Arius Franciſcus
Arlandus Stephanus
Arlenius Aſclepiades
Arlenius Arnoldus
de Arles Martinus
Arlunen. Bock Georgius
Arlunus Bernardinus
Arlunus Petrus
Arlunus Ioan. Petrus
Armachanus Celſus
Armenicus Dauid
Armenus Aython
Armenopulus Conſtantinus
Armerius Aloiſius
ab Anage Cheynerus Iacobus
de Arneuelde Theodericus
Arnoldus Bartholomæus
Arnoldus Bergellanus Ioan.
Arnoldus Franciſcus
Arnoldi Henricus
Arnolletus Ioannes
Arena Antonius
Arquerius Ioannes
Aretinus Lucius
Aretinus Petrus
Artemites. Apollodorus
Aruernus Martialis
Aruernus Petrus
Arſillus Franciſcus
Arthemius Rhodiginus Gigius
Arthurius Galfridus
Artiſianus Iacobus
Artopœus Petrus
de Arundine Ioannes
Aruntius Lucius
Aſaa Iacobus
Aſcalonita Dorotheus
Aſcanius Rogerus
Aſcenſius Iodocus
Aſclepius Barbatus Nicolaus
Aſconius Quirinus Pedianus
Aſellia Sempronius
Aſer de Tiberia Aaron
Asherbone Thomas
Aſianus Melito & Rhoden
Artabaſda Nicolaus
Aſinius Caius
Askelte Guilhelmus
Aſpaſtes Ioannes Franciſcus
Aſphe Paulus
Aſprianus Fuluius
Aſtarius Blaſius
Aſterius Epiſcopus
Aſſaracus Sarrachus Andreas
ab Aſiſio Lud. Ioſephus
Aſſuicus Lombardus
Aſtenſis Natta
Aſtonus Nicolaus
Aſton Robertus
Atalanta Phornius
Aterianus Iulius
Athanaſius Dionyſius
Athenæus Serenus Aelius
Atheus Lucianus Samoſaten.
Atta Quinctius
Atteius Capito Lucius
Atteius Didymus
Atticus Iulius
Atticus Pomponius
Atticus Titus Pomponius
Attilius Marcus
Attendula Mutius Iacobus
Atracius Agathocles
de Atramonia Ambertus
Attendulus Darius
Atrocianus Ioannes
Aualonius Aluanus
Aualonius Melynus
Auantius Hieronymus
Auantius Rodolphus
Aubanus Boemus Ioannes
Aubertus Iacobus
Aubertus Renatus
Aubecius Claudius
Aubinus Philippus
Audax Fulgentius
à S. Audomaro Petrus
Auenarius Ioannes
Auenarius Philippus
Auedelius Arnoldus
Auentinus Ioannes
Auerarius Antonius
ab Auerſa Victorinus
de Aueſiaco Nicolaus
Aufrerius Stephanus
Augerius Emondus
Augerius Horatius
Augerius Ioannes
de Augia D.
Augubaris Iacobus
de Auguſtis Quiricus
Auguſtinus Antonius
Auguſtinus Aurelius
Auguſtinus Cacciorus Cælius
Auguſtinus Ioannes
Auguſtus Nutzenus Sebaſtianus
Auicinius Ioannes
Anienus Rufus
Auignonus Andreas
ab Auila Ludouicus
Auicius Aidanus
Auitus Alcimus
Aularegia Matthæus
Aulæus Chriſtophorus
Auonius Dionorhus
Auratus Ioannes
de Aurbach Ioannes
Aurelianus Ioannes
Aurelianenſis profeſ. Noppenus
Aurelius Augurellus Ioannes
Aurelius Beraldus Nicolaus
Aurelius Brandolinus Lippus
Aurelius Iulianus
Aurelius Opilius Publius
Aurelius Petrus
Aurelius Sextus Victor
Aureolus Petrus
Aureolus Theophraſtus
Aurifaber Andreas
Aurifex Nicolaus
Auriga Alanus
de Auſino Nicolaus
Auricuria Rodolphus
de Aurilaco Petrus
Auriſpa Siculus Ioannes
Aurogallus Matthæus
Auſias Valentinus Marcus
Auſonius Decius
Auſpex Chriſtophorus

de Auſtria Arnoldus
de Auſtria Coradus Lodouicus
de Auſtria Leopoldus
Auſtrius Sebaſtianus
Auumnus Georgius
Auuinas Aidanus
Axonius Ioachimus
de Auxi Nicolaus
Aymus Baptiſta
Azalus Pompilius
Azarchel Abruſach
Azpilcueta Martinus
Azutrion Anatolius

B

BAbetus Hugo
Babion Galfridus
Babeo Ludouicus
Babylonius Abdias
Babyon Petrus
Baccan Ioannes
Bacharus Menecles
Bacchanellus Ioannes
Bacetus Diegus
de Bachone Franciſcus
de Bachone Ioannes
Bacherius Petrus
Bachon Rogerius
Backon Robertus
Bacmeiſterus Lucas
Baccius Andreas
Badbius Guilhelmus
Badius Iodocus
Badonicus Gildas
Baert Arnoldus
Bæticus Gregorius
Bagdedenus Machometus
Bagellardus Paulus
Bagolinus Hieronymus
Bagolinus Ioannes Baptiſta
Baguionus Ioannes
Baiolardus Petrus
Baius Michael
Bakon Rugerus
de Bakluz Holziger Thomas
Balæus Ioannes
Balamius Ferdinandus
Balbus Cornelius
Balbus Franciſcus
Balbus Ioannes
Balbus Lanfrancus
Balbus Ludouicus
Balliolanus Meyerus Iacobus
de Baldach Canamuſalus
Baldeuin Guilhelmus
Balduinus Hieronymus
Baldeuinus Iacobus
Baldinus Bernardinus
Baldinus Florus Georgius
Balduinus Franciſcus
Baldungus Hieronymus
Baldus Alexander
Bale Robertus
Balerius Franciſcus
Baliſtarius Ioannes
Balliſta Chriſtophorus
Ballinus Iulius
Balliuus Ioannes
de Balmis Abraham
Bandelius N.
Balſack Robertus
Balſamon Georgius
Balſamon Theodorus
Balthaſar Andreas
Banoſius Theophilus
Bannocharenſis Congellus
Baptiſta de Balneolis Ioannes
Baptiſta Ioannes Caccialupus
Baptiſta Adrianus Ioannes
Baptiſta Ioannes Almadianus
Baptiſta Aſinius Ioannes
Baptiſta Bonus Ioannes
Baptiſta Buranus Ioannes
Baptiſta Buſdragus Ioannes
Baptiſta Cammotius Ioannes
Baptiſta Cananus Ioannes
Baptiſta Cardanus Ioannes
Baptiſta Carellus Ioannes
Baptiſta Caſtilioneus Ioannes
Baptiſta Corbanus Ioannes
Baptiſta Ferretus Ioannes
Baptiſta Goyneus Ioannes
Baptiſta Guicciardinus Ioannes
Baptiſta de Madijs Ioannes
Baptiſta Nenna Ioannes
Baptiſta Paulianus Ioannes
Baptiſta Pigna Ioannes
Baptiſta Pinea Ioannes
Baptiſta Piſcatorius Ioannes
Baptiſta de Ploris Ioannes
Baptiſta Raſarius Ioannes
Baptiſta Rhamnuſius Ioannes
Baptiſta de Salis Ioannes
Baptiſta Suſius Ioannes
Baptiſta Theodoſius Ioannes
Baptiſta Vergerius Ioannes
Baptiſta Verinus Ioannes
Baptiſta Zilletus Ioannes
Barabas Petrus
Baræus Ioannes
Barath Ioannes
Barbadorus Bartholomæus
Barbaranus Iulius
de Barbarino Franciſcus
Barbarus Daniel
Barbarus Franciſcus
Barbarus Hermolaus
Barbatias Andreas
Barbatus Angelus
Barbatus Aſclepius Nicolaus
Barbauarius Ambroſius Ioannes
Barberius Petrus
Barbetus Iulius Cæſar
Barboſa Luſitanus Arius
Barboſa Odoardus
Barbucalus Ioannes
Barchoninus N.
Barcinonenſis Dalius
de Bare Hermannus
Bargæus Petrus
Barkeley Alexander
Barkingenſis Adamus
Barlandus Hadrianus
Barlandus Hubertus
Barleta Gabrielus
Barletus Martinus
Barletius Marinus Scodrenſis
Barlouue Guilhelmus
Barnes Iuliana
Barnes Robertus
Baro à Bolhein Vuilchardus
Barolitanus ſanct. Marianus
Barolita de Graſsis Paduanus
Barotius Franciſcus
de la Barre Laurentius
de Barro Ioannes
Barſius Vincentius
Bartholomæus Ioannnes
Bartholinus Richardus
Bartholus Coſmus
Bartholus Ioan. Pariſien.
Barthus Michael
Bartolinus Antonius Pius
Bartholomæus Rauerius
Barr Georgius
de Bartzis Benedictus
Baruuick Ioannes
de Barzizijs Chriſtophorus
Baſadona Ioannes
Baſilius Iacobus
Baſilius Ioannes
Baſingus Ioannes
Baſolus Ioannes
Baſſet Petrus
Baſton Robertus
Baſsiniates Egidius
Baſſus Cæſius
Baſſus Caius
Baſſus Galbius
Baſſus Iulius
Baſſus Saleius
Baſtonus Philippus
Batailes Larbe
Batalæus Aaron
de Battandier Claudius
Batauus Florentius
Batecumbe Guilhelmus
Bate Ioannes
Bathelius Ioannes
Bathodius Lucas
Batingius Rodolphus
Bathonienſis Athelardus
Bathonienſis Guilhelmus
Batmanſon Ioannes
Batticus Chriſtophorus Lucius
ex Bauaria Artolphus
Bauria Andreas
Bauarus Ioannes
Baudinus Aurelius
Baudiſsius Ioachimus
Bauaria Antonius M.
Baderius Ioannes
Bauerius Antonius
Bauius Marcus
Baumgartner Hermannus
Baubertus Nicolaus
Baunus Iacobus
Baur Nicolaus
de Bauſio Iacobus
Bayarde Nicolaus
de Baypho Guido
Bayſius Lazarus
Baynus Rodolphus
de Bayro Petrus
Bazelius Nicolaus
Beatianus Auguſtinus
Beatus Graſſus Ioannes
de Beaulieu Ioannes
Beauſardus Petrus
Bebelius Henricus
de Bebenberg Lupoldus
Beccus Ioannes
Becharia Antonius
Bechlus Florentinus Guilhelmus
Bechius Philippus
Bechofen Ioannes
Becius Franciſcus
Becichemus Martinus
Beke Eadeundus
Beker Conradus
Becket Thomas
Beckinſau Ioannes
Beckley Carmelita Guilhelmus
Beckon Thomas
Beckton Ioannes
Bedda Natalis
Bederychuuorth Gualtherus
Bedrotus Iacobus

Beets

Digitized by Google

Beetz Ioannes
Beham Ioannes
Beier Hartmannus
Beier Venceslaus
Beigatus Caſpar
Bemirani Iſaach
de Beka Ioannes
de Beka Sibertus
de la Bele Georgius
Beleth Ioannes
Belfortis Albertus
de Belgor Leo
Bellaius Martinus
Bellamere Aegidius
Belarminus Robertus
Bellantius Lucius Senen.
de Bella Pertica Petrus
Bellarmatus Hieronymus
Bellenden Ioannes
Bellenzinus Bartholomæus
Belcarius Franciſcus
Bellerus Ioannes
Belgraue Richardus
Belligenius Perſeualdus
Bellinus Antonius
Belliſarius Ludouicus
Beliz Ioachimus
Bellofilius Ioannes
de Bello foco Robertus
Bellonius Petrus
Bellonus Ioannes
Bellonus Nicolaus
de Bellouiſu Armandus
Bellus Lucianus
Bellus Petrinus
Belluganus Petrus
Belmiſſerus Paulus
Belus Robertus
de Beluiſio Iacobus
Bembius Zahel
Bembus Petrus
de Benanintendis Petrus
de Benedictionibus Richardus
Bendideus Nicolaus
Bendinellus Antonius
Bendinellus Matthæus
Benedictus Alexander
de Benedictis Benedictus
Benedictus Guilhelmus
Benedictus Ioannes
Benedict' Vratisla. canonicus Ioan.
Benedictus Renatus
Beneuentanus Littorius
Beneuentanus Marcus
Beneuentanus Odofredus
Beneuentanus Roſredus
Benenotentius Fabius
Benignus Ioannes
Benignus Georgius
Benincaſius Benincaſus
Benincaſius Cornelius
Benintendius Hieronymus
Beniuenius Antonius
Benixenius Antonius
Benroiſt Aboolit
Bentinus Michael
Bentiuolus Hercules
Benzonus Hieronymus
Beraldus Franciſcus
Berberius Ioannes
Berceualus Ioannes
Berengarius Iacobus
Berchtoldus Chriſtianus
de Beretro Petrus
Bereta Iacobus
Bergas Antonius
Bergæus Antiphanes
Bergenſis Gerardus
Bergarutius Proſper
Bergius Matthias
Bergomas Alexander
Bergomas Guido
Bergomas Iacobus
Bergom' Mirandulanus Ioſephus
Berkelaer Ioannes
Berytius Lupercus
Berlandus Michael
Berlingherius Franciſcus
Berman Daniel
Bernardinus Ioannes
Bernardus Antonius
Bernardus Bartholomæus
Bernardus Lucas Brixianus
Bernardus Gualandus Ioannes
Bernardus Georgius
Bernardus Ioannes
Bernardus Ioannes Baptiſta
Bernardus Mirandulan' Antonius
Bernardinus Marmita Gel.
Bernerius Sylueſter
Bernicius Eteluuolphus
Berditius Ninianus
Beroaldus Matthæus
Beroaldus Philippus
Beroſus Auguſtinus
Berquinus Ludouicus
Berſmannus Gregorius
Bertapalia Leonardus
Bertachinus Io. de Firmo
de Bertelaria Ioannes
Bertellus Lucas
Berthon Guilhelmus
Berthorius Petrus
Bertinianus Goccelinus
Bertolinus Laurentius
Bertram Ioannes
Bertrandus Bernardus
Bertrandus Nicolaus
Bertrandus Petrus
Bertrandus Stephanus
Berus Ludouicus
Berus Oſuualdus
Bertutius Alphonſus
de Beſſalis Arnoldus
de Beletis Andreas
Beſſelmeier Sebaſtianus
Beſſonius Iacobus
Beſtius Simeon
Beſton Ioannes
de Beſuzio Petrus
Betrutius Nicolaus
Bethsbrugius Aegidius
Betſius Ioannes
Betticus Georgius
Bettus Franciſcus
Betuleius Xyſtus
Beuerlacius Ioannes
Beuerlay Philippus
Beumler Marcus
Beurhuſius Friderieus
à Beuſt Ioachimus
de Beuſen Lambertus
Beutherus Michael
Beuuſu Carmelita Guilhelmus
Beyſſelius Iodocus
Beza Vecelius Theodorus
Bezonius Hieronymus
Biardus Nicolaus
de Biaxio Petrus
Bibaculus Furius Marcus
de Bibera Nicolaus
Biberus Ioannes
Bibliander Theodorus
Biblius Philo
Bidenbachius Baltaſar
Bidenbachius Guilielmus
Bidencapius Gualtherus Ioannes
Biel Gabriel
Bieſius Nicolaus
Bigelius Ioannes Rodolphus
de la Bigne Margarinus
Bigotius Guilielmus
Bigous Franciſcus
de Biken Philippus
Billicanus Theobal. Gerlac
Bilius Andreas
Billik Eberhardus
Billingeslay Guilhelmus
Billius Iacobus
Billyngham Richardus
Bionatus Aurelius
Bion Cæcilius
Biragus Lapus
Birckheimerus Bilibaldus
Birckman Arnoldus
Birckmayr Hilarius
Biringucius Vanhocius
Biſcontus Paulus
de Biſontio Stephanus
Biſuntinus Epiſ. Cornelius
Bithynus Phrynicus
de Bitonto Antonius
Bizarrus Petrus
Bizoninus Paulus
Blake Rogerus
Blakeney Guilhelmus
Blakeney Ioannes
de Blanaſco Ioannes
Blanchellus Fauentinus Menghus
Blanchinus Bartholomæus
Blanchonus Vceſsienſis Iacobus
Blanchus Ioannes
Blancus Guilielmus
à Blankenburgo Albertus
de Blarranno Petrus
de S. Blaſio Baptiſta
S. Blaſij Abbas Vuernerus
de S. Blaſio Otho
Blaſius Armegandus
Blaſius Claudius
Blaſius Ioannes
Blaurerus Ambroſius
Blaurerus Thomas
Blaunpain Michael
Blemmida Nicephorus
Bleſenſis Petrus
Blichus Simon
Bliſſenius Henricus
Bloemart Michael
de Blomendal Ioannes
Blondel Ioannes
Blondus Ioannes
Blondus Angelus Michael
Blondus Michael
Bloſius Ludouicus
Blotius Hugo
Bloum Ioannes
Bloxham Ioannes
Blyton Richardus
de Boaterijs Petrus
Bobius Franciſcus
Bocatius Io. de Certaldo
de Bocatijs Verginius
Bocandius Ioannes
Bocerus Ioannes
Bochius Achilles
à Badis Datiuus
Boaſtiau Petrus



Digitized by Google

Bodleus Ioannes
Bodenbergius Daniel
à Bodenſtein Adamus
Bodetus Fabianus
Bodeus Stephanus
Bodius Hermannus
Boerius Nicolaus
Boetius Hector
Bœſenſtein Ioannes
Boezanius Franciſcus
Boſſæus Iacobus
Bogentantz Bernardinus
Bogner Chriſtophorus
Bohemus Ioannes
Boherius Petrus
Boiardus Maria Matthæus
Boidus Antonius
Boiemus Albertus
Boiſſartus Ioannes Iacobus
Boiour Iacobus
Boius Conradus
de Bokedene Gualtherus
Bockynge Radulphus
Bokingham Ioannes
Bolanus Dominicus
Bolandus Petrus
Bollar Nicolaus
Bolderius Gerardus
Boleius Emundus
Bolognettus Albertus
Bolognettus Franciſcus
Bolognettus Ioannes
Bologninus Angelus
Bologninus Bartholomæus
Bologninus Ludouicus
Bologninus Niger
de Bolkenhan Io. Langer
Bolerus Martinus
Bolzius Valentinus
Bombaſt Theophraſtus
Bombinus Bernardinus
Bombelius Germanus Heinricus
Bonaciolus Ferrarienſis Ludouicus
Bonacoſſus Hercules
Bonacoſſa Hippolitus
de Bonacurſio Albertus
de Boncurſo Hubertus
Bonadus Franciſcus
Bonamicus Lazarus
Bonafides Franciſcus
Bonæ ſpei Puteanus Nicolaus
Bonati Gualtherus
Bonariolus Ludouicus
Bonatus Guido
Bonauentura Euſtachius
Bonauentura Ioannes Euſtachius
Bonauitus Mantua Marcus
Bonetus Petrus
Bombellus Rabanus
Bonderius Ioannes
Bondinus Alexander
Bonellus Bartholomæus
Bonerus Eadmundus
Bonetus Paulus
Bonfinus Antonius
Bonfinis Matthæus
Bonihominis Alphonſus
Bonhom Honoratus
Boniatus Ioannes
Bonida Guilhelmus
de Bonis Campagnis Catal.
Bonicontrius Laurentius
Bonifacius Vuenefridus
Bonioannes Berardus
Boniuardum Franciſcus
Bonius Rochus
Bonius Benedictus
Bonlæſe Ioannes
Bonnus Hermannus
Bononienſis Bartholomæus
de Bononia Andreas
de Bononia Galnanus
de Bononia Ioannes
à Bonſtetten Albertus
Bonus Epidaurus Iacobus
Bonus Ferrarienſis Petrus
Bonus Hunfridus
Bonus Marcellus
Bonus Syluius
Bonouius Petrus
Bophart Iacobus
Boquerius Raymundus
Boquinus Petrus
Boorde Andreas
Boort Buſcoducenſis Henricus
Borbonius Ludouicus
Borbonius Nicol. Vandop.
Bordinus Franciſcus
Bordonius Benedictus
Borcholten Ioannes
de Borna Ioannes
Bornerus Gaſpar
Borghinus Vincentius
Borgaſius Paulus
Borglius Hieronymus
Borrana Petrus
Borrhaus Mart.
Borough Ioannes
Boruſſus Henricus
Boſchæus Ioannes
Boſdenus Lucas
Boſianus Ioannes
Boſſius Aegydius
Boſius Symon
Boſſius Donatus
Boſſus Matthæus
Boſtius Arnoldus
Botta Bortholomæus
Bottallus Leonardus
de Botis Henricus
Botlesham Ioannes
Botlesham Nicolaus
Botoner Guilhelmus
Botrell Ioannes
à Bouadilla Franciſcus
Boucherau Iacobus
à Bout Matthæus
Bouillus Carolus
Bouillus Franciſcus
Bouillus Martinus
Boulenchus Iacobus
Boulierius Ioannes
Boumius Theodoricus
Bourdinus Aegydius
Cosurchier Ioannes
Bouſſardus Gaufredus
Bouſſuetus Surregianus Franciſcus
Boutillier Ioannes
Boyc Henricus
Boyleau Simon
Boyo Herlenus
Boys Dauid
Boys Matthæus
Boyth Henricus
Boyk Germanus Henricus
Brabantinus Thomas
Bracellus Iacobus
Braceſcus Ioannes
Bracius Ioannes
Brachelius Hieremias
Bracherius Ioannes
Brachus Ioannes Petrus
Brack Venceslaus
Bracton Henricus
Bradfordus Ioannes
Brallier Petrus
Brame Ioannes
Brammart Ioannes
Brachaleonus Io. Franciſcus
Bradicius Io. Georgius
Bralobrezki Martinus
Brandmullerus Ioannes
Brandshauu Henricus
Branduandinus vel Braduard.
Brandenburgenſis Achatius
Branca Ioannes Bernardinus
Braſauolus Antonius Muſa
Braſſicanus Alexander Ioannes
Braſſicanus Ioannes Ludouicus
Braun Dauid
Braun Hieronymus
Brauu Melchior
Brunius Matthias
Brunius Andreas
Brayneuode Eduuardus
Brehtus Leuinus
Bredebachius Matthias
Bredon Simon
de Breitenbach Ioannes
Breitenbachius Bernardus
Brekendale Nicolaus
Brakſpeare Nicolaus
in Breitenauu Henricus
Brem Martinus
Brendelius Zacharias
Brenguerius Simon
Brennerus Mart.
Brentius Ioannes
Brentius Nicolaus
Brentius Patauin. Andreas
Bretheus Ioannes
Breton Franciſcanus Guilhelmus
Breton Ioannes
Brenuald Henricus
Breſlaer Nicolaus
Briaert Ioannes
Brianſonis Gerardus
Briconetus Guilielmus
Bricotus Thomas
Bridlyngton Ioannes
Brieſmannus Ioannes
Brigantius Marcellinus
de Bridlingtona Gregorius
Brinkelouu Henricus
Briobathus Georgius
Briſelotus Ioannes
Briſonius Barnabas
Briſſotus Petrus
Briſtollenſis Guibertus
Britannicus Ioannes
Britannus Bonifacius
Britannus Gualo
Britannus Iulius
Britannus Robertus
Britencachius Bernhardus
de Brittenheim Ioannes
Brite Gualtherus
Brito Herueus
Brito Oliuerus
Brixianus Franciſcus Ioannes
Brixianus Pylades
de Brixia Antonius
Brixienſis Arnoldus
Brixienſis Guilhelmus
Brixius Germanus
Brocardus Bonauentura
Brocardus Iacobus
de Breda Andreas

Brodeus

Brodeus Ioannes
Brokes Iacobus
Bronchuitius Daniel
Brome Thomas
de Bromyard Ioannes
Bromierdus Philippus
Broickuuy Antonius
Broſſerius Simon
Brotbeiel Hieremias
Brougek Iacobus
à Brouuershauen Petrus
Bruceus Henricus
Brucherius Ioannes
Brucherius Nicolaus
Bruciolus Antonius
Brucle Gualtherus
de Brugis Iacobus
Brughep Rodolphus
de Brugis Bartholomæus
Bruinius Georgius
Brulefer Stephanus
Brumillerus Gaſpar
Brunatius Bartholomæus
Brunaucus Franciſcus
Brunius Andreas
Brun Antonius
Brunellus Ioannes
Brunnerus Balthaſſar
Brunſelſius Otto
de Brunoſto Ioannes
Brunſſenius Conradus
Brunſuicenſis Iacobus
Brunus Albertus
Brunus Conradus
Brunus Franciſcus
Brunus Gabriel
Brunus Ioannes
Brunus Leonardus
Brunus Ludouicus
Brunus Matthæus
Brunyacde Dominicanus Guilhelm.
Bruſchius Gaſpar
Broſonius Domitius Lucius
Brutus Decius
Brutus Marcus
Brutus Petrus
de Bruxellis Henricus
de Bruxellis Ioannes
de Bruxella Nicolaus
Bruyerinus Campegius
de Bruyne Ioannes
Bryennius Manuel
Bryllus Hippolitus
Buccaferreus Ludouicus
de Buccellis Sebaſtianus
Buceus Iordanus
Bucerus Martinus
Buchananus Georgius
Bucholtzerus Abraham
Buchingerus Michael
Bucius Aenicola Ioannes
Bucius Dominicus
Bucolicus Smyrnæus
Bucoldianus Gerardus
Buconius Victorianus
Bucus Ior.
Budæus Guilhelmus
Bugelius Iacobus
Bugenhagius Pomer. Io.
Bugonius Philibertus
Buiſonius Ioannes
Bukfelde Anglus Adamus
Bulengerus Iulius Cæſar
Bullingerus Henricus
Bullocus Henricus
Bulleyn Georgius
Bullocus Georgius
Bulionius Aegydius Belga
Bumanus Iacobus
Bumannus Ioannes Iacobus
Bunderius Ioannes
Bumius Edmundus
Bunellus Petrus
Bungey Nicolaus
Buntingus Henricus
Buon Petrus
Bupercellius Hieronymus
Burana Io. Franciſcus
Buratellus Theologus
Burchardus Ioannes
Burchardus Petrus
Burchier Thomas
Burcheſius Ludouicus
Burchierus Adrianus
Burellus Laur. Diuionen.
Burenius Arnoldus
Buræus Ioannes
Burgauerus Dominicus
Burgdorfius Zacharias
à Burgundia Iacobus
Burgenſis Ioannes
Burgenſis Annas
de Burges Antonius
à Burgk Ioachimus
Burgonius Florentius
Burgonouenſis Archangelus
è Burgo S. Sepulchri Petrus
de Burgundia Ioannes
Buridanus Ioannes
Burienſis Boſtonus
Burleus Gualtherus
Burneſton Simon
Burus Quietus
Bury Henrichus
de Bury Richerdus
Burerius Albertus Ioannes
Burrus Laurentius
Burrus Belgicus Petrus
Burſatus Franciſcus
de Buſco Arnoldus
Buſæus Petrus
Buſæus Gerardus
à Busbek Augerius
Buſmannus Ioannes
Buſchmannus Ioannes
Buſchius Georgius
Buſchius Hermannus
Buſchius Sebaldus
Buſcoducenſis Ioannes
Buſcopius Cornelius
Buſennius Antonius
Bushe Paulus
Buſſius Lupoldus
Buslebius Ioannes
Buſta monte Paz Benedictus
de Buſti Bernardus
de Buſto Bernardinus
Butegella Hieronymus
Buteo Delphinus Ioannes
Butherus Lycus
Butinus Ioannes
de Butis Bernardinus
Butler Franciſcanus Guilhelmus
de Butrigarijs Bartholomæus
de Butrigarijs Iacobus
de Butrio Antonius
Bututus Gerardus
de Buxella Rudolphus
Buxerius Claudius
Bynham Guilhelmus
Byntre Carmelita Guilhelmus
Byſſandrus Adamus
Byzantius Hermolaus
Byzantius Leo
Byzantius Michael
Byzantius Niceta
Byzantius Parmeno
Byzantius Philo
Byzantius Python
Byzenus Eleutherius

## C

Caballinus Gaſpar
Caballus Anconitanus Marcus
Caballus Franciſcus
de Cabanis Vitalis
Cabaſilas Nicolaus
Cabrielius Trypho
Cacciaguerra Hieronymus
Caccialupus Baptiſta
Cacaialupus Io. Baptiſta
Cacer Anthonius
Cacheranus Octauianus
Cadamuſtus Aloiſius
Cæcilius Epirota Quintus
Cæcilius Gallus Sextus
Cæcinna Aulus
Cæleſtinus Claudius
Cæſanus Gabriel
Cæſar Iulius Caius
Cæſar Iulius Scaliger
Cæſar Auguſtus Octauius
Cæſar Philippus
Cæſar Sebaldus
Cælius Antipater Lucius
Cælius Arrianus Lucius
Cælius Luſitanus Georgius
Cælius Iuuentius
Cælius Marcus
Cælius Michael
Cæſarius Conſeruienſis Ioannes
Cæſar Michael
Cæſius Georgius
Cagnacinus Iacobus
Cagnolus Hieronymus
Cai Abrabam
Caiadus Hermicus
de Caietà Stephanus
Cainus Antonius M. Medic.
Cairlion Ludouicus
Caiſtre Richardus
Caius Antonius
Caius Harpocration
Caius Anglus Ioannes
Caius Titus
Calaber Quintus
Calameus Ioannes
Calaminius Georgius
Calamitius Leonardus
Calanus Proſper
Calanchus Thomas
Calæphatus Petrus
Calcagninus Cælius Lud.
Calcagninus Cælius
Calcaneus Laurentius
Calceolarius Pharmacopæus Franciſcus
Calciatus Ioannes
Caleca Cyrmanus
Caleca Ioannes
Caleca Manuel
Calder Gaſpar
Calderia Ioannes
Calderion Pantaleon
Calderinus Domitius
Calderinus Ioannes
Calentius Elſius
Calenus Gualtherus



Digitized by Google

Calenius Geruinus
Calcous Olenus
Calepinus Ambroſius
Calepinus Bartholomæus
de Caleſia Franciſcus
Calidoneus Michael
Calisfordien. Guilhelmus
Callantianus Cæcilius
Callidius Cornelius
Callidius Marcus
Callimachus Hermippus
Callimachus Iſtrus
Callimachus Philippus
Calliſtratus Domitius
Calliſtus Andronicus
Calliſtus Nicephorus
Calo Petrus
Calphurnius Piſo Lucius
Calphurnius Titus
Calphurnius Io. Brixien.
Caluander Leoſthenes
Calueton Vrbanus
Caluetus Stella Chriſtophorus Io.
Caluinus Domitius
Caluinus Ioannes
Caluus Fabius Marcus
Caluus Michael
de Calue Iodocus
Calydneus Apollonius
Camarienſis Cardinalis Petrus
Camariota Georgius
Camariota Matthæus
Cambellanus Dauid
Cambinus Andreas
Cambricus Gildas
Cambrius Elecius
Camenerus Timannus
Cameracenſis Guido
Cameracenſis Haicarius
Camers Varinus
Camerarius Bartholomæus
Camerarius de Dalburg. Io.
Camerarius Ioachimus
de Camerino Angelus
Camertianus Radulphus
Camillus Dorotheus
Camillus Genuenſis Ioannes
Camillus Iulius
Camiſius Gerardus
Camœnus Ioan. Franciſcus
Camotenſis Epiſcopus Ioan.
de Campanis Vitalis
Campanius Carolus
Campanus Antonius
Campanus Franciſcus
Campanus Odonius
Campdenier Guilhelmus
Campeius Ioannes
Campeius Bononien. Ioannes
Campegius Bruyerinus Ioannes
Campeius Symphorian.
Campianus Emundus
de Campiſeo Gerardus
Campenſis Albertus
Campenſis Ioannes
Campeſter Ioannes
Campeſter Laurentius
Campezius Ioannes
de Campiſeo Gerardus
de Campo Heimericus
Campodenus Hugo
Campolus Ioannes
Camſcen. Ioannes
Campusbellus Ioannes
Campus Hieronymus
Camuſius Carolus
Camutius Andreas
Canappe Ioannes
de Canario Antonius
Cancerinus Nicolaus
Canderſinus Guilhelmus
Candich Richardus
Candidus de Aquileia Ioannes
Candidus Ioannes
Candidus Hugo
Candidus Iacobus
Candidus Pantaleonus
Candid⁹ Petrus de Candia Petrus
Canephius Baruch
Canetius Ioannes Antonius
de Canibus Iacobus
de Canibus Io. Iacobus
Caninius Anglarienſis Angelus
Caniſius Petrus
Canonicus Auguſtinus
Canonicus Ioannes
Canonicus Richardus
Canophilus Benedictus
Cantacuzenus Ioannes
Catalupus Hieronymus
Canterus Vltraiectin⁹ Guilhelm.
Cantherus Theodorus
Cantianus Odo
Cantilepus Nicolaus
Cantiorum rex Ethelbertus
de Cantiprato Thomas
Cantor Petrus
Cantuarien. archidiacon⁹ Haymo
Cantuarien. Epiſc. Ioannes
Cantiuncula Claudius
Canutus Robertus
Capella Romanus Benedictus
Capella Felix
Capella Galeatius
Capella Marcianus
de Capella Michael
Capellanus Andreas
Capellus Bernardus
Capellius Carolus
Capeliutus Rolandus
Caper Flauius
Capgraue Ioannes
Capharus Hieronymus
Caphonus N.
Capidurus Hieronymus
Capiliſtius Franciſcus
Capilupus Hippolitus
Capilupus Mantuanus Lœlius
de Capiſtrano Ioannes
Capito Aſinius
Capito Atteius Lucius
Capiro Muſonius
Capitonus Felicianus
Capitolinus Iulius
Capito Vuolfgang
Capnion Ioan.
Caponſachus Petrus
Capoſcrofa Nicolaus
Capotius Priamus
Capadox Epiſc. Ioannes
de Capite fontiũ Chriſtophorus
Capra Benedictus
Capra Vincentius Iulius
Capreolus Angelus
Capreolus Elias
Capreolus Helius
Capreolus Ioannes
de Capua Andreas
de Capua Thomas
de Capra Bartholomæus
Capuanus Epiſc. Iulianus
Capuanus Franciſcus
Caput Firmicus Fr.
de Caputis Antonius
Capycius Antonius
Capycius Scipio
Cara Petrus
Caracciola Antonius
Caraffa Alexander
Caraffa Ioannes
Caranza Sanctius
de Carantanico Marinus
Carauica Proſper
Carbo Ferrarienſis Ludouicus
Carbo Hieronymus
Carboniſora Ioannes
Carcheſius Antonius
Cardanus Hieronymus
Cardenus Cochemius Matthæus
Cardianus Eumenes
Cardianus Hieronymus
Cardillus Iacobus Antonius
Cardinalis Bonauentura
Cardinalis Guiſius
Cardinalis de Iacobatijs Domin.
Cardinalis Iſidorus
Cardinalis Nicolaus
Cardinalis Papien. Iacobus
de Carduco Aluardus
Carebius Ioannes Baptiſta
Cargius Stephanus
Carichterus Bartholomæus
Carion Hermagoras
Carion Ioannes
Carion Ludouicus
Cariſtius medicus Diocles
Carlæ Desbuiſſons Michael
Carmelita Daniel
Carlerius Egidius
Caropus Andreas
de S. Caro Hugo
Carncouius Stanislaus
Carnoten. Ioannes
Carnotenſis Petrus
Carnotenſis Yuo
Carocius Vincentius
Carolinus Petrus
Carolus Ioannes
Caronda Ludouicus
Carpentarius Iacobus
Carpentarius Nicolaus
Carpentarius Petrus
Cappler Ioannes
Carrantus Petrus
Carranza de Mirãda Bartholomæus
Carrarius Petrus
Carrerius Alexander
Carrerius Ludouicus
Carretus Ludouicus
Carthuſianus Dionyſius
Carthuſienſis Iacobus
Cartier Iacobus
Carmentus Cæſar
Caroloſtadius Andreas
Carpus Iacobus
Carpathius Ioannes
Carpathius Philon
Carſulanus Martinus
Carteromachus Scipio
Cartorius Petrus
Caryſtius Diphilus
Caruaial Bernardinus
Caruaialus Ludouicus
Carus Anibal
Carus Ioannes
Carzizius Chriſtophorus
de Caſa Ioannes
de Caſa Petrus

Caſalius

Caſalius Baptiſta
de Caſali Hubertinus
de Caſculis Iacobus
Caſeanus Chriſtophorus
Caſonus Opiterginus Franciſcus
Caſſador Guilhelmus
Caſſandreus Poſidippus
Caſſander Georgius
de Caſſanis Ieſſelinus
Caſſelius Aulus
de Caſsia Simon
à Caſſeneu Bartholomæus
Caſsianus Ioannes
Caſsianus Iulius
Caſsius Caius
Caſsius Dion
Caſsius Dionyſius
Caſsius Longinus
Caſsinen. Rupertus
Caſsiodorus Marcus
Caſsiodorus Petrus
de Caſſel Philippus
à Caſpe Donatulus
de Caſtaldo Iacobus
Caſtaldius Reſtaurus
Caſtalion Sebaſtianus
Caſtalius Pomponius
Caſtanenga Martinus
de Caſtellione Lapus
de Caſtelliono Chriſtoph.
Caſtelnauius Michael
Caſteluetrus Ludouicus
Caſtellus Dominicus
Caſtellus Guilhelmus
Caſtellus Hieronymus
Caſtellus Ioannes
Caſtellen. Ioannes
Caſtellanus Didicus
Caſtellanus Georgius
Caſteneus Renatus
Caſtilionus Balthaſſar
Caſtnerus Iodocus
Caſtor Agrippa
Caſtor Antonius
Caſtorius Ioannes Fiberius
de Caſtris Gerardus
Caſtritius Titus
à Caſtro Alphonſus
de Caſtro Andreas
de Caſtro Angelus
de Caſtro nouo Vincentius
à Caſtromuro Bartholomæus
de Caſtro Paulus
Caſtri Leo
de Caſtello Ammedeus
Cataneus Petrus
Catanæus Ioan. Maria
Catharus Martinus
Catharinus Politus Ambroſius
Catherinus Antonius
Catchepoll Gualtherus
Catianus Gabriel
Catorum Princeps Philippus
Cato Ludouicus
Cato Marcus
Cato Portius Marcus
Cato Valerius
Catton Gualtherus
Catullus Valerius Caius
Cattus Lydius
Caualcã Dominicus
Caualcanus Borgninus
Caualcantius Bartholomæus
Caubraith Robertus
de Cauelarijs Ioan. Baptiſta
Caueus Iacobus
de Cauliaco Guido
Cauon Camariotus
Cauperus Laurentius
Caurienſis Franciſcus
Cauſæus Bartholomæus
Cauſſor Claudius
Caucyus Antonius
Cautius Camillus
Cautius Gaſpar
Cauus Melchior
Caxton Guilhelmus
Cecia Petrus
Cedrenus Georgius
Celeſtinus Georgius
Celichius Andreas
Cellarius Daniel
Cellarius Diethelmus
Cellarius Ioannes
Cellia Catharina
Cellius Chriſtophorus
Cellius Erhardus
Cellius Henricus
Cellius Vrbanus
Celſus Arunrius
Celſus Cornelius
Celſus Iulius
Celſus iubentius Publius
Celſus Melinus
Celſus Publius
Celſus Rufus
Celtis Protutius Conradus
de Cenſis Conradus
Centannius Valerius
Centelles Siculus Franciſcus
bar Cepha Moſes
Cæphalus Ferrarienſis Ioannes
Cephalus Ioannes
Cepion Coriolanus
Cepolla Bartholomæus
Ceporinus Iacobus
Ceradius Conradus
Cerameus Ioannes
Ceratinus Iacobus
Cerberus Otho
Cerealis Iulius
Cermiſonius Antonius
Ceratus Paulus
Ceruianus Clodius Caius
de Ceruſtis Petrus
Cerutus Antonius
Cerutus Blancus
Ceruus Matthias
Ceſanus Leo
Ceſarius Ioannes
Ceſelius Aulus
de Ceſena Michael
de Ceſſolis Iacobus
de Ceſtria Rogerus
Ceualerius Antonius
Cecis (Tzezis) Ioannes
Ceus Prodicus
Chabaſsius Amandus
Chai Bartholomæus
Chaillet Dauid
Chalcus Bartholomæus
Chalham Thomas
Chalmeteus Antonius
Chamaillardus Alexander
Champerius Symphorianus
Chaney Mauricius
Chanconis Matthæus
Chappuis Franciſcus
Charax Ioannes
Charbius Lafus
Charenſius Toſſetus Ludouicus
Chariſius Aurelius Arcadius
Chariſi R. Iuda
Chariſius Soſipater Flauius
de Charitate Dionyſius
Charmonda Lucius
Chartophilax Ioannes
Chartophilax Nicephorus
Chartularius Cometa
Chaucerus Galfridus
Cheſer Richardus
Cheffireus Arnobius
Checkus Ioannes
Chelidonius Muſophilꝰ Benedict.
Chelmeſton Ioannes
Chemnicius Martinus
Chemnenſ. Epiſc. Ioannes
Cheradamus Ioannes
Cherienſis Iafredus
Cherlerus Paulus
Cheroboſius Georgius
Chienſis Leonardus
Chirlandus Paulus
Cheroneus Sextus
Cheynerus Iacobus
Chiappiſius Vitus
Chiauez Hieronymus
Chieburgus Normannꝰ Guilhelm.
de Chiſano Leonardus
Chilmarke Ionnnes
de Chiniueto Ioannes
Chionorinus Antonius
Chirius Fortunatianus
Chiſtelius Cornelius
Chius Ionas
Chæroboſcus Georgius
Cholinus Maternus
Cholinus Petrus
Cholinus Theodorus
Chomatenus Demetrius
Choniata Niceta Choniates Geor.
Choppinus Renatus
Choreander Ioannes
Choriolanus Ambroſius
Choronellus Ludouicus
à Choul Guilielmus
à Choul Ioanues
Chryſococcæ Georgij Cyri
Chryſogonus Adrianus
Chryſogonus Fridericus
Chryſologus Petrus
Chryſolora Manuel
Chryſopolitanus Zacharias
Chryſoroas Ioannes
Chryſoſtomus Ioannes
Chriſtianus Adamus
Chriſtianus Guilhelmus
Chriſtmannus Iacobus
Chriſtoferſonus Ioannes
Chriſtophorꝰ Caluetus Stella Ioan.
Chriſtophorꝰ Batticus Lucius
Chryſippus Fauianus Ioannes
Chriſtophorus Ioannes
Chriſtophorus Beierus Carolus
à Chriſto Franciſcus
Chubbes Gulielmus
Chuchalon Hieronymus
Chumnus Nicephorus
Chytræus Dauid
Chytræus Nathan
Chytræus Volcmarus
Ciaſſus Andreas
à Cibaliana Donatus
Cicero Quintus
Cicero Tullius Marcus
Ciceſtrius Richardus
Cieca Petrus
Cilicius Chriſtianus


Digitized by Google

Cimatorius Baptiſta
Cimbriacus Bartholomæus
Cimbricus Aurelianus
Cineſias Philyrinus
Cingularius Hieronymus
Cinna Aelius
Cinna Cornelius
Cinna Heluius Caius
Cincius Lucius
Cincius Alimentus Lucius
Cinglarius Ioannes
Cinus Huldrichus
Ciofanus Hercules
de Citadinis Paulus
Circeſtrius Rudolphus
Cirierus Pariſienſis Ioannes
Ciruellus Petrus
Ciſnerus Nicolaus
Ciſtarellus Albertus
Citardus Matthias
Citrolinus Alexander
Claius Hertzburgenſis Ioannes
Clapole Richardus
Clarauacæus Hieronymus
Clarbachius Hieronymus
Clarentius Osbertus
Clareuallenſis Galfridus
Clarimontis Rupertus
Clarke Ioannes
Clarke Petrus
Clarius Iſidorus
Clarus Alexandrinus Iulius
Clarus Idacius
de Clauaſio Angelus
Claudianus Claudius
Claudianus Osbernus
Claudius Alexander
Claudius Aprutinus Ioannes
Claudius Cæcus Appius
Claudius Didymus
Claudius Donatus Tiberius
Claudius Enſis Lucius
Claudius Iaſon
Claudius Ioannes
Claudius Phileremus Ioannes
Claudius Pulcher Appius
Claudius Quintus
Claudius Seruius
Clauiger Achilles
Clauius Chriſtophorus
Clauius Seruatius
Clauſerus Chriſtophorus
Clauſerus Conradus
Clazomenius Scopelianus
Clemangis Nicolaus
Clemens Aurel. Prudent.
Clemens Coruinus
Clemens Maturinus
Clemens Scotus Claudius
Clemens Terentius
Clemens Vuillibrotus
Clementinus Aſcanius
Clenardus Nicolaus
Cleophilus Octauius
Clericus Philippus
Clicthoueus Iodocus
Climacus Ioannes
de Clipido Alexander
Clipſton Noringamienſis Ioannes
Cliuerius Bernardus
Cliuenſis dux Philippus
à Cliuolo Bartholomæus
Clocius Hieronymus
Cluniacen. Richardus
Clodius Ceruianus Caius
Clomarus Ludouicus
Cluniacenſis Bernardus
Clupham Dauid
de Cluſa Iacobus
Cluſius Carolus
Clutinus Carolus
Clynne Ioannes
de Clyue Martinus
Cluuius Rufus
Cneſpelius Iacobus
Cniculus Pudentianus
Cnutelius Guilhelmus
Cober Otho
Cocaius Marlinus
Cocalius Martinus
Cocburnus Patricius
Coccaius Merlinus
Cocinus Ioannes
Coccinius Michael
Coccius Vlricus
Cochleus Ioannes
Cockforde Guilhelmus
Coclenius Conradus
Cocles Bartholomæus
Codega Io. Boſcus
de Codega Boſchinus
Codelenius Guilhelmus
Codomanus Laurentius
Codoneus Georgius
Codrus Antonius
Cælius Horatius
Cœlius Calcagninus Ludouicus
Cœlius Rodiginus Ludouicus
Cœnobita Guilhelmus
Coggeshale Radulphus
Cognatus Gilbertus
Cohe R. Iacob
Coilartus Antonius
Coittarus Ioannes
Colatius Matthæus
Colb Gaſpar
Colby Thomas
Coletus Ioannes
Colladonus Nicolaus
Collæus Ioannes
de Colle Petrus
Colleutius Pandulphus
Collimitius Georgius
Collin Conradus
Collinus Matthæus
Collinus Rodolphus
Colmannus Petrus
Colman Robertus
Columbus Chriſtophorus
de Collocoruino Nicolaus
de Colonia Ioannes
Colophonius Hermeſianax
Colophonius Nicander
Colophonius Phœnix
Coloſuannus Emericus
Colton Ioannes
Coluberius Ioannes
Coludius Adamantus
Columbanus Antonius
Columbetius Antonius
Columbinus Ioannes
Columbus Auguſtinus
Columbus Iacobus
Columbus Realdus
de Columna Gnido
de Columna Ioannes
de Columna Landulphus
Columna Pompeius
Columna Stephanus
Colzeburgus Matthæus
Comba Auguſtinus
de Combis Ioannes
Com mandinus Federicus
Com andinus Franciſcus
Comes Purliliarum Iacobus
Comes Zoſimus
de Comitibus Natalis
de Comitibus Nicolaus
de Comitibus Proſdocimus
Commeſtor Petrus
de Comitibus Prodocinus
Comicus Philiſcus
Comirus Antonius
Commendonus Franciſcus
Comnena Anna
Commineus Philippus
Comnenus Alexius
Comnenus Manuel
Computiſta Rogerus
Concenatius Iacobus
de Coneo regio Ioannes
Condelarius Godefridus
de Condeto Ioannes
Confalonerius Io. Baptiſta
de Confluentia Andreas
Conforti Hieronymus
Connanus Franciſcus
Connibertus Alexander
Cono Ioannes
Compigner Anglus Guilhelmus
à Connerſtain Antonius
Conradus Alphonſus
Conradus Vlmerus Ioannes
Conradinus Balthaſſar
Conradinus Hemingus
Conſentius Publius
Conſentinus Parrhaſius Ianus
Conſiliarius Ioannes
Conſobrinus Ioannes
Conſtabile Ioannes
Conſtantinopolitanus epiſcopus Germanus
Conſtantinopolitanus Proclus
Conſtantinus Georgius
Conſtantinus Magnus Flauius
de Conſtantijs Gualtherus
Conſt. Patriarcha Hieremias
Conſtantinus Robertus
Conſtantius Antonius Marcus
Conſtantius Conſtantinus
Conſtantius Fanenſis Antonius
Contius Antonius
Contradus Cæſar
Conuentius Stephanus
Conuentrienſis Gualtherus
Conuentre Guilhelmus
Conuerdale Milo
Conuay Rogerus
Contades Arnaldus
Contarenus Ambroſius
Contarenus Andreas
Contarenus Gaſpar
Contarenus Nicolaus
Contarenus Petrus
Contractus Hermannus
Conyngton Richardus
Coocus Antonius
Copus Alanus
Cope Antonius
Copius Balthaſſar
Copius Bernardus
Copus Guilhelmus
Copus Ioan. Copus Martinus
Copus Michael
Coprius Conſtantinus
Copernicus Nicolaus
Coradus de Auſtria Ludouicus

Coquillatus

Digitized by Google

Coquillatus Scipio Sebaſtianus
Corahſcus Epilycus
Corallus Abidenus
Coranus Ambroſius
Corarius Venetus Georgius
Corbarius Petrus
de Corbeia Simon
de Corbenis Martinus
Corbichon Ioannes
Corbulo Domitius
Corcyreus Petrus Nicolaus
Cordatus Petrus
Cordelinus Petrus
Corderius Maturinus
Cordiger Paſcalinus
Corduba de Lara Antonius
Cordubenſis Antonius
Cordubenſis Eulogius
Cordus Aelius
Cordus Euritius
Cordus Iulius
Cordus Iunius
Cordus Simeſuſius Valerius
Corealis Baldus
Corinius Britannus Kebius
Corinius Patroclus
Corinthius Georgius
Corinthius Gregorius
Corius Bernardinus
Cormelenus Stephanus
Cornarius Ianus
Cornax Matthias
Cornazanus Antonius
Cornelianus Metrophanes
Cornelius Agrippa Henr.
Cornelius Balbus Lucius
Cornelius Bonauentura
Cornelius Cneus
Cornelius Eraſmus
Cornelius Linnichanus Antonius
Cornelius Publius
Cornelius Sylla Lucius
Cornerus Chriſtophorus
Cornerus Iacobus
Cornet Seuerinus
Cornetanus Iacobus
Corneus Petrus & Philippus
Cornhuyſius Baliolanꝰ Guilielmus
Cornicula Annius
Cornutus Annæus
Cornutus Marcus
Coronel Antonius
Coroneus Dionyſius
Coroſettus Gillius
Coroſetus Aegydius
Corradinus Matthæus
Corradus Sebaſtianus
Corronius Dionyſius
à Corroy Simon
Corrozet Aegydius
Corſetus Antonius
Corſus Rainaldus
Corteſius Alexander
Corteſius Titus Alexander
Corteſius Ferdinandus
Corteſius Paulus
Cortohoeuius Theodoricus
Cortonæus Petrus
Coruinus Andreas
Coruinus Antonius
Coruinus Ioachimus Elias
Coruinus Laurentius
Coruinus Meſſala
Coruulæus Robertus
Coreus Andreas
Coſcius Franciſcus
de Coſco, Aliander
Coſentinus Franchinus
Coſminius Ioannes
Coſpus Angelus
Coſpus Bartholomæus
Coſpus Ioannes
Coſta Emanuel
à Coſta Chriſtophorus
à Coſta Iuuenalis
Coſta Stephanus
Coſtæus Ioannes
Coſtalius Petrus
Coſterius Ioannes
Coſteſay Minorita Henricus
Coſtius Petrus
de Coſueldia Henricus
Cotereus Claudius
Cotius Gerardus
Cotmannus Gandauus Læuinus
Cotmannus Læuinus
Cotta Caius
Cotta Catellianus
Cotta Fabius
Cotta Ioannes
Cottus Animundus
Couarruuias Didacus
de Couches Normãnus Guilhelmꝰ
Couſtus Ioannes
Coudebergus Petrus
Coueroninus Bermundus
Couuton Robertus
Coxus Leonardus
Coxus Richardus
Crab. Gilbertus
Crabbe Petrus Machlinien.
Craco Ioannes
de Cracouia Matthæus
Cracouien. Petrus
Cracouius Georgius
Craer Nicolaus
Cræſtus Manillius
Crafft Hermagoras
Cragius Luchouianus Tilmannus
Craneueldius Franciſcus
Crantz Albertus
Crappus Andreas
de Craſſelis Nicolaus
de Craſsis Ioannes
Craſsitius Lucius
Craſſus Hieronymus
Craſſus Lucas
Craſſus Lucius
Craſſus Petrus
Craſſus Pomeranus Michaelus
Crato Adamus
Crato Ioannes
Crazinus Franciſcus Antonius
Cregelius Ioannes
Crellius Iacobus
Crellius Paulus
Crellius F.
Cremonen. Martinus
de Cremona Simon
Creſtonus Ioannes
Creſcentianus Petrus
Creſcentinas Vbertinus
Creſſye Ioannes
Cribellus Leodriſius
Crickliadenſis Richardus
Crinitus Dauid
Crinitus Petrus
Criſpanus Ioannes
Criſpinus Attrebas Ioannes
Criſpus Ioannes de Montibus
Criſpus Petrus
à Crita Creſcens
Criticus Crates
Critius Andreas
Crixſtede Henricus
Crocus Cornelius
Crocus Richardus
Crolachius Gothanus Henricus
Crolandienſis Felix
Crolandienſis Rogerus
Cromerus Ioannes
Cromerus Martinus
Cronus Apollonius
Cropalius Georgius
Cropatius Gaſpar
Croquetus Andreas
Crotoaldus Valentinus
Crottus Bartholomæus
Crottus Ioannes de Monteferrato
Crottus Iulius Aelius
Crottus Rubeanus Ioannes
Crouche Robertus
à Cruce Andreas
à Cruce Iacobus
Cruceius Annibal
Cruceus Ioannes Picardus
Crucigerus Gaſpar
Crucius Leuinus
Cruderus Georgius
Crumpe Henricus
Cruquius Iacobus
Cruſerius Hermannus
Cruſius Harmauoren. Georgius
Cruſius Martinus
Cruſius Paulus
de la Cruce Franciſcus
de Crutz Melchior
Cuba Ioannes
à Cubalo Gerardus
Cuelliacus Ioannes
Cueria Martinus
de Cugnerijs Petrus
Cuiatius Iacobus
Culmãnus Ioan. & Leonardus
Culſamorus Ioannes
Cumanus Heſiodus
Cumanus Raphael
Cumia Ioſeph
Cumiranus Seraphinus
de Cumo Guilhelmus
Cunelius Georgius
Cunerus Petrus
Cunon Ioannes
Cuntius Antonius
Cuppenerus Chriſtophorus
Cupræus Laurentius
Cureus Ioachimus
Cunde Laurentius
Cunetius Richardus
Curio Auguſtinus
Curio Georgius
Curio Iacobus
Curio Ioannes
Curius Petrus
Curita Hieronymus
Curſon Robertus
Curtereus Ioannes
Curtinus Hermolaus
Curtius Benedictus
Curtius Franciſcus
Curtius Iacobus
Curtius Lancinus
Curtius Matthæus Ticinen.
Curtius Quintus
Curopalata Ioannes
Curſius Petrus
de Curte Franciſcus
de Curte Rocherius

Digitized by Google

de Dinanto Dauid
Curtuſus Ioannes
de Curtelli Bonus
Curulus Iacobus
Cuſanus Nicolaus
Cuſanus Ioannes
Cuſaturus Ieremias
Cuſentinus Teleſphorus
Cuſpidius Lucius
Cuſpinianus Ioannes
de Cuſaco Gallus Gerardus
Cuſſumannus Petrus
Cuſtos Ioannes
Cuſtoſius Philippus
Cutenus Martinus
Cybenius Ioannes
Cyclops Volſius
Cydonas Prochorus
Cydonius Demetrius
Cygneus Ioannes Pollicarius
Cylenius Raphael
Cymbricus Aemilianus
Cynicus Meleagrus
Cynicus Saluſtius
Cynoſura Vrſula
Cyprianus Cæcilius
Cypriota Conſtantinus
Cyprius Georgius
Cyranus Harpoeration
Cyrenæus Nicanor
Cyrillus Aptacius
Cyrus Stephanus
Cyteus Ioannes

D

DE Dacia Petrus
Dactius Andreas
Dado, Andoenus
Dadreus Ioannes
Daguinus Petrus
Daima Baionenſis Ioannes
Daileſeit Petrus
Dalbinus Petrus
Dalechampius Iacobus
Dalmata Hermannus
Dalton Anglus Guilhelmus
Dalton Ioannes
Damaſcenus Ianus
Damaſcenus Ioannes
Damaſcenus Io. Presbyter
Damaſcenus Menophilus
Damaſcenus Nicolaus
Damaſcenus Petrus
de Dambaco Ioannes
Damhouderius Brugenſis Iodocus
Damianus Berthramus
Damiani Ianus Senen.
Damianus Petrus
Damianus Tertius
Damippus Criton
Danck Ioannes
Dandalus Andreas
Dandalus Henricus
Daneſius Petrus
Danæus Lambertus
Dangersheim Hieronymus
Daniel Dominicanus Henricus
Daniel Gualtherus
Daniel Petrus
Dantiſcus Ioannes
Dantzius Ioannes
Danus Gaſpar Iacobus
Darcius Venuſinus Ioannes
Dardanus Bartholomæus
Dardanus Georgius
à Dacl Ioannes
Dartona Georgius
Dorpius Martinus
Daſerus Ludouicus
Daſtinus Ioannes
Daſypodius Petrus
Dathænus Petrus
Dathus Auguſtinus
Dathus Nicolaus
à Dauentria Ioannes
Dauentrienſis Iacobus
Dauid Aurelius
Dæmon Agathius
Dauid Niceta
Dauienus Ioannes
de cane Ioannes
Deaurantus Petrus
Decembrius Angelus
Decembrius Vbers
Decianus Tiberius
Decimator Henricus
Decius Franciſcus
Decius Philippus
Dedekindus Fridericus
Dedecus Ioannes
Dee Londinenſis Ioannes
Degonuicz Stanislaus
Deirus Ioannes
Deirus Hunebertus
Deirus Vuitbertus
Delamora Guilhelmus
Delingerus Vuolfgangus
Delius Matthæus
Delius Phillis
Delotnus Franciſcus
Delphinus Cæſar
Delphinus Fridericus
Delphinus Iulius
Delphius Ioannes
Delphus Aegidius
Delphus Hegeſander
Demaratus Ioannes
Demerlienus Ioannes
Demeringus Otho
Demochares Antonius
Denceck Ioannes
Denckius Ioannes
Deniſius Nicolaus
Derrerus Sebaſtianus
Deſpauterius Ioannes
Deſſeinnus Bernardus
Deſignatianus Largius
Deſulo Horatius
de Deo Ioannes
Deuanius Amphibalus
Deuarius Matthæus
Deuay Martinus
Deuonius Ioſephus
Dexopater Ioannes
Diaconus Ioannes
Diaconus Paulus
Diaconus Petrus
Diaconus Ruſticus
Diaconus Theodorus
Diadochus Proclus
Diaz Damianus
Diazius Ferdinandus
Dicæus Gerardus
Dickius Leopoldus
Dickmannus Ioannes
Diedus Franciſcus
Diepburg Ioannes
Dietenbergius Ioannes
Dietherus Andreas
Diethricus Georgius
Digges Leonardus
Dieſtus Iacobus
Dilectus Durantes Ioannes
Diſcipulus vide Ioan. Herold.
Dinaterus Eubulus
Dinckelius Ioannes
Dinckelſpuhel Nicolaus
Dinetus Richardus
Dinterus Emondus
Diocles Iulius
Diodotus Petronius
Diola Horatius
Dionyſius Aelius
Dionyſius Adamanius
Dionyſius Antonius
Dionyſius Caſtor
Dionyſius Neſtor
Dionyſius Paulus
Diophilax Ioannes
Diſroi Petrus
Diſſe Galterus
Diſſutus Claudius
Diſtel Conradus
Diuæus Petrus
Diuiſienſis Richardus
Diuitius Bernardus
Diurius Ioannes
Diuus Andreas
Dobereiner Philippus
Docæus Ioannes
Docreus Ioannes
Doctor Auguſtinus
Dodeforde Robertus
Dodoneus Rembertus
Dodo Auguſtinus
Dolcota Ludouicus
de Dolendorp Henricus
Doletus Petrus
Doletus Stephanus
Doltz Ioannes
Domeſticus Rufus
Dominacztius Sigiſmundus
Dominicus Arridus
de Dominicis Dominicus
Dominicus Ioannes
Dominicus Petrus
Dominicanus Berchtoldus
Donatius Ioannes Baptiſta
Donatus Aelius
Donatus Bernardinus
Donatus Bernardus
Donatus Cicondellus Ioannes
Donatus Claudius Tiberius
Donatus Hieronymus
Donatus Ludouicus
Donatus Marcellus
Donatus Petrus
Doncellinus Hieronymus
de Dondis Iacobus
de Dondis Ioannes
Donellus Hugo
Donerus Ioannes
Donienſis Matthæus
Donis Nicolaus
Donius Franciſcus Antonius
Donzellinus Cornelius
Dopelſtein Henricus
Dorabernenſis Geruaſius
Dorceſtrius Burchardus
Dorceſtrius Anglus Eleutherius
Dorenſis Adamus
Dorhin Nicolaus
Dorieus Apollodorus
Dorkenius Andreas
Dorlandus Petrus
Dorna Bernardus
Dorni Gerardus
Dornig Matthias
Dornſtein Ioannes
Dorpius Henricus

Dorpius

Dorplatius Conradus
Dorotheus Guilhelmus
Dorſennus Fabius
Dorſius Henricus
Dorſtenius Theodoricus
de Dorſten Ioannes
Dortmannus Nicolaus
Doſius Ioannes Antonius
Douerenſis Cantuarienſis Richardus
Douglas Gauinus
Douiacius Guilhelmus
Douza Ianus
Draco Albertus
Draco Honoratus
Draco Nicolaus
Draconites Ioannes
Drazier Adamus
Drenlerus Ioannes
De Drepano Albertus
Dreſſerus Matthæus
Dreſslerus Gallus
Driedon Ioannes
Drittonus Ioannes
Druida Michaelis
Drelus Petrus
Droſæus Ioannes
Druthmarus Chriſtianus
Eryander Franciſcus
Dryander Ioannes
Duarenus Franciſcus
à Dubrauia dubratius Rodericus
Duatecum Ioannes & Lucas
Dubrauius Ioannes
Ducas Laſcaris Theodorus
Ducherius Gilbertus
de Ductona, Hugo
Duditius Audreas
Dudleya Ioanna
Duennas Petrus
Dugienſis Petrus
Dugo Philonius Ioannes
Duckerus Tuſſanus
Dulcis Ludouicus
Dulichius Hartmannus
Dulmanienſis Tilmannus
Duncanus Martinus
Dunelmenſis Laurentius
Duns Scotus Ioannes
Dunus Locarnenſis Thaddæus
Durableton Ioannes
Durantius epiſcopus Guil.
Durerus Albertus
De Duren Ioannes
Duretus Ludouicus
Durauernus Sampſon
Durrha Hieronymus
de Duſeldovp Ioannes
Durempleus Srephanus
Dux Benedictus
Dybe filius Rachian
Dymmock Rogerus
Dyſcolus Apolonius Alex.
Dyſſe Gualtherus

E

Eberbachus Godeſcalcus
Eberhardus Mathias
de Eberhuſen Ioannes
Eberus Paulus
Ebnerus Eraſmus
Eboracenſis epiſcop. Egbertus
Eborenſis Andreas
Ebouttius Georgius
Ebrā à Vuilnberg Ioannes
Ebroicen Matthæus
Eburen Alenus
Eccardus Georgius
Eucardus Ioannes
Eccardus Henricus
Eccardus Rauinius Hieronymus
Ecgæus Auguſtinus
Eccius Martinus Maioris
Eccius Sueuus Ioannes
Eccleſianus Seraphinus
Ecdæus Ioannes
Ecmondanus Nicolaus
Eculeo Decius
de Ecdenberg Ioannes
Edem coſmographus Ioan.
Edenbergergerus Lucas
Ederus Georgius
Edingius Rugerius
Ediſſenus Petrus
Ediſſenus Samuel
Edoardus du Monin Ioannes
Edulphius Neotus
Eduuardſton Thomas
Eduus Rhætitius
Effrem Efræm
Efforben Henricus
Egentinus Philippus
Eggerus Thomas
Eggerden Andreas
Eglyne Galfridus
Eglin Raphael
Egnatius Io. Baptiſta
Egmonde Guilhelmus
Ehemius Chriſtophorus
Eichlerus Michael
Eichmannus Iodocus
Eikius Arnoldus
Eiſengrin Martinus
Eiſenbergius Iacobus
Eiſengreinius Guilielmus
Eiſtettenſis epiſcopus
ab Eitzen Paulus
Ecklin Daniel
Eleemoſinarius Radulphus
Elenus Hieronymus
Eleodus Gaſpar
Eliacus Petrus
Elienſis Pyrrhon
Elienſis Semus
Elienſis Phædon
Eligenſis Richardus
Eligerus Io. de Gonderſl.
Elimithar Elluchaſem
Eliotta Thomas
Eliphat Robertus
Elias Ioannes
Elkeſeus Naum
de S. Ella Rodericus
Ellebodius Nicolaus
Elinus Ioannes
Ellinger Andreas
Elphinſton Guilhelmus
de S. Elpidion Alexander
Elſenus Petrus
Elſesberger Cornelius
de Elten Gerardus
Eleſley Richardus
Elueden Anglus Gualtherus
Eluonenſis Monachus Guntherus
Elyſius Ioannes
de Ember. Henricus
Emericus Oppauianus Fran.
Emich Matthias
Emiſenus Paulus
Emiſenus Seleucus
Emmyngforde Gualtherus
Emolus Franciſcus
Emosa Petrus
Emporius Chriſtianus
Emſer Hieronymus
Encelius Chriſtophorus
Encourt Guilhelmus
Engelbrechtus Engentinus Philip.
Engelhard Leonardus
Engelhuſius Theodericus
Engelhus Conradus
Engerdus Ioannes
Ennius Quintus
Enſigerus Iacobus
Enſis Claudius Lucius
Entaillator Sebaſtianus
Entfelder Chriſtianus
Entmannus Ioannes
De Enzinas Ferdinandus
Eobanus Heſſus Helius
Eoueus Laudinus
Eparchus Antonius
Epicadus Cornelius
Epidicus Caius
Epiphanienſis Euſtathius
Epirota Maximus
Epus Varicus
Epheſius Alexander
Epheſius Heraclitus
Epheſius metropolitanus Io.
Epheſius Michael
Epheſius Pythermus
Epheſius Stephanus
Ephillus Apollodorus
Epicus Demetrius
Epicureus Anthonius
Epiſc. Theodorus
Epiſcop. Melchior
Epiſc. pont. Martinus
Epiſcopus Angelus
Epiſcopus Conradus
Epopœus Argiuus Palamedes
Epopœus Chœrillus
ab Eppendorf Henricus
Equarius Faber Albertus
Equicola Marius
Eraſiſtratius Menodorus
Eraſmus Deſiderius
Erbius Matthias
Eremita Richardus
Eremita Ioannes
de Erfordia Henricus
Ereſius Phanias
de Erfordia Ioannes
Ericius Ioannes
Erigena Ioannes
Erithiacus Diogenites
Ertman Ertminus
Ertlinus Ioannes
Erythræus Demetrius
Erythræus Diodorus
Erythræus Nicolaus
Erythræus Valentinus
Erneſtus Ioannes
Eſchenburgius Nicolaus
Eſchius Nicolaus
Eſcolanus Hieronymus
Eſculanus Cichus
Eſculanus Ioannes
Eſculanus Saladinus
de Eſculo Auguſtinus
de Eſculo Iacobus
de Eſcluſe Carolus
Eſopeus Ioſephus
Eſpenceus Claudius
Eſſeburne Dominicanus Henricus
Eſtocartus Paſchalis
Eſton Benedictinus Adamus
Eſtuidus Ioannes



Digitized by Google

Eſtuuade Ioannes
Eterianus Hugo
Etloiſius Petrus
Etropeus Ioannes
Etſchenreiterus Gallus
Euboicus Nicolaus
Eubolus Conſtantius
Eucædius Auguſtinus
Euerardus Martinus
Eueriſden Ioannes
Euerardus Nicolaus
de Euesham Adamus
de Euesham Gualtherus
de Euesham Hugo
Euolus Neapolitanus Cæſar
Euphradus Themiſtius
Eurymachus Gaſparus
de Euſcringen Ludolphus
Euſtachius Bartholomæus
Euſtachius Bonauentura
Euſthenius Claudius
Eutricus Henricus
Euuich Ioannes
ab Exea Andreas
Exceſtre Canonicus
de Eybe Albertus
Eyton Stephanus

F

FAber Antonius
Faber Gerardus
Faber Viennen. epiſc. Ioan.
Faber Heylbrunnen. Ioannes
Faber Luzenſis Gregorius
Faber Angoliſmenſis Ioannes
Faber Engelbertus
Faber Nicolaus
Faber Sileſius Franciſcus
Faber Verdenſis Ioannes
Faber Mechlinienſis Ioannes
Faber Soranus Baſilius
Faber Petrus
Faber Henricus
Faber Gaſparus
Faber Huldricus
Faber Martinus
Faber Stapulen. Iacobus
Fabianus Robertus
Fabius Lucullus Quintus
Fabius Pictor Quintus
de Fabriano Ioannes
de Fabrica Ioannes
Fabricius Andreas
Fabricius Alexander
Fabricius Bernhardus
Fabricius Chriſtophorus
Fabricius Bolandus Ioannes
Fabricius Boderianus Guido
Fabricius Baſilius
Fabricius Macrodoranus Franciſcus
Fabricius Georgius
Fabricius Sebaſtianus
Fabricius Henricus
Fabricius Ioannes
Fabricius Capito Vuolf.
Fabricius Paulus
Fabricius Theodorus
Fabricius Theodoſius
Fabri Aegidius
Fabri Felix
Fabrinus Ioannes
Facius Bartolomæus
Faernus Cremonenſis Gabriel
Fagellus Villaricus Simon
Fagius Angelus
Fagiolus Ioannes
Faius Bartolomæus
Faigniens Noe
Fakijnham Nicolaus
Facandij Hugonis
Falk Simon
Faletus Hieronymus
Falkenburgius Gerardus
Falconeus Aymarus
à Falconibus Antonius M.
Falco Benedictus
de Falconibus Aeneas
Fallopius Mutinenſis Gabriel
Fannius Caius
de fano Martinus
de fano Neguſantius Antonius
Farellus Guilhelmus
Fantonius Philippus
Fantonius Hippolytus
Fargeus Thomas
Farinator Matthias
Farner Martinus
Farneſius Henricus
Faſcitellus Honoratus
Faſolus Ioannes
Faſtolphus Richardus
de Faucona Ioannes
Fauentinus Antonius
Fauentinus Didymus
Fauentinus Ioannes
Fauentinus Leonellus
Fauentinus Mengus
de Fauno Ioannes
Faunus Lucius
Fauolius Hugo
Fauorinus Archangelus
Fauſtinus Periſaulus
Fauſtus Aurelius
Fauſtus Venetus Victor
Faxiolus Ioannes
Fayus Antonius
Federman Daniel
Feinerius Chriſtophorus
Felde Ioannes
Felden Ioannes
Feldius Iacobus
Feldner Ioannes
Felicianus Lazeſius
Felicius Conſtantius
Felinus Aretius
Felix Lælius
Felix Minutius
de felicitate Ioannes
Felicianus Ioan. Bernardus
Feneſtella Lucius
Feraldus Ioannes
Ferauentinus Leonardus
Ferber Sebaſtianus
Ferdinandus Carolus
Ferdinandus Iacobus
Fererius Franciſcus
Ferentillus Auguſtinus
Feretus Nicolaus
Ferinarius Ioannes
Fericius Bartolomæus
Feribrig Richardus
Feriulanus Fabius
Fernandus Berengarius
Ferneham Nicolaus
Fernelius Ioannes
Ferrandus Ioannes
Ferrarienſis Torquatus
Ferrarius Ioannes
de Ferrarijs Albertus
Ferrarius Ambroſius
Ferrarius Hieronymus
Ferrarius Omnibonus
de ferrarijs Ioannes Petrus
Ferrarius Vincentius
Ferratus Ioan. Baptiſta
Ferrault Ioannes
Ferberus Paulus & Sebaſtianus
Ferrerius Augerius
Ferrerius Auguſtinus
Ferrerius Io. Pedemontanus
Ferrerius Octauianus
Ferrerus Aemilius
Ferretus Rauennas Iulius
de Ferrina Hieronymus
Ferronus Arnoldus
Ferrus Alfonſus
Ferus Ioannes
Feſtaſius Nicolaus
Feſtus Ruffus
Feſtus Pompeius Sextus
Feuerdentius Franciſcus
Feuchtius Iacobus
Feucherius Ioannes
Feuguercus Guilhelmus
Fiberius Ioannes
Fichardus Ioannes
Ficinus Marſilius
Fidelis Ludouicus
Fidlerus N.
Fiera, Baptiſta Mantuanus
Fierius Ioannes
Fieſcus Muſicus Iulius
Figliucius Senenſis Felix
Figulus Carolus
Figulus Vuolfgangus
Figulus Hermannus
Ficklerus Ioan. Baptiſta
Filpotus Ioannes
Fincelius Iob
ad Finem Otto
Findeling Ioannes
Finot Dominicus
Finus Hadrianus
Finyngham Robertus
Finus Ferrarienſis Daniel
Firmicus Iulius
Fiſcanenſis Guilhelmus
Fiſcherus Chriſtophorus
Fiſcherus Ioannes
Fiſcherus Samuel
Fiungolius Cæſar
Fitzherbert Antonius
Flaccus Albinus
Flaccus Fuluius
Flaccus libertinus Verrius
Flaccus Rutilius
Flaccus Setinus Caius
Flaccus Siculus
Flaccus Statylius
Fladerus Georgius
Flamingus Ioannes
Flamma Galueneus
Flamma Stephanardus
Flaminius Antonius Mar.
Flaminius Ioannes
Flaſchius Sebaſtianus
Flasborienſis Ioannes
Flauia Auguſta Helena
Flauiacen Radulphus
Flauiacenſis monachus Rodulphus
Flauius Blondus
Flauius Clemens
Flauius Ptolemæus
Fleiſcherus Ioannes
Flemminge Richardus
Flemminge Robertus
Flete Vueſtmonaſterienſis Ioannes



Digitized by Google

Flete Guilhelmus
Flicker Henricus
Flinsbachius Chumannus
Fliſcus Stephanus Andreas
Eloccus Dominicus
Elonocherus Guido
Flos Petrus
Flora Ioanna
Florauantius Paulus
Floracius Bartholomæus
Florebellus Antonius
Florentinus Antonius
Florentinus Donus
Florentinus Paulus
Florentinus Pogius
Florentinus Richardus
Florentinus Iunctinus
Floriacenſis Hugo
Florianus Ioannes
Floridus Gaudioſus
Floridus Rufinus
Floridus Sabinus
Florilegius Matthæus
Florius Iacobus
Florus Annæus
Florus Baldinus Georgius
Florus Caius
Florus Franciſcus
Florus Paulus
Florus Lucius
Florus Gregorius
Fluſſates Franciſcus
Fœcialis Annio
Fœniſeca Ioannes
de Fœno Aegydius
de Fois Gaſtonus
Folberius Georgius
Folengus Io. Baptiſta
Folianus Ludouicus
Follizius Iacobus
Folioth Gilbertus
Foluyle Guilhelmus
Folioth Robertus
Follerius Petrus
Folsham Richardus
Folsham Ioannes
Fontanus Dionyſius
Fontanus Iacobus
Fontanus Reuſchius Ioan.
Fontanus Simon
Fonteius Primio Baptiſta
de Fontibus Godefridus
de Fonte Ioannes
Fontidonius Petrus
Fontius Conſtantinus
Foquellnus Antonius
Forbergerus Georgius
Forcatulus Stephanus
de Forda Ioannes
Forleon Guilhelmus
Forliuienſ. Iacobus
Formoſa Cambra
Forliuien. Raymundus
de Forliuio Raynaldus
Fornerius Gulielmus
Foroliuien. Reinherus
Forreſtus Philippus
Fortanerius Sertorius
Fortius Angelus
Forſterus Ioannes
Foetius Anutius
Fortius Leonardus
Fortulus Antonius
Fortunatianus Attilius
Fortunatianus Chirius
Fortunatus Hamularius
Fortunatus Matthæus
Fortunatus Venantius Ho.
Foſcarenus Iacobus
à Foſſa Ioannes
Foſſenninus Hieronymus
Foulerus Ioannes
Foxius Sebaſtianus
Foxus Ioannes
Fracaſtorius Hieronymus
Fraccus Nouidius Ambroſius
Fracheus Iacobus
Fraguier Ramundus
Framigamus Gulielmus
de Francfordia Ioannes
Francfordianus Ioannes
Francanceanus Antonius
Frankenbergerus Andreas
Francinus Antonius
Franciottus Georgius
Franciſcus Aemilius
Franciſcus Benedictinus Io.
Franciſcus Brixianus Ioan.
Franciſcus Antonius
Franciſcus Decianus Ioan.
Franciſcus Giambulari Petrus
Franciſcus Hacus Ioannes
Franciſcus Lombar. Ioan.
Franciſcus Marius Ioannes
Franciſcus Picus Ioannes
Franciſcus Poggius Ioan.
FrancIſcus Ganatha Ioan.
Franciſcus Paulus Petrus
Franciſcus Zinus Petrus
Francus Hieronymus
Franchinus Conſentinus Franciſcus
Franchus Cyrillus
Francus Philippus
Franken Chriſtianus
Frangipani Cornelius
Francus Gaſparus
Francus Ioannes
Francus Nicolaus
Francus Hunibaldus
de Frangepanibus Franciſcus
Fraſcatus Gabriel
Fraxinus Simon
Fratta Marcus
Frater Martinus
Fratres Rotenhanij
Frechtus Martinus
Frecia Marinus
Freccia Martinus
Frederus Ireneus Ioannes
Freſchelius Sebaſtianus
Fresburne Radulphus
Freidang Iacobus
Frenligus Sebaſtianus
Fregius Iacobus
Freymonnius Ioannes Vuolfgangus
à Freudenberg Ioan. Aeto
Frexius Bartholomæus
Fridericus Chilianus
Fridericus Celeſtinus Ioan.
Fricius Modreuius Andreas
Fridericus Saxoniæ dux Ioannes
Fridericus Lumnius Ioannes
Fridefallis Hugonis
de Frikenhuſen Georgius
Frigillanus Matthæus
de Frimaria Henricus
Friſchlinus Nicodemus
Friſæus Laurentius
Friſius Paulus
Friſius Ioannes Tigurinus
Friſius Ioan. Iacobus
Friſius Laurentius med.
Friſner Andreas
Frith Ioannes
Frizzolius Solianenſis Laurentius
Fromentus Antonius
Froelich Ioannes
Fronſperger Leonardus
Frontinus Claudius
Frontinus Anatolius
Frontinus Iulius
Frontinus Iulius Sextus
Fronto Cornelius
Fronto Papyrius
Fronthouen Reinhardus
Froſchius Franciſcus
Froſchius Ioannes
Froſſardus Ioannes
Friſchius Laubanus Marcus
Fuchſius Leonardus
Fueſslin Ioannes
Fuldenſis abbas Rabanus
Fuldenſis Rogerus
Fulda Andreas
Fuldenſis monachus Haymo
Fulgentius Fabius P.
Fulginas Gentilis
Fulginas Guilhelmus
Fulginas Sigiſmundus
Fulgoſus Baptiſta
Fulgoſus Raphael
Fuluius Andreas
Fuluius nobilior Marcus
Fuluius Sabinus Andreas
Fumanus Adamus
Fumanellus Antonius
Fumeus Antonius
Fundanus Marcus
Funkius Ioannes
à Furno Vitalis
Furnius Petrus
Furius Aulus
Furius Ceriolanus Fridericus
Furioſus Nicolaus
Furlanus Paulus
Furnerius Andreas
de fuſcarijs Aegydius
Fuſcus Dagelius
Fuſcus Paulus
Fuſt Ioannes
Fyle Thomas
Fysher Ioannes
Fysbacker Richardus
Fyſte Simon

G

GAballinus Gaſpar
Gabalenus Seuerianus
Gabia Ioan. Baptiſta
Gabianus Iacobus Ioannes
Gabianus Paulus
Gabria Michael
Gabricinus Hieronymus
Gabriel Andreas
Gabriel Ioannes
Gabrielius Eugubinus Iulius
Gabrielius Hieronymus
Gabrielius Parauinus Gabriel
Gabrielius Antonius
Gadaldinus Auguſtinus
Gadareus Apſines
Gaderiſdene Ioannes
Gaditanus Ramyrus
Gadolus Bernardinus
Gæbelius Seuerinus
Gafurius Franchinus
Gagnæus Ioannes

rubus

Gaguinus Robertus
Gaguinus Rupertus
Gaiſkircher Ioannes
Gainuogel Conradus
Gaillardus Iuſtus
Gail Andreas
Gaizo Antonius
Gaynerus Antonius
Galatheus Antonius
Galatinus Petrus
Galba Sergius
Galba Seruius
Galenſis Ioannes
Galenſis vel Valen. Ioannes
Galenus Claudius
Galenus Matthæus
Galeota Marius
Galeſinus Petrus
Galeſius Auguſtinus
Galetanus Daniel
Galiaula Lancilottus
Galiou Guilhelmus
Gallæus Philippus
Gallandius Petrus
Gallaſius Nicolaus
Gallicanus Gadulfius
Gallicanus Turdulius
Gallicanus Volcatius
Gallicus Guilhelmus
Gallicus Sextus
Gallinacrus vel Gallus
Gallinus Camillus
Gallitius Philippus
Galliculus Ioannes
Gallus Aelius bis
Gallus Andreas
Gallus Antonius
Gallus Aſinius
Gallus Cæcilius
Gallus Cornelius
Gallus Donatus
Gallus F.M.
Gallus Guilhelmus
Gallus Ioannes
Gallus Helleſpontius
Gallus Henricus
Gallus Iodocus
Gallus Nicolaus
Gallus Paulus
Gallus Strabus
Gallus Sulpitius
Galtherus Philippus
Galterius Petrus
de Gallogræcia Photinus
Gambarus Laurentius
Gamerius Moſæus Hanardus
Gammarus Andreas
Gammarus Andreas Petrus
Gammarus Bernardinus
Gambon Petrus
de Gandauo Henricus
Gandenſis Iacobus
Gandinus Albertinus
de Gandino Henricus
de Ganduno Ioannes
Ganiuetus Ioannes
de Garbo Dinus
Gardane Antonius
Gardynerus Stephanus
Garetius Ioannes
Gargiareus Ferrantes
Garlandria Ioannes
Garnengi Petrus
Garnerius Renatus
Garratus Martinus
Garonenſis Oriel
Garro Ioannes
Garronis Antonius
Garſias Petrus
Garſon Ioannes
Gartner Andreas
Garzonius Hieronymus
Gartner Iodocus
de Garzatorib. Gratianus Franciſcus
Gaſcoyne Ioannes
Gaſnerus Bernardinus
Gaſparus Ioannes
Gaſſarus Achilles
Gaſſotus Iacobus
Gaſt Hiob
Gaſtius Ioannes
Gaſtricius Matthias
Gatinaria M.
Gattenus Matthias
Gattus Simon
Gauana Antonius
de Ganda Henricus
Gaudanus Guilhelmus
Gaudanus Raruerius
Gaudimell Claudius
Gaudea Petrus
Gauducius Ioannes
Gaufredus Ioannes
Gaulartius Simon
Gaulerius Ioannes
de Gaula Amadiſius
Gauricus Lucas
Gauricus Pomponius
Gauuer Ioannes
Gaza Theodorus
de Gazalupis Io. Baptiſta
Gazæus Procopius
Gazius Antonius
Gazialupis Ioan. Baptiſta
Gazulus Ioannes
Gebelius Ioannes
Gebuilerus Hieronymus
Gebnerus Paulus
Geiler Ioan. Keiſerſperg
de Geiluſen Conradus
Gersdorff Ioannes
Geldenhaurius Gerardus
Gelenius Sigiſmundus
Gellius Aulus
Gelous Sigiſmundus
Genebrardus Guibertus
Gemblacen. Sigebertus
Gemellus Petrus
Geminus Rutilius
Geminus Thomas
Geminus Tyllius
à Gemellis Lictus
Gemiſtus Georgius
Gemiſtus Ioannes
de S. Geminiano Dominicus
de S. Geminiano Ioannes
Gemma Cornelius
Gemuſeus Hieronymus
Genebrardus Gilbertus
Geneſius Ioannes
Geneſius Sepulueda Ioan.
Genethliacus Maugantius
Genfreus Antonius
Gengelius Detmarus
Gengerus Georgius
Gengerus Iacobus
Gentilis Damportus
Gentilis Iacobus
Gentilis Valentinus
Gentil Robertus
Gennenſis Hilarion
Genuenſis Ioannes
Geocrinus Franciſcus
Geometra Ioannes
Geon Sahadias R.
Geopretius Robertus
Georgieuitz Bartholomæus
Georgius Bartholomæus
Georgius Chalcedonius Petrus
Georgius Chriſtophorus
Georgius Franciſcus
Georgius Fridericus
Georgius Sepeula Ioannes
Georgius Triſsinus Ioan.
Georgius Bononienſis Ioa.
de S. Georgio, Antonius
à S. Georgio Iacobus
de S. Georgio Ioan. Bonon.
Geourot Ioannes
Geraldinus Antonius
Gerardus Hyperius Andreas
Gerardus Bernardus
Gerardus Petrus
Gerardus Ioannes
Gerardus Stephanus
Gerardus Theodoricus
Geraſenus Nicomachus
Gerbelius Nicolaus
Gerbrandus Ioannes
Gerkenror Chriſtianus
Gerlachius Stephanus
Gerenbergius Chriſtophorus
Gerle Ioannes
Gerlachius Theobaldus
Germanus Heluuicus
Gernbergius Hermannus
Germinus Paulus
Gernhart Bartholomæus
Gerſdorff Ioannes
Gerſepſius Staniſlaus
Gerſon Ioannes
Gertophius Ioannes
Geruaſius Laurentius
Gerunden. epiſcop. Ioannes
Gerarde Philippus
Gerardinus Nicolaus
Geraſenus Nicolaus
Geſlerus Ioannes
Geſnerus Conradus
Geſnerus Salomon
Geſt Eadmundus
Getulicus Cneus
Geuarens Antonius
Geuſchelus Iacobus
Geyl Andreas
geynesburg Guilhelmus
gharaxio grammaticus
gheuerdes Chriſtianus
giābullari Franciſcus Petrus
gibaldus Hector
gibelius Heliſeus
gieſtal Ioachimus
giſanius Obertus
gigas Caſparus
gigas Hieronymus
gigas Ioannes
gilbi Antonius
gileſius Nicolaus
gilinus Camillus
gilletus Stephanus
gilleius Ioannes
gilingham Guilhelmus
gillius Petrus Albien.
gillotus Ioannes
giouanus Ioannes
giraldus Cābrienſis Syluest.
giraldus Lilius Gregorius
girardus Carolus



Digitized by Google

Girardus Iacobus
Girardus Ioannes
Giruuicius Cuthbertus
de Gislandis Antonius
Gisleaus Thalaſſus Iacobus
Giſualdus Ioan. Andreas
Glamorganius Samſon
Glannuyle Ranulphus
Glareanus Henricus
Glaſcouienſis monach. Ducnilanus
Glaſconius Brithuualdus
Glaſerus Petrus
Glaſton Rogerus
Glaucus Herrelius Valentinus
Glaudorpius Ioannes
Glaunuyle Bartholomæus
Glogeſton Ioannes
Glogouienſis Ioannes
Glochſtain Diethorus
Gluef Ioannes
Glycerus Cyri Ioannes
de Gmunden Ioannes
Gnaphnus Hagien Guilli.
Gnandus Ioan. Auenion.
Gneſnenſis Nicolaus
Gnidius Dicæocles
Gnidius Eudoxus
Gnodalius Petrus
Gnoſsius Pinytus
Goblerus Iuſtinus Goarinus
Godardus Ioannes
Godeſden Ioannes
Godfrid Ioannes
Gocchianus Pupperus
Gocchius Ioannes
Godeleuæus Guililemus
Godham Adamus
Godſcalcus Ioannes
Godofredus Petrus
Gœden Henningus
Gœldlin Heinricus
à Goes Damianus
Goethalſius Franciſcus
Goffredus Iacobus
Gogrenius Mento
Gohonhemetz Iacobus
Goldſtenus Chilianus
Golduurm Gaſparus
Golein Ioannes
Goltſchius Bartholemæus
Goltzius Hubertus
Gombertus Nicolaus
Gomes Aluarus
Gomezius Antonius
Gomeſsius Ludouicus
Gonſaluius Reginaldus
Gonzalus Ouiedus Fernandus
Goodman Chriſtophorus
Gooduuik Ioannes
Gordonius Borbonius
Gorgerius Laurus
Gorippus Craſtonius
de Gorlitz Andreas
Gorpius Ioannes
Gorræus Ioannes
Gorræus Petrus
de Gorran Nicolaus
Gorrickem Henricus
Gorſcius Iacobus
Goſuinus de Hex
Gothardus Georgius
Gothofredus Dionyſius
Goſſenus Nicolaus
Gothorum rex Theodericus
Gothus magnus Olaus
Gothus Matthæus
Goucalezius Ioannes
Goueanus Antonius
Goupylus Iacobus
Goullet Robertus
Gourmelenus Stephanus
Goyad Ludouicus
Goyneus Ioannes Baptiſta
Graben Matthæus
Graochus Caius
Graccula Tirannio
Gracchus Pierius Ioannes
de Gradis Antonius
de Gradibus Matthæus
Græcinus Iulius
Græciſta Ebrardus
Græcus Nicolaus
Gratius Ortuinus
Grammaticus Ioannes
Gramineus Theodorus
Graminea Dominicus
Granata Ludouicus
Granfeld. Anglus Galfridus
Granius Ioannes
Grandinus Ludouicus
Grandis Nicolaus
Grandiſonus Ioannes
de Grandual Marcus
Grangeus Claudius
Granutius Paulus
Grapaldus Marius Franc.
Grapheus Beneuenutus
Grapheus Cornelius
Graphicus Demetrius
Grasdale Richardus
de Graſſali Carolus
Graſſel Auguſtinus
de Graſsis Ioannes
de Graſsijs Lucas
Graſſus Michael
Granius Henricus
Gratarolus Guilhelmus
Gratiolus Andreas
Gratus Hieronymus
Grauatius Aegydius
Grauuer Ioannes
Graye Guilhelmus
Graye Ioannes
Grebelius Conradus
Gregoras Nicephorus
Gregorius Gyraldus Lilius
Gregorius Marcus Ioannes
Gregorius Martinus
Gregorius Petrus
Gregorius Scotus, Guilhelmus
Grena Guilermus
Grenia Dominicus
Grentius Ioannes
Greiſerus Danielus
Greſmund Theodoricus
Gretterus Gaſper
Gretterus Iacobus
Gretterus Georgius
Greue de Oetingen Henricus
de Greue Philippus
Greuinus Iacobus
Gribaldus Matthæus
Grieb Leonardus
Griffin Brittannus Ioannes
Grillandus Paulus
Grillus Germanus Laurentius
Grillus Ioannes
Grimaldus Pelegrus
de Grimma Henricus
Grimmier Coſmas
Grimoaldus Nicolaus
Grinogeire Petrus
Griphus Thomas
Griſant Guilhelmus
Griſonius Franciſcus
Griſonus Ioannes
Griſonus Neapolitanus Fridericus
Griſſelius Iacobus
Grietſch Ioannes
Groſſenbrot Sigiſmundus
Grynæus Simon
de Grochis Fabianus
Grocinus Guilhelmus
Grodecius Ioannes
Gropperius Ioannes
Groſolocius Hieronymus
Groſſus Ioannes
Groſſus Rubertus
Groſthede Robertus
de la Grotte Nicolaus
Grothuſius Hillebrandus
Gruchius Nicolaus
Grudius Nicolaus
Grundelius Philippus
Gruner Vincentius
Grunbeckius Ioſephus
Grugetus Claudius
Grutterus Lambertus
de Gruytrode Iacobus
Gymalius Laurentius
Gryme Robertus
Gryme Anglus Eadmundus
Gnyphæus Ioannes
Gryphius Bartholomæus
Grypholus Iacobus
Guzimeus Antonius
Guaccius Marcus
Guainius Dubricius
Gualenſis Ioannes
Gualtherus Bidencapius Ioannes
Gualtherus Cornelius
Gualtherus Rodolphus
Gualtherus Lambertus
Gualtherius Petrus
Guarinus Alexander
Guarinus Baptiſta
Guarimbertus Matthæus
Guarna Andreas
Guarnaza Carolus
Guarnerius Irnerius
Guarro Guilhelmus
Gubernator Ioannes
Guent Ioannes
Gueringius Bernardus
de Gueuarra Antonius
Gueuelius Ioannes
Guida Robertus
Guibertus Antonius
Guiccardinus Ludouicus
Guiccardinus Franciſcus
Guidazerius Agachius
Guidalotus Diomedes
Guilandinus Melchior
Guillandus Claudius
Gullemanus Iacobus
Guilh. Saxonum dux Ioannes
Guilielmus Ianus
Guilihelmus Kirchof Ioannes
Guilie. Alkisbek Ioannes
Guillonius Renatus
Guiueth Ioannes
Guiſianus Iacobus
Guldebeck Sebaſtianus
Guldener Ioannes
Guintherius Ioannes
Gulpen Henricus
Guldenſinger Henricus
Gundelius Philippus

Guntherius Petrus
Guntherus Ioannes
Gunthrope Ioannes
Guntzius Hieronymus
Gutlerus Balthaſſar
Gutierus Diegus
Gypſus Lugienſis Lanfrancus
Gybſon Thomas
Gygas Samothes
Gymnichius Petrus

H

Habbius Gerardus
Habermanus Ioannes
Haberſtock Ioachimus
de Hachenberg Tilmannus
Hachius Iodocus
Haccus Matthias
Hadamarius Reinhardus
Haddonus Gualtherus
Hæcconius Iacobus
ab Haerſolte Arnoldus
Hæmus Franciſcus
Hædus Petrus Haffnerus Petrus
ab Hagedo Hagerius Thaddeus Nemicus
Hagemannus Ioannes
Hagerus Michael
Hagius Ioannes
Haguſtaldenſis Ioannes
Haguſtaldenſis Richardus
Hæmilius Q. Cimbriacus
Haithonus Aitonus
de Halberſtat Conradus
de Hales Thomas
de Haliaco Petrus
Halieus Antonius
Halle Anglus Eduardus
Hallerus Ioannes Iacobus
Hallerus Ioan. Bernenſis
Hallerus Ioan. Tigurinus
Hallerus Vuolffgangus
Haluerius Hieronymus
Halyſis Chariclis
Haloander Gregorius
de Hama Henricus
Hamaxurgus Gregorius
Hambergerus Hartmannus
Hamboys Ioannes
Hamburgenſis Guilhelmus
Hamelius Paſchaſius
Hamelmannus Hermannus
Hamiltonius Archiboldus
Hammilton patricius
Hampole Richardus
Hamretonius Guilhelmus
Hammonius Agricola Ioan.
Hanabergus Guilhelmus
Hanapius Nicolaus
Hanerus Ioannes
Hangeſt Hieronymus
Hannibal Io. de Canonicis
Hanruillenſis Ioannes
Haolander Ioannes
Happelius Vuigandus
Hardebius Robertus
Hardeby Galfridus
Harding Ioannes
Harding Stephanus
de Harena Henricus
Hareſſa Philibertus
Harkelei Henricus
Harmodius Marſus Ioan.
Harnby Ioannes
Harſyk Carmelita Guilhelmus
Hartlieb Sylueſter
Hartmannus Georgius
Hartmannus Hartmannus
Hartungus Albertus
Hartungus Ioannes
Haſalanus Ioannes
Haſenbergius Ioannes
Haslerus Ioannes
de Haſsia Hen. Langenſtein
Haslobius Michael
Haryſon Iacobus
Haſtardus Petrus
Haſſart Iulianus
Haſenbergius Ioannes
Haſentoder Ioannes
Hasfurt Ioannes
Hasfurt Ioan. Virdung
Haſsia Iunior Henricus
Haſungenſis Lambertus
Hauboldus Hieronymus
Hauuenruter Ioannes Ludouicus
Hauuenruter Ludouicus
Hauerius Georgius
Hauerus Vuolfgangus
Hauinckorſtius Ioannes
Haupaſius Nicolaus
Haupt Petrus
Hauues Stephanus
Haukyns Guilhelmus
de Hayda Ioannes
Hayles Ioannes
Hayneccius Martinus
Hayton Ioannes
Hebelius Samuel
Hebræus Creten. Helias
Hebſacer Matthias
Hedenneccius Erhardus
Hedericus Ioannes
Hedio Gaſpar
Hedlerus Ioannes
Hegendorphinus Chriſtoph.
Hegius Alexander
Hegius Vuolfgangus
Heidanus Carolus
Heidenreich Eſaias
Heiligmeier Chriſtophorus
Heinrichpetri Adamus
Heimburgius Gregorius
Heimgarterus Conradus
Heinricus Martinus
Heiter Nicolaus
Helbachius Vuendelinus
Heldelinus Gaſpar
Heliæ Petrus
Helinge Mauritius
Helius Caſsibellanus
Helius Nennius
Helius Theleſinus
Hellanicus Sandon
Helmboldus Ludouicus
Helmontanus Andreas
Helpidius Ruſticus
Helt Viuio
Hemaus Vitalis
Hemertius Antonius
Hemina Caſsius
Hemlingtonus Adamus
Hemlingtonus Galfridus
Hemmelius Sigiſmundus
ab Heminga Sixtus
Hemmingius Nicolaus
Hemina Sextilius
Hempelus Michael
de Henares Alcala
Henerus Renatus
Heningus Ioannes
Henham Petrus
Hener Ioannes
Henlin Ioannes
Henrichmannus Iacobus
Henricus Martinus
Henſel Conradus
Heniſch Georgius
Henslerus Matthæus
Hentenius Ioannes
Henyſo Eduuardus
Henton Simon
Hepburnius Alexander
Herodius Niceta
Heraclydes Cymæus
Heracleotes Theodorus
Herbenus Matthæus
Herbert Guilhelmus
Herbetus Ioannes
Herbeſtus Benedictus
de Herberai Nicolaus
Herborn Nicolaus
Herboroch Alemannus Guilhelmus
Herburtus Ioannes
Herculanus Franciſcus
Herculanus Io. vel Arculanus
Herculanus Vincentius
Herbrant Michael
Herdeſsianus Chriſtophorus
Herefordenſis Ioa. Herefor. Rogerus
Herenica Hilda
Herennius Dexippus
de Herenthal Petrus
Heresbachius Conradus
Herforde Nicol. Herfort Antonius
Herlinus Chriſtianus
Hermannus Chriſtophorus
Hermannus Guilhelmus
Hermannus Gogaua Antonius
Hermannus Michael Herman. Nicol.
Hermannus Friſius Hayo
Hermaphroditus Antonius Ioannes
Hermapolita Theodorus
Hermenius Gualtherus
Hermenius Riſſus Gualth.
Hermeas Ammonius
Hermonymus Georgius
Hero Albertus Herodes Iulius
Herodianus Clodius Hero Triphon
Hereldus Ioannes Heronas Ioannes
de Herp Henricus
Herrandus, vide in Stephano
de Harrera Alphonſus
Herrn Michael
Herſenius Octauius
Hertelius Glaucus Valentinus
de Hertophe Aegydus
Heruetus Aurelius
Heruetus Aurelius Gentianus
Heruye Guilhelmus
Herzberger Antonius Otto
de Heſe Ioannes
Heſſels Ioannes
Heſsiander Chriſtianus
Heſſus Alexander
Heſſus Paulus
Heſſus Simon
Heſten Gualtherus
Heupelius Eraſmus
Heutenius Ioannes
de Herxen Theodoricus
Heyden Sebaldus
Heyder Bernardus
Heyeushery Guilhelmus
Heyland Samuel
Heylbrunnerus Philippus
Heymairus Magdalenus
Heyns Petrus
Heyuuode Ioannes



Digitized by Google

Hemellus Bernardus
Hezer Ludouicus
Hibernicus Malachias
Hicius Paulus
Hiel Laurentius
Hieromonachus Matthæus
Hieroſolymitanus Andreas
Hieroſolymitanus Landinus
Hieroſolymorum Epiſcopus Ioannes
Hieronymus Ioannes
Hiez Georgius Raſcinious
Higinus Iulius Caius
Hilacenſis Guilhelmus
Hilacomilus Martinus
Hildericus Edo
Hilleſenus Ludouicus
Hilkenius Ioannes
Hilprandus Michael
Hipparchus Cratoſthenes
Hiparius Chriſtianus
Hippocratius Demophon
Hippocratius Lyſimachus
Hipponenſis Valerius
Hirnkoſen Guilhelmus
Hirſuogel Auguſtinus
Hirtius Aulus
Hirtius Quintus
Hiſdinius Ioannes
Hiſpalen Ioannes
Hiſpanus Andreas
Hiſpanus Petrus
Hiſpanus Ptolemæus
Hiſter Ethicus
Hitorpius Melchior
Hizlerus Giengenſis Georgius
Hockerius Iodocus
Hocherus Magdale. Ioannes
Hochſtratus Iacobus
Hochſtratus Ioannes
Hochuuart Laurentius
Hœdus Petrus
Hœſt Stephanus
Hofferius Coburge Ioannes
Hoffman Bartholomæus
Hoffman Chriſtophorus
Hoffman Daniel
Hofmannus Ioannes
Hofman Melchior
Hofheimerus Paulus
Hofmeiſter Ioannes
Hofmeiſter Sebaſtianus
Hogelundus Petrus
Hogenbergius Franciſcus
Hoieda Alphonſus de Mendoca
Hoingerus Nicolaus
Holbeke Laurentius
Holcot Robertus
Hollen Godenſchalcus
Hollerius Blaſius
Hollerius Iacobus Stephanus
Holkam Dionyſius
Holkot Rupertus
Hollandus Chriſtianus
Holder Guilhelmus
Holme Guilhelmus
Holme Vuilfridus
Holonius Leodienſis Georgius
Holtigena Ioannes
Holtorpius Bernardus
Holtzachius Coſmas
Holtzbroke Ioannes
Holthuſius Kempenſis Ioannes
Holtziger de Backluz Thomas
Holtzmannus Daniel
Holtzmullerus Henricus
Holtzuuart Matthias
Homberger Ieremias
Hombergerus Ionas
Hombergius Gaſpar
Homerus Sellius
Honburgius Ioannes
Honderlagius Georgius
de Honeſtis Florentin. Georgius
Honorius Ioannes
Honorius Venantius
Honterus Ioannes
Hopkyns Ioannes
Hoppius Adamus
Hoppenrodus Andreas
Hopperius Ioachimus
Hopperus Ioannes
Hopperus Ioannes Phriſius
Hopperus Marcus
Horapius Apollonides
Horatius Flaccus Q.
Horatiianus Octauius
Horquetus Adrianus
Horem Nicolaus
Horeſuuitha Hylda
Horit Ioannes
Horius Nicolaus
Horlenius Ioſephus
Horman Guilhelmus
Horminger Ioannes
Hornburg Guilhelmus
Horndorf Andreas
Horneby Henricus
Hornus Robertus
Horn Andreas
Horn Ioannes
Horolanus Ioannes
Horologius Ioannes
Horſtius Dethardus
Horſtius Giſsibertus
Hortenſius Lambertus
Hortenſius Quintus
Hortibona Iſaac
de Horto Obertus
Hoſpinianus Chriſtianus
Hoſpinianus Ioannes
Hoſt Ioannes
Hoſtus Matthæus
Hoſmannus Ioannes
Hothun Guilhelmus
Hotomanus Franciſcus
de Houeden. Rugerus
Houuden. Ioannes
Houghton Ioannes
Houeus Nicolaus
Houndeslouu Robertus
Houpellandus Guilhelmus
de Houſſemaine Nicolaus
Houten Libertus
Houuerde Henricus
de Hoylandia Gilbertus
de Hoyta Henricus
Huberinus Gaſpar
Huberus Conradus
Huober Ioannes Chriſtophorus
Huddæus Hermannus
de Hueſta Henricus
Hugen Alexander
Hugh Eboracenſis Guilhelmus
Hugo Celſus
Hugo Philoſophus Georgius
Hugo Ioannes
Hugualdus Huldrichus
Huldrich Abraham
Huldrich Iacobus
Huldricus Zaſius Ioannes
Huloetus Richardus
Hulſout Ioannes
Humay Humain
Humbleton Robertus
Humelbergius Gabriel
Humelbergius Michael
Hunæus Auguſtinus
Hund Magnus
Hund Vuiguleus
Hunfredus Laurentius
Hunger Albertus
Hungerus Vuolfgangus
Hunte Gualtherus
Huntyngton Gregorius
Hurgant Huldrichus
Hurtadus Diegus
Hus Ioannes
Huſanus Henricus
Huſelinus Rodolphus
Huſerus Conradus
Huſerus Ioannes
Huſmannus Fridericus
Huſſouianus Nicolaus
Huthelinſon Rogerus
Huttenus Huldricus
Huttichius Ioannes
Huxarus Ioannes
Hybernus Richardus
de Hyda Ioannes
Hygeden. Radulphus
Hygden. Ranulphus
Hylton Gualtherus
Hylton Ioannes
Hyllus Albanus
Hymbertus Ioannes
de Hynton Ioannes
Hyngham Galfridus
Hyparchus Gabriel
Hypatus Ioannes
Hyperius Andreas
Hyperius Laurentius
Hypſila Pierius

I

Iabolenus Priſcus
Iaboleus Iulianus
Iaccetij Cataneus Franciſcus
Iachinus Leonardus
Iacobatius Cardinalis Dominicus
Iacobellius Magiſter
Iacobus Ammianus Ioannes
Iacob de Canibus Ioannes
Iacobus Banellus Petrus
Iacobus Cancellarius Ioannes
Iacobus Faber Michael
Iacobus Gabianus Ioannes
Iacobus Grynæus Ioannes
Iacobus Huggelius Ioannes
de S. Iacobo Iacobus
Iacobus Petrus
Iacobus Leonardi Ioannes
Iacobus Rhecabus Ioannes
Iacobus Simon
Iacobus Traiectanus Franciſcus
Iacobus Vuecker Ioannes
Iacothius Vandoperan. Deſiderius
Iagenteufel Nicolaus
Imbertus Benedictus
Iammetius Textor Franciſcus
Ianitius Clemens
Ianſenius Cornelius
de Ianun Ioannes
Ianuenſis Antonius
Ianuenſis Iacobus
Ianuenſis Ioannes
Ianuenſis Simon
Ianus Conradus
Iaquerius Nicolaus

Iaquinot Dominicus
Iarchus R.Salomon Gallus
Iardinus Ioannes Baptiſta
Iarſius Thomas
de Iarua Antonius
Iaſenſis Lycon
Iaſpar Danaus Iacobus
Iatro Gerardus
Iatroſophiſta Caſsius
Iatroſophiſta Paulus
Iauellus Chryſoſtomus
Iaueſenius Gerardus
Iazichi filius Calides
Icarieus Siſarion
Icenus Benedictus
Ickelhamer Valentinus
Ictius Caius
Ieremias Petrus
Ierrarius Ioannes Paulus
de Ieſſe Ioannes
Iezlerus Ioannes
Igneus Ioannes
Ilienſis Polemon
Illeſias Goncalus
Illicinius Petrus
Illuſtris Artuillus
Illuſtris Ferguſius
Illuſtrius Heſychius
Illyricus Matthias
Illyricus Thomas
Imbertus Ioannes
Imbrex Licinius
de Imenhuſen Ioannes
de Imerhauſen Ioannes
Imlerus Chriſtophorus
de Imola Ioannes
Imolen.Alexander
Imolen.Beneuenutus
Imp.Andronicus
de Ianduno Io. vel Iandonis
Incarnatus Fabius
de Indagine Ioannes
Indico Pleuſus Coſmas
Indus Ioſephus
Ingarſias Philippus
de Ingen.Marſilius
de Inſulis Alanus
Interianus Paulus
Ioachimus Georgius
Ioannes Acturius
Ioannes Albertus
Ioan.Bapt.Gyraldus Cynth.
Ioannes Baſilius
Ioannes à Freudenberg Aetho
Ioannes Petrus
Ioannes Petrus Perpinianus
Ioannes Petrus Prouenzalis
Ioannes Scandanienſis Titus
Iobinus Bernardinus
Iodocus Georgius
Ioianenſis Sineſius Stephanus
Iolaus Claudius
Ioliuetus Ioannes
Ionas Iuſtus
de Ioncono Auguſtinia Guilh.
Iongus Ioannes
Ionſonus Robertus
à Iontulmo Antonius
Iordanus Chriſtophorus
Iordanus Guilhelmus
Iordanus Ioannes
Iordanus Lælius
Iordanus Thomas
Iorſius Gualtherus
Ioſephus Mattathiæ Flauius
Ioſquin à Prato Iodocus
Ioubertus Laurentius
Iouerius Valentinus Franciſcus
Iouianus Muſæus
Iouius Benedictus
Iouius Paulus
Ioye Georgius
Irenæus Chriſtophorus
Irenæus Ioannes
Irenæus M.
Irenæus Philotheus
Irenicus Franciſcus
Iſaac Abrahami filius
Iſaac Henricus
Iſaacus Ioannes
Iſcalegius Amphibaius
Iſcanus Bartholomæus
Iſenacenſis Iodocus
de Iſernia Andreas
Iſingius Gerardus
Iſlepus Simon
Iſoardus Paulus
de Iſolanis Iſidorus
Iſraelita Paulus
Iſubmarus Balthaſar
Italicus Silius
Italus Ioannes
Iterus Michael
Itrenſis Ioannes
Iuæ vel Iuæus Guilhelmus
Iuarra Martinus
Iudæ Leo
Iudæus Abraham
Iudecus Nicolaus
Iudex Matthæus
Iuellus Ioannes
Iuoritus Robertus
Iuger Aquinius
Iulianus Celonius
Iulianus Claudius
Iulianus Saluius
Iulianus Seuerianus Iulius
Iulius Caius
Iulius Crottus Aelius
Iulius Iuſtinus
Iulius Lucius
Iulius Veſtinus
Iunctinus Franciſcus
Iuncus Apollonius
Iungermannus Gaſpar
Iungi Albericus
Iunius Franciſcus
Iunius Gratianus
Iunius Hornanus Hadrianus
Iunius Stephanus Brutus
Iunta Thomas
Iunterbuck Iacobus
de S.Iuone Rogerus
Iuſtinianus Antiſtius Vincentius
Iuſtinianus Auguſtinus
Iuſtinianus Bernardinus
Iuſtinianus Bernardus
Iuſtinianus Flauius
Iuſtinianus Ioannes
Iuſtinianus Laurentius
Iuſtinianus Leonardus
Iuſtinianus Pancratius
Iuſtinianus Petrus
Iuſtinopolitanus Bartholomæus
Iuſtinus Amadius
Iuſtus Lanſpergius Ioannes
Iuſtus Papyrius
Iuſtus Paſchaſius
Iuterbocenſis Ambroſius
Iuuenalis Guido
Iuuenalis Ioannes
Iuuenalis Iunius Aquinas
de Iuuera Guilhelmus
Ixion Demetrius

K

KAerlion Britannus Ludouicus
de Kayotho Guilhelmus
de Kalbar Henricus
Kaltyſen Henricus
Kaneman Ioannes
Kareuue Robertus
Kargel Sixtus vel Xiſtus
de Karthan Ioannes
Kaufman Iacobus
Kautzdorffer Daniel
Keiſerbergerus Ioannes
Kekkius Ioannes
Kenerus Ioannes
Kœbelius Iacobus
Kelley Radulphus
Kelton Arturus
Kemerius Paulus
Kemmerus Chriſtianus
Kemperus Otho
de Kempis Aegidius
Kemſpeck Michael
Kendale Richardus
Kene Ioannes
Kentmannus Ioannes
Kenton Nicolaus
Kenyngale Ioannes
Keningalus Petrus
Kerle Iacobus
Kerabel Philippus
Korſenberg Hermannus
Keſſelerus Ioannes
Keslerus Vuendelinus
Ketenenſis Robertus
Ketnerus Leonardus
Keufnerus Ioannes
Keye Thomas
Kezel Adamus
Khappler Vuolfgangus
Kiluuarby Robertus
Kilyngton Richardus
Kilyguuorth Ioannes
Kimhi Dauid
Kinthiſius Iodocus
Kirkeſte Hugo
de Kirslacken Petrus
Kiſuick Hermannus
à Kitliz Baro Ioannes
Klangus Ioannes
Kleberus Euſebius
Klebſtius Guilhelmus
Kleindienſt Bartholomæus
Kleiſt Iacobus
Kling Melchior
Klumpius Antonius
Kneſelius Ioannes
Kneuſt Henricus
Knigthon Henricus
Knipshouius Ioannes
Knopken Andreas
Knoxus Scotus Ioannes
Kœlner de Vuanchél Ioannes
Kœrberus Theodoricus
Koferlinus Simon
Κοίσεγοι Martinus
Kolruterus Sigiſmundus
de Komberack Ioannes
Korberius Otho
Korniak Henricus
Kræſelius Ioannes
Kragius Andreas
Kratepolius Petrus



Digitized by Google

Kratzer Emericus
Kraut Georgius
Kreichus Ioannes
Kreiduueiſsius Vitalis
Krentzhemius Leonardus
Kreuchius Andreas
Krukelius Martinus
Kuchenmeiſter Adamus
Kueſnerus Ioannes
Kugelman Ioannes
Kulliſſer Balthaſar
Kuppelich Georgius
Kuſtuert Ioannes
Kingesham Dominicanus
Kirchayrus Thomas
Kiſpenningius Henricus
Kynigham Ioannes

L

Labeo Antiſtius
Labeo Claudius
Labeo Cornelius
Labinius Iacobus
Labittus Iacobus
de Lacelata Petrus
Lacher Ambroſius
Lacherus Iacobus
Lacinius Ianus
Lackman Nicolaus
Lactantius Firmianus Cælius L.
à Lacuna Andreas
Lælius Caius
Lælius Ioannes
Lælius Quintus
de Lælijs Theodorus
Lætmatius Hermas
Laertius Diogenes
Læſcherus Abrahamus
Lætus Georgius
Lætus Pomponius
Lafranchinus Chriſtophorus
Lagius Ioſue
Lagi Ptolomæus
Lagnerius Petrus
Lagrenus Ioannes
Laimannus Matthæus
Laingus Iacobus
Lalamantius Ioannes
Lamasba Puſillus
Lambert Ioannes
Lambertus Franciſcus
Lambertinus Cæſar
Lambinus Dionyſius
Lametius Adrianus
Lamola Ioannes
Lampridius Aelius
Lampridius Benedictus
Lamptenus Ioannes
Lamquier Antonius
de Lamshem Ioannes
Lana Brixienſis Ludouicus
Lancilotus Conradus
Lancilotus Paſius Curius
Landamus Thelianus
Landebergius Rodolphus
Landinus Chriſtophorus
Landinus Iulius
de Lando Ioannes
de Landriano Bernardinus
Landſidelius Caſpar
Landſpergius Ioannes
Landſpergius Petrus
Landulphus Cæſar
Landus Baſſianus
Landus Conſtantius
Landus Hortenſius
Lange Gotfridus
Langermannus Ioannes
Langdene Ioannes
Langelande Robertus
Langenbetius Detleuus
Langforde Thomas
Langham Ioannes
Langham Reinaldus
Langius Carolus
Langius Georgius
Langius Lambergius Ioannes
Langius Rodolphus
de Langron Simon
Langton Stephanus
Langus Andreas
Langus Ioannes
Lancellotus Robertus
Lannonij Ferdinandus
Lanſbergius Iuſtus Ioannes
Lanthonienſis Clemens
Lanthonienſis Guilhelmus
Lapæus Ioannes
Lapidanus Guilhelmus
de Lapide Fyreluuolfius
de Lapide Ioannes
Lapinus Euphroſynus
Larangius Chriſtophorus
de Largalata Petrus
Largius Publius
Largus Scribonius
de Lara Antonius
Larus Melitus
Laſcaris Conſtantinus
Laſcaris Ianus
Laſcaris Ioannes
Laſcaris Ducas Theodorus
Laskus Albertus
de Laſco Ioannes
Laſicius Ioannes
Laſchaitz Thomas
de Laſſus Orlandus
Latalski Georgius Labiſchinus
Lateranenſis Guilhelmus
de La Turre de Sancta Victoria Franciſcus
Lathberius Ioannes
Latimerus Guilhelmus
Latomus Bartholomæus
Latomus Iacobus
Latomus Ioannes
Latro Portius
Lauatherus Ludouicus
de Laude Iacobus
de Laude Oldradus
Laudenſis Martinus
de Laudenburg Reinhardus
Lauineta Bernardus
Lauinius Petrus
Lauinius Publius
Launeus Petrus
Lauredanus Bernardinus
Laurentius Bartholomæus
Laurentius Caius
Laurentius Hieronymus
Laurentianus Laurentius
Lauretus Hieronymus
Laurinus Brugenſis Guido
ad Lauſum Palladius
Lautenbergius Georgius
Lauterbach Ioannes
Lauterbecus Georgius
Lautherus Chriſtianus
Lautherius Georgius
Lazeſius Felicianus Franciſcus
Lazius Volfgangus
Laulardus Ioannes
Lebar Valentinus
Lebetius Iacobus
Lecapenus Georgius
Lechnerus Leonardus
Lederle Stephanus
Ledeſima Iacobus
Legat Hugo
de Legia Lambertus
Legius Leonardus
Legleus Gilbertus
Leinatius Stephanus
Leirmont Thomas
Leiſentricius Ioannes
Lelandus Ioannes
Lemannus Burckhardus
Lemannus Rodolphus
Lemnius Andreas
Lemnius Guilhelmus
Lemnius Leuinus
Lemnius Simon
Lemſter Herfordienſis Guilhelmus
Lemurius Ianus
Lenis Suetonius
Lenæus Pompeius
Lenkerus Ioannes
Lenſæus Ioannes
de Lens Arnoldus
Lentulus Scipio
Leo Auguſtinus
Leo Nolanus Ambroſius
Leo Florentius Baptiſta
Leo Arabs Ioannes
Leonellus Fauentinus Marcus
Leonbergerus Georgius
Leonardus Camillus
Leonardus Hubertus
Leonardus Sertorius Ioannes
Leonicenus Nicolaus
Leonicenus Omnibonus
Leonicus Nicolaus
Leonius Paulus
Leo Ioannes
Leopardus Paulus
Leopoldus Nicolaus
Leouardienſis Petrus
Leouirius Cyprianus
Lenas Antonius
de Lentria Alexander
Lentulus Publius
Leontorius Conradus
Leonus Dominicus
Leo Petrus Pontius
Lepidus Marcus
Leporius Guilhelmus
Lepreata Harmodius
Lepuſculus Sebaſtianus
Lerbeke Hermannus
Lernhuſerus Iacobus
de Lery Ioannes
de Leſeur Nicolaus
Leſſæus Nicolaus
Leſtæus Ioannes
Leuanderius Petrus
Leucander Andreas
Leuchtius Valentinus
Leuerus Thomas
Leuinus Petrus
Leuita Abrahamus
Leuita Angelomus
Leui Tedacus
Leuita Ioannes
Leus Eduardus
Leurſius Hieronymus
Leunenclaius Ioannes
Leus Ioannes

Digitized by Google

Leyceſtre Guilhelmus
Libelli⁹ Aegidius. Lilius Tifernas
Liber Baro in Heberſteih &c. Sigiſmundus
Liberatus. N. Presbiter
Libertinus Iamblichus
Liblinenſis Bernardus
Libuyd Humfredus
Liburnicus Nicolaus
Lib. Kilianus
Licarna Dionyſius
Licentiatus Petrus
Licetus Petrus
Licinianus Granius
Licinius Caius
Licinius Clodius
Licinius Largus
Licinius Portius
de Licio Rubertus
Liebaultius Ioannes
Lieblerus Tenzlingenſis Georgius
Lidlerus Georgius
Lignaminæus Demetrius
Ligneus Petrus
de Ligniano Ioannes
de Lignamine Ioannes Philip.
de Lignerijs Ioannes
de Lignitz Bernardus
Ligorius Pyrrhus
Lilius Georgius
Lilius Gregorius
Lilius Guilhelmus
Lilius Zacharias
Limanus Horatius
Limos Andreæ
Linderus Matthæus
Linck Melchior
Linck Venceslaus
Linckius Sebaſtianus
de Lincolnia Guilhelmus
Linconien. Rubertus
Lindan⁹ Dordracenus Guilhel.
Lindekius Gaſpar
Lindeſius Cymbertus
Lindholtz Ioannes
Lindisfarnenſis Egbertus
de Lincia Nicolaus
Lingius Bernardus
Lippius Laurentius
Lipyienſis Iuſtinus
Lippomanus Aloiſius
de Lipſia Balthaſar
Lipſius Iuſtus
Lirinen. Vincentius
Lisbonenſis Marcus
Liſthenius Nicolaus
Lithocomius Ioannes
Literatus Petrus
Liuineius Ioannes
Liuius Titus
de Loazes Ferdinandus
Lobart Ioannes
Lobaſſerus Ambroſius
Lobel Matthias
Lobien Ratherius
Lobuuaſſerus Ambroſius
Lochien. Bartholomæus Nic.
Lochner⁹ vel Lochsnerus Zachar.
Lockesley Radulphus
Lodouicus Antonius
Lodouicus Iacobus
Lodouicus Viualdus Ioannes
Læſcherus Abrahamus
Loffredus Sigiſmundus
Logus Georgius
Lollius Antonius
Lonaus Ioannes
Longinus Cornelius
Longinus Dionyſius
Longoburgenſis Burnus
Longolius Chriſtophorus
Longolius Gibertus
Lonicerus Ioannes Adamus
Logothete Theodorus Magnus
Loguinus Bartholomæus
Lombardus Bartholomæus
Lombardus Bonus
Lombardus Marcus
Lombarien. Epiſc. Ioannes
Lombardus Petrus
Lombe Thomas
Lomnius Buranus Iodocus
Londinenſis Arnoldus
Loney Ioannes
Longacoſta Petrus
Longauallius Ioannes
à Longahagen Iacobus
Longianenſis Fauſtus
Longobard rex Rotharus
de Longo Campo Radulphus
Longus Velius
Loner Ioſue
Lonicerus Adamus
Lonicerus Albertus
Lonicerus Ioannes
Lonzone Raynaldus
Looſæus Callidius Cornelius
Lopadius Ludouicus
Lopes Hieronymus
Loperius Diegus
Lopezius Ioannes
de Lopis Ioannes
Lopleignius Vindonicenſis Theobaldus
Lorchus Guilhelmus
Lorichius Gerardus Hadamarius
Lorichius Hadamarius Ioannes
Loridrius Iodocus
Loriotus Petrus
Loſæus Alexander
Loſinga Herbertus
Loſsius Lucas
Lotharingus Herfaden. Rob.
Lotharius Iacobus
Lotichius Chriſtianus
Lotichius Petrus
Lothmannus Euerhardus
Loueau Ioannes
Louilius Rodolphus
de Louitz Simon
Lubbenham Guilhelmus
Lubelius Andreas
Lubecenſis Albertus
de Lubeck Henricus
Lubicenſis Ioannes
Lublinus Valentinus
Luburnius Nicolaus
Luch Ioannes
Lucanus Franciſcus
Lucanus Marcus
Lucanus Ocellus
Lucanus Vtinenſis Bartholus
Lucas Ioannes
de Luca Hieronymus
de Luca Nicolaus
Lucenſis Petrus
Lucern Ioannes
Luchouianus Cragius Tileman.
Lucienbergus Ioannes
Lucidus Samotheus Ioannes
Lucidius Ioannes Santritter
Lucius Cyriacus
Lucius Durantinus Franc.
Lucius Polichnienſis Claudius
Lucius Reinhardus
Lucius Horatius
Luck Ioannes
Lucretius Titus
Lucus Franciſcus
Ludderus Bernardus
Ludlyngton Guilhelmus
Lud. Gualtherus
de Ludo Guilhelmus
Ludolphus Lambert⁹ Pythopæus
Ludouicus ab Aſsiſio Ioſephus
Ludouicus Lenberus Laurentius
Ludouicus Viues Ioannes
Ludeke Matthæus
de las Luſantas Ferdinandus
Luiſinus Aloiſius
Luiſinus Franciſcus
Lullius Raymundus
Lullus Antonius
Lulmas Paulus
de Luna Bonifacius
Lunardus Philenus
Lundorpius Ioannes
Luneburgen. Lampadius
Lupacius Procopius
Lupanus Otto
Lupanus Vincentius
Lupinus Matthæus
Lupulus Sigiſmundus
Lupus Ioannes
Lupus Ioannes Baptiſta
Lupus Rutilius Publius
de Luſanna Iacobus
Luſchus Antonius
Luſcinius Ottomarus
Luſcius Benedictus
Lutatius Catulus Quintus
Luterbachius Hieronymus
Lutherus Martinus
de Lutra Petrus
de Lutria Ioannes
Lutterell. Ioannes
Luxouienſis abbas Columban.
Luytenius Henricus
Luz Renhardus
Luzenburgenſis Mameranus
de Lyazarijs Paulus
Lybius Chriſtophorus
de Lyceſtria Robertus
Lycius Capito
Lycius Herodotus
Lycius Leonardus
Lycius Philagrius
Lycius Proclus
Lycopolites Plotinus
Lycoſthenes Conradus
Lydgate Ioannes
Lyleſhu vide Ioannes
Lympurgen. Rupertus
Lymburgus Friſch. Remacl.
Lynge Galfridus
Lynſeye Dauid
Lynuuode Guilhelmus
Lyranus Nicolaus
Lyſthenius Georgius
Lyſtrius Gerardus
Lyrichius Albertus
Lyrleto Ioannes
Lyſsias Minorita Guilhelmus

M

MAcceus Bacchatius
Macer Aemilius Ris

Machabeus

Machabeus Ioannes
Macer Gaſparus
Macer Licinius
Macer Pompeius
de Macerijs Philippus
Machaneus Orator Domini
Mackbray Ioannes
Machabeus Ioannes
Machellus Iacobus
Machellus Nicolaus
Machiauellus Nicolaus
Macer Leuinus
Macerata Franciſcus
Machecrier Valerandus
Macieionuſcki Samuel
Macrenſis Lycius Philagrius
Macrinus Salmonius
Macrobius Ambroſius
Macropedius Georgius
Madeburgus Iob
Madirus Arnoldus
Madius Vincentius
Madridius Chriſtophorus
Madrignanus Archangelus
Madrileienſis Alphonſus
Maeſtlinus Michael
Maſæus Bernardinus
Magalottus Gregorius
Magdeburgus Ioannes
Mageirus Ioannes
Magerius Stephanus
Maggius Bartholomæus
Magillus Muſicus Dominicus
Maginus Antonius Ioannes
Maginus Ioannes
Magius Hieronymus
Magiſtrat Guilhelmus
de Magiſtris Ioannes
Magiſter Theodorus
Magnanimus Seuallus
Magnes Alciphron
Magnes Demetrius
Magnes Poſis
Magnus Gotus Ioannes
Magninus Magnus
Magnus Alanus
Magnus Conſtantinus
Magnus Gerardus
Magnus Gilbertus
Magnus Iacobus Toletanus
Magnus Ioannes Vpſalien.
Magnus Nicolaus
Magnus Stephanus
Magnutius Eslzer Ioannes
Magus Bladudus
Mahuſius Ioannes
Maier Sebaldus
Maillardus Ioannes
Mailroſius Ioannes
Maiſtret Iacobus
Manardus Auguſtinus
Mainerus Accurſius
Mainus Lucas
Maiolus Laurentius
Maiolus Paulus
Maior Georgius
Maior Hadyng Ioannes
Maior Ioachimus
Maior Ioachimus Ioannes
Maioragius Antonius Marcus
Maioranus Ludouicus
Maioranus Nicolaus
Maioris Ioannes Scotus
A. Maioranus D.
Mairæ Ioannes Belga
le Magiſtre Matthæus
Maius Antonius
Maius Lucas
Maius Iunianus Parthenopeus
Maklesfel Guilhelmus
Malacitanus Seuerus
Malacus Apollonius
Malafoſsius Iacobinus
Malaſpina Florentinus
Malateſtus Carolus
de Malatinis Andreas
Malcotius Theodorus
Malenfelt Martinus
Maleretus Stephanus
de Maleris Albricus
de Maleſcot Stephanus
Malet Franciſcus
Malferitus Petrus
Malfitanus Conſtantius
Malineus Guilhelmus
Mallardus Oliuerius
Malleolus Felix
Malleolus Paulus
Mallotus Proclus
Malmesberienſis monachus Oli-uerius
Malmesburienſis Alphredus
Malſius Ionnnes
Maluitius Troilus
Malumbra Richardus
Mameranus Henricus
Mameranus Nicolaus
Mamerius Thomas
Mamerolus Rochus
Mamertus Claudianus
Mamilius Mallius
Mamoranius Nicolaus
Mamuſa Aufidius
de Man Vuolfgangus
Manaſſes Conſtantinus
Manardus Ioannes
de Manceſtria Hugo
Mancinus Dominicus
Mancinellus Antonius
de Mandelbertis Aegidius
Mandelius Chriſtophorus
Mandellus Iacobus
Manderius Adamus
Mandeuyle Ioannes
Mandoſius Horatius
Mandolius Quintilianus
Mandragotus Guilhelmus'
Manezafota Petrus Franciſcus
Manfredus Hieronimus
Mangolt Gregorius
Manichæus Secundinus
Manilius Marcus
de Manlijs Iacobus
Manlius Iacobus
Manlius Ioannes
Manlius Ioannes Iacobus
Mansfel. Comes Erneſtus
Mansfelde Guilhelmus
Manrinus Iacobus
de Mantua Albertinus
Mantua Bonauitus Marcus
Mantuanus Baptiſta
Mantuanus Lucianus
Mantuanus Petrus
Mantuithus Ioannes
Maphæus Celſus
Maphæus Raphael
Mapus Gualtherus
de Maraſcotis Antonius M.
de Mara Guilhelmus
Maranta Bartholomæus
Maranta Robertus
Maratus Iulius
Marbachius Ioannes
Marbachius Philippus
Marbek Ioannes
Marcarius Franciſcus
Marcarlius Antonius
Marcaut Ladiſlaus
Marcellus Chriſtophorus
Marcellus Gaſpar
Marcellus Ioannes
Marcellinus Ammianus
Marcellus Nonius
Marcellus Petrus
Marcellus Vlpius
Marchantius Iacobus
Macheley Ioannes
Marchepallu Iacobus
de Marcheuallis Ioannes
de Marchia Franciſcus
de Marchia Franciſcanus Guido
Marchio Albertus
Marchiſius Franciſcus
Marcolinus Andreas
Marcus Franciſcus
Mardeley Ioannes
Marfelde Ioannes
Marganenſis Mauricius
Mares Nicolaus
Marham Radulphus
Maria Antonius
Maria Boiardus Matthæus
Maria Manoleſſus Aemilius
Maria Monticellus de Bobio Io-annes
Maria de Monte Ioannes
Maria Polutianus Ioannes
Maria Riminaldus Ioannes
Maria Roſſus Ioannes
Maria de Tholoſanis Ioannes
Maria Tricaelius Ioannes
Maria Volmatius Ioannes
Maria Veoutus Ioannes
Maria Antonius Bis
de S. Maria Paulus
Mariangelus Accurſius
Marianus Tuccius
Maricius Simon
de Marienberg Ioannes
Marinellus Ioannes
Marinus Domitius
Marinus Fabricius Caietanus
de Marinis Ioannes Thomas
Mariritanus Coriolanus
de Mariſco Adamus
Mariſcottus Bartholomæus
Marius Adrianus
Marius Aretius Claudius
Marius Auguſtinus
Marius Claudius
Marius Corradus Quintus
Marius Grapaldus Franc.
Marius Hieronymus
Marius Ioannes
Marius Molſa Franciſcus
Marius Momboſius Guilielmus
Marius Nicolaus
Marius Niger Dominicus
Marius Sebaſtianus
Marletus Claudius
Marli Paulus
Marlianus Aloiſius
Marlianus Ioannes Bartholomæus
Marianus Bartholomæus
de Marliano Hieronymus
de Marliano Ioannes
Marlianus Raimundus

Digitized by Google

Marloratus Auguſtinus
Marmelius Ludouicus
Marmita Bernardinus
de Marnix Philippus
Maro Ioannes
Maro Andreas
Maroneſſa Iacobus
Maronis Franciſcus
Marſcalcus Nicolaus
de Marſchandia muſicus Guilielm.
marſchal Galfridus
Marſianenſis Andreas
Marſilius Aluiſius
de Marſilijs Hippolitus
Marſtalerus Chriſtophorus
Marſus Domitius
Marſus Paulus Piſciras
Marſus Petrus
Marre Ioannes
Martenus Dunguerciæus Guilielm.
Marthanus Iacobus
Martialis Valerius M.
Martianus Aelius
Martianus Rota Iulius
Martinarius Antonius
Martinengus Celſus
Martinus Dominicus
Martinus Iacobus
Martinus Franciſcus
Martinus Fridericus
Martinus Ioannes
Martinus Gandauus Ioach.
Martinus Ioannes Silicius
Martinus Poblatio Ioannes
Martinus Nicolaus
Martius Hieremias
Martyr Petrus
Martir Vermilius Petrus
Martirius Adamantius
Marullus Marcus
Marullus Tarchaniota Michael
Marzarius Franciſcus
Maſſarius Alexander
Maſarellus Angelus
Maſerius Aegidius
Maſerius Sabinus
Maſſa Antonius
Maſſal Robertus
Maſſarius Franciſcus
Maſſarius Hieronymus
Maſſarius Ioannes
de Maſſa Michael
Maſſeus Raphael
Maſſæ Nicolaus
Maſſer Gilhelmus
Maſſenus Petrus
Maſsilien. Saluianus
Maſsius Andreas
Maſſonus Papyrius
Maſurius Neruius Ludouicus
Mataratius Franciſcus
Materenſis Euſtaſius
Maternus Iulius
Mattheolus Andr. Petrus
Matheſilanus Matthæus
Matheſilanus Petrus
Matthæus Andreas
Matthæus de gradi. Ioan.
Matthæus Ioannes Aſul
Matthæus Ioannes Smalc.
Matthæus Ioan. Toſcanus
Matthæus Petrus
Matthæſius Ioannes
Matheſius Laurentius
Mathiſius Gerardus
Matiſconus Hugo
Matius Caius
Matius Clodius
de Maturellis Nicolaus
Maturantius Franciſcus
Maugin Ianus
Maulbornius Ioannes
Maulius Guilhelmus
Mauritius Ioannes
Mauritianus Iulius
Maurocenus Petrus
Maurolycus Franciſcus
Maurus Aelius
Maurus Bonus
Maurus Franciſcus
Maurus Ioannes
Maurus Maximilianus
Maurus Pomerius
Maurus Rhabanus Magnentius
Maurus Terentianus
Mautica Franciſcus
Maximus Aſculanus pacificus
Maximus Marius
Maximus pater Sanctus
Maximus Starilius
Mayer Sebaldus
Mayer Georgius Monachienſis
Maxilmeneus Rolandus
Maynerus Guilielmus
Maynerius Maynetus
Maydeſcon Richardus
Maynus Auguſtinus
de Mayno Iaſon
Mayrola Bartolomæus
Mazinus Paulus
Mazochius Iacobus
Mazollus Gerardus
Mearus Ioannes
Mechanic. Leontius
Mechelburgenſ. Cornelius
Meckerchus Adolphus
de Mechlinia Ioannes
Mecirus Petrus
Mediauilla Richardus
Mederus Laurentius
Mediceus Laurentius
Medicus Laurentius
Medicus Thomas Venetus
Medicus Theophilus
à Medina Barthololomæus
Medina Michael
Medmæus Philippus
Meduual Henricus
MMegander Gaſpar
Megangus Petrus
à Meggen Iodocus
Mehrar Gaon
Meier Gregorius
Meier Martinus
Meilandus Iacobus
Meilterus Ioachimus
Melckardus Georgius
Mela Pomponius
Melanchton Philippus
Melandrius Theodorus
Matthias N.
Melam Georgius
Melberus Ioannes
Mekenlerus Gaſpar
de Melkesham Richardus
de Melkeleya Geruaſius
Melguicius Dominicus
Melhofer Philippus
Meligloſſus Aelianus
Melioratus Remigius
Meliſander Gaſparus
Meliſſus Caius
Meliſſus Eclius
Meliſſus Helius
Meliſſus Schedius Paulus
Meliſſus Petrus
Meliteniotes Theodorus
Melius Melanippides
Melius Petrus
Mellerus Ianus
Melton Cancellarius Guilhelmus
Membritius Iouinus
Memmius Caius
Memmius Henricus
Memmius Ioannes Baptiſta
Memmius Petrus
Memphites Apollonius
Mena Ferdinandus
Menander Arrius
Menappius Guil.
Menarius Martius
Mencelles Ioannes
Meneuienſis Anglus Dauid
Mendes Manætos
Mendeſis Dolus
Mendeſius Harpocration
Meneius Petrus
Meneſſa Franciſcus
Meneuienſis Dauid
Menius Iuſtus
Menius Nicolaus
Menlin Ioannes
Mennichen Carolus
Menningus Marcus
Menochius Iacobus
Menſingus Ioannes
Merca Ioannes
Mercandilius Odonellus
Mercanus Reinholdus
Mercator Clemens
Mercator Gerardus
Mercator Marcus
Mercenarius Archangelus
Mercerus Ioannes
Mercianus Chronographus Ioannes
Mercius Martinus
Mercius Tathauinus
Mercurialis Hieronymus
Mercurius Morsheimerus Ioannes
Merenda Petrus Ioannes
De meriſco Ioannes
Merklin Conradus
Merlinger Bartolemæus
Merlinus Ambroſius
Merlinus Iacobus
Merlinus Raymundus
Mermannius Arnoldus
Mesburgenſis Dietmarus
de Merſenbach Henricus
Merſæus Petrus
Merſiniota Niceta
Merula Bartholemæus
Merula Gaudentius
Merula Georgius
Merulus Claudius
Merzilius Philippus
Meſaretus Nicolaus
Meſſala Marcus. Meſſalinus Cotta
Meſſalah Stephanus
Meſſenius Hetruſcus
Meſsias Petrus
Meſſus Aruſianus
Metellus Scipio Lucius
Metelles Sequanus Ioannes
Metellus Nepos Q.
Metathemenus Dionyſius
Metianus Voluſius
Metianus Voluſius L.



Digitized by Google

Meten.Rugandus
Methiminenſis Georgius
Metochites magnus Theodorus
Methodius Eubulius
Methoneus Palladius
de Metri Nicolaus
Metzlerus Ioannes
Meuſtius Syluester
Meurerus Vuolfgangus
Meurerus Noe
à Meyen Ioannes
Meyer Sebaſtianus
Mexia vel Moxia Petrus
Michaelius Lætus Eraſmus
Michael Albertus Ioannes
Michael Brutus Ioannes
Michael Budorenſis Ioan.
Michael Io. Sauonarola
Michael Petrus
à Michau Matthias
Michinus Franciſcus
Micronius Martinus
Micyllus Iacobus
Midden Iacobus
Mignanellus Fabius
Miles Hartmannus
Mileſius Rhetor
Miletus Vitus
Mileus Pollianus
Milichius Iacobus
Milichius Ludouicus
de Milis Nicolaus
Milis Ioannes
Militianus Antonius
Milius Georgius
Milius Ioannes
Milleus Ioannes
Millianus Clemens
Milo Gallus
Milonius Nicolaus
Mimus Syrus Publius
Minenſis Bado M.
de Mynda Ioannes
Mindenſis Conradus
Minſingerus Ioachimus
Mineruius Simon
Minois Claudius
Minoreus Paulus
Minutianus Apuleius
Minutianus Cæcilianus
[illegible] Irenæus Pacatus
Miramanda Ioannes
Mirandulanus Bernardus Anto.
Mirandula Octauianus
Miryclanus Ioachimus
Miſenenſis Ioannes
Mithobius Burchardus
Mithridates Raymundus
Mittelburgenſis Paulus
de Miza Ioannes
Mizaldus Antonius
Mocenicus Andreas
Mocenicus Philippus
Mochius Petrus
Modenſis Epiſc. Nicolaus
Modernus Iacobus
Modeſtinus Herennius
Modeſtus Franciſcus
Modeſtus Iulius
Modeſtus Oronius
Medicenſis [illegible]
Modicius Guilielmus
Modius Franciſcus
Modreuius Fricius Andreas
Moduenſis Ferdinandus
Mœrſch Ioannes
à Moſſan Nicolaus
Moibanus Ambroſius
Moibanus Ioannes
Moinardus Vercellenſis Ioſephus
Moiolus Simon
Moiranus Bartholomæus
Molhuſenſis Chriſtophorus
de Molina Ludouicus
Molinæus Antonius
Molinæus Carolus
de Molinis Ioannes
Molinus Marcus
Molitor Georgius
Moltoris Vdalricus
Mollanus Ioannes
Mollen Criſtophorus
Mollerus Bernardus
Mollerus Henricus
Moller Ioachimus
Mollerus Tobias
Mollerus Laurentius
Mollerus Martinus
Mollerianus Vuolfgangus
Mollus Pamphilus
Molmicius Dunuallo
Molo Apollonius
Molſa Gaſpar
Molſa Marius Franciſcus
Moltherus Menradus
Mombritius B[illegible]
Mommoretanus Humbertus
Monachus Gabriel
Monachi Ioannes
Monachus Lucas
Monachus Cardinalis Ioa.
Monardus Nicolaus
Monachus Anshelmus
Moncenus Andreas
de Monchada Petrus
Monchiacenus Antonius
Mondeis Gabriel
Mone Ioannes
Monetarius Nicolaus
de Monſerr Guilhelmus
Mongeorgius Nicolaus
Monhemius Ioannes
du Monin Ioannes Eduardus
Monlutius Ioannes
Monſenus Ioannes
Monſterus Sebaldus
de Monſtrelet Enguerranus
Montaigne Ioannes
Montagnana Bartolomæus
Montagnana Petrus
Montaltus Ludouicus
Montanus Chriſtophorus
Montanus Fabricius Ioan.
Montanus Iacobus
Montanus Ioan. Baptiſta
Montanus Iulius
Montanus Petrus
Montanus Philippus
Montdonius Ioannes
Monterentius Annibal
Monterius Martinus
de Monte Domini Lambertus
à Montenay Georgetta
de Montemaiori Gregorius
de Monte Synai Daniel
de Monte Hieronymus
de Monte Catino Hugolinus
de Monte Galerio Philippus
de Monte Gerardus
de Monte Ieſuis Ioannes
de Monte Lambertus
de Montemerlo Ioannes
Montiſmoretanus Humbertus
de Monte Petrus
de Monte Pico Paulus
à Montepolitiano Griffolus
de Monte Puellarum Conradus
Montis Sacrati Sebaſtianus
Monteſaurus Dominicus
de Monteferrato Ioannes
Montenſis abbas Robertus
Monteuilla Ioannes
Montholonius Ioannes
Montis Petrus
Montilianus Clemens
Monticolus Sebaſtianus
Montiſianus Marcus
Montius Petrus
de Montulmo Antonius
Montuus Hieronymus
Montuus Sebaſtianus
Monumethenſis Galfridus
Mopha Gribaldus
Mopſeates Saluſtius
Moralis Chriſtophorus
Morandus Benedictus
Moranus Hieronymus
Morbertus Guilhelmus
Morelus Benedictus
Morelius Guilhelmus
Morellus Theodoricus
Morena Otto
Moretus Pelegrinus
Morganius Cambricius Gualtherus
Morganius Dauid
Morgenſtern Georgius
Morgenſtern Nicolaus
Morineus Siculus Lucius
Moringus Gerardus
Morinus Nicolaus
Morlanenſis Bernardus
Morleye Daniel
Morley Henricus
Morlinus Ioachim
Morlinus Maximus
Moryſon Richardus
Moriſotus Ioannes
à Mornai Philippus
Moron Claudius
Moronus Nicolaus
Morshalus Rogerus
Morſianus Chriſtianus
Morus Cæſar
Morus Thomas
Moſchus Demetrius
Moſelanus Ioannes
Moſellanus Petrus
à Mosham Robertus
Moſcho Emanuel
Moſchopulus Manuel
Moſnauerus Matthias
Moutius Ioannes
Motis Ioannes
Mouretus Franciſcus
Mouton Ioannes
Mudeus Gabriel
Mugelanus Dinus
Mugiaſsin Iacobus
Muiſſart Toſſanus
Muletius Sanctius
Mulinus Ioannes
Miller Eberhardus
Multon Ioannes
Multiuallis Ioannes
Mundanarius Laurentius
Mundella Aloiſius
Monſterus iurec. Sebaldus
Munſterus Sebaſtianus

Muntz Ioannes
Muntzer Thomas
de Murcono Blaſius
à Mure Conradus
Muremuthenſis Adamus
Muretus Antonius Marcus
Murſho Sebaſtianus
de Muris Ioannes
Murmelius Ioannes
Murner Thomas
Muſa Antonius
Muſa Braſauolus Antonius
Muſæus Albertus
Muſæus Raphael
Muſandina Petrus
Muſcopius Ioannes
Muſculus Abrahamus
Muſculus Andreas
Muſculus Balthaſar
Muſculus Eraſmus
Muſculus Vuolfgangus
Muſinus Benedictus
Muſius Cornelius
Muslerus Ioannes
Muſophilus Chelidonius Benedict.
Muſotus Antonius
Muſtius Auguſtinus
Muſurus Marcus
Mutianus Licinius
de Mutina Nicolaus
Mutinus Matthæus
Mutinenſis Franciſcus
Mutius Aurelius Ioannes
Mutius Bergomas Auguſtinus
Mutius Hieronymus
Mutius Huldrichus
Mutius Macarius Camers
Mutonus Nicolaus
Muzarus Albertinus
Myconius Oſualdus
Mycreus Iacobus
Myleus Chriſtophorus
de Mylbach Ioannes
Mylius Henricus
Mylius Ioannes
Mylius Martinus
Myluerlay Guilhelmus
Myluerton Ioannes
de Mynda Hermannus
Myndus Apollonius
Mynnecomius Matthias
Myon Eutychius
Myrepſus Nicolaus
Myrica Ioannes
Myron Lyciæ Nicolaus
Mys Apollonius

N

NAeuius Gaſpar
Nagelmaker Laurentius
Namuſa Aufidius
Naclantius Iacobus
Nannius Guilhelmus
Natta Georgius
Nauclerus Ioannes
Naucratites Lyceas
Nauarrus Petrus
Naugerius Andreas
Nancelius Nicolaus
Nannius Petrus
Nanquarius Simon
Narus Dominicus
Naogeorgus Thomas
Nardius Matthæus
Natiguanus Iacobus
Naruatius Matthias
Naſcimbenius Naſcimbenus
Naſo Guilhelmus
Naſo Ouidius Publius
Naſus Ioannes
Natalis Herueus
de Natalibus Petrus
Nathacius Reutha
Natta Marcus
Nauarrus Diegus
Nauſea Fridericus
à Nazareth Gerardus
Nazianzenus Gregorius
Neander Michael
Neapolitanus Claudius
Neapolitanus Hieronymus
de Neapoli Ioannes
à Neapoli Iunius
de Neapoli Nicolaus
de Nebra Antonius
Nepuſantius Antonius
Neckam Alexander
Neckton Vmfridus
Nemeſianus Aurelius
Nemeſianus Olympius
Nemorarius Iordanus
Nennia Baptiſta Ioannes
Nennius Sledanus Iordanus
Neonius Ioannes
Neobellus Ioannes Guilielmus
de Sancto Neoto Hugo
Neritinorum dux Belliſarius
Neſeckius Nathanael
Neſerus Auguſtinus
Neſius Florentinus Ioannes
Neſtor Dionyſius
de Neuo Alexander
Neobarius Conradus
Neoceſarien. Gregorius
Neomagus Ioannes
Nepos Cornelius
Nequam Alexander
Nerutius Ioannes
Nerutius Matthæus
Neſenus Conradus
Neſteuta Ioannes
Neſtorius Plutarchus
Netteler Aegidius
Neuizanus Ioannes
Neuſidler Melchior
Neuſtrius Dudo
à Niem Theodoricus
Niauis Paulus
de Nibach Ioannes
Nicanor Leander
Nicanor Seruius
Nicellus Antonius
Nicenus Ioannes
Nicenus Nicias
Nicephorus Blemmidas
Nicephorus Calliſtus
Nicia Curtius
Nicetas Georgius
Nicolaida Vinceslaus
Nicolaus Amerbachius Elias
Nicodemus Ioannes
Nicolaus Caſtellanus Petrus
Nicolaus Delphinas Ioannes
de Nicolis Nicolaus
Nicolaus Stupanus Ioannes
Nicomediæ archiepiſc. Georgius
Niconitus Franciſcus
Nider Ioannes
à Nienbrugg Gaſpar
Nierheimer Ioannes Iacobus
Nigellus Emoldus
Niger Antonius
Niger Baſtianus Franciſcus
Niger Petrus
Niger Hieronymus
Niger Sextius
Niger Staniſlaus
Niger Stephanus
Niger Trebius
Niger Venetus Franciſcus
Nigidius Publius
Nigrinus Georgius
de Nigris Iacobus
de Nigris Sillanus
Ninicellen. Ioannes
Ninus Damis
Niphus Auguſtinus
Niſeius Ioannes
Niſſus Vitalis
Nitardus Petrus
Nitſchius Petrus
Niuiolinus Philippus
Nizolius Marius
Noaylge Ioannes
de Nobilibus Balionus
Nobilius Flaminius
Noblet Ioannes
Nocarius Bernardus
Nocturoſicus Girardus
Nogarolus Leonardus
Nogarolus Ludouicus
Nolanus Ambroſius Leo
de Nongento Paulus
de Nongento Petrus
Noguera Iacobus
Nolthius Andreas
Nonius Petrus
Nontalius Andreas
Nopelius Ioannes
Nopperus Theodorus
de Nores Iaſon
Norteus Bernardus
Norphilley Ioannes
de Northaencona Ioannes
Northal Richardus
Northeymenſis Henricus
Northfelde Guilhelmus
Normannus Ioannes
Norton Guilhelmus
Noſtradamus Michael
Nothus Alphredus
Nothus Anglorum rex Guilhelmus
Notyngham Guilhelmus
Notingham Richardus
de Noto Ioannes Siculus
Nottius Stephanus
de Noua domo Ioannes
Nouant Hugo
de Nouarinis Iacobus
Nouarius Iacobus
Nouarula Iſota
Nouellus Baldus
de Nouello Iacobus
Nouenus Petrus
Noueſianus Philippus
Nouicampianus Albertus
Nouidius Fraccus Ambroſius
Nouimola Sebaſtianus
Nouiomagus Gerardus
Nouiomagus Ioannes
Nouiſpanus Ioannes
Nouocampianus Albertus
de Nouocaſtro Andreas
de Nouocaſtro Hugo
Nucillanus Caius
Nucillanus Gilbertus
à Nuenare comes Herman
Nugarolus Hieronymus



Digitized by Google

Numagen Petrus
Numantianus Rutilius
Numenius Alexander
Nuuius Aluares
Nuncius Diegus
Nunius Velius Petrus
de Nurſia Benedictus
de Nuſsia Philippus Albertus
Nuſchellerus Ioan. Iacobus
Nutzenus Sebaſtianus
Nycols Philippus
de Nyſe Nicolaus
Nyſſenus Gregorius

O

OBenhin Chriſtophorus
Oberdorffen Conradus
Obrecht Georgius
Obrecht Iacobus
Obſequens Iulius
Obſopeus Vincentius
Obuge Hibernus Dauid
Occo Adolphus
ab Ocha Vincentius
Ocham Guilhelmus
Ockam Nicolaus
Ochinus Bernardinus
Octacilius Lucius
Octauius Franciſcus
Olaxius Ludouicus
de Odis Odus
Odonus Cæſar
Odonis Gerardus
Odonius Oſuualdus
Oecolampadius Ioannes
Oecumenius Gregorius
Oetheus Iacobus
Offa Matthæus
Offredus Apollinaris
Offuſius Lofrancus
Olaus Nicolaus
Oldencaſtel Ioannes
Oldendorpius Ioannes
Oldouinus Cremonenſis Georgius
Oldus Sfortia
Oldus Ioannes
Olearius Ioannes
Olearius Paulus
ab Oleaſtro Hieronymus
Olerius Bernardus
Oleuianus Gaſpar
Oliua Acuerdus
de Oliua Albericus
Oliuarius Iacobus
Oliuerius Antonius Franciſcus
de Oliueto Lupus
Oliuerius Petrus Ioannes
Ollicinus Petrus
Olmucenſis Auguſtinus
Olney Ioannes
Olphenius Sibæus
Olympi Lyciæ Methodius
Olympius Aurelius Nemeſianus
Olynthius Dionyſius
Omphalius Iacobus
Onciacus Guilhelmus
Onetonus Guilelmus
Onley Rugerus
Onſpachus Petrus
Opilius Aurelius
Opilio Lucas
Opius Aulus
Obizo Ioannes
Opizonus Ambroſius
Oporinus Ioannes
ab Opa Paulus
de Oppenbach Guilhelmus
Oppius Caius
Optatianus Porphyrius Publius
Optatianus Suetonius
Optatus Cæſar
Opton Nicolaus
Optinellus Fabius
de Orbellis Nicolaus
Orem Guilhelmus
Oreſonius Nicolaus
de Oriano Lanfrancus
Orianus Paulus
Oricellarius Bernardus
Oricellarius Ioannes
Orichouius Stanislaus
Orydirus Arnoldus
Orius Matthæus
de Orma Philibertus
Ormeskircus Robertus
Orneus Ioannes
Oroſcius Chriſtophorus
Oroſius Paulus
Ornithoparchus Andreas
Ortelius Antuerpianus Abrahamus
Ortforde Robertus
Orthon Agathemerus
Orthus Zacharias
Oſiander Andreas
Olian Per Lucas
de Oſa Bartholomæus
de Oſenbruck Theodoricus
Oſius Hieronymus
Oſius Stanislaus
Oſorius Hieronymus
Oſſanus Hieronymus
de Oſſoletis Gabriel
Oſtroroganus comes Ioan.
Opton Nicolaus
Orthius Ioannes
Oſualdus Schreckenſuchſius Eraſ.
ab Otalora Ioannes
Otmaierus Gaſpar
Ottherus Iacobus
Otho Georgius
Ouiedus Gonzalus Ferdinandus
Oxenforde Ioannes
Oxfordius Robertus
de Oxonia Henricus
Oxocath Ioannes
Oyta Henricus
Ozenus Io. Franciſcus

P

PAcæus Richardus
Pacæus Valentinus
Pacatus Latinus
Pacatius Ioſeph
Pachenthon Guilhelmus
Pacianus Dexter
Paccius Alexander
Paccius Iulius
Paccius Coſmus
Paccius Guilhelmus
Pacificus Hermannus
Pacificus Hartmannus
Pacimontanus Balthaſſar
Pacinus Iacobus
Pacuuius Marcus
Pacius Nicolaus
Paciolus Lucas
à Paco Matthæus
de Padilla Antonius
de Padua Hieronymus
Paduanus Hieremias
Paduanus Ioannes
Paduanus Petrus
Pagenberus Guilhelmus
Paganus Antonius
Paganus Petrus
Pagliarenſis Ioannes
Pagninus Santes
de Pagula Guilhelmus
Paix Iacobus
de Paigipſio Guido
Palamas Gregorius
Palamedes Adrienſis Iulius
Palanterius Ioan. Paulus
à Palatijs Rubeis Laurentius
Palearius Aonius
de Paleat Vincentius
Palemō Fannius Rhemnius Quintus
Palentinus Rodericus
Palæologus Iacobus
Palælogus Ioannes
Palæologus Manuel
Paleotus Camillus
Paleotus Gabriel
Palingenius Elias
Palladius Bloſius
Palladius Soranus Domicius
Palladius Petrus
de Palma Henricus
Palmenſis Chriſtophorus
Palmer Ioannes
Palmerius Matthæus
Palmerius Piſanus Matthias
Palmerius Matthias Vincentinus
Palmyrenus Antonius Aulus
Palmyrenus Antonius M.
de Palomar Ioannes
de Palude Petrus
de Paltz Ioannes
Pamelius Iacobus
Panaretus Angelus
Panchinius Antonius
Pandocheus Helias
Pancirolus Guido
Paneuphemus Niceta
Pangratius Andreas
Panites Priſcus
Panniger Leonardus
Pannonius Chriſtophorus
Pannonius Quinqueccleſien. Ianus
Panonus Bartholomæus
Panonus Cælius
Panopolita Cyrus
Panormita Antonius
Panormitanus Archiep. Gualtherus
Panormitanus Siculus de Tudeſchis Nicolaus
Pantaleon Henricus
Panthera Antonius Ioan.
Pantheus Antonius Ioan.
Pantinus Guilhelmus
Papa Clemens
Papa Alexander VI.
Papa Martinus
Papa Iacobus
Papa Petrus
Papaſaua Patauinus Franciſcus
Paparella Sebaſtianus
Papeus Petrus
Papicus Guilhelmus
Papinianus Aemilius
Papinius Statius
Pappus Ioannes
Papius Andreas
Papirius Publius
Parcelſus Theophraſtus Aureolus Philippus
Paraboſcus Girolenus
Paradinus Claudius
Paradinus Guilielmus




Digitized by Google

de Paradiso Iacobus
Paradisus Paulus
Parauicinus Paulus Petrus
Parayta Bertrandus
Parcemalus Ioannes
Pardus Hieronymus
Parkurstus Ioannes
Pare Ambrosius
Parseuis Bracannus Guilhelmus
Paris Iulius
Paris Guilhelmus
Parisetus Hieronymus
Parisetus Ludouicus
Parisiensis Ioannes
Parisius Matthæus
Parisius Cæsar
Parius Eudemus
Parkar Matthæus
Parker Henricus
Parker Cornubien. Guilh.
Parkins Ioannes
de Parma Antonius
de Parma Ioannes
de Parma Lucas
Parmensis Anselmus
Parmensis Melchior
Parmensis Bartholomæus
Parrisius Cæsar
Parrochus Pad. Balduinus
Parpalia Thomas
Parrhasius Consentinus Ian.
Parthenius Andronicus Tranquil.
Parthenius Antonius
Parthenius Bartholomæus
Parthenius Bernardinus
de Partibus Iacobus
Paruus Guilhelmus
Paruus Ioannes
Pascasius abbas Robertus
Pascasius Stephanus
Paschal. Ioannes
Paschalis Ludouicus
Paschalius Petrus
Pascutius Petrus Ioannes
Pasclus Prosper
Passerus Marcus Antonius
Passerus Ioannes
Pasinus Ludouicus
Passagerius Rolandinus
Passamontius Benedictus
Passipanius Iacobus
Passienus Paulus
à Passera Ioannes
Pastor Hermas
Pastregicus Guilhelmus
Patauinus Prosdocimus
Patauinus Annibal
Patauinus Cosmicus
Paterculus Velleius
Paternianus Aemilius
Paternus Bernardinus
Paternus Tarantenus
Patersbull Petrus
Patkymerus Georgius
Patriarcha Const. Matthæus
Patriarcha Ioannes
Patriarcha Diadochus
Patricius Andreas
Patricius Senen. Franciscus
Patricius Iulianus
Patricius Magnus
Patricius Pelagius
Patricius Petrus
Patritius Thomas
Pauinus Franciscus
de Pauinis Ioan. Franciscus
Paulachus Berengarius
Paulus Cathalanus Hieronymus
Paulus Lancelotus Ioannes
Paulus Parauicinus Petrus
Paulus Patauinus Iulius
Paulus Pernumeia Ioannes
Paulus Rosellus Lucas
Paulus Passienus
Paulus Simon
Paulus Villanus Petrus
de S. Paulo Ioannes
Paulinus Pontius
Paulus Vergerius Petrus
Payne Petrus
Paynel Thomas
Paiua Dandrada Diegus
Paz Bustamante Benedictus
Pechanus Ioannes Cantuar.
Peckam Ioannes
Peckius Petrus
Pecock Reginaldus
Pecondinus Petrus
Pedemontanus Franciscus
Pedianus Asconius
Pedianus Asconius Quintus
Pedianus Asconius Quirinus
Pediasimus Ioannes
Pediasimus diaconus Ioannes
Pedioneus Ioannes
Pedo Caius
Pega Martinus
Peganiensis monachus
Pegna Franciscus
Peiserus Dauid
Pelecanis Blasius
Pelagus Aluarus
Pelargus Antonius
Pelargus Ambrosius
Pellæus Marsyas
Pellizanus Ludouicus
Pellecarius Iacobus
Pellicerius Guilhelmus
Pellicanus Conradus
Pellisonus Ioannes
Pellicanus Petrus
Pelsers Ioannes
Pelusiensis Thaddæus
Pelusiota Isidorus
Pelusius Iacobus
Penketh Thomas
Pena Ioannes
Pena Petrus
de Penna Lucas
de Penna Raymundus
Penia Henricus
Penzelo Vuidensis Thomas
Peonius Ausonius
Pepagomenus Demetrius
Peparethius Diocles
Pepin Gallus Guilhelmus
Pepus Franciscus
Peralt Guilhelmus
Perelius Ioannes
Peraxylus Arnoldus
Perdix Paulus
Peregrinus Conradus
Peregrinus Guilhelmus
Peregrinus Petroselanus Ioannes
Perennius Buren. Ioannes
Perez Iacobus
de Pergamo Christophorus
de Pergamo Philippus
Pergulensis Paulus
Periander Aegydius
Perierius Bonauentura
de Periglis Baldus
Perinus Damianus Guilhelmus
Peringius Ioannes
Perionius Ioachimus
Periplus Hanno
Perlachius Andreas
de Pertionibus Raphael
Pernoderus Andreas
Perondinus Petrus
Peronneus Claudius
Perottus Aemilius
Perotus Nicolaus
Perousnus Gabriel
Perpinianus Guido
de Perpiniano Petrus
Perrotus Clemens
Perrellus Ioannes
Perrerio. Benedictus
Perrinus Aegydius
Pernoder Andreas
à Perno Syracusanus Guil.
Perrenotus Nicolaus
Perretus Stephanus
Perrotus Aemilius
Persius Aulus
Persius Baptista
Persona Martinus
Personalis Achilles
Perusinus Bartholomæus
Perusinus Rochus
de Perusio Ioannes
de Perusio Paulus
de Perusio Petrus
de Perusio Sallustius
de Perusio Marcus
Pescionius Benedictus
Pesselius Ioannes Tylanus
Petantius Felix
Petersum Ioannes
Petianus Cyllenius
Petis Adrianus
Petus Lucas
Petius Laurentius
Petrasancta Vincentius
Petra Hermannus
Petreus Henricus
Petreius Tolosas Guilhel.
Petreius Ioannes
Petreius Rolandus
Petrierius Renatus
Petri Franciscus
Petrus Contarenus Ioan.
Petrus Cornelius
Petrus Merenda Ioannes
Petrus Michael Cæsar
Petrus Baiocensis Guilhelmus
Petrus Crassus Ioannes
Petrus Pascutius Ioannes
Petrus Henricus
Petrus Pheretus Ioannes
Petrus Simon
Petrus Suffridus
Petrarcha Franciscus
Petroburgensis Guilhelmus
Petroselanus Ioannes
Petronius Alexander
de Petrutia Antonius
Petrucius Fridericus
Petsin Ioannes
Petus Fundanus Franciscus
Peucerus Gaspar
Peutingerus Andreas
Peutingerus Conradus
Pezimbram Ioannes
Peyer Germanus
Pfefferkorn Ioannes
Pfeffinger Ioannes



Digitized by Google

Pfeiferus Marcus
Pfacher Moſes
Pflugus Iulius
Phædro Rodocheus Geon
Phagius Agricola
Phalerius Demetrius
Phanagorites Soſtratus
Phaſianinus Philippus
Phauorinus Varinus Cham.
de Phedericis Stephanus
Pheffer Ioannes
Phernandus Carolus
Pheroandus Ioannes
Philadelphienſis Ioannes
Philadelphus Euſebius
Philadelphius Matthæus
Philalethes Alexander
Philalethes Demoſthenes
Philadelphus Dionyſius
Philalethes Eudoxus
Philalcheus Lucillus
Philander Guilhelmus
Philarchus Valerius
Philarethus Gilbertus
Philargyrius Iunius
Philelſus Marius
Philelſus Franciſcus
Phileiolaus Naphſus
Phileremus Clauius Ioan.
Philerotes Bochius Achilles
Phileticus Martinus
Phileſius Ringmannus
Philiatrus Euonymus
Philippus Auguſtinus
Philippus Aurelius
Philippus Aureolus Theophraſtus
Philippus Callimachus
Philippus Franciſcus
Philippus Iacobus Bergomen.
Philocerdius Hipparchus
Philo Herennius
Philologus Iopas
Philomuſus Iacobus
Philomuſus Petrus
Philonius Dugon Ioannes
Philopanus Grammaticus Ioannes
Philoponus Lotharius
Philoſtratus Flauius
Philoxeni Sophiani
Philothous Antonius
Phliaſius Pratinas
Phœnix Euſebius
Phorthesius Ioannes
Phoſphorus Siginius Lucius
Phreas Ioannes
Phrislebius Chriſtophorus
Phriſſemius Io. Matthæus
Phrygio Paulus
Phryſius Gemma
Piaggius Antonius
Picardus Ioannes
Picardus Touterianus Ioa.
Picardus Longouallius
Picenus Gnoſius
Picolomineus Alexander
Picenardus Alexander
Piceraus de monte arduo Barthol.
Picolomineus Franciſcus
Picolomineus Nicolaus
Picolominus Iacobus
Piconius Thaddæus
Piceolus Petrus
Pictauienſis antiſtes Ioannes
Pictor Lucas
Pictorius Georgius
Pictorius Ioſue
Picutinus Angelus
Picus Ioannes
Picus à monte. Pica Paulus
Pierius Chriſtianus
Pierius Bauarus Gracchus
Pierius Gracchus Ioannes
Pierius Io. Valerianus
Pigius Martinus
Pighius Albertus
Piggiezerus Virgilius
Pighius Stephanus
Piginutius Fridianus
Pigna Baptiſta Ioannes
Pignolatus Nicolaus
Pilæus Henricus
de Pindemontibus Alcardus
Pinder Vdalricus
Pinellus Luſitanus Arius
à Pinerolio Purpapatus Franciſcus
Pinetus Antonius
Pincenellius Lucas
Pincierus Ioannes
de Pinguia Hildegardis
Pinicianus Fernandus
Pinicianus Ioannes
Pintius Ianus
Pincus Hector
Pintor Petrus Hiſpanus
Pinus Ioannes
de Pinu Laurentius
de Piperno Reginaldus
Piperonus Ioannes Andreæ
de Piro Henricus
Pirrhus Alexander
Pirrhus- Io. Anglebermeus
de Piſa Andreas
Piſanus Hugo
Piſanus Ioannes
Piſanus Reinherus
Piſanus Victor
de Piſis Franciſcus
Piſcatorius Baptiſta Ioan.
Piſcatorius Ioannes
Piſcator Ioannes
Piſcator Io. Argentin.
Piſcina Franciſcus
Piſo Calphurnius Lucius
Piſon Guerrimus Soacius
Piſtophilus Bonauentura
Piſtorius Ioannes
Piſtorius Maternus
Piſtorius Simon
Piſtor Ioannes
Piſtor Henricus
Piſtor Martinus
Pitatus Petrus
Piterianus Paulus
Pithoeus Petrus
Pithoeus Franciſcus
Pithſanus Ioannes
Pius Albertus
Pius Albertus de Sabaudia
Pius Antonius
Pius Bononien. Io. Baptiſta
Pius Lucius
Pius Fichardus Raymundus
Placus Andreas
Placentinus Guilhelmus
Placentinus Ioannes
Placentinus Iuſtineus Raphael
Placiades Fulgentius
Placotomus Ioannes
Plæth Ioannes
Plagiarius de Senis Ioannes
Planerius Ioannes
Plancus Andreas
à Planis Ioannes
Plantagenet Henricus
Plantagenet Ioannes
Plancſch Martinus
Planudes Maximus
de Platea Franciſcus
de Platea Ioannes
Platearius Ioannes
Plateanus Petrus
Platenſis Petrus
Platina Bartholomæus
Platina Baptiſta
Platus Anaſtaſius
Platus Platinus
de Platiola Rolandinus
Planeus Cneus
Plautius Camillus
Plautius Ioannes Baptiſta
Plautus Marcus
Platæenſis Daimachus
Plazius Vuolſgangus Conradus
à Plaza Petrus
Plebeltus Thomas
Plepius Salomon
Pleto Gemiſtus Georgius
Pleuronius Alexander
Plinius Cæcilius Secundus Caius
Plinius Secundus Caius
de Plombino Benedictus
Plomus Nicol.
Plonatarius Thomas
Plocius Marius
de Ploue Nicolaus
Pluto Richardus
Plymton Robertus
Plinius Secundus
Pocquius Antonius
Podianus Marius
de Podio Ioannes
de Podio Raymundus
Poetius Laurentius
Poggius Franciſcus
Poggius Iacobus
Pogianus Iulius
Pola Argentaria
Polantus Ioannes
Polenus Robertus
Pole Ioannes
Polentonus Xicho
Poleſtede Ioannes
de Poliaco Ioannes
Policathus Ioannes
Polichius Martinus
Policnla Antonius Zenus
Polyglepſius Hermannus
Polilaus Alexander
Politianus Angelus
Politus Catharinus Ambroſius
Politus Catharinus
Politus Ioannes
Politus Lancilotus
Poll Nicolaus
Polletus Franciſcus
Pollicarius Ioannes
Pollio Antiſtius
Pollio Aſinius Caius
Pollio Trebellius
Pollio Symphorianus
Polita Nicolaus
Pollius Ioannes
Polmarius Iulius
Poloniæ Regina Elizabetha
Polonius Ioannes
Pollitus Ioannes
Pollux Iulius
Pollux Polydeuces

Polus Antonius
Polus Reginaldus
Polycarpus Seuerus Ioan.
Polydamus Valentinus
Polydeuces Phurnutus
Polygranus Franciſcus
Pomarius Ioannes
Pomelius Alexander
Pomeranus Ioannes
Pomeranus Petrus Casleten.
Pomerius Iulianus
Pompeius Cneus
Pompeius Iunior Marcus
Pompeius Lenœus
Pompeius Trogus
Pompilius Paulus
Popius Menſius
Pomponatius Petrus
Pomponianus Flauius
Pompon. Fortunatus Iulius
Pomponius Gauricus
Pomponius Iulius Sabinus
Pompon. Secundus Iulius
Pomponius Sextus Vetus
Pomponius Lucius
Pomponius Titus
Ponzinibius Franciſcus
Ponzinibius Io. Franciſcus
Ponetus Ioannes
Pontacus Burdegalenſis Arnoldus
Pontanus Iouianus Io.
Pontanus Ioannes
Pontanus Ludouicus
Pontanus Michael
Pontanus Petrus Cæcus
Pontanus Sebaſtianus
Ponticus Gregorius
Ponticus Heraclida
Pontiſella Ioan. P. & F.
Pontius Moreletus Iulius
Pontius Leo Petrus
Pontius Nicolaus
Ponzettus Ferdinandus
de Pophis Richardus
à Popma Cyprianus
à Popma Sixtus
Porallius Claudius
Porcaceus Thomas
Porcarius Milo
Porcellinus Franciſcus
Porlonde Richardus
Porretanus Alanus
Portius Chriſtophorus
Portius Leonardus
Portius Publius
Porphyrogenneta Conſtantinus
Porretanus Alanus
Porſena Chriſtophorus
Porta Conſtantinus
de Porta Marinus
de Porta Nicolaus
de Portis Philippus
Porta Sanctius
Portus Benedictus
Portus Franciſcus
Portus Vergilius
Poſcantius Benedictus
Poſſenbruk Arnoldus
Poſſeuinus Ioa. Baptiſta
Poſſelius Ioannes
Poſtellus Guilhelmus
Poſtoris Bertrandus
Poſidippus vel Cynicus Crates
Poſthomus Guidus
Potken Io. præpoſitus
Potini Henricus
Poucherius Andreas
Pouell Britannus Eduuardus
Pouuel Britannus Ioannes
Pouatnaij Adamus
Pramperius Narciſcus
Præconinus Lælius
Prædignius Regnerus
Præfectus Iacobus
Præmonſtratenſis Petrus
Præpoſitus Iacobus
Præſagus Perdix
Praſpergius Balthaſſar
Pratæus Pandulphus
de Prato florido Hugo
de Prato Antonius
de Prato Iodocus
de Prato Petrus
de Pratis Simon
Prætorius Abdias
Prætorius Ioannes
Prætorius Godeſchalcus
Prætorius Paulus
Prætorius Stephanus
Pratenſis Felix
de Prato Ioannes
Præpoſitus Nicolaus
Præceolus Gabriel
Prateus Pardulphus
Præuidellus Hieronymus
Prædianus Iacobus
Preitius Chriſtophorus
Preiſſerus Eſaias
Presbyter Andreas
Presbyter Theodorus Rhætenſis
Preyerius Zacharias
le Preux Ioannes
Pribænius Vincentius
Prienæus Myro
de Prierio Syluester
Primeus Henricus
Primodatus Petrus
Priſcus Nærarius
Priſcus Tarquinius
Priſæus Ioannes
Priuæus Laurentius
Prizol Abraham
Proba Regina Marria
à Proboſſezonnice Petrus
Probus Aemilius
Probus Barroducanus Chriſtoph.
Probus Mellonius
Probus Philippus
Probus Valerius
Pro. Cæſ. Sauromannus
Proculeius Proclus
Proculus Flauius
Prodromus Theodorus
Profuturus Frigeridus Renatus
Promotus Aelius
Propertius Sextus
Proſectius Georgius
Protterdius Gregorius
Protoſpatarius Theophilus
Proxenus Simon
Prucknerus Nicolaus
Prudentius Aurelius
Prunerus Georgius
de Pruſa Albertus
Pruſienſis Herodianus
Pſecas Antimachus
Pſellus Ioannes
Pſellus Michael
Ptolemæus Claudius
Publicius Iacobus
Publicius Pedemontanus Aimo
Puccius Franciſcus
Pegalis Bernardus
Pulcher Ioannes
Pullanus Ioannes
Puluens Adrianus
Pupillus Orbilius
Pupperus Ioannes
Purbachius Georgius
Puruey Ioannes
Purpuratus Franciſcus
Purpuratus Io. Franciſcus
Puſculus Hubertinus
Puteanus Blangiacus Guilhelmus
de Puteo Franciſcus
de Puteo Iacobus
Puteus Franciſcus
de Puteo Paris
Puteolanus Franciſcus
Putherbeus Gabriel
Puttouue Anglus Adamus
Pyckenham Olbertus
Pylander Georgius
Pyramius Chriſtophorus
Pyrgallus Henningus
Pyrrhus Didacus
Pyrrhus Ioannes
Pyſcenſis Ioannes
Pythopæus Lambertus Ludolphus

Q

Quadrantinus Fabianus
Quadratus Aſinius
Quadratus Maturinus
Quadrigarius Claudius
Quæſtor Matthæus
Qualla Matthias
Quelain Franciſcus
Quercens Iulius
Quercetanus Euſtachius
Quercetanus Ioſephus
Quereulus Nicolaus
de Quercu Guilhelmus
à Quercu Leodegarius
de Quercu Simon
Querhamer Gaſparus
Quernus Camillus
Queſtenbergius Hieronymus
de Qneſnel Petrus
Quiccelbergius Samuel
Quinos Bruno
Quinquarboreus Ioannes
Quintianus Ioannes
Quintianus Vincentius
Quintianus Stoa Io. Franciſcus
Quintilianus Ariſtides
Quintilianus Fabius M.
Quintilianus vel Quintilius
Quintilius Varus Lucius
Quintinus Io. Heduus
Quintus Caſsius
Quintus Lucius L.
Quirinus Aſconius
Quodus Nicolaus

R

Abelæſi Franciſcus
Raberius Antonius
Rabirius Iunius
Rabus Hermannus
Rabus Iacobus
Rabus Iacobus Ioannes
Rabus Ludouicus
Rachu Ibna
Racondite Ioſephus
Radclif Nicolaus

Radclif

Radclif Rodolphus
Radeclyf Thomas
Radinus Todiſchus Thomas
Radipeorius Radulphus
Radulphus vel Rathulffus
Radulphus Oxonienſis
Radulphus Petrus
Redinges Guilhelmus
Rænerius Ioannes
Ragazonius Hieronymus
de Raguſio Ioannes
Ragor Ioannes Huldrichus
Raguelli Franciſcus
Raijanus Hermannus
Raimundus Ioannes
Rainaldus Ioannes
Rainerius Ioannes
Rainaudus Ioannes
Raiſhenſis Ioannes
Ralde Balthaſſar
Ramazottus Domitius
à Ramengis Azonus
Rameſcy Guilhelmus
Rammingus Iacobus
Rampigollis Antonius
de Ramponibus Lampertinus
Ramus Ioannes
Ramus Petrus
Ranaud Martinus
Ranchinus Stephanus
Randæcus Gallus Ioannes
Rappenſtein Andreas
de Rapkau Ek ſiue Eccius
Ramelius Iacobus
Ramsbeccius Bilibaldus
Ranzanus Petrus
Ranzouius Henricus
Rapardus Franciſcus
Rapicius Brixianus Iouita
Rapoldus Daniel
Raſarius Baptiſta Ioannes
Raſdi Ioannes
Raſdorffer Paulus
Raſeus Balthaſſar
Raſperger Chriſtophorus
Raſtel Ioannes
Raſus Marquardus
Rat Petrus
Ratbbertus Paſcaſius
Ratelen Henricus
Ratz Iacobus
Raudenſis Antonius
Raudeus Ioannes
Rauennas Petrus
de Rauenna Iacobus
Rauenſtein Iodocus
Rauinius Eccardus Hieron.
Rauiſius Ioannes
Raymundus Annibal
Raymundi Petrus
Raymundus Martinus
Raymundus vel Raimundus
Raynaudus Ioannes
Realinus Bernardinus
Reatinus Victorinus
Realis Guilhelmus
Rebheimius Paulus
Rebuffus Iacobus
Rebuffus Petrus
Recbardotus Franciſcus
Recorde Robertus
Recluſus Gualtherus
Redaldus Ioannes
Redmanus Ioannes
Redoanus Guilhelmus
Regienſis Albertus
Regienſis Baptiſta
Reginalderus Petrus
à Regio Iacobus
de Regio Nicolaus
de Regio Petrus
de Regio monte Ioannes
Regius Henricus
Regius Hieronymus
Regius Huldrychus
Regius Ioannes
Regius Ludouicus
Regius Nicolaus
Regius Raphael
Regius Vrbanus
Regnaudus Ioannes
Regnnrcus Iacobus
Regnier Helias
de R gno Ioan. Gallus
Reichus Ioannes
Reidanus Bernardus
Reidanus Ioannes
Reimolanus Iacobus
Reinneccius Reinerus
Reinerus Iacobus
Reinherus vel Reynerius
Reinholdus Eraſmus
Reiſſacherus Bartholomæus
Reiſchius Georgius
Relmiſius Georgius
Remenſis Richardus
Remenſis Robertus
Remerius Ioannes
Remeus Godofredus Petrus.
Remundus Raymundus
Renaldus Iacobus
Renaldus Iulius
Renatus Vegetius
Renatus Camillus
Renatus Ioannes
Rendenius Ambroſius
Renetenſis Robertus
Reniger Michael
Repingale Lincolnienſis
Repingtonus Philippus
Reſendius Andreas
Reſtaldus Alanus
Reſtion Ludouicus
de Retzia Franciſcus
Reuardus Iacobus
Reuberus Iuſtus
Reuchlinus Antonius
Reuchlinus Ioan. Capnion.
Reuell. Triſtramus
Reuſchius Fontanus Ioan.
Reuſchius Rotachen. Ioan.
Reiſnerus Adamus
Retorfortus Ioannes
Reuſnerus Bartholomæus
Reuſnerus Federicus
Reuſnerus Nicolaus
Reuſtius Dauid
Rey Bernardus
Reych Tycholen. Erhardus
Reyſman Theodorus
Rhabanus Maurus Magnentius
Rhacenditus Ioſephus
Ræphendarius Arenæus
Rhambertus Benedictus
Rhameſienſis Bridfertus
Rhallus Manilius
Rhamnuſius Baptiſta Ioannes
Rhegino, vel Regino
Rheginus Cleomenis
Rhegius Erneſtus
de Rhegio Iacobus
Rhellicanus Ioannes
Rhemigius Palæmon Quintus
Rhenanus Beatus
Rheſus Ioannes
Rhetor Ardocides
Rhetor Alexander
Rhetor Almaſides
Rhetor Euſtorgius
Rhetor Mija
Rhieualdenſis Guilhelmus
Rhieuallis Aldredus
Rhinerus Thomas
Rodella Ioſephus
Rhodiginus Cœlius Ludouicus
Rodingus Guilhelmus
Rhodingus Nicolaus
Rhodion Eucharius
Rhodolphus Chriſtoph.
Rhodolphus Rolandinus
Rhodomannus Laurentius
Rhotus Henricus
à Riberteria Ioannes
Ribiſchinus Henricus
Ribirus Helenus
Ribittus Ioannes
Ribotus Philippus
Ricardus, vel Richardus
Ricardus Aegidius
Ricardus Nicolaus
Riccius Bartholomæus
Ricius Ioannes
Riccius Dantes
Riccius Stephanus
Riccobaldus Geruaſius
Riccobonus Antonius
Rickius Iacobus
de Riceto Radulphus
Ridley Lancelotus
de Riedesfordia Gerardus
de Riga Petrus
Richaldus, vel Ricoldus
Richardus Chriſtophorus
Richardus Oſanæus Ioan.
Richardus Ioannes
Richardus Petrus
Richental Huldricus
Richerius Criſtophorus
Richerius Camillus
Richerius Petrus
Richerius Vrinenſis Hector
Richius Fadmundus
Richobergenſis Noricus Magnus
Ricius Auguſtinus
Ricius Paulus
Rideuall Franciſcanus Io.
Rid Chriſtophorus
de Riga Petrus
de Rigijs Ludouicus
Rieualenſis Ealcedus
Rimbertinus Bartholomæus
Riminaldus Hippolytus
Rimſton Guilhelmus
Riochus Ioannes
de Riparia Bartholomæus
de Rippa Ioannes
Ripperus Paulus
Ripponenſis Petrus
Riſhanger Guilhelmus
Riſton Niuolaus
Rimmaldus Ioan. Maria
Ringſtede Thomas
Ringelbergius Ioachimus
Ringmannus Phileſius Io.
Riuuccius Alemanus
Ripa Albertus
de la Ripa Franciſcus
de Ripa Io. Franciſcus



Digitized by Google

Riplay Georgius
de Ripolis Ioannes
Riquinus Simon
à Riſſenberg Henricus
Rithaimer Hieronymus
Ritche Robertus
Ritius Iacobus
Rizzonis Nicolaus
Riuallius Aymarus
Riuius Ioannes
Riuander Zacharias
Ritius Hieronymus
Ritius Michael
de Riuoforti Ioannes
de Riuo Petrus
Rius Balthaſar
Robertelius Franciſcus
Robertſonus Thomas
Robertus, vel Rupertus
Robyns Ioannes
Rochefort Ioannes
Rocheus Nicolaus
Rocca Petrus
Rochus Angelus
Rochus Ioannes
Rocque Bernardinus
Rode Ioannes
Rodenbergius Conradus
Rodericus Ioannes
Roditon Ioannes
Rodius Ioannes
Rodham Hali
Rodr Matthias
Rodolphus Gaſpar
Rodolphus Gaſpar Sileſius
de Rodulphis Laurentius
Rodolphus Voluminus
Rodophanta Ioannes
Rodophilus Alexander
Roſinacius Chriſtophorus
Roſſimachus Chriſtoph.
Roffinus Chriſtophorus
Roganus Leo
Rogerius vel Rocherius
Rogerius Bacho
Rogerius Conſtantinus
Rogerius de Mota Ioannes
Rogerius Petrus
Rogerius Trocheus Ioan.
Rogers Ioannes
de Rojas Ioannes
Rokenius Gerardus
Rolizan Ioannes
Roleuinck Vuernberus
Romæus Franciſcus
de Romanijs Rolandinus
Romanus Nicolaus
Romanus Larenſius
Romanus Ludouicus
Romanus Quintus
Romanus, vel Rhomanus
Romanus Rutilius
Romanus Sanga
Romanus Septimius Quintus
Romenſis Petrus
Romeuallis Galfridus
Romulæus Bartholomæus
Rochvallus Gioldus Ioan.
Rondeletius Guilhelmus
Rondinellus Antonius
Rondinellus Iulius
Ronſardus Petrus
de Rouille Guilhelmus
Ronzius Mercurius
Ronſeus Balduinus
Ronzeri Aulicus Laurentius
Ropertus Ioannes
Rorarius Hieronymus
Rorarius Nicolaus
Rore Cyprianus
Roſades Alulidus
Roſates Albericus Roxiat
Roſa Ioannes
Roſcius Vitruuius Lucius
Roſchius Antonius Ioannes
de Roſergio Bernardus
Roſetus Vincentius
Roſetus Iacobus
Roſetus Franciſcus
Roſetus Stephanus
Roſellus Antonius
Roſellus Paulus
de Roſenheim Petrus
Roſinus Bartholomæus
Roſſeletus Claudius
Roſlin Eucharius
Roſlin Heliſeus
Roſſelius Coſmus
Roſſetus Petrus
Roſſius Ioannes
Roſtinus Petrus
Roſtinus Bartholomæus
Rota Franciſcus
Rota Martianus Iulius
Rota Martianus
de Rota Do.
Rotallerus Georgius
à Rotis Petrus
Rotenbucher Eraſmus
Rotenhan Sebaſtianus
Rotgerus Ioannes
Rothuel Guilhelmus
Roth Adelarius
Rothus Simon
Rotingus Michael
Rotman Bernardus
Rotman Ioan. Henricus
de Rotingo Philippus
Rotta Hieronymus
Roua Moſes
Rouereus Hieronymus
Rouillius Guilhelmus
Rouſſel Franciſcus
Roxiatus Albericus
Royardus Ioannes
Roye Guilhelmus
Royzius Petrus
de Rubeis Ioan. Antonius
de Rubeis Petrus
Rubertus vel Robertus
Ruberus Iacobus
Rubeus Antonius
Rubeus Flauianus
Rubeus Hieronymus
Rubigallus Paulus
Rubus Hannonius Ioannes
Ruckerus Nicolaus
de Rudenetz Thedericus
Rudingerus Eſromus
Rudingerus Nicolaus
Rudulphinus Orlandinus
Rueff Iacobus
Ruellius Ioannes
Rufina Claudia
Rufinianus Iulius
Rufinus Iacobus
Rufus Arnoldus
Rufus Caninius
Rufus Cinuius Marcus
Rufus Feſtus
Ruffus Girardus
Roffenſis Eps vide Ioann. Fiſcher.
Rufus Ioannes
Rufus Munatius
Ruffus Nicolaus
Rufus Octauius
Rufus Pompeius
Ruffus Raymundus
Ruffus Remundus
Ruffus Sextus
Ruffus Valgius
Rugderius Iulius
Ruinus Carolus
Rulandus Martinus
Rungius Iacobus
Rungius Ioannes
de Rupe Alanus
de Rupe Guelhardus
Rupeus Hieronymus
Rupeus Iuſtus
de Rupella Ioannes
de Rupe ſciſſa Ioannes
Ruremontanus Dionyſius
Rus Nicolaus
Ruſardus Ludouicus
Rusbachius Ioannes
Rusbrocke Guilhelmus
Rusbrock Ioannes
de Ruſia Rupertus
Ruſius Laurentius
Ruſſel Ioannes
Ruſellus Petrus
Ruſticus Marius
Ruterus Chriſtophorus
Ruthenus Ioannes
Rutilius Palladius Taurus Aemilian.
Rutilius Bernardinus
Ruzæus Arnulphus
Ryckel Dionyſius
Ryce Richardus
Rykes Ioannes
Ryd Valerius Anſelmus
Ryſen Ioannes
Ryſuuichius Henricus
Rythonius Martinus

S

SAbæi Brixiani Fauſti
Sabbecada Raymundus
Sabellicus Coccius Marcus 64 1540
Sabinenſis Ioannes
Sabinus Angelus
Sabinus Aulus
Sabinus Cælius
Sabinus Clodius
Sabinus Fabius
Sabinus Georgius
Sabinus Hippolytus
Sabinus Maſſurius
Saccus Bernardus
Saccus Cato
Saccus Sigefridus
Sachſius Henricus
Sachſius Ioannes
Sacranius Ioannes
de Sacrobuſto Ioannes
Sacratus Paulus
Sacromorus Antonius
Sadeele Baro Antonius
Sadoch Aluiſius
Sadoletus Iacobus
Sædelius Ioannes
Safontis Toloſanus Guilhelmus
Sagarellus Gerardus
Sagax Landulphus
Sagitarius Burdegalenſis Ioannes
de Sagoy Franciſcus
Sapuntinus Nicolaus
de Sainctes Claudius



Digitized by Google

Sala Bornius
Sala Gaſtonus
de Salayna Santhus
Salamanca Alexius
Salamanca Antonius
Salbachius Martinus
Salecampius Iacobus
Salentinus Albericus
Salentinus Siculus Iulianus
Salentinus Maioranus
Salianus Auſtriachus Ioannes
de Saliceto Bartholomæus
de Saliceto Guilhelmus
Salicetus Guilhelmus
Salicetus Ioannes
de Saliceto Richardus
Salignacus Bernardus
Salindienus Marcus
Salingiacus Barholomæus
de Salls, Baptiſta
à Salinis Lambertus
Salisburius Britannus Guilhelmus
Salius Martinus
Salmuth Henricus
Salmuth Georgius
Salmſuuilerianus Salomon
Salomonius Marius
Salopienſis Robertus
Salunius Petrus
Saluianus Hippolytus
Saluiatus Robertus
de Saluomonte Sampſon
de Saluſte Guilhelmus
Saluſtius Criſpius Caius
Sambucus Ioannes
de Samiliaco Aymericus
Samius Lynceus
Samius Martinus
Samius Menodorus
Samoren. Rodericus
de Samſona Petrus
Samſon Richardus
de Samuco Guilhelmus
Sannazarus Guiacomius
Sanchezus Franciſcus
de Sancta fide Ioannes
de Sancta fide Petrus
de Sancta Iulia Ioannes
de Sancto magno Andreas
Sanctifleur Petrus
Sancta Villa
de Sancto Iulio Petrus
Sanctus Brocenſis Franciſcus
de Sancto Angelo Antonius
de Sancto magno Andreas
Sandeus Felinus
Sanderus Nicolaus
Sandoletus Ioannes
Sandrus Bernardinus
Sanga Baptiſta
Sangbergius Ioannes
Sanazarius Actius
Sannazarius Iacobus
Sanſouinus Franciſcus
Santbectius Nouiomagus Daniel
Santerna Petrus
Santphurdius Guilhelmus
Sanutus Marinus
Sapcotus Hieronymus
Sapia Sebaſtianus
Sapidus Ioannes
Sapiens Iacobus
Sapiens Leon
Sapinus Baptiſta
Sapius Glycæus
Sarporta Antonius
Saporta Ioannes
Saracenus Ioannes
Saracenus Lugdunæus Ludouicus
Sarayna Gabriel
Sarayna Torellius
Sarborenſis Nicolaus
Sarcerius Eraſmus
Sarcerius Guilhelmus
Sarctor Conradus
Sardianus Ionicus
Sardianus Poliænus
Sardius Oribaſius
Sardus Alexander
Sardus Baptiſta
Sardus Gaſpar
Sardus Ludouicus
Sarisburienſis Ioannes
Sarisburienſis Rogerus
Sarmanus Conſtantinus
Sarmata Albertus
Saroicius Stanislaus
Sarmentus Franciſcus
Sarracus Aſſaracus Andreas
Sartorius Balthaſar
Sartorius Ioannes
Sarzoſus Franciſcus
Sasbout Adamus
Saſcerides Vuermenhuſianus Ioan.
Saſgerus Gaſpar
de Satignaico Gaufridus
Satler Michael
Saturninus Aelius
Saturninus Claudius
Saturninus Quintus
Saturninus Venuleius
Satyrius, vel Satyrus
Sauigneus Ioannes
de Sauiniiaco Gallus Guilhelmus
Sauius Thomas Antonius
Saulus Pphilippus
Sauouarola Hieronymus
Sauonarola Michael
Sauonarola Io. Michael
à Sauraco Sigiſmundus
Saurius Arnoldus
Sauromanus Georgius
Sauromannus Ioannes
Saxanus Antonius
Saxlingham Adamus
Saxonum dux Ioannes Guilhelmus
de Saxo Alexander
de Saxoferrato Bartolus
de Saxo Ioannes
de Saxonia Conradus
de Saxonia Ioannes
de Saxonia Petrus
Saxoniæ dux Ioannes Fridericus
Saxonius Ioannes
Saxus Phamphilus
de Saycello Claudianus
Scæpperus Iacobus
Scala Barholomæus
Scala Patauinus Pax
Scalaus Arturus
Scalcus Ioannes
Scaliger Ioſephus
à Scalis Bononienſis Fridericus
Scandanienſis Iaonnes Titus
Scandellus Antonius
Scapula Ioannes
Scarab Franciſcus
Scardæonus Bernardinus
Scardonius Leonardus
Scarga Petrus
Scarterius Petrus
Scarzà Ribeira Emanuel
Scaurus Aemilius
Scarus Aemilius Marcus
Scaurus Marcus
Scaurus Terentius
Scaurus Terentius Quintus
Scedel Hartmannus
Scepperus Cornelius
Sceplius Demetrius
Scæuius Henricus
Scæuola Mutius Quintus
Scæuola Serpidius
Sceubelius Nicolaus
Schafnaburgen. Lambertus
Shardius Simon
Scelſius Nicolaus
Schadius Elias
Schaller Georgius
Schefferus Sebaſtianus
Schegkius Iacobus
Schellenbergius Chriſtophorus
Schelhamerus Ioannes
Scheirlichius Ioannes
Schelling Vuendelinus
Schelling Conradus
Schenck Iacobus
Schenkius Matthias
Schenkelius Lambertus
Schenck baro Fridericus
Scherrey Richardus
Schertlin Leonardus
Scherus Gaſpar
Scheuerle Chriſtophorus
Schieggius Erhardus
Schutbacher Chriſtophorus
Schilander Gaſparus
de Schildis Hermannus
Schillerus Ioachimus
Schiltelius Georgius
Schikerus Zacharias
Schinttel Ioannes
Schlegelius Valentinus
Schluſſerus Iacobus
Schmanglius Martinus
Schmalcaldenſis Matthæus
Schmid Adamus
Schmid Conradus
Schmid Nicolaus
Schmdlerus Valentinus
Schnebergerus Antonius
Schnellergius Tarquinius
Schnepſius Erhardus
Schnepſius Theodoricus
Schnorenbekius Ioannes
Schodehouen Ioannes
de Schonauu Arianus
Schoenbornius Bartholomæus
Schœpperus Hermannus
Schœperus Iacobus
Schœfferus Ioannes
Schoffer Henricus
Scholarius Gennadius
Scholarius Simeon
Scholaſticus Adamus
Scholaſticus Agathias
Scholaſticus Arabius
Scholaſticus Geruaſius
Scholaſticus Io. Climax
Scholaſticus Leontius
Scholaſticus Serapion
Scholl Iacobus
de Schonberg Nicolaus
Schonerus Andreas
Schonbornus Valentinus
Schonerus Ioannes
Schonfelder Ioannes




Digitized by Google

Schonheinez Iacobus
de Schonhouen Ioannes
Schonhouius Antonius
Schopſius Ioannes
Schopperus Iacobus
Schotkelius Sigiſmundus
Schorius Henricus
Schorus Antonius
Schottenius Hermannus
Schrammius Melchior
Schram Ioannes
Schreeelius Georgius
Schrekenfuchſius Oſualdus Eraſ.
Schrekius Valentinus
Schrekerſtein Hieronymus Rotta
Schrick Michael
Schreinman Cyriacus
Schroeterus Adamus
Schroeterus Ioannes
Schroppius Iacobus
Schrot Chriſtianus
Schroteyſen Lucas
Schuartzenbach Leonardus
Schubertus Adamus
Schuuartus Ioannes
Schuueckfeldius Gaſpar
Scherzel Georgius
Schumannus Georgius
Schurerius Ambroſius
Schurf Auguſtinus
Schurf Hieronymus
Schuueigerus Ioannes
Schuueiglinus Hieremias
Schuueiggerus Nicolaus
Scuteputæus Hubertus
Schutz Daniel
Schutz Gaſpar
Schutz Ioannes
Schylander Cornelius
Schilacenſis Franciſcus
Scipio Metellus
Scipio Metellus Lucius
Scipio Pub.
Scipio Coquillatus Sebaſtianus
Scodobius Bernardinus
Scolarius Conſtantinopolitanus Gen.
Scombrus Damaſus
Sconeus Cornelius
Scopa Ioannes Lucius
Scorelius Adrianus
Scotus Dauid
Scotus Placentinus Frideric⁹
Scotus Ioannes Monachus
Scotus Petrus Argentin.
Scripa Robertus
Scribonius Adolphus Guilhel.
Scribonius Cornelius
Scroſa Sebaſtianus
Scrope Richardus
Scrope Thomas
Scrympſius Ioannes
Sculterus Bartholomæus
Sculthorpius Martinus
Scutellarius Iacobus
Scutelius Nicolaus
Scuteputæus Hubertus
Scythius Anxiginus Victorinus
Scylax Ioannes
Sebaſtes Aemilius Alphonſus
Sebaſtianus Antonius
Sebaſtianus Ioannes
Sebaſtianus Conſtantinus
Sebaſtianus Neapodanus
Sebeide Raymundus
Sebizius Melchior
Seboſius Stratius
Seceruitius Ioannes
Secelioti Ioannes
de Seclim Henricus
Secundinus Nicolaus
Secundus Curio Cælius
Secundus Ioannes
Secundus Pomponius Iulius
Sedigitus Volcatius
Sedulius Cælius
Segobien. Ioannes Illuſtris
Segonius Martinus
Segraue Gilbertus
Seguardi Ioannes
de Seguſia Henricus
Schofer Arſatius
Seidelius Paulus
Seidelius Querfurdenſis Ioſias
Seifridus Georgius
Seilerus Gerion
Seilerus Raphael
Seitz Alexander
de Seixelſo Claudius
Sekeruitius Ioannes
Seld Sigiſmundus
Selcius Faginus Ioannes
Seleſtinus Claudius
Sellius Homerus
Selneccerus Nicolaus
de Selua Georgius
de Selua Ioannes
Selzlin Dauid
Selyphus Lampegriphius Ioannes
Seneca Ioannes
Sempronius Aſellius
Sempronius Caius
Senalis Robertus
Senarcleus Claudius
Seneca Lucius
Seneceo Herennius
Senenſis Antonius
Senenſis Sixtus
Senen. Hugo
Senenſis Minicelſis
Senenſis Richardus
Senſlius Ludouicus
Sengham Guilhelmus
Senonenſis Guilhelmus
Senonen. Otto
Senilis Raymundus
de Senis Franciſcus
de Senis Gerardus
de Senpyngham Gilbertus
Senſus Ludouicus
Senſius Henricus
Sentinus Iacobus
Sepinus Salmureus Geruaſius
Septonius Aquila
Serapionis Ioannes
Serapion pro Sarapion
Sermoneta Alexander
Sermoneta Ioannes
Sereni montis Conradus
Serenus Quintus
Serenus Iulius
Sergius Marius
Sequeſter Vibius
Seripandus Hieronymus
Serlius Sebaſtianus
Serranus Ioannes
Serranus Petrus
Serratus Paulus
Serronius Nicetas
Sertorius Leonardus Ioannes
Seruatus Lupus
Seruetus Michael
Seruilius Ioannes
Seruilius Publius
Seruinus Ioannes
Serun Filius Achmetas
Seſellius Claudius
de Seſſe Franciſcus
Sethus Symeon
Seton Alexander
de S. Seuero. Baptiſta
Seuerinus Andreas
Seuerle Ioannes
Seuerolus Hercules
Seuerinus Sanionicus
Seuerinus Petrus
Seuerus Acilius
Seuerus Aquilius
Seuerus Caſsius
Seuerus Cornelius
Seuerus Menodotus
Seuerus Odo
Seuerus Septimius Afer
Seuerus Sulpitius
Sextus Africanus
Seyfridus Georgius
Seimour Eduuardus
Seniarmin Chriſtophorus
Seyton Guilhelmus
Sharphe Ioannes
Sheburne Guilelmus
Shepræus Ioannes
Shirtou Ode
Shiruuode Robertus
Shypleton Robertus
Sialandicus Saxo
Sibæus Henricus
Siberus Adamus
Sibylla Monopolitan⁹ Bartol.
Sibutus Daripinus Georgius
Sichardus Ioannes
Siccus Antonius Ioannes
Siccus Nicolaus
Sicidotes Michael
Siculus Nicolaus Abba
Sicurra Ioannes
Siderocrates Samuel
Sidites Marcellus
Sidites Philippus
Sidonius Michael
Sidonius Solius Caius
Sifanus Laurentius
Sifridus Sinnama Haryngus
Sigebergenſis Albertus
Sigelius Georgius
Siglerius Iulius
Sigmarius Sebaſtianus
Sigonius Carolus
Silberſchlag Georgius
Sileber Bartholomæus
Silentiarius
Sileſius Ianus
Sileſius Lambertus
Siliceus Ioannes
Siliman Martinus
Silla Lucius
Silo Albucinus
Siluanus Ioannes
Siluius Michael
Simanca Iacobus
Simenius Franciſcus
Simeoneus Gabriel
Simeſuſius Valerius Cordus
Simler Georgius
Simlerus Ioannes
Simlerus Ioſias
Simoncellus Octauius
Simoneta Philippus
Simonetus Chriſtophorus


Simoneta

Simoneta Ioannes
Simonius Simon
Simplex Cedmones
Simplex Dionyſius
Simus Nicolaus
Sinaita Anaſtaſius
Sinthemius Ioannes
de Siricho Lombardus
Sinapius Ioannes
Sinapius Simon
Sintus Ioannes
Sircanus Cornelius
Siruuode Guilhelmus
Siſenna Lucius
Sixtus Franciſcus
Skeltonus Ioannes
Skegan Ioannes
Skuish Cornubienſis Ioannes
Slade Guilhelmus
Sleidanus Ioannes
Sloley Ioannes
Sluperius Ioannes
Smalfelde Michael
Smarianus Carolus
Smelingus Tilmannus
Smeltzel Vuolfgangus
Smetius Martinus
Smyth Richardus
Smyth Ioannes
Snoygoudanus Raynerius.
Soarez Cyprianus
Sobius Iacobus
Socolouius Staniſlaius
Socinus vide Sozinus
Soiterus Melchior
Soldeuilla Philippus
de Soldis Hermannus
Soldus Iacobus
Soldus Chryſoſt. Ioan.
à Sole Bruno
de Solerio Arnaldus
Solerius Hugo
de Soliaco Henricus
Solidus Sebaſtianus
Solmenſis Comes Reinhardus Senior
Solinus Iulius Caius
Sollius Sidonius Caius
de Solo Gerardus
Solis Virgilius
Somer Franciſcanus Ioannes
Somercote Laurentius
Sommerfelt Ioannes
Somerſetus Mauritius
Somerton Ioannes
Sommerus Fabianus
Somerus Pirnenſis Ioannes
Sommerus Matthias
Sominator Albanus
Sonderreiter Georgius
Sonneman Ioannes
Soncinas Paulus
Sonnius Franciſcus
Sonsbecius Franciſcus
Soonus Guilhelmus
Sopater Chariſius
Sophia Galeatius & Marſilius
Sophianus Michael
Sophianus Nicolaus
Sophianus Theodorus
de Sophia Patauinus Ioannes
Sophocles Demochares
Soranus Palladius Domitius
Soranus Valerius
Sorbinus Arnoldus
Soreth Ioannes
Soretz Ioannes
Sorganeus Volricus Ioannes
Soſianus Fabius
Soſipater Chariſius Flauius
Sostheneus Auguſtinus
Soſterus Melchior
Soteallus Ioannes
Soter Chriſtianus
Soter Chriſtophorus
Soteres Ioannes
Sothray Simon
Soto Segobienſis Dominicus
de Soto Petrus
Souule Carmelita Ioannes
Soziuus Alexander
Sozinus Bartholomæus
Sozinus Lælius
Sozinus Marianus
Spangenbergius Cyriacus
Spagnolus Ptolomæus
Spangenbergius Ioannes
Spanher Ioannes
Spanius Laurentius
Spartanus Hieronymus
Spartianus Aelius
Speckelius Daniel
Speluncanus Leo
Sperberus Sebaſtianus
Spechtus Ioannes
Sperman Thomas
Sphærulus Camers Franciſcus
Spharleton Ludouicus
Spiegel Iacobus
Spiera Ambroſius
Spina Claudius
de Spina Bartholomæus
Spinellus Alexander
de Spinellis Nicolaus
Spinula Franciſcus
Spinclerus Georgius
à Spira Ioannes
Spnaratus Albanus
de Spira Petrus
de Spira Simon
Spiocouius Berchtoldus
Spiriteus Proſper
Spithouius Ioannes
Spoletanus Iuſtulus
de Spoleto Gabriel
Spondanus Ioannes
Sporiſthius Ioannes
Spontonus Bartholomæus
Sporre Ioannes
Spottey Thomas
Spradlerus Sebaſtianus
Sprenger Iacobus
Spreter Ioannes
Spretus Deſiderius
Sprincirbatenſis Abbas Abſolon
Sprocouius Berchtoldus
Spurlius Richard Foroiulianus
Spyne Carmelita Ioannes
Squartzaficus Hieromus
Squarcialupus Camillus
Stabius Ioannes
Stadius Hembergus Ioannes
Stafforde Henricus
Stafforde Ioannes
de Stango Petrus
Stein Henricus
Stainhurſtus Richardus
Staimpers Martinus
Stamler Ioannes
Stampenſis Theobaldus
Stambery Ioannes
Stanbrigius Ioannes
Stancarus Franciſcus
Standictus Henricus
Standicius Ioannes
Stanforde Nicolaus
Stanhuſius Michael
Stangadenſis Abbas Ioachim
Staphylus Fridericus
Staphileus Ioannes
Staphylhart Guilhelmus
Stapletonus Thomas
Starinus Michael
Starnefeldius Cantianus Guilhelm.
Statius Achilles
Staubius Ioachimus
Staratius Ioannes
de Stega Vinandus
Steinbek Gaſparus
Steinbergus Nicolaus
Steindorfer Ioannes
Steinhart Georgius
Steinbiel Henricus
Steinhuſerus Vuernerus
Stella Antonius
Stella Chriſtophorus Caluetus Ioan.
Stella Eraſmus
Stella Ioannes
Stella Petrus
Stella Sigenenſis Tilemannus
Stellatus Palingenius Marcellus
Stendel Benedictus
Stenius Simon
Stenus Bartholomæus
Stenglius Lucas
Steuchus Auguſtinus
Stephanides Cantuarienſis Guilhelmus
Stephanus Bonifacius
Stephanus Carolus
Stephanus Heddius
Stephanus Henricus
Stephanus Ioſephus
Stephanus Ioannes Lamperteogus
Stephanus Ioannes
Stephanus Robertus
Steurlinus Schmalcaldienſis Ioannes
Sthenius Henricus
Sthenius Hieronymus
Stiaticus Alexander
Stiblinus Gaſpar
Stiborius Andreas
Stifelius Michael
Stigelius Ioannes
Stilo Aelius
Stobæus Ioannes
de Stobniza Ioannes
Stockhamerus Sebaſtianus
Stochius Simon
Stoer Henricus
Stœflerus Ioannes
Stockelius Anſelmus
Stœklin Conradus
Stoius Matthias
Stoer Nicolaus
Stolbergius Chriſtophorus
Stolinus Ioannes
Stolſius Ioannes
Stolz Gaſpar
Stopius Nicolaus
Stoueton Eadmundus
Stouue Ioannes
Stracha Beneuenutus vel Beneuen.
de Strada Iacobus
Stradley Richardus
de Stralen Iacobus


Digitized by Google

Stramburgus Ioannes
Straparola Ioannes Francis.
Strasburgus Iacobus
Strafelius Ioannes
à Strasuuik Kednadon Palatinus
Stratius Ioannes
Stratonicensis Dracon
Strabus Iacobus
Strebeus Ludouicus Iacobus
Strecherus Laurentius
Stredam Gerardus
Streinius Richardus
Strigelius Victorinus
Strodus Radulphus
Stromerus Henricus
Stroza Cyriacus
Stroza Hercules
Strozza Philipus
Strub Arbogastus
Struppius Ioachimus
Struthius Iosephus
Stuart Iacobus
Stimelius Christophorus
Stubbes Guilhelmus
Stuckey Ioannes
Stukius Ioannes Guilhelm.
Studites Iosephus
Studites Theodorus
Stumpf Ioannes
Stunika Lopis Iacobus
Stuppanus Antonius
Stupperus Iacobus
Sturmius Hermannus
Sturmius Ioannes
Sturmius Reginaldus
Sturnus Ioannes
Stylo Aelius
Suuafham Nicolaus
Suares Ludouicus
Suarez Rodericus
Suauenius Petrus
Suauius Leo
Stubes Thomas
de Submontore Laurentius
Suardus Paulus
Subertus Petrus
de Sura Conradus
Suchensis Ludolphus
de Suchen Iludolphus
Sucthenus Alexander
Sudberius Guilhelmus
Suditus Theodorus
Suecanus Cornelius
Suedericus Iacobus
Suetisham Richardus
Suethus Hugo
Sueuus Gaspar
de Sueuia Berchtoldus
Sueuus Sigismundus
Suikerus Petrus
Suicetus Rugerus
Sulpitius Posthumianus Seuerus
Sulpitius Apollinaris Caius
Sulpitius Verula. Ioannes
Sulpitius Petrus
Sulpitius Seruius
Sulpitius Seuerus
Sulzerus Simon
Sum Ioannes
Summerhart Conradus
Summontius Petrus
Suncheimius Ladislaus
à Suola Ianus
Superioris Ioannes
de Superuilla Petrus
Sura Calphurnius
Sureus Hugo
Surflet Guilhelmus
Surgetus Ioannes
Surianus Hieronymus
Surius Laurentius
Surrelichus Ioannes
Surrinus Andelosensis Ioannes
Susaneus Alexander
Susannæus Hubertus
de Susanis Marquardus
de Susato Nicolaus
Susenbrotus Ioannes
Suthampton Guilhelmus
Suthouius Albertus
Sutor Petrus
Sutrinus Omnibon.
Suttinus Titus
Sutton Guilhelmus
Suttonus Dunelmensis Ioannes
Swauyngthon Petrus
Suuartzenburgius baro Paulus
Suetonius Thomas
de Suzaria Guido
Sybillenus Petrus
Sylburgius Fridericus
Sylla Cornelius Lucius
Sylla Sextus
Syllanus Decius
Syllius Blegabridus
Syluanius Bartholomæus
Syluanius Bernardus
Syluanus Caius
Syluanus Laurentius
Syluaticus Matthæus
Syluester Bernardus
Syluester Dionysius
Syluestrius Rodolphus
Syluiolus Antonius
Syluius Aeneas
Syluius Ambienus Iacobus
Syluius Bartholomæus
Syluius Detlenus
Syluius Franciscus
Syluius Insulensis Ioannes
Syluius Ioannes
Syluius Ioannes Egranus
Syluius Petrus
Symachus Aurelius Q.
Symbaldus Cynus
Symoneta Bonifacius
Sympertus Vdalrichus
Syncerior Agricola
Syncerus Actius
Synælius Michael
Synesius Romulus
Syngelius Christophorus
Syngelus Georgius
Syngelus Michael
Sypontinus Maria

T.

Tabiensis Ioannes
à Tabetis Secundianus
Tabœtius Iulianus
Taboræus Petrus
Tacesphale Ioannes
Tacitus Cornelius Publius
Tapaurius Ioannes Ambianus
Tahureu Iacobus
Taipetra Hieronymus
Taiberius Michael
Taisnerius Ioannes
Taisnerus Simplicius
Talaugernus Ioannes
Talbutus Robertus
Taleus Audomarus
Talpa Stellinus Petrus
Tambacho Ioannes
Tanetos Ioannes
Tapperus Ruardus
Tappius Eberhardus
de Taranta Valescus
Tarantasia Petrus
Tarapha Barcinonensis Franciscus
Tardiuus Guilhelmus
Tarrheus Lucilius
Tarsensis Diodorus
Tartagni Alexander
Tartaretus Petrus
Tartarijs Iaonnes
Tassara Antonius
Tassus Bernardus
Tatius Alpinus Marcus
Tauernerius Ioannes
Tauerner Richardus
Taulerus Ioannes
Taurellus Lælius
Taurellus Nicolaus
Tauromintanus Georgius
Taurisanus Bernardinus
Taygeti Ioannes
Taylour Guilhelmus
Tchechsius Ioannes
Tecelius Ioannes
Technicus Georgius
Teclerius Ioannes
Tectander Iosephus
Tegemanus Conradus
Tegius Franciscus
Tegleatius Stephanus
Teghius Petrus
Tegrinus Nicolaus
à Telepte Iulianus
Telesius Bernardinus
Telliberiensis Geruasius
Tebnisensis Daprucidas
Teius Scythianus
de Tenera munda Ioannes
Tenora Ioannes Antonius
Terentianus Iulius
Terentius Publius Afer
Tergulinus Hieronymus
Termineus Petrus
de Terra Ioannes
Tertius Franciscus
Tertius Publius
Tertullianus Florens. Quin.
Teruanensis Gualterus
Tesseruantus Claudius
Tettelbachius Ioannes
Tetthigerus Ioannes
Tetius Scipio
Teukesberi Ioannes
Teut Bernardus
Teuthonicus Ioannes
Texera Ludouicus
Textor Benedictus
Textor Guilielmus
Textor Oliuerius
Textor Maturinus
Textor Petrus
Thalmannus Benedictus
Thamerus Theobaldus
Thasius Hecatæus
Thaumastus Simon
Thaurinen. Maximus
Theatinus Nicolaus
Theius Scyticus
Thanetes Ioannes
Theocrenus Benedictus

Theodo-

Theodoricus Georgius
Theodericus Sebaſtianus
Theodorus Prodromus Cyr.
Theodorus Iacobus
Theodoricus Ioannes
Theodericus Xyſtus
Theodericus vel Rodericus
Theodorus Vitus
Theodoſius Aurel. Macrob.
Theodoſius Bapſta Ioannes
Theophilus Ioannes
Theophilus Nicolaus
Theologi Bremenſes
Theophraſtus Aureolus
Theos Plato
de Theramo Iacobus
Theriaca Benedictus
Theſſalonicenſis Baſilius
Theſeus Ianus
de Theſſalonia Iacobus
Theupolus Macarius
Thobolius Adamus
Thierius Ioannes
de Tholoſanis Maria Ioannes
Tholoſanus Petrus
Tholoſus Ioannes
Thomaius Camillus
Thomannus Sedrachus
Thomas Franciſcus
Thomas Ioannes
Thomas Petrus
Thomas Sauius Antonius
Thomas Simon
Thomaſsinus Ioannes
Thomaſius Michael
Thomaſius Stephanus
Thomæus Nicolaus
Thomates Aegydius
Thomnigius Iacobus
Thorenſis Orato
Thoreſbius Ioannes
Thorius Franciſcus
Thornæy Guilhelmus
Thorpe Guilhelmus
Thorpe Ioannes
Thoretius Chriſtophorus
de Tort Franciſcus
Thurinus Andreas
Thurius Paulus
Thurneiſer Leonardus
Thurotz Ioannes
Thuruaius Simon
Thyillus Satyrius
Thyleſius Antonius
Thymus Zuiccauienſis Georgius
Thynne Chauceri Guilhelmus
Thyræus Petrus
Tiara Petrus
Tibaldeus Antonius
Tibelenſis Geruaſius
Tibertus Darius
Tiberius Polydamas
Tibullus Albertus
Tibullus Flaccus
Tiburtinus Plato
Ticinenſis Ioannes
Tieffenbach Ioannes
Tierrus Ioannes
Tifernas Gregorius
Tifernas Lælius
Tiglarius Gabriel
Tignoſius Nicolaus
Tilberienſis Geruaſius
Tilberius Ioannes
Tiletrarius Iodocus
Tilius Ioannes
Tilmanus Carthuſiæ Godefridus
Tilmannus Ioannes
Timannus Ioannes
Timotheus Michael
Tinctoris Ioannes
Tinctorius Matthias
Tipitorus Ioannes
Tiraquellus Andreas
Tiryngton Gualtherus
Tiſſinus Ioannes
Tiſſardus Franciſcus
Tiſſyngton Ioannes
Titus probus Caius
Titelmannus Franciſcus
Titius Caius
Titio Sebaſtianus Brant
Tolatus Ioannes
Toledo Gondiſaluus
Tolenſis Franciſcus
Toletanus Franciſcus
Toletanus Iacobus
Toletanus epiſcopus Ioannes
Toletanus Marcus
Toletanus Rodericus
Telet Archiep. Hidelphonſus
de Toleto Franciſcus
Toletus Franciſcus P.
Toletus Medicus
Tollei vel Toualeus Dauid
Toloſatis Coraſius Ioannes
Tolozanus Petrus Georgius
Tolzius Ioannes
Tomitanus Bernardinus
Tompſon Ioannes
Toniolenſis Marcocus
Topiarius Aegydius
de Toppelſtein Henricus
de Torga Nicolaus
Torneis Ioannes
Tonſtallus Cuthbertus
Torinus Albanus
Torinus Godofrenus
de Tornaco Guidonus
de Tornaco Guiberti
Tornacenſis Nicolaus
de Tornaco Simon
de Tornamira Ioannes
Torniellius Hieronymus
Torquatus Antonius
Torquemad Antonius
Torrenſis Franciſcus
Torrenſis Hieronymus
Torrentinus Hermannus
Torrentinus Leuinus
Tortellius Ioannes
Tortus Hieronymus
Toſetus Charenſius Ludouicus
Toſſanus Daniel
Toſſarus Aquilouiacus Ioannes
Toſtatus Alphonſus
de Tournay Barchilonenſis Franc.
Toxites Michael
Tracinthus Rodolphus
Traianus Alexander
Tragileus Aſclepiades
Tragus Hieronymus
Traheron Bartholomæus
Traicy Richardus
Traiecten. Rathbodus
de Traiecto Adrianus
de Traiecto Andreas
de Traiecto Hadrianus
Trallianus Alexander
Trallianus Aſclepius
Trallianus Phlegon
de Trano Gaufredus
Tranquillus Andreas
Traquillus Hortenſius
Tranſyluanus Maximilianus
Trapezuntius Andreas
Trapezuntius Georgius
Trapolinus Petrus
Traubotus Salſenſis Fridericus
Traumanus Honorius
Trebatius Bernardinus
Trebatius Caius
Trebellio Theodoſius
Trebonius Caius
Treſſerus Florianus
Tregorius Michael
Tremellius Emanuel
Tremonius Conradus
Treterus Thomas
Treubius Felix
Treuirus Franellus
Treueth Nicolaus
Treuirenſis Amalarius
Vreuiſa Ioannes
Tribauerus Eſaias
Tribunus Nicolaus
Tricaelius Mira Ioannes
Triclinius Demetrius
Tridentinus Bartholomæus
Triphonius Claudius
Tripolitanus Acchonenſis Guilhel.
Triſſa Ioannes
Traſsinus Aloiſius
Trittenhemius Ioannes
Tritius Bectutius
Triuet Nicolaus
Trixoſam Andreas
Troca Catoſſus
Trochus Balthaſar
Trombette Antonius
Tronerus Alexander
Tronus Philolaus
Tronus Diodorus
Trophimus Eugenius
Trosby Eboracenſis Ioannes
Trotus Albertus
Trouamala Baptiſta
Trutuetter Iodocus
de Tryba Bernardus
Tſchudus Aegydius
Tuzlerus Hieronymus
Tuberinus Ioannes
Tuberus Aelius Quintus
Tubero Quintus
Tucka Brianus
à Tucca Honoratus
Tucce Paulus
Tuccianus Franciſcus
Tucherus Ioannes
Tudertinus Antonius
de Tudeſchis Nicolaus
Tuditanus Caius
Tufft Vitus
Tugauldius Ioannes
Tuicenſis abbas Rupertus
de Tulako Guilhelmus
Tulichinus Hermannus
Tullanus Statius
Tullius Aegydius
Tullius Laurea
Tumbelius Robertus
Tungersheim Hieronymus
Tunicius Antonius
de Tunſtede Simon
Turinus Andreas
Turnebus Adrianus
à Turnhout Gerardus
Turellus Petrus

Digitized by Google

Turnerus Guilhelmus
Turnotus Ioannes
Turpilius Sextus
Turpyn Richardus
Turranius Chriſtophorus
De turre cremata Ioannes
Turre Ludouicus
Turrerinus Paulus
Turrianus Franciſcus
Turſt Conradus
Turzanus Franciſcus
Tuſanus Iacobus
Tuſcanella Horatius
Tuſcus Sebaſtianus
de Tuſignano Petrus
Tuſtinus Ioannes
Tuuiforde Rugerus
Tyaneus Chriſyppus
Tylney Ioannes
Tymæus Iacobus
Tyndale Guilhelmus
de Tynmouth Ioannes
Tyrius Antipater
Tyrius Aſpaſius
Tyrius Guilhelmus
Tyrius Marinus
Tyrius Maximus
Tyrius Paulus
Tyro Sabinus
Tyſſyngton Ioannes
Tytleshali Ioannes
Tzamen Thomas
Tzetzes Ioannes
Tzetzes Iſacius
Tzuiuel Theodericus

V.

VAcca Antonius
Vacadel de Vaazden Conradus
Vadianus Ioachimus
de Vadis Benedictinus
Vairlenius Hieronymus
Valaguſa Georgius
Valambertus Simon
Valdanius Ioſephus
Valdeſius Ioannes
Valens Aburnius
Valens Iulius
Valens Statius
Valens Veſtus
Valeis Ioannes, vel Galenſis
de Valentia Gregorius
de Valentia Perez Iacobus
Valentinianus Theodoſius
Valens Germanus Guellius
Valera Diegus
Valerianus Cornelius
Valerianus Plinius
Valerius Antonius
Valerius Augustinus
Valerius Cornelius
Valerius Lucius
Valerius Pollio Alexandrinus
Valerius Probus
Valerius Soranus Quintus
Valeſius Franciſcus rex
Valgius Caius
Valgius Titus
Valgulius Carolus
Valga Georgius
Valla Ioannes Petrus
Valla Laurentius
Valla Nicolaus
Valla Petrus
Vallaſcus Gaſpar
de Valla Amantius
de Valle Baptiſta
de Valle Guilhelmus
de Valentia Georgius
Vallenſis Ioannes
de Valle Rolandus
Valla Petrus
Valleriola Franciſcus
Valleſius Franciſcus
Valois Thomas
Valtenſtein Vuenceslaus
Varoye Thomas
Varoye Thomas Vdal. Nicolaus
Valturius Robertus
Valuerdus Ioannes
Vannæus Stephanus
Vannius Huldricus
Vantius Sebaſtianus
Vara Ioannes
Varandien. Rogerius
Vardinus Thomas
Varenakrius Ioannes
Varenius Alanus
Varennius Ioannes
Varignana Guilhelmus
Varinerius Iacobus
Varinus Guarinus
Varro Ioannes, ſeu Guarna
Varro Publius
Varro Terentius M.
Varronius Guilhelmus
Varronius Lælius
Varotus Michael
Varus Alfenus
Varus Lucius
Vaſſenus Ioannes
Vaſſæus Ludouicus
Vaſquius Ferdinandus
Vatablus Franciſcus
Vatellus Ioannes
Vatinius Publius
Vaudus Pedemontanus Ioh.
Vbachius Ioannes
de Vbalde Nicolaus
de Vbaldis Petrus
Vbaldus Guido
Vceſsienſis Blanchonus Iacobus
Vdalricus Zaſius Ioannes
Vdenſis Pamperda
à Vega Chriſtophorus
Vcetius Conradus
Vega Andreas
Vrceus Codrus Antonius
Vegetius Flauius
Vegius Franciſcus
Vegius Maphæus
Vegius Matthæus
à Veiga Thomas Roderic.
Vehus Hieronymus
Veiratius Geneuenſis Iobus
Velarcus Iodocus
Velcurio Ioannes
Veldius Iacobus
Velleius Hubertus
Velenus Vlricus
de Veldrch Henricus
Vellius Caius
Velmatius Maria Ioannes
de Velde Guilhelmus
Velſius Iuſtus
de Vena Petrus
Venatorius Chilianus
Venatorius Daniel
Venatorſus Thomas
Vendramus Petrus
Venentius Iacobus
de Venetijs Paulus
Venetus Adrianus
Venetus Alphonſus
Venetus Georgius
Venetus Ioannes
Venetus Paulus
Venetus Thomas medicus
Veniga Alexius
Venray Rugerus
Venneretus Ioannes
Ventoluius Cadocus
de Vento Iuonis
Ventura Laurentius
Venutus Philippus
Venutus Antonius
Venuſtus Raphael
Veolienſis Euſtorgius
Veræpeus Ioannes
Verardus Carolus
Verardus Nicolaus
Verazzanus Ioannes
de Verberia Petrus
de Vercellis Panthalion
Verderius Antonius
Vereus Hieronymus
Vergara Franciſcus
Vergerius Baptiſta Ioannes
Vergerius Eligius
Vergerius Ludouicus
Vergerius Paulus
Vergerius Petrus Paulus
Vergilius Marcellus
Vergilius Polidorus
Vergilius Maro Publius
Verinus Baptiſta Ioannes
Verinus Michael
de Verneco Hugo
Vernerus Ioannes
Vernerius Benedictus
de Vernone Gallus Ioannes
de Verona Mattheus
Veronenſis Zeno
Veronus Ioannes
Verrepæus Simon
Verrepæus Ioannes
Verrius Flaccus
Verronis Sebaſtianus
Verſor Ioannes
Verteranius Maurus Marcus
Verus Philoſtratus
Verutius Hieronymus
Veſalius Andreas
Veſalius Franciſcus
Veſputius Albericus
Veſputius Bartholomæus
Veſſodus Antonius
Veſtalis Fabius
Veſtrius Octauianus
de Veteri aqua Ioannes
Veterus Ioannes
Veteſius Laſislaus
Vetruuius Petrus
Vetus Burgundus Ioannes
Vetus Sabinus
Vetzuertius Iacobus
Vgolinius Baccius
Vgonus Alexius
Vgonius Matthias
Veyſe de Hulmo Robertus
Vhyte Hugo
à Via Ioannes
Viator Fridelinus
Vicentius Simon
Vicedominus Franciſcus
à Vico mercatus Franciſcus
de Vicomercato Ioannes

de Vi

de Vico mercato Stephanardus
Victor Aurelius Sextus
Victor Publius
de S. Victore Hugo
à Victoria Franciſcus
de Victorijs Benedictus
Victorinus Afer Marius
Victorinus Fabius M.
Victorinus Marianus
Victorius Andreas
Victorius Bigis Ludouicus
Victorius Franciſcus
Victorius Petrus
Vicus Aeneas Parmenſis
Vicinus Pantagruel Panzapola
Vida Hieronymus M.
Vidianus Franciſcus
Vidius Vidus
Viennen. Salonius
Vierius Franciſcus
Viexmontius Claudianus
de Viga Garilaſtus
Vigelius Nicolaus
Vigerius Marcus
Vigerono Stephanus Marcus
de Vigilijs Graminea
Vigilius Stephanus
Vigmannus Petrus
de Vignate Ambroſius
de Vigo Ioannes
Viguerius Ioannes
Vilaricus Matthæus
Vilierius Franciſcus
Villa abbatis Ioannes
de Villa Dei Alexander
de Villa Reginaldus
de Villa Diego
de Villadiego Gundiſaluus.
Villa Franca Blaſius
Villagagne Nicolaus
à Villalobos Baptiſta
de Villa noua Arnoldus
Villanouanus Michael
Villanouanus Simon
de Villa ſancta Iacobus
à Villauicentio Xereſan. Laurentius
Villanus Ioannes
Villanus Paulus Petrus
Villaricus Fagellus Simon
de Villemar Ioannes
Villingenſis Pictorius
Vincentius Bernardus
Vincentius Petrus
Vincentius Iulius
Vincemala Hercules
Vinciguerra Antonius
Vuinciguera Bartolomæus
Vincus Petrus
Vindex Cæſellius
Vindocinenſis Matthæus
Vindocinenſis Lopleignius Theobaldus
Vindonien. presbyter Matthæus
Vinearum ſodalis Hugo
de Vineis Petrus
de Vineta Ioannes
Vineſauf Galfridus
Vinetus Elias
Vinius Aquilanius Franciſcus
Vinslerus Ioſua
Viola Raphael
Viottus Bartholomæus
Vipera Mercurius
Virdungus Ioannes
Viretus Petrus
Virmius Pontius
Viruesius Alphonſus
Viſcerus Ioannes
Viſitarius Camillus
de Viſchijs Ioannes
Viſimonaſterienſis præpoſitus Giſlebertus
Viſorius Ioannes
Viſſelius Matthæus
Viſſenacus Tertius Damis.
Victor Sulpitius
Vitalis Ianus
Vitellius Cornelius
Vitellius Eraſmus
Vitoduranus Ioannes
de Viterbio Iacobus
Vitruuius Marcus
Viualdus Ludouicus Ioannes
Viuerus Gerardus
Viues Ioannes Ludouicus.
Viuianus Carolus
Viuianus Ioannes
Viuicenus Georgius
Vlenbergius Gaſpar
Vlerdenus Daniel Bruxel.
Vlimmerius Ioannes
Vlin Oſualdus
Vlerſton Richardus
Vlmerus Conradus Ioannes
Vlmer Huldricus
Vlmer Salmu Conradus
Vlmus Ioannes Franciſcus
Vlnerius Hermannus
Vlnerus Petrus
Vloa Alphonſus
Vlpianus Domitius
Vlpianus Epiphanius
Vlſenius Theodoricus
Vngarellus Iacobus
de Vngaria Michael
Vngarus Damaſius
Vngarus Paulus
Vodius Hartmannus
de Vodromo Adamus
de Voerda Nicaſius
Vogelin Paulus
Vogelius Ioannes
Vogelmannus Vuolfgang
Vogelſank Ioannes
Vogolon Ioannes
Vogt Ioannes
Volandus Ioannes
Volanus Andreas
Volaterranus Raphael
Volcyrus Nicolaus
Volrier Nicolaus
Volricus Sorgantus Ioannes
Voſchius Matthæus
Voſcus Priuernas Antonius
Volſius Ioannes
Volumnius Publius
Volſcus Varentinus
Voluptuarius Apicius M.
Voluſenus Florentinus
Vomelius Cyprianus
Vopiſcus Aloiſius
Vopiſcus Flauius
de Voragine Iacobus
Vorilonge Gallus Guilhelmus
Voſſeus Gerardus
Voſtus Ioannes
Voſtefeldius Arnoldus
Vpertonus Ioannes
de Vrach Gabriel
Vranius Henricus
Vrbicus Aggenus
Vrbicus Lollius
de Vrbino Bartholomæus
Vrredman Sebaſtianus
Vrgalius Galbertus
Vrie Theodericus
de Vrimaria Henricus
de Vrſellis Cæſar
Vruchtherus Henricus
Vrſinus Adamus
Vrſinus Fuluius
Vrſinus Ioannes
Vrſinus Velius Gaſpar
Vrſinus Zacharias
Vrſonus Sergius
Vrſus Ioannes
de Vſingen Bartholomæus
Vſsillus Antonius
Vtendolus Alexander
Vtenbouius Carolus
Vtenhouius Ioannes
Vtenſal Alexander
Vtica Auguſtinus
de Vtino Leonardus
Vulcanius Bonauentura
Vulpellius Octauianus
Vulteus Ioannes
de Vulturnis Michael
de la Vyle Henricus
Vziels filius Ionathas

## V u.

Vakefelde Robertus
Vuaeber Ioannes
Vuagnerus Philippus
Vuagnerus Fridericus
Vuagnerus Marcus
Vuakerus Stephanus
Vualaſſer Adamus
Vuald Georgius
Vualdeby Ioannes
Vualdebij Robertus
Vualderus Ioannes
Vualdys Burckardus
Vualingforth Richardus
Vualkingthon Nicolaus
Vualon Petrus
Vualſche Eduardus
Vualſgram Ioannes
Vualſyngham Ioannes
Vualſyngham Robertus
de Vualtershuſen Bruno
Vualterus Bernardus
Vualtherus Georgius
Vualterus Hubertus
Vuan Paulus
Vuandmeer Arnoldus
Vuanlogius Ioannes
Vuannucius Robertus
Vuarenberg Petrus
Vuarnefridus Paulus
Vuarſcheirizk Stanislaus
Vuaſtanus Robertus
Vuaterton Galfridus
Vuattes Petrus
Vuanfeld Robertus
Vuaſtete Ioannes
Vueberus Georgius
Vueida Dominicanus Marcus
Vueidenſehe Edoardus
Vueidnerus Paulus
Vueiman Sebaſtianus
Vueiſerus Gregorius
Vueidenſee Eberhardus
Vueiſmannus Matthias
Vueiſenburgius Vuolfgangus
Vueiſſchoph Philippus

Digitized by Google

Vuellendorfer Virgilius
Vuellerus Hieronymus
Vuelling Vlrichus
Vellys Guilhelmus
Vuellis Ioannes
Vuelpis Henricus
Vuenchelſea Ioannes
Vuendelſtein Ioannes
Vuendock Alexander
Vuengerus Conradus
Vuentanus Daniel
Vuentanus Ethelwuodus
Vuentanus Hedda
Vuenzelius Ioannes
Vuentzerus Volhardus
Vuerbenzi Stephanus
de Vuerdena Ioannes
Vuerdmullerus Otho
de Vuerlis Henricus
Vuernerus Adam
Vuerner Andreas
Vuernerus Georgius
Vuerner Ioannes
Vuernerus Leonardus
Vuerth Iacobus ſeu Iaches
de Veſalia Ioannes
Vueſſelus Ioannes
Vueſenbeccius Matthæus
Vueſterburg Gerardus
Vueſthemerus Bartholomæus
Vueſtmonaſterien. abbas Gilbert
Vueſtmonaſterius Matthæus
Vueſtphalus Ioachimus
Vueterus Dauid
Vuetherſet Richardus
Vuetley Guilhelmus
Vueuyki Gerardus
Vuhityngton Robertus
Vuhyte Anglus Guilhelmus
Vuiburne Franciſcan. Gualtherus
Vuiccius Feuuinus
Vuicelius Georgius
Vuichienſis Richardus
Vuickius Henricus
Vuickham Guilhelmus
Vuicleuus Ioannes
Vuichyngam Henricus
Vuichyngam Ioannes
Vuichyngam Richardus
Vuichyngam Simon
S. Victoris Richardus
Vuhitakerus Guilhelmus
de Vuida Hermannus
Vuidman Ioannes
Vuidmeſtadi. Albertus Ioannes
Vuidefordus Vuilhelmus
Vuierus Ioannes
Vuigandus Ioannes
Vuigelt Nicolaus
Vuiler Franciſcus
Vuillaert Adrianus
Vuillebrochius Dantiſcanus Ioannes
Vuillichius Iodocus
Vuildenbergius Hieronymus
Vuilſius Auguſtinus
Vuilton Auguſtin. Ioannes
Vuimphelingus Iacobus
Vuimpina Conradus
Vuinchelſea Richardus
Vuinckler. Forchemi. Nicolaus
Vuinder Sebaſtianus
Vuindshemius Iodocus
Vuingenſenſis monachus Florentius
Vuinſemius Vitus
Vuinmannus Nicolaus
Vuinterborne Guilhelmus
Vuinteruic Bernardus
de Vuintonia Gregorius
Vuintperger Vuolfgangus
Vuinzetus Ninianus Renfrous
Vuirecker Nigellus
Vuiricus Ioannes
Vuirſungus Chriſtophorus
Vuirtenberg Dux. Vdalricus
Vuirtenbergenſis Dux Chriſtophorus
Vuirthus Petrus
Vuiſſenbergerus Melchior
Vuitechingus Hermannus
Vuittichius Hieronymus
Vuitſius Aegidius
Vuithenius Henricus
Vuitus Ioannes
Vuith Richardus
Vuittoſtein Carolus
Vuitzſennig Ioannes
Vuodæ Adamus
Vuodeham Minorita Adam
Vuoderforde Guilhelmus
Vuoenuſius Ioannes
Vuolckenſtein Dauid
Vuolffart Huldrichus
Vuolkmerus Ioannes
Vuollick Nicolaus
Vuolfius Ambroſius
Vuolfius Henricus
Vuolfius Hersburgen. Ioannes
Vuolfius Stephanus
Vuolfius Tigurin. Gaſparus
Vuolfius Ioannes Tigurinus
Vuolfius Oetingenſ. Hieronymus
Vuolfius Thomas iunior
Vuonlichius Rodolphus
Vuoricherus Henricus
Vuorſop Robertus
Vuotta Edoardus
Vuoutam Scotus Ioannes
Vulflingſeder Ambroſius
Vurſtiſius Chriſtianus
Vulteius Ioannes Remen.
Vulteius Iuſtus
Vuſchelburgenſis Ioannes
Vurotham Ioannes
Vurms Matthias
Vuykham Ioannes
Vuyce Thomas
Vuyke Thomas
Vuinterton Thomas

X

Xrocereus Simeon
Xylander Guilhelmus
Xylander Nicolaus
Ximenez Didacus
Xylhilt..us Ioannes

Y

de Ylera Thomas

Z

Zaberella Iacobus
de Zabernia Conradus
Zacharias Ioannes
Zacutus Abrahamus
Zambertus Bartholomæus
Zan Andreas
Zanchus Bartholomæus
Zanchus Baſilius
Zanchus Chryſoſtomus Ioannes
Zanchus Hieronymus
Zancherus Melchior
Zanetinus Hieronymus
Zanger. Oenipontanus Ioannes
Zangmaiſter Ioannes Paulus
de Zanis Vlpianus
Zantanus Antonius
Zaphonenſis Guilhelmus
Zarotus Chriſtophorus
de Zarabellis Franciſcus
Zaſius Vdalricus
Zatharius Ioannes
Zauezonius Raphael
Zazarellus Ludouicus
Zecharias Dionyſius
Zechendorferus Gregorius
Zellenſis abbas Paulus
Zellius Matthæus
Zenus Antonius
Zenus Patritius Iacobus
Zephirus Franciſcus
Zegerus Nicolaus
Zerbinatus Alexander
Zerbus Gabriel
Zerlinus Ioſephus
Zeugmateus Sergius
Zeyſius Matthæus
Zicherius Euſtachius
Zieglerus Bernardus
Zieglerus Hieronymus
Zigabenus Georgius
Ziglerus Iacobus Landauus
Ziletus Ioannes
Zimalia Ludouicus
Zimara Antonius M.
Zineus Ioannes
Zingel Georgius
Zinus Petrus Franciſcus
Ziriceus Prærenſis Iaſon
Zoanettus Franciſcus
Zobel Chriſtophorus
Zochus Iacobus
Zœſtius Hermannus
Zoltau Conradus
Zoparas Ioannes
Zobas Diodorus
Zouirius Brædanus Iacobus
Zulecius Ioannes
Zuinggerus Theodorus
Zuinelius Huldricus
Zunti Ludouicus
Zuuichemus Viglius


FINIS.

Digitized by Google

# SCRIPTORVM OMNIS GENERIS, QVORVM ET MEMORIA EXTAT, ET LVCVBRATIONES IN LITERAS relatæ ſunt, ad noſtra vſque tempora Catalogus.

AARONIS *filij Aſer de Tiberia, Grammatica Hebræa de accentibus, impreſſa Venetijs apud Dan. Bombergum 1515. in Biblijs Hebraicis, cum diuerſis commentarijs.*

Aaronis *Batalæi Triuilienſis plauſus poemation excuſum Baſileæ, anno D. 1544. in 8. cum alijs illuſtrium poetarum poematijs. Eiuſdem recta interpretatio & diſpoſitio verſuum aliquot in Heroidas Ouidij, impreſſa eſt Venetijs, anno D. 1543.*

Abacuc, *vide Habacuc.*

Abammonis *Aegyptij ad Porphyrium philoſophum epiſtola extat, quam tamen Proclus exiſtimat Iamblichi potius eſſe quàm Abamonis.*

Abbatis *Aſſaldi I.C. Singularia & cautelæ.*

Abbas *Vrſpergenſis, vide Con. à Liechtenaw.*

Abaris *Scytha, Seuthæ filius, Oracula ſcripſit, quæ Scythica dicuntur: Nuptias Hebri Fluuij: Luſtrationes, & Deorum originem ſoluta oratione: Apollinis aduentum ad Hyperboreos verſu. Vixit iuxta Pindarum tempore Crœſi regis: quidam tertia alij vigeſima prima Olympiade, eum in Græciam veniſſe dicunt. Plura de eo vide apud Suidam.*

Abas *Sophiſta Commentarios hiſtoricos, & Artem dicendi reliquit. Suidas.*

Abbiani *cuiuſdam epigrammata ſex, in Florilegio à Planude congeſto habentur.*

Abbo *Floriacenſis cœnobij abbas, Gallus Aurelianenſis, ſcripſit Vitam Eadmundi martyris lib. 2. Apologeticum ad Francorum reges lib. 1. Super calculo Victorij lib. 1. Additiones in eundem lib. 1. De moribus ſtellarum lib. 1. De Planetarum curſu lib. 1. Demonſtrationes Aſtronomiæ lib. 1. Contra epiſcopum Aurelianenſem lib. 1. Rudimenta puerilia lib. 1. Categoriarum ſpiritualium lib. 1. De computo lib. 1. Homilias in Euangelia lib. 1. De cœna Domini lib. 1. Epiſtolas ad Gregorium V. Robertum regem, Imperatorem Othonem, Bernhardum Bellilocum, Odilionem Cluniacenſem. De S. Stephano protomartyre, Sequentiam vnam & Reſponſoria quædam edidit. Circulos annorum incarnationis Dominicæ, ad ſua vſque tempora correxit. Obijt anno 1004. à ſuis monachis interfectus. Eius vitam ſcripſit Haimo Floriacenſis. Baleus.*

Abdiæ *Babylonij epiſcopi, Apoſtolorum diſcipuli, De hiſtoria certaminis apoſtolici lib. 10. ab Eutropio primum ex Hebraica lingua in Græcam tranſlati, deinde à Iulio Africano ex Græca in Latinam. Oporinus excudit Baſileæ in folio, anno D. 1551. & Maternus Cholinus Coloniæ duodecimo 1569. Pariſijs 1571. octauo.*

R. Abdiæ *Lumen populorum, ſunt autem quæſtiones quindecim De Deo & anima, excuſæ Venetijs Hebraicè.*

Abdiæ *Prætorij Analyſes, paulo generaliores locorum theologicorum D. Philippi Melanchtonis, propoſitionũ formis accommodatæ: impreſſæ Witebergæ in octauo. Armeniorum de trinitate & filio Dei Ieſu Chriſto confeſſio, ab eodem in Latinam linguam tranſlata, additis explicationibus quibuſdam. Witebergæ 1570. De poeſi Græcorũ: item de generaliſſimis poeſeos conſiderationibus. Witebergæ 1571. octauo.*

Abdilazus *idem qui Alchabitius.*

Abenaman *Sarracen. Ariſtot. theologiã è Græco olim in Arabicum tranſtulit. Vide in Ariſtot.*

Abenbicar *de ſimplicibus medicamentis opus Arabice conditum, inſigne & magnum, duplicique exemplari ſcriptum ad dimidium vſque, extat apud Gulielmum Poſtellum. In quo volumine ordine alphabetico expreſſa ſunt ſimplicia medicamenta quã plurima, & remedia innumera & rariſſima. Alterum volumen (inquit Poſtellus) fuit vſui Iacobitæ cuidam qui Græca nomina ſua lingua adſcripſit. Deprehendimus autem per collationem nullam eſſe lacunam in Dioſcoridis, Galeni, aut Oribaſij eiuſdem argumenti libris, quæ ex hoc codice ſuppleri non poſſit. Citatur ſæpe ab Andrea Bellunenſe Ebenbitar nomine.*

Abenſinæ *medici compendium Arabice ſcriptum, extat apud Guilielmum Poſtellum.*

Abenuerga *Hebræus tabulas quaſdam Aſtronomicas ſcripſit, quarum mentionem facit R. Abraham Zacutus, in præfatione in Almanach ſuum perpetuum.*

Aberrois, *Vide Auerroes.*

Abgari *vel Augarei Edeſſenorum toparchæ epiſtola ad Ieſum Chriſtum ſaluatorem, extat in hiſtorijs eccleſiaſticis Euſebij & Nicephori.*

Abhenguefit *vel Albenguefit quædam de balneis ſcripſit, quæ impreſſa ſunt Venetijs cum aliorum de iiſdem ſcriptis, apud hæredes Iuntæ. 1553.*

Abhomeron *Abynzoar ſcripſit opus in re medica libris 3. impreſſum Venetijs Latinè 1496.*

Abimeron *Auenzaar, citatur à Campegio de cliſteribus. 62.*

Abidæ *aſtronomi meminit Epiphanius, contra quem de fato ſcripſit Bardeſanes.*

* Abideni *Coralli, dialogi ſeptẽ Romæ ſine anno.*

Abilfedæas *Coſmographus inſignis & Ptolemæo par aut ſuperior in deſcribendo orbe Iſmaelitis ſubiecto, cum nominibus ad noſtra tempora aptatis, à Gulielmo Poſtello ex Oriente aduectus eſt: cuius libri compendium ex ſua tranſlatione Venetijs*



Digitized by Google

Poſtellus D. Rhamnuſio ciui reliquit, quod is alterum volumẽ De nouo orbe edere inſtituiſſet. Fuit autẽ Abilfedeas iſte princeps Syriæ, Aſſyriæ & Perſidis, qui ante 300. annos vixit circa Cœlen Syriam.

* Abini cõmentaria in Eccleſiaſten. Baſil. 1531.

Ablabius genere Gothus, ſcripſit de Gothis hiſtoriam. Volaterr. Iornandes.

Aboali Abinſceni, vide Auicenna.

Aboolit Benroiſt, idem qui Auerroes.

Abrachis citatur à Ioanne Stöflero, puto autẽ Hipparchum ab Arabibus ſic nominari.

Abrahami patriarchæ liber Zezirach ſiue reformationis, ex Hebraico ſermone Latine redditus eſt & ſcholijs illuſtratus per Guilelmũ Poſtellum, ad Babylonis ruinam, & corrupti mundi finẽ, 1552.

Abrahami cuiuſdam Iudæi libellus de natiuitatibus, à Io. Dryandro emendatus, 12. cœli figurarum ſignificationes tractat, ad iudiciariã Aſtrologiam vtilis. Coloniæ excuſus, 1537. Idem ſcripſit librum introductionis in iudicia aſtrorum, quem vocant Principium ſapientiæ: eius opera quædam in Latinum ſermonem traduxit Petrus Apponenſis.

Abrahamus Iudæus (neſcio an idem cum priore) & Simon Ianuenſis, Ioannis Serapionis cõmentaria de facultatibus ſimplicium medicamentorum Latine reddiderunt, excuſa Venetijs, anno Domini, 1550. in fol. apud Iuntas.

Abba Abraam, & Abba Patritius, ſancti patres, Iſaci monachi Syri ſermones aſceticos Græca lingua interpretati ſunt. Quod opus Romæ extat in Biblotheca Vaticana.

Abrahamus de Balmis, artium & medicinæ doctor, ſcripſit Grammaticã Hebraicam. Præterea in Latinum ſermonem tranſtulit Auerrois expoſitionem in 8. libros Topicorũ Ariſtotelis, & in duos libros Elenchorum. Epitomen Auerrois in libros logicæ Ariſtotelis. Quæſita varia logica. Epiſtolam Auerrois. Arabum nonnullorum quæſita & epiſtolas. Paraphraſim Auerrois in 3. lib. Rhetoricorum Ariſtotelis. Eiuſdem ſermonẽ de ſubſtantia orbis: Quæ omnia recognita & emendata, impreſſa ſunt Venetijs à Iuntis, cum Ariſtotelis & Auerrois operibus, annno 1552. Edidit quoq; librum De demonſtratione, impreſſum Venetijs.

Abrahami filij Iſaac liber medicus Hebraice ſcriptus extat.

* Abrahami Bucholtzeri. Iſagoge Chronologica id eſt, opuſculum ad annorũ ſeriem in ſacris Biblijs complexendam, compendio viam monſtrans. 8. Francof. 1577.

R. Abrahã Cai Arithmetica & liber de ſphera, excuſi ſunt Baſil. Hein. Petri, 1546. 4. Hebraice & Latine, Oſwaldo Schrekenfuchſio interprete.

R. Abraham Aben Ezdra Hiſpanus, ſcripſit cõmentaria Hebraica in Legem, in Iſaiã & duodecim prophetas minores. Pſalteriũ, Prouer. Solomonis, Cant. Canticorum, Ruth, Threnos Ierem. Eccleſiaſten, Heſther, Danielem, Ezdram, Nehemiam, quæ omnia hodie typis excuſa habentur Venetijs apud Danielem Bombergum. Expoſitionem eius in Moſem Conradus Pellicanus tranſtulit. Eiuſdem cõmentariolus in decalogum præceptorũ diuinorũ, impreſ. Baſileæ cum Latina verſione Sebaſt. Munſteri, 1527. 8. Eiuſdẽ liber De luminaribus & diebus criticis à Michaele Angelo Blondo recognitus, excuſus eſt Romæ 1544. & poſtea Lugduni 1550. Claruit anno Domini 1217.

* Ahraham Huldrych, opera omnia illuſtriſſ. principis Georgij Anhaltenſis, ex Latina in Germ. linguam tranſtulit, fol. Wittenberg. 1577.

* Abrahami Iudæi tranſlatio Serapionis ex Arabico, fol. Eiuſdẽ de natiuitatibus libellus ex Arab. 4. Eiuſdem Almanach perpetuum, in 4. Venetijs 1525. eſt excuſum.

Abrahamus Læſcherus, Pauſaniæ de tota Græcia Libros decem in ſermonem Latinum conuertit: quos excudit Oporinus Baſileæ, 1550. Reddidit præterea libros Regum Veteris Teſtamenti carmine, itẽ lamentationes Ieremiæ, quæ Oporini typis edita ſunt. Compoſuit etiã Epigrammaton libros in quibus ſunt 3. Epicedia, & totidem Epithalamia, excuſos ab eodem. Item Dauidis & Goliæ monomachiã, ab eodem excuſam. Item carmẽ de obitu clariſſimi viri Matthæi Zellij, quod Cephalæus excudit Argentorati. Expectantur & aliæ plures eius lucubrationes.

R. Abraham Leuitæ, filij Dauid chronicon Iudaicum, ſeu traditiones memorabilium de regibus ſecundæ domus, impreſſum eſt Venetijs.

Rabbi Abraham, filius Leui, ſcripſit Kabala Hebraicè. Liber excuſus eſt.

Rabbi Abrahæ interpretatio in legem, quam Faſciculum myrrhæ inſcripſit. Liber impreſſus Venetijs apud Bombergum.

Abrahamus Muſculus Wolfgangi filius, miniſter eccleſiæ Bernenſis in Heluetia, Concionẽ Ioannis Parſimonij de Vbiquitate corporis Chriſti doctiſſimè confutauit. Edidit concionem Germanicã de natiuitate Chriſti in 9. Eſaiæ.

Abrahamus Ortelius Antwerpianus, edidit Theatrum orbis terrarum, hoc eſt Geographicas tabulas præcipuarum regionũ totius orbis, elegantiſſimè ſculptas & in vnum volumen coniunctas, in folio magno ſeu regali, addita cuiuſq; regionis breui deſcriptione, & commemoratione auctorum qui illam deſcripſere. Antwerpiæ 1570. Idem opus Germanice quoq; editum eſt. * Conſcripſit etiam Synonyma Geographica, in 4. Antwerpiæ excuſa 1578. Ex eiuſdem Muſæo Deorũ Dearumq; capita ex vetuſtis numiſmatibus edita ſunt. Antwerpiæ apud Philippum Gallæum 1573.

Rabbi Abraham Prizol commentaria extant in Iob.

* Abrahamus Saurn ſcripſit Diarium hiſtoricum, Germanicè, in fol. Francoforti 1582. Eiuſdẽ, Inſtitutionem breuem de lamijs vtrum inter Chriſtianos inueniantur, & quid perficere poſſint, Germanicè: iuncta confeſſione malificæ nuper Marpurgi ſupplicio affectæ. In 4. Francoforti apud Chriſtophorum Rabum. 1582. Libellum de Conſuetudine puniendi reos. 8. Francoforti ad Mœnum. 1577. Idem Legum politicarum ad ſacras literas analogiam ex



Digitized by Google

giam ex Latina lingua in Germanicā tranſtulit. 8. Francof. 1579. Librum item Dyni de Mugello, de præſcriptionibus ex Latina in Germanicā linguā tranſtulit. 8. Francof. Rhetoricam Germanicam auxit 8. Francoforti. 1580.

R. Abrahæ *Zacuti, Emanuelis regis Aſtronomi Almanach perpetuū omnium cæli motuum, excuſum Venetijs, in 4. 1502. chartis 58. apud Petrum Liechtenſtein cum additionibus.*

Abrazath *Aſtrologus inſignis, libros aliquot De Aſtrologia edidiſſe fertur. G. Paſtregicus.*

Abron *Calliæ interpres, natus ex Bate vico tribus Ægeidis, ſcripſit, de feſtis & ſacrificijs, auctore Stephano de vrbibus. Ab eodem citatur Abrom* ἐν τῷ περὶ παρωνύμων.

Abruſak *Azarchelis ſummi Aſtronomi extat Saphea recentioris doctrinæ.*

Ablolonis *Abbatis Sprinkirbatenſis ſermones feſtiuales Gymnicus Coloniæ excudit, 1534. in ſol.*

Abſyrtus *Pruſaenſis vel Nicomedienſis, miles, ſub Conſtantino Imperatore in Scythia iuxta Iſtrū militauit, ſcripſit Græce Hippiatricā, de cura equorum, ſiue veterinariam medicinam ad Aſclepiadē. Aliquot eius capita cum alijs mulomedicis impreſſa ſunt Baſileæ, 1537. Abſyrti libros in bibliotheca principis Mantuani, aſſeruari, Georgius Agricola in libro ſecundo De menſuris Græcis, ait.*

Abubether, *vide Raſis.*

Abumaron *Babylonij meminit Ioānes Picus in nongentis concluſionibus, vbi quatuor concluſiones ſecundum hunc proponit.*

Abydeni *Aſſyriaca hiſtoria, inter eos libros qui manu ſcripti in Italia ſeruantur, à Scipione Tetto numeratur.*

Aburnius *Valens ſcripſit fidei cōmiſſorū lib. 7. quorum fragmenta extant inter Pandectas iuris ciuilis. Alij Alburniū & Eburnium ſcribunt. Sed* ἀβούρνιος οὐάλης *apud Galenum quoq; Græcè legitur.*

Acatius *Cæſarienſis Sophiſta, de eloquentiæ laude cū Libanio certauit. Obijt iuuenis. Eunapius.*

Acacij *epiſtola ad Cyrillum, extat inter epiſtolas Cyrilli numero decimaquinta.*

Acacij *Cæſarienſis Palæſtinæ epiſcopi Ioan. Trittenhemius verbis ex D. Hieronymo deſumptis mentionem facit, & ſcripta quædam cōmemorat, vt ſæpe ſolet, ita vt dubites an adhuc alibi extent, aut non. Scripſit autem inter alia* συμμίκτων ζητημάτων *libros.*

Acas *poëta Tragicus. Suidas. ab Athenæo verò citatur Acati Argiui* Διοπτρίς.

Accas *Haguſtaldenſis epiſcopus, ſcripſit De paſſionibus ſanctorum lib. 1. Officiarium eccleſiæ lib. 1. Ad Bedam pro illuſtrandis ſcripturis epiſtolam vnam. Claruit anno Chriſti 714.*

Accij *poetæ tragici ex Atreo, Bacchis, Ione, Philotecta,* ἐπὶ ναυσὶ μάχῃ, *verſus adducit Chariſius. Vide L. Accius.*

Accij *grammatici* διδασκαλικῶν *libri nouem, citantur à Chariſio. Item à Nonio, à quo etiam citantur libri Parergōn & Pragmaticōn libri. Item Annales à Feſto citantur. In his autem autoribus nuſquam quod ſcio apertè diſtiſtinguitur ab L. Actio vel Accio poeta.*

Accij *Index fabularū Plauti citatur à Gell. lib. 3. cap. 13. Hunc arbitror à Grammatico ſcriptum.*

Accurſius *Maincrius ſcripſit pro rege Francorum ad Venetos contra Lodouicum Sfortiam.*

Accurſij *Mariangeli Itali in Auſon. poetam copioſi & eruditi comment. impreſſi Romæ.*

Accerati *Grammatici epigramma quoddam legitur in Florilegio Planudis.*

Aceſias *quidam inter ſcript.* ὀψαρτυτικῶν *commemoratur ab Athenæo lib. 12.*

Aceſodorus *Megalopolites, ſcripſit de vrbibus, teſte Stephano.*

Aceſtius *alter ab Aceſia inter eos qui ſcripſere* ὀψαρτυτικὰ *ab Athenæo numeratur.*

Achæus *Pythodori ſiue Pythodoridis F. Eretrienſis tragicus, natus 14. Olympiade, fabulas edidit 43. alij 30. dicunt, alij 24. vicit vnam: paulò iunior Sophocle. Cōmuniter autem artem oſtentabat cum Euripide. Suidas. Huic inter Satyros 2. partes tribuebat Menedemus philoſophus, 1. Æſchylo. Fabulæ eius Satyricæ, Æthon, Alcmæon, Vulcanus, Iris, & præterea aliæ non addito Satyræ nomine, Linus, Omphale, Circulus,* μοῖραι, ἆθλα, *citantur ab Athenæo. Eius etiam Philocteten citat Suidas in Eleleu.*

Achæus *Syracuſanus, tragicus iunior, ſcripſit tragœdias decem. Suidas.*

Achaicus *in moralibus citatur à Clemente libro 4. Stromaton, & à Laertio lib. 6.*

Achaius *1. huius nominis Scotorū rex, qui primus Scotos Gallis iunxit, fœdere facto cum Carolo Magno, hic per hiſtoricos colligi fecit acta ſuorum prædeceſſorum regum, Leges etiā condidit plures. Baleus. Obijt anno Chriſti 819.*

Achampſichi *liber Græcus ad Ptolemæum, Romæ in Vaticana bibliotheca extat.*

Achardus *Canonicus regularis, Anglus, ſcripſit De Chriſti tentatione, De ſancta Trinitate Homilias eruditas. Baleus.*

* Achatij *Brandeburgenſis, Epitome ex optimis quibuſq; noſtri tēporis Chriſtianis doctoribus, quare & quomodo, liberæ & Chriſtianæ ceremoniæ pura cōſcientia ſeruari poſſint. 4. Francof. 1579. Germ.*

Achatius *Conſtantinopolit. patriarcha, orator inſignis, & à D. Hieronymo ad fidem conuerſus, ſcripſit De fide orthodoxa librum. Suidas & Volaterranus lib. 3. vrb. com.*

Achelnotus *Cantuarienſis epiſcopus, ſcripſit in laudē D. Mariæ lib. 1. Item lib. epiſtol. ad diuerſos. Floruit circa annum verbi incarnati 1038.*

Acherius *Rhetor ſub Diuo Auguſto florens, ſcripſit declamationes, & quædam ex Græco in Latinam linguam tranſtulit, vt teſtis eſt Seneca.*

Achilles *author Græcus ſcripſit librū de Vniuerſo, vnde decerpta Iſagoge in Arati phænomena. Romæ ſeruatur in bibliotheca Vaticana. Eſt Ocelus Lucanus, vt arbitror.*

Achillis *Bochij Bononien. ſymbolicarū quæſtionū de vniuerſo genere, quas ſerio ludebat lib. 5.*



Digitized by Google

Bononiæ in ædibus nouæ Academiæ Bochianæ 1555. Eiuſdem Dialogus de recta ſui cuiuſq; rectione, & Hiſtoria de Caroli VIII. Francorum regis ingreſſu in Italiam, commemorantur à C. Lycoſthene. Præterea Bononienſium hiſtoria & epigrammatum libri, à quibuſdam commemorantur, quæ an edita ſint ignoramus. Vita Ciceronis ex Plutarcho in Latinũ conuerſa, impreſſa eſt à Cratandro, cum Cicerone: nominatur autem illic Achilles Philerotes Bochius.

* Achilles Clauiger Veronenſis, in nouam diſcordem Concordiã Bergenſ. Satyr. 4. Lugduni. 1582.

* Achilles Perſonalis, I.V.C. Mirandulanus, ſcripſit, tractatum adipiſcendæ poſſeſsionis, quæ ex iure ciuili defertur, interdicti ſeu remedij quorum bonorum, quod à prætorio iure interdicitur, ac petitionis hæreditatis. 4. Venetijs. Anno 1574.

Achilles P. Gaſſarus Lindauienſis medicus et mathematicus præſtantiſsimus Reip. Auguſtanæ: ſcripſit hiſtoriarum & Chronicorum mundi epitomen, veluti indicem, ordine annorũ à condito mundo, item ante & poſt Chriſtum. Baſileæ 1532. Idem publicauit tabulam quandam mathematicam, Sciaterion pedarium inſcriptã, impreſſam Tiguri. Item catalogum Regum omnium quorum ſub Chriſtiana profeſsione adhuc regna florent: Auguſtæ Vind. 1554. Item catalogum Regum Hieroſolymit. Item De peſte, Germanica lingua. Extant eius quoq; Lindoienſis & Auguſtanæ vrbium deſcriptiones & hiſtoriæ. Seb. Munſteri coſmographico operi inſertæ.

Achilles Statius Alexandrinus, de Leucippe, et Clitophonte ſcripſit, et alia amatoria lib. 8. tandẽ factus eſt Chriſtianus & epiſcopus. Scripſit & de Sphæra, & Etymologia, & hiſtoriam Miſcellaneã, in qua multorum magnorum & admirabilium virorum meminit. Suidas. Eius libri De amoribus ſeu de Leucippe & Clitophonte Græce habentur Romæ in Vaticana, & Latine editi ſunt Annibale Cruceio Mediolanenſi interprete. Audio autem inſcribi De amoribus Cteſiphontis & Paſiphaes.

Achilles Statius Luſitanus ſcripſit in Suetonium De Grammaticis & Rhetoribus, et Plin. De viris illuſtribus. Lutetiæ excudit Morel. in 8.

Achillius Eretrienſis citatur ab Athenæo lib. 10. vbi quædam eius carmina leguntur.

Achiratus quidam Chymiſta citatur ab Hortul.

Achitius in philoſophiam Platonis, Græcè in Vaticana bibliotheca, & apud Dieg. Hurtadum.

Achmetus ſcripſit opus De proportionibus ſingularibus. Achmet medici, filij Habramij, peregrinantium viatica libris ſeptem Græco ſermone deſcripta, habet D. Diegus Hurtadus.

* Achmi ars Rhetor. in fol. m.ſ. bib. Imp. Viẽnæ.

Acilius Seuerus Hiſpanus, de genere Seueri illius ad quem Lactantius 2. libros epiſtolarum ſcripſit, edidit librum quo vitæ ſuæ totius ſtatũ adumbrauit. Vixit autem Valentiniani Cæſaris temporibus. Fortè Sulpitius Seuerus.

Acmon quidam vetuſtiſsimus ſcriptor, vnà cum Mercurio citatur à Iuſtino contra gentes.

Acolius Traiani atq; Aureliani Imp. Romanorum vitas deſcripſit. Citatur ſæpe à Lampridio.

Acron, vide Helenius Acron.

Acron Agrigentinus medicus F. Xenonis, ſtuduit Athenis vnà cum Empedocle: antiquior itaq; eſt Hippocrate. Scripſit De arte medica lingua Dorica. De ſalubri victus ratione lib. 1. Eſt & hic ex ijs qui quædam de ventis notauit. Extat in hunc apud Suidam epigramma Empedoclis.

Acropolites quidam Græcè ſcripſit librum hiſtoricum, cuius initium à capta Conſtantinopoli. Seruatur Romæ.

Actius quidam Praxidica memoratur, ex quo Plin. lib. 8. 14. & 18. Nat. hiſt. multa transſcripſit.

Actij Synceri Sannazarij poetæ liber De partu Virginis: item Eclogæ aliquot eiuſdem, & Lamentatio de morte Chriſti: & epigrammata.

Actonus Dominicanus, Anglus, in graui ſchiſmate ſcripſit lib. pro pace eccleſiæ, Conciones item & lecturas, & alia. Vixit 1410. Baleus.

Actorienes Chymiæ ſcriptor, citatur ab Hortulano philoſopho.

Actor quidam Chymicus ſcriptor, citatur in libro ſenioris.

Actuarij Ioannis Zachariæ filij ſcripta in re medica Græcè omnia in bibliothecis, præſertim Italiæ, inſtructioribus habentur. Auicennæ de vrinis librum ex Arabico ſermone in Græcum conuertit. Extat eiuſdem & aliud De vrinis volumen, in ſeptem libros diuiſum, quod Ambroſius Leo Nolanus Latinũ fecit. Item liber De compoſitione medicamentorum, tranſlatus à Ioanne Ruellio. Eiuſdem methodi medendi libri 6. quibus omnia quæ ad medicinam factitandam pertinent ferè complectitur, impreſsi ſunt Venetijs, Cornelio Henricho Mathiſio Brugenſi interprete, 1554. in 4. cum Indice. Eiuſdem De actionibus & affectibus ſpiritus animalis lib. 2. Iulio Alexandrino interprete, ibidem cum prioribus impreſsi ſunt. Actuarij opera, de actionibus & affectibus ſpiritus animalis libri 2. De vrinis libri 7. Methodi medendi libri 6. editi ſunt Pariſijs à Morelio in 8. De comp. medicament. liber à quibuſdam ſeorſim editus, eſt liber 5. methodi medendi. Commentarij eiuſdem in Hipocrat. aphoriſ. extant apud Felicem Paciotum Vrbinatẽ. Audio etiam Dominicum Monteſaurum medicum habere duo exemplaria m.ſ. Græca de vrinis, quorum vnũ copioſius ſit vulgaribus exemplaribus. Aſſeruantur etiam in bibliotheca Regis Gallorum Epitomes medicinæ libri 6. De efficacia animalis ſpiritus: quæ duo opera etiam impreſſa extant. De diæta liber. Citatur præterea eiuſdem liber 2. regalium ſermonum, à Giberto Longolio in Dialogo de auibus. Medendi rationem ſcripſit omnium corporis affectuũ, à capite ad calcem, et alia nonnulla, etc.

* Fragmenta quædã de ratione medendi omnium corporis affectuum à capite vſq; ad calcem in folio. M.ſ. bib. Imp. Viennæ.

Acuerdus Olina, fabuloſam hiſtoriam Amadiſi, primum Belgica lingua conſcriptam, in Hiſpanicam conuertit, ſic vt non tantum interpretis officio functus ſit, ſed innumera adiecerit, quæ poſtea in Gallicam linguam tranſlata eſt.



Digitized by Google

Acuſilaus Cabæ filius, Argiuus, à Cereade vrbe propè Aulidem, hiſtoricus antiquiſſimus, deſcripſit Genealogias ex æneis tabulis, quas pater quendam ædium ſuarū locum fodiens reperit. Suidas. Ioſephus hunc Perſarum & Græcorum hiſtorias ſcripſiſſe teſtatur. Vixit autem ante bellum Peloponneſiacum, Halicarnaſeo authore.

Adæus Mitylenæus de ſtatuarijs, & περὶ διαθέσεως citatur ab Athenæo. Idem citatur in Florilegio Planudis.

Adamannus Coludius, Scotus, monachus ordinis Apoſtolici, & cœnobij Huenſis moderator ſcripſit, De locis terræ ſanctæ librū vnum. De ſitu Hieruſalem librum vnum. De Paſchate legitimo librum vnum. Epiſtolas quoque edidit. Ab hoc Bedam multa ſumpſiſſe & ſuis libris inſeruiſſe tradunt. Claruit anno 699. Baleus.

Adamantius cognomē Origenis, de quo infrà.

Adamantius Sophiſta phyſiognomonicorum libros duos Græcè ſcripſit ad Conſtantium, partim ex Polemone alijsq; authoribus ſentētijs deſumptis, partim experientia propria comprobatis. Eum latinitate donauit Ianus Cornarius, impreſſit Robertus Winther, Baſileæ. Eiuſdem fragmenta quædā citantur apud Aetium. Adamantionis philoſophia cōpendiaria Græce extat Venetijs apud S. Antoniū.

Adamatij Dioniſij Iuriſconſulti, Iaſonis diſcipuli, Commentarius de diuiſionibus Actionum, impreſſus Baſileæ à Petro Perna in 8.

Adamantij Martyrij, De B muta V vocali liber vnus, habetur in bibliotheca P. Pithoei cum reliquis orthographiæ authoribus.

Adam Abbas de Perſema, Diui Benedicti ordinis, ſcripſit Sermonum ad fratres, lib. 1. De ſanctis & diuerſis materijs, lib. 1. Fertur etiam quoſdam ſacræ ſcripturæ explicuiſſe tractatus.

Adamus Barkingenſis Anglus, monachus Clarofontanus, ſcripſit ad Ioan. Sariſburienſem Commentarios ſuper quatuor Euāgelia. De vtraq; Chriſti natura librum. De ſerie ſex ætatum lib. 1. Rythmos & carmina, Sermones quoque plures. Claruit anno 1216. Baleus.

Adamus à Bodenſtein filius D. Andreæ Carolſtadij theologi, medicus Baſilienſis, ſcripſit epiſtolam ad ampliſſimos & generoſos dominos Fuggeros, in qua argumenta Alchymiam infirmantia & confirmantia adducuntur, quibus & eam artem eſſe certiſſimam demonſtratur, lapisq; verè inuentus oſtenditur. Idem plurimos libros Theophraſti Paracelſi Germanicè ac Latinè in publicū edidit, & in illos præfatus eſt. Scripſit etiam præſeruatiuū podagræ. De herbis duodecim Zodiaci ſignis dicatis. Iſagogen in excellentiſſimi philoſophi Arnoldi de Villa noua Roſarium Chymicum, paraphraſtice traditam.

Adamus Buckfelde Anglus, ſcripſit Cōmentariorum in Metaphyſicam Ariſtotelis libros 12. vt ex Lelando Baleus refert.

Adami Byſſandri Oratio de ſcholarum dignitate. Henricopoli 1571.

Adamus Carthuſianus Anglus, theologiæ doctor, ſcripſit, De patientia tribulationum lib. 1. Scalam cœli attingendi lib. 1. De ſumptione Euchariſtiæ lib. 1. Vitam Hugonis Linconienſis lib. 1. Dialogum inter rationem & animam, ſeu ſoliloquium de inſtitutione animæ lib. 1. qui tamen Adamo Ciſtercienſi à quibuſdā attribuitur. Vixit 1340. Bal.

* Adami Chriſtiani liber, de Cœna Domini Germanicè. 1557. Tiguri.

Adamus Ciſtercienſis ordinis monachus, theologiæ doctor, Anglus, ſcripſit ad Gualth. priorem & fratres in eccleſia D. Andreæ in Scotia, Dialogum inter rationem & animam, ſiue ſoliloquium pro animæ inſtitutione: Item pro monaſtici ordinis conſeruatione ad Simonem Cantuarienſem lib 1. Defenſorium exemptorum lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos. Vixit anno 1368. Baleus.

* Adami Cratonis Northuſani Homeliæ de perſona Ieſu Chriſti, de perſonali vnione diuinæ vt humanæ naturæ in Chriſto: Eiuſdem cauſis, & conſequenti communione. Germanicè in 4. Lipſiæ 1581.

Adamus Dorenſis cœnobij propè Herefordiā abbas, ſcripſit librū carmine contra Speculum Sylueſtri Gyraldi, item rudimenta Muſices. Vixit anno Chriſti 1200. Baleus.

Adamus Dratziber, ſcripſit de excellentia iurium oratione, excuſam Lipſiæ apud Val. Papam.

Adamus Eſton Benedictinæ familiæ monachus Nordouici, & Oxonienſis doctor, Romanæ eccleſiæ Cardinalis, ſcripſit De communicatione idiomatum lib. 1. De ſua calamitate lib. 1. De poteſtate eccleſiæ lib. 1. De electione pontificis lib. 1. Defenſorium eccleſiæ lib. 1. Perfectionem vitæ ſpiritualis lib. 1. Modum conferendi beneficia, lib. 1. Formam procedendi contra hæret. lib. 1. Opus vitæ contra hæreticos, lib. 1. Dialogum regis & epiſcopi. De veritate catholica Græce lib. 1. Meteora Ariſtot. ex Græco tranſtulit. Hebraicè etiam ſcripſit Alphabetum Iudæorum. Poſtillam Hebraicam, Expoſitionem Leuitici, & alia. Claruit anno 1390. Baleus.

Adamus de Eueſham, Ciſtertienſis ordinis monachus, Anglus, ſcripſit Exhortationem ad monachas de Glaſtouue. De miraculo Euchariſtiæ lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos, lib. 1. Sermones aliquot, lib. 1. Vixit anno 1160. Baleus.

Adamus Fumanus Veronenſis Baſilij M. Aſcetica magna & parua conuertit, Gryphius excudit.

Adamus Godham Anglus, Franciſcanus, ſcripſit in textum Sententiarum lib. 4. Determinationum lib. 1. Claruit anno redēptionis humanæ 1320.

Adamus Hemlingtonus, Carmelita, Anglus, ſcripſit ſacrarum concionum lib. 1. Quæſtionum ordinariarum lib. 1. De actu Pariſienſi lib. 1. Vixit anno 1420. Baleus.

* Adamus Henrich Petri I.C. Generalē ſcripſit hiſtoriam præcipuarum actionum & rerum, quæ à morte Inuictiſſ. Imperatoris Caroli V. & initio Imperij Ferdinandi fratris ab Anno D. 1555. in eccleſiaſticis & politicis rebus terra mariq; acciderunt. &c. fol. Baſileæ 1577.

* Adami Hoppij elucidatio Pſal. 128. 8. Gorlitz 1578.



Digitized by Google

Adamus *Kuchenmeiſter à Gamberg, ſcripſit Elenchum quæſtionum ſacrorum ordinum candidatis apud Moguntiam proponendarum, impreſſum Moguntiæ à Franc. Behem.* 1544.

Adami *Kezel Bredani poematia quædam impreſſa ſunt Baſileæ à Parco* 1556.

*Adami Loniceri Ioan. Loniceri F. naturalis hiſtoriæ opus, in quo tractat de natura & viribus omne genus ſtirpium & animantium: item gemmarum, metallorũ, ſuccorum, adeoq; de vera cognitione delectu & vſu omnium ſimplicium medicamentorum, quorum & medicis & officinis vſus eſſe debet, vna cum eorundem ad viuũ effigiatis imaginibus. Acceſſerunt quædam de ſtillatitiorum liquoris ratione, eiuſq; artis & inſtrumentorum vſu, atq; de peculiaribus medicamentorum ſimplicium facultatibus. Chriſtian. Egenolp. excudit Francofor.* 1551. *(quo etiã ab authore præfatio conſcripta eſt) cum indice quintuplici in fol. Onomaſticon continens varias plantarũ nomenclaturas. Eiuſdem præcepta Arithmetices ibidem impreſſa ſunt.* * *Eiuſdem inſtitutio pro obſtetricibus. 4. Francof. Idem de peſte. 8. Francof. Germ.* 1572.

* Adami *Manderij apud Gandauenſes medici & Mathemat. Ephemerid. meteorographicæ.* 1576. *ad latitud. 31. graduũ. 16. Antverp. 1575. Ephemer. item Meteorologica, anni 77. ad latitudinem 51. graduum. 16. Antverp. Anno* 1576.

Adamus de *Mariſco, Anglus, ex Somerſetenſi comitatu oriundus, ſcripſit Elucidarium ſcripturæ, lib. 1. Lecturas in Theologia, lib. 1. Claruit* 1260.

Adamus *Muremuthenſis, Canonicus Paulinæ eccleſiæ Londini in Anglia, ſcripſit Chronicon annorum 40. & aliud 60. annorum cum acceſſione rerum in Romana curia, & in Galijs contingentiũ, idq; maiori fide quàm elegantia, vt Baleus ait. Vixit anno* 1380.

Adamus *Nidzarde, Oxonienſis, ſcripſit carmine, Neutrale quoddam, lib. 1. De ſpeciebus lapidum lib. 1. Verborum ſignificata lib. 1. Vixit circa annum 1340. Baleus.*

Adamus *Pountnaij, quem & Paruum quidã cognominant Londinenſis, ſcripſit tractatum Logices lib. 1. Super dictionibus Bibliorum lib. 1. Bal.*

Adamus *Puttoune Anglus, ſcripſit Compendioſum tractatum Logices, qui extat in Bibliotheca Londinenſi.*

Adami *Reiſneri Pſalmorũ liber: hoc eſt Pſalmi Dauidici 150. ex Hebræo ad verbum in Germanicam linguam tranſlati, addita breui explicatione ex ſacris literis petita. Francof. 1568. Germanice. Eiuſdem Hieroſolymæ deſcriptio Latina & Germanica: Francof. in fol. Audio multa alia Germanice ab eo edita eſſe: vt de miraculis Chriſti, &c.*

* Adami *Saſbout Delfij Minoritæ opera omnia Latina, in fol. excuſa, Colon. apud Birkman. 1568. Hic fuit diuinarũ literarũ apud Louanienſes profeſſor: Et ſcripſit Comment. in Iſaiam prophetã. In omnes D. Pauli & quorundã aliorũ Apoſtolorũ epiſtolas explicationẽ. Opus Homiliarũ. Orationẽ quodlibeticã demonſtrans verã Chriſti Eccleſiã. Oratio funebris in obitũ præſidis collegij Pontific. in Acad. Louanienſi. Colon. Birkman. 1568. Eiuſdem conciones tres ſuper ſcripturã Leuitici: Eritis mihi ſancti, Louanij 1552. excuſa ſunt.*

Adamus *Saxlingham, Nordouolgianæ regionis Carmelita, Latine concinnauit Concionum à ſe editarum lib. 1. Diſputationũ quoq; lib. Vixit* 1350.

Adami *Schmid ſeu Fabri, 12. conciones funebres, Françofurti 1570. Germanice.*

Adamus *Scholaſticus, magiſter in Theologia Pariſienſis, Anglicus natione, ſcripſit Cõmentarios in libros ſententiarum. Ordinarias quæſtiones, & quædam alia. Baleus.*

Adami *Schröteri Sileſij, carmen elegiacũ de nuptijs Sigiſmundi Auguſti regis Poloniæ, & Catharinæ Cæſaris Ferdinandi filiæ, cum elegijs aliquot ad quoſdam principes, excuſum eſt Cracouiæ à Lazaro Andrea. Eiuſdem carmẽ de Memela fluuio Lithuaniæ, ibid. impreſſum eſt. Eiuſdem Salinarium Vielicienſium deſcriptio carmine elegiaco, ibidem edita eſt, Anno D.* 1553.

Adami *Schuberti liber Germanicus de his qui ſubitanea morte pereunt: item de his qui ſibi ipſis manus inferunt, Görlicij impreſſus* 1569.

Adami *Siberi Poematũ libri 5. videlicet Proſeuchon pro eccleſia lib. 2. Epinicio liber 1. Æoloſtichon lib. 2. excuſi Baſileæ, 1551. Eiuſdẽ pietas puerilis ex diuerſis doctorũ monumentis Lipſiæ à Val. Papa edita eſt, cũ epiſtola Ioachimi Camerarij carmine ſcripta ad Siberum. Eiuſdẽ leges ſcholaſticæ impreſſæ ſunt à Rihelio, & Lipſiæ à Papa. Eiuſdẽ ludus Chemnicenſis impreſſus Argentorati, 1549. In manibus nunc habet precationes Biblicas, quas omnes carmine redditurus eſt, diuiſas in libros 8. Literas primo loco docet in ludo Grimnenſi. Eiuſdem libellus ſcholaſticus educationi puerili confectus, quo continentur, Inſtitutio hominis Chriſtiani, Nomenclator, Rudimẽta Grãmatices, Dialectices, Rhetorices & alia: Lipſiæ editus eſt 1572. 8. In Dauidis pœnitentiam commentariolus. Ibid. 1572. Sionion, ſeu hiſtoriæ ſacræ libri 8. Ibid. 1573.* * *Pſalterium Dauidis veteris tranſlationis, cum M. Lut. præfatione, & lemmatibus ac notis Adam. Siberi. Lipſiæ, 8. 1573. Breuiarium item Chriſtianum, continens doctrinam, preces, cantica & hymnos eccleſiæ, ſcolijs illuſtrauit: 8. Lipſiæ 1575. Volumina duo edidit poematum Ioannis Stigelij. 8. Ienæ 1578. Eiuſdem Gemma Gemmarũ, ſeu Nomenclatoris Hadriani Iunij epitome. Adiunctis dialogis puerilibus ſcholaſticis Neaniſcis Ioannis Sturmij. 8. Lipſiæ. Margarita ſcholaſtica, ſeu Rudimentorũ artium, quæ de ſermone agunt, educationi puerili confectorum, pars prima & ſecunda. 8. Lipſiæ. Eiuſdem in Dauidis Iſaiæ Prophetæ & Regis Hebræorũ Pſal. Cõmentariorum Eccleſiaſticorũ libri 5. 8. Witeb.*

Adamus *de Sancto Victore Pariſiẽſis, ſcripſit ſequentias rythmicas de tẽpore & ſanctis, de quibus Iodocus Clichtoueus in elucidario Eccleſiaſtico.*

* Adami *Thobolij Poloni epigramma in Inſignia Comitis di Labiſchin, impreſſum cum oratione, D. Georgij Latalski F. comitis de Labiſchin.*

Adamus

Digitized by Google

Adamus *de Vodromo, Germanus, Carmelita ſcripſit Lecturã ſententiarũ libris 4. Determinationũ lib.1. Atq; alia, Vixit* 1350. *Arnold. Boſtius.*

Adami *Vrſini deſcriptio ſignorum quæ anno* 1568. *& duobus ſequentibus in cœlo apparuêre, cũ breui admonitione de cauſis & ſignificatione horũ. Erdfurdiæ* 1570. *Germanice.*

Adami *Walaſſer, Clypeus catholicæ fidei, aduerſus Confeßiones, ſectas & hæreſes noſtræ ætatis, liber editus eſt Dillingæ in* 8. *Eiuſdem Conſolatorius libellus pro ægris & moribundis ibidẽ impreſſus in* 16. *Gregorij Magni Dialogi in Germanicam linguã tranſlati, eiuſdem opera, Dillingæ* 1571. *Galea ſalutis, quæ nã ſit vera & ſaluifica fides. Ingolſtadij* 1571. *Germanice. De fraternitate Pſalmorũ & Roſarij B. Virginis. Dillingæ* 1572. *Vita Chriſti & B. Virginis ibidem. Speculum ſpiritualis & ciuilis modeſtiæ, Ingolſtadij* 1572. *Germanice. Libellus de Coniugio cœleſtis Regis emendatus. De miſſæ forma, verbis & ceremonijs. Aureum Pſalterium Bonauenturæ Germanice redditum & emendatũ. Item alia quædam ab eo Germanice edita ſunt Ingolſtadij.* * *Eiuſdem Scola laicorũ ſpiritualis, quid Chriſtiano creditu neceſſarium ſit. Libellus item de differentijs quorundam vocabulorum Germanicorum, ſecundum ordinem alphabeti Germanice* 16. 1576. *precationes item liturgicas Simonis Verropei tranſtulit in linguam Germanicã. Dillingæ. Eiuſdem opera renouatus, auctus & caſtigatus, ſpiritualis equeſtris ordo: vetus libellus de armis ſecularis & ſpiritualis equitis, Germanice* 12. *Ingolſtadij per Dauidem Sartorium. anno* 1578.

Adam *Wernerus Theniarenſis, Germanus natione, ſcripſit de diuerſis rebus, Carminum librum* 1. *Epiſtolas quoq; multas, & alia. Claruit* 1534.

Adamus *Wodeham Minorita, Guilielmi Occami diſcipulus, ſcripſit Sententias Oxonienſis Concilij lib.1. De foro pœnitentiario fratrum lib.1. Cõmentarium ſuper Cantica lib.1. Poſtillam in Eccleſiaſticum lib.1. Contra Ricardum Wetherſete lib.1. Super textum ſententiarũ lib.4. Determinationes vndecim, lib.1. Obijt anno ſalutis* 1358. *Baleus.*

Adami *Wodæ Comment. ſuper* 1. *&* 2. *ſententiarum, extant apud M. Dreſſerum. Item.*

Adami *Anglici ſuper* 2. *&* 4. *ſententiarũ Ibidem, Videndum an Wodehami an alterius.*

Addæus *Macedo citatur in Florilegio Planudis.*

Addęus *Mitylenæus, ſemel in Florilegio Planudis citatur. Alicubi etiam Adæus ſcribitur in eodẽ. Athen. citat huius libros de ſtatuarijs et* περὶ διαθέσεως.

Addo *Propheta, vnus ex eorũ numero eſt quorum ſcripta iniuria temporũ interierunt. Huius meminit Athanaſius in fine ſynopſis ſuæ, qua cũ veteris tum noui Teſtamenti volumina complectitur.*

Adeldardus *Anglus, ſcripſit Quæſtionum naturalium lib.1. & in re Medica quoq; plurimos. Claruit anno virginei partus* 1130.

Adelboldus *epiſcopus Traiectenſis, ſcripſit vitam ſancti Heinrici Imp. lib.1. De laude S. Crucis. De laude B. Mariæ, & alia, &c. Claruit* 1027.

Adelboldus *epiſcopus Wirziburgenſis, Sylueſtri* II. *Papæ diſcipulus, ſcripſit ad eundem, De quæſtione diametri ſuper Macrobium, lib.1. Claruit anno D.*1000. *Antoninus in Chronicis.*

Adelmannus *grãmaticus, epiſcopus Brixienſis, ſcripſit ad Berengarium Thuronenſ. De corpore & ſanguine Domini lib.1. Epiſtolarum ad diuerſos lib.1. Claruit anno Chriſti* 1040. *Eius liber de Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti, excuſus eſt Louanij cum alijs eiuſdem argumenti libellis, anno D.*1551. *apud Petrum Phaleſium: &* 1561. *ex recognitione Ioan. Vlimmerij.*

Adelmus *epiſcopus occidentalium Saxonum, ordinis S. Benedicti, ſcripſit aduerſus errorem Britonum inſigne & vtile opus. De celebratione Paſchæ, lib.1. De virginitate Sanctorum metrice lib.1. De eadem re Proſaice, lib.1. Epiſtolas plures ad diuerſos, lib.1. Claruit anno Chriſti* 680.

Adelphius *Antonij (cui amiciſsimus erat) expeditionem in Parthos deſcripſit, cui non tantum ipſe interfuit, ſed præfuit etiam. Eius hiſtoriæ citantur à Pio Pontifice, in deſcriptione Aſiæ.*

Adelphius *Epiſcopus author eſt cum aliquot coepiſcopis* 4. *epiſtolæ apud Cyprianum.*

Adelphonſi *cuiuſdã adhortatio ad verã ſapientiã, impreſſa eſt olim cũ fabulis Æſopi in paruo fol.*

Adelphus *abbas ordinis S. Benedicti ſcripſit ſermones ad fratres, lib.1. Contra Sarracenos lib.1.*

Adilredus *abbas, ordinis Ciſtertienſis, ſcripſit Speculũ charitatis, lib.1. In Lucam, hom.1. & alia. Claruit circa annum D.* 1200.

Adimantus *quidam citatur apud Plin. lib.1. ex quo multa in lib.* 13. *Naturalis hiſtoriæ trãſcripſit.*

* Adolarius *Roth, Romanorum Imp. vitas à Iulio Cæſare vſq; ad Rodolphum* II. *Rythmis Germanicis deſcripſit. In* 8. *Heidelbergæ. Anno* 1582.

Adolphi *Mekerchi Brugenſis, De veteri & recta pronuntiatione linguæ Græcæ cõmentarius, cum appendice de accentibus Græcorum. Impreſſus in officina Golziana Brugis Flandricis in* 8.

Adolphi *Occonis nomen habuere tres Auguſtanæ vrbis apud Vindelicos medici clariſsimi, pater, filius & nepos. Adolphus Occo ſecundus huius nominis primus in Germania edidit Nicolaum Alexandrinum, Ingolſtadij* 1541.

Adolphus *Occo medicus Auguſtanus tertius huius nominis trãſtulit Georgij Gemiſti Plethonis explicationem de virtutibus, & locum de moribus philoſophorum ex Platonis Theæteto. Oporinus excudit anno D.*1552. *in* 8. *Caſtigauit etiam Senecæ ſcripta. Concluſiones* 31. *ſcripſit ad quæſtionem Numulnes quæ peſtis dicitur, neceſſario habeat adiunctam febrim peſtilentem, vel putridam, vel hecticam, ita vt vel contenta cordis vel ipſius ſubſtantia putreat neceſſario. Item Conſilium contra peſtem cum alijs Auguſtanæ reipub. medicis iuratis. Carmen in obitum Geſneri. Pharmacopœiam, ſeu medicamentarium pro repub. Auguſtana: cui acceſſere ſimplicia omnia officinis noſtris vſitata, & annotationes in eadem, & compoſita Auguſtæ* 1573. *in fol.* * *Idem Imperatorum Romanorum numiſmata à Pompeio Magno ad Heraclium, quibus ſuperaddita*



Digitized by Google

ſunt inſcriptiones quædam veteres, arcus triumphales & alia ad hanc rem neceſſaria collegit. 4. Antuerpiæ 1579.

Adonis Vienenſis Archiepiſcopi, Breuiarium chronicorum ab origine mundi ad ſua vſq; tempora, id eſt, ad regnum Ludouici Francorum regis cognomento Simplicis, anno D. 1353. editum bis Lutetiæ à Badio & Guiliel. Morellio, & poſt Baſileæ à Perna in 8. ſimul cum Gregorio Turonenſi, 1568.

Adraſtus Peripateticus Ariſtotelis diſcipulus, natus Philippis vrbe Macedoniæ: Stephanus de vrbibus: Hic forte eſt Adraſtus, quem in decem Categorias Ariſtotelis ſcripſiſſe refert Galenus, in libello de libris proprijs.

Adraſti Peripatetici Harmonicorum libri tres extant Romæ in Vaticana bibliotheca & Cardinalis à S. Angelo.

Adreualdus, qui & Albertus, monachus Floriacẽſis, ordinis S. Benedicti, ſcripſit miracula S. Benedicti lib. 1. & alia. Floruit anno D. 890.

Adrianus quidam ſcripſit ſuper ſententias, & quodlibetum, libri excuſi ſunt in Italia, in folio.

Adrianus Papa primus, natione Romanus, libros tredecim epiſtolarum S. Gregorij papæ vtilioribus decerptis breuiter in duos redegit. Ad Leonẽ iuniorem & Conſtantinum filium eius, imperatores Conſtantinopolitanos, ſcripſit de veneratione imaginum, lib. 1. ad Carolum Imp. lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1 item Quodlibeta, impreſſa typis.

Adriani Pontificis Romani ad Achridenum Theſſalonicæ epiſcopum reſponſum extat in magno volumine Canonum Ioannis Zonaræ.

Adrianus Pontifex, eius nominis 4. ante ſuum papatum ſcripſit de conceptione Mariæ lib. 2. ad Petrum Pontiniacũ lib. 1. De ſua legatione lib. 1. Decretales epiſtolas. Obijt anno Domini 1159.

Adriani Papæ VI. ad Germaniæ principes epiſtola, qua eos ad concordiam obſeruandam hortatur, impreſſa eſt Coloniæ anno 1535. cum Concilio Baſilienſi Æneæ Syluij. Eiuſdem inſtructio ad D. Franciſcum Cheregatum, in qua continentur omnia quæ cunctis Romani imperij principibus proponenda videbantur, ibidem impreſſa. Eiuſdem epiſtolæ ad Fridericum ducem Saxoniæ, ad Germaniæ principes, ad Senatum ciuitatis Bambergenſis, impreſſæ ſunt Wittenbergæ, cum 2. tomo operum Lutheri.

Adrianus Auguſtus Romanorum Imperator, ſcripſit de ſuis rebus geſtis libros, quos Phlegon libertus, illius iuſſu, ſuo nomine publicauit, alios etiam libros ſoluta oratione & quoſdam verſibus conſcriptos reliquit, vt Dion in eius vita refert. Colloquium eius & Epicteti philoſophi, in quo hic ad ſingula Auguſti quæſita reſpondet, tanquam definiens ſingula, Frobenius excudit, anno Domini 1551. cum libro de Notitia imperij vtriuſq;. Præterea duo eius epigrammata Græca extant in florilegio Planudis: Et alia duo Latina ex vetuſto libro, adiuncta ſunt poematibus Vergilij, in eo exemplari quod ex emendatione Georgij Fabricij Valentinus Papa excudit Lipſiæ, anno Domini 1551. Adrianus Imp. à Gellio citatur in Oratione de Italicenſibus. Idem de re militari ſcripſit, ex cuius libris Fl. Vegetius aliqua ex parte ſuos Commentarios collectos fatetur. Epiſtola eius pro Chriſtianis, Græce manuſcripta habetur in bibliotheca Regis Gallorum.

Adrianus Rhetor, Herodis diſcipulus, ſub Marco Antonino floruit, & æmulam Ariſtidi rhetori ſcholam Athenis habuit. Docuit etiam Romæ & à Commodo id muneris eſt conſecutus, vt exempla literarum in codicem referret. Scripſit Declamationum & transformationum lib. 7. De formis orationum lib. 5. de Statuum propietatibus lib. 3. Epiſtolas, & Demonſtratiui generis orationes, Phalaridẽ & Conſolationem in obitum Celeris. Suidas.

Adriani Alexandriados 1. & 7. liber citantur à Stephano de vrbibus. Videndum an Imperatoris, an Sophiſtæ, cuius vitã deſcripſit Philoſtratus.

Adrianus vetus I. C. de interdictis lib. 10. (aliã duos) ſcripſit, ex quibus nihil eſt reliquum niſi fortè citationes quædam in iure D. Iuſtiniani.

Adriani Amerotij Sueſſionenſis, liber de dialectis Græcorum, impreſſus Pariſijs apud Wechelũ. Eiuſdem de Græcorum notis arithmeticis opuſculum, cum Lexico Græcolatino habetur.

Adriani Barlandi dialogos, vnà cum eiuſdem opuſculo de inſignibus oppidis Germaniæ inferioris, Wechelus Lutetiæ excudit. Eiuſdem iocorum veterũ ac recentium lib. 3. primæ editioni nunc adiectis lib. 2. cum ſcholijs, Eucharius Ceruicornus excudit Coloniæ, 1529. Idem Chriſtiani hominis inſtitutionem aphoriſmis deſcripſit. Liber exiuit Lugduni apud Frellæos, 1539. Extant eiuſdem Compendioſæ inſtitutiones artis oratoriæ Louanij impreſſæ: & Prouerbiales verſus ex Virgilio collecti, Baſileæ. Eiuſdem breuia, dilucida doctiſſimaq; argumenta, cum artificio rhetorico, in ſingulos actus & ſcenas fabularum Terentij, Francoforti excudit Egenolphus anno D. 1537. cũ ipſo Terentio. Eiuſdem epitome chiliadum Eraſmi locupletata, impreſſa eſt Coloniæ anno Domini 1524. De rebus geſtis ducũ Brabantiæ liber, impreſſus.

* Adriani Burchij opera, laudes Illuſtriſſimæ Hieronymæ Columnæ, Aſcanij Columnæ, & Ianæ Arogoniæ filiæ, editæ, vario genere carminum à diuerſis celebratæ: Cum miſcellaneis aliquot eiuſdem Adriani Burchij poematibus 4. Antuerpiæ 1582.

Adriani T T. S. Chryſogoni presbyteri Cardinalis, de ſermone Latino & modis Latine loquendi liber. Eiuſdem venatio ad Aſcanium Cardinalem verſibus phalecijs. Iter Iulij II. Pont. Romani verſibus heroicis. Opus excuſum Coloniæ apud Alopecium, 1522. deinde apud Gymnicum ibidem 1528. tertiò Baſileæ apud Thomam Wolfium 1533. Venatio & iter Iulij à Gryphio etiam Lugduni excuſa ſunt, cum Ouidij Halieuticis, &c. 1537. De vera philoſophia libri 4. ex quatuor eccleſiæ doctoribus (Auguſtino, Hieronymo, Ambroſio & Gregorio) cõſcripti, varia eruditione, multaq; pietate referti, excuſi Coloniæ apud Melchiorem Noueſianum, 1548. Liber de ſermone Latino, cum vernacula phraſium interpretatione per Auguſtinum Wilſũ. In 8. Antuerpiæ, anno 1581.

Adriani

Digitized by Google

Adriani *Fini liber contra Iudæos, Flagellum inſcriptus, & impreſſus Venetijs in 4.*

Adriani *Hoquetij Enarratio in omnia quadrageſimæ totius Euangelia, Pariſijs in 8.* **Eiuſdem reuocatio hæreticorum à Lutheraniſmo, & à reliquis hæreſum generibus ad Euangelicam & vere Catholicam eccleſiæ fidem. Antuerpiæ 1550.*

Adrianus *Iunius Hornanus, medicus, Caßij Iatroſophiſtæ medicas quæſtiones ex Græcis Latinas fecit, Pariſijs anno Domini 1541. vbi & impreſſæ ſunt eodem anno, apud Chriſtianum Wechelum, cum Græci exemplaris caſtigationibus in fine adiecti[illegible] Idem Lexico Græcolatino adiecit vocabula [illegible] 6500. in editione Baſileæ edita anno 1548. in fo[illegible]io, & eodem anno in 4. cum præfatione ad Edoardum VI. Angliæ regem. Minor editio eadem habet quæ maior, niſi quod quædam copioſius in maiore explicata, & teſtimonijs authorum confirmata omittit. Præterea ſcripſit de anno & menſibus commentarium, cui adiungitur Faſtorum liber, quo quicquid peculiariter apud Græcos, Hebræos, Romanos, aliaſque exoticas nationes memorabile quolibet die actum fuerit, & obſeruatum, compendio commonſtratur. Item Calendarium in quo totius anni dies articulatim ad calculum vocati, atque idipſum Latinis haud barbaris ſententijs, cuilibet anni tempori congruis. Heinricus Petri excudit anno Domini 1553. octern. 9. Edita ſunt hæc quoque eiuſdem ſcripta, ~~Animaduerſionum lib. 6. in quibus infiniti penè authorum loci corriguntur~~, & ~~declarantur~~. Item de coma Commentarius. Baſileæ apud Iſingrinium, anno D. 1556. Nomenclator omnium rerum propria nomina varijs linguis explicata indicans. Antuerpiæ anno 1567. Emblemata ad D. Arnoldum Cobelium. Ænigmatum libellus ad D. Arnoldum Roſenbergium. Anaſtauroſis ſiue Paßio Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti Iambis conſcripta. Nonium Marcellum de proprietate ſermonum, ope veterum codicum innumeris in locis reſtituit, multis locupletauit. Item Fulgentij Placiadæ libellum De priſco ſermone repurgauit. Recognouit quoq; Rauiſij Textoris Epithetorum epitomen. Eunapium de vitis ſophiſtarum in Latinam linguam conuertit. Ex magnis illis Euſtathij commentarijs in Homerum, vtiliſsima quæq; in vnum volumen collegit, quod Cornucopiæ inſcripſit, Baſileæ in folio Græce. Heſichij librum de his qui eruditionis fama claruerunt in linguam Latinam tranſtulit. Antuerpiæ 1572.*

Adrianus *Lametius in 27. Pſalmos commentarios ſcripſit. Pariſijs 1548.*

Adrianus *Marius, Ioanni Secundo Hagienſi fratri ſuo epicedium ſcripſit, & quædam alia quæ cum fratris ſui operibus impreſſa ſunt.*

Adrianus *Petit muſicus præclarus, ſcripſit compendium Muſices, De modo ornate canendi, De regula contrapuncti, De compoſitione: liber excuſus eſt Norinbergæ apud Montanum & Neuberum, anno Domini 1552.*

Adrianus *Puluæus I. C. ſcripſit, ſuper prima Codicis, De tranſactionibus l. interpoſitas. De aduocatorum priuilegijs fori. De alienatione iudicij mutandi cauſa facta, deque litigioſis & actionum ceſsione. De ceßione iurium & actionum. De priuilegijs ſcholarium. De prohib. rei. fur. vſucap.* * *De Nuptijs ſine parentum conſenſu non contrahendis, libros 2. 8. Pariſijs anno 1578. apud Abel Angelier.*

Adriani *Scorelij Batauii poemata. Antuerpiæ apud Plantinum.*

Adriani *de Traiecto, expoſitio in ſententias P. Lombardi, impreſſa.*

Adrianus *Turnebus vir longe doctiſsimus, & Regius Profeſſor in celeberrima Pariſiorum ſchola, in Latinam linguam conuertit Theophraſti libellum de Igne, & alium de odoribus. Plutarchum. De primo frigido. De procreatione animæ in Timeo Platonis. De defectu oraculorum. Philonem Iudæum de vita Moſis. ~~Præterea ſcripſit Commentaria in Ciceronis tres libros de Legibus~~, & ~~Apologiam ad libros tres de Legibus, in librum de Fato, in Academicam primam: in Orationem pro Rabirio perduellione~~: in Locos libros 2. de Oratore: Item in C. Plinij Præfationem. Scripſit etiam Apologias plures. In Varronem de lingua Latina notas, poſt mortem ipſius editas anno 1567. apud Wechelum. ~~Aduerſariorum libros 24.~~ ~~opus omnigenæ eruditione refertum, impreſſum Pariſijs duobus tomis in quarto, anno 1564.~~ ~~&~~ 1565. Panegyricum de Caletis receptis verſibus heroicis. Epithalamium Franciſci Franciæ Delphini, & Mariæ Scotiæ reginæ. Edidit atque emendauit Hephæſtionis Grammatici quædam, Demetrij Triclinij Commentaria in Sophoclem, Æſchili Tragœdias, Philonis Iudæi opera, Siculum Flaccum, Hygenum, & alios limitum ſcriptores, ac multos alios vtriuſque linguæ optimos auctores. Pleriſque etiam libris à ſe ex Græco tranſlatis Annotationes aliquas adiecit. Omnia hæc Pariſijs partim ab ipſo Turnebo, partim à Morelio typis Regijs, partim etiam ab alijs edita ſunt. Quædam etiam denuo in Germania publicata. Obijt anno Domini 1566. ~~Porrò poſt obitum illius hoc anno 1573. Aduerſariorum adhuc ſex libri editi ſunt Pariſijs.~~*

Adriani *Veneti monachi Dominicani, & Metaphyſites Profeſſoris Patauij, tractatus de Arte inquirendi hæreticos, impreſſus eſt in Italia, ni fallor.*

Adriani *Wilaert muſici, ſex vocum motettæ (vt vulgo nuncupantur) impreſſæ ſunt Venetijs apud Antonium Gardanum, anno Domini 1542. Eiuſdem & Iachet Pſalmi veſpertini omnium dierum feſtorum per annum, quatuor vocum, impreßi Venetijs 1557.*

* *Æchmetæ filij Serim, ſomniorum interpretatoris, liber de Somniorum interpretatione & diiudicatione, de Sententia veterum Ægyptiorum, Perſarum, Indorum in folio Ms. bib. Imp. Viennæ.*

Aedeſius *Cappadox Iamblichi diſcipulus & ſucceſſor, commemoratur ab Eunapio: qui etiam meminit alterius Aedeſij Sophiſtæ, filij Chryſanthij.*

Digitized by Google

Ædoſthenis ſcripta citantur apud Plinium, libro 4. Naturalis hiſtoriæ, ſi recte ſcribitur.

Ægeſias, vide Hegeſias.

Ægias quidam citatur à Clemente lib. 1. Stromaton.

Ægidius quidam Anglus, ſcripſit de Vegetabilibus & plantis lib. 1 Lelandus.

Ægidij cuiuſdam liber impreſſus, De regimine principum & modo bellandi, & armis aptioribus. Dicitur eſſe Ægidij de Roma.

Ægidius quidam Cardinalis tranſtulit Pſalterium.

Ægidij cuiuſdam epigrāma in Florilegio Planudis extat.

Ægidius monachus Benedictinus, natione Græcus, ſcripſit carminibus, De pulſibus lib. 1. De vrinis lib. 1. qui ambo cum expoſitione Gentilis de Fulgineo, impreſſi ſunt primum Lugduni 1505. in 8. deinde Baſileæ apud Thomam Wolfium 1529. Vixit circa annum Domini 700.

Ægidius Bellamere ſcripſit Conſilia in iure, quæ Romæ in bibliotheca Palatina habentur numero 148. Idem ſcripſit ſuper De foro competenti, c. Romana, Super parag. contrahentes, in fine ſuorum conſiliorum. De pluralitate beneficiorum. De Rota Romana.

Ægidius Bethſbrugius I. C. ſcripſit de vſura cēteſima, triente, ſemiſſe, Lutetiæ 1524.

Ægidius Boſſius Patritius Mediolanenſis I. C. De maleficijs. * Eiuſdem tractatus varij ad criminales cauſas & ad fiſcum, principiſq; authoritatem ac poteſtatem, necnon ad vectigalium conductiones remiſſioneſq; penſionum pertinentes, in folio Baſileæ 1578.

Ægidij Bourdini paraphraſis in conſtitutiones Regias anno 1539. editas Pariſijs 8.

Ægidius Bulionius Belga, Galliam Belgicam deſcripſit, quam edidit Antuerpiæ Ioan. Liefrink: & Sabaudiam cum Burgundiæ comitatu, quam ibidem edidit Cock.

~~Ægidij Corrozet memorabilia impreſſa Italice in 16.~~

Ægidius Delphus vir Tranſalpinus multa eruditione præditus, & mira in pangendis carminibus facilitate, ſed non multa cum re. Lilius. libro ſecundo de poetis noſtri temporis. Vide Ægidius Delphus.

Ægidius Faber, Bruxellenſis, Carmelita, doctor Louanienſis, ſcripſit Lecturam ſententiarum libris quatuor. Contra proprietarios librum vnum. Chronicon ſui ordinis. Hiſtoriam Brabantiæ. Quæſtiones ordinarias. Determinationes theologiæ. De teſtamento Chriſti in cruce. De ortu religionum. ~~Commentarios in Ruth, in Iob~~, ~~in epiſtolam Pauli ad Romanos. Sermones ad populum~~. Præcepta vitæ religioſæ. Orationes ad Clerum. Collationes feriarum, atque alia. Obijt Bruxellæ anno 1506. Tritthemius.

Ægidius de Foeno, Anglus, ſcripſit librum contra Flagellatores, qui Oxonij habetur in collegio reginæ. Præterea, De vegetabilib. & plantis librū. Baleus.

Ægidius de Fuſcarijs, Bononienſis, vir in iure canonico doctiſſimus, ſcripſit De ordine iudiciorum lib. 5. De officio tabellionis lib. 1. Quæſtiones iuris varias. De officio Teſtamenti ſeu alterius publicæ ſcripturæ lib. 1. forte idem cum libro De officio tabellionis.

* Ægidius Grauatius, Summam de exemplis & rerum ſimilitudinibus, Ioannis à Sancto Geminiano, ab innumeris erroribus caſtigauit & auxit 8. Venetijs 1576.

Ægidij de Hertoghe medici, Epiſtola de geſtatione fœtus mortui per tredecim annos, ad Matthiā Cornacem.

Ægidij de Kempis regulæ pulcherrimæ De prædicationibus diuinis, ex diuerſis auctoribus laborioſe collectæ. M. Dreſſerus.

Ægidij de Mandelbertis diſputationes 312. in vol. Rep.

~~Ægidius Maſerius Pariſienſis ſcripſit commentarios in C. Valerij Flacci Setini Balbi argonauticōn libros octo~~, excuſos Lutetiæ apud Aſcenſium.

Ægidius Nettelet, decanus eccleſiæ Cameracenſis, edidit opus celeberrimum, collectum ex epiſtolis S. Hieronymi presbyteri, lib. 4.

Ægidius Periander Bruxellenſis, Brabantinus, Noctuæ ſpeculum, omnes res memorabiles, variaſq; & admirabiles Tyli Saxonici machinationes complectens, nouo more ex idiomate Germanico Latinitate donauit, liber impreſſus Francoforti, additis elegantiſſimis iconibus ſingularum hiſtoriarum, anno D. 1567. in 8.

Ægidius Perrinus Arremanenſis, ſcripſit vitam Iuſtiniani Imperatoris.

Ægidius de Roma, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſt. Bituricenſis archiepiſco. ſcripſit multa, è quorum numero recenſentur in Hexameron. li. 2. In Cantica canticorum lib. 1. In epiſt. Pauli libros 14. Super ſententias lib. 4. Expoſitio primæ decretalis, lib. 1. De regimine principū excuſus, lib. 1. Quodlibeta multa, lib. 1. In officium miſſæ, lib. 1. Laudes ſapientiæ diuinæ, lib. 1. De ſubiecto theologiæ, lib. 1. De corpore Chriſti, lib. 1. De menſura angelorum, lib. 1. De cognitione angelorum, lib. 1. De mortuis, lib. 1. De gradibus formarum, lib. 1. De prædeſtinatione, lib. 1. Theorica de eſſe & eſſentia, lib. 1. De generatione & corruptione, lib. 1. De peccato originali, lib. 1. De formatione humani corporis, lib. 1. De poteſtate Eccleſiaſtica, lib. 3. Compendium theologiæ, lib. 6. De renuntiatione Papæ, lib. 1. De intellectu poſſibili, lib. 1. De ſapientia diuina in beatis, lib. 1. De bona fortuna, lib. 1. Diſtinctio articulorum fidei, lib. 1. De carcere, lib. 1. Aduerſus corruptorem librorum Thomæ Aquin. lib. 1. Sermones varij, lib. 2. In omnes libros Ariſtotelis. Epiſtolæ notabiles, & alia non pauca, quorum quædam excuſa ſunt Venetijs, apud hæredes Octauiani Scoti: quædam Argentorati etiam. Extant eius commentaria impreſſa, in Ariſtotelis lib. Prædicamentorum, Peri hermenias, Priorum, Poſteriorum, Elenchorum. Item in libros Phyſicorum, De anima, Metaphyſicorum.

Digitized by Google

ſtorum. Eiuſdem Ægidij ſcripta typis excuſa habentur. In artem veterem, Quæſtio defenſiua opinionis, De medio demonſtrationis, De materia cœli contra Auerroim, Elucubrationes in Pet. Lombard. Claruit anno Domini 1280. Commentarij eius in Rhetoricam Ariſtotelis impreſſi ſunt Venetijs, anno D. 1515. cum Alpharabio in eandem. Hexaemeron eius ibidẽ, vt puto, impreſſum eſt in quarto. In primum ſententiarum, Venetijs 1571. in folio. Theoremata De ſacramento altaris. De regimine principum. De paradiſo, inferno, purgatorio. De reſurrectione mortuorum. De prædeſtinatione & præſcientia. De hoſtia conſecrata. De cognitione angelorum: manuſcripta extant apud M. Dreſſerum. Liber de menſura Angelorũ, & de cognitione Angelorum, excuſi Venetijs 1503. apud Toriſanum.

Ægidius Thomates I.C. De muneribus patrimonialibus, ſeu collectis.

Ægidij Topiarij Conciones in Euangelia & Epiſtolas, quæ per Quadrageſimam proponi ſolent. Antuerpiæ Plantinus. Eiuſdem Conciones in Euangelia & Epiſtolas totius anni, quæ diebus Dominicis, & in feſtis ſanctorum populo in eccleſia proponi ſolent: è tabulis Laurentij à Villauincentio elaboratæ: plurimis in locis ſupra primam editionem auctæ & locupletatæ. Ibid. 8.

Ægidius Tſchudus Glaronenſis, ſcripſit librum Germanice de Priſca ac vera Alpina Rhætia, cum cætero Alpinarum gentium tractu, mira antiquitatis obſeruatione, locis illis peragratis, & optimis quibuſque in hoc genere authoribus, & vetuſtis vbiq; literarum ac inſtrumentorum, vt vocant, monumentis perlectis compoſitum: vnà cum tabula, vbi ſcitiſſime regionum illarum, Rhætiæ, Heluetiæ, Sedunorum, ac maioris partis alpium ſitus depingitur, cum Germanicis & Latinis locorum nominibus. Hunc Sebaſt. Munſterus Latinum fecit. Apud Iſingrinium 1538. Acceſſit eiuſdem epiſtola ad B. Rhenanum, De nomine Germaniæ. Editus autem eſt hic liber inſcio auctore, & nondum emendatus, ideoque nouam Rhætiæ deſcriptionem parauit, & Helueticarum rerum locupletiſſimos Cõmentarios vernacula lingua ſcribere cœpit, ſed morte præuentus non abſoluit.

Ægidij Tullij Carnuti, Cõmentarij in leges Carnutum municipales. Pariſiis 1560. 4.

Ægidij Witſij I.C. Brugenſis Conſiliũ de Continendis & alendis domi pauperibus, & in ordinem redigendis validis mendicantibus. Antuerpiæ excudit Siluius 1561. 8.

Ægimij de Palpitationibus ſiue de Pulſibus liber, citatur à Galeno libro quarto De differentijs pulſuum.

* Æliani Meligloſſi opera omnia Græce & Latine in fol. bibl. Imperat.

Ælianus Sophiſta Romanus ſcripſit de Varia hiſtoria libros 14. Græce, quos à Iuſto Valteio Weterano nuper Latinitate donatos, impreſſit Oporinus, vnà cum Politijs, ſiue Rerumpublicarum deſcriptionibus ex Heraclide, eodem interprete. Anno Domini 1548. Extant eiuſdem De animalium hiſtoria libri 16. Lugduni Latine impreſſi, Petro Gyllio interprete, & in bibliotheca Imperatoris Viennæ inuenitur etiam decimus ſeptimus liber, nuſquam alioqui extans Ms. Præterea epiſtolia ruſtica XIX. excuſa ab Aldo cum reliquis variorum authorum epiſtolis. Item De re militari, ſiue De inſtruendis aciebus, Lutetiæ apud Wechelium, & Colinæum, 1532. Eiuſdem Varia hiſtoria Græce excuſa eſt Romæ 4. anno Domini 1545. Item libri De militaribus ordinibus inſtruendis more Græcorum, à Franciſco Robertello Vtinenſi editi ſunt Græce, multis imaginibus & picturis ab eodem illuſtrati, Venetijs anno Domini 1552. quaternionibus decem. Iidem libri Latine ſeorſim editi ſunt eodem Robertello interprete. Vixit Aelianus ſub Adriano Romanorum Imperatore. Aeliani libri, Animalium hiſtoria Conrado Geſnero interprete, Varia hiſtoria, & De inſtruendis aciebus, Epiſtolæ, Græce & Latine editi ſunt Tiguri apud Geſneros fratres in folio. Eiuſdem Inſtitutio De re nauali in Regis Gallorum bibliotheca, extare fertur, atque etiam Palatini principis.

Ælij Antonij Nebriſſenſis lucubrationes hæ traduntur. Coſmographia, Lexicon iuris ciuilis contra quoſdam inſignes Accurſij errores: Lugduni, anno 1537. & Pariſijs, anno 1549. Commentarij in Auli Perſii Satyras, Lutetiæ apud Robertum Stephanum. In aliquot ſacræ ſcripturæ locos quinquagenæ quinque. In ſingulis autem exponit quinquaginta voces ex ſacris literis, & quicquid ad rerum declarationem ex diuerſis authoribus afferre poterat producit. Tertia Pariſijs excuſa eſt, aliæ quatuor olim in Hiſpania. Dictionarium propriorum nominum, & Latinohiſpanicum. Enarrationes in Cœlij Sedulij paſchale opus. Ars noua Grammatices. Dictionarium trilingue, quod hactenus non eſt repertum. Introductorium in Coſmographiæ libros impreſſum Pariſijs, vænit quatuor denariolis Gallicis. Dictionarium eius Latinohiſpanicum, & Hiſpanicolatinum, impreſſum eſt Compluti, Granatæ & Antuerpiæ, apud Stelſij hæredes, anno 1570. * Eiuſdem rerum à Ferdinando & Elizab. Hiſpaniarum regibus geſtarum, Decades duæ, necnõ belli Nouaricenſis, libri duo, apud inclytam Granatam 1545.

Ælij Cinnæ poetæ Heroici Propempticon ad Pollionem. Eiuſdem Smyrna, quam decem annis elimauit. Catullus poeta illud opus quodam epigrammate extulit præclare. In Smyrnam commentati ſunt L. Craſſitius Panſa, & C. Iulius Higinus. Meminerunt Smyrnæ Suetonius, Seruius, Chariſius, Porphyrio, Priſcianus.

Ælius Cordus Seueri ac Maximini principum Romanorum, item Clodij Albini & Peſcennij Nigri tyrannorum geſta deſcripſit.

Ælij Dionyſij opuſculum De indeclinabilib. verbis Græce. Ælius Dionyſius in ſcriptis ſuis ad Scymnum citatur ab Euſtathio.

Ælius Donatus Grammaticus, præceptor diui Hieronymi, ſcripſit artem, quæ in manibus extat puerorum, quanquam in epitomen redacta. Item

Digitized by Google

commentaria Grãmatica, artem videlicet primam, ſecundam, de Barbariſmo, pedibus, tonis, quæ cum Sergij in vtramq; artem commentarijs excuſa ſunt Lutetiæ per Rob. Stephanum. Libellum De 8. orationis partibus à Glareano reſtitutum, & ſcholijs illuſtratum, paßim excuſſum reperies. Scripſit etiam libellũ de literis & ſyllabis, earumq; accidentibus. Argumenta in Publij Ouidij fabulas, vnà cum Naſone impreſſas Coloniæ per Gymnicum. Annotationes in Terent. quas Robertus Stephanus Lutetiæ, Frobenius Baſileæ excudit, Anno 1538. Scripſit præterea commentaria in Vergilij Æneida, quæ cum alijs excuſa ſunt Venetijs, anno 1529. Item vitã Terentij, & Vergilij Maronis.

Ælius Gallus ſcripſit de ſignificatione verborum, quæ ad ius pertinent. Huius libri fragmenta ſeruantur in Pandectis. Quin etiam Ælij Galli medicamenta quædam compoſita referuntur à Galeno, libro ſecundo De Antidotis.

Ælius Iulius Crottus edidit iambica, hendecaſyllabos & eglogas, aliaq; diuerſi generis carmina. * Vt Suſannam, Veneres, Cyreſium, Hirtypile, Eidyllia, Farraginum lib. 4. Stromatum lib. 3. Ferrariæ Valens Panicius 1564.

Ælius Lampridius ad Diocletianum Auguſtum ſcripſit hiſtorias principum Didij Iuliani, & Commodi Antonini. Frobenius Baſileæ impreßit, cum C. Suetonio & alijs.

Ælius Martianus I. C. ſcripſit Inſtitutionum lib. 16. Regularum lib. 5. De appellationibus lib. 2. De publicis iudicijs, lib. 2. Lib. ſingulares 3. De delatoribus. Ad ſenatuſconſultum Turpilianum. Ad hypothecariam formulam. Horum fragmenta producuntur aliquoties in Pandect.

Ælius Maurus Seueri Imperatoris vitam deſcripſit.

Ælius Promotus, Alexandrinus, Græcus medicinæ ſcriptor, extat in Italia, & apud Diegum Hurtadum.

Ælius Saturninus ſcripſit carmina quædam in Tiberium Cæſarem, cuius rei gratia ab eo interfectus eſt, vt refert Dion.

Ælius Spartianus Hadriani Imperatoris & Ælij Veri Cæſaris ad Diocletianum Auguſtum hiſtoriam ſcripſit. Frobenius Baſileæ excudit, 1533. cũ C. Suetonio & alijs.

Ælius Stilo citatur à Plinio, qui in librum nonũ Naturalis hiſtoriæ multa ex eo tranſcripſit. Meminerunt etiam Cicero & Chariſius Ælij Stilonis Grammatici, qui Varronis præceptor fuerit. Vide C. Ælius Stilo.

Æmilianus quidam epigrãmatum ſcriptor Græcus, in Florilegio Planudis citatur duobus in locis ſimpliciter, in tertio Νικαεὺς gentile adijcitur.

Æmilianus Cymbricus poeta elegiographus, ſcripſit epigrammata, & epicedium in Fridericum Imperatorem, & alia quædam, quæ ab inuidis ſupprimi dicuntur.

Æmilius hiſtoricus citatur apud Plutarchum in vita Hannibalis.

Æmilius de Æmilijs, Eraſmi Roterodami Enchiridion Chriſtiani militis in Italicam linguã tranſtulit, libellus impreſſus Venetijs.

Æmilius Ferretus ſeu Perrotus iuriſcõſultus, ſcripſit annotationes in Cornel. Tacitum, quas Gryphius impreßit Lugduni, 1541. Item commentaria ſiue Notas in Iuſtiniani inſtitutiones, Paganus excudit Lugduni. Item in reliquos libros iuris, excepto primo Codicis. In legem Gallus. Super 2. Cod. Quæ ſit longa conſuetudo. De doctore perfecto. De mora. Conſiliorum volumen 1. Variarum opinionum in iure librum.

* Æmilius Franciſcus Cretenſis F. Dauidis regij prophetæ Pſalmos omnes, nouiter tam in Græcũ carmine Heroico, quàm in Latinam proſam elegantißimè fideliſſimeq; conuertit, 8. Argentorati 1581.

Æmilij Hiſpani mulomedici ſcripta quædam Græca, cũ Abſyrto & alijs impreſſa Baſileæ 1537.

Æmilius Macer I. C. à Papiniano inſtructus, Alexandro imperante, ſcripſit de re militari lib. 2. De publicis iudicijs lib. 2. De officio præſidis lib. 2. De appellationibus lib. 2. Εἰκοστῶν, ſiue ad legem viceſimam de hæreditatibus lib. 2. Ex his libris multa citantur in Pandectis.

Æmilius Macer quidam ſcripſit de herbarum virtutibus carmine hexametro, cuius opuſculum extat cum Ioan. Atrociani annotationibus. Baſileæ impreſſum, & poſtea etiam Francfordiæ, alijs Iani Cornarij ſcholijs illuſtratum. Sed alius videtur ab Æmilio Macro Veronenſe poeta, de quo ſcribit Ouidius, & Volaterranus lib. 17. Vrb. com. Alterius quoq; Macri mentionem facit Plinius epiſt. lib. 3. in Epiſt. Pergratum eſt mihi, &c. Æmilius Macer citatur etiam apud Plinium in autorum Catalogo, qui in librum nonum & decimum Naturalis hiſtoriæ multa ex eo tranſtulit. Æmilij Macri poetæ librorũ, De herbis meminit Ouidius, De apibus Seruius. 4. Georg. & 1. Æneid. Theriacῶν Chariſius. Ornithogoniæ Nonius.

Æmilius Maria Manoleßius, Repertorium Ioannis Bertachini poſt Ioannem Thyerij adeo cumulate auxit, vt ſtudioſus nihil amplius deſiderare queat. Venetijs apud Beuilaquam 1570. in 4.

Æmilius Papinianus (vel Æmilius Paulus Papinianus) vetus I. C. Scæuolæ diſcipulus, ſcripſit Quæſtionum lib. 37. Reſponſorum lib. 19. Definitionum lib. 2. Libros ſingulares, De adulterijs lib. 1. Ἀστυνομικὸν. Horum fragmenta citantur in Pandectis. Scripſit inſuper ad edictum curulium, librum primum. Digeſtorum lib. 19. Quorum nihil extare puto.

Æmilius Paternianus hiſtoricus, ſcripſit vitam Auidij Caßij, qui ſub M. Antonino tyrannidem inuaſerat.

* Æmilius Perottus ſcripſit in L. Gallus.

Æmilius Probus ſcripſit De vitis Imperatorum, ſiue De externis Imperatoribus, Liber excuſus Venetijs apud Aldum, & Coloniæ anno D. 1543. ſcholijs illuſtratus à Giſberto Longolio, qui etiam locos appoſuit, quos Probus è Thucidide vertit, & tranſtulit. Æmilij Probi librum quidam Corn. Nepoti attribuunt, emendauit autem hunc & commen

tarijs

*varijs explicauit Dionyſius Lambinus. Pariſijs in quarto, 1569.*

*Æmilij Scauri oratio, quam de rebus à ſe geſtis apud populum habuit, citatur à Valerio.*

*Æneæ cuiuſdam ad capitis dolorem pharmaca Galenus lib. 2. cap. 2. De compoſitione pharmacorũ ſecundum locos, recenſet.*

*Æneæ Sophiſtæ meminit Suidas, cuius libri ſunt αἱ μεταβολαί. In Italiæ vero bibliothecis atque etiam Auguſtæ Vindelicorum, extat Æneæ Sophiſtæ Elenchus τῆς [illegible] λογομαχίας. Eiuſdem Epiſtolas Aldus impreßit Venetijs, cum alijs diuerſorum authorũ Græcis epiſtolis. Huius putatur eſſe dialogus Theophraſtus, De immortalitate animæ, deq; corporum reſurrectione: qui inſcribitur Æneæ Platonico Chriſtiano: hunc primum Latinum fecit Ambroſius Camaldulenſis, deinde Ioannes Wolphius Tigurinus, Baſileæ excudit Epiſcopius cum Philonis Iudæi operibus, & Tiguri Geſneri fratres Græce & Latine, cum quibuſdam aliorum theologorum ſcriptis.*

*Æneas ſcripſit De inſtruendis aciebus, de tota quoq; re militari ſatis operum edidit, quæ Cyneam Theſſalum redegiſſe in breuitatem conſtat. Ælianus. Æneas ſcripſit de Pyris, id eſt, ignibus qui in ſpeculis accenduntur, & de Strategematibus commentarium. Suidas. Æneæ liber de militari extat Romæ in Vaticana bibliotheca.*

*Æneas Hierapolita ſcripſit Compendium elementorum geometricorum, Proclo teſte.*

*Æneas de Falconibus, de Reſeruationibus beneficiorum.*

*Æneas Syluius, dictus poſtea Pius papa ſecundus, natione Tuſcus, patria Senenſis, cuius ſcripta extant hæc: De educatione liberorum, lib. 1. Solutio quæſtionum, lib. 1. De duobus amantibus, lib. 1. Contra Thaboritas, lib. 1. Ad Nicolaum de Cuſa, lib. 1. De fide ad Turcum, lib. 1. De profectione in Turcas, lib. 1. Ad epiſcopum Cracouienſem, lib. 1. De ſtudio venandi, lib. 1. Præcepta rhetoricæ, lib. 1. De præſcientia Dei, lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. De clade Conſtantinopol. oratio, lib. 1. De clade vniuerſalis eccleſiæ, lib. 1. In conuentu Mantuano oratio, lib. 1. Ad Calixtum papam oratio, lib. 1. Coram cœtu Cardinalium oratio, lib. 1. De rebus à ſe geſtis, lib. 1. De Fato, lib. 1. Dialogus contra Turcas, lib. 1. Hiſtoriarum opus imperfectum, lib. 1. Epigrammata plura, Iuuenis Niraphilentium ſcripſit verſu facili & expedito, Poemata quoque in epiſtolarum modum complura. Scripſit ad Ladiſlaum regem Boemorum adhuc adoleſcentem libellum de Arte Grammatica, mox alterum de Regia inſtitutione. Ad Fridericum de Noricis integros commentarios. Rerum ſui temporis in Italia geſtarum lib. 12. quod opus nondum abſolutum cum vita finiuit, vetuitque publicari, niſi emendaretur. De Euryalo, De ortu Nili, De hæreſi Huſsitarum, De dignitate Cæſaris, De poteſtate Concilij, De ſanguine Chriſti, De veritate Chriſtiana ad Mahumetem Turcam, De gloria belli ſuſcipiendi ad Franciſcum Sfortiam, De erratis Baſilienſium, De fortuna, De defenſione poetices, De miſeria curialium ſingulos libellos, quorum magna pars dialogis conſtat. Præter Scotiam, Noruegiam, & Lituaniam, Rhodon quoque & Mitylenen, & Leſbon, & Cyprum expreßit accurata breuitate. Orationes quatuor & viginti. Decadum Blondi epitomen, qua omnis ab inclinato Romanorum imperio hiſtoria, quæ cœpit ferè anno Chriſti 407. per centum & amplius annos miro compẽdio citra obſcuritatem complectitur. Bebelius Baſileæ 1533. Familiarium epiſtolarum opus, excuſum Norimbergæ 1481. Hiſtoriam Bohemicam à principio gentis vſque ad Georgium Ladiſlai ſucceſſorem, ad Alfonſum regem Aragonum. Hoc opus poſtea repurgatum, & integris periodis locupletatum ad exemplar manuſcriptum, Baſileæ excuſum eſt anno 1532. deinde Salingiaci apud Ioannem Soterem, 1538. Inſcribitur etiam Vitichindus hæc hiſtoria. Deſcripſit quoque Aſiam minorem, & Europam, veterum ſimul ac recentium res memoratu dignas complectens, maximè quæ ſub Friderico III. apud Europæos Chriſtiani cum Turcis, Prutenis, Saldano & cæteris hoſtibus fidei, tum etiam inter ſeſe vario bellorum euentu commiſerunt. Liber impreſſus in 8. Coloniæ, vt videtur. Item commentarium in quatuor libros Antonij Panormitæ, De dictis & factis Alphonſi regis Aragonum, quo capitatim cum Alphonſinis contendit, Baſileæ 1538. Epiſtolam de literarum ſtudijs. Extat eiuſdem Germania, qua continentur grauamina Germanicæ nationis: item confutatio eorundem cum replicis. De Concilio Conſtantienſi & Baſilienſi: De collatione beneficiorum, cum replicis, in bulla Leonis X. De eccleſia reformanda fundatis. De concordatis principum. De officio papæ, & eius officialibus. De veritate Chriſtianæ religionis. Scripſit præterea profectionem Iacobi Marchionis Badenſis Romam, eiusq; oratiunculam ad Papam, & reſponſionem Friderici III. & Maximiliani, cæterórumque Germaniæ principum. De duobus falſarijs Romæ ſub Innocentio VIII. combuſtis. Renatus Beck excudit Argentinæ 1515. Eius opera Baſileæ ab Henrico Petri excuſa ſunt, anno Domini 1551. *Eiuſdem extat dialogus contra Boemos & Thaboritas de communione corporis Chriſti, in 4. De ſitu & origine Brutenorum. Viennæ 1551. Faſciculus rerum expetendarum ac fugiendarum. Coloniæ 1535.*

*Æneas Vicus Parmenſis ſcripſit Commentariorum libros 23. in Vet. Rom. Imperat. numiſmata è quibus primus de C. Iulio Cæſare dictatore, excuſus eſt Venetijs 1560. Item Numiſmata duodecim Impp. quorum vitas deſcribit Suetonius, æreis formis expreſſa. Auguſtarum imagines æreis formis itidem expreſſas: vitas earum & rationem ſignorum, quæ in poſteriori parte numiſmatũ efficta ſunt. Venetijs 1558. in quarto.*

*Æneſias Peripateticus, Theophraſti diſcipulus, Megalopolitanus, citatur à Stephano de Vrbibus.*

*Æneſidemus Gnoſius conſcripſit Pyrrhoniarum rationem lib. 8. Laertius.*



Digitized by Google

Ænicus *Athenienſis, comicus antiquæ Comœdiæ, cuius fabula eſt Antia, Suidas. Hunc Pollux Eunicum nominat, à quo eadem fabula citatur.*

Æraros *Ariſtophanis comici F. & ipſe comicus, qui primum fabulas edidit Olympiade* 101. *quarum ſunt, Cæneus, Campylion, Panos partus, Hymenæus, Adonis, Virguncula. Suidas.*

Æſchines *Athenienſis, Socratis auditor, ſcripſit Dialogos Socraticos ſeptem, quæ à Laertio commemorantur, Milciades, Callias, Axiochus, Aſpaſia, Alcibiades, Telauges & Rhinon. Tribuuntur etiam illi, Cyrus paruus, Hercules minor, Ion, & quædam alia, quæ Laertius ab ipſo ſcripta eſſe negat. Huius videtur eſſe Axiochus editus cum operibus Platonis, & ſeparatim quoq; Xenocrati à quibuſdam inſcriptus. A Suida verò præter commemoratos dialogos, alij qui Acephali, abſq; capite dicuntur Æſchini Socratico inſcribuntur: Phœdon: Polyænus: Dracon: Eryxias, de virtute: Eraſiſtratus: Scythici.*

Æſchines *Athenienſis rhetor ſcripſit Epiſtolas optima diſciplinæ refertas, quas Aldus Venetijs impreßit Græce, cum plurimis aliorum epiſtolis, in* 4. *item orationes, quas idem excudit cũ alijs* 12. *Rhetorum orationibus. Einſdem & Demoſthenis duas orationes contrarias, & in eaſdem Ioannis Sturmij commentariolum hecatommeres, Rihelius impreſſit Argentorati, anno D.* 1550. *octernionibus* 19. *Æſchinis orationes & epiſtolas in Latinam linguam conuertit Hieronymus Wolphius, vna cum Demoſthenis orationibus.*

Æſchines *alius à Philoſopho & oratore, ſcripſit Artem oratoriam, teſte Laertio.*

Æſchines *medicus citatur à Plinio lib.* 28. *Naturalis hiſtoriæ.*

Æſchines *Mileſius orator à Pompeio Magno in exilium miſſus. Strabo* 14.

Æſchryon *Mitylenæus, verſificator heroicus, comes itineris Alexandri, filius Philippi, Ariſtotelis diſcipulus & amaſius, vt Nicander Alexandrinus tradit in libro de Diſcipulis Ariſtotelis.*

Æſchryon *Samius poeta, Iamborum ſcriptor, citatur ab Athenæo. Porrò à Plinio & Columella citatur Æſchryon de Agricultura. Athenæus quoque Æſchylidis Georgica citat, an autem idem ſcriptor ſit incertum eſt.*

Æſchyli *Poetæ tetraſtichon elagiacum in Florilegio Planudis legitur.*

Æſchylus *Athenienſis, primus in lucem protulit Tragœdias, teſte Quintiliano: cuius Tragœdias ſex, Prometheum vinctum, Septem ad Thebas, Perſas, Agamemnonem, Eumenides, Supplices, Aldus impreßit Venetijs,* 1518. *Eius fabulam Agamemnonem, mancam antea, integritati ſuæ reſtituerunt Bartholomæus Barbadorus & Hieronymus Maus. Omnes autem Æſchyli Tragœdiæ ab Adriano Turnebo emendatæ, impreſſæ ſunt Pariſijs, & veneunt quatuor ſolidis & ſex denariolis Gallicis. Præterea à Franciſco Robortello Vtinenſi ex manu ſcriptis libris ab infinitis erratis expurgatæ, ac ſuis metris reſtitutæ, excuſæ ſunt Venetijs, à Gualtero Scoto, anno Domini* 1552. *octernionibus* 18. *In eaſdem Commentarij à Franciſco Robertello ex antiquis exemplaribus collecti, ab eodem excuſi ſunt. Eiuſdem Tragœdias ſeptem multò quàm antea caſtigatiores: Scholia item in eaſdem plurimis in locis locupletata, & in penè infinitis emendata Petri Victorij cura & diligentia: Heinricus Stephanus excudit, anno* 1557. *& obſeruationes addidit in Æſchyli locos, qui variè ſcribuntur. Porrò præter ſeptem has fabulas ab Athenæo citatur Æſchylus in Amphytrione, Glauco Pontio, Danaidibus, Hedonis, Heliadibus, Theoris, Cabeiris, Cretenſibus, Lycurgo, Myrmidonibus, Adoleſcentibus, Oſtologis, Perrhæbis, Perrhæbidibus, Protheo, Phineo, Phorcine, Phrygibus. A Polluce etiam citatur in Cercione, Lutris, Pſychagogis, Thalamo poetis, Præconibus. Suidas eum Tragœdias nonaginta ſcripſiſſe refert, viciſſe octies & vicies, ſecundum alios decies ter: addit, ſcripſiſſe etiam Elegias. Porrò omnes quæ extant Æſchyli Tragœdias, in Latinam linguam tranſtulit Ioannes Sauromanus. Prometheum verò Mathias Garbitius tranſtulit & Scholia adiecit. Baſileæ apud Oporinum* 1559. *Poſtremò Æſchylis Tragœdias Græcas, Guilielmus Canterus multò caſtigatiores edidit, Antuerpiæ, anno Domini* 1582.

Æſculapius *philoſophus Trallianus, Scholia Græca ſcripſit in primum & ſecundum librũ Arithmeticæ introductionis Nicomachi.*

Æſculapij *De morborum, infirmitatum, corporisque accidentium origine, cauſis, deſcriptionibus & cura, liber impreſſus eſt Argentorati à Schotto, anno Domini* 1544. *cum Trotula & Hildegardi, chartis* 20.

Æſius *quidam citatur à Pauſania.*

Æſopus *Samius aut Sardianus, Engiton Meſembrianum fuiſſe dicit, alij Cotienſem Phrygem, fuit logopœus, hoc eſt, inuentor ſermonum & reſponſionum. Verſatus eſt & in pretio habitus apud Crœſum quadrageſima Olympiade, antiquior Pythagora. Scripſit ea quæ ſibi Delphis acciderunt libris duobus. Ac potius quidam aiunt, Æſopum reſponſa ſcripſiſſe ſolum, nam apud Delphos iniuſtè periiſſe, præcipitatum ab incolis de Phædriadibus rupibus, quinquageſima Olympiade, & famulum fuiſſe Xanthi Lydi. Alij Samij viri Iadmonis, cuius & Rhodopis ancilla fuerit, quam Threſſam genere, Charaxus Sapphonis frater vxorem duxerit, ex eaq; liberos ſuſceperit. Suidas.*

Æſopi *Phrygis vitam & fabulas, Maximus Planudes cõſcripſit, vt ſuo loco dicemus.* Eius fabulas Hieronymus Oſius carmine Hexametro reddidit, Wittenbergæ, anno Domini* 1564. *Æſopus in Hungaricam linguam conuerſus ab innominato, Viennæ* 1536.

Æſopus *Anagnoſtes Mithridatis, ſcripſit De laudibus Mithridatis, & de Helena, teſte Volaterrano & Suida.*

Ætherius, *heroicus poeta, varia ſcripſit, & epithalamium hexametro verſu in Simpliciũ fratrem ſuum. Suidas.*

Æthlij ὡραϊκὰ ὑπομνήματα & ὥρων ὑπομνήματα citantur ab Athenæo.

Æthici *Coſmographia*, cum ſcholijs Simleri, 16. Baſileæ, cui ſubiungitur Itinerarium, quod Antonino tribuitur. Vixiſſe videtur circa tempora Theodoſij.

Æthonis Ioannis à Freudenberg, *De abuſu & impoſtura medicantium libellus*, perquam vtilis iucundusq́ omnibus quibus cum medicis erit negotiũ, impreſſus eſt Marpurgi à Cervicorno, anno Domini 1538. octonionibus 3.

Ætius Amidenus medicus, ſcripſit Sermones ſeu libros 17. in quibus cuncta, quæ ad curandi artem pertinent, congeſta ſunt, ex omnibus qui vſque ad eius tempora ſcripſerāt, diligentiſſimè excerpta, quorum 8. tantum Græce ex Aldi officina, Latine verò omnes Baſileæ à Frobenio impreſſi ſunt, 1535. partim à Ioanne Baptiſta Montano, partim à Iano Cornario tranſlati. Deinde iterum 1542. omnes à Iano Cornario de integro verſi, & denuo editi anno 1549. Ætij libri *De oculorum affectibus*, *De intemperie & infirmitate hepatis*, & *de his qui ſanguinem ex ventre reuomunt*, Græce extant in bibliotheca regis Gallorum.

Afranij poetæ comici autoritates citantur, in Æqualibus, Brunduſinis, Cinerario, Conſobrinis, Deditione, Emācipato, Materteris, Pantaleo, Pompa, Repudiato, Sororibus, Talione, Temerario, Vopiſco. Item in Abducta, Epiſtula, Ida, Priuigno, Prodito, Promo vel Primo, Simulāte, Suſpecta, Virgine, Auctione, Auguribus, Buccone adoptato, Compitalibus, Crimine, Depoſito, Diuortio, Excepto, Fratrijs, Homine (videtur hæc fabula alibi Crimen, & alibi Om nēominari) Incendio, Inimicis, Liberto, Megalenſibus, Prodigo (eadem fortè quæ à Feſto Proditus citatur) Proſa, Thaide. De his vide Feſtum & Nonium, nominatur autem à quibuſdam M. Afranius, ab alijs L. Afranius.

Africanus epiſcopus, quære Iulius Africanus.

Africanus vetus Iure conſul. ſcripſit *Quæſtionum libros nouem*, quorum fragmenta in Pandectis habentur. * Hunc Sex. Cæcilium Africanum nominatum fuiſſe docet Cuiacius, & vixiſſe ſub Adriano. Obſeruat. 7. cap. 7.

Africani cuiuſdam ſcripta citantur apud Fulgentium in Mythol.

Africanus cognomento Sextus dictus, philoſophus Afer, qui Ceſtos deſcripſit libris 24. Sunt autem Phyſica quædam, è ſermonibus & incantamentis, & ſcriptis quibuſdam characteribus conſtantia, remedia & alios affectus pollicentia. Contra hunc ſcripſit Origenes de libello Suſannæ, qui extat in Daniele. Suidas. Videtur autem hunc confundere cum Iulio Africano hiſtorico, ad illum enim Origenes ſcripſit.

Africani narratio *De ijs quæ in Perſia ſub Chriſti incarnationem contigerunt*, habetur in bibliotheca Fuggeri vt audio. Fortè autem erit Iulij Africani.

Africanus quidam *Paradoxa* ſcripſit, vnde excerpta quædam in Geoponicis Græcis Conſtantino inſcriptis leguntur. Arbitror autem eundem eſſe Africanum mulomedicum, cuius quædam cum Abſyrto edita ſunt. Africani *de Re militari* liber Romæ extat in Vaticana bibliotheca. * Hadrianus Iunius huic libro titulum Ceſtos attribuit, verba eius in epiſtola libris animaduerſorum præfixa, ſunt, Aphricanus librum de Re militari inſcripſit κεστὸν, à varietate rerum inſtar cinguli Veneris.

* Africanus Leſturij I. C. ad Ioan. Gilbertum Mallocium in litigioſam legem de Condict. in deb. 4. Lugduni 1574.

Agallis Corcyrea, Grammatica, citatur ab Athenæo lib. 1. Dipnoſophiſtarum.

Agapetus Diaconus magnæ & ſacroſanctæ Dei eccleſiæ, ſcripſit *ſentētias paræneticas* numero 72. ad Iuſtinianum Cæſarem, Græco ſermone, quam Græci ſchedam regiam appellant: differit enim de regis officio. Excuſæ Baſileæ apud Frobenium, cum fabulis Æſopi Græcis.

Agapeti Papæ decreta citantur in tomis Conciliorum.

Agapius Alexandrinus, medicus inſignis, qui Bizantij eius facultatis ludum aperuit, ſcripſit Cōmentarios in medicinam, Suidas.

Agaſthenes citatur ab Athenæo lib. 1. Dipnoſophiſtarum. Videtur autem neſcio quid hiſtoricum ſcripſiſſe.

Agatharchides ſcripſit lib. 5. *De mari rubro*, ſiue de populis ad meridiem ſitis: Eclogas 1. & 5. libri H. Stephanus cum Cteſiæ eclogis impreſſit Græce, & (vt opinor) nuper Latine quoq́. In fine quinti libri teſtatur multa à ſe de Europa & Aſia conſcripta eſſe. Athenæus citat Agatharchidis Gnidij Europiaca & de Aſia libros. Plutarchus in Parallelis minoribus Agatharchidis Samij libros rerum Perſicarum citat, quem tamen non puto alium eſſe à Gnidio.

Agathias Scholaſticus Smyrnæus, ſcripſit hiſtoriam illam de rebus Iuſtin. principis poſt Procopium Cæſarienſem, ea videlicet quæ ſub Beliſario acciderunt, & in Italia atq́ Lybia geſta ſunt, hoc eſt, et ea quæ Narſes in Italia geſſit, & Lazica atq́ Bizantina. Compoſuit alios quoq́ libros & metricos, & oratione ſoluta: tū illa quæ vocantur Daphnita, & orbem nouorum epigrammatum, quæ ipſe coegit ex poetis iuxta tempus. Hæc deinde Maximus Planudes, laſciuioribus reſectis, caſtrauit. Floruit cum Paulo Silentiario, atq́ Macedonio conſule, ac Triboniano, Iuſtiniani temporibus. Extant hodieq́ eius hiſtoriarum tomi Græci Romæ: Latini autem facti ſunt à Chriſtophoro Perſcna, Priore S. Balbinæ, quos Heruagius Baſileæ excudit 1531. cum Procopio de rebus Gothorum, & alijs quibuſdam hiſtoricis. Sunt autem hiſtoriarum lib. 5. * Hi etiam eleganter manuſcripti aſſeruantur Viennæ in bibliotheca Imperat. Eius Florilegium diuerſorum genere epigrammatum lib. 7. In 8. Venetijs anno 1521. excuſum: & Latine redditū extat in 8. bibliotheca Imperat.

Agathemeri *Hypotypoſes Geographicæ*, Romæ extant in Vaticana bibliotheca, & in bibliothe-



Digitized by Google

ea Regis Gallorum. Gr. m. Item apud Diegum Hurtadum.

Agathynus citatur à Galeno lib. 4. De differentijs Pulſuum, cap. 11.

Agathij Guidacerij, ſacræ theologiæ regiæ profeſſoris Lutetiæ Pariſiorum, peculium, excuſum Lutetiæ apud Wech. 1537. Idem ſcripſit De laudibus Pſalmorum. Item in 1. Pſalmum, In orationem Dominicam, & verba Domini in monte.

Agathocles Atracius, ſcripſit De piſcibus ſoluta oratione. Suidas.

Agathocles Babylonius aut Cyzicenus, ſcripſit de Cyzico, eius ſcripta citãt Athenæus, Stephanus, Feſtus Pompeius.

Agathocles Chius, ſcripſit De agricultura Varrone & Columella teſtibus. Citatur à Plinio 4. 8. 10. 14. 15. 17. & 18. lib.

Agathocles Grammaticus inter Homeri interpretes à Ioach. Camerario numeratur.

Agathon poeta, ſcripſit Tragœdias, quibus crebrius, quã par erat, antitheta intertexebat. De quo Ælian. lib. 14. de Varia hiſtoria. Ex Agathonis Telepho & Thyeſte quædam adducit Athen.

Agathona alium à ſuperiore, Comicum, memorat Suidas, qui Socrate magiſtro vſus ob mollitiem malè audierit. Sed idem Tragicum Agathona ob molliciem infamem fuiſſe ſcribit: quem tamẽ poſt ſcribit bonis moribus fuiſſe præditum. Eſt autem hic Agathon quem in Sympoſio ſuo Plato celebrat.

Agathon Samius ſcripſit hiſtorias, ex quibus quædam de Buſiri ab Hercule cæſo, recitat Plutarchus in Parallelis minoribus, cap. 72.

Agathoſthenes citatur à Cõmentatore Arati.

Agathus Dæmon Alexandrinus mechanicus, ex Claudij Ptolemæi libris geographicis totum orbem delineauit.

Agellius in vetuſto Priſciano legitur, pro Aulo Gellio: eius hiſtoriarum libri citantur à Nonio.

Ageſilaus ſcripſit aliquot de rebus Italicis libros, ex quorum tertio, Fuluij Stellæ & Eponæ eius filiæ hiſtorias recitat Plutarchus in Parallelis minoribus, cap. 55.

Aggenus vel Agennius Vrbicus ſcripſit commentaria in Iulij Frontini librum de Limitum iure & agrorum qualitate, excuſa ſunt cum Theodoſij codice, Baſileæ apud Heinricum Petrum, 1528. Et Pariſijs cum alijs limitum ſcriptoribus à Turnebo emendatis 1554. in 4.

Aggregator Vide Iacobus Dondus: Ponitur etiam pro Serapione, & pro Albengueſit Arnoldo.

Agias comicus citatur à Polluce: & ab Athenæo Agias in Argolicis citatur, lib. 1.

Agidius Delphus epiſtolam D. Pauli ad Romanos Heroico carmine conuertit.

Agis inter eos qui ὀψαρτυτικὰ ſcripſerunt ab Athenæo numeratur.

Agidis Amphiptolemi verſus extãt apud Pauſaniam lib. 2.

Aglaoſthenes, citatur apud Higinum, & à cõmentatore Arati. Scripſit autem Naxica.

Agnon Academicus, citatur ab Athenæo.

Agnellus Epiſcopus ſcripſit epiſtolam ad Arminium de Ratione fidei, in qua præcipuè Arianam hæreſim refutat. Heinricus Petrus excudit Baſileæ 1528. cum varijs diuerſorum theologorũ opuſculis: inſcripſit totum volumen, Antidotum contra hæreſes: & altera editione Hæreſeologiam.

Agretij veteris Grammatici libellum de Proprietate & differentijs ſermonis Latini, Georg. Fabritius edidit, cum alijs eiuſdem generis ſcriptis.

Agreſphon ἐν τῷ περὶ ὁμωνύμων citatur à Suida in Apollonio.

* Agricolæ Phagi defenſio bonorum operum, Lipſiæ, 1532.

Agricolæ Syncerioris Conciones tres, 1. Salutem non niſi in Catholica eccleſia quærendam. 2. De cõmunicatone Sacramenti altaris vtiliter percipienda. 3. De Vera pœnitentia. Monaci 1571. Germanice.

Agriopas Olympionicus citatur apud Pliniũ, qui ex eo in librum octauũ Naturalis hiſtoriæ quædam tranſcripſit.

Agrippæ ſcripta citantur apud eundem, qui libro tertio ab eo multa mutuatus eſt.

Agrippa, vide Marcus Agrippa.

Agrippa Rex, ſcripſit inter alia 62. epiſtolas, quibus fidei atque veritatis hiſtoriæ Ioſephi Iudæi perhibet teſtimonium, quarum meminit Ioſephus in fine Antiquitatum ſuarum, & Nicephorus in Eccleſiaſtica hiſtoria. Agrippæ regis & Sororis Berenices ad Iudæos nouis rebus ſtudentes oratio, Græce manuſcripta extat in bibliotheca Regis Gallorũ.

Agrippa cognomento Caſtor aduerſum 24. Baſilidis hæretici volumina diſſeruit atq; ſcripſit. Floruit Adriani Imp. temporibus.

Agrippinæ Claudij vxoris ſcripta citantur apud Plinium, qui quædam ex eius lucubrationibus in librum 7. retulit.

Agrœte liber decimus tertius rerum Scythicarum, citatur à Scholiaſte Apollonij.

Rabbi Aba ſcripſit opus de Accentibus, excuſum Hebraice.

R. Aheron ſcripſit librum Habenoch.

Aidanus Auinius, Scotus, vt quidam volunt, vel vt alij Britannus, Lindisfarnenſis epiſcopus, Anglis Septentrionalibus Euangeliũ prædicauit: Scripſit autem in ſcripturam Commentarios, Homilias & conciones, & alia quædam. Obijt anno Domini 651. Baleus.

Aimo, vide Aymo.

Aitonus Armenus, Aitoni regis Armeniæ nepos, qui fuit anno 1290. hiſtoriam de Tartaris conſcripſit, quæ impreſſa eſt Baſileæ ab Heruagio, cum noui orbis deſcriptione, anno D. 1532. in fol. Itemq; Paſſagium terræ ſanctæ. Hagan. in 4.

Alani Aurigæ epiſtola ſuaſoria pacis, impreſſa Pariſijs, anno 1509.

* Alani Aurigæ opera Gallica lingua excuſa ſunt Pariſijs 1529. Eius Aulicus, Pariſijs in 4. an. 1526. editus eſt Gallice.

* Alani Prouerbia cum exponibilibus ſententijs. Lipſiæ, 1516.

Alani

Digitized by Google

Alani *Copi Angli, Dialogi ſex contra ſummi Pontificatus, monaſticæ vitæ, ſanctorum imaginum oppugnatores & pſeudomartyres, Antuerpiæ Plantinus in 4. anno 1566. Eiuſdem Syntaxis hiſtoriæ euangelicæ, in qua res Domini noſtri Ieſu Chriſti ordine quo geſtæ fuerunt narrantur. Louanij 1572.*

Alanus *poeta Siculus & clarus orator, ſcripſit in Rhetoricam ſecundam. Item librum De planctu naturæ, partim carmine, partim ſoluta oratione cōpoſitum.* Huius libri author eſt Alanus ab Inſulis teſte Roberto Holcoth in 10. cap. Solomonis, lectione 129.*

Alanus *de Inſulis, natione Germanus, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. Oculum ſacræ ſcripturæ lib. 1. De doctrina quoq; lib. 1. In quinque libros Moſis lib. 5. In Cantica canticorum lib. 1. Quodlibeta quoque lib. 1. De parabolis carmine elegiaco lib. 1. qui Doctrinale altum inſcribitur: ſunt autem ſententiæ morales. Anticlaudianum libris 9. Baſileæ apud Heinricum Petrum, anno Domini 1536. quamuis Alani nomen non ſit præfixum. Claruit anno D. 1300.* Hunc Robertus Helcoth in X. caput Solomonis ſcribens, lectione 129. vocat Alanum Magnum de Inſulis, Doctorem theologiæ: & ei attribuit librum De planctu naturæ, carmine & proſa contra Sodomiæ vitium.*

Alanus *de Linna Anglus, ordinis Carmelitani, ſcripſit De vario ſcripturæ ſenſu lib. 1. Moralia Bibliorum lib. 1. Sermones notabiles lib. 1. Elucidarium ſcripturæ lib. 1. Scriptorum Britanniæ indices multos, enumeratos à Ioan. Baleo in eius vita. Claruit anno Domini 1420.*

Alani *Magni pœnitentiarius plenus horrendis blaſphemijs.* Robertus Holcoth, Alanum de Inſulis, vocat Alanum Magnum de Inſulis.*

Alani *Porretani regula iuris cœleſtis, vel maximæ, id eſt, axiomata theologiæ cum interpretatione, 134. numero.*

Alanum *de maximis Theologiæ, De fide catholica, De planctu naturæ: item Speculum eccleſiæ, Paruum doctrinale. M. Dreſſerus habet.*

Alani *Reſtaldi Inſtitutiones grammatices Hebraicæ, excuſæ Pariſijs apud Wechelum.*

Alanus *de Kupe, natione Germanus, ordinis fratrum Prædicatorum, ſcripſit Compendium Pſalterij Mariani, lib. 1. De miraculis roſarij lib. 1. Sermones quoq; varios lib. 1. & alia.*

Alanus *Teukeſberienſis, ſcripſit De exilio & vita Beketi Cantuarienſis librum. Et problematum lib. 1. Claruit anno D. 1196.*

Alani *Varenij Montalbani Tholoſatis Dialogi de amore, de luce, de harmonia, de harmoniæ elementis, de rerum præcipuè diuinarum vnitate, de diuina magnitudine, de pulchritudine, de ſeptem virtutibus, de oppoſitis monſtris, de amicitia præcipue diuina, de rerum trinitate, excuſi Pariſijs à Rob. Stephano, veneunt 2. ſolid. Gallicis. Eiuſdem dialogus de luce intelligibili, excuſus eſt Bononiæ, à Io. Antonio Platonide, anno 1503.*

Alardus *Amſtelredamus omnia Rod. Agricolæ opera emendauit, & additis ſcholijs illuſtrauit. Coloniæ 1539. Idem ſcripſit epitomen in librū Rod. Agricolæ de Inuentione dialectica, impreſſam Coloniæ apud Gymnicum, & Lutetiæ apud Wechelum. Deſcripſit etiam Eccleſiaſten iuxta omnes Rod. Agricolæ locos. Similia ſacra congeſſit, excuſa Coloniæ apud Gym. & Pariſijs ac Lugduni apud Frello. Eius ſelectæ ſimilitudines ſiue collationes, tum ex Biblijs ſacris, tum ex veterum orthodoxorum commentarijs tribus tomis concinnatæ. 8. Venetijs per Gabianum Zenanum, 1574. excuſæ ſunt. Hippocratis Coi epiſtolam ad Damagetum paraphraſticè conuertit in Latinum ſermonem, adiuncto etiam textu Græco. Opuſculum excuſum Salingiaci apuod Soterem, 1530. Matthæi Philadelphienſis apud Epheſum metropolitani, precationes compendiariam in primis viam ad reſipiſcentiam præſtruentes, & ad ſumptionem Dominici corporis nō parum conducentes, in Latinum ſermonem conuertit, Soter excudit Salingiaci, anno 1539. Scholia eius in Marbodæi librum de gemmis, vnà cum Georgij Pictorij ſcholijs, excudit Hero Alopec. Coloniæ. Eiuſdem deſcriptio hæretici, excuſa Salingiaci 1539.*

Alarij *apologeticus de Roſario Mariæ Vir.*

Albanus *grammaticus à Chariſio, Albinus citatur à Priſciano & Macrobio.*

Albanus *Hillus Britannus, medicus nobiliſſ. atq; optimus, & in omni diſciplinarum genere maxime verſatus, multa in Galenum quæ ad anatomē pertinent conſcripſit, vt refert Baſ. Landus.*

Albani I.C. *Piſani conſilia, & diſputatio quædam de immunitate eccleſiarū, Romæ impreſſa ſunt anno D. 1554. Vide Io. Hieron. Albanus.*

Albani *Spinati Aquitani I.C. Politicorum li. 2. De Politiſmo aduerſus hæreſes. De arte iuris, Pariſijs excuſi apud M. Vaſcoſanum, anno 1557.*

Albanus *cognomento Somniator, Benedictinæ familiæ monachus, Anglus, Viſiones & prophetias quaſdam ſuas carmine conſcripſit lib. 2. Balæus.*

Albanus *Torinus, medicus Vitodurenſis, Pauli Æginetæ Enchiridion medicinæ è Græco Latinum reddidit primus, cū annotationibus, per quas tranſlationis ſuæ rationem reddit: idq; in epiſtola apologetica ad Ioan. Guinterium Andernacum, multis argumentis probat. Idem interpretatus eſt etiam Philareti librum de pulſibus, & Theophili de vrinis: impreſſit Hein. Petrus Baſileæ, 1533. item Polybi antiquiſſimi medici, de ſeminis humani natura lib. 1. excuſum Baſileæ, 1544. apud Ioan. Oporinum. Epiphanij epiſcopi Cypri de prophetarum vita & interitu commentarium, qui vnà cum Græco textu è regione impreſſus eſt Baſileæ, apud Cratandrum 1529. Item Dioclis Cariſtij de Tuenda ſanitate ad Antigonum regem libellum aureum. Item Agapeti diaconi de officio regis ad Iuſtinianum Cæſarem libellum è Græco conuertit. Eum excudit Robert. Winter Baſileæ. Ioan. Damaſceni medici de exquiſita febrium curatione compendioſum diegema, & Aphoriſmos eiuſdem ex barbara tranſlatione, elegantiore paraphraſi illuſtrauit, excuſa Baſil. 1542. apud Rob. Winter. Emmanuelis Chryſoloræ epito-*



Digitized by Google

men Grammatices, Latinam fecit, & marginibus adnotationes inſcripſit. Bebelius Baſil. 1528. Cælij Apitij de re culinaria lib. 10. partim ſuo marte, partim ad vetuſtum exemplar caſtigatos edidit, anno 1541. Baſil. vnà cum Platinæ libris de honeſta voluptate & obſonijs. Alexandri Tralliani libros interpretatus eſt, de quo infra copioſius. Præterea paulo ante mortem latinitate donauit Philothei medici commentarios Græcos in aphoriſmos Hippocratis. Obijt Baſileæ anno D. 1550.

Albategni, vel Albategnius, Vide Mahumetes Aracenſis.

Albatenius medicus, Galeni libros in Arabum ſermonem vertit, teſte Io. Serapione, qui eodem ferè tempore vixit, anno videlicet M. LXX. Scripſit quoq; de ſimplicibus. Volaterranus lib. 21. Vrb. comment. Idem videtur Albategni.

Albengnefit philoſophi liber De facultatibus medicinarum & ciborum, à Gerardo Cremonenſe ex Arabico ſermone in Latinū transfuſus. Impreſſus Argent. 1531. cum Tacuinis ſanitatis.

* Alberici Iungi, Albeſis fluminis vaticiniū ad ſereniſs. Bohemiæ regem ſcriptum in 4.

Albericus monachus trium fontium, inter cætera ſcripſit Chronicon. Arnoldus Boſtius.

Albericus de Maletis, de Teſtibus.

Albericus de Oliua decretorum doctor, ſcripſit Commentaria in ritus Eccleſiæ Neapolitanæ, impreſſa Venetijs, anno 1542. Practicam etiam ſcripſiſſe dicitur.

Albericus Roxiatus Bergomēſis, I.C. profeſſor inſignis, edidit commentaria ſuper Codice lib. 12. Super ff. lib. 24. Super ff. nouo lib. Super ff. inforciati lib. 14. Super inſtitutis lib. 4. Super VI. Decretaliū lib. 1. In Comœdias Dantis lib. 1. Claruit anno D. 1340. Aliâs ſcribitur Albericus de Roſate: inuenio omnia eius ſcripta in iure typis excuſa haberi, & quòd in totum ius ſcripſerit. Cōmentarij eius ſuper ſtatutis, vnà cum Baldi ſuper ijſdem, exiuerūt Lugduni, & rurſus aliâs cum Angelo de Peruſ. ſuper ijſdem. Impreſſi ſunt & Venetijs, 1491. Dictionarium eiuſdem iuris tam ciuilis, quàm canonici, plus 1800. additionibus auctum à Ioan. Franc. Deciano, Venetijs editum eſt, 1573.* & olim Papiæ excuſum, anno 1498.

Albericus Salentinus Græce & Latine in philoſophia & medicina doctus, inter poetas noſtri temporis à Gyraldo commemoratur.

Albericus Veerus ex illuſtriſſima Oxonienſiū comitum familia ortus, Canonicus regularis, ſcripſit Vitam virginis Oſithæ lib. 1. Antiquitates ſui cœnobij lib. 1. Item de Euchariſtia lib. 1. Vixit anno ſalutis 1250. Baleus.

~~Albericus Veſpucius, ſcripſit Epitomen nauigationum ſuarum, ſiue de nouo orbe, lingua Hiſpanica, è qua in Italicum, & deinde in Latinum ſermonem tranſlata eſt. Heruagius impreſſit Baſileæ cum reliquis noui orbis deſcriptoribus.~~

Albertani cauſidici Brixienſis, ad inſtitutionē filiorum ſuorum, liber de doctrina dicendi & tacendi, impreſſus Lipſiæ 1491. Ibidem dicit ſe compoſuiſſe librum de Amore & dilectione Dei aliarumque rerum, deque forma vitæ.

Albertini legum diſtinctiones manuſcriptæ extant apud Matthæum Dreſſerum.

Albertinus Florentinus, ſcripſit opuſculum de mirabilibus nouæ & veteris vrbis Romæ, excuſum Baſileæ apud Thomam Wolphum, anno 1519.

Albertinus de Mantua, Auguſtinian. ſcripſit De corpore Chriſti li. 1. Lectiones ſcripturarum lib. 1. Claruit anno 1400. Iacobus Bergomenſis.

Albertinus dictus Muzatus Patauinus, ſcripſit multa, ex quibus extant, Priapea, Ecelinus, liber de Fato, Heinrici VII. Imp. geſta.

Albertucij quæſtiones in libros De cœlo, Octauianus Scotus Venetijs impreſſit, ex caſtigatione Hieronymi Suriani. Eiuſdem proportiones editæ ſunt.

* Alberti tractatus de abundantia exemplorum, in fol. Ms. bibl. Imp.

* Alberti Acharisij Grammatica Italica, liber mutilus, 1543.

Albertus Innocentij IIII. PP. Legatus à latere, & Lincolnienſis epiſcopus, Germanus, Latine deſcripſit Eadmundi Cantuarienſis vitam. Vixit anno 1260. Baleus.

Alberti de Albertis, Veronenſis, Iuriſconſulti, Singularia & cautelæ.

Albertus Argentinenſis, ſcripſit hiſtoriam, exorſus paulò ante tempora Rodolphi Habſpurgij, uſque ad ſua tempora, vixit autem ſub Ludouico Bauaro circa annum ſalutis 1250. Edita eſt primum cum conſulibus Cuſpiniani, & poſtea iterum cum Friſingenſis epiſcopi Chronicis, Baſileæ apud Pernam, 1569.

Albertus quidam monachus, qui vitas Pontificum ſcripſit, citatur à Cuſpiniano.

Albertus Belfortis Rhæticus, medicus excellens, ſcripſit Rhætiæ Epiphaſin de geſtis, antiquitate, nobilitate, & potentia Rhætorum, vbi omnis eius gentis & regionis hiſtoria ad vnguē, ita demonſtratur, vt nihil apud Græcos aut Latinos extet, quod in medium non afferatur. Pollicetur etiam librum de abolenda morbi Gallici nomenclatura, affectusq; (iuxta Galeni cenſuram) explicatione & curatione, addita quoq; recentiorum ad hoc propoſitum Empirice. Adhæc epiſtolarum volumen, Limacis encomium, Empiriam ſuam.

Albertus Boiemus Decurio atq; archidiaconus Laureacenſis, à conſilijs Ottonis V. Executor ſententiarum ſedis Apoſtolicæ generalis, per totam Alemanniam, iudex delegatus contra Imperatorem Fridericum II. reliquit commentaria autographa in membranis ſcripta, quæ citantur ab Auentino lib. 7. Annalium Boiorum.

Alberti Bolognetti, Diſputationes de lege, iure & æquitate: cum eiuſdem comment. ad Rub. ff. De verbor. obligationibus: in quibus principiorum & quæſtionum ferè omnium, quæ ad hanc materiam pertinent, paradoxicæ explicationes continentur. Romæ apud hæredes Ant. Bladi, fol. 1570. Eiuſdem opera ibidem impreſſa 1571. in fol.

Alberti de Bonacurſio practica in iure extat.

Albertus à Bonſtetten deſcripſit vitam Nicolai Eremitæ, qui in Heluetijs apud Subſiluanos plures annos abſq; cibo tranſegiſſe fertur.

Albertus Marchio Brandeburgenſ. dux Pruſſiæ, ſcripſit librum De cauſa Andreæ Oſiandri, De ratione iuſtificationis noſtræ.

Albertus Marchio Brandeburgicus, & Onſ[illegible]chi, &c. librum Germanicum edidit, quo controuerſiarum & bellorum cum Norinbergenſibus, & epiſcopis Wirzeburgenſi & Babenbergenſi, cauſas & rationes exponit, ſuumq; ius tuetur.

* Albertus à Blanckenburgo iunior, teſtimonia ſacræ ſcripturæ De incarnatione, paſſione & reſurrectione Ieſu Chriſti collegit, Germanicè, Regiomonti Boruſſiæ, Anno 1555.

Albertus Brixianus monachus ordinis Prædicatorum ſcripſit Summam de caſibus lib. 1. Sermones varios lib. 1. Et quædam alia.

Albertus Brunus Aſtenſis Iureconſultus, ſcripſit De augmento, rebuſque abditis. De augmento & diminutione monetæ. De conſtitutionibus. De ſtatutis excludentibus fœminas. De formationibus. Lecturam ſeorſim impreſſam. Conſilia ſuper feudis. Conſilium, de qua moneta debet ſolui cenſus principi. Conſilium de filia excluſa per ſtatum, à legitima. Repertorium in materia ſtatutorum. Cuius opera ſimul excuſa ſunt Venetijs.

* Volumen ſuper conſtitutionibus, decretis, ſtatutis, & conſuetudinibus, Aſtæ 1518. excuſ.

* Albertus Campenſis, De Moſcouia, Venetijs 1543. Forte eſt Pighius Campenſis.

Alberti Ciſtarelli poema heroicum in Diuam Annam Goricianam, Romæ in Goriciana excuſum eſt.

Albertus quidam Conſtantinopolitanus veterinaria ſcripſit.

Albertus Cænaris epiſcopus Arbori. De diuortio matrimonij Moſaico. Ita legitur in Indice librorum vtriuſq; iuris Venetijs impreſſo: eſt autem legendum Robertus Cænalis.

~~Albertus Crantz Suetiam & Daniam deſcripſit. Item Saxoniam, quod opus exiuit Coloniæ,~~ 1520. ~~& hiſtoriam Eccleſiaſticam, quam Metropolim vocat,~~ excuſam Baſileæ apud Oporinum, anno 1548. vnà cum confutatione legendæ fabuloſæ de Benedicto P P. IIII. martyrio apud Hamburgenſes coronato. Chronica Daniæ Germanicè impreſſa eſt Argentorati à Schotto, Henrico ab Eppendorf interprete, anno Domini 1545. in folio. Claruit anno Domini 1520. Eiuſdem Saxoniæ hiſtoria in Germanicam linguam tranſlata & Lipſiæ impreſſa eſt 1563. ~~Scripſit etiam præter ea quæ ante commemorata ſunt, Noruegiam & Wandaliam, & præterea Vitam Anſgarei.~~

Albertus Draco tranſtulit ex ſacris et profanis autoribus De vſufructu, & ſanctitate matrimonij, multa in linguam Germanicam, liber impreſſus Marpurgi anno 1546.

Albertus de Drepano, Carmelitarum apud Siculos prouincialis, Iudæos ad Chriſti religionem plures conuertit. Hic de timore Dei, de fraterna charitate, de patientia, de pijs moribus, de mundi contemptu & de fallacijs diaboli, orationes fecit, ac homilias ad populum edidit. Obijt Meſſanæ anno 1292. In diuos relatus. Io. Maria Politianus.

Albertus Durerus Norimbergenſis, pictor celeberrimus, ſcripſit inſtitutionem Geometricarum libros 4. lingua Germanica, quos deinde doctus quidam Latinitate donauit, pictoribus, fabris ærarijs ac lignarijs, lapidicidis, ſtatuarijs, & vniuerſis qui circino, gnomone, libella, aut alioqui certa menſura opera ſua examinant, vtiliſſimos. Libellum de vrbibus, artibus, caſtelliſque condendis & muniendis: impreſſum Lutetiæ apud Wechelum, 1535. Item De ſymmetria partium in rectis formis humanorum corporum, libros, quos in Latinum conuertit Ioachimus Camerarius, Norimbergæ impreſſos anno Domini 1532. chartis 41. in folio, cum figuris, & Pariſijs 1557. Præterea de varietate figurarum & flexuris partium, ac geſtibus imaginum, ibidem impreſſos anno Domini 1534. chartis 29. cum figuris plurimis.

* Eiuſdem picturæ variæ Norimbergæ anno 1523. & aliàs ſunt editæ.

* Alberti Equarij fabri, Friderici Imperatoris Hippiatrica, Germanice in octauo, Viennæ 1542.

Albertus de Eybe, natione Germanus, ſcripſit De re vxoria libro 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. item Margaritam poeticam, impreſſam Baſileæ 1495. apud Ioannem de Amerbach.

Albertus de Ferrarijs Placentinus, ſcripſit De horis canonicis, item De celebratione miſſarum, in primum cap. 3. Decretal. qui incipit, Preſbyter.

Albertus Florentinus ſub Nicolao V. egregios de architectura libros conſcripſit. Aliàs, vt conijcio, Leo Baptiſta de Albertis Florentinus nominatur. Vide infrà, item Albertus Leo.

Albertus Galioti Parmenſis, canonum & legum profeſſor inſignis, ſcripſit Margaritam quæſtionum lib. 1. Et declarationes iudiciorū lib. 1. et alia.

Albertini Gandini I. C. Practica criminalis, De indicijs & tortura. De maleficijs. Diſputatio, An in loco domicilij ſeu originis poſſit contra aliquem inquiri de maleficio.

Alberti Halberſtatenſis epiſcopi libros in logica, ſuis temporibus in ſcholis fuiſſe teſtatur Alb. Cranzius lib. 9. ſuæ Daniæ. Hic à Gerardo Hildeshemenſi victus dedit locum prouerbio, Logicam ſuccubuiſſe Rhetoricæ. Alter enim ſtudijs Rhetoricæ operam dabat, alter Logicæ.

* Albertus Hero Succanus Friſius, S. Theologiæ Licentiatus ſcripſit, De prouidentia Dei libros quinq; in 8. Coloniæ 1582.

* Alberti Hunger de Originis peccato Theologica diſputatio. 4. Ingolſt. 1578. Eiuſdem Theſaurus Chriſtianarum præcationum, ex adytis præſtantiſs. vatum, præſertim veterum, nunc primum erutus, commodeq; ordine pro ratione & varietate humanæ neceſſitatis, adeoq; totius anni in 12. cap.

diſtributus, multisq; orthodoxis gloſſematis aduerſus nouas ac veteres hæreſes paſſim illuſtratus: 12. Ingolſt. 1579. Eiuſdem orationes duæ: vna de fide ac religione magni illius Athanaſij Alexandrini, Iureconſulti & Theologi eximij: altera, de homologia ſiue conſenſu concentuq; Lutheri cum philoſophia Epicuri, 4. Ingolſtadij. 1582.

Albertus Ioannis, Harlemenſis, patria Holandus, Carmelita, & doctor Louanij, ſcripſit Quæſtiones ſententiarum lib. 4. Lecturam in eccleſiaſticum lib. 1. In canonicam Ioannis primam lib. 1. Sermones & lecturas lib. 2. Et alia plura. Obijt Mechliniæ, anno D. 1496.

Alberti Laski Palatini Syradienſis, &c. Baronis Polonici, Epiſtola ad nouos in Polonia miniſtros reſponſiua, De nouis rebus Polonicis, ad religionem pertinentibus. Acceſſit altera epiſtola & cenſura cuiuſdam docti ad eundem Palatinum. Dilingæ 1571.

Alberti Leonis nauis, in Italia impreſſa, vide Albertus Florentinus.

Albertus monachus Lobienſis, & poſtea Gemblacenſis cœnobij abbas, ſcripſit vitas plurium ſanctorum lib. 1. Et quædam alia. Claruit año D. 880.

Albertus Lolius ſcripſit orationem de laudibus agriculturæ.

Alberti Loniceri, Explicatio orationis Ciceronis pro Archia Poeta. Witebergæ 1570. Item Orationis ad equites Romanos, antequam iret in exilium, explicatio tradita in ſchola Luneburgenſi, & ibidem impreſſa 1572. * Scripſit etiam explicationem orationis M.T. Ciceronis, pro lege Manilia, vſum dialecticæ & Rhetoricæ oſtendens. 8. Witebergæ Anno D. 1573. Ab eodem pro rege Deiotaro Oratio M.T. Ciceronis explicata in ſchola Luneburgenſi. 8. Witebergæ. 1581.

Alberti Lubecenſis epiſcopi, copia indulgentiarum de inſtitutione, &c.

* Alberti Lytichij opera, quæſtiunculæ examinis theologici, ex ſcriptis D. Philippi Melanchtonis collectæ. 8. Lipſiæ, 1574. item compendium Græcæ grammaticæ, mira facilitate præcepta grammaticæ proponens.

Albertus monachus Metenſis, ordinis D. Benedicti, Gallus ſcripſit Hiſtoriam rerum geſtarum ſui temporis, ad epiſcopum Metenſem lib. 1. Et quædam alia. Vixit anno 1030.

Albertus Muſæus Patauinus quædam carmine ſcripſit, Gyraldo teſte.

Albertus Nouocampianus edidit annotat. in fabricationem hominis à Cicerone lib. 2. De natura Deorum deſcriptam, & diſſertationem vtrum cor an iecur in formatione fœtus conſiſtat prius, itẽ orationem De laude phyſices. Lazarus Andreæ impreſſit Cracouiæ anno D. 1551. octern. 10. Idem ſcripſit ſcopum Biblicum veteris & noui Teſtamenti, cum annotationibus ſummam doctrinæ Chriſtianæ complectentibus, Cracouiæ excudit Lazarus Andreas, anno D. 1552. octern. 28.

Albertus Papienſis legum doctor, ſcripſit quæſtiones iuris ciuilis.

Albertus patriarcha Hieroſolymitanus, deſcripſit ſtatum terræ ſanctæ lib. 1. Regulam Carmelitarum lib. 1. Floruit anno D. 1190.

Albertus Patauinus, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini, Ægidij Romani quondam auditor, ſcripſit in Geneſim lib. 1. in Exod. lib. 1. in Leuit. lib. 1. in Num. lib. 1. in Deuteron lib. 1. In Euangelium lib. 4. In Epiſt. Pauli lib. 14. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Sermones per quadrageſ. lib. 1. Et quædam alia. Eius in Euangelia quadrageſimalia, Pariſijs Anno 1544. excuſa ſunt.

Albertus Pius, comes & princeps Carporum, Italus, ſcripſit Epiſtolam parænetică ad Eraſmum. Examinationem Moriæ. De ciborum delectu. De monachis. De ceremonijs eccleſiæ. De templorum ornatu. De imaginum cultu. De veneratione diuorum. De nouitijs theologis. De ſcripturarum autoritate. De myſterio Trinitatis. De epiſcoporũ functionibus. De primatu Petri. De traditionibus humanis. De voto continentiæ. De virginitate & cœlibatu. De matrimonio. De confeſſione Sacramentali. De bello & eius iure. De iureiurando & mendacio. Atq; alia. Reſponſio eius ad Eraſ. Roterodami expoſtulationem, cum Reſponſione Eraſ. ad eundem, impreſſa eſt Pariſijs 1529. Claruit anno 1530.

* Alberti Pij de Sabaudia Domini carpi declaratio rebellionis & priuatio, in fol. bibl. Imperat.

Albertus epiſcopus Ratiſponenſis, ordinis fratrum Prædicatorum, patria Sueuus, propter doctrinam & eruditionem Magnus cognominatus, ſcripſit innumera opuſcula, è quibus recenſentur, Summa theologiæ lib. 4. Super ſententias lib. 4. De 4. coæuis lib. 1. De homine lib. 1. De bono lib. 1. De vita ſpirituali lib. 1. In officium miſſæ lib. 1. De corpore Chriſti lib. 1. De eodem, 32. ſermones lib. 1. De muliere forti lib. 1. Super libris Dionyſij lib. 5. De multiplici timore lib. 1. De laudibus ſanctæ Mariæ lib. 3. Defenſorium mendicantium lib. 1. De partu hominis lib. 1. De formatione hominis lib. 1. De origine animæ lib. 1. Super oratione dominica lib. 1. De arte prædicandi lib. 1. De reparatione lapſi lib. 1. De adhærendo Deo lib. 1. In 5. libros Moſi lib. 5. In Ioſue lib. 1. In Iudicum lib. 1. In Ruth. lib. 1. In lib. Reg. lib. 4. In Paralip. 2. In Eſdram & Nehemiam lib. 3. In Tobiam lib. 1. In Iudith lib. 1. In Heſter lib. 1. In Prouerb. lib. 1. In Eccleſiaſten lib. 1. In Cantica cant. lib. 1. In librum Sap. lib. 1. In Eccleſiaſticum lib. 1. In Machab. lib. 2. In Iob lib. 1. In Iſaiă lib. 1. In Hierem. lib. 1. In Ezechiel. lib. 1. In Dan. lib. 1. In 12. prophetas minores li. 12. In Euang. Matthæi lib. 1. In Euang. Marci lib. 1. In Euang. Lucæ lib. 1. In Euang. Ioannis lib. 1. In Epiſtolas Pauli lib. 14. In Apocal. lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. De animalib. lib. 20. Paradiſus animæ lib. 1. Orationũ ſuper ſententias lib. 1. Orationum ſuper Euangelia lib. 1. De differentia ſpiritus & animæ lib. 1. De diuinatione & prophetia lib. 1. Diuerſarum quæſtionum lib. 1. Summa philoſophiæ lib. 1. Quæſtiones contra Auerroiſtas lib. 1. De vnitate formæ lib. 1. Philoſophiæ moralis lib. 16.

Digitized by Google

lib. 16. De monaſtica libri 5. De Oeconomica libri 4. De politica libri 8. De arithmetica liber 1. De geometria liber 1. De muſica liber 1. De aſtronomia liber 1. De ſphæra liber 1. De aſtris liber 1. De mineralibus libri 5. De natura Deorum liber 1. De ſecretis naturæ liber 1. De 12. alphabetis liber 1. De magiſtris eligendis liber 1. De ſomnijs liber 1. De vniuerſalibus liber 1. De prædicamentis liber 1. De ſex principijs liber 1. De diffinitionibus liber 1. De cauſis liber 1. De grammatica liber 1. De rhetorica liber 1. De medicina liber 1. De laniſitio liber 1. De agricultura liber 1. De aratura liber 1. De nauigatione liber 1. De metaphyſica libri 13. In phyſicam Ariſtot. lib. 8. De cœlo & mundo libri 4. De generatione & corruptione libri 2. De ſcientia meteororum libri 4. De anima liber 1. Quæſtiones 15. lib. 1. De perſpectiua liber 1. In libros Ariſtot. commentatus eſt, ac alia multa compoſuit. Eius commentarios in 12. prophetas minores, Quentel typographus excudit Coloniæ. Comment. in 4. Euangelia Haganoæ impreſſi ſunt, anno 1504. Libellus de ſecretis mulierum Venetijs exiuit cum comment. 1508. Extat & libellus de cauſis, alius ab illo qui de cauſis element. inſcribitur, quaſi epitome totius philoſophiæ. Super ſententias P. Lombardi libri 2. tantum 2. tomis ſeorſim impreſſi ſunt: reliqui 2. inueniri non potuerunt. Omnia eius opera ſimul coniuncta tum theologica tum philoſophica, Lugd. excuſa ſunt tomis 5. & venduntur vt audio 10. francis, francus verò 10. denarios continet. Seorſim verò edita ſunt, Opuſculum De natura locorum, commentarij in parua naturalia, De rebus metallicis libri quinq; editi Argentorati, anno Domini 1541. apud Balthaſarum Beck, cum Raymundi Lullij libris De quinta eſſentia. Magiam quoque huius authoris extare ferunt, & librum aggregationis, librum De periculo miſſæ, De ſacramentis, De immortalitate animæ, De appræhenſione ſuper loco Miſſus eſt. De animalibus libri 26. ſeorſim impreſſi Venetijs, apud hæredes Octauiani Scoti 1519. Eius libri De mineralibus impreſſi Auguſtæ anno 1519. Philoſophia naturalis Brixiæ anno 1493. De laude D. Virginis Coloniæ 1502. Liber de natura locorum, Viennæ 1514. Paradiſus animæ, De virtutibus liber 1. De adhærendo: ad veterum exemplaria recogniti & reſtituti. Antuerpiæ Plantinus decimoſexto. Præterea hæc opuſcula philoſophiæ naturalis nunquam impreſſa, habentur Viennæ in bibliotheca Prædicatorum. De ſenſu & ſenſato. De memoria & reminiſcentia. De ſomno & vigilia. De iuuentute & ſenectute. De reſpiratione & inſpiratione. De cauſa longitudinis & breuitatis vitæ. De morte & vita. De motibus animalium. De principijs motus proceſſiui.

* Imo hæc opuſcula philoſophiæ naturalis ſingula modo enumerata, excepto tractatu de cauſa longitudinis & breuitatis vitæ, Venetijs apud hæredes Octauiani Scoti, anno Domini 1517. ſimul ſunt impreſſa: præterea quoque tum ibidem excuſi libri qui ſequuntur: De nutrimento & nutribili. De natura & origine animæ. De vnitate intellectus contra Auerroem libri 3. De intellectu & intelligibili liber 1. De natura locorum liber 1. De cauſis & proprietatibus elementorum liber 1. De paſſionibus aëris. De vegetabilibus & plantis liber 1. De cauſis & proceſſu vniuerſitatis à cauſa prima. Speculum aſtronomicum: denique de libris licitis & illicitis. Omnes inquam hi tractatus ſimul editi, Venetijs apud hæredes Octauiani Scoti, anno Domini 1517. Eius ſermo generalis de ſeptem regionibus aëris, Item de natura animalium quadrupedum, auium, piſcium, de arboribus, herbis, lapidibus pretioſis, metallis & coſmographia, manuſc. in biblioth. Imp. Super Matthæi, Marci, Lucæ & Ioannis Euangelia, anno 1504. in fol. excuſa ſunt. Eiuſdem Summa theologiæ ſiue de mirabili ſcientia Dei Baſileæ 1507. De quatuor coæquæuis & de homine, Venetijs anno 1498. Sermones de tempore & ſanctis, in 4. Norimbergæ. Claruit anno Domini 1280.

* Alberti Nouicampiani ſcopus Biblicus veteris & noui Teſtamenti, cum annotationibus ſummam doctrinæ Chriſtianæ complectentibus. Antuerpiæ Ioannes Bellerus 1572.

Albertus Pighius Campenſis, Germanus, de æquinoctiorum ſolſtitiorumque inuentione ſcripſit. Item de ratione Paſchalis celebrationis, deq; reſtitutione Eccleſiaſtici Kalendarij ad Leonem X. Pontif. Max. opus impreſſum Pariſijs. Epiſtola ad Leonem X. anno 1520. Aſtrologiæ defenſionem quæ Pariſijs excuſa eſt. Item librum in Prognoſticatores. Item apologiam aduerſus nouam M. Beneuentani aſtrologiam, quæ poſitionem Alphonſinam ac recentiorum omnium de motu octaui orbis, multis modis deprauauit, & ſecum pugnantem fecit, et breuem ac luculentam enarrationem Alphonſinæ poſitionis, quæ Pariſijs à Roberto Stephano edita ſunt. Præterea aſſertionem eccleſiaſticæ hierarchiæ, quæ Coloniæ in folio edita eſt. De miſſa contra Lutheranos. De libero arbitrio contra Caluinum. De controuerſijs in comitijs Ratiſponenſibus. De componendis diſſidijs Coloniæ 1542. & 1572.

* Eius explicatio controuerſiarũ, quibus nunc exagitatur Chriſti fides, in 4. eſt excuſa. Scripſit etiam apologiam indicti à Paulo tertio Concilij. Coloniæ anno 1538. Hunc cæteroſq; (ſcriptores pontificios) Pontifex Maximus Paulus IIII. (In epiſtola ad Ioannem Gropperum deſignatum Cardinalem, excuſa Argentinæ apud Nicolaum Viriot, anno 1581.) ſcribit male defendere (doctrinam et ceremonias eccleſiæ Romanæ) in quibus multa nec excuſari, neque defendi poſſint: ideoq; doctiſſimos Italiæ ſcriptores, ſtudio & ſingulari conſilio ſilere, &c.

* Alberti Campenſis (arbitror eundem cum ſuperiore) liber de Moſcouia, Venetijs excuſa anno Domini 1543.

Albertus de Pruſa, natione Polonius, ſcripſit in Georgij Purbachij theoricas commentariorũ lib. 1. ad ephemeridas Koniſperg. lib. 1. et quædam alia. Claruit anno 1494.

Digitized by Google

Albertus *Regienſis Hetruſco epigrammate nomen apud Italos adeptus eſt.*

* Alberti *Ripæ Theſaurus Muſicus continens ſelectiſſ. carmina ad vſum teſtudinis accommodata 4. Louanij* 1574.

Alberti *Sarmatæ epithalamion in nuptijs Philippi comitis Naſſaenſis, & Annæ comitis Manſfeldenſis. anno D.*1537. *Witenbergæ chartis* 2. *editum eſt.*

Albertus *Sigebergenſis monachus, gloſarium veteris & noui teſtamenti.*

* Albertus *Subouius Oſnaburgenſis Decanus, Scripſit commentarium anno* 1445. *in hymnum, Lauda Syon Saluatorem: Deinde quoq; commentarium in hymnum, Aue Maris ſtella, &c. vbi fatetur quidē Mariam rectè inuocari, ſed à ſolo tamē Chriſto ſalutem expectandam: vidit eius commentariū vtrunq; in tribus diuerſis bibliothecis, Herm. Hamelmannus.*

Albertus *de Trotis Ferrarienſis, De vero & perfecto clerico. Lugduni* 1535.

Albeten *Arabs Ptolomæi almageſtum commodiſſimè reſtringit, vt Rodolphus Brugenſis teſtatur, in præfatione latinæ verſionis ſuæ in planiſphærium Ptolomæi.*

Albicus *Boemiæ regis phyſicus, poſt archiepiſcopus Pragenſis, ſcripſit practicam medendi & regimen peſtilentiæ: Item Regimen ſanitatis, Lypſiæ impreſſum* 1484. *per Marcum Brand.*

Albini *Iſagogicus dogmatum Platonis, extat Romæ in vaticana bibl. De ordine librorum Platonis; Græce extat Venetijs ad S. Antonium. Videndum an forte ſit Alcinoi.*

Albinus, *vide Flaccus Albinus.*

Albionis *demonſtrationes inſtrumenti nobiliſſimi in aſtronomia extant. Floruit anno à condito mundo* 2262. *& ante Chriſti incarnationem* 1701. *Huius vitam eleganter deſcripſit Ioannes Balens, in ſcriptoribus ſuis Anglicis. Eſt autē Albion inſtrumenti nomen, cuius author fertur Ricardus Vualingfordus.*

Albius *Tibullus eques Romanus, ſcripſit libros* 4. *Elegiarum ſiue amorum, qui paſſim extant impreſſi & ſeorſim, & cum commentarijs.*

Albo *Floriacenſis vide ſupra Abbo.*

Albohazen *Hali vide in Hali.*

Albricius *Londinenſis, Anglus natione, ſcripſit de Origine deorum, De ratione veneni, De virtutibus antiquorum, Canones ſpeculatiuos. Ac in re medica & philoſophia plura. Vixit anno Domini* 1090.

Albricus *philoſophus librum ſcripſit de imaginibus deorum, quem Henricus Petrus excudit Baſileæ* 1543. *cum Phurnuto.*

Albubater *aſtrologus ſcripſit librū genethliacum, ſiue De natiuitatibus, qui typis excuſus eſt Ioan Petreij, Norimbergæ* 1540.

Alboali *aſtrologus librum in aſtrologia compoſuit, qui incipit: Iſte eſt liber.*

Albubetri *F. Zachariæ F. Araſi opera parua impreſſa Lugduni in* 16. *Anno Domini* 1510. *Eſt autem cognomen Raſis medici, vt audio.*

Albucaſis *medici lib.* 3. *præcipuè ad chirurgiā pertinentes, cum varijs inſtrumentis chirurgicis graphicè depictis ad varios morbos, Hen. Petrus Baſileæ excudit. Fortaſsis hic idem fuerit, qui Bulcaſis etiam vocatur, cuius liber De præparationibus medicamentorū extat cum operibus Meſuæ excuſus. Eundem alij Seruitorem nominant. Albucaſi Antidotarius, manuſcriptus extat apud Matthæum Dreſſerum. Meminit etiam Bulcaſis ſeu Seruitor. libri quem fecerit De compoſitione oleorum.*

Albucinus *Silo Nouarienſis, rhetor inſignis, Auguſti Cæſaris temporibus plurimas declamationes edidit.*

Albuini *Caroli Magni præceptoris, commentaria in Geneſim, & De miniſterio ſacrificij Miſſæ, aliorumq; eccleſiæ rituum explicatione ad Carolum Magnū, extant Viennæ Auſtriæ apud Wolf. Lazium. Vide Flaccum Albinum.*

Albumaſar *aſtrologus, alio nomine Iaphar. lib.* 8. *ſcripſit De magnis coniunctionibus, annorum reuolutionibus, ac eorum profectionibus, excuſi ſunt Auguſtæ Vindelicorum,* 1489.

Albumaſaris *flores aſtrol. excuſi Auguſtæ Vindel.* 1488. *cum figuris Zodiaci, & planetarum.*

Albumaſaris *Alpharabij Capitula vniuerſalia.*

Alburnius *Valens. Vide Aburnius.*

Alcadinus *poeta Siculus, ſcripſit tres libros carmine, primum de triumphis Henrici Imperatoris, ſecūdum de his quæ à filio eius Friderico præclare ac fortiter geſta ſunt, tertium de balneis Puteolanis, qui etiam editus eſt Venetijs à Iuntis, in eo opere quo diuerſorum ſcripta de balneis ediderunt. Deſcribuntur ſingulæ thermæ duodenis verſibus, nec oratione nec carmine eleganti.*

Alcæus *Athenienſis tragicus, quem nonnulli primum tragicum fuiſſe perhibent. Suidas.*

Alcæus *Cœlo tragœdia citatur à Macrobio lib.* 5. *Saturn.*

Alcæus *Mitylenæus, deinde Athenienſis, comicus antiquæ comœdiæ quintus, Micci filius ſcripſit tragœdias decem. Suidas. Athenæus citat Alcæi, Sorores adulteras, Ganymedē, Sacras nuptias, Caliſto, Palæſtram.*

Alcæus *Mitylenæus nobilis poeta Lyricus, æqualis Pittaci qui vnus eſt è numero ſeptem ſapientum, ſcripſit cum alia tum quædam opera quæ Staſiotica, hoc eſt ſeditioſa vocantur, in quibus Pittacum, Myrſilum, Megalagyrum & Cleanthidem, alioſq; nonnullos in patria ſua tyrannidem exercentes inſectatur. Vitam eius Gyraldus deſcribit, carmina verò illus quotquot extant, ab Henrico Stephano, cum cæterorum Lyricorum carminibus impreſſa ſunt. Alcæi duo verſus apud Stobæum in vituperio paupertatis. Sæpe citatur etiam apud Athenæum. Eius verſus in Philippi vituperiū ſcriptos, recitat Plutarch. in Q. Flaminij vita.*

* Alcalæ *de Henares ordines regales Caſtilienſes, excud. Sebaſtianus Martinez,* 1565. *Hiſpanice.*

Alcander *citatur à Clemente Alexandrino in Protreptico.*

Alcetæ

Digitized by Google

Alcetæ liber de donarijs Delphici templi, citatur ab Athenæo.

Alcanamoſali philoſophi de Baldach Armenini, liber de paſſionibus oculorum, compilatus ex diuerſis voluminibus philoſophorum de Baldach à Dauid Armenico, & tranſlatus ex Arabico in Latinum ab Alcanamoſali, quando ſe tranſtulit ad partes Lombardiæ, Continet experta & varia remedia.

Alcaſidagius Hebræus fertur ſcripſiſſe libros ſortium, qui ſubtili ſententiarum diſpoſitione de omni negotio, de morborum longitudine & breuitate, de numero annorum vitæ, ipſoq; die obitus certos facere pollicentur: hos Abraham Abenezra ignea fornace dignos exiſtimauit.

Alchabitij, vel Alcabitij Iſagogen ad magiſterium iudiciorum aſtrorum, vel ad ſcrutanda ſtellarum magiſteria, & De Planetarum coniunctionibus librum Ioannes Hiſpalenſis interpretatus eſt. Impreſſ. Venetijs 1491. & 1521. cum expoſitione Ioan. de Saxonia, & ex emendatione Antonij De Fantis medici Taruiſini. Eiuſdem librum in perſpectiuis, è monaſterio quodam Alemaniæ ſibi delatũ, ſcribit author Luminis animæ in præfatione.

Alchindus aſtrologus in Aſtrologia librum edidit, qui incipit, Rogatus fui. G. Paſtregicus.* Alchindi liber Introductionis ad Iudicia aſtrologiæ habetur in bibl. Imper. in fol. M.S.

Alchuini Arabis liber de ſimplicibus citatur à Bellunenſi in explicatione vocabuli Aſtergar.

Alcidamantis orationes Aldus excudit Græce, cum Æſchinis & aliorum orationibus Græcis. Item orationem contra dicendi magiſtros, cum Iſocratis orationibus. Alcidamas Dioclis filius, eius qui de Muſica ſcripſit, natus ex Elea Aſiæ, philoſophus, & Gorgiæ Leontini diſcipulus. Suidas.

Alcidamas in Phyſico, citatur à Diogene Laertio in vita Pythagoræ.

Alcimi Auiti Viennenſis Archiepiſcopi, Galli, poetæ Chriſtiani, libri ſex carmine heroico conſcripti, Primus de creatione hominis, Secundus De lapſu, Tertius de eiectione è Paradiſo, Quartus de diluuio, Quintus De tranſitu maris rubri, Sextus De virginitate. Quinq; priores Baſileæ excuſi ſunt anno Domini 1546. cum commentarijs Menradi Moltheri, o&ternionibus 23. quorum quarta pars authoris eſt, reliquæ commentariorum. Eiuſdem homilia de feſto rogationum & epiſtolæ Lugduni excuſæ ſunt à Vincentio Portonario, anno Domini 1536. chartis 12. Diuerſus eſt hic author ab Octauio Auito, de quo Seruius & Macrobius: item ab Alphio Auito, de quo Priſcianus & Victorinus. Idem Auitus ſcripſit aduerſus Arianam factionem Dialogos aliquot: Et aduerſum Neſtorianos, Eutychianos, Sabellianos, libellos duos conſcripſit. Aduerſus Fauſtum epiſcopum Rheginum Pelagianum, librum edidit. Epiſtolarum libros nouem ſcripſit ad Imperatores, Reges, populos, & diuerſas perſonas. Libellum quoq; de ſubitanea pœnitentia. Homiliarum libros plures. Poemata eius Baſileæ ab Oporino edita ſunt, cum reliquis poetarum veterum eccleſiaſticorũ operibus à Georgio Fabricio emendatas, à quo etiã vita eius deſcripta in eodem opere continetur.

Alcimi Siculi, Italica citat Athenæus. Porro Laertius in vita Platonis refert Alcimum libros quatuor ad Amyntam conſcripſiſſe, quibus oſtendit quid Plato De Epicharmi libris aſſumpſerit.

Alcimenes Athenienſis, comicus. Suidas.

Alcimenes Megarenſis, tragicus. Suidas.

Alcinoi philoſophi Platonici de doctrina platonis liber, excuſus eſt Romæ Græce, deinde Græce & Latine apud Vaſcoſanum Lutetiæ 1532. Marſilius Ficinus interpres partitur eum in 34. capita, ex quibus in Græco impreſſo deſunt 26. 27. & 28. quæ in tranſlatione dimidiam ferè chartam continent.

Alciphron Magnes philoſophus, ex Magneſia iuxta Mæandrum, ſcripſit epiſtolas piſcatorias ruſticas & amatorias, quas impreſſit Aldus Manutius cum reliquis variorum authorum epiſtolis Græcis. Inuenio eiuſdem authoris Paraſiticas quoque epiſtolas extare in Italia, quæ nondum euulgatæ ſunt. Ruſticæ enim, quamuis titulus in editione Aldina eas non promittat, inter ſupradictas tamen habentur.

Alcman poeta Lyricus, Laconicus ſiue Meſſenius, vixit circa Olimpiadem 27. amatorij carminis inuentor, ſcripſit lingua Dorica. Carmen eius de Caſtore & Polluce citat Pauſanias libro 1. Eundem in Anni choro, Stephanus citat. Fragmenta autem Alcmanis quæ ſparſim apud Athenæum & alios leguntur, edidit H. Stephanus cum reliquorum Lyricorum ſcriptis. Suidas duos facit Alcmanes, vnum Lydum, alterum Meſſenium, vtrunque Lyricum poetam.

Alcmæon Perithoi F. Crotoniata, Pythagoræ auditor, primus de naturæ ratione ſcripſit, Fauorinus & Volat. lib. 13. Clemens 1. Strom. Alcmæonis quædam aut verba, aut placita in medicina, apud Stobæũ in ſerm. De morbo & de ſanitate citantur.

Alcuinus, ſiue Albinus monachus & diaconus, abbas monaſterij S. Martini Thuronenſis, natione Anglus, vide Flaccus Albinus.

Aldelmus Bladuinus Anglus, ſcripſit de celebratione paſchæ lib. 1. De virginum laude contra Brit. lib. 2. De virginitate ad Ethelburgã lib. 1. De charitate mutua lib. 1. De admonitione fraterna lib. 1. De pugna vitiorum, lib. 1. De philoſophorum diſciplinis lib. 1. De ſenſibilium natura lib. 1. Flores vtriuſq; teſtamenti lib. 2. Homilias ad populũ lib. 1. Dialogum metricum. De metrorum generibus. De Metaplaſmo. Hymnos & odas. Epiſtolas ad diuerſos. Diuerſi generis carmina. Aldhelmi Ænigmata carmine. Baſileæ apud Parcum 1557. De laudibus virginitatis, apud Henricum Petri inter Orthodoxographa. Scripſit etiam, De vita monachorũ, De laude ſanctorum, De octo vitijs principalibus, De ſeptenarij dignitate, De Arithmetica, De Aſtrologia. Claruit vero anno Domini 709.

Aldilazith aſtrologus librum conſcripſit qui inſcribitur Archibia, & incipit, Poſtulata, &c. G. Paſtregicus.

Digitized by Google

Aldremannus Londinenſis, verſificator elegans, qui magis ſenſum quam verba curabat, ſcripſit, Carminum lib. 1. Claruit anno Domini 1190. Gyraldus Cambrienſis.

Aldricus Anglus I.C. quædam in iure ciuili ſcripſit, nam Accurſius ſcriptorum huius atque opinionum in gloſſis ſuis multa commemorat. Baleus ex Paſtregico.

Aldruidus in philoſophia & magia exercitatiſſimus ſcripſit librum De quintis eſſentijs, qui in Bibliotheca Dominicanorum Londini extitit. Baleus.

Aldus Manutius Romanus ſcripſit Grammaticæ Græcæ inſtitutiones, mero ſermone Græco, de varijs declinationibus omne genus nominum & verborum, à Marco Muſuro expolitas, & poſt eius mortem editas cum præfatione Muſuri, Venetijs 1515. Item inſtitutionum Grammaticæ Latinæ libros quatuor, excuſos typis in officina ipſius. Item de dierum generibus, ſimulq́ De vmbris & horis quæ apud Palladium memorantur. Extant ea cum authoribus rei ruſticæ impreſſa. Dedit & annotationes in Q. Horatium, & Homeri poema de Ranarum & murium pugna Latinis verbis expreſſit, quemadmodum & Nazianzeni carmina, oratione proſa, ſic vt verſus verſui reſpondeat. Multæ eius præfationes extant, plerisq́ libris apud ipſum excuſis præpoſitæ. Item epiſtola vna ad Angelum Politianum, libro ſeptimo Epiſtolarum ipſius habetur. * Eiuſdem vel filij puras & elegantes Latinæ linguæ phraſes. Coloniæ Ioannes Gymnicus 1574. excudebat. Et Aldi Romani apophtegmata & Epiſtolæ ſapientum M.S. bibl. Imper. Viennæ habentur.

Aldus Manutius Pauli F. Aldi. N. orthographiæ rationem diligentiſſime collegit, ex libris antiquis, Grammaticis, Etymologia, Græca conſuetudine, Nummis veteribus, Tabulis æreis, Lapididibus, amplius M.D. addidit etiam duos libellos vnum De Interpungendi ratione: alterum Notarum veterum explanationem. Venetijs 1566. octauo. Idem Saluſtij hiſtoriæ addidit veterum teſtimonia de Saluſtio, Fragmenta hiſtoriarum è ſcriptoribus antiquis collecta, & Scholia. Ibidem 1563. C. Vellei Paterculi hiſtoriam emendauit, & ſcholia adiecit. 1571. * Scripſit item commentaria, in C. Cæſaris de bello Gallico lib. 7. Item de eodẽ bello Auli Hirtij lib. 8. C. Cæſaris de bello ciuili lib. 3. A. Hirtij de bello Africano, De bello Hiſpanienſi. Lug. per Bartholo. Vincentium. Item de quæſitis per epiſtolam lib. 3. Eiuſdem item commentarius in lib. Horat. de arte poetica. Venetijs. 1576. Item in M. Tullij Ciceronis de Officijs lib. 3. commentarium. Item in Dialogos de Senectute & de Amicitia, in paradoxa, Somnium Scipionis, ex VI. de Repub. ſcipſit. In fol. Venetijs, Anno 1581.

Aleardus de Pindemontib. Veronenſis Phyſicus, ſcripſit libellum ad Hermolaum Barbarum, De fontibus ſeu balneo Calderij Veronenſis diſtrictus. Item alium libellum De virtute balneorum Calderianorũ, De modo bibendi aquam, De diæta ſumentium balnea, De ſomno meridiano, De modo ſuccurrendi accidentibus ſuperuenientib. Impreſſi ſunt ambo lib. Venetijs à Iuntis, cum variorum authorum ſcriptis De balneis.

Alemannus Rinuccinus (aliàs Rhinuccinus, & Ranucinus) Florentinus, Philoſtrati libros 8. De vita Apollonij ex Græco in Latinum tranſtulit, quos Aldus Venetijs Græce Latineq́ impreſſit. Deinde Gymnicus Coloniæ Latinam ſolum conuerſionem excudit, à Gyberto Longolio ad Græcũ exemplar caſtigatam, & ſcholijs in margine illuſtratam, cum indice. Idem tranſtulit Plutarchi opuſculum De mulierum virtutibus.

* Alemannus Finei Staniſlai Hoſij opera omnia ſuper omnes alias editiones hactenus editas, auctiores emiſit.

Alemannus De flatibus in Hypocratem.

* Aleni Eburonis ſacrarum Heroidum libri tres, in quibus præter alia plurima, quæ ad intelligendas veteris & noui Teſtamenti hiſtorias, & pietatis incrementum conferunt, continentur, Louanij 8. Anno 1574.

Alexamenus Styreus ſiue Teius primus dialogos ſcripſit, ſicut Laertius docet ex Ariſtotelis & Phauorini authoritate.

Alexander qui volumẽ de Illirico tractu compoſuit citatur à Valerio Maximo.

Alexander vnus ex vetuſtiſſimis Vergilij interpretibus fuit, nam ante Seruium fuiſſe ex Pomponio Sabino, recente interprete, colligimus.

Alexandri epiſcopi epiſtolæ De ſacerdotibus non vexandis, De paſſione Domini in conſecratione corporis eius miſcenda, De aqua cum ſale populis benedicenda, De fide S. Trinitatis, Ad omnes epiſcopos per diuerſas regiones cõſtitutos. Ad omnes diuino ſacerdotio fungentes, Baſileæ apud Bebeliũ ſunt impreſſæ, & Coloniæ, in volumine Conciliorum, anno Domini 1530.

Alexander papa tertius, Senenſis, ſcripſit elegantes epiſtolas ad diuerſos, lib. 1. De poteſtate eccleſiaſtica librum 1. Et quædam alia. Vixit anno Domini 1141.

Alexander quintus. Vide Petrus de Candia.

Alexander Achillinus Bononienſis, philoſophus eminentiſſimus, & accuratus Auerrois interpres, Patauij primum, poſt Bononiæ philoſophiam publice docuit, edidit multos libros, è quibus Iouius in eius elogio commemorat, ſingulos libros, De Elementis, de Intelligentijs, De Orbibus, Obijt Bononiæ anno Domini 1512. ætatis autem ſuæ quadrageſimo nono. Opera eius in vnum collecta, De intelligentijs, De orbibus, De vniuerſalibus, De phyſico auditum, De elementis, De ſubiecto Phyſionomiæ & Chiromantiæ. De ſubiecto Medicinæ, De prima poteſtate Syllogiſmi, De diſtinctionibus, De proportione motuum, edita ſunt Venetijs apud Hieron. Scotum 1568. Cum annotationibus Pamphili Montij. Annotationes anatomicæ, impreſſæ Bononiæ à Hieronymo de Benedictis. 1524.

Alexander de Ales, natione Anglus, minorita, ſcripſit ſummam Theologiæ in libros 4. Sententiarum:

*rum: liber excuſus eſt Lugduni anno* 1515. *tomis* 4. *In Pentateuchum Moſi lib.*5. *Commentarios in Ioſue. In Iudicum. In Regum lib.*4. *In Pſalterium. In Minores prophetas, libros* 12. *Vitam Thomæ Cantuarienſis. Vitam Regis Ricardi. Annotationes Bibliorum lib.*1. *In epiſtolas Pauli lib.*14. *De factis Machumetis lib.*1. *Repetitiones lectionum, & alia Commentaria Alexandri de Ales in* 12. *Ariſtotelis Metaphyſicæ libros, impreſſa ſunt Venetijs* 1572. *in folio. Vixit anno à virginis partu* 1228. * *Alexandri de Hales doctoris, irrefragabilis ſumma. Baſileæ,* 1502. *excuſa eſt.*

Alexander *Aleſius, natione Scotus, ſcripſit contra decretum epiſcoporum Scotiæ lib.*1. *Scripturas lingua materna legendas, lib.*1. *In Pſalmos aliquot. Librum de verbi authoritate contra epiſcopum Londenſem, impreſſum Argentinæ apud Cratonem Mylium, anno Domini* 1542. *Orationem de gratitudine, & aliam de reſtituendis ſcholis, quæ impreſſæ ſunt cum Philippi Mel. Declamationibus, apud eundem. Orationem de auctore & vtilitate pſalmorum, excuſam Francofordiæ ad Oderã, apud Ioannem Hanau, anno Domini* 1541. *Cohortationem ad pietatis concordiã ineundam, excuſam Lipſiæ apud Valentinum Papam anno Domini* 1544. *Reſponſionem ad* 32. *articulos theologorum Louanienſium Lipſiæ apud Michael Blům excuſam anno Domini* 1545. *Catechiſmum Francofordiæ ad Oderam impreſſum anno Domini* 1550. *Ordinationem eccleſiæ ſeu miniſterij eccleſiaſtici in regno Angliæ, conſcriptam ſermone patrio, & in linguam Latinam conuerſam, Lipſiæ anno Domini* 1551. *quaternionibus* 17. *Commentarios in euangelium Ioannis, impreſſos ab Oporino anno Domini* 1553. *in* 8. *Commentarios in vtranq; epiſtolam ad Timotheum. De iuſtificatione contra Oſiandrum. Diſputationes ex epiſtola ad Romanos à Papa impreſſas, in quam epiſtolam & iuſtos commentarios meditatur. Aſſertio doctrinæ eccleſiæ catholicæ De ſancta Trinitate, cum confutatione erroris Valentini Gentilis. Geneuæ cum alijs in* 4. * *Eius expoſitionum ſuper Pſalmos Danidis, liber primus. Lipſiæ.*1554. *excuſus. Eiuſdem de perpetuo conſenſu eccleſiæ diſputatio. Lipſiæ* 1556.

Alexander *de Alexandria, ordinis fratrum minorum, compoſuit ſuper Sententias lib.*4. *Quæſtionum variarum lib.*1. *In metaphyſica Ariſtotelis lib.*12. *In libros tres De anima. In alios etiam Ariſtotelis libros commentarios edidit, aliaq; varia. Claruit anno* 1310.

Alexandri *ab Alexandro Iuriſperiti Neapolitani, Genialium dierum libri ſex excuſi Lutetiæ accuratius quàm ante hac, apud Ioan. Petrum, anno* 1532. *cum duplici indice. Vixit hic autor tempore Franciſci Philelphi, Nicolai Perotti, Hermolai Barbari, &c.*

Alexandri *Ætoli tragœdias allegat Athenæus. Diſtichon eius habetur in Florilegio Planudis lib.*4. *Alexandri autem ſimpliciter diſtichon extat in tertio libro, & hexaſtichon in ſexto.*

Alexander *Ætolus inter Homeri interpretes numeratur. Strabo lib.*14. *refert hunc* κιναιδολογῶν ἐν ψιλῷ λόγῳ.

Alexander *Ægæus philoſophus Peripateticus, præceptor Neronis Cæſaris.*

Alexander *cognomento Claudius, rhetor.*

Alexander *Caſilonis F. frater Euſebij rhetoris, Iuliani diſcipulus, rhetor.*

Alexander *Alexandri cauſidici F. Cilix Seleucienſis rhetor, qui* πηλοπλάτων, *id eſt, luteus Plato cognominabatur.*

Alexander *Numenij F. rhetor. Quinque hos Alexandros commemorat Suidas, ſed nullius ſcripta recenſet.*

Alexander *de Antillo ſcripſit repetitionem rubricæ, De reſcriptis in* 6. *Decretal. c. tibi qui.*

Alexander *Aphrodiſæus ſub Seuero & Antonino, primus omnium Ariſtotelem commentarijs enarrauit, & præſertim Topica. Scripſit De Anima lib.*2. *Problematum libros duos, impreſ. Græce forma enchiridij, Lutetiæ apud Neobarium: ſed circa finem deſiderantur aliquot problemata Græca, quæ tamen in Theodori Gazæ tranſlatione Latina leguntur, impreſſa vnà cum Ariſtotelis problematibus Baſileæ apud Cratandrum, anno Domini* 1357. *librum eius primum etiam Angelus Politianus Latinum reddidit. Primi libri problemata ſunt apud Gazam* 147. *apud Politianum vero* 151. *Secundi* 130. *apud Gazam. Scripſit etiam quæſtiones naturales, De anima, morales, & lib. De fato. quæ Græce exiuerunt Venetijs.* 1536. *apud Victorem Trincauellum: Latine verſas à Gentiano Herueto, excudit Oporinus Baſileæ. Opuſculum De febribus ad Apollonium à Georgio Valla Placentino tranſlatum, exiuit Baſileæ, anno Domini.* 1542. *Librum etiam* περὶ μίξεως, *id eſt, De mixione, qui adiectus eſt commentarijs in Meteora, Venetijs excuſum in officina Aldina,* 1527. *Inuenio etiam extare lucubrationem eius Romæ in Vaticana,* περὶ κράσεως καὶ αὐξήσεως *à ſuperiore, vt opinor, diuerſam, necdum editam. Item commentaria in poſteriora Analytica, ibidem. Cæterum habentur ab Aldo excuſa Græce. De figuris ſenſus & dictionis. Item commentaria in Ariſtotelis lib. primum Analyticorum priorum, in Sophiſticos elenchos, in octo libros Topicorum, in Meteorologica, vnà cum opuſculo de mixtione: in librum De ſenſu, ſiue ſenſorijs inſtrumentis, & rebus ſenſibilibus. Item in libros De prima philoſophia omnes qui extant, commentaria à Ioan. Geneſio Sepulueda Latine verſa, Lutetiæ impreſſa extant. Sed & commentarios eiuſdem in libros De Naturali auſcultatione alicubi extare Venetijs, quidã aſſerunt. Problematum eius ſectiones quinq; Georgio Merula interprete, interiectis ſparſim ſcholijs vel teſtimonijs aliorum authorum, excuſæ ſunt Pariſijs, anno Domini* 1520. *in folio (cum commentarijs Petri Aponenſis in Ariſtotelis problemata) longe alio ordine quàm vulgati codices vel Græci vel à Gaza & Politiano tranſlati habeant. Sunt autem problemata numero* 350. *cum alij codices iam memorati non vltra* 277. *contineant libris duobus, ſic enim alij diuidunt non in ſectiones, quarum*

quædam in Merulæ tranſlatione inſcriptiones habent, nam ſecunda inſcribitur Medicinalium & naturalium ambiguitatum, tertia De quadrupedibus (vt & Caßij problemata) cæteræ carent inſcriptione. Aphrodiſæi Commentaria in Ariſtotelem, & de Temperamento & incremento, de Miſtura Solutiones dubitationum: Græca manuſcripta habentur in bibliotheca regis Gallorum. Comment. in metaphyſica extant in bibliotheca cardinalis Carpenſis. * Eius quæſtiones naturales & phyſicæ, vt de cute, quorum ſint definitiones: quod forma non ſit in materia, & in ſubiecto, in quo prædicamento ſit motus, &c. folio. M.S. bibl. Imperat. Viennæ. Eiuſdem commentarij in Sophiſticos elenchos Ariſtotelis in folio. Eiuſdem commentarius in Metheorologica Ariſtotelis, de primis præcipue cauſis naturæ in quarto. Eiuſdem de virtutibus tractatus, iuncta oratione Iſocratis ad Demonicum in octauo. De figuris ſenſus & dictionis in folio, eiuſdem Aphrodiſ. M.S. bibl. Imperat. Viennæ. Eius libri de anima, interprete Hieronymo Donato patricio Veneto. Baſileæ 1535. excuſi.

Alexandri de Ariſtois, Minoritæ, enchiridion de animabus regendis. Eiuſdem Minorica elucidatiua, rationabilis ſeparationis fratrum Minorum, ab alijs fratribus eiuſdem ordinis. * Eiuſdem Compendiũ ſiue ſumma Confeſſorum, caſus omnes ad animarum curam attinentes breuiter complectens: edita. 8. Brixiæ. 1579.

Alexander Aug. in fragmentis Gregoriani codicis allegatur.

Alexandri Baldi Troiani I. C. Pomilagium.

Alexander Barkeleij quem quidam Scotum alij Anglum fuiſſe perhibent, ſequentes libros vel ipſe ſcripſit, vel in Anglicum ſermonem conuertit. De miſerijs Aulicorum. Contra Sceltonum. Vitam Georgij ex Mantuano. Quinque eclogas eiuſdem. Vitam D. Catharinæ. Vitam D. Margarethæ. De pronuntiatione Gallica. Saluſtium de bello Iugurthino. Nauim ſtultiferam. Vitam D. Ethelredæ. Bucolica Codri. Eglogam quartam. Caſtellum laboris. Mancinum de virtutibus. Obijt Londini año 1552. Baleus.

Alexander Benedictus Veronenſis ſcripſit De morbis medicandis à capite ad calcem libros 30. Aphoriſmorum lib. 1. De peſte, eius cauſis, & materia auxiliorum lib. 1. Anatomes lib. 5. quos Henricus Petrus excudit Baſileæ. Item diaria de Bello Carolino. Alexandri Benedicti De re medica ſcripta Baſileæ in folio impreſſa ſunt 1572.

* Alexandri Bergomi Miſſæ. 1575.

Alexandri Bondini medici epiſtola Græca extat in organum Ariſtotelis, quod Aldus excudit.

* Alexander Braßicanus, vide Ioannes Alexander Braßicanus.

Alexander Cantuarienſis, Benedictinæ familiæ monachus, & Anſelmi Cantuarienſis epiſcopi aßiduus auditor, ſcripſit ad Anſelmum iuniorem abbatem Burienſis monaſterij librum De dictis eiuſdem archiepiſcopi, habentem capita 19. Vixit anno 1120. Baleus.

Alexander Caraffa Archiepiſcopus Neapolitanus, edidit & confirmauit conſtitutiones ſynodales Ioannis Archiepiſcopi Neapolitani, quæ impreſſa ſunt Venetijs anno Domini 1542. cum ritibus eccleſiæ Neapolitanæ.

Alexander Ceſtrienſis epiſcopus, Anglus, ſcripſit poſtillas in Pſalterium, & ſermones multos ad clerum. Floruit anno 1238.

Alexander Chamaillardus Ariſtotelis libellũ De Virtutibus Latinitate donauit, & habetur in poſtrema editione Ariſtotelis operum Baſilienſi.

Alexander Cittolinus natus Saraualli oppido Fori Iulij, locos ſcripſit Latine loquendi eleganter & ex tempore, magno volumine de omnibus rebus ſecundum Iulij Camilli modum. Item orationem pro defenſione Hetruſcæ linguæ. Præterea ingentes commentarios parare fertur in Hieroglyphica Ori, in quibus variam & multiplicẽ hiſtoriam cuiuſq; animalium generis pertractet, & regionum multarum proprietates, populorumq; diuerſos mores explicet. Inuenio etiam citari eius Typocoſmiam, quod opus an ab hoc diuerſum ſit ignoro. Viuit noſtra ætate: religionis veræ ergo patria exulans.

Alexander de Clipido ſcripſit De authoritate eccleſiæ. Forte de S. Elpidio.

Alexander Connibertus L. doctor, è vulgari lingua Gallica Latine vertit comœdiam quæ inſcribitur, Batelinus alias Veterator. Simon Colinæus impreßit Pariſijs anno Domini 1343.

Alexandri Corteſij Vngarica impreſſa ſunt cum chronicis Vngariæ Antonij Bonfinis. Eiuſdẽ oratio in ephiphania domini. * De regis Matthiæ laudibus bellicis, in fol. bibl. Imperat.

Alexander Coſyreus cognomento [illegible] inter Homeri interpretes numeratur. Erit autẽ forte Polyhiſtor, & Cotyæus legendum fuerit, cum Stephanus tradat eum ex Cotyæo Phrygiæ ortum.

Alexander epiſcopus Cappadociæ, ſcripſit epiſtolas, De pace eccleſiæ ad Antinoitas vnam, ad Antiochenſes vnam, per Clementem presbyterum. Pro Origene contra Demetrium vnam. Ad Origenem, & alias plures. Claruit anno D. 253.

Alexander de S. Elpidio, Italus, magiſter generalis Eremitarum D. Auguſtini, ſcripſit, De eccleſiaſtica poteſtate, lib. 1. De eccleſiaſtica paupertate lib. 1. De vnitate eccleſiaſtica, lib. 1. In Topica Ariſtotelis, lib. 4. Super priora eiuſdem, lib. 2. Et alia Claruit anno 1320. Ambroſius Coriolanus.

Alexander Epheſius orator qui Lichnus eſt cognominatus, hiſtoriam conſcripſit, & carmina reliquit, in quibus & de cœleſtibus pertractat, & terras continentes deſcribit, de vnaquaq; edens poemata. Strabo lib. 14. Alexander Epheſius verſu heroico quædam ſcripſit, Stephanus de vrbibus.

Alexander Eſſebienſis monachus, Anglus, ſcripſit de ſacris diebus lib. 1. Epitomen Britannicæ hiſtoriæ. Vitam Bertellini Eremitæ. Vitam Cungeri Eremitæ. Feſtiuale quoddam lib. 1. Compendium hiſtoriarum bibliæ. lib. 1. Confeßionem de peccatis, lib. 1. Meditationes quaſdã, lib. 1. De ſancta Agnete, lib. 1. Carmina & epiſtol. claruiſſe fertur, 1360.

Alexander Fabritius ſeu Carpentarius, Anglus, multos ſuorum temporum errores & vitia cleri reprehendit, ac ſcripſit opus elegans & pium, quod appellauit, Deſtructorium vitiorum. lib. 8. Homilias quoq; eruditas. Vixit anno 1429. Baleus.

Alexandri Guarini, Ferrarienſis, Lectiones Catullianæ, contra quas ſcripſit Hieronymus Auantius, impreſſæ Venetijs.

Alexandri Hegij Dauentrienſis Germani, carmina aliquot citantur in Adagijs Eraſmi. Item ab alijs de laude Græcarum literarum. * De Alexandro Hegio ſcribit Hermannus Hamelmannus in libello tertio de viris illuſtribus Weſtphaliæ: quæ ſequuntur. Alexander Hegius non fuit Dauentrienſis, ſed Weſtphalus, in ditione Monaſterienſi ex pago Heck propè Horſtmariam natus, Dauentriæ autem per annos 30. rexit Scholam magna cum laude, & primus cum Rodolpho Agricola, ac Rodolpho Langio reduxit Latinam & Græcam linguam in Germaniam (de qua re vide Orationem Hermanni Hamelmanni de viris Weſtphaliæ illuſtribus, qui linguam Latinam reſtituêre Germaniæ) & fuit præceptor Eraſmi Roterodami, Ioannis Murmeij, Hermanni Buſchij, & omnium in Germania penè Doctorum, qui ante annos 50. & 60. floruerunt. Scripſit multa quæ maxima ex parte dicuntur poſt eius mortẽ prodijſſe, vel inuito illo edita eſſe: Dialogi eius extant multi, primus de ſcientia: 2. de tribus animæ generibus. 3. de Phyſica. 4. de Senſu & ſenſibili. 5. de arte & inertia. 6. de Rhetorica. 7. de moribus. 8. de Natali Seruatoris. 9. de vtilitatibus artium, Grammaticæ, Logicæ, & Rhetoricæ. Scripſit etiam Inuectiuam contra librum quendam Barbarum, dictum Modi ſignificandi. Ædidit quoq; farraginem vocabulorum quorundam & dictorum. Extant & in ſuis atq; ſimul Rodolphi Agricolæ Epiſtolæ, Hegij ad Agricolam & Weſſelum Gronigenſem datæ, & rurſum Agricolæ quædam ad ipſum: Idem Hegius quoq; valuit carmine. Scripſit pulchram elegiam de aurea mediocritate, Item Epigrammata aliquot ad Sanctos quoſdam, Ad ipſum Chriſtum. Item rurſum ſcripſit ad puerum Ieſum, Item in Saluatoris Chriſti natalem hymnum ſuauiſſimum. Monaſtica quoq; edidit de Natiuitate Chriſti. Emiſit quoque hymnũ metro Anapeſtico de Natali Domini, Item Monaſtica de paſſione Chriſti, & in glorioſam Chriſti reſurrectionem. Extat eius Carmen de vtilitate Græcæ linguæ. Scripſit Sapphycũ in habendi amorem, & ad Mariam virginem: Item Sapphycum ad colendas Muſas, & contrà otium, variaq; carmina diuerſi generis. Scripſit doctiſſimum Epigramma ad Hermannum Buſchium, atq; deinde ad Langiũ & Buſchiũ poetas Weſtphaliæ Equeſtris ordinis. Scripſit item Othoni de Lippis, & Rodolpho de Diepholt, vtriq; Traiectenſi Epiſcopo Epitaphium tribus elegijs: Illa omnia ferè ſunt Dauentriæ excuſa 1501. Cõfectus ſenio fiebat ſacerdos Dauentriæ: celebratur eius liberalitas in pauperes ſcholaſticos.

Alexandri Hepburnij prima rudimenta artis Grammatices, breuiter & dilucide explicata, Antuerpiæ apud Plantinum anno Domini 1568. in 8.

Alexãder Hermanoctiꝰ, vide in Hermanoctio.

Alexander Heſſus ſcripſit De ſacroſancta incarnatione lib. 4.

Alexander Hierapolis epiſcopus, & martyr, nouem capitibus conſcripſit, quid noui Chriſtus in mundum intulerit, quæ oratio reconditis ſententijs referta eſt. Suidas.

Alexandri Hieroſolymorum epiſcopi epiſtola ad Antiochenſes ſuper ordinatione Aſclepiadis confeſſoris, citatur à Hieronymo in mentione Clementis Alexandrini.

* Alexandri Hugen formulare Germanice. folio bibl. Imperat.

Alexander Imolenſis, ſiue de Imola, I. C. Ioannis De Imola (qui claruit circa annum 1420.) diſcipulus, ſcripſit ſuper ius ciuile, ſiue ff. & 1. inforcitati lecturam, Conſilia & Diſputationem quæ incipit, Sigiſmundus. Quæ omnia typis excuſa ſunt, Diſputatione excepta. Conſilia eius Venetijs impreſſa ſunt 1571. in folio.

Alexander de Lentria, ſcripſit De pluralitate beneficiorum eccleſiaſticorum. De pignoribus & hypothecis.

Alexander Loſæus Auilianus in tertium Codicis librum cõmentaria ſcripſit: & in parag. præterea inutilis. Inſtit. De inutili ſtipul. enarratiunculã perbreuem. Gryphius Lugduni 1537. excudit.

Alexandri Magni epiſtolæ fragmentũ habet apud Plutarchũ in eius vita. Eius Epiſtola ad Ariſtotelem præceptorẽ, in qua eum reprehendit, quod Acroamaticos libros euulgaſſet, refertur à Themiſtio in præfatione ſuper lib. Phyſicorum.

* Alexander Maſſarius ſcripſit de peſte libros duos. 4. Venetijs 1580.

Alexander Myndius, De animalibus, volucribus & iumẽtis ſcripſit, qui eius libri apud Athenæum citantur. Item apud Plutarchum in vita Marij, eius De vulturum natura hiſtoria.

Alexander Neckam Anglus, ſcripſit Diuinæ ſapientiæ laudes, lib. 1. In Cant. canticorũ lib. 6. In Eccleſiaſt. lib. 2. In Prouerb. Salomonis lib. 1. In Ezechielem, Corrogationes Promethei. De puritate Mariæ. De figuris & tropis. De fabulis poetarum. Carminum lib. 1. Scintillarium quoddam. In Metamorphoſin Ouidij. Lectiones ſcripturarũ. Claruiſſe fertur anno Chriſti 1210.

Alexander Nequam, citatur in ſumma Alberti Magni.

Alexander de Neuo, Vincentinus, I. C. De geſtis Romanorum ſcripſit. Item conſilium contra Iudæos fœnerantes, Venetijs Leonardus Wild de Ratiſpona impreſſit, ãno 1499. Conſiliorum volumen. * Abbatis Panormitani libros, ſupra omnes alias editiones locupletauit. fol. Lugd. 1578. Alexandri Neuij de Vincentia commentarius ſuper quatuor Decretalium manuſcriptus.

Alexander Numenius ſcripſit De figuris orationis, vnde ſua decerpſit Romanus Aquila quem habemus, teſtis eſt Iulius Ruffinianus in Præfatione libelli ſui De figuris.



Digitized by Google

Alexander *Paccius, patricius Florentinus, Ariſtotelis De Poetica lib. latinitate donauit. Impreſſos Baſileæ 1537. apud Robertum Winter. Scripſit etiam quaſdam tragœdias.*

Alexander *Philalethes citatur à Galeno libro 4. De differentijs pulſuum. Hic poſt Zeuxidem in Caria maximam medicorum ſcholam conſtruxit Strabonis ætate. Strabo 13. in fine.*

* Alexandri *philoſophi philoſophorum & Rhetorum apophtegmata, Anaxarchi, Apollonij, Ariſtidis, Ariſtippi, Archyti, Ariſtotelis, Biantis, Demoſthen. Democriti, etc. in 4. m. ſ. bib. Imp. Viennæ.*

Alexandri *medici Græci Practica, impreſſa eſt (vt puto) in Italia: cum expoſitione interlineari Iacobi de Partibus.*

Alexander *medicus* περὶ ἰώσεων *Gr. m. in Gallia.*

Alexandri *Sophiſtæ libellus* τὰς τῶν ἱερῶν βοτανῶν περιέχοντα χρήσεις *in bibliotheca Ioannis Sambuci.*

Alexander *Piccolomineus in Ariſtotelis Meteorologicorum lib. 4. Alexandri Aphrodiſæi commentaria tranſtulit, & tractatum de Iride adiecit: in quo plurima tum Ariſtotelis, tum etiam Alexandri & Olympiodori dicta dilucidantur. Hæc excudit Hieronym. Scotus Venetijs 1540. Idem ſuper mechanica Ariſtotelis librum condidit in Italia impreſſum. Præterea Italice conſcripſit librum, De inſtitutione vitæ hominis nobilis, & in ciuitate libera nati, ethice, œconomice, politice. Dialecticam, Rhetoricam, Phyſicam, Ethicen, De Sphæra, De cognoſcendis ſtellis fixis, De magnitudine terræ & aquæ. In Theoricas Planetarum commentarios, Paraphraſim in ſecundum librum Rhetoricorum Ariſtotelis ad Theodectem. Omnia hæc Venetijs impreſſa ſunt. Eiuſdem de Sphæra lib. quatuor, ex Italico in Latinum ſermonē conuerſi ſunt. Item compendium De cognoſcendis ſtellis fixis: & De magnitudine terræ & aquæ liber vnus, Nicolao Stupano interprete, Baſileæ Perna impreßit in 4. anno 1568. * Italica lingua ſcripſit comediam quam inſcripſit Alexandr. Excuſ. in 8. Eiuſdem libri tres Ariſtotelis De Rhetorica ad Theodect. Italicè 1571. Paraphraſis in 3. lib. Ariſtotelis De Rhetor. ad Theod. Italicè, Venetijs 1572. Idem tranſtulit in linguam Italicam Ariſtotelis librum De Poeſi Senis apud Lucam Bonettum 1571. Eius in mechanicas quæſtiones Ariſtotelis paraphraſis Venetijs apud Traianum Curtium 1565. Excuſa. Scripſit item de certitudine ſcientiarum mathematicarum librum. Venetijs apud Traianum Curtium anno Domini 1565.*

Alexandri *Picenardi Iureconſulti Cremonenſis, Interpretationes in nonnullos inſtitutionum titulos, ſcilicet de Teſtamentis, Rubrica. Principium, de exhæredatione liberorum, Rubrica. Principium de obligationibus, Rubrica, Quibus modis re contrahitur obligatio. Cremonæ anno Domini 1571. Quarto.*

Alexander *Pleuronius citatur à Pauſania.*

Alexander *Polilaus Corcyrenſis Varini diſcipulus, multa exſcripſit & collegit ad Varini Lexicon, vt ipſe de ſe teſtatur in dictione* ἀπολλώνιος.

Alexander *Polyhiſtor &* πολυμαθέστατος, *qui & Cornelius cognominatur, propterea quod captus Cornelio Lentulo fuit venditus, eiuſque pædagogus factus eſt, & poſtea manumiſſus. Fuit autem Romæ Syllæ temporibus, Laurenti perijt, ædibus in quibus erat flamma conſumptis, quo eius vxor audito, laqueo ſibi conſciuit necem. Suidas & plerique eum Mileſium fuiſſe volunt, Stephanus de vrbibus eum ex Cotyæo minoris Phrygiæ oppido ortum eſſe perhibet. Aſclepiadæ filius fuit & Cratetis Grammatici diſcipulus. Scripſit libros pene innumerabiles, è quibus hi citantur à Stephano, Ægyptiacorum liber decimus tertius. Lyciacorum 2. De Phrygia 3. De Caria. 2. De Paphlagonia. De Ponto Euxino. De Cilicia. De Lycorea. Europa, Lybicorum tertius.* ἐν τῷ παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς εἰρημένων. *De varijs rebus libri quadraginta duo, an autem inter hos aliqui ex modo nominatis connumerandi ſint mihi incertum eſt. A Plutarcho citantur libri de rebus Italicis in Parallelis minoribus: & liber in quem collegit Phrygios Muſicos, in libro de Muſica. Suidas inquit eum De Roma ſcripſiſſe libros quinque, in quibus dicat Moſo mulierem authorem fuiſſe legum Hebreæ gentis. Clemens meminit operis de Iudæis, & libri de ſymbolis Pythagoræ. Numeratur etiam inter Homeri interpretes, & Plinius eius ſcriptis ſe vſum fatetur in pluribus libris. Alexander* ἐν τίγωνι *citatur ab Athenæo.*

Alexandri *Pomelij Bononienſis, Methodus ſyllogiſtica, vna cum tractatu De ratione probandi conſequentias, ſiue redigendi eas in formam ſyllogiſticam. Venetijs 1572. quarto.*

Alexander *Pyrrhi Epirotæ filius, ſcripſit quemadmodum copiæ inſtrui deberent. Ælianus.*

* Alexandri *Rhetoris Epiſtolæ Græcæ, Venet. per Aldum, in 4. ſine anni notatione.*

Alexander *Rodophilus ſcripſit ſyluam in illuſtrißimi Sigiſmundi Gonzagæ obitum, impreſſam Bononiæ per Hieronymum de Benedictis, anno D. 1525.*

Alexandri *Sardi Ferrarienſis De moribus ac ritibus gentium libri 3. Impr. Venetijs apud Iordanum Zilletum, anno 1557. in 8. In præfatione promittit alios libros quorum titulos tamen non adſeribit. * Prodierunt autem eiuſdem de rerum inuentoribus libri duo, ij maxime quorum nulla mentio eſt apud Polydorum: 8. Moguntiæ anno Domini 1577. Item liber De nummis in quo antiquam pecuniam Romanam & Græcam metitur, pretio eius quæ nunc eſt in vſu. 4. Moguntij anno 1579.*

Alexander *de Saxoferrato, Italus, Auguſtinianorum generalis & Cardinalis, ſcripſit orationes elegantes lib. 1. Ambroſius Coriolanus.*

Alexander *Scitz ſcripſit De thermis Badenſibus in Heluetia, citatur à Conrado Geſnero in libris ſuis De thermis.*

* Alexandri *Sermonetæ commentarioli in conſequentias quaſdam Strodi. Venetijs 1488.*

* Alexandri *ſexti Pontificis S. Romanæ eccleſiæ fidei defenſionis clypeus in folio, Argentorati anno 1497.*

Alexander

Alexander *Seton, natione Scotus, Theologus inſignis, ſcripſit in vtramq; epiſtolam Petri. In canonicam Iacobi. In Actorum cap. 18. Proceſſum ſuæ examinationis. Sermones ad vtrumq; ſtatum. Vixit anno Domini* 1541.

Alexander *Sozinus Senenſis, Mariani iunioris filius* I.C. *ſcripſit aliquas repetitiones ſuper* 1. *&* 2. *ff. nou. Conſilia etiam nonnulla conſcripſit. Agens adhuc annum ætatis ſuæ* 31. *immatura morte ſublatus, omnibus qui ipſum nouerant ingens ſui deſiderium reliquit.*

* Alexandri *Spinelli Tragedia Cleopatra, Italice in* 8. *Venet.* 1550.

* Alexandri *Stiatici Bononienſis* I.V.D. *praxis iudicialis.* 4. *Venetijs.*

Alexandri *Suetheni medici, De myſterijs medicis Antimonij, libellus germanicus. Argentinæ anno Domini* 1570.

* Alexandri *Tartagni* I.C *celeberrimi conſiliorum libri ſeptem. fol. Francof.* 1575.

Alexander *Theologus, abbas Benedictinorum Cantuariæ ad fanum Auguſtini, multa contra Pontificiam poteſtatem & temporale dominium epiſcoporum diſputauit ac ſcripſit, De ceſſatione Papali lib.* 1. *De eccleſiæ poteſtate lib.* 1. *De poteſtate vicarij lib.* 1. *Victoriam à Portheo lib.* 1. *Super alijs articulis lib.* 1. *Claruit anno Domini* 1207. *Baleus.*

Alexander *Trianus Petronius Citacaſtellanus, philoſophus & medicus, ſcripſit Propoſita ſeu Aphoriſmos quoſdam in philoſophia, logica* 228. *naturali* 322. *metaphyſica* 186. *& in medicina* 149. *ad Paulum Cæſium Cardinalem. Libellus Venetijs impreſſus apud Bernardinum Venetum.* 1535.

Alexandri *Tralliani iatroſophiſtæ libri medicinales* 12. *Græce impreßi ſunt Pariſijs à Roberto Stephano, anno Domi.* 1548. *in fol. chartis* 76. *cum Khazæ libro Græco de peſtilentia, & Iacobi Goupyli in vtrumq; caſtigationibus. Ijdem Latine verſi, Baſileæ apud Heinricum Petrum, Albano Torino interprete. Eoſdem è Græco vertit multisq; in locis reſtituit & emendauit, Ioan. Guinterius Andernacus, excudit Remigius Guido Argentinæ, anno D.* 1549. *Alexandri Tralliani de rebus Turcarum libri quinq;.*

* Alexandri *Troneri deſcriptio Salisfodinæ Tyroli Germanica M.S. bibl. Imperatoris.*

Alexandri *medici De cognitione pulſuum in febricitantibus, liber Græcus manuſcriptus in bibl. Regis Gallorum.*

Alexander *cognomine de Villa Dei, Dolenſis, ordinis fratrum minorum, ſcripſit volumen metro leonino de grammatica, cui titulus eſt Doctrinale puerorũ lib.* 3. *De Computo eccleſiaſtico lib.* 1. *De ſphæra lib.* 1. *De arte numerandi lib.* 1. *Vixit anno D.* 1240. *Eius quantitates emendauit Hubertus Suſannæus verſificator Gallus, multis expunctis & quæ omiſſa erant ab autore additis. Venditur is libellus octodecim denariolis Gallicis.*

Alexander *Vttendolus ſeptem Pſalmos pœnitentiales, & eiuſdem argumenti orationes* 5. *ex ſcriptis Prophetarum, ad dodecachordi modos duodecim compoſuit, liber impreſſus Norinbergæ in officina Theodorici Gerlazeni in* 4. *Compoſuit etiam alias ſacras cantiones quinque vocum ibidem impreſſas, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo.*

* Alexandri *Vttenſal Archiduc. Ferdinand. Muſici Canciones, ſeu, vt vocant, Motetæ.* 1571. *Norinbergæ, quinque vocum, Ibid.* 1573. 1577. *Eiuſdẽ Miſſæ & alia, &c.*

Alexander *Wendock, vel Venedotius, epiſcopus Ceſtrienſis, ſcripſit Poſtillas in Pſalterium lib.* 1. *Sermones & lecturas lib.* 2. *Vixit anno Domini* 1238. *Baleus.*

Alexander *Zerbinatus Ferrarienſis, ſcripſit Italice De libero arbitrio, De præſcientia Dei, & Epiſtolam de moribus paræneticam, ad filium comitis Bonifacij Beuilaquæ.*

Alexandridæ *poetæ fabulas citat Athenæus, Melilotum, Hoplomachum, Pharmacomantin ſeu per pharmaca vaticinantem.*

Alexarchus *ſcripſit, De rebus in Italia geſtis libros aliquot, ex quorum tertio Plutarchus cap.* 14 *Minorum parallelorum refert Tullij Hoſtilij & Metij Suffetij hiſtorias.*

Alexinus *Elienſis Ebulidis diſcipulus, dialecticus, ſcripſit ad Zenonem, ad Ephorum hiſtoricum, & alios complures libros. Laertio autore.*

Alexis *Samius, ſcripſit Samiorum* ὅρους, *bis citatur ab Athenæo.*

Alexis *Thurius (Thurij Sybaris olim dicti) Comicus, Menandri comici F. edidit comœdias* 245. *Filium habuit Stephanum qui & ipſe Comicus fuit. Suidas. Allegatur aliquoties apud Stobæũ: & in Florilegio Planudis lib.* 6. *ſect.* 5. *eius carmina decem leguntur. Porrò ex fabulis eius hæ ab Athen. citantur. Certamen ſeu Hippiſcos. Fratres. Æſopus. Antcia. Apeglaucomenos. Deſultor. Amputatus apocoptomenos. Archilochus. Aſclepiocleides. Aſotodidaſcalos, hoc eſt, Helluonum & luxurioſorum nepotum magiſter. Atthis. Brutia. Galatea. Graphe, hoc eſt, ſcriptura aut pictura. Gynecoſtrateia, mulierũ exercitus. Dactylios epulator. Demetrius ſeu Philetærus. Gemini. Dorcis ſeu Poppizuſa applaudens adulans. Bis lugens. Dropis fortè Mendicus. Eiſoikizomenos, Inuaſor exactor, fortè* εἰσοικιζόμενος. *Helena. Græca. Epidauros. Epiclerus. Epitropus, tutor. Septem apud Thebas. Eretricus. Eritho. Ad puteum. Hepacus. Heſione, Theophoretus, hoc eſt numine afflatus. Theſproti. Thebani. Thraſon. Eques, Equus. Iſoſtaſion Æquilibris. Deceptus. Cleobulina. Cnidia. Parietes calce illinens. Nouacula. Cracias aut pharmacopola. Gubernator. Aleator. Cygnus. Peluis. Lampas. Lebes. Leucadia ſeu ſerus fugitiui. Populus alba. Linus. Locri. Lyciſcus. Sopita. Vates. Mida Mileſij. Mileſia. Milcon. Minos. Proci. Vlyſſes ſubtexens. Habitatus. Olynthius. Homyttia. Opora ſeu autumnus. Oreſtes. Saltatrix. Pamphila. Pancratiaſtes. Excubiæ ſiue Lanaria. Paraſitus. Vinolentus. Poetæ. Poeta. Polycleia. Agricola. Ponticus. Potochorus. Pythagoram imitans. Pylæa. Py-*

Alexander *Paccius, patricius Florentinus, Ariſtotelis De Poetica lib. latinitate donauit. Impreſſos Baſileæ 1537. apud Robertum Winter. Scripſit etiam quaſdam tragœdias.*

Alexander *Philalethes citatur à Galeno libro 4. De differentijs pulſuum. Hic poſt Zeuxidem in Caria maximam medicorum ſcholam conſtruxit Strabonis ætate. Strabo 13. in fine.*

* Alexandri *philoſophi philoſophorum & Rhetorum apophtegmata, Anaxarchi, Apollonij, Ariſtidis, Ariſtippi, Archyti, Ariſtotelis, Biantis, Demoſthen. Democriti, etc. in 4. m. ſ. bib. Imp. Vieñæ.*

Alexandri *medici Græci Practica, impreſſa eſt (vt puto) in Italia: cum expoſitione interlineari Iacobi de Partibus.*

Alexander *medicus* [illegible] *Gr. m. in Gallia.*

Alexandri *Sophiſtæ libellus* [illegible] *in bibliotheca Ioannis Sambuci.*

Alexander *Piccolomineus in Ariſtotelis Meteorologicorum lib. 4. Alexandri Aphrodiſæi commentaria tranſtulit, & tractatum de Iride adiecit: in quo plurima tum Ariſtotelis, tum etiam Alexandri & Olympiodori dicta dilucidantur. Hæc* excudit Hieronym. Scotus *Venetijs* 1540. *Idem ſuper mechanica Ariſtotelis librum condidit in Italia impreſſum. Præterea Italice conſcripſit librum, De inſtitutione vitæ hominis nobilis, & in ciuitate libera nati, ethice, œconomice, politice. Dialecticam, Rhetoricam, Phyſicam, Ethicen. De Sphæra, De cognoſcendis ſtellis fixis, De magnitudine terræ & aquæ. In Theoricas Planetarum commentarios, Paraphraſim in ſecundum librum Rhetoricorum Ariſtotelis ad Theodectem. Omnia hæc Venetijs impreſſa ſunt. Eiuſdem de Sphæra lib. quatuor, ex Italico in Latinum ſermonē conuerſi ſunt. Item compendium De cognoſcendis ſtellis fixis: & De magnitudine terræ & aquæ liber vnus, Nicolao Stupano interprete, Baſileæ Perna impreſſit in 4. anno 1568. * Italica lingua ſcripſit comediam quam inſcripſit Alexandr. Excuſ. in 8. Eiuſdem libri tres Ariſtotelis De Rhetorica ad Theodect. Italicè 1571. Paraphraſis in 3. lib. Ariſtotelis De Rhetor. ad Theod. Italicè, Venetijs 1572. Idem tranſtulit in linguam Italicam Ariſtotelis librum De Poeſi Senis apud Lucam Bonettum 1571. Eius in mechanicas quæſtiones Ariſtotelis paraphraſis Venetijs apud Traianum Curtium 1565. Excuſa. Scripſit item de certitudine ſcientiarum mathematicarum libum. Venetijs apud Traianum Curtium anno Domini 1565.*

Alexandri *Picenardi Iureconſulti Cremonenſis, Interpretationes in nonnullos inſtitutionum titulos, ſcilicet de Teſtamentis, Rubrica. Principium, de exhæredatione liberorum, Rubrica. Principium de obligationibus, Rubrica, Quibus modis re contrahitur obligatio. Cremonæ anno Domini 1571. Quarto.*

Alexander *Pleuronius citatur à Panſania.*

Alexander Polilaus *Corcyrenſis Varini diſcipulus, multa exſcripſit & collegit ad Varini Lexicon, vt ipſe de ſe teſtatur in dictione* [illegible].

Alexander *Polyhiſtor &* [illegible], *qui & Cornelius cognominatur, propterea quod captus Cornelio Lentulo fuit venditus, eiuſque pædagogus factus eſt, & poſtea manumiſſus. Fuit autem Romæ Syllæ temporibus, Laurenti perijt, ædibus in quibus erat flamma conſumptis, quo eius vxor audito, laqueo ſibi conſciuit necem. Suidas & plerique eum Mileſium fuiſſe volunt, Stephanus de vrbibus eum ex Cotyæo minoris Phrygiæ oppido ortum eſſe perhibet. Aſclepiadæ filius fuit & Cratetis Grammatici diſcipulus. Scripſit libros pene innumerabiles, è quibus hi citantur à Stephano, Ægyptiacorum liber decimus tertius. Lyciacorum 2. De Phrygia 3. De Caria. 2. De Paphlagonia. De Ponto Euxino. De Cilicia. De Lycorea. Europa, Lybicorum tertius.* [illegible]. *De varijs rebus libri quadraginta duo, an autem inter hos aliqui ex modo nominatis connumerandi ſint mihi incertum eſt. A Plutarcho citantur libri de rebus Italicis in Parallelis minoribus: & liber in quem collegit Phrygios Muſicos, in libro de Muſica. Suidas inquit eum De Roma ſcripſiſſe libros quinque, in quibus dicat Moſo mulierem authorem fuiſſe legum Hebreæ gentis. Clemens meminit operis de Iudæis, & libri de ſymbolis Pythagoræ. Numeratur etiam inter Homeri interpretes, & Plinius eius ſcriptis ſe vſum fatetur in pluribus libris. Alexander* [illegible] *citatur ab Athenæo.*

Alexandri *Pomelij Bononienſis, Methodus ſyllogiſtica, vna cum tractatu De ratione probandi conſequentias, ſiue redigendi eas in formam ſyllogiſticam. Venetijs 1572. quarto.*

Alexander *Pyrrhi Epirotæ filius, ſcripſit quemadmodum copiæ inſtrui deberent. Ælianus.*

* Alexandri *Rhetoris Epiſtolæ Græcæ, Venet. per Aldum, in 4. ſine anni notatione.*

Alexander *Rodophilus ſcripſit ſyluam in illuſtriſsimi Sigiſmundi Gonzagæ obitum, impreſſam Bononiæ per Hieronymum de Benedictis, anno D. 1525.*

Alexandri *Sardi Ferrarienſis De moribus ac ritibus gentium libri 3. Impr. Venetijs apud Iordanum Zilletum, anno 1557. in 8. In præfatione promittit alios libros quorum titulos tamen non adſeribit. * Prodierunt autem eiuſdem de rerum inuentoribus libri duo, ij maxime quorum nulla mentio eſt apud Polydorum: 8. Moguntiæ anno Domini 1577. Item liber De nummis in quo antiquam pecuniam Romanam & Græcam metitur, pretia eius quæ nunc eſt in vſu. 4. Moguntij anno 1579.*

Alexander *de Saxoferrato, Italus, Auguſtinianorum generalis & Cardinalis, ſcripſit orationes elegantes lib. 1. Ambroſius Coriolanus.*

Alexander *Seitz ſcripſit De thermis Badenſibus in Heluetia, citatur à Conrado Geſnero in libris ſuis De thermis.*

* Alexandri *Sermonetæ commentariolũ in conſequentias quaſdam Strodi. Venetijs 1488.*

* Alexandri *ſexti Pontificis S. Romanæ eccleſiæ fidei defenſionis clypeus in folio, Argentorati anno 1497.*

Alexander

Digitized by Google

Alexander *Seton, natione Scotus, Theologus inſignis, ſcripſit in vtramq; epiſtolam Petri. In canonicam Iacobi. In Actorum cap. 18. Proceſſum ſuæ examinationis. Sermones ad vtrumq; ſtatum. Vixit anno Domini* 1541.

Alexander *Sozinus Senenſis, Mariani iunioris filius* I.C. *ſcripſit aliquas repetitiones ſuper 1. & 2. ff. nou. Conſilia etiam nonnulla conſcripſit. Agens adhuc annum ætatis ſuæ 31. immatura morte ſublatus, omnibus qui ipſum nouerant ingens ſui deſiderium reliquit.*

* Alexandri *Spinelli Tragedia Cleopatra, Italice in 8. Venet. 1550.*

* Alexandri *Stiatici Bononienſis* I.V.D. *praxis iudicialis. 4. Venetijs.*

Alexandri *Suetheni medici, De myſterijs medicis Antimonij, libellus germanicus. Argentinæ anno Domini* 1570.

* Alexandri *Tartagni* I.C *celeberrimi conſiliorum libri ſeptem. fol. Francof. 1575.*

Alexander *Theologus, abbas Benedictinorum Cantuariæ ad fanum Auguſtini, multa contra Pontificiam poteſtatem & temporale dominium epiſcoporum diſputauit ac ſcripſit, De ceſſatione Papali lib. 1. De eccleſiæ poteſtate lib. 1. De poteſtate vicarij lib. 1. Victoriam à Portheo lib. 1. Super alijs articulis lib. 1. Claruit anno Domini 1207. Baleus.*

Alexander *Trianus Petronius Citacaſtellanus, philoſophus & medicus, ſcripſit Propoſita ſeu Aphoriſmos quoſdam in philoſophia, logica 228. naturali 322. metaphyſica 186. & in medicina 149. ad Paulum Cæſium Cardinalem. Libellus Venetijs impreſſus apud Bernardinum Venetum. 1535.*

Alexandri *Tralliani iatroſophiſtæ libri medicinales 12. Græce impreſſi ſunt Pariſijs à Roberto Stephano, anno Domi. 1548. in fol. chartis 76. cum Rhazæ libro Græco de peſtilentia, & Iacobi Goupyli in vtrumq; caſtigationibus. Ijdem Latine verſi, Baſileæ apud Heinricum Petrum, Albano Torino interprete. Eoſdem è Græco vertit multiſq; in locis reſtituit & emendauit, Ioan. Guinterius Andernacus, excudit Remigius Guido Argentinæ, anno D. 1549. Alexandri Tralliani de rebus Turcarum libri quinq;.*

* Alexandri *Troneri deſcriptio Salisfodinæ Tyroli Germanica M.S. bibl. Imperatoris.*

Alexandri *medici De cognitione pulſuum in febricitantibus, liber Græcus manuſcriptus in bibl. Regis Gallorum.*

Alexander *cognomine de Villa Dei, Dolenſis, ordinis fratrum minorum, ſcripſit volumen metro leonino de grammatica, cui titulus eſt Doctrinale puerorũ lib. 3. De Computo eccleſiaſtico lib. 1. De ſphæra lib. 1. De arte numerandi lib. 1. Vixit anno D. 1240. Eius quantitates emendauit Hubertus Suſannæus verſificator Gallus, multis expunctis & quæ omiſſa erant ab autore additis. Venditur is libellus octodecim denariolis Gallicis.*

Alexander *Vttendolus ſeptem Pſalmos pœnitentiales, & eiuſdem argumenti orationes 5. ex ſcriptis Prophetarum, ad dodecachorchi modos duodecim compoſuit, liber impreſſus Norinbergæ in officina Theodorici Gerlazeni in 4. Compoſuit etiam alias ſacras cantiones quinque vocum ibidem impreſſas, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo.*

* Alexandri *Vttenſal Archiduc. Ferdinand. Muſici Canciones, ſeu, vt vocant, Motetæ. 1571. Norinbergæ, quinque vocum, Ibid. 1573. 1577. Euſdē Miſſæ & alia, &c.*

Alexander *Wendock, vel Venedotius, epiſcopus Ceſtrienſis, ſcripſit Poſtillas in Pſalterium lib. 1. Sermones & lecturas lib. 2. Vixit anno Domini 1238. Baleus.*

Alexander *Zerbinatus Ferrarienſis, ſcripſit Italice De libero arbitrio, De præſcientia Dei, & Epiſtolam de moribus paræneticam, ad filium comitis Bonifacij Beuilaquæ.*

Alexandridæ *poetæ fabulas citat Athenæus, Melilotum, Hoplomachum, Pharmacomantin ſeu per pharmaca vaticinantem.*

Alexarchus *ſcripſit, De rebus in Italia geſtis libros aliquot, ex quorum tertio Plutarchus cap. 14. Minorum parallelorum refert Tullij Hoſtilij & Metij Suffetij hiſtorias.*

Alexinus *Elienſis Ebulidis diſcipulus, dialecticus, ſcripſit ad Zenonem, ad Ephorum hiſtoricum, & alios complures libros. Laertio autore.*

Alexis *Samius, ſcripſit Samiorum* ὥρους, *bis citatur ab Athenæo.*

Alexis *Thurius (Thurij Sybaris olim dicti) Comicus, Menandri comici F. edidit comœdias 245. Filium habuit Stephanum qui & ipſe Comicus fuit. Suidas. Allegatur aliquoties apud Stobæũ: & in Florilegio Planudis lib. 6. ſect. 5. eius carmina decem leguntur. Porrò ex fabulis eius hæ ab Athen. citantur. Certamen ſeu Hippiſcos. Fratres. Æſopus. Antcia. Apeglaucomenos. Deſultor. Amputatus apocoptomenos. Archilochus. Aſclepiocleides. Aſotodidaſcalos, hoc eſt, Helluonum & luxurioſorum nepotum magiſter. Atthis. Brutia. Galatea. Graphe, hoc eſt, ſcriptura aut pictura. Gynecoſtrateia, mulierũ exercitus. Dactylios epulator. Demetrius ſeu Philetærus. Gemini. Dorcis ſeu Poppizuſa applaudens adulans. Bis lugens. Dropis fortè Mendicus. Eiſoikizomenos, Inuaſor exactor, forte* εἰσοικιζόμενος. *Helena. Græca. Epidauros. Epiclerus. Epitropus, tutor. Septem apud Thebas. Eretricus. Eritho. Ad puteum. Hepactus. Heſione, Theophoretus, hoc eſt numine afflatus. Theſproti. Thebani. Thraſon. Eques, Equus. Iſoſtaſion Æquilibris. Deceptus. Cleobulina. Cnidia. Parietes calce illinens. Nouacula. Cracias aut pharmacopola. Gubernator. Aleator. Cygnus. Peluis. Lampas. Lebes. Leucadia ſeu ſerui fugitiui. Populus alba. Linus. Locri. Lyciſcus. Sopita. Vates. Mida Mileſij. Mileſia. Milcon. Minos. Proci. Vlyſſes ſubtexens. Habitatus. Olynthius. Homyttia. Opora ſeu autumnus. Oreſtes. Saltatrix. Pamphila. Pancratiaſtes. Excubiæ ſiue Lanaria. Paraſitus. Vinolentus. Poetæ. Poeta. Polycleia. Agricola. Ponticus. Potochorus. Pythagoram imitans. Pylæa. Py-*



Digitized by Google

Alexander *Paccius, patricius Florentinus, Ariſtotelis De Poetica lib. latinitate donauit. Impreſſos Baſileæ 1537. apud Robertum Winter. Scripſit etiam quaſdam tragœdias.*

Alexander *Philalethes citatur à Galeno libro 4. De differentijs pulſuum. Hic poſt Zeuxidem in Caria maximam medicorum ſcholam conſtruxit Strabonis ætate. Strabo 13. in fine.*

* Alexandri *philoſophi philoſophorum & Rhetorum apophtegmata, Anaxarchi, Apollonij, Ariſtidis, Ariſtippi, Archyti, Ariſtotelis, Biantis, Demoſthen. Democriti, etc. in 4. m. ſ. bib. Imp. Viennæ.*

Alexandri *medici Græci Practica, impreſſa eſt (vt puto) in Italia: cum expoſitione interlineari Iacobi de Partibus.*

Alexander *medicus* περὶ οὔρων *Gr. m. in Gallia.*

Alexandri *Sophiſtæ libellus* τὰς τῶν ἱερῶν βοτανῶν περιέχουσα χρήσεις *in bibliotheca Ioannis Sambuci.*

Alexander *Piccolomineus in Ariſtotelis Meteorologicorum lib. 4. Alexandri Aphrodiſæi commentaria tranſtulit, & tractatum de Iride adiecit: in quo plurima tum Ariſtotelis, tum etiam Alexandri & Olympiodori dicta dilucidantur. Hæc excudit Hieronym. Scotus Venetijs 1540. Idem ſuper mechanica Ariſtotelis librum condidit in Italia impreſſum. Præterea Italice conſcripſit librum, De inſtitutione vitæ hominis nobilis, & in ciuitate libera nati, ethice, œconomice, politice. Dialecticam, Rhetoricam, Phyſicam, Ethicen, De Sphæra, De cognoſcendis ſtellis fixis, De magnitudine terræ & aquæ. In Theoricas Planetarum commentarios, Paraphraſim in ſecundum librum Rhetoricorum Ariſtotelis ad Theodectem. Omnia hæc Venetijs impreſſa ſunt. Eiuſdem de Sphæra lib. quatuor, ex Italico in Latinum ſermonē conuerſi ſunt. Item compendium De cognoſcendis ſtellis fixis: & De magnitudine terræ & aquæ liber vnus, Nicolao Stupano interprete, Baſileæ Perna impreßit in 4. anno 1568. * Italica lingua ſcripſit comediam quam inſcripſit Alexandr. Excuſ. in 8. Eiuſdem libri tres Ariſtotelis De Rhetorica ad Theodect. Italicè 1571. Paraphraſis in 3. lib. Ariſtotelis De Rhetor. ad Theod. Italicè, Venetijs 1572. Idem tranſtulit in linguam Italicam Ariſtotelis librum De Poeſi Senis apud Lucam Bonettum 1571. Eius in mechanicas quæſtiones Ariſtotelis paraphraſis Venetijs apud Traianum Curtium 1565. Excuſa. Scripſit item de certitudine ſcientiarum mathematicarum librum. Venetijs apud Traianum Curtium anno Domini 1565.*

Alexandri *Piccnardi Iureconſulti Cremonenſis, Interpretationes in nonnullos inſtitutionum titulos, ſcilicet de Teſtamentis, Rubrica. Principium, de exhæredatione liberorum, Rubrica. Principium de obligationibus, Rubrica, Quibus modis re contrahitur obligatio. Cremonæ anno Domini* 1571. *Quarto.*

Alexander *Pleuronius citatur à Pauſania.*

Alexander *Polilaus Corcyrenſis Varini diſcipulus, multa exſcripſit & collegit ad Varini Lexicon, vt ipſe de ſe teſtatur in dictione* [illegible].

Alexander *Polyhiſtor &* [illegible], *qui & Cornelius cognominatur, propterea quod captus Cornelio Lentulo fuit venditus, eiuſque pædagogus factus eſt, & poſtea manumiſſus. Fuit autem Romæ Syllæ temporibus, Laurenti perijt, ædibus in quibus erat flamma conſumptis, quo eius vxor audito, laqueo ſibi conſciuit necem. Suidas & plerique eum Mileſium fuiſſe volunt, Stephanus de vrbibus eum ex Cotyæo minoris Phrygiæ oppido ortum eſſe perhibet. Aſclepiadæ filius fuit & Cratetis Grammatici diſcipulus. Scripſit libros pene innumerabiles, è quibus hi citantur à Stephano, Ægyptiacorum liber decimus tertius. Lyciacorum 2. De Phrygia 3. De Caria. 2. De Paphlagonia. De Ponto Euxino. De Cilicia. De Lycorea. Europa, Lybicorum tertius.* ἐν τῷ παρ᾽ Ἀλκμᾶνι τοπικῶς εἰρημένων. *De varijs rebus libri quadraginta duo, an autem inter hos aliqui ex modo nominatis connumerandi ſint mihi incertum eſt. A Plutarcho citantur libri de rebus Italicis in Parallelis minoribus: & liber in quem collegit Phrygios Muſicos, in libro de Muſica. Suidas inquit eum De Roma ſcripſiſſe libros quinque, in quibus dicat Moſo mulierem authorem fuiſſe legum Hebreæ gentis. Clemens meminit operis de Iudæis, & libri de ſymbolis Pythagoræ. Numeratur etiam inter Homeri interpretes, & Plinius eius ſcriptis ſe vſum fatetur in pluribus libris.*

*Alexander* ἐν τίγωνι *citatur ab Athenæo.*

Alexandri *Pomelij Bononienſis, Methodus ſyllogiſtica, vna cum tractatu De ratione probandi conſequentias, ſiue redigendi eas in formam ſyllogiſticam. Venetijs 1572. quarto.*

Alexander *Pyrrhi Epirotæ filius, ſcripſit quemadmodum copiæ inſtrui deberent. Ælianus.*

* Alexandri *Rhetoris Epiſtolæ Græcæ, Venet. per Aldum, in 4. ſine anni notatione.*

Alexander *Rodophilus ſcripſit ſyluam in illuſtriſsimi Sigiſmundi Gonzagæ obitum, impreſſam Bononiæ per Hieronymum de Benedictis, anno D.* 1525.

Alexandri *Sardi Ferrarienſis De moribus ac ritibus gentium libri 3. Impr. Venetijs apud Iordanum Zilletum, anno 1557. in 8. In præfatione promittit alios libros quorum titulos tamen non adſeribit. * Prodierunt autem eiuſdem de rerum inuentoribus libri duo, ij maxime quorum nulla mentio eſt apud Polydorum: 8. Moguntiæ anno Domini 1577. Item liber De nummis in quo antiquam pecuniam Romanam & Græcam metitur, prætio eius quæ nunc eſt in vſu. 4. Moguntij anno 1579.*

Alexander *de Saxo ferrato, Italus, Auguſtinianorum generalis & Cardinalis, ſcripſit orationes elegantes lib. 1. Ambroſius Coriolanus.*

Alexander *Seitz ſcripſit De thermis Badenſibus in Heluetia, citatur à Conrado Geſnero in libris ſuis De thermis.*

* Alexandri *Sermonetæ commentariolū in conſequentias quaſdam Strodi. Venetijs 1488.*

* Alexandri *ſexti Pontificis S. Romanæ eccleſiæ fidei defenſionis clypeus in folio, Argentorati anno* 1497.



Digitized by Google

Alexander *Seton, natione Scotus, Theologus inſignis, ſcripſit in vtramq; epiſtolam Petri. In canonicam Iacobi. In Actorum cap.* 18. *Proceſſum ſuæ examinationis. Sermones ad vtrumq; ſtatum. Vixit anno Domini* 1541.

Alexander *Sozinus Senenſis, Mariani iunioris filius* I.C. *ſcripſit aliquas repetitiones ſuper* 1. *&* 2. *ff. nou. Conſilia etiam nonnulla conſcripſit. Agens adhuc annum ætatis ſuæ* 31. *immatura morte ſublatus, omnibus qui ipſum nouerant ingens ſui deſiderium reliquit.*

* Alexandri *Spinelli Tragedia Cleopatra, Italice in* 8. *Venet.* 1550.

* Alexandri *Stiatici Bononienſis* I.V.D. *praxis iudicialis.* 4. *Venetijs.*

Alexandri *Suctheni medici, De myſterijs medicis Antimonij, libellus germanicus. Argentinæ anno Domini* 1570.

* Alexandri *Tartagni* I.C *celeberrimi conſiliorum libri ſeptem. fol. Francof.* 1575.

Alexander *Theologus, abbas Benedictinorum Cantuariæ ad fanum Auguſtini, multa contra Pontificiam poteſtatem & temporale dominium epiſcoporum diſputauit ac ſcripſit, De ceſſatione Papali lib.* 1. *De eccleſiæ poteſtate lib.* 1. *De poteſtate vicarij lib.* 1. *Victoriam à Portheo lib.* 1. *Super alijs articulis lib.* 1. *Claruit anno Domini* 1207. *Baleus.*

Alexander *Trianus Petronius Citacaſtellanus, philoſophus & medicus, ſcripſit Propoſita ſeu Aphoriſmos quoſdam in philoſophia, logica* 228. *naturali* 322. *metaphyſica* 186. *& in medicina* 149. *ad Paulum Ceſium Cardinalem. Libellus Venetijs impreſſus apud Bernardinum Venetum.* 1535.

Alexandri *Tralliani iatroſophiſtæ libri medicinales* 12. *Græce impreſſi ſunt Pariſijs à Roberto Stephano, anno Domi.* 1548. *in fol. chartis* 76. *cum Rhazæ libro Græco de peſtilentia, & Iacobi Goupyli in vtrumq; caſtigationibus. Iidem Latine verſi, Baſileæ apud Heinricum Petrum, Albano Torino interprete. Eoſdem è Græco vertit multiſq; in locis reſtituit & emendauit, Ioan. Guinterius Andernacus; excudit Remigius Guido Argentinæ, anno D.* 1549. *Alexandri Tralliani de rebus Turcarum libri quinq;.*

* Alexandri *Troneri deſcriptio Salisfodinæ Tyroli Germanica M.S. bibl. Imperatoris.*

Alexandri *medici De cognitione pulſuum in febricitantibus, liber Græcus manuſcriptus in bibl. Regis Gallorum.*

Alexander *cognomine de Villa Dei, Dolenſis, ordinis fratrum minorum, ſcripſit volumen metro leonino de grammatica, cui titulus eſt Doctrinale puerorũ lib.* 3. *De Computo eccleſiaſtico lib.* 1. *De ſphæra lib.* 1. *De arte numerandi lib.* 1. *Vixit anno D.* 1240. *Eius quantitates emendauit Hubertus Suſannæus verſificator Gallus, multis expunctis & quæ omiſſa erant ab autore additis. Venditur is libellus octodecim denariolis Gallicis.*

Alexander *Vttendolus ſeptem Pſalmos pœnitentiales, & eiuſdem argumenti orationes* 5. *ex ſcriptis Prophetarum, ad dodecachorchi modos duodecim compoſuit, liber impreſſus Norinbergæ in officina Theodorici Gerlazeni in* 4. *Compoſuit etiam alias ſacras cantiones quinque vocum ibidem impreſſas, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo.*

* Alexandri *Vttenſal Archiduc. Ferdinand. Muſici Cantiones, ſeu, vt vocant, Motetæ.* 1571. *Norinbergæ, quinque vocum, Ibid.* 1573. 1577. *Eiuſdẽ Miſſæ & alia, &c.*

Alexander *Wendock, vel Venedotius, epiſcopus Ceſtrienſis, ſcripſit Poſtillas in Pſalterium lib.* 1. *Sermones & lecturas lib.* 2. *Vixit anno Domini* 1238. *Baleus.*

Alexander *Zerbinatus Ferrarienſis, ſcripſit Italice De libero arbitrio, De præſcientia Dei, & Epiſtolam de moribus parænecticam, ad filium comitis Bonifacij Beuilaquæ.*

Alexandridæ *poetæ fabulas citat Athenæus, Melilotum, Hoplomachum, Pharmacomantin ſeu per pharmaca vaticinantem.*

Alexarchus *ſcripſit, De rebus in Italia geſtis libros aliquot, ex quorum tertio Plutarchus cap.* 14. *Minorum parallelorum refert Tullij Hoſtilij & Metij Suffetij hiſtorias.*

Alexinus *Elienſis Ebulidis diſcipulus, dialecticus, ſcripſit ad Zenonem, ad Ephorum hiſtoricum, & alios complures libros. Laertio autore.*

Alexis *Samius, ſcripſit Samiorum* ὥρους, *bis citatur ab Athenæo.*

Alexis *Thurius (Thurij Sybaris olim dicti) Comicus, Menandri comici F. edidit comœdias* 245. *Filium habuit Stephanum qui & ipſe Comicus fuit. Suidas. Allegatur aliquoties apud Stobæũ: & in Florilegio Planudis lib.* 6. *ſect.* 5. *eius carmina decem leguntur. Porrò ex fabulis eius hæ ab Athen. citantur. Certamen ſeu Hippiſcos. Fratres. Æſopus. Antcia. Apeglaucomenos. Deſultor. Amputatus apocoptomenos. Archilochus. Aſclepiocleides. Aſotodidaſcalos, hoc eſt, Helluonum & luxurioſorum nepotum magiſter. Atthis. Brutia. Galatea. Graphe, hoc eſt, ſcriptura aut pictura. Gynecoſtrateia, mulierũ exercitus. Dactylios epulator. Demetrius ſeu Philetærus. Gemini. Dorcis ſeu Poppizuſa applaudens adulans. Bis lugens. Dropis forte Mendicus. Eiſoikizomenos, Inuaſor exactor, forte* ἐνοικιζομένῳ. *Helena. Græca. Epidauros. Epiclerus. Epitropus, tutor. Septem apud Thebas. Eretricus. Eritho. Ad puteum. Hepacus. Heſione, Theophoretus, hoc eſt numine afflatus. Theſproti. Thebani. Thraſon. Eques, Equus. Iſoſtaſion Æquilibris. Deceptus. Cleobulina. Cnidia. Parietes calce illinens. Nouacula. Cracias aut pharmacopola. Gubernator. Aleator. Cygnus. Peluis. Lampas. Lebes. Leucadia ſeu ſerui fugitiui. Populus alba. Linus. Locri. Lyciſcus. Sopita. Vates. Mida. Mileſij. Mileſia. Milcon. Minos. Proci. Vlyſſes ſubtexens. Habitatus. Olynthius. Homyttia. Opora ſeu autumnus. Oreſtes. Saltatrix. Pamphila. Pancratiaſtes. Excubiæ ſiue Lanaria. Paraſitus. Vinolentus. Poetæ. Poeta. Polycleia. Agricola. Ponticus. Potochorus. Pythagoram imitans. Pylæa. Py-*

Albertus *Regienſis Hetruſco epigrammate nomen apud Italos adeptus eſt.*

* Alberti *Ripæ Theſaurus Muſicus continent ſelectiſſ. carmina ad vſum teſtudinis accommodata 4. Louanij 1574.*

Alberti *Sarmatæ epithalamion in nuptijs Philippi comitis Naſſaenſis, & Annæ comitis Manſfeldenſis. anno D. 1537. Witenbergæ chartis 2. editum eſt.*

Albertus *Sigebergenſis monachus, gloſarius veteris & noui teſtamenti.*

* Albertus *Subouius Oſnaburgenſis Decanus, Scripſit commentarium anno 1445. in hymnum, Lauda Syon Saluatorem: Deinde quoq; commentarium in hymnum, Aue Maris ſtella, &c. vbi fatetur quidē Mariam rectè inuocari, ſed à ſolo tamē Chriſto ſalutem expectandam: vidit eius commentariū vtrunq; in tribus diuerſis bibliothecis, Herm. Hamelmannus.*

Albertus *de Trotis Ferrarienſis, De vero & perfecto clerico. Lugduni 1535.*

Albeten *Arabs Ptolomæi almageſtum commodiſſimè reſtringit, vt Rodolphus Brugenſis teſtatur, in præfatione latinæ verſionis ſuæ in planiſphærium Ptolomæi.*

Albicus *Boemiæ regis phyſicus, poſt archiepiſcopus Pragenſis, ſcripſit practicam medendi & regimen peſtilentiæ: Item Regimen ſanitatis, Lypſiæ impreſſum 1484. per Marcum Brand.*

Albini *Iſagogicus dogmatum Platonis, extat Romæ in vaticana bibl. De ordine librorum Platonis, Græce extat Venetijs ad S. Antonium. Videndum an forte ſit Alcinoi.*

Albinus, *vide Flaccus Albinus.*

Albionis *demonſtrationes inſtrumenti nobiliſſimi in aſtronomia extant. Floruit anno à condito mundo 2262. & ante Chriſti incarnationem 1701. Huius vitam eleganter deſcripſit Ioannes Balæus, in ſcriptoribus ſuis Anglicis. Eſt autē Albion inſtrumenti nomen, cuius author fertur Ricardus Vualingfordus.*

Albius *Tibullus eques Romanus, ſcripſit libros 4. Elegiarum ſiue amorum, qui paſſim extant impreſſi & ſeorſim, & cum commentarijs.*

Albo *Floriacenſis vide ſupra Abbo.*

Albohazen *Hali vide in Hali.*

Albricius *Londinenſis, Anglus natione, ſcripſit de Origine deorum, De ratione veneni, De virtutibus antiquorum, Canones ſpeculatiuos. Ac in re medica & philoſophia plura. Vixit anno Domini 1090.*

Albricus *philoſophus librum ſcripſit de imaginibus deorum, quem Henricus Petrus excudit Baſileæ 1543. cum Phurnuto.*

Albubater *aſtrologus ſcripſit librū genethliacum, ſiue De natiuitatibus, qui typis excuſus eſt Ioan Petreij, Norimbergæ 1540.*

Alboali *aſtrologus librum in aſtrologia compoſuit, qui incipit: Iſte eſt liber.*

Albubetri *F. Zachariæ F. Araſi opera parua impreſſa Lugduni in 16. Anno Domini 1510. Eſt autem cognomen Raſis medici, vt audio.*

Albucaſis *medici lib. 3. præcipuè ad chirurgiā pertinentes, cum varijs inſtrumentis chirurgicis graphicè depictis ad varios morbos, Hen. Petrus Baſileæ excudit. Fortaſſis hic idem fuerit, qui Bulcaſis etiam vocatur, cuius liber De præparationibus medicamentorū extat cum operibus Meſuæ excuſus. Eundem alij Seruitorem nominant. Albucaſi Antidotarius, manuſcriptus extat apud Matthæum Dreſſerum. Meminit etiam Bulcaſis ſeu Seruitor. libri quem fecerit De compoſitione oleorum.*

Albucinus *Silo Nouarienſis, rhetor inſignis, Auguſti Cæſaris temporibus plurimas declamationes edidit.*

Albuini *Caroli Magni præceptoris, commentaria in Geneſim, & De miniſterio ſacrificij Miſſæ, aliorumq; eccleſiæ rituum explicatione ad Carolum Magnū, extant Viennæ Auſtriæ apud Wolf. Lazium. Vide Flaccum Albinum.*

Albumaſar *aſtrologus, alio nomine Iaphar. lib. 8. ſcripſit De magnis coniunctionibus, annorum reuolutionibus, ac eorum profectionibus, excuſſi ſunt Auguſtæ Vindelicorum, 1489.*

Albumaſaris *flores aſtrol. excuſi Auguſtæ Vindel. 1488. cum figuris Zodiaci, & planetarum.*

Albumaſaris *Alpharabij Capitula vniuerſalia.*

Alburnius *Valens. Vide Aburnius.*

Alcadinus *poeta Siculus, ſcripſit tres libros carmine, primum de triumphis Henrici Imperatoris, ſecūdum de his quæ à filio eius Friderico præclare ac fortiter geſta ſunt, tertium de balneis Puteolanis, qui etiam editus eſt Venetijs à Iuntis, in eo opere quo diuerſorum ſcripta de balneis ediderunt. Deſcribuntur ſingulæ thermæ duodenis verſibus, nec oratione nec carmine eleganti.*

Alcæus *Athenienſis tragicus, quem nonnulli primum tragicum fuiſſe perhibent. Suidas.*

Alcæus *Cœlo tragœdia citatur à Macrobio lib. 5. Saturn.*

Alcæus *Mitylenæus, deinde Athenienſis, comicus antiquæ comœdiæ quintus, Micci filius ſcripſit tragœdias decem. Suidas. Athenæus citat Alcæi, Sorores adulteras, Ganymedē, Sacras nuptias, Caliſto, Palæſtram.*

Alcæus *Mitylenæus nobilis poeta Lyricus, æqualis Pittaci qui vnus eſt è numero ſeptem ſapientum, ſcripſit cum alia tum quædam opera quæ Staſiotica, hoc eſt ſeditioſa vocantur, in quibus Pittacum, Myrſilum, Megalagyrum & Cleanthidem, aliosq; nonnullos in patria ſua tyrannidem exercentes inſectatur. Vitam eius Gyraldus deſcribit, carmina verò illius quotquot extant, ab Henrico Stephano, cum cæterorum Lyricorum carminibus impreſſa ſunt. Alcæi duo verſus apud Stobæum in vituperio paupertatis. Sæpe citatur etiam apud Athenæum. Eius verſus in Philippi vituperiū ſcriptos, recitat Plutarch. in Q. Flaminij vita.*

* Alcalæ *de Henares ordines regales Caſtilienſes, excud. Sebaſtianus Martinez, 1565. Hiſpanice.*

Alcander *citatur à Clemente Alexandrino in Protreptico.*



Digitized by Google

Alcetæ *liber de donarijs Delphici templi, citatur ab Athenæo.*

Alcanamoſali *philoſophi de Baldach Armenini, liber de paßionibus oculorum, compilatus ex diuerſis voluminibus philoſophorum de Baldach à Dauid Armenico, & tranſlatus ex Arabico in Latinum ab Alcanamoſali, quando ſe tranſtulit ad partes Lombardiæ, Continet experta & varia remedia.*

Alcaſidagius *Hebræus fertur ſcripſiſſe libros fortium, qui ſubtili ſententiarum diſpoſitione de omni negotio, de morborum longitudine & breuitate, de numero annorum vitæ, ipſoq; die obitus certos facere pollicentur: hos Abraham Abenezra ignea fornace dignos exiſtimauit.*

Alchabitij, *vel Alcabitij Iſagogen ad magiſterium iudiciorum aſtrorum, vel ad ſcrutanda ſtellarum magiſteria, & De Planetarum coniunctionibus librum Ioannes Hiſpalenſis interpretatus eſt. Impreſſ. Venetijs* 1491. & 1521. *cum expoſitione Ioan. de Saxonia, & ex emendatione Antonij De Fantis medici Taruiſini. Eiuſdem librum in perſpectiuis, è monaſterio quodam Alemaniæ ſibi delatū, ſcribit author Luminis animæ in præfatione.*

Alchindus *aſtrologus in Aſtrologia librum edidit, qui incipit, Rogatus fui. G. Paſtregicus.* Alchindi liber Introductionis ad Iudicia aſtrologiæ habetur in bibl. Imper. in fol. M.S.*

Alchuini *Arabis liber de ſimplicibus citatur à Bellunenſi in explicatione vocabuli Aſtergar.*

Alcidamantis *orationes Aldus excudit Græce, cum Æſchinis & aliorum orationibus Græcis. Item orationem contra dicendi magiſtros, cum Iſocratis orationibus. Alcidamas Dioclis filius, eius qui de Muſica ſcripſit, natus ex Elea Aſiæ, philoſophus, & Gorgiæ Leontini diſcipulus. Suidas.*

Alcidamas *in Phyſico, citatur à Diogene Laertio in vita Pythagoræ.*

Alcimi *Auiti Viennenſis Archiepiſcopi, Galli, poetæ Chriſtiani, libri ſex carmine heroico conſcripti, Primus de creatione hominis, Secundus De lapſu, Tertius de eiectione è Paradiſo, Quartus de diluuio, Quintus De tranſitu maris rubri, Sextus De virginitate. Quinq; priores Baſileæ excuſi ſunt anno Domini* 1546. *cum commentarijs Menradi Moltheri, octernionibus* 23. *quorum quarta pars authoris eſt, reliquæ commentariorum. Eiuſdem homilia de feſto rogationum & epiſtolæ Lugduni excuſæ ſunt à Vincentio Portonario, anno Domini* 1536. *chartis* 12. *Diuerſus eſt hic author ab Octauio Auito, de quo Seruius & Macrobius: item ab Alphio Auito, de quo Priſcianus & Victorinus. Idem Auitus ſcripſit aduerſus Arianam factionem Dialogos aliquot: Et aduerſum Neſtorianos, Eutychianos, Sabellianos, libellos duos conſcripſit. Aduerſus Fauſtum epiſcopum Rheginum Pelagianum, librum edidit. Epiſtolarum libros nouem ſcripſit ad Imperatores, Reges, populos, & diuerſas perſonas. Libellum quoq; de ſubitanea pœnitentia. Homiliarum libros plures. Poemata eius Baſileæ ab Oporino edita ſunt, cum reliquis poetarum veterum eccleſiaſticorū operibus à Georgio Fabricio emendatas, à quo etiā vita eius deſcripta in eodem opere continetur.*

Alcimi *Siculi, Italica citat Athenæus. Porro Laertius in vita Platonis refert Alcimum libros quatuor ad Amyntam conſcripſiſſe, quibus oſtendit quid Plato De Epicharmi libris aſſumpſerit.*

Alcimenes *Athenienſis, comicus Suidas.*

Alcimenes *Megarenſis, tragicus. Suidas.*

Alcinoi *philoſophi Platonici de doctrina platonis liber, excuſus eſt Romæ Græce, deinde Græce & Latine apud Vaſcoſanum Lutetiæ* 1532. *Marſilius Ficinus interpres partitur eum in* 34. *capita, ex quibus in Græco impreſſo deſunt* 26. 27. & 28. *quæ in tranſlatione dimidiam ferè chartam continent.*

Alciphron *Magnes philoſophus, ex Magneſia iuxta Mæandrum, ſcripſit epiſtolas piſcatorias ruſticas & amatorias, quas impreßit Aldus Manutius cum reliquis variorum authorum epiſtolis Græcis. Inuenio eiuſdem authoris Paraſiticas quoque epiſtolas extare in Italia, quæ nondum euulgatæ ſunt. Ruſticæ enim, quamuis titulus in editione Aldina eas non promittat, inter ſupradictas tamen habentur.*

Alcman *poeta Lyricus, Laconicus ſiue Meſſenius, vixit circa Olimpiadem* 27. *amatorij carminis inuentor, ſcripſit lingua Dorica. Carmen eius de Caſtore & Polluce citat Pauſanias libro* 1. *Eundem in Anni choro, Stephanus citat. Fragmenta autem Alcmanis quæ ſparſim apud Athenæum & alios leguntur, edidit H. Stephanus cum reliquorum Lyricorum ſcriptis. Suidas duos facit Alcmanes, vnum Lydum, alterum Meſſenium, vtrunque Lyricum poetam.*

Alcmæon *Perithoi F. Crotoniata, Pythagoræ auditor, primus de naturæ ratione ſcripſit, Fauorinus & Volat. lib.* 13. *Clemens* 1. *Strom. Aclmæonis quædam aut verba, aut placita in medicina, apud Stobæū in ſerm. De morbo & de ſanitate citantur.*

Alcuinus, *ſiue Albinus monachus & diaconus, abbas monaſterij S. Martini Thuronenſis, natione Anglus, vide Flaccus Albinus.*

Aldelmus *Bladuinus Anglus, ſcripſit de celebratione paſchæ lib.* 1. *De virginum laude contra Brit. lib.* 2. *De virginitate ad Ethelburgā lib.* 1. *De charitate mutua lib.* 1. *De admonitione fraterna lib.* 1. *De pugna vitiorum, lib.* 1. *De philoſophorum diſciplinis lib.* 1. *De ſenſibilium natura lib.* 1. *Flores vtriuſq; teſtamenti lib.* 2. *Homilias ad populū lib.* 1. *Dialogum metricum. De metrorum generibus. De Metaplaſmo. Hymnos & odas. Epiſtolas ad diuerſos. Diuerſi generis carmina. Aldhelmi Ænigmata carmine. Baſileæ apud Parcum* 1557. *De laudibus virginitatis, apud Henricum Petri inter Orthodoxographa. Scripſit etiam, De vita monachorū, De laude ſanctorum, De octo vitijs principalibus, De ſeptenarij dignitate, De Arithmetica, De Aſtrologia. Claruit vero anno Domini* 709.

Aldilazith *aſtrologus librum conſcripſit qui inſcribitur Archibia, & incipit, Poſtulata, &c. G. Paſtregicus.*

Digitized by Google

Aldremannus *Londinenſis, verſificator elegans, qui magis ſenſum quam verba curabat, ſcripſit, Carminum lib. 1. Claruit anno Domini* 1190. *Gyraldus Cambrienſis.*

Aldricus *Anglus* I. C. *quædam in iure ciuili ſcripſit, nam Accurſius ſcriptorum huius atque opinionum in gloſſis ſuis multa commemorat. Baleus ex Paſtregico.*

Aldruidus *in philoſophia & magia exercitatiſſimus ſcripſit librum De quintis eſſentijs, qui in Bibliotheca Dominicanorum Londini extitit. Baleus.*

Aldus *Manutius Romanus ſcripſit Grammaticæ Græcæ inſtitutiones, mero ſermone Græco, de varijs declinationibus omne genus nominum & verborum, à Marco Muſuro expolitas, & poſt eius mortem editas cum præfatione Muſuri, Venetijs* 1515. *Item inſtitutionum Grammaticæ Latinæ libros quatuor, excuſos typis in officina ipſius. Item de dierum generibus, ſimulq; De vmbris & horis quæ apud Palladium memorantur. Extant ea cum authoribus rei ruſticæ impreſſa. Dedit & annotationes in Q. Horatium, & Homeri poema de Ranarum & murium pugna Latinis verbis expreſſit, quemadmodum & Nazianzeni carmina, oratione proſuſa, ſic vt verſus verſui reſpondeat. Multæ eius præfationes extant, pleriſq; libris apud ipſum excuſis præpoſitæ. Item epiſtola vna ad Angelum Politianum, libro ſeptimo Epiſtolarum ipſius habetur.* * *Eiuſdem vel filij puras & elegantes Latinæ linguæ phraſes. Coloniæ Ioannes Gymnicus* 1574. *excudebat. Et Aldi Romani apophtegmata & Epiſtolæ ſapientum M. S. bibl. Imper. Viennæ habentur.*

Aldus *Manutius Pauli F. Aldi. N. orthographiæ rationem diligentiſſime collegit, ex libris antiquis, Grammaticis, Etymologia, Græca conſuetudine, Nummis veteribus, Tabulis æreis, Lapidibus, amplius M. D. addidit etiam duos libellos vnum De Interpungendi ratione: alterum Notarum veterum explanationem. Venetijs* 1566. *octauo. Idem Saluſtij hiſtoriæ addidit veterum teſtimonia de Saluſtio, Fragmenta hiſtoriarum è ſcriptoribus antiquis collecta, & Scholia. Ibidem* 1563. *C. Vellei Paterculi hiſtoriam emendauit, & ſcholia adiecit.* 1571. * *Scripſit item commentaria, in C. Cæſaris de bello Gallico lib.* 7. *Item de eodẽ bello Auli Hircij lib.* 8. *C. Cæſaris de bello ciuili lib.* 3. *A. Hircij de bello Africano, De bello Hiſpanienſi. Lug. per Bartholo. Vincentium. Item de quæſitis per epiſtolam lib.* 3. *Eiuſdem item commentarius in lib. Horat. de arte poetica. Venetijs.* 1576. *Item in M. Tullij Ciceronis de Officijs lib.* 3. *commentarium. Item in Dialogos de Senectute & de Amicitia, in paradoxa, Somnium Scipionis, ex* VI. *de Repub. ſcipſit. In fol. Venetijs, Anno* 1581.

Aleardus *de Pindemontib. Veronenſis Phyſicus, ſcripſit libellum ad Hermolaum Barbarum, De fontibus ſeu balneo Calderij Veronenſis diſtrictus. Item alium libellum De virtute balneorum Calderianorũ, De modo bibendi aquam, De diæta ſumentium balnea, De ſomno meridiano, De modo ſuccurrendi accidentibus ſuperuenientib. Impreſſi ſunt ambo lib. Venetijs à Iuntis, cum variorum authorum ſcriptis De balneis.*

Alemannus *Rinuccinus (aliâs Rhinuccinus, & Ranucinus) Florentinus, Philoſtrati libros* 8. *De vita Apollonij ex Græco in Latinum tranſtulit, quos Aldus venetijs Græce Latineq; impreſſit. Deinde Gymnicus Coloniæ Latinam ſolum conuerſionem excudit, à Gyberto Longolio ad Græcũ exemplar caſtigatam, & ſcholijs in margine illuſtratam, cum indice. Idem tranſtulit Plutarchi opuſculum De mulierum virtutibus.*

* Alemannus *Finei Staniſlai Hoſij opera omnia ſuper omnes alias editiones hactenus editas, auctiores emiſit.*

Alemannus *De flatibus in Hypocratem.*

* Aleni *Eburonis ſacrarum Heroidum libri tres, in quibus præter alia plurima, quæ ad intelligendas veteris & noui Teſtamenti hiſtorias, & pietatis incrementum conferunt, continentur, Louanij* 8. *Anno* 1574.

Alexamenus *Styreus ſiue Teius primus dialogos ſcripſit, ſicut Laertius docet ex Ariſtotelis & Phauorini authoritate.*

Alexander *qui volumẽ de Illirico tractu compoſuit citatur à Valerio Maximo.*

Alexander *vnus ex vetuſtiſſimis Vergilij interpretibus fuit, nam ante Seruium fuiſſe ex Pomponio Sabino, recente interprete, colligimus.*

Alexandri *epiſcopi epiſtolæ De ſacerdotibus non vexandis, De paſſione Domini in conſecratione corporis eius miſcenda, De aqua cum ſale populis benedicenda, De fide S. Trinitatis, Ad omnes epiſcopos per diuerſas regiones cõſtitutos. Ad omnes diuino ſacerdotio fungentes, Baſileæ apud Bebeliũ ſunt impreſſæ, & Coloniæ, in volumine Conciliorum, anno Domini* 1530.

Alexander *papa tertius, Senenſis, ſcripſit elegantes epiſtolas ad diuerſos, lib.* 1. *De poteſtate eccleſiaſtica librum* 1. *Et quædam alia. Vixit anno Domini* 1141.

Alexander *quintus. Vide Petrus de Candia.*

Alexander *Achillinus Bononienſis, philoſophus eminentiſſimus, & accuratus Auerrois interpres, Patauij primum, poſt Bononiæ philoſophiam publice docuit, edidit multos libros, è quibus Iouius in eius elogio commemorat, ſingulos libros, De Elementis, de Intelligentijs, De Orbibus, Obijt Bononiæ anno Domini* 1512. *ætatis autem ſuæ quadrageſimo nono. Opera eius in vnum collecta, De intelligentijs, De orbibus, De vniuerſalibus, De phyſico auditum, De elementis, De ſubiecto Phyſionomiæ & Chiromantiæ. De ſubiecto Medicinæ, De prima poteſtate Syllogiſmi, De diſtinctionibus, De proportione motuum, edita ſunt Venetijs apud Hieron. Scotum* 1568. *Cum annotationibus Pamphili Montij. Annotationes anatomicæ, impreſſæ Bononiæ à Hieronymo de Benedictis.* 1524.

Alexander *de Ales, natione Anglus, minorita, ſcripſit ſummam Theologiæ in libros* 4. *Sententiarum:*

rum: liber excuſus eſt Lugduni anno 1515. tomis 4. In Pentateuchum Moſi lib. 5. Commentarios in Ioſue. In Iudicum. In Regum lib. 4. In Pſalterium. In Minores prophetas, libros 12. Vitam Thomæ Cantuarienſis. Vitam Regis Ricardi. Annotationes Bibliorum lib. 1. In epiſtolas Pauli lib. 14. De factis Machumetis lib. 1. Repetitiones lectionum, & alia Commentaria Alexandri de Ales in 12. Ariſtotelis Metaphyſicæ libros, impreſſa ſunt Venetijs 1572. in folio. Vixit anno à virginis partu 1228. * Alexandri de Hales doctoris irrefragabilis ſumma. Baſileæ, 1502. excuſa eſt.

Alexander Aleſius, natione Scotus, ſcripſit contra decretum epiſcoporum Scotiæ lib. 1. Scripturas lingua materna legendas, lib. 1. In Pſalmos aliquot. Librum de verbi authoritate contra epiſcopum Londenſem, impreſſum Argentinæ apud Cratonem Mylium, anno Domini 1542. Orationem de gratitudine, & aliam de reſtituendis ſcholis, quæ impreſſæ ſunt cum Philippi Mel. Declamationibus, apud eundem. Orationem de auctore & vtilitate pſalmorum, excuſam Francofordiæ ad Oderã, apud Ioannem Hanau, anno Domini 1541. Cohortationem ad pietatis concordiã ineundam, excuſam Lipſiæ apud Valentinum Papam anno Domini 1544. Reſponſionem ad 32. articulos theologorum Louanienſium Lipſiæ apud Michael Blũm excuſam anno Domini 1545. Catechiſmum Francofordiæ ad Oderam impreſſum anno Domini 1550. Ordinationem eccleſiæ ſeu miniſterij eccleſiaſtici in regno Angliæ, conſcriptam ſermone patrio, & in linguam Latinam conuerſam, Lipſiæ anno Domini 1551. quaternionibus 17. Commentarios in euangelium Ioannis, impreſſos ab Oporino anno Domini 1553. in 8. Commentarios in vtranq; epiſtolam ad Timotheum. De iuſtificatione contra Oſiandrum. Diſputationes ex epiſtola ad Romanos à Papa impreſſas, in quam epiſtolam & iuſtos commentarios meditatur. Aſſertio doctrinæ eccleſiæ catholicæ De ſancta Trinitate, cum confutatione erroris Valentini Gentilis. Geneuæ cum alijs in 4. * Eius expoſitionum ſuper Pſalmos Dauidis, liber primus. Lipſiæ. 1554. excuſus. Eiuſdem de perpetuo conſenſu eccleſiæ diſputatio. Lipſiæ 1556.

Alexander de Alexandria, ordinis fratrum minorum, compoſuit ſuper Sententias lib. 4. Quæſtionum variarum lib. 1. In metaphyſica Ariſtotelis lib. 12. In libros tres De anima. In alios etiam Ariſtotelis libros commentarios edidit, aliaq; varia. Claruit anno 1310.

Alexandri ab Alexandro Iuriſperiti Neapolitani, Genialium dierum libri ſex excuſi Lutetiæ accuratius quàm ante hac, apud Ioan. Petrum, anno 1532. cum duplici indice. Vixit hic autor tempore Franciſci Philelphi, Nicolai Perotti, Hermolai Barbari, &c.

Alexandri Ætoli tragœdias allegat Athenæus. Diſtichon eius habetur in Florilegio Planudis lib. 4. Alexandri autem ſimpliciter diſtichon extat in tertio libro, & hexaſtichon in ſexto.

Alexander Ætolus inter Homeri interpretes numeratur. Strabo lib. 14. refert hunc ἀναλογιζῶν ἐν φιλοσ. λόγῳ.

Alexander Ægæus philoſophus Peripateticus, præceptor Neronis Cæſaris.

Alexander cognomento Claudius, rhetor.

Alexander Caſilonis F. frater Euſebij rhetoris, Iuliani diſcipulus, rhetor.

Alexander Alexandri cauſidici F. Cilix Seleucienſis rhetor, qui πηλοπλάτων, id eſt, luteus Plato cognominabatur.

Alexander Numenij F. rhetor. Quinque hos Alexandros commemorat Suidas, ſed nullius ſcripta recenſet.

Alexander de Antillo ſcripſit repetitionem rubricæ, De reſcriptis in 6. Decretal. c. tibi qui.

Alexander Aphrodiſæus ſub Seuero & Antonino, primus omnium Ariſtotelem commentarijs enarrauit, & præſertim Topica. Scripſit De Anima lib. 2. Problematum libros duos, impreſ. Græce forma enchiridij, Lutetiæ apud Neobarium: ſed circa finem deſiderantur aliquot problemata Græca, quæ tamen in Theodori Gazæ tranſlatione Latina leguntur, impreſſa vnà cum Ariſtotelis problematibus Baſileæ apud Cratandrum, anno Domini 1357. librum eius primum etiam Angelus Politianus Latinum reddidit. Primi libri problemata ſunt apud Gazam 147. apud Politianum vero 151. Secundi 130. apud Gazam. Scripſit etiam quæſtiones naturales, De anima, morales, & lib. De fato. quæ Græce exiuerunt Venetijs. 1536. apud Victorem Trincauellum: Latine verſas à Gentiano Herueto, excudit Oporinus Baſileæ. Opuſculum De febribus ad Apollonium à Georgio Valla Placentino tranſlatum, exiuit Baſileæ, anno Domini. 1542. Librum etiam περὶ μίξεως, id eſt, De mixione, qui adiectus eſt commentarijs in Meteora, Venetijs excuſum in officina Aldina, 1527. Inuenio etiam extare lucubrationem eius Romæ in Vaticana, περὶ χρόνου καὶ αὐξήσεως à ſuperiore, vt opinor, diuerſam, necdum editam. Item commentaria in poſteriora Analytica, ibidem. Cæterum habentur ab Aldo excuſa Græce. De figuris ſenſus & dictionis. Item commentaria in Ariſtotelis lib. primum Analyticorum priorum, in Sophiſticos elenchos, in octo libros Topicorum, in Meteorologica, vnà cum opuſculo de mixtione: in librum De ſenſu, ſiue ſenſorijs inſtrumentis, & rebus ſenſibilibus. Item in libros De prima philoſophia omnes qui extant, commentaria à Ioan. Geneſio Sepulueda Latine verſa, Lutetiæ impreſſa extant. Sed & commentarios eiuſdem in libros De Naturali auſcultatione alicubi extare Venetijs, quidã aſſerunt. Problematum eius ſectiones quinq; Georgio Merula interprete, interiectis ſparſim ſcholijs vel teſtimonijs aliorum authorum, excuſæ ſunt Pariſijs, anno Domini 1520. in folio (cum commentarijs Petri Aponenſis in Ariſtotelis problemata) longe alio ordine quàm vulgati codices vel Græci vel à Gaza & Politiano tranſlati habeant. Sunt autem problemata numero 350. cum alij codices iam memorati non vltra 277. contineant libris duobus, ſic enim alij diuidunt non in ſectiones, quarum



Digitized by Google

quædam in Merulæ tranſlatione inſcriptiones habent, nam ſecunda inſcribitur Medicinalium & naturalium ambiguitatum, tertia De quadrupedibus (vt & Caßij problemata) cæteræ carent inſcriptione. Aphrodiſæi Commentaria in Ariſtotelem, & de Temperamento & incremento, de Miſtura Solutiones dubitationum: Græcæ manuſcripta habentur in bibliotheca regis Galloum. Comment, in metaphyſica extant in bibliotheca cardinalis Carpenſis. * Eius quæſtiones naturales & phyſicæ, vt de cute, quorum ſint definitiones: quod forma non ſit in materia, & in ſubiecto, in quo prædicamento ſit motus, &c. folio. M.S. bibl. Imperat. Viennæ. Eiuſdem commentarij in Sophiſticos elenchos Ariſtotelis in folio. Eiuſdem commentarius in Methcorologica Ariſtotelis, de primis præcipue cauſis naturæ in quarto. Eiuſdem de virtutibus tractatus, iuncta oratione Iſocratis ad Demonicum in octauo. De figuris ſenſus & dictionis in folio, eiuſdem Aphrodiſ. M. S. bibl. Imperat. Viennæ. Eius libri de anima, interprete Hieronymo Donato patricio Veneto. Baſileæ 1535. excuſi.

Alexandri de Ariſtois, Minoritæ, enchiridion de animabus regendis. Eiuſdem Minorica elucidatiua, rationabilis ſeparationis fratrum Minorum, ab alijs fratribus eiuſdem ordinis. * Eiuſdem Compendiũ ſiue ſumma Confeſſorum, caſus omnes ad animarum curam attinentes breuiter complectens: edita. 8. Brixiæ. 1579.

Alexander Aug. in fragmentis Gregoriani codicis allegatur.

Alexandri Baldi Troiani I. C. Pomilagium.

Alexander Barkeleij quem quidam Scotum alij Anglum fuiſſe perbibent, ſequentes libros vel ipſe ſcripſit, vel in Anglicum ſermonem conuertit. De miſerijs Aulicorum. Contra Sceltonum. Vitam Georgij, ex Mantuano. Quinque eclogas eiuſdem. Vitam. D. Catharinæ. Vitam D. Margarethæ. De pronuntiatione Gallica. Saluſtium de bello Iugurthino. Nauim ſtultiferam. Vitam D. Ethelredæ. Bucolica Codri. Eglogam quartam. Caſtellum laboris. Mancinum de virtutibus. Obijt Londini añ 1552. Baleus.

Alexander Benedictus Veronenſis ſcripſit De morbis medicandis à capite ad calcem libros 30. Aphoriſmorum lib. 1. De peſte, eius cauſis, & materia auxiliorum lib. 1. Anatomes lib. 5. quos Henricus Petrus excudit Baſileæ. Item diaria de Bello Carolino. Alexandri Benedicti De re medica ſcripta Baſileæ in folio impreſſa ſunt 1572.

* Alexandri Bergomi Miſſæ. 1575.

Alexandri Bondini medici epiſtola Græca extat in organum Ariſtotelis, quod Aldus excudit.

* Alexander Braßicanus, vide Ioannes Alexander Braßicanus.

Alexander Cantuarienſis, Benedictinæ familiæ monachus, & Anſelmi Cantuarienſis epiſcopi aßiduus auditor, ſcripſit ad Anſelmum iuniorem abbatem Burienſis monaſterij librum De dictis eiuſdem archiepiſcopi, habentem capita 19. Vixit anno 1120. Baleus.

Alexander Caraffa Archiepiſcopus Neapolitanus, edidit & confirmauit conſtitutiones ſynodales Ioannis Archiepiſcopi Neapolitani, quæ impreſſæ ſunt Venetijs anno Domini 1542. cum ritibus eccleſiæ Neapolitanæ.

Alexander Ceſtrienſis epiſcopus, Anglus, ſcripſit poſtillas in Pſalterium, & ſermones multos ad clerum. Floruit anno 1238.

Alexander Chamaillardus Ariſtotelis libellũ De Virtutibus Latinitate donauit, & habetur in poſtrema editione Ariſtotelis operum Baſilienſi.

Alexander Cittolinus natus Sarauallí oppido Fori Iulij, locos ſcripſit Latine loquendi eleganter & ex tempore, magno volumine de omnibus rebus ſecundum Iulij Camilli modum. Item orationem pro defenſione Hetruſcæ linguæ. Præterea ingentes commentarios parare fertur in Hieroglyphica Ori, in quibus variam & multiplicẽ hiſtoriam cuiuſq; animalium generis pertractet, & regionum multarum proprietates, populorumq; diuerſos mores explicet. Inuenio etiam citari eius Typocoſmiam, quod opus an ab hoc diuerſum ſit ignoro. Viuit noſtra ætate: religionis veræ ergo patria exulans.

Alexander de Clipido ſcripſit De authoritate eccleſiæ. Forte de S. Elpidio.

Alexander Connibertus L. doctor, è vulgari lingua Gallica Latine vertit comœdiam quæ inſcribitur, Batelinus alias Veterator. Simon Colinæus impreſſit Pariſijs anno Domini 1343.

Alexandri Corteſij Vngarica impreſſa ſunt cum chronicis Vngariæ Antonij Bonfinis. Eiuſdẽ oratio in ephiphania domini. * De regis Matthiæ laudibus bellicis, in fol. bibl. Imperat.

Alexander Coſyreus cognomento πολυμαθὴς inter Homeri interpretes numeratur. Erit autẽ forte Polyhiſtor, & Cotyæus legendum fuerit, cum Stephanus tradat eum ex Cotyæo Phrygiæ ortum.

Alexander epiſcopus Cappadociæ, ſcripſit epiſtolas, De pace eccleſiæ ad Antinoitas vnam, ad Antiochenſes vnam, per Clementem presbyterum. Pro Origene contra Demetrium vnam. Ad Origenem, & alias plures. Claruit anno D. 253.

Alexander de S. Elpidio, Italus, magiſter generalis Eremitarum D. Auguſtini, ſcripſit, De eccleſiaſtica poteſtate, lib. 1. De eccleſiaſtica paupertate lib. 1. De vnitate eccleſiaſtica, lib. 1. In Topica Ariſtotelis, lib. 4. Super priora eiuſdem, lib. 2. Et alia Claruit anno 1330. Ambroſius Coriolanus.

Alexander Epheſius orator qui Lichnus eſt cognominatus, hiſtoriam conſcripſit, & carmina reliquit, in quibus & de cœleſtibus pertractat, & terras continentes deſcribit, de vnaquaq; edens poemata. Strabo lib. 14. Alexander Epheſius verſu heroico quædam ſcripſit, Stephanus de vrbibus.

Alexander Eſſebienſis monachus, Anglus, ſcripſit de ſacris diebus lib. 1. Epitomen Britannicæ hiſtoriæ. Vitam Bertellini Eremitæ. Vitam Cungeri Eremitæ. Feſtiuale quoddam lib. 1. Compendium hiſtoriarum bibliæ. lib. 1. Confeßionem de peccatis, lib. 1. Meditationes quaſdã, lib. 1. De ſancta Agnete, lib. 1. Carmina & epiſtol. claruiſſe fertur, 1360.

Alexander

Alexander *Fabritius ſeu Carpentarius, Anglus, multos ſuorum temporum errores & vitia cleri reprehendit, ac ſcripſit opus elegans & pium, quod appellauit, Deſtructorium vitiorum. lib. 8. Homilias quoq; eruditas. Vixit anno* 1429. *Baleus.*

Alexandri *Guarini, Ferrarienſis, Lectiones Catullianæ, contra quas ſcripſit Hieronymus Auantius, impreſſæ Venetijs.*

Alexandri *Hegij Dauentrienſis Germani, carmina aliquot citantur in Adagijs Eraſmi. Item ab alijs de laude Græcarum literarum.* * *De Alexandro Hegio ſcribit Hermannus Hamelmannus in libello tertio de viris illuſtribus Weſtphaliæ: quæ ſequuntur. Alexander Hegius non fuit Dauentrienſis, ſed Weſtphalus, in ditione Monaſterienſi ex pago Heck prope Horſtmariam natus, Dauentriæ autem per annos* 30. *rexit Scholam magna cum laude, & primus cum Rodolpho Agricola, ac Rodolpho Langio reduxit Latinam & Græcam linguam in Germaniam (de qua re vide Orationem Hermanni Hamelmanni de viris Weſtphaliæ illuſtribus, qui linguam Latinam reſtituere Germaniæ) & fuit præceptor Eraſmi Roterodami, Ioannis Murmeij, Hermanni Buſchij, & omnium in Germania penè Doctorum, qui ante annos* 50. *&* 60. *floruerunt. Scripſit multa quæ maxima ex parte dicuntur poſt eius mortē prodijſſe, vel inuito illo ædita eſſe: Dialogi eius extant multi, primus de ſcientia:* 2. *de tribus animæ generibus.* 3. *de Phyſica.* 4. *de Senſu & ſenſibili.* 5. *de arte & inertia.* 6. *de Rhetorica.* 7. *de moribus.* 8. *de Natali Seruatoris.* 9. *de vtilitatibus artium, Grammaticæ, Logicæ, & Rhetoricæ. Scripſit etiam Inuectiuam contra librum quendam Barbarum, dictum Modi ſignificandi. Ædidit quoq; farraginem vocabulorum quorundam & dictorum. Extant & in ſuis atq; ſimul Rodolphi Agricolæ Epiſtolæ, Hegij ad Agricolam & Weſſelum Gronigenſem datæ, & rurſum Agricolæ quædam ad ipſum: Idem Hegius quoq; valuit carmine. Scripſit pulchram elegiam de aurea mediocritate, Item Epigrammata aliquot ad Sanctos quoſdam, Ad ipſum Chriſtum. Item rurſum ſcripſit ad puerum Ieſum, Item in Saluatoris Chriſti natalem hymnum ſuauiſſimum. Monaſtica quoq; eudit de Natiuitate Chriſti. Emiſit quoque hymnū metro Anapeſtico de Natali Domini, Item Monaſtica de paſſione Chriſti, & in glorioſam Chriſti reſurrectionem. Extat eius Carmen de vtilitate Græcæ linguæ. Scripſit Sapphycū in habendi amorem, & ad Mariam virginem: Item Sapphycum ad colendas Muſas, & contra otium, variaq; carmina diuerſi generis. Scripſit doctiſſimum Epigramma ad Hermannum Buſchium, atq; deinde ad Langiū & Buſchiū poetas Weſtphaliæ Equeſtris ordinis. Scripſit item Othoni de Lippia, & Rodolpho de Diepholt, vtriq; Traiectenſi Epiſcopo Epitaphium tribus elegijs: Illa omnia ferè ſunt Dauentriæ excuſa* 1501. *Cōfectus ſenio fiebat ſacerdos Dauentriæ: celebratur eius liberalitas in pauperes ſcholaſticos.*

Alexandri *Hepburnij prima rudimenta artis Grammatices, breuiter & dilucide explicata, Antuerpiæ apud Plantinum anno Domini* 1568. *in* 8.

Alexāder *Hermanoctius, vide in Hermanoctio.*

Alexander *Heſſius ſcripſit De ſacroſancta incarnatione lib.* 4.

Alexander *Hierapolis epiſcopus, & martyr, nouem capitibus conſcripſit, quid noui Chriſtus in mundum intulerit, quæ oratio reconditis ſententijs referta eſt. Suidas.*

Alexandri *Hieroſolymorum epiſcopi epiſtola ad Antiochenſes ſuper ordinatione Aſclepiadis confeſſoris, citatur à Hieronymo in mentione Clementis Alexandrini.*

* Alexandri *Hugen formulare Germanice. folio bibl. Imperat.*

Alexander *Imolenſis, ſiue de Imola,* I.C. *Ioannis De Imola (qui claruit circa annum* 1420.) *diſcipulus, ſcripſit ſuper ius ciuile, ſiue ff. &* 1. *inforcitati lecturam, Conſilia & Diſputationem quæ incipit, Sigiſmundus. Quæ omnia typis excuſa ſunt, Diſputatione excepta. Conſilia eius Venetijs impreſſa ſunt* 1571. *in folio.*

Alexander *de Lentria, ſcripſit De pluralitate beneficiorum eccleſiaſticorum. De pignoribus & hypothecis.*

Alexander *Loſæus Auilianus in tertium Codicis librum cōmentaria ſcripſit: & in parag. præterea inutilis. Inſtit. De inutili ſtipul. enarratiunculā perbreuem. Gryphius Lugduni* 1537. *excudit.*

Alexandri *Magni epiſtolæ fragmentū habet apud Plutarchū in eius vita. Eius Epiſtola ad Ariſtotelem præceptorē, in qua eum reprehendit, quod Acroamaticos libros euulgaſſet, refertur à Themiſtio in præfatione ſuper lib. Phyſicorum.*

* Alexander *Maſſarius ſcripſit de peſte libros duos.* 4. *Venetijs* 1580.

Alexander *Myndius, De animalibus, volucribus & iumētis ſcripſit, qui eius libri apud Athenæum citantur. Item apud Plutarchum in vita Marij, eius De vulturum natura hiſtoria.*

Alexander *Neckam Anglus, ſcripſit Diuinæ ſapientiæ laudes, lib.* 1. *In Cant. canticorū lib.* 6. *In Eccleſiaſt. lib.* 2. *In Prouerb. Salomonis lib.* 1. *In Ezechielem, Corrogationes Promethei. De puritate Mariæ. De figuris & tropis. De fabulis poetarum. Carminum lib.* 1. *Scintillarium quoddam. In Metamorphoſin Ouidij. Lectiones ſcripturarū. Claruiſſe fertur anno Chriſti* 1210.

Alexander *Nequam, citatur in ſumma Alberti Magni.*

Alexander *de Neuo, Vincentinus,* I.C. *De geſtis Romanorum ſcripſit. Item conſilium contra Iudæos fœnerantes, Venetijs Leonardus Wild de Ratiſpona impreſſit, āno* 1499. *Conſiliorum volumen.* * *Abbatis Panormitani libros, ſupra omnes alias editiones locupletauit. fol. Lugd.* 1578. *Alexandri Næuij de Vincentia commentarius ſuper quatuor Decretalium manu ſcriptus.*

Alexander *Numenius ſcripſit De figuris orationis, vnde ſua decerpſit Romanus Aquila quem habemus, teſtis eſt Iulius Ruffinianus in Præfatione libelli ſui De figuris.*



Digitized by Google

Alexander *Pactius, patricius Florentinus, Ariſtotelis De Poetica lib. latinitate donauit. Impreſſos Baſileæ 1537. apud Robertum Winter. Scripſit etiam quaſdam tragœdias.*

Alexander *Philalethes citatur à Galeno libro 4. De differentijs pulſuum. Hic poſt Zeuxidem in Caria maximam medicorum ſcholam conſtruxit Strabonis ætate. Strabo 13. in fine.*

* Alexandri *philoſophi philoſophorum & Rhetorum apophtegmata, Anaxarchi, Apollonij, Ariſtidis, Ariſtippi, Archyti, Ariſtotelis, Biantis, Demoſthen. Democriti, etc. in 4. m. ſ. bib. Imp. Viennæ.*

Alexandri *medici Græci Practica, impreſſa eſt (vt puto) in Italia: cum expoſitione interlineari Iacobi de Partibus.*

Alexander *medicus* περὶ οὔρων *Gr. m. in Gallia.*

Alexandri *Sophiſtæ libellus* τὰς τῶν ἱερῶν βοτανῶν περιέχων πράσεις *in bibliotheca Ioannis Sambuci.*

Alexander *Piccolomineus in Ariſtotelis Meteorologicorum lib. 4. Alexandri Aphrodiſæi commentaria tranſtulit, & tractatum de Iride adiecit: in quo plurima tum Ariſtotelis, tum etiam Alexandri & Olympiodori dicta dilucidantur.* Hæc excudit Hieronym. Scotus *Venetijs 1540. Idem ſuper mechanica Ariſtotelis librum condidit in Italia impreſſum. Præterea Italice conſcripſit librum, De inſtitutione vitæ hominis nobilis, & in ciuitate libera nati, ethice, œconomice, politice. Dialecticam, Rhetoricam, Phyſicam, Ethicen, De Sphæra, De cognoſcendis ſtellis fixis, De magnitudine terræ & aquæ. In Theoricas Planetarum commentarios, Paraphraſim in ſecundum librum Rhetoricorum Ariſtotelis ad Theodectem. Omnia hæc Venetijs impreſſa ſunt. Eiuſdem de Sphæra lib. quatuor, ex Italico in Latinum ſermonē conuerſi ſunt. Item compendium De cognoſcendis ſtellis fixis: & De magnitudine terræ & aquæ liber vnus, Nicolao Stupano interprete, Baſileæ Perna impreßit in 4. anno 1568. * Italica lingua ſcripſit comediam quam inſcripſit Alexandr. Excuſ. in 8. Eiuſdem libri tres Ariſtotelis De Rhetorica ad Theodect. Italicè 1571. Paraphraſis in 3. lib. Ariſtotelis De Rhetor. ad Theod. Italicè, Venetijs 1572. Idem tranſtulit in linguam Italicam Ariſtotelis librum De Poeſi Senis apud Lucam Bonettum 1571. Eius in mechanicas quæſtiones Ariſtotelis paraphraſis Venetijs apud Traianum Curtium 1565. Excuſa. Scripſit item de certitudine ſcientiarum mathematicarum libum. Venetijs apud Traianum Curtium anno Domini 1565.*

Alexandri *Picenardi Iureconſulti Cremonenſis, Interpretationes in nonnullos inſtitutionum titulos, ſcilicet de Teſtamentis, Rubrica. Principium, de exhæredatione liberorum, Rubrica. Principium de obligationibus, Rubrica, Quibus modis re contrahitur obligatio. Cremonæ anno Domini 1571. Quarto.*

Alexander *Pleuronius citatur à Pauſania.*

Alexander *Polilaus Corcyrenſis Varini diſcipulus, multa exſcripſit & collegit ad Varini Lexicon, vt ipſe de ſe teſtatur in dictione* ἀνδρεῖος.

Alexander *Polyhiſtor &* ἀλλωνυμιζόμενος, *qui & Cornelius cognominatur, propterea quod captus Cornelio Lentulo fuit venditus, eiuſque pædagogus factus eſt, & poſtea manumiſſus. Fuit autem Romæ Syllæ temporibus, Laurenti periit, ædibus in quibus erat flamma conſumptis, quo eius vxor audito, laqueo ſibi conſciuit necem. Suidas & plerique eum Mileſium fuiſſe volunt, Stephanus de vrbibus eum ex Cotyæo minoris Phrygiæ oppido ortum eſſe perhibet. Aſclepiadæ filius fuit & Cratetis Grammatici diſcipulus. Scripſit libros pene innumerabiles, è quibus hi citantur à Stephano, Ægyptiacorum liber decimus tertius. Lyciacorum 2. De Phrygia 3. De Caria. 2. De Paphlagonia. De Ponto Euxino. De Cilicia. De Lycorea. Europa, Lybicorum tertius.* ἐν τῷ περὶ ἀλκμᾶνι τοπικῶς εἰρημένων. *De varijs rebus libri quadraginta duo, an autem inter hos aliqui ex modo nominatis connumerandi ſint mihi incertum eſt. A Plutarcho citantur libri de rebus Italicis in Parallelis minoribus: & liber in quem collegit Phrygios Muſicos, in libro de Muſica. Suidas inquit eum De Roma ſcripſiſſe libros quinque, in quibus dicat Moſo mulierem authorem fuiſſe legum Hebreæ gentis. Clemens meminit operis de Iudæis, & libri de ſymbolis Pythagoræ. Numeratur etiam inter Homeri interpretes, & Plinius eius ſcriptis ſe vſum fatetur in pluribus libris. Alexander* ἐν τῇ [illegible] *citatur ab Athenæo.*

Alexandri *Pomelij Bononienſis, Methodus ſyllogiſtica, vna cum tractatu De ratione probandi conſequentias, ſiue redigendi eas in formam ſyllogiſticam. Venetijs 1572. quarto.*

Alexander *Pyrrhi Epirotæ filius, ſcripſit quemadmodum copiæ inſtrui deberent. Ælianus.*

* Alexandri *Rhetoris Epiſtolæ Græcæ, Venet. per Aldum, in 4. ſine anni notatione.*

Alexander *Rodophilus ſcripſit ſyluam in illuſtriſsimi Sigiſmundi Gonzagæ obitum, impreſſam Bononiæ per Hieronymum de Benedictis, anno D. 1525.*

Alexandri *Sardi Ferrarienſis De moribus ac ritibus gentium libri 3. Impr. Venetijs apud Iordanum Zilletum, anno 1557. in 8. In præfatione promittit alios libros quorum titulos tamen non adſeribit. * Prodierunt autem eiuſdem de rerum inuentoribus libri duo, ij maxime quorum nulla mentio eſt apud Polydorum: 8. Moguntiæ anno Domini 1577. Item liber De nummis in quo antiquam pecuniam Romanam & Græcam metitur, pretiis eius quæ nunc eſt in vſu. 4. Moguntij anno 1579.*

Alexander *de Saxo ferrato, Italus, Auguſtinianorum generalis & Cardinalis, ſcripſit orationes elegantes lib. 1. Ambroſius Coriolanus.*

Alexander *Seitz ſcripſit De thermis Badenſibus in Heluetia, citatur à Conrado Geſnero in libris ſuis De thermis.*

* Alexandri *Sermonetæ commentariolū in conſequentias quaſdam Strodi. Venetijs 1488.*

* Alexandri *ſexti Pontificis S. Romanæ eccleſiæ fidei defenſionis clypeus in folio, Argentorati anno 1497.*

Alexander

Digitized by Google

Alexander *Seton, natione Scotus, Theologus inſignis, ſcripſit in vtramq; epiſtolam Petri. In canonicam Iacobi. In Actorum cap. 18. Proceſſum ſuæ examinationis. Sermones ad vtrumq; ſtatum. Vixit anno Domini* 1541.

Alexander *Sozinus Senenſis, Mariani iunioris filius* I.C. *ſcripſit aliquas repetitiones ſuper* 1. *&* 2. *ff. nou. Conſilia etiam nonnulla conſcripſit. Agens adhuc annum ætatis ſuæ* 31. *immatura morte ſublatus, omnibus qui ipſum nouerant ingens ſui deſiderium reliquit.*

* Alexandri *Spinelli Tragedia Cleopatra, Italice in* 8. *Venet.* 1550.

* Alexandri *Stiatici Bononienſis* I.V.D. *praxis iudicialis.* 4. *Venetijs.*

Alexandri *Suetheni medici, De myſterijs medicis Antimonij, libellus germanicus. Argentinæ anno Domini* 1570.

* Alexandri *Tartagni* I.C *celeberrimi conſiliorum libri ſeptem. fol. Francof.* 1575.

Alexander *Theologus, abbas Benedictinorum Cantuariæ ad fanum Auguſtini, multa contra Pontificiam poteſtatem & temporale dominium epiſcoporum diſputauit ac ſcripſit, De ceſſatione Papali lib.* 1. *De eccleſiæ poteſtate lib.* 1. *De poteſtate vicarij lib.* 1. *Victoriam à Portheo lib.* 1. *Super alijs articulis lib.* 1. *Claruit anno Domini* 1207. *Baleus.*

Alexander *Trianus Petronius Citacaſtellanus, philoſophus & medicus, ſcripſit Propoſita ſeu Aphoriſmos quoſdam in philoſophia, logica* 228. *naturali* 322. *metaphyſica* 186. *& in medicina* 149. *ad Paulum Cæſium Cardinalem. Libellus Venetijs impreſſus apud Bernardinum Venetum.* 1535.

Alexandri *Tralliani iatroſophiſtæ libri medicinales* 12. *Græce impreſſi ſunt Pariſijs à Roberto Stephano, anno Domi.* 1548. *in fol. chartis* 76. *cum Rhazæ libro Græco de peſtilentia, & Iacobi Gaupyli in vtrumq; caſtigationibus. Ijdem Latine verſi, Baſileæ apud Heinricum Petrum, Albano Torino interprete. Eoſdem è Græco vertit multiſq; in locis reſtituit & emendauit, Ioan. Guinterius Andernacus; excudit Remigius Guido Argentinæ, anno D.* 1549. *Alexandri Tralliani de rebus Turcarum libri quinq;.*

* Alexandri *Troneri deſcriptio Salisfodinæ Tyroli Germanica M.S. bibl. Imperatoris.*

Alexandri *medici De cognitione pulſuum in febricitantibus, liber Græcus manuſcriptus in bibl. Regis Gallorum.*

Alexander *cognomine de Villa Dei, Dolenſis, ordinis fratrum minorum, ſcripſit volumen metro leonino de grammatica, cui titulus eſt Doctrinale puerorũ lib.* 3. *De Computo eccleſiaſtico lib.* 1. *De ſphæra lib.* 1. *De arte numerandi lib.* 1. *Vixit anno D.* 1240. *Eius quantitates emendauit Hubertus Suſannæus verſificator Gallus, multis expunctis & quæ omiſſa erant ab autore additis. Venditur is libellus octodecim denariolis Gallicis.*

Alexander *Vttendolus ſeptem Pſalmos pœnitentiales, & eiuſdem argumenti orationes* 5. *ex ſcriptis Prophetarum, ad dodecachorchi modos duodecim compoſuit, liber impreſſus Norinbergæ in officina Theodorici Gerlazeni in* 4. *Compoſuit etiam alias ſacras cantiones quinque vocum ibidem impreſſas, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo.*

* Alexandri *Vttenſal Archiduc. Ferdinand. Muſici Canciones, ſeu, vt vocant, Motetæ.* 1571. *Norinbergæ, quinque vocum, Ibid.* 1573. 1577. *Eiuſdẽ Miſſæ & alia, &c.*

Alexander *Wendock, vel Venedotius, epiſcopus Ceſtrienſis, ſcripſit Poſtillas in Pſalterium lib.* 1. *Sermones & lecturas lib.* 2. *Vixit anno Domini* 1238. *Baleus.*

Alexander *Zerbinatus Ferrarienſis, ſcripſit Italice De libero arbitrio, De præſcientia Dei, & Epiſtolam de moribus paræneticam, ad filium comitis Bonifacij Beuilaquæ.*

Alexandridæ *poetæ fabulas citat Athenæus, Melilotum, Hoplomachum, Pharmacomantin ſeu per pharmaca vaticinantem.*

Alexarchus *ſcripſit, De rebus in Italia geſtis libros aliquot, ex quorum tertio Plutarchus cap.* 14 *Minorum parallelorum refert Tullij Hoſtilij & Metij Suffetij hiſtorias.*

Alexinus *Elienſis Ebulidis diſcipulus, dialecticus, ſcripſit ad Zenonem, ad Ephorum hiſtoricum, & alios complures libros. Laertio autore.*

Alexis *Samius, ſcripſit Samiorum* ὧρυς, *his citatur ab Athenæo.*

Alexis *Thurius (Thurij Sybaris olim dicti) Comicus, Menandri comici F. edidit comœdias* 245. *Filium habuit Stephanum qui & ipſe Comicus fuit. Suidas. Allegatur aliquoties apud Stobæũ: & in Florilegio Planudis lib.* 6. *ſect.* 5. *eius carmina decem leguntur. Porrò ex fabulis eius hæ ab Athen. citantur. Certamen ſeu Hippiſcos. Fratres. Æſopus. Anteia. Apeglaucomenos. Deſultor. Amputatus apocoptomenos. Archilochus. Aſclepiocleides. Aſotodidaſcalos, hoc eſt, Helluonum & luxurioſorum nepotum magiſter. Atthis. Brutia. Galatea. Graphe, hoc eſt, ſcriptura aut pictura. Gynecoſtrateia, mulierũ exercitus. Dactylios epulator. Demetrius ſeu Philetærus. Gemini. Dorcis ſeu Poppizuſa applaudens adulans. Bis lugens. Dropis fortè Mendicus. Eiſoikizomenos, Inuaſor exactor, fortè* εἰσοικιζόμενος. *Helena. Græca. Epidauros. Epiclerus. Epitropus, tutor. Septem apud Thebas. Eretricus. Eritho. Ad puteum. Hepacus. Heſione, Theophoretus, hoc eſt numine afflatus. Theſpreti. Thebani. Thraſon. Eques, Equus. Iſoſtaſion Æquilibris. Deceptus. Cleobulina. Cnidia. Parietes calce illinens. Nouacula. Cracias aut pharmacopola. Gubernator. Aleator. Cygnus. Peluis. Lampas. Lebes. Leucadia ſeu ſerui fugitiui. Populus alba. Linus. Locri. Lyciſcus. Sopita. Vates. Mida Mileſij. Mileſia. Milcon. Minos. Proci. Vlyſſes ſubtexens. Habitatus. Olynthius. Homyttia. Opora ſeu autumnus. Oreſtes. Saltatrix. Pamphila. Pancratiaſtes. Excubiæ ſiue Lanaria. Paraſitus. Vinolentus. Poetæ. Poeta. Polycleia. Agricola. Ponticus. Potochorus. Pythagoram imitans. Pylæa. Py-*

raunus. Rhodius vel demulcens. Miles. Commorientes. Concurrentes. Collactanei. Ficuum vaſcula. Tarantini. Thetys. Matertera. Fœnerator. Trophonius. Somnus. Subditîtius. Suſpicio. Phædrus. Pholiſcus. Elegans ſiue Nymphæ. Amans. Phrygius apparatus. Phryx. Exul. Mentiens. Pſeudohypobolimæus ſeu falſò ſubditus. Chori princeps. Περὶ ἀντεραστίας. Cyprius.

Alexius Comnenus, ſcripſit Nouellas, de quibus Holoander in præfat. Nouell. Iuſti.

Alexius patriarcha De nuptijs, Græcè extat cum canonibus Conciliorum quos Zonaras expoſuit.

Alexius Pedemontanus, Italicè ſcripſit libros De remedijs ſecretis, quos poſtea Ioannes Iacobus Weckerus in Latinam & Germanicam linguam tranſtulit, Germanicè excuſi ſunt Baſileæ, anno Domini 1569.

Alexius Salamanca Zamorenſis, ordinis minorum, ſcripſit de Republica Chriſti dialogos tres. Quibus primò ſuum quiſque legiſlatorem obſeruet, deinde leges pro virili ſeruet: poſtremò quam abſolutiſſimus ciuis (erroribus quorundam interim ac hæreſibus exploſis) euadat. His paſſim inſperſa ſunt prophanæ literaturæ quædam haud indignâ lectu. Sebaſt. Barpt. Honoratus impreſſit Lugduni, anno 1556.

* Alexius Veniga, de tranſitu mortis, Italicè.

Alexij Vgonij Brixiani, monachi Caſſinenſis, Dialogus de ſolicitudine, excuſus eſt Venetijs anno Domini 1545. apud Cominum de Tridino, octernionibus quatuordecim.

Alexo Mindius in nono fabuloſorum citatur à Laertio.

Alfenus Varus vetus I.C. ſcripſit Digeſtorum libros 40. quos deinde Paulus in Epitomen redegit. Citantur autem in Pandectarum libris, tum ipſius Alfeni Digeſtorum libri, tum Epitomarum, ſiue Digeſtorum à Paulo Epitomatorum libri octo: & aliquoties etiam Alfenus citatur nullo notato nomine librorum.

Alfius libro primo belli Carthaginenſis, citatur à Feſto. Hic fortè eſt Alfius Flauius, cuius meminit Plinius in catalogo auctorum lib. 9.

Alfonſus Bertutius Fanenſis, ſcripſit Methodum generalem & compendiariam, ex Hippocratis, Galeni, & Auicennæ placitis depromptam ac in ordinem redactam, ad omnes morbos rectà ratione curandos ſummè vtilem & neceſſariam. Lugduni excudit Gabriel Coterius 1558.

Alfonſi Ferrij Neapolitani medici, Pauli III. Pontificis Maximi chirurgi primarij, De ligni ſancti multiplici medicina, & vini exhibitione, libri quatuor impreſſi Pariſijs, forma Enchiridij, anno 1539. Eiuſdem de ſclopetorum ſiue archibuſorum vulneribus libri tres. Corollarium de ſclopeti ac ſimilium tormentorum puluere. De caruncula ſiue callo quæ ceruici veſicæ innaſcuntur, opuſculum chirurgis vtile. Matthias Bonhomme excudit Lugduni, anno Domini 1553. quaternionibus quindecim & dimidio.

Alfonſos reliquos quære in Alphonſo.

Alfragani aſtronomorum peritiſſimi Introductio aſtronomica, continens omnia rudimenta aſtronomiæ, impreſſa Ferrariæ, anno Domini 1539. & Norimbergæ à Petreio, anno Domini 1537. cum Albategnij libro De ſcientia ſtellarum. Refert etiam Paſtregicus alium librum ab Alfragano ſcriptum titulo De aggregationibus ſtellarum.

Alfricus Grammaticus, abbas Abindonenſis & poſtremò Cantuarienſis archiepiſcopus, ſcripſit Grammaticam Latinoſaxonicam lib. 1. Dictionarium Latinum. Super Gregorij dialogis lib. 4. Donatum vertit, & Geneſim. Obijt anno Chriſti 1006. Baleus.

Alfricus præſbyter, ſcripſit conciones doctas lingua Angloſaxonica, quæ in Fontana bibliotheca extabant. Baleus.

Algazel, autor Arabs, ſcripſit Deſtructiones contra Auerroim, & rurſum Auguſtinus Niphus, deſtructiones Deſtructionum huius Algazel. Eius philoſophia & logica cum alijs edita eſt, in folio. Eius ſcriptorum de tranſcendentibus meminit autor Luminis animæ in præfatione.

Algerus Corbeienſis Germanus, monachus S. Benedicti, ſcripſit De ſacramento altaris librum, impreſſum Coloniæ à Quentelo, & Louanij anno Domini 1561. Item De gratia & libero arbitrio.

* Tractatus de veritate corporis et ſanguinis Dominici in Euchariſtia ex recognitione Eraſmi Roterod. Antuerp. in 8. Et Germanicè excuſus Moguntiæ, anno Domini 1551.

* Alggeni Vrbici in Iulium Frontinum de controuerſijs limitum, in folio.

Alguazir Abulеizor filius Abumelech Filzer, De curatione lapidis, ad Imperatorem Sarracenorum Anli filium Ioſeph filij Reſaphim. Hoc titulo liber inter ſpurios Galeni habetur.

Alhari Arabici ſcriptoris verba aliquando citat Simon Genuenſis.

Alhazeni Arabis Opticæ libri ſeptem: eiuſdem De crepuſculis et nubium aſcenſionibus: Item Vitellionis libri decem: omnes inſtaurati & figuris illuſtrati, à Federico Reiſnero Baſileæ editi ſunt 1572. in folio.

Alhomianes Chymiſta citatur in libro ſenioris filij Hamuel.

Alkides ſapiens ibidem citatur.

Aliander de Coſco, Epiſtolam Chriſtophori Colom. De inſulis, in mari Indico nuper inuentis, ex Hiſpanica lingua in Latinam non ineruditè vertit, anno 1539. libellus impreſſus.

Alkindi libri De mutationibus temporum, item De proportionibus, editi ſunt. Vide in Iacobo Alkindo.

Alkirandi librum citat Bartholomæus Cocles primo capite ſuæ phyſionomiæ, & multa inde verba deſcribit.

Almadal inter naturalis magiæ ſcriptores numeratur, à quo forſan Almadel ars denominata eſt, ad theurgiam magiæ partem pertinens.

Almain

Digitized by Google

Almain *opuſcula, In ſententias, Moralia, De poteſtate eccleſiaſtica, Emblemata phyſica: in Sorbona extant.*

Almannus *monachus Altuillaren. cœnobij, ordinis S. Benedicti, exemplo Hieremiæ prophetæ deſolationem Franciæ, quæ ſuo tempore à Normannis vaſtabatur, & ſui monaſterij deplanxit, Alphabeto componens lib.1. Vitam Vinardi epiſcopi lib.1. Vitam S. Syndulphi lib.1. Vitam S. Helenæ Auguſtæ lib.1. Tranſlationem eiuſdem lib.1. Vixit anno Domini* 890.

Almanſori *principi libros ſuos in re medica Raſis nuncupauit.*

Almanſor *aſtrologus ſcripſit iudicia, ſeu propoſitiones, ſiue capitula ſtellarum, 150. oblata regi magno Sarracenorum. Ea tranſtulit Plato Tiburtinus ex Arabico ſermone in Latinum. Venetijs anno Domini 1493. impreſſa cum quadripartito Ptolemæi. Et Baſileæ cum Iulio Firmico.*

Almaricus *quidam ſcripſit pro mulieribus contra Tiraquellum.*

* Almaſidis *Rhetoris epiſtolæ Græce in 4. bibl. Imperatoris.*

Almericus *Carnotenſis, ſcripſit Paraphyſeon librum, qui Pariſijs ponebatur inter libros damnatos: nam ab Innocentio III. PP. damnatus eſt, anno 1198. Treuctus.*

Aloiſius *Alamannus Florentinus ex Sophocle in Hetruſcum idioma conuertit Antigonem, & plura Italice ſcripſit.*

* Aloiſij *Armerij de Guleta & Tuneto expugnatis. in fol. Baſileæ 1556.*

Aloiſius *Cadamuſtus Venetus, deſcripſit nauigationem ſuã ad terras ignotas lingua Italica, quam Archangelus Madrignanus tranſtulit in Latinam. Heruagius impreßit Baſileæ in folio, anno D. 1532. cum alijs noui orbis ſcriptoribus. Hunc P. Martyr ea quæ ſcribit de Caſtellanis nauigationibus, è ſuis Decadibus ſuffuratum eſſe ait.*

Aloiſius *Lippomanus Methonenſis epiſcopus, ſcripſit Catenam in Exodum ex autoribus eccleſiaſticis plus minus 60. ijsque partim Latinis, partim Græcis connexam, & excuſam Pariſijs apud Carolam Guillardam, anno D. 1550. in fol. Idem De Sanctorum hiſtorijs tomos aliquot congeßit & edidit in Italia: ex quibus poſtea L. Surius hiſtorias aliquot edidit, additis nonnullis nunquam ante hac in lucem editis. Idem Scholia adiecit Damaſceni hiſtoriæ de Barlaamo Eremita & Ioſaphato rege Indorum. * Eiuſdem Catena in Geneſim, Pariſijs. 1546. Tomus quartus vitarum ſanctorum patrum. Venetijs, 1554. eſt excuſus. Scripſit etiam Epiſtolam ad illuſtrißimum principem Nicolaum Radeuitium Palatinum. Eiuſdem Radeuitij epiſtola altera ad Lipomanum, 1556. Regiomont. Boruſsiæ.*

Aloiſij *Luiſini Vtinenſis quæſtiones de Balneis, inſertæ ſunt Ludouici Paſini libro de Thermis Patauinis à Iuntis impreſſo. Eiuſdem libri de Compeſcendis animi affectibus per philoſopiam & medicinam. Baſileæ 8. Aphoriſmi Hippocratis Latino carmine hexa. redditi. Venet. apud Iuntas 1552.*

Aloiſij *Marliani Mediolanenſis epiſtola, qua calamitoſa Philippi Hiſpaniæ regis, in Hiſpaniam nauigatio deſcribitur, impreſſa eſt Argentinæ, anno D. 1554. Eiuſdem oratio typis excuſa eſt, quam habuit in comitijs ordinis aurei velleris Caroli Romanorum regis. Scripſit etiam quædam contra Lutherum & de fortuna. Obijt Wormatiæ in conuentu imperij ſub Carolo.*

Aloiſius *Mundella, medicus, ſcripſit epiſtolas medicinales 23. variarum quæſtionum, & locorum, inſuper Galeni difficilium expoſitionem continentes. Annotationes in Examen ſimplicium ab Antonio Muſa Braſauola conſcriptum. Michael Iſingrinius excudit Baſileæ, 1543. Item Theatrum Galeni, hoc eſt, vniuerſæ medicinæ à Galeno diffuſe ſparſimq; traditæ promptuarium: quo vel indicis loco in omnes Galeni libros vel locorum communium inſtar in re medica lector vtetur. Editum Baſileæ per Euſebium Epiſcopium in folio, anno 1568. Præterea edidit dialogos medicinales 10. in quibus multa tum artis theoremata, tum hiſtoriæ curationum præcipuè explicantur, Tiguri 1551.*

Aloiſius *Trißinus Vincentinus medicus, ſcripſit problematum medicinalium ex ſententia Galeni libros ſex, euulgatos Baſileæ ab Iſingrinio 1546. in 8. Docuit Ferrariæ, & iuuenis adhuc obijt, annos circiter 25. natus.*

Aloiſius *Vopiſcus, Poeta & Philoſophus, vertit inter alia Plutarchi opuſculum De non iraſcendo.*

Alpatragius *Aſtrologus, edidit librum in Aſtrologia, qui incipit, Detegam tibi ſecretum. Forte is eſt qui Alpetragius ab Alberto nominatur.*

Alpetragius *quidam autor, citatur in ſumma Alberti Magni.*

Alphanus *Archiepiſcopus Salernitanus, ſcripſit De vnione verbi Dei & hominis, lib.1. De vnione corporis & animæ lib.1. De quatuor humoribus corporis, lib.1.*

Alpharabij *cuiuſdam, liber De compoſitione aſtrolabij extare fertur.*

Alpharabij *declaratio in Rhetoricam Ariſtotelis, impreſſa eſt Venetijs apud Scotum, anno Domini 1515. cum Ægidij de Roma interpretatione in eandem. Eiuſdem libri De potentijs animæ, De permixtionibus elementorum, citantur ab autore Luminis animæ. Item de differentijs regionum librum eiuſdem, ſuo tempore idem autor vulgatum ſcribit. Eiuſdem logica citatur à Ioanne Franciſco Burana.*

Alpharus *ordinis fratrum minorum, natione Hiſpanus, Ioannis Scoti auditor, edidit quædam præclara, ex quibus extat opus magnum & inſigne Lugduni impreſſum, anno Domini 1517. De planctu Eccleſiæ lib.2. Speculum quoque Regum, lib.1. Super Sententias, lib.4. Apologiam, lib.1. & quædam alia.*

Alphei *Mitylenæi poetæ epigrammata 9. in Florilegio Planud. ſuperſunt, 6. in 1. libro: in 3. 4. & 5. ſingula.*

Alphenus, *Vide Alfenus.*



Digitized by Google

R. Alphes *Iudæus, ſcripſit opus ingens Hebrai ce, excuſum à Bombergo, De feſtis, ritibus & conſuetudinibus Iudæorum.*

Alphij *Auiti poetæ fragmenta quadam extãt ex libro, quem inſcripſit* Excellentium, *carmine Iambico Dimetro, eius exemplis Victorinus & Priſcia nus li.8.12. & 18. vtitur, diuerſus autor ab Alcimo Auito poeta Chriſtiano: eiuſdem tamen familiæ.*

Alphidius *quidã philoſophus, ſcripſit De creatione metallorum, lib.1. Ioan. Lelandus.*

Alphonſius *Abulenſis, ſcripſit in tota Biblia.*

Alphonſi *cuiuſdam liber De matrimonio reginæ Anglicæ excuſus eſt in Italia.*

* Alphonſi *Adriani Capitanei breues aliquot ſermones De munitionibus, cum eorundem figuris, in 4. Italice.*

Alphonſus *Æmilius Sebaſtes, ſcripſit Paſquillum proſcriptum in Germania exulantem, impreſſum octernionibus 2.*

Alphonſi *Aluarez Guerero, Theſaurus Chriſtianæ religionis, & Speculum ſacrorum ac ſummorum Pontificum, Imperatorum & Regum.* Venetijs Cominus de Triteno excudit 1559. Fuit hic Alphonſus conſiliarius Regius & regiæ cameræ præſes apud Regem Hiſpaniarum Philippum II.*

Alphonſus *Bonihominis, ordinis Prædicatorum, Hiſpanus, ex Arabica lingua in Latinam tranſtulit Epiſtolam Rabbi Samuelis Iudæi miſſam ad Rabbi Iſaac, qua Prophetarum dictis Chriſtum Ieſum verum Meſſiam veniſſe, paſſum, mortuum eſſe ac reſurrexiſſe, cœlos aſcendiſſe, ſecundusq; eius aduentus pulcherrime cõmonſtratur. Heinricus Petri impreſſit cum alijs patrum antiquorum ſcriptis, in Micropreſbytico. Vixit hic autor anno D.1239. vel vt alij volunt 1339.*

Alphonſi *à Caſtro, Zamorenſis, ordinis Minorum, libri 3. De hæreticis ſiue de iuſta hæreticorum punitione, ab autore recogniti, & multis in locis aucti, Antuerpiæ in ædibus viduæ & hæredum Steelſij in 8. 1568. Eiuſdem de poteſtate legis pœnalis lib. 2. Pariſijs (ni fallor) impreſſi. Aduerſus omnes hæreſes lib. 14. impreſſi Lugd. apud Frellonios fratres, anno 1546. Omnia hæc ab autore recognita & illuſtrata, impreſſa ſunt Pariſijs apud Michaelem Sonnium 1571. in fol. * Eiuſdẽ opera omnia duobus Tomis comprehenſa ſunt. Inter quæ 49. Homiliæ quibus Pſalmos 31. & 50. eleganter explicauit.*

Alphonſi *Conradi Mantuani, Commentarius in Apocal. D. Ioannis Euangeliſtæ & Apoſtoli: impreſſus Baſileæ à Perna in 8.*

Alphonſi *Gometij in Parag. ſi. re. expectatiuarum D. Cle. Papæ 7.*

Alphonſus *de Herrera ord. Præd. Cæſaris concionator, ſcripſit diſceptationem aduerſus Lutheranos De valore bonorum operum. Liber impreſſus venditur 18. denariolis Gallicis.*

Alphonſus *Hiſpalenſis epiſcopus, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini, edidit ſuper Sen. lib. 4. Claruit anno 1240.*

Alphonſus *Hiſpalenſis de Corduba, artium & medicinæ doctor, tabulas aſtronomicas ac in eaſdem demonſtrationum theoremata, Elizabethæ reginæ dicauit. Impreſſæ ſunt Venetijs cum tabulis Alphonſi regis. Claruit anno D. 1484.*

* Alphonſi *Hoieda de Mendoca Carmonenſis, de Beneficiorum incompatibilitate & compatibilitate tractatus, fol. Venetijs 1579.*

Alphonſi *Moræ oratio de Trinitate, impreſſa eſt.*

* Alphonſi *Madrileienſis libellus aureus, de Vera Deo inſeruiẽdi methodo, Hiſpanice editus olim, nunc Latinus factus per Fr. Ioan. Hentenium. Item Speculum illuſtrium perſonarum eiuſdem auctoris & interpretis.*

Alphonſus *Romanorum & Hiſpaniarum rex, philoſophus & aſtronomus, inter omnes ſui temporis excellentiſsimus, ſcripſit vtiliſsimas in Aſtronomia tabulas, lib. 1. Epiſt. ad diuerſos, lib. 1. His acceſſerunt tabulæ Elizabethæ reginæ, nuper caſtigatæ, & in ordinem redactæ per L. Gauricum, cum additionibus & nouis problematibus eiuſdem Gaurici. Omnia ſimul impreſſa Venetijs anno 1524. Item Pariſijs opera Paſchaſij Hamelij Mathemat. & regij profeſſoris emendatæ, & acceſsione plurimarum tabularum auctæ à Chriſt. Wechelo impreſſæ ſunt, anno 1545. in 4. mai. fol. char. 36.*

* Alphonſi *Arragonum regis vafre dicta, 4. bibliotheca Imp.*

* Alphonſi *vndecimi regis Caſtiliæ Chronica, in fol. Hiſpanice, Pinciæ, anno 1551.*

Alphonſus *Piſanus Ieſuita, ex varijs Græcorum, Latinorum atq; Arabum monumentis collegit Canones & acta primi Oecumenici Concilij Niceni, additis ſanctorum patrum teſtimonijs. Dillingæ 1572. octauo.* Eiuſdem de Continentia & abſtinentia, vel de Apoſtolico cœlibatu, ieiunio & ciborum delectu, doctrina Catholica, 8. Coloniæ 1579.*

Alphonſus *archiepiſcopus Toletanus in Ariſtotelis libros de Anima quæſtiones conſcripſit. Excuſæ ſunt Florentiæ 1477.*

Alphonſus *Toſtatus epiſcopus Abulenſis, Hiſpanus, Theologus acutiſsimus, ſcripſit Commentarios in Geneſ. Leuit. Num. Deuteron. Ioſue, Iudicum lib. & Ruth. Item in 4. Regum libros, & duos Paralip. Item in Euangelium Matthæi. Idem ſcripſit De optima politia. De ſtatu animæ poſt hanc vitam. Contra concubinarios ſacerdotes. Super Ecce virgo concipiet, cum repetitione de Trinitate Paradoxa. Omnia hæc 13. magnis voluminibus in folio excuſa ſunt Venetijs per Gregorium de Gregorijs, ſumptibus domini Ioannis de Angelis ciuis Veneti, anno D. 1507. die 14. menſis Octobris.*

* Alphonſi *Veneti Monachi de ordine S. Dominici Enchiridion. 1551. Antuerp. excuſum Hiſpan.*

Alphonſi *Viruesij Canarienſis epiſcopi, Philippicæ diſputationes 20. aduerſus Lutherana dogmata per Philip. Melanchtonem defenſa, impreſſæ ſunt Coloniæ in 4. anno D. 1542.*

* Alphonſus *Vlloa deſcripſit expoſitionem Maximiliani Cæſaris 2. contra Sultanum Solymannum Turcarum Imperatorem, Italice, extat etiã Germanice incerto interprete. Baſileæ apud Hen. Petri 4. 1578.*

1578. Vitam quoq; potentiſſ. Imperat. Ferdinandi. Venetijs 1565. Italice.

Alphredus Anglicus, cognomento Philoſophus, ſcripſit De motu cordis lib. 1. De muſica lib. 1. In Boetium de conſolatione lib. 5. In Ariſtotelem de Vegetabilibus lib. 1. In meteora eiuſdem lib. 4. De educatione accipitrum lib. 1. De rerũ naturis lib. 1. Claruit anno ſalutis 1270. Baleus.

Alphredus Beuerlacenſis Anglus, ſcripſit Hiſtoriarum lib. 1. & De rerum naturis lib. 1. Claruit circa annum Chriſti 1087.

Alphredus Magnus Anglorum rex, ſcripſit Viſiſaxonum leges, Regum fortunas varias, Dicta ſapientum, Facetias & ſales, Collectiones Chronicorum. Acta ſuorum magiſtratuum. Manuale meditationum. Tranſtulit verò in linguam Anglicam Harmeſtam Pauli Oroſij lib. 7. Gregorij dialogos lib. 4. Molmutinas leges lib. 1. Geſta Anglorum Bedæ li. 5. Boetium de conſolatione lib. 5. Pſalterium Dauidicum lib. 1. Vixit anno D. 901.

Alphredus Malmeſburienſis cœnobij abbas, ſcripſit De naturis rerum lib. 1. De rebus cœnobij ſui lib. 1. Vixit anno 990. Baleus.

Alphredus Oſuuij Regis ex concubina filius, Northumbrorum Rex, ſcripſit Epiſtolarum libros ad Colmannum & ſuos, ad Hildam abbatiſſam, ad Adamannũ Coludium. Obijt anno ſalutis 705. Bal.

Alredus Rhieuallis, Anglus, monachus Ciſtertienſis, ſcripſit Vitam Eduardi regis Anglorum, Vitam Dauidis Gothorum regis, & Margaritæ reginæ. Homil. 33. Super onus Babylonis Eſaiæ lib. 1. De ſpirituali amicitia lib. 1. De natura animæ lib. 1. De dotibus eiuſdem lib. 1. Epiſtolarum lib. 1. Floruit anno Domini 1164.

Alraheb religioſus monachus, qui fuit eximius phyſicus, à quo Raſis multa notabilia ſuſcepit. Bellunenſis.

Alſaharanus Arabs, ſcripſit De theorica & practica medendi, eius verba citat Chriſtophorus Oroſc. caſtigator Ætij interpretum, in caſtigationibus librl 4. cap. 27. ita vt appareat iſtum authorem extare.

* Althelmi de Virginitate liber, verſu Heroico manuſcript. bib. Imp.

Aluardus de Cadurco, Dominicanus, Toloſas, ſcripſit Poſtillam in Apocal. lib. 1. In 7. Pſalmos pœnitentiales lib. 1. Super officio mortuorum lib. 1. & Sermones pro clericis lib. 1. Nic. Bertrandus.

Aluarus Gomes, Hiſpanus, Prouerbia Solomonis reddidit carminibus, quæ typis excuſæ ſunt Baſileæ apud Robertum Winter, anno 1538. * Eiuſdem de rebus geſtis à Franciſco Ximenio Ciſnerio, Archiepiſcopo Toletano, libri octo, qui ſunt rerum Hiſpanicarum Tomus 3. Ioan. Sambuci Pannonij ſtudio editus. In folio Francoforti apud Andr. Wechelum.

Aluares Nunius, ſcripſit De nouo orbe lingua Hiſpanica.

Aluari Pelagi, ordinis fratrum Minorum, De planctu Eccleſiæ. Vlmæ 1474. Eiuſdem ſumma in charta regali Vlmæ 1474.

* Aluiſij Alemanni, Agricultura ad Chriſtianiſſimum Regẽ Franciſcum eius nominis primũ 1546 in 4. Italice.

Aluiſius Marſilius, Italus, Auguſtinianus, ſcripſit Sermones notabiles lib. 1. Commentariorum lib. 1. Claruit Florentiæ, anno 1380. Antoninus in Chronicis.

Aluiſius Sadoch, de Panormo, Siculus, Carmelita, ſcripſit Diſputationes quaſdam lib. 1. Sermones quoque plurimos & alia. Claruit anno 1390. Martinus Perſona.

Alulidi Roſadis compendium priorum analyticorum Ariſtot. impreſſus eſt ab Octau. Scoto anno D. 1524. in fol. cum commentarijs Ioan. Franciſci Buranæ in analytica Ariſtot. Eiuſdem commentaria in poſteriora analytica Ariſtot. & quædam ex eius Alpha minori poſt naturalia, ciatantur à Ioan. Franciſco Burana.

Alulphus monachus Benedictinus, ex operibus B. Gregorij collegit opus excerptionum in nouũ Teſtamentum, quod inſcribunt Gregorianam, impreſſum Argent. anno D. 1516. in 4.

Alypius Alexandrinus Sophiſta Iamblichi ætate vixit, in dialecticis exercitatiſſimus, huius vitam ſcripſit Iamblichus, teſte Eunapio. Huius fortè eſt Græca Iſagoge in Muſicam quæ ſeruatur Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris.

Alypij & Auguſtini epiſtola ad Paulinum numero 106. inter D. Auguſtini epiſtolas. Eorundem epiſtola ad Iulianam Demetriadis virginis matrem, CXLIII. Eorundem & Fortunati epiſtola ad Generoſum CLXV.

* Amadiſi de Gaula libri quatuor Italice. Eiuſdem Gallicæ hiſtoriæ fabuloſæ liber decimus & vndecimus Germanice redditus. In 8. Frãcoforti ſumptibus Sigiſmundi Fyrabend. Amadis de Gaula, narratio eſt fabuloſa. Sic autẽ inſcribitur, quia Amadis primas partes in illa narratione obtinet, qui eſt ſtirps & autor propaginis eorũ ferè omnium, quorũ ingentia facinora illa narratione celebrãtur: Arma enim & amores equitum illuſtrium & heroinarum continet. Illius hiſtoriæ vel potius fabulæ libri primi ab Hiſpano quodam ſcripti fuere, qui fatetur ſe illos à mercatore quodam Vngaro accepiſſe, qui illos è Græcia aduexerat. Poſtea tempore Franciſci primi Galliarũ Regis, à Nicolao de Herberay domino des Eſſars, in Gallicam linguam ſeptem libri fuerunt conuerſi: qui illos Amadis libros primum Gallice fuiſſe ſcriptos autumat. Nam præterquã quòd Amadis ille fingitur fuiſſe Gallus, idem des Eſſars affirmat, ſe vidiſſe vetuſtiſſimos codices manuſcriptos, idiomate Gallico Picardico, de hac re conſcriptos. Illis ſeptem primis libris à varijs hominibus otio abutentibus, plures additi: adeò vt illa fabula ad 24. libros peruenerit. Tanta venuſtate ſermonis tanta rerum viciſſitudine, & argumenti varietate exornata fuit illa narratio fabuloſa, atq; in ea, præſertim ſeptem primis libris, veræ narrationis leges ita obſeruãtur, vt Lectorem abundantem otio, rerumq; nouarum, quantumuis fictarum cupidum, mirificè alliciat. Hactenus de hoc libro iudicium eruditi vi-

ri D.C.Lor.Galli. Vide plura in nomine Aenerdi Oliuæ & A.F.V.L. His nugis Gallicis,ſicuti vir clariſſimus grauiſſimusq; B.teſtatur,nihil præcipuè præter turpiſſimos & fœdiſſimos amores narratur, & ita quidē vt res ipſæ oculis penè ſubijciantur,quibus tamen libris ferè nullæ Gallorum familiæ carent : quod non aliunde,linguæ Gallicæ puritatem diſcere ſe putant.

Amadius Iuſtinus à Caſtello in nomenclatura Iuriſconſultorum nominatur,ſcripta tamen eius nō commemorantur.

Amalarij Treuirenſis epiſcopi libri De miſſæ ritibus & ſanctis myſterijs, impreſſi ſunt cum alijs quibuſdam Coloniæ.Hunc quidam vocant Hamularium,Vide H literam.

Amandi Chabaſij Montilienſis,inſtitutionum Dialecticæ liber, quo Ariſtotelis,Ciceronis, & recentiorum philoſophorum præceptiones ſtylo explicantur dilucido, excuſus eſt Pariſ. apud Matthæū Dauidem,anno D.1549.quatern.10.

Amandus ordinis Prædicatorum, lector Conſtantienſis,ſcripſit librum quem nominauit Horologium æternæ ſapientiæ.Horas bonas æternæ ſapientiæ,quæ alio nomine dicuntur,Curſus æternæ ſapientiæ, Tractatum centum meditationum paſſionis Chriſti M.. Dreſſerus m.

Amandus Zierixienſis,patria Zelandus,ordinis minorum de obſeruantia,ex probatis authoribus erudita breuitate congeſſit Chronicon, à mundi exordio,ad annum 1534.quod Scrutinium vel Venationem veritatis hiſtoricæ vocabat lib.6. De hebdomadibus Danielis,lib.1.Commentarios in Geneſim lib.1. Spiritualis militiæ duodecim horas,lib.1. Dominicæ paſſionis hiſtoriam,lib.1.De Chriſti reſurrectione & aſcenſione,lib.1.In Eccleſiaſten Solomonis,lib.1. Expoſitiones in Iobum. De quadraginta manſionibus,lib.1. De S.Annæ coniugio lib. 1.Conciones publicatas, lib.1. Obijt anno 1524.quo anno Chronicon eius Antuerpiæ eſt impreſſum per Simonem Cocum.Franc.Titelmannus.

Amanelli de Claris aquis Iuriſconſulti Singularia & tautelæ.

Amantius de Valle,Minorita,Toloſanus,ſcripſit Elucidationes Scoti, lib. 1. & alia. Nicolaus Bertrandus.

Amaranthi Alexandrini περὶ στεφάνων liber,citatur bis in Athenæi Sympoſiacis.

Amaſidis Ægyptiorum regis epiſtolium extat apud Herodotum lib. 3. ad Polycratem Sami principem in omnibus fortunatum.

* Amaſidis Rhetoris epiſtolæ Græcæ, Venetijs per Aldum.

* Amaſij epiſcopi Conſtantinopolitani Martyres in 4.Ms.bibl.Imp.Viennæ.

Amati Luſitani medici præſtantiſſimi, Curationum medicinalium Centuriam primam, multiplici variaq; rerum cognitione refertam, ( cui præfixa eſt eiuſdem authoris commentatio,in qua docetur, quomodo ſe medicus habere debeat in introitu ad ægrotantem, ſimulq; de criſi & diebus decretorijs,ijs qui artem medicam exercent, & quotidie pro ſalute ægrorum in collegium deſcendunt,longè vtiliſſima,)Florentiæ impreſſit Torrentinus,anno D. 1551.octer.26. Eiuſdem curationum medicinalium centuria ſecunda,in qua methodus & canon propinandi decoctum radicis Cynarum,Iulio III.Pontifici compoſitus, vberius deſcribitur,quàm in prima habetur centuria,Venetijs impreſſa eſt à Vincentio Valgriſio,anno Domini 1552.octern.16. Idem Amatus Luſitanus , nomine Ioan. Roderici Caſtelli Albi,Luſitani,edidit exegemata in 2.libros priores Dioſcoridis,excuſa Antuorpiæ,anno 1536.Deinde ſub ſuo nomine euulgauit eruditiſſimas enarrationes in Dioſcoridem totum,in quibus paſſim ſimplicia Græce, Latine,Italice, Hiſpanice, Germanice & Gallice proponuntur, Venet.excudit Valgriſius, anno 1553. quo tempore autor Rhacuſij medicinam factitabat. Præterea edidit curationum medicinalium præter duas cōmemoratas, adhuc alias quinq; Centurias, quæ Venetijs & Lugduni ſunt excuſæ. Sunt etiam eius Commentaria in Dioſcoridem Argentinæ à Rihelio excuſa, * & Lugduni apud Matthiam Bonhomme 1558.cum annotationibus Roberti Conſtantini,& ſimplicium picturis ex Leonardo Fuchſio & Iacobo Dalechampio.

Ambertus de Attramonia, De quæſtionibus & tortura.

Ambroſius Origenis auditor, primo Marcionites, ac deinde ab ipſo Origene correctus, ſcripſit De ſua conuerſione gratias agens,ad Origenem, Epiſtolarum,lib.1.& quædam alia.Floruit anno Domini 230.

Ambroſius preſbyter, natione Alexandrinus, Didymi cæci quondam auditor, ſcripſit Commentariorum in Iob lib.1. Contra Appollinarem Laodicenum,lib.1.Vixit anno D.400.

Ambroſius Anſbertus, Gallus, monachus & preſbyter ordinis S. Benedicti, ſcripſit in Cantica cantic.lib.1.In Pſalterium quoq; lib.1.In Apocalypſin Ioan.lib.10. De cupiditate,lib.1. Epiſtolarum ad diuerſos,lib.1.Floruit anno Domini 890.* Eius libri in Apocalypſin Coloniæ,1536.excuſi ſunt.

Ambroſius Blarerus Conſtantiæ ad lacum Acronium, nobili familia natus,& ibidem Eccleſiæ miniſter, ſcripſit Epiſtolam elegantem exhortatoriam ad eandem eccleſiam, impreſſam in 8.anno D. 1536. Theſaurum ſpiritualem, libellum conſolatorium,qua ratione Chriſtianus homo ſe paret ad mortem & quaſuis ærumnas ferendas , liber impreſſus Germanice à Froſchouero,anno 1561.in 8.Eiuſdem Concio Bernæ habita, impreſſa eſt cum actis diſputationis Bernenſis.

Ambroſius Iung, ſcripſit Regimen peſtilentiæ Germanico ſermone.

Ambroſius Calepinus, Eremitanus Bergomâs, ſcripſit Latinæ linguæ Dictionarium, quod à multis deinde viris doctis, diuerſis temporibus, adeò & locupletatum & immutatum eſt,vt ſi iam ipſe Calepinus rediret, ſuum opus nequaquam agnoſceret. Varijs in locis hoc lexicon impreſſum eſt,Baſileæ in officina Curionis,ſæpius,& diuerſis formis Pariſijs apud Ambroſium Girault,anno Domini 1539.cum

Iacobi

Digitized by Google

Iacobi Montani caſtigationibus & vocabulis Grææcis. Venetijs apud Franciſcanum Bindonum & Mapheum Paſinum Græce, Latine & vulgari lingua (Italica) illuſtratum, anno Domini 1545. Ibidem Latinoitalice apud P. Manutium. Lugduni multis partibus auctum: adiecta ſunt etiam Latinis dictionibus Hebræa, Græca, Gallica, Italica, Germanica, 1570. in folio. Item Antuerpiæ 1572. & alijs etiam in locis.* Nuper accuratè emendatum, multisq; partibus cumulatum, folio. Lugduni apud Philippum Tinghi Florentinum 1581.

Ambroſius Camaldulenſis, ordinis generalis abbas, Chryſoloræ Byzantini philoſophi Græcas literas apud Venetias docentis quondam auditor: ſcripſit inſigne volumen Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Orationes varias. In Latinum etiam ex Græco tranſtulit 4. libros beati Dionyſij Areopagitæ, eleganti ore & faciliori ſtylo. Vitam quoque originalem beati Ioannis Chryſoſtomi ad Sigiſmundum Imper. Item Baſilium de virginitate, ad Gabrielem Cardinalem, poſtea Papam Eugenium IIII. Item Laertium de vita philoſoborum, ad Coſmum de Medicis. Sed & 3. libros D. Ioannis Chryſoſtomi ad Stagirium monachum arrepticium, luculento & ornato conuertit eloquio. Æneæ dialogum Theophraſtum tranſtulit. D. Athanaſij librum contra Gentes. Ephren Syri ſermones 19. è Syro ſermone in Græcum prius conuerſos, Argentor. excuſos apud Math. Schurerium anno Domini 1509. quater. 24. Tranſtulit etiam Ioa. Scholiaſtici Climacem, quod opus Venetijs exiuit anno 1531. Scripſit & ipſe De ſacramentis, de Sancto ſpiritu, Epiſtolasq; complures. Claruit anno 1430.

Ambroſij Catharini Politi Dominicani, contra Lutherum lib. 5. editi ſunt Florentiæ anno D. 1521. Eiuſdem excuſationis lib. 4. eodem anno editi ſunt. Ex his libris, eius iudicium excerptum de perſona & doctrina M. Lutheri, Franc. Behem impreſſit Moguntiæ anno Domini 1548. Contra dogmata quædam excerpta ex Commentar. Cardinalis Caietani, liber impreſſus Pariſijs, apud Colinæum, venditur 4. ſolidis Gallicis. Præterea libri De reſidentia epiſcoporum, & de correctione anni, Venetijs excuſi ſunt apud Gabrielem Iolitum, anno D. 1548. Eodem anno 4. conſiderationum libri ab eodem editi ſunt, neſcio an ijdem cum prioribus. De præſcientia & prouidentia Dei lib. 1. De prædeſtinatione Dei lib. 1. De eximia prædeſtinatione Ieſu Chriſti lib. 2. De Angelorum bonorum gloria, & lapſu malorum lib. 1. De lapſu hominis & peccato originali lib. 1. De immaculata diuæ Virginis conceptione lib. 3. De conſummata gloria ſolius Chriſti & D. virginis lib. 1. De certa gloria ac veneratione & inuocatione ſanctorum lib. 2. De vniuerſali omnium morte, & reſurrectione, & de iudicio æterno lib. 1. De veritate purgatorij lib. 1. De bonorum præmio & ſupplicio æterno lib. 1. De ſtatu puerorum abſq; ſacramento decedentium lib. Speculum hæreticorum li. 1. Lugduni 1541. Claues ſcripturæ. De conſideratione præſentium temporum à ſuperatis zizanijs in agro Domini: cõtra Lutheranos. Summa doctrinæ de Prædeſtinatione, De peccato originali, De veritate enunciationum, vnà cum Dialogo de iuſtificatione. Interpretatio 9. capitis decreti Concilij Tridentini de certitudine gratiæ. Expurgatio aduerſus apologiam F. Dominici Soto, De certitudine gratiæ. Diſputationes 5. de certitudine gratiæ, De prædeſtinatione, De natura peccati originalis, De potẽtia liberi arbitrij in natura lapſa, deniq; De induratione Dei. Commentarij in omnes epiſtolas Pauli, & in epiſtolas Canonicas. Venetijs 1551. Cõmentaria ſuper 5. prima capita Geneſis. Aſſertationes 14. de certitudine gratiæ. De gratia & libero arbitrio. De iuſtificatione tractatus. De ſtatu perfectionis iuſtitiæ, ſiue de vita monaſtica. De luctu Chriſtiano, delectu ciborum & ieiunijs. De ſacrificio noui Teſtamenti, ſiue altaris. De ſcripturis canonicis. De neceſſitate fidei & ſacramentorum & operum. De trinitate. De beata vita. Contra Hieronymũ Sauonarolam & eius prophetias, Italice. De dignitate & ſtatu epiſcopali, Italice. Omnia hæc Venetijs aut iam edita ſunt, aut breui publicabuntur.

Ambroſius Contarenus, legatus Venetorum ad Vſum Caſſanum Perſarum regem, iter ſuum in Perſiam deſcripſit, liber impreſſus eſt Venetijs.

Ambroſius Coranus, ſcripſit orationem de conceptione Mariæ virginis, habitã coram Sixto Pontifice Maximo. Claruit anno D. 1472.

Ambroſius Choriolanus, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini, ſcripſit diuerſa, ex quibus extant in regulam S. Auguſtini lib. 1. eiuſdem regulæ commendatio lib. 1. in ſecundam regulam lib. 1. De vita S. Auguſtini lib. 1. De eiuſdem laudibus lib. 1. Orationes variæ lib. 1. Scripſit & alia plura. Vixit anno D. 1470.

Ambroſius Ferrarius Mediolanenſis, monachus Benedictinus, Origenis commentarios in Ioannem, nuper in Græcia cum alijs operibus eiuſdem repertos, in Latinam linguam tranſtulit. Andreas Spinellus Venet. impreſſit in 4. anno 1552.

Ambroſij Iuterbocenſis oratio de Cõcordia & communicatione ſtudiorum atq; operarum inſerta eſt Philippi Melan. declamationibus, impreſſis Argentinæ apud Crat. Mylium. Oratio de ingratitudine cuculi, ibidem.

Ambroſius Lacber, quædam de Aſtronomia ſcripſit, quæ impreſſa ſunt.

Ambroſius Leo Nolanus, ſcripſit opus Quæſtionum, cum alijs pleriſque in rebus cognoſcendis, tum maximè in philoſophia & medicinæ ſcientia, impreſſum Venetijs, anno 1523. Idem edidit caſtigationes in Auerroim, qui liber magnus eſt, ac totius philoſophiæ theſaurus. Sunt enim quaſi commentarij quidam ordine in ſingulos Ariſtotelis libros. Excuſæ Venetijs, 1517. Actuarij Ioan. Zachariæ filij De vrinis li. 7. ex Græcis Latinos fecit. Impreſſi Baſil. apud Cratan. 1528. Idem De nobilitate rerum ſcripſiſſe cõmemoratur in indice librorum iuris.* Dialogus de Nobilitate rerum Ambroſij Leonis Nolani. Venetijs, anno Domini 1525. excuſus eſt.

* Ambroſius Lobwaſſerus Snebergenſis I. V.

Digitized by Google

*Doctor & conſiliarius ducis Boruſsiæ: Sermonem de dignitate literarum verſibus comprehendit. Lipſiæ excuſus, anno Domini* 1549. *Totum Pſalterium Dauidis Germanicis rythmis, ſecundum numeros Gallicæ Theodori Bezæ, & Clementis Maroti tranſlationis rhytmicæ, quā fideliſsimè ad Hebraicam veritatem proxime accedens, illuſtrauit: additis argumentis Pſalmorum, & precationibus breuiſsimis proſa oratione: & melodia quatuor vocum cum Gallica, in Gallorum eccleſijs vſitata conuenienti. Excuſum in* 8. *Lipſiæ,* 1573. *& Heidelbergæ atq; alibi ſæpius in* 16. *Hic libellus dignus præ alijs cuius ſit vſus in eccleſijs Germanorum. Hymnos item patrum Germanicis rhytmis, eodem modo reddidit. Lipſiæ in* 8. *anno* 1578.

Ambroſius *Epiſcopus Mediolanenſis, patria Romanus, ſcripſit multa præclara opuſcula. Cuius opera omnia, cùm per D. Eraſmum Roterodamum, tùm per alios eruditos viros, accurata diuerſorum codicum collatione nunc denuò emendata, & excuſa Baſileæ in officina Frobeniana, anno* 1538. *Claruit anno D.*380. *Cæterum opera eius Tomis aliquot diſtincta ſunt. Primo quidem continentur, Ethica, hoc eſt, quæ ad mores Chriſtianorum inſtituendos faciunt, vt Officiorum lib.*3. *De virginibus lib.*3. *Ad virgines exhortatio lib.*1. *Inſtitutio virginis lib.*1. *Ad virginem deuotam lib.*1. *Ad virginem lapſam lib.*1. *De viduis lib.*1. *De pœnitentia lib.*2. *Exhortatio ad pœnitentiam. De fuga ſæculi lib.*1. *De bono mortis lib.*1. *Secundo, ea quæ pertinent ad confutationem hæreticorum & gentium: vt ſunt, De vocatione omnium gentium lib.*2. *De fide ad Gratianum lib.*5. *De Spiritu ſancto ad eundem lib.*3. *De fide contra Arrianos lib.*1. *De incarnationis Dominicæ ſacra. lib.*1. *De myſterio Paſchæ lib.*1. *Tertius continet orationem funebrem de Obitu Valentiniani Imp. de exceſſu fratris ſui Satyri, de fide reſurrectionis, de eodem, funebrem de morte Theodoſij Imp. Epiſtolas ad diuerſos, varijs argumentis, conciones ad populum breues. Quartus complectitur explanationes veteris Teſtamenti: vt ſunt Hexameron lib.*6. *De Paradiſo lib.*1. *De Cain & Abel lib.*2. *De Noe & arca lib.*1. *De Abraham lib.*2. *De Iſaac & anima lib.*1. *De Iacob & beata vita lib.*1. *De Ioſeph patriarcha lib.*1. *De benedictionibus patriarcharum lib.*1. *De Nabothe Ieſrabelita lib.*1. *De Helia & ieiunio lib.*1. *De Tobia lib.*1. *De interpellatione lib.*4. *Apologia Dauid li.*1. *De Solomone lib.*1. *De his quæ initiantur myſterijs lib.*1. *De Sacramentis eccleſiæ lib.*6. *De dignitate ſacerdotali lib.*1. *De interpellatione Dauid li.*1. *Precationes præparantes ad miſſam lib.*2. *Commentarios in Pſalmum* 118. *Quintus complectitur ſcholiorum ſeu cōmentariorum in Euangelium Lucæ lib.*10. *In omnes Pauli epiſtolas, excepta ad Hebræos. Baſil. excuſi ſunt Tomis* 5. *an.* 1538. *&* 1539. *Pariſ. & cum enarrationibus in epiſtolam ad Hebræos. Creditur Hegeſippum de excidio vrbis Hieroſol. vertiſſe è Græco. Porrò præter illos typis excuſos, Trittenhemius refert illius in Pſalmos lib.* 11. *librum de Iudicijs, de* 42. *manſionib. librum hymnorum & præfationum: qui an extent ignoratur. Sed & Comment. in Iſaiam, & liber contra Iulianum Pelagianæ hæreſeos inſtauratorem, & liber de Sacramento regenerationis, quos in ſuis ſcriptis Auguſtinus allegat, interciderunt. D. Ambroſij homiliæ* 10. *cum cæteris doctorum ſatris homilijs habentur, quas Albinus, ſiue Alcuinus congeſsit. Librum de fide reſurrectionis acephalum, impreſsit H. Petrus Baſileæ,* 1528. *Impreſſa ſunt etiam eiuſdem opera omnia Pariſijs,* 1549. *in qua editione Tomo* 4. *habentur Commentarij in* 12. *Pſalmos Dauidicos, nempe in* 1. 25. *&* 4. *proxime ſequentes, item* 40. 43. 45. 47. 48. *&* 61. *antea nuſquam impreſsi. Apologia item Dauid. Quarto item Tomo acceſsit liber De fide reſurrectionis, acephalus, Meditationes & Hymni. Eadem omnia Baſileæ quoque impreſſa ſunt, anno* 1554. *Liber de fide contra Arrianos Nazianzeno tribuitur in Latina eius operum editione Rufino interprete.*

Ambroſius *Merlinus Britannus, Magorū antesignanus, ſcripſit Diuinationum ſeu obſcurarum prædictionum libros, quos Galfridus Monemuthenſis tranſtulit ex Anglico in Latinum. Claruit anno Domini* 480.

Ambroſius *Moibanus parochus Vratiſlavienſis, ſcripſit librum, An communio infantum quæ apud quoſdam ſeruatur, probetur eccleſiæ, impreſſum in Germania cū libello Philippi Melanchtonis. De officio principum, chartis* 10. *Idem edidit Catechiſmi cap.* 10. *primum quibuſdam thematis, deinde etiam colloquijs puerilibus illuſtrata, ad Ioannem F. vnà cum oratiuncula puellæ cuiuſdam in natiuitate Ieſu Chriſti publice dicta. Vitteberge* 1538. *in octauo.*

Ambroſij *Neapolitani liber de Animorū immortalitate excuſus eſt alicubi in Italia.*

Ambroſij *Nouidij Fracci Ferentinatis, ſacrorum faſtorum lib.*12. *cum Romanis conſuetudinibus per totum annū, ſuisq; cauſis & ſtellis & numinum noſtrorum introductionibus, excuſi ſunt Romæ, apud M. Antonium Bladum Aſulanum, anno* 1547. *quaternionibus* 46.

Ambroſius *Pare chirurgus ordinarius Regis, ſcripſit methodum curandi vulnera & fracturas capitis humani, cum deſcriptionibus inſtrumentorum ad hanc curam neceſſarijs.* * *Eius opera cum figuris anatomicis & varijs inſtrumentorum formis, in* 26. *libros diuiſa Gallice à docto viro, pleriſq; in locis recognita, & Latinitate donata, ſtudio & diligentia Iacobi Guillemau regij Pariſienſis chirurgi, in folio Pariſijs, anno* 1582. *apud Gabrielem Buon.*

Ambroſius *Pelargus Niddanus, ordinis Prædicatorum, S. Chryſoſtomi liturgiam conuertit. Adiecta eſt Doxologia Græce ſimul & Latine, quæ & in miſſa, & in precibus matutinis vſui fuit veteribus. Nicenum item ſymbolum per eundem conuerſum, cum breuibus eiuſdem annotationibus. Liber impreſſus Wormatiæ, anno* 1541. *Scripſit item librum de Miſſa contra Ioan. Oecolampadiū.* * *Eiuſdem Apologia ſacrificij Euchariſtiæ in* 8. *Viennæ, anno* 1543.

Ambro-

**Ambroſius** *Opizonus, ſcripſit ſuper l. filiusfa. parag. diui. in 2. inforciati. Item ſuper l. ſi quis arbitratu in 11. FF. noui.*

* Ambroſij *Rendenij, Profeſſoris in Academia Ienenſi. Libellus de proſodia ex Ariſtot. eiusq́ inter pretibus collectus.* 8. *Ienæ* 1580.

* *Fratris* Ambroſij, *ordinis Prædicatorij, apologia pro veritate Catholicæ & Apoſtolicæ fidei ad Carolum Max. Imperatorem & Hiſpaniarum Regem.* 1521. *Viennæ.*

* Ambroſij *Schurerij* I.C. *de Hæreditatibus, etc. doctrina. Eiuſdem methodica de Gradibus conſanguinitatis expoſitio, Latinogermanice. Lipſiæ anno* 1567.

Ambroſius *Spiera Taruiſinus, ordinis frat. S. Mariæ, ſcripſit Quadrageſimale de floribus ſapientiæ, impreſſum Venetijs,* 1485.

Ambroſius *de Vignate. I.V.D. ſcripſit de Vſuris: & in c. 2. tertij decretalium. rub. de parochijs. Eiuſdem oratio, quam habuit nomine Sabaudi ad Paulum* II. *Pp. impreſſa eſt cum epiſt. Philelphi Pariſijs,* 1509. **Eiuſdem tractatus de Hæreſi, nunc primum in lucem editus, cum Commentarijs Franciſci Pegnæ. Adiecta eſt præterea Ioannis Lopez de Palatios Ruuios allegatio in materia hæreſis: Et Pauli Chirlandi tractatus de Hæreticis & eorum pœnis, cum notis eiuſdem Pegnæ, in* 4. *Romæ, anno Domini* 1581.

Ambroſius *Vulſlingſeder, in vſum puerorum Germanice edidit præcepta Muſices: impreſſa Norimbergæ* 1569. *in* 8.

* Ambroſius *Wolfius, ſcripſit Fundamenta Lutheranæ doctrinæ de Vbiquitate, atq; adeo de Corporali præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia ad Orthodoxæ fidei normam expenſa, & ſub veritatis cenſuram reuocata. Ex Orthodoxo conſenſu contra patres Bergenſes.* 4. *Geneuæ,* 1579. *Item de Confeſſione Auguſtana, quo ſenſu iampridem à ſocijs eius intellecta, accepta & approbata fuerit, & de concordia M. Lutheri cum M. Bucero & Helueticis eccleſijs, pars ſecunda. Geneuæ* 4. 1579.

Ambryon *ſcripſit Theocriti Chij vitam, citatur à Laertio in vita Ariſtotelis.*

Amedeus *epiſcopus Lauſannæ, ſcripſit de Maria virgine matre homil.* 8. *quas Adam Petri excudit Baſileæ,* 1517.

* Amedei *à Ponto Lombriaſci, quæſtiones Laudimiales ex ſuo tractatu feudali deſumptæ. Quibus acceſſit ex eodem tractatu titulus, quis ſit index in cauſa feudi. fol. Auguſtæ Taurinorum.*

Ameleſagoras *Athenienſis qui Atticæ deſcriptionem condidit, citatur ab Antigono in mirabiliū narrationum contigerit.*

Amelius *Plotini auditor, condiſcipulus Porphyrij complura volumina ſcripſiſſe fertur, quorum tamen nullam eſſe exiſtimationem Eunapius ait, quod nullæ adſint dicendi veneres.*

Americus *Veſpucius, vide Albericus Veſpuc.*

Amerias *Macedo gloſſarum ſcriptor ab Athenæo citatur.*

Ameriſtus *Steſichori poetæ frater, vt celebris in Geometriæ ſtudio ab Hippia Eleo laudatur: apud Proclum in Euclidem.*

Amipſiæ *poetæ teſtimonia ex diuerſis* 6. *fab. apud Athen. adducuntur. Hunc Suidas Athenienſem comicum fuiſſe ſcribit. Irriſit hic in ſuis fab. Socratem. vt Diog. Laert. teſtatur, qui etiam quædam huiuſmodi ex eo adducit in vita Socratis.*

Ammiani *Marcellini rerum à Conſtantio, Iuliano & Valētiniano geſtarum lib.* 17. *extant, à* 14. *vſq; ad* 30. *quorum poſtremi* 4. *recens per Hieronymum Froben. cæteris adiecti ſunt Baſileæ* 1533. *Iidem libri caſtigatiores editi ſunt, addito etiam vltra Frobenianam editionem* 31. *libro, Pariſ. à Rob. Stephano, anno* 1545. *& Geneuæ ab Hein. Stephano. Extat præterea Marcellini fragmentum de vita Thucydidis, eiusq́ ſcribendi charactere.*

Ammiani *Epigrammata Græca* 26. *extant in* 2. *lib. Florilegij Planudis.*

Ammodeus *Iuſtinus de Caſtello* I.C. *ſcripſit de Syndicatu officialium.*

Ammonidæ *epigram. Gr. extat in* 2. *lib. Flor. Planudis.*

Ammonianus *interpres Homeri.*

Ammonius *medicus, chirurgus, laudatur à Celſo.*

Ammonius *Alexandrinus, ſcripſit de Aris & ſacrificijs. De meretriculis Athenarum. De conſonantia Ieſu & Moſi lib.* 1. *Canonum Euangelicorū lib.* 1. *Vnius ex quatuor lib.* 1. *in paſſiones Apoſtolorum, impreſſa Coloniæ. Claruit anno* 230. **Eiuſdem ex* 4. *Euangeliſtis continuata hiſtoria, in fol. Baſil. per Hein. Petri* 1550.

Ammonius *Hermeas, ſcripſit cōmentarios in Ariſtotelis Categorias, & in librum de interpretatione, quos Aldus Græce excudit. Extant etiam in Porphyrij librum de quinq; vocibus, excepta ex ore* Ἀμμωνίου μικροῦ τοῦ Ἑρμίου, *impreſſa Græce Romæ* 1500. *Et Venetijs apud fratres de Sabio cum cōmentarijs eiuſdem in prædicamenta & librum de interpretatione. Edita ſunt etiam commentaria Ammonij in libros phyſicorum. Ioannes Philoponus in præfatione fatetur ſe commentarios ſuos in poſteriora analytica Ariſtotelis, ex colloquijs Ammonij confeciſſe, adiectis etiam proprijs quibuſdā meditationibus. Ammonij omnia Latine etiam edita ſunt. Commentarij in prædicamenta Ariſtotelis per Bartholomæum Syluanium Salonenſem nuper Latine conuerſi, & à Gaſtono Sala recogniti, venduntur Pariſijs* 4. *ſolidis Gallicis. Eiuſdem cōmentarij in* περὶ ἑρμηνείας *&* κατηγορίας *cum Magentino, væneunt* 3. *Francis. Ammonij lib. Græcus de Similibus & differentibus dictionibus, ſolet appendicis vice coniungi Græcolatinis Lexicis. Commentarij eius in Porphyrij inſtitutionem, Ariſtotelis Categorias, & librum de interpretatione, ex manuſcriptis exemplaribus reſtituta, Ioan. Baptiſta Raſario interprete, excuſa ſunt Venetijs apud Valgriſium* 1569. *in fol.*

Ammonius *vel Annonius vel Aimoinus vt in* V. *libris legitur, monachus Floriacenſis cœnobij, ordinis S. Benedicti, natione Gallicus, ſcripſit ad Renaldum monachum volumen vnum. De miraculis*



Digitized by Google

S.Benedicti lib.1.Item librum de rebus Francorum ſiue de origine & geſtis Francorum,excuſum Pariſijs & Lugduni. Poſtremo emendatior editus eſt à Wechelo 1567.in 8.Floruit anno 990.

* Ammonij loci communes ſacri in Euangelia, aliaq; varia ſacræ ſcripturæ loca,Græce in 4. Ms. bibl.Imperat.

Ammonius poeta, ſcripſit luculento carmine bellum contra Gainam Gothorum ducem geſtum, Nicephorus 13.lib.hiſtoriæ Eccleſiaſt.

Amœnus quidam videtur author fuiſſe, Enchiridij vtriuſque Teſtamenti, quod Prudentio aſcribitur,huius enim nomen in vetuſto codice Argentoratenſi fuit præfixum, vt Ioannes Sichardus refert in fine ſcholiorum in Prudentium.Impreſſum etiam eſt Enchiridion hoc cum reliquis veterũ poetarum Chriſtianorum operibus, à G. Fabricio collectis & emendatis: Baſileæ apud Oporinum 1564. in quarto.

Amometi ſcripta citantur apud Plin.in lib.6. Naturalis hiſtoriæ, qui quædam ex eo tranſtulit.

Amorus,citatur in ſumma Alberti Magni.

Amos propheta è Thecue de terra Zabulon oriundus, parens fuit Eſaiæ prophetæ:eius liber diuiditur in 9. cap.

Amphianus ſcripſit Tragœdias, quas citat Arati commentator.

Amphibalus Deuanius, Britannus,theologus inſignis,ſcripſit aduerſus gentiliũ errores lib.1.Homil.in Euangelia lib.1.Claruit anno 200.

Amphibalus Iſcælegius in celeberrima apud Britannos Legionum vrbe natus, ſcripſit Chriſtianæ vitæ inſtituta lib.1. Contra Druydum errores, lib.1. Hic anno 291. martyrij coronam cum decem ſocijs accepit.Baleus.

Amphibalus Simenus, Britannus,Wintoniæ ad Amphibali martyris fanũ abbas,ſcripſit ad Gildam Badonicum de Immani facinore Conſtantini Cadori regis, qui iuuenes regios ex aſylo martyris abreptos iugulauit. Vixit anno 560.Baleus.

Amphicrates,author Græcus,librum conſcripſit de viris illuſtribus: vt Athen.teſtatur.

Amphilochius epiſcopus Iconij ſcripſit De ſpiritu ſancto lib.1.De vita & miraculis Baſilij Magni. In peccatricem,quæ Dominum inunxit,& in Phariſæum.&c. Quòd deſperandum non ſit.Item orationes & hymnos,omnia Græce. Eiuſdem orationes in locos: Pater meus maior me eſt: Nihil poteſt Filius facere ex ſe: Amen dico vobis,qui ſermonem meum audit,& credit ei,qui miſit me,&c. Si poſſibile eſt,tranſeat à me calix iſte. Item oratio aduerſus Arianos 1.& alia de Filio citantur à Theodoreto in Eraniſte. Audio autem quaſdam eius orationes integras in bibliothecis Italiæ extare. * De vita & miraculis Baſilij Magni, libellus in quarto, Ms.bibliotec.Imp.

Amphilochus Athenienſis inter eos qui de Agricultura Græce ſcripſerunt, numeratur à Varrone,Columella,& Plinio,qui in multis libris eum citat, & refert eum quoq; volumen confuſum de medica & cythiſo ſcripſiſſe.

Amphinomi philoſophi & geometræ meminit Proclus in Commentarijs in primum Euclidis.

Amphionis Theſpienſis liber de Muſeo in Helicone,apud Athenæum citatur.

Amphitis de dictis antiquorum, libri tres,medicinalium libri quatuor, in Lumine animæ adducuntur.

Amphis, Amphicratis filius, Athenienſis,veteris Comœdiæ poeta, vixit Platonis ætate,quem etiam carminibus ſuis perſtrinxit. Citantur eius fabulæ & apud Stobæum, Athenæum, Pollucem, & alios: nempe Athamas, Ampelurgus,ſiue Vinitor. Balineum. Mulierum imperium,Mulierum inſania, Dithyrambus, Septem ad Thebas,Mercenarij ſeu meſſores. Ialemus, κουρίς, Leucas, Planus, Philadelphi, Philetærus.

Amyntas quidam,vt refert Athenæus,ſcripſit Ἀλεξάνδρου ἢ ἀσίας σταθμούς.

Amyclas Heracleotes vnus ex Platonis familiaribus, de Geometria libros ſcripſit,quorum meminit Proclus in Commentarijs in Euclidem.

Amytianus in lib.de Elephantis citatur ab interprete Pindari.

Anacharſis Gnuri F.Græca matre natus,Scytha, philoſophus. Caduiæ Scytharum regis frater, verſibus deſcripſit Scytharum leges, de Frugalitate humanæ vitæ verſus 800. Hic & ancoram & rotam figulinam inuenit. Vixit temporibus Crœſi. Suidas. Eiuſdem vitam deſcripſit Laertius lib.1.in qua & Apophtegmata eius, & epiſtola ad Crœſum regem leguntur. Eiuſdem epiſtolæ nouem impreſſæ ſunt ab Aldo, cum alijs diuerſorum Græcorum epiſtolis. In fol.Venetijs.

Anacleti Papæ decreta, excuſa Coloniæ cum aliorum Pontificum decretis, in magno volumine. Item Anacleti epiſtola 1. cum Clementis recognitionibus excuſa.

Anacreon Teius, ex vrbe Teio, quæ in media Ionia fuiſſe dicitur,vnus ex nouem Lyricis,ſcripſit Hymnos, Elegias, & Iambos,lingua Ionica. Eius carmina Lyrica noſtra ætate Heinricus Stephanus primus in lucem protulit, & Græce atque Latine edidit,à ſe & ab Elia Andrea expreſſa, & primum ſeparatim in octauo, poſtea vna cum alijs Lyricis in 16.excudit. Poeſis huius tota amatoria eſt. Vixit tempore Cyri ſenioris & Cambyſis.Extant etiam in Florilegio Planudis ſeptem epigrammata Anacreontis Teij.

Anacreontis Rhizotomica in cõmentarijs Nicandri citantur,qui alius à ſuperiore videtur.

Anacreon,amicus Lyſandri, ideoque multo recentior Teio, Satyram ſcripſit, auctore Acrone. Anacreontis ſcripta citantur à Plinio libro ſeptimo Naturalis hiſtoriæ: cuius autem ex his tribus incertum eſt.

Ananij cuiuſdam Iambos Athenæus citat.

Anaſimenes ſcriptor, citatur apud Fulgentium in Mythol.Forte Anaximenes.

Anaſtaſia diſcipula Chryſogoni martyris, P. Romani vxor,ſcripſit librum epiſtolarum ad Chryſogonum Volater.

*Ana-

Digitized by Google

* Anaſtaſij *quæſitorum, reſponſorumq́ ſacrorum libri: Græce manuſcripti in 4. bibliot. Imperatoris. Explicatio de Ieiunio: & expoſitio in Pſalmum 13. fol. Græce, manuſcripta in bibliotheca Imperatoris. Eiuſdem loci De fide, Græce manuſcripti in 4. bib. Imperat. In Hexahimerom. Eiuſdem & Maximi quæſtiones. Denique homilia de Sacra ſynaxi, ſiue de cœna Dominica, in 8. Omnia hæc manuſcripta extant in bibl. Imp. Viennæ.*

S. Anaſtaſij *Antiochiæ Epiſcopi, Sermones quinque Græci ſeruantur in Italia, de Rectis apud nos veritatis dogmatibus.* Περὶ ἀπεριγράπτου, *id eſt, De incircumſcripto, de Diuina œconomia, vel diſpenſatione, de Paſsione & impaſsibilitate Chriſti, de Reſurrectione. Eiuſdem Definitionum liber Græce manuſcriptus, extat apud Ioannem Wolphium Tigurinum. Item De duabus in Chriſto voluntatibus breue ſcriptum, quod inde ſumptum Ioſ. Simlerus, inſeruit Narrationi hiſtoricæ controuerſiarum de naturis in Chriſto. Eiuſdem & Cyrilli Alexandrini Compendiaria orthodoxæ fidei explicatio Græce extat cum Canonibus Conciliorum, quos Zonaras expoſuit, apud B. Amerbachium: & nuper Græce & Latine edita eſt Geneuæ, Theodoro Beza interprete. Heinr. Stephanus, anno 1570. in octauo.*

* Anaſtaſij *Antiochiæ epiſcopi,* γνῶμαι *ſiue ſententiæ: & reſponſio de Orthodoxa fide in 4. Græce Ms. blib. Imp. Capita moralia ibid.*

Anaſtaſij *Sinaitæ, naturales dubitationes de vita & morte, Græce extant in bibliotheca Regis Gallorum, m. Eiuſdem* κεφάλαια διάφορα *24. habentur in bibliotheca Auguſtana. Sancti Anaſtaſij* ἐκλογὴ τῆς ἱερᾶς γραφῆς ἐπίτομος τὰ λεγόμενα παράλληλα. Τί ἐστὶ χριστιανός! *Liber manuſcriptus, arbitror autem eſſe Definitiones Anaſtaſij Antiocheni. Inuenio etiam in alio catalogo librorum m. Anaſtaſij monachi librum, De fide Orthodoxa, è ſanctis ſcripturis & doctoribus collectum.*

Anaſtaſius, *Apoſtolicæ Bibliothecæ cuſtos & inſtaurator, tranſtulit è Græco vitam Ioannis eleemoſynarij lib. 1. Dionyſij hierarchiam lib. 1. Synodum ſeptimam vniuerſalem, Vitas multorum patrũ lib. 1. Hiſtoriam eccleſiaſticam. Hiſtoriam pontificum & alia. Floruit anno 660.*

Anaſtaſius *Papa ſecundus, Romanus, ſcripſit ad Anaſtaſium Imperatorem, de Pace eccleſiæ Epiſtol. 1. Extant eius decreta, cum cæteris pontificum decretis, excuſa Coloniæ. Epiſt. de Ruffino habetur in 2. Tomo operum D. Hieronymi. Claruit anno Domini 498.*

Anaſtaſij *Plati Diſputatio, in materia Sodomitica, habetur in fine primi voluminis conſiliorum Andreæ Barbatiæ. * Hic contra Sodomitas tractatus, vbi inter alia agitur, Teſtamentum Sodomitæ etiam non per iudicem declarati eſſe nullum, in folio manuſcriptus habetur in bibliotheca Imperatoris Viennæ.*

Anatolius *cognomento Azutrion, Beryto oriundus, vir eloquens, & iuris ciuilis ſcientia exacta clariſs. fuit præfectus prætorio Illyrici. Eunapius.*

Anatolius *Alexandrinus, Laodiceæ Syriæ Epiſcopus, ſcripſit inſigne volumen de Paſchate, & de Arithmetica inſtitutione lib. 10. Floruit anno Domini 285.*

Anatolius, *Vide Tribonianum* I.C.

Ex Anatolio *quodã ſcriptore Græco fragmẽta leguntur paſsim apud Conſtantinum Cæſarem de Re ruſtica, & in mulomedicina, cum Abſyrto & alijs Baſileæ impreſſa Græce.*

Anatolij *Frontini tabulæ Rhetorices impreſſæ ſunt Baſileæ apud Hein. Petri.*

Anaxagoras *Clazomenius, qui Athenis claruit tempore Xerxis Perſarum regis, ſcripſit librum de Regno. Huius meminit Ælianus lib. 4. de Varia hiſtoria. Scripſit etiam de motu cœli, curſu ſiderum de natura rerum, & alia.*

Anaxandrides *Anaxandri filius, Camiræus ex Rhodo inſula, vel vt alij ſcribunt, Colophonius, natus Philippi Macedonis temporibus, Olympiade 101. Fabulas ſexaginta quinque ſcripſiſſe, deciesque viciſſe traditur: tantæ autem fuit iracundiæ, vt victus, verſus quos edidiſſet, ſcindere ac lacerare ſolitus fuerit. Hic cum quædam contra Athenienſes ſcripſiſſet, ab eis fame & media mori coactus eſt, vt Euſtrathius in Ethicis Ariſtotelis perhibet. Citatur ab Ariſtotele, Laertio, Macrobio, Stobæo, Athenæo: ex quibus hæc eius fabularum nomina colliguntur. Agroicus. Turpis. Anteron. Anchiſes. Gerontomania ſeu ſenum inſania. Hercules. Theſaurus. Certius. Venatores. Lycurgus. Melilotum. Nereides. Nereus. Vlyſſes. Pandarus. Vrbes. Proteſilaus. Samia. Satyrus. Tereus. Phialam geſtans. Anaxandrides primus amores & ſtupra virginum in ſcenam produxit.*

Anaxarchus *Abderites vixit circa Olympiadem 110. cum Alexandro Magno: huius librum de Regno citat Clemens Stromaton lib. 1. Vitam eius ſcribit Diogenes Laertius lib. 9.*

Anaxenor *citharœdus, Magneſius, celebratur à Strabone lib. 14.*

Anaxilas *fabulas plures ſcripſit, è quarum numero ab Athenæo citantur, Auletes ſeu tibicen,* αὐρονοιδε, Εὐάνδρια *Calypſo,* Καμψα, *Circe, Opifex lyræ, Coqui,* Μονότροπος *ſiue ſimplex,* Νεοττίς. *Diuites, Hyacinthus, Leno, Gratiæ, Aurifex.*

Anaxilai *Ornithocomos allegat Athenæus, & Stobæus Myropium, fabulas.*

Aanaxilaus *hiſtoricus, reprehenditur à Dionyſio Halicarnaſſeo, quod in ſuæ hiſtoriæ Proœmijs alios ſcriptores calumniatus ſit. Aanxilaum citat ſæpius & modo inter externos numerat libro 19. Plin. 21. 23. 24. 25. 26. 28. 29. 30. 31. Sed lib. 29. inter externos ſimpliciter, & eodem inter medicos numeratur, ſi modo non ſunt mendoſi codices: forte enim hiſtoricum citat, pleriſq; in locis.*

Anaxillides *in ſecundo de Philoſophis, citatur à Laertio in vita Platonis.*

Anaximander *Mileſius, Philoſophus, gnomonem inuenit, horoſcopia fabricatus eſt, ac primus terræ mariſque ambitum deſcripſit, & ſphæram inſuper cõſtruxit. Obijt circa 58. Olympiadem.*



Digitized by Google

Anaximander *Anaximandri F. Mileſius iunior, hiſtoricus, vixit temporibus Artaxerxis cognomẽto Memoris. Scripſit Symbolorũ Pythagoricorũ enarrationem. Suidas. Huius crediderim eſſe Heroologiam, quæ ab Athenæo citatur. Fertur hiſtorias Ionica lingua conſcripſiſſe.*

Anaximandri *Lampſaceni ſcripta, citantur apud Fulgentium in Mythol. & ab Arati etiam interprete.*

Anaximenes *Lampſacenſis, ſcripſit hiſtorias quaſdam & regum* μεταλλαγὰς, *Athenæo teſte. Item res priſcas Græcorum, quasq; Philippus Amyntæ filius, & poſtea Alexander geſſerunt. Scripſit præterea librum de Athenienſibus, & hiſtoriam ignominioſam de Lacedæmonijs ſimul ac Thebanis. Libro autem Theopompi nomen inſcripſit, cuius inimicus erat, & in ciuitates miſit, vt odioſum Græcis hominem faceret. Pauſanias lib. 6.*

Anaximenes *Lampſacenus orator, ſcripſit hiſtorias, poetica quædam, & de arte dicendi, orationes, vt Dion Halicar. in vita Iſæi ſcribit. Huius creditur eſſe liber Rhetoricorum ad Alexandrum vulgo Ariſtoteli inſcriptus.*

Anaximenem *oratorem, citat Plutarchus in vita Publicolæ. Fuit hic etiam Lampſacenus, alius ab hiſtorico, qui huius nepos fuit.*

Anaximenes *Mileſius diſcipulus & ſucceſſor Anaximandri, quidam & Parmenidæ tradiderũt, vixit Olympiade 55. cum Cyrus Perſa Sardibus capitis Crœſum regno euertit. Suidas. Huius duo epiſtolia ad Pythagoram leguntur apud Laertium. Citantur à Plinio Anaximenis ſcripta 12. & 13. libro, ſed abſq; prænomine, quare incertum an Mileſij, an Lampſaceni intelligat.*

Anaxipolis *Thaſius citatur apud Plinium, ex cuius lucubrationibus multa in lib. 8. 10. 14. 15. 17. & 18. Naturalis hiſtoriæ tranſtulit.*

Anaxippi *nouæ Comœdiæ poetæ fabulas quatuor Athenæus recenſet. Floruit tempore Antigoni.*

Andalonis *Genuenſis, excellentiſſimi mathematici, opus aſtrolabij Ferrariæ excuſum eſt, anno Domini 1475.*

Andocidis *rhetoris Athenienſis orationes Græcas Aldus excudit, cum alijs duodecim rhetorum orationibus. Eiuſdẽ authoris liber de Myſterijs Græce extat etiamnum in Italia.*

Andoenus, *qui & Dado, epiſcopus Rothomagenſis, natione Gallicus, ſcripſit ad Rubertum epiſcopum Pariſienſem, vitam S. Eligij epiſcopi Nouiomenſis lib. 2. & quædam alia. Quidam Audoenum vocant. Claruit anno D. 660.*

Andrantus, *ex Ariſtotelis & Theophraſti libris quædam interpretatus eſt, vt Athen. ſcribit.*

Andreæ *cuiuſdã hiſtoria peregrinationis, quomodo ex Epheſo ſoluens, Hieroſolymam & terram ſanctam, iam à Turcis occupatam, inuiſerit, & rurſus redierit, liber extat manuſcriptus chartis ſeptem.*

Andreas *medicus ſcripſit de ſerpentibus, de quibuſdam falsò creditis, vt author eſt Athenæus.*

Andreas *Albius medicus Bononienſis, edidit quiddam in re medica, & ſex dialogos de Aquis.*

Andreas *Alciatus Mediolanenſis* I. C. *noſtra ætate clariſſimus, ſcripſit librum Emblematum, qui varias picturas circiter centum tanquam hieroglyphica continet, quorum ſignificationem, quæ ſingulas ſequuntur elegiaca epigrammata argutè explicant, eadem etiam Gallice verſa, Pariſijs apud Wechelum impreſſa habentur. *Hæc Emblemata omnia, cum Commentarijs Claudij Minois Diuionenſis tertium edita 8. Antuerpiæ, ex officina Plantini. Eadem quoq; Italica lingua carmine Lugduni, 1549. Edidit quoque libellum de Ponderibus & menſuris, Hiſtoriæ encomium. In P. Cornelium Tacitum caſtigationes, ac difficilium aliquot locorum expoſitiones. Orationem ab eo Ticini habitam, Wechelus Pariſijs excudit, quæ eadem (ni fallor) eſt cum ea, quæ in laudem iuris ciuilis, impreſſa eſt Haganoæ, anno 1530. Item De verborum ſignificatione lib. 4. Et in tractatum eiuſdem argumenti veterum Iuriſconſultorum, commentaria. Paradoxorum ad Pratum lib. 6. Diſpunctionum lib. 4. Correctionum in tres libros Codicis lib. 3. De eo quod intereſt lib. 1. Prætermiſſorum lib. 2. Declamationum 1. De ſtipul. diuiſionibus commentariolum. Commentaria ad reſcripta Principum, de ſumma Trinitate, de ſacroſanctis eccleſijs. de edendo. de in ius vocando. de pactis. de tranſactionibus. de V. pedum præſcriptione. de magiſtratibus, ciuilibusq; & militaribus officijs lib. 1. Baſileæ excuſus, anno 1552 in fol. Parergon iuris libros tres tantùm primò ediderat, quibus poſtea adiecit alios. Proceſſum iuris, apologiam contra Ludouicum. De præſumptionibus, de rebus creditis. Ad tit. Si certum petatur, commentaria. De ſingulari certamine lib. 1. Conſilium in materiam duelli, exceptum ex libro quinto reſponſorum. In lib. 1. ſecundi libri Codicis, De ſententijs quæ. In c. 1. ſecundi decretalium de iudicijs. Obijt anno Domini 1550. Eius opera partim ſingula ſeorſim à diuerſis, partim ſimul in Tomos digeſta, à Gryphio & Iſingrinio excuſa ſunt, & à Thoma Guarino. Conſilia eius ſeparatim edita ſunt Venetijs, anno 1566. in folio. Liber eius de Plautinorum carminũ ratione, item de Plautinis vocabulis lexicon: impreſſi ſunt Baſileæ, anno 1569. cum aliorum in Plautum annotationibus. Emblemata illius Lugduni & Antuerpiæ aliquoties edita ſunt. Parergon iuris lib. 10. Lugduni à Gryphio in folio & in 8. editi ſunt. *Andreæ Alciati reſponſa, libris nouẽ digeſta, & nunc quarta vice diligentiſſimè emendata, alijs reſponſis nuper inter manuſcripta inuentis aucta. In folio Baſileæ, anno 1582. Eius de Verborum ſignificatione, libri quatuor. Et in titulum XVI. libri 2. Digeſtorum Commentarij, poſtrema hac editione, quanta fieri potuit diligentia, collatione autographi caſtigati, octauo Francoforti, impenſis Iacobi Troſteri, anno Domini 1582. Illius verò opera omnia in quatuor Tomos legitimè digeſta, natiuo ſuo decori reſtituta, indice locupletiſſimo aucta. Baſileæ impreſſa, anno Dominicæ incarnationis 1582.*

Andreas

Digitized by Google

Andreas *Alpagus Bellunenſis medicus & philoſophus, multis annis in Cypro, Syria, Ægypto & alijs ad Orientem regionibus peregrinatus, Ioannis Serapionis practicam medicinam, ex Arabica in Latinam linguam tranſtulit. Impreſſus eſt liber Venetijs apud Iuntas, anno D.1550. in fol. cum commentarijs Serapionis de Simplicibus medicamẽtis. Idem tranſtulit hiſtoriam Arabicã, de Vitis philoſophorum & medicorum Arabum & Græcorum, vt ipſe de ſe ſcribit in præfatione in gloſſas Auicennæ. Idem partim tranſtulit, partim emendauit ex Arabico, Auicennæ & aliorum libros aliquot, nempe de venenis, De correctione eorũ, quæ accidunt in regimine ſanitatis, De medicinis principum non horribilibus, De lapidibus pretioſis, & alia quæ nepos eius ex fratre Paulus Alpagus editurum ſe, nuper promiſit. Vide in Auicenna.*

Andreas *Althamerus Brentius, ſcholia ſcripſit in Cornelium Tacitum Roman. hiſtoricum, De ſitu, moribus, populisque Germaniæ, excuſa Norimbergæ, anno 1529. Item ſyluam Biblicorum nominum, qua propria vocabula, quorum in ſacris Biblijs fit mentio, explicantur: excuſam Baſileæ apud Tho. Wolfium, anno 1535. Item Conciliationes locorum ſcripturæ, qui ſpecietenus inter ſe pugnare videntur, centurias duas. Norimbergæ apud Petreium, anno 1535. & Wittebergæ in 8. anno 1582. Item annotationes in D. Iacobi epiſtolam. De peccato originis. De ſacramento altaris, Germanice. Claruit anno Domini 1534.*

Andreas *Ammonius, Italus, Lucenſis, Regis Anglorum ſecretarius, ſcripſit, Scotici conflictus hiſtoriam lib.1. Bucolica vel Eclogas lib.1. De rebus nihili, lib.1. Panegyricum quendam, lib.1. Epigrammatum lib.1. Poemata quoq; diuerſa, lib.1. Epiſtolas ad Eraſmum Roterodamum. Obijt Londini, anno 1518. Baleus.*

Andreas de *Angelinis ſcripſit ſuper 2. inforciati. & ſuper ſecundum ff. Noui.*

Andreæ *Angulij carmina quædam leguntur in Elogijs Pauli Iouij.*

*Ex* Andreæ *archiepiſcopi Cæſariæ Deogratis in Apocalypſim cõmentarijs, Aretas Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus, compendiariam explanationem concinnauit: quæ Maximo Florentino monacho interprete, Latine excuſa eſt Baſileæ ab Iſingrinio, in 8. anno Domini 1553.*

Andreæ *Archiepiſcopi Cæſareæ interpretatio in Apocalypſim Græce ſeruatur in bibliotheca Regis Gallorum. Quærendũ an ſit Aretæ compendium ex Andreæ archiepiſcopi cõmentarijs deſumptum: quod Græce editum eſt Veronæ, & poſtea in Latinam linguam tranſlatum à Maximo Florentino.*

Andreæ *Cæſareæ Cappodociæ Archiepiſcopi in Apocalypſim S. Apoſtoli & Euangeliſtæ Ioannis, interpretatio Græce manuſcripta in folio, biblioth. Imp.*

Andreæ *Archiepiſcopi Rhodi, Apologia demonſtratiua ex ſcriptis beati Thomæ ad Beſſarionem Niceæ, De diuina eſſentia & operatione, extat in Italia.*

Andreas *Aſſaracus Sarrachus, ſcripſit dialogo elegiaco hiſtorias nouas ac veteres, à nouiſſimis Frãciſci Sfortiæ temporibus, ad Franciſcum regẽ Francorum, ducemq; Mediolani. Liber impreſſus eſt Mediolani apud Gothardum Ponticum, anno Domini 1516. Eiuſdem Triuultias, libri carmine Elegiaco, cum epigrammatis præliminaribus Alexandri comitis, & Hyacinthi Arpini. Mediolani impreſſum à Gothardo Pontico 1516. in folio ternionibus 14. Fortè idem opus.*

Andreas *Auignonus Hiſpanus* I. C. *ſcripſit in tit. De actionibus. Liber Bononiæ anno Domini 1546. in 8. impreſſus eſt.*

Andreæ *Aurifabri Vratiſlauienſis Sileſij, medicinæ doctoris, annotationes in Phæmonem philoſophum, De cura canum, Wittenbergæ, anno Domini 1545. excudit Ioannes Lufft. Idem nuper libellum ſcripſit, De ſuccino, non ineruditum, Germanice. Eius hiſtoria ſuccini. Regiomont. in Pruſsià anno 1557. excuſa. Floret in Pruſsia, anno Domini 1553.*

Andreæ *Baccij Elpidiani, De thermis libri 7. In quo opere de vniuerſa aquarum natura agitur, deque differentijs omnibus, ac miſtionibus, cum terris, cum ignibus, cum metallis: De lacubus, fontibus, fluminibus, de balneis totius orbis, & de methodo medendi per balnea, deque lauationum ſimul atque exercitationum inſtitutis, in admirandis Romanorum thermis. Venetijs apud Valgriſium, anno 1571. in folio.*

Andreas *Balthazar Senonenſis, ſcripſit Quæſtiones rhetoricas, breues admodum & expeditas, in gratiam eorum, qui diſputationibus Rhetoricis oblectantur, quæ tertio editæ & recognitæ ab authore ſunt, cum argumentis in ſingula capita, per Dominicum Broſſetum. Chartæ ſex impreſſæ Pariſijs in 4. anno Domini 1554. apud viduam Mauricij à Porta.*

Andreæ *de Banulo leges Longobardicæ, cum commentarijs. Venetijs 1537.*

Andreas *Barbatias Siculus, Iureconſultus clàriſsimus, ſcripſit conſiliorum volumina 4. Super 2. ff. noui, in primum infortiati, ſuper Clementinis De Cerdinalibus, ſuper 2. decretalium Rub. De teſtibus. c. teſtimonium, ſuper 2. decretalium Rub. De fide inſtr. c. dilectorum, ſuper 2. C. Rub. c. quæadmit. ſuper 2. C. De fideicom. l. cum acutiſsimi. Eius lectura in Clementinarum compilationem in fol. Pariſ. 1517. eſt excuſa.*

Andreas *Bauria, monachus, ſcripſit De poteſtate papæ.*

Andreas *de Beſetis, ſuper primam Codicis, de Sacroſanctis eccleſijs.*

Andreas *Bilius, Mediolanenſis, Auguſtinianus profeſsione, tranſtulit è Græco Ariſtotelem de Anima, & eiuſdem Ethicorum libros. Scripſit quoque expoſitiones Euangeliorum lib. 4. Quæſtiones de Anima lib. 1, Longobardorũ hiſtoriam lib. 1. Mẽdiolanenſium hiſtoriam lib. 1. Claruit anno Domini 1420. Amb. Coriolanus.*

Andreas *Boach, vide Andreas Poach.*



Digitized by Google

Andreas *de Bononia de interdictis ciuitatis.*

Andreas *Boorde Anglus, ex Carthuſiano monacho medicus, ſcripſit* Prognoſtica *quædam.* Promptuarium *Phyſices. De iudicijs vrinarum. Obijt Wintoniæ* 1548. *Baleus.*

Andreas *Brentius, ſcripſit præfationem in Biblia Latina, quæ cum figuris impreſſa ſunt Lipſiæ, anno Domini* 1544.

Andreas *Brentius Patauinus, Hippocratis librum De natura hominis Latinum fecit: & eiuſdem De inſomnijs librum, cum præfatione ad Sixtum Pontificum Maximum, in qua multa de Somnijs diſſerit: huic libello ſubnectitur eiuſdem authoris epiſtola ad Nic. Gu. palatinum, impreſſa Venetijs,* 1497.

Andreas *Brixienſis, ſcripſit tractatum De Cambijs.*

Andreæ *de Broda D. Theologi, Boemi, Lamẽtatio pulchra ſuper calamitate Pragenſium, cũ quadam inſultatione: m. M. Dreſſerus.*

Andreas *Cæſalpini Aretini, Peripateticarum quæſtionum libri quinque. Venetijs apud Iuntas* 1571. *quarto.*

Andreas *Cambinus, de rebus Turcicis ſcripſit.*

Andreas *Camutius medicus in Gallia ciſalpina, edidit propoſitiones quaſdam in philoſophia & medicina, & opuſculum quoddam in quo philoſophiam & theologiam conciliare conatur. Eiuſdem de Amore & fœlicitate lib.* 9. *Viennæ Auſtriæ Stephanus Creuzer,* 1574.

Andreas *Canonicus Ratiſpõnẽſis, ſcripſit Chronica Boiariæ vetuſtiorum principum, quæ extant Viennæ Auſtriæ apud Wolffgan. Lazium.*

Andreæ *Capellani Regij, extant duo libri de Amore, manuſcripti.*

Andreas *de Capua, ſuper conſtitutionibus regni Siciliæ.*

Andreæ *Caroloſtadij concluſiones extãt: item De cœlibatu, monachatu, & viduitate liber, impreſſus anno* 1521. *Scripſit etiam nonnulla Germanice: nempe Inſtitutionẽ de aqua benedicta & ſale. Wittenbergæ, ann* 1520. *De Antichriſtiano abuſu panis & calicis Dominici, anno* 1524. *Sermonem de vſu Sacramenti. Wittenbergæ, anno* 1522. *De ſtatu animæ Chriſtiani: deq́ Purgatorio animæ defunctorum,* 1523. *De varietate ſimplicis vnicæ voluntatis Dei. Quid ſit peccatum. Vtrum lente procedendum & offendiculo infirmiorum parcendum in cauſis, ad Dei voluntatem pertinentibus, anno* 1524. *excuſa ſine loci notatione: & alia mihi ignota. Obijt Baſileæ anno* 1541.

* Andreæ *Caropi Auſtrij Elegiarum lib.* 5. *manuſcripti,* 1567. *Eiuſdem carmen gratulatorium, de D. Maximiliani ſecundi reditu à coronatione Hungarica. Viennæ.*

Andreas *de Caſtro, ſcripſit ſuper Sententias, vixit circa annum* 1350.

* Andreæ *Celichij expoſitio Euangel. Matth.* 15. *de muliere Cananea, Germanice* 8. *Madebur.* 1575. *Eiuſdem gratiarum actio, pro copioſa vini & tritici meſſe ex Pſal.* 65. *Germ.* 8. *Magdeb.* 1576. *Eiuſdem oratio habita in nuptijs Andreæ Bergmanni Magdeburgi. Item orationes* 5. *de vitandis pſeudoprophetis, Germanice in* 8. *Magdeb.* 1574. *Vtilis & pia conſideratio nouæ Cometæ Germanica. Lipſiæ* 4. 1578. *Officina ſalutis aduerſus peſtem.* 8. *Lipſiæ* 1578. *Vtilis & neceſſaria inſtitutio de ἀντινομοῖς German.* 8. *Magdeb.* 1578. *Eiuſdem doctrina de Peccato originali, quæſtionibus orthodoxis breuiter illuſtrata,* 4. *Guſtrouij* 1582.

Andreas *Ciaffus I. C. de Gerundijs.*

Andreas *de Confluentia, Germanus Carmelita, doctor Colonienſis, ſcripſit Lecturam ſententiarum lib.* 4. *Sermones per annum, lib.* 3. *Tritbemius de Lumi. Germ.*

Andreæ *Corui libellus, de Chiromantia cum figuris, impreſſus Venetijs.*

* Andreæ *Coruini Inſtitutio officij cuiuſq; erga Deum, & magiſtratum Germ. Erphordiæ* 1539.

Andreas *Crappus ſcripſit aliquot ad Deũ precationes carmine. Eiuſdem ſacræ aliquot cãtiones quinq; & ſex vocum aptiſſimæ, tam viuæ voci, quã diuerſis Muſicorum inſtrumentorum generibus harmonia accommodatæ, quibus adiuncta eſt miſſa ad imitationem cantionis, Cor mundũ crea mihi Deus, Germanice.* 4. *Magdeburgi,* 1582.

Andreæ *Critij encomia de Luthero, cum alijs quibuſdam impreſſa ſunt Wittenbergæ.*

Andreæ *Contareni Veneti epiſtola ad Cardinales edita eſt.*

* Andreæ *Croqueti Benedictini, S. Theologiæ Licentiati Catecheſes Chriſtianæ.*

Andreas *à Cruce quædam Chirurgica ſcripſit.*

Andreę *Dactij Florentini Æluromyomachiæ lib.* 3. *ſyluæ* 8. *epicedia, & alia diuerſorum generum poemata, cum oratione de Laudibus Græcarum literarum. Impreſſa ſunt ſunt Florentiæ apud Torrentinum, anno D.* 1549. *octern.* 20.

Andreæ *Danduli mentionem facit Bernardus Iuſtinianus, in ſua Venetorum hiſtoria.*

Andreæ *Dietheri Auguſtani, ludi literarij Auguſtæ ad D. Annam moderatoris, theſaurus contexendarum epiſtolarum, formandæq́ linguæ ad imitationem Ciceronianæ dictionis, locupletiſſimus: ex epiſtolis familiaribus, epiſtolis ad Atticum, orationibusque Cic. congeſtus ad vſum iuuentutis. Inſertæ ſunt autem vbique inſigniores illuſtrium philoſophorum ſententiæ. Item in calcem coniecta ſunt formulæ ſeu copiæ poeticæ, per eundem authorem. Liber impreſſus eſt Auguſtæ Vindelicorum per Heinricum Stainer, anno Domini* 1544. *octernionibus* 36. *Eiuſdem Comœdiæ Ioſephus, Conuerſio Pauli, Vincula Petri. Impreſſæ ſunt Baſileæ, ab Oporino.*

Andreas *Diuus, Iuſtinopolitanus, Homeri vtrumque poema, Theocritum, & Ariſtophanem, Latine ad verbum tranſtulit. Impreſſum Venetijs, & alibi.*

Andreas *Dominicus Floccus, Florentinus, ſcripſit librum de Romanis magiſtratibus, qui ſub Feneſtellæ nomine ſæpe hactenus editus eſt: poſtremum tamen à Plantino ſuo auctori reſtitutus.*

Andreas

* Andreæ Dorkenij breuis De religionis libertate inſtitutio. De ſupplicatione item quarundam ciuitatum Imperialium, quam ſupplicationi aliarum quarundam ciuitatum confeſsionis Auguſtanæ oppoſuerunt, Germanicè Coloniæ anno Domini 1576.

Andreas Duditius Sbardellatus, Hungarus, Halicarnaſſæi ad Q. Ælium Tuberonem de Thucididis hiſtoria iudicium in linguam latinam conuertit, liber impreſſus Venetijs, ab Aldo. Eiuſdem orationes duæ nomine epiſcoporum Hungariæ in concilio Tridentino habitæ, ibidem impreſſæ ſunt. Præterea quædam eius epiſtolæ inter Manutij (ni fallor) epiſtolas leguntur. Idem vt audio, quædam ſcripſit De ſacroſancta Trinitate, quæ nondum in publicum edidit. * Eius verò commentariolus de Cometarum ſignificatione, & diſſertationes nouæ de Cometis. 4. Baſileæ excuſæ ſunt. Floret apud Sarmatas Cracouiæ, & inter eos qui Latinæ linguæ puritate & eloquentia celebres ſunt, honeſtiſſimum locum tenet.

Andreæ Eborenſis, Luſitani, ſententiæ & exempla, ex probatiſſimis quibuſque ſcriptoribus collecta, & per locos communes digeſta, Lugduni excudit Paganus anno Domini 1557. duobus tomis, quorum alter ſententias, alter exempla refert. Item Venetijs anno 1572. duodecimo, ad ſignum ſeminantis.

Andreas Eggerdem ſcripſit præcepta arithmetices, quæ in 8. forma impreſſa & edita ſunt.

Andreæ Ellingeri hymnos à pueris in ſcholis cantandos, Lipſiæ Nicol. Wolrab excudit char. 4. * Eiuſdem carmina epicedia et epitaphia, de obitu Ioannis Gulielmi ducis Saxoniæ. 8. Ienæ 1577. Eiuſdem hymnorum eccleſiaſticorum libri 3. Eiuſdem Hippocratis aphoriſmorum paraphraſis poetica. 8. Francofordiæ 1579.

Andreæ epiſcopi Cretæ ſermo in Lazarũ quatriduanum, in diuinam Domini reſurrectionem, εἰς τὰ βαΐα. Et deinceps aliæ homiliæ feſtorũ: omnia ſeruantur Græcè in Italia, & Auguſtæ Vindelic.

Andreas Eſernitanus vide Andreas de Iſernia.

Andreas ab Exea, iuris vtriuſq; doctor, ſcripſit libellum De ærario ac fiſco, & vtriuſq; ratiociniorum præfectura. Pactorum quoq; lib. 1. Vtroſque Gryphius excudit Lugduni 1542. Item Super primo Decretalium, in tit. De conſtit. & in tit. De pactis. Hieronymi Grati Bononienſis Reſponſorum libros 2. recognouit, et Summarijs atq; indice illuſtrauit. Venetijs 1571. * Eius commentaria & prælectiones in tit. de conſtitutionibus, lib. 1. quem Decretales vocant. Lugduni anno Domini 1545. excuſæ ſunt.

* Andreæ Fabilij, Leodij Alberti & Erneſti eius filij comitis Palatinorum conſiliarij, Harmonia confeſsionis Auguſtanæ, doctrinæ Euangelicæ conſenſum declarans. Coloniæ, Maternus Cholinus 1573.

Andreæ Fabricij Chemnicenſis epicedion in mortem Petri Plateani Aſcanienſis eccleſiæ paſtoris. Eiuſdem Chriſtus lachrymans Wittembergæ impreſſus eſt anno Domini 1551. De Lege Dei, et eius vſu atque abuſu, præſertim quoad iuſtificatos, contra blaſphemas propoſitiones quaſdam quæ nunc paſsim ſparguntur. Iſlebij Germanicè impreſſus liber anno 1569. Eiuſdem Epiſtola ad eccleſiam Northuſanam, qua teſtatur conſenſum doctrinæ, Germanicè impreſſa Iſlebij. Eiuſdem de extrema hora libellus, in quo verba Pauli 1. Cor. 15. Quotidie morior, & verba Pſal. 118. Non moriar, ſed viuam & opera Domini meditabor, &c. explicantur. Iſlebij 1571. Germanicè. Eccleſia domeſtica, qua ratione præter publicas conciones quiuis pater familias ſuos ad verbum Dei adſuefaciat. Ibidem Germanicè.

Andreas Fabritius, ducis Bauariæ conſiliarius, collegit Harmoniam Confeſsionis Auguſtanæ, adiectis Caroli V. Cæſaris potentiſsimorumq; principum, & doctiſsimorum hominum de eadem iudicijs. Coloniæ 1573.

Andreæ Fabricij Leodij, Samſon: Tragœdia noua ex ſacra Iudicum hiſtoria deſumpta. Coloniæ apud Maternum Cholinum in 8. anno 1569. Eiuſdem Quæſtiones & annotatiunculæ in Catechiſmum Romanum ex decreto Concilij Tridentini editum. Apud Plantinum anno 1572.

* Andreas Franckenbergerus, de amplitudine et excellenti hiſtoriæ propheticæ dignitate: de cauſis ad lectionem illius nos impellentibus, & adminiculis in meditatione. 8. Wittembergæ anno Domini 1580.

Andreæ Fricij Modreuij ſereniſs. regis Poloniæ ſecretarij, commentariorum De republica emendanda, lib. 5. Primus De moribus, Secundus De legibus, Tertius De bello, Quartus De eccleſia, Quintus De ſchola: impreſsi ſunt Cracouiæ anno Domini 1551. octernionibus 25. & Baſileæ ab Oporino in 8. & in folio anno Domini 1554. Eiuſdem libri 3. primus De Peccato originis, ſecundus De Libero hominis arbitrio: tertius De prouidentia & prædeſtinatione Dei æterna. Item De Mediatore libri tres: quibus acceſsit Narratio ſimplex rei nouæ, & eiuſdem peſſimi exempli: ſimul & querela de iniurijs, & expoſtulatio cum Stanislao Orichouio Roxolano Baſileæ apud Oporinum, anno Domini 1562. in quarto. Eiuſdem Syluæ tres, prima De tribus perſonis & vna eſſentia Dei: Secunda, De Neceſsitate conuentus habendi ad ſedandas religionis controuerſias: Tertia De Baptiſmo infantium: nondum, quod ſciam, in publicum editæ. Dialogi duo De vtraq; ſpecie Euchariſtiæ à Laicis ſumenda: item explicatio verborum ſeptimi capitis 1. epiſtolæ ad Corinthios, & quædam alia impreſſa ſunt cum libris De republica emendanda. * Eiuſdem de bello contra infideles conſilia prudentia, è Latino in Hiſpanicam ſermonem tranſlata, per Ioannem Iuſtinianum: liber eſt manuſcriptus in biblioth. Imperat.

* Andreas Fulda, homilias duas ſcripſit. I. De peccato. II. De iuſtitia. 4. Ienæ anno Domini 1579.



Digitized by Google

* Andreæ *Friſner Bunſidetenſis dictionarium vtriuſq; iuris, ſiue repertorium ſine anno & loco, in bibl. Imperat.*

Andreas *Fuluius, Sabinus, ſcripſit De Antiquitatibus vrbis Romæ lib.5. De vrbis eiuſdem laudibus orationem. In populi Romani laudem elegiam. De Romuli & Remi expoſitione Eclogam, quæ ſimul impreſſa ſunt Romæ, per M. Valerium Doricum, anno* 1545.

Andreæ *Fuluij Prænestini vrbis Romæ deſcriptio, proſa & carmine. Eiuſdem illuſtrium virorum & mulierum imagines, Romæ apud Iacobum Mazochium impreſſæ ſunt, anno D.1517. octernionibus 30. Forte idem cum ſuperiore.*

Andreas *Furnerius medicus* Pariſienſis, *librũ Gallicum ſcripſit de decoratione corporis humani, in quo multa ad chirurgiam pertinentia habentur. Excuſus eſt Lugduni in* 16.

* Andreæ *Gabrielis ſacr. cant. Venet.* 1572.

Andreas *Gallus, Tridentinus, ſcripſit Faſces, de peſte, peripneumonia peſtilentiali cum ſputo ſanguinis, ac de quibuſdam ſymptomatibus: in faſciculos quinq; diſtributos. Brixiæ.* * *Eiuſdem commentarij, ad Sereniſſ. Regem Maximilianum, de tremore cordis M.S. Et in duos tomos diſtinctus in bibl. Imperat.*

Andreas *Gammarus* I.C. *ſcripſit De rerum permutatione ſuper 6. decretaliũ. c. Romana. para. contrahentes, & in cap.1. eiuſdem lib. Idem eſt qui aliàs Petrus Andr. Gammarus, De quo infra.*

Andreas *Gartnerus Prouerbialia dicteria moralem doctrinam complectentia, verſibus veteribus rhytmicis, vna cum Germanica interpretatione conſcripſit, & in locos communes redegit. Francofurti excudêre hæredes Egenolphi anno* 1570. *in* 8.

Andreas *Gerardus Hyperius, ſacrarum literarum in celeberrima Marpurgenſi Academia profeſſor ſcripſit commentarium De honorandis magiſtratibus, in quo Pſalmus 20. Exaudiat te Dominus, &c. enarratur. Item in Pſalmum 12. Saluum me fac Domine, &c. in quo oratur, vt Dominus extirpatis omnibus erroribus, ſynceram doctrinam vbiq; promoueat, paraphraſin, excuſam Marpurgi anno* 1542. *De formandis concionibus ſacris, ſeu De interpretatione ſcripturarum populari, lib.2. impreſſos Marpurgi apud Andream Colbium, anno D.1553. octernionibus 17. In epiſtolam ad Romanos exegemata, in quibus partium diſpoſitio clariſſime oſtenditur, ab eodem impreſſa anno D.* 1548. *in 8. De recte formando theologiæ ſtudio lib.4. Baſileæ apud Oporinum.1556. De ſacræ ſcripturæ lectione ac meditatione quotidiana lib.2. Ibid.1561. Methodi theologiæ lib.3. Ibidẽ. Topica theologica Tiguri apud Froſchouerum. Catecheſis Marpurgi apud Colbium. Poſtremo vno volumine edita ſunt ſequentia opuſcula. De Sacrarum literarũ ſtudijs non differendis. De inſtitutione nouorum collegiorum, in quibus iuuentus eruditur ad ſuſcipiendam eccleſ. gubernationem. De publico ſtudioſorum in ſchola theologica examine. De Catecheſi. De fide hominis iuſtificandi, ac de fide operibuſq; hominis iuſtificati, quæſtiones. Chriſtum non inſtrumentalẽ modo eſſe ſalutis noſtræ cauſam, verum etiam efficientem & principem. Non eſſe aliam iuſtificationis viam, quam qua Abraham iuſtificatus eſt, per fidem ſcilicet abſq; operibus. De ſpiritu & litera. Conciliatio horum locorum: Qui legem factis exprimunt, iuſti habebuntur, ad Rom.2. Et: Ex operibus legis nemo iuſtificabitur, ad Rom.3. & ſimilium, qui pari modo videntur inter ſe diſſidere. De hominis merito apud Deum. Hiſtoriam quæ legitur 2. Machab. 12. de donarijs miſſis Ieroſolymam ad ſacrificium pro expiandis peccatis mortuorum, parum eſſe efficacem ad comprobandum, mortuis ad ſalutem prodeſſe Miſſarum celebrationem. Verba Pauli. 1. Cor. 15. De his qui baptizantur pro mortuis, paulo aliter quam à nonnullis hactenus factum eſt, diſtincta & expoſita. De ſynodis annuis. De publica in pauperes beneficentia. De ferijs Bacchanalibus, quodq; apud Chriſtianos locum habere nullo modo debeant. Omnia hæc ſimul impreſſa ſunt Baſileæ in 8. in officina Oporiniana anno* 1570. *Eiuſdem Opuſculorum theologicorum pars ſecunda, Baſileæ ex officina Oporiniana anno* 1571. 8. *Continet autem hos libros. De piorum auditorum in dijudicandis doctrinis officio. De prouidentia Dei, & conſolationibus, contra omnis generis pericula ab ea petendis: cum enarratione Pſalmi* 167. *De probatione ſui ipſius. Conſultatio de coniugio miniſtrorum eccleſiæ. Vtrum eorum ſententia qui Babylonem in Apocalypſi interpretantur ſignificare vrbem Romam, recipi vlla ratione queat. De his qui Deo patri ita ſummam tribuunt dignitatem, vt Filium cõſtituant inferiorem, & patri inæqualem. Præcepta Decalogi aliter olim digeri ſolita, atque nunc vulgo cernuntur digeſta, ſuperq; ea re veterũ tam Hebræorum quam Græcorum & Latinorum ſententiæ. Ad verba illa Apoſtoli 2. Corinth. 3. Epiſtola mea vos eſtis, & Deus idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti: De veris Apoſtolatus, Doctoratus & ſimilium graduum inſignibus, Propoſita quædam. De ſacramentis in genere vbi nonnulla de circumciſione & Baptiſmo. Super verbo Apoſtoli ad Rom.3. Iuſtificantur autem gratis, per gratiam, tum de locutione illa, qua dicuntur iuſtificari homines ſola fide. Quo modo intelligendum quod Apoſtolus ait ad Romanos 1. homines à Deo in reprobam mentem tradi: tum quomodo peccata peccatis puniantur. Scripſit etiam De ratione ſtudij, Dialectica, Rhetorica, Arithmetica, Geometrica, Coſmographica, Optica, & Aſtronomica quædam, item Phyſica, Scholia ad decem libros Ethicorum Ariſtotelis. Item Theologica. Obſeruationes locorum in eas Euangeliorum particulas quæ ſingulis dominicis recitari in eccleſijs conſueuerunt. De ſtudioſorum vita & moribus. Exegemata in omnes D. Pauli epiſt. Feriarum ſcholaſticarum lib.12. De ordinanda eccle. lib.6. Verum ex his quædam morte præuentus non abſoluit. Obijt Marpurgi* 1564. *Vitã eius deſcripſit D. Wigandus Orthius.*
* *Poſt eius ex hac vita exitum Laurentius Hyperius, Andreæ Hyperij filius quædam parentis ſui*

opera

Digitized by Google

opera edidit, & in ea præfatus eſt, veluti in Eſaiæ prophetæ oracula annotationes breues & eruditas. 8. Baſileæ 1574. Compendium phyſices Ariſtoteleæ. 8. Baſileæ anno 1574. Et alia. Eiuſdem commentarij in epiſtolas Pauli ad Galatas, & Epheſios in folio Tiguri, anno 1582. In epiſtolas ad Philippenſes, Coloſſenſes, & Theſſalonicenſes ambas, tum indice gemino. Tiguri in folio anno Domini 1582. Et in epiſtolas D. Pauli ad Timotheum, Titum, Philemonem, & D. Iudæ commentarij, nunc primùm opera Ioannis Mylij in lucem editi, in fol. Tiguri apud Chriſtophorum Froſchouerum, anno Domini 1582.

* Andreæ Geyl libri II. practicarum obſeruationum tam ad proceſſum iudiciarium præſertim Imperialis Cameræ, quàm cauſarum deciſiones pertinentes. Item De pace publica & proſcriptis ſiue bannitis Imperij libri II. De pignoribus liber I. Coloniæ Agrippinæ Ioan. Gymnicus, ſub monocerote anno 1578.

Andreas Gratiolus Tuſculanus ex Benaco, Latina fecit Euſtratij epiſcopi Niceni commentaria in ſecundum librum poſteriorum reſolutiuorum Ariſtotelis. Item incerti authoris expoſitiones compendiarias in eundem. Hieronymus Scotus excudit Venetijs, anno 1542.

Andreas de Gorlitz profeſſor Lipſenſis, in Eſaiam ſcripſit commentaria.

Andreas Guarna Salernitanus ſcripſit bellum Grammaticale, ſiue De bello inter Grammaticæ reges, De principatu orationis liber vnus. Impreſſus Baſileæ apud Robertum Winter, & apud Iacobum Parcum.

Andreas Helmontanus ſcripſit commentaria in inuectiuas orationes Ciceronis & Saluſtij. Oporinus impreſſit cum aliorum commentarijs in orationes Ciceronis.

Andreæ Hieroſolym. in S. Mariæ Deiparæ ſalutationem ſermo, Marco Hoppero interprete, excuſus eſt Baſileæ cum alijs quibuſdam veterum theologorum opuſculis, apud Henricum Petri, anno Domini 1551. in folio. Idem ſcripſit plures ſermones de beata virgine lib. I. Alios ſermones lib. I. Pias precationes, lib. Petrus Vincentius. Andreæ archiepiſcopi, In partum Deiparæ: & Andreæ Hieroſolym. ſermo in Euangelium, Græcè ſeruantur in biblioth. Regis Gallorum.

Andreæ Hiſpani Romanæ eccleſiæ pœnitentiarij, modum confitendi, Norimbergæ excudit Hieronymus Holtzel, anno Domini 1508. Andreæ Hiſpani (eiuſdem vt arbitror) liber de decimis.

Andreæ Hoppenrodi Genealogiæ principum & nobilium familiarium, quæ intra annos mille in Saxonia vixere, quorum poſteritas ſupereſt. Germanicè. Argentinæ anno Domini 1570. in fol.

Andreas Horne, Glloceſtrienſis, è varijs annalibus congeſſit opus, quod inſcripſit Claudio ceſtriæ Chronicon. Baleus.

Andreæ Horndorf Speculum parentum et liberorum, in quo vtrique cernere queunt quid ſui officij ſit, & quæ nam ſit vera liberorum educatio, hiſtorijs & exemplis ornatum: liber Germanicè impreſſus Lipſiæ anno 1568. Eiuſdem promptuarium exemplorum ſacrorum & prophanorum, iuxta decem præcepta diſtributum. Ibidem 1570. & Francofurti 1571. in folio. Idem Declamationem Lilij Vicentini de miſeria humanæ vitæ ex Italica in Germanicam linguam tranſtulit, impreſſam Francofurti anno Domini 1571. * Compoſuit Calendarium hiſtoricum, ſanctorum, martyrum, qui à condito mundo, vſq; ad noſtra hæc poſtrema tempora, ob confeſſionem fidei in Chriſtum, paſſi ſunt, folio Francofurti 1575.

Andreas Ianus Laſcaris Rhyndaccnus, ex Polybij hiſtorijs quædam excerpſit De militia Romanorum atque in primis De caſtrorum metatione, et eadem Latino ſermone reddidit: ea cum eiuſdem Epigrammatis Græcis & Latinis impreſſa ſunt Baſileæ apud Robertum Winter 1537.

Andreas de Iſernia I. C. ſcripſit ſuper feudis. De iure protomiſeos et iure congrui, cum commen. ſuper autent. habita. in fi. feudorum. Ne fil. propat. in primo Codicis. * Eiuſdem regni Siciliæ conſtitutiones in folio, ſine notatione loci, anno Domini 1533. excuſæ.

* Andreas Knopken ſcripſit annotationes in epiſtolam Pauli ad Romanos.

* Andreas Kragius Ripenſis Danus Scholam Rameam, & defenſionem Petri Rami, contra Georgij Liebleri calumnias in Epitomen 8. librorum Acroamaticῶν aſperſas ſcripſit. Deteguntur et diſſipantur Liebleri errores, Ramus à calumnijs, ex ſententia legum antiquiſſimarum, veritatis, iuſtitiæ, ſapientiæ liber pronunciatur. 8. Baſileæ anno D. 1582.

* Andreæ Kreuthij orationes funebres & conſolatoriæ, & quam mirabile vltimum iudicium futurum ſit. Ex 1. Theſſ. 4. anno 1575. Germanicè: Idem homiliam edidit, de Sigillo Lutheri, Rubro videlicet corde & cruce nigra in alba roſa. 8. anno 1579.

Andreas à Lacuna Hiſpanus Secobienſis philiatros, ſcripſit De ratione noſcendæ, præcauendæ, atque propulſandæ febris peſtilentialis, opuſculum excuſum Argentorati apud Ribelium, anno Domini 1542. Item anatomicam methodum, ſiue De ſectione humani corporis contemplationem, Pariſijs anno Domini 1535. Extant eiuſdem opuſcula, Coloniæ impreſſa, hæc: Ariſtotelis libellus De virtutibus, è Græco tranſlatus, ſcholijsque & exemplis illuſtratus: item, ex commentarijs Græcis De re ruſtica Conſtantino Cæſari adſcriptis, octo vltimi libri in quibus animalium plurimorum natura deſcribitur, Latini ab eo facti, vnà cum caſtigationibus tranſlationis eorundem per Ianum Cornarium editæ: Galeni De philoſophica hiſtoria lib. I. Latinè verſus: De victus & exercitiorum ratione, maxime in ſenectute obſeruanda, tabula: Europa ſeipſam deplorans: Ariſtotelis De natura ſtirpium liber, Latine ab eodem donatus. Eiuſdem librum De mundo quoq; aut tranſtuliſſe, aut ſcholijs

Digitized by Google

ornaſſe exiſtimatur, idque ex præfatione ad Carolum Cæſarem libris De re ruſtica à ſe conuerſis præmiſſa. Galeni opera omnia (exceptis ijs quæ in Hippocratem ſcripta ſunt à Galeno) doctiſſime diligentiſſimeq; in Epitomen redegit, Venetijs primum, deinde Baſileæ per Iſingrinium excuſam anno Domini 1551. in folio. Adiectis eodem authore Galeni vita, & De ponderibus ac menſuris libello. Præterea edidit etiam Epitomen omnium rerum & ſententiarum, quæ annotatu dignæ in commentarijs Galeni in Hippoc. extant, in elenchum alphabeticum digeſtam. Cui acceſſere nonnulla Galeni enantiomata per eundem collecta. Guilielmus Rouillius excudit Lugduni anno 1554. in 8. Item annotationes doctas & elegantes in Dioſcoridem, à Rouillio eodem anno excuſas, in 16. Dioſcoridem conuertit in Hiſpanam linguam, & ſcolia addidit.

Andreæ Lemnij medici, Epiſtola in qua vrinæ ſtudium, & ex ea morborum præuidentiam, vt quæ ſit aptior ſeruandæ ſanitati, commendat.

Andreæ Langi Reſponſio ad quæſtiones 4. Qui ſalutem adipiſcantur, Cur papiſtæ Euangeliũ non recipiant? An Papiſtæ ſalui fiant? Et quid illis faciendum ſit vt ſaluentur? Lib. Germanicus cum præfatione Cyr. Spangenber. Conciones 6. De iuramento Dei quod Ezech. 33. ſcriptum eſt. anno 1571. * Eiuſdem pia & ſolida de ſalute inſtitutio ex vero probatoq; Dei verbo, propheticis & apoſtolicis literis comprehenſo. 4. Frocof. 1577.

Andreas Leucander, alias Wytteman, Anglus, abbas Rameſienſis, ſcripſit Iuonis epiſcopi vitam, Peregrinationem ſuam in terram ſanctam. Vixit anno Domini 1020. Baleus.

Andreæ Limos, Dubia: liber philoſophicus commemoratur in catalogo Sorbonæ.

Andreas Lubelius theologus, Armenorum ritus ſacros ſeu ceremonias deſcripſit, vt refert Andreas Fricius.

* Andreæ de Malatinis additiones ſuper inſtitutiones imperiales autenticas ſuper ff. vetus & codicem. Patauij. 1548.

Andreas Marcolinus Faneſtris, medicus, edidit præceptoris ſui Gabrielis Falopij Mutinenſis medici ac philoſophi præſtantiſſimi, tractatum pulcherrimum De medicatis aquis, atq; de foſſilibus, cui duas epiſtolas addidit, in quarum altera ad lectorem, & huius libri inter reliqua vtilitas, & docendi modus, ac totius rei quæ in hoc ipſo opere continetur, ſumma breuiter explicatur. Liber impreſ. Venetijs apud Ludouicum Auantium anno Domini 1564. in 4. chartis 52.

Andreas Maro Brixianus cum ſumma eruditorum admiratione ex tempore ad quam iuberes quæſtionem verſus fundere conſueuerat. Meminit huius Iouius in Elogijs.

Andreas Marſianenſis, monachus, ſcripſit ad Petrum Atrebatenſem epiſcopum, Chronica Francorum lib. 1. Arnoldus Boſtius.

Andreas Maſius ex Syriaca lingua tranſtulit Commentarium de Paradiſo, ſcriptum ante annos prope ſeptingentos, à Moſe bar Cepha Syro: Item Baſilij λειτουργίαν. Antuerpiæ año Domini 1569. in 8. * Ioſue Imperatoris hiſtoriam illuſtrauit, atq; explicauit. folio. Antuerpiæ per Chriſt. Plantinum: emiſit item diſputationem de Cœna Dominica, oppoſitam, (vt titulus habet) Caluiniſtarum impijs corruptelis. 4. 1575. Eiuſdem Grammatica Syriaca. Dictionarium Syrochaldaicum. Lexicon Græcum & inſtitutiones linguæ Græce. Antuerpiæ in Tomo Bibliorum. 16. excuſus. à Chriſt, Plantino. 1572. in fol. Præterea Moſis Mardeni Iacobitæ legati patriarchæ Antiocheni profeſſiones fidei duas: adhæc duas epiſtolas, Alteram Sulacæ Neſtoriani, alteram populi Neſtoriani ad pont. max. ex Syriaca lingua tranſtulit, Antuerpiæ Plantinus 1569.

Andreas Matthæus Aquauiuus Hadrianorum Regulus, ſcripſit nobilem pariter ac eruditum librũ, qui Encyclopædia inſcribitur. Iouius in eius elogio. Eundem de re equeſtri librum compoſuiſſe Beliſarius frater ipſius in ſuo de venatione libro teſtatur.

Andreas medicus quidam, qui de Plantis ſcripſerit, citatur à Dioſcoride & Galeno. A Plinio perſæpe citatur Andreas medicus, & in ſcholijs Nicandri eius liber νάρθηξ. Idem videtur eſſe cuius libri, De ſerpentibus, De quibuſdam falſo creditis citantur ab Athenæo. Hic ab Eratoſthene cognominatus eſt βιβλιαίγισθος, quod quoſdam ſuos libros clam tranſcripſiſſet. Etymologus. Citatur in quæſtionibus Caſſij & Caryſtius nominatur.

Andreæ Mocenici Patritij Veneti, belli Cameracenſis libri ſex, quod Veneti cum quatuor regibus, & cum Heluetijs & cum tota Italia geſſerunt: dictum Cameracenſe, quod Cameraci contra Venetos fœdus ictum ſit. Impreſſi Venetijs per Bernardinum Venetum de Vitalibus, anno Domini 1525. octernionibus 24. * Eius de bello in Italia geſto contra Venetos etiam Italicè, impreſſ. Venetijs 1544.

Andreæ Monceni. Repertorium, & per alios poſitum ad lecturas Felini. Index lib. iuris Venetijs impreſſus.

Andreæ Muſculi Theologiæ profeſſoris Francofurti ad Oderam, Locorum Communium ex Patribus, libri duo, in folio impreſſi. Idem Germanice edidit Biblia domeſtica, hoc eſt ſententias veteris & noui teſtamenti in vſum adoleſcentũ in vnum congeſtas. De iuſtificatione hominis per fidem, ex Lutheri libris. De ſtatu & conditione mortuorũ ab exitu huius vitæ vſque ad communem reſurrectionem. De prædicati Euangelij falſo & peſtifero intellectu. Interpretatio Cantici Simeonis. De filijs Dei & huius mundi, tempore poſtremo nunc prædicati Euangelij. Aurei ornamenti ſeu κόσμιον partes quatuor. Precum libellus. Præcatio vt Deus à Germania auertat commeritam pœnam, & iam imminentem ob tantum vtriuſque Antichriſti apparatum. De cruce & tentationibus ferendis. Sepultura Ioachimi Marchionis Brandeburgici, Electoris. De meditatione finis. 1572. De hominis actionibus & ſubſtantia, à prima eius creatione vſq; ad futuram vitam. Francofurti ad Oderam año 1572.

Eiuſdem

Digitized by Google

Eiuſdem tum alia, tum contra Franciſcum Stancarum ſcripta extant. * De ſcala Iacobi.8.Francof. 1578. Compendium doctrinæ Chriſtianæ collectum, ex S.Scriptura, eccleſiæ Patribus, S.Luthero folio Francofor.ad Oderam.1573. Propoſitiones de vera reali & ſubſtantiali præſentia corporis & ſanguinis Chriſti, in ſacramento altaris.4.Francoforti ad Oderam, anno 1573. Item orationem ſcripſit de dignitate & vero vſu Academiarum, de principum virorum curandi, ornandique eos officio, recitata Francofordiæ, anno 1573. De Meſech & Kedar, De Gog & Magog, De magna calamitate ante finem mundi, Germ.in 8.Francof. ad Oderam. 1577. Ex Martini Lutheri ſcriptis collegit theſaurum conſolationum in omni genere tentationum & certaminibus conſcientiæ.German.in fol.Francoforti ad Oderam.1577.Eiuſdem tertia diſputatio de Cœna Dominica.4. Item Lipomani Enchiridion ſententiarum ac dictionum inſignium. Francoford. ad Viadrum.1552.ædidit. Prophetiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, de imminenti Germaniæ infortunio, expoſuit anno 1557. Francof.apud Viadrum.Scripſit item conſiderationes appropinquantis vltimi iudicij. German.8.Francof.ad Oderam.1578.

* Andreas Mylius Dionis Chryſoſtomi de regno libros. 4. interpretatus eſt. 4. Roſtochij. anno D. 1578.

Andreæ Nauagerij Veneti orationes duæ & carmina varia excuſa ſunt Venetijs apud Ioannem Tacuinum anno Domini 1530. Item cum operibus Fracaſtorij. Eiuſdem eglogæ excuſæ ſunt à Ioanne Oporino, cum diuerſis aliorum authorum eglogis. Eiuſdem annotatiunculæ De diuerſitate lectionũ, in omnia Ouidij opera: excuſæ ſunt cum Ouidij operibus Venetijs, anno Domini. 1516. octernionibus quatuor. In legatione Gallica obijt.

* Andreæ Nolthij obſeruatio & deſcriptio Cometæ anni 1577.German.in 4.Erdfurti per Georgium Bumannum. Anno Domini.1578.

Andreæ Nontalij Stirij, dialogi pueriles impreſſi Annebergi.

Andreas de Nouo caſtro Anglus, Dominicanorum ordinis doctor, ſcipſit ſuper ſententias lib.4. In Boetium De conſolatione philoſophiæ lib. 5. Vixit anno 1300. Baleus.

Andreæ Ornithoparchi, De arte cantandi libri quatuor recogniti, Coloniæ apud Ioannem Gymnicum, 1535. * Scripſit quoque Micrologum de Muſica actiuum: cui adiecit ſuos quoſdam verſus.

Andreas Oſiander ſcripſit Harmoniam euangelicam Græce & Latine, cum annotationibus & elencho harmoniæ. Lib. excuſus Baſileæ per Frobenium, 1537. Item epiſtolam ad Huldricum Zuinglium apologeticam, qua docet, quam ob cauſam, quidq́ poſthac ab eo in Euchariſtiæ negotio expectandum ſit. Ioannes Petreius excudit Norimbergæ, 1527. Præterea ſcripſit librum De vltimis temporibus, ac fine mundi ex ſacris literis, Norimbergæ apud Petreium anno Domini.1544. quaternionibus nouem. Diſputationes duas, vnam De lege & euangelio, habitam 9. Aprilis anno Domini 1549. & alteram De iuſtificatione habitam tertiò Calendas Nouembris anno Domini, 1550. Regiomonte Pruſſiæ excuſas anno Domini, 1550. quaternionibus 3. Librum de imagine Dei quid ſit, Item an filius Dei fuerit incarnandus ſi peccatum non introiuiſſet in mundum, Ibidem excuſum, quaternionibus 10. Epiſtolam qua confutantur noua quædam & fanatica deliramenta, ab æmulis ſuis contra ipſum iactata, ibidem anno Domini, 1549. Scripſit etiam contra Interim librum, qui tamen non eſt editus, & alia plura Germanice & Latine. Veluti, De illuſoribus libellum Germanicum. De cœlis cœlorum. De mediatore vnico Ieſu Chriſto, & De iuſtificatione fidei Latine & Germanice. Aduerſus Philippum refutationem eius reſponſi aduerſus ſuam confeſſionem. Demonſtrationem eiuſdem & ſolidæ ſuæ doctrinæ per 30. annos. Aduerſus Lucifugam Nycticoraca. De prophibitis nuptijs. Prima pocula ex ſuorum aduerſariorum libris. Sermonem de oratione dominica. Sermonem de verbis Pauli Rom.6. Qui mortuus eſt de peccato iuſtificatus eſt. * Item de iuſtificatione, confeſſione. Francofordiæ, anno Domini, 1552. Scripſit item apologiam Noribergen. Catechiſmi aduerſus Ioannem Eccium, Germanice. Norimbergæ anno Domini 1539. Illuſtriſſimus princeps Pruſſiæ Albertus librum integrum, ſeu acta controuerſiæ Oſiandri in publicum edidit. Verum contra ipſius Oſiandri dogma De iuſtificatione hominis, ſcripſerunt Michael Rotingus, Philippus Melanchthon, Matthias Illyricus, Nicolaus Amſdorfius, Ioannes Pollicarius, Alexander Aleſius, Ioannes Knipshouius. Obijt anno Domini, 1553. in Pruſſiæ Regiomonte.

* Andreæ Pangratij breuẽs quæſtiunculæ prò iuuenibus ex Euangelijs & Epiſtolis dominicalibus, anno 1575. Et Erforti in 8. anno 1582. Germanicè. Eiuſdem De conſcientia bona, vita iucunda, beata morte, certo cœlo, & hæreditate futuri gaudij. Germanice in 8. Francofurti ad Oderam.1575. Idem ſcripſit Methodum concinoandi, excuſus Witebergæ 1571. cum præfatione Georgij Maioris. Item precationes ſummarias ſuper epiſtolas & Euangelia Dominicalia, in 4. Noribergæ.

Andreas Panormitanus ſcripſit Σικελικὰ τὰ κατὰ πόλιν, teſte Athenæo.

* Andreas Papius Gandenſis Dionyſij Alexandrini libros de ſitu orbis interpretatus eſt: in 8. Antuerpiæ. anno 1575.

* Andreæ Patricij Niderici Parallela eccleſiæ catholicæ, cum hæreticorum ſynagogis. Vel, Cauſæ quibus permoti quidam, deſertis ſectis hæreticorũ, ad Eccleſiæ communionem redierunt. in 8. Coloniæ. Anno 1576.

Andreæ Perlachij Stiri, doctoris medici & ordinarij quondam Mathematici in Academia Viennenſi, commentaria Ephemeridum, ita conſcripta vt quiſque abſque præceptore ex ſola lectione integram inde artem conſequi poſſit. Ægidius Aquila excudit Viennæ Auſtriæ, anno Domini.1551. quaternionibus 28.



Digitized by Google

quædam in Merulæ tranſlatione inſcriptiones habent, nam ſecunda inſcribitur Medicinalium & naturalium ambiguitatum, tertia De quadrupedibus (vt & Caſſij problemata) cæteræ carent inſcriptione. Aphrodiſæi Commentaria in Ariſtotelem, & de Temperamento & incremento, de Miſtura Solutiones dubitationum: Græcæ manuſcripta habentur in bibliotheca regis Galloaum. Comment, in metaphyſica extant in bibliotheca cardinalis Carpenſis. * Eius quæſtiones naturales & phyſicæ, vt de cute, quorum ſint definitiones: quod forma non ſit in materia, & in ſubiecto, in quo prædicamento ſit motus, &c. folio. M.S. bibl. Imperat. Viennæ. Eiuſdem commentarij in Sophiſticos elenchos Ariſtotelis in folio. Eiuſdem commentarius in Methcorologica Ariſtotelis, de primis præcipue cauſis naturæ in quarto. Eiuſdem de virtutibus tractatus, iuncta oratione Iſocratis ad Demonicum in octauo. De figuris ſenſus & dictionis in folio, eiuſdem Aphrodiſ. M. S. bibl. Imperat. Viennæ. Eius libri de anima, interprete Hieronymo Donato patricio Veneto. Baſileæ 1535. excuſi.

Alexandri de Ariſtois, Minoritæ, enchiridion de animabus regendis. Eiuſdem Minorica elucidatiua, rationabilis ſeparationis fratrum Minorum, ab alijs fratribus eiuſdem ordinis. * Eiuſdem Compendiū ſiue ſumma Confeſſorum, caſus omnes ad animarum curam attinentes breuiter complectens: edita. 8. Brixiæ. 1579.

Alexander Aug. in fragmentis Gregoriani codicis allegatur.

Alexandri Baldi Troiani I. C. Pomilagium.

Alexander Barkeleij quem quidam Scotum alij Anglum fuiſſe perhibent, ſequentes libros vel ipſe ſcripſit, vel in Anglicum ſermonem conuertit. De miſerijs Aulicorum. Contra Sceltonum. Vitam Georgij, ex Mantuano. Quinque eclogas eiuſdem. Vitam D. Catharinæ. Vitam D. Margarethæ. De pronuntiatione Gallica. Saluſtium de bello Iugurthino. Nauim ſtultiferam. Vitam D. Ethelredæ. Bucolica Codri. Eglogam quartam. Caſtellum laboris. Mancinum de virtutibus. Obijt Londini anō 1552. Baleus.

Alexander Benedictus Veronenſis ſcripſit De morbis medicandis à capite ad calcem libros 30. Aphoriſmorum lib. 1. De peſte, eius cauſis, & materia auxiliorum lib. 1. Anatomes lib. 5. quos Henricus Petrus excudit Baſileæ. Item diaria de Bello Carolino. Alexandri Benedicti De re medica ſcripta Baſileæ in folio impreſſa ſunt 1572.

* Alexandri Bergomi Miſſæ. 1575.

Alexandri Bondini medici epiſtola Græca extat in organum Ariſtotelis, quod Aldus excudit.

* Alexander Braſſicanus, vide Ioannes Alexander Braſſicanus.

Alexander Cantuarienſis, Benedictinæ familiæ monachus, & Anſelmi Cantuarienſis epiſcopi aſſiduus auditor, ſcripſit ad Anſelmum iuniorem abbatem Burienſis monaſterij librum De dictis eiuſdem archiepiſcopi, habentem capita 19. Vixit anno 1120. Baleus.

Alexander Caraffa Archiepiſcopus Neapolitanus, edidit & confirmauit conſtitutiones ſynodales Ioannis Archiepiſcopi Neapolitani, quæ impreſſæ ſunt Venetijs anno Domini 1542. cum ritibus eccleſiæ Neapolitanæ.

Alexander Ceſtrienſis epiſcopus, Anglus, ſcripſit poſtillas in Pſalterium, & ſermones multos ad clerum. Floruit anno 1238.

Alexander Chamaillardus Ariſtotelis libellū De Virtutibus Latinitate donauit, & habetur in poſtrema editione Ariſtotelis operum Baſilienſi.

Alexander Cittolinus natus Saraualli oppido Fori Iulij, locos ſcripſit Latine loquendi eleganter & ex tempore, magno volumine de omnibus rebus ſecundum Iulij Camilli modum. Item orationem pro defenſione Hetruſcæ linguæ. Præterea ingentes commentarios parare fertur in Hieroglyphica Ori, in quibus variam & multiplicē hiſtoriam cuiuſq; animalium generis pertractet, & regionum multarum proprietates, populorumq; diuerſos mores explicet. Inuenio etiam citari eius Typocoſmiam, quod opus an ab hoc diuerſum ſit ignoro. Viuit noſtra ætate: religionis veræ ergo patria exulans.

Alexander de Clipido ſcripſit De authoritate eccleſiæ. Forte de S. Elpidio.

Alexander Connibertus L. doctor, è vulgari lingua Gallica Latine vertit comœdiam quæ inſcribitur, Batelinus alias Veterator. Simon Colinæus impreſſit Pariſijs anno Domini 1343.

Alexandri Corteſij Vngarica impreſſa ſunt cum chronicis Vngariæ Antonij Bonfinis. Eiuſdē oratio in ephiphania domini. * De regis Matthiæ laudibus bellicis, in fol. bibl. Imperat.

Alexander Coſyreus cognomento πολυμαθὴς inter Homeri interpretes numeratur. Erit autē forte Polyhiſtor, & Cotyæus legendum fuerit, cum Stephanus tradat eum ex Cotyæo Phrygiæ ortum.

Alexander epiſcopus Cappadociæ, ſcripſit epiſtolas, De pace eccleſiæ ad Antinoitas vnam, ad Antiochenſes vnam, per Clementem presbyterum. Pro Origene contra Demetrium vnam. Ad Origenem, & alias plures. Claruit anno D. 253.

Alexander de S. Elpidio, Italus, magiſter generalis Eremitarum D. Auguſtini, ſcripſit, De eccleſiaſtica poteſtate, lib. 1. De eccleſiaſtica paupertate lib. 1. De vnitate eccleſiaſtica, lib. 1. In Topica Ariſtotelis, lib. 4. Super priora eiuſdem, lib. 2. Et alia Claruit anno 1330. Ambroſius Coriolanus.

Alexander Epheſius orator qui Lichnus eſt cognominatus, hiſtoriam conſcripſit, & carmina reliquit, in quibus & de cœleſtibus pertractat, & terras continentes deſcribit, de vnaquaq; edens poemata. Strabo lib. 14. Alexander Epheſius verſu heroico quædam ſcripſit, Stephanus de vrbibus.

Alexander Eſſebienſis monachus, Anglus, ſcripſit de ſacris diebus lib. 1. Epitomen Britannicæ hiſtoriæ. Vitam Bertellini Eremitæ. Vitam Cungeri Eremitæ. Feſtiuale quoddam lib. 1. Compendium hiſtoriarum bibliæ. lib. 1. Confeſſionem de peccatis, lib. 1. Meditationes quaſdā, lib. 1. De ſancta Agnete, lib. 1. Carmina & epiſtol. claruiſſe fertur, 1360.

Alexander

Digitized by Google

Alexander *Fabritius ſeu Carpentarius, Anglus, multos ſuorum temporum errores & vitia cleri reprehendit, ac ſcripſit opus elegans & pium, quod appellauit, Deſtructorium vitiorum. lib. 8. Homilias quoq; eruditas. Vixit anno 1429. Baleus.*

Alexandri *Guarini, Ferrarienſis, Lectiones Catullianæ, contra quas ſcripſit Hieronymus Auantius, impreſſæ Venetijs.*

Alexandri *Hegij Dauentrienſis Germani, carmina aliquot citantur in Adagijs Eraſmi. Item ab alijs de laude Græcarum literarum.* * *De Alexandro Hegio ſcribit Hermannus Hamelmannus in libello tertio de viris illuſtribus Weſtphaliæ: quæ ſequuntur. Alexander Hegius non fuit Dauentrienſis, ſed Weſtphalus, in ditione Monaſterienſi ex pago Heck propè Horſtmariam natus, Dauentriæ autem per annos 30. rexit Scholam magna cum laude, & primus cum Rodolpho Agricola, ac Rodolpho Langio reduxit Latinam & Græcam linguam in Germaniam (de qua re vide Orationem Hermanni Hamelmanni de viris Weſtphaliæ illuſtribus, qui linguam Latinam reſtituère Germaniæ) & fuit præceptor Eraſmi Roterodami, Ioannis Murmeij, Hermanni Buſchij, & omnium in Germania penè Doctorum, qui ante annos 50. & 60. floruerunt. Scripſit multa quæ maxima ex parte dicuntur poſt eius mortẽ prodiiſſe, vel inuito illo edita eſſe: Dialogi eius extant multi, primus de ſcientia: 2. de tribus animæ generibus. 3. de Phyſica. 4. de Senſu & ſenſibili. 5. de arte & inertia. 6. de Rhetorica. 7. de moribus. 8. de Natali Seruatoris. 9. de vtilitatibus artium, Grammaticæ, Logicæ, & Rhetoricæ. Scripſit etiam Inuectiuam contra librum quendam Barbarum, dictum Modiſignificandi. Ædidit quoq; farraginem vocabulorum quorundam & dictorum. Extant & in ſuis atq; ſimul Rodolphi Agricolæ Epiſtolæ, Hegij ad Agricolam & Weſſelum Gronigenſem datæ, & rurſum Agricolæ quædam ad ipſum: Idem Hegius quoq; valuit carmine. Scripſit pulchram elegiam de aurea mediocritate, Item Epigrammata aliquot ad Sanctos quoſdam, Ad ipſum Chriſtum. Item rurſum ſcripſit ad puerum Ieſum, Item in Saluatoris Chriſti natalem hymnum ſuauiſſimum. Monaſtica quoq; cudit de Natiuitate Chriſti. Emiſit quoque hymnũ metro Anapeſtico de Natali Domini, Item Monaſtica de paſſione Chriſti, & in glorioſam Chriſti reſurrectionem. Extat eius Carmen de vtilitate Græcæ linguæ. Scripſit Sapphycũ in habendi amorem, & ad Mariam virginem: Item Sapphycum ad colendas Muſas, & contra otium, variaq; carmina diuerſi generis. Scripſit doctiſſimum Epigramma ad Hermannum Buſchium, atq; deinde ad Langiũ & Buſchiũ poetas Weſtphaliæ Equeſtris ordinis. Scripſit item Othoni de Lippia, & Rodolpho de Diepholt, vtriq; Traiectenſi Epiſcopo Epitaphium tribus elegijs: Illa omnia ferè ſunt Dauentriæ excuſa 1501. Cõfectus ſenio fiebat ſacerdos Dauentriæ: celebratur eius liberalitas in pauperes ſcholaſticos.*

Alexandri *Hepburnij prima rudimenta artis Grammatices, breuiter & dilucide explicata, Antuerpiæ apud Plantinum anno Domini 1568. in 8.*

Alexãder *Hermanoctiꝰ, vide in Hermanoctio.*

Alexander *Heſſus ſcripſit De ſacroſancta incarnatione lib. 4.*

Alexander *Hierapolis epiſcopus, & martyr, nouem capitibus conſcripſit, quid noui Chriſtus in mundum intulerit, quæ oratio reconditis ſententijs referta eſt. Suidas.*

Alexandri *Hieroſolymorum epiſcopi epiſtola ad Antiochenſes ſuper ordinatione Aſclepiadis confeſſoris, citatur à Hieronymo in mentione Clementis Alexandrini.*

* Alexandri *Hugen formulare Germanice. folio bibl. Imperat.*

Alexander *Imolenſis, ſiue de Imola,* I. C. *Ioannis De Imola (qui claruit circa annum 1420.) diſcipulus, ſcripſit ſuper ius ciuile, ſiue ff. &* 1. *inforcitati lecturam, Conſilia & Diſputationem quæ incipit, Sigiſmundus. Quæ omnia typis excuſa ſunt, Diſputatione excepta. Conſilia eius Venetijs impreſſa ſunt 1571. in folio.*

Alexander de *Lentria, ſcripſit De pluralitate beneficiorum eccleſiaſticorum. De pignoribus & hypothecis.*

Alexander *Loſæus Auilianus in tertium Codicis librum cõmentaria ſcripſit: & in parag. præterea inutilis. Inſtit. De inutili ſtipul. enarratiunculã perbreuem. Gryphius Lugduni 1537. excudit.*

Alexandri *Magni epiſtolæ fragmentũ habet apud Plutarchũ in eius vita. Eius Epiſtola ad Ariſtotelem præceptorẽ, in qua eum reprehendit, quod Acroamaticos libros euulgaſſet, refertur à Themiſtio in præfatione ſuper lib. Phyſicorum.*

* Alexander *Maſſarius ſcripſit de peſte libros duos. 4. Venetijs 1580.*

Alexander *Myndius, De animalibus, volucribus & iumẽtis ſcripſit, qui eius libri apud Athenæum citantur. Item apud Plutarchum in vita Marij, eius De vulturum natura hiſtoria.*

Alexander *Neckam Anglus, ſcripſit Diuinæ ſapientiæ laudes, lib.* 1. *In Cant. canticorũ lib. 6. In Eccleſiaſt. lib. 2. In Prouerb. Salomonis lib.* 1. *In Ezechielem, Corrogationes Promethei. De puritate Mariæ. De figuris & tropis. De fabulis poetarum. Carminum lib.* 1. *Scintillarium quoddam. In Metamorphoſin Ouidij. Lectiones ſcripturarũ. Claruiſſe fertur anno Chriſti 1210.*

Alexander *Nequam, citatur in ſumma Alberti Magni.*

Alexander de *Neuo, Vincentinus,* I. C. *De geſtis Romanorum ſcripſit. Item conſilium contra Iudæos fœnerantes, Venetijs Leonardus Wild de Ratiſpona impreſſit, ãno 1499. Conſiliorum volumen.* * *Abbatis Panormitani libros, ſupra omnes alias editiones locupletauit. fol. Lugd. 1578. Alexandri Næuij de Vincentia commentarius ſuper quatuor Decretalium manu ſcriptus.*

Alexander *Numenius ſcripſit De figuris orationis, vnde ſua decerpſit Romanus Aquila quem habemus, teſtis eſt Iulius Ruffinianus in Præfatione libelli ſui De figuris.*



Digitized by Google

Alexander *Paccius, patricius Florentinus, Ariſtotelis De Poetica lib. latinitate donauit. Impreſſos Baſileæ* 1537. *apud Robertum Winter. Scripſit etiam quaſdam tragœdias.*

Alexander *Philalethes citatur à Galeno libro 4. De differentijs pulſuum. Hic poſt Zeuxidem in Caria maximam medicorum ſcholam conſtruxit Strabonis ætate. Strabo* 13. *in fine.*

* Alexandri *philoſophi philoſophorum & Rhetorum apophtegmata, Anaxarchi, Apollonij, Ariſtidis, Ariſtippi, Archyti, Ariſtotelis, Biantis, Demoſthen. Democriti, etc. in* 4. *m. ſ. bib. Imp. Vieñæ.*

Alexandri *medici Græci Practica, impreſſa eſt (vt puto) in Italia: cum expoſitione interlineari Iacobi de Partibus.*

Alexander *medicus* περὶ ἰώσων *Gr. m. in Gallia.*

Alexandri *Sophiſtæ libellus* τὰς τῶν ἱερῶν βοτανῶν περιέχοντα κράσεις *in bibliotheca Ioannis Sambuci.*

Alexander *Piccolomineus in Ariſtotelis Meteorologicorum lib.* 4. *Alexandri Aphrodiſæi commentaria tranſtulit, & tractatum de Iride adiecit: in quo plurima tum Ariſtotelis, tum etiam Alexandri & Olympiodori dicta diluciđantur. Hæc excudit Hieronym. Scotus Venetijs* 1540. *Idem ſuper mechanica Ariſtotelis librum condidit in Italia impreſſum. Præterea Italice conſcripſit librum, De inſtitutione vitæ hominis nobilis, & in ciuitate libera nati, ethice, œconomice, politice. Dialecticam, Rhetoricam, Phyſicam, Ethicen, De Sphæra, De cognoſcendis ſtellis fixis, De magnitudine terræ & aquæ. In Theoricas Planetarum commentarios, Paraphraſim in ſecundum librum Rhetoricorum Ariſtotelis ad Theodectem. Omnia hæc Venetijs impreſſa ſunt. Eiuſdem de Sphæra lib. quatuor, ex Italico in Latinum ſermonē conuerſi ſunt. Item compendium De cognoſcendis ſtellis fixis: & De magnitudine terræ & aquæ liber vnus, Nicolao Stupano interprete, Baſileæ Perna impreßit in* 4. *anno* 1568. * *Italica lingua ſcripſit comediam quam inſcripſit Alexandr. Excuſ. in* 8. *Eiuſdem libri tres Ariſtotelis De Rhetorica ad Theodect. Italicè* 1571. *Paraphraſis in* 3. *lib. Ariſtotelis De Rhetor. ad Theod. Italicè, Venetijs* 1572. *Idem tranſtulit in linguam Italicam Ariſtotelis librum De Poeſi Senis apud Lucam Bonettum* 1571. *Eius in mechanicas quæſtiones Ariſtotelis paraphraſis Venetijs apud Traianum Curtium* 1565. *Excuſa. Scripſit item de certitudine ſcientiarum mathematicarum librum. Venetijs apud Traianum Curtium anno Domini* 1565.

Alexandri *Picenardi Iureconſulti Cremonenſis, Interpretationes in nonnullos inſtitutionum titulos, ſcilicet de Teſtamentis, Rubrica. Principium, de exhæredatione liberorum, Rubrica. Principium de obligationibus, Rubrica, Quibus modis re contrahitur obligatio. Cremonæ anno Domini* 1571. *Quarto.*

Alexander *Pleuronius citatur à Pauſania.*

Alexander *Polilaus Corcyrenſis Varini diſcipulus, multa exſcripſit & collegit ad Varini Lexicon, vt ipſe de ſe teſtatur in dictione* ποικίλος.

Alexander *Polyhiſtor &* πολυμαθέστατος, *qui & Cornelius cognominatur, propterea quod captiuus Cornelio Lentulo fuit venditus, eiuſque pædagogus factus eſt, & poſtea manumiſſus. Fuit autem Romæ Syllæ temporibus, Laurenti perijt, ædibus in quibus erat flamma conſumptis, quo eius vxor audito, laqueo ſibi conſciuit necem. Suidas & plerique eum Mileſium fuiſſe volunt, Stephanus de vrbibus eum ex Cotyæo minoris Phrygiæ oppido ortum eſſe perhibet. Aſclepiadæ filius fuit & Cratetis Grammatici diſcipulus. Scripſit libros pene innumerabiles, è quibus hi citantur à Stephano, Ægyptiacorum liber decimus tertius. Lyciacorum* 2. *De Phrygia* 3. *De Caria.* 2. *De Paphlagonia. De Ponto Euxino. De Cilicia. De Lycorea. Europa, Lybicorum tertius.* ἐν τῷ παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς εἰρημένων. *De varijs rebus libri quadraginta duo, an autem inter hos aliqui ex modo nominatis connumerandi ſint mihi incertum eſt. A Plutarcho citantur libri de rebus Italicis in Parallelis minoribus: & liber in quem collegit Phrygios Muſicos, in libro de Muſica. Suidas inquit eum De Roma ſcripſiſſe libros quinque, in quibus dicat Moſo mulierem authorem fuiſſe legum Hebreæ gentis. Clemens meminit operis de Iudæis, & libri de ſymbolis Pythagoræ. Numeratur etiam inter Homeri interpretes, & Plinius eius ſcriptis ſe vſum fatetur in pluribus libris. Alexander* ἐν τρίγωνι *citatur ab Athenæo.*

Alexandri *Pomelij Bononienſis, Methodus ſyllogiſtica, vna cum tractatu De ratione probandi conſequentias, ſiue redigendi eas in formam ſyllogiſticam. Venetijs* 1572. *quarto.*

Alexander *Pyrrhi Epirotæ filius, ſcripſit quemadmodum copiæ inſtrui deberent. Ælianus.*

* Alexandri *Rhetoris Epiſtolæ Græcæ, Venet. per Aldum, in* 4. *ſine anni notatione.*

Alexander *Rodophilus ſcripſit ſyluam in illuſtriſsimi Sigiſmundi Gonzagæ obitum, impreſſam Bononiæ per Hieronymum de Benedictis, anno D.* 1525.

Alexandri *Sardi Ferrarienſis De moribus ac ritibus gentium libri* 3. *Impr. Venetijs apud Iordanum Zilletum, anno* 1557. *in* 8. *In præfatione promittit alios libros quorum titulos tamen non adſeribit.* * *Prodierunt autem eiuſdem de rerum inuentoribus libri duo, ij maxime quorum nulla mentio eſt apud Polydorum:* 8. *Moguntiæ anno Domini* 1577. *Item liber De nummis in quo antiquam pecuniam Romanam & Græcam metitur, pretio eius quæ nunc eſt in vſu.* 4. *Moguntij anno* 1579.

Alexander *de Saxoferrato, Italus, Auguſtinianorum generalis & Cardinalis, ſcripſit orationes elegantes lib.* 1. *Ambroſius Coriolanus.*

Alexander *Seitz ſcripſit De thermis Badenſibus in Heluetia, citatur à Conrado Geſnero in libris ſuis De thermis.*

* Alexandri *Sermonetæ commentariolū in conſequentias quaſdam Strodi. Venetijs* 1488.

* Alexandri *ſexti Pontificis S. Romanæ eccleſiæ fidei defenſionis clypeus in folio, Argentorati anno* 1497.

Alexander

Digitized by Google

Alexander *Seton, natione Scotus, Theologus inſignis, ſcripſit in vtramq́ epiſtolam Petri. In canonicam Iacobi. In Actorum cap. 18. Proceſſum ſuæ examinationis. Sermones ad vtrumq́ ſtatum. Vixit anno Domini* 1541.

Alexander *Sozinus Senenſis, Mariani iunioris filius* I.C. *ſcripſit aliquas repetitiones ſuper* 1. *&* 2. *ff. nou. Conſilia etiam nonnulla conſcripſit. Agens adhuc annum ætatis ſuæ* 31. *immatura morte ſublatus, omnibus qui ipſum nouerant ingens ſui deſiderium reliquit.*

* Alexandri *Spinelli Tragedia Cleopatra, Italice in* 8. *Venet.* 1550.

* Alexandri *Stiatici Bononienſis* I.V.D. *praxis iudicialis.* 4. *Venetijs.*

Alexandri *Suctheni medici, De myſterijs medicis Antimonij, libellus germanicus. Argentinæ anno Domini* 1570.

* Alexandri *Tartagni* I.C *celeberrimi conſiliorum libri ſeptem. fol. Francof.* 1575.

Alexander *Theologus, abbas Benedictinorum Cantuariæ ad fanum Auguſtini, multa contra Pontificiam poteſtatem & temporale dominium epiſcoporum diſputauit ac ſcripſit, De ceſſatione Papali lib.* 1. *De eccleſiæ poteſtate lib.* 1. *De poteſtate vicarij lib.* 1. *Victoriam à Portheo lib.* 1. *Super alijs articulis lib.* 1. *Claruit anno Domini* 1207. *Baleus.*

Alexander *Trianus Petronius Citacaſtellanus, philoſophus & medicus, ſcripſit Propoſita ſeu Aphoriſmos quoſdam in philoſophia, logica* 228. *naturali* 322. *metaphyſica* 186. *& in medicina* 149. *ad Paulum Cæſium Cardinalem. Libellus Venetijs impreſſus apud Bernardinum Venetum.* 1535.

Alexandri *Tralliani iatroſophiſtæ libri medicinales* 12. *Græce impreſſi ſunt Pariſijs à Roberto Stephano, anno Domi.* 1548. *in fol. chartis* 76. *cum Rhazæ libro Græco de peſtilentia, & Iacobi Gaupyli in vtrumq́ caſtigationibus. Ijdem Latine verſi, Baſileæ apud Heinricum Petrum, Albano Torino interprete. Eoſdem è Græco vertit multisq́ in locis reſtituit & emendauit, Ioan. Guinterius Andernacus; excudit Remigius Guido Argentinæ, anno D.* 1549. *Alexandri Tralliani de rebus Turcarum libri quinq́.*

* Alexandri *Troneri deſcriptio Salisfodinæ Tyroli Germanica M.S. bibl. Imperatoris.*

Alexandri *medici De cognitione pulſuum in febricitantibus, liber Græcus manuſcriptus in bibl. Regis Gallorum.*

Alexander *cognomine de Villa Dei, Dolenſis, ordinis fratrum minorum, ſcripſit volumen metro leonino de grammatica, cui titulus eſt Doctrinale puerorũ lib.* 3. *De Computo eccleſiaſtico lib.* 1. *De ſphæra lib.* 1. *De arte numerandi lib.* 1. *Vixit anno D.* 1240. *Eius quantitates emendauit Hubertus Suſannæus verſificator Gallus, multis expunctis & quæ omiſſa erant ab autore additis. Venditur is libellus octodecim denariolis Gallicis.*

Alexander *Vttendolus ſeptem Pſalmos pœnitentiales, & eiuſdem argumenti orationes* 5. *ex ſcriptis Prophetarum, ad dodecachorchi modos duodecim compoſuit, liber impreſſus Norinbergæ in officina Theodorici Gerlazeni in* 4. *Compoſuit etiam alias ſacras cantiones quinque vocum ibidem impreſſas, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo.*

* Alexandri *Vttenſal Archiduc. Ferdinand. Muſici Canciones, ſeu, vt vocant, Motetæ.* 1571. *Norinbergæ, quinque vocum, Ibid.* 1573. 1577. *Eiuſdẽ Miſſæ & alia, &c.*

Alexander *Wendock, vel Venedotius, epiſcopus Ceſtrienſis, ſcripſit Poſtillas in Pſalterium lib.* 1. *Sermones & lecturas lib.* 2. *Vixit anno Domini* 1238. *Baleus.*

Alexander *Zerbinatus Ferrarienſis, ſcripſit Italice De libero arbitrio, De præſcientia Dei, & Epiſtolam de moribus paraeneticam, ad filium comitis Bonifacij Beuilaquæ.*

Alexandridæ *poetæ fabulas citat Athenæus, Melilotum, Hoplomachum, Pharmacomantin ſeu per pharmaca vaticinantem.*

Alexarchus *ſcripſit, De rebus in Italia geſtis libros aliquot, ex quorum tertio Plutarchus cap.* 14. *Minorum parallelorum refert Tullij Hoſtilij & Metij Suffetij hiſtorias.*

Alexinus *Elienſis Ebulidis diſcipulus, dialecticus, ſcripſit ad Zenonem, ad Ephorum hiſtoricum, & alios complures libros. Laertio autore.*

Alexis *Samius, ſcripſit Samiorum* ὅρους, *hic citatur ab Athenæo.*

Alexis *Thurius (Thurij Sybaris olim dicti) Comicus, Menandri comici F. edidit comœdias* 245. *Filium habuit Stephanum qui & ipſe Comicus fuit. Suidas. Allegatur aliquoties apud Stobæũ: & in Florilegio Planudis lib.* 6. *ſect.* 5. *eius carmina decem leguntur. Porrò ex fabulis eius hæ ab Athen. citantur. Certamen ſeu Hippiſcos. Fratres. Æſopus. Anteia. Apeglaucomenos. Deſultor. Amputatus apocoptomenos. Archilochus. Aſclepiocleides. Aſotodidaſcalos, hoc eſt, Helluonum & luxurioſorum nepotum magiſter. Atthis. Brutia. Galatea. Graphe, hoc eſt, ſcriptura aut pictura. Gynecoſtrateia, mulierũ exercitus. Dactylios epulator. Demetrius ſeu Philetærus. Gemini. Dorcis ſeu Poppizuſa applaudens adulans. Bis lugens. Dropis forte Mendicus. Eiſoikizomenos, Inuaſor exactor, forte* εἰσοικιζόμενος. *Helena. Græca. Epidauros. Epiclerus. Epitropus, tutor. Septem apud Thebas. Eretricus. Eritho. Ad puteum. Hepatus. Heſione, Theophoretus, hoc eſt numine afflatus. Theſproti. Thebani. Thraſon. Eques, Equus. Iſoſtaſion Æquilibris. Deceptus. Cleobulina. Cnidia. Parietes calce illinens. Nouacula. Cracias aut pharmacopola. Gubernator. Aleator. Cygnus. Peluis. Lampas. Lebes. Leucadia ſeu ſerui fugitiui. Populus alba. Linus. Locri. Lyciſcus. Sopita. Vates. Mida Mileſij. Mileſia. Milcon. Minos. Proci. Vlyſſes ſubtexens. Habitatus. Olynthius. Homyttia. Opora ſeu autumnus. Oreſtes. Saltatrix. Pamphila. Pancratiaſtes. Excubiæ ſiue Lanaria. Paraſitus. Vinolentus. Poetæ. Poeta. Polycleia. Agricola. Ponticus. Potochorus. Pythagoram imitans. Pylæa. Py-*

raunus. Rhodius vel demulcens. Miles. Commorientes. Concurrentes. Collactanei. Ficuum vaſcula. Tarantini. Thetys. Matertera. Fœnerator. Trophonius. Somnus. Subdititius. Suſpicio. Phædrus. Pholiſcus. Elegans ſiue Nymphæ. Amans. Phrygius apparatus. Phryx. Exul. Mentiens. Pſeudohypobolimæus ſeu falſo ſubditus. Chori princeps. Περὶ ἀνταρχείας. Cyprius.

Alexius *Comnenus, ſcripſit Nouellas, de quibus Holoander in præfat. Nouell. Iuſti.*

Alexius *patriarcha De nuptijs, Græcè extat cum canonibus Conciliorum quos Zonaras expoſuit.*

Alexius *Pedemontanus, Italicè ſcripſit libros De remedijs ſecretis, quos poſtea Ioannes Iacobus Weckerus in Latinam & Germanicam linguam tranſtulit, Germanicè excuſi ſunt Baſileæ, anno Domini 1569.*

Alexius *Salamanca Zamorenſis, ordinis minorum, ſcripſit de Republica Chriſti dialogos tres. Quibus primò ſuum quiſque legiſlatorem obſeruet, deinde leges pro virili ſeruet: poſtremò quam abſolutiſſimus ciuis (erroribus quorundam interim ac hæreſibus exploſis) euadat. His paſſim inſperſa ſunt prophanæ literaturæ quædam haud indigna lectu. Sebaſt. Barpt. Honoratus impreſſit Lugduni, anno 1556.*

* Alexius *Veniga, de tranſitu mortis, Italicè.*

Alexij *Vgonij Brixiani, monachi Caſſinenſis, Dialogus de ſolicitudine, excuſus eſt Venetijs anno Domini 1545. apud Cominum de Tridino, octernionibus quatuordecim.*

Alexo *Mindius in nono fabuloſorum citatur à Laertio.*

Alfenus *Varus vetus I.C. ſcripſit Digeſtorum libros 40. quos deinde Paulus in Epitomen redegit. Citantur autem in Pandectarum libris, tum ipſius Alfeni Digeſtorum libri, tum Epitomarum, ſiue Digeſtorum à Paulo Epitomatorum libri octo: & aliquoties etiam Alfenus citatur nullo notato nomine librorum.*

Alfius *libro primo belli Carthaginenſis, citatur à Feſto. Hic fortè eſt Alfius Flauius, cuius meminit Plinius in catalogo auctorum lib. 9.*

Alfonſus *Bertutius Fanenſis, ſcripſit Methodum generalem & compendiariam, ex Hippocratis, Galeni, & Auicennæ placitis depromptam ac in ordinem redactam, ad omnes morbos rectà ratione curandos ſummè vtilem & neceſſariam. Lugduni excudit Gabriel Coterius 1558.*

Alfonſi *Ferrij Neapolitani medici, Pauli III. Pontificis Maximi chirurgi primarij, De ligni ſancti multiplici medicina, & vini exhibitione, libri quatuor impreſſi Pariſijs, forma Enchiridij, anno 1539. Eiuſdem de ſclopetorum ſiue archibuſorum vulneribus libri tres. Corollarium de ſclopeti ac ſimilium tormentorum puluere. De caruncula ſiue callo quæ ceruici veſicæ innaſcuntur, opuſculum chirurgis vtile. Matthias Bonhomme excudit Lugduni, anno Domini 1553. quaternionibus quindecim & dimidio.*

Alfonſos *reliquos quære in Alphonſo.*

Alfragani *aſtronomorum peritiſſimi Introductio aſtronomica, continens omnia rudimenta aſtronomiæ, impreſſa Ferrariæ, anno Domini 1539. & Norimbergæ à Petreio, anno Domini 1537. cum Albategnij libro De ſcientia ſtellarum. Refert etiam Paſtregicus alium librum ab Alfragano ſcriptum titulo De aggregationibus ſtellarum.*

Alfricus *Grammaticus, abbas Abindonenſis & poſtremò Cantuarienſis archiepiſcopus, ſcripſit Grammaticam Latinoſaxonicam lib. I. Dictionarium Latinum. Super Gregorij dialogis lib. 4. Donatum vertit, & Geneſim. Obijt anno Chriſti* 1006. *Baleus.*

Alfricus *præſbyter, ſcripſit conciones doctas lingua Angloſaxonica, quæ in Fontana bibliotheca extabant. Baleus.*

Algazel, *autor Arabs, ſcripſit Deſtructiones contra Auerroim, & rurſum Auguſtinus Niphus, deſtructiones Deſtructionum huius Algazel. Eius philoſophia & logica cum alijs edita eſt, in folio. Eius ſcriptorum de tranſcendentibus meminit autor Luminis animæ in præfatione.*

Algerus *Corbeienſis Germanus, monachus S. Benedicti, ſcripſit De ſacramento altaris librum, impreſſum Coloniæ à Quentelo, & Louanij anno Domini 1561. Item De gratia & libero arbitrio.*

* *Tractatus de veritate corporis et ſanguinis Dominici in Euchariſtia ex recognitione Eraſmi Roterod. Antuerp. in 8. Et Germanicè excuſus Moguntiæ, anno Domini 1551.*

* Alggeni *Vrbici in Iulium Frontinum de controuerſijs limitum, in folio.*

Alguazir *Abuleizor filius Abumelech Filuzer, De curatione lapidis, ad Imperatorem Sarracenorum Anli filium Ioſeph filij Reſaphim. Hoc titulo liber inter ſpurios Galeni habetur.*

Alhari *Arabici ſcriptoris verba aliquando citat Simon Genuenſis.*

Alhazeni *Arabis Opticæ libri ſeptem: eiuſdem De crepuſculis et nubium aſcenſionibus: Item Vitellionis libri decem: omnes inſtaurati & figuris illuſtrati, à Federico Reiſnero Baſileæ editi ſunt 1572. in folio.*

Alhomianes *Chymiſta citatur in libro ſenioris filij Hamuel.*

Alkides *ſapiens ibidem citatur.*

Aliander *de Coſco, Epiſtolam Chriſtophori Colom. De inſulis, in mari Indico nuper inuentis, ex Hiſpanica lingua in Latinam non ineruditè vertit, anno 1539. libellus impreſſus.*

Alkindi *libri De mutationibus temporum, item De proportionibus, editi ſunt. Vide in Iacobo Alkindo.*

Alkirandi *librum citat Bartholomæus Cocles primo capite ſuæ phyſionomiæ, & multa inde verba deſcribit.*

Almadal *inter naturalis magiæ ſcriptores numeratur, à quo forſan Almadel ars denominata eſt, ad theurgiam magiæ partem pertinens.*

Almain

Digitized by Google

Almain *opuſcula, In ſententias, Moralia, De poteſtate eccleſiaſtica, Emblemata phyſica: in Sorbona extant.*

Almannus *monachus Altuillaren. cœnobij, ordinis S. Benedicti, exemplo Hieremiæ prophetæ deſolationem Franciæ, quæ ſuo tempore à Normannis vaſtabatur, & ſui monaſterij deplanxit, Alphabeto componens lib. 1. Vitam Vinardi epiſcopi lib. 1. Vitam S. Syndulphi lib. 1. Vitam S. Helenæ Auguſtæ lib. 1. Tranſlationem eiuſdem lib. 1. Vixit anno Domini 890.*

Almanſori *principi libros ſuos in re medica Raſis nuncupauit.*

Almanſor *aſtrologus ſcripſit iudicia, ſeu propoſitiones, ſiue capitula ſtellarum, 150. oblata regi magno Sarracenorum. Ea tranſtulit Plato Tiburtinus ex Arabico ſermone in Latinum. Venetijs anno Domini 1493. impreſſa cum quadripartito Ptolemæi. Et Baſileæ cum Iulio Firmico.*

Almaricus *quidam ſcripſit pro mulieribus contra Tiraquellum.*

* Almaſidis *Rhetoris epiſtolæ Græce in 4. bibl. Imperatoris.*

Almericus *Carnotenſis, ſcripſit Paraphyſeon librum, qui Pariſijs ponebatur inter libros damnatos: nam ab Innocentio III. PP. damnatus eſt, anno 1198. Treuctus.*

Aloiſius *Alamannus Florentinus ex Sophocle in Hetruſcum idioma conuertit Antigonem, & plura Italice ſcripſit.*

* Aloiſij *Armerij de Guleta & Tuneto expugnatis. in fol. Baſileæ 1556.*

Aloiſius *Cadamuſtus Venetus, deſcripſit nauigationem ſuā ad terras ignotas lingua Italica, quam Archangelus Madrignanus tranſtulit in Latinam. Heruagius impreſſit Baſileæ in folio, anno D. 1532. cum alijs noui orbis ſcriptoribus. Hunc P. Martyr ea quæ ſcribit de Caſtellanis nauigationibus, è ſuis Decadibus ſuffuratum eſſe ait.*

Aloiſius *Lippomanus Methonenſis epiſcopus, ſcripſit Catenam in Exodum ex autoribus eccleſiaſticis plus minus 60. ijsque partim Latinis, partim Græcis connexam, & excuſam Pariſijs apud Carolam Guillardam, anno D. 1550. in fol. Idem De Sanctorum hiſtorijs tomos aliquot congeſſit & edidit in Italia: ex quibus poſtea L. Surius hiſtorias aliquot edidit, additis nonnullis nunquam ante hac in lucem editis. Idem Scholia adiecit Damaſceni hiſtoriæ de Barlaamo Eremita & Ioſaphato rege Indorum. * Eiuſdem Catena in Geneſim, Pariſijs. 1546. Tomus quartus vitarum ſanctorum patrum. Venetijs, 1554. eſt excuſus. Scripſit etiam Epiſtolam ad illuſtriſſimum principem Nicolaum Radeuitium Palatinum. Eiuſdem Radeuitij epiſtola altera ad Lipomanum, 1556. Regiomont. Boruſſiæ.*

Aloiſij *Luiſini Vtinenſis quæſtiones de Balneis, inſertæ ſunt Ludouici Paſini libro de Thermis Patauinis à Iuntis impreſſo. Eiuſdem libri de Compeſcendis animi affectibus per philoſopiam & medicinam. Baſileæ 8. Aphoriſmi Hippocratis Latino carmine hexa. redditi. Venet. apud Iuntas 1552.*

Aloiſij *Marliani Mediolanenſis epiſtola, qua calamitoſa Philippi Hiſpaniæ regis, in Hiſpaniam nauigatio deſcribitur, impreſſa eſt Argentinæ, anno D. 1554. Eiuſdem oratio typis excuſa eſt, quam habuit in comitijs ordinis aurei velleris Caroli Romanorum regis. Scripſit etiam quædam contra Lutherum & de fortuna. Obijt Wormatiæ in conuentu imperij ſub Carolo.*

Aloiſius *Mundella, medicus, ſcripſit epiſtolas medicinales 23. variarum quæſtionum, & locorum, inſuper Galeni difficilium expoſitionem continentes. Annotationes in Examen ſimplicium ab Antonio Muſa Braſauola conſcriptum. Michaël Iſingrinius excudit Baſileæ, 1543. Item Theatrum Galeni, hoc eſt, vniuerſæ medicinæ à Galeno diffuſe ſparſimq́ traditæ promptuarium: quo vel indicis loco in omnes Galeni libros vel locorum communium inſtar in re medica lector vtetur. Editum Baſileæ per Euſebium Epiſcopium in folio, anno 1568. Præterea edidit dialogos medicinales 10. in quibus multa tum artis theoremata, tum hiſtoriæ curationum præcipuè explicantur, Tiguri 1551.*

Aloiſius *Triſſinus Vincentinus medicus, ſcripſit problematum medicinalium ex ſententia Galeni libros ſex, euulgatos Baſileæ ab Iſingrinio 1546. in 8. Docuit Ferrariæ, & iuuenis adhuc obijt, annos circiter 25. natus.*

Aloiſius *Vopiſcus, Poeta & Philoſophus, vertit inter alia Plutarchi opuſculum De non iraſcendo.*

Alpatragius *Aſtrologus, edidit librum in Aſtrologia, qui incipit, Detegam tibi ſecretum. Forte is eſt qui Alpetragius ab Alberto nominatur.*

Alpetragius *quidam autor, citatur in ſumma Alberti Magni.*

Alphanus *Archiepiſcopus Salernitanus, ſcripſit De vnione verbi Dei & hominis, lib. 1. De vnione corporis & animæ lib. 1. De quatuor humoribus corporis, lib. 1.*

Alpharabij *cuiuſdam, liber De compoſitione aſtrolabij extare fertur.*

Alpharabij *declaratio in Rhetoricam Ariſtotelis, impreſſa eſt Venetijs apud Scotum, anno Domini 1515. cum Ægidij de Roma interpretatione in eandem. Eiuſdem libri De potentijs animæ, De permixtionibus elementorum, citantur ab autore Luminis animæ. Item de differentijs regionum librum eiuſdem, ſuo tempore idem autor vulgatum ſcribit. Eiuſdem logica citatur à Ioanne Franciſco Burana.*

Alpharus *ordinis fratrum minorum, natione Hiſpanus, Ioannis Scoti auditor, edidit quædam præclara, ex quibus extat opus magnum & inſigne Lugduni impreſſum, anno Domini 1517. De planctu Eccleſiæ lib. 2. Speculum quoque Regum, lib. 1. Super Sententias, lib. 4. Apologiam, lib. 1. & quædam alia.*

Alphei *Mitylenæi poetæ epigrammata 9. in Florilegio Planud. ſuperſunt, 6. in 1. libro: in 3. 4. & 5. ſingula.*

Alphenus, *Vide Alfenus.*



Digitized by Google

R. Alphes *Iudæus, ſcripſit opus ingens Hebraice, excuſum à Bombergo, De feſtis, ritibus & conſuetudinibus Iudæorum.*

Alphij *Auiti poetæ fragmenta quædam extat ex libro, quem inſcripſit Excellentium, carmine Iambico Dimetro, eius exemplis Victorinus & Priſcianus li. 8. 12. & 18. vtitur, diuerſus autor ab Alcimo Auito poeta Chriſtiano: eiuſdem tamen familiæ.*

Alphidius *quidã philoſophus, ſcripſit De creatione metallorum, lib. 1. Ioan. Lelandus.*

Alphonſius *Abulenſis, ſcripſit in tota Biblia.*

Alphonſi *cuiuſdam liber De matrimonio reginæ Anglicæ excuſus eſt in Italia.*

* Alphonſi *Adriani Capitanei breues aliquot ſermones De munitionibus, cum eorundem figuris, in 4. Italice.*

Alphonſus *Æmilius Sebaſtes, ſcripſit Paſquillum proſcriptum in Germania exulantem, impreſſum octernionibus 2.*

Alphonſi *Aluarez Guerero, Theſaurus Chriſtianæ religionis, & Speculum ſacrorum ac ſummorum Pontificum, Imperatorum & Regum.* Venetijs Cominus de Triteno excudit 1559. Fuit hic Alphonſus conſiliarius Regius & regiæ cameræ præſes apud Regem Hiſpaniarum Philippum II.*

Alphonſus *Bonihominis, ordinis Prædicatorum, Hiſpanus, ex Arabica lingua in Latinam tranſtulit Epiſtolam Rabbi Samuelis Iudæi miſſam ad Rabbi Iſaac, qua Prophetarum dictis Chriſtum Ieſum verum Meſſiam veniſſe, paſſum, mortuum eſſe ac reſurrexiſſe, cœlos aſcendiſſe, ſecundusq́ eius aduentus pulcherrime cõmonſtratur. Heinricus Petri impreßit cum alijs patrum antiquorum ſcriptis, in Micropreſbytico. Vixit hic autor anno D. 1239. vel vt alij volunt 1339.*

Alphonſi *à Caſtro, Zamorenſis, ordinis Minorum, libri 3. De hæreticis ſiue de iuſta hæreticorum punitione, ab autore recogniti, & multis in locis aucti, Antuerpiæ in ædibus viduæ & hæredum Steelſij in 8. 1568. Eiuſdem de poteſtate legis pœnalis lib. 2. Pariſijs (ni fallor) impreßi. Aduerſus omnes hæreſes lib. 14. impreßi Lugd. apud Frellonios fratres, anno 1546. Omnia hæc ab autore recognita & illuſtrata, impreſſa ſunt Pariſijs apud Michaelem Sonnium 1571. in fol. * Eiuſdẽ opera omnia duobus Tomis comprehenſa ſunt. Inter quæ 49. Homiliæ quibus Pſalmos 31. & 50. eleganter explicauit.*

Alphonſi *Conradi Mantuani, Commentarius in Apocal. D. Ioannis Euangeliſtæ & Apoſtoli: impreſſus Baſileæ à Perna in 8.*

Alphonſi *Gometij in Parag. fi. re. expectatiuarum D. Cle. Papæ 7.*

Alphonſus *de Herrera ord. Præd. Cæſaris concionator, ſcripſit diſceptationem aduerſus Lutheranos De valore bonorum operum. Liber impreſſus venditur 18. denariolis Gallicis.*

Alphonſus *Hiſpalenſis epiſcopus, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini, edidit ſuper Sen. lib. 4. Claruit anno 1240.*

Alphonſus *Hiſpalenſis de Corduba, artium & medicinæ doctor, tabulas aſtronomicas ac in eaſdem demonſtrationum theoremata, Elizabethæ reginæ dicauit. Impreſſæ ſunt Venetijs cum tabulis Alphonſi regis. Claruit anno D. 1484.*

* Alphonſi *Hoieda de Mendoca Carmonenſis, de Beneficiorum incompatibilitate & compatibilitate tractatus, fol. Venetijs 1579.*

Alphonſi *Moræ oratio de Trinitate, impreſſa eſt.*

* Alphonſi *Madrileienſis libellus aureus, de Vera Deo inſeruiẽdi methodo, Hiſpanice editus olim, nunc Latinus factus per Fr. Ioan. Hentenium. Item Speculum illuſtrium perſonarum eiuſdem auctoris & interpretis.*

Alphonſus *Romanorum & Hiſpaniarum rex, philoſophus & aſtronomus, inter omnes ſui temporis excellentißimus, ſcripſit vtilißimas in Aſtronomia tabulas, lib. 1. Epiſt. ad diuerſos, lib. 1. His acceſſerunt tabulæ Elizabethæ reginæ, nuper caſtigatæ, & in ordinem redactæ per L. Gauricum, cum additionibus & nouis problematibus eiuſdem Gaurici. Omnia ſimul impreſſa Venetijs anno 1524. Item Pariſijs opera Paſchaſij Hamelij Mathemat. & regij profeſſoris emendatæ, & acceßione plurimarum tabularum auctæ à Chriſt. Wechelo impreſſæ ſunt, anno 1545. in 4. mai. fol. char. 36.*

* Alphonſi *Arragonum regis vafre dicta, 4. bibliotheca Imp.*

* Alphonſi *vndecimi regis Caſtiliæ Chronica, in fol. Hiſpanice, Pinciæ, anno 1551.*

Alphonſus *Piſanus Ieſuita, ex varijs Græcorum, Latinorum atq́ Arabum monumentis collegit Canones & acta primi Oecumenici Concilij Niceni, additis ſanctorum patrum teſtimonijs. Dillingæ 1572. octauo.* Eiuſdem de Continentia & abſtinentia, vel de Apoſtolico cœlibatu, ieiunio & ciborum delectu, doctrina Catholica, 8. Coloniæ 1579.*

Alphonſus *archiepiſcopus Toletanus in Ariſtotelis libros de Anima quæſtiones conſcripſit. Excuſæ ſunt Florentiæ 1477.*

Alphonſus *Toſtatus epiſcopus Abulenſis, Hiſpanus, Theologus acutißimus, ſcripſit Commentarios in Geneſ. Leuit. Num. Deuteron. Ioſue, Iudicum lib. & Ruth. Item in 4. Regum libros, & duos Paralip. Item in Euangelium Matthæi. Idem ſcripſit De optima politia. De ſtatu animæ poſt hanc vitam. Contra concubinarios ſacerdotes. Super Ecce virgo concipiet, cum repetitione de Trinitate Paradoxa. Omnia hæc 13. magnis voluminibus in folio excuſa ſunt Venetijs per Gregorium de Gregorijs, ſumptibus domini Ioannis de Angelis ciuis Veneti, anno D. 1507. die 14. menſis Octobris.*

* Alphonſi *Veneti Monachi de ordine S. Dominici Enchiridion. 1551. Antuerp. excuſum Hiſpan.*

Alphonſi *Viruesij Canarienſis epiſcopi, Philippicæ diſputationes 20. aduerſus Lutherana dogmata per Philip. Melanchtonem defenſa, impreſſæ ſunt Coloniæ in 4. anno D. 1542.*

* Alphonſus *Vlloa deſcripſit expoſitionem Maximiliani Cæſaris 2. contra Sultanum Solymannum Turcarum Imperatorem, Italice, extat etiã Germanice incerto interprete. Baſileæ apud Hen. Petri 4. 1578.*

Digitized by Google

1578. *Vitam quoq; potentiſs. Imperat. Ferdinandi. Venetijs* 1565. *Italice.*

Alphredus *Anglicus, cognomento Philoſophus, ſcripſit De motu cordis lib. 1. De muſica lib. 1. In Boetium de conſolatione lib. 5. In Ariſtotelem de Vegetabilibus lib. 1. In meteora eiuſdem lib. 4. De educatione accipitrum lib. 1. De rerũ naturis lib. 1. Claruit anno ſalutis* 1270. *Baleus.*

Alphredus *Beuerlacenſis Anglus, ſcripſit Hiſtoriarum lib. 1. & De rerum naturis lib. 1. Claruit circa annum Chriſti* 1087.

Alphredus *Magnus Anglorum rex, ſcripſit Viſiſaxonum leges, Regum fortunas varias, Dicta ſapientum, Facetias & ſales, Collectiones Chronicorum. Acta ſuorum magiſtratuum. Manuale meditationum. Tranſtulit verò in linguam Anglicam Harmeſtam Pauli Oroſij lib. 7. Gregorij dialogos lib. 4. Molmutinas leges lib. 1. Geſta Anglorum Bedæ lib. 5. Boetium de conſolatione lib. 5. Pſalterium Dauidicum lib. 1. Vixit anno D.* 901.

Alphredus *Malmeſburienſis cœnobij abbas, ſcripſit De naturis rerum lib. 1. De rebus cœnobij ſui lib. 1. Vixit anno* 990. *Baleus.*

Alphredus *Oſuuij Regis ex concubina filius, Northumbrorum Rex, ſcripſit Epiſtolarum libros ad Colmannum & ſuos, ad Hildam abbatiſſam, ad Adamannũ Coludium. Obijt anno ſalutis* 705. *Bal.*

Alredus *Rhieuallis, Anglus, monachus Ciſtertienſis, ſcripſit Vitam Eduardi regis Anglorum, Vitam Dauidis Gothorum regis, & Margaritæ reginæ. Homil.* 33. *Super onus Babylonis Eſaiæ lib. 1. De ſpirituali amicitia lib. 1. De natura animæ lib. 1. De dotibus eiuſdem lib. 1. Epiſtolarum lib. 1. Floruit anno Domini* 1164.

Alraheb *religioſus monachus, qui fuit eximius phyſicus, à quo Raſis multa notabilia ſuſcepit. Bellunenſis.*

Alſaharanus *Arabs, ſcripſit De theorica & practica medendi, eius verba citat Chriſtophorus Oroſc. caſtigator Ætij interpretum, in caſtigationibus libri 4. cap. 27. ita vt appareat iſtum authorem extare.*

* Althelmi *de Virginitate liber, verſu Heroico manuſcript. bib. Imp.*

Aluardus de Cadurco, *Dominicanus, Toloſas, ſcripſit Poſtillam in Apocal. lib. 1. In 7. Pſalmos pœnitentiales lib. 1. Super officio mortuorum lib. 1. & Sermones pro clericis lib. 1. Nic. Bertrandus.*

Aluarus Gomes, *Hiſpanus, Prouerbia Solomonis reddidit carminibus, quæ typis excuſæ ſunt Baſileæ apud Robertum Winter, anno* 1538. **Eiuſdem de rebus geſtis à Franciſco Ximenio Ciſnerio, Archiepiſcopo Toletano, libri octo, qui ſunt rerum Hiſpanicarum Tomus 3. Ioan. Sambuci Pannonij ſtudio editus. In folio Francoforti apud Andr. Wechelum.*

Aldares *Nunius, ſcripſit De nouo orbe lingua Hiſpanica.*

Aluari Pelagi, *ordinis fratrum Minorum, De planctu Eccleſiæ. Vlmæ* 1474. *Eiuſdem ſumma in charta regali Vlmæ* 1474.

* Aluiſij *Alemanni, Agricultura ad Chriſtianiſſimum Regẽ Franciſcum eius nominis primũ* 1546 *in 4. Italice.*

Aluiſius *Marſilius, Italus, Auguſtinianus, ſcripſit Sermones notabiles lib. 1. Commentariorum lib. 1. Claruit Florentiæ, anno* 1380. *Antoninus in Chronicis.*

Aluiſius *Sadoch, de Panormo, Siculus, Carmelita, ſcripſit Diſputationes quaſdam lib. 1. Sermones quoque plurimos & alia. Claruit anno* 1390. *Martinus Perſona.*

Alulidi *Roſadis compendium priorum analyticorum Ariſtot. impreſſus eſt ab Octau. Scoto anno D.* 1524. *in fol. cum commentarijs Ioan. Franciſci Buranæ in analytica Ariſtot. Eiuſdem commentaria in poſteriora analytica Ariſtot. & quædam ex eius Alpha minori poſt naturalia, citantur à Ioan. Franciſco Burana.*

Alulphus *monachus Benedictinus, ex operibus B. Gregorij collegit opus excerptionum in nouũ Teſtamentum, quod inſcribunt Gregorianam, impreſſum Argent. anno D. 1516. in 4.*

Alypius *Alexandrinus Sophiſta Iamblichi ætate vixit, in dialecticis exercitatiſſimus, huius vitam ſcripſit Iamblichus, teſte Eunapio. Huius fortè eſt Græca Iſagoge in Muſicam quæ ſeruatur Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris.*

Alypij *& Auguſtini epiſtola ad Paulinum numero 106. inter D. Auguſtini epiſtolas. Eorundem epiſtola ad Iulianam Demetriadis virginis matrem,* CXLIII. *Eorundem & Fortunati epiſtola ad Generoſum* CLXV.

* Amadiſi *de Gaula libri quatuor Italice. Eiuſdem Gallicæ hiſtoriæ fabuloſæ liber decimus & vndecimus Germanice redditus. In 8. Frãcoforti ſumptibus Sigiſmundi Fyrabend. Amadis de Gaula, narratio eſt fabuloſa. Sic autẽ inſcribitur, quia Amadis primas partes in illa narratione obtinet, qui eſt ſtirps & autor propaginis eorũ ferè omnium, quorũ ingentia facinora illa narratione celebrãtur: Arma enim & amores equitum illuſtrium & heroinarum continet. Illius hiſtoriæ vel potius fabulæ libri primi ab Hiſpano quodam ſcripti fuere, qui fatetur ſe illos à mercatore quodam Vngaro accepiſſe, qui illos è Græcia aduexerat. Poſtea tempore Franciſci primi Galliarũ Regis, à Nicolao de Herberay domino des Eſſars, in Gallicam linguam ſeptem libri fuerunt conuerſi: qui illos Amadis libros primum Gallice fuiſſe ſcriptos autumat. Nam præterquã quòd Amadis ille fingitur fuiſſe Gallus, idem des Eſſars affirmat, ſe vidiſſe vetuſtiſſimos codices manuſcriptos, idiomate Gallico Picardico, de hac re conſcriptos. Illis ſeptem primis libris à varijs hominibus otio abutentibus, plures additi: adeò vt illa fabula ad 24. libros peruenerit. Tanta venuſtate ſermonis tãta rerum viciſſitudine, & argumenti varietate exornata fuit illa narratio fabuloſa, atq; in ea, præſertim ſeptem primis libris, veræ narrationis leges ita obſeruãtur, vt Lectorem abundantem otio, rerumq; nouarum, quantumuis fictarum cupidum, mirificè allicit. Hactenus de hoc libro iudicium eruditi vi-*

Digitized by Google

ri D.C.Lor.Galli. Vide plura in nomine Aeneris Oliuæ & A.F.V.L. His nugis Gallicis, ſicuti vir clariſſimus grauiſſimusq; B.teſtatur, nihil præcipuè præter turpiſſimos & fœdiſſimos amores narratur, & ita quidē vt res ipſæ oculis penè ſubijciantur, quibus tamen libris ferè nullæ Gallorum familiæ carent: quod non aliunde, linguæ Gallicæ puritatem diſcere ſe putant.

Amadius Iuſtinus à Caſtello in nomenclatura Iuriſconſultorum nominatur, ſcripta tamen eius nō commemorantur.

Amalarij Treuirenſis epiſcopi libri De miſſæ ritibus & ſanctis myſterijs, impreſſi ſunt cum alijs quibuſdam Coloniæ. Hunc quidam vocant Hamularium, Vide H literam.

Amandi Chabaſij Montilienſis, inſtitutionum Dialecticæ liber, quo Ariſtotelis, Ciceronis, & recentiorum philoſophorum præceptiones ſtylo explicantur dilucido, excuſus eſt Pariſ. apud Matthæū Dauidem, anno D.1549. quatern.10.

Amandus ordinis Prædicatorum, lector Conſtantienſis, ſcripſit librum quem nominauit Horologium æternæ ſapientiæ. Horas bonas æternæ ſapientiæ, quæ alio nomine dicuntur, Curſus æternæ ſapientiæ, Tractatum centum meditationum paſſionis Chriſti M.. Dreſſerus m.

Amandus Zierixienſis, patria Zelandus, ordinis minorum de obſeruantia, ex probatis authoribus erudita breuitate congeſſit Chronicon, à mundi exordio, ad annum 1534. quod Scrutinium vel Venationem veritatis hiſtoricæ vocabat lib.6. De hebdomadibus Danielis, lib.1. Commentarios in Geneſim lib.1. Spiritualis militiæ duodecim horas, lib.1. Dominicæ paſſionis hiſtoriam, lib.1. De Chriſti reſurrectione & aſcenſione, lib.1. In Eccleſiaſten Solomonis, lib.1. Expoſitiones in Iobum. De quadraginta manſionibus, lib.1. De S. Annæ coniugio lib. 1. Conciones publicatas, lib.1. Obijt anno 1524. quo anno Chronicon eius Antuerpiæ eſt impreſſum per Simonem Cocum. Franc. Titelmannus.

Amanelli de Claris aquis Iuriſconſulti Singularia & tautelæ.

Amantius de Valle, Minorita, Toloſanus, ſcripſit Elucidationes Scoti, lib.1. & alia. Nicolaus Bertrandus.

Amaranthi Alexandrini περὶ στεφάνων liber, citatur bis in Athenæi Sympoſiacis.

Amaſidis Ægyptiorum regis epiſtolium extat apud Herodotum lib. 3. ad Polycratem Sami principem in omnibus fortunatum.

* Amaſidis Rhetoris epiſtolæ Græcæ, Venetijs per Aldum.

* Amaſij epiſcopi Conſtantinopolitani Martyres in 4. Ms. bibl. Imp. Viennæ.

Amati Luſitani medici præſtantiſſimi, Curationum medicinalium Centuriam primam, multiplici variaq; rerum cognitione refertam, (cui præfixa eſt eiuſdem authoris commentatio, in qua docetur, quomodo ſe medicus habere debeat in introitu ad ægrotantem, ſimulq; de criſi & diebus decretorijs, ijs qui artem medicam exercent, & quotidie pro ſalute ægrorum in collegium deſcendunt, longè vtiliſſima,) Florentiæ impreſſit Torrentinus, anno D. 1551. octer.26. Eiuſdem curationum medicinalium centuria ſecunda, in qua methodus & canon propinandi decoctum radicis Cynarum, Iulio III. Pontifici compoſitus, vberius deſcribitur, quàm in prima habetur centuria, Venetijs impreſſa eſt à Vincentio Valgriſio, anno Domini 1552. octern.16. Idem Amatus Luſitanus, nomine Ioan. Roderici Caſtelli Albi, Luſitani, edidit exegemata in 2. libros priores Dioſcoridis, excuſa Antuorpiæ, anno 1536. Deinde ſub ſuo nomine euulgauit eruditiſſimas enarrationes in Dioſcoridem totum, in quibus paſſim ſimplicia Græce, Latine, Italice, Hiſpanice, Germanice & Gallice proponuntur, Venet. excudit Valgriſius, anno 1553. quo tempore autor Rhacuſij medicinam factitabat. Præterea edidit curationum medicinalium præter duas cōmemoratas, adhuc alias quinq; Centurias, quæ Venetijs & Lugduni ſunt excuſæ. Sunt etiam eius Commentaria in Dioſcoridem Argentinæ à Ribelio excuſa,* & Lugduni apud Matthiam Bonhomme 1558. cum annotationibus Roberti Conſtantini, & ſimplicium picturis ex Leonardo Fuchſio & Iacobo Dalechampio.

Ambertus de Attramonia, De quæſtionibus & tortura.

Ambroſius Origenis auditor, primo Marcionites, ac deinde ab ipſo Origene correctus, ſcripſit De ſua conuerſione gratias agens, ad Origenem, Epiſtolarum, lib.1. & quædam alia. Floruit anno Domini 230.

Ambroſius preſbyter, natione Alexandrinus, Didymi cæci quondam auditor, ſcripſit Commentariorum in Iob lib.1. Contra Appollinarem Laodicenum, lib.1. Vixit anno D.400.

Ambroſius Anſbertus, Gallus, monachus & preſbyter ordinis S. Benedicti, ſcripſit in Cantica cantic. lib.1. In Pſalterium quoq; lib.1. In Apocalypſin Ioan. lib.10. De cupiditate, lib.1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib.1. Floruit anno Domini 890.* Eius libri in Apocalypſin Coloniæ, 1536. excuſi ſunt.

Ambroſius Blarerus Conſtantiæ ad lacum Acronium, nobili familia natus, & ibidem Eccleſiæ miniſter, ſcripſit Epiſtolam elegantem exhortatoriam ad eandem eccleſiam, impreſſam in 8. anno D. 1536. Theſaurum ſpiritualem, libellum conſolatorium, qua ratione Chriſtianus homo ſe paret ad mortem & quaſuis ærumnas ferendas, liber impreſſus Germanice à Froſchouero, anno 1561. in 8. Eiuſdem Concio Bernæ habita, impreſſa eſt cum actis diſputationis Bernenſis.

Ambroſius Iung, ſcripſit Regimen peſtilentiæ Germanico ſermone.

Ambroſius Calepinus, Eremitanus Bergomâs, ſcripſit Latinæ linguæ Dictionarium, quod à multis deinde viris doctis, diuerſis temporibus, adeò & locupletatum & immutatum eſt, vt ſi iam ipſe Calepinus rediret, ſuum opus nequaquam agnoſceret. Varijs in locis hoc lexicon impreſſum eſt, Baſileæ in officina Curionis, ſæpius, & diuerſis formis Pariſijs apud Ambroſium Girault, anno Domini 1539. cum

Iacobi

Digitized by Google

Iacobi Montani caſtigationibus & vocabulis Græcis. Venetijs apud Franciſcanum Bindonum & Mapheum Paſinum Græce, Latine & vulgari lingua (Italica) illuſtratum, anno Domini 1545. Ibidem Latino Italice apud P. Manutium. Lugduni multis partibus auctum: adiecta ſunt etiam Latinis dictionibus Hebræa, Græca, Gallica, Italica, Germanica, 1570. in folio. Item Antuerpiæ 1572. & alijs etiam in locis.* Nuper accuratè emendatum, multisq; partibus cumulatum, folio. Lugduni apud Philippum Tinghi Florentinum 1581.

Ambroſius Camaldulenſis, ordinis generalis abbas, Chryſoloræ Byzantini philoſophi Græcas literas apud Venetias docentis quondam auditor: ſcripſit inſigne volumen Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Orationes varias. In Latinum etiam ex Græco tranſtulit 4. libros beati Dionyſij Areopagitæ, elegantiore & faciliori ſtylo. Vitam quoque originalem beati Ioannis Chryſoſtomi ad Sigiſmundum Imper. Item Baſilium de virginitate, ad Gabrielem Cardinalem, poſtea Papam Eugenium IIII. Item Laertium de vita philoſophorum, ad Coſmum de Medicis. Sed & 3. libros D. Ioannis Chryſoſtomi ad Stagirium monachum arrepticium, luculento & ornato conuertit eloquio. Æneæ dialogum Theophraſtum tranſtulit. D. Athanaſij librum contra Gentes. Ephren Syri ſermones 19. è Syro ſermone in Græcum prius conuerſos, Argentor. excuſos apud Math. Schurerium anno Domini 1509. quater. 24. Tranſtulit etiam Ioa. Scholiaſtici Climacem, quod opus Venetijs exiuit anno 1531. Scripſit & ipſe De ſacramentis, de Sancto ſpiritu, Epiſtolasq; complures. Claruit anno 1430.

Ambroſij Catharini Politi Dominicani, contra Lutherum lib. 5. editi ſunt Florentiæ anno D. 1521. Eiuſdem excuſationis lib. 4. eodem anno editi ſunt. Ex his libris, eius iudicium excerptum de perſona & doctrina M. Lutheri, Franc. Behem impreßit Moguntiæ anno Domini 1548. Contra dogmata quædam excerpta ex Commentar. Cardinalis Caietani, liber impreſſus Pariſijs, apud Colinæum, venditur 4. ſolidis Gallicis. Præterea libri De reſidentia epiſcoporum, & de correctione anni, Venetijs excuſi ſunt apud Gabrielem Iolitum, anno D. 1548. Eodem anno 4. conſiderationum libri ab eodem editi ſunt, neſcio an ijdem cum prioribus. De præſcientia & prouidentia Dei lib. 1. De prædeſtinatione Dei lib. 1. De eximia prædeſtinatione Ieſu Chriſti lib. 2. De Angelorum bonorum gloria, & lapſu malorum lib. 1. De lapſu hominis & peccato originali lib. 1. De immaculata diuæ Virginis conceptione lib. 3. De conſummata gloria ſolius Chriſti & D. virginis lib. 1. De certa gloria ac veneratione & inuocatione ſanctorum lib. 2. Dd vniuerſali omnium morte, & reſurrectione, & de iudicio æterno lib. 1. De veritate purgatorij lib. 1. De bonorum præmio & ſupplicio æterno lib. 1. De ſtatu puerorum abſq; ſacramento decedentium lib. Speculum hæreticorum li. 1. Lugduni 1541. Claues ſcripturæ. De conſideratione præſentium temporum à ſuperatis zizanijs in agro Domini: cõtra Lutheranos. Summa doctrinæ de Prædeſtinatione, De peccato originali, De veritate enunciationum, vnà cum Dialogo de iuſtificatione. Interpretatio 9. capitis decreti Concilij Tridentini de certitudine gratiæ. Expurgatio aduerſus apologiam F. Dominici Soto, De certitudine gratiæ. Diſputationes 5. de certitudine gratiæ, De prædeſtinatione, De natura peccati originalis, De potẽtia liberi arbitrij in natura lapſa, deniq; De induratione Dei. Commentarij in omnes epiſtolas Pauli, & in epiſtolas Canonicas. Venetijs 1551. Cõmentaria ſuper 5. prima capita Geneſis. Aſſertationes 14. de certitudine gratiæ. De gratia & libero arbitrio. De iuſtificatione tractatus. De ſtatu perfectionis iuſtitiæ, ſiue de vita monaſtica. De lucta Chriſtiano, delectu ciborum & ieiunijs. De ſacrificio noui Teſtamenti, ſiue altaris. De ſcripturis canonicis. De neceßitate fidei & ſacramentorum & operum. De trinitate. De beata vita. Contra Hieronymũ Sauonarolam & eius prophetias, Italice. De dignitate & ſtatu epiſcopali, Italice. Omnia hæc Venetijs aut iam edita ſunt, aut breui publicabuntur.

Ambroſius Contarenus, legatus Venetorum ad Vſum Caſſanum Perſarum regem, iter ſuum in Perſiam deſcripſit, liber impreſſus eſt Venetijs.

Ambroſius Coranus, ſcripſit orationem de conceptione Mariæ virginis, habitã coram Sixto Pontifice Maximo. Claruit anno D. 1472.

Ambroſius Choriolanus, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini, ſcripſit diuerſa, ex quibus extant in regulam S. Auguſtini lib. 1. eiuſdem regulæ commendatio lib. 1. in ſecundam regulam lib. 1. De vita S. Auguſtini lib. 1. De eiuſdem laudibus lib. 1. Orationes variæ lib. 1. Scripſit & alia plura. Vixit anno D. 1470.

Ambroſius Ferrarius Mediolanenſis, monachus Benedictinus, Origenis commentarios in Ioannem, nuper in Græcia cum alijs operibus eiuſdem repertos, in Latinam linguam tranſtulit. Andreas Spinellus Venet. impreßit in 4. anno 1552.

Ambroſij Iuterbocenſis oratio de Cõcordia & communicatione ſtudiorum atq; operarum inſerta eſt Philippi Melan. declamationibus, impreßis Argentinæ apud Crat. Mylium. Oratio de ingratitudine cuculi, ibidem.

Ambroſius Lacber, quædam de Aſtronomia ſcripſit, quæ impreſſa ſunt.

Ambroſius Leo Nolanus, ſcripſit opus Quæſtionum, cum alijs pleriſque in rebus cognoſcendis, tum maximè in philoſophia & medicinæ ſcientia, impreſſum Venetijs, anno 1523. Idem edidit caſtigationes in Auerroim, qui liber magnus eſt, ac totius philoſophiæ theſaurus. Sunt enim quaſi commentarij quidam ordine in ſingulos Ariſtotelis libros. Excuſæ Venetijs, 1517. Actuarij Ioan. Zachariæ filij De vrinis li. 7. ex Græcis Latinos fecit. Impreßi Baſil. apud Cratan. 1528. Idem De nobilitate rerum ſcripſiſſe cõmemoratur in indice librorum iuris.* Dialogus de Nobilitate rerum Ambroſij Leonis Nolani. Venetijs, anno Domini 1525. excuſus eſt.

* Ambroſius Lobwaſſerus Snebergenſis I. V.

*Doctor & conſiliarius ducis Boruſſiæ: Sermonem de dignitate literarum verſibus comprehendit. Lipſiæ excuſus, anno Domini* 1549. *Totum Pſalterium Dauidis Germanicis rythmis, ſecundum numeros Gallicæ Theodori Bezæ, & Clementis Maroti tranſlationis rhytmicæ, quã fideliſſimè ad Hebraicam veritatem proxime accedens, illuſtrauit: additis argumentis Pſalmorum, & precationibus breuiſſimis proſa oratione: & melodia quatuor vocum cum Gallica, in Gallorum eccleſijs vſitata conuenienti. Excuſum in* 8. *Lipſiæ*, 1573. *& Heidelbergæ atq; alibi ſæpius in* 16. *Hic libellus dignus præ alijs cuius ſit vſus in eccleſijs Germanorum. Hymnos item patrum Germanicis rhytmis, eodem modo reddidit. Lipſiæ in* 8. *anno* 1578.

Ambroſius *Epiſcopus Mediolanenſis, patria Romanus, ſcripſit multa præclara opuſcula. Cuius opera omnia, cum per D. Eraſmum Roterodamum, tùm per alios eruditos viros, accurata diuerſorum codicum collatione nunc denuò emendata, & excuſa Baſileæ in officina Frobeniana, anno* 1538. *Claruit anno D.*380. *Cæterum opera eius Tomis aliquot diſtincta ſunt. Primo quidem continentur, Ethica, hoc eſt, quæ ad mores Chriſtianorum inſtituendos faciunt, vt Officiorum lib.*3. *De virginibus lib.*3. *Ad virgines exhortatio lib.*1. *Inſtitutio virginis lib.*1. *Ad virginem deuotam lib.*1. *Ad virginem lapſam lib.*1. *De viduis lib.*1. *De pœnitentia lib.*2. *Exhortatio ad pœnitentiam. De fuga ſæculi lib.*1. *De bono mortis lib.*1. *Secundo, ea quæ pertinent ad confutationem hæreticorum & gentium: vt ſunt, De vocatione omnium gentium lib.*2. *De fide ad Gratianum lib.*5. *De Spiritu ſancto ad eundem lib.*3. *De fide contra Arrianos lib.*1. *De incarnationis Dominicæ ſacra. lib.*1. *De myſterio Paſchæ lib.*1. *Tertius continet orationem funebrem de Obitu Valentiniani Imp. de exceſſu fratris ſui Satyri, de fide reſurrectionis, de eodem, funebrem de morte Theodoſij Imp. Epiſtolas ad diuerſos, varijs argumentis, conciones ad populum breues. Quartus complectitur explanationes veteris Teſtamenti: vt ſunt Hexameron lib.*6. *De Paradiſo lib.*1. *De Cain & Abel lib.*2. *De Noe & arca lib.*1. *De Abraham lib.*2. *De Iſaac & anima lib.*1. *De Iacob & beata vita lib.*1. *De Ioſeph patriarcha lib.*1. *De benedictionibus patriarcharum lib.*1. *De Nabothe Ieſrahelita lib.*1. *De Helia & ieiunio lib.*1. *De Tobia lib.*1. *De interpellatione lib.*4. *Apologia Dauid li.*1. *De Solomone lib.*1. *De his quæ initiantur myſterijs lib.*1. *De Sacramentis eccleſiæ lib.*6. *De dignitate ſacerdotali lib.*1. *De interpellatione Dauid li.*1. *Precationes præparantes ad miſſam lib.*2. *Commentarios in Pſalmum* 118. *Quintus complectitur ſcholiorum ſeu cõmentariorum in Euangelium Lucæ lib.*10. *In omnes Pauli epiſtolas, excepta ad Hebræos. Baſil. excuſi ſunt Tomis* 5. *an.* 1538. *&* 1539. *Pariſ. & cum enarrationibus in epiſtolam ad Hebræos. Creditur Hegeſippum de excidio vrbis Hieroſol. vertiſſe è Græco. Porrò præter illos typis excuſos, Trittenhemius refert illius in Pſalmos lib.*11. *librum de Iudicijs, de* 42. *manſionib. librum hymnorum & præfationum: qui an extent ignoratur. Sed & Comment. in Iſaiam, & liber contra Iulianum Pelagianæ hæreſeos inſtauratorem, & liber de Sacramento regenerationis, quos in ſuis ſcriptis Auguſtinus allegat, interciderunt. D. Ambroſij homiliæ* 10. *cum cæteris doctorum ſatris homilijs habentur, quas Albinus, ſiue Alcuinus congeſſit. Librum de fide reſurrectionis acephalum, impreſſit H. Petrus Baſileæ*, 1528. *Impreſſa ſunt etiam eiuſdem opera omnia Pariſijs*, 1549. *in qua editione Tomo* 4. *habentur Commentarij in* 12. *Pſalmos Dauidicos, nempe in* 1.25. *&* 4. *proxime ſequentes, item* 40.43.45.47.48. *&* 61. *antea nuſquam impreſſi. Apologia item Dauid. Quarto item Tomo acceſſit liber De fide reſurrectionis, acephalus, Meditationes & Hymni. Eadem omnia Baſileæ quoque impreſſa ſunt, anno* 1554. *Liber de fide contra Arrianos Nazianzeno tribuitur in Latina eius operum editione Rufino interprete.*

Ambroſius *Merlinus Britannus, Magorũ anteſignanus, ſcripſit Diuinationum ſeu obſcurarum prædictionum libros, quos Galfridus Monemuthenſis tranſtulit ex Anglico in Latinum. Claruit anno Domini* 480.

Ambroſius *Moibanus parochus Vratiſlauienſis, ſcripſit librum, An communio infantum quæ apud quoſdam ſeruatur, probetur eccleſiæ, impreſſum in Germania cũ libello Philippi Melanchtonis. De officio principum, chartis* 10. *Idem edidit Catechiſmi cap.* 10. *primum quibuſdam thematis, deinde etiam colloquijs puerilibus illuſtrata, ad Ioannem F. vnà cum oratiuncula puellæ cuiuſdam in natiuitate Ieſu Chriſti publice dicta. Vittebergæ* 1538. *in octauo.*

Ambroſij *Neapolitani liber de Animorũ immortalitate excuſus eſt alicubi in Italia.*

Ambroſij *Nouidij Fracci Ferentinatis, ſacrorum faſtorum lib.*12. *cum Romanis conſuetudinibus per totum annũ, ſuisq; cauſis & ſtellis & numinum noſtrorum introductionibus, excuſi ſunt Romæ, apud M. Antonium Bladum Aſulanum, anno* 1547. *quaternionibus* 46.

Ambroſius *Pare chirurgus ordinarius Regis, ſcripſit methodum curandi vulnera & fracturas capitis humani, cum deſcriptionibus inſtrumentorum ad hanc curam neceſſarijs.* * *Eius opera cum figuris anatomicis & varijs inſtrumentorum formis, in* 26. *libros diuiſa Gallice à docto viro, plerisq; in locis recognita, & Latinitate donata, ſtudio & diligentia Iacobi Guillemau regij Pariſienſis chirurgi, in folio Pariſijs, anno* 1582. *apud Gabrielem Buon.*

Ambroſius *Pelargus Niddanus, ordinis Prædicatorum, S. Chryſoſtomi liturgiam conuertit. Adiecta eſt Doxologia Græce ſimul & Latine, quæ & in miſſa, & in precibus matutinis vſui fuit veteribus. Nicenum item ſymbolum per eundem conuerſum, cum breuibus eiuſdem annotationibus. Liber impreſſus Wormatiæ, anno* 1541. *Scripſit item librum de Miſſa contra Ioan. Oecolampadiũ.* * *Eiuſdem Apologia ſacrificij Eucharistiæ in* 8. *Viennæ, anno* 1543.

Ambro-

Digitized by Google

Ambroſius *Opizonus, ſcripſit ſuper l. filiusfa. parag. diui. in 2. inforciati. Item ſuper l. ſi quis arbitratu in 11. FF. noui.*

* Ambroſij *Rendenij, Profeſſoris in Academia Ienenſi. Libellus de proſodia ex Ariſtot. eiusq; interpretibus collectus. 8. Ienæ* 1580.

* *Fratris* Ambroſij, *ordinis Prædicatorij, apologia pro veritate Catholicæ & Apoſtolicæ fidei ad Carolum Max. Imperatorem & Hiſpaniarum Regem.* 1521. *Viennæ.*

* Ambroſij *Schurerij* I.C. *de Hæreditatibus, etc. doctrina. Eiuſdem methodica de Gradibus conſanguinitatis expoſitio, Latinogermanice. Lipſiæ anno* 1567.

Ambroſius *Spiera Taruiſinus, ordinis frat. S. Mariæ, ſcripſit Quadrageſimale de floribus ſapientiæ, impreſſum Venetijs,* 1485.

Ambroſius *de Vignate. I.V.D. ſcripſit de Vſuris: & in c. 2. tertij decretalium. rub. de parochijs. Eiuſdem oratio, quam habuit nomine Sabaudi ad Paulum* II. *Pp. impreſſa eſt cum epiſt. Philelphi Pariſijs,* 1509. **Eiuſdem tractatus de Hæreſi, nunc primum in lucem editus, cum Commentarijs Franciſci Pegnæ. Adiecta eſt præterea Ioannis Lopez de Palatios Ruuios allegatio in materia hæreſis: Et Pauli Chirlandi tractatus de Hæreticis & eorum pœnis, cum notis eiuſdem Pegnæ, in 4. Romæ, anno Domini* 1581.

Ambroſius *Vulflingſeder, in vſum puerorum Germanice edidit præcepta Muſices: impreſſa Norimbergæ* 1569. *in* 8.

* Ambroſius *Wolfius, ſcripſit Fundamenta Lutheranæ doctrinæ de Vbiquitate, atq; adeo de Corporali præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia ad Orthodoxæ fidei normam expenſa, & ſub veritatis cenſuram reuocata. Ex Orthodoxo conſenſu contra patres Bergenſes. 4. Geneuæ,* 1579. *Item de Confeſſione Auguſtana, quo ſenſu iampridem à ſocijs eius intellecta, accepta & approbata fuerit, & de concordia M. Lutheri cum M. Bucero & Helueticis eccleſijs. pars ſecunda. Geneuæ* 4. 1579.

Ambryon *ſcripſit Theocriti Chij vitam, citatur à Laertio in vita Ariſtotelis.*

Amedeus *epiſcopus Lauſannæ, ſcripſit de Maria virgine matre homil. 8. quas Adam Petri excudit Baſileæ,* 1517.

* Amedei *à Ponto Lombriaſci, quæſtiones Laudimiales ex ſuo tractatu feudali deſumptæ. Quibus acceſſit ex eodem tractatu titulus, quis ſit index in cauſa feudi. fol. Auguſtæ Taurinorum.*

Ameleſagoras *Athenienſis qui Atticæ deſcriptionem condidit, citatur ab Antigono in mirabiliũ narrationum contigerit.*

Amelius *Plotini auditor, condiſcipulus Porphyrij complura volumina ſcripſiſſe fertur, quorum tamen nullam eſſe exiſtimationem Eunapius ait, quod nullæ adſint dicendi veneres.*

Americus *Veſpucius, vide Albericus Veſpuc.*

Amerias *Macedo gloſſarum ſcriptor ab Athenæo citatur.*

Ameriſtus *Steſichori poetæ frater, vt celebris in Geometriæ ſtudio ab Hippia Eleo laudatur: apud Proclum in Euclidem.*

Amipſiæ *poetæ teſtimonia ex diuerſis 6. fab. apud Athen. adducuntur. Hunc Suidas Athenienſem comicum fuiſſe ſcribit. Irriſit hic in ſuis fab. Socratem. vt Diog. Laert. teſtatur, qui etiam quædam huiuſmodi ex eo adducit in vita Socratis.*

Ammiani *Marcellini rerum à Conſtantio, Iuliano & Valẽtiniano geſtarum lib. 17. extant, à 14. vſq; ad 30. quorum poſtremi 4. recens per Hieronymum Froben. cæteris adiecti ſunt Baſileæ* 1533. *Iidem libri caſtigatiores editi ſunt, addito etiam vltra Frobenianam editionem 31. libro, Pariſ. à Rob. Stephano, anno* 1545. *& Geneuæ ab Hein. Stephano. Extat præterea Marcellini fragmentum de vita Thucydidis, eiusq; ſcribendi charactere.*

Ammiani *Epigrammata Græca 26. extant in 2. lib. Florilegij Planudis.*

Ammodeus *Iuſtinus de Caſtello* I.C. *ſcrpiſit de Syndicatu officialium.*

Ammonidæ *epigram. Gr. extat in 2. lib. Flor. Planudis.*

Ammonianus *interpres Homeri.*

Ammonius *medicus, chirurgus, laudatur à Celſo.*

Ammonius *Alexandrinus, ſcripſit de Aris & ſacrificijs. De meretriculis Athenarum. De conſonantia Ieſu & Moſi lib. 1. Canonum Euangelicorũ lib. 1. Vnius ex quatuor lib. 1. in paſſiones Apoſtolorum, impreſſa Coloniæ. Claruit anno* 230. **Eiuſdem ex 4. Euangeliſtis continuata hiſtoria, in fol. Baſil. per Hein. Petri* 1550.

Ammonius *Hermeas, ſcripſit cõmentarios in Ariſtotelis Categorias, & in librum de interpretatione, quos Aldus Græce excudit. Extant etiam in Porphyrij librum de quinq; vocibus, excepta ex ore* Ἀμμωνίου μικροῦ τοῦ Ἑρμίου, *impreſſa Græce Romæ* 1500. *Et Venetijs apud fratres de Sabio cum cõmentarijs eiuſdem in prædicamenta & librum de interpretatione. Edita ſunt etiam commentaria Ammonij in libros phyſicorum. Ioannes Philoponus in præfatione fatetur ſe commentarios ſuos in poſteriora analytica Ariſtotelis, ex colloquijs Ammonij conferiſſe, adiectis etiam proprijs quibuſdã meditationibus. Ammonij omnia Latine etiam edita ſunt. Commentarij in prædicamenta Ariſtotelis per Bartholomæum Syluanium Salonenſem nuper Latine conuerſi, & à Gaſtono Sala recogniti, venduntur Pariſijs 4. ſolidis Gallicis. Eiuſdem cõmentarij in* περὶ ἑρμηνείας *&* κατηγορίας *cum Magentino, væneunt 3. Francis. Ammonij lib. Græcus de Similibus & differentibus dictionibus, ſolet appendicis vice coniungi Græcolatinis Lexicis. Commentarij eius in Porphyrij inſtitutionem, Ariſtotelis Categorias, & librum de interpretatione, ex manuſcriptis exemplaribus reſtituta, Ioan. Baptiſta Raſario interprete, excuſa ſunt Venetijs apud Valgriſium* 1569. *in fol.*

Ammonius *vel Annonius vel Aimoinus vt in V. libris legitur, monachus Floriacenſis cœnobij, ordinis S. Benedicti, natione Gallicus, ſcripſit ad Renaldum monachum volumen vnum. De miraculis*



Digitized by Google

S. Benedicti lib. 1. Item librum de rebus Francorum ſiue de origine & geſtis Francorum, excuſum Pariſijs & Lugduni. Poſtremo emendatior editus eſt à Wechelo 1567. in 8. Floruit anno 990.

* Ammonij loci communes ſacri in Euangelia, aliaq; varia ſacræ ſcripturæ loca, Græce in 4. Ms. bibl. Imperat.

Ammonius poeta, ſcripſit luculento carmine bellum contra Gainam Gothorum ducem geſtum, Nicephorus 13. lib. hiſtoriæ Eccleſiaſt.

Amœnus quidam videtur author fuiſſe, Enchiridij vtriuſque Teſtamenti, quod Prudentio aſcribitur, huius enim nomen in vetuſto codice Argentoratenſi fuit præfixum, vt Ioannes Sichardus refert in fine ſcholiorum in Prudentium. Impreſſum etiam eſt Enchiridion hoc cum reliquis veterũ poetarum Chriſtianorum operibus, à G. Fabricio collectis & emendatis: Baſileæ apud Oporinum 1564. in quarto.

Amometi ſcripta citantur apud Plin. in lib. 6. Naturalis hiſtoriæ, qui quædam ex eo tranſtulit.

Amorus, citatur in ſumma Alberti Magni.

Amos propheta è Thecue de terra Zabulon oriundus, parens fuit Eſaiæ prophetæ: eius liber diuiditur in 9. cap.

Amphianus ſcripſit Tragœdias, quas citat Arati commentator.

Amphibalus Deuanius, Britannus, theologus inſignis, ſcripſit aduerſus gentiliũ errores lib. 1. Homil. in Euangelia lib. 1. Claruit anno 200.

Amphibalus Iſcælegius in celeberrima apud Britannos Legionum vrbe natus, ſcripſit Chriſtianæ vitæ inſtituta lib. 1. Contra Druydum errores, lib. 1. Hic anno 291. martyrij coronam cum decem ſocijs accepit. Baleus.

Amphibalus Simenus, Britannus, Wintoniæ ad Amphibali martyris fanũ abbas, ſcripſit ad Gildam Badonicum de Immani facinore Conſtantini Cadori regis, qui iuuenes regios ex aſylo martyris abreptos iugulauit. Vixit anno 560. Baleus.

Amphicrates, author Græcus, librum conſcripſit de viris illuſtribus: vt Athen. teſtatur.

Amphilochius epiſcopus Iconij ſcripſit De ſpiritu ſancto lib. 1. De vita & miraculis Baſilij Magni. In peccatricem, quæ Dominum inunxit, & in Phariſæum, &c. Quòd deſperandum non ſit. Item orationes & hymnos, omnia Græce. Eiuſdem orationes in locos: Pater meus maior me eſt: Nihil poteſt Filius facere ex ſe: Amen dico vobis, qui ſermonem meum audit, & credit ei, qui miſit me, &c. Si poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Item oratio aduerſus Arianos 1. & alia de Filio citantur à Theodoreto in Eraniſte. Audio autem quaſdam eius orationes integras in bibliothecis Italiæ extare. * De vita & miraculis Baſilij Magni, libellus in quarto, Ms. bibliotec. Imp.

Amphilochus Athenienſis inter eos qui de Agricultura Græce ſcripſerunt, numeratur à Varrone, Columella, & Plinio, qui in multis libris eum citat, & refert eum quoq; volumen confuſum de medica & cythiſo ſcripſiſſe.

Amphinomi philoſophi & geometræ meminit Proclus in Commentarijs in primum Euclidis.

Amphionis Theſpienſis liber de Muſeo in Helicone, apud Athenæum citatur.

Amphitis de dictis antiquorum, libri tres, medicinalium libri quatuor, in Lumine animæ adducuntur.

Amphis, Amphicratis filius, Athenienſis, veteris Comœdiæ poeta, vixit Platonis ætate, quem etiam carminibus ſuis perſtrinxit. Citantur eius fabulæ & apud Stobæum, Athenæum, Pollucem, & alios: nempe Athamas, Ampelurgus, ſiue Vinitor. Balineum. Mulierum imperium, Mulierum inſania, Dithyrambus, Septem ad Thebas, Mercenarij ſeu meſſores. Ialemus, [illegible], Leucas, Planus, Philadelphi, Philetarus.

Amyntas quidam, vt refert Athenæus, ſcripſit Ἀλεξάνδρου ϗ ἀσίας σταθμούς.

Amyclas Heracleotes vnus ex Platonis familiaribus, de Geometria libros ſcripſit, quorum meminit Proclus in Commentarijs in Euclidem.

Amytianus in lib. de Elephantis citatur ab interprete Pindari.

Anacharſis Gnuri F. Græca matre natus, Scytha, philoſophus. Caduiæ Scytharum regis frater, verſibus deſcripſit Scytharum leges, de Frugalitate humanæ vitæ verſus 800. Hic & anchoram & rotam figulinam inuenit. Vixit temporibus Crœſi. Suidas. Eiuſdem vitam deſcripſit Laertius lib. 1. in qua & Apophtegmata eius, & epiſtola ad Crœſum regem leguntur. Eiuſdem epiſtolæ nouem impreſſæ ſunt ab Aldo, cum alijs diuerſorum Græcorum epiſtolis. In fol. Venetijs.

Anacleti Papæ decreta, excuſa Coloniæ cum aliorum Pontificum decretis, in magno volumine. Item Anacleti epiſtola 1. cum Clementis recognitionibus excuſa.

Anacreon Teius, ex vrbe Teio, quæ in media Ionia fuiſſe dicitur, vnus ex nouem Lyricis, ſcripſit Hymnos, Elegias, & Iambos, lingua Ionica. Eius carmina Lyrica noſtra ætate Heinricus Stephanus primus in lucem protulit, & Græce atque Latine edidit, à ſe & ab Elia Andrea expreſſa, & primum ſeparatim in octauo, poſtea vna cum alijs Lyricis in 16. excudit. Poeſis huius tota amatoria eſt. Vixit tempore Cyri ſenioris & Cambyſis. Extant etiam in Florilegio Planudis ſeptem epigrammata Anacreontis Teij.

Anacreontis Rhizotomica in commentarijs Nicandri citantur, qui alius à ſuperiore videtur.

Anacreon, amicus Lyſandri, ideoque multo recentior Teio, Satyram ſcripſit, auctore Acrone. Anacreontis ſcripta citantur à Plinio libro ſeptimo Naturalis hiſtoriæ: cuius autem ex his tribus incertum eſt.

Ananij cuiuſdam Iambos Athenæus citat.

Anaſimenes ſcriptor, citatur apud Fulgentiũ in Mythol. Forte Anaximenes.

Anaſtaſia diſcipula Chryſogoni martyris, P. Romani vxor, ſcripſit librum epiſtolarum ad Chryſogonum Volater.

*Ana-

Digitized by Google

* Anaſtaſij *quæſitorum, reſponſorumq; ſacrorum libri: Græce manuſcripti in 4. bibliot. Imperatoris. Explicatio de Ieiunio: & expoſitio in Pſalmum 13. fol. Græce, manuſcripta in bibliotheca Imperatoris. Eiuſdem loci De fide, Græce manuſcripti in 4. bib. Imperat. In Hexahimerom. Eiuſdem & Maximi quæſtiones. Denique homilia de Sacra ſynaxi, ſiue de cœna Dominica, in 8. Omnia hæc manuſcripta extant in bibl. Imp. Viennæ.*

S. Anaſtaſij *Antiochiæ Epiſcopi, Sermones quinque Græci ſeruantur in Italia, de Rectis apud nos veritatis dogmatibus.* Περὶ ἀπεριγράπτου, *id eſt, De incircumſcripto, de Diuina œconomia, vel diſpenſatione, de Paſsione & impaſsibilitate Chriſti, de Reſurrectione. Eiuſdem Definitionum liber Græce manuſcriptus, extat apud Ioannem Wolphium Tigurinum. Item De duabus in Chriſto voluntatibus breue ſcriptum, quod inde ſumptum Ioſ. Simlerus, inſeruit Narrationi hiſtoricæ controuerſiarum de naturis in Chriſto. Eiuſdem & Cyrilli Alexandrini Compendiaria orthodoxæ fidei explicatio Græce extat cum Canonibus Conciliorum, quos Zonaras expoſuit, apud B. Amerbachium: & nuper Græce & Latine edita eſt Geneuæ, Theodoro Beza interprete. Heinr. Stephanus, anno 1570. in octauo.*

* Anaſtaſij *Antiochiæ epiſcopi,* γνῶμαι *ſiue ſententiæ: & reſponſio de Orthodoxa fide in 4. Græce Ms. blib. Imp. Capita moralia ibid.*

Anaſtaſij *Sinaitæ, naturales dubitationes de vita & morte, Græce extant in bibliotheca Regis Gallorum, m. Eiuſdem* κεφάλαια διάφορα *24. habentur in bibliotheca Auguſtana. Sancti Anaſtaſij* ἐκλογὴ τῆς ἱερᾶς γραφῆς ἐπίτομος τὰ λεγόμενα παράλληλα. Τίς ἐστι χριστιανός; *Liber manuſcriptus, arbitror autem eſſe Definitiones Anaſtaſij Antiocheni. Inuenio etiam in alio catalogo librorum m. Anaſtaſij monachi librum, De fide Orthodoxa, è ſanctis ſcripturis & doctoribus collectum.*

Anaſtaſius, *Apoſtolicæ Bibliothecæ cuſtos & inſtaurator, tranſtulit è Græco vitam Ioannis eleemoſynarij lib. 1. Dionyſij hierarchiam lib. 1. Synodum ſeptimam vniuerſalem, Vitas multorum patrū lib. 1. Hiſtoriam eccleſiaſticam. Hiſtoriam pontificum & alia. Floruit anno 660.*

Anaſtaſius *Papa ſecundus, Romanus, ſcripſit ad Anaſtaſium Imperatorem, de Pace eccleſiæ Epiſtol. 1. Extant eius decreta, cum cæteris pontificum decretis, excuſa Coloniæ. Epiſt. de Ruffino habetur in 2. Tomo operum D. Hieronymi. Claruit anno Domini 498.*

Anaſtaſij *Plati Diſputatio, in materia Sodomitica, habetur in fine primi voluminis conſiliorum Andreæ Barbatiæ. * Hic contra Sodomitas tractatus, vbi inter alia agitur, Teſtamentum Sodomitæ etiam non per iudicem declarati eſſe nullum, in folio manuſcriptus habetur in bibliotheca Imperatoris Viennæ.*

Anatolius *cognomento Azutrion, Beryto oriundus, vir eloquens, & iuris ciuilis ſcientia exacta clariſſ. fuit præfectus prætorio Illyrici. Eunapius.*

Anatolius *Alexandrinus, Laodiceæ Syriæ Epiſcopus, ſcripſit inſigne volumen de Paſchate, & de Arithmetica inſtitutione lib. 10. Floruit anno Domini 285.*

Anatolius, *Vide Tribonianum* I.C.

Ex Anatolio *quodā ſcriptore Græco fragmenta leguntur paſsim apud Conſtantinum Cæſarem de Re ruſtica, & in mulomedicina, cum Abſyrto & alijs Baſileæ impreſſa Græce.*

Anatolij *Frontini tabulæ Rhetorices impreſſæ ſunt Baſileæ apud Hein. Petri.*

Anaxagoras *Clazomenius, qui Athenis claruit tempore Xerxis Perſarum regis, ſcripſit librum de Regno. Huius meminit Ælianus lib. 4. de Varia hiſtoria. Scripſit etiam de motu cœli, curſu ſiderum de natura rerum, & alia.*

Anaxandrides *Anaxandri filius, Camiræus ex Rhodo inſula, vel vt alij ſcribunt, Colophonius, natus Philippi Macedonis temporibus, Olympiade 101. Fabulas ſexaginta quinque ſcripſiſſe, deciesque viciſſe traditur: tantæ autem fuit iracundiæ, vt victus, verſus quos edidiſſet, ſcindere ac lacerare ſolitus fuerit. Hic cum quædam contra Athenienſes ſcripſiſſet, ab eis fame & inedia mori coactus eſt, vt Euſtrathius in Ethicis Ariſtotelis perhibet. Citatur ab Ariſtotele, Laertio, Macrobio, Stobæo, Athenæo: ex quibus hæc eius fabularum nomina colliguntur. Agroicus. Turpis. Anteron. Anchiſes. Gerontomania ſeu ſenum inſania. Hercules. Theſaurus. Certius. Venatores. Lycurgus. Melilotum. Nereides. Nereus. Vlyſſes. Pandarus. Vrbes. Proteſilaus. Samia. Satyrus. Tereus. Phialam geſtans. Anaxandrides primus amores & ſtupra virginum in ſcenam produxit.*

Anaxarchus *Abderites vixit circa Olympiadem 110. cum Alexandro Magno: huius librum de Regno citat Clemens Stromaton lib. 1. Vitam eius ſcribit Diogenes Laertius lib. 9.*

Anaxenor *citharœdus, Magneſius, celebratur à Strabone lib. 14.*

Anaxilas *fabulas plures ſcripſit, è quarum numero ab Athenæo citantur, Auletes ſeu tibicen,* αὐρωποιός, Εὐάνδρια *Calypſo,* Καμψώ, *Circe, Opifex lyræ, Coqui,* Μονότροπος *ſiue ſimplex,* Νεοττίς. *Diuites, Hyacinthus, Leno, Gratiæ, Aurifex.*

Anaxilai *Ornithocomos allegat Athenæus, & Stobæus Myropium, fabulas.*

Aanaxilaus *hiſtoricius, reprehenditur à Dionyſio Halicarnaſſeo, quod in ſuæ hiſtoriæ Proœmijs alios ſcriptores calumniatus ſit. Aanxilaum citat ſæpius & modo inter externos numerat libro 19. Plin. 21. 23. 24. 25. 26. 28. 29. 30. 31. Sed lib. 29. inter externos ſimpliciter, & eodem inter medicos numeratur, ſi modo non ſunt mendoſi codices: forte enim hiſtoricum citat, plerisq; in locis.*

Anaxillides *in ſecundo de Philoſophis, citatur à Laertio in vita Platonis.*

Anaximander *Mileſius, Philoſophus, gnomonem inuenit, horoſcopia fabricatus eſt, ac primus terræ marisque ambitum deſcripſit, & ſphæram inſuper cōſtruxit. Obijt circa 58. Olympiadem.*



Digitized by Google

Anaximander *Anaximandri F. Mileſius iunior, hiſtoricus, vixit temporibus Artaxerxis cognomẽto Memoris. Scripſit Symbolorũ Pythagoricorũ enarrationem. Suidas. Huius crediderim eſſe Herologiam, quæ ab Athenæo citatur. Fertur hiſtorias Ionica lingua conſcripſiſſe.*

Anaximandri *Lampſaceni ſcripta, citantur apud Fulgentium in Mythol. & ab Arati etiam interprete.*

Anaximenes *Lampſacenſis, ſcripſit hiſtorias quaſdam & regum μεταλλαγάς, Athenæo teſte. Item res priſcas Græcorum, quasq; Philippus Amyntæ filius, & poſtea Alexander geſſerunt. Scripſit præterea librum de Athenienſibus, & hiſtoriam ignomonioſam de Lacedæmonijs ſimul ac Thebanis. Libro autem Theopompi nomen inſcripſit, cuius inimicus erat, & in ciuitates miſit, vt odioſum Græcis hominem faceret. Pauſanias lib. 6.*

Anaximenes *Lampſacenus orator, ſcripſit hiſtorias, poetica quædam, & de arte dicendi, orationes, vt Dion Halicar. in vita Iſei ſcribit. Huius creditur eſſe liber Rhetoricorum ad Alexandrum vulgo Ariſtoteli inſcriptus.*

Anaximenem *oratorem, citat Plutarchus in vita Publicolæ. Fuit hic etiam Lampſacenus, alius ab hiſtorico, qui huius nepos fuit.*

Anaximenes *Mileſius diſcipulus & ſucceſſor Anaximandri, quidam & Parmenidæ tradiderũt, vixit Olympiade 55. cum Cyrus Perſa Sardibus capitis Crœſum regno euertit. Suidas. Huius duo epiſtolia ad Pythagoram leguntur apud Laertium. Citantur à Plinio Anaximenis ſcripta 12. & 13. libro, ſed abſq; prænomine, quare incertum an Mileſij, an Lampſaceni intelligat.*

Anaxipolis *Thaſius citatur apud Plinium, ex cuius lucubrationibus multa in lib. 8. 10. 14. 15. 17. & 18. Naturalis hiſtoriæ tranſtulit.*

Anaxippi *nouæ Comœdiæ poetæ fabulas quatuor Athenæus recenſet. Floruit tempore Antigoni.*

Andalonis *Genuenſis, excellentiſſimi mathematici, opus aſtrolabij Ferrariæ excuſum eſt, anno Domini 1475.*

Andocidis *rhetoris Athenienſis orationes Græcas Aldus excudit, cum alijs duodecim rhetorum orationibus. Eiuſdẽ authoris liber de Myſterijs Græce extat etiamnum in Italia.*

Andoenus, *qui & Dado, epiſcopus Rothomagenſis, natione Gallicus, ſcripſit ad Rubertum epiſcopum Pariſienſem, vitam S. Eligij epiſcopi Nouiomenſis lib. 1. & quædam alia. Quidam Audoenum vocant. Claruit anno D. 660.*

Andrantus, *ex Ariſtotelis & Theophraſti libris quædam interpretatus eſt, vt Athen. ſcribit.*

Andreæ *cuiuſdã hiſtoria peregrinationis, quomodo ex Epheſo ſoluens, Hieroſolymam & terram ſanctam, iam à Turcis occupatam, inuiſerit, & rurſus redierit, liber extat manuſcriptus chartis ſeptem.*

Andreas *medicus ſcripſit de ſerpentibus, de quibuſdam falſò creditis, vt author eſt Athenæus.*

Andreas *Albius medicus Bononienſis, edidit quiddam in re medica, & ſex dialogos de Aquis.*

Andreas *Alciatus Mediolanenſis* I. C. *noſtra ætate clariſſimus, ſcripſit librum Emblematum, qui varias picturas circiter centum tanquam hieroglyphica continet, quorum ſignificationem, quæ ſingulas ſequuntur elegiaca epigrammata argutè explicant, eadem etiam Gallice verſa, Pariſijs apud Wechelum impreſſa habentur. *Hæc Emblemata omnia, cum Commentarijs Claudij Minois Diuionenſis tertium edita & Antuerpiæ, ex officina Plantini. Eadem quoq; Italica lingua carmine Lugduni, 1549. Edidit quoque Libellum de Ponderibus & menſuris, Hiſtoriæ encomium. In P. Cornelium Tacitum caſtigationes, ac difficilium aliquot locorum expoſitiones. Orationem ab eo Ticini habitam, Wechelus Pariſijs excudit, quæ eadem (ni fallor) eſt cum ea, quæ in laudem iuris ciuilis, impreſſa eſt Haganoæ, anno 1530. Item De verborum ſignificatione lib. 4. Et in tractatum eiuſdem argumenti veterum Iuriſconſultorum, commentaria. Paradoxorum ad Pratum lib. 6. Diſpunctionum lib. 4. Correctionum in tres libros Codicis lib. 3. De eo quod intereſt lib. 1. Prætermiſſorum lib. 2. Declamationum 1. De ſtipul. diuiſionibus commentariolum. Commentaria ad reſcripta Principum, de ſumma Trinitate, de ſacroſanctis eccleſijs. de edendo. de in ius vocando. de pactis. de tranſactionibus. de V. pedum præſcriptione. de magiſtratibus, ciuilibusq; & militaribus officijs lib. 1. Baſileæ excuſus, anno 1552 in fol. Parergon iuris libros tres tantùm primò ediderat, quibus poſtea adiecit alios. Proceſſum iuris, apologiam contra Ludouicum. De præſumptionibus, de rebus creditis. Ad tit. Si certum petatur, commentaria. De ſingulari certamine lib. 1. Conſilium in materiam duelli, exceptum ex libro quinto reſponſorum. In lib. 1. ſecundi libri Codicis, De ſententijs quæ. In c. 1. ſecundi decretalium de iudicijs. Obijt anno Domini 1550. Eius opera partim ſingula ſeorſim à diuerſis, partim ſimul in Tomos digeſta, à Gryphio & Iſingrinio excuſa ſunt, & à Thoma Guarino. Conſilia eius ſeparatim edita ſunt Venetijs, anno 1566. in folio. Liber eius de Plautinorum carminũ ratione, item de Plautinis vocabulis lexicon: impreſſi ſunt Baſileæ, anno 1569. cum aliorum in Plautum annotationibus. Emblemata illius Lugduni & Antuerpiæ aliquoties edita ſunt. Parergon iuris lib. 10. Lugduni à Gryphio in folio & in 8. editi ſunt. *Andreæ Alciati reſponſa, libris nouẽ digeſta, & nunc quarta vice diligentiſſimè emendata, alijs reſponſis nuper inter manuſcripta inuentis aucta. In folio Baſileæ, anno 1582. Eius de Verborum ſignificatione, libri quatuor. Et in titulum* XVI. *libri 2. Digeſtorum Commentarij, poſtrema hac editione, quanta fieri potuit diligentia, collatione autographi caſtigati, octauo Francoforti, impenſis Iacobi Troſteri, anno Domini 1582. Illius verò opera omnia in quatuor Tomos legitimè digeſta, natiuo ſuo decori reſtituta, indice locupletiſſimo aucta. Baſileæ impreſſa, anno Dominicæ incarnationis* 1582.



Digitized by Google

Andreas *Alpagus Bellunenſis medicus & philoſophus, multis annis in Cypro, Syria, Ægypto & alijs ad Orientem regionibus peregrinatus, Ioannis Serapionis practicam medicinam, ex Arabica in Latinam linguam tranſtulit. Impreſſus eſt liber Venetijs apud Iuntas, anno D.* 1550. *in fol. cum commentarijs Serapionis de Simplicibus medicamẽtis. Idem tranſtulit hiſtoriam Arabicã, de Vitis philoſophorum & medicorum Arabum & Græcorum, vt ipſe de ſe ſcribit in præfatione in gloſſas Auicennæ. Idem partim tranſtulit, partim emendauit ex Arabico, Auicennæ & aliorum libros aliquot, nempe de venenis, De correctione eorũ, quæ accidunt in regimine ſanitatis, De medicinis principum non horribilibus, De lapidibus pretioſis, & alia quæ nepos eius ex fratre Paulus Alpagus editurum ſe, nuper promiſit. Vide in Auicenna.*

~~Andreas *Althamerus Brentius, ſcholia ſcripſit in Cornelium Tacitum Roman. hiſtoricum, De ſitu, moribus, populiſque Germaniæ, excuſa Norimbergæ, anno* 1529.~~ *Item ſyluam Biblicorum nominum, qua propria vocabula, quorum in ſacris Biblijs fit mentio, explicantur: excuſam Baſileæ apud Tho. Wolfium, anno* 1535. *Item Conciliationes locorum ſcripturæ, qui ſpecietenus inter ſe pugnare videntur, centurias duas. Norimbergæ apud Petreium, anno* 1535. & *Witteberge in* 8. *anno* 1582. *Item annotationes in D. Iacobi epiſtolam. De peccato originis. De ſacramento altaris, Germanice. Claruit anno Domini* 1534.

Andreas *Ammonius, Italus, Lucenſis, Regis Anglorum ſecretarius, ſcripſit, Scotici conflictus hiſtoriam lib.* 1. *Bucolica vel Eclogas lib.* 1. *De rebus nihili, lib.* 1. *Panegyricum quendam, lib.* 1. *Epigrammatum lib.* 1. *Poemata quoq; diuerſa, lib.* 1. *Epiſtolas ad Eraſmum Roterodamum. Obijt Londini, anno* 1518. *Baleus.*

Andreas de *Angelinis ſcripſit ſuper* 2. *inforciati. & ſuper ſecundum ff. Noui.*

Andreæ *Angulij carmina quædam leguntur in Elogijs Pauli Iouij.*

Ex Andreæ *archiepiſcopi Cæſariæ Deogratis in Apocalypſim cõmentarijs, Aretas Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus, compendiariam explanationem concinnauit: quæ Maximo Florentino monacho interprete, Latine excuſa eſt Baſileæ ab Iſingrinio, in* 8. *anno Domini* 1553.

Andreæ *Archiepiſcopi Cæſareæ interpretatio in Apocalypſim Græce ſeruatur in bibliotheca Regis Gallorum. Quærendũ an ſit Aretæ compendium ex Andreæ archiepiſcopi cõmentarijs deſumptum: quod Græce editum eſt Veronæ, & poſtea in Latinam linguam tranſlatum à Maximo Florentino.*

Andreæ *Cæſareæ Cappodociæ Archiepiſcopi in Apocalypſim S. Apoſtoli & Euangeliſtæ Ioannis, interpretatio Græce manuſcripta in folio, biblioth. Imp.*

Andreæ *Archiepiſcopi Rhodi, Apologia demonſtratiua ex ſcriptis beati Thomæ ad Beſſarionem Niceæ, De diuina eſſentia & operatione, extat in Italia.*

Andreas *Aſſaraeus Sarrachus, ſcripſit dialogo elegiaco hiſtorias nouas ac veteres, à nouiſſimis Frãciſci Sfortiæ temporibus, ad Franciſcum regẽ Francorum, ducemq; Mediolani. Liber impreſſus eſt Mediolani apud Gothardum Ponticum, anno Domini* 1516. *Eiuſdem Triuultias, libri carmine Elegiaco, cum epigrammatis præliminaribus Alexandri comitis, & Hyacinthi Arpini. Mediolani impreſſum à Gothardo Pontico* 1516. *in folio ternionibus* 14. *Fortè idem opus.*

Andreas *Auignonus Hiſpanus* I. C. *ſcripſit in tit. De actionibus. Liber Bononiæ anno Domini* 1546. *in* 8. *impreſſus eſt.*

Andreæ *Aurifabri Vratiſlauienſis Sileſij, medicinæ doctoris, annotationes in Phæmonem philoſophum, De cura canum, Wittenbergæ, anno Domini* 1545. *excudit Ioannes Lufft. Idem nuper libellum ſcripſit, De ſuccino, non ineruditum, Germanice. Eius hiſtoria ſuccini. Regiomont. in Pruſſia anno* 1557. *excuſa. Floret in Pruſſia, anno Domini* 1553.

Andreæ *Baccij Elpidiani, De thermis libri* 7. *In quo opere de vniuerſa aquarum natura agitur, deque differentijs omnibus, ac miſtionibus, cum terris, cum ignibus, cum metallis: De lacubus, fontibus, fluminibus, de balneis totius orbis, & de methodo medendi per balnea, deque lauationum ſimul atque exercitationum inſtitutis, in admirandis Romanorum thermis. Venetijs apud Valgriſium, anno* 1571. *in folio.*

Andreas *Balthazar Senonenſis, ſcripſit Quæſtiones rhetoricas, breues admodum & expeditas, in gratiam eorum, qui diſputationibus Rhetoricis oblectantur, quæ tertio editæ & recognitæ ab authore ſunt, cum argumentis in ſingula capita, per Dominicum Broſſetum. Chartæ ſex impreſſæ Pariſijs in* 4. *anno Domini* 1554. *apud viduam Mauricij à Porta.*

Andreæ de *Banulo leges Longobardicæ, cum commentarijs. Venetijs* 1537.

Andreas *Barbatias Siculus, Iureconſultus clariſſimus, ſcripſit conſiliorum volumina* 4. *Super* 2. *ff. noui, in primum infortiati, ſuper Clementinis De Cardinalibus, ſuper* 2. *decretalium Rub. De teſtibus. c. teſtimonium, ſuper* 2. *decretalium Rub. De fide inſtr. c. dilectorum, ſuper* 2. *C. Rub. c. quæ admit. ſuper* 2. *C. De fideicom. l. cum acutiſſimi. Eius lectura in Clementinarum compilationem in fol. Pariſ.* 1517. *eſt excuſa.*

Andreas *Bauria, monachus, ſcripſit De poteſtate papæ.*

Andreas de *Beſetis, ſuper primam Codicis, de Sacroſanctis eccleſijs.*

Andreas *Bilius, Mediolanenſis, Auguſtinianus profeſſione, tranſtulit è Græco Ariſtotelem de Anima, & eiuſdem Ethicorum libros. Scripſit quoque expoſitiones Euangeliorum lib.* 4. *Quæſtiones de Anima lib.* 1. *Longobardorũ hiſtoriam lib.* 1. *Mediolanenſium hiſtoriam lib.* 1. *Claruit anno Domini* 1420. *Amb. Coriolanus.*

Andreas *Boach, vide Andreas Poach.*

Andreas de Bononia de interdictis ciuitatis.

Andreas Boorde Anglus, ex Carthuſiano monacho medicus, ſcripſit Prognoſtica quædam. Promptuarium Phyſices. De iudicijs vrinarum. Obijt Wintoniæ 1548. Baleus.

Andreas Brentius, ſcripſit præfationem in Biblia Latina, quæ cum figuris impreſſa ſunt Lipſiæ, anno Domini 1544.

Andreas Brentius Patauinus, Hippocratis librum De natura hominis Latinum fecit: & eiuſdem De inſomnijs librum, cum præfatione ad Sixtum Pontificum Maximum, in qua multa de Somnijs diſſerit: huic libello ſubnectitur eiuſdem authoris epiſtola ad Nic. Gu. palatinum, impreſſa Venetijs, 1497.

Andreas Brixienſis, ſcripſit tractatum De Cambijs.

Andreæ de Broda D. Theologi, Boemi, Lamẽtatio pulchra ſuper calamitate Pragenſium, cũ quadam inſultatione: m. M. Dreſſerus.

Andreas Cæſalpini Aretini, Peripateticarum quæſtionum libri quinque. Venetijs apud Iuntas 1571. quarto.

Andreas Cambinus, de rebus Turcicis ſcripſit.

Andreas Camutius medicus in Gallia ciſalpina, edidit propoſitiones quaſdam in philoſophia & medicina, & opuſculum quoddam in quo philoſophiam & theologiam conciliare conatur. Eiuſdem de Amore & fœlicitate lib. 9. Viennæ Auſtriæ Stephanus Creuzer, 1574.

Andreas Canonicus Ratiſponẽſis, ſcripſit Chronica Boiariæ vetuſtiorum principum, quæ extant Viennæ Auſtriæ apud Wolffgan. Lazium.

Andreæ Capellani Regij, extant duo libri de Amore, manuſcripti.

Andreas de Capua, ſuper conſtitutionibus regni Siciliæ.

Andreæ Caroloſtadij concluſiones extãt: item * De cœlibatu, monachatu, & viduitate liber, impreſſus anno 1521. Scripſit etiam nonnulla Germanice: * nempe Inſtitutionẽ de aqua benedicta & ſale. Wittenbergæ, ann 1520. De Antichriſtiano abuſu panis & calicis Dominici, anno 1524. Sermonem de vſu Sacramenti. Wittenbergæ, anno 1522. De ſtatu animæ Chriſtiani: deq; Purgatorio animæ defunctorum, 1523. De varietate ſimplicis vnicæ voluntatis Dei. Quid ſit peccatum. Vtrum lente procedendum & offendiculo infirmiorum parcendum in cauſis, ad Dei voluntatem pertinentibus, anno 1524. excuſa ſine loci notatione: & alia mihi ignota. Obijt Baſileæ anno 1541.

* Andreæ Caropi Auſtrij Elegiarum lib. 5. manuſcripti, 1567. Eiuſdem carmen gratulatorium, de D. Maximiliani ſecundi reditu à coronatione Hungarica. Viennæ.

Andreas de Caſtro, ſcripſit ſuper Sententias, vixit circa annum 1350.

* Andreæ Celichij expoſitio Euangel. Matth. 15. de muliere Cananea, Germanice 8. Madebur. 1575. Eiuſdem gratiarum actio, pro copioſa vini & tritici meſſe ex Pſal. 65. Germ. 8. Magdeb. 1576. Eiuſdem oratio habita in nuptijs Andreæ Bergmanni Magdeburgi. Item orationes 5. de vitandis pſeudoprophetis, Germanice in 8. Magdeb. 1574. Vtilis & pia conſideratio nouæ Cometæ Germanica. Lipſiæ 4. 1578. Officina ſalutis aduerſus peſtem. 8. Lipſiæ 1578. Vtilis & neceſſaria inſtitutio de ἀντιφονιῶν German. 8. Magdeb. 1578. Eiuſdem doctrina de Peccato originali, quæſtionibus orthodoxis breuiter illuſtrata, 4. Guſtrouij 1582.

Andreas Ciaffus I.C. de Gerundijs.

Andreas de Confluentia, Germanus Carmelita, doctor Colonienſis, ſcripſit Lecturam ſententiarum lib. 4. Sermones per annum, lib. 3. Tritbemius de Lumi. Germ.

Andreæ Corui libellus, de Chiromantia cum figuris, impreſſus Venetijs.

* Andreæ Coruini Inſtitutio officij cuiuſq; erga Deum, & magiſtratum Germ. Erphordiæ 1539.

Andreas Crappus ſcripſit aliquot ad Deũ precationes carmine. * Eiuſdem ſacræ aliquot cãtiones quinq; & ſex vocum aptiſsimæ, tam viuæ voci, quã diuerſis Muſicorum inſtrumentorum generibus harmonia accommodatæ, quibus adiuncta eſt miſſa ad imitationem cantionis, Cor mundũ crea mihi Deus, Germanice. 4. Magdeburgi, 1582.

Andreæ Critij encomia de Luthero, cum alijs quibuſdam impreſſa ſunt Wittenbergæ.

Andreæ Contareni Veneti epiſtola ad Cardinales edita eſt.

* Andreæ Croqueti Benedictini, S. Theologiæ Licentiati Catecheſes Chriſtianæ.

Andreas à Cruce quædam Chirurgica ſcripſit.

Andreę Dactij Florentini Æluromyomachiæ lib. 3, ſyluæ 8. epicedia, & alia diuerſorum generum poemata, cum oratione de Laudibus Græcarum literarum. Impreſſa ſunt ſunt Florentiæ apud Torrentinum, anno D. 1549. octern. 20.

Andreæ Danduli mentionem facit Bernardus Iuſtinianus, in ſua Venetorum hiſtoria.

Andreæ Dietheri Auguſtani, ludi literarij Auguſtæ ad D. Annam moderatoris, theſaurus contexendarum epiſtolarum, formandæq; linguæ ad imitationem Ciceronianæ dictionis, locupletiſsimus: ex epiſtolis familiaribus, epiſtolis ad Atticum, orationibusque Cic. congeſtus ad vſum iuuentutis. Inſertæ ſunt autem vbique inſigniores illuſtrium philoſophorum ſententiæ. Item in calcem coniecta ſunt formulæ ſeu copiæ poeticæ, per eundem authorem. Liber impreſſus eſt Auguſtæ Vindelicorum per Heinricum Stainer, anno Domini 1544. octernionibus 36. Eiuſdem Comœdia Ioſephus, Conuerſio Pauli, Vincula Petri. Impreſſæ ſunt Baſileæ, ab Oporino.

Andreas Diuus, Iuſtinopolitanus, Homeri vtrumque poema, Theocritum, & Ariſtophanem, Latine ad verbum tranſtulit. Impreſſum Venetijs, & alibi.

Andreas Dominicus Floccus, Florentinus, ſcripſit librum de Romanis magiſtratibus, qui ſub Feneſtellæ nomine ſæpe hactenus editus eſt: poſtremus tamen à Plantino ſuo auctori reſtitutus.

Andreas

Digitized by Google

* Andreæ *Dorkenij breuis De religionis libertate inſtitutio. De ſupplicatione item quarundam ciuitatum Imperialium, quam ſupplicationi aliarum quarundam ciuitatum confeßionis Auguſtanæ oppoſuerunt, Germanicè Coloniæ anno Domini* 1576.

Andreas *Dudithius Sbardellatus, Hungarus, Halicarnaſſæi ad Q. Ælium Tuberonem de Thucididis hiſtoria iudicium in linguam latinam conuertit, liber impreſſus Venetijs, ab Aldo. Eiuſdem orationes duæ nomine epiſcoporum Hungariæ in concilio Tridentino habitæ, ibidem impreſſæ ſunt. Præterea quædam eius epiſtolæ inter Manutij ( ni fallor ) epiſtolas leguntur. Idem vt audio, quædam ſcripſit De ſacroſancta Trinitate, quæ nondum in publicum edidit. * Eius verò commentariolus de Cometarum ſignificatione, & diſſertationes nouæ de Cometis.* 4. *Baſileæ excuſæ ſunt. Floret apud Sarmatas Cracouiæ, & inter eos qui Latinæ linguæ puritate & eloquentia celebres ſunt, honeſtiſſimum locum tenet.*

Andreæ *Eborenſis, Luſitani, ſententiæ & exempla, ex probatiſſimis quibuſque ſcriptoribus collecta, & per locos communes digeſta, Lugduni excudit Paganus anno Domini* 1557. *duobus tomis, quorum alter ſententias, alter exempla refert. Item Venetijs annó* 1572. *duodecimo, ad ſignum ſeminantis.*

Andreas *Eggerdem ſcripſit præcepta arithmeticæs, quæ in* 8. *forma impreſſa & edita ſunt.*

Andreæ *Ellingeri hymnos à pueris in ſcholis cantandos, Lipſiæ Nicol. Wolrab excudit char.* 4.

* *Eiuſdem carmina epicedia et epitaphia, de obitu Ioannis Gulielmi ducis Saxoniæ.* 8. *Ienæ* 1577. *Eiuſdem hymnorum eccleſiaſticorum libri* 3. *Eiuſdem Hippocratis aphoriſmorum paraphraſis poetica.* 8. *Francofordiæ* 1579.

Andreæ *epiſcopi Cretæ ſermo in Lazarū quatriduanum, in diuinam Domini reſurrectionem,* ...... *Et deinceps aliæ homiliæ feſtorū: omnia ſeruantur Græcè in Italia, & Auguſtæ Vindelic.*

Andreas *Eſernitanus vide Andreas de Iſernia.*

Andreas *ab Exea, iuris vtriuſq; doctor, ſcripſit libellum De ærario ac fiſco, & vtriuſq; ratiociniorum præfectura. Pactorum quoq; lib.* 1. *Vtroſque Gryphius excudit Lugduni* 1542. *Item Super primo Decretalium, in tit. De conſtit. & in tit. De pactis. Hieronymi Grati Bononienſis Reſponſorum libros* 2. *recognouit, et Summarijs atq; indice illuſtrauit. Venetijs* 1571. * *Eius commentaria & prælectiones in tit. de conſtitutionibus, lib.* 1. *quem Decretales vocant. Lugduni anno Domini* 1545. *excuſæ ſunt.*

* Andreæ *Fabilij, Leodij Alberti & Erneſti eius filij comitis Palatinorum conſiliarij, Harmonia confeßionis Auguſtanæ, doctrinæ Euangelicæ conſenſum declarans. Coloniæ, Maternus Cholinus* 1573.

Andreæ *Fabricij Chemnicenſis epicedion in mortem Petri Plateani Aſcanienſis eccleſiæ paſtoris. Eiuſdem Chriſtus lachrymans Wittembergæ impreſſus eſt anno Domini* 1551. *De Lege Dei, et eius vſu atque abuſu, præſertim quoad iuſtificatos, contra blaſphemas propoſitiones quaſdam quæ nunc paßim ſparguntur. Iſlebij Germanicè impreſſus liber anno* 1569. *Eiuſdem Epiſtola ad eccleſiam Northuſanam, qua teſtatur conſenſum doctrinæ, Germanicè impreſſa Iſlebij. Eiuſdem de extrema hora libellus, in quo verba Pauli* 1. *Cor.* 15. *Quotidie morior, & verba Pſal.* 118. *Non moriar, ſed viuam & opera Domini meditabor, &c. explicantur. Iſlebij* 1571. *Germanicè. Eccleſia domeſtica, qua ratione præter publicas conciones quiuis pater familiâs ſuos ad verbum Dei adſuefaciat. Ibidem Germanicè.*

Andreas *Fabritius, ducis Bauariæ conſiliarius, collegit Harmoniam Confeßionis Auguſtanæ, adiectis Caroli* V. *Cæſaris potentiſſimorumq; principum, & doctiſſimorum hominum de eadem iudicijs. Coloniæ* 1573.

Andreæ *Fabricij Leodij, Samſon: Tragœdia noua ex ſacra Iudicum hiſtoria deſumpta. Coloniæ apud Maternum Cholinum in* 8. *anno* 1569. *Eiuſdem Quæſtiones & annotatiunculæ in Catechiſmum Romanum ex decreto Concilij Tridentini editum. Apud Plantinum anno* 1572.

* Andreas *Franckenbergerus, de amplitudine et excellenti hiſtoriæ propheticæ dignitate: de cauſis ad lectionem illius nos impellentibus, & adminiculis in meditatione.* 8. *Wittembergæ anno Domini* 1580.

Andreæ *Fricij Modreuij ſereniſſ. regis Poloniæ ſecretarij, commentariorum De republica emendanda, lib.* 5. *Primus De moribus, Secundus De legibus, Tertius De bello, Quartus De eccleſia, Quintus De ſchola: impreſſi ſunt Cracouiæ anno Domini* 1551. *octernionibus* 25. *& Baſileæ ab Öporino in* 8. *& in folio anno Domini* 1554. *Eiuſdem libri* 3. *primus De Peccato originis, ſecundus De Libero hominis arbitrio: tertius De prouidentia & prædeſtinatione Dei æterna. Item De Mediatore libri tres: quibus acceßit Narratio ſimplex rei nouæ, & eiuſdem peßimi exempli: ſimul & querela de iniurijs, & expoſtulatio cum Staniſlao Orichouio Roxolano Baſileæ apud Oporinum, anno Domini* 1562. *in quarto. Eiuſdem Syluæ tres, prima De tribus perſonis & vna eſſentia Dei: Secunda, De Neceßitate conuentus habendi ad ſedandas religionis controuerſias: Tertia De Baptiſmo infantium: nondum, quod ſciam, in publicum editæ. Dialogi duo De vtraq; ſpecie Euchariſtiæ à Laicis ſumenda: item explicatio verborum ſeptimi capitis* 1. *epiſtolæ ad Corinthios, & quædam alia impreſſa ſunt cum libris De republica emendanda.*

* *Eiuſdem de bello contra infideles conſilia prudentia, è Latino in Hiſpanicam ſermonem tranſlata, per Ioannem Iuſtinianum: liber eſt manuſcriptus in biblioth. Imperat.*

* Andreas *Fulda, homilias duas ſcripſit.* I. *De peccato.* II. *De iuſtitia.* 4. *Ienæ anno Domini* 1579.



Digitized by Google

* Andreæ *Friſner Bunſidetenſis dictionarium vtriuſq; iuris, ſiue repertorium ſine anno & loco, in bibl. Imperat.*

Andreas *Fuluius, Sabinus, ſcripſit De Antiquitatibus vrbis Romæ lib.5. De vrbis eiuſdem laudibus orationem. In populi Romani laudem elegiam. De Romuli & Remi expoſitione Eclogam, quæ ſimul impreſſa ſunt Romæ, per M. Valerium Doricum, anno* 1545.

Andreæ *Fuluij Præneſtini vrbis Romæ deſcriptio, proſa & carmine. Eiuſdem illuſtrium virorum & mulierum imagines, Romæ apud Iacobum Mazochium impreſſæ ſunt, anno D.1517. octernionibus 30. Forte idem cum ſuperiore.*

Andreas *Furnerius medicus Pariſienſis, librũ Gallicum ſcripſit de decoratione corporis humani, in quo multa ad chirurgiam pertinentia habentur. Excuſus eſt Lugduni in* 16.

* Andreæ *Gabrielis ſacr. cant. Venet.* 1572.

Andreas *Gallus, Tridentinus, ſcripſit Faſces, de peſte, peripneumonia peſtilentiali cum ſputo ſanguinis, ac de quibuſdam ſymptomatibus: in faſciculos quinq; diſtributos. Brixiæ. * Eiuſdem commentarij, ad Sereniſſ. Regem Maximilianum, de tremore cordis M.S. Et in duos tomos diſtinctus in bibl. Imperat.*

Andreas *Gammarus* I. C. *ſcripſit De rerum permutatione ſuper 6. decretaliũ. c. Romana. para. contrahentes, & in cap.1. eiuſdem lib. Idem eſt qui aliâs Petrus Andr. Gammarus, De quo infra.*

Andreas *Gartnerus Prouerbialia dicteria moralem doctrinam complectentia, verſibus veteribus rhytmicis, vna cum Germanica interpretatione conſcripſit, & in locos communes redegit. Francofurti excudêre hæredes Egenolphi anno 1570. in 8.*

Andreas *Gerardus Hyperius, ſacrarum literarum in celeberrima Marpurgenſi Academia profeſſor ſcripſit commentarium De honorandis magiſtratibus, in quo Pſalmus 20. Exaudiat te Dominus, &c. enarratur. Item in Pſalmum 12. Saluum me fac Domine, &c. in quo oratur, vt Dominus extirpatis omnibus erroribus, ſynceram doctrinam vbiq; promoueat, paraphraſin, excuſam Marpurgi anno 1542. De formandis concionibus ſacris, ſeu De interpretatione ſcripturarum populari, lib.2. impreſſos Marpurgi apud Andream Colbium, anno D.1553. octernionibus 17. In epiſtolam ad Romanos exegemata, in quibus partium diſpoſitio clariſſime oſtenditur, ab eodem impreſſa anno D. 1548. in 8. De recte formando theologiæ ſtudio lib.4. Baſileæ apud Oporinum. 1556. De ſacræ ſcripturæ lectione ac meditatione quotidiana lib.2. Ibid. 1561. Methodi theologiæ lib.3. Ibidẽ. Topica theologica Tiguri apud Froſchouerum. Catecheſis Marpurgi apud Colbium. Poſtremo vno volumine edita ſunt ſequentia opuſcula. De Sacrarum literarũ ſtudijs non differendis. De inſtitutione nouorum collegiorum, in quibus iuuentus eruditur ad ſuſcipiendam eccleſ. gubernationem. De publico ſtudioſorum in ſchola theologica examine. De Catecheſi. De fide hominis iuſtificandi, ac de fide operibuſq; hominis iuſtificati, quæſtiones. Chriſtum non inſtrumentalẽ modo eſſe ſalutis noſtræ cauſam, verum etiam efficientem & principem. Non eſſe aliam iuſtificationis viam, quam qua Abraham iuſtificatus eſt, per fidem ſcilicet abſq; operibus. De ſpiritu & litera. Conciliatio horum locorum: Qui legem factis exprimunt, iuſti habebuntur, ad Rom.2. Et: Ex operibus legis nemo iuſtificabitur, ad Rom. 3. & ſimilium, qui pari modo videntur inter ſe diſſidere. De hominis merito apud Deum. Hiſtoriam quæ legitur 2. Machab. 12. de donarijs miſſis Ieroſolymam ad ſacrificium pro expiandis peccatis mortuorum, parum eſſe efficacem ad comprobandum, mortuos ad ſalutem prodeſſe Miſſarum celebrationem. Verba Pauli, 1. Cor. 15. De his qui baptizantur pro mortuis, paulo aliter quam à nonnullis hactenus factum eſt, diſtincta & expoſita. De ſynodis annuis. De publica in pauperes beneficentia. De ferijs Bacchanalibus, quodq; apud Chriſtianos locum habere nullo modo debeant. Omnia hæc ſimul impreſſa ſunt Baſileæ in 8. in officina Oporiniana anno 1570. Eiuſdem Opuſculorum theologicorum pars ſecunda, Baſileæ ex officina Oporiniana anno 1571. 8. Continet autem hos libros. De piorum auditorum in dijudicandis doctrinis officio. De prouidentia Dei, & conſolationibus, contra omnis generis pericula ab ea petendis: cum enarratione Pſalmi 167. De probatione ſui ipſius. Conſultatio de coniugio miniſtrorum eccleſiæ. Vtrum eorum ſententia qui Babylonem in Apocalypſi interpretantur ſignificare vrbem Romam, recipi vlla ratione queat. De his qui Deo patri ita ſummam tribuunt dignitatem, vt Filium cõſtituant inferiorem, & patri inæqualem. Præcepta Decalogi aliter olim digeri ſolita, atque nunc vulgo cernuntur digeſta, ſuperq; ea re veterũ tam Hebræorum quam Græcorum & Latinorum ſententiæ. Ad verba illa Apoſtoli 2. Corinth. 3. Epiſtola mea vos eſtis, & Deus idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti: De veris Apoſtolatus, Doctoratus & ſimilium graduum inſignibus, Propoſita quædam. De ſacramentis in genere vbi nonnulla de circumciſione & Baptiſmo. Super verbo Apoſtoli ad Rom.3. Iuſtificantur autem gratis, per gratiam, tum de locutione illa, qua dicuntur iuſtificari homines ſola fide. Quo modo intelligendum quod Apoſtolus ait ad Romanos 1. homines à Deo in reprobam mentem tradi: tum quomodo peccata peccatis puniantur. Scripſit etiam De ratione ſtudij, Dialectica, Rhetorica, Arithmetica, Geometrica, Coſmographica, Optica, & Aſtronomica quædam, item Phyſica, Scholia ad decem libros Ethicorum Ariſtotelis. Item Theologica. Obſeruationes locorum in eas Euangeliorum particulas quæ ſingulis dominicis recitari in eccleſijs conſueuerunt. De ſtudioſorum vita & moribus. Exegemata in omnes D. Pauli epiſt. Feriarum ſcholaſticarum lib. 12. De ordinanda eccle. lib.6. Verum ex his quædam morte præuentus non abſoluit. Obijt Marpurgi 1564. Vitã eius deſcripſit D. Wigandus Orthius.*

* *Poſt eius ex hac vita exitum Laurentius Hyperius, Andreæ Hyperij filius quædam parentis ſui opera*

opera edidit, & in ea præfatus eſt, veluti in Eſaiæ prophetæ oracula annotationes breues & eruditas. 8. Baſileæ 1574. Compendium phyſices Ariſtoteleæ. 8. Baſileæ anno 1574. Et alia. Eiuſdem commentarij in epiſtolas Pauli ad Galatas, & Epheſios in folio Tiguri, anno 1582. In epiſtolas ad Philippenſes, Coloſſenſes, & Theſſalonicenſes ambas, tum indice gemino. Tiguri in folio anno Domini 1582. Et in epiſtolas D. Pauli ad Timotheum, Titum, Philemonem, & D. Iudæ commentarij, nunc primùm opera Ioannis Mylij in lucem editi, in fol. Tiguri apud Chriſtophorum Froſchouerum, anno Domini 1582.

* Andreæ Geyl libri II. practicarum obſeruationum tam ad proceſſum iudiciarium præſertim Imperialis Cameræ, quàm cauſarum deciſiones pertinentes. Item De pace publica & proſcriptis ſiue bannitis Imperij libri II. De pignoribus liber I. Coloniæ Agrippinæ Ioan. Gymnicus, ſub monocerote anno 1578.

Andreas Gratiolus Tuſculanus ex Benaco, Latina fecit Euſtratij epiſcopi Niceni commentaria in ſecundum librum poſteriorum reſolutiuorum Ariſtotelis. Item incerti authoris expoſitiones compendiarias in eundem. Hieronymus Scotus excudit Venetijs, anno 1542.

Andreas de Gorliz profeſſor Lipſenſis, in Eſaiam ſcripſit commentaria.

Andreas Guarna Salernitanus ſcripſit bellum Grammaticale, ſiue De bello inter Grammaticæ reges, De principatu orationis liber vnus. Impreſſus Baſileæ apud Robertum Winter, & apud Iacobum Parcum.

Andreas Helmontanus ſcripſit commentaria in inuectiuas orationes Ciceronis & Saluſtij. Oporinus impreſſit cum aliorum commentarijs in orationes Ciceronis.

Andreæ Hieroſolym. in S. Mariæ Deiparæ ſalutationem ſermo, Marco Hoppero interprete, excuſus eſt Baſileæ cum alijs quibuſdam veterum theologorum opuſculis, apud Henricum Petri, anno Domini 1551. in folio. Idem ſcripſit plures ſermones de beata virgine lib. I. Alios ſermones lib. I. Pias precationes, lib. Petrus Vincentius. Andreæ archiepiſcopi, In partum Deiparæ: & Andreæ Hieroſolym. ſermo in Euangelium, Græcè ſeruantur in biblioth. Regis Gallorum.

Andreæ Hiſpani Romanæ eccleſiæ pœnitentiarij, modum confitendi, Norimbergæ excudit Hieronymus Holzel, anno Domini 1508. Andreæ Hiſpani (eiuſdem vt arbitror) liber de decimis.

Andreæ Hoppenrodi Genealogiæ principum & nobilium familiarium, quæ intra annos mille in Saxonia vixere, quorum poſteritas ſupereſt. Germanicè. Argentinæ anno Domini 1570. in fol.

Andreas Horne, Gloceſtrienſis, è varijs annalibus congeſſit opus, quod inſcripſit Claudio ceſtriæ Chronicon. Baleus.

Andreæ Horndorf Speculum parentum et liberorum, in quo vtrique cernere queunt quid ſui officij ſit, & quæ nam ſit vera liberorum educatio, hiſtorijs & exemplis ornatum: liber Germanicè impreſſus Lipſiæ anno 1568. Eiuſdem promptuarium exemplorum ſacrorum & prophanorum, iuxta decem præcepta diſtributum. Ibidem 1570. & Francofurti 1571. in folio. Idem Declamationem Lilij Vicentini de miſeria humanæ vitæ ex Italica in Germanicam linguam tranſtulit, impreſſam Francofurti anno Domini 1571. * Compoſuit Calendarium hiſtoricum, ſanctorum, martyrum, qui à condito mundo, vſq; ad noſtra hæc poſtrema tempora, ob confeſſionem fidei in Chriſtum, paſſi ſunt, folio Francofurti 1575.

Andreas Ianus Laſcaris Rhyndacenus, ex Polybij hiſtorijs quædam excerpſit De militia Romanorum atque in primis De caſtrorum metatione, et eadem Latino ſermone reddidit: ea cum eiuſdem Epigrammatis Græcis & Latinis impreſſa ſunt Baſileæ apud Robertum Winter 1537.

Andreas de Iſernia I. C. ſcripſit ſuper feudis. De iure protomiſeos et iure congrui, cum commen. ſuper autent. habita. in fi. feudorum. Ne fil. propat. in primo Codicis. * Eiuſdem regni Siciliæ conſtitutiones in folio, ſine notatione loci, anno Domini 1533. excuſæ.

* Andreas Knopken ſcripſit annotationes in epiſtolam Pauli ad Romanos.

* Andreas Kragius Ripenſis Danus Scholam Rameam, & defenſionem Petri Rami, contra Georgij Liebleri calumnias in Epitomen 8. librorum Acroamaticûm aſperſas ſcripſit. Deteguntur et diſſipantur Liebleri errores, Ramus à calumnijs, ex ſententia legum antiquiſſimarum, veritatis, iuſtitiæ, ſapientiæ liber pronunciatur. 8. Baſileæ anno D. 1582.

* Andreæ Kreuthij orationes funebres & conſolatoriæ, & quam mirabile vltimum iudicium futurum ſit. Ex 1. Theſſ. 4. anno 1575. Germanicè: Idem homiliam edidit, de Sigillo Lutheri, Rubro videlicet corde & cruce nigra in alba roſa. 8. anno 1579.

Andreas à Laguna Hiſpanus Secobienſis philiatros, ſcripſit De ratione noſcendæ, præcauendæ, atque propulſandæ febris peſtilentialis, opuſculum excuſum Argentorati apud Ribelium, anno Domini 1542. Item anatomicam methodum, ſiue De ſectione humani corporis contemplationem, Pariſijs anno Domini 1535. Extant eiuſdem opuſcula, Coloniæ impreſſa, hæc: Ariſtotelis libellus De virtutibus, è Græco tranſlatus, ſcholijsque & exemplis illuſtratus: item, ex commentarijs Græcis De re ruſtica Conſtantino Cæſari adſcriptis, octo vltimi libri in quibus animalium plurimorum natura deſcribitur, Latini ab eo facti, vnà cum caſtigationibus tranſlationis eorundem per Ianum Cornarium editæ: Galeni De philoſophica hiſtoria lib. I. Latinè verſus: De victus & exercitiorum ratione, maximè in ſenectute obſeruanda, tabula: Europa ſeipſam deplorans: Ariſtotelis De natura ſtirpium liber, Latinè ab eodem donatus. Eiuſdem librum De mundo quoq; aut tranſtuliſſe, aut ſcholijs

*ornaſſe exiſtimatur, idque ex præfatione ad Carolum Cæſarem libris De re ruſtica à ſe conuerſis præmiſſa. Galeni opera omnia (exceptis ijs quæ in Hippocratem ſcripta ſunt à Galeno) doctiſsime diligentiſsimeq́ in Epitomen redegit, Venetijs primum, deinde Baſileæ per Iſingrinium excuſam anno Domini* 1551. *in folio. Adiectis eodem authore Galeni vita, & De ponderibus ac menſuris libello. Præterea edidit etiam Epitomen omnium rerum & ſententiarum, quæ annotatu dignæ in commentarijs Galeni in Hippoc. extant, in elenchum alphabeticum digeſtam. Cui acceſſere nonnulla Galeni enantiomata per eundem collecta. Guilielmus Rouillius excudit Lugduni anno* 1554. *in* 8. *Item annotationes doctas & elegantes in Dioſcoridem, à Rouillio eodem anno excuſas, in* 16. *Dioſcoridem conuertit in Hiſpanam linguam, & ſcolia addidit.*

Andreæ *Lemnij medici, Epiſtola in qua vrinæ ſtudium, & ex ea morborum præuidentiam, vt quæ ſit aptior ſeruandæ ſanitati, commendat.*

Andreæ *Langi Reſponſio ad quæſtiones* 4. *Qui ſalutem adipiſcantur, Cur papiſtæ Euangeliũ non recipiant? An Papiſtæ ſalui fiant? Et quid illis faciendum ſit vt ſaluentur? Lib. Germanicus cum præfatione Cyr. Spangenber. Conciones* 6. *De iuramento Dei quod Ezech.* 33. *ſcriptum eſt. anno* 1571. * *Eiuſdem pia & ſolida de ſalute inſtitutio ex vero probatoq́ Dei verbo, propheticis & apoſtolicis literis comprehenſo.* 4. *Frocof.* 1577.

Andreas *Leucander, alias Wytteman, Anglus, abbas Rameſienſis, ſcripſit Iuonis epiſcopi vitam, Peregrinationem ſuam in terram ſanctam. Vixit anno Domini* 1020. *Baleus.*

Andreæ *Limos, Dubia: liber philoſophicus commemoratur in catalogo Sorbonæ.*

Andreas *Lubelius theologus, Armenorum ritus ſacros ſeu ceremonias deſcripſit, vt refert Andreas Fricius.*

* Andreæ *de Malatinis additiones ſuper inſtitutiones imperiales autenticas ſuper ff. vetus & codicem. Patauij.* 1548.

Andreas *Marcolinus Faneſtris, medicus, edidit præceptoris ſui Gabrielis Falopij Mutinenſis medici ac philoſophi præſtantiſsimi, tractatum pulcherrimum De medicatis aquis, atq́ de foſsilibus, cui duas epiſtolas addidit, in quarum altera ad lectorem, & huius libri inter reliqua vtilitas, & docendi modus, ac totius rei quæ in hoc ipſo opere continetur, ſumma breuiter explicatur. Liber impreſ. Venetijs apud Luduicum Auantium anno Domini* 1564. *in* 4. *chartis* 52.

Andreas *Maro Brixianus cum ſumma eruditorum admiratione ex tempore ad quam iuberes quæſtionem verſus fundere conſueuerat. Meminit huius Iouius in Elogijs.*

Andreas *Marſianenſis, monachus, ſcripſit ad Petrum Atrebatenſem epiſcopum, Chronica Francorum lib.* 1. *Arnoldus Boſtius.*

Andreas *Maſius ex Syriaca lingua tranſtulit Commentarium de Paradiſo, ſcriptum ante annos prope ſeptingentos, à Moſe bar Cepha Syro: Item Baſilij* λειτουργίαν. *Antuerpiæ año Domini* 1569. *in* 8. * *Ioſue Imperatoris hiſtoriam illuſtrauit, atq́ explicauit. folio. Antuerpiæ per Chriſt. Plantinum: emiſit item diſputationem de Cœna Dominica, oppoſitam, (vt titulus habet) Caluiniſtarum impijs corruptelis.* 4. 1575. *Eiuſdem Grammatica Syriaca. Dictionarium Syrochaldaicum. Lexicon Græcum & inſtitutiones linguæ Græce. Antuerpiæ in Tomo Bibliorum.* 16. *excuſus. à Chriſt, Plantino.* 1572. *in fol. Præterea Moſis Mardeni Iacobitæ legati patriarchæ Antiocheni profeſsiones fidei duas: adhæc duas epiſtolas, Alteram Sulacæ Neſtoriani, alteram populi Neſtoriani ad pont. max. ex Syriaca lingua tranſtulit, Antuerpiæ Plantinus* 1569.

Andreas *Matthæus Aquauiuus Hadrianorum Regulus, ſcripſit nobilem pariter ac eruditum librũ, qui Encyclopædia inſcribitur. Iouius in eius elogio. Eundem de re equeſtri librum compoſuiſſe Beliſarius frater ipſius in ſuo de venatione libro teſtatur.*

Andreas *medicus quidam, qui de Plantis ſcripſerit, citatur à Dioſcoride & Galeno. A Plinio perſæpe citatur Andreas medicus, & in ſcholijs Nicandri eius liber* νάρθηξ. *Idem videtur eſſe cuius libri, De ſerpentibus, De quibuſdam falſo creditis citantur ab Athenæo. Hic ab Eratoſthene cognominatus eſt* Βιβλιαίγισθος, *quod quoſdam ſuos libros clam tranſcripſiſſet. Etymologus. Citatur in quæſtionibus Caſsij & Caryſtius nominatur.*

Andreæ *Mocenici Patritij Veneti, belli Cameracenſis libri ſex, quod Veneti cum quatuor regibus, & cum Heluetijs & cum tota Italia geſſerunt: dictum Cameracenſe, quod Cameraci contra Venetos fœdus ictum ſit. Impreſsi Venetijs per Bernardinum Venetum de Vitalibus, anno Domini* 1525. *octernionibus* 24. * *Eius de bello in Italia geſto contra Venetos etiam Italicè, impreſſ. Venetijs* 1544.

Andreæ *Monceni. Repertorium, & per alios poſitum ad lecturas Felini. Index lib. iuris Venetijs impreſſus.*

Andreæ *Muſculi Theologiæ profeſſoris Francofurti ad Oderam, Locorum Communium ex Patribus, libri duo, in folio impreſsi. Idem Germanice edidit Biblia domeſtica, hoc eſt ſententias veteris & noui teſtamenti in vſum adoleſcentũ in vnum congeſtas. De iuſtificatione hominis per fidem, ex Lutheri libris. De ſtatu & conditione mortuorũ ab exitu huius vitæ vſque ad communem reſurrectionem. De prædicati Euangelij falſo & peſtifero intellectu. Interpretatio Cantici Simeonis. De filijs Dei & huius mundi, tempore poſtremo nunc prædicati Euangelij. Aurei ornamenti ſeu* κειμήλια *partes quatuor. Precum libellus. Præcatio vt Deus à Germania auertat commeritam pœnam, & iam imminentem ob tantum vtriuſque Antichriſti apparatum. De cruce & tentationibus ferendis. Sepultura Ioachimi Marchionis Brandeburgici, Electoris. De meditatione finis.* 1572. *De hominis actionibus & ſubſtantia, à prima eius creatione vſq́ ad futuram vitam. Francofurti ad Oderam año* 1572.

*Eiuſdem*

Digitized by Google

Eiuſdem tum alia, tum contra Franciſcum Stancarum ſcripta extant. * De ſcala Iacobi.8.Francof. 1578.Compendium doctrinæ Chriſtianæ collectum, ex S.Scriptura,eccleſiæ Patribus,S.Luthero folio Francofor.ad Oderam.1573.Propoſitiones de vera reali & ſubſtantiali præſentia corporis & ſanguinis Chriſti,in ſacramento altaris.4.Francoforti ad Oderam,anno 1573. Item orationem ſcripſit de dignitate & vero vſu Academiarum, de principum virorum curandi, ornandique eos officio, recitata Francofordiæ, anno 1573. De Meſech & Kedar, De Gog & Magog,De magna calamitate ante finem mundi,Germ.in 8.Francof. ad Oderam.1577. Ex Martini Lutheri ſcriptis collegit theſaurum conſolationum in omni genere tentationum & certaminibus conſcientiæ.German.in fol.Francoforti ad Oderam.1577.Eiuſdem tertia diſputatio de Cœna Dominica.4.Item Lipomani Enchiridion ſententiarum ac dictionum inſignium. Francoford. ad Viadrum.1552.ædidit.Prophetiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, de imminenti Germaniæ infortunio, expoſuit anno 1557. Francof.apud Viadrum.Scripſit item conſiderationes appropinquantis vltimi iudicij. German.8.Francof.ad Oderam.1578.

* Andreas *Mylius Dionis Chryſoſtomi de regno libros.4. interpretatus eſt.4. Roſtochij. anno D.* 1578.

Andreæ *Nauagerij Veneti orationes duæ & carmina varia excuſa ſunt Venetijs apud Ioannem Tacuinum anno Domini* 1530. *Item cum operibus Fracaſtorij. Eiuſdem eglogæ excuſæ ſunt à Ioanne Oporino, cum diuerſis aliorum authorum eglogis. Eiuſdem annotatiunculæ De diuerſitate lectionũ, in omnia Ouidij opera: excuſæ ſunt cum Ouidij operibus Venetijs, anno Domini.* 1516. *octernionibus quatuor. In legatione Gallica obijt.*

* *Andreæ Nolthij obſeruatio & deſcriptio Cometæ anni* 1577.*German.in* 4.*Erdfurti per Georgium Bumannum.Anno Domini.*1578.

Andreæ *Nontalij Stirij, dialogi pueriles impreſſi Annebergi.*

Andreas *de Nouo caſtro Anglus,Dominicanorum ordinis doctor,ſcipſit ſuper ſententias lib.4. In Boetium De conſolatione philoſophiæ lib.5. Vixit anno* 1300. *Baleus.*

Andreæ *Ornithoparchi, De arte cantandi libri quatuor recogniti,Coloniæ apud Ioannem Gymnicum,*1535. * *Scripſit quoque Micrologum de Muſica actiuum: cui adiecit ſuos quoſdam verſus.*

Andreas *Oſiander ſcripſit Harmoniam euangelicam Græce & Latine, cum annotationibus & elencho harmoniæ. Lib. excuſus Baſileæ per Frobenium,*1537. *Item epiſtolam ad Huldricum Zuinglium apologeticam, qua docet, quam ob cauſam, quidq́ poſthac ab eo in Euchariſtiæ negotio expectandum ſit. Ioannes Petreius excudit Norimbergæ,*1527.*Præterea ſcripſit librum De vltimis temporibus,ac fine mundi ex ſacris literis,Norimbergæ apud Petreium anno Domini.*1544. *quaternionibus nouem. Diſputationes duas,vnam De lege & euangelio, habitam* 9. *Aprilis anno Domini* 1549. *& alteram De iuſtificatione habitam tertiò Calendas Nouembris anno Domini,* 1550. *Regiomonte Pruſſiæ excuſas anno Domini,*1550. *quaternionibus* 3. *Librum de imagine Dei quid ſit, Item an filius Dei fuerit incarnandus ſi peccatum non introiuiſſet in mundum, Ibidem excuſum,quaternionibus* 10.*Epiſtolam qua confutantur noua quædam & fanatica deliramenta, ab æmulis ſuis contra ipſum iactata,ibidem anno Domini,*1549. *Scripſit etiam contra Interim librum, qui tamen non eſt editus,& alia plura Germanice & Latine. Veluti,De illuſoribus libellum Germanicum. De cœlis cœlorum. De mediatore vnico Ieſu Chriſto, & De iuſtificatione fidei Latine & Germanice. Aduerſus Philippum refutationem eius reſponſi aduerſus ſuam confeſſionem.Demonſtrationem eiuſdem & ſolidæ ſuæ doctrinæ per* 30.*annos. Aduerſus Lucifugam Nycticoraca. De prophibitis nuptijs. Prima pocula ex ſuorum aduerſariorum libris. Sermonem de oratione dominica. Sermonem de verbis Pauli Rom.*6. *Qui mortuus eſt de peccato iuſtificatus eſt.* * *Item de iuſtificatione, confeſſione.Francofordiæ,anno Domini,*1552. *Scripſit item apologiam Noribergen. Catechiſmi aduerſus Ioannem Eccium,Germanice.Norimbergæ anno Domini* 1539. *Illuſtriſſimus princeps Pruſſiæ Albertus librum integrum,ſeu acta controuerſiæ Oſiandri in publicum edidit. Verum contra ipſius Oſiandri dogma De iuſtificatione hominis,ſcripſerunt Michael Rotingus, Philippus Melanchthon, Matthias Illyricus,Nicolaus Amſdorfius,Ioannes Pollicarius,Alexander Aleſius,Ioannes Knipshonius. Obijt anno Domini,* 1553. *in Pruſſiæ Regiomonte.*

* Andreæ *Pangratij breues quæſtiunculæ pro iuuenibus ex Euangelijs & Epiſtolis dominicalibus,anno* 1575.*Et Erforti in* 8.*anno* 1582. *Germanicè. Eiuſdem De conſcientia bona,vita iucunda, beata morte,certo cœlo, & hæreditate futuri gaudij.Germanice in* 8.*Francofurti ad Oderam.*1575. *Idem ſcripſit Methodum concinoandi, excuſus Witebergæ* 1571. *cum præfatione Georgij Maioris. Item precationes ſummarias ſuper epiſtolas & Euangelia Dominicalia, in* 4.*Noribergæ.*

Andreas *Panormitanus ſcripſit* Σικελικὰ τὰ κατὰ πόλιν, *teſte Athenæo.*

* Andreas *Papius Gandenſis Dionyſij Alexandrini libros de ſitu orbis interpretatus eſt: in* 8. *Antuerpiæ.anno* 1575.

* Andreæ *Patricij Niderici Parallela eccleſiæ catholicæ,cum hæreticorum ſynagogis.Vel,Cauſæ quibus permoti quidam, deſertis ſectis hæreticorũ, ad Eccleſiæ communionem redierunt.in* 8.*Coloniæ. Anno* 1576.

Andreæ *Perlachij Stiri, doctoris medici & ordinarij quondam Mathematici in Academia Viennenſi,commentaria Ephemeridum,ita conſcripta vt quiſque abſque præceptore ex ſola lectione integram inde artem conſequi poſſit. Ægidius Aquila excudit Viennæ Auſtriæ,anno Domini.*1551.*quaternionibus* 28.

Digitized by Google

* Andreas Perlicius Quendelburgenſis tractatũ Dauidis Chytrei, de vita æterna, & gloria beatorũ, in cœlis, è Latino in Germanicum ſermonem conuertit. In 8. Witenbergæ 1582.

* Andreæ Pernoderi Inſtitutiones, ſiue epitomẽ & declarationem ſcripti, Chriſtiani & ſacri Imperij Iuris. Germanicè. Ingolſtadij 1549. & rurſum anno 1579. Ibidem.

* Andreæ Peuernagi Cortracenſis, cantiones aliquot ſacræ, ſex, ſeptem & octo vocum, quibus addita elogia nonnulla verſibus expreſſa Latinis, tam viua voce, quam omnis generis inſtrumentis cantatu comodiſſ. 4. anno 1578.

Andreas de Piſa I. C. ſcripſit ſuper Inſtitutionibus Iuſtiniani & Pandectis.

Andreas Placus ſcripſit difficiliorum & Græcarum & Hebraicarum, omniumq; peregrinarum dictionum in Geneſeos libro interpretationem. Henricus Petrus Baſileæ.

Andreæ Planci inſtitutiones grammatices Hebreæ, excuſæ Vinnæ Auſtriæ, vnà cum Iona propheta & verſione eius Latina, apud Ægidium Aquilam, anno Domini 1552. in 8. chartis 12. & dimidia. Idem ſeparatim ſcripſit De vocalibus, & his quæ ad rationem legendi Hebræa pertinent, vt ipſe de ſe teſtatur.

Andreæ Planeri doctoris medici in Academia Argentoratenſi, Analyſis libri primi Phyſicorum Ariſtotelis. Argentorati 1571. quarto. * Eiuſdem theſes medicæ phyſicæ, de diuina formatione humani fœtus. Orationes item tres edidit 4. Tubingæ. 1579. Idem ſcripſit methodum inueſtigandi locos affectos. 4. Tubingæ. 1579. Extat eiuſdẽ quæſtionũ dialecticarum pars prima, continens doctrinam prædicabilium, prædicamentorum, & libri περὶ ἑρμηνείας Ariſtotelis. 8. Tubingæ. 1580. Eiuſdẽ analytica priora Organi Ariſtotelis, quæſtionibus expoſita. 8. Tubingæ. Georgius Gruppenbachius. 1582. Eiuſdem Theſes Medicæ & Phiſicæ, de concoctione eiuſq; differentijs in Academia Argentoratenſi publicè defenſæ ſunt. 4. Argentorati. Eius item diſputatio medica de capite & cerebro hominis, eiuſq; temperamento: Conſcripta & propoſita in Academia Tubingenſi. 4. Grupenbach. 1581.

Andreæ Poach concio funebris ex 4. cap. Oſeæ. Erdfurti. Confeſſio De Cœna D. Mulhuſij. Lutheri Explicacio 8. Pſalmi nunc primum edita. Eiuſdem de regno & officio Ieſu Chriſti Germanice. in 4. Mulhuſij. 1579.

* Andreæ Pouchenij ſuperintendentis Lubecenſis, ad Ioannis Palmerij Sacramentarij proteſtationes oppoſitas formulæ concordiæ, Chriſtiana reſponſio. 4. Lubecæ. 1579.

* Andreæ Præſbyteri Chronica manuſcripta. bibl. Imperat.

Andreas Praſmouius Polonus, eccleſiæ Poſnanienſis miniſter, quædam Polonice ſcripſit contra ſacroſanctæ Trinitatis hoſtes.

Andreæ Prolis ſermones.

Andreas Rapitius Tergeſtinus ſcripſit facilioris muſæ carminum lib. 2. Venetijs 1552. * Eiuſdẽ epiſcopi Tergeſtini deſignati oratio in funere Ferdinandi primi Romanorum Imper. M. S. 1565.

* Andreæ Rappenſteinij dialogus de miniſterio eccleſiæ ſiue officio eccleſiaſtis. Germanice in 8. anno D. 1547.

Andreas Rumel præfatus eſt in Codicem qui primus Norimbergæ impreſſus eſt, anno. 1475.

Andreas Sadelerus, Anglus, & Weſaliæ in Belgico Gymnaſiarcha, cum alia multa ſoluta oratione & verſu conſcripſit, tum ad Balcum epigrammata complura, è quibus vnum in 2. tomo ſcriptorum Angliæ legitur. Vixit anno 1556.

* Andreas de Sancto Magno hiſtoriam vniuerſalem à condito orbe vſq; ad anno D. 1438. continuauit etiam chron. Poloni Martini.

Andreas Schonerus Ioannis F. edidit Ioannis Regiomontani, Fundamenta ſeu demonſtrationes operationum tabulæ primi mobilis. Neuburgi añ Domini 1557. * Item Gnomonicen h. e. de deſcriptionibus horologiorum 1562. Norenbergæ.

Andreæ Schoppij Reſponſio ad quæſtionem de iudicio doctrinæ, an eccleſia & ſinguli Chriſtiani, poſſint & debeant vnamquamq; doctrinam dijudicare. Iſlebij anno 1570. Germanice. * Eiuſdem cauſæ, cur clandeſtina conuerſatio viri & fœminæ publice non confirmata, non ſit inter Chriſtianos ferenda. 8. Madeburg. 1576.

Andreas Seruetus Auigenus, ſcripſit ſuper Inſtitutiones à tit. de obligat. vſq; ad titulum quibus modis tollitur obligatio.

* Andreas Seuerinus ex Danica lingua in Latinam conuertit Viam vitæ, traditam à Nicolao Hemmingio. 8. Lipſiæ. 1574. Idem hiſtoriam eccleſiaſticam, continentem religionis propagatæ geſta quæ à Carolo Magno vſq; ad Imperat. Henricum 4. acciderunt, ante años quingentos à M. Adamo quodam ſcriptam, è tenebris in lucem vocauit & à mendis vindicauit. 4. Hafniæ 1579.

Andreas Stiborius Boius, Viennæ Auſtriæ Canonicus, & mathematum profeſſor, ſcripſit Opus vmbrarum quinq; lib. partialibus diuiſum, in quo diuerſarum proiectionum ſpeculationes, inſtrumenta, & horologia noua cum varijs circulis ſphæræ ad diuerſas eleuationes & ſuperficies comprehenduntur. Item librum inſtrumentorum aſtronomicorum primi & ſecundi mobilis, cum canonibus proprijs & veterib. Clypeum Auſtriacum cum canonibus, in quo aſtrolabij facies omni momento relucet. Libellum De varijs horologijs ſphæricis, concauis, columnaribus pyramidalibus, annularib. Lib. De varijs compaſſis. Libellum De varijs quadrantibus. Introductorium in ſenſibilem aſtronomiam, cum varijs aſtronomicis picturis, & calendario aſtronomico. Arma pietatis lib. 1. Contemplationem ſpeculi pietatis. Contemplationem De diuerſis matrimonijs. Contemplationem faciei ſaluatoris. Libellum de auctoribus mathematices. Præfationes in lib. diuerſos in mathematica à ſe publice prælectos. Determinationes quarundam quæſtionum De quolibet. Libellum 1. mobilis quadripartiũ, geometrice, arithmetice, exemplariter, & inſtrumẽtaliter, &c.

Andreas

Digitized by Google

Andreæ Theueti Singularitates, ſeu obſeruationes & deſcriptiones earum rerum quæ ſingulares obſeruatuq; dignæ ab eo viſæ ſunt in Gallia Antarctica, lib. impreſſus Gallicè in 4. Hunc Ioannes Lerius arguit falſi, quod multa non viſa, ex aliorū relatione ſcripſerit: multa quoque conficta eſſe ab eo, vt odium fidelibus qui cum Vilagagnono illuc nauigarunt, conciliaret. Eiuſdem deſcriptio Galliæ nondum edita laudatur ab Ortelio. Audio præterea vniuerſum terrarum orbem aliquot voluminibus ab ipſo quam diligentiſſime deſcriptum eſſe. * Eiuſdē coſmographia orientis Gallice excuſa Lugduni anno D. 1554. & Antuerpiæ anno Domini 1556. in 8.

Andreas Thurinus Piſcienſis, medicus Apoſtolicus, ſcripſit epiſt. contra Matthæum Curtium Ticinenſem medicum, De vena in curatione pleuritidis incidenda, vbi impugnat hanc Curtij concluſionem: In omni pleuritide in principio, corpore exiſtente pleno, fieri debet phlebotomia ex baſilica lateris dolentis. Pariſ. apud Aſcenſium. Et rurſus ad Paulum III. De curatione pleuritidis per ſectionem, quod opus Lugduni impreſſum eſt anno D. 1537. Item Reſponſiones contra Matthæum Curtiū De loco incidendæ venæ in morbo coſtali, libellus Bononiæ publicatus, anno 1543. Idem ſcripſit De bonitate aquarum fontanæ & ciſterninæ, quæ pluuialis eſt: præfert autem fontanam in hominum potu, excuſum Bononiæ anno 1543. Extat eiuſdem De embrocha noua, ſiue Duccia artificiali, qua ad varios morbos curandos vtuntur recentiores medici Florentini, diſſertatio. Eiuſdem opera edita ſunt Romæ anno D. 1545. in folio chartis 80. Sunt autem hæc. Diuerſorum doctorum virorum epiſtolæ hos Thurini lib. approbantium: & operis dedicatio ad Paulum III. P. M. in qua ſingulorum ratio redditur per authorem. Epiſtola ad Matthæum Curtium De loco incidendæ venæ in pleuritide. Liber De eodem contra aduerſarium & Briſſot, & Manardum. Reſponſiones ad libellum Matthæi Curtij de eodem. De noua Embrocha contra medicos Florentinos, credentes ſe irrigationibus quibuſdam artificialibus, naturales & ſponte natas aquas imitari. De cauſis dierum Criticorum contra Hieronymum Fracaſtorium, qui non in naturam, ſed humorem melancholicum dierum iſtorum cauſam libro edito retulit. De bonitate aquarum, fontium & ciſternæ: præfert autē fontanam, vt & Simon Portius in epiſtola his libris præfixa. An in fluxu muliebri & ſanguinis aquoſi tenuis ſuperflui menſtrualis, competant vere prouocantia vrinam. An in omni febre putrida competat phlebotomia, contra vulgus medicorum in omni febri ſiue frigida ſiue calida venam incidentes. Epiſtola ad Clementem VII. De cœna & prandio, Dino Florentino authore.

Andreæ Tiraquelli I.C. celeberrimi, & Regij in Curia Pariſienſi Senatoris, Super 11. Codicis, in tit. Res inter alios acta. Super 2. digeſti noui De verb. ſignifi. l. boues. parag. hoc ſermo. Super prima Codicis, Familiæ erciſcundæ. l. filium quem habentem. Super 2. Codicis De reuocand. Donatio l. ſi vnquam. Ceſſante cauſa ceſſat effectus. De iure conſtituti poſſeſſorij. Pariſijs 1549. De iudicio in rebus exiguis ferendo. De legibus connubialibus & iure maritali. De nobilitate, & iure primogeniorum. De pœnis legum & ſtatutorū moderandis. De præſcriptionibus. De priuilegijs piæ cauſæ. De ſtatuto continuante poſſeſſionem defuncti in hæredem, cui titulus Le mort ſaiſit le vif. De vtroque retractu, municipali, & conuentionali. Regulæ iuris. Omnia hæc Pariſijs & Lugduni excuſa ſunt. Obijt Pariſijs 1556. die 22. Decembris.

Andreas Tiraquellus ſuperioris filius eiuſdē Curiæ Senator, quædam parentis ſui opera poſt illius obitum edidit, & in ea præfatus eſt, veluti in Tractatum de præſcriptionibus, item De priuilegijs piæ cauſæ.

Andreas de Traiecto, Germanus ordinis S. Benedicti, ſcripſit Soliloquiorum hominis ad Deum, lib. I. De profectu virtutum, lib. I. De abſtinentia carnium lib. I. De vſu floccorum lib. I. Epiſtolarum ad diuerſos lib. I. Collationes varias librum I. Carmina & rhythmos, & quædam alia breuia. Claruit anno Domini 1445.

Andreas Trapezuntius Georgij filius, ſcripſit, præfationem ad Sixtum Pont. Max. in paternam Almageſti Ptolemæi traductionem, quæ præfixa eſt traductioni: Item defenſionem patris contra Theodorum Gazam.

* Andreæ Trixoſam Iuriſdoctoris index omniū materiarum, quæ in Venetiarum ſtatutis cōtinentur. Venetijs 1548.

* Andreæ Turini diſceptatiuncula Medica aduerſus opinionem Matthæi Curtij de prandio & cœnæ ratione. Pariſijs ſine anno.

Andreæ Vega De iuſtificatione liber impreſſus eſt in 4. Venetijs, anno Domini 1546.

Andreæ Vegæ Hiſpani, Magiſtri Salmanticenſis, De iuſtificatione doctrina vniuerſa libris 15. abſolute tradita, & contra omnes omnium errores, præclare defenſa. Colon. apud Quentelios 1572. fol.

Andreas Veſalius Bruxellienſis ſcripſit paraphraſim in 9. lib. Raſis ad regem Almanſorem, De affectuum ſingularum corporis partium curatione: excuſam Baſileæ in officina Roberti Winter, anno 1537. Item Epiſtolam, qua docet venam axillarem dextri cubiti in dolore laterali ſecandam: Rober. Winter excudit Baſileæ, 1539. Scripſit præterea, De humani corporis fabrica lib. 7. cum elegantiſſimis omnium figuris: Opus impreſſum Baſileæ, in officina Ioan. Oporini 1543. & anno 1554. ab authore recognitum & auctum. Epitomen ſuorum De humani corporis fabrica librorum ab eodem excuſam Latine & Germanice, in folio cum figuris. Epiſtolam, qua rationem docet propinandi radicis Chynæ decocti, Baſileæ ab eodem impreſſam in fol. & Lugduni anno D. 1547. in 16. Tractantur in ea epiſtola anatomica multa, & ſi titulus nō promittat. Emendauit etiam tranſlationem anatomicorum aliquot Galeni librorum, qui cum cæteris Galeni operibus excuſi ſunt Venetijs apud Iuntas. * Eiuſdem libri De humani corporis fabrica impreſſi ſunt Venetijs



Digitized by Google

apud Franciſcum Franciſcium in folio. anno 1568. Eiuſdem Chirurgia magna à Proſpero Bergarutio recognita emendata ac in lucem edita eſt. 1569.
* Eius anatomia Germanicè cum figuris, in folio. Norimbergæ. 1551.

Andreas *Victorius, Anglus, Canonicus Pariſienſis, Hugonis De S. Victore diſcipulus, ſcripſit Commentarios in 5. lib. Moſis, Ioſue, Iudicum, Regum quatuor lib. Paralipomen. duos, Eccleſiaſten. Parabolas Solomonis, Eſaiam, Ieremiam, Danielem, Ioelem. Fertur & ſuper quoſdam alios veteris teſtamenti libros ſcripſiſſe. Vixit año 1150. Baleus.*

Andreæ *Volani Epiſtola ad Nicolaum Pacium epiſcopum Kijouienſem, explicans controuerſiam his temporibus, de S. Trinitate motam, oſtendenſq; Patrem Filium & Spiritum ſanctum vt vnius eiuſdemq; naturæ ſiue eſſentiæ, ſic rectè vnum Deum dici, ad euitandam pluralitatem Deorum. Impreſſa Regiomonti 1565. cum N. Pacij confeſſione. * Idem ſcripſit Parænesin ad omnes in regno Poloniæ, magnoq; ducatu Lituaniæ, Samoſatenianæ & Ebioniticæ doctrinæ profeſſores. Item, ad noua Ebionitarum contra parænesin obiecta, reſponſionem. 8. Speyræ. anno 1582.*

* Andreas *Werner, de Turcico Imperio præſenti, orto anno 1300. Madeburgi 4. 1580.*

* Andreæ *Zani opuſculum vulgare ad Ferdinandum Regem Vngariæ, Bohem. & Rom. rithmis Italicis expreſſum & in 4. M.S.*

Andriſci *Naxiacorum lib. 1. & ſecundus citantur à Parthenio in Eroticis: & Athenæo lib. 1. Videtur autem hiſtoricum quid ſcripſiſſe.*

Androcidis *meminit Theophraſtus in Plantarum hiſtoria. Plinius libro 14. capite 5. & lib. 17. cap. 24.*

Androgeus *Londinenſium & Cantiorum comes, ſcripſit aduerſus Romanorum tyrannidem lib. 1. & ad Iulium Cæſarem epiſtolas multas. Claruit anno conditi mundi 3915. ante Chriſti vero aduentum 48.*

Andromachi *medici Neronis ſcripta Galenus in libris De compoſitione medicaminum, & alijs locis citat. Et aliquãdo paginas integras ex eius libris deſcribit. Inter cæteros autem nominat librũ De medicamentis compoſitis ad affectus extrinſecos. Apud Ætium cyphoides medicamen quoq; ad hunc authorem refertur.*

Andronis *Chronica, aut hiſtoriæ citantur ab Athenæo qui Alexandrinum nominat, à Plutarcho qui Halicarnaſſeum, à Laertio qui Epheſium appellat. Quærendum an tres ſint eiuſdem nominis. Andron libro quarto Sacrificiorum ad Philippum, citatur ab Apollonio in hiſtorijs mirabilibus. Idem in Tripode citatur à Clem. Strom. 1.*

Androclidam *citat Plutarchus in vita Lyſandri.*

Andronicus *dictus Alipius, Græcas ſcripſit hiſtorias, & Syriæ regum, atque aliarum gentium geſta tractauit, teſte Hieronymo.*

Andronici *ſcholia Græca in Homerum Venetijs reſeruantur, in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli. Fuit & alius Andronicus Rhodius philoſophus Peripateticus, cuius meminit Strabo: & alius hiſtoricus, qui res Alexandri ſcripſit.*

Andronici περὶ τάξεως ποιητῶν *libellus in bibliotheca Sambuci.*

Andronici *Calliſti De phyſica ſcientia & fortuna liber, extat in Vaticana bibliotheca Romæ: et in Strozæ bibliotheca.*

Andronici *Calliſti Monodia in expugnationem Conſtantinopolitanam, extat Græcè manuſcripta in bibliotheca Regis Gallorum.*

* Andronici *Imperatoris diſputationes contra Iudæos, Græcè m. ſ. fol. bibl. Imp.*

Androſthenes *citatur à Theophraſto de cauſis Plantarum lib. 2. cap. 7.*

Androtion *citatur ab Æliano lib. 8. De Varia hiſtoria & eius hiſtoria De Attica, à Pauſania lib. 6. & 10.*

Androtionis *cuiuſdam De agricultura libri citantur apud Plinium, qui in octauum, 10. 14. 15. 17. & 18. Naturalis hiſtoriæ libros multa ex ijs tranſcripſit.*

Anellus *Archamonus ſcripſit ſuper Conſtitutiones regni Siciliæ.*

Angela *virgo, Raimundi Bohemorum regis filia, in Tyro Paleſtinæ poſt mortem genitoris, ſub doctore Brocardo Hieroſolymitano, Carmeli velamen accepit, & anachoreticam vitam ducens, ſcripſit Contemplationes de Chriſto lib. 1. De Euchariſtia, lib. 1. Item reuelationum librum. Claruit anno 1190. Corpus eius Pragæ in Carmelitarum monaſterio conditum eſt.*

Angelinus *quidam ſcripſit in medicina volumen aureum, vt refert Champegius.*

* Angelomi *Leuitæ ſuper Geneſim & Eucherij epiſcopi Lugdunenſis, in libros Regum quatuor libri commentariorum, manuſcripti in bibliotheca Imperatoris.*

Angelomus *monachus Lexouienſis, ordinis S. Benedicti, ſcripſit excellentiſſimum opus in libros Regum, lib. 4. ad Lotharium in Cantica lib. 1. De diuinis officijs lib. 1. & quædam alia. Eius lucubrationes in lib. Regum & in Cantica canticorum excuſæ ſunt Coloniæ, 1530. Floruit anno Domini 830.*

Angeli *Anachoritæ vallis vmbroſæ, pro Concilio Lateranenſi contra conuenticulum Piſanum, Oratio habita ad Iulium II. PP. anno 1512.*

Angeli *Andreæ Reſendij Luſitani carmen eruditum & elegans, aduerſus ſtolidos politioris literaturæ oblatratores, Frobenius excudit Baſileæ 1531. Eiuſdem Genethliacon principis Luſitaniæ excuſum eſt in Gallia.*

Angelus *Aretinus* I. C. *(quem aliàs Angelum Gambilionum, vel de Gambilionibus de Aretio vocant) ſcripſit duo volumina commentariorũ ſuper Iuris ciuilis inſtitutiones ad Leonellum Eſtenſem Marchionem Ferrariæ. Opus typis excuſum Lugduni & Venetijs 1568. Item Lugduni 1570. in fol. regali. Item de teſtamentis, & clauſulis teſtamentorũ. De maleficijs in iure, & clauſulis proceſſ9*

inquiſi-

*inquiſitionalis: ſuper 3. librum Codicis, de inuentario. Conſiliorum volumina duo. Quædam ſingularia. Repertorium iuris. Super tertio C. De bon. vac. lib. x. l. ſi vacantia.* * *Eius de maleficijs. In 4. Lugduni anno* 1532.

* Angeli *de Arelio & D. Alberti, de Gandino opera aurea, nec non tractatus Guidonis de Suſa de tormentis. Lugduni* 1514.

Angelus *Barbatus Plutarchi De exilio librum tranſtulit.*

Angelus *Bologninus chirurgiam ex Auicenna publice docuit Bononiæ, & libros 2. ſcripſit De cura vlcerum exteriorum, & De vnguentis communibus in ſolutione continui. Impreſſa Baſileæ* 1536. *& Tiguri apud Geſneros fratres in opere chirurgico. Idem ſcripſit De morbo Gallico.*

Angelus de *Camerino, Italus, profeſſione Auguſtinianus, ſcripſit præclaras expoſitiones in Euangelia lib. 4. In epiſtolas Pauli, lib. 14. In dialecticis quoq; & vtraq; philoſ. plura edidit. Vixit anno D.* 1340. *Ambroſius* Choriolanus.

Angelus *Caninius Anglarienſis, tranſtulit in Latinam linguam, Simplici commentarium in Enchiridion Epicteti philoſophi Stoici. Hieronymus Scotus Venetijs excudit in fol. anno Domini* 1546. *Præterea ſcripſit inſtitutiones linguæ Syriacæ, Aſſyriacæ atq; Thalmudicæ, vnà cum Æthiopicæ atq; Arabicæ collatione, quibus addita eſt ad calcem noui Teſtamenti multorum locorum hiſtorica enarratio, Carolus Stephanus impreſſit Pariſiis. Eiuſdem Grammatica Græca, in qua quicquid vetuſtiſſimi ſcriptores de Græcæ linguæ ratione præcipiunt, atq; adeo omnia quæ ad dialectos intelligendas, & poetas penitus cognoſcendos pertinent, facili methodo exponuntur. Eo accedit plurimorum verborum omnis generis linguarum originis explicatio. Pariſijs in officina Morelli. in* 4.

Angeli *de Caſtro Paduani profeſſoris, De cauſis matrimonialibus tractatus copioſius, manuſcriptus. M. Dreſſerus.*

Angeli *Capreoli monachi, Stella, liber ad ius ſpectans.*

Angelus *de Clauaſio, natione Italus, ordinis fratrum minorum S. Franciſci, conſcripſit Summã angelicam, de caſibus conſcientiæ, quod opus Venetijs impreſſum eſt, anno* 1490. *& Lugduni apud Theob. Paganum. Additiones in eandem, lib. 1. & quædam alia. Claruit anno* 1494.

Angelus *Coſpus Bononienſis, homo in literis tum Græcis tum Latinis apprime eruditus, vertit Diodori Siculi libros decimumſextum &* 17. *Idem vertit librum Ioannis Monachi de vita Alexandri. in fol. Venet.* 1518.

Angeli *Decembrij Mediolanenſis oratoris ad Pium II. Pont. Max. Politiæ literariæ lib. 7. multiiuga eruditione referti, in lucem editi Auguſtæ Vindelicorum, anno Domini* 1540.

Angelus de *Duccis, Italus, Carmelita & doctor Bononienſis, rhetor, theologus, & poeta, ſcripſit in Gallijs ad Symphorianum Champerium, Apologeticon pro Italis ſcriptorib. lib. 1. Impreſ. Lugduni. Orationes & epiſtolas, lib. 1. Et alia plura. Vixit anno* 1508. *Champerius.*

* Angelus *Epiſcopus ad Arminium de ratione fidei in folio.*

Angeli *Fagij Sangrinij carmina ſacra de pietate in Deum, ab authore recognita & caſtigata, impreſſa ſunt Venetijs.* 1569.

Angelus *Florentinus geographiam Ptolemæi vertit.*

Angelus *Fortius medicus Venetijs edidit. lib. cuius titulus, De mirabilib. humanæ vitæ naturalia fundamenta. Excuſus in 8. anno* 1555. *Item libellum cui titulus eſt, Veritatis rediuiuæ militia, Venetijs* 1541. *Audio eum eſſe inſignem Aſtrologum, atq; ab omnibus medicis diſſentire, adeoq; in suo collegio medicorum Venetijs praxim exercere.*

Angeli *Fundij Itali orationem ad Iulium II. P. M. Senatus Senenſis nomine habitam, Iacobus Thanner Lipſiæ excudit, anno Domini* 1504.

* Angeli *à Gabilionibus tractatus de teſtamentis. Eiuſdem commentarius ad tit. Dig. de re iudicata, item interpretatio ad Titulum de appellationibus. folio Venetijs.* 1579.

Angelus *de Gyra ſcripſit De grabibus medicinæ.*

Angelus *Hieroſolymæ natus, genere Hebræ de tribu Iuda, Eremita montis Carmeli, ſub doctore Cyrillo, Hebraice, Græce, & Latine peritus, plures Iudæorum ad Euangelij fidem conuertit. Hic doctrina & vita ſanctiſſimus, futura prædixit multa, de regno Turcarum ampliando, de repub. Chriſtianorum affligenda, ac prophetiam ſuper eiſdem edidit, lib. 1. ( qui in Italia impreſſus eſt.) Martyrio tandem in Sicilia coronatur ſub duce Berengario, quòd eius mœſtum redarguerit, anõ Domini* 1220. *Enochus & Mantuanus.*

* Angelus *Maſarellus S. R. Apoſtol. Sedis Notarius Epiſtolam monitoriam ad Iacobum Schroppium abbatem Maulbrunnenſem, de Synodo Oecumenica ab ipſo nuper ficta, & ſcripta.* 8. *Romæ. anno* 1582.

* Alexander *Anglus Theologus ſummã ſeu deſtructionem vitiorum ſcripſit.* 4. *Venetijs.* 1582.

Angeli *Odoni epiſtolæ à Ioanne Oporino impreſſæ ſunt in octauo.*

Angeli *Panareti & Matthæi* χαλκέων *contra Latinos in quibus ab ijſdem diſſident, liber manuſcriptus in bibliotheca Ioan. Sambuc.* * *Eorundẽ ſermones contra primatum & monarchiam papæ, ad omnes eccleſias ſecundum apoſtolum Petrum: Itemq; de purgatorio contra Aquinatem liber. Græce M. S. in fol. bibl. Imper.*

Angelus *de Periglis, de Peruſio* I. C. *ſcripſit ſuper ſtatutis, ſuper primo & ſecundo ff. noui. De verborũ obligatione in ſecundo ff. noui l.* 4. *parag. Cato ſuper ſecundo Inforciati, De Syndicatu. parag. proficiſci. De Suitate & extraneitate. De lib. & poſthu. in ſecundo Inforciati l. in ſuis.*

* Angeli *Picutini à Corſimano, ordinis prædicatorum, de Sacro Iubilæo libri* 4. *in* 4. *Romæ. anno Domini* 1575.



Digitized by Google

Angelus Politianus, ſcripſit Epiſtolarum lib. 12. miſcellaneorum centuriam 1. tranſtulit in Latinam linguam Herodianum hiſtoricum, Enchiridion Epicteti, cum defenſione ad Barthol. Scalam. Alexandri Aphrodiſiei ſuper nonnullis phyſicis dubitationibus ſolutionum lib. 1. Plutarchi Chæronei amatorias narrationes. Scripſit in priora Ariſtotelis Analytica prælectionem, cui titulus Lamia: & aliam, cui titulus Panepiſtemon. Epiſtolam ad Laurentium Mediceu de Ira. Præfationem in Homerum. Extant & alia multa ab eo ſcripta, nempe Oratio ſuper Statij ſyluis, & Fabio Quintiliano. In C. Suetonij expoſitionem præfatio. Oratio pro oratoribus Senenſium, ad Alexandrũ VI. Pont. Max. Pro oratoribus Florentinorum, ad Alphonſum Siciliæ regem oratiuncula. Alia ad eundem gratulatoria. Pro prætore Florentino, ad dominos ineuntes ſummum magiſtratum. Magni Athanaſij in Pſalmos opuſculum Latinitate donatum. Dialectica, in qua ſumma rerum capita, quinq; vocum Porphyrij, & totius organi Ariſtotelici, delibantur. Prælectio de Dialectica, vbi eam à prima philoſophia diſcernit, & quibus præceptoribus in ea profecerit, declarat. Prælectio in A. Perſium. Sylua, cui titulus Nutricia: argumentum de poetica & poetis, carmine heroico. Sylua, cui titulus Ruſticus, ab argumento inditus, in poetarum Heſiodi Virgilijq; Georgic. enarratione pronuntiata, verſu heroico. Sylua, cui titulus Manto, in Bucol. Virgilij enarratione pronuntiata, verſu heroico, in laudem Virgilij, vbi & eius operum argumenta proponuntur. Sylua, cui titulus Ambra, in poetæ Homeri enarratione pronuntiata, eodem genere verſuum: eſt autem poematum Homeri perioche. Elogia, ſiue Epicedion in Albieræ immaturum exitum. Epigrammata varia Latina & Græca: & alia. Huius lucubrationes Aldus primum Venetijs excudit, poſt Aſcenſius Pariſijs, anno 1519. vnà cum commentarijs ſuis in epiſtolas, & miſcellanea: & Fr. Syluij quoq; in epiſtolas, cum indice, & Græcorum omniũ per Iacobum Tuſanum, interpretatione. Præter hæc ſcripſit, libellum De coniuratione Pacciana contra Laurentium & Iulianum Medices, qui ſeparatim Florentiæ editus eſt ternionibus 3. Item orationem Vliſſis ad Achillem. Claruit anno 1494.

* Angeli Rochi Theſaurus ſacerdotalis iuxta conſuetudinẽ S. Romanæ Eccleſiæ, ſacriſq; Concilij Tridentini ſanctiones, ex diuerſis voluminibus collectus, & in quatuor partes diuiſus. Auctore R. D. Franciſco Samarino Beneficiato Lateranenſi. 4. Venetijs.

Angelus Sabinus vixit Peroti et Calderini ætate, & cum hoc inimicitias exercuit, ſcripſit Belgicum carmen, & comment. in Iuuenalem Satyricum. Gyraldus de poetis recentioribus.

Angelus Saxo de Brunſuico, ſcripſit in Canonem miſſæ lib. 1. Sermones varios lib. 1. Quæſtiones diuerſas lib. 1. & quædã alia. Floruit anno Domini 1481.

Angelus de Vbaldis, Peruſinus, Baldi frater, & ſtudiorum eius ſocius, compoſuit commentaria ſuper Codi. lib. 9. ſuper ff. veteri lib. 24. ſuper ff. noui lib. 12. ſuper Inforciati lib. 14. ſuper Inſtitutio. lib. 4. ſuper tribus libris Codicis, ſuper Authenticis. Conſilia de ſequeſtro. In 2. Codicis, vnde liberi, in 3. l. qui ſe patris. Super totum ius ciuile: ſed deficit in primum Codicis, vt per Opizo. In rep. parag. diui. Floruit anno D. 1344.

Angelus de Vbaldis ſenior, ſcripſit ſuper 3. libris Codicis. De inquiſitionibus: in repet. l. ſi vacantia. C. de bon. vacanti, lib. 10. * Eiuſdem ſuper autenticis. Lugduni. 1536.

Anianus quidam è Græca lingua in Latinam tranſtulit, octo primas homilias Chryſoſtomi in Matthæum, impreſſas cum operibus Chryſoſt.

Aniani Computus Manualis Eccleſiaſticus. In 4. Lugduni anno 1504.

Anianus de Schönaw vel Schonhonia, ordinis Dominicanorum, epiſcopus Aſaphenſis, ſcripſit ſuper fabulis poetarum lib. 1. Baleus.

Aniſius Abbas, ſcripſit Tragœdiam quandam & alia multa carmine.

Anitij papæ Decreta extant cum reliquis impreſſa Coloniæ.

Anitius Boetius Manlius Seuerinus, conſul Romanus, ſcripſit ad Symmachum ſocerum ſuum, Romanæ vrbis patritium, De ſancta Trinitate lib. 1. De vnitate Trinitatis lib. 1. De duabus naturis in Chriſto lib. 1. De fide ad Ioannem diaconum lib. 1. De vnitate & vno lib. 1. De Iſagogis Porphyrij lib. 2. In ſecundam eiuſdem editionem lib. 1. In categorias Ariſtotelis lib. 2. In Perihermenias eiuſdem lib. 1. In editionem eiuſdem ſecundam lib. 6. De diuiſionibus lib. 1. De definitionibus lib. 1. Ad categoricos ſyllogiſmos introductionum lib. 1. In topica Ciceronis lib. 6. De differentijs topicis lib. 4. De ſyllogiſmo categorico. lib. 2. De ſyllogiſmo hypothetico lib. 2. De hebdomadibus lib. 1. De Arithmetica lib. 2. De Muſica lib. 5. De philoſophica conſolatione lib. 5. In Geometriam Euclidis lib. 3. De diſciplina ſcholarium, vt aliqui volunt lib. 1. De locis Rhetoricis lib. 1. De prædicatione poteſtatis lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. De fide lib. 1. Venetijs excuſi ſunt anno 1491. & Baſileæ per Heinricum Petrum. Complures libri ſeparatim excuſi, cum in Gallia tum in Germania, vt Dialectici, Cõment. in Topica Ciceronis, De conſolatione theologiæ. Item liber De duabus naturis in Chriſto, cũ alijs ſcriptis Patrum de eadem re Tiguri editus eſt à Ioſia Simlero, additis ſcolijs. * Eius quæſtionum explicationes, manu ſcript. ſine auctore, ſunt in bibl. Imperat. Et de conſolatione philoſophiæ, lib. 5. ex vetuſtiſſimis libris à Theod. Pulmanno Granebergio emendati, in 16. Antuerpiæ, item Lugduni in 16. Idem tractatus in linguam Gallicam eſt tranſlatus, manus ſcript. habetur in bibl. Imperat. in quarto. Ibidem habentur Anitij quæſtionum explicationes manuſcript.

Anna Askeuue, prælcari generis iuuencula, natione Angla, quæ ob fidei ſyncerioris confeſſionem

Digitized by Google

nem combuſta eſt, propria manu ſcripſit Examinationum priorum lib.1. De vltimo ſuo conflictu lib. 1. à Ioan. Baleo poſtea ſcholijs illuſtratos. Vitæ finem accepit anno 1546.16. Iulij.

* Annæ Burgenſis Iuris Doct. & Senatoris Pariſien. Confeſsio adiuncta Feliciani Ninguardæ aſſertione fidei Catholicæ, in 4. Venet. anno Domini 1563.

Anna vxor Nicephori Meliſſeni, filia Irenes & Alexij Imperatoris, Comnena, ſcripſit hiſtoriam circa annum Domini 1100. quam Alexiadem vocauit lib.15. quæ extat in quibuſdam bibliothecis Italiæ: & Auguſtæ Vindelicorum. Dicitur nuper publicata Venetijs.

Annæus Cornutus grammaticus, ad Italicum de Virgilio libro decimo, citatur à Chariſio. Idem De figuris ſententiarum libro ſecundo, citatur à Gellio lib.9. cap.10.

Annæus Florus ad D. Hadrianum, adducitur à Chariſio.

* Annibalis Cari Epiſtolarum familiarium Tomus ſecundus Venetijs 1581. Italicè.

Annibal Cruceius, Mediolanenſis, Achillis Statij libros ex Græca lingua in Latinā conuertit. Baſileæ impreſsit Heruagius.

Annibalis Monterentij, Scholia in ſtatuta inclitæ ciuitatis Bononiæ, impreſſa ſunt Bononiæ anno 1561. folio.

Annibalis Patauini Muſici liber primus Motetorum quinque & ſex vocum, Venetijs apud Gardanum 1568. Eiuſdem Miſſæ ibidem impreſſæ anō 1566. Cum Cypriani Rore & Orlandi Miſsis.

* Annibalis Raymondi geomantia, chiromantia, phyſiognomia, Italicè, in 8.

Annibalis Troyſij Cauenſis Commentarij ſuper ritus magnæ curiæ vicariæ regni Neapolis.

Anniceris Cyrenæus ex ſchola Ariſtippi, Cyrenaicam ſectam emendauit, & Anniceriam ab ea deriuauit, vt Strabo teſtatur, lib.17.

Annio Fœcialis citatur apud Plinium, qui in naturalis hiſtoriæ librum 36. multa ex eius libris tranſcripſit.

Annius Cornicula Galieni Imperatoris mores atq; vitam deſcripſit, vt teſtis eſt Trebell. Pollio.

Annonius, Vide Aimoinus.

Ansbertus in Apocalypſin, Coloniæ, anō 1536.
* Idem qui Ambroſius Anſbertus.

Anſegiſus abbas Lobienſis cœnobij, ordinis S. Benedicti, & poſtea Senonenſis archiepiſcopus, diſtinxit & comportauit Imperatorum Caroli Magni & Ludouici leges. Statuta eccleſiaſtica Caroli lib. 2. Leges mundanas eiuſdem lib.2. Statuta eccleſiaſtica Ludouici lib.2. Leges mundanas eiuſdem lib. 2. Omnia hæc impreſſa ſunt ab Heinrico Petri cum alijs legibus. Vixit anno Domini 840.

Anſelmus Auelburgenſis epiſcopus in Marchia, multa ſcripſit cōtra ſectas monachorum, è quibus nonnulla citantur ab Illyrico in Catalogo teſtiū veritatis. Vixit anno 1150.

Anſelmus archiepiſcopus Cantuarienſis in Anglia, ordinis S. Benedicti, ſcripſit contra gentes, Cur Deus homo lib.2. De incarnatione verbi contra Iudæos lib.1. De cōceptu virginali lib.1. Proſologion lib.1. Monologion lib.1. De ſpiritu ſancto contra Græcos lib.1. De caſu diaboli lib.1. De diuerſitate ſacramentorum lib.1. De fermento & azymo lib.1. De voluntate Dei lib.1. De ſancta Trinitate lib.1. De pace & concordia lib.1. De libero arbitrio lib.1. De gratia & libero arbitrio liber 1. Dialogum de veritate lib.1. De ſimilitudinibus lib.1. De menſuratione crucis lib.1. Meditationes de paſsione Domini lib.1. De beata vita lib.1. De beata ſufficientia lib.1. De bona occupatione lib. 1. De laudibus S. Mariæ lib.1. Stimulum amoris lib.1. Pro inſipiente lib.1. Contra inſipientem lib.1. De miſeria hominis lib.1. De Antichriſto liber 1. Dialogum Chriſtiani & gentilis lib.1. De octo beatitudinibus lib.1. Dialogum de paſsione Domini, De membris Deo attributis lib.1. De ſacramentis & officijs diuinis lib.2. Prouerbia, id eſt, De domo conſcientiæ lib.1. In Hexaemeron lib.1. Ad Lanfrancum archiepiſcopum lib.1. De Grammatico lib.1. De S. Ioanne Baptiſta lib.1. In aſſumptione S. Mariæ hom.1. Ad Guibel. Hirſaugien. epiſt.1. Epiſtolarum ad diuerſos lib.1. De peccato originali lib.1. In omnes D. Pauli Apoſtoli epiſtolas enarrationes, impreſſas Coloniæ anno Domini 1533. & Pariſijs anno 1549. Scripſit præterea (vt Ioan. Baleus in eius vita refert) De prædeſtinatione lib.1. De animæ origine lib.1. De imagine mundi lib.2. Dialogum de paſsione. Sed libros de imagine mundi alij Honorio incluſo adſcribunt. Claruit anno Domini 1061. * Eius omnia opuſcula Pariſijs 1549. excuſa.

D. Anſelmi commentaria in Matthæum, excuſa ſunt Antuerpiæ apud Ioannem Grauium, anno Domini 1551.

D. Anſelmi omnia quæ reperiri potuerunt opera, tribus diſtincta tomis, edita ſunt Coloniæ apud Maternum Cholinum anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio.

Anſelmus epiſcopus Lucenſis, reliquit monumenta in Hieremiam prophetam lib.1. In pſalterium quoque lib.1. Contra Guibertum antipapam lib.1. Et plures epiſtolas ad diuerſos lib.1. Claruit anno Domini 1080.

Anſelmus Laudinienſis ſcholaſticus, nouo expoſitionis genere vtriuſque Teſtamenti ſcripturas gloſſa interliniali & marginali ex patrum ſcriptis explanauit. Scripſit etiam in pſalterium commentariorum lib.1. & quaſdam epiſtolas. Vixit anno Domini 1110.

Anſelmi epiſcopi Marſicani, Vaticinia ſuper ſtatu ſummorum Pontificum Romanæ eccleſiæ, explanata à Paulo Scalichio. Coloniæ anno Domini 1570.

Anſelmus Parmenſis, ſcripſit magica quædā, teſte Heinrico Corn. Agrippa.

Anſelmus monachus Remenſis, ordinis ſancti Benedicti, natione Gallicus, ſcripſit Itinerarium Leonis Papæ. lib.1.

* Anſelmi Monachi ordinis minorum terræ ſan



Digitized by Google

ctæ, & vrbis Hieroſolymæ deſcriptio, in 4. Cracouiæ, anno 1514.

* Anſelmi *Stoeckelij Equitis aurati, libellus de animi facinoribus prauis cohorreſcentis anguſtia, & viciſſim optime ſibi conſcij libertate, 8. Monachij anno Domini 1577. Eiuſdem Enchiridion Strategematicon, ſiue libri tres Canones & conſilia bellica complectentes. 4. Tegernſee anno 1577. Idem Bachanalia Nephalia Antonij Chyonorini in lucem edidit & ſcholijs illuſtrauit. 8. Monachij anno 1577.*

Anſer *poeta, ſcripſit Encomium M. Antonij. De hoc Anſere Cicero in Philippicis, & Propertius in fine ſecundi, & Ouidius 11. Triſtium, Cinnaq; procacior Anſer.*

Antagoræ *poetæ carmina citantur à Diogene Laertio.*

Anteus *quidam citatur apud Plinium, qui in librum 12. & 13. Naturalis hiſtoriæ quædam ex eo mutuatus eſt.*

Anthemij *cuiuſdam liber* περὶ παραδόξων μηχανημάτων, *Romæ extat. Anthemium Romæ conſulem fuiſſe lego, ſub Theodorico rege.*

Anthemij *viri illuſtris, Comitis, Epiſtola ad glorioſum Theodoricum regem Francorum De obſeruationibus ciborum, manu ſcripta extat apud Occonem medicum.*

Antheri *Papæ Decreta cum reliquis impreſſa Coloniæ.*

Anthes *Anthedonius ex Anthedone Bœotiæ hymnos condidit, vt ex Heraclide Plutarchus refert in libro de Muſica.*

Antippi ἐγκαλυπτόμενος *citatur ab Athenæo.*

Antias *citatur à Plinio, vide Valerius Antias.*

Antibius *philoſophus Stoicus, Aſcalone natus, citatur à Stephano.*

Anticlaudianus *nomen eſt libri ab Alano conſcripti, de quo ſuprà.*

Anticlides *ſcripſit* περὶ νόστων *De reditibus ſeu reuerſionibus, item Exegeticum, citatur ab Athenæo, Plinio lib. 4. 12. 13. et Clemente Alexandrino.*

Antidami *Heracleopolitæ hiſtoria Alexandri Macedonis item Antidamus in Moralibus, citatur à Fulgentio De priſcis vocibus.*

Antidori μεμψίμοιρος & πρωτόχορος, *citatur ab Athenæo.*

Antigenides *Satyri F. Thebanus Muſicus, auloedus Philoxeni. Hic calceis Myleſijs primus vſus eſt, et in Comeſſatore Crocotum pallium induit. Scripſit carmina. Suidas.*

Antigenis *Iſtri hiſtorias citat Plutarchus in vita Alexandri Magni, & Plinius lib. 5.*

Antigoni *ſcripta, idem Plutarchus adducit in Romulo.*

Antigoni *regis epiſtolium ad Zenonem, apud Laertium lib. 7.*

Antigoni *Macedonicam* περιήγησιν, *Stephanus de vrbibus citat.*

Antigonus *Italicæ hiſt. ſcrip. citatur à Feſto.*

Antigoni *mirabilium narrationum congeries Græcè & Latinè Guilielmo Xilandro interprete, Baſileæ apud Guarinum 1568. Citatur etiam Antigonus in Alterationibus ab Anton. Liberali.*

Antigonus *Caryſtius in Antipatro, Zenone, Menedemo, Vitis, De phraſi* περὶ λέξεως, *citatur ab Athenæo, & in Pyrrhone à Laertio. Videtur autem Laertij ætate vixiſſe, is enim, Antigonus Caryſtius (inquit) in libro quem nuper de Zenone edidit.*

Antigonus *Cymæus, ſcripſit de Agricultura, vt Varro & Columella tradunt: huius ſcriptis vſus eſt Plinius lib. 8. 10. 14. 15. 17. & 18. libris Naturalis hiſtoriæ.*

Antigonus *fictor qui de ſua arte compoſuit volumina, citatur à Plinio lib. 34. cap. 8. Idem lib. 35. cap. 10. cum de picturis ſcripſiſſe refert. Cæterum in Elencho 33. & 34. libri inter eos numerat qui de Toreutice ſcripſerint: Videtur ex Plinio hunc vixiſſe Attali temporibus.*

Antileo *in ſecundo de Temporibus, citatur à Laertio in vita Platonis.*

Antilochus *ſcripſit de omnibus viris doctis à Pythagoræ ætate vſq; ad mortem Epicuri, quæ fuit 10. menſis Octob. complectitur autem annos 312.*

Antilochus *alter à ſuperiore, cum mediocria quædam de Lyſandro carmina edidiſſet, delectatus ille, muneris gratia pileũ impleuit argento. Plutar.*

Antimachus *Colophonius, Hipparchi F. grammaticus & poeta. Quidam Panyaſidis poetæ famulum fuiſſe, falſo tradunt, eius enim & Steſimbroti auditor fuit. Vixit ante Platonem. Suidas. Hic cum Nicerato Heracleote certatim egit Lyſandria poemata: ſed cum Nicerato coronam donaſſet Lyſander, Antimachus dolore percitus, ſcriptum à ſe carmen aboleuit. Tunc iuuenis adhuc Plato, eius poeticum admiratus ingenium, qui ſuperatum ſeſe moleſte ferebat, reuocatum mitigabat, ignaris ignorantiam malum eſſe præfatus, quemadmodum cæcitatem non videntibus. Plutarchus in vita Lyſandri. Scripſit præterea Thebaida ſiue expeditionem Argiuorum contra Thebanos, quod opus citatur à Pauſania in Arcadicis, & Plutarcho in vita Homeri, et Athenæo, à quo etiam* ἔπη τινὰ *eiuſdem citantur. Porrò Stephanus de vrbibus citat Antimachum* ἐν Ἀρτέμιδι β.

Antimachus *Pſecas, poeta Melicus, id eſt, qui cantilenas ſeu carmina ſcripſit. Cognomentum ſortitus à minuta pluuia, quod familiares diſſerendo paulatim quaſi irrigaret, atq; doctrina ſua aſpergeret. Suidas.*

Antimachus *hiſtoriographus alius à ſuperioribus. Suidas.*

Antimachus *alius Heliopolitanus, Ægyptius, Coſmopoeiam ortum ſiue conditionem mundi ſcripſit verſibus heroicis 5780. Suidas.*

Antiochus *cuiuſdam vrbis epiſcopus, ſcripſit contra auaritiam lib. 2. De illuminatione cæcinati liber 1. Homilias ad populum plures liber 1. & alia nobis incognita. Antiochi Theologi veteris conciones Græcè extant Florentiæ. * Antiochi epiſcopi Loci communes ſacri de fide, de ſpe, de temperantia, de auaritia, de libertate dicendi, de*

di, de

*dii, de triſtitia, de inani gloria, de vſura, de fornicatione, de pigritia, de contemptu, de furto, de certamine ſeu agone, de labore, de hoſpitalitate, Græce Ms. fol. bibl. Imp.*

Antiochus *præfectus & conſul ſub Theodoſio, contulit operam ſuam ad codicem Theodoſianum.*

Antiochus *philoſophus, Ciceronis & Varronis præceptor, ſcripſit librum ad Q. Lucium Balbum, De concordantia Peripateticorum & Stoicorum, teſte Cicerone. Antiochus philoſophus, ſcripſit De dijs immortalibus librum, ex quo hiſtorias quaſdam recitat Plutarchus in vita Luculli.*

Antiochi *cuiuſdam Græci Epigrammata tria, in ſecundo libro Florilegij.*

Antiochi *Monachi liber Pandectes Græcus, Romæ ſeruatur. Eiuſdem ad Euſtathium præfectum ciuitatis Ancyræ Galatiæ, capita quædam Ethica, Græce extant in bibliotheca Regis Gallorum, Ms.*

Antiochi *(neſcio an eiuſdem) De diuerſis argumentis eccleſiæ admonitiones, Græce habentur in bibliotheca regis Gallorum.*

Antiochi *theſauri Apoteleſmatum capit. 107. Romæ extant in Vaticana bibliotheca.*

Antiochus *Alexandrinus, De poetis mediæ Comœdiæ ſcriptoribus, citatur ab Athenæo.*

Antiochus *Laodicenus Scepticus philoſophus, citatur à Laertio in Pyrrhone.*

Antiochus *Syracuſanus, Xenophanis F. exorſus à Cocalo Sicanorum rege, De rebus geſtis Siculorum nouem volumina conſcripſit, vſq; ad Olympiadem 89. Diodorus Siculus 12. lib. Meminit eius & Pauſanias lib. 10. Antiochi Xenophanis liber de Italia, citatur ab Heſychio.*

Antiochus *Tiberius, De Cheiromantia ſcripſit lib. 3. ad Octauianum Vbaldinum Merchatellæ Comitem, impreſſos Moguntiæ, 1541. Claruit anno 1494.*

Antipatri *ſcriptoris Græci fragmentum, De nuptijs, ſermone ſoluto extat in Ioannis Stobæi collectaneis.*

Antipatri *poetæ epigrammata Græca circiter 90. extant paßim in Florilegio Planudis, citra adiectionem cuias fuerit.*

Antipatri *Boſtrenſis epiſcopi ſermo in natiuitate, habetur Græce in Italia. * Eiuſdem homiliæ tres in Ioannem Baptiſtam, in Zachariæ ſilentium, & in ſalutationem Angelicam, Græce Ms. in 4. bibl. Imperat.*

Antipatri *cuiuſdam theologi Sermones diuerſi Græce extant in bibliotheca Auguſtana.*

Antipater *Macedo, Alexandri ſucceſſor ſcripſit Epiſtolarum lib. 2. in quibus vna eſt, qua de Ariſtotelis obitu ſcribit, cuius meminit Plutarchus in vita M. Coriolani circa finem, ſcripſit præterea hiſtoriam de Perdiccæ geſtis Illyricis. Et epigrammata, quæ in Florilegio extant.*

Antipatri *Sidonij epigrammata Græca 19. in Florilegio leguntur. Item non inſuaue in Homerum epigramma, in Homeri vita, quæ Plutarchi vitis adiecta eſt in fine. Idem nobili epigrammate in Sappho, decimam inter Muſas eam coaptat. Ex tempore innumerabiles penè verſus faciebat, vt teſtatur Cicero & Quintilianus.*

Antipatri *Theſſalonicenſis epigrammata ſedecim leguntur in Florilegio.*

Antipater *Tarſenſis, philoſophus Stoicus, cuius Strabo meminit, citatur ab Athenæo in libris de ſuperſtitione & de ira.*

Antipater *Tyrius, Stoicus philoſophus, Diogenis Babylonij diſcipulus, vixit Ciceronis ætate, qui eius meminit 2. de Officijs, his verbis: Antipater Tyrius Stoicus, qui Athenis nuper eſt mortuus. Meminit huius quoq; Strabo. Scripſit De officijs, ac à Cicerone laudatur 2. & 3. Offic. Citatur etiam à Laertio eius libri, De mundo, De definitionibus, De anima. Περὶ λέξεων καὶ τῶν λεγομένων. Præterea refert Cicero, primo de Diuinatione Antipatrum Panætij doctorem Stoicum philoſophum, ſcripſiſſe lib. 2. De diuinatione vel potius de Somnijs. Verum hic forte fuerit Tarſenſis: nam Tyrius, qui Ciceronis ætate vixit, non potuit Panætium diſcipulum habere, cū hic Africani præceptor fuerit. Citatur etiam à Plutarcho Antipatri liber De animalibus, non addito cognomine.*

Antipater *hiſtoricus laudatur à Cicerone: eſt autem Cælius Antipater, de quo in C. litera.*

Antipatri *cuiuſdam ſcripta citantur apud Plinium, qui in lib. 8. Naturalis hiſtoriæ quædam ex his tranſcripſit.*

Antiphanes *Bergæus Comicus, ſcripſit vt aiūt incredibilia, vnde prouerbium ortum eſt βεργαΐζειν; id eſt, Nihil veri dicere. Stephanus de Vrbibus.*

Antiphanes *Demophanis F. aut Stephani & matris Oenoæ, Cianus: vel vt alij Smyrneus: ſecundum Dionyſium Rhodius, mediæ Comœdiæ Comicus, quibuſdam autoribus ſeruili natus genere. Vixit Olympiade 93. ſcripſit Comœdias 365. vel vt alij 280. vicit 13. Filium habuit Stephanum Comicū & ipſum. Obijt in Chio annos natus 74. caſu pyro ictus. Suidas. Cæterum Nicolaus Gerbelius in Græcia ſua, ſcribit Antiphanem Lariſſæ in Theſſalia natū mediæ Comœdiæ poetam, ſed ſub Demoſthene in Athenienſium ciuitatem, receptum, frequentius Athenienſem quàm Theſſalum nominari. Ab Athenæo citantur Antiphanis fabulæ 105. Citatur & à Stobæo & Plutarcho. Antiphanis poetæ de Batalo teſtimoniū, adducit Plutarchus in vita Demoſthenis. Fabularum Antiphanis nomina, quæ adhuc extant, ſunt hæc. Agroicus ſeu Butalion. Æolus. Aceſtria. Acontizomene Iaculo percuſſa. Alienomene Piſcatione capta. Alceſtis. Amans. Anteia. Arcadia: Arcas Harpazomene rapta. Archeſtrata. Archon ſeu princeps. Tibicen. Tibicina. Arphrodiſus. Veneris γοναί. Bacchæ. Bœotia. Bœotius. Bombylion. Butalion. Γαμοί nuptiæ. Γάμος. Ganymedes. Gyratades. Gorgythus. Deucalion. Didymi. Duplex. Drapetagogus Fugitiuorum dux. Dyſerotes In amore infelices. Dyſpratus. Dodona. Seipſum amans. Euthydicus. Zazynthus. Thamyras. Thombycion. Thoryci. Medicus. Equites. Caneus. Karne. Hortulanus. Cytharœdus.*



Digitized by Google

Cleophanes. Κνοιθιδεὺς ſeu γάστρων ventricoſus. Corinthia. Κουρίς. Cretenſes. Cyclops. Κνοιθιδεία. Κώρυκοι κύριοι. Lampas. Lampon. Leonides. Leptiniſcus. Λήμνιαι. Lemniæ. Lydus. Lycon. Milanion. Metragyrtes. Malorum oſor. Monumenta. Mœchi. Myſtica ſeu initiata. Adoleſcentes. Pullus νεοττίς. Similes. Germani. Cognomines. Omphale. Puerorum amator. Paraſitus. De ſcortis, quæ ſunt Athenis. Diuites. Poeſis. Ponticus. στρίβατις. Problema. Progenitores. Exhortatorius. Samus. Sappho. σκληρίαι. Scytha. Miles vel τύχων. Timon. Vulneratus. Tritagoniſtes. Tyrhenes. Hydra. Hydria. Somnus. Philetærus. Thebanorum ſtudioſus. Philometer. Philopator. Philotis. Phyſiognomicus. Chryſis.

Antiphanes, *de ijs quæ inuenta ſunt, citatur à Clemente Strom.*1.

Antiphanis *Byzantij poetæ epigrammata leguntur in Florilg. Planud. quæ cum ſint ſeptem, in vno tantùm nomen gentile Byzantij additur.*

Antiphili *epigrammata 27. in Florilegio.*

Antiphili *Byzantij epigrammata 8. ibid.*

Antiphon *Philocrus citatur apud Fulgentium in Mytholog.*

Antipho *Athenienſis haruſpex, & verſificator & rhetor, dictus Logomagirus, quaſi verborum coquum dicas. Suidas: & paulo poſt, Antipho Athenienſis coniector, De interpretatione ſomniorum ſcripſit.*

Antipho *Rhamnuſius, orator antiquiſſimus, præcepta dicendi tradidit, teſte Fabio. Huius orationes feruntur 60. ex quibus 25. falſo illi attribui ſcribit Cecilius. Hic cum ſub Platone eſſet, pecuniæ ſtudio vnà cum Piſandro ſcripſit Comœdias. Artem quoque medendo dolori compoſuit carmine, vt quemadmodum ægris à medicis curatio petitur: ſic ille liber his qui dolore premerentur medicina eſſet. Illi etiã attribuitur liber De poetis à Glauco Rhegino ſcriptus. In primis autem laudatur liber, quem de Herodoto, & contra Eraſiſtratum de Simulachris, & is quem de accuſatione pro ſeipſo ſcripſit, & is quo Demoſthenem ducem accuſat. Scripta quoque ab eo contra Hippocratem medicum oratio. Vitam eius ſcripſit Plutarchus & Philoſtratus. Orationes eius, quæ hodie extant, impreſſæ ſunt ab Aldo cum aliorum orationibus Græcis. Antipho de Concordia alicubi apud Suidam citatur. Stobæus quoq; & Plutarchus citat Antiphonem. Laertius etiam in Pythagora citat Antiphonis librum de his qui in virtute principes fuere. Athenæus citat Antiphonis Politicum contra Alcibiadem, Georgica & de Pauonibus. Omnia autem hæc ad Rhamnuſium Antiphonem videntur referri poſſe, niſi forte Georgicorum & de Pauonibus libri alius autor fuerit, quod facile crediderim.*

Antiſthenes *Athenienſis, Socratis diſcipulus ac Cynicæ & Stoicæ philoſophiæ autor quodammodo, 10 Tomos conſcripſit, qui hoc ordine recenſentur à Laertio. Primus, in quo de dictionibus ſiue figuris. Aiacis oratio de Vlyſſe. Iſographe aduerſus Iſocratis ἀμάρτυρον. Secundus, De animalium natura. De procreatione filiorum. De ſophiſtis. Exhortatorius primus, ſecundus, tertius, de Theognide quinto. Tertius, De bono, De iuſtitia. De fortitudine, De lege ſiue republica, De lege ſiue de honeſto & iuſto, De libertate & ſeruitute, De fide & curatore, De interrogatione. De victoria. Oeconomicus. Quartus, in quo Cyrus, Hercules maior ſiue de fortitudine. Quintus, Cyrus ſiue de regno, Aſpaſia. Sextus, in quo veritas, De diſſerendo, Sathon de contradictione tres, De locutione. Septimus, De diſciplina ſiue de nominibus quinque, De moriendo, De vita & morte, De his quæ ſunt apud inferos, De vſu nominum ſiue contentioſus, De interrogatione & reſponſione, De opinione & ſcientia quatuor, De natura duo, Interrogatio de natura duo, Opiniones ſiue contententioſus, De addiſcendo problemata. Octauus, De muſica, De expoſitoribus, De Homero, De iniuſtitia, De Chalcante, De exploratore, De voluptate. Nonus. De Odyſſea, De virga Mineruæ, ſiue de Telemacho, Helena & Penelope, De Protheo, Cyclops ſiue de Vlyſſe, De vini vſu, ſiue de ebrietate, ſiue de Cyclope, De Circe, De Amphiarao, De Vlyſſe & Penelope, De cane. Decimus, Hercules ſiue Midas, Hercules, ſiue de prudentia, ſiue de fortitudine, Dominus ſiue amans, ſiue exploratores, Menexenus ſiue de imperio, Alcibiades, Archelaus ſiue de regno. Eius Cyri allegantur ab Athenæo, & liber Victoriarum. Suidas inter Antiſthenis Tomos primum fuiſſe tradit Magicum, in quo narratio fit de Zoroaſtre, illius doctrinæ authore, quod opus alij Rhodoni, alij Ariſtoteli aſcribant. At Aiax & Vlyſſes Antiſthenis Græce extant ad S. Antonium.*

Antiſthenes *citatur ſubinde ab Arati cõmentatore, & à Plin. lib.36.*

Antiſthenes *Rhodius, alius ab hoc, hiſtorias conſcripſit. Hic fortè eſt qui de ſucceſſionibus philoſophorum ſcripſit, quem ſæpe citat Laertius: Citat etiam Phlegon Antiſthenem philoſophum Peripateticum, quem eundem arbitror.*

Antiſthenes *Thaſius, qui cum Nearcho nauigauit, citatur à Strabone lib.16.*

Antiſtij *epigramma quoddam in Florilegio.*

Antiſtius *Labeo* I.C. *ſcripſit probabilium lib. 8. Poſteriorum lib.10. His libris etiam Tribonianus ad ſuos legum centones vſus exiſtimatur. Citantur eius ſcripta ſæpe apud Plin. lib.10. Labeonis (neſcio an eiuſdem) ſcripta citantur apud Fulgentium in Mytholog. Antiſtij Lab. Commentarij iuris pontificij, lib.9.10.11. & 15. citãtur à Feſto. Hic Q[illegible]ti prænomen additur. Citat etiam Gell. [illegible] Commentarios ad* XII. *tabulas, nullo ad[illegible] nomine, & Antiſtij Labeonis libros poſt mor[illegible] eius editos, qui poſteriores inſcribuntur. Item libros ad prætoris edictum.*

Antiſtius *Pollio Iulij Cæſaris vitam & res geſtas deſcripſit.*

Antoclidis *Exegetica citat Plutarchus in vita Niciæ.*

Antoninus *Archiepiſcopus Florentinus, ordinis Prædicatorum, ſcripſit hiſtoriarum ſiue chronicorum opus, excuſum Lugduni, & Norimbergæ per*

Digitized by Google

*per Antonium Koberger, anno Domini 1484. Item opus de Eruditione Confeſſorum, impreſſum Memmingæ, anno 1483. Capita ſunt 44. Eiuſdem tractatus De cenſuris eccleſiaſticis, De ſponſalibus & matrimonijs, impreſſi ſunt olim Lugduni in folio, chartis 28. Eiuſdem ſumma caſuum conſcientiæ lib. 4. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Eiuſdem ſumma confeſſionis, quæ tres libros complectitur, quorum primus ſubdiuiditur in 3. partes: ſecundus dicitur Interrogatorium: tertius eſt De reſtitutionibus. M. Dreſſerus. Ms. Eadem Venetijs eſt impreſſa, anno Domini 1572. in decimoſexto.*

Antonini *Auguſti Itinerarium ex Aldi officina prodijt: poſtea Lugduni editum eſt ab Heinrico Stephano Pariſijs cum fragmento eiuſdem & indice, venit 5. ſolidis Gallicis. Præterea Antuerpiæ anno Domini 1545. excuſum eſt cum Beroſo & alijs autoribus, ac Ioannis Annij Viterbienſis explicationibus. Eiuſdem exemplaria 2. manu ſcripta, vnà cum Æthici Coſmographia apud Ioſiam Simlerum extant.*

Antonini *liber* ἐκ τῶν καθ' αὑτόν. *Vide M. Anto.*

Antonini *Epiſcopi Conſtantinienſis ad Arcadium, actum in exilium à Genſerico rege Wandalorum, conſolatoria, Heinricus Petrus Baſileæ 1528 in Antidoto hæreſeon.*

Antonij *opuſculum* [illegible] *Græce manu ſcriptum habetur in bibliotheca Regis Gallorum.*

* Antonij *cuiuſdam Apophtegmata & acta ſanctorum Patrum, Græce manu ſcripta, in bibliotheca Imperatoris.*

Antonij *epigrammata duo Græca extant in Florilegio.*

* Antonij *abbatis epiſtolæ in folio bibliotheca Imperatoris.*

Antonius *de Alexandro, ſcripſit in primum librum codicis Iuſtiniani. Item Conſilium in materia feudali.*

* Antonij *Agnini liber, quod rex paſtor appellandus ſit. Baſilea cum quæſtionibus Freygij politicis, anno 1578.*

* Antonius *Algerius, de Aulæ contemptu, & laude animæ ruſticæ opuſculum, ex Hiſpanica lingua in Gallicam tranſtulit, & Guilhelmo Pratenſi equiti de Clermont dedicauit. Excuſus Pariſijs, anno 1543.*

Antonij *Amiternini Epitaphium in M. Muſurum legitur in imaginibus Pauli Iouij.*

Antonius *Andreas Franciſcanus, ac Ioannis Scoti diſcipulus, ſcripſit ſuper 12. libros Metaphyſicorum quæſtiones, excuſas, vt videtur, anno Domini 1495. Pariſijs. Item quæſtiones ſex principiorum ſuper arte veteri. Idem ſcripſit in quatuor Sententiarum libros, opus abſolutiſſimum. Nunc à Conſtantio à Sarneno è tenebris vindicatum, ſumma induſtria expoſitum, & marginalibus annotationibus illuſtratum, in lucem prodit. In folio excuſus Venetijs.*

Antonij *Angli ſententiæ ex ſanctis Patribus*



*tellectæ, impreſſæ ſunt Wittenbergæ in 8.*

Antonius *Arena Prouincialis de Bragardiſſima Villa, de Soleris, ad ſuos compagnones ſtudiantes, qui ſunt de perſona friantes baſſas danſas in galanti ſtilo biſognatus, cum guerra Romana totum ad longum ſine requie, & cum guerra Neapolitana, & cum reuoluta Genuenſi, & guerra Aueniouenſi, & epiſtola ad falotiſſimam garſam pro paſſando lo tempus. Liber ſcriptus ab autore ſtudioſo iuris Auinione, anno 1519. verſibus elegiacis, dictionibus Latinis & Gallicis ridicule permixtis. Eiuſdem opus de bello Maſſilienſi.*

Antonius *Antimachus, quære M. Antonius Antimachus.*

Antonius *Auerarius, Mediolanenſis, Carmelita, Baptiſtæ Mantuani diſcipulus, ſcripſit Sermones de Virtutibus, impreſſos anno Domini 1509. Mediolani. Artium epitomen. Epiſtolas & carmina.*

Antonius *Auguſtinus* I. C. *Hiſpanus, ſcripſit Emendationum & opinionum in iure lib. 4. Ad Modeſtinum, ſiue de excuſationibus librum ſingularem. Venetijs apud Iuntas, & Baſil. per Oporinum impreſſum. His libris maxima pars iuris ciuilis ex Florentinis Pandectis emendatur & declaratur. Idem Conſtitutiones quæ deſunt in Codice Iuſtiniani pleraſque Græce & Latine edidit, additis Paratitlis: liber impreſſus eſt in Hiſpania Ilerdæ in 8. Præterea ex eius bibliotheca optimi authores quam plurimi emendatiores in lucē prodierunt: vt Leges Rhodiorum nauales, militares, Georgicæ Iuſtiniani. Sexti Pompei Feſti libri.*

Antonij *Balduini ſocietatis Ieſu diſputatio in primam ac diuinam Ariſtotelis philoſophiam Ingolſt. 4. 1577.*

Antonius *Baueria, ſcripſit Conſilia medicinalia, ex quibus quædam de Thermis, Iuntæ impreſſerunt Venetijs, anno Domini 1553. cum diuerſorum autorum ſcriptis de Balneis.*

Antonius *Bauerius ſuper inſtitutiones. Lugduni, anno 1523.*

Antonius *Betbaria Veronenſis, Dionyſij Afri poema de ſitu orbis Latine reddidit oratione proſa. Hein. Petrus excudit Baſil. 1534. Idē (vt puto) tranſtulit vitam Pelopidæ apud Plutarch.*

Antonius *Bellinus ſacerdos, Nominū & Verborum inflexus explicauit, & Grammaticos canones emendauit. Idem librum conſcripſit De ratione ſtudij.*

Antonius *Bendinellus Lucenſis, conſcripſit Vitam Scipionis Africani minoris. Florentiæ excudit Torrentinus, anno 1549. octern. 9.*

Antonius *Beniuenius, De abditis nōnullis ac mirandis morborum & ſanationum cauſis ſcripſit librum impreſſum Baſileæ apud Cratandrum, anno Domini 1529. vnà cum Scribonij Largi compoſitionibus medicis.*

* Antonij *Benixenij, de abditis nonnullis ac mirandis morborum & ſanitatum cauſis. Florentiæ, 1507.*

Antonij *Berga Taurinenſis, Paraphraſis, &*

diſputationes ſelectæ, in libros Ariſtotelis De ortu & interitu Auguſtæ Taurinorum ex officina Franciſci Dulcij 1568. in 4.

Antonius Bernhardus Mirandulanus, ſcripſit Inſtitutionem in vniuerſam Logicam, nempe in libros Peribermenias, priora & poſteriora Analytica. Item Cōmentarium in eandem, in quo rationem reddit, cur non ab ipſis decem generibus vt hactenus factum eſt, ſed à libro De interpretotione logicæ docendæ initiū ſumpſerit. Affert autem in hoc Cōmentario argumenta, quibus oſtendat, doctrinam quæ in libro Prædicamentorum habetur, ex Ariſtotelis ſententia non eſſe partem logices, verùm librum Prædicamentorum eſſe metaphyſicum, ac de metaphyſica modo quodam extractum eſſe, ac poſt logicam repoſitum, quandoquidem eorum quæ in illo libro continentur, notitia præexigatur ijs, quæ in naturalibus traduntur. Præterea Apologiæ libros octo, quibus hanc ſuam ſententiam defendit, & primo ac ſecundo libro Antonij Genuæ, tertio Vincentij Madij, quarto Ludouici Buccaferrei, quinto, ſexto & ſeptimo Iacobi Iacomelli, poſtremo complurium argumentis ſimul reſpondet. Impreſſi ſunt hi eius libri, Baſileæ à Ioanne Heruagio, anno D. 1545. in folio chart 111.

Antonij Bernar. Euerſio ſingularis certaminis.

Antonius Bertrandus, tres libros amorum Petri Ronſardi poetæ Gallici, in harmoniam 4. vocum redegit. Excuſus Pariſijs, per Adrianum Regem & Robertum Ballardum, anno 1578. Gallice.

Antonij de Bitonton, fratris Minoris ſermones Dominicales. Ioan. Grüninger excudit Argentinæ, anno D. 1495. & Venetijs 1499.

Antonius Boidus, ſcripſit ſuper Rub. vect. nou. impo. in primo Codicis,

Antonius Bonfinis, ciuis Aſculanus & Recin. Hermogenis, de arte Rherica libros cum Aphtonij Sophiſtæ Perexercitamentis Latinitate donauit, ad Matthiam Vngariæ regem. Gryphius excudit Lugduni, anno 1538. Scripſit etiam rerum Vngaricarum Decades tres, id eſt, libros 30. ad Vladiſlaum regem, demum induſtria Martini Brenneri Biſtricienſis Tranſſyluani in lucem editas, vnà cū coronide Hiſtoriæ Vngaricæ Michaelis Ritij, P. Callimachi Experientis, & F. Alexandri Corteſij, Baſileæ apud Rob. Winter, anno 1543. Tranſtuliſſe etiam dicitur libros Philoſtrati, De vitis Sophiſtarum, & quædam in Horatium conſcripſiſſe. Eiuſdem De pudicitia coniugali & virginitate dialogi tres, nunc primum ex bibliotheca Sambuci prolati, & Baſileæ excuſi ſunt, anno 1572. octauo. Item rerum Hungaricarum Decades 4. cum dimidia, (quarta & dimidia, nunc demum Ioannis Sambuci ſtudio in lucem prolata) excuſæ ſunt ab Oporino 1568. * Eiuſdem rerum Vngaricarum Decadibus quatuor cum dimidia acceſſere Ioannis Sambuci aliquot appendices, & alia: vnà cum priſcorum regum Vngariæ decretis, ſeu conſtitutionibus, quarum narrationes Bonifinij obiter meminere. Omnia nunc denuò recognita, emendata & aucta per Ioan. Sambucum Cæſar. Maieſt. conſiliarium & hiſtoricum. In fol. Francoforti ex officina Andreæ Wecheli, 1579.

Antonius Bononia Beccatellus, vide Antonius Panormita.

Antonij de Brixia ſermones, impreſſi in Italia.

Antonij Broickuny à Konickſtein, Obſeruantiæ regularis Nouimagenſis Gardiani, enarrationes in 4. Euangelia, Eucharius Coloniæ, anno 1539. excudit, & Pariſijs 1554.

Antonius Bruciolus vtrumq; Teſtamentum ex veritate Hebraica in Italicum ſermonem vulgarem tranſtulit. Opus impreſſum apud Lucantonium Giunti, Venetijs, anno D. 1532. Eiuſdem Commentaria in vniuerſum tum vetus, tum nouū Teſtamentum. Venetijs 1546. Eiuſdem Commentarius nouus, in Acta Apoſtolorum. Venetijs 1547. Eiuſdem pia explicatio Decalogi & orationis Dominici. Venetijs 1547. Eiuſdem, libri Iob tranſlatio ex veritate Hebraica. Venetijs 1534. Omnia Italice. Eiuſdem epiſtola contra pertinaciam Iudæorum de vero Meſſia, in 8. Venetijs 1547.

Antonius Brun cantilenas quaſdam compoſuit, quas Ioannes Petreius cum alijs quibuſdam impreſſit Norimbergæ.

Antonius de Burges Hiſpanus, ſcripſit ſuper 3. Decretal. De emptione & venditione, librum impreſſum Papiæ 1411.

Antonius Buſennius Bredanus, Commentarios ſcripſit in Galenum de Inæquali temperie: impreſſos Antuerpiæ 1553.

Antonius de Butrio, natione Italus, patria Bononienſis, I. C. edidit in iure ſuper Decretalibus lib. 5. ſuper Clementinis lib. 1. Repertorium iuris canonici lib. 1. Repertorium iuris ciuilis lib. 1. Conſilia elegantiſſima lib. 1. De emptionibus & venditionibus, De notario lib. 1. Huius opera impreſſa ſunt Venetijs, anno Domini 1532. Claruit autem anno 1408.

Antonij Caceris Paciecі, Hiſpani, in hæreſiarchas orationes quatuor. Ad reginam Galliæ & regni proceres duæ: ad principes Germaniæ vna: ad populum Germanum vna. Romæ 1870.

Antonij Caij tractatus ſubſtitutionū, impreſſum Venetijs, 1568. cum Commentarijs Angeli ſuper Inſtitutionibus.

Antonius Campanus, epiſcopus Aprutinus, ſcripſit De vita & rebus geſtis Andreæ Brachij Peruſini, Italicæ olim militiæ imperatoris ſtrenuiſſimi lib. 6. excuſos Baſileæ apud Nicolaum Brilingerū, anno D. 1545.

Antonij de Caputis, Commentarius ſuper conſtitutionem de iure protomiſeos, ſeu iure congrui.

Antonij Capytij Deciſiones regij conſilij Neapolitani. Idem, ni fallor, alibi nominatur, Ferd. Antonius Capitius.

Antonius de Canario I. C. ſcripſit de Inſinuationibus, De excuſatore, De executione inſtrumentorum, De executione ſine mandato.

Antonij Caracciolæ ſpeculum veræ Religionis, Gallice. Pariſijs 1554.

Antonij Carcheſij in aliquot illuſtres Imperatores

*toresDiſticha,Græcos,Barbaros,Romanos,Germanos,Ioannes Scotus, cum alijs diſtichis excudit Argentorati,anno D.*1546.

Antonius *Caſtor medicus, citatur apud Plin. qui in* 21.22.23.24.25.26. *&* 27. *Naturalis hiſtoriæ lib.multa ex eo deſcripſit.*

* Antonij *Caterini Speculum hæreticorum.Lugduni,*1541.

Antonij *Caucij Grammatica Gallica,ſuis partibus abſolutior, quàm vllus ante hãc diem ediderit.Pariſijs,anno* 1570. *in* 8.

* Antonius *CeuallerusHebrææ linguæ in ſchola Geneuenſi profeſſor,Grammaticam ſcripſit Hebræam,Theſaurum item linguæ ſanctæ S.Pagnini, recognouit & auxit. Folio. Lugduni,anno Domini* 1575.

Antonius *Cermiſonus,medicus, præceptor Sauonarolæ,ſcripſit Conſiliorum lib.*1. *& De vrinis.*

* Antonij *Ceruti carmen precatorium pro D. Max.ſecundo,ex Hybernia in Germaniam proficiſcenti,Ms.bib.Imp.*

Antonij *Chalmetei Vergeſutis Chirurgicum Enchiridion, externorum morborum remedia cum vniuerſalia tum particularia breuiſſimè complectens. Eiuſdem morbi venerei curandi methodus probatiſſima.*

* Antonij *Chijonorini Bacchanalia Niphalia.*

Antonij *Codri Vrcei opera,quæ extant,omnia impreſſa Baſileæ apud Heinricum Petrũ, anno D.* 1540. *Et Venetijs in fol.anno* 1506. *Sunt autem hæc:Sermones,ſeu orationes quindecim multiplici eruditione refertæ,videlicet.* 1. *De metamorphoſi humana in beluas.*2. *In enarratione Rhetorices ad Herennium & Lucani.*3. *In laudem Homeri.*4. *Vtrum ducenda ſit vxor.*5. *In laudem Ariſtotelis.* 6. *De mendaci mortalium vita.*7. *Rurſus in laudem Homeri.*8. *In eundem.* 9. *In laudem vitæ paſtoritiæ.*10. *In laudem literarum Græcarum.*11. *In Heſiodum.*12. *De medio,ſiue de mediocritate virtutum parente.*13. *In laudem liberalium artium.*14. *In laudem virtutis.*15. *Pro iuuene quodam ad magiſtratus Bononienſes. Epiſtolæ vndecim, partim familiares,partim Grammatici argumenti. Syluarum libri duo, cum Præfatione Philippi Beroaldi iunioris, mirè hoc opus collaudante. Satyræ duæ. Egloga vna. Epigrammatum lib.*1. *Præter hæc, Aululariam Plauti,multis carminibus additis,expleuit.*

* Antonij *Coillarti proceſſus ciuilis & criminalis,ſecundum communem ſtylum Franciæ, & ordinationes regias,Gallice.Pariſijs,*1549.

Antonij *Columbani Practica criminalis.* **Eiuſdem ſumma & formula proceſſus extraordinarij,Gallice.Pariſiis,*1539.

Antonij *Columbetti, Conſiliatores ſuper C. Eiuſdem ſingularia & cautelæ. Fortè hic idem eſt cum Ant.Columbano.*

Antonius *Comes, quære M.Antonius Maioragius.*

* Antonij *Comiri Inſtitutio, de nobilis viri his bellicis rumoribus, officio erga Deum, magiſtratũ, parentes,vxorem, & liberos, Germanice. Erfordiæ anno* 1539.

* Antonij *à Connerſtain enarrationes in epiſtolã D.Pauli ad Rom.Coloniæ,*1556.*in* 8.

Antonius *Cookus Anglus, eques auratus, & quondam Edoardi* VI. *Anglorum regis vnà cum Ioanne Checo inſtitutor, fertur complura ſcripſiſſe, quorum nihil adhuc ſub illius nomine in publicum prodijt.*

Antonius *Conſtantius Fanenſis,ſcripſit Commentaria in Ouidij libros Faſtorum, impreſſa cum alijs in eundem autorem commentarijs, Baſileæ per Heruagium,anno* 1550.

Antonius *Contius* I. C. *ſcripſit librum Subſeciuarum lectionum, editum Lugduni apud Antonium Vincentium.De ſucceſſione ab inteſtato. Variarum quæſtionum lib.*1. *In Inſtitutiones notas. De pactis futuræ ſucceſſionis, at præſertim de pactis Iſomœriæ, inter patrem & filios ad L. pactum quod dotali.C.de pactis,Biturigibus anno D.*1571. *octauo,& alia quædam.Corpus iuris Canonici,collatione veterum & authenticorum codicum, illuſtrauit & emendauit,Antuerpiæ imprimebat Plantinus* 1570.

Antonius *Copæ,vir equeſtris,Britannice ſcripſit ad Angliæ reginam Catharinam, Elucidationes in* 20. *Pſalmos Dauidicos. Claruit anno Chriſti* 1548.

* Antonij *Cordubenſis expoſitio Regulæ fratrum Minorum.Louanij,*1554.

* Antonij *Cordubæ de Lara,in Hiſpalenſi conuentu Iudicis, in L. Si quis à liberis,atq; eius* §. *ff. de liberis agnoſcendis Commentarij.In ſol.Venetijs* 1579.

Antonius *Cornazanus Ferrarienſis,orator & poeta,inter cætera vitam & obitum Deiparæ virginis copioſè & luculenter cecinit: Elegias quaſdã, atq; poemata varia emiſit,ſcripſit & oratione ſoluta vitam Bartholomæi Colonei imperatoris Venetorum maximi,orationes quoque plurimas, atq; alia quædam.*

Antonij *Cornelij Lynnichani oratio,qua oſtendit cuiuſmodi eccleſiæ principes,pontifices,ſacerdotes, & paſtores eſſe debeant, habita Coloniæ, anno D.*1521.*& ibidem impreſſa, anno* 1535.*in Faſciculo Ortuini Gratij.*

Antonij *Coronel expoſitio ſuper libro poſteriorum Ariſtotelis, inſertis quæſtionibus, impreſſa eſt Pariſ. in domo Oliuerij ad ſignum D. Barbaræ chartis* 4.*in folio. Sunt autem in iſto opere (vt autor in epilogo libri ait) tantum* 12 *capita primi poſteriorum expoſita, & circa ſecundum librum, motum eſt tantum vnum dubium, in primo eius capitulo.Floruit anno D.*1510.

Antonius *Corſetus* I.C.*ſcripſit De materia Trebellianica,De priuilegijs pacis, Fallētias ad regulã, quod ſpoliatus ante omnia debet reſtitui.Itē tractatum de Poteſtate regia,De brauio,De deciſionibus gem.Repertorium in Panorm.& quædam alia.*

* Antonij *Coruini Zytogalli, Warpurgen.opera Latina,quæ nos vidimus (nam & Germanica quæ*

dam edidit) hæc ſunt: Argutiſsima quæq; apophtegmata ex Eraſmi Roterodami opere ſelecta, inq; communes locos redacta, in commodum iuuentutis, præſertim Goſlarianæ. Impreſſa Magdeburgi 1537. Auguſtini & Chryſoſtomi Theologia ex libris eorundem deprompta, inq; communes locos digeſta circiter 67. Halæ Sueuorum 1539. Poſtilla in epiſtolas & Euangelia, cùm de tempore, tùm de Sanctis totius anni, Cephalæus excudit Argentorati, anno 1540. & 1548. Expoſitio Decalogi, Symboli Apoſtolici, & Dominicæ precationis ad captum puerorum in dialogos redacta, apud Ceruicornum Marpurgi, anno 1537. Colloquiorum Theologicorum libri tres, in commodum theologiæ candidatorum ſcripti. Cephalæus Argentorati, 1539. Antitheſes veræ & falſæ eccleſiæ, à Luthero Germanice ſcriptas, Latine reddidit, libellus impreſſus in 8. anno D. 1541. Eiuſdem epiſtola de Anabaptiſtis Monaſterienſibus, inſerta eſt libro Gaſtij de anabaptiſmo. * De integro Sacramento corporis & ſanguinis Domini, itemq; de ratione ſarciendæ in eccleſia concordiæ. Hannoueræ, 1544. Eiuſdem ſex conciones de Paſsione, Germanice. Argentorati, 1537. Adhæc ſcripſit Theologiam ex Auguſtino & Chryſoſtomo librum valde vtilem pijs contra Pontificios certantibus, quem excudit Brubachius Francoforti. Itemq; euangauit præcipuos locos Euangeliorum Dominicalium. Ordinationem necnon Catechiſmi diſpoſitionem, conſtitutam in ditione Brunſuicenſi, conſcripſit. De nobilitate etiam ſcriptum Germanicum ad aliquot nobiles, atq; conſolatorium quendam libellum. Eiuſdem explicatio Germanica in Ioſephi hiſtoriam à Moſe in Geneſi deſcriptam. In 8. Argentinæ, 1541.

Marci Antonij Cuchi. Antonij Cunchij Inſtitutionum iuris canonici lib. 4. Venetijs 1564. in octauo. Ita habet bibliothecæ Oporini catalogus. Fortè tamen Antonij Concij legendum eſt.

Antonij Democharis Roſſonei in 8. libros Topicorum Ariſtotelis Hypomnema, impreſſum Pariſijs, 1534. apud Colinæum. De veritate Chriſti necnon corporis & ſanguinis eius in Miſſæ ſacrificio, aduerſus hæreticos aſſertio. Pariſijs 1570. in 8. Chriſtianæ religionis inſtitutionisq; Domini noſtri Ieſu Chriſti & Apoſtolicæ traditionis, aduerſus Miſoliturgorum blaſphemias, ac nouorum huius temporis ſectariorum impoſturas, præcipue Ioan. Caluini & ſuorum contra ſacram Miſſam, Catholica & hiſtorica propugnatio. Pariſijs, 1562. in fol. Idem Demochares Decretis canonicis Paratitla præfixit, ſingulis diſtinctionibus & cauſarum quæſtionibus: & numeros adiecit lib. & cap. ex quibus Decretorum opus concinnatum eſt.

Antonij Dionyſij Durbuti ſcholia in vniuerſam Cornelij Valerij Syntaxin conſcripta: item breue poema in gratiam iuuentutis ſtudioſæ, anno D. 1571. Louanij.

Antonius Eparchus Cercyræus aliquot Polybij hiſtoriarum libros nondum aut Græce aut Latine euulgatos, in Latinum ſermonem tranſtulit.

Antonius Epicureus ſcripſit librũ περὶ τῆς ἰδίας αἱρέσεως. Galenus in libro De dignotione & cura priorum affectuum.

Antonius Faber Ferrarienſis ſcripſit in præfationem Plinij.

Antonius Faber I. C. Sebuſianus, in ſupremo Sabaudiæ Senatu cauſarum patronus, Coniecturarum Iuris ciuilis libros 3. Lugduni 4. anno 1581.

Antonius Fauentin: medicus, Aphoriſmos Hippocratis carmine reddidit. Idem ſcripſit in poſteriora Analytica Ariſtotelis commentarios: Et de vno & ente epiſtolas 4. contra Ioan. Picum. Eius etiam epiſtolas ad Ioan. Franciſcum Picum, cum eiuſdem ſcriptis impreſſa eſt.

* Antonius Fayius, hiſtoriam Romanam Titi Liuij, quæ extat, nempe 35. libros ab V. C. vſque ad tempora Auguſti, ex Latina in Gallicam linguam tranſtulit. In fol. & 4. Geneuæ, 1582.

Antonius Fidei, Florẽtinus, Carmelita, ſcripſit Quæſtiones theologiæ lib. 1. De fide catholica lib. 1. Ad plebem conciones lib. 1. Claruit anno D. 1370. Martinus Perſona.

Antonius Fizherbert, legum peritiſsimus, & iudex primarius in Anglia, pro patriarum legũ ſtudioſis, ſcripſit Epitomen legum Anglicarum. Præterea De agricultura lib. 1. & alia nonnulla. Claruit anno 1530. Baleus.

Antonius Florebellus Mutinenſis, deſcripſit vitam Iacobi Sadoleti, quæ edita eſt Lugduni cum epiſtolis Sadoleti, apud Gryphium. Eiuſdem liber De autoritate eccleſiæ editus eſt in Italia. Cui eleganter reſpondet Cælius Secundus Curio. Scripſit præterea quædam Italice. * Item orationem de Reſtituta in Anglia religione ad Philippum & Mathiam reges. Louanij, 1555.

Antonij Florentini De ornatu mulierum.

* Antonij epiſcopi Florentini Repertoriũ totius ſummæ maioris, in fol. bib. Imp.

* Antonius Fonſeca Commentarijs in 5. Moſaicos libros, S. Thomæ de Vio Cardinalis annotationes ad marginem adiecit, & eiuſdem vitam deſcripſit: quæ cum Commentarijs in Pentateuch. Thomæ de Vio impreſſa ſunt. Pariſijs apud Ioan. Paruum in via Iacobea, anno 1539.

Antonius Foquelinus Veromanduus, Ariſtotelicæ philoſophiæ, Pariſijs in Præleo collegio profeſſor, ſcripſit in Auli Perſij Flacci Satyras cõmentarium abſolutiſsimum ad Petrum Ramum, qui impreſſus eſt Pariſijs apud Wechelum, anno D. 1555. in 4. Scripſit etiam in Tit. de Vulgari & pupillari ſubſtitutione. Wechelus excudit in 8.

Antonius Fortolus Ioſerienſis, Galeni cõmentarios tranſtulit De diſſectione venarum, arteriarum, & neruorum, ſtylo ſatis eleganti. Libellus excuſus Baſileæ, 1529.

Antonij Francanciani Bononiæ in loco eminentis ſcientiæ feliciter legentis, Tractatus de morbo Gallico, impreſſus Venetijs cum Gabrielis Fallopij libro de eodem morbo.

Antonius Francinus Varchienſis, Italus, multos vtriuſque linguæ autores caſtigauit, & additis præfationibus, Florentiæ in officina Iuntæ imprimendos curauit.

Antonij

Digitized by Google

Antonij *Franciſci De doctoribus, Additiones ſuper lecturas abbatis Panormitani ſuper decretalibus. Eiuſdem Additiones ſuper Alexandrum Tartagnum Imolenſem.*

* Antonius *Franciſcus Crazinus Academicus Florentinus, dictus Laſca, ſcripſit Comœdias ſex, quarum nomina hæc ſunt, 1. Zelotypia, 2. Dæmonio vexata, 3. Pinzochera, 4. Sybilla, 5. Affinitates, 6. Saga. In 8. Venetijs, 1582. Italice.*

* Antonij *Franciſci Donij epiſtolæ Italice, Venetijs 1545.*

* Antonij *Franciſci Oliuerij Vincentini, Mammona, carmine Italico. Venetijs 1567.*

* Antonius *Fromentus ſcripſit duas epiſtolas, præparationem continentes ad hiſtorias & acta Geneuenſium, Gallice. Geneuæ 1554.*

* *A.F.V.L. hiſtoriæ Amadiſii libri 4. partem ſecundam ex Hiſpanica lingua in Italicam prius conuerſam: nunc in Germanicam tranſtulit. In 8. Auguſtæ apud Michaelem Mangerum. Item eiuſdem hiſtoriæ fabuloſæ librũ 14. & 15. nuper Græce inuentum, ex Hiſpanica & Italica lingua in Germanicam conuertit: quibus libris narratur de bellis gentium aduerſus Chriſtianos.*

Antonius *Fumanelus Veronenſis, medicus, ſcripſit omnium febrium & dignoſcendarum & curandarum abſolutam methodum. Item conſilium Chirurgicum, de caluariæ fractura, pectoris atq; pulmonis vulnere, ac inflammatione, hiſtoriam & curandi rationem pro vrinæ reddendæ difficultate & anguſtia. Item, An mineralis aqua vrinæ conueniat difficultati, in quibus omnibus totius artis medicæ vniuerſalia ad particularium exercitationem, ſummo eiuſdem candidatorum vſu deducuntur. Præterea de balnei ferrati facultatibus, ferriq; natura, De balneis aquæ ſimplicis, omnia cum præfatione Hieronymi Gemuſæi, impreſſa Baſileæ in officina Ioan. Oporini 1543. Eiuſdem liber De balneorum aquæ ferratæ facultatibus, & præſertim Calderianæ, ab autore emendatus quibuſdã etiam adiectis, impreſſus eſt Venetijs apud Iuntas, anno 1553. cum aliorum ſcriptis de balneis. Eiuſdem de compoſitione medicamentorum generis cuiuſq; ad morbos diuerſos liber. Item de peſtis curatione liber. Excuſi ſunt Venetijs apud Hieronymum Scotum, anno 1548. Eiuſdem varia opera ad profligandos morbos conducentia, edita ſunt Tiguri, anno 1557. in fol. Præterea etiã eius Opera medica impreſſa ſunt Pariſijs à Morelio in folio, ſunt autem hæc. De vita & moribus Galeni. De ſenum regimine ſiue ſalubri victu. De balneis. De vino. De roſarũ facultatibus. De compoſitione medicamentorum. De febribus curandis. De peſtis curatione. De lepra & elephant. De rheumate. De capitis vſtione. De caluariæ fractura, vitijsq; pectoris & pulmonis. De ventriculi affectibus. De recrementis. De ſanguinis reiectatione, pulſus intermiſſione, ſonitu & grauedine in imo pectoris. De vitijs in pene & veſica. De remouenda ſterilitate. De totius corporis virium imbecillitate. De calculo & varijs eius generis morbis.*

Antonius *Fumeus iuriſconſultus, ſcripſit de eo quod intereſt, liber impreſſus apud Gryphium Lugduni, item De cõiunctionibus, De ſubſtitutionibus.*

Antonij *Gabrielij Romani, ſacræ aulæ conſiſtorialis Decani, ac fiſci Apoſtolici aduocati, Communes concluſiones in ſeptem libros diſpoſitæ, Venetijs apud Amadorum, anno 1570. in folio & Lugduni 1571.*

Antonius *Gaizo ſcripſit De ſomno & eius neceſſitate, libellum chartarum ferè 4. impreſſum cum libro Conſtantini Africani.*

Antonius *Galatheus, medicus Italus, docte quædam & eleganter ſcripſiſſe fertur, quæ an publicata ſint neſcio. Meminit eorum Belliſarius Aquiuiuus Neritinorum dux in fine libellorum ſuorum, vbi etiam ipſius Antonij Epiſtola habetur. Eiuſdem liber De ſitu antiquæ Iapygiæ, impreſſus Baſileæ à Perna in 8. Item liber De ſitu elemẽtorum ibidem impreſſus cum Sebaſtiani Foxij libro eiuſdem argumenti.*

Antonij *Galli de Ligno ſancto non permiſcendo, item in imperitos fucatosq; medicos, libri ſimul excuſi Pariſijs, apud Cholinæum, anno Domini 1540. veneunt quatuor ſolidis Gallicis. Idem promiſit libros De anima, Dialogos de riſu, ac plerisq; alijs, De re ſeplaſiaria, De ordine reſolutiuo, quæ an edita ſint ignoramus.*

Antonius *Gardane muſicus quaſdam modulationes compoſuit, quæ ſub titulo Fructus, cum aliorũ quorundam modulationibus impreſſæ ſunt Venetijs apud Hieron. Scotum, anno 1549.*

Antonij *Garronis I. C. in titulũ Pomponij De origine iuris erudita commentaria, vnà cum Gilberti Cognati Nozereni de legalis ſtudij ratione epiſtola, & Iuſtiniani legibus de re ruſtica, &c. Oporinus excudit Baſileæ, anno 1543.*

* Antonij *Gauanæ laus montis Caluariæ: cum emendationibus Alfonſi de Ærazo Salamancæ apud Ioannem Perierum pars 1. & pars 2. apud Sebaſtianum Maruiez Italice.*

Antonius *Gazius Patauinus, medicus, ſcripſit librum De ſanitate tuenda, quem Coronam floridam appellauit. Liber conſtat capitibus trecentis, excuſus Lugduni 1514. Item libellum Quo medicamentorum genere purgationes fieri debeant: Heinricus Petri Baſileæ in folio cum alijs quibuſdam, anno D. 1541. Floruit anno 1504. *Eius Ærarium ſanitatis, Item de Vino & ceruiſia tractatio. Auguſtæ 1546. excuſa.*

Antonius *Gaynerus, natione Papienſis, medicinæ doctor, ſcripſit De ægritudine ſtomachi lib. 1. De febri lib. 1. De ægritudinibus in generali lib. 1. De pleureſi lib. 1. De fluxibus lib. 1. De arthetica in iuncturis lib. 1. De paſſionibus calculi lib. 1. In tertium Auicennæ lib. 1. De ægritudinibus capitis, De peſte, De venenis, De ægritudinibus matricis, De balneis, De ægritudinibus iuncturarum, antidotarium. Impreſſa Lugduni cum additionibus Io. Falconis. Eiuſdem De balneis Aquæ ciuitatis antiquiſſimæ liber, excuſus eſt Venetijs apud Iuntas, cum aliorum ſcriptis De balneis. Claruit anno Domini 1440.*

Antonius *Genfræus Gallica lingua deſcripſit Aulam Turcicam, Othomanicumque imperium, quem librum nuper Wilhelmus Codeleneus in Latinam linguam conuertit. Baſileæ anno* 1573.

Antonius *de S. Georgio Iuriſconſultus, ſcripſit De appellationibus.*

Antonius *Geraldinus Protonotarius Apoſtolicus & poeta laureatus, ſcripſit Bucolica ſacra* 12. *eglogis, in quarum nouem prioribus vitam Chriſti, in reliquis miſsionem Spiritus ſancti, vltimum iudicium, & vitam beatam deſcribit, impreſſæ ſunt à Thoma Anshelmo Phorcæ, anno Domini* 1507. *& Baſileæ à Roberto Winter, anno Domini* 1544. *& Lipſiæ à Valentino Schumanno quaternionibus* 4. *Scripſit præterea De regum Hiſpaniæ rebus geſtis vario carminum genere, Faſtos quoq; elegiaco carmine, Heroum hymnos lyricis verſibus. Martyrum geſta & ſacra myſtica verſibus heroicis, vt de ſeipſo autor teſtatur. Eius oratio habita Romæ* 1486. *in obſequio canenice exhibito per illuſtrẽ comitem Tendillæ, & protonotariũ Metimnenſem, & ipſum Geraldinum, nomine Ferdinãdi regis & Elizabeth reginæ Hiſpaniæ, Innocentino* VIII. P.M. *Impreſſa eſt Romæ (opinor) ſeſquicharta.*

* Antonius *Geuareus ſcripſit Oratorium religioſorum, exercitium virtutuoſorum, Salamãcæ apud Ioannem Perierum.* 1570. *Hiſpanice.*

Antonius *de Giſcandis, Lombardus, profeſsione Dominicanus, & inquiſitor Taurinenſis, ſcripſit Reſolutiones dubiorum Euangelicorum lib.* 2. *qui impreſſi extant. Vixit anno* 1490.

* Antonius *de Giſlandis ordinis Prædicatorum ſcripſit opus quod Aureum vocauit, ſuper Euangelia totius anni, ſecundum vſum Romanæ curiæ, & ordinis fratrum Prædicatorum.* 4. *Venetijs,* 1574.

Antonij *Gomezij olim in Academia Salmantina Iuris ciuilis profeſſoris, Commentariorum variarum reſolutionum iuris ciuilis communis & Regij tomi tres: Primus vltimarum voluntatum materiam continet: Secundo contractuum: Tertius delictorum, cum annotationibus Emanuelis Soaretz. Venetijs anno* 1573. *in* 4. *& Francof.* 1572. *in folio.*

Antonius *Goueanus Luſitanus, epigrammata quædam ſcripſit, & epiſtolas quatuor: Gryphius impreſsit Lugduni, anno* 1539. *Virgilij opera caſtigauit, & Terentij Comœdias ſuis verſibus reſtituit, quæ idem Gryphius excudit anno Domini* 1541. *Porphyrij quinq; vocum introductionem tranſtulit eleganter admodum, eodem anno apud Gryphium. Lutetiæ in lucem dedit Enarrationem in Ciceronis orationem contra Vatinium teſtem: & criticam logices partem, certans cum Marci Tullij topica. Scripſit etiam commentarios in Ciceronis Topica, impreſſos Pariſijs. Item in* 2. *priores lib. epiſt. ad Atticũ, ibid. excuſ.* 1543. *Item in libros de Legibus, ibidẽ impreſſos apud Thomam Richardum. Reſpondit etiam ad Petri Rami calumnias pro Ariſtotele, anno Domim* 1543. *Pollicetur præterea commentaria in Terentium, & integram Ariſtotelis organi conuerſionem. Idem ſcripſit plurima in iure, vt Libros variarum lectionum, De ſubſtitutionibus ad legem Falcidiam, ad L. Gallus, & alia quædam vno volumine impreſſa Lugduni in folio, apud Antonium Vincentium. In l. ff. veteris in titulo De iuriſdictione omni iudicum.* * *Eiuſdem in aliquot orationes Ciceronis enarratio habetur in fol. in bibl. Imp.*

Antonius de *Gradis vel Garaldis, ſcripſit tractatum de febribus. Item in nonum Almanſoris, Conſilia medica, De balneis Patauinis libellum, impreſſum Ven. à Iuntis, cũ aliorũ ſcriptis de Balneis.*

Antonius *Guaynerius, vide Ant. Gaynerus.*

Antonij *Guaimei aut Cynari (vtrumq; enim nomen ſcribitur in Oporiniana bibliothecea) Epiſtola ad Franciſc. Balduinum apoſtatam in* 8.

Antonius de *Gueuara, Epiſcopus de Mondegnetto, Hiſpanus, prædicator, Chroniſta, & conſiliarius Cæſaris, ſcripſit vernaculo ſermone, epiſtolas, quibus multa ex ſacris profanisq; literis, aliaque varia lectu digna continentur. Prima pars continens epiſtolas* 61. *Impreſſa eſt Venetijs anno Domini* 1545. *in* 8. *à Dominico Gazulo nobili Hiſpano, in Italicum ſermonem eodem anno conuerſa. Extant huius authoris etiam alia quædam ſcripta, nempe de M. Aurelio, De principe Chriſtiano, & quædam alia.* * *Eius prima & ſecunda pars libri, à monte Caluario inſcripti, Antuerp. in* 8. *Hiſpanice. Eiuſdem epiſtolæ familiares, ibidem excuſæ. Eiuſdem Epiſt. liber primus* 1547. *& liber ſecundus* 1548. *Venetijs. Eiuſdem oratorium religioſorum. Antuerpiæ Hiſpanice omnia. Eius de Marco Aurelio, liber aureus, Antuerpiæ impreſſus* 1550. *in* 16.

Antonius *Guibertus Coſtalius, Tholoſas, ſcripſit ſuper* 2. *ff. veteris in tit. De iure dotium. Item de Sponſalibus & matrimonijs Cõmentarium, multis rerum quotidianarum deciſionibus exornatum.* 8. *Lugduni apud Ant. Gryphium.*

Antonius *Gylbi Lincolnienſis, ſcripſit contra Stephanum Gardynerum Wintonienſem epiſcopũ: Librum Anglica lingua inſcriptum, Aduerſus diaboli ſophiſticen: Commentarios in Micheam, & in Malachiam. De electione & reprobatione lib.* 1. *De libero arbitrio lib.* 1. *Quoſdam etiam libros in Anglicam linguam tranſtulit. Claruit anno* 1557.

Antonij *Haliei epiſtola, quibus præiudicijs in Baden Heluetiorum ſit diſputatũ. Item ſeptem concluſiones Ioannis Eccij, cum reſponſionibus Hulderici Zuinglij. Libellus impreſſus eſt octern.* 2.

Antonij *Hemertij Paraclesis afflictæ mentis, ſiue de patientia lib.* 3. *Antuerp. in* 16.

* Antonij *Herforti Hom.* 3. *de S. cœna ex verbis S. Pauli* 1. *Cor.* 11. *Germ.* 8. *Francof. ad Oderã* 1578.

Antonius *Hermannus Gogaua, Grauienſis, è Græco hos authores in Latinam ſermonem vertit, Ptolomæi Aſtronomica (ni fallor) eiuſdem Harmonicorum lib.* 3. *Theonis Smirnei, de Mathematicis rebus à Platone vſurpatis lib.* 2. *Ariſtoxeni de Muſica lib.* 3. *Sereni Cilindrica lib.* 2. *Nicomachi Garaſeni Muſicam. Proclum in Alcibiadem Platonis primum, & in Parmenidem. Io. Curopalatæ hiſt. de Vitis* 20. *Imp. Rom. à morte Niceph. Ex his quædam Venetijs impreſſa ſunt.*

Antonij *Houei De tẽporis noſtri ſtatu dialog.* 8

Antonius

Antonius Hulſtius De ſtadio curſoris Chriſtiani æternæ vitæ metam ſub leui Chriſti onere præbendentis. Antuerp. Ioan. Bellerus anno 1556.

Antonius Iannenſis, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſt. ſcripſit figurarum moralium lib. 1. Floruit anno Domini 1418.

* F. Antonij de Iarua Morale compendiũ figurarum Bibliorum Ms. bib. Imp.

Antonij Iekinſoni tabula Ruſsiæ edita Londini 1562.

* Antonij à Iontulmo de iudicijs natiuitatũ in 4.

Antonius Klumpius phyſicus Vberlingenſis, ſcripſit De peſte Britannica libellum, vt refert Ioachimus Schillerus eius diſcipulus.

Antonij à Konigſtein Concordantiæ breuiores omnium ferè materiarum ex ſacris Bibliorũ libris. Coloniæ 1550. 8. Eiuſdem enarrationum in Euangelia mentio fit in catalogo bibl. Oporini. Item Poſtillæ impreſſæ Coloniæ 1549. * Eius enarrationes in epiſtolam Pauli ad Rom. Coloniæ 1556. Hic idem eſt Cum eo qui dicitur Ant. Brockwy à Konigſtein.

* Antonius Lamquier Carmelita Atrebatenſis ſcripſit, Synopſin ad piam concionem faciendam orthodoxis, in magnis illis ſacroſanctæ paſsionis, reſurrectionis, & aſcenſionis feſtiuis diebus. 16. Pariſijs, anno 1578.

Antonius Lenas annotationes quaſdem in Valerium Maximum reliquit.

Antonij Liberalis Transformationum congeries Græce & Latine, Guil. Xilandro interprete. Baſileæ 1568. in 8.

Antonij Ludouici medici Vliſsiponenſis quædam opera in medicina extant, impreſſa Vlyſsiponæ 1540. Item eiuſdem libri 5. De occultis proprietatibus, Problematum lib. 5. opus abſolutum, iucundũ & variũ. Idem ſcripſit lib. De pudore, in quo multa pulchra & recondita ex varia & frequentiſsima Græcorum hiſtoria deprompta referuntur. Præterea vertit in Latinum Michaelis Pſelli philoſophi allegorias tres, in Tantalum, Sphingem, & Circem. Item Teletem de comparatione diuitiarum & paupertatis. Item Sotadem, Quod vita plurimis plena malis, & alia quædam plurima. Antuerpiæ impreſſit Michael Hillenius 1537.

Antonij Lollij (aliàs Lullij) Gemmianenſis, oratio habita in funere D. Philippi Cardinalis Matiſconenſis, impreſſa eſt in Italia cum Ant. Mancinelli Rhetorica.

Antonius Lollius (neſcio an idem cũ priore) edidit Orationem de circuncisione Domini.

Antonij Lulli progymnaſmata rhetorica ad Franciſcũ Baumenſem: excuſi ſunt Baſileæ per Ioannem Oporinum, anno 1550. Item anno 1551. auctiora, & Lugduni 1572. Eiuſdem præparatio Græca in Baſilij Magni libellũ De exercitatione grammatica, ab eodem excuſa eſt anno 1553. De oratione liber Baſileæ apud Hein. Petri.

Antonij Luſchi Vincentini Enarrationes in orationes Ciceronis pro P. Quintio, lege Manilia, A. Cluentio, L. Valerio Flacco, P. Sylla, A. Licinio Archia, Cn. Plancio, P. An. Milone, M. Marcello, Quinto Ligario, Rege Deiotaro: Impreſſa ſunt olim cum Aſcanio Pædiano Pariſijs, & Baſileæ ab Oporino, cum aliorum in omnes Ciceronis orationes commentarijs, anno 1553.

Antonij Maij funebris quædam oratio, excuſa eſt in Italia.

Antonij Maioragij, vide Antonius Maria.

Antonius Mancinellus, inſignis Grãmaticus, vixit circa annum D. 1490. vbi & opera eius impreſſa reperiuntur, ſcribendi orandiq; modus: Vocũ proprietas ex Donato, A. Gellio, Aſconio Pædiano, Macrobio, Rhetoricis Ciceronis, Tuſculanis quæſtionibus, Vegetio de re militari, Capro, Põpeio Feſto, Nonio Marcello, Tullio de Natura deorum, Tullio de Diuinatione, Lactantio Firmiano. Epitoma ſeu regulæ cõſtructionis, hoc ordine: Perſonalia verba, Imperſonalia, Aduerbia localia, Infinita, Gerũdia, Supina, Diſtributiua, Partitiua, Relatiua, Interrogatiua, Comparatiua, Superlatiua, Participia, Figuræ. Summa declinationum quinq;, De patronymicis varijs, Vnus, totus, ſolus, &c. De numeralibus, De compoſitis è duobus rectis, recto & obliquo, è duobus genitiuis, à qui & quis deducta. Compoſita pronomina. Theſaurus de varia conſtructione verborũ & nominum iuxta ordinem alphabeti. Spica voluminũ quatuor, de declinatione, ijſdem ferè capitibus & ordine, vt ſuprà in ſumma declinationũ, ijſdem quoq; verſibus repetitis: ſed hic nulla eſt proſa oratio, & meris conſtat hexametris. Carmen de generibus nominũ. Carmen de præteritis. Carmen de ſupinis. Verſilogus hexametro verſu. Carmen de floribus, id eſt, electis vocabulis. Carmen de figuris, vnamquamq; figuram verſibus explicatam, ſcholia ſermone ſoluto ſequuntur. De poetica virtute. Carmen de vita ſua patria, parentibus, & ſtudijs: Laurentij Vallenſis epitome, portusq; elegantiæ: Lima eiuſdem, Rhetoricen ad Herennium eſſe Ciceronis, aſſertio. Commentariolus in rhetoricæ ad Herennium primum librũ, Speculum de quatuor virtutibus carmine heroico, Gymnicus excudit Coloniæ. Cõmentarij in Vergilij Bucolica & Georgica, cum Seruij, Chriſtoph. Landini & aliorum cõmentarijs, impreſsi Venet. 1520. Præter enumerata hactenus opera, extant eiuſdem autoris epigrammata quædam, Libellus de arte, Donatus melior, Commentarius in Odas Horatij, Commentarius in carmen Epodon, & Seculare carmen, Commentariolus in Somnium Scipionis, Lexicõ de verborum ſignificatu, centiloquium. Ioan. Tortelij lima quædã, annotationes in Suetonium, excuſæ; & in Iuuenalis Satyras. Antonij Mancinelli Latini ſermonis emporium, in quo pleraq; è Terentio alijsq; probatiſsimis autoribus collecta exponuntur, excuſum eſt Venetijs apud Fr. Bindonum, 1550.

* Antonij Marcarlij ſiue Marcurtij declaratio Miſſæ, at de ipſius fructu, & propter quas cauſas retinenda, in fol. 1544. Gallice.

Antonij Margaritæ Iudæi, profeſſoris Lipſenſis, Enarratio ceremoniarum Iudaicarum, impreſſa Germ. 4. * Eiuſdem declaratio ſolida Iudæorum fidei Germanice. Auguſtæ 1530. Inſtitutio de Chriſtianorum palmarum aſini ceremonia: vbi in vtroq;

Teſtamento ſit fundata, German. In 4. anno 1541. Eiuſdem profeſſoris Hebraicæ linguæ Viennenſis declaratio 53. cap. Eſaiæ, qua probatur promiſſum Meſſiam, nempe Chriſtum veniſſe, neque alium Iudæis expectandum eſſe, Germanice. Viennæ, ſine anno.

Antonij Mariæ Betti, Practicæ veſpertinæ. Bononiæ 1562.

Antonij Mariæ egloga impreſſa ab Opor. in 8.

Antonius Maria Comes Maioragij, vide Marcus Antonius Maioragius.

Antonij Mariæ Coraſij tractatus de communi V. I. Doctorum opinione, conſtituenda, attendenda, & pœnis recedentium ab ea. Venetijs anno Domini 1572. octauo.

Antonij Mariæ Venuſti Tergeſtinorum medici, Conſilia medica: in quibus vera quædam conſultandi methodus proponitur, multi morbi cum ſuis cauſis & ſignis conſiderantur, multæ & arduæ quæſtiones medicæ pertractantur. Venetijs 1571.

* Antonius Maria Vicecomes, ciuis Placentinus, Practicam numerorum & menſurarum, ac alluionis partitionem inueſtigandi. 4. Brixiæ 1581.

Antonij Mariæ Viſdomini, liber De otio & Sibyllis. Adiecti ſunt etiam varij elegi. Liber impreſſus Bononiæ, anno 1500. Idem ſcripſit Commentaria in Tragœdias Senecæ.

Antonij Marinarij profeſſionis Carmelitanæ theologi, De conſonantia Ieſu Chriſti & prophetarum libri tres: Pariſijs impreſſi, anno redemptionis noſtræ 1541.

Antonij Maſſæ Galleſij ciuis Romani, tractatus De bonæ fidei iudicijs. De exceptionibus. De vſu iudiciorum palatij pontificij. Excuſi Venetijs apud Tramezinum, anno 1549. & Romæ 1540. De duello. De exercitatione iuris, ad formulam cameræ. Ibidem impreſſi. De exercitatione iuris, ſeu iuris peritorum lib. 3. impreſſi quoq; ſunt Argentinæ, & Coloniæ 1554. Tractatus ad formulam cameralis obligationis, in quo omnia quæ ad hoc genus pertinent docte & eleganter explicantur: impreſſus eſt Lugduni 1556. Stripſit præterea Practicam, Præſtitionem ſeu præparationem in iuris ciuilis inſtitutiones. De amore. De transfugis. De vſuris. Allegationes pro abbatibus ex congregatione Caſſinenſi, editas Venetijs 1562. *Eius ad formulam Cameralis obligationis liber. D. Benedicti de Barzis Peruſini, Sigiſmundi Romanorum Imperatoris à conſilijs, Tractatus de Guarentigia. D. Antonij à Canario Tractatus de executione Inſtrumentorum. Eiuſdem Antonij Maſſæ Sermo de Annatis. 8. Romæ 1579.

Antonij de Mattheis Tractatus prorogationis fori, & competentiæ præuentionis & iuris reuocandi domum, reconuentionis, ac reorum tranſmiſſionis. *Examen ad Rubricam, & ad principium legis primæ Necnon repetitio ad §. Nihil commune, in l. naturaliter, cum aliquot tractatibus incluſis. 4. Francof. 1576.

Antonius Meierius conſcripſit Epitomen rerum Flandricarum, ſiue comites Flandriæ, Heroico carmine, ex Annalib. Iacobi Meieri patrui ſui. Item Cameracum, Encomium vrbis ac populi Cameracenſis. Antuerp. Steelſius, anno D. 1556.

Antonij Melij monachi De poteſtate abſoluendi & diſpenſandi.

Antonij Mendozæ liber, Hiſpanice De nouo orbe.

Antonij de Meti Periochæ ſeptem Galeni lib. methodi. In 16.

Antonij Militiani carmina in mortem Platinæ, impreſſa ſunt in fine operum ipſius Platinæ.

Antonius Mizaldus, ſcripſit Phænomena ſiue tempeſtatum ſigna, quatuor Aphoriſmorum ſectiunculis methodice concinnata. Lutetiæ excudebat Reginaldus Calderius, anno D. 1546. Meteorologiam ſiue rerum aeriarum commentariolum, Lutetiæ apud eundem excuſum, anno Domini 1547. Cometographiam, De crinitarum ſtellarum natura & portentis lib. 2. cum catalogo ampliſſimo hactenus viſorum cometarum, & quid portenderint. Lutetiæ excudebat Chriſtianus Wechelus, anno Domini 1549. Æſculapij & Vraniæ medicum ſimul & aſtronomicum ex colloquio coniugium. Lugduni impreſſit Ioannes Tornæſius, anno Domini 1550. Planetologiam rebus aſtronomicis medicis & philoſophicis refertam, Lugduni excudit Matthias Bonhomme, anno 1552. Sphæræ ſeu Coſmographiæ lib. 3. figuris & demonſtrationibus illuſtratos. Lutetiæ excudit Guil. Cauellat, anno Domini 1552. Zodiacum ſiue 12. ſignorum cœli hortulum lib. 3. concinnatum. Lutetiæ impreſſus liber apud Carolam Guillardam, anno Domini 1554. Planetarum collegium, ibidem & eodem anno editum. Catalogos ſeptem ſympathiæ rerum aliquot mundi. Lutetiæ excudit Iacobus Kerner, anno Domini 1554. Memorabilium naturæ arcanorum ſyluulam, idem impreſſit. Hortum auxiliarem. Lutetiæ anno 1565. in 8. De arcanis naturæ libros quatuor. Ibidem 1558. in 16. Annotationes in 3. Galeni librum De diebus decretorijs. Aphoriſmorum Hippocritis ſectiones ſeptem in totidem claſſes iuxta communes medicinæ locos digeſſit, & annotatiunculis breuibus illuſtrauit. Scholia in Galeni librum De infirmorum decubitu ex aſtrologica ſententia: cui Hippocratis liber einſdem plane methodi ſocius alter additur: & tertius inſuper Mercurij Triſmegiſti. Seleniacum ſeu medicum de Luna opuſculum, centum morborum ac remediorum Aphoriſmis concinnatum. Conciliatio medicorum & Aſtrologorum in controuerſia dierum decretoriorum. Rerum agri ſecreta pauperibus æque ac diuitibus iucunda ac vtilia. Lutetiæ, 1560. in octauo. *Hiſtoria Hortenſium, quatuor opuſculis contexta, & nunc primum illuſtrata. 8. Coloniæ 1576.

Antonij Moekeri Hyldesheimij, Hyldeſia Saxoniæ vere & proprie à prima origine, vnà cum alijs rebus memorabilibus, ad præſentia vſque tempora deductis. Francoforti 1573. *Eiuſdem dialogus metricus, & parænetica diſticha, quæ complectuntur præcepta vitæ ac morum honeſtatis & pietatis iuxta decem præceptorum ordines diſtributa, iuxta poſitis Germanicis rythmis. 8. Erfurdiæ, 1573. V-

triuſque

trinſque iuris regulas carmine reddidit. 8. Monachij 1576. Veterum Græcorum & Ethicorum poetarum, Theognidis, Pythagoræ, Phocillidis & Solonis [illegible] tranſlatio Latina & metrica. Erfordiæ 1575. De artibus & prophetia eiusq; cultoribus oratiuncula. 8. Erford. 1579.

Antonij *Mollinij* liber *De diuerſa hominum natura cognoſcenda, prout à veteribus philoſophis ex corporum ſpeciebus reperta eſt*, Lugduni in 8. anno Domini 1549. Idem Mollinius Q. Serenum veteris & optimi exemplaris ope adiutus, emendauit.

Antonius *Monachus & abbas*, natione Ægyptius, dictauit Ægyptiaco ſermone ad diuerſa cœnobia Apoſtolici ſenſus atq; ſermonis varias epiſtolas, è quibus extat inſignis illa, ad Arſenoitas, epiſt. 1. ad alia cœnobia epiſt. 6. quæ impreſſæ ſunt Baſileæ ab Heinrico Petri, anno 1551. cum alijs quibuſdam veteris eccleſiæ Theologorum opuſculis. Eius vitam Beatus Athanaſius epiſcopus Alexandrinus inſigni volumine Græco ſermone deſcrpſit. Claruit anno Domini 330. * Eiuſdem opus Theologicum, quod Meliſſam, id eſt, apiculam inſcripſit, varijs cōſtans capitibus, præcipuè verò de politia Chriſti tractans, iunctis Iohannis cuiuſdam locis Ethicis, Græce manu ſcriptis in 8. bibliotheca Imp. Idē opus CL.V. Conr. Geſnerus Venetijs acquiſitū, Græce, & Latine ſeorſim eodem & Ioan. Ribitto interprete, excudi curauit Tiguri apud Chriſt. Froſchouerum, anno 1546. hoc titulo: Sententiarum ſiue capitum, Theologicorum præcipuè, ex ſacris & profanis libris, tomi 3. per Antonium & Maximū, monachos olim collectæ. Antonij loci Meliſſæ inſcripti, numero ſunt CLXXV.

* Antonius *Monchiacenus* Reſſonnus Demochares, Doctor Sorbonicus libros Sententiarū quatuor Petri Lombardi, recognouit, emendauit, pluribusq; nouis indicibus illuſtrauit. 8. Pariſijs, anno 1573. Eiuſdem Catholica & hiſtorica propugnatio Chriſtianæ religionis, inſtitutionisq; Domini noſtri IeſuChriſti & Apoſtolicæ traditionis, aduerſus Miſoliturgorum blaſphemias, præcipuè Ioan. Caluini & ſuorum, contra ſacra Miſſam. Pariſijs Claudius Frenny, 1562. in fol. Eiuſdem de Veritate corporis & ſanguinis Chriſti in miſſæ ſacrificio, ratione trāſſubſtantiationis aſſertio, apud Plantinum, 1573.

Antonij *de Montulmo*, artium ac medicinæ doctoris, liber De iudicijs natiuitatum, illuſtratus additionibus Ioannis de Monteregio, impreſſus eſt Norimbergæ, anno D. 1540. à Ioan. Petreio, quaternionibus 13. cū tractatu Lucæ Gaurici De natiuitatib.

Antonius *Moralius* epiſco. Meſchuacanenſis, ſcripſit annotationes in Benedicti Ariæ rhetoricorum libros. 1572. Antuerpiæ.

Antonij *Muſæ* De herbæ Betonicæ remedijs 47. ad M. Agrippam libellum, reſtitutum per Gabrielem Humelbergium, & cōmentarijs illuſtratū, Froſchouerus Tiguri impreſſit, cum L. Apuleij libro De medicaminibus herbarum. Eiuſdem De bona valetudine conſeruanda inſtructio ad Mecœnatem ſuum, libellus excuſus eſt Norimbergæ, anno 1538. cum alijs quibuſdam. Remedium ad anginam à Muſa ſcriptum Galenus lib. 6. cap. 2. De compoſitione ſecundum locos recenſet.

Antonius *Muſa Braſauolus* medicus Ferrarienſis, ſcripſit Examen omnium ſimplicium medicamentorum: Liber impreſſus Romæ, anno 1536. dein de Lugduni. Item in octo libros aphoriſmorum Hippocratis & Galeni expoſitionem, Commentaria & annotationes. Opus excuſum Baſileæ in officina Frobeniana, anno 1542. De ſyrupis librū, excuſum Lugduni 1540. per dialogum inter ipſum Antoniū & pharmacopolam ſenem. Scripſit præterea multa alia vtiliſſimè, quorum bona pars in lucem prodijt, reliqua expectantur. Sunt autē hæc: Vita IeſuChriſti ſeruatoris Italica lingua, in qua paraphraſtice quatuor Euangeliſtas interpretatur. Dialogus quod mors nemini placeat. Muricis encomium. De cœna & prandio. De temperie Ferrarienſis aeris. De laudibus dialecticæ. De ordine librorum logicæ. De vtilitate & neceſſitate Logicæ. De ſuppoſitionibus ſecundum antiquos. Commentaria in Paulum Venetum. Phœnix in Porphyrium. Porphyrij Panoplia, in qua defenditur autor ab his, qui ex profeſſo illum reprehendunt. Commentarij in prædicamenta Ariſtotelis. In librum de interpretatione. In poſteriora analytica. In libellum Boetij de diuiſionibus. Commentaria in librum Auerrois de ſubſtantia orbis. In libros phyſicorum Ariſtotelis. In libros de anima. Commentaria in aphoriſmos Hippocratis, quæ poſt primam editionem ad incudem reuocauit. Cōmentaria in prognoſtica. In libros de ratione victus in morbis acutis. In libros epidemiorum. De ſimplicibus medicamentis. De ſyrupis. De pilulis. De medicamentis catharticis. De electuarijs non ſoluentibus. De ſief, id eſt, collyrijs. De ſuffuph, id eſt, pulueribus. De oleis. De ceratis. De vnguentis. De emplaſtris. De trochiſcis. De loch, id eſt, linctibus, vel eclegmatibus. De aquis. De infuſionibus. De decoctionibus. De proprijs medicamentis humores educentibus, tam ſimplicibus, quàm compoſitis, & de eorundem præbendorum modis ac doſi. Index copioſiſſimus in Galeni opera ex ſecunda Iuntarum editione Venetijs, 1551. Examen eius omniū electuariorum, puluerum & confectionum catharticorum, Vincent. Valgriſius excudit Venetijs, anno D. 1548. octer. 9. Quorum 3. primi hiſtoriam continēt capti & ſupplicio afficiēdi Pauli Manfroni propter inſidias aduerſus ducem, & quomodo dux ei vitam donauerit, ſed in carcere retinuerit. Examen omnium trochiſcorum, vnguentorum, ceratorum, emplaſtrorū, cataplaſmatum, collyriorū & ſief, quorum Ferrariæ vſus eſt, impreſſum eſt Venetijs apud Iuntas, 1551. Examen omnium Loch, id eſt, linctuū: Suffuff, id eſt, puluerum, aquarum, decoctionum, oleorum, quorum apud Ferrarienſes pharmacopolas vſus eſt: vbi de morbo Gallico etiam diligentiſſimè copioſeq; tractatur, Venetijs excuderunt Iuntæ, anno D. 1553. octern. 37. & dimidio.

Antonius *Muſa* (alius à Braſauolo) orationē recitauit in ſolenni conuentu Lipſiæ, quæ edita eſt, De immenſis Dei erga genus humanum beneficijs.

Antonij *Nacanitæ* ſoliloquia, Ms. bibl. Imp.



Digitized by Google

* Antonius de *Nebra ſcripſit Chronicō regis Catholici D. Ferdinandi & vxoris Yſabellæ, Valladoli apud Sebaſtianum Martinezium, 1565. Hiſp.*

Antonij *Neguſantij de Fano, De pignoribus & hypothecis, liber impreſſus Lugd. anno 1535.*

Antonius *Nicellus* I.C. *ſcripſit, Quo caſu citatio non valeat, De gloſsis contrarijs & earũ accordantijs. Item concordantias contrarietatũ Bartoli.*

* Antonij *Nigri medici, exhortatio ad liberaliũ artium ſtudia. In 8. Magdeburgi 1550.*

* Antonius *Otto Herzberger, concionator Nortbuſanus, ſcripſit aduerſus rationes Oſiandri, quibus articulum Iuſtificationis peruertit, Germ. Magdeb.* 1552. *Idem ſcripſit veræ Chriſtianæ religionis inſtitutionem, Germ. In 8. Magdeburgi 1553. Item contra temulentos ruſticos: & de peccato originali. In 4.*

* Antonij de *Padilla Ymeneſes, in quædam Imperatorum reſcripta, & nonnulla Iuriſconſultorum reſponſa, Commentaria. In fol. Venetijs 1579.*

Antonius *dictus de Padua, natione Hiſpanus, Vlyſsiponenſis ordinis minorum, ſcripſit Sermones de tempore lib. 2. Sermones quoq; de ſanctis lib. 1. Claruit anno D. 1230.*

Antonij *Pagani, Veneti, Tractatus de ordine, iuriſdictione & reſidentia epiſcoporum: in quo agitur de Epiſcopatus, & aliorum Eccleſiaſticorũ graduum diſtinctione, varietate, iure, inſtitutione, dignitate, poteſtate & iuriſdictione. Præterea De neceſſaria Prælatorum præſentia ac paſtorali cura. Atq; tandem omnium eorum, quæ circa hanc materiam in Concilio Tridentino iam decreta ſunt, plena diſcuſsio continetur. Venetijs apud Bolognium Zalterium, anno D. 1570. in 4.*

* Antonij *Panphinij traducta heroica, liber ſcriptus in membrana in bib. Imp.*

Antonij *Panormitæ De dictis & factis Alphonſi regis Aragonum lib. 4. excuſi Baſileæ apud Heruagium 1538. cum Æneæ Syluij Commentarijs, quæ capitatim cum Alphonſinis contendunt, & Iacobi Spiegelij ſcholijs. In 4. Baſileæ 1538. Eiuſdem Epiſtolarum libri 5. orationes duæ, carmina præterea quædam, quæ ex multis ab eo ſcriptis colligi potuerunt, impreſſa ſunt Venetijs, anno D. 1553. in 4. Nominatur hic in inſcriptione Antonius Bononia Beccatellus cognomento Panhormita.*

* Antonius *Panthera Monarchiam ſcripſit Domini noſtri Ieſu Chriſti, Italice. Venetijs 1545.*

Antonius de *Parma, ordinis Camaldulen. prior generalis, ſcripſit Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Sermones per quadrageſimam lib. 1. & quædam alia. Claruit anno 1420.*

Antonius *Parthenius ſcripſit (ni fallor) Commentaria in Catullum.*

* Antonij *Pelargi apologia ſacrificij Euchariſtiæ. Viennæ 1526.*

Antonius de *Petrucia ſcripſit De iureiurando lib. 1. ſecundi Digeſti vet.*

Antonij *Philothoi* I.V. *Doctoris de Homodeis Compilatio decretorum & canonum Concilij Tridentini, in 6. lib. iuxta materiarum affinitatem diſtincta. Venetijs 1566. in 8. & ibidem anno D. 1573. apud Damianum Zenaram.*

* Antonij *Piaggij* I.C. *Hiſpellatis, de tutore & curatore breuib. plurima cōplectẽs tractat⁹ 8. Ven. 1574.*

Antonius *Pinetus Gallica lingua deſcripſit et iconibus exhibuit quamplurimas (vt titulus habet) tam Europæ quàm Africæ, Aſiæ & noui orbis regionum, vrbium, oppidorumq; tabulas.*

Antonius *Pius de Placentia, martyr, ſcripſit Itinerarium. Arnoldus Boſtius. Videndum an hoc ſit Itinerarium Antonini: an liber aliquis alius, & forte theologicus.*

Antonij *Pij loca ſeptuaginta correcta in iure, impreſſa ſunt Bononiæ in 4.*

Antonij *Pocquij Libertinorum Anabaptiſtarum ſectæ, aſſeclæ, concio legitur in libello Caluini contra Libertinos.*

Antonius *Polus Venetus edidit aliquot axiomata atq; diſputauit Patauij 1558.* Eiuſdem Noui veritatis lumen, in tres libros Ariſtotelis de Anima. Item eiuſdem dilucidatio Veritatis in proœmium phyſicorum Ariſtotelis. Eiuſdemq; digreſsio de circulo lacteo, in defenſionem Ariſtotelis aduerſus omnes Peripateticos. 4. Venetijs 1578.*

Antonius de *Prato Tridentinus, ſcripſit librum de Republica, De feudis, De ſecundis nuptijs, Repertorium in Bar.*

Antonij de *Prætis, Clypeus paſtoralis. De iuriſdictione epiſcopi: Hic in Iureconſultorum indice ſeorſim ponitur ab Antonio de Prato.*

Antonij *Raberij tabulæ in Grãmaticam, Rhetoricam & Dialecticam. Item in Galeni libros De ſanitate tuenda excuſæ ſunt à Ioan. Oporino.*

Antonius *Rampigollis Neapolitanus heremita, Repertorium Bibliorum ſcripſit, ſecundum ordinem alphabeti, impreſſum in Germania olim in 4.*

* *Eiuſdem opus conducibile figurarum Bibliæ. Coloniæ 1505.*

Antonius *Rondenſis quædam edidit, contra quæ ſcripſit Laurentius Valla.*

Antonius *Reuchlinus edidit Lexicon Hebrææ linguæ, in quo ſingula capita Hebraicarum concordantiarum, in linguam Latinam conuertit. Heinricus Petri impreſſit Baſileæ. Idem ex libris Eliæ Leuitæ 20. tabulas Hebraicarum inſtitutionum collegit, quibus addidit exegeſim in 6. Pſalmos Dauidis, liber ibid. impreſſus in fol.*

Antonij *Riccoboni Rhodigini, Cõmentarius, in quo per locorum collationem explicatur doctrina librorum de Inuentione, Partitionum oratoriarum, Topicorum, Oratoris ad Brutum, Librorum de oratore. Venetijs apud Ioan. Bariletum in 8. 1568. Eiuſdem Oratio de legum laudibus eodem anno ibid. impreſſa. Eiuſdem Commentarius de hiſtoria, cũ fragmentis M. Portij Catonis, Q. Claudij Quadrigarij, L. Siſennæ, C. Criſpi Saluſtij, M. Terentij Varronis, ab eodem Riccobono collectis, vnà cum ſcholijs eiuſdem. Venetijs anno 1568.*

Antonius *Rondinellus de Syndicatu official.*

Antonius *Roſellus, natione Tuſcus, vtriuſq; iuris profeſſor eximius, ſcripſit de Monarchia mundi lib. 3, in legibus tractatus varios, & alia complura, &c.*

ra,tractatum De poteſtate imperatoris ac papæ, & Concilij: & an apud papam ſit poteſtas vtriuſque gladij, & De materia Conciliorum, impreſſa Venetijs 1487. ſcripſit item De ſucceſsionibus. De legitimatione ſpuriorum. Vixit anno 1467.

Antonij Rubei commentaria in iure, impreſſa. Super ff. Nou. De acqu. rer. do. l. Ea quæ ciuiliter, parag. poſt mortem.

Antonij Sacromori, Additiones ad Formularium terminorum, ſeu Regiſtrorum, ſecundum ſtilum Romanæ curiæ. Venetijs 1570.

* Antonius Sadeele Baro à Sadeele natione Gallus, ſcripſit tractatum de diſciplina eccleſiaſtica, Gallicè excudebat Henricus Stephanus, anno Domini 1566. Epigrammata Gallica de rerum humanarum inconſtantia, bis excuſa: ac tandem adhibitis rhitmis muſicis quatuor vocum, denuo excuſa, anno Domini 1582. Meditationes in Pſalmum XXXII. Lauſannæ, anno 1578. De vnico Chriſti Sacerdotio et Sacrificio aduerſus commentitium miſſæ ſacrificium. Excuſ. anno Do. 1581. Eiuſdem Theologica & Scholaſtica diſputatio, de vera peccatorum remiſsione, aduerſus humanas ſatisfactiones & commentitium Eccleſiæ Romanæ purgatorium. 8. Morgijs anno Domini 1582. Edidit item Sophiſmata Fr. Turriani Ieſuitæ collecta ex eius libro de eccleſia, & ordinationibus miniſtrorum eccleſiæ, aduerſus capita diſputationis Lipſicæ. 8. Geneuæ 1577. Reſpondit ad repetita F. Turriani Monachi Ieſuitæ ſophiſmata de eccleſia & ordinationibus miniſtrorum eccleſiæ, in 8. Morgijs anno 1581. Eiuſdem pars altera reſponſionis ad repetita F. Turriani Monachi Ieſuitæ ſophiſmata de eccleſia, & ordinationibus miniſtrorum eccleſiæ. Acceſſit tractatus de legitima paſtorum eccleſiæ vocatione, in 8. Morgijs anno 1580. & 1581. Locum de verbo Dei ſcripto aduerſus humanas traditiones Theologice & Scholaſtice tractauit. Excuſ. Morgijs in 8. apud Ioannem le Preux, anno D. 1580.

Antonius Salamanca Hiſpanus, picturas ſtatuarum, columnarum, coloſſorum, templorum, theatrorum, arcuum, portarum, ſepulchrorum, quæ Romæ ex antiquitate adhuc viſuntur expreſſit, Georgio Fabricio referente in Roma ſua.

Antonius à Sancto Angelo Patauinus, ſcripſit ſuper FF. de verb. oblig. ſuper l. ſtipulationes non di.

Antonius Saporta, Decanus vniuerſitatis Monſpelienſis, vir doctiſſ. multa ſcripſit quæ nondum ſunt ædita, De cura tumorum præter naturã, De cura vlcerum & vulnerum & quædam alia.

Antonius Saxanus ſcripſit funebrem orationem, habitam in exequijs illuſtriſsimæ Margaritæ, Auſtriæ principis, Broaci ſepultæ. Quæ eſt excuſa cum Guilielmi Paradini De antiquo Burgundiæ ſtatu libello, Baſileæ apud Ioannem Oporinum, anno 1549. Eiuſdem Oratio ad Clementem VII. P P. ſuper ipſius in Galliam aduentu. Lugduni à Gryphio excuſa anno Do. 1534. Scripſit præterea coticulam acutam ſiue lydium lapidem quo probatur amicus & adulator, Gallicè Pariſijs anno Domini 1537.

Antonij Standelli, Cantiones Germanicæ quatuor & quinque vocum, impreſſæ Norimbergæ. Eiuſdem alius liber quatuor vocum. Ibidem: item 4. & 5. & 6. vocum. Dreſdæ 1570.

Antonius Sconhouius, Eutropij V. C. hiſtoriæ Romanæ libros X. integritati ſuæ poſt tot corruptiſsimas editiones reſtituit, impreſſos Baſileæ, apud Oporinum, anno Domini 1546. Idem, Dignitatum omnium adminiſtrationumq; tam ciuilium, quam militarium librum edidit in octauo. Expectamus ab eodem commentaria in Cæſarem, & multa alia.

Antonius Schorus ſcripſit De ratione diſcẽdæ docendæq; Latinæ & Græcæ linguæ libros 2. in quibus epiſtolas quaſdam Ciceronis, & Iſocratis Parænefim ad Demonicum exempli loco interpretatur, Rihelius excudit Argentorati, anno Domini 1549. octernionibus 21. & dimid. Eiuſdem phraſes Latinæ linguæ, ratioq; obſeruandorum eorum in authoribus legendis, quæ præcipuam uim ac ſingularem vſum habent, Heruagius Baſileæ impreſſit, anno Domini 1550. octernionibus 43. Et Coloniæ apud Petrum Horſt anno 1573. Promiſerat librum De arte iungendæ orationis, De differentijs, De particulis, De lingua Latina, & alia quædam: ſed morte præuentus anno 1552. obijt Lauſannæ. Eiuſdem Theſaurus verborum linguæ Latinæ Ciceronianus in vſum & gratiam ſtudioſæ iuuentutis collectus, editus eſt Argentinæ 1570. in 4. Eiuſdem dialogus De ratione populariter tractandarum quæſtionum, impreſſus eſt Lauſannæ 8. anno Domini 1572.

Antonij Sebaſtiani Minturni, Orationes Tridentinæ de officijs eccleſiæ præſtandis. Venetijs 1564. in 8. Eiuſdem poemata ibid. impreſſa.

Antonius Senenſis Luſitanus primus in lucem edidit Expoſitionem S. Thomæ Aquinatis in Geneſim. Antuerpiæ anno 1573. octauo. * Vitas S. Patrum ordinis prædicatorum, ex Surio Carthuſiano ſelegit, Louanij anno 1575. Item de euictione religioſorum opuſculum, vniuerſa quæ ad abſolutam religionis famam ſpectant comprehendens ad exempla manuſcripta correxit, marginalibusq; illuſtrauit indicationibus. 12. Louanij anno Domini 1575. Idem etiam Thomæ Aquinatis enarrationes in quatuor Euangelia à mendis repurgauit, inſuper & omnium authoritatum, quæ in ijs & ſanctis patribus, concilijs & gloſſis citantur marginalibus indicationibus illuſtrauit, fol. Pariſijs anno Domini 1577.

Antonius Sneebergerus Tigurinus, medicus, ſcripſit Catalogum plantarum Latino Germano Polonicum. De remedijs particularibus contra peſtem. De tuenda militum valetudine. De multiplici ſalis vſu libellum Cracouiæ impreſſum, anno Domini 1562. Promittit etiam de aeris vſu librum. Bachanalia quæ inſcribuntur, Gemma amethiſtus, ſiue carbunculus Æthiops, & alia quædã. Clarus Cracouiæ in Polonia circa annũ 1570.



Digitized by Google

* Antonij *Sneebergeri Tigurini Heluetij Medicamentorum facile parabilium aduerſus omnis generis articulorum dolores enumeratio.* 8. *Francof. apud And. Wechelum.*

Antonij *Stellæ elogia Venetorum nauali pugna illuſtrium, liber primus. Venetijs anno* 1558. *in* 8. *Eiuſdem, vita Bernardi Iuſtiniani Patricij Veneti. Ibidem anno* 1552.

Antonius *Stupanus Rheticus auxit diſpenſatorium medicamentorum compoſitorum Nicolai. Impreſſum Lugduni* 1543. *Item Albohazen* Hali *filij Abenragel libros octo De iudicijs aſtrorum ad Latiniorem elocutionem redegit, quos* Henricus *Petri excudit Baſileæ anno Domini* 1551. *in folio. Obijt peſte Baſileæ anno D.*1551.

Antonius *Syluiolus Pariſien. poëta & orator inſignis, ſcripſit comœdias plures: elegiarum lib.*1. *epigrammatum lib.*1. *dialogos plures & graues. De Venetis triumphum.*

Antonius *Taſſara De notariorum exceſſibus erroribus atque peccatis.*

Antonius *Thomas Sauius medicus, Phalaridis epiſtolas à Franciſco Aretino tranſlatas, ad Græcum exemplar contulit & emendauit. Lugduni impreſſit Ioan. Tornæſius, anno* 1550. *in* 8.

Antonius *Thyleſius Conſentinus ſcripſit De coronarum generibus apud antiquos commentariū, excuſum Coloniæ anno* 1531. *Libellum De coloribus. Baſileæ in fine Actuarij De vrinis, apud Cratandrum. Cyclopem hexametro carmine, & Galateam elegiaco: Tiguri apud Froſchou.* 1531. *Item Idyllia ſiue poematia ſex, videlicet Æneam, Lucernam, Thetin, Charites vel Fraga, Arundinem, & Prometheum. Eius item imber aureus Tragœdia, Idyllia ſiue poemata* 7. *Cyclops, Galatea, Lucerna, Arundo, Æneas, Araneola, Cicindela, excuſa ſunt cum eius commentarijs De Coloribus & Coronarum generibus, Baſileæ apud Ioan. Oporinum,* 1545. *Eiuſdem poemata Romæ anō Domini* 1524. *excuſa apud F. Minitium Caluum, quaternionibus octo, hæc ſunt, Cyclops, Reticulum, Hortulus, Galatea, Lucerna, Tibia, Nautarum labor, Parma, Turris de cœlo percuſſa, Æneas, Nænia de obitu patris. Scripſit etiam carmine De ortu Archintorum.*

Antonius *Tibaldeus Ferrarienſis patricius, poëta clariſſimus in Latina & Italica lingua, pro vno epigrammate hendecaſyllabo in laudem Leonis* X. P P. *dono habuit quingentos aureos. Obijt Romæ* 1537. *Carmina eius Italica ipſo viuente ſpreta poſtmodum ſunt, vt Iouius in eius elogio refert: at epigrammata Latina approbata. Ex eius epigrammatis quædam in Iouij imaginibus leguntur.*

Antonius *Torquatus ſcripſit prognoſticon, De maximis mutationibus regnorum.* * *Eius prognoſticon de euerſione Europæ: Europæ item eiuſdem deſcriptio, Antuerpiæ excuſa, anno* 1552.

* Antonij *Trombette Patauini Minoriſtæ, opus in Metaphiſicam Ariſtotelis, Venetijs* 1504. *Eiuſdem in tractatum formalitatum, Scoti ſententia, Venetijs anno Domini* 1505.

* Antonius *Torquemada de Curioſis floribus Salamancæ, Ioannes Baptiſta Iardinus de terra noua* 1570. *Hiſpanicè.*

Antonium *Tudertinum Deſ. Eraſmus in Ciceroniano ſuo nominat, vt qui ſcripſerit aliquid. Tranſtulit autem ex Plutarcho, vitas, Pompei, Timoleonis, Agidis & Cleomenis.*

* Antonius *Tunicius Monaſterienſis Scholæ Collaborator, euulgauit prouerbiales ſententias à ſe verſibus redditas: item Examen vel Enchiridion de Principijs octo partium orationis: Collegit etiam ſelectiores Epiſtolas Sabellici: atque deinde illius extant Epigrammata in diuerſorum librorum commendatione: ædidit etiam ex Cicerone, Politiano & Philelpho epiſtolas ſelectas. Vixit adhuc anno* 1544. *admodum ſenex.*

Antonius *Vacca ſcripſit in Auicennam teſte M. Gatinaria.*

Antonij *Vaccæ à Capiteſilicis Imolenſis* I. C. *Expoſitiones locorum obſcuriorum in Pandectas.*

Antonius *Valerius medicus, Iacobi Hollerij De morbis internis libros duos, De febribus, De Peſte, De remedijs* κατὰ γένη *in Galeni libros, &c. edidit, cum ſuis in eoſdem libros exercitationibus. Pariſijs* 1571.

Antonius *Venutus Notenſis opuſculum De agricultura Italice ſcripſit, impreſſum Venetijs anō Domini* 1537.

Antonij *de Vercellis ſermones, excuſi.*

* Antonij *Verderij proſopographia ſiue illuſtrium perſonarum deſcriptio Gallicè, edita Lugduni apud Antonium Gryphium, anno Domini, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio.*

Antonij *Veſſodi Grammaticarum inſtitutionum lib.*5. *Græcolatine. Impreſſi.*

* Antonij *Vinciguerræ Secretarij Senatus Veneti, opus nouum Italicum.*

Antonius *Volſcus Priuernas, ſcripſit cōmentaria in Ouidij Naſonis heroides, impreſſa Mediolani, anno Domini* 1495. *in folio cum Domitij Calderini commentarijs in Ibin. Scripſit etiam commentaria in Propertium, vt refert Franciſcus Floridus Sabinus, eum reprehendens in ſuis libris ſucciſiuarum lectionum.*

Antonius *Vſillus* I. C. *ſcripſit Regiæ conſtitutionis ad curiarum præſidalium authoritatem pertinentis, breuem & dilucidam expoſitionem, impreſſam Lugduni à Rouillio, anno Domini* 1556. *Item cōmentarios ad Titulum De actionibus quarti libri Inſtitutionum ciuilium in* 4. *anno Domini* 1568.

Antonius *Wied ſcripſit tabulam Lithuaniæ & Moſcouiæ Antuerpiæ impreſſam.*

Antonius *Zantanus ſcripſit libellum illuſtriū Romanorum, ex nummis antiquis depictum, quo nihil fieri poteſt in eo genere elegātius aut perfectius, vt Roma ſcribit Georgius Fab.*

Antonius *Zeno Policola, Venetus, ſcripſit librum De natura humana, & De embryo ad Senatum populumq́ Venetum, impreſſum Venetijs anno* 1491. *Item* 7. *lib. planetarum nominibus inſcriptos, De reliquis humanæ vitæ ætatibus.*

Antonij

Antonij *Zimarræ, quære M. Antonius Zimarra.*

Antilli *multa fragmenta paſſim in libris Æ- tij proferuntur, videlicet, De inſolatione, operimento arenæ, alijsq́ fomentis, Quomodo vena incidenda, De inciſionis magnitudine, De figura diuiſionis, De cucurbitulis, De purgatione, chirurgia euerſionum genarum, De dyſenteria. Eius fragmenta aliquot leguntur apud Ioan. Stobæum ſermone 99. De Sanitate inſcripto: videlicet, De diſcrimine aeris ſecundum diei partes, De differentijs in ipſo aere, De differentijs quæ habentur in ſingulis anni partibus, De locis & differentia aeris ſecundum ipſos, De quatuor auxiliorum generibus, De aeris differentijs, & rurſus de ijſdem iuxta partes menſium.*

Anutius *Foeſius Mediomatricus, medicus, fecit Pharmacopœiam medicamentorum omnium quæ hodie officinis in vſu ſunt, impreſſam in 8.*

Anyte *Tegeatis poetica, canem Locridem epitaphio celebrauit. Pollux. Epigrammata eius 17. Græca extant in Florilegio.*

Aonius *Palearius Verulanus, ſcripſit De animorum immortalitate libros tres verſibus heroicis excuſos apud Gryph. Lugduni anno D. 1536. Et Baſileæ apud Ioan. Oporinum, cum pijs aliquot poetis anno 1551. Scripſit præterea epiſtolarum libros quatuor, orationes duodecim. Primam in L. Murenam ad iudices, qua Ciceronianæ reſpondet, & ſtudium iuris defendit, Secundam pro Antonio Bellante, ad iudices reipublicæ Senenſis. 2. Pro ſeipſo, ad P.C. reipublicæ Senenſis. 4. De laudibus eloquētiæ, ad Lucenſes. 5. De republica, ad S.P.Q. Lucenſem. 6. De concordia ciuium ad eoſdem. 7. De prudentia ad P.C. reipublicæ Lucenſis. 8. De optimis ſtudijs defenſis, ad S.P.Q. Lucen. 9. De iuſtitia ad P.C. reipublicæ Lucenſis. 10. De fortitudine, ad eoſdem. 11. De temperantia ad eoſdem. 12. ad eoſdē De felicitate. Sebaſtianus Gryphius impreſſit in 8. cum libris De immortalitate animæ, anno Domini 1552. Senex propter confeſſionem Chriſtianæ religionis, Romæ anno 1570. capite multatus dicitur.*

Apameus *Sicyonius vel Thebanus, Comicus hiſtoricus ſcripſit epitomen in plures authores, Suidas.*

Appelles *Martioniſta, ſcripſit librum erroris plenum, cui Philumenæ prophetia nomen indidit, in quo, Chriſto corpus tribuit non humanum, ſed ex eius qui apud eos eſt mundi ſubſtantia. Multa etiam aduerſus Moſaicam legem compoſuit. Contra ipſum autem ſcripſit Rhodon Aſianus.*

Appelles *pictor volumina artis ſuæ ad Perſeum diſcipulum ſcripſit. Plinius 35. cap. 10. Idem citat Appellem 31. et 32. et 35. libris. Cous à pleriſq; appellatur, at apud Plinium in elencho 32. libri Thaſius.*

Appelles *Scepticus philoſophus, in Agrippa, citatur à Laertio.*

A[illegible]hanis *librum, Ariſtonis nomine inſcriptū, citat Athenæus.*

Aphricanus *Vide Africanus.*

Aphrodam *medicum Galenus citat, in libro ſecundo De antidotis.*

Aphrodiſius *ſiue Euphemius in libro De Patria citatur à Stephano de vrbibus.*

Aphthonius *ſophiſta, progymnaſmata, id eſt præludia, vel præexercitamenta in artem rhetoricam ſcripſit, impreſſa Lutetiæ apud Wechelum, anno Domini 1531. Solent autem præponi rhetoricæ Hermogenis: proinde Suidas non ſimpliciter Aphthonium progymnaſmata ſcripſiſſe inquit, ſed in Hermogenis artem progymnaſmata. Hunc lib. Reinhardus Lorichius Hadamarius ſcholijs & compluribus exemplis illuſtrauit. Eundem etiam Ioachim. Camerarius in ſermonem Latinum conuertit, Græco ſcripto & exemplis compluribus additis, anno 1571.*

Apicius *Vide Cælius Apicius.*

Apollas *ſcripſit De ciuitatibus in Peloponneſo, vt refert Athenæus.*

Apollinaris *Cremonenſis ſub Eugenio 4. & Franciſco Sfortia, commentarios & practicas, vt vocant, reliquit.*

Apollinaris *Hierapolitanus, in Aſia epiſcopus, ſcripſit apologeticum pro Chriſtianis lib. 1. aduerſus gentes lib. 5. De veritate lib. 3. aduerſus Cataphrygas lib. 2. ex Diuo Hieronymo. Claruit anno 165.*

Apollinaris *opus in primum poſteriorum. Octauianus Scotus Venetijs impreſſit ex caſtigatione Hieron. Suriani.*

Apollinaris *Offredi in librum De anima commentarius impreſſus eſt.*

Apollinares *Syri duo fuerunt Laodicenſes, pater & filius. Pater grammaticus præclarus pro Homeri poemate Moſe libros, & veteres Hebræorum res, vſq; ad Sauli regnum compoſuit: atq; id opus in 24. libros diuiſit, libro quolibet Græcorum elementorum appellatione, iuxta illorum ordinem & numerum, ad Homericæ poeſis imitationem inſcripto. Edidit quoq; Euripidem æmulatus, Trag coe actus. Pindari etiam lyram attigit, & comica argumenta ad Menandri exemplum tractauit, ſumpta ex diuinis literis materia. Pſalmi verſibus redditi ab Apollinario Græce impreſſi ſunt Pariſijs 1562. in 8. Audio etiam Apollinaris commentarios in Euangelium Ioannis Græce extare Venetijs ad S. Antonium. Libri eius, Compēdiarius, ſiue ſumma, De fide, De incarnatione citantur à Theodoreto in Eraniſte. Fertur & ſcripſiſſe libros 30. contra Porphyrium.*

Apollinaris *alter huius filius, rhetor clariſſimus, ſacra euangelia & epiſtolas Pauli in dialogis expoſuit, Platonem imitatus. Scripſit etiam De veritate librum ad Iulianum Imperatorem, ſiue ad philoſophos Græcos. Damnati ſunt hi nomine hæreſeos, nam & De reſurrectione mortuorum inepta quædam tradiderunt, cum reuerſuros ad legem & circumciſionem, ſabbata, ritus adorationum, cibos, templum docerent, & De carne Chriſti ſplendidis nugis multos ſeduxerunt. Cum enim filium Dei humanam carnem animaſſe primum docuiſſent, poſtea velut corrigentes, pro mente tantum & intelligentia fuiſſe diuinitatem in Chriſto*

Digitized by Google

*docuerunt. Quidam filio ſolum hos errores aſcribunt. Hos ſequuti Apollinariſtæ nominati ſunt.*

Apollinarius *ſcripſit epigrammata, quæ leguntur in Florilegio Planudis.*

Apollodori *nomine complures ſcriptores à Græcis celebrantur, adeo vt Scipio Tettius vir doctus noſtra ætate integrum de Apollodoris commentarium confecerit, ad quem remittimus eos qui exactius Apollodoros cognoſcere voluerint, nos hic præcipuos commemorabimus.*

Apollodori *Adramitteni ſcripta citantur apud Æneam Syluium in deſcriptione Aſiæ.*

Apollodorus *Arithmeticus citatur à Laertio in Pythagora & Thalete. Extat etiam Apollodori Arithmetici diſtichon libro nono Athenæi.*

Apollodorus *Artemites (ita hunc Stephanus cognominat) Parthicarum rerum ſcriptor, citatur à Strabone libro 15.*

Apollodorus *Athenienſis, hic ſcripſit Bibliothecæs ſiue De Deorum origine libros tres, impreſſos Romæ Græce & Latine Benedicto Ægio Spoletino interprete 1555. in octauo. Citantur etiam varij huius Apollodori libri. Chronica quæ laudantur à Cicerone, Plutarcho, Diodoro Siculo, Laertio, Clemente Alexandrino, Stephano. Ex his Euſebius multa in ſua Chronica tranſtuliſſe fertur. Catalogus vel* περὶ νεῶν *libri duodecim, citatur à Strabone, Athenæo, Euſtat. Apollonij & Nicandri interpretibus. De Dijs libri ab Athenæo, Stephano, à Macrobio* περὶ θεῶν ἢ ἡρώων. *Ab Athen. laudatur hi quoque libri eiuſdem,* Περὶ ἐτυμολογιῶν, Περὶ κρατῆρος, Περὶ σώφρονος, Περὶ τῶν Ἀθήνησι ἑταιρίδων. *Nominatur quandoque hiſtoricus, quandoque grammaticus: arbitror autem hunc illum quem Varro laudat & cui Amphyctiones Græciæ honorem habuere, vti refert Plinius. Fuit hic Panætij philoſophi & Ariſtarchi grammatici diſcipulus, filius Aſclepiadis, primus vſus verſuum genere quos Tragiambos appellant.*

Apollodorus *Athenienſis, Epicureus philoſophus celebris,* κηποτύραννος *dictus, ſcripſit vt Laertius perhibet, ſupra quadringentos libros, è quibus libri de vita Epicuri ab eodem citantur. Idem in Chryſippo Apollodorum inquit Athenienſem in collectione dogmatum aſſerere Epicurum ſuis viribus fretum, abſque vllius auxilio in comparabiliter plura quam Chryſippum ſcripſiſſe. Vbi omnino eum de Apollodoro Epicureo loqui arbitror.*

Apollodorus *Athenienſis poeta Comicus, compoſuit fabulas* XLVI. *è quibus citant grammatici Euxenidem & Ephebos.*

Apollodorus *Caryſtius & ipſe poeta, huius fabulæ, Grammatidopæus, Hiereia, Proicizomene, Himatopolis, Sphattomene, citantur ab Athenæo. Inuenio tamen eaſdem fabulas à quibuſdam Geloo Apollodoro tribui.*

Apollodorus *Citienſis Medicus, à Plinio, Galeno, Dioſcoride & alijs citatur.*

Apollodorus *Corcyreus citatur à Clemente Alexandrino lib. 5. Stromaton.*

Apollodorus *Cumæus grammaticus, qui primus Criticus cognominatus & grammaticus. Clemens primo Stromaton.*

Apollodorus *Cyreneus citatur à Suida.*

Apollodorus *Cyzicenus laudatur à Laertio, Democrito.*

Apollodorus *Doricus citatur à ſcholiaſte Theocriti in primo Idyllio.*

Apollodorus *Ephillus in primo* τῶν εἰς δόγματα εἰσαγωγῶν *citatur à Laertio in Zenone.*

Apollodorus *Erythreus qui de Sybillis ſcripſit laudatur à Varrone.*

Apollodorus *Gelous contemporaneus Menandri, inter præcipuos nouæ comœdiæ poetas numeratur, idque ex eo conſtat quod Terentius duas ab eo fabulas tranſtulerit, Hecyram & Phormionem. Ferunt hunc multas fabulas ſcripſiſſe, è quibus à Suida nominantur, Hieria, Grãmato dipnus, Pſeudeas, Siſyphus, Æſchion, Apocarteron ſiue Adelphi aut Philadelphi, vt Athenæus habet: Ijs ab Athenæo additur Apoleipuſa: ab alijs, Deuſopœi, Anteuergetuntes, Æneas, Amphiarans, Diaballõ, vel Calumniator, Grãmatidopeus, Prockizomene, Himatipolis, Phanoſtrate, Sphattomene, Tauropola. Sed ex his quædam Apollodoro cuidam Caryſtio comico tribuuntur.*

Apollodorus *Lemnius ſcripſit de Agricultura teſte Ariſtotele Polit. 1. Varrone item & Plinio, à quo citatur 11. & 14. libro, ac deinceps ad 20. vſque.*

Apollodorus *Megarites citatur à Stobæo.*

Apollodorus *Nicenus laudatur à Stephano.*

Apollodorus *Pergamenus rhetor, Auguſti Cæſaris præceptor, libros ſcripſit de arte rhetorica, & ab eo Apollodorea ſecta nomen accepit. Meminere eius Strabo lib. 13. Suetonius in Auguſto, Cornelius Tacitus de claris oratoribus, & Fab. Quintilianus.*

Apollodorus *Tarentinus medicus citatur à Plinio, Galeno, Dioſcoride, Alexandro.*

Apollodorus *Tarſenſis cuius fabulæ ſunt Acanthoplex, id eſt, ſpina percuſſus, Hellenes, Hicetides,* τεκνοκτόνος *naticida, Thyeſtes, Vliſſes. Suidas.*

Apollodorus *Telmiſſenſis laudatur ab Artemidoro libro primo Onirocriticon.*

Apollodorus *comes ſacri conſiſtorij ſub Theodoſio, cum aliquot alijs in Theodoſiano codice elaborauit.*

Apollodorus *medicus Ptolemæo regi ſuaſit vno volumine quæ vina biberet. Plinius lib. 14. Verum quis ſit hic Apollodorus Citienſis an Tarentinus an alius incertum eſt. In catalogo ſcriptorum è quibus 14. librum concinnauit, Apollodorus Lemnius nominatur.*

Apollodori *Ethica & Phyſica citantur à Laertio abſque vllo cognomine: erunt autem forte Grammatici qui Panætij diſcipulus fuit: nam Stoicorum opiniones ex his libris profert. Idem citat Apollodorum de legiſlatoribus, & de philoſophorum ſectis. Apollodorus qui de beſtijs venenatis ſcripſit citatur à Plinio, & à Nicandri ſcholiaſte. Apollorus* ἐν τῷ περὶ θηρίων. *Meminit etiam Plinius Apollodori qui de odoribus ſcripſerit. Ab interprete Apollonij adducitur Apollodorus Ponticon primo. A Polluce* ἐν τῷ *poemate, qui forte erit Nauium catalogus.*

*gus. Porro à Stephano citantur hi libri Apollodori Caricorum, De Alexandria,* περὶ γῆς *&* περιηγήσεως, *&* γεωγραφούμενα *: dubitatur autem an forte mendoſe Apollodori nomen pro Artemidoro poſitum ſit. Poſtremo tradunt in quibuſdam bibliothecis hodie extare Apollodori Poliorcetica, & Romæ in Vaticana Apollodori Mechanica.*

Apollodorus *aſſectator Pythagoræ de magicis quædam reliquit. Plinius lib. 24. cap. 17.*

Apollonides *Nicenus* περὶ παροιμιῶν *citatur à Stephano de vrbibus.*

Apollonidæ *cuiuſdam habentur epigrammata Græca 23. in Florilegio Planudis, libro primo & ſequentibus.*

Apollonidæ *ſenarios aliquot refert Stobæus in laude nuptiarum.*

Apollonides *Horapius librum ſcripſit Semenuthi, De Dijs & heroibus Ægyptiorum, Item hiſtorias Ægyptiacas.*

Apollonides *citatur apud Plinium, qui in librum ſeptimum multa ex eo tranſcripſit.*

Apollonius *Senator Romæ ſcripſit aduerſus Montanum hæreticum, & Apologeticum pro fide Chriſtiana. Claruit anno ſalutis 180.*

Apollonius *Alexandrinus cognomento Diſſicilis pater Herodiani Technographi Grammatici, ſcripſit de Partitione orationis partium lib. 4. De conſtructione partium orationis 4. De verbo ſiue verbali lib. 5. De verbis in mi deſinentib. deriuatis. 1. De verbis ſeu nominali lib. 1. De nominib. ſecundum dialectum. De fœmineorum nominum caſu recto. De denominatiuis 1. De comparatiuis & dialectis, Dorica, Ionica, Æolica, Attica. De figuris Homericis. De ementita hiſtoria. De paſſionib. De tonis coactis lib. 2. De tonis curuis lib. 1. De accentibus quinq;. De elementis. De propoſitionibus. De Didymi probabilibus. De compoſitione. De bifariam enunciatis. De particula* τίς*, id eſt quis. De generibus. De ſpiritibus. De poſſeſſiuis. De coniugatione. Suidas. A Stephano citatur Apollonius* ὁ τεχνικὸς ἐν τῷ περὶ παρωνύμων*, & aliquando abſolute* τεχνικός*. In lib. eius* περὶ γενῶν *Herodianus commentaria ſcripſit. Libri autem de conſtructione, impreſſi ſunt Venetijs apud Aldum, Romæ atque Florentiæ.*

Apollonij *Rhetorica, De figuris liber, Dialogus qui dicitur* νόθος ἢ ἀμφιβολία*, græce extant manuſcripta in bibliotheca Regis Gallorum.*

Apollonij *hiſtoriæ mirabiles Græce & Latine, impreſſæ ſunt Xilandro interprete. Baſil. 1568.*

Apollonius *Alexandrinus Grammaticus cognomento Anteros, Romæ docuit ſub Claudio Imperatore, auditor Apionis Mochti, ſcripſit de Grãmatica lib. duos. Suidas.*

Apollonij *Antiocheni medici duo hoc nomine fuere pater & filius, hos Galenus Empiricos nominat. Celſus inter chirurgos numerat.*

Apollonius *Aphrodiſieus, pontifex & hiſtoricus, ſcripſit De Trallibus, De Orpheo, deq; eius ſacrificijs. Suid.*

Apollonius *Archebuli, aut Archebij filius, ſcripſit De vocabulis Homericis ordine literarũ. Suid.*

Apollonius *Aſcalone natus, hiſtoricus citatur à Stephano de vrbibus.*

Apollonius *Calydneus citatur à Stephano.*

Apollonius *Cronus Diodori dialectici præceptor qui & ipſe poſtea Cronus appellatus eſt.*

Apollonius *Erdfordenſis medicus, eo in loco plurimis philoſophiam docentibus perpetua ſtipendia inſtituit, quæ & magnifice dotauit, ſcripſit etiam in ſua profeſſione nonnulla teſte Iacobo Wimpfelingo.*

Apollonij *cuiuſdam dicti philoſophi, Flores aurei ſiue commentarij in artem notoriam Salomonis, extant manuſcripti. Liber vaniſſimus & ſuperſtitioſus.*

Apollonius *Herophili ſectator in primo parabilium pharmacorum, citatur à Galeno, in lib. De Comp. ſecundum locos. Volateranus ait hunc de vnguentis ſcripſiſſe.*

Apollonij *Iuncti verba apud Stobæum, in comparatione vitæ & mortis: extat etiam Iuncti ſatis prolixum fragmentum è libro De Senectute, apud eundem Stobæum in eiuſdem argumenti loco.*

Apollonius *Malacus Alabandenſis, orator, Rhodi docuit ante Molonem. Strabo.*

Apollonius *Memphites citatur ab Aetio. Idem Apollonij collyrium ad carbunculos recenſet non addito Memphitis nomine. Videndum an ſit Apollonius Herophili. Ex ſcholijs in Nicandri theriaca apparet hunc aliquid de plantis ſcripſiſſe.*

Apollonius *qui & Mirſin, recenſetur in Elencho 28. libri apud Plinium.*

Apollonius *Molo calumnias quaſdam contra Iudæos ſcripſit, vt meminit Ioſephus lib. 2. aduerſus Appionẽ. Ciceronis et Cæſaris præceptor fuit.*

Apollonius *Mys allegatur apud Galenum in ſecundo libro de antidotis.*

Apollonius *Myndius grammaticus citatur à Stephano de vrbibus.*

Apollonij *Pergæi Conicorum lib. 4. Græce habentur in Italia, et Latine iam à quodam facti ſunt. Eiuſdem liber de cochlea, item de Perturbatis rationibus ſcripta, citantur à Proclo in Euclidẽ. Porro in eius Conica commentarios ſcripſit Eutocius Aſcalonita, qui habentur Romæ in Vaticana.*

Apollonius *Pergamenus nominatur apud M. Varronem lib. 1. cap. 1. inter plantarum & agriculturæ ſcriptores. Ex eius lucubrationibus multa Plinius in 8. 10. 14. 17. et 18. Naturalis hiſtoriæ libros tranſcripſit, vt ipſe in autorum catalogo fatetur.*

Apollonius *Pitanæus medicus, citatur à Plinio 29. & 30. Naturalis hiſtoriæ.*

Apollonius *Rhodius, Alexandrinus, fuit Sillæi filius, poeta Epicus, Rhodi autem commoratus eſt, ideoque Rhodius nominatur Strabone auctore, Callimachi diſcipulus, æqualis Eratoſthenis, et Euphorionis, & Timarchi, ſub Ptolemæo cognomento Euergeta: ſucceſſor Eratoſthenis in Alexandrinæ bibliothecæ curatione. Hic Ibis à Callimacho dictus eſt in Diris. Scripſit Argonautica. Præterea citatur Athenæo* κτίσις ναυκράτεως, σύγγραμμα περὶ τοῦ ἀ... ποιημάτων γράμματος*. Stephanus quoque Apollonium*

*Rhodium citat in* [illegible] *Præterea Apollonij* [illegible] *citatur à Parthenio in Eroticis. Citatur etiam Apollonius Rhodius in Epigrãmatis ab Antonio Liberali. Eius Argonautica impreſſa Venetijs apud Aldum, anno 1521. cum ſcholijs Græcis, quæ ex Lucilli Tarrhæi, Sophoclei, & Theonis annotationibus collecta ſunt. Latinitate donata ſunt à Ioanne Hartungo, & impreſſa apud Oporinũ Baſileæ, 1549. Item in officina Henrich Petrina Græce & Latine Heroico carmine tranſlata per Valentinum Rogmarum: * cum eiuſdem autoris annotationibus in certas claſſes in locos communes diſtributis, Baſileæ Heinricus Petri, anno 1570.*

Apollonij *Smyrnæi epigramma Græcum, in quarto libro Florilegij Planudis.*

v. Baisan. diss[illegible] p.230. lat. Apollonius *Tyaneus ſcripſit, Initia, ſiue de ſacrificijs: Teſtamentum, Oracula, Epiſtolas, Pythagoræ vitam, De Dijs, De moribus, De legibus: ſcripſit regibus, ſophiſtis, philoſophis, Eleis, Delphis, Indis, Ægyptijs. Hymnum quem Mnemoſynæ cecinit. Suidas. Eius vitam copioſe deſcripſit Philoſtratus. Epiſtolæ eius cum alijs diuerſorum Græcis epiſtolis impreſſæ ab Aldo. Apollonij verba ad Idomenem, ad familiares ſuos, apud Stobæum De continentia, & de garrulitate: ad Delium, in ſermone de Veritate: ad Satyrum, in ſermone de Amore ſui: ad fratres, in ſermone de Inuidia: ad Numenium, in Conſolatorijs: ad Dionem, in ſermone de Aſſiduitate: ad Danaum, ibidem: ad Euphratem, in ſermone de iniuſtitia: ad Macedonem, in ſermone de Ira: ad Lycum, in laude paupertatis. Eius ſententia de imitatione, per Ioachimum Camerarium expreſſa, excuſa eſt Baſileæ. * Apollonij Tyanei philoſophi epiſtola de contemptu mortis, ad Valerium virum conſularem, Ioanne Alexandro Braſſicano interprete, ſine tempore & loco, vnus tantum eſt ternio, in bibl. Imperat.*

Apollonius *alius Tyaneus, philoſophus iunior ſub Adriano Imperatore, vt tradit Agreſphon in Synonymis. Suidas.*

Apollonius *Tyrius paulum Strabone ætate ſuperior, librorum & philoſophorum à Zenone profectorum tabulam edidit, Strabone teſte lib. 16. Citatur à Laertio in libro de Zenone. * Apollonij de Tyro hiſtoria, iunctis geſtis Regum Francorũ in paruo folio, in membrana bibl. Imperat.*

Apollophanes *Stoicus philoſophus, natus in Aſibe vel Antiochia Meſopotamiæ vrbe, teſte Stephano. Huius Phyſica citantur à Laertio.*

Apollophanes *Athenienſis, comicus antiquus, cuius fabulæ ſunt, Aulis, Iphigeron, Cretenſes, Danai, Centauri. Suidas. Ab Athenæo citantur* [illegible] *& Cretenſes.*

Apollothemis *hiſtoria, in qua etiam de morte Lycurgi ſcribit, citatur apud Plutarchum in vita Numæ Pompilij.*

Apomaſaris *apoteleſmata & aliorum, Græce extant Romæ in Vaticana bibliotheca: item Auguſtæ Vindelicorum,* [illegible] *libri tres, Arbitror Albumaſarem eſſe. * Apomaſaris & Pauli philoſophi elementaria, in domiciliorum natalium doctrinam, græcè M.S. In 4. bibl. Imper. Eiuſdem Apomaſaris de inſomnijs in 4. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.*

Aponij *theologi commentaria in Cantica Canticorum, excuſa ſunt Baſileæ ab Henrico Petri.*

Apoſtolius *Byzantius ſcripſit Paræmias Græcas, liber impreſſus Baſileæ apud Heruagium. Eundem vertit Robertus Conſtantinus.m.*

Appiani *Alexandrini ſophiſtæ De ciuilibus Romanorum bellis hiſtoriarum libri quinque. Item libri, Illiricus, Celticus, Libycus, Syrius, Parthicus, Mithridaticus. Omnes conuerſi à P. Candido, qui miniſter Nicolai Pont. V. ab epiſtolis fuit, impreſſi Moguntiæ 1529. Reperiuntur ijdem libri Græce Romæ, & alibi in Italia. Item Auguſtæ Vindelicorum. Raphael Volaterranus in Anthropologia, Appianum 22. libros hiſtoriæ Romanæ compoſuiſſe ſcribit, quorum 9. tantum ad nos peruenerint. Eius hiſtoriarum libri decem excuſi ſunt Græce, à Roberto Stephano Pariſijs in folio. Item Latine excuſi ſunt hi eius lib. De bellis Punicis liber, De bellis Syriacis liber, De bellis Parthicis liber, De bellis Mithridaticis liber, De bellis ciuilibus libri quinque. De bellis Gallicis liber, ſeu potius epitome, Omnia per Sigiſmundum Gelenium Latine reddita. De bellis Illyricis liber P. Candido interprete, De bellis Hiſpanicis liber, Cælio Secundo Curione tranſlatore. Baſileæ in officina Frobeniana, anno Domini 1554. Appiani Iberica Hiſpanica, & De geſtis Annibalis, H. Stephanus Græce excudit in 8. anno 1557. cum Cteſia & Agatharchide. Eadem Latine, interprete Franciſco Beraldo, linguæ Græcæ profeſſore doctiſſimo.*

Appion *Grammaticus Polyhiſtor appellatus apud Gellium, & Cymbalum mundi apud Piniũ,* [illegible] *apud Clementẽ: ſcripſit Ægyptiaca. Præterea librũ edidit De luxu Apitij, Athenæo teſte. Contra Appionem Grammaticum Alexandrinum Flauius Ioſephus libros 2. ſcripſit de Antiquitatib. Iudæorum: & in libro ſecundo aliquot eius verba ex tertio rerum Ægyptiacarum recenſet, & multa contra Iudæos mendacia refellit. Eius ſcripta citantur apud Plinium, qui ex his multa in 30. 32. 36. & 37. Naturalis hiſtoriæ libros tranſcripſit. Idem ſcripſit De Metallica medicina, ex cuius lucubrationibus multa etiam idem Plinius in librum 35. mutuatus eſt.*

Appion *cognomento* [illegible] *interpres Homeri.*

Appion *alius, ſub Seuero principe in Hexaemeron tractatus fecit.*

Appij *Claudij Cæci vitam Bernardinus Rutilius deſcripſit: vbi & orationem eius iam ætate confecti in Senatu habitam contra Pyrrhum recenſet. Appius Claud. Cæcus in ſententijs citatur à Feſto.*

Appius *Claudius Pulcher citatur à Feſto, libro primo auguralis diſciplinæ.*

Aprigius *eccleſiæ Pacenſis Hiſpaniarum epiſcopus, ſcripſit in Apocalypſin Ioannis lib. 1. in Cantica canticorum lib. 1. Vixit anno 530.*

Appriſius *in Bacche citatur à M. Varrone de lingua Latina.*

Apronianus

Apronianus *Grammaticus ſcripſit in Vergilium commentaria, quæ manuſcripta extare Scipio Tettus refert.*

Apſines *celeber Sophiſta Athenienſis, Onaſimi ſophiſtæ pater, cuius filius alter Apſines fuit.*

Apſines *Gadareus ſophiſta, à Pane, vt tradūt, ſatus Smyrnæ, diſcipulus fuit Heraclidis Lycij, deinde Baſilici, conſularem dignitatem adeptus. Suidas. Huius præcepta de arte Rhetorica Aldus Græce impreſſit cum alijs duodecim Rhetorum ſcriptis.*

Apſyrtus, *vide Abſyrtus.*

Aptacius *Cyrillus neſcio quæ Græca in Latinum ſermonem tranſtuliſſe fertur.*

Apulei *Minutiani de orthographia libri duo extant in bibliothecis Vaticana, Achillis Statij. P. Pithoei. Hunc arbitror eſſe Apuleium grammaticum qui à Pierio in annotationibus Vergilianis citatur.*

Apuleius *De elementis & mundo citatur ab Auguſtino.*

Apulei *philoſophi Platonici liber ſecundus De Prouerbijs, citatur à Chariſio. Eiuſdem De arboribus à Seruio in 2. Georgicorum. Vide Lucium Apuleium.*

Ex Apuleio *Conſtantinus in libris De re ruſtica Græce ſcriptis quædam mutuatus eſt. Platonicum vero Apuleium in Lucio commemorabimus.*

Aquilæ *Targum, vide in Onkelo.*

Aquilæ, *Theodotionis, & 70. interpretū tranſlatio in Eccleſiaſten, extat cum Olympiodori ſcholijs, quæ Latine impreſſa ſunt Baſileæ apud Bebelium. Claruit Aquila anno Domini 128.*

Aquila *Septonius, Anglorum vates, edidit Prophetiarum ſuarum librum, & quædam alia, quæ olim Angli non minori in precio habuerunt, quam Romani ſuos Sybillinos libros: quædam fragmenta harum prophetiarum ſe legiſſe Baleus aſſerit. Vixit nongentis annis ante Chriſtum natum. Baleus.*

Aquila *philoſophus, Cōmentarios logicos ſcripſit de ſyllogiſmis. Suidas.*

Aquila *Grammaticus, Muſicus. Idem.*

Aquilani *ſermones impreſſi.*

Aquilinus *auditor Plotini, condiſcipulus Porphyrij, quædam in philoſophia ſcripſit, quæ non magnæ exiſtimationis eſſe Eunapius inquit, quod dicendi veneres deſint.*

Aquilius *Seuerus, in Hiſpania, de genere illius Seueri, ad quem Lactantij duo epiſtolarum ſcribuntur libri, compoſuit volumen, quaſi hodœporicum, totius ſuæ vitæ ſtatum continens, tam proſa quàm verſibus, quod vocauit καταστροφήν, ſiue πεῖραν, & ſub Valentiniano principe obijt.*

Aquilius *in Bœotia, citatur à Varrone de Lingua Latina.*

Aquinius *Iuger Octauiani Auguſti vitam & geſta deſcripſit.*

Aquinus *ordinis fratrum prædicatorum ex Suecia imitatus Boetium, ſcripſit commendatiſſimum opus de numerorum & ſonorum proportionibus lib. 1. Epiſtolas quaſdam, & quædam alia. Claruit anno Domini 1494.*

Arabeti *Cyri aliquid Græce extat in Italia.*

Arabianus *ſcripſit quædam de religione Chriſtiana, imperante Seuero Imperatore.*

Arabij *ſcholaſtici epigrammata 7. in Florilegio Planudis, libro 4.*

Arago *Cardinalis citatur in Chronicis Cuſpiniani.*

Arari *cuiuſdem fabulæ 4. Athenæo citantur. Hic à Suida Æraros nominatur, filius Ariſtophanis comici, eius fabulæ nominantur, Cæneus, Campilion, Panos partus, Hymenæus, Adonis, Virguncula. Edidit fabulas Olimp. 101.*

* S. Araſij *reſponſiones ad propoſitas ſibi quæſtiones, lib. græcus manuſcriptus, in quarto in bibliotheca Imperat.*

Arator *ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſubdiaconus, ſcripſit metro, in Actus apoſtolorum lib. 2. ad Florianum abbatem epiſt. 1. ad Vigilium papam epiſt. 1. Floruit anno 560. Eius & Iuuenci, Cælijq́ Sedulij carmina, & Venantij Honorij hymnos, reſtituta per G. Caſſandrum, Oporinus impreſſit Baſileæ in 8. Et in 4. cum reliquis poetarum veterum eccleſiaſticorum operibus à G. Fabricio emendatis. Item Lugduni Aratoris & aliorum ſacra poeſis, excuſa eſt à Tornæſio, in 16. anno Domini 1553.*

Aratus *Solenſis è Cilicia, floruit Olympiade 124. ſcripſit Phænomena, Hymnos in Pana, Spondophoros, Ludos, ſiue iocos, Aſtrologiam & Aſtrotheſiam, in medicina quoque quæ ad compoſitionem Theriacorum pertinent, Anthropogoniam, Epithyticum in Theopropium, id eſt, carmina de re diuina peracta, de Antigone, Ethopœias, Epiſtolas, Epigramma in Antigoni vxorem, Anatomen ad Pauſaniam Macedonem, Epicedium Cleombroti, Caſtigationem Odyſſeæ, ſoluta item oratione epiſtolas. Suidas. Phænomena impreſſa Græce cum Dionyſij geographia, & Procli ſphæra, adiectis ad verbum conuerſionibus Latinis, & ſcholijs Ceporini, Baſileæ, anno 1543. Et cum commentarijs Græcis apud Ioan. Valderum Baſileæ. Phænomena eius Græce, cum Ciceronis in eadem interpretatione, item Vergilij, Germanici Cæſaris, Ruſi Auieni carminibus ijs quæ à Cicerone conuerſa interciderunt reſpondentibus, per Ioachimum Perionium, Oporinus impreſſit in octauo. Item Coloniæ cum commentarijs, ex Morelij recognitione, anno Domini 1569. in folio. * Arati Solenſis phænomena, & de prodigijs ſeu monſtris deorum, in 8. M.S. bibl. Imperat. Viennæ. Quærendum an tractatus de progigijs etiā ſit Arati, an alius, & cum Arato compactus.*

Aratus *Sycionius hiſtoriam ſui temporis ſcripſit, quam citat Plutarchus in Agide. Vitam huius ſcripſit Plutarchus.*

Arbogaſtus, *ſecundus Argentinenſis vrbis epiſcopus, Hybernus, ſcripſit Homiliarum librum. Obijt anno 658. à Chriſto nato.*

Arbogaſti *Strub Glaroneſij orationes quædā, & verſus, impreſſi Viennæ Auſtriæ, anno Domini 1518. in 4. cum epitaphijs aliquot, diuerſorum in eundem Arbogaſtum.*



Digitized by Google

Arcadij *Cæſaris frequens allegatio in Codice Theodoſij.*

Arcadius *Antiochenus Grammaticus, ſcripſit De orthographia. De conſecutione partium orationis. Onomaſticum admirabile. Suidas.*

Arcadij *grammatica Græca, in bibliotheca Henrici Memmij.*

Arcandam *vel Arcandum, ſeu Aleandrini, non vulgaris aſtrologi liber, De veritatibus et prædictionibus Aſtrologiæ, & præcipue natiuitatum,* excuſus Pariſijs 1542. *octernionibus 2. & dimid.*

Arceſilaus *Pritanæus ex Æolide mediæ Academiæ author, nullum librum ſcripſiſſe fertur, quædam tamen eius carmina à Laertio citantur: et nonnulla eius dicta in collectaneis Stobæi leguntur.*

Archangelus *Burgonouenſis, Cabaliſtarum dogmata à Ioan. Pico ex eorum commentationibus excerpta, luculentiſſimis interpretationibus illuſtrauit. Venetijs* 1569. *in* 8.

* Archangelus *Fauorinus edidit Dionyſij cuiuſdam Carthuſienſis Adunationem materiarum ſparſim contentarum in diuerſis locis Epiſtolarum S. Pauli. Venetijs* 1538.

Archangelus *Madrignanus ex Italica lingua in Latinam tranſtulit nauigationum ad ignotas terras deſcriptiones, Aloiſij Cadamuſti, Chriſtophori Columbi, Petri Alonſi, Vincentiani Pinzoni, Ludouici Vartomanni. Omnia ſimul excuſa ſunt Baſileæ à Ioanne Heruagio cum alijs quibuſdam, anno Domini* 1532 *in folio.*

* Archangeli *Mercenarij à Monte ſancto, philoſophiam in gymnaſio Patauino profitentis, in plurima Ariſtotelis perobſcuria, & nonnulla Auerrois loca dilucidationes.* 4. *Tom. Venetijs anno Domini* 1574.

Archa nus *quidam Chymiæ auctor, citatur ab Hortulano philoſopho.*

Archedemus *Stoicus in libro De voce, itē in li. De elementis, citatur à Laertio in vita Zenonis.*

Archedemi *fragmenta quædam de curandis equis, cum Abſyrto & alijs, Græce impreſſa ſunt apud Valderum Baſileæ, anno* 1537.

Archedicus *poeta comicus contra Democharem ſcripſit, Demoſthenis propinquum, fabulæ eius Theſaurus et Diamartanon citantur ab Athenæo.*

Archelaus *Apollodori aut Midonis filius, Mileſius philoſophus, à ſecta phyſicus appellatus, ex Ionia primus philoſophiam duxit, Anaxagoræ Clazomenij diſcipulus: Huius Archelai diſcipulū fuiſſe tradunt Socratem, nonnulli etiam Euripidem. Compoſuit Phyſiologiam: ſtatuit iuſtum & turpe non eſſe natura ſed lege. Compoſuit & alia quædā. Suidas. Citatur à Plutarcho in vita Cimonis.*

Archelaus *orator ſcripſit artem oratoriam. Laertius.*

Archelaus *Chorographus omnem ab Alexandro peragratam terram deſcripſit. Laertius. Huius forte fuerit liber De fluuijs, è quo Stobæus quædam in ſermone de moribus allegat.*

Archelaus *quidam Ægyptius Epigrammatis miraculoſa Ptolemæo enarrauit, eius verſus de Scorpijs & veſpis, leguntur in Antigoni congerie mirabilium narrationum.*

Archelai *Aſclepiadæ tetraſtichon libro* 4. *Florilegij Planudis.*

Archelai *Cherroneſitæ iambos & Idiophyēs nominat Athenæus.*

Archelaus *epiſcopus Meſopotamiæ Syriæ, ſcripſit Syro ſermone diſputationem contra Manichæum. Claruit anno* 280.

Archelai *regis ſcripta citantur apud Plinium in* 8. & 18. 28. & 37. *Naturalis hiſtoriæ.*

Archemachus *ſcripſit Euboica, Athenæo teſte. Citatur à Plinio libro* 7. *Archimachus, vbi Archemachum legendum puto.*

Archeſtratum *citat Plutarchus in vita Alcibiadis.*

Archeſtratum *Gaſtronomiam, & de tibicinibus ſcripſiſſe, ab Athenæo refertur. Hunc Ennius imitatas eſt in Phageticis.*

Archeſel *dictus Albategni aſtrologus, gente Hiſpanus, librum compoſuit in aſtrologicis, qui incipit, Inter vniuerſa. Item librum qui incipit, Scito quod annus. G. Paſtregicus. Eſt autem hic (vt videtur) alius ab Albategnio, cuius liber de ſcientia ſtellarum impreſſus extat.*

Archetimus *Syracuſanus ſcripſit Congreſſum ſeptem ſapientum cum Cypſelo, cui ſe quoque interfuiſſe ait. Laertius.*

Archeus *citatur in ſcholijs in Theriaca Nicandri. Forte Achæus.*

Archię *epigrammata circiter* 28. *extant in Florilegio Planudis.*

Archiæ *poetæ libri cuiuſdam mentionem facit Cicero, in quo prodigium deſcripſerit quod Roſcio Comœdo accidit.*

* Archibaldi *Hammiltonij preſbyteri Caluinianæ confeſſionis demonſtratio cōtra maledicam (vt titulus habet) miniſtrorum Scotiæ reſponſionem: in duos libros diuiſa. In octauo Pariſijs, anno Domini* 1582.

Archibius *Apollonij filius, Alexandrinus Grammaticus, ſcripſit commentarios in epigrammata Callimachi. Suidas & Volaterranus libro decimo tertio. Eius ſcripta ſubinde citantur ab Arati commentatore, & à Plinio, qui in decimum octauum Naturalis hiſtoriæ librum quædā inde tranſcripſit.*

Archibius *ad Antiochum Syriæ regem ſcripſit. Plin. lib.* 18. *cap.* 29.

Archibius *Ptolemæi F. Leucadius ſiue Alexandrinus grammaticus, ex ijs qui Romæ vſque ad Traianum Cæſarem docuerunt. Hunc quaſi alium à ſuperiore ſeparatim enumerat Suidas.*

Archidami *ſcripta De infinitis bellorum ſumptibus, citantur apud Plutarchum in Craſſo.*

Archidemi *medici ſcripta citantur apud Plinium in lib.* 12. 13. 29. & 35. *Naturalis hiſtoriæ.*

Archigenes *Philippi, Apameus, Syriæ medicus, qui Romæ ſub Traiano vixit, ſcripſit multa tum medica, tum phyſica, cuius ſcripta hinc inde apud Galenum, Ætium, & alios citantur.*

Archigenis *& Philagrij de renū calculo fragmentum*

Digitized by Google

gmentum extat in bibliotheca Regis Gallorum.

Archilochus *Lacedæmonius poeta, libros ſcripſit teſte Varrone, quos Lacedæmonij vrbe ſua exportari iuſſerunt. Claruit Tullo Hoſtilio Romæ regnante. Scripſit autem Iambos in Lycambem ſocerum ſuum. Eius Elegiæ & Telephus ab Athenæo citantur, extant eius verſus apud Stobæum, & citatur etiam à Plutarcho.*

Archilochus *Meſopotamiæ epiſcopus, ſub Probo Imperatore florens, ſcripſit Syriaco ſermone diſputationem contra Manichæum, quæ deinde in Græcam linguam tranſlata eſt.*

Archilochi *libellus De temporibus, Baſileæ impreſſus apud Bebelium, cum Myrſili, Beroſi, & aliorum commentariolis, De antiquitatibus quibuſdam, anno 1530. Iidem libri cum commentarijs Ioañis Annij Viterbienſis, impreſſi ſunt Atuerpiæ, anno Domini 1545.*

Archimedis *opera Græce & Latine impreſſa Baſileæ apud Ioan. Opori. 1544. cum commentarijs Græcis Eutocij Aſcalonitæ in tria prima opera, De ſphæra & cylindro lib. 2. circuli dimenſio, lib. 1. De conoidibus, & ſphæroidibus lib. 1. De lineis ſpiralib. lib. 1. Planorum æqueponderantium inuenta, vel contra grauitatis planorum lib. 2. De harenæ numero lib. 1. Quadratura parabolæ lib. 1. conuerſi ſunt in Latinum à Iacobo Cremonenſe. Extant etiã eiuſdem, liber de Speculis comburentibus, Ochumena, De inſidentibus aquis, quorum mentio fit in catalogo Tetti.*

Archimedes *Trallianus philoſophus, commentarios in Homerum reliquit, & mechanica.*

Archimedis *ſcripta citantur apud Plinium, qui in 1.2.30.33.34. Naturalis hiſtoriæ libros multa ex eis tranſcripſit.*

Archimeli *epigramma citat Athenæus.*

Archippus *Athenienſis, comicus antiquus, ſemel vicit Olympiade 91. Eius fabulæ Amphitryon 1. Amphitryon 2. Hercules vxorẽ ducens, Equites, Piſces, citantur ab Athenæo. Plutarchus quoq; in vita Alcibiadis quædam illius citat, quibus Alcibiadis filium ſugillare videbatur. Quidam propter inſcriptionem fabulæ ἰχθύς, id eſt, Piſcis falſo credidere eum de piſcium natura commentatum eſſe.*

Architrenij *opus quoddam carminibus ſcriptum, Lutetiæ à Badio impreſſum eſt in quarto, quod eſt Ioan. Saliſberienſis.*

Arctinus *Telei filius à Naute oriundi, poeta diſcipulus Homeri, auctore Artemone Clazomenio, vixit Olympiade 9. annis 400. poſt bellum Troianum. Suidas.*

Archytas *Tarentinus Heſtiæi filius, aut Mneſarchi, aut Mnaſagoræ, philoſophus Pythagoricus, multa volumina conſcripſit, teſte Suida. Eius epiſtolium ad Dionyſium extat apud Diogenem Laertium in vita Platonis, libro tertio, & alterum lib. 8. in Archytæ mentione ex profeſſo. Platonis etiam ad ipſum epiſtolæ binæ habentur. Ex Archytæ Pythagoræi libro De viro bono & felice, fragmentum, legitur in fine primi ſermonis apud Stobæum: & aliud ex eodem libro, in laude ſenectutis: & in ſermone De magiſtratu, ex libro De lege & iuſtitia. Archytæ Tarentini librum De euentibus in natura, è monaſterio quodam Alemanniæ ſibi delatum ſcribit author Luminis animæ, in præfatione. Archytas περὶ παντὸς citatur à Simplicio in Prædicamenta. Ferunt etiam extare Archytæ categorias.*

Archytas *Opſartytica deſcripſit, Athenæus.*

Archytæ *cuiuſdã ſcripta citantur apud Plin. qui in 8.14.15.17. & 18. multa ex eis tranſcripſit.*

Arcimboldus *archiepiſcopus Mediolanenſis, edidit catalogum hæreticorum, impreſſum Mediolani anno D.1554.*

* Ardocidis *Rhetoris orationes Græce, in folio.*

Arebaldus *vates, Francorum Pontifex, carmine Germanico deſcripſit magnifice, geſta Ratheri regis, more priſcorum lib. 1. Vixit anno Domini 90. Tritthemius in compendio.*

Aregonus *Nicenus à Stephano de vrbibus citatur.*

Arenæi *Rhaphendarij hexaſtichon, in Florilegio Planudis.*

Areſiæ *poetæ carmen Athenæus citat lib. 11.*

Aretades *Cnidius ſcripſit Inſulanorum hiſtorias libris aliquot, ex quorum tertio Lucij Trocij et Florentiæ hiſtorias recitat Plutarch. in Parallelis minorib. cap. 20. Scripſit etiam De rebus Macedonicis aliquot libros, ex quorum tertio idem Plutar. Darij & Ariobarzanis hiſtorias tranſtulit.*

Aretæi *Cappadocis medici, De acutorum ac diuturnorum morborum cauſis ac ſignis, libri 4. & De curatione eorundem libri totidem, excuſi ſunt Pariſijs Græce apud Turnebum, anno 1554. octernionibus 13. Iidem libri Iunio Paulo Craſſo interprete, excuſi ſunt Pariſijs apud Guilielmum Morelium & Iacobum Puteanum, additis etiam ijs Aretæi capitibus quæ Craſſus non vertit, in 16. cum Ruſi ſcriptis. Eiuſdem libri manu ſcripti extant apud D. Diegum Hurtadum, & Auguſtæ Vindelicorum: & emendatiſſimi, vt audio, in bibliotheca Reginæ Gallorum.*

Aretæ *commentaria Græca in Ioannis apocalypſin, ex diuerſis ſanctorum patrum monumentis collecta, exiuerunt in lucem Veronæ 1532. vnà cum Oecumenij commentarijs in aliquot noui Teſtamenti tractatus. Iidem libri impreſſi ſunt Baſileæ Latine, à Michaele Iſingrinio, anno 1553. in 8. Maximo Florentino Monacho Caſſinenſi interprete, hac inſcriptione, Aretæ Cæſareæ Cappadociæ epiſcopi in D. Ioannis Apocalypſim compendiaria explanatio, ex Andreæ archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ Deogratis commentarijs concinnata.*

Aretia *vel Arezia, vxor Noe Patriarchæ, ſcripſit libros 24. Oraculorum Sibyllinorum.*

* Aretij *Felini verſio ſacrorum Pſalmorum in libros quinq; ad Hebraicam veritatem digeſtorum Argentorati 1529.*

* Aribonis *archiepiſcopi Moguntinenſis ſynodus, in fol. in bibl. Imp.*

* Ariſtaneti *epiſtolæ amatoriæ Græce, è bibliot. Sambuci, Antuerpiæ 1566.*



Digitized by Google

Ariſtarchus *Samius, poeta tragicus, multas ſcripſit tragœdias, & in matheſi etiam quædam edidit, Artaxerxis primi temporibus. Ariſtarchi liber Græcus de magnitudinibus & interuallis Solis & Lunæ, ſeruatur Romæ in bibliotheca Cardinalis S. Floræ. * Ariſtarchi aſtronomica & Geometrica quædam in 4. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.*

Ariſtarchus *natione Samothrax, Alexandrina ciuitate donatus, Ariſtarchi F. vixit* 156. *Olympiade, ſub Ptolemæo Philometore cuius etiam filium erudijt. Fertur ſcripſiſſe vltra* 800. *libellos commentariorum tantum. Diſcipulus fuit Ariſtophanis grammatici, & cum Cratete Pergameno grammatico plurimas contentiones habuit. Diſcipuli eius grammatici ad* XL. *fuerunt. Vixit annis* LXXII. *Suidas. Hic Homeri poetarum principis ſcripta, in numerum verſuum diuiſit atq; diſtinxit, cum ab Homero indigeſta librorum moles relicta eſſet. Plutarchus in vita Homeri. Citatur à Clemente Strom. 1. In Commentarijs Archilochijs.*

Ariſtarchi *Sicyonij ſcripta citantur apud Plinium, qui in librum quintum Naturalis hiſtoriæ multa ex eis tranſcripſit.*

Ariſtarchus *Tegeates poeta tragicus, æqualis Euripidis: hic primum ad eam quæ nunc eſt prolixitatem tragœdias extendit. Tragœdias edidit ſeptuaginta, vicit duabus. Vixit vltra centũ annos. Suidas.*

Ariſtarchi *ſenarios aliquot recenſet Stobæus, in loco de Venere & amore.*

Ariſteas *ad Philocratem fratrẽ De* LXXII. *legis Hebraicæ interpretibus lib. ſcripſit, quem à Matthia Palmerio Piſano ex Græco in Latinum ſermonem conuerſum, Bebelius excudit Baſileæ in 8. cum alijs quibuſdam, & Henricus Petri in micropresbytico, & orthodoxographis.*

Ariſteas *Democheridis aut Caſtrobij F. Proconneſius, qui Ariſmaſporum Hyperboreorũ hiſtoriam lib. 3. heroico verſu deſcripſit, qui Arimaſpij dicuntur. Huius animã tradunt, cum vellet, exijſſe & remeaſſe. Scripſit & ſoluta oratione Theogoniam, id eſt ortum deorum, verſibus* 1000. *Vixit Crœſi & Cyri temporibus Olympiade* 50. *Suidas. Huius ſcriptis videtur vſus Plinius lib. 7. Naturalis hiſtoriæ.*

Ariſteas *De Citharœdis citatur ab Athenæo.*

Ariſteus *Græcus librum mirabilium orbis compoſuit, item fabularum librum, & ſub Ptolemæo Philadelpho Ægypti rege geſta deſcripſit. Forte Ariſteas.*

Ariſteus *in Turba, citatur ab Hortulano inter Chymicos auctores.*

Ariſtides *Philoſophus Athenienſis, ſcripſit Apologeticum pro Chriſtianis, ad Adrianum principem librum vnum. Et quædam alia. Claruit ãno Domini* 120.

Ariſtides *poeta tragicus. Euripidi coæuus, tragœdias quaſdam conſcripſit, quæ tamen interciderunt.*

Ariſtides *Adrianeus Sophiſta, ſcripſit orationes, cuius* 56. *Græce excuſæ ſunt Florentiæ, anno* 1517. *Cæterum orationes 2. De laudibus Athenarum & Romæ, ab Aldo etiam cum Iſocratis operibus impreſſæ ſunt: & eiuſdem authoris De ſimplici oratione, & De ciuili, libros duos Aldus excudit in volumine duodecim rhetorum. Ariſtidis orationes Romæ in Vaticana bibliotheca Græce cũ ſcholijs Græcis extant: & fortaſſe Sopatri ſunt ea ſcholia, cuius præfatio in libros De rhetorica, & De quatuor oratoribus etiam in Florentina editione extat. Ariſtidis rhetoris capita* 57. *extant Romæ. Item Ariſtidis & Ariſtophanis fabulæ quædam. Phyſica Ariſtidis, ibidem. Et cuiuſdam prolegomena De vita ipſius & arte dicendi. Et ſermo De Pericle Venetijs latet. Orationem eius De vrbe Roma Latinam fecit Scipio Carteromachus. Ariſtidis rhetorices duo libelluli, in bibliotheca Henr. Memmij. Eiuſdem ſcripta omnia tradunt aſſeruari in bibliotheca Auguſtana. * Orationes Ariſtidis à Guilelmo Cantero in Latinam linguã tranſlatas Petrus Perna, impreſſit, in fol. Baſileæ anno* 1566.

Ariſtidæ *Phyſicus, fabulæ, Ichnelates, habentur Romæ in Vaticana bibl.*

Ariſtidis *cuiuſdam ſcripta citantur apud Plinium, qui in librum quartum Naturalis hiſtoriæ quædam ex eis tranſcripſit.*

Ariſtides *Mileſius ſcripſit De rebus Siculis libros aliquot, à quo materiam Dionyſius Siculus accepit ſcribendi, teſte Plutarcho cap. 2. Parallel. Scripſit præterea De rebus in Italia geſtis libros perplures, ex quibus multa ſe tranſtuliſſe fatetur Plutarchus in parallelis minoribus. Item de rebus Perſicis, vt idem author eſt.*

Ariſtidæ *Quintiliani De Muſica libri 3. Græci ſeruantur in bibliothecis Italiæ, & in Regis Gallorum bibliotheca.*

Ariſtippi *Cyrenaici hi libri recenſentur à Laertio. Hiſtoriæ Libycæ lib. 3. ad Dionyſium miſſi. Dialogi viginti quinque, alij quidem Attica alij vero Dorica dialecto ſcripti. Sunt autem hi, Artabazus, Ad naufragos, Ad fugitiuos, Ad mendicum, Ad Laidem, Ad Porum, Ad Laidem de ſpeculo, Hermias, Somnium, Ad eum qui præerat poculo, Philomelus, Ad domeſticos, Ad increpantes quod vetus vinum ſcortaq; poſſideret, Ad vituperantes quod magnifice inſtrueret menſam, Epiſtola ad Aretem filiam, Ad eum qui ſeipſum exercebat in Olympia Interrogatio, Alia interrogatio, χρεία ad Dionyſium, Alia de imagine, Alia de Dionyſij filia, Ad eum qui arbitrabatur ſe contemptui & ignominiæ haberi, Ad eum qui conſulere moliebatur. Pleriq; illũ & διατριβῶν ſex lib. explicuiſſe aſſerunt, alij prorſus ſcripſiſſe negant, ex quibus eſt Soſicrates Rhodius. Porrò & Sotion in ſecundo, & Panætius, hæc illum ſcripſiſſe referunt, videlicet, De diſciplina, De virtute exhortatorius, Artabazus, naufragij, Fugitiui, Diatribarũ libri 6. χρειῶν libri tres, Ad Laidem, Ad Porum, Ad Socratem de fortuna. Hæc Laertius. Citatur item ab eodem Ariſtippus de antiquorum delitijs, de quo tamen dubito, an alius ſit à Cyrenaico philoſopho.*

Ariſtippi *Cyrenenſis ſententiæ quædam philoſophicæ*

Digitized by Google

loſophicæ habentur in Stobæi locis.

Ariſtippus *alius à Cyrenaico hiſtoriam Arcadiæ conſcripſit.*

Ariſto *Chius Stoicus philoſophus, ſcripſit Exhortationum libros duos. De Zenonis dogmatibus dialogos. De ſcholis ſex. De ſapientia exercitationum ſeptem. Amatorias exercitationes. Commentaria de inani gloria. Commentaria 15. Commentarios tres. De vſu vndecim. Aduerſus oratores. Aduerſus Alexinum reſcripta. Aduerſus dialecticos tres. Ad Cleanthem epiſtolarum libros quatuor. Panætius autem & Soſicrates ſolas epiſtolas ipſius eſſe dicũt, cætera Peripatetici Ariſtonis. Laertius. Cicero Ariſtonis Chij librum de ſenectute memorat in quo Tithanum induxit loquentem.*

Ariſto *Peripateticus ex Iulide vrbe in Ceo, huic tribuunt quidam pleroſque libros qui Ariſtoni Chio inſcribuntur, & nominum affinitas Cei & Chij errori occaſionem præbuit. Itaq; cum Plinius, Plutarchus, Stobæus, Ariſtonem citant, incertum eſt an de Stoico an verò de Peripatetico loquatur. Athenæus citat Ariſtonis* [illegible] *Similitudines. Strabo libro 17. ſcribit Ariſtonem & Eudorum Peripateticos de Nilo ſcripſiſſe ſua ætate, eſſe autem ordine tantum mutato libros ſtilo & tractatu ſimiles, incertum tamen vter ab altero ſumpſerit.*

Ariſto *Athenienſis Muſicus. Laertius.*

Ariſto *Alæenſis artes oratorias ſcripſit. Laertius.*

Ariſto *Geraſeus rhetor vrbanus, à Stephano nominatur.*

Ariſto *tragicus poeta.*

Ariſton *Pellæus hiſtoriarum ſcriptor, De Iudæorum poſtrema obſidione quæ ſub Hadriano Imperatore facta eſt, quædam literis prodidit, ex quibus enumerantur quædam apud Nicephorum Calliſtum.*

Ariſto *iureconſultus ſub Hadriano Imperatore florens, libros iuris ciuilis ad Sabinũ compoſuit.*

Ariſtonis *epigrammata tria, in Florilegio Græco.*

Ariſtobulus *comes Alexandri Magni res eius geſtas conſcripſit. Citatur à Strabone & alijs.*

Ariſtobulus *Iudæus, philoſophus Peripateticus, ad Ptolemæum Philometorem Ægypti regem, ſcripſit explanationem in Moſem.*

Ariſtobulus *Iudæus, vnus ex 72. veteris Teſtamenti interpretibus.*

Ariſtobulus *ſcripſit aliquot de rebus in Italia geſtis libros, ex quorum ſecundo Plutarchus cap. 61. Parall. de Romulo & eius nece, item Procli figmentum mutuatus eſt.*

Ariſtocles *grammaticus citatur à Varrone libro nono de lingua Latina. Meminit etiam Strabo Ariſtoclis Rhodij grammatici qui ſua ætate vixerit. Ariſtoclis libros de rebus Italicis citat Plutarchus in Parallelis minoribus.*

Ariſtocles *Lampſacenus, philoſophus Stoicus, ſcripſit libros quatuor Enarrationũ in libros Chryſippi, de ratione ſingula eloquendi & cogitandi. Suidas. Huius forte ſunt Paradoxorum libri, quorum ſecundus citatur à Stobæo in Vituperatione Veneris.*

Ariſtocles *Meſſenius Italus, philoſophus Peripateticus, compoſuit libros de philoſophia decem, Vtrum Homerus, præſtantior an Plato? Recenſet autem in ijs omnes philoſophos eorumq; opiniones. Scripſit etiam præcepta rhetorica, & de Serapide, libros de moribus nouem. Suidas.*

Ariſtocles *Pergamenus Sophiſta, ſub Traiano & Adriano ſcripſit Artem Rhetoricam, Epiſtolas, De rhetorica libros 5. Declamationes ad Imperatorem ob auri diſtributionem Suidas.*

Ariſtocritus *citatur à Parthenio in Eroticis, & apud Plinium, qui in librum quartum Naturalis hiſtoriæ multa ex eo tranſcripſit.*

Ariſtocreontis *ſcripta citantur apud eundem, qui in librum quintum quædam ex eis mutuatus eſt, vt etiam in ſextum.*

Ariſtodemus *ſcripſit collectarum fabularum aliquot libros, ex quorum tertio Plutarchus in Parallelis, de peſtilentia Lacedæmoniorum & Helenæ liberatione fabulam refert, cap. 66.*

Ariſtodemus *vel vt alij Ariſtas grammaticus citatur à Varone libro nono de Latina lingua. Citat etiam Clemens Ariſtodemum de ijs quæ inuenta ſunt.*

Ariſtogenes *Thaſius, medicus, ſcripſit ad Antigonum Macedoniæ regem libros in medicina complures. Suidas. Huius ſcripta citantur apud Plinium, qui in 33. 34. & 35. Naturalis hiſtoriæ libros multa ex eius lucubrationibus mutuatus eſt.*

Ariſtogiton *Cydimachi aut Lyſimachi filius orator Athenienſis, matre libertina, cognomento Canis, ob impudentiam, occiſus eſt ab Athenienſibus. Orationes ſcripſit, defenſiones aduerſus Demoſthenem ducem, aduerſus Lycurgum, contra Timotheũ, contra Timarchũ, contra Hyperidem, contra Thraſillum, Pupillarem. Suidas. Extant adhuc Demoſthenis orationes duæ contra hunc Ariſtogitonem.*

Ariſtogiton *medicus citatur apud Plinium in libro 26. vbi mentionem facit Anonymi herbæ Scythicæ, quæ ab eo celebretur.*

Ariſtomachus *ſcripſit De conditura vini, ex cuius lucubrationibus Plinius multa in lib. 12. 13. & 15. Naturalis hiſtoriæ tranſcripſit. Scripſit & alius Ariſtomachus De Melliturgia, ex quo idem multa tranſtulit in lib. vndecimum.*

Ariſtomachi *ſcripta citat Arati Græcus interpres anonymus.*

Ariſtomenes *libros De agrorum cultu conſcripſit, teſte Varrone.*

Ariſtomenes *Athenienſis antiquæ comœdiæ poeta, vixit belli Peloponneſiaci tempore, Olympiade 87. cognomento Thyropœus, id eſt ianuarum factor, vel vt alij legunt Tyropœus, caſeorum factor. Suidas.*

Ariſtonicus *Alexandrinus grammaticus, ſcripſit De notis in Theogonia Heſiodi, De verbis extraordinarijs in Iliade & Odyſſea Homeri. Suidas. Ariſtonici ſcripta citantur ab Higino.*

Ariſtonymus *poeta comicus, ſub Philadelpho*



Digitized by Google

*præfuit regiæ bibliothecæ poſt Apollonium, mortem obiens reliquit opera multa, inter quæ Tragœdiam* [illegible]. *Eius Tomaria ſæpius, & communes diatribas alicubi Stobæus allegat.*

Ariſtophanis *poetæ Comici fabulæ 9. cum antiquis commentarijs Græcis impreſſæ ab Aldo Venetijs, anno* 1502. *Et rurſus Florentiæ* 1515. *& Baſileæ à Frobenio anno* 1548. *Sine commentarijs autem, Pariſijs apud Gormontium,* 1528. *Porrò fabularum quæ extãt, hæc ſunt nomina, Plutus, Nubes, Ranæ, Equites, Acharnenſes, Veſpæ, Aues, Pax, Concionantes, Cereris ſacris operantes, Lyſiſtrata. Porro apud Athenæum præter commemoratas, ſequentes etiam fabulæ citantur. Agerus ſeu non ſeneſcens. Æoloſicon prima & ſecunda. Amphiaraus. Anagyros. Babylonij. Georgi ſeu ruſtici. Seneſtens, Gerytades, Dædalus, Dætaleis ſeu conuiuatores, Danaides, Danai, Delia, Bacchus, Niobe, Heroes, Concionantes, & Cereris ſacris operantes duæ aliæ à ſuperioribus, Centaurus, Cocalus, Lemniæ, Nubes ſecunda, Holcades, Pelargi, Pelaſei, De meretricibus quæ Athenis ſunt, Plutus alter, Præludium, Pythagoræ,* σκηνὰς καταλαμβάνουσαι, ταγηνισταί, *Telmeſſenſes,* τριφάλης, *Philonides, Phoeniſſæ, Horæ. Fertur autem ſcripſiſſe fabulas* 54. *quatuor tamen feruntur illius non eſſe ſed Archippi, Poeſis, Naufragus, Inſulæ, Niobe.* * *Eius Comediæ* 11. *And. Diuo Iuſtinopolitano interprete, in* 8. *æditæ ſunt. In Ariſtophanis Plutum & nubes diſputationes, in folio. M.S. bibl. Imperat. Viennæ. comediæ quinq; cum ſcholijs in* 4. *M.S. bibl. Imper.*

Ariſtophanes *Babylonius citatur à Stephano.*

Ariſtophanis *Byzantij Grammatici, qui claruit Olympiade* 157. *habemus adhuc argumẽta, partim proſa, partim ſenarijs, in aliquot Ariſtophanis Comici fabulas conſcripta.*

Ariſtophanes *Mileſius citatur apud Pliniũ, quie ex eo multa in* 8. 10. 14. 17. *&* 18. *Naturalis hiſtoriæ libros tranſtulit.*

Ariſtophon *comicus citatur à Plutarcho, Athenæo, Stobæo, Diogene Laertio. Fabulæ eius ſunt. Medicus. Calonides. Perithous. Pythagoreum inſtitutum, ſeu Pythagoræ ſectator.*

Ariſtoteles *Stagirita, Nicomachi filius, Alexand. Magni præceptor, ac Platonis diſcipulus, ſcripſit infinitos libros, quorum quidam extant, quidam iniuria temporũ interciderunt. Eius autẽ opera quæ extant, excudit Ald. Venet, adiectis Theophraſti libris. Prodierunt deinde Baſil. ex officina Iſingrinij,* 1539. *Latinæ etiam ex diuerſorum tranſlationibus impreſſus eſt Ariſtot. Baſileæ,* 1538. *duobus Tomis. In quorũ primo Tomo ſunt, Categoriæ ſeu prædicamẽta, Periherminias, ſiue De Interpretatione lib.* 2. *Analyticon hyſteron, ſeu reſolutoriorum poſteriorum lib.* 3. *Phyſicæ acroaſeos, ſeu de Naturali auſcultatione lib.* 8. *De Cœlo lib.* 4. *De anima lib.* 3. *Ioañe Argyropylo interprete. Analyticon proterõ, ſiue reſolutoriorum priorum lib.* 2. *Seuerino Boetio interprete. Topicorum lib.* 8. *Antonio Demochare interprete. Elenchorũ, ſiue De Sophiſticis redargutionibus lib.* 2. *Simone Gryneo interprete. De Generatione & corruptione lib.* 2. *Meteorologicorum lib.* 4. *De ſenſu & ſenſibili lib.* 1. *De memoria & reminiſcentia lib.* 1. *De ſomno & vigilia lib.* 1. *De inſomnijs lib.* 1. *De diuinatione per ſomnum lib.* 1. *De longitudine & breuitate vitæ lib.* 1. *De iuuentute & ſenectute lib.* 1. *De reſpiratione lib.* 1. *Franciſco Vatablo interprete. De hiſtoria animalium lib.* 9. *De partibus animaliũ & eorum cauſis lib.* 4. *De generatione animalium lib.* 5. *Theodoro Gaza interprete. De animalium motione lib.* 1. *Quæſtionum mechanicarum lib.* 1. *Nicolao Leonico interprete. De communi animalium greſſu lib.* 1. *Petro Alcyonio interprete. De mundo ad Alexandrum lib.* 1. *Guilhelmo Budæo interprete. De colorib. lib.* 1. *Cælio Calcagnino interprete. In* 2. *Tomo ſunt: Ethicorum ad Nicomachum lib.* 10. *Ioanne Argytopylo interprete. Magnorum moralium lib.* 2. *Georgio Valla partim, partim Gyraldo Rufo interprete. Politicorum lib.* 8. *Perionio & Strebæo interpretibus. Oeconomicorum lib.* 2. *Leonardo Aretino interprete. Rhet. ad Theodecten li.* 3. *G. Trapezõtio interprete. Rhet. ad Alex. li.* 1. *Fran. Philelpho interprete. Problematũ ſectiones* 38. *Theo. Gaza interprete. De poetica lib.* 1. *Alexandro Paccio interprete. Metaphyſicorum lib.* 14. *Ethicorum ad Eudemum lib.* 7. *De mirabilibus auſcultationibus, Anonymo interprete. Phyſiognomicon lib.* 1. *incerto interprete. Deſiderantur autem De Poetis libri tres, De Rhetorica lib.* 1. *cui titulus Gryllus. Nerinthus lib.* 1. *De enthymematibus rhetoricis lib.* 2. *Artis poeticæ tractatio lib.* 2. *De conſilio lib.* 1. *De Homericis ambiguitatibus lib.* 6. *Liberalium diſciplinarum lib.* 2. *Parabolarum lib.* 1. *In ordinatorum lib.* 12. *Olympionicæ lib.* 1. *Pythionicæ lib.* 1. *Pythionicarum lib.* 1. *Dionyſiacæ victoriæ lib.* 1. *Lythicus, muſices lib.* 1. *De Tragœdis lib.* 1. *De doctrinis lib.* 1. *Prouerbiorum lib.* 1. *Carmen ad Philoxenum. Scripſit & elegias. Quibus adiungi poſſunt, Mathematicus lib.* 1. *De magnitudine lib.* 1. *De muſica lib.* 1. *Sophiſta lib.* 1. *Menexenus lib.* 1. *De ſcientijs lib.* 1. *Solutiones contentioſorum lib.* 1. *diuiſiones ſophiſticæ lib.* 4. *De contrarijs lib.* 1. *De ſpeciebus & generibus lib.* 1. *De proprijs lib.* 1. *Commentaria aggreſſoria, lib.* 3. *De inſtantia lib.* 1. *De his quæ aliquot modis dicuntur, aut iuxta additionem aut propoſitum lib.* 1. *De ſcientia lib.* 1. *Diuiſiones* 17. *diuiſibilium lib.* 1. *De interrogando & reſpondendo lib.* 2. *De propoſitionibus lib.* 1. *Propoſitionum contentioſarum lib.* 4. *De ſyllogiſmo liber* 1. *De quæſtionibus lib.* 1. *Methodicorum lib.* 8. *De ſyllogiſmis lib.* 2. *Syllogiſticorum & definitionum lib.* 2. *De Eligibili et contingenti lib.* 1. *De his quæ ante locos ſunt lib.* 1. *Topicon ad definitiones, lib.* 2. *Diuiſionum lib.* 1. *Definitionum lib.* 3. *Epicherematum lib.* 1. *Quæſtiones aggreſſoriæ lib.* 25. *Artium collectio lib.* 2. *Ars lib.* 1. *Argutiæ lib.* 2. *Compendium artis lib.* 1. *De dictione lib.* 3. *Collectionum lib.* 2. *Aduerſus Gorgiam li.* 1. *Problematum ex Democrito li.* 6. *De doctrina li.* 1. *Aduerſus Zenonis ſcita li.* 2. *Encycliorum li.* 2. *De Iuſtitia li.* 4. *De philoſophia lib.* 3. *De repub. lib.* 2. *Amatorius lib.* 1. *Conuiuium*

minium lib. 1. De voluptate lib. 1. Alexander, ſeu De colonis lib. 1. De regno lib. 1. De bono lib. 3. De perturbationibus iræ lib. 1. De imperio lib. 1. De meliori lib. 1. De affectibus lib. 1. De pulchro lib. 1. Quæſtionum de amicitia lib. 2. Politicorum lib. 2. De iuſtis lib. 2. Iuſtificationum lib. 2. Iura lib. 1. Lex commendatitia lib. 1. Legum lib. 4. Politiæ ciuitatum lib. 128. & ſeorſum De Democratia, Oligarchia, Ariſtocratia, & Tyrannide. Epiſtolæ ad Philippum. Selymbriorum epiſtolæ ad Alexandrum quatuor, ad Antipatrum nouem, ad Mentorem 1. ad Olympiadem 1. Ad Hepheſtionem 1. ad Themiſtagoram 1. ad Philoxenum 1. De elementis lib. 3. De motu lib. 1. De idea lib. 1. Quæſtionum de anima lib. 1. De natura lib. 3. Phyſicus lib. 1. De Archytæ philoſophia lib. 3. De Speuſippi & Xenocratis philoſophia lib. 1. De Timæi & Archytæ libris decerpta lib. 1. aduerſus Meliſſi dicta lib. 2. aduerſus Pythagoricos lib. 1. aduerſus Alcmæonis placita liber vnus, aduerſus Xenocratem liber vnus, De Pythagoricis lib. 1. De inciſionibus lib. 8. Exceptio inciſionum lib. 1. De compoſitis animalibus lib. 1. De fabuloſis animalibus lib. 1. De non gignendo lib. 1. De plantis lib. 2. Medicinalium li. 2. De ſignis tempeſtatum lib. 1. Aſtronomicus ſpeculatiuus lib. 1. De motu lib. 1. Suſpectorum problematum lib. 2. Ex poſita generatim lib. 14. Ariſtolis epiſtolia 6. Aldus impreſſit, cum reliquis diuerſorum epiſtolis Græcis, ſunt autem 3. ad Philippum, ad Alexandrum 2. ad Theophraſtum 1. Catalogus Græcus bibliothecæ Vaticanæ quendam Ariſtotelis librum De corpore nominat. Cæterum apud Latinos cum reliquis Ariſtotelicis extant impreſſi Venetijs, libelli quidam ſub huius authoris nomine, De cauſa, De intelligentia, De pomo, De proprietatibus elementorum, De Nilo, De vegetabilibus. In Athenæi ſympoſiacis Ariſtotelici libri citantur iſti: Zoicon ſiue de piſcibus, de cognatione, de animalium moribus, de animalium hiſtoria, de ebrietate, de plantis, problemata phyſica: reſpublicæ Æginenſiū, Deliorum, Theſſalorum, Colophoniorum, Crotoniatarum, Maſſilienſium, Methonæorum, Naxiorum, Syracuſanorum. Ariſtotelis opera Græce cum diſtinctione capitum & argumentis, excuderunt Venetijs Aldi filij, anno D. 1552. in 8. vnà cum Theophraſti operib. Græcis Tomis VI. per Ioannem Baptiſtam Cammotium, virum in Græcis literis eruditiſſimum, recognita & illuſtrata, collatis in vnum codicibus impreſſis, lectionibusq́ Græcorum expoſitorum in potiſſ ma philoſophiæ parte examinatis, nonnullis etiam Ariſtot. lib. manuſcriptis animaduerſis, conſultis quoq́ in quibuſdam locis auribus doctorum hominum: vt Federicus Turriſanus in præfatione teſtatur. Omnia itidem Ariſtotelis opera, eodē anno Venetijs Latine excuſa ſunt à Iuntis, cum Auerrois operibus, Tomis vndecim, in folio: de quibus vide in Auerroe. Præterea edita ſunt opera Ariſtotelis Lugduni in 16. & eadem forma Venetijs 1572. Liber de Poetica alicubi in Italia excuſus, & multis in locis vetuſtorum librorum fide emendatus eſt, in eo appoſitæ ſunt lectionis varietates, ab accurato doctóq homine his notis V C. F L. quibus vetuſtum codicem & Florentinam lectionem ſignificari puto: Franciſcus Robortellius in præfatione commentariorum ſuper hunc Ariſtotelis librum. Pleríque Ariſtotelis libri Logici, Phyſici ac Ethici, Baſileæ ab Oporino impreſſi ſunt octauo forma, ex tranſlatione Ioachimi Perionij, vt in Ioachimo Perionio dicemus. Multi etiam eiuſdem lib. ſeparatim editi ſunt diuerſis in locis, cùm Græce tùm Latine, ex varijs tranſlationibus. Ariſtotelis Stagiritæ de Theologia ſiue myſtica philoſophia ſecundum Ægyptios & Pythagoram libri 14. Excuſi ſunt Romæ apud Iacobum Mazochium cum indice, quaternionibus 33. Petro Nicolao ex Caſtellanijs Fanentino paraphraſt. ad Leonem X. P. M. qui in præfatione ſic ſcribit: Franc. Roſeus Rauennas ex inclyta Damaſci bibliotheca in Italiam nuper aduexit fidæ vetuſtatis codicem, cui titulus Theologia Ariſtotelis, è Græca lingua olim per Aben aman Sarracenum in Arabicam tranſlatum, & inde à Moſe Roua quodam in ſermonem Latinum, ſed inconditum, &c. Continet hoc opus multa ſublimia theoremata & ſententias religionis Chriſtianæ concordes. Sane quidam genuinos Ariſtot. hos libros eſſe putant, quoniam D. Thomas etiam in ſuo aduerſus vnitatem intellectus apologetico, profiteatur eos numero prorſus pari ſe vidiſſe exſcriptos Græce necdum tranſlatos: additos fuiſſe neceſſarios tanquam Metaphyſicæ appendices: ipſoq́ ab Ariſtotele Phyſices ſecundo, & Sapientiæ primæ duodecimo promiſſos. Ariſtoteli inſcriptus tractatus de practica lapidis philoſophici, excuſus eſt Francoforti apud Iacobum Cyriacum, anno Domini 1550. in 4. cum alijs Chymicis opuſculis. Ariſtotelis liber De ſecretis ſecretorum ad Alexandrum Magnum, per Ioan. quendam filium Patricij è lingua Græca in Chaldæam tranſlatus, & ex Chaldæa in Arabicam, poſtea per Philippum quendam Clericum ex Arabica in Latinam, impreſſus olim eſt in Italia, quaternionibus vndecim, diuiſus per capita 24. Tractat autem primum de moribus, officijs & virtutibus, quæ regem deceant, deinde de corporis cuſtodia, de hora eligendi in aſtronomia, alchymiſtica quædam, & copioſius de ſanitate tuenda: poſtea de quatuor temporibus anni, de quatuor membris principalibus, de cognitione ciborum, aquarum, & vinorum, de balneis, de apertione venarum, de iuſtitia, de electione baiuli, notarij, nuncij, præpoſita, de proceribus & eorum virtutibus, de forma præliandi, de phyſionomia. Ariſtotelis liber de Dimenſione terræ extare ſcribit author Luminis animæ. Librū de Proprietatibus elementorum quidam etiam attribuunt Ariſtoteli, ſed falſo, vt Ioannes Picus docet. Liber de Cauſis morborum, citatur ab ipſo Ariſtotele libro primo de Partibus animalium. Liber Ariſtot. Nomina Barbarica inſcriptus, citatur à Varrone de Ling. Lat. Item Barbaricæ conſuetudines citantur ab Apollonio: & libri de ijs quæ ad animalia pertinent, qui diuerſi ſunt à libris de Animalibus: & in Diſſectionum ſelectis annotationibus. Ariſtoteles de ijs quæ inuenta ſunt citatur à Clement. 1. Strom.

*Ariſtoteles de rebus Mileſiorum citatur à Parthenio, alius à Stagirite, vt arbitror. Ariſtotelis opera ferè omnia, phyſica præſertim & metaphyſica, de Senſu & ſenſibili, de Motu animalium, de Partibus animalium, & eorum cauſis, de Plantis, de Coloribus, de Meteoris, Græce Ms. folio, bibl. Impe. Ariſtoteles ſcripſit commentarium in Homeri catalogum, cui Pepli nomen dedit, à laborioſi illius pepli Mineruæ, toto quinquennio contexæ ſoliti, ſimilitudine. Hadri. Iunius.*

Ariſtoxeni *hiſtorici ſcripta citat Plutarchus in vita Numæ Pompilij.*

Ariſtoxeni *harmoniacorum lib. 3. extant Bononiæ in bibliotheca Saluatoris, Græce ſcripti, & alibi in Italia, citatur etiam ab Athenæo & Stobæo in ſermonibus de Iniuſtitia, de parentibus honorandis, de ſanitate: alitubi etiam Ariſtot. Pythagoræ apophtegmata ſcripta allegat: proinde videndum ne forte confundantur. Ariſtoxeni de Muſica lib. 3. Ant. Hermannus Gogaua in Latinam linguã tranſtulit. Citatur etiam ab Apollonio Ariſtoxenus muſicus in vita Teleſte, A. Gellio in lib. de Pythagora: refert etiam Laertius eum de Pythagora eiusq; familiaribus ſcripſiſſe.*

Arius *Barboſa Luſitanus, Politiani auditor, primus Græcas literas in Hiſpaniam inuexit, & Salamanticæ 20. annos bonas literas profeſſus eſt. Hũc inter poetas numerat Gyraldus.*

Arij *Pinelli, Luſitani, Cõmentarij ad Rub. & l. 2. C. de reſcind. vend. in quibus ſic eleganter, ornatè, ac luculẽter materiam illam enucleauit, vt nihil amplius deſiderari poßit. Venetijs 1570. in 4. Idem de Bonis maternis.*

Ariſtus *Salaminius, hiſtoricus, vt arbitror, laudatur à Strabone lib. 15.*

Arlotus, *ordinis fratrum minorum miniſter generalis, Hetruſcus, fertur collegiſſe vtriusq; Teſtamenti concordantias lib. 1. Sermones varios lib. 1. Et quædam alia. Claruit anno 1290.*

Arlunus *quidam, De faciliori alimento & balneis ſcripſit, librum impreſſum Baſileæ apud Iſingrinium. Extant etiam Bernardini Arluni hiſtoriarum ab origine vrbis Mediolanenſis tres ſectiones, vnà cũ Antonij Maioragij præfatione, quas Deo volente propediem in lucem dabit Ioan. Oporinus Baſileæ.*

Armandus *de Bello viſu, ordinis Prædicatorum, ſcripſit Declarationem difficilium terminorum, tam theologiæ, quàm philoſophiæ ac logicæ, Liber impreſſus. Item De tranſcendentibus lib. 1. De prædicamentis lib. 1. De intentionibus ſecundis lib. 1. Super Thomam de ente & eſſentia, & alia plura. Lelandus.*

Armegandus *Blaſij de monte Peſſulano, Auerrois Commentaria in Auicennæ Cantica tranſtulit, quæ Andreas Bellunenſis caſtigauit, & in partes capitaq; diſtinxit. Venetijs impreſſerunt Iuntæ cum reliquis Auerrois operibus, anno D. 1552.*

Armenopulus, *vide Conſtantinus Armenop.*

Arminius *neſcio quis, breui in lucem edendus promittitur à Ioanne Herold Acropolita. in epiſtola quam præmiſit Hugonis Etereani libro de proceſſione Sancti ſpiritus.*

Arnaldi *Albertini Maioricenſis, epiſcopi Pactenſis, & vtriusq; cenſuræ doctoris clariſſimi, Tractatus de agnoſcendis aſſertionibus catholicis & hæreticis. Venetijs anno D. 1571. in 4. Inuenio eundem ſcripſiſſe ſuper ſextum Decretalium, De hæreticis: arbitror autem eundem librum eſſe.*

Arnaldus *Comtades, Narbonenſis, ſcripſit De bonorum poſſeßionibus, & in Pandectarum libros 33. epito.*

Arnaldus *de Solerio. ſcripſit ſuper, De Teſtamentis, ſuper C. ſi pater, ſexti Decretal.*

Arnaueldi *Lectura, ſuper libros Sapientiæ.*

Arnobius, *ſub Diocletiano principe, presbyter, philoſophus & rhetor inſignis, ſcripſit aduerſum gentes lib. 7. In Pſalterium lib. 1. De rhetorica inſtitutione lib. 1. Libri octo aduerſus gentes, Romæ impreßi ſunt, anno Domini 1543. & Baſileæ apud Frobenianos, anno Domini 1546. longè caſtigatiores, octernionibus 22. & dimidio. Commentarij in omnes Pſalmos, excuſi Baſileæ apud Frobenium. In aliquot Euangeliſtarum locos annotatiuntulæ, excuſæ item Baſileæ, anno Domini 1543. Floruit anno 300.* * *Arnobij Diſputationum aduerſus gentes libri ſeptem, recogniti & aucti: ex bibliotheca Theodori Canteri Vltraiectini, cuius etiam notæ adiectæ ſunt. In 8. Antuerpiæ 1582.*

* Arnobij *Cheffirei Etichi de Antichriſto & defectione Romanæ eccleſiæ, Germanice. In 8. Wittenbergæ 1582.*

Arnoldus *quidam ſcripſit Appendicem ad hiſtoriam Helmoldi presbyteri Vuagienſis.*

Arnoldus *Arlenus, Peraxylus, De omni ſtudiorum & ſapientiæ genere quàm optimè meritus, tranſtulit in Latinum ſermonem quoſdam ex Plutarcho de moribus commentarios, à nemine ante conuerſos. Dionis Coccæi Romanæ hiſtoriæ libros 22. Olympiodori philoſophi Platonici & Peripatetici commentarios ad Ariſtotelis commentaria. Ex ſacris verò Chryſoſtomi, Theodoreti & aliorum antea non viſas pulcherrimas conciones, tum cõmentarios & orationes. Lycophronis Alexandram ſiue Caſſandram & Iſacij Zezis in eandem commentaria, recognouit & edidit; Baſileæ impreßit Oporinus, anno D. 1546. in fol. cum Ioannis Zexis varia hiſtoria. Ioſephi hiſtorias cum præfatione ſua Græce edidit, Baſil. ex officina Frobeniana.*

Arnoldus *Auedelius de Sonis, Vaſco Carmelita, ſcripſit Officium D. Angeli Hieroſolymitani lib. 1. Epiſtolas elegantes lib. 1. Aduerſus futurorum præſagos lib. 1. Contra quorundam diffamationem lib. 1. Super quoſdam canones lib. 1. Ex his quædam ſunt impreſſa. Vixit anno 1510. Gilb. Grab.*

Arnoldus *de Auſtria, ordinis Carmelitani, conuentus Wienenſis, ſcripſit ſuper Sententias libros 4. Sermones etiam elegantes, & varias in ſcripturis quæſtiones, & alia quædam mihi incognita. Claruit circa annum 1400. Tritt. de ſcriptoribus Germaniæ.*

* Arnoldi *Baert I. V. Doctoris, Extraordinariæ lectiones*

lectiones habitæ Duaci, loco primarij legum profeſſoris 1. de eo quod intereſt 2. Ad L. Vinum 3. de eo quod certo loco. 8. Coloniæ 1579. Eiuſdem Nux feudalis dicata illuſtri generoſoq; viro D. Gerardo de Hornes, Baroni in Baſſignij, &c. 12. Coloniæ apud Maternum Cholinum.

Arnoldus de Beſſalis, Teutonicus, Carmelita, epiſcopus Galtelienſis in Sardinia, ſcripſit Sermones Dominicales, Sermones de ſanctis, Collationes atq; alia. Vixit anno Domini 1366. Tritthemius in Lumin. Germ.

* Arnoldi Birckmanni, Hierarchiæ eccleſiaſticæ aſſertio.

Arnoldus abbas Bonevallis, ordinis Ciſtercienſis, ſcripſit vitam S. Bernhardi lib. 4. & quaſdam epiſtolas. Claruit anno D. 1160.

Arnoldus Boſtius, natione, Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ, ſcripſit De patronatu Mariæ lib. 1. De illuſtribus viris Carthuſienſium, lib. 1. De illuſtribus viris ordinis ſui lib. 1. Contra Vincentium in nouo Caſtro lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. De quatuor nouiſſimis lib. 1. Carmina diuerſa, & alia complura. Floruit anno Domini 1494.

Arnoldus Brixienſis ſua ætate (hoc eſt, Conrado Imp.) Papæ & eccleſiaſticorum tyrannidem & luxum grauiter reprehendit, & alios quoq; abuſus: docuit Brixiæ, inde Italia pulſus Tigurum venit, et poſt obitum Papæ Romã rediiſt, & tandem propter parrhiſiam ſuam combuſtus eſt. Otto Friſingenſis & Guntherus Ligurinus eius meminere.

Arnoldi Burenij Weſtphali oratio ad archiepiſcopum Monaſterienſem De ludis aperiendis, impreſſa eſt Wittenbergæ circa annũ D. 1549. Eiuſdem oratio funebris in ducem Megalopolit. & aliæ quædam orationes, impreſſæ ſunt Lubeci. * Scripſit præterea orationem cur ſcholæ philoſophicæ præfecti in Academia Roſchochiana in diſciplina reſarcienda, elaborauerint, edita Wittenbergæ, anno 1556 cum præfatione Melanchtonis.

Arnoldus de Buſco, canonicus regulæ S. Auguſtini, ſcripſit volumen D viris illuſtribus ordinis ſui, & Monaſterij Windesheimenſis. Scripſit quoq; De origine modernæ deuotionis & reformationis ordinis ſui lib. 1. Epiſtolam prolixam de modo proficiendi in religione. Claruit circa annum Domini 1470. Tritt. de ſcript. Germ. Forte idem cum Arnoldo Boſtio.

Arnoldus Conradus Narbonenſis I. C. De bonorum poſſeſſionibus.

* Arnoldi Eickij Vltraiectini tabulæ Græcæ in Grammaticam Græcam, ipſam rem ita ſtudioſorum oculis veluti lineamentis quibuſdam ſubijcientes, vt ijs adiuti φιχίνωπε, ipſa artis præcepta expeditè aſſequantur, duce magiſtro, pluraq; ſuopte Marte per ſe facilè addiſcant αὐτοδίδακτοι. Antuerpiæ 4. anno 1582.

Arnoldi Ferroni Burdegalenſis, in conſuetudines Burdegalenſium Commentarij, impreſſi à Gryphio, anno Domini 1540. Eiuſdem de geſtis Gallorum libri 9. ad hiſtoriam Pauli Æmilij additi, perducta hiſtoria vſque ad tempora Heinrici II. Francorum regis, excuſi ſunt Pariſijs à Vaſcoſano, anno Domini 1550. in 8. Eiuſdem carmina quædam excuſa ſunt, ni fallor. Idem in Latinum linguam conuertit Plutarchi libellos, contra Coloten, quo id ſuſcipitur probandum, Ne viuere quidem iucunde quenquam poſſe, qui ſectam ſequatur Epicuri. Contra Coloten lib. 2. quo refellitur Colotis liber ad Ptolemæum regem ſcriptus, laceſſens & irridens veteres philoſophos. Pro nobilitate libri fragmentum. De inſcriptione particulæ huius El, pro foribus Delphici templi. Eroticum. Omnia hæc Lugduni excuſa ſunt.

Arnoldi de Lens, medici ac mathematici Geometrica elementa. Antuerp. apud Plantinum.

Arnoldus Londinenſis, varias hiſtorias & doctrinas ad vtranq; ſalutem neceſſarias, in vnum volumen collegit, quod Repoſitorium nominauit. Vixit anno 1520. Balens.

Arnoldi Madiri Piſander Bombylius, id eſt, Dialogus iocularis, per actus in modum Comœdiæ diſtinctus, impreſſus eſt Antuerpiæ apud Ioannem Steelſium in ſcuto Burgundiæ, anno Domini 1540. octern. 2.

Arnoldi Mermannij libri tres, De rogationibus ac peregrinationibus, & hymnis & ſolennibus ſupplicationibus cum lucernis, & omni religionum Panoplia, impreſſi Louanij 1566. in 8. Eiuſdem De ſancta cruce, eiusq; religioſa adoratione & cultu, liber ibidem impreſſus. Eiuſdem Dauus perduellis, ſiue Rerumpub. perturbator. Louanij 1564. Theatrum conuerſionis gentium totius orbis, ſiue Chronologia, De vocatione omnium populorum, & propagatæ per vniuerſum orbem fidei, Chriſtianæ religionis deſcriptio. Antuerpiæ apud Plantinum 1572. * Eiuſdem imagines mortis, cum epigrammatis quibuſq; figuris ſubiectis, item medicina animæ. Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birckmanni, anno Domini 1567.

Arnoldus Nouicomenſis, quære Arnoldum de Villa noua.

Arnoldus Oridryus Summam linguæ Græcæ ſcripſit, impreſſam Lutetiæ in officina Wecheli. Præterea de bona mente, carmine Iambico dimetro iuſtum librum, De cura pauperum inſigne opus. Vertit carmine Heſiodi agriculturam. Scripſit & Iubilæum, cuius argumentum eſt ſacrum, non iniucundum neque indoctum, mira inuentionis dexteritate. Vertit & comparationem regis ac monachi ex Chryſoſtomo.

Arnoldi Pontaci Burdegalenſis Chronographia, à Chriſto nato ad annum M.D.LXVI. impreſſa Pariſijs 1567. in fol. & Louanij 1570. 12.

* Arnoldi Poſſenbruck Embricenſis, Panoplia Chriſtiani militis, ex ſacris ſcripturis deprompta. Coloniæ Petrus Horſt. 1573.

Arnoldus Rufus, Toloſanus, profeſſione Auguſtinianus, ſcripſit Annotationes in Auguſtinum de Ciuit. Dei, & quædam ſuper alios eiuſdem tractatus. Vixit anno 1410. Nic. Bertrandus.

Arnoldi Sorbini, Toloſanorum theologi, &

Digitized by Google

Regij eccleſiaſtæ, Tractatus de monſtris, quæ à temporibus D. Auguſtini huiuſq; ortum habuerunt, ac ijs quæ circa eorum tempora miſerè acciderunt. Pariſijs 1570.16.

Arnoldus *Sautius Toloſanus, Auguſtinianus, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. De generibus vſuræ lib. 1. De præſcriptionibus lib. 1. De reſtitutione lib. 1. Vixit anno 1390. Nic. Bertrandus.*

Arnoldus *Wandmeer, Naeldwicenus, L. L. licentiatus, in Latinam linguam tranſtulit Dialogum, Deſiderium de expedita ad diuinum amorem via.*

Arnoldus *Veſalienſis, ſcripſit* Exegeſin decalogi, impreſſam coloniæ, anno D. 1542. *Varia carmina Græca. * Eiuſdem & Ioannis Cochlæi quadruplex conſideratio ſuper confeßione Auguſtana proteſtantium quorundam* 1544.

Arnoldus *de Villa noua, natione Gallus, Prouincialis, vel vt alij volunt, Catalanus, ſcripſit Speculum medicinæ, de humido radicali, de intentionibus diuerſis medicorum, de regimine ſanitatis opus, quod Magninus Mediolanenſis ſibi vendicauit: de regimine ſanitatis regis Arragoniæ, de conſeruanda iuuentute, & retardanda ſenectute: de conſiderationibus operis medicinæ, de phlebotomia: Parabolas meditationis, quæ alio nomine à medicis appellantur Regulæ ſeu canones generales curationis morborum: De tabulis generalibus, quæ medicum informant ſpecialiter, cum ignoratur ægritudo: de aphoriſmis, de parte operatiua, de regimine caſtra ſequentium, de regimine ſanitatis Salernita. breuiarium Practicæ, cum capitulo generali de vrinis, & tractatu de omnibus febribus, Practicam ſummariam ſeu Regimen ad inſtantiam papæ Clementis, de modo præparandi cibos & potus infirmorum in ægritudine acuta, compendium regiminis acutorũ, regimen quartanæ, de cura febris hecticæ, regimen podagræ: de ſterilitate tam ex parte viri, quàm ex parte mulieris: de conceptione, de ſignis leproſorum, de bonitate memoriæ, de amore erotico, de maleficijs, de cautelis medicorum, de venenis, de arte cognoſcendi venena, de doſibus theriacalibus, de graduationibus meditinarum aphoriſmos, de ornatu mulierum, de ſimplicibus medicamentis, de decoratione, commentarium ſuper ſuis parabolis, de coitu, de conferentibus & nocentibus principalibus membris noſtri corporis, de vinis, de aquis laxatiuis librum, de antidotis, repetitionem ſuper canone Vita breuis, tabulam ſuper eodem. Expoſitionem ſuper aphoriſmo, In morbis minus periclitantur, & ſuper commentario Galeni in eundem. Commentarium ſuper textu Galeni de mala complexione diuerſa, quæſtiones ſuper eodem libello: de febribus regulas generales, de prognoſticatione viſionum quæ fiunt in ſomnis, de aſtronomia, de phyſicis ligaturis: roſarium philoſophorum, lumen nouum de ſigillis, flos florum. Epiſtolam ſuper Alchimia ad regem Neapolitanum. Præter hæc quidam ei adſcripſerunt tractatum de quercu & partibus eius, ſcilicet folio, viſco, cupulis, glandibus & gallis. Vertit* Hippocratis *librum de lege, ex Græco in Latinum, quæ verſio habetur in Articella medicorum barbarorũ. Quod autem non omnia præſcripta opera Arnoldi genuina ſint, patet in tractatu de Bonitate memoriæ. Herbarium quoq; conſtat non eſſe Arnoldi, quoniam Arnoldus alicubi in eo citatur. Hæc impreſſa ſunt vno libro Lugduni, anno* 1504. *Eiuſdem breues & luculentæ enarrationes, accuratius & diligentius quàm antea, per Ioannem Curionem & Iacobum Crellium, Egenolphus impreßit Francofordiæ, anno Domini* 1553. *adiectis quibuſdam alijs, octern.* 20. *Scripſit etiam Arnoldus Nouicomenſis non pauca theologica, è quibus hæc quæ ſequuntur vno volumine comprehenſa, manu ſcripta extant apud* CL. V. D. *Gilbertum Cognatum. Introductio in librum de ſemine ſcripturarum, quæ eſt de prophetis dormientibus, ſiue de dormientium prophetijs. Allocutio ad fratrem P. de Pogeto, de ſignificatione nominis tetragrammaton tam lingua Latina, quàm Hebraica, & de myſterio Trinitatis. Dialogus de elementis fidei. De Antichriſto, & conſummatione huius mundi: hic liber damnatus fuit à Bonifacio* VIII. *De myſterio cymbalorum eccleſiæ ad Priorem & monachos Scalæ Dei. De prudentia Chriſtianorum ſcientijs operam nauantium. Epiſtolæ quam plures ad Chriſtianos principes & monachos. Philoſophia Chriſtiana, & arma aduerſus Antichriſtum & eius membra, ad collegium Romanorum. Apologia & reſponſio ad verſutias Pſeudotheologorum & monachorum. Perſecutio ſiue confeßio Ilerdenſis. Antidotum contra venenum effuſum per fratrem Martinum de Athera prædicatorem cum ſupplicatione facta Burdegalis Summo pontifici Clementi* V. *Lectura eius ſuper primam Fen. primi, cum multis quæſtionibus, extat apud Matthæum Dreſſerum. * Eius tractatus de præparatione & vſu vinorum, Germanice. In* 4. *Viennæ* 1532. *Et Exegeſis in ſingula capita præceptorum conſeruandæ bonæ valetudinis ſcholæ Salernit. Francof. apud hæredes Chriſtiani Egenolphi* 1573.

Arnoldi *Voſtefeldij Lindauienſis De conſtruendi modo in interpretandis authoribus. Libellus Lipſiæ impreſſus à Iacobo Thanner, anno* 1505. *chartis* 2.

* Arnolphus *hiſtoricus citatur à Fulgoſo.*

* Arnonis *ſermones in folio, manu ſcripti in bib. Imperat.*

Arnulphus *Ruzæus* I. C. *Aurelianenſis, De iure regaliæ. * Item De mandatis Apoſtolicis, & ſublimi archipræſulum ſtatu & conditione. Pariſijs*, 1542.

Arnulphus *Concionator, Anglus, quidam Beluacenſem ſcribunt, Roffenſis epiſcopus, cleri corruptos mores acerbe inſectatus eſt: ſcripſit autem Solutiones quaſdam ad quæſtiones Lamberti abbatis Bertiniani. De corpore & ſanguine Domini lib.* 1 *De ſex verbis Domini in cruce lib.* 1. *De operibus ſex dierum lib.* 1. *Homilias & ſermones. Romæ tandem cæſus eſt, cum eius reprehenſiones ferre nõ poſſent, anno D.* 1126. *Baleus.*

Aros *Chymicus ſcriptor citatur à ſeniore Hamuelis filio.*

Arrianus

Digitized by Google

Arrianus à Nicomedia, hiſtoricus & philoſophus, De Epicteti diſſertationibus opus edidit tribus voluminibus, & Alexandri Magni hiſtoriam 8. libris deſcripſit: vtrunque opus habetur excuſum Venetijs & Baſileæ. Alexandri verò hiſtoria, etiam Latine excuſa eſt ab Oporino, ex traductione Latina Bartholomæi Facij, extat quoque Arriani Periplus Euxini Ponti, & maris rubri, impreſſit Frobenius cum Strabonis epitome. Eiuſdem Indica, & de expeditione Cyri lib. 6. Romæ habentur. Eiuſdem de Epicteti philoſophi præceptoris ſui diſſertationibus lib. 4. ſaluberrimis, ac philoſophica grauitate egregie conditis, præceptis atque ſententijs referti, impreſſi ſunt Baſileæ à Ioanne Oporino, anno Domini 1554. Græce & Latine, Iacobo Scheggio interprete, cum Enchiridio Epicteti, & annotatiunculis Scheggij in difficiliora Arriani loca. Quatern. 77. Diſcurſus ſuper Arriani libro De mari rubro Italice, cum alijs Italicis libris nauigationum impreſſus. Indica Arriani (vt puto) non alius liber eſt, quàm qui vulgus octauus numeratur hiſtoriæ de expeditione Alexandri, nam is Indiæ expeditionem continet: & ſeparatus eſt ab hiſtoria Alexandri, quæ ſeptem libris, ad imitationem Anabaſeos Xenophontis, abſoluitur. Eius libros de Epicteto, ni fallor, Hieronymus Wolfius quoq; in Latinam linguam tranſtulit. *Ponti Euxini & Maris Erythræi Periplus, nunc primum è Græco ſermone in Latinum verſus, plurimisq; mendis repurgatus, adiectis ſcholijs ex accurata veterum & recentiorum authorum collatione: prætereà ipſius Ponti chorographica tabula, Ioanne Guilielmo Stuckio Tigurino authore. Lugduni apud Bartholomæum Vincentium, anno Domini 1577. excuſus. Arriani de Expeditione Alexandri Magni hiſtoriarum libri octo: eius item vita ex Plutarcho, additis libris duobus de fortuna vel virtute Alexandri, Latine denuo excuſi in folio Geneuæ, anno Domini 1575. ex optima interpretatione Bonauenturæ Vulcanij Brugenſis.

Arrianum inſignem Iuriſc. Paulus Patauinus citat, in l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. & Vlpianus Tyrius in l. 1. parag. qui autem. ff. quorum legatorum. Plures autem libros ſcripſit in iure ciuili, & præcipuè de re militari. Ipſius etiam extant leges in Pandectis Iuſtiniani.

Arrianus Poeta Tyberij Imperat. temporibus vixit, cuius carminibus ipſum Tyberium delectatũ fuiſſe, Tranquillus ſcribit. Eius autem opera Suidas commemorat: metaphraſin Georg. Verg. Alexandriada, poema videlicet de Alex. Magni geſtis lib. 24. alia quoq; in Attalũ Pergamenſem poemata. Alius eſt Rhianus poeta, de quo infrà.

Arrianus Hiſtoricus (alius à Nicomedienſi, & eo poſterior, namque is ſub Adriano vixit, teſte Suida) Maximinorum, Maximi ac Balbini, & 2. Gordianorum vitas deſcripſit, teſte Iulio Capitolino.

Arrideus Macedo, poeta, æmulus Euripidis, vnà cum Crateua, eum immiſſis canibus, occidit. Suidas.

Arridi Dominici meditatio mortis Chriſti, orationis ſiue precationis inſtar, impreſſa eſt Venetijs in octauo apud Fuſcum, cum Bernhardo de Terra ſancta.

Arrij preſbyteri ad Euſebium epiſtola legitur in vita Athanaſij, quam Ioannes Aretinus ſcripſit. Item epiſtola ad Euſebium Cæſarienſem, qualis ſit ſua opinio de generatione filij Dei, propter quam ab Alexandro Papa perſecutionem ſuſtineat: præpoſita eſt Marij Victorini libris 4. de Trinitate, aduerſus Arrium. Baſileæ apud Heinricum Petrum, cum alijs varijs. Eius liber Thaleia inſcriptus citatur ab Athanaſio.

Arrius Menander, vetus Iuriſcõſultus, ſcripſit de re militari lib. 4. vnde quædam decepta leguntur in Pand.

Arſatius Schofer, ſcripſit enarrationes Euangeliorum Dominicalium ad dialecticam methodum & rhetoricam diſpoſitionem accommodatas. Adiecti ſunt loci Theologici, ſubnexis etiam aliquot propoſitionibus. Liber exiuit Auguſtæ Vindelicorum, anno 1538.

Arſendius de Rainerijs, ſcripſit ſuper Rub. Soluto matri. l. ſi filius qui patri. in 1. Inforciati. & ibidem in Rubric. de vulg. & pup.

S. Arſenij Oratio, Græce, Ms. in bibliotheca Regis Gallorum.

Arſenius Archiepiſcopus Monembaſiæ, collegit apophtegmata Philoſophorum, Imperatorum, Rhetorum, & Poetarum, ordine alphabeti iuxta nomina authorum: Liber impreſſus Romæ, Græce. Idem in Eurip. Tragœdias 7. ſcripſit ſcholia Græca, publicata Venetijs 1534. Baſileæ apud Heruagium. Locos etiam aliquot communes ex Græcis authoribus collegit, quæ omnia, aut certe pleraq; ex Stobæi collectaneis, ordine tantum immutato tranſcripta videntur. Item libellus quidam Græcus Romæ ante aliquot annos exiuit, ab eodem cõſarcinatus, quo continentur varia & arguta carmina, fabularum aliquot poeticarum enarrationes, & ex Strom. Clementis quædam de furtis ſcriptorum, Epiſtola eiuſdem ad Cardinalem Ridolphum G. m. extat in bibl. Regis Gallorum.

Arſuberes in Turba, citatur ab Hortulano inter Chymiæ ſcriptores.

Artapanus in opere De Iudæis, citatur à Clemente lib. 1. Stromaton.

Artaxerxis magni regis epiſtolæ 3. inter Hippocratis medici epiſtolas extant.

Artemidori Geographi Epitomes lib. 11. citat Stephanus. Idem meminit Artemidori Aſcalonæ nati, qui res Bithyniæ ſcripſerit. Plinius in ſuis libris Geographicis citat Artemidorum Epheſium. Strabo quoque ſæpe Artemidori teſtimonio vtitur. Athenæus citat Artemidori Epheſij Geographica, & Ionica hypomnemata.

Artemidorus dialecticus, in libro aduerſus Chryſippum, citatur à Laertio.

Artemidori Cnidij filij Theopompi meminit Strabo, inter claros eius inſulæ viros. Vixit Tyberio Imperatore.

Artemidorus Tarſenſis, Grammaticus, com-

Digitized by Google

*memoratur à Strabone inter eos quorum ſcripta extent.*

Artemidori *Ariſtophanij Gloſſas opſartyticas, & librum de Doride, citat Athenæus.*

Artemidorus *Philoſophus Epheſius, ſiue Daldianus, ſcripſit De ſomniorum interpretatione lib. 4. Item De augurijs & manuum inſpectione. Eos Aldus Græce excudit, poſt à Iano Cornario Latine redditi, Baſileæ ex officina Frobeniana prodierunt, anno D. 1539.*

Artemon *Clazomenius, ſcriptum de Homero edidit, cuius meminit Suidas in Arctino. Idē de Clazomeniorum finibus citatur ab Æliano.*

Artemon *ſcripſit de Dionyſiaco epiſtemmate.*

Artemonis *cuiuſdam ſcripta citãtur apud Fulgentium in Mythol. & Plinium, qui in librum 28. quædam ex eis tranſtulit.*

Artemon *hæreſiarcha, Samoſatenianæ impietatis autor, meminit eius Epiphanius.*

Artolphus *ex Bauaria, medicus, ſcripſit Germanice librum de Re medica.*

Artorius *citatur à Feſto.*

Artuillus *Illuſtris, Scotus, ſcripſit De rebus mathematicis lib. 1. Ad Aldhelmum epiſcopum lib. 1. Vixit anno ſalutis 710. Baleus.*

Arturus *Kelton, Britannus, ſcripſit Anglicis rythmis laudes Cambrorum, item Genealogiam eorum à Bryto. Claruit anno 1548.*

* Arturus *Scallaus, quid interſit inter regem & tyrannum. Baſileæ cum quæſtionibus Friſij politicis, impreſſus 1578.*

Aruiragus *Tegenus, Britannorum rex, ſcripſit ſuper Geniſſæ connubio lib. 1. Epiſtolas multas ad proceres, ad regem Caratacum epiſtolas plures doctiſſimas. Claruit anno D. 74.*

Arulenus *Ruſticus, vide Iunius Arulenus Ruſticus.*

Aruncius *citatur apud Plinium, qui in librum quintum Naturalis hiſtoriæ quædam ex eo tranſcripſit.*

Aruncius *Celſus, Grãmaticus, Terentij & Virgilij interpres, citatur à Chariſio & Ruffino.*

Aruncius *rhetor Auguſti Cæſaris temporibus, multas ſcripſiſſe declamationes fertur.*

Aruſianus *Meſſus, elocutionum libellum ex Vergilio excerpſit, cuius ex recentioribus meminit Ioannes Pierius.*

Aruſinus *Grammaticus citatur à Varrone libro 9. de lingua Latina.*

Aſaphus *Britannus, epiſcopus, ſcripſit ordinationum ſuæ eccleſiæ lib. 1. Et vitam Kerntigerni, ac alia etiam nonnulla. Claruit anno D. 590.*

Aſarnbas *citatur apud Plinium, qui in librum triceſimum ſeptimum Naturalis hiſtoriæ, multa ex eo mutuatus eſt.*

Aſcanij *Clementini Tractatus de patria poteſtate Francoforti 1572. 8.*

Aſcanij *Schratenbergij de Indicationibus curatiuis lib. 10. longè vtiles omnibus, qui artem medicam profiteri volunt. Brixiæ apud Vincentium Sabienſem in 8. anno 1569.*

Aſchreus *de Agricultura libros compoſuit, teſte Varrone.*

Aſfalia *Chymiæ ſcriptor, citatur à ſeniore Hamuelis filio.*

Aſclepiades *Anazarbeus, Grãmaticus, ſcripſit De fluminibus, teſte Stephano.*

Aſclepiadæ *Epigram. Græca 18. in Florilegio.*

Aſclepiadis *Arij librum de Demetrio Phalereo citat Athenæus.*

Aſclepiades *Cyprius ſcripſit de Cypro & Phœnice. Porphyrius libro περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων.*

Aſclepiades *Diotimi F. Myrleanus (vrbs hæc eſt Bithyniæ, quæ nunc Apamea dicitur) prima verò ſtirpe fuit Nicenus, Grãmaticus, diſcipulus Apollonij. Vixit ſub Attalo & Eumene Pergamenis regibus, ſcripſit philoſopicorum librorum correctiones. Docuit & Romæ ſub Pompeio Magno, & Alexandriæ ſub Ptolemæo adoleſcens verſatus eſt. Scripſit multa. Suidas. Quæ tamen vix temporum rationi conſentiunt. Attalus enim obijt anno V. C. 622. Pompeius Magni cognomen accepit 672. Itaq; ſupra quinquaginta annos docuiſſet. Strabo lib. 3. ſcribit Aſclepiadem Myrleanum Grammaticam docuiſſe in Turditania Hiſpaniæ, & illarum gentium aut regionum* [illegible] *edidiſſe. Athenæus citat eius Ægyptiaca, librum de Neſtoride, & Parthenius eiuſdem Bithynica citat. Numeratur etiam inter Homeri interpretes.*

Aſclepiades *Pruſienſis, medicus, hic, Plinio teſte, ætate Pompei Magni Rhetoricæ magiſter nec ſatis in ea arte quæſtuoſus, ad medicinam ſe conuertit, & ad Mithridatem volumina quædam ſcripſit, cum ſolicitatus ex vrbe Roma præcepta pro ſe mitteret. Scripſit etiam De muſto dando volumen ab eo cognominatum, de quo poſtea innumeri diſſeruere, vt idem teſtatur lib. 23. cap. 1. Huius ſcriptis in pluribus libris Plinius vſus eſt. A Galeno etiam eius ſcripta in lib. 2. De Antidotis, & in libris De compoſitione medicamentorum frequenter allegantur: & libri nominantur De alopecia, Exteriorum, quintus, Internorum ſecundus. Memorat autem Galenus duos Aſclepiadas, qui poſt Antonium Muſam ſcripſerint de pharmacis, & eos poſt Andromachũ natos ait. Idem Aſclepiadis Pharmacionis ſcripta citat. Idem* [illegible] *commemorat libro, vt videtur nomen, ſcripti De medicamen. ſimplicibus. Ætius quoque adducit Aſclepiadis Epithemata ad capitis doloris, Collyria, Remedia ad aphtas, Cataplaſmatum librum, Epulotica vlcerum vteri.*

Aſclepiades *Tragileus, ex Tragilo vrbe Thraciæ, Tragodumena ſex libris conſcripſit. Stephanus de vrbibus. Athen. lib. 10. citat Aſclepiadis Tragodumena abſq; vllo gentili authoris nomine.*

Aſclepiodorus *citatur apud Plin. lib. 35.*

Aſclepius *Afer epiſcopus, ſcripſit aduerſum Arrianos, & Donatiſtas, & Homilias. Claruit anno D. 460.*

Aſclepij *Barbati ſylua, in qua hæc continentur, Votum pro reditu ſaluo Ioannis comitis Hennenbergenſis, Panegyris Franciſci à Siebingen & Hulde-*

Digitized by Google

*Hulderici Hutteni. Carmen ad Philippum à Winsburg de ipſius fato & fatorum viribus. Elegia in obitum Georgij Forchemij, Erphordiæ ob diuinum verbum veneno ſublati.*

Aſclepij *cuiuſdam ſcripta citantur apud Plinium, qui in lib. 11. multa ex eius lucubrationibus tranſcripſit.*

Aſclepij *Tralliani in ſex lib. Metaphyſicorum Ariſtotelis commentarij, Græce Romæ in Vaticana extant. Item in Nicomachi arithmeticam.*

Aſconius *Pedianus, Patauinus, vixit Neronis tempore, & in aliquot Ciceronis orationes commentarios exarauit: inuentos primum à Poggio Florentino in Heluetia, in monaſterio S. Galli, deinde verò impreſſos apud Aldum, & Pariſijs apud Ioannem Roigny caſtigatiores, anno Domini 1536. Item Venetijs cum ſcholijs Pauli Manutij. Et Baſileæ apud Oporinum, cum aliorum in orationes Ciceronis commentarijs, additis etiam Pauli Manutij ſcholijs. Lugduni cum Franciſci Hotomani ſcholijs.* Idem commentarij à Tito Popma Phryſio emendati, atq; notis illuſtrati. Coloniæ apud Ludouicum Alectorium.*

Aſear *liber de Vita Machumetis, citatur à Bellonio in libro Singularum obſeruationum.*

Aſellius *Sempronius hiſtoricus, militauit ſub Scipione Æmiliano apud Numantiam Tribunus militum, idq; bellum literis mandauit, citatur ſæpe à Gellio.*

R. Aſer *Iudæus ſcripſit gloſſam in Thalmud Babylonicum Venetijs impreſſum, & tractatus paruos aliquot cum eodem impreſſos parte V.*

Aſianus *Sardienſis epiſcopus, Antonino Imperatori apologeticum pro Chriſtianis tradidit, anno D.173. Euſebius.*

Aſinij *Capitonis doctiſſimi viri, epiſtolæ ſunt in vno libro multæ, opinor poſitæ in templo Pacis. Primaque Epiſtola ſcripta eſt ad Pacuuium Labeonem, cui titulus præſcriptus eſt Pluria non plura dici debere. Gellius libro 5. cap. 21. Idem etiam mentionem facit literarum Aſinij ad Clodium Thuſcum.*

Aſinius *Gallus, Aſinij Pollionis filius, Orator atq; declamator inſignis, libros ſcripſit de Comparatione Aſinij patris & Ciceronis, in quibus patrem Ciceroni longè anteponit. Contra quos libros inſtar apologetici ſcripſit defenſionem Ciceronis Claudius Imperator. Scripſit etiam declamationes Auguſti Cæſaris temporibus.*

Aſinius *Pollio ſcripſit librum, in quo Salluſtij ſcripta reprehendit, vt nimia priſcorum verborum affectatione oblita. Cuius meminit Suetonius de Illuſtribus Grammaticis, cap. 9.*

Aſinius *Pollio orator, ad Cæſarem, Contra maledicta Antonij, De prouinciæ hæredibus, citatur à Chariſio. Aſinius Pollio Romanus, libros decem & ſeptem hiſtoriæ Romanæ compoſuit, primuſque Græcorum res geſtas Latino ſtylo eſt perſequutus. Suidas.*

Aſinius *Pollio Trallianus, ſophiſta & philoſophus, Romæ docuit ſub Pompeio Magno, ſchola Timagenis ſuſcepta. Scripſit Epitomen Atthidis Philochori: Dicta & facta memorabilia Muſonij philoſophi: Epitomen Diophanis Georgicorum libros 2. Ad Ariſtotelem de Animalibus lib. 10. De ciuili Romanorum bello Cæſariano & Pompeiano. Suidas.*

Aſinius *Quadratus libro octauo & nono Parthicorũ, item decimoquarto Romanæ Chiliarchiæ ſiue Chiliadis citatur à Stephano de Vrbibus, omiſſo tamen Aſinij nomine.*

Aſium *Samium poetam veterem, ſemel & iterum nominat Athenæus.*

Aſpaſius *Rauennas Demetriani filius, qui vixit Alexandri Mameæ temporibus, ſcripſit contra Ariſtonem & maledicos diuerſas orationes.*

Aſpaſius *Tyrius ſophiſta & hiſtoricus, ſcripſit de Epiro & rebus Epiroticis: Hiſtoriæ miſcellaneæ lib. 20. De arte dicendi & alia. Suidas.*

Aſpaſij *ſcholia in Ethicorum Ariſtotelis librũ 7. & 8. & 2. vt aliqui putant, vnà cum Euſtratij cõmentarijs habemus. De tribus Aſpaſijs, vide Volaterranum & Suidam.*

Aſpaſium *in 10. Categorias Ariſtotelis ſcripſiſſe, teſtatur Galenus.*

Aſperna *rhetor inſignis, Auguſti Cæſaris temporibus declamationes ſcripſit.*

Aſper *Grammaticus antiquus in Terentium annotationes ſcripſit. Vide in Æl. Donato. Eius ſcripta quædam extant inter opuſcula veterũ Grammaticorum.*

Aſper *Vergilij interpres antiquus, quem etiam Probus & Macrobius adducunt, & Aemilium Aſperum nominant. Hic fortaſsis non diuerſus à Fl. Aſpero, quem ſe editurũ promiſerunt Neapolitani.*

Aſſerius *Meneuienſis, natione Britannus, deſcripſit hiſtoriam Britannicam. Et de rebus geſtis Alphedri lib. 1. Claruit anno D.890.*

Aſiduus *quidam Chymiæ ſcriptor citatur ab Hortulano.*

Aſtaphon *nominatur inter naturalis magiæ ſcriptores ab Hein. Cornelio Agrippa.*

Aſtenſis *ſcripſit ſermones ſupra Euangelia dominicalia, à Paſchate vſq; ad aduentum.*

Aſtenſis *Summa Decretalium: pars prima continet quinque libros, 1. eſt de decem præceptis, ſecundus de virtutibus & vitijs, tertius de Contractibus & vltimis voluntatibus, quartus de Sacramentis in communi, & de tribus primis Sacramentis, ſcilicet, de Baptiſmo, Confirmatione & Euchariſtia, de Pœnitentia. Secunda pars continet tres libros, ſextum de Sacramentis eccleſiæ, videlicet antecedentibus ordinem, de ipſo ordine, ſeptimum de Eccleſiaſtica cenſura, ſcilicet excommunicatione, interdicto, & ſuſpenſione, octauum de matrimonio. Extat m. apud M, Dreſſerum.* Et anno 1482. Norimbergæ, ſumma Aſtenſis fuit excuſa in fol.*

Aſterius *Arrianæ factionis, Philoſophus ſcripſit regnante Conſtantino, in Epiſtolam ad Romanos, & in Euangelia & Pſalmos commentarios. Hieronymus.*



Digitized by Google

* Aſterij *Epiſcopi Encomium in martyres, in 4. Ms.bib.Imp.Viennæ.*

Aſteſanus *de Aſt, ordinis fratrum Minorum, ſcripſit Summam de caſibus lib.8. Claruit anno Domini 1330.*

Aſton *Crotoniata plura ſcripſiſſe fertur, quæ deinde Pythagoræ inſcripta ſunt.*

Aſtrapſychi *ad Ptolemæum ſors, qua interrogati aut interrogantes diuinant. Græce ſeruatur in bibliotheca regis Gallorum. Forte idem cum Aſtyampſycho.*

Aſtulphus, *monachorum conuerſus, ſcripſit ad ſui ordinis nouitios dialogum.*

Aſtyages *Grammaticus, ſcripſit artem Grammaticam, De dialectis, De verſibus, Regulas nominum, Commentarium in Callimachum poetam. Suidas.*

Aſtyampſychus *vel Aſtrampſychus veterinarius, ſcripſit librum De cura aſinorũ, & alium De interpretatione ſomniorum, teſte Suida Aſtrampſychi ad Ptolemæum liber, habetur Romæ in bibliotheca Cardinalis S.Angeli.*

Aſtyanaſſa *mulier impudiciſſima, quæ fuit vna ex Helenæ miniſtris, De varijs concubitus generibus aliquot volumina ſcripſit, quam poſtmodum Philenis & Elephantis peruulgatiſſimæ mulieres ſunt inſecutæ, quæ de huiuſmodi rebus nõ minus accuratè quàm turpiter commentaria reliquere. Leonicus de Varia hiſtoria lib.3.cap.21.*

Aſtydamas *ſenior, tragicus Athenienſis, docuit Tragœdias 242. vicit 15. primus ex auditoribus Socratis, ſe ad poeticam conuertit.*

Aſtydamas *iunior, ſenioris filius, & ipſe tragicus, fabulæ eius ſunt, Hercules Satyricus, Epigoni, Aiax furioſus, Bellerophontes, Tyro, Alcmene, Phœnix, Palamedes. Suidas.*

Aſtynomus *citatur apud Plin. qui ex eo multa in lib.4.& 15. Nat.hiſt.tranſtulit.*

Atacinus *Varro, vide P.Varro Atacinus.*

Athalarici *Regis Gothorum, epiſtolarum libri 4. ſcripti Latine, extant in bibliotheca Georgij Fabricij.*

Athanadas *in Ambraicicis citatur ab Antonio Liberali.*

Athanaſius *Alexandrinæ vrbis epiſcopus Magni cognomen apud Græcos adeptus, defenſor acerrimus orthodoxæ fidei, & Arrianæ perfidiæ hoſtis, plurima ſcripſit, è quibus alia quidem varijs locis et temporibus edita ſunt, poſtremò verò Baſileæ Frobeniani omnia eius opera, quæ extant, vno volumine Latine ediderunt, id in quatuor Tomos diſtinctum eſt, quorum tres priores V.C. Petrus Nannius conuertit: ſunt autem hæc nomina librorum. Tomo primo Contra idola oratio. De humanitate verbi eiuſq; corporali aduentu. Ad Epictetum epiſcopum Corinthiorum epiſtola contra hæreticos. Expoſitio fidei. Liberij Romani epiſcopi epiſtolæ ad Athanaſium, & eius reſponſio. Ad Antiochenſes epiſtola De æterna ſubſtantia Filij & Spiritus ſancti cũ Deo, contra gregales Sabellij oratio. Oratio qua docet vnum eſſe Chriſtum. Ad Adelphium fratrem & confeſſorem contra Arrianos oratio. Contra Arrianos orationes quinque. In hoc dictum, Omnia mihi tradita ſunt à Patre. Compendium è ſuperioribus deſcriptum, contra eos qui dicunt, Spiritum ſanctum creaturam eſſe. Tomo ſecundo ad Imperatorem Conſtantium apologia. Apologia de fuga ſua. Epiſtola ad vbique orthodoxos, cum per Arrianos perſecutio fieret. De ſententia Dionyſij epiſcopi Alexandrini aduerſus Arrianos. Quod Nicena Synodus animaduerſa Euſebij calliditate, congruis & pijs verbis decreta ſua ſuper Arriana hæreſi expoſuerit. Contra Arrianos apologia ſecunda. Ad Serapionem fratrem epiſtola. Ad omnes vbique ſolitariam vitam colentes, & in fide fundatos. Ad Iouinianum de fide epiſtola. De ſynodis Arimini & Seleuciæ celebratis epiſtola. Ad Dracontium epiſcopatum fugientem epiſtola. Ad epiſcopos in Africa epiſtola. Tomo tertio De incarnatione verbi. De natura humana ſuſcepta. De incarnatione Chriſti. De ſalutari aduentu Chriſti contra Apollinarium. Contra omnes hæreſes Sermo. Ad Maximum philoſophum oratio. In illud, Profecti in pagum qui ex aduerſo eſt, inuenietis pullum, &c. In paſſionem Saluatoris. Ad Marcellinum de Interpretatione Pſalmorum. De virginitate ſiue de meditatione. Teſtimonia ex ſacra ſcriptura, de naturali communione ſimilis eſſentiæ inter Patrem & Filium & Spiritum ſanctum. Ad omnes vbique per Ægyptum & Syriam & Phœniciam, & Arabiam fratres, epiſtola. Refutatio contra hypocriſin Meletij. De ſanctiſſima Deipara virgine Maria. In paſſionem & crucem Domini. Ad Serapionem epiſcopum Tmueos epiſtola. In illud: Quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei. Diſputatio in Niceno Concilio contra Arrium. Homilia de ſemente. Declaratio Leuitici de diuerſa eiuſdem rei nomenclatura. Tomo quarto, De varijs quæſtionibus ſacræ ſcripturæ ad Antiochum libellus. Tractatus de definitionibus. Diſputatio contra Arrium Laodiceæ habita. Ad monachos exhortatio. De paſſione imaginis Domini noſtri Ieſu Chriſti libellus. Ad Marcum Papam epiſtola. Marci reſcriptum. Ad Serapionem de Sancto ſpiritu epiſtolæ duæ. De vnita Deitate Trinitatis li.7. Synopſis totius ſacræ ſcripturæ Noui ac Veteris teſtamenti, Wolffgango Muſculo interprete. Porrò poſt horum editionem, nuper editi ſunt Athanaſij dialogi quinq;, de Sancta Trinitate Græce & Latine, ex interpretatione Theodori Bezæ. Geneuæ apud Heinricum Stephanum. Baſileæ quoque in Antidoto aduerſus hæreſes, editi ſunt vndecim libri Athanaſij de Trinitate: horum ſeptem priores inter opera Athanaſij Tomo quarto habentur: octauus inſcribitur De Arriana & catholica confeſſione: nonus De fide ſua, eſt autem dialogus inter Athanaſium & hæreticum: decimus De vnitate fidei: vndecimus De fide vnitatis & trinitatis Patris & Filij & Spiritus ſancti. Hos libros omnes ſeparatim enumerat Trithemius: habent enim ſinguli peculiares inſcriptiones. Refertur quoque ab eodem Vita S.Antonij: item ad Luciferum epiſco-*

pum

Digitized by Google

pum lib. 1. Epiſtolæ & ſermones plures. Symbolum Athanaſij vulgò notum eſt omnibus. Inſcribebantur etiam aliquando Athanaſio commentaria in epiſtolas D. Pauli, quæ tamen conſtat Theophylacti eſſe.* Hos commentarios Latinos fecit Chriſtophorus Porſena. Non dubito etiam inter hos libros non omnes genuinos eſſe, veluti de Paſsione imaginis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quem docti etiam reclamante ſeptima Synodo ſuppoſititium eſſe indicant. Diſputationem quoque inter Arrium & Athanaſium Laodiceæ habitam, Georg. Caſſander veterum codicum teſtimonio Vigilio martyri adſeruit. Præterea Athanaſij libri, Confeſsio fidei ſuæ, Oratio aduerſus Latinos De Spiritu ſancto, De Azymis, De igne purgatorio, De fruitione ſanctorum, De connubio ſacerdotum, De Triade, De ieiunio, Græce manu ſcripti ſeruantur in bibliotheca regis Gallorum, è quibus tamen non dubito quoſdam falſò illi inſcribi. Extant etiam plurimi Athanaſij libri G. m. apud Iuſtinum Goblerum I. C. Extat & eiuſdem Synopſis ſcripturæ ſacræ G. m. apud Ioannem Wolphium Tigurinum. Sunt etiam opera eius excuſa Pariſijs anno Domini 1572. in folio. Cōtra Arrianos Græcus manuſcriptus extat in Italia, item Sermones 32. Sermones contra idola. Contra Arriū & alios cacodoxos. Interpretatio adhortatoria Pſalmorum. * Opuſculum Athanaſij in Pſalmos Angelus Politianus tranſtulit. Tractatus ad Antiochum de plurimis & neceſſarijs quæſtionibus, quæ in ſacris literis dubiæ ſunt, & ab omnibus Chriſtianis cognoſci debent. Hæc omnia Romæ. Athanaſij Lexicon Græcum extat Venetijs in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli. De fide catholica liber manuſcriptus, at nondum editus, extat Viennæ apud Wolffgangum Lazium. Floruit anno Domini 370.* Eius quæſtiones theolog. de Fornicatione, & Explicatio Pſalm. 5. in 4. de Genealogia Melchiſedech in 4. Græce Ms. in bibl. Imperat. Ibidem Synopſis in vetus Teſtamentum in quo præſtantiſsimorum hominum, iam inde à Cain vſq; ad Abſolonem vitæ deſcribuntur Græce Ms.

Athanaſius *Conſtantinopolitanus, abbas Arrhienſis, Cratetis Cynici philoſophi epiſtolas Latinas fecit, impreſſæ ſunt Viennæ Auſtriæ. Floruit ſub Carolo Arrogonum principe.*

Athanes *ſcripſit Sicelica, teſte Athenæo.*

Athanis *cuiuſdam hiſtorias citat Plutarchus in Timoleonte.*

Athelardus *Bathonienſis monachus, Anglus, ſcripſit De naturis rerum ſeu naturalium quæſtionū lib. 1. De cauſis rerum naturalium lib. 1. Sic & non ſic lib. 1. De ſeptem artibus liberalibus lib. 1. De Aſtrolabio lib. 1. Problematum librum. Tranſtulit ex Arabico Ezichiafarim, Euclidis Geometriam. Claruit anno 1130. Baleus.*

Athenæus *ſcripſit Dipnoſophiſtarum, id eſt, argute ſciteque in conuiuio diſſerentium lib. 15. Hi Græce primum ab Aldo Venetijs, poſtea Baſileæ apud Valderum, anno Domini 1535. excuſi ſunt. Præter hoc opus, ſcripſit & hiſtoriam de regibus Syriæ, cuius mentio fit libro quinto, vbi Alexandri conuiuium deſcribitur. Priores duo libri Dipnoſophiſtōn non extant: quæ enim habemus epitome tantum ſunt. Fuerunt & alij duo Athenæi, alter ex Seleucia Ciliciæ, Auguſti tempore, Peripateticus doctiſſimus, de quo nonnulla ex libro 14. Strabonis. Volat. alter verò Attaleus medicus inſignis, vt eo nemo inter recentiores medicos, omnem adeò medicinæ rationem memoriæ prodidiſſe melius à Galeno referatur. Sæpe enim illius hic meminit, præcipuè tamen libro 2. de Cauſis ſymptomatum, & libro de Elementis. Athenæi paraphraſin in Alexipharmaca Nicandri Græcam Venetijs habet nobiliſsimus Cæſareæ maieſtatis legatus D. Dieg. Hurtadus. Athenæi ingens volumen de Armaturis Græce extat apud clariſsimum Baronem Sigiſmundū à Dietrichſtein Styrum. Eiuſdem libri* περὶ μηχανημάτων *extant apud illuſtriſsimum Dieg. Hurtadum.*

Athenæi *& aliorum Mechanica Græce extant Romæ in Vaticana. Eiuſdem libri Dipnoſophiſtarum Latine editi ſunt Natale à Comitibus interprete.*

Athenæus *philoſophus ſcripſit Theogoniæ lib. 10. Item librum de rerum principio, teſte Æl.*

Athenagoræ *philoſophi Chriſtiani (qui floruit infra ducenteſimum à Chriſto annum) liber de Reſurrectione, impreſſus Pariſijs apud Wechelum anno 1541. Græce & Latine. Idem Baſileæ ab Heinrico Petri impreſſus eſt in micropreſbytico, Græce & Latine Petro Nannio interprete. Marſilius Ficinus etiam quædam inde decerpſit & tranſtulit, quæ habentur in libello edito Baſileæ, anno 1516. cum Æneæ Platonici opere de Immortalitate animæ. Eiuſdem legatio pro Chriſtianis ad M. Aurelium Antonium & Commodum, Romanos Imper. manuſcripta Græce, Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris extat, & Romæ in bibliotheca Card. S. Floræ. Eadem edita eſt ab Heinrico Stephano, vnà cum lib. de Reſurrectione, Græce & Latine quoq; Conrado Geſnero interprete: eoſdem libros poſtea Geſneri fratres ediderunt. * Eadem oratio de Reſurrectione mortuorum, Hieronymo Valeto interprete. Venetijs 1556. Italice excuſa eſt.*

Athenagoras *libros de Agricultura ſcripſit, teſte Varrone.*

Athenio *ſcripſit Samothraces, quos citat Athenæus.*

Athenoclem *Cyzicenum nominat Athenæus.*

Athenodorus *Athenienſis philoſophus, præceptor Dionyſij Areopagitæ, ſcripſit opus quod* διαφορὰ *inſcripſit. Emicuit autem Auguſti Cæſaris temporibus.*

Athenodori *liber de Serijs & iocis allegatur Athenæo. Item in 8.* περιπάτων *ſeu deambulationum citatur à Laertio in Platone.*

Athenodori *hexaſticon in 1. lib. Florilegij.*

Athenodorus *Sando ſcripſit quædam ad Octauiam Cæſaris ſororem, quæ citantur apud Pluarchū in vita Publicolæ.*

Athonius *Chymiæ author citatur ab Hortulano, quandoque ſimpliciter, quandoque Athonius in Turba.*



Digitized by Google

Atta *vetus poeta, cuius Horatius & Plinius meminere, ſcripſit Aquas caldas, Epigramata, Lucubrationes, vti hæc à Nonio citãtur. Item librum, qui Tyro proficiſcens inſcribitur, item alium quem Supplicationem inſcripſit.*

Attalum *medicum Galenus citat in opere De compoſitione ſecundum genera. Item Plinius libro trigeſimo tertio.*

Attali *regis ſcripta citantur apud Plin. qui in 8. 11.14.15.17. & 18. lib. Naturalis hiſtoriæ multa ex eius lucubrationibus tranſtulit.*

Atteius *Philologus Athenienſis, Libertinus, ſcripſit multa commentaria, quanquam non extant. Item Hylen octingentos in libros diſtributam. Claruit Aſinij Pollionis & Salluſtij temporibus, quorũ præceptor fuit. Sueton. cap. 9. de Illuſt. Gram. Eius ſcripta citantur apud Plin. lib. 4. Nat. hiſt. Idem librum ſcripſit an amauerit Didonem Æneas. Eiuſdem* [illegible] *lib. 30. adducitur à Chariſio. Idem in libro Gloſſematorum citatur à Feſto.*

Atteius *Capito ſcripſit librum de Senatoris officio, cuius meminit Gell. lib. 4. cap. 10. Item Coniectaneorum libros, qui ab eodem citantur lib. 14. ca. 8 & Feneſtellam de Magiſtrat. Rom. cap. 1. Attei Capitonis ſcripta citantur apud Plin. qui in lib. 4. 14. 15. & 18. multa ex eius lucubrationibus tranſcripſit. C. Atteius Capito lib. 6. Pontificiali citatur à Feſto. Citantur etiam eius Collectanea à Gellio lib. 2. cap. 24. ſed puto legendum Coniectanea. Item De iure pontificio lib. 4. cap. 6. De iudicijs publicis lib. 4. cap. 14. item 10. cap. 6.*

Atticus *Conſtantinopolit. poſt B. Ioan. Chryſoſtomũ epiſcopus, ſcripſit ad reginas Arcadij Imp. filias, De fide & virginitate lib. 2. Itẽ epiſtolas quaſdam, & alia non pauca. Eiuſdem epiſtolæ 2. extant apud Niceph. Calliſtum, vna ad Calliop. Nicænum presbyterum, altera ad Cyrillum Alexandrinum, de Chryſoſtomo in epiſcoporũ album inſcribendo. Floruit anno D. 379.*

Attici *Platonici* πρὸς Ἀριστοτέλην διενεχθέντα μὲν τῷ Πλάτωνι, *liber Græcus extat apud excellentiſſimum virum Dieg. Hurtad. Cæſareum legatum Venetijs. Attici ſcripta citantur apud Plin. qui ex eis in lib. 35. Nat. hiſt. multa tranſcripſit.*

Attilij *qui Græce hiſtoriam cõſcripſerit, mentionem facit Cicero in lib. 3. de Officijs.*

Attilij *Fortunatiani fragmentum de metro Sotadeo extat in Grammaticis inſtitutionibus Aldi de proſodijs. Citatur ſæpe à Commentatore Terentij, & ſi bene memini, ab eo cuius liber de metris ad finem Priſciani editus eſt. Forte idem eſt qui Fortunatianus ſimpliciter nominatur.*

Attilius *poeta Comicus Sophoclis Electrã conuertit, à Cicerone poeta duriſſimus, & à Licinio apud eundem Ferreus nominatur.*

Auancius *quidam emendationes ſcripſit in Statij ſyluas, excuſæ ſunt Venetijs.*

Audacis *epiſtola ad D. Auguſtinum, extat inter epiſtolas Auguſtini numero 139.*

Audberti *Homiliæ quædam extant impreſſæ cum Homilijs, quas Alcuinus Leuita congeſſit.*

Audentius *epiſcopus Hiſpanus, ſcripſit aduerſus Manichæos, Sabellianos & Arrianos, præcipua tamen intentione contra Arrianos, qui poſt modum Bonoſiaci vocati ſunt.*

Audomarus *Talæus, ſcripſit Rhetoricã ad Carolum Lotharingum, Pariſijs excuſam à Ludouico Grandino. Prælectiones in Porphyrium, Pariſijs impreſſas à Matthæo Dauide octern. 5. Explicationem Academici fragmenti Ciceronis, excuſam à Ioanne Roigny octern. 9. Commentationes in Ciceronis paradoxa à Roberto Stephano excuſas. Commentaria in libros Ciceronis de Oratore ad Q. Fratrem, excuſa Pariſijs. Prælectiones in P. Rami dialecticam, à Matthæo Dauide excuſas, anno Domini 1550. Explicationem in Topica Ciceronis 1550. in 4. In primum Ariſtotelis Ethicorum. Ibidem. Admonitionem ad Adrianum Turnebum, 1556. apud Wechelum. Orationem cum Rami & Bartholomæi Alexandri duabus orationibus, editam 1544. Orationes & quædam alia. Obijt Pariſijs 1562.* Eius Rhetoricæ è Petri Rami Regij profeſſoris prælectionibus obſeruatæ, præfixa eſt epiſtola, quæ Lectorem de omnibus vtriuſque viri ſcriptis propediem edendis commonefacit. 8. Francoforti apud Wechelum, anno 1575.*

Auempace *Arabs in Ariſtotelem quædã ſcripſit. Volaterranus.*

Auempace *Hiſpanus, Commentarios quoſdam in Ariſtotelem reliquit. Auempace adſcribitur liber Hebræus de Cauſis, quem tamen alij Ariſtoteli vel Alpharabio aut Proclo tribuunt.*

Auerroys *(vel vt alijs nominatur Aboolit Benroiſt) Cordubenſis medicus, cognomento Commentator, philoſophus clariſſimus, floruit circa annũ Domini 1149. in omnes Ariſtotelis libros ſcripſit, vt Cõmentatoris nomen meruerit: Eius autem opera ferè omnia in philoſophia ex caſtigatione Auguſtini Niphi, impreſſa ſunt Venetijs, anno 1496. Eius opus medicum Colliget dictum, impreſſum Venetijs, anno 1469. ex caſtigatione Hieronymi Suriani, vnà cum Abbomeron Abynzoar libro theyſir, & antidotario. Commentaria in cantica Auicennæ, cum textu, interprete Armegando Blaſij de monte Peſſulano, impreſſi Venetijs 1484. Auerrois in Ariſtotelis opera omnes qui ad nos peruenere commentarij, alijque ipſius in logica, philoſophia & medicina libri, impreſſi ſunt Venetijs, 1552. cum ipſis Ariſtot. operibus, maxima diligentia recogniti, & in ſummas nonnullis, omnibus verò in capita diuiſis, in vndecim volumina digeſti, ſunt autem hi, & hoc ordine editi. 1. Volumine omnes libri Ariſtotelis, qui Organi nomine appellantur. Porphyrij introductio, & Gilberti Porretani 6. principiorum liber. Omnes ſumma diligentia caſtigati, & in ſummas ac capita diuiſi: In libris verò de Interpretatione, Priorum & Poſteriorum, quamplurimæ figuræ ſuis inſertæ locis, mirabili artificio confectæ ſunt. Auerrois expoſitio in librum Porphyrij, à Iacobo Mantino nunc primum Latine conuerſa. In librum Prædicamentorum, & in librum de Interpretatione, eodem interprete. Media expoſitio in libros priorum reſolutoriorum*

toriorum Ioan. Fran. Burana interprete. Expoſitio in 8. lib. Topicorum Abrahamo de Balmes interprete, & Iac. Mantino in 4. prioribus. In libros Elenchorum, Epitome in libros Logicæ Ariſtot. Quæſita varia in Logica, Epiſtola 1. omnia eodem Abrahabamo interprete. Leui Gerſonidis in librum Porphyrij annotationes, & in Auerrois expoſitionem Iac. Mant. interprete. In librum medicamentorum & Auerrois expoſitionem idem, ac in librum de Interpretatione & Auerrois expoſitionem, eodem interprete. Arabum nonnullorum quæſita ac epiſtolæ Abra. De Balm. interprete. II. Vol. Ariſtotelis artis Rhetoricæ lib. 3. Rhetorica ad Alexandum. de poetica. Auerrois paraphraſes in lib. 3. Rhetor. Abra. de Balm. interprete, & in lib. poeticæ Ia. Mant. interprete. Libri omnes recogniti ac in ſummas nonnulli, omnes verò in capita diuiſi. III. Vol. Ariſtotelis moralium Nicomachiorum, Magnorum, libri Eudemiorum. 1. 2. 3. & 7. de Virtutibus libellus. Politicorum lib. 8. Oeconomic. lib. 2. Bernardino Donato interprete. Omnes caſtigati & in ſummas collecti, ac in capita diuiſi. Auerrois expoſitio in lib. 10. moralium Nicomach. & paraphraſis in lib. Plat. de Repub. Ia. Mant. interprete. Leonardi Aretini in libros Oeconomicos explanatio. IIII. Vol. Ariſtotelis de Phyſico auditu lib. 8. Simplicij lectio lib. 7. à textu 10. vſq; ad 21. Auerrois in eos procemium & commentaria in eoſdem magna, item ſuper tres primos libros expoſitio media Iacobo Mantino interprete. Quamplurimæ elegantes ac artificioſæ figuræ proprijs inſertæ locis. V. Vol. Ariſtot. De cœlo lib. 4. De generatione & corruptione lib. 2. Meteorol. lib. 4. De plantis lib. 2. Auerrois in libros De cœlo cum eius textu commentarij, paraphraſis in eoſdem Paulo Iſraelita interprete. In libros de Generatione & corruptione media expoſitio. In eoſdem paraphraſis Vitale Niſſo interprete. In libros Meteorologicorum expoſitio media. Omnia ex antiquis doctiſſimorum virorum caſtigata exemplaribus. Figuræ etiam quamplures additæ maximè ad rerum ntellectum conferentes. VI. Vol. Ariſtotelis, de ihiſtoria animalium lib. 9. Theodoro Gaza interprete, 10. à Ioan. Bern. Feliciano nuper tranſlatus. De partibus animalium lib. 4. De animalium inceſſu. De anima lib. 3. De ſenſu & ſenſilibus, De memoria & reminiſcentia, De ſomno & vigilia, De ſomnijs, De diuinatione per ſomnum. De animalium motu. De generatione animalium lib. 5. De longitudine & breuitate vitæ. De iuuentute & ſenectute, vita & morte, & reſpiratione, De ſanitate & morbo libri initium. Auerrois paraphraſis in lib. 4. de Partibus animalium Ia. Mant. interprete. Commentarij in lib. 3. de Anima. Cõmentum quintum lib. 3. de Anima, vltra antiquam tranſlationem à Mantino Latinitate donatum. 36. commentum ab eodem tranſlatum. Paraphraſis in librum de Senſu & ſenſibilibus, de memoria & reminiſcentia, de ſomno & vigilia, de ſomnijs, de diuinatione per ſomnum. in libros 5. de Generatione animalium Iac. Mant. interprete. In librũ de Longitudine & breuitate vitæ. VII. Vol. Ariſtotelis problematum ſectiones duæ de quadraginta. Quæſtiones mechanicæ, De mundo ad Alexandrum. De admirandis auditionibus à Dominico Monteſauro in Latinum conuerſus. Phyſiognomicorum lib. De coloribus libellus à Simone Portio Latinitate donatus. De ſpiritu libellus, de Xenophane, Zenone, Gorgia nuper à Io. Bern. Feliciano tranſlatus. De lineis inſecabilibus liber nunquam antea nec Græce nec Latine editus, cum Georgij Pachimerij ea de re compendio, hactenus falſo Ariſt. aſcripto, Iulio Martiano Rota interprete. Alexandri problematum lib. 2. De cauſis proprietatum elementorũ libellus Ariſtoteli aſcriptus nunquam antea impreſſus. De cauſis libellus ex Hebræo in Latinum conuerſus, Ariſtoteli ſeu Auempaci, vel Alpharabio aut Proclo aſcriptus. VIII. Vol. Ariſtot. metaphyſ. lib. 14. Auerrois in eoſdem cum ipſius textu comment. Procemium in 12. à Mantino conuerſum. Epitome in eoſdem lib. eodem interprete. Theophraſti metaphyſicorum. IX. Vol. Auerrois ſermo de ſubſtantia orbis caſtigatus, ac 2. capitulis auctus, ab Abra. de Balmis Latinitate donatis. Deſtructione deſtructionum Algazelis philoſophiæ, Calo Calonymos Hebr. interp. additis 2. diſputationibus metaphyſicis & 4. phyſicis. Tractatus de animæ beatitudine, cui addita eſt epiſtola de intellectu, quæ idem eſt cum dicti libelli parte, eodem Calo Calon. interprete. X. Vol. Auerrois Colliget lib. 7. Libri 5. Colliget capit. 57. 58. 59. à Iac. Mant. tranſlata olim & propter rei difficultatem cum antiqua tranſlatione in lucem edita. Collectaneorum ſectiones 2. tribus Colliget libris, 2. 6. & 7. reſpondentes, à Ioan. Bruyerino Campegio elegantiſsimè Latinitate donatæ. Cõmentaria in Auicennæ Cant. cum textu Auicennæ & caſtigationibus And. Bellunenſis. Auerrois tractatus de Theriaca, nunquam antea apud Latinos viſus, nunc primum ex ſcriptis Andreæ à Cruce chirurgi repertus. XI. Vol. M. Antonij Zimaræ ſolutiones contradictionum in dictis Auerrois & Ariſtotelis ſuper 8. libros phyſicorum, 4. de Cœlo, 2. de Generatione & corruptione, 3. de Anima, de Senſu & ſenſilibus, de Somno & vigilia 14. lib. metaphyſicorum, ſuper librum de Subſtantia orbis, ſuper nonnullos libros Colliget. Eiuſdem quæſtio de primo cognito. Quæ omnia cum in varijs libris confuſa legerentur, nunc maxima diligentia in vnum collecta, iuxta librorum Ariſtotelis & Auerrois contextus in ordinem redacta ſunt. Summarum ac capitum indices in vnoquoque volumine. Præter hæc Auerrois opera Bernard. Naugerius plures alios extare ſcribit apud Iudæos & Arabas medicos in vrbe Conſtantinopolitana, quos ſe aliquando etiam edituros, Iuntæ promiſerunt, ſunt autem hi, Paraphraſis in libros 8. phyſicorum. Media expoſitio in eoſdem libros 8. quorum tres primi nunc primum à Mantino fuerunt tranſlati. Media expoſitio in libros quatuor de Cœlo. Media expoſitio in libros tres de Anima. Paraphraſis in eoſdem. Media expoſitio in libros 9. vltimos de Natura animalium. Magna commentaria in libros duos de Plantis. Media expoſitio in libros tredecim Metaphyſicorum. Paraphraſis in eoſdem. Paraphraſis

in Almageſt. Ptolemæi.* Omnia illius opera maiori diligentia quàm antehac vnquam Venetijs excuſa ſunt apud Iuntas. In 8.1565.

Aufidius Baſſus, hiſtoricus, Quintiliani temporibus bellum Germanicum ſcripſit, teſte Quintiliano.

Aufidij Namuſæ vel Mamuſæ, veteris I. C. fragmenta in Pandectis legum habentur. Fertur autem volumina & ſcripta octo æqualium & condiſcipulorum ſuorum collecta, in 140. lib. diſtribuiſſe. Aufidios multos Bernhardinus Rutilius in vitis iureconſultorum commemorat.

Aufuſius citatur à Feſto.

Augeas Comicus Athenienſis, mediæ comœdiæ, author Athenæus.

Augæ Tegeatis Μεσσηνιακὰ nominatur à Stephano de Vrbibus.

* Augerij à Buſbeck oratio de Bello Turcis inferendo, doctè & eleganter ſcripta, anno Domini 1576.

Augerij Ferrerij, Toloſatis medici, de Pudenda graui lue Hiſpanica lib. 2. Caſtigationes practicæ eiuſdem De diebus decretorijs ſecundum Pythagoricam obſeruationem.* Scripſit item Veram medendi methodum, duobus libris comprehenſam: Caſtigationes item practicas medicinæ. 8. Lugduni, anno 1574.

* D. de Augia liber Sententiarum, item diſtinctiones ſuper Pſalmos, & flores iuris. In folio manuſcriptus.

Auguſtanæ confeſſionis eccleſiarũ cauſæ, quare & amplexæ ſint, & retinendam ducant ſuam doctrinam, & quare iniquis iudicibus collectis in Synodo Tridentina, (vt vocant) non ſit aſſentiendum. Wittenbergæ, anno D. 1546.

Auguſti Cæſaris ſcripta citantur apud Pliniũ, qui in librum 4. Naturalis hiſtoriæ multa mutuatus eſt ex eius lucubrationibus.

Auguſtinus Aueldenſis, ordinis minorum, ſcripſit Malagma contra infirmitatem Ioannis Loniceri & Martini Lutheri. Idem ſcripſit de confeſſione ſacramentali librum excuſum in Germania. Idem ſcripſit pro Miſſa contra Lutherum. De Apoſtolica ſede, an ſit iure diuino nec ne. De vtraq; ſpecie ſacramenti. De matrimonio. Explicationem Cantici, Salue Regina.

Auguſtinus de Anchona, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini, ſcripſit ad Ioannem papam XXII. opus magnum De ſumma poteſtate eccleſiaſtica lib. 1. excuſus Auguſtæ, 1473. fol. Super ſententias lib. 4. Quodlibeta quoque lib. 1. De Spiritu ſancto contra Græcos lib. 1. De decem chordis lib. 1. De introitu terræ promiſſionis lib. 1. De potentijs animæ lib. 1. De reſurrectione lib. 1. In Matth. lib. 1. In Marc. lib. 1. In Luc. lib. 1. In Ioan. lib. 1. ſuper Miſſus eſt angelus lib. 1. ſuper Magnificat lib. 1. In epiſt. Pauli li. 14. In epiſt. Canonicas lib. 7. In Actus Apoſt. lib. 1. In Apoc. lib. 1. De authoritate & præcedentia magni Concilij, Summam & alia complura. Hic volumen inſigne ex ſcriptis diui patris Auguſtini incepit, quod milleloquium prænotauit, ſed morte præuentus imperfectum reliquit, quod poſteà Bartol. Vrbinas eiuſdem ordinis perfecit. Claruit anno Domini 1330.* Auguſtini de Anchona, de poteſtate eccleſiaſtica, in fol.

Auguſtini de Arimino, Additio in Angelum Aretinum de maleficijs.

Auguſtinus Beatianus deſcripſit carmine Veronam. Eius Epigrammata ac Verona, excuſa ſunt Baſileæ ab Oporino in octauo, in libello Variorum poematum.

Auguſtini Beroij Bononienſis I. C. Conſiliorũ volumina tria, impreſſa Bononiæ apud Ioannem Roſſium in folio, anno Domini 1567. Eiuſdem lecturæ ſuper Decretalibus. Diſputationes ſeu quæſtiones familiares numero 136. Excuſæ Bononiæ 1550. Arbitror autem has conſiliorum voluminibus contineri.

Auguſtini Canonici, Scrutinium.

Auguſtini Columbi liber de medicina equorũ (Italicus puto) in Italia excuſus eſt.

* Auguſtinus Comba Introductiones dialecticas Ioannis Benedicti edidit, octauo, Pariſijs anno Domini 1577.

Auguſtinus Curio, vide Cælius Aug. Curio.

Auguſtinus Dathus, Senenſis, orator & philoſophus, ſcripſit opera varia, impreſſa Senis, anno 1503. Videlicet de Immortalitate animarum tractatus 10. Orationum lib. 7. in quorum lib. 1. continentur Orationes 7. de laudibus philoſophiæ, inuectiua in ciuem Vrbinatem delirum & nebulonem ſenem, Oratio, cum librum Ciceronis de Natura publicè legere incepiſſet. Præfatio in Georgica Virgilij publicè enarranda. Præfatio publica in D. Hieronymi libros contra Iouinianum hæreticum. Præfatio in publicam lectionem Tuſculanarum quæſtionum Ciceronis, in eiuſdem Orationes prælegendas publicè. Præfatio in Ciceronis Officia, Valer. Maximi exempla, & lectionem quandam legalem. Oratiunculæ in prælectione Terentij And. Item cum 4. Æneidos Virgilij interpretationem inchoaret. Variæ orationes circa inſignia Doctoratus, conferenda in Iure ciuili, medicina, philoſophia, & artibus. Præfatio quædã in Tuſculanas quæſtiones. Inuocatio Dei in principio alicuius libri explanandi, præcipuè laſciui. Præfatio quædam de Laudibus legalis ſapientiæ, de ſui ipſius cognitione. Præfatio mendoſa & imperfecta in librum Ciceronis de Officijs, pro diſputante. De laudibus Chriſtianorum theologiæ, De laudibus virtutis: De hominis dignitate atque præſtantia, De recto hominis fine: Ad diſcipulos quod animus eſt colendus vt ager: De amicitia, de pace ad diſcipulos: De humana felicitate, ad eoſdem de medio vitæ ſtatu, quo ſumma conſiſtit tranquillitas, atq; humana in terris (ſi qua eſt) felicitas continetur, De laudibus hiſtoricorum pariter & oratorum, Ad diſcipulos de contemptu rerum humanarum. Libri ſecundi orationes theologicæ, & de laudibus Sanctorum, nempe de laudibus D. Hieronymi. De paſſione Domini. De laudibus D. Bernardini Senenſis, Catharinæ Senenſis, Calliſti martyris, Andreæ apoſtoli, & ſacramẽti altaris.



Digitized by Google

*Orationes in celebritate Epiphaniorum, cum feſta totius anni ſolennia conuocato in templum Chriſtiano populo ſignificantur: De laudibus Mariæ virginis, De aſſumptione Mariæ virginis oratio coram Pont. habita: De ſaluatoris aduentu, coram eodem. Oratiunculæ ad Deum in honorem Bernardini Senen. Oratio, qua optimum eſſe aſſerit, vt totius vel verbi vel operis, & à Deo nobis origo ſumatur, & in Deū conſummatio referatur. Inuocatio ad Deū in principio alicuius operis peragendi. Laudes diuorum, Auguſtini, Nicol. Margaritæ, Theodori. Libri 3. De laudibus Senenſis ciuitatis & Reipub. Orationes aliquot de optimis rectoribus & conſeruatoribus Rerumpub. De ijs rebus, quas rectores Reipub. ac magiſtratus habere conuenit. De præclara Reipub. inſtitutione. De laudibus iuſtitiæ & optima regum ac ciuitatum rectorum gubernatione. De iuſtitiæ laudibus, cum de more Senen. patriæ victricia ſigna & paſſa vexilla nouis magiſtratibus publicè commendantur ab ijs qui publico ſunt functi munere. Orationes aliquot circa magiſtratū gerendum. Item aliquot circa gymnaſiorum rectores. Alia qua magiſtratus hortatur ad pacem et concordiam in quendam militari ornamento & auro à magiſtratu inſignitum. In viros clariſſ. à magiſtratu aut rege ſummis honoribus & muneribus affectos. Orationes 3. in comitijs cum Senatus ſorte eligeretur, cum excellenti cuidam uiro Senen. Reipub. ſigna conferrentur. Ad Quirit. pro nouo Senatore vrbis. De laudibus Romanæ ciuitatis, Pro ſenatore vrbis in fine magiſtratus, Pro aſſociato, agente gratias comitantibus ad commendandum qui bene aliquid adminiſtrauerit. Commendatio ſui ipſius pro labore ſuſcepto. Ad gratiam agendam orat. 4. Canonicus in collegium patrū aſcitus gratias agit. Laudanda aliquorum fides in patriam, ad populum Pientinum. De laudibus Pij Senen. ſummi Pont. et Pientiæ vrbis Senen. imperio ſubiectæ, quæ Corſinianum antea dicebatur. Libri quarti orat. 10. circa Pij II. Senenſis recens creati Pont. Max. ſalutes, gratulationes, &c. Sequuntur 26. ortiones, quæ varia argumenta continent. Libri quinti orationes funebres 8. Sexti libri aliquot orationes nuptiales, ac de matrimonij laudibus, De frugalitate, ac gratiarum actione ad conuiuas. Septimi libri orationes Italico ſermone ſcriptæ ſunt. Scripſit autem prætera libros epiſt. 3. Stromatum opus in 2. tractatus diuiſum. Sermonem de voluptate. Iſagogicum libellum de ordine diſcendi. Libellum ad chariores diſcipulos. Libellum de genio atq; hyeme geniali. Librum de vita beata. Tractatus 7. de virtutibus. Librum de ſacramentis panis & aquæ. Librum de ſanctorum connubijs. Libellum Floſculorum. Platonis libellum de Halcyone aue è Græco ſermone in Latinum conuertit. Elegantias. Libellum de 9. verbis contra vulgatam multorum opinionem. De geſtis Senenſ. lib. 3. Hiſtoriæ Plumbinorum lib. 1.*

Auguſtini Doctoris (*familiæ Patauinæ nomen eſt*) *threnus religionis neglectæ, ad Ladiſlaum Pannoniæ Boemiæq; regem, carmine ſcriptus.*

Auguſtinus Dodo *Friſius, congeſſit primus opera Auguſtini, impreſſa anno* 1504. *apud Amerp.*

Auguſtinus *Egeæus, clariſſimus Friſianæ antiquitatis aſſertor, medicus excellens, ſcripſit Friſiorum hiſtoriam. Lelandus.*

Auguſtinus de *Eſculo, Italus, ordinis Eremitarum D. Auguſtini, ſcripſit Commentarios ſententiarum lib. 4. Moralia quædam lib. 1. In vniuerſas ſcripturas lectiones plures. Vixit anno D.* 1330. *Ambroſius Choriolanus.*

* Auguſtini *Eucædij Liuonij Danubius, carmine Hexametro laudatus ad Max.* II. *Imperat. vna cum deſcriptione octo imperatorum Auſtriacorum, M.S. bibl. Imperat.*

Auguſtinus *Ferentillus* I. V. D. *edidit Compendium Catechiſmi Concilij Tridentini. Venetijs* 1570. *in* 8. *Idem libros Ioannis de Arnono* I. C. *celeberrimi reſtituit. Venetijs* 1571. *Petri Andreæ Gambari decem libros De officio legati de latere recognouit.*

Auguſtini *Ferrerij Toloſatis, libelli De inſomnijs & diebus decretorijs, excuſi ſunt Lugd. anno D.* 1541. *in* 16. *tum Syneſio de inſomnijs.*

Auguſtinus *Gadaldinus Mutinenſis, in Galeni opera Latina præfatus eſt, ac plurimos Libros Galeni à diuerſis interpretibus Latine factos cum Græcis collatos recognouit, in Iuntarum editione, Venetijs anno* 1551. *in fol. Quoſdā etiam ipſe tranſtulit, vt ſunt, Fragmentum exiguum ac mendoſum quod Galeno aſcribitur, cuius titulus eſt, Sermo aduerſus empyricos medicos, Græce adhuc nō impreſſum. De muſculorum diſſectione liber in Græcis & Latinis codicibus hactenus impreſſis deſideratus. De neruorum diſſectione liber integer, qui antehac mutilus habebatur. De vocalium inſtrumentorum diſſectione fragmentum, in Græcis codicibus hactenus deſideratum. Fragmentū ex quatuor commentarijs quos Galenus inſcripſerat, de ijs quæ medice dicta ſunt in Platonis Timæo, nuper inuentum. De maraſmo ſeu marcore liber. De typis. De dignotione ex inſomnijs. De ponderibus & menſuris liber falſò aſcriptus Galeno. Item Oribaſij liber de cucurbitulis, ſcarificatione, hirudinibus, deriuatione & reuulſione. De vinis ex Galeno, eſt autem caput ſextum libri quinti collectionum medicinalium Oribaſij. Præterea etiam tranſtulit ex Oribaſio quæcunq; de aquis & balneis in eius libris extant, atq; ea Iuntæ impreſſerunt Venetijs anno D.* 1553. *in opere de balneis. Tranſtulit etiam librum primum Therapeuticorum ad Glauconem, cum Stephani Athenienſis philoſophi explanationibus. Recognouit etiam in Galeni operum editione ſecunda libros primæ & tertiæ claſſis: & præter hos artem medicam Leoniceno interprete. De differentijs & cauſis morborum ſymptomatumq; libros. De ſimplicium medicamentorum facultatibus libros. De compoſitione medicamentorum ſecundum genera. De curandi ratione per ſanguinis miſſionem. De medendi methodo. De arte curatiua ad Glauconem. Commentarios in libros Hippocratis de victus ratione in morbis acutis. Commentarios in aphoriſmos Hippocratis.*



Digitized by Google

Auguſtini Galeſij De terræmotu liber Bononiæ 1571. quarto.

Auguſtini Graſſel Exhortatio ad pœnitentiã, è 13. cap. Lucæ. Item tres conciones ſpirituales, & totidem precum formulæ, accõmodatæ ad præſens graſſantis peſtis tempus. Regenſpurgi anno Domini 1571.

Auguſtinus Hirſuogel, Regionum hactenus non viſarum (vti titulus habet) tabulam edidit. Continet verò Slauoniam, Carinthiam, Stiriam, Goritiam, &c. vicinasq; regiones. Norimbergæ apud Ioannem Weigel.

Auguſtini Hunæi Logices fundamentum ſeu Prodidagmata, de Dialecticis vocum affectionibus & proprietatibus. Antuerpiæ apud Plantinum, anno D. 1568. & 1572. Eiuſdem Catechiſmus catholicus, nuper vnico ſchemate comprehenſus, nunc recognitus, & in libelli formam redactus, ibidem impreſſus anno 1570. Item de ſacramentis eccleſiæ axiomata, quibus beati Thomæ Aquinatis, totiusq; eccleſiæ catholicæ de ſacramentis doctrina eſt comprehenſa. Ibidem omnia hæc in octauo impreſſa.

Auguſtini Iuſtiniani Genuenſis, Prædicatorij ordinis, epiſcopi Nebienſis Pſalterium octaplum, excuſum genuæ, anno ſalutis 1516. in ſingulis folijs prima columnella habet Hebræam editionem, ſecunda Latinam interpretationẽ reſpondentem Hebreæ ad verbum, tertia Latinam cõmunem, quarta Græcam, quinta Arabicã, ſexta paraphraſim Chaldaicam, ſed literis Hebraicis conſcriptam: ſeptima Latinam reſpondentem Chaldææ: vltima continet ſcholia. Ad eundem modum vniuerſum vetus Teſtamentum ac nouum parauit: vbi præter quintuplicem ordinem Hebreæ, Latinæ, Græcæ & Arabicæ linguæ, addidit etiam Chaldæam, figuris tamen Hebraicis, vnaq; eius interpretationẽ cum columnella ſcholiorum. Teſtatur hoc idem Auguſtinus in epiſtola ad Bendinellum Cardinalem. Scripſit etiã annales Genuenſium, quæ anno Domini 1537. impreſſæ ſunt. Præterea Corſicæ deſcriptionem in tabulam redegit, vt ipſemet in ſua hiſtoria teſtatur.

Auguſtinus Leo, monachus eremitanus, ſcripſit Sermones ſuper orationem Dominicam & Angelicam ſalutationem.

* Auguſtinus Mainardus Pedemontanus verbi Dei miniſter Clauennæ in Rhætia, ſcripſit volumen ſacrarum concionum, Item de vnica & perfecta ſatisfactione Chriſti, Italice excuſa, anno 1551. & Anatomiam miſſæ, quam ſub nomine Antonij de Adamo eadem Italica lingua edidit.

Auguſtini Marij Bubo ſiue Augurium, 1541.

Auguſtinus Marloratus Euangelium docuit Rothomagi, & illic propter veræ fidei confeſſionẽ ſupplicio affectus eſt: hic ex doctiſſimis noſtræ ætatis ſcriptoribus, commentarios concinnauit in plures libros ſacræ ſcripturæ, additis vbique autorum nominibus, & ſua ſentẽtia ſæpe interpoſita: qui excuſi ſunt Geneuæ ab Heinrico Stephano in folio. Primum noui Teſtamenti catholica expoſitio eccleſiaſtica, ſiue Bibliotheca expoſitionum noui Teſtamenti. Deinde Geneſis cum catholica expoſitione eccleſiaſtica. Pſalmi Dauidis & Cantica ex diuerſis Bibliorum locis cum ſimili expoſitione. Eſaiæ prophetia cum catholica expoſitione, & indice huic expoſitioni communi, cum expoſitionibus in Geneſ. & Pſalm.

* Auguſtinus Mayerus I. C. de laudibus Alberti Quinti Boiorum Ducis lib. 3. 4. Ingolſtad. 1582.

Auguſtinus Morauus Olmuncenſis, ſcripſit defenſorium poetices, De componendis epiſtolis, Contra Boemos.

Auguſtinus Muſtius ſcripſit epigram. Latina, præterea quædam carmine ſcripſit Hetruſco ſermone.

Auguſtinus Mutius Bergomas, edidit librum axiomatum quindecim chartarum, ac Patauij per ſex dies diſputauit publice, 1558.

Auguſtini Neſeri Concio de victoria aduerſus Turcas. Monaci 1572.

Auguſtinus Niphus Philotheus, Sueſſanus (aliquando etiam Eutychi, aliâs Magni, aliâs Magni philoſophi prænomina adiunguntur, poſt Niphi cognomen, aliquando Medicen, aliâs Philotheum, aliâs Philoſophum appellant) ſcripſit multa, ex quibus hodie extant tranſlatio & expoſitio libri Ariſtot. de interpretatione, excuſa Venetijs anno 1537. Commentaria in duos libros priorum reſolutoriorum, impreſſa Neapoli anno 1526. Reperiuntur eiuſdem commentaria Venetijs excuſa, in libros Ariſtotelis De ſophiſticis elenchis, De rhetorica, De phyſico auditu, De cœlo & mundo, Meteorologica & quartum Meteororum, phyſiognomica, parua naturalia, quibus adiecit de ſuo duos libellos, De artificioſa interpretatione ſomniorum, & de prophetia. Item in duodecimum Metaphyſices Ariſtotelis, & Auerrois volumen commentarij, in tres libros de anima, in libros de animalibus nuper editi. Item commentationes in Auerrois lib. de ſubſtantia orbis, & de animæ beatitudine expoſitio in deſtructiones deſtructionum Auerrois contra Algazelem. De intellectu libri ſex. De dæmonibus libri tres. Metaphyſicarum quæſtionum dilucidarium, De infinitate primi motoris liber, De immortalitate humanæ animæ libellus aduerſus libellum Petri Pomponacij Mantuani philoſophi, in quo ille tradidit Phyſicè & Peripateticè animam intellectiuam eſſe mortalem. Tractatus de ſenſu agente. De augurijs libri duo excuſi Baſileæ apud Hernagium anno 1534. cum Hieroglyphicis Ori. Liber de pulchro, excuſus Romæ anno 1531. De calamitatibus noſtrorum temporum, impreſſus Venetijs: & continentur hoc libro annotationes in ſecundum Ptolemæi quadripartiti. De re aulica libri 2. excuſi 1534. Neapoli, De armorum literarumq; comparatione, De inimicitiarum lucro. Apologia Socratis & Ariſtotelis. De morbo Gallico liber impreſſus Neapoli 1534. Rhetorica, Venetijs excuſa 1521. De figuris ſtellarum Helionoricis libri duo, impreſſi Neapoli anno 1529. De diebus criticis ſeu decretorijs liber, impreſſus Venetijs 1519. De falſa diluuij prognoſticatione, quæ ex conuentu omnium planetarum, qui in piſcibus contingeret ãnõ 1524.

diuulgata

Digitized by Google

diuulgata eſt. Libri tres ad Carolum quintum Cæſarem, impreſſi Auguſtæ Vindelicorum, año 1520. Eruditiones ad apoteleſmata Ptolemæi, liber excuſus Neapoli 1513. Dialect. ludicra, impreſſa Venetijs anno 1521. Librum de regnandi peritia excuſum in Italia. De pulchro & de amore librum excuſum Lugd. apud Beringos 1549. Ariſtot. de animaliũ hiſtoria & partibus earumq́ cauſis ex Theodor. Gazæ tranſlatione ad Græca exemplaria recognouit, ſcholijs illuſtrauit: quod opus excuſum eſt Venet. in fol. apud Hieron. Scotum, anno D. 1546. Opera eius omnia excuſa ſunt in folio pluribus tomis Venetijs.

* Auguſt. *Olomucenſis contra Waldenſ. in fol.*

* Auguſtini *Philippi Theologi Florentini orationes nouem coram Iulio* II. *& Leone* X. *Max. Pont. habitæ. Romæ.* 1518.

Auguſtinus *Riccus medicus Lucenſis, tranſtulit multos Galeni libros, omnes verò ad antiqua exemplaria Græca contulit, & annotationes adiecit, quæ excuſæ ſunt Venetijs in octauo in officina Ioannis Farrei.*

Auguſtini *Ricij liber De motu octauæ Sphæræ, excuſus Pariſijs, cum epiſtola eiuſdem de aſtronomiæ auctoribus. Continentur in hoc libro Platonica quædam & antiquæ Magiæ dogmata.*

Auguſtinus *de Roma, ordinis S. Benedicti, ſcripſit librum de ſuo apud Anglos profectu. Floruit anno Domini* 608.

Auguſtinus *de Roma, ordinis eremitarum S. Auguſtini, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. In epiſtolas Pauli omnes lib. 14. In Apocalypſim Ioannis lib. 1. De libero arbitrio lib. 1. De peccato originali lib. 1. De Chriſto & eccleſia li. 1. De charitate Chriſti erga electos lib. 1. De perfecta iuſtitia eccleſiæ lib. 1. De poteſtate Papæ lib. 1. Super librum Ethicorum lib. 8. Claruit anno D.* 1410.

Auguſtini *Saturnij Lazaranei Mercurij Maioris, ſiue Grammaticarum inſtitutionum libri* 10. *excuſi ſunt Baſileæ apud Ioan. Oporinum.*

Auguſtinus *Schurf, medicus, multis annis medicinam docuit & exercuit in celeberrima Vitebergenſi academia, Extat diſputatio Petri Sybileni de peſte, ipſo præſide habita.*

Auguſtinus *Soſtheneus, Fregoſus ex operibus D. Auguſtini excerpſit opuſculorum tomos* 3. *& ſcholia, argumẽta ac indices adiecit, Venet. impreſſit Vincentius Valgriſius año D.* 1545. *in* 8. *Primo tomo ea omnia declarantur quæ ad fidem & opera ſpectant. Secundo quæ ad gratiam & liberum arbitrium. Tertio quæ ad electionem, vocationem, glorificationemq́ ſpectant.*

Auguſtini *Steuchi Eugubini annotationes in Pentateuchum, id eſt, quinq; libros Moſis, excudit Gryphius* 1531. *Item interpretationem in Pſalm.* 18. *&* 138. *& De perenni philoſophia lib.* 10. *vnà cum libello de Eugubij vrbis ſuæ nomine. Eiuſdem ad Lutheranos lib.* 1. *impreſ. in Italia: & Coſmopœia, vel de mundano opificio expoſitio trium capitum Geneſis, in quibus de creatione tractat Moſes: item à Gryphio Lugd. excuſa* 1535. *Eiuſdem lib.* 2. *contra Laurentiũ Vallam de falſa donatione Conſtantini & orationem de reſtituenda nauigatione Tyberis, Sebaſtianus Gryphius impreſſit* 1547. *quatern.* 31. *Oratio de Aqua Virgine in vrbem reuocanda, ab eodem edita quatern.* 2. *& dimidio. Enarrationes in Pſalmos aliquot ab eodem editæ ſunt. Locutiones Hebraicæ ab eodem conſcriptæ neſcio an editæ ſint. Enarrationes in librum Iob Venetijs apud Cominum de Tridino* 1568. *in quarto. Diſputatio an vulgata editio ſit Hieronymi. De autoritate ſummi Pontificis. De vltimo iudicio verſibus heroicis. Scripſit præterea multa alia quæ deſiderãtur. Cælius Calcagninus in epiſtola quadam meminit commentariorum eius, in quibus Platonicorum ſententiæ in diſquiſitionem vocentur: quod fortè ad libros de Perenni philoſophia pertinet. Eiuſdem libros in Academiæ paralogiſtas cupidiſſimè ſe legiſſe profitetur. Floruit Romæ ſub Paulo* III. *pont.*

* Auguſtini *Valerij Veronenſis epiſcopi, de Rhetorica eccleſiaſtica libri tres, vnà cum tribus prælectionibus ad ſuos clericos habitis. Acceſſit & totius Eccleſiaſticæ Rhetoricæ ſynopſis* 8. *Venetijs* 1574.

Auguſtinus *Vtica de portu Genuenſi, adiunxit commentarijs Iulij Cæſaris tabulam locorum propriorum.*

* Auguſtini *Wilſij, Scholæ Tournhoutanæ pædagogi interpretatio vernacula phraſium ſermonis Latini Adriani Cardinalis. In* 8. *Antuerpiæ anno* 1581.

Auianus *poeta ſcripſit elegias atq; fabulas.*

Auicebron *Maurorum princeps citatur in ſumma Alberti Magni.*

Auicenna *Hiſpalenſis, medicus inſignis, ſcripſit librum in quo omnem medicinam complecti voluit. Item in Logicam lib.* 1. *& Metaphyſicam in qua ſe Machometiſtam cõfitetur. Extant eiuſdem, De anima, dictus ſextus naturalium, lib.* 1. *De animalibus, lib.* 1. *De viribus cordis lib.* 1. *De Theriaca lib.* 1. *Canticorum lib.* 1. *De Alchymia ad Aſſem Philoſophum lib.* 1. *Auicennæ librum De vrinis Actuarius in Græcum ſermonem tranſtulit. Huius opera in re medica, excuſa ſunt Venetijs & Lugduni, ſeorſim & vnà cum commentarijs Gentilis, & Iacobi de partibus: & Cantica cum Auerrois commentarijs, item Venetijs. Auicẽnæ opera medicinalia, id eſt Canon, liber De medicinis cordialibus & Cantica excuſa ſunt Venetijs apud Iuntas, año Domini* 1544. *in magno folio cum caſtigationibus Andreæ Alpagi philoſophi ac medici clariſſimi, & eiuſdem nominum Arabicorum interpretatione. In eadem officina noua editio nunc ſub prælo eſt. Eiuſdem libellus De remouendis nocumentis quæ accidunt in regimine ſanitatis: & tractatus De ſyrupo acetoſo, vnà cum Syraſi medici expoſitione in ſecundam & tertiam partem quartæ Fen primi Canonis Auicennæ & Ebeneſi ſuper* 5. *Canonem excuſi ſunt ibidem in magno folio, año Domini* 1547. *adiecto etiam libello De ponderibus & menſuris authoris innominati. Eiuſdem Auicennæ compendium de anima. Liber De Machad, id eſt, De diſpoſitione ſeu loco ad quem reuertitur homo ſeu*

Digitized by Google

*anima eius poſt mortem, vbi inter cætera etiam de reſurrectione corporis & eius materia diſſerit. Aphoriſmi 48. De anima. Liber De definitionibus & quæſitis, ſunt autem tantum definitiones metaphyſicæ & phyſicæ, nulla quæſtio. Omnia cum expoſitionibus Arabum innominatorum per Andreã Alpagũ collectis. Item liber De diuiſione ſcientiarum. Omnia ab Andrea Alpago Latine ex Arabico ſermone reddita, Venetijs primum apud Iuntas excuſa ſunt anno 1546. Abenſina (Auicennæ) opus De re medica in quinque voluminibus (præter finem tertij) quorum primum eſt ante annos quingentos ſcriptum, extat apud Guilielmum Poſtellum Arabice. Tractatulus Auicennæ De tinctura metallorum Francoforti impreſſus eſt apud Cyriacum Iacobum in 4. anno Domini 1550. cum alijs Chymicis. Eiuſdem librum mineralium, & de 4. diluuijs, citat author Luminis animæ. Auicennæ libri tertij Fen ſecundæ, quæ eſt De ægritudinibus neruorum, ex Hebraica Latina facta, interprete Ioanne Quinquarboreo. Pariſijs apud Martinum Iuuenem anno 1570. in octauo. Eiuſdem libri tertij Fen primæ tractatus quartus, in quo ſcribitur de ægritudinibus capitis & noxa multa illarum in functionibus ſenſus & moderaminis, ſiue partis rectricis: ab eodem Quinquarboreo conuerſus, & ad fidem Hebraici codicis correctus. Pariſijs anno 1572. octauo. Eiuſdem libri Chymici vna cum Gebri libris eiuſdem argumenti, à Petro Perna impreſſi ſunt Baſileæ 1572. octauo.*

Auienus, *vel (vt in alijs legitur) Abienus, ſcripſit De cometis, & totum Vergilium ac Liuium in iambicos retulit, teſte Seruio. Vide Rufus Auien⁹.*

Auitus *preſbyter Hiſpanus, Luciani librum De reuelatione ſepulchri & reliquiarum corporis S. Stephani, Græce ſcriptum, Latinum fecit.*

Aulus *Antonius Palmyrenus ſcripſit ſcholia in Ciceronis Brutum De oratore perfecto, impreſſa Baſileæ.*

Aulus *Caſſelius, vel Ceſelius. I. C. vetus, quædam in iure conſcripſit. Eius ioci quidam leguntur apud Macrobium.*

Auli *Cætinnæ epiſtola ad Ciceronem, libro 6. familiarium Ciceronis epiſtolarum legitur. Idem librum ſcripſit contra Iulium Cæſarem.*

Auli *Furij poetæ, qui Q. Catulo familiaris fuerit, mentionem facit Cicero in Bruto.*

Auli *Gellij Noctium Atticarũ libri 20. excuſi primum Venetijs apud Aldum: deinde Argentinæ, Coloniæ, Baſileæ, Lugduni, etiam cum Annotationibus Petri Moſellani. * Aulus Gellius ſcripta ſua noctes Atticas vocauit: glorioſo nocturnæ lucubrationis argumento. Hadrianus Iunius.*

Auli *Hirtij (alias Hircij, aut Opij) De bellis Alexandrino, Africano, & Hiſpanienſi libri 3. impreſſi ſunt cum Commentarijs C. Iulij Cæſaris, diuerſis locis.*

Auli *Perſij Satyræ ſex, impreſſæ à diuerſis, partim cum ſatyris Iuuenalis, partim ſolæ, & cum commentarijs & annotationibus diuerſorum. Vixit ſub Nerone.*

Aulus *Poſthumius Albinus Poema ſcripſit, & Hiſtoriam Græca lingua, in cuius proœmio veniam petens, ſi Romanus homo Græcam dictionem non aſſequatur, à Catone irriſus eſt.*

Aulus *Sabinus poeta Ouidij temporibus ſcripſit epiſtolas, quibus Vlyſſes Penelopæ, Hippolytus Phædræ, Æneas Didoni, Demophoon Phillidi, Iaſon Hypſipylæ, Phaon Saphoni reſpondent, vt ipſe Ouidius teſtatur in ſecundo Elegiarum libro, & de Ponto libro 3. in inuidos.*

Aurelianus *eccleſiæ Remenſis clericus, ſcripſit ad Bernardum archicantorem, poſtea epiſcopum, de regulis modulationum, quas tonos vel tenores appellant: & de ipſarum vocabulis volumen inſigne, cuius titulus eſt, Tonarius regularis lib. 1. ſcripſit & alia quædam. Claruit anno D. 900.*

* S. Aurelij *de damnatione Pelagij atq; Cæleſtini, ſcript. bibl. Imperat.*

Aurelius *quidam de verborum ſignificationibus ſcripſit, liber excuſus eſt.*

Aurelij *cuiuſdam Index fabularum Plauti, citatur ab A. Gellio lib. 3. cap. 3.*

Aurelij *Albutij, Mediolanenſis, Chriſtianarum inſtitutionum libri tres, moralium inſtitutionum, liber vnus: epiſtolarum heroidum, libri quatuor, omnia carmine conſcripta, Venetijs impreſſa ſunt anno 1554.*

Aurelius *Apollinaris Cari principis geſta verſibus iambicis deſcripſit, vt teſtatur Vopiſcus.*

Aurelius *Arcadius Chariſius, vetus I. C. ſcripſit Libros ſingulares, De teſtibus, De officio præfecti prætorio, De muneribus ciuilibus: ex his decerpta quædam in Digeſtis legum memorantur.*

Aurelij *Auguſtini Hipponenſis epiſcopi omnia opera, ſumma vigilantia repurgata à mendis innumeris per Deſ. Eraſmum Roterodamum, excuſa ſunt Baſileæ in officina Frobeniana. Sunt autem tomi 10. Eadem rurſus totidem tomis Lutetiæ Pariſiorum exiuerunt anno 1541. Sunt autem in Baſilienſi editone in Tomo primo: Retractationum lib. 2. Confeſſionum lib. 13. De Grammatica lib. 1. principia Dialecticæ. Categoriæ decem Ariſtotelis non verſæ, ſed decerptæ. Principia Rhetorices. De muſica lib. 6. Contra Academicos lib. 3. De ordine lib. 2. De beata vita liber. Soliloquiorum lib. 2. De cognitione Dei & animæ. De magiſtro liber. De immortalitate animæ liber. De quantitate animæ lib. De libero arbitrio lib. 3. De vera religione liber. De moribus eccleſiæ catholicæ lib. 1. & alter De moribus Manichæorum. De geneſi contra Manichæos lib. 2. Regulæ clericorum tres. In ſecundo: Epiſtolæ 203. Epiſtola inter Bonifacium & Auguſtinum mutuo conſcripta. In Tertio: De doctrina Chriſtiana lib. 4. Locutionũ lib. 7. De fide & ſymbolo lib. 1. Enchiridion de fide, ſpe & charitate lib. 1. De definitionibus orthodoxæ fidei, ſiue eccleſiaſticis dogmatibus lib. 1. De fide ad Petrum diaconum lib. 1. De trinitate lib. 15. Liber de geneſi ad literam imperfectus. De geneſi ad literam lib. 12. De mirabilibus ſacræ ſcripturæ lib. 3. De agone Chriſtiano liber. De opere monachorum lib. 1. De*



Digitized by Google

ſpiritu & litera lib. 1. De diuinatione dæmonum lib. 1. De ſpiritu & anima lib. 1. Speculum de præceptis dominicis. Quæſtiunculæ de Trinitate. Interrogatio De benedictionibus filiorum Iacob Patriarchæ. Sententiæ & Aphoriſmi. 388. Tomo 4. De mendacio lib. 1. Contra mendacium lib. 1. De fide & operibus lib. 1. Quæſtionum in vetus Teſtamentum lib. 17. Quæſtionum Euangelicarum lib. 2. Liber quæſtionum Euangelicarum ſecundum Matthæum. De conſenſu euangeliſtarum lib. 4. Octoginta trium quæſtionum diuerſarum lib. 1. Vigintiunius ſententiarum liber. De ſolutione quarundam quæſtionum lib. 2. De octo Dulcitij quæſtionibus lib. 1. Dialogus quæſtionum 65. ſub titulo Oroſij percontantis, & Auguſtini reſpondentis. Liber quæſtionum veteris & noui Teſtamenti. De cura pro mortuis gerenda lib. 1. De catechizandis rudibus liber. De incarnatione verbi lib. 2. De Trinitate & vnitate liber. De eſſentia diuinitatis lib. 1. De fide rerum inuiſibilium lib. 1. Liber De ſubſtantia dilectionis & amoris. Liber vnus De continentia. Liber De patientia. Liber De bono ſiue perfectione viduitatis. Liber de vera & falſa pœnitentia. Exhortatio De ſalutaribus documentis. De amicitia lib. 1. De ſermone domini in monte, ſecundum Matthæum lib. 2. Expoſitionis epiſtolæ Pauli ad Romanos lib. 1. Expoſitionis quarundam propoſitionum ex epiſtola ad Rom. liber. Expoſitionis epiſtolæ Pauli ad Galatas liber 1. Annotationum in Iob liber 1. Tomo Quinto: De ciuitate Dei libri 22. quos recognouit & commentarijs illuſtrauit Ludouicus Viues. Sexto Tomo: De hæreſibus ad Quoduultdeum liber 1. De quinque hæreſibus oratio, contra Paganos, Iudæos, Manichæos, Sabellianos & Arrianos. Concio ad Catechumenos, contra Iudæos, Paganos & Arrianos. Oratio aduerſus Iudæos. De Altercatione eccleſiæ & ſynagogæ dialogus. De vtilitate credendi liber. Contra epiſtolam Manichæi, quam vocant fundamenti, liber 1. De duabus animabus contra Manichæos, liber 1. Contra Fortunatum quendam Manichæorum presbyterum. Contra Adimantum liber 1. Contra Fauſtum lib. 33. De actis cum Felice Manichæo lib. 2. Contra Secundum Manichæum lib. 1. De natura boni, contra Manichæos lib. 1. De fide contra Manichæos liber 1. Contra Priſcilianiſtas & Origeniſtas lib. 1. Contra ſermonem Arianorum liber. Contra Maximinum Arianorum epiſcopum lib. 3. Contra Felicianum de vnitate Trinitatis liber. De bono coniugali liber, contra Iouinianum. De ſancta virginitate. De adulterinis coniugijs lib. 2. Tractatus de Epicureis et Stoicis. Opuſculum de eo quod dictum eſt à Deo ad Moyſem, Ego ſum qui ſum, incerti autoris. Septimo Tomo: Pſalmus contra partem Donati. Libri 3. contra epiſtolam Parmeniani Donatiſtarum Carthaginen. epiſcopi. Contra literas Petiliani epiſcopi lib. 3. Contra Creſconium Grammaticum lib. 4. Contra Gaudentij epiſtolas duas lib. 2. De baptiſmo contra Donatiſtas lib. 7. De vnico baptiſmo contra Petilianũ lib. 1. De vnitate eccleſiæ contra Donatiſt. lib. 1. Opus breuiculi collationum cum Donatiſtis. Poſt collationem contra Donatiſtas lib. 1. Super geſtis cum Emerito Donatiſtarum epiſcopo, ſermo. De geſtis cum eodem lib. 1. Contra Fulgentium Donatiſtam lib. 1. De peccatorum meritis & remiſſione, ac de baptiſmo paruulorum lib. 3. De natura & gratia lib. 1. De gratia Chriſti & peccato originali lib. 2. De nuptijs & concupiſcentia lib. 2. Contra duas epiſtolas Pelagianorum lib. 4. Contra Iulianum lib. 6. De anima & eius origine lib. 4. De prædeſtinatione & gratia lib. 1. Proſperi epiſtola ad Auguſtinum. Hilarij epiſtola ad eundem de prædeſtinatione ſanctorum lib. 1. De bono perſeuerantiæ lib. 1. De prædeſtinatione Dei lib. 1. Liber de gratia & libero arbitrio, de correptione & gratia lib. 1. Ad articulos ſibi falſo impoſitos. Contra Pelagianos & Cæleſtinos Hypognoſticon lib. 6. De perfectione iuſtitiæ lib. 1. Octauo Tomo: Enarrationes in Pſalmos myſticos. Nono Tomo: In Euangelium Ioan. in epiſtolam Ioan. In appocalypſim Ioan. Homiliæ 8. Meditationum liber. De diligendo Deo liber. Soliloquiorum animæ ad Deum liber. Manuale. De triplici habitaculo liber. Scalæ paradiſi liber. De 12. abuſionum gradibus liber. De contritione cordis libellus. De cognitione veræ vitæ liber. De ſpeculo liber. De vita Chriſtiana lib. De aſſumptione Mariæ virginis liber. De diſciplina Chriſtiana lib. De decem chordis liber. De cantico nouo liber. De contemptu mundi liber. De vanitate ſeculi libellus. Sermo de obedientia & humilitate. De bono diſciplinæ opuſculum. De viſitatione infirmorum lib. 2. De conſolatione mortuorum ſermones duo. De quarta feria, ſiue cultura agri Dominici ſermo. De cataclyſmo ſermo. De tempore Barbarico. De ſobrietate & virginitate. Speculum peccatoris. De pœnitentiæ medicina lib. 1. De vtilitate pœnitentiæ tractatus. De conflictu vitiorum & virtutum lib. 1. De quatuor virtutibus charitatis. De laudibus charitatis. De honeſtate mulierum libellus. De paſtoribus liber. De ouibus homilia. De ſymbolo fidei lib. 4. De conuenientia decem præceptorum & decem plagarum lib. 1. De rectitudine catholicæ conuerſationis tractatus. De vtilitate ieiunij tractatus. De creatione primi hominis tractatus. De arbore ſcientiæ boni & mali tractatus. De pugna animæ tractatus incerti autoris. Tractatus de Antichriſto. Pſalterium ad matrem. Expoſitio ſuper Magnificat. Decimo Tomo: De verbis Domini ſaluatoris, liber diuiſus in ſermones 64. ſecundum euangeliſtas Matthæum, Lucam, & Ioannem. De verbis Apoſtoli ſermones 35. ſic inſcripti, quod potiſſimum Pauli verba interpretentur, quanquam & Lucæ nonnulla & Pſalmorum exponantur, & ex epiſtolis Iacobi & Ioannis in poſterioribus aliquot ſermonibus. Liber quinquaginta homiliarum. Opus ſermonum 256. de tempore, ſecundum Dominicos alioſq; dies, quibus apte conueniunt, ordinate diſtinctorum. Opus ſermonum 50. De ſanctis tam in ſpecie quàm in genere ſiue communi, quorum feſtiuitates præcipue ſancta celebrat eccleſia, eo ordine

Digitized by Google

quo occurrunt. Sermones 76. ad fratres ſuos in eremo commorantes, & quoſdam alios. Opuſculum de vita, conuerſatione ac morte ſanctæ Monicæ, matris beati Auguſtini. Commentaria eius in vtrunq; teſtamentum in 4. edita ſunt. Epiſtolæ eius ſeorſim etiam editæ Pariſijs venduntur 8. ſolidis Gallicis. Epitome operum Auguſtini confecit Ioannes Piſcatorius. Tres tomi ex eius operibus excerpti editi ſunt Venetijs, vt in Auguſtino Soſtheneo dictum eſt. D. Aurelij Auguſtini opera omnia in X. Tomos digeſta, Venetijs excudit Valgriſius in quarto 1571. & eodem anno Pariſijs Morellius & Niuellius in folio, opera doctorum virorum caſtigata, & acceſſione aliquot Epiſtolarum, Sermonum, & Fragmentorum aucta. * Auguſtini liber de hæreſibus, ad quoduult Deum Lamberti Danæi opera emendatus, & commentarijs illuſtratus eſt in 8. Geneuæ 1576. Eiuſdem epiſtola 10. ad Xyſtum preſbyterum Romanum De gratia Dei, Bononiæ an. 1541. Italicè excuſa eſt. Liber, de bono perſeuerantiæ ex Latino in Italicum verſus, per Ludouicum Dominicum, Venetijs 1544. De Meditatione liber. Antuerpiæ 1550. Hiſpanicè. Item confeſſiones ex Latino in Hiſpanicum ſermonem conuerſæ à Sebaſtiano Tuſco. Coloniæ 1556. In Bibliotheca Imperatoris Viennæ plures operum D. Auguſtini codices manuſcripti aſſeruantur. Aurelij Auguſtini Hipponenſis epiſcopi opera, Tomis X. compræhenſa per theologos Louanienſes ex manuſcriptis codicibus multo labore emendata, & ab innumeris erroribus vindicata: illuſtrata præterea eruditis cenſuris et locupletata multis Homilijs, & aliquot epiſtolis eiuſdem B. Auguſtini, antea non editis cum indice tripartito, folio Antuerpiæ apud Plantinum 1579. D. Auguſtini operum omnium epitome, Geneuæ anno 1555.

Aurelij Baudini epiſtolæ familiares excuſæ in Italia. * Eiuſdem ſententiarum theologicarum libri quatuor, in fol. bibl. Imperat.

Aurelius Bionatus in Vallam ſcripſit.

Aurelius Caſsiodorus, quære M. Aurelius Caſsiodorus.

Aurelij Cornelij Celſi medicinæ libri 8. excuſi Venetijs ab Aldo, 1528. ex emendatione Baptiſtæ Egnatij, vnà cum opuſculo Q. Sereni de medicina, & Lugduni à Gryphio, item Salingiaci per Ioan. Soterem, ex caſtigatione Ioan. Cæſarij. Et Baſileæ apud Oporinum, anno Domini 1552. in folio cum Guilielmi Pantini commentarijs, adiecto indice chartis 153. Rurſus Lugduni apud G. Rouillium 1566. ex emendatione Rob. Conſtantini. Eiuſdem Epiſtolæ duæ De re medica, vna ad Iunium Calliſtum, quæ aliâs Scribonio Largo tribuitur, altera ad Pullium, in principio operis Marcellij de medicamentis leguntur, ſed abſque prænomine Aurelij.

Aurelius David Sauius I. C. ſcripſit ſuper 2. FF. noui De capti. & poſtlire.

Aurelius Fauſtus Auguſti Cæſaris temporibus declamationes edidit.

Aurelius Feſtiuus Aureliani principis libertus, Firmi tyrannidem ſub Aurelio exercentis vitam accuratiſsime deſcripſit.

Aurelij Olympij Nemeſiani Eglogæ impreſſæ publice extant. Eiuſdem libri de Aucupio, Bononiæ in bibliotheca quadam, ni fallor, S. Saluatoris, latitare dicuntur.

Aurelius Opilius Epicuri cuiuſdam libertus, qui primum philoſophiam, deinde Rhetoricam, nouiſsime vero Grammaticam docuit, ſcripſit variæ eruditionis volumina, de quibus Suetonius cap. 5. de Illuſtribus Grammat.

Aurelius Philippus Alexandri Imperatoris, cuius primæ pueritiæ præceptor fuit, vitam & geſta deſcripſit.

Aurelius Prudentius Clemens, poeta Chriſtianus, ſcripſit carmine & proſa, ex quibus reperi, contra Symmachum idololatrã, lib. 2. De compugnantia lib. 1. De diuinitate lib. 1. contra patripaſsianos lib. 1. contra Sabellianos lib. 1. contra Iudæos lib. 1. contra Homuncionitas lib. 1. contra phantaſmaticos lib. 1. De origine peccatorum lib. 1. in hexameron lib. 6. De ſancta Trinitate lib. 2. De reſurrectione carnis lib. 1. hymnorum diuerſorum lib. 2. De martyribus lib. 1. laudes ſancti Vincentij lib. 1. De ſtatu animæ lib. 1. laudes S. Laurentij lib. 1. hamartigenian lib. 1. laudes Romani contra gentiles lib. 1. De ſpe veniæ orationem, ſiue lib. 1. hiſtoriarum lib. 1. contra Marcionitas lib. 1. De animæ natura lib. 1. Periſtephanon lib. 1. Eius poematia aliquot excuſa Baſileæ apud Cratandrum, anno 1527. cum ſcholijs Ioan. Sichardi: & rurſus ibidem apud Henricum Petrum, & quodam in loco cum commentarijs: in quibus editionibus habentur hæc: Pſychomachia, id eſt animi pugna, vbi virtutes cum vitijs pugnãt, & vincunt, cuius partes ſunt: fidei & idololatriæ pugna; item pudicitiæ & libidinis, patientiæ & iræ, ſuperbiæ & humilitatis, luxuriæ & ſobrietatis, auaritiæ & largitatis, concordiæ & diſcordiæ, omnia verſibus hexametris, lib. Cathemerinon, id eſt, diurnarum rerum opus. Sunt enim Odæ ex vario metrorum genere à matutino ad veſpertinum crepuſc. Hymnus ad galli cantum. Matutinus. Ante cibum. Poſt cibum. Ad incenſum cerei paſchalis. Ante ſomnum. Ieiunantium. Poſt ieiunium. Omni hora. In exequijs defunctorum. Octauo Kalend. Ianuarias. Epiphaniæ. Liber Peri ſtephanon, id eſt, de coronis, ſiue martyrio coronatis: hymnus in honorem ſanctorum martyrum Hemiterij & Chelidonij. De diuo Laurentio, de Eulalia virgine, de 18. martyribus Cæſarauguſtanis, de S. Vincentio martyre, de Fructuoſo epiſcopo Tarraconenſi, Augurio & Eulogio martyribus: de Quirino martyre, & epiſcopo Siſcianæ eccleſiæ: locus vbi Martyres paſsi ſunt, quod Baptiſterium appellatur: paſsio Caſsiani martyris, in foro Corneliano: Romani martyris ſupplicium: de paſsione Hippoliti martyris, ad Valerianum epiſcopum. Petri & Pauli apoſtolorum paſsio: de Cypriano martyre & epiſcopo Carthaginenſi, de Agnete virgine: Apotheoſis, id eſt de diuinitate, in infideles hymnus. Contra hæreſim, quæ patrem paſſum affirmat. Contra Vnionitas, id eſt, Sabellianos hæreticos, aduerſus Iudæos. De natura animæ,

Digitized by Google

animæ, aduerſus Fantaſmaticos,qui Chriſtum negant verum hominis corpus habuiſſe: de reſurrectione carnis humanæ. Hamartigenia,id eſt, de origine peccatorum, verſibus heroicis, aduerſus Marcionem hæreticum. Symmachi V.C.relatio, oratione proſa,ad Valentinianum,Theodoſium, & Arcadium, Auguſtos: pro veteri Deorum cultu aduerſus Chriſtianos: contra eundem libri 2. Enchiridion Noui & Veteris teſtamenti,quod & quidam Dittochæum vocant, carmine heroico. Poemata Prudentij tum alibi quoque vt Antuerpiæ ex emendatione Giſelini tum apud Oporinum cum Poetarum veterum Chriſtianorum operibus à G. Fabricio emendatis impreſſa ſunt. Perierunt autem ex eius operibus commentaria in Hexaemeron, de mundi fabrica vſque ad primi parentis præuaricationem. Vitam eius diligentiſſime deſcripſit G. Fabricius. Floruit anno Domini 380.

Aurelius Theophraſtus, vide Theophraſtus Paracelſus.

Aurelius Verus Traiani Imperatoris vitam atque geſta deſcripſit.

Aureolus profeſſor iuris Pontificij in Academia Toloſana ſcripſit additiones ad commentaria Guilielmi de Monte Lauduno in ſextum decretalium.

* Aureolus Theophraſtus, vide Theophraſtus Paracelſus.

Auruſpam, quære in Ioan. Auruſpa: quanquã aliquando ſine prænomine legerim, vnde dubitari poteſt,an idem ſit author.

Auſonius Sophiſta ſcripſit epiſtolas, & quædam alia ad Nonnum. Suidas.

Auſonij Pæonij poetæ liber quidam impreſſus. Idem eſt, D. Auſonius de quo infra.

Autoclides in Exegeticis citatur à Plutarcho in vita Niciæ. Puto Anticlidẽ nominari ab Athenæo,de quo ſupra.

Autolyci Sphærica lib. 3. De ortu & occaſu lib. 2. ſeruantur Romæ in bibliotheca Vaticana & Cardinalis S. Fioræ. Quædam inde deſumpta G. Valla tranſtulit in ſuum magnum opus.

Automedontis Cyziceni epigrammata tria legimus in Planudis anthologio.

Auxentij epiſtola apologetica, cum Hilarij operibus excuſa.

Axionici comici ſex fabulæ citantur ab Athenæo. Tyrrhenus. Tyrrhenicus. Euripidis ſtudioſus. Philina, Chalcidicus. Chalcis.

Aymarus Falconeus Thautanus ſcripſit de animi exhilaratione librum, excuſum Viennæ, anno 1541. & Baſileæ apud Winterum. * Eiuſdem dialogus de compendioſa ratione, qua quis ditari poſſit, in 8. Lugduni anno 1542.

Aymari Riuallij, Allobrogis, ſiue Delphinenſis, I. C. eruditi & eloquentis, Ciuilis hiſtoriæ iuris, ſiue in 12. Tab. Leges commentariorum libri 5. Hiſtoriæ item Iuris Pont. libellus ſingularis: impreſſi Moguntiæ 1533. & ibidem, recogniti, anno Domini 1539.

Aymericus de Samiliaco, patriarcha Antiochenus, cum audiret in Carmelo monte, Eremitas Latinos Græcas literas ignorare, è Græco in Latinum tranſtulit Ioannis Hieroſolymitani epiſcopi volumen, de inſtitutione primorum monachorum lib. 3. Hic primus Monaſterium eis conſtruxit, anno 1121. conſtituto Latino præſide Bertoldo Aquitano. Nam prius habitabant in antris & cauernis. Cyrillus Grammaticus ad Euſebium.

Aymo Crauetta à Sauiliano I. C. ſuper 2. Infortiati. De legatis primo. De antiquitate temporis. Quæſtio ſuper ſtatuto Ferrariæ de mulierum indemnitatibus. Conſiliorum volumina 2. Conſilia eius excuſa ſunt Venetijs 1568. in folio, cui editioni acceſſit Conſilium pro genero eiuſdem. Eius tractatus De antiquitatibus temporum: Quæſtio item in vtramq; partem ſuper ſtatuto Ferrarienſi. Repetitio Rub. de legatis primo: ſimul impreſſa ſunt Francofurti 1572. fol. Item Conſiliorum tomi duo à mendis purgati, ibidem impreſſi ſunt. * Acceſſit conſiliorum ſiue reſponſorũ tomus 3. 4. & 5. fol. Venet.

Aymo Publicius, Pedemontanus, Allobrogum præſes clariſſimus iuris conſultus, ſcripſit Commentaria in conſuetudines Aruerniæ, impreſſa Pariſijs anno 1549.

Azararij practica in medicina, impreſſa in Italia. Forte Azaraphij legendum, huius enim practica Paulo Ritio interprete, vel correctore edita eſt.

Azyratus chymiæ ſcriptor citatur ab Hortulano, & alibi Achiratus, neſcio an idem auctor.

Azophi Arabs ſcripſit librum in aſtronomia, in quo inter reliqua continentur obſeruationes motuum. Extat in Bibliotheca Georgij Colimitij Tanſtetteri.

Azonis à Ramengis Repetitiones ſuper Decreto Diſtinctione prima.

* Azonis Brocardita quæ vulgo generalia vocantur, manuſc. Codex in bibl. Imper.

Azo natione Italus, Bononienſis, ſcripſit Summam iuris notabilem, lib. 1. Super Digeſto veteri, lib. 24. ſuper Codice quoque lib. 9. Præterea optimos in legibus apparatus confecit, & pluribus ſummis additiones appoſuit, ac varia ſcripſit quæ à doctis non ignorantur. Eius ſumma in iure ciuili, impreſſa in Italia. Venetijs 1568. emendata ab Henr. Dorſio, & Lugduni 1557. cum additionibus Hieronymi Gigantis. Claruit anno 1290.

# B.

Babillus virorum optimus perfectusque in omni literarum genere rariſſimus, auctor eſt, cum ipſe præfectus obtineret Ægyptum, crocodilos in Nilo à Delphinis victos. Seneca lib. 4. Naturalium quæſtionum.

Babrias ſiue Babrius, fabulas Æſopi verſibus Choriambicis expoſuit libris 10. Suidas. Videtur autem non alius eſſe quam qui Gabrias nominatur, cuius aliquot fabbulæ Græce & Latine excuſæ ſunt.

Bachaſeus Chymicus ſcriptor, citatur ab Hortulano.



BSB MÜNCHEN

Digitized by Google

Barchiarius *Maceeus, D. Patricij diſcipulus, natione Britannus, ſcripſit, Ad Ianuarium de reparatione lapſi, ſiue de fructu pœnitentiæ, lib.1. De fide perſeuerante, lib.1. Prognoſtica natiuitatum, lib.1. hunc iuuenis edidit dum incumberet Matheſi. Claruit anno ſalutis 460. Hunc alij Bacciarium alij Bacchianum vocant. Baleus. Liber de recipiendis lapſis impreſſus eſt in 1. tomo Orthodoxographorum Baſileæ.*

Bacciarius *aduerſus querulos & oſores ſuos librum De fide ſcripſit, teſte Gennadio.*

Bacchius *Mileſius citatur apud Plinium, qui in 8.10.15.17.& 18. Naturalis hiſtoriæ libros multa ex eo tranſtulit.*

Bacchius *gloſſographus Hippocratis Erotiano teſte. Bacchij Auſcultationes & Compendium pulſuum citat Galenus lib.4. de different. pulſuum cap.10. Bacchij Harmonica Iſagoge Romæ extat in Vaticana bibliotheca Græce: Item Auguſtæ Vindelicæ: & item Cardinalis S. Fioræ Quidam hunc Vaccæum nominant.*

Bacchylides *Simonidis Cei cognatus ἀδελφιδοῦς, ex Iulide vrbe Cei, poeta Lyricus: huius amatoria allegat Athenæus, & Stobæus pæanes. Citatur quoque à Plutarcho in vita Numæ. Epigramma eius extat ſexto libro Florilegij.*

Bacchyllus *Corinthi epiſcopus ſcripſit De Paſchate librum: Claruitq́ ſub Seuero imperatore Romano.*

Baccij *Vgolini epiſtolium, legitur in fine ſeptimi libri epiſtolarum Politiani.*

Bacchomius *abbas à Trittenhemio vocatur, quem Gennadius Pachumium vocat. Vide infra.*

Baderi *de Euchariſtia liber, impreſſus in Germania.*

* M. Bado *Minenſis quondã diſcipulus Eraſmi Roterod. vir magno ingenio præditus, deſcripſit Pontificiorum ſacrificulorum nequitiam in libro dicto Claus Buer, qui primò æditus eſt, 1523.*

Bæagrus *in Macedonicis à Stephano citatur.*

Baeton *quidam ſcripſit Alexandri σταθμούς, citatur ab Athenæo.*

Bagorotus *vel Barragotus vtriuſq́ iuris profeſſor inſignis. ſcripſit Cauillationum lib. 1. De ordine iudiciorum lib.1.*

Rabbi *Babai filij Aſer expoſitiones in legem, lingua Hebraica, impreſſæ.*

Balbus *ſcripſit ad Celſum de agrimenſoria, rationatoriaq́, de aſſe, minutiſq́ eius partibus, quæ à Caluo Hippocratis interprete citantur. Item de nominibus menſurarum lib. cuius meminit Volaterranus. Idem ſcripſit de Colonijs Latinis lib. quem ſe emendaturum & in publicum editurum, Andreas Alciatus promiſit. Inſcribitur autem hic liber ab alijs Frontino, aut Auguſto Cæſari & Heroni. Extat in Bibliotheca P. Pithoei.*

Baldricus *archiepiſcopus Dolenſis in Aremorica Brytannia Scripſit vitam D. Samſonis lib.1. hiſtoriam Hieroſolymitanam lib.1.*

Balduinus *Deuonius ordinis Ciſtercienſis, epiſcopus Wigornienſis, & poſtea Cantuarienſis archiepiſcopus, ſcripſit de corpore & ſanguine domini lib.1. De ſacramentis eccleſiæ lib.1. De orthodoxis dogmatibus, lib.1. De ſectis hæreticorum, lib.2. Commendationem fidei, lib.1. De vnitate charitatis, lib.1. De ſacerdotio Ioannis Hircani, lib.1. Super eruditione Gyraldi, lib.1. Sermones 33. lib.1. De amore lib.1. Super hiſtorijs regum lib.4. Contra Henricum Wintonienſem, lib.1. Cõmendationem Virginitatis lib.1. Carmen deuotionis lib.1. De cruce lib.1. De Angeli nuncio lib.1. Mythologiam lib.1. Epiſtolarum ſuarum, lib.1. Hic Ricardum Angliæ regem in Syriam ſecutus, anno ſalutis noſtræ 1190. Tyri vitam finiuit, vbi & ſepultus eſt. Balæus.*

* Balduinus *Parrochus Padeburn. ſcripſit hiſtoriam vniuerſalem ab orbe condito vſq́ ad 1418.*

Balduini *Ronſſei Gandenſis, medici reipub. Gandanæ, libellus de magnis Hippocratis lienibus, Plinijq́, Stomacace ac Sceletyrbe, ſeu vulgo Scorbuto dicto. Antuerpiæ.*

Baldus *de Bartholinis Super. 2. FF. noui De verborum obligationibus.*

* Baldus *Correalis à S. Agatha Ferretrana, conſilia Laurentij de Pinu Bononienſis, argumentis & ſummarijs illuſtrauit. fol. Venetijs. 1579.*

Baldus *Nouellus ſcripſit de dote, & de verborum obligationibus.*

Baldus *de Periglis, De quæſtionibus & tortura, In pluribus tamen manuſcriptis exemplaribus hic tractatus Dyno inſcribitur.*

Baldus *de Vbaldis Peruſinus, iureconſultus omnium ſui temporis celeberrimus, ſcripſit Super codice lib.9. Super ff. veteri lib.24. Super ff. nouo lib.12. Super ff. Inforciati lib.14. Super Inſtitutis lib.4. De vſu feudorum lib.1. Super Autenti. lib.1. Super ſecundo Decretalium, lib.1. Additiones Speculi, lib.1. Conſilia multa, lib.1. Et alia complura, ſcripſit commentarios ſuper totum corpus Iuris Ciuilis. Item practicam Lugduni impreſſam, & Margaritam, ſeu repertorium. Item modum arguendi, nondum impreſſum. Obijt 1400. Ticini. Baldi lecturæ accuratiſsime editæ ſunt annotationibus, nouis ſummarijs & Indice, Venetijs apud Iuntas 1572.*

* *Eiuſdem tractatus de tabellionibus cum annotationibus Martini de Fanno. Venet. 1546.*

Balæus *in Turba, chymiſta, citatur ab Hortulano.*

Balionus *de Nobilibus ſuper 2. Codicis, De liber præteritis.*

Balthaſſar *Bidenbachius concionator aulicus illuſtriſſ. principis Wirtenbergenſis Germanice deſcripſit vitam & obitum Illuſtriſ. Principis Chriſtophori ducis Wirtenbergenſis. Tubingæ in 4. Interpretatus etiam eſt Germanice Pſalmum 85. ibidem impreſſum 1571.*

* Balthaſſar *Brunnerus medicus Hallenſis ſcripſit Inſtitutionem de præcauenda peſte: pro ciuitate Hallenſi. Germanicè, Lipſiæ in 4. anno Domini 1581.*

Balthaſſaris *Caſtilioni carminũ liber, impreſſus eſt Venetijs à Vincentio Valgriſio, & Florentiæ à*

tiæ à

Digitized by Google

*tia à Torrentino* 1552. *cum alijs illuſtrium poetarum carminibus. Eundem audio ſcripſiſſe de laudibus picturæ & ſculpturæ.* * *Eiuſdem Aulicus li.* 1. *Gallicè* 1540.

* Balthaſſaris *Conradini inſtitutio, quomodo quiſque familiæ ſuæ à lue Vngarica, angina, peripneumonia, pleuriti, &c. præcauere debeat. Germanicè in* 8. *Argentinæ* 1574.

* Balthaſſar *Copius ſcripſit quædam Epigrammata.*

* Balthaſſaris *cuiuſdam Iſubmari tractatus de non baptizandis infantibus ex ſententia veterum et recentiorum eccleſiæ doctorum. Germanicè Nicolſpurgi in quarto, anno* 1526.

* Balthaſſaris *Gutleri oratio funebris anniuerſaria de principe Mauritio in quarto, anno Domini* 1562.

* Balthaſſaris *Kuliſſer carmen gratulatorium in coronationem Bohemicam Diui Max.* II. *Pragæ* 1562. *Hiſtoriam Ducum ac Regum Bohemiæ complectens.*

Balthaſſaris *de Lipſia, fratrum collegij S. Bernardi prouiſoris, concluſiones* 39. *cum ſuis explicationibus contra Ioannem Huß. pro vna ſpecie ſacramenti, impreſſæ ſunt Lipſiæ, anno Domini* 1494.

* *Fr. Bartholomæi à Medina ordinis prædicatorum expoſitio in tertiam D. Thomæ partem vſque ad quæſtionem ſexageſimam, complectens tertium librum ſententiarum, in folio Venetijs anno Domini* 1582.

* Balthaſſar *Muſculus* 35. *breues & Chriſtianas quatuor vocum in lucem edidit Germanicè,* 12. *Norimbergæ* 1578.

Balthaſſar *Pacimontanus primum paſtor in Waldtzhuot, deinde Anabaptiſtarum patronus, ſcripſit quædam contra baptiſmum paruulorum, Concluſiones viginti de euchariſtia, Regulas aliquot de paranda menſa domini. Epiſtola eius ad Ioannem Oecolampadium extat libro ſecundo epiſtolarum Oecolampadij & Zuinglij.*

Balthaſſar *Praſpergius Merſpurgenſis ſcripſit de Muſica chorali librum, regulis multis ac exemplis varijs refertum, & excuſum in quarto, Baſileæ anno* 1500.

Balthaſſaris *Ralde Concordia Papiſtarũ, Anabaptiſtarum, Wicelianorum & Lutheranorum.*

Balthaſſaris *Raſini epiſtolæ extant.*

Balthaſſar *Rius ſcripſit orationem de expeditione in Turcas.*

* Balthaſſaris *Sartorij Vratiſlauien. fata aſtrologica, de Sereniß. Rege Ferdinando conſcripta. Iunctis alijs indicijs aſtrologicis de poſteritate Auſtriaca, in* 4. *anno* 1553. *manuſcript.*

Balthaſſar *Steindel, de re culinaria Germanicè diligenter ſcripſit.*

Balthaſſaris *Trochi Aſcanienſis, Germani, vocabularius Latino germanicus, quem in ſcrinia & nidos diuiſit. Impreſſus Lipſiæ à Melchiore Lothero, anno* 1517.

Balthaſſar *Wechtlinus, Colmarienſis, ſcripſit additiones aliquas inſignium aliquot ſcriptorum lib.* 1. *Claruit anno Domini* 1540.

* Bandelij (*cuius prænomen mihi ignotum*) *hiſtoriæ Tragicæ, lingua Italica: quas in Gallicam tranſtulit Franciſcus Belleforeſtus. Lugduni* 1570.

Bankinus *Londinenſis, Anglus, ſcripſit contra poſitiones Wicleui lib.* 1. *Determinationes varias lib.* 1. *Sermones multos ad plebem. Claruit anno Domini* 1382.

Baptiſtam *de Albertis Florentinum amatoria quædam ſcripſiſſe refert Cornelius Agrippa. Forſan idem cum Leone Baptiſta Alberto.*

* Baptiſtæ *Alberti opera de Repub. de vita ciuili, & ruſticana, & de Fortuna, in* 4. *Italicè.*

* Baptiſtæ *Aymi Parmenſis* I. C. *De fluuiaticis ſcilicet incrementis cognoſcendis, acquirendis, amittendis, et facillime diuidendis lib.* 3. *fol. Bonon.*

Baptiſta *de ſancto Blaſio, de Padua, vir in vtroque iure peritiſſimus, ſcripſit de priuilegijs dotalibus lib.* 1. *correlatiuorum quoque lib.* 1. *quæſtiones de arbi. c. lib.* 1. *ſuper prima rubrica decre. lib.* 1. *de differentia inter arbitrum & arbitratorem, de arbore actionum, ſuper tit. Inſtit. de actionibus, contradictionum vtriuſque iuris duas centurias collectas, ſuper decreto R. Decreti. De dote. Differentias inter ius commune & feudorum. Claruit anno Domini* 1480.

Baptiſta *Bouius Regienſis quædam in iure ſcripſit.*

Baptiſta *Caccialupus* I. C. *quære Ioannes Baptiſta* I. C.

Baptiſta *Caſalius inter viros eloquentes à Gyraldo numeratur, qui inter alia refert epigrammata ab eo ſcripta.*

Baptiſta *Cimatorius* I. C. *ſcripſit ſuper l. legatum* 1. *Infortiati de legatis* 1.

Baptiſta *Ferrarienſis, Panætius cognomento, ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmeli, ſcripſit Opus luculentiſſimum hiſtoriarum à Chriſti temporibus vſque ad nos, quod prænotauit Floridam lib.* 1. *chronica ſui ordinis lib.* 1. *De ruina Romani Imperij lib.* 1. *De monte Syna lib.* 1. *Vitam Mechtildis lib.* 3. *chronica Ferrarien. lib.* 1. *ſermones varios lib.* 3. *Epigrammata multa atque diuerſa edidit. Conuertit etiam de Græco in Latinum, ſermones beati Ioannis Chryſoſtomi complures. Floruit anno Domini* 1494.

* Baptiſtæ *Fontei Primionis Europalia, hoc eſt deſcriptio ludorum in nuptijs Archiducis Caroli exhibitorum, in fol. manuſc. bibl. Imper.*

Baptiſta *Fiæra Mantuanus, philoſophus & medicus archiatros, alius à Carmelita (de quo prox. loco) ſcripſit commentaria in Artem medicinalem diffinitiuam Galeni, item de animæ immortalitate contra Pomponatium, Quæſtionum de attractione medicinarum ſolutiuarum, Solutionem argumentorum ad quatuor concluſiones Marliani. Extant eiuſdem, Quæſtio de virtute mouente pulſum, Quæſtio de phlegmatico & biblioſo æqualiter febrientibus, De peſtilentia, Tractatus de loco angeli, Tractatus de primo cognito, Dialogus de iuſtitia pingenda, Dialogus de prædeſtinatione,*

tractatus de intenſione & remiſſione. Impreſſa Venetijs. Eiuſdem vero Euangelicæ hiſtoriæ, ſiue de Deo homine libri 4. heroico carmine conſcripti ad Adrianum 6. Pontificem Maxi. vnà cum Hymnis aliquot, & Cæna, libello eleganti, & varios epularum apparatus elegiaco verſu continente, Baſileæ excuſi ſunt apud Rob. Winter. Eiuſdem libri quatuor de Deo homine, hymni diuini, de conceptione virginis Deiparæ, de peſtilentia, ſyluæ, elegiæ, & epigrammata, omnia ſimul Venetijs excuſa ſunt. Floruit ante annos plus minus quadraginta.

Baptiſta Fulgoſus, ſcripſit ad imitationem Valerij Maximi, dictorum & factorum memorabilium lib. 9. lingua vernacula, quos Camillus Gilinus Latinitate donauit. Liber impreſſus Baſileæ anno Domini 1541. Scripſit etiam alia quædam, quæ omnia ſimul excuſa ſunt in Italia in folio.

Baptiſta Guarinus Veroneſis, Guarini doctiſſimi viri filius, ſcripſit opus dialogorũ perpulchrũ, De ſecta Epicurea lib. 1. De ordine docendi lib. 1. De regno adminiſtrando lib. 1. in epiſtolas Ciceronis lib. 1. in Faſtos Ouidij lib. 1. in Pharſaliam Lucani lib. 1. in Catullum poetam lib. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. orationes complures lib. 1. & carmina varij generis. In Latinum vertit, ex Xenophonte Ageſilai laudationem, Orationes aliquot Demoſthenis, Dionis, & Gregorij Nazanzeni ad Chriſtum & Mariam. Liber eius de modo & ordine docendi ac diſcendi, Heidelbergæ excuſus eſt apud Iacobum Knoblocher, anno Domini 1489. chartis 2. Claruit anno Domini 1494.

Baptiſta Leo Albertus Florentinus ſcripſit opus de architectura & pictura, in Italia vulgatũ, & Argentinæ. Extat eiuſdem etiam Momus, & de cauſis ſenatorijs in Cic. lib. 2. Officiorum explicatio, Baſileæ impreſſa apud Rober. Winther.

Baptiſta Mantuanus, cognomento Spagnolus, Carmelita, theologus ac poeta inſignis, metro & proſa ſcripſit multa egregia volumina, è quibus ſubiecta feruntur. Ad patrem ſuum, de beata vita dialogus lib. 1. ſuburbanum, De Bucol. lib. 1. Parthenices vita lib. 3. De ſancta Catharina, lib. 1. De vita Ludouici Bononien. lib. 1. Vita Alberti Carmel. ſapphico lib. 1. De calamitate ſuorum temporum lib. 1. panegyricus Roberti lib. 1. ſomnium de eodem lib. 1. ad Falconem epigrammatum lib. 1. conſolatio ſuper morte lib. 1. De contemptu mortis lib. 1. contra poetas turpiloquos lib. 1. De expugnatione Granatæ lib. 4. De patientia, proſaice lib. 1. De ortu religionum lib. 1. apologia pro fratre Petro lib. 3. Introductoriũ ſubtilis Scoti lib. 1. orationes elegantiſſimæ lib. 1. epiſtolæ multæ ad diuerſos, diuerſi generis carmina. Et alia complura opera, excuſa ſunt Pariſijs apud Aſcenſium, cum commentarijs Murrhonis, & Brantij in pleraq; opera, anno 1513. Opuſcula aliquot paſſim ſeorſim exiuerunt, & apud Knoblouchum Argentinæ. Parthenice tertia cum tribus ſequentibus, & opus de mundi calamitatibus cum libro contra poetas impudice ſcribentes. Claruit anno Domini 1494. In Pariſienſi autem editione continentur Parthenice heroidum & virginum ſanctiſſimarum, De diua Maria lib. 3. De Catharina lib. 3. De Margarita, Agathe, Lucia, Apollonia, & Cæcilia libri ſinguli: quorum vltimus antea non editus erat in lucem. Vita ſancti Dionyſij, lib. 3. carmine heroico. Vita S. Georgij, lib. 1. eodem carmine. Vita S. Ludouici Morbioli Bononienſis lib. 1. Hymnus elegiacus in natalẽ Ioan. Baptiſtæ. Alius in diuum Albertum Carmelitam Siculum, carmine ſapphico. Votum elegiacum ad diuam Virginem, pro recipienda ſoſpitate poſt febrim. Ad eandem pro extinguenda peſtilentia oratio, hexametris. Tomo ſecundo: De calamitatibus ſuorum temporum, lib. 3. Obiurgatio cum exhortatione ad capienda arma contra infideles, ad Potentatus Chriſtianos, de præſidentia oratoris & poetæ, de ſuſcepto theologico magiſterio, elegia contra amores illicitos, alia de natura amoris, ad iuuenes, Contra poetas impudice ſcribentes: Bucolica, ſeu eglogæ decem, Epigrammata varia, De contemnenda morte, & patienter ferenda. Tomo tertio: Alphonſi Hiſpani, ſiue de Alphonſo libri 6. carmen panegyricum in Robertum Seuerinatem, Somnium Romanum, de eodem Roberto: Trophæi Franciſci Gonzagæ, pro Gallorum ex Italia expulſione lib. 5. De fortuna Fr. Gonzagæ carmẽ heroicum, panegyricus in Brixiam dictus, hexametris. Villa Baptiſtæ Refrigerij in Æmilia via, eodem genere carminis laudata. De quercu carmen heroicum. Syluarum libri 4. qui varijs & iucundis argumentis ad diuerſos conſcripti ſunt. Libri 3. De patientia: & De vita beata lib. 1. Eiuſdem Faſtorum ſiue de ſacris diebus libri 12. excuſi ſunt Argentinæ apud Matthiam Hupfuff in 4. anno Domini 1520. Et Mediolani apud Caluum, anno Domini 1540. octernionibus 17. Idem præterea carmine ſcripſit de ſacris diebus ſeu opus faſtorum lib. 12. Vitam D. Blaſij lib. 1. Vitam Nicolai Tolentini lib. 3. De bello Veneto, lib. 1. De ieiunio quadrageſimali lib. 1. Ad Inſubres, lib. 1. Ad Leonem & Iulium lib. 1. Ageliarionum lib. 6. De vita propria carmen, & alia. In proſa quoque ſcripſit Dialogum contra detractores lib. 1. * Omnia eius opera, In 8. Antuerpiæ apud Bellerum circa annum D. 1579. excuſa ſunt.

Baptiſta Panætius, vide Baptiſta Ferrarienſis.

Baptiſtæ Perſi egloga Thyrſis, impreſſa Argentinæ apud Iacobum Iucundum, anno Domini 1540. & Baſileæ apud Oporinum.

Baptiſta, cognomento Platina, patria Cremonenſis, apoſtolicus quondam abbreuiator, ſcripſit De geſtis Romanorum Pontificum lib. 1. De naturis rerum lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. De honeſta voluptate & valetudine libros 10. De falſo & vero bono dialogos 3. Contra amores dialogum 1. Dialogum De vera nobilitate, De optimo ciue dialogos 2. Panegyricum in laudem Beſſarionis Cardinalis Niceni. Ad Paulum II. P. Max. de pace Italiæ componenda, atq; de bello Turcis indicendo, orationem. Doctorum aliquot virorum panegyrici, ſiue epigrammata, in parentalia B. Platinæ: quæ vnà impreſſa ſunt Coloniæ anno 1529. Claruit anno Domini 1451. Extant eiuſdem de rebus vrbis



Digitized by Google

*Mantuæ, Gonzagæq́; familiæ, hiſtoria libris 6. conſcripta, quam Deo volente, Ioan. Oporinus breui dabit in publicum.*

Baptiſtæ *Rhegienſis epiſcopi de flenda cruce carmen elegiacum. Eiuſdem carmen de morte, de beata virgine. Elegia recommendationis animæ in extremis. Item epiſtola Pilati Galli, de nece domini ad Claudium imperatorem, & Lentuli epiſtola ad Senatum Romæ, de ſtatura & lineamentis Ieſu Chriſti. Omnia ſimul impreſſa ſunt Viennæ Auſtriæ, in quarto.*

Baptiſta *de Salis, ordinis fratrum minorum, prouinciæ Ianuenſis, edidit Summam Baptiſtinianam lib. 1. & quædam alia. Floruit* 1494. * *Eius ſumma caſuum quæ Baptiſtiniana nuncupatur, in fol.* 1479. *eſt excuſa.*

Baptiſta *Sanga poemata quædam edidit, vt refert Lilius Gyraldus, in hiſtoria poetarum noſtri temporis.*

Baptiſta *Sapinus conſiliarius Regius, annotationes Ioan. Brodæi in Epigrammata Græca, Oppianum, & Euripidis tragœdias, edi curauit, & in annotationes in Euripidem præfatus eſt.*

Baptiſta *Sardus ſcripſit quædam in Pandectas medicinæ.*

Baptiſta *de S. Seuero ſcripſit ſuper Feudis. Idē forte, qui Ioan Baptiſta. Vide infra.*

Baptiſta *Trouamala, ordinis minorum obſeruantiæ, ſcripſit Summam ad vtilitatem ſimplicium confeſſorum ordine alphabeti, quæ nominatur Roſella caſuum conſcientiæ. Impreſſa eſt Argentinæ anno Domini, 1516. in folio chartis. 88. Floruit author Louanij anno 1483.*

Baptiſta *de Valle I. C. ſcripſit de bello & duello.*

Baptiſta *à Villalobos Toletanus, ſcripſit Communes opiniones ſeu ſententias iuris.*

Baraleti *cuiuſdam ſermones impreſſi ſunt.*

Baram *Perſæ ſomniorum interpretis meminit in initio operis ſui Leo Tuſcus.*

Barbati *liber medicinæ ſcriptus alicubi extat.*

Barbios *in libro de agricultura citatur à Serapione.*

Bardeſanes, *qui in Meſopotamia clarus habitus eſt, ſcripſit infinita aduerſum omnes penè hæreticos qui ætate eius pullulauerant, & multa alia ſuper perſecutione volumina, quæ ſectatores eius de Syriaca lingua verterunt in Græcam. Scripſit inter alia, Contra Martionem, De fato contra Abidam aſtronomum. Hic in Valentinianorum errorem incidit: vt teſtatur Epiphanius. Vixit tempore Antonini Veri.*

Barlaam *Calaber, S. Baſilij monachus, vtraq; lingua eruditus, multa quæ pertinēt ad diſciplinas, vno volumine coegit: cuius opuſcula quædam Græca apud Italos reperiuntur. Item epiſt. logiſtices lib. 5. Arithmetica demonſtratio: vel, Geometrica demonſtratio de numeris. Geometria. Super inuentione feſti paſchalis theologica ſpeculatio: Sermones contra Latinos de ſpiritu Sancto Romæ extant. Barlaam, Carbaſilæ, & aliorum diuerſorum de proceſſione ſpiritus Sancti opuſcula ibidem. Barlaami ſcholia in Ptolemæi Muſicam extant Venetijs apud Ber. Turriſanum.* * *Barlaam monachus contra primatum Papæ & de ſpiritu ſancto Græce M. S. bibl. Imperat. Eiuſdem hiſtoria & narratio de regione Æthiopum, quæ Indica dicitur, iunctis aliquot martyrum vitis in fol. M. S. bibl. Imperat. Viennæ.*

Barnabas *Cyprius qui & Ioſeph Leuites, cum Paulo gentium apoſtolus ordinatus, vnam ad ædificationem eccleſiæ epiſtolam compoſuit, quæ inter apocryphas ſcripturas legitur. Honorius. Barnabā quidam tradunt, alij verò Clementem authorem eſſe epiſtolæ ad Hebræos quæ Paulo inſcribitur. Philaſtrius.*

Barnabæ *Briſonij, Selectarum ex iure ciuili antiquitatum lib. 4. Super 1. ff. noui De ſol. & libe. lib. 3. Ad leg. Iul. de adult. lib. 1. Dictionarium ſiue de verborum ſignificatione. Parergon lib.* * *De ritu nuptiarum, & iure connubiorum.*

Baron *ſeu Varro hiſtoricus Epitomen ſcripſit rerum Alexandri. Suidas. Athenæus refert Batona ſcripſiſſe* ταφὰς *Alexandri. Plin. 7. cap. ſeptimo Beton itinerum Alexandri menſor auctor illuſtris.*

* Barthochini *Repertorium, in fol. Lugd.* 1548.

Bartholus. *Vide Bartolus.*

Bartholomæi *nomen, multi etiam docti Bartholomæus ſcribunt: qui vocabuli compoſitionem, & Græcorum obſeruant orthographiam Barptolomæus, nos euphoniæ gratia p. conſonantem omittemus.*

Bartholomæi *euangelia cenſentur inter apocryphos, in decretis Pontificum.*

Bartholomæi *cuiuſdam practica extat, de experimentis ad omne genus morborum, in qua aliqua ſuperſtitioſa habentur, multa tamen bona quoque inſunt.*

* Bartholomæi *liber de conſolatione peccatorum. Venet.* 1553. *in* 8.

* Bartholomæi *Abborarij, Patauinæ Ciuitatis ſtatuta, Patauij. In folio, anno* 1524.

Bartholomæus *Alexander Orationem ſcripſit de vtilitate linguæ Græce, impreſſam Pariſijs.*

Bartholomæus *Amantius poeta, & Petrus Apianus, inſcriptiones vetuſtas totius ferè orbis collegerunt, vt pluribus in Petro Apiano dicetur. Idē Amantius Landtſpergianus Boius, collegit flores ſententiarum Græcarum & Latinarum. Dillingæ impreſſit Sebaldus Meier* 1556. *in folio.*

Bartholomæus *Anglicus, vide Bartholomæus Glanwyle.*

Bartholomæi *Andreadis Sileſij, Panægyricus in laudem D. Alberti Baronis à Laſco, editus. Gorlicij* 1571.

Bartholomęus *Anulus edidit pictam poeſin, ſunt autem emblemata, id eſt, Icones diuerſæ, cum epigrammatis, vt emblemata Alciati. Lugduni excudit Matthias Bonhomme. Idem opus tranſlatum eſt ab eo in linguam Gallicam.*

Bartholomæus *Argenterius, Italus, ex Galeni libris in medicinæ ſtudioſorum gratiam multa collegit, quæ partim nuper excuſa ſunt Florentiæ,*



Digitized by Google

*conſiliarij, ac inquiſitionum præſidis, Energumenicus. Eiuſdem, Alexicacus. Pariſijs* 1572.

Bartholomæus *Ferrinus, Alphonſo & Herculi Ferrariæ duci ab epiſtolis, commemoratur à Gyraldo in hiſtoria poetarũ noſtri temporis, vt qui Latino & Hetruſco carmine nonnulla ſcripſerit.*

Bartholomæi *Fenni, Villaurenſis, ordinis Prædicatorum, Summa quæ Aurea armilla inſcribitur.*

Bartholomæus *Florarius, Anglus, ſcripſit de Abſtinentia lib.* 1. *in quo corruptos mores cleri perſtringit, & mendicitatem illam religioſam monachorum damnat. Item Florarium, à quo cognomen ipſe accepit. Vixit anno* 1420. *Baleus.*

* Bartholomæi *Fontij proœmium & explanatio in Perſium poetam, manuſcript. in* 4. *bibliotheca Imperatoris.*

* Bartholomæi *Frencellij Coteni Idyllia ſacra* 8. *Wittenbergæ* 1576.

Bartholomæi *Frexij orationes, vnam pro pace, & alteram pro humanarũ artium ſtudijs, Gryphius impreſſit Lugduni, anno* 1539.

Bartholomæus *Garranza, vide Bartholomæum Carranz.*

Bartholomæi *Georgieuitz Prognoma, ſiue præſagium Mahumetanorum, de Chriſtianorum calamitatibus, & ſuæ gentis interitu, ex Perſica lingua in Latinam ab eo conuerſum. Eiuſdem epiſtola hortatoria contra infideles, ad Maximilianum Archiducem Auſtriæ. In* 8. *Antuerp. Item, Libellus de Afflictione tam captiuorum, quam etiam ſub Turcæ tributo viuentium Chriſtianorum. Item de Ritu & ceremonijs, domi militiæq́; ab ea gente vſurpari ſolitis. Impreſſa ſunt Baſileæ ab Oporino cum Alcorano Turcarũ.* **Eiuſdem diſputatio pro fide Chriſtiana & myſterio Trinitatis habita cum Turca. Viennæ, anno* 1548.

* Bartholomæus *Georgius, de Terra ſancta. Romæ,* 1566. *in* 8.

* Bartholomæi *Georgij Hungari peregrini De afflictione captiuorum, & ſub Turcæ tributo viuentium. In* 8. *Antuerpiæ.*

* Bartholomæi *Gernhart oratio funebris habita in funere Wilhelmi duci Saxoniæ. Regenſp.* 4. 1574. *Idem* 50. *Pſalmos & orationes, extra Dauidis Pſalterium, ex veteri & nouo Teſtamento collegit, Germ.* 8. *Erfurdiæ* 1575.

Bartholomæus *Glaunuyle ex nobiliſſimo comitum Sudouolgiorum genere, Franciſcanus, ſcripſit ingens volumen, cui titulum indidit, De proprietatibus rerum, lib.* 18. *De rerum accidentibus, lib.* 1. *Chronicon de ſanctis, lib.* 1. *De mundo ac cœleſtibus, lib.* 1. *Poſtillas ſcripturarum, lib.* 1. *Sermones varios, lib.* 1. *Pluraq́; adhuc alia congeſſiſſe narratur. Claruit anno D.* 1360. *Hic vulgo Bartholomæus Anglicus nominatur.*

Bartholomæus *Goltſchius Chemnicenſis, ſcripſit præfationes in Ciceronem de Officijs, & de amicitia, impreſſas Lipſiæ.*

* Bartholomæi *Gryphij Commentariolus, de expeditione Turcicæ claſſis ac Melitæ obſidione, ad Cæſarem. In folio, manuſcriptus.*

* Bartholomæi *Hoffman* φιλοστοργία, *hoc eſt, de Naturali amore inter parentes, liberos, coniuges, fratres, &c. quid ſit, vnde ſit, & num poſt hanc in beata vita ſit duraturus.* 4. *Francoforti, anno* 1575 *Germanice.*

Bartholomæus *Iſcanus, Anglus, Exceſtrienſis epiſcopus, ſcripſit ad Balduinum Ciſtercienſem abbatem, Dialogum contra Iudæos lib.* 1. *Sermones eruditos lib.* 1. *In obitu Thomæ archiepiſcopi Homil.* 1. *De prædeſtinatione lib.* 1. *De libero arbitrio lib.* 1. *De pœnitentia lib.* 1. *Epiſtolas ad diuerſos lib.* 1. *Atq; alia plura edidit. Claruit anno D.* 1180. *Ad iſtum Ioan. Sareſburius Carnotenſis epiſcopus ſcripſit. Baleus.*

Bartholomæus *Iuſtinopolitanus ad verbum tranſtulit epiſtolas Phalaridis, Apollonij, & Bruti, eaſdemq́; excudendas curauit Græce & Latine in* 4. *anno Domini* 1502.

Bartholomæi *Kleindienſt exhortatio Catholica & Euangelica ad Germanos, qua docet quomodo ſe pij gerant in controuerſijs religionis, ne ab vlla ſecta ſeducantur. Dillingæ* 1569. *Germ.*

Bartholomæi *Latomi Arlunenſis oratio, De laudibus eloquentiæ, dicta in auditorio, cum enarrationem actionũ in Verrem auſpicaretur: impreſſa Baſileæ, cum commentarijs in orationes Ciceronis. Declamatio funebris in obitum principis Richardi archiepiſcopi Treuerenſis: impreſſa Coloniæ,* 1531. *carmen gratulatorium in coronationem Regis Romanorum, ad Carolum Cæſarem* V. *& Ferdinandum regem, fratres Auguſtos, libellus excuſus. Oratio Lutetiæ in auditorio dicta, qua peregrinationem ſuam per Italiam deſcribit, ibidem impreſſa apud Franc. Gryphium. Epitome commentariorum dialecticæ inuentionis Rodolphi Agricolæ, excuſa primum Lutetiæ, deinde Baſileæ, anno* 1536. *& Coloniæ apud Gymnicum. Commentarij in aliquot Ciceronis orationes, videlicet pro P. Quintio, Sexto Roſcio, A. Cecinna, L. Muræna, Archia poeta: ad Quirites poſt reditum, pro Cn. Plancio, M. Cælio, Milone, M. Marcello, Q. Ligario, Deiotaro rege: In Verrinas actiones* 7. *in Vatinium, in Philippicas omnes: excuſi Baſileæ apud Rob. Winter, & denuo apud Oporinum, in volumine Commentariorum ſuper omnes Ciceronis orationes. Cæterum enarratio orationis pro Sexto Roſcio, & alterius pro A. Cecinna, vtraq; ſeorſim exiuit Argentorati. Annotationes in Paradoxa Ciceronis, excuſæ* 1534. *Coloniæ apud Ioan. Prael. Annotationes in libros Ciceronis de Officijs, de Amicitia, de Senectute, de Somnio Scipionis, omnes typis publicatæ. Enarrationes in Topica Ciceronis ad Trebatium, impreſſæ Argentorati, apud Mylium,* 1539. *Enarrationes in Partitiones oratorias Ciceronis, Pariſijs ex officina Franc. Gryphij,* 1539. *Eiuſdem & Martini Buceri theologi ſcripta duo aduerſaria, impreſſa Argentinæ* 1544. *Eiuſdem ſumma totius rationis diſſerendi, vno eodemq́; corpore & dialecticas & rhoricas partes complectens, impreſſa eſt Coloniæ apud Gymnicũ* 1542. *octem.* 13. *Eiuſdem Refutatio calumniarum Buceri, im-*

Digitized by Google

tiimpreſſa eſt Coloniæ, anno D. 1546. in 4. *Eiuſdem ſcripta contra Dathenum, Iacobum Andreæ, ibidem, vt arbitror impreſſa.*

Bartholomæi *Latomi Arnenſis epiſtola Elegiaco carmine Auſtriæ nomine ad Carolum* V. *Impreſſa Argentinæ* 1527. * *Eiuſdem & Martini Buceri duo ſcripta aduerſaria. Argent.* 1544. *Eiuſdē Imperator Cæſar D. Maximilianus defunctus. In* 4. *Auguſtæ.* 1519.

* Bartholomæus *Laurentius ſcripſit auctarium in Chronica Naucleri, impreſſum Coloniæ apud Petrum Quentel, anno* 1544.

Bartholomæus *Longuinus* I.C. *ſcripſit ſuper Autenticis conſtitutionibus, opus excuſum Ingolſtadij anno* 1542.

Bartholomæus *Lombardus Veronenſis, & Vincentius Madius Brixianus ſcripſerunt communes explanationes in librum Ariſtotelis de poetica, quas Madius poſt obitum Lombardi, cum ſuis in eundem librum annotationibus edidit: Appoſita etiam Lombardi præfatione in Ariſtotelis poeticam, quam ad Inflammatos in Academia Patauina habuit. Vincentius Valgriſius excudit Venetijs anno Domini* 1550. *in folio.*

Bartholomæi *Maggij de vulnerum ſclopetorum & bombardarum curatione tractatus, impreſſus Bononiæ, anno Domini* 1552. *in* 4. *chartis* 34. *& dimid. cum indice, apud Bartholomæum Bonardum: & Tiguri apud Geſneros fratres cum alijs diuerſis de chirurgia authoribus, anno D.* 1555. *in fol.*

Bartholomæi *cuiuſdam magiſtri in practica, in traductiones et experimenta medicorū, &c. liber manuſcriptus Latine & Germanice multa ſuperſtitioſa & Magica continens.*

Bartholomæus *Maranta Venuſinus medicus, condidit methodi cognoſcendorum ſimplicium medicamentorum lib.* 3. *Commentarios quoq; in Dioſcoridem promittit. Epiſtola de aqua Ferrata prodijt Venetijs, anno* 1562. *Lucullianarum quæſtionum lib.* 5. *Baſileæ, anno D.* 1564. *in folio.* * *Idem de Theriaca & Mithridatico, libros duos conſcripſit Italice.*

Bartholomæi *Mariſcotti, oratio de Vtilitate Concilij Tridentini, Fanuentiæ in diœceſana ſynodo habita. Florentiæ in* 4. 1565.

Bartholomæus *Marlianus edidit, Conſulum, Dictatorum, Cenſorumq́; Romanorum ſeriem, vnà cum ipſorum triumphis, quæ marmoribus ſculpta in foro reperta eſt, atq; in Capitolium tranſlata. Libellus impreſſus Romæ, anno D.* 1549. *octern.* 5. *Plura de Marliano, quære in Ioanne Bart. Marliano.*

Bartholomæus *Mayrolæ medici Papienſis, compendioſa methodus in acutis morbis curandis.*

* Bartholomæi *à Medina ordinis Prædicatorū expoſitio in primam ſecundæ Angelici doctoris D. Thomæ Aquinatis. fol. Venetijs*

Bartolomæus *Merlinger, quondam medicus Auguſtanus, ſcripſit de Infantium valetudine tuenda & curandis morbis librum, quem Egenolphus excudit Francoforti, anno Domini* 1531. *cum Alberto de Secretis mulierum.*

Bartholomæi *Merulæ Mantuani, Apoſtolici protonotarij in Ouidij libros de Ponto commentaria Venetijs impreſſa, anno* 1507. *quo etiam ab authore abſoluta ſunt: Et in libros eiuſdem de Triſtibus, de arte amandi, & remedio, commentaria impreſſa Baſilea apud Heruagium, tum alijs in eundem authorem Commentarijs, anno* 1550.

Bartholomæus *Moiranus preſbyter, Pyladis carmen ſcholaſticum interpretatus eſt, & edendum curauit.*

Bartholomæi *Montagnanæ, ſiue de monte Guana, medici et chirurgi opera, impreſſa Venetijs apud Octau. Scotum* 1497. *Conſilia diuerſa, numero* 303. *tractatus tres de balneis Patauinis, de compoſitione & doſi medicinarum, Antidotarium. Eiuſdem libri de balneis Patauinis, impreſſi ſunt Venetijs à Iuntis in opere de balneis.*

Bartholomæus *Neapolitanus* I.C. *fuit cōtemporaneus Dini, ſecundum Io. An. in addi. ſpe. in tit. De iuramento cal. & in tit. de donat.*

Bartholomæus *de Oſſa Bergomenſis, ſcripſit Hiſtoriarum diuerſarum lib.* 16. *Claruit anno Domini* 1340.

* Bartholomæi *Pannoni Comœdia gryllus, & eiuſdem inter vigilantiam & torporē Dialogus* 4.

Bartholomæus *Parmenſis, quædam de Geomantia ſcripſit.*

Bartholomæus *Parthenius Benacenſis, vitam Thucididis ex Marcellino Græco tranſtulit, charta dimidia impreſſam, cum Latino Thucidide.*

Bartolomæus *Pitenus Richardi confutationem Mahometis è Latino in Græcum conuerſam, rurſus Latinitate donauit. Oporinus Baſileæ cum Alcorano impreſſit.*

Bartholomæus *Picernus, de monte Arduo, Conſtantini magni donationis priuilegium, in bibliotheca Pontificia Græce repertum, vt ipſe ait, ad Iulium* II. *Latinitate donauit, impreſſum Coloniæ, anno Domini* 1535. *in Faſciculo Ortuini Gratij. Idem (ni fallor) cum priore.*

Bartholomæus *Piſanus, ordinis fratrum Prædicatorum, ſcripſit ſummam magiſtruciam, quæ dicitur ſumma Piſana. Item de vitijs & virtutibus, item de pœnitentia. M. Dreſſerus.* * *Item librum Conformitatum in fol. Mediolan.* 1510.

Bartholomæus *Platina, vide Bapt. Platina.*

* Bartholomæus *Reiſacherus, Artium & medicinæ Doctor Viennæ, Maximiliani Imperat.* II. *filiorum filiarumq́; Genethliaca iudicia aſtrologica fecit, anno* 1564. *Ms. Eiuſdem tabulæ quantitatis dierum & noctiū artificialium. In* 4. *Villaci in Carinthia. Ms.* 1561. *Eiuſdem de Mirabili nouæ ſtellæ, menſe Nouemb. anno* 1572. *conſpectæ, phænomeno. Viennæ Caſpar Stainhofer,* 1573.

Bartholomæi *Reuſneri Chriſtiana confutatio inauditarum blaſphemiarum & mendaciorum Theophraſti Paracelſi, quæ contra verbum Dei, & artem medendi effudit in tribus lib. philoſophiæ ad Athenienſes. Gorlitij* 1550. *Germ.*

Bartolomæi *Riccij Lugienſis apparatus Latinæ locutionis, ex bonis authoribus in ſuum ordi-*

nem deſcriptus: excuſus primum in Italia, deinde Argentorati, anno 1535. Eiuſdem de Imitatione lib. 3. impreſſi ſunt Venetijs in officina Aldi, & (ab autore recogniti) Baſileæ apud Oporinum, cum aliorum de Imitatione libris. Præterea ſcripſit apologiam contra Sardum, de Gloria lib. 3. & in Catullum quædam, vt ipſe de ſe refert, in Epiſtolis ad Aonium Palearium, quæ cum Palearij epiſtolis à Gryphio impreſſæ ſunt.

* Bartholomæi Rimbertini, de Florentia epiſcopi Cerenenſis liber de Senſilibus delicijs paradiſi, ex tractus ex tractatu Ioannis de Tambaco. 8. Pariſijs Iodocus Badius, 1514.

Bartholomæus de Riparia, Tholoſæ Dominicanus, epiſcopus Baionenſis, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4.

Bartholomæi Romulæi compendium ſeu tractatus de Mora in obligationibus, Ingolſtadij 1569. in 4. Eiuſdem tractatus de Homicidio, ad ſui corporis tutelam ex propoſitio, & caſu perpetrato, in L. vt vim. De iuſtit. & iure. Ibidem in 4. Eiuſdem Tractatus de materia iuris accreſendi difficillima, & in omnibus vltimis voluntatibus vtiliſſima, & maxime quotidiana, in l. re coniuncti, de Leg. 3. Ingolſtadij in 4. Compendium de teſtatorũ præceptis, bona extra familiam alienari ad nobilitatem conſeruandam inhibentibus: cum Commentarijs in L. familias, &c. in 4.

Bartholomæus Roquallus, filius comitis de Roquacallus, 22. magiſter generalis Carmelitarum, & epiſcopus Maſſilienſis, ſcripſit lecturam ſententiarum, lib. 4. Conciones ad clerum lib. 1. Claruit anno Domini 1433.

* Bartholomæi Roſini oratio funebris, in funere Wilhelmi ducis Saxoniæ habita. 4. Regenſpurgi, anno 1574.

Bartholomæi & Petri, Roſtinorum medicorum, ſententiæ omnes & verba, quæ in Hippocratis aphoriſmis continentur, iam recens & accurate in nouum ordinem alphabeticumq; digeſta, vt quæuis in ipſis cõmemorata, nunc facilius & celerius quam antea inueniri queant.

Bartholomæus de Saliceto Iuriſcõſultus, ſcripſit ſuper Codice lib. 9. ſuper Inſtitutis lib. 4. De vſu Feudorum lib. 1. Lecturam ſuper 1. 8. & 9. Codicis, manuſcriptam M. Dreſſerus, & alia complura. Claruit anno 1390. * Eius Lecturæ ſuper Digeſto veteri & Codice: Quamplurium Iureconſultorum adnotationibus illuſtratæ, in fol. Venetijs

Bartholomæus Saligniacus, Gallus, vir nobilis, doctus & eloquens, eques auratus, ſcripſit Itinerarium Paleſtinæ lib. 1.

Bartholomæi Scalæ, epiſtolæ 3. Florentiæ ſcriptæ ad Angelum Politianum, leguntur in lib. 5. Epiſtolarum eiuſdem, & 5. in 12.

Bartholomæi Sculteti Prognoſticon nouilunij ecliptici, anno 1567. in quo varij euentus proximorum annorum prædicuntur. Gorlicij anno Domini 1569. Eiuſdem Miſniæ & Luſatiæ Chorographia: ibidem anno 1569. Calendarium eccleſiaſticum perpetuum Gorlicij 1571. in quarto Germanice. Gnomonice de Solarijs Germanice deſcripta. Gorlicij 1572. in folio* Idem tractatũ de peſte eiuſq; accidentarijs morbis & præſeruatiua ex Theophraſti Paracelſi libris collegit, Germ. 8. Baſileæ 1575. de Cometa qui anno 1577. apparuit.

Bartholomæi Schoenbornij Computus vel Calendarium Aſtronomicum, continens præcipuarum partium temporis deſcriptiones. Wittenbergæ 1567 octauo. Verſus ſententioſi ex Græcorum poematis collecti, & ad literarum ordinem digeſti. Ibidem 1570. * Idem C. Plinij librum 2. de Mundi hiſtoria cum Commentario Iacobi Miliebij, pluribus in locis auxit & repurgauit. 4. Lipſiæ, 1573.

Bartholomæi Sibyllæ Monopolitani Theologiæ profeſſoris, Speculum peregrinarum quæſtionum, ad Alfonſum de Arragonia ducem Calabriæ, per tres Decades, ex theologis, iuriſperitis, philoſophis & Aſtrologis concinnatum, impreſſum eſt Argentinæ apud Ioannem Gruninger, anno Domini 1490. in 4.

Bartholomæi Sileber, Præſeruatio à morbo Gallico, Viennæ.

Bartholomæi de Spina, de Poteſtate Papæ ſuper coniugijs in gradibus lege diuina prohibitis. Idem de Strigibus.

Bartholomæi Spontoni Muſici lib. 2. Madrigalium, excuſi Venetijs apud Gardanum.

Bartholomæus Sozinus Senenſis, Mariani ſenioris filius, I. C. ſcripſit de Regulis iuris & fallentijs: & quædam in ff. no. & Inforciati 2. Idem ſcripſit ſuper omnibus octo partibus iuris ciuilis Commentaria. Item Conſiliorum volumina quatuor varijs in locis excuſa. Regulas & earum fallẽtias falſo illi attribui, viri fide digni referunt. Mariani Sozini & Bartholomæi filij Conſiliorum volumina 4. Franciſci Pepij appendicibus ornata, impreſſa ſunt Venetijs, 1572. in folio. Commentaria ad ius ciuile, cum doctiſſimorum Iureconſultorum Annotationibus, impreſſa Lugduni, anno Domini 1573. in folio.

Bartholomæi Steni Ducum, Iudicum, Regum Iſraelitici populi compendioſa commentatio, impreſſa Norimbergæ per Hieronymũ Holzel 1523. edita à Thoma Venatorio.

Bartholomæus Syluanius Salonenſis medicus, tranſtulit Ammonij Hermeæ commentarios in prædicamenta Ariſtotelis ex Græco in Latinum. Hieronymus Scotus impreſſit Venetijs, anno 1541. Item in librum de Interpretatione, quos cum ſuperiori Venetijs Gryphius impreſſit, 1555. Iidem commentarij à Gaſtono Sala recogniti, impreſſi ſunt Pariſijs à Colinæo, anno D. 1542. venduntur 5. ſolidis Gallicis. Præterea tranſtulit Galeni librum de Conſtitutione artis medicæ. Item Definitiones medicas, quas etiam ex codicum veterum collatione plurimis locis auxit. De atra bile. De ſubſtantia facultatum naturalium fragmentum. Quod animi mores corporis temperaturam ſequantur. De plenitudine librum. Recognouit etiam quædam ab alijs tranſlata in Galeno, in editione Iuntarum, anno D. 1551. Venetijs publicata. Tranſtulit etiam Aphrodiſæi commen-

Digitized by Google

commentarios in octo libros logicos Ariſtotelis: vt index bibliothecæ Oporini indicat.

Barholomæi Syluij Cremonenſis libellus de Euchariſtia, impreſſus eſt Baſileæ ab Oporino in octauo. 1558.

Bartholomæus Traberon Anglus, Eduardo ſexto Anglorum regi à Bibliothecis, ac decanus Ciceſtrenſis, ſcripſit Parænesim ad Thomam fratrem vt Chriſtum Ieſum illiusq; doctrinam, quæ noſtro ſeculo è ſophiſtarum latebris auſpicato erupit, amplectatur, lib. 1. In mortem Henrici Dudlæi, & Viati ſenioris Carmina. Analyſin ſcoparum Cochlæi, lib. 1 In teſtamentum G. Tracij, lib. 1. Epiſtolas & carmina lib. 1. In primum caput Ioannis contra Arrianos lib. 1. Tranſtulit in ſermonem Anglicum Chirurgiam Ioannis de Vigo lib. 9. Epitomen documentorum eius, lib. 1. Interpretationem verborum lib. 1. Aliaque multa Latine & Anglice edidit. Claruit anno 1556. Balæus.

Bartholomæus Tridentinus hiſtoricus, ſcripſit vitas ſanctorum lib. 1.

Bartholomæi Veſpucij Florentini artium & medicinæ doctoris, oratio habita Patauij, anno 1506 in laudem quadriuij, ac præſertim Aſtrologiæ, item Annotationes nonnullæ ſparſim in ſphæram Ioan. de Sacrobuſto: impreſſa Venetijs 1508. cum alijs opuſculis & annotationibus de ſphæra.

Bartholomæi ab vrbe veteri cenſura in Antidotarium Meſue.

Bartholomæus Vinciguera de Capua, ſcripſit Gloſſas ſuper conſtitutionibus regni Siciliæ. Numeratur hic ſeparatim à Bartholomæo de Capua, in Indice Iureconſultorum Venet.

Bartholomæi Viotti, De demonſtratione lib. 5. Pariſijs 1560. in 8.

Bartholomæus de Vrbino, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini, ex opuſculis S. Ambroſij & Auguſtini opus ſingulari ſtudio ſecundũ alphabeti ordinem in vnum comportauit, cui titulum impoſuit, Milleloquium Auguſtini lib. 1. milleloquium Ambroſij lib. 1. De bello quoq; ſpirituali lib. 1. & alia complura. Floruit anno D. 1410. Vide ſupra in Auguſtino de Anchona.

* Bartholomæi de Vſingen, Auguſtiniani, Purgatorium contra Lutheranos, Herbipoli 1527. in octauo. Libellus item de duabus diſputationibus in 8. anno 1527.

Bartholomæus Weſthemerus, Phorcenſis, Germanus, collegit tropos inſigniores vtriuſq; Teſtamenti, quos Thomas Wolfius excudit Baſileæ 1528. & deinceps ipſe etiam in ſua officina, & poſtremo magna acceſſione auctos Ioan. Heruagius, hoc anno. Idem edidit Conciliationem ac conſenſum ſacræ ſcriptur & patrum Orthodoxorum, in qua eſt cernere quid vtriuſq; Teſtamenti biblia cum eccleſiæ doctorum doctrina, quid cum Conciliorum ſacrorũ canonum, pontificumq; Romanorum conſtitutionibus, & quid cum omnibus de re Chriſtiana ſpectatioris fidei hiſtorijs, conueniens communeue, quidq; varians habeant. Liber impreſ. eſt Tiguri ab And. Geſn. anno 1552. quater. 79.* Eiuſdẽ Phraſes diuinæ ſcripturæ. Antuerp. in ædibus Ioan. Steelſij 1539 Item liber Eccleſiaſticorũ carminum cum alijs hymnis & proſis exquiſitiſſimis, in 8.

Bartholomæus Zambertus Venetus, Euclidis Geometrica elementa, & commentarios in eoſdem Theonis & Hypſiclis Alexandrinorum Latinitate donauit. Opus impreſſum Pariſijs, vnà cũ Campani Galli commentarijs, à Michaele Pontano recognitum. Deinde Baſileæ 1537. etiam quibuſdã alijs adiectis. Eiuſdem comœdia quædam excuſa, inter libros officinæ Heruagij numeratur. Idem tranſtulit etiam ex Euclide Phænomena, ex traditione Theonis. Catoptrica, Optica ex traditione Theonis, Data ex traditione Pappi, & in eadem protheoriam Marini philoſophi. Quæ omnia impreſſa ſunt Baſileæ à Io. Heruagio, cum elementis Euclidis ab eodẽ tranſlatis, anno D. 1573.

Bartholomæi Zanchi Bergomatis, in Salluſtij Catilinariam Cõmentarius vtiliſſimus, 1554. Venetijs impreſſus, & Baſileæ apud Hein. Petri 1564.

Bartolinus Perusinus, capellanus Cardinalis Gurcenſis, in literas retulit reſpõſionem Principum Germaniæ, datam legatis Leonis X. & cæteris oratoribus, Auguſtæ Vindelicorum, anno D. 1518. Libellus impreſſus ſeſquicharta.

Bartoli Lucani Vtinenſis, ad Innocentiũ P. M. VII. oratio: impreſſa ab Euchario Argyrio.

Bartolus de Hugutio vel Hutio Gallus I. C. De quartis, De ſubſtitutionibus.

Bartolus de Saxoferrato, I. C. clariſſimus, ſcripſit commentaria ſuper totum propè Ius ciuile. Claruit anno 1355. Eius Cõmentaria in 12. lib. Codicis, ſtudio & opera Iacobi Concenatij I. C. ab innumeris mendis expurgata, excuſa ſunt Baſileæ in officina Frobeniana, anno 1562. in magno fol. Commentaria item in totum ius ciuile, cum aduocationibus Alex. Barb. Pariſ. Claudij à Seiſſel. And. Poma. Io. Frãc. Roue atq; aliorũ, edita ſunt Venetijs 1570. apud Iuntas fol. Diſtinctionum tabulæ, in 4.

* Baruch Canephius ateomachiam ſiue refutationem errorum, & deteſtandæ Impietatis Athrorum, Libertinorum, & aliorum profanorum hominũ his extremis temporibus prodeuntium, ad confirmandũ infirmos in fide eccleſiæ Chriſtianæ, Gallica lingua edidit in lucem. In 8. per Ioan. Durandum 1582.

Baſianus optimus Rhetor ex Berœa vrbe Syriæ Stephanus.

Baſilis Indica citantur ab Athenæo. Plin. quoque 6. Naturalis hiſtoriæ Baſilem citat.

Baſilicus ſophiſta ſcripſit de Figuris dictionis, de rhetorico apparatu ſeu exercitatione: de Mutatione, & alia quædam. Suidas.

Baſilides Gnoſticorum impuriſſimæ ſectæ auctor fuit: plures Deos finxit qui ab Epiphanio enumerantur.

Baſilij Achrideni archiepiſcopi Theſſalonicæ, reſponſum ad epiſtolam Adriani pontificis, quæ & ipſa præponitur, Græce cum canonibus Conciliorũ, quos Ioannes Zonaras expoſuit.

Baſilij Fabri Sorani, Germani, ex Terentio & Cicerone excerpta, cum interpretatione locorum

Digitized by Google

*aliquot obſcurorum in vtroq; authore. Extudit Valentinus Papa Lipſiæ. Idem vertit in linguam Germanicam Lutheri Commentarios in Geneſim. Item Saxoniam Cranzij. Lipſiæ 1563. Eiuſdem theſaurus eruditionis ſcholaſticæ, ſiue ratio docendi & discendi facili & compendiaria prorſus via: ex optimis quibuſq; authoribus Græcis & Latinis. Et ſupellex inſtructiſſima verborum, locutionum, rerum, ſententiarum, exemplorum, &c. Lipſiæ, anno Domini 1571. impreſſa omnia ſimul in fol.*

Baſilij *Imperatoris Parænesés, ſiue capita neceſſaria, ad Leonem filium ſuum, Venetijs manuſcripta extant, & Romæ in Vaticana bibliotheca, & Strozæ.* Et Viennæ in bibl. Imperatoris, hoc titulo, Baſilij Romanorum Imperatoris, grauiſſimæ ſententiæ admonitoriæ, & morales, ad ipſius filium, de Pia inſtitutione & educatione, in quarto manuſcriptæ.*

Baſilius *Cæſareæ, Cappodocum epiſcopus, propter ſingularem eruditionem & eloquentiam Magni cognomen accepit, celeberrimus apud omnes Græcos & Latinos: obijt Gratiano imperante. Scripſit plurima, verum eius opera quæ publicè extant, excuſa ſunt Baſileæ Græce in officina Frobeniana, 1551. à Iano Cornario emendata, & eadem Latine quoque eodem interprete ibidem ſunt excuſa. Sunt autem hæc: De opificio ſex dierum, ſiue hexaemeron, homiliæ 11. In Pſalmos homiliæ 17. Variorum argumentorum homiliæ 29. De Spiritu ſancto liber. Epiſtolæ Baſilij & Gregorij theologi. Exercitiorum pietatis ſermones 7. De iudicio Dei. De fide. Sententiæ aut ſummæ morales 80. Quæſtiones ac interrogationes diffuſius explicatæ 55. Quæſtiones breuiter ac compendio explicatæ 313. Pœnæ variæ in delinquentes. Conſtitutiones Aſceticæ 34. Epiſtolas ad Chilonem. Epiſtola ad monachum lapſum. De Baptiſmo libri duo. De libero arbitrio ſermo. De virginitate liber. De paradiſo ſermo. Contra apologeticum Eunomij libri quinque. Porrò quæ in operibus non habentur ſeparatim excuſa ſunt. De exercitatione Grammatica libellus Florentiæ primum excuſus Græce: deinde Baſileæ apud Oporinum cum Antonij Lulli in eundem præparatione. Baſilij & Chryſoſtomi ſacrificij ſeu miſſæ ritus, ex ſacerdotali Græco in Latinum tranſlatus, per Gentianum Heruetum. Venetijs apud Bruciolum, anno 1548. Sermones 24. ex omnibus Baſilij libris, quorum magna pars non extat, ſelecti Pariſijs apud Morelium Græce & Latine. Præterea ex libris commemoratis quidam à pluribus tranſlati ſunt, qui ſinguli ſuo loco cõmemorantur, vt Muſculus, Perionius & alij. Extant etiam in bibliothecis complures libri Baſilij nondum (quod ego ſciam) in publicum editi. Auguſtæ Vindelicorum Commentaria in Eſaiam prophetam, in quibus deſunt 16. capita. Ibidem Epiſtolæ θαυμάσιαι 344. varij præterea ſermones, ὅροι θεολογικοὶ λβ': & quædam dudum edita. Romæ Epitome ſiue ἐκλογὴ librorum Origenis, facta à Baſilio & Gregorio theologo, quod opus Philocalia Origenis vocant: aliàs Delectus ex varijs libris Origenis, continens quæſtiones & ſolutiones ſcripturæ.* Has Bonauentura Vulcanius Brugenſis Latine vertit. Expoſitio εἰς τὸν ψαλτῆρα: fortè non alia quàm homiliæ iſtæ, quas in aliquot Pſalmos excuſas habemus. Cum Canonibus Conciliorum, quos Zonaras expoſuit, hæc quoq; Baſilij habentur. Epiſtolæ tres ad Amphilochum, vna de Bianore, an idoneus ſit ad Clerum propter iuramentum: alia de pœna Clericorum qui dereliquerunt: tertia de ciborum differentia. Epiſtola ad Diodorum Tarſi epiſcopum, de illis qui ſorores duas ducunt vxores. Epiſtola ad Nicopolitas. Alia epiſtola ad Gregorium preſbyterum ὥστε χωρισθῆναι αὐτὸν τῆς συνοίκου γυναικός. Alia ad Chorepiſcopos ὥστε μὴ γίνεσθαι χωρὶς αὐτῶν ὑπηρέτας παρὰ τοὺς κανόνας. Alia ad epiſcopos ſibi ſubiectos, ne pecuniæ cauſa eccleſiæ miniſtros ordinent. Venetijs ad S. Antonium multa quoq; Baſilij habentur, vt Homiliæ cum gloſſematis. Epiſtolæ expoſitio in Euangelium. In bibliotheca Ioannis Sambuci, ἐπιστολὴ συνοδική. Refert etiam M. Dreſſerus Baſilium quoque Rhetoricam ſcripſiſſe. D. Baſilij opera Latino ſermone donata, præter cæteras editiones (vt titulus pollicetur) ad fidem Græcorum aliquot exemplarium ſynceriori lectioni reſtituta, multisq; libris aucta: impreſſa ſunt Pariſijs, 1571. in fol. Commentaria eius in Eſaiam ſeparatim edita ſunt Pariſijs à Niuellio 1556. chartis 70. * Baſilij Magni operum ferè omnium codices manuſcripti habentur in bibl. Imper. Viennæ.*

Baſilij *Cappadocis monachi (alius hic eſt à Baſilio Magno)* ἀναφορὰ πρὸς τὸν μητροπολίτην Θεσσαλονίκης ἐκεῖνον κύριον Νικήταν, *habetur cum canonibus Conciliorum, quos Ioannes Zonaras expoſuit.*

Baſilius *epiſcopus Irenopolis Ciliciæ, ſub Anaſtaſio Imperatore, Baſilio Cæſarienſi & ingenio & virtute ſimilis, ſcripſit contra Archelaum Coloniæ preſbyterum. Suidas.*

Baſilij *& Iſaacij Angeli* σημείωμα εἰς τὸ ἀποκείρεσθαι τὰς τῶν ὑποψηφίων ἀρχιερέων γυναῖκας: *habetur cum canonibus Conciliorum.*

Baſilius *Fabritius Zikzai, rector ſcholæ Patachienſis, ſcripſit Refutationem argumentorum Lucæ Agrienſis, anno 1568.*

Baſilij *Ioannis Herold Dialogi ad Gilbertum Cognatum. Vide in Ioanne Herold.*

* Baſilij *Theſſalonicenſis commentarij in Nazianzenum, Græce Ms. fol. bib. Imp.*

Baſilij *Zanchi Bergomatis, Canonici ordinis Lateranenſis, verborum Latinorum ex varijs autoribus epitome, Bernæ excuſa. Eiuſdem autoris Epithetorum commentarij, longè doctiſſimi, Romæ excuſi ordine literarum, anno 1542. Et Baſileæ multo emendatius ex officina Ioan. Oporini, vnà cum eiuſdem Eclogis & epigrammatis aliquot. Baſilij Zanchi poematum lib. 8. Baſileæ ab Oporino impreſſi. * Eiuſdem in 4. Reg. & 2. Paralip. quæſtiones. Romæ 1548. in 8.*

Baſinius *Parmenſis ſcripſit quædam carmine, de quibus habetur penultimum epigramma libri tertij Syluarum Baptiſtæ Mantuani, quo eius poemata commendat. Porrò quædam illius carmina, cum Porcellij & Trebanij poetarum opuſculis Colinæus excudit*

Digitized by Google

*excudit Pariſijs, anno Domini 1539. Idem res geſtas Sigiſmundi Pandulphi Malateſtæ, Ariminenſis principis, inchoauit, ſed morte præuentus non abſoluit. Sepultus Arimini. * Eius Heſperidos libri tredecim à Michaele Toxite in lucem editi. In fol.*

Baſsi *cuiuſdam Epigrammata 8. extant inter ea quæ Planudes digeſsit: ſemel duntaxat Lollij cognomẽ additur. Horum ſex in primo libro reperies, vnum in tertio, poſtremum in octauo.*

Baſsiani, *Ambroſij & aliorum epiſtolam ad Syricium Papã, habes in decimo libro S. Ambroſij epiſtolarum.*

Baſsiani *Landi, Placentini, excellentiſsimi rei medicæ profeſſoris Pataui, Iatrologia (quam adhuc iuuenis ſcripſit) ſiue Dialogi 2. ad Herculem Eſtenſem ſecundum Ferrariæ ducem, quibus continetur methodus ad cognoſcendos & curandos morbos: impreſsi Baſileæ in officina Ioan. Oporini, anno Domini 1543. De humana hiſtoria libri 2. vel De ſingularum hominis partium cognitione: impreſsi Baſileæ in officina eiuſdem, anno 1542. Demoſthenis orationes aliquot Latinos fecit, ex quibus vnam contra Androtionem, Oporinus excudit Baſileæ, vbi in præfatione pollicetur Baſsianus reliquos etiam ſe daturum, quas alij nondum verterint. Eiuſdem Ecphraſis de motu, Ecphraſis de tempore, Ecphraſis de loco, Præfatio in aphoriſmos Hippocratis, Libellus de vacuatione, impreſſa ſunt Pataui apud Simonem Galignanum, anno D. 1552. octernionibus circiter duodecim. Præterea fertur ſcripſiſſe librum, cui titulus eſt Epiphylides, & annotationes in Terentium, ac paraphraſim in libros Ariſtot. de Anima. Commentarios in artem paruam. De origine & cauſa peſtis Patauinæ anni 1555. De incremento. De natura cœleſti.*

Baſſus *Græcus aliquot de Medicina libros ſcripſit, Volaterranus lib. 14.*

Batalus *ſcripſit carmina laſciua, in cuius corpus deformoſiſsimum Antiphanes poeta carmine luſit. Vide Plutarchum in vita Demoſthenis, ferè à principio.*

Battiadis *ſcripta citantur apud Fulgentium in Mytholog.*

Bathon *vt Athenæus, vel Batton, vt Suidas, comicus, fabulæ eius ſunt, Vna decipiens. Homicida. Benemerentes. Ætolus. Eundem de Tyrãnis Epheſiorum citat Athenæus.*

Bathon *Sinopenſis, De Ione poeta, De Theſſalia & Æmonia citatur ab Athenæo. Hiſtorias eius adducit Plutarchus. Eundem de rebus Perſicis ſcripſiſſe refert Strabo.*

Battum *Cyreneum, aiunt compoſuiſſe eam, quæ Mopſi dicitur diuinationem. Clemens Strom. libro 1.*

Bauerius *de Bauerijs, ſcripſit conſilia medicinalia, ex quibus quædam de Balneis, Iuntæ impreſſerunt Venetijs, anno D. 1553. cum aliorum ſcriptis de Balneis.*

Baxon *Chymicus autor, citatur ab Hortul.*

Beatinij *Auguris ſcripta citantur apud Fulgentium.*

Beati *Rhenani Selezeſtadienſis, in C. Plinij naturalis hiſtoriæ libros obſeruationes, excuſæ Baſileæ apud Ioannem Frobenium, anno 1526. Rerum Germanicarum libri 3. excuſi ibidem, anno Domini 1531. & 1551. Adiecta eſt in calce epiſtola eiuſdẽ Rhenani ad Philippum Puchaimerũ, de locis Plinij per St. Aquæum attactis, vbi mendæ quædam eiuſdem autoris emaculantur, antehac nõ à quoquam animaduerſæ. Annotationes in extantes Liuij libros B. Rhenani & Sigiſmundi Gelenij, ſeorſim excuſi Lugduni 1542. Præfatus eſt in Cornelium Tacitum, & annotationes in eundem ſcripſit, editione Frobeniana. Item P. Vellei Paterculi hiſtoriæ Romanæ volumina duo ab interitu vindicauit. Itẽ Q. Sept. Flo. Tertul. opera, quibus & ſingulorum librorum argumenta adiecit, & coniecturas ſuas, cum annotationibus nouis, & collatione ad vetuſtum exemplar: addidit & præfationem. Origenis operibus epiſtolam præfixit, quæ pleraq; de vita obituq; Eraſmi Roterodami cognitu digna continet. In omnia opera Eraſmi Roterodami præfatur, ad Carolum V. Cæſarem. In Senecæ ludum de Morte Claudij commentaria ſcripſit, cum Senecæ operibus. Ioannis Geileri Keiſerſpergij vitam deſcripſit. Præfatus eſt in Theophraſtum Æneæ, & in Xyſti gnomologiam. Epiſtolas duas Gregorij Nazianzeni ad Themiſtium, tranſtulit. Hæc omnia typis excuſa ſunt apud Frobenium. Obijt anno Domini 1540.*

Bebius *Macer ſcriptor, citatur apud Fulgent. in Mythol. & de vocibus antiquis citantur eius Faſtalia dierum. Eius de Grammatica libri citantur à Seruio & Chariſio.*

* Beci *opera quædam contra Græcos in Florentino Concilio, Græce. In 4. manuſcript. bibl. Imper. Viennæ.*

Bectutij *Tritij Collectaneorum meminit Paulus Iouius.*

Beda *ſiue Bedas, Girnicenſis, preſbyter & monachus ordinis Apoſtolici in Wirmuthenſi ac Girnicenſi cœnobijs, Venerabilis cognomentum ex vitæ ſanctitate morumq; grauitate adeptus, plurima ſcripſit, ex quibus quædam varijs in locis ſeparatim edita ſunt, poſtea verò Pariſijs, anno 1545. tres Tomi operum eius ſunt editi: poſtremò Baſileæ Ioannes Heruagius, anno 1563. octo Tomos operum Bedæ edidit, quorum hic eſt Elenchus. Tomo 1. Cunabula Grammaticæ artis Donati. De octo partibus orationis liber. De arte metrica liber. De ſchematibus ſcripturæ liber. De tropis Sacræ ſcripturæ liber. De orthographia liber. De arithmeticis numeris liber. De computo dialogus. De diuiſionibus temporum liber. De arithmeticis propoſitionibus. De ratione calculi. De numerorum diuiſione. De loquela per geſtum digitorum libellus. Bridferti Rameſienſis in eundem libellum Commentariolus. Ioannis Nouiomagi ſcholia in eundem. De ratione vnciarum libellus. Bridferti Commentariolus in eundem. De argumentis Lunæ. Ephemeris ſiue Computus vulgaris. De emboliſmorum ratione computus. Decennouales circuli. De Cyclo paſchali.*

Digitized by Google

De mundi cœleſtis terreſtriſq́ conſtitutione liber. De muſica theorica. De muſica quadrata ſeu menſurata. De circulis ſphæræ & polo. De planetarum & ſignorum cœleſtium ratione. De tonitruis libellus. Prognoſtica temporum. De menſura horologij libellus. De aſtrolabio libellus. De natiuitate infantium libellus. De minutione ſanguinis libellus. De ſeptem mundi miraculis libellus. Hymni. De ratione computi libellus. Tomo II. De natura rerum liber. De temporum ratione liber. De ſex ætatibus mundi, ſiue Chronica liber. De temporibus liber. Sententiæ ex Ariſtotele. Sententiæ ex Cicerone. Prouerbiorum liber. De ſubſtantijs. Περὶ διδάξεων ſiue elementorum philoſophiæ lib. 4. De paſchæ celebratione, ſiue de æquinoctio vernali liber. De diuinatione mortis & vitæ epiſtolæ. De arca Noe. De linguis Gentium. Sibyllina oracula. Tomo III. Gentis Anglorum Eccleſiaſtica hiſtoria lib. 5. Epitome eiuſdem hiſtoriæ. Vita D. Cuthberti. Vita D. Felicis. Vita D. Vedaſti. Vita D. Columbani. Vita D. Attalæ. Vita D. Patritij, lib. 2. Vita D. Euſtaſij. Vita D. Bertolfi. Vita D. Arnolfi. Vita D. Burgundoforæ. Iuſtini martyrium carmine. Martyrologium. De ſitu vrbis Hieruſalem. Interpretatio nominum Hebraicorum & Græcorum in ſacris Biblijs. Excerptiones & Collectanea quædam. Tomo IIII. Hexameron. In Geneſim expoſitio. In Exodum explanatio. In Leuiticum explanatio. In librum Numeri. In Deuteron. In Samuelem prophetam allegorica expoſitio, lib. 4. In libros Regum quæſtiones. In Eſram & Nehemiam prophetam, allegorica expoſitio, lib. 3. In librum Tobiæ expoſitio allegorica. In Iobum expoſitio, lib. 3. In Parabolas Solomonis expoſitio, lib. 3. In Cantica Canticorum expoſitio lib. 7. De tabernaculo & vaſis eius ac veſtibus ſacerdotum, lib. 2. Tomo V. In Matthæum expoſitio lib. 4. In Marcum expoſitio, lib. 4. In Lucam expoſitio, lib. 6. In Ioannem expoſitio. In Acta Apoſtolorum expoſitio. De nominibus locorum vel ciuitatum, quæ in libro Actuum Apoſtolorum leguntur. In D. Iacobi epiſtolam expoſitio. In primam D. Petri epiſtolam expoſitio. In ſecundam eiuſdem epiſt. expoſitio. In primam B. Ioannis epiſtolam expoſitio. In ſecundam eiuſdem epiſtolam expoſitio. In tertiam eiuſdem epiſtolam expoſitio. In Apocalypſim Ioannis Apoſtoli explanatio. Tomo VI. Retractationes in Act. Apoſt. Quæſtiones in Acta Apoſtolorum 6. In epiſtolam Pauli ad Romanos expoſitio. In epiſtolam Pauli priorem ad Corinthios expoſitio. In epiſtolam Pauli poſteriorem ad Corinthios expoſitio. In epiſtolam Pauli ad Galatas expoſitio. In epiſtolam Pauli ad Epheſios. In epiſtolam Pauli ad Philippenſes. In epiſtolam ad Coloſſenſes. In vtranque ad Theſſalonicenſes. In vtranque ad Timotheum. In epiſtolam ad Titum. In epiſtolam ad Philemonem. In epiſtolam Pauli ad Hebræos expoſitio. Aniani epiſtola ad Euangeliũ preſbyterum. Ioannis Chryſoſtomi epiſtola de Laudibus B. Pauli Apoſtoli. Tomo VII. Homiliæ æſtiuales de Tempore 33. Homiliæ æſtiuales de Sanctis. 32. Homiliæ hyemales de Tempore 15. Homiliæ Quadrageſimales 22. Homiliæ hyemales de Sanctis 16. Sermones ad populum varij. Scintillæ ſiue loci communes. De muliere forti libellus. De officijs libellus. Fragmenta quædam in libros Sapientiales, & Pſalterij verſus aliquot. Tomo VIII. De templo Solomonis liber. De ſex dierum creatione liber. Quæſtiones ſuper Geneſim. Quæſtiones ſuper Exodum. Quæſtiones ſuper Leuiticum. Quæſtiones ſuper librum Numeri. Quæſtiones ſuper Deuteronomium. Quæſtiones ſuper librum Ieſu Naue. Quæſtiones ſuper librum Iudicum. Quæſtiones ſuper librum Ruth. Quæſtiones ſuper quatuor libros Regum. Quæſtionum variarum liber. In Pſalmorum librum commentaria. Vocabulorum Pſalterij expoſitio: item de Diapſalmate collectio. Sermo de eo quod in Pſalmis legitur, Dominus de cælo proſpexit, &c. In Boetij librum de Trinitate Commentarius. De ſeptem verbis Chriſti oratio. Meditationes paſſionis Chriſti per ſeptem diei horas. De remedijs peccatorum. Vita Venerabilis Bedæ. Obitus eiuſdem.

Beertamus Epiſcopus Theſelicenſis, natione Germanus, ſcripſit ad Cunonem archiepiſcopum Treuirenſem inſigne opus, De illuſionibus dæmonum lib. 1. Ad eundem de ſchemate lib. 1. Sermones varios lib. 1.

Begoe Thuſca ſcripſit de Arte fulguritarum, teſte Seruio.

Belinum de Inuentione artium ſcribit author Luminis animæ in Præfatione, à ſe ex Græco Latine redditum eſſe. Citat autem eius rerum naturalium libros 7. De indicijs futurorum, De ſigillis lapidum.

Beliſarius Aquiuiuus, Arrag. Neritinorum dux, ſcripſit librum de Venatione, & alium de Aucupio per accipitres. Item de Re militari, & de Singulari certamine, libri impreſſi Neapoli, ãno Domini 1519. chartis 22. in folio. In Præfatione ad Andream Matthæum Hadrianenſium ducem fratrem ſuum, refert ſe ſcripſiſſe, De principum educatione, & De gubernanda re familiari. Extant Baſileæ 8. 1578.

Bellator preſbyter ſcripſit in librum Sapientiæ lib. 7. Floruit anno D. 840.

Belliſarij & Iuſtiniani epiſtolæ extãt Venetijs ad S. Antonium. Eiuſdem ad Totilam regem epiſtola extat in libris Petri Criniti.

Bemarchius Cæſarienſis ex Cappadocia, ſcripſit de rebus geſtis Conſtantini Cæſaris li. 10. Declamationes itẽ ſcripſit & orationes diuerſas, teſte Suida.

Bencius Longobardus omnium gentium atq́ nationum, regum populorumq́ hiſtorias, à mundi exordio ad ſua vſq́ tempora conſcripſit.

Ben Syræ, vetuſtiſſimi authoris Hebræi, Sententiæ morales, qui à Iudæis nepos Hieremiæ prophetæ fuiſſe creditur, cum ſuccincto Commentario, Hebraice & Latine, Paulo Fagio interprete. Liber impreſſus Iſnæ, apud ipſum interpretem, anno Domini 1542.

Benedicti primi, Pontificis, Decreta extãt in volumine Conciliorũ & decretorum, Coloniæ impreſ.

Bene-

Digitized by Google

Benedictus XII. *Pont. Romanus, Extrauagantes & conſtitutiones edidit lib. 2. Pariſijs in 8. De ſtatu nigrorum monachorum lib. 1. Decretalem religioſorum lib. 1. De ſtatu Canonicorum lib. 1.*

Benedicti *abbatis ſententiæ quædam citantur in libello Coloniæ impreſſo, De officio rectoris eccleſiæ, anno D. 1531.*

Benedicti *de Accoltis, Aretini, de Bello à Chriſtianis contra barbaros geſto, pro Iudæa & Sancto Chriſti ſepulchro recuperandis lib. 4. Robert. Winter impreßit Baſileæ.*

Benedicti *Accolti Cardinalis Rauennæ epiſtolæ tres extant in volumine epiſtolarũ clarorũ virorum, Venetijs & Pariſijs impreſſo.*

Benedictus *Ægius Spoletinus, Apollodori Athenienſis bibliothecam ſiue de Deorum origine lib. 3. tranſtulit, & doctis annotationibus illuſtrauit. Romæ 1565. in 8.*

Benedictus *Aretius ſacrarum literarum Bernæ Heluetiorum profeſſor, in publicum edidit Libellum de Formandis ſtudijs. Tabulas Grammaticæ Hebrææ in folio. Deſcriptionem Stokhorni & Neßi montium, impreſſam Argentinæ cum operibus Cordi. Examen Theologicum in quo grauißimæ controuerſiæ theologicæ breui & perſpicua methodo explicantur. Hiſtoriam Valentini Gentilis iuſto capitis ſupplicio Bernæ affecti: & contra eiuſdem blaſphemias orthodoxam defenſionem articuli de ſancta Trinitate. Cenſuram item propoſitionum, quibus nituntur Catabaptiſtæ in Polonia probare Baptiſmum non ſucceßiſſe Circumciſioni. Geneuæ, anno Domini 1567. in quarto. Edidit etiam incerti authoris librum, De gradibus & compoſitionibus, opus phyſicum & medicum. Tiguri apud Froſchouerum. Catalogum cometarum. Noua duo lemmata, prius de Electione, poſterius de Interpretatione Sacræ ſcripturæ. Bernæ, anno 1572. duodecimo. Problemata theologica continentia præcipuos noſtræ religionis locos breui & dilucida ratione explicatos. Pars prima excuſa Lauſannæ, anno Domini 1573. in octauo. Scripſit præterea in omnes noui Teſtamenti libros Lectiones nouas, quas breui publicandas ſperamus. *Anno 1580. editi ſunt eius Commentarij in Epiſtolas D. Pauli ad Timotheum. ad Titum, & ad Philomonem, facili & perſpicua methodo conſcripti. In 8. Morgijs. Item eiuſdem, ibidem in 8. Commentarij in Epiſtolas Pauli ad Philipſes, Coloſſenſes & in vtramq. ad Theſſalonicenſes. Eiuſdem extat Iſagogæ ad lectionem epiſtolarũ D. Pauli & Canonicarum, qua compoſitionis œconomia & germana diſpoſitio indicatur. 8. Lauſannæ, 1574. Pars item 3. earundem Problematum in lucem prodijt. 8. Lauſannæ 1576. Cõmentarij item in Matthæum facili & perſpicua methodo conſcripti. 8. Lauſannæ 1577. Commentarij item in Marcum & Lucam. Lauſannæ 8. 1577. Et Ioannem. Lauſannæ 8. 1578. Commentarij item in Acta Apoſtolorum, epiſtolas Pauli ad Romanos & Epheſios. Lauſannæ 1579. In vtranq. ad Corinthios. 8. Lauſannæ 1579. Commentarij in quatuor Euangeliſtas, facili & perſpicua methodo conſcripti. Editio altera priore longè emendatior, vtilißimisq. ad marginem notis illuſtrata. In fol. Morgijs, anno D. 1581. Eiuſdem Commentarij in epiſtolam ad Hebræos facili & perſpicua methodo conſcripti. 8. Morgijs, anno 1581. Commentarij in Apocalypſim D. Ioannis Apoſtoli. 8. Morgijs 1581. Eiuſdemq. lectiones ſeptẽ de Cœna Domini, ex varijs Scripturæ locis ſumptæ. 8. Morgijs. Obijt Bernæ.*

Benedicti *Ariæ, Montani, Hiſpalenſis, Commentarij in 12. Prophetas minores. Antuerpiæ apud Plantinum 1571. & recognita ab authore, in 4. Antuerpiæ, anno 1582. Eiuſdem humanæ ſalutis monumenta, decantata: hoc eſt, Pulcherrimæ vtriuſq. inſtrumenti figuræ, vario carminis genere explicatæ. Antuerpiæ ex Prototypographia regia, anno 1571. Rhetoricorum libri 4. ex diſciplina militari D. Iacobi Enſigeri, cũ annotationibus Antonij Moralij. Antuerpiæ, 1572. octauo. Præfuit hic editioni bibliorum, quæ ſumptu Philippi Regis Hiſpaniæ impreſſa ſunt Antuerpiæ, & poſtremo Tomo in Apparatu ſacro libros ſeptem adiecit, De Hebraicis idiotiſmis. De arcano ſermone: De actione ſiue habitu: De ſacris ponderibus atque menſuris: De ſacra Geographia: *vbi de gentium ſedibus primis, de duodecim gentibus, de terræ promiſſæ partitione agitur. De ſacris fabricis: De ſeculis & temporibus. Cum tabulis picturisq. artificioſißimis. *Pſalteriũ Dauidis Latino carmine reddidit, adiunctis argumentis & elucidationibus. 4. Antuerpiæ, 1574. Idem, Itinerarium Beniamini Tudelenſis, in quo res memorabiles, quas ante 400. totum fere terrarum orbem itineribus notatis, dimenſos annos, vel ipſe vidit, vel ab alijs accepit, breuiter deſcribuntur, interpretatus eſt. 8. Antuerp. 1575. Præterea edidit elucidationes in quatuor Euangelia, Matth. Marc. Luc. & Ioannis, quibus accedunt, eiuſdem elucidationes in Acta Apoſtolorum. Speculum vitæ & paßionis Ieſu Chriſti decantauit Gallice. Antuerpiæ excuſ. 1573.*

Benedictus *de Barzis I. C. ſcripſit de Inſtrumento Guarentigigiæ. De filijs non legitime natis.*

Benedicti *de Benedictis de Capra, Concluſionum, Regularum, Tractatuum, & Communium opinionum iuris, Volumen primum. Venetijs apud Cominum de Tridino, anno 1568. in fol.*

Benedictus *Biſcopius, Anglus, ordinis S. Benedicti monachus, ſcripſit concordiam regularum lib. 1. Exhortationes ad eandem lib. 1. De ſuo priuilegio. Claruit anno D. 703.*

Benedicti *Bonij liber vnus de Cenſibus: in quo centum, tum graues, tum etiam difficillimi articuli continentur. Venetijs apud Marcum Amadorum 8. anno 1569.*

Benedicti *Bordonij deſcriptiones Inſularum: Item Italiæ tabula.*

Benedictus *de Burgo Petri, Benedictinenſis in eodem apud Anglos loco abbas, ſcripſit librum de Thomæ martyris miraculis. Claruit anno Domini 1200.*

Benedictus *Buſtamante Paz Hiſpanus, Salmanticenſis doctor, medicus ac philoſophus, ſcripſit*



Digitized by Google

tractatus de intenſione & remiſſione. Impreſſa Venetijs. Eiuſdem vero Euangelicæ hiſtoriæ, ſiue de Deo homine libri 4. heroico carmine conſcripti ad Adrianum 6. Pontificem Maxi. vnà cum Hymnis aliquot, & Cœna, libello eleganti, & varios epularum apparatus elegiaco verſu continente, Baſileæ excuſi ſunt apud Rob. Wnter. Eiuſdem libri quatuor de Deo homine, hymni diuini, de conceptione virginis Deiparæ, de peſtilentia, ſyluæ, elegiæ, & epigrammata, omnia ſimul Venetijs excuſa ſunt. Floruit ante annos plus minus quadraginta.

Baptiſta Fulgoſus, ſcripſit ad imitationem Valerij Maximi, dictorum & factorum memorabilium lib. 9. lingua vernacula, quos Camillus Gilinus Latinitate donauit. Liber impreſſus Baſileæ anno Domini 1541. Scripſit etiam alia quædam, quæ omnia ſimul excuſa ſunt in Italia in folio.

Baptiſta Guarinus Veroneſis, Guarini doctiſſimi viri filius, ſcripſit opus dialogorũ perpulchrũ, De ſecta Epicurea lib. 1. De ordine docendi lib. 1. De regno adminiſtrando lib. 1. in epiſtolas Ciceronis lib. 1. in Faſtos Ouidij lib. 1. in Pharſaliam Lucani lib. 1. in Catullum poetam lib. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. orationes complures lib. 1. & carmina varij generis. In Latinum vertit, ex Xenophonte Ageſilai laudationem, Orationes aliquot Demoſthenis, Dionis, & Gregorij Nazanzeni ad Chriſtum & Mariam. Liber eius de modo & ordine docendi ac diſſerendi, Heidelbergæ excuſus eſt apud Iacobum Knoblocher, anno Domini 1489. chartis 2. Claruit anno Domini 1494.

Baptiſta Leo Albertus Florentinus ſcripſit opus de architectura & pictura, in Italia vulgatũ, & Argentinæ. Extat eiuſdem etiam Momus, & de cauſis ſenatorijs in Cic. lib. 2. Officiorum explicatio, Baſileæ impreſſa apud Rober. Winther.

Baptiſta Mantuanus, cognomento Spagnolus, Carmelita, theologus ac poeta inſignis, metro & proſa ſcripſit multa egregia volumina, è quibus ſubiecta feruntur. Ad patrem ſuum, de beata vita dialogus lib. 1. ſuburbanum, De Bucol. lib. 1. Parthenices vita lib. 3. De ſancta Catharina, lib. 1. De vita Ludouici Bononien. lib. 1. Vita Alberti Carmel. ſapphico lib. 1. De calamitate ſuorum temporum lib. 1. panegyricus Roberti lib. 1. ſomnium de eodem lib. 1. ad Falconem epigrammatum lib. 1. conſolatio ſuper morte lib. 1. De contemptu mortis lib. 1. contra poetas turpiloquos lib. 1. De expugnatione Granatæ lib. 4. De patientia, proſaice lib. 1. De ortu religionum lib. 1. apologia pro fratre Petro lib. 3. Introductoriũ ſubtilis Scoti lib. 1. orationes elegantiſſimæ lib. 1. epiſtolæ multæ ad diuerſos, diuerſi generis carmina. Et alia complura opera, excuſa ſunt Pariſijs apud Aſcenſium, cum commentarijs Murrhonis, & Brantij in pleraq; opera, anno 1513. Opuſcula aliquot paſſim ſeorſim exiuerunt, & apud Knoblouchum Argentinæ. Parthenice tertia cum tribus ſequentibus, & opus de mundi calamitatibus cum libro contra poetas impudice ſcribentes. Claruit anno Domini 1494. In Pariſienſi autem editione continentur Parthenice heroidum & virginum ſanctiſſimarum, De diua Maria lib. 3. De Catharina lib. 3. De Margarita, Agathe, Lucia, Apollonia, & Cæcilia libri ſinguli: quorum vltimus antea non editus erat in lucem. Vita ſancti Dionyſij, lib. 3. carmine heroico. Vita S. Georgij, lib. 1. eodem carmine. Vita S. Ludouici Morbioli Bononienſis lib. 1. Hymnus elegiacus in natalẽ Ioan. Baptiſtæ. Alius in diuum Albertum Carmelitam Siculum, carmine ſapphico. Votum elegiacum ad diuam Virginem, pro recipienda ſoſpitate poſt febrim. Ad eandem pro extinguenda peſtilentia oratio, hexametris. Tomo ſecundo: De calamitatibus ſuorum temporum, lib. 3. Obiurgatio cum exhortatione ad capienda arma contra infideles, ad Potentatus Chriſtianos, de præſidentia oratoris & poetæ, de ſuſcepto theologico magiſterio, elegia contra amores illicitos, alia de natura amoris, ad iuuenes, Contra poetas impudice ſcribentes: Bucolica, ſeu eglogæ decem, Epigrammata varia, De contemnenda morte, & patienter ferenda. Tomo tertio: Alphonſi Hiſpani, ſiue de Alphonſo libri 6. carmen panegyricum in Robertum Seuerinatem, Somnium Romanum, de eodem Roberto: Trophæi Franciſci Gonzagæ, pro Gallorum ex Italia expulſione lib. 5. De fortuna Fr. Gonzagæ carmẽ heroicum, panegyricus in Brixiam dictus, hexametris. Villa Baptiſtæ Refrigerij in Æmilia via, eodem genere carminis laudata. De quercu carmen heroicum. Syluarum libri 4. qui varijs & iucundis argumentis ad diuerſos conſcripti ſunt. Libri 3. De patientia: & De vita beata lib. 1. Eiuſdem Faſtorum ſiue de ſacris diebus libri 12. excuſi ſunt Argentinæ apud Matthiam Hupfuff in 4. anno Domini 1520. Et Mediolani apud Caluum, anno Domini 1540. octernionibus 17. Idem præterea carmine ſcripſit de ſacris diebus ſeu opus faſtorum lib. 12. Vitam D. Blaſij lib. 1. Vitam Nicolai Tolentini lib. 3. De bello Veneto, lib. 1. De ieiunio quadrageſimali lib. 1. Ad Inſubres, lib. 1. Ad Leonem & Iulium lib. 1. Ageliarionum lib. 6. De vita propria carmen, & alia. In proſa quoque ſcripſit Dialogum contra detractores lib. 1. * Omnia eius opera, In 8. Antuerpiæ apud Bellerum circa annum D. 1579. excuſa ſunt.

Baptiſta Panætius, vide Baptiſta Ferrariẽſi.

Baptiſtæ Perſi egloga Thyrſis, impreſſa Argentinæ apud Iacobum Iucundum, anno Domini 1540. & Baſileæ apud Oporinum.

Baptiſta, cognomento Platina, patria Cremonenſis, apoſtolicus quondam abbreuiator, ſcripſit De geſtis Romanorum Pontificum lib. 1. De naturis rerum lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. De honeſta voluptate & valetudine libros 10. De falſo & vero bono dialogos 3. Contra amores dialogum 1. Dialogum De vera nobilitate, De optimo ciue dialogos 2. Panegyricum in laudem Beſſarionis Cardinalis Niceni. Ad Paulum II. P. Max. de pace Italiæ componenda, atq; de bello Turcis indicendo, orationem. Doctorum aliquot virorum panegyrici, ſiue epigrammata, in parentalia B. Platinæ: quæ vnà impreſſa ſunt Coloniæ anno 1529. Claruit anno Domini 1451. Extant eiuſdem de rebus vrbis

Mantuæ

Digitized by Google

Mantuæ, Gonzagæq́ familiæ, hiſtoria libris 6. conſcripta, quam Deo volente, Ioan. Oporinus breui dabit in publicum.

Baptiſtæ *Rhegienſis epiſcopi de flenda cruce carmen elegiacum. Eiuſdem carmen de morte, de beata virgine. Elegia recommendationis animæ in extremis. Item epiſtola Pilati Galli, de nece domini ad Claudium imperatorem, & Lentuli epiſtola ad Senatum Romæ, de ſtatura & lineamentis Ieſu Chriſti. Omnia ſimul impreſſa ſunt Viennæ Auſtriæ, in quarto.*

Baptiſta *de Salis, ordinis fratrum minorum, prouinciæ Ianuenſis, edidit Summam Baptiſtinianam lib. 1. & quædam alia. Floruit* 1494. * *Eius ſumma caſuum quæ Baptiſtiniana nuncupatur, in fol.* 1479. *eſt excuſa.*

Baptiſta *Sanga poemata quædam edidit, vt refert Lilius Gyraldus, in hiſtoria poetarum noſtri temporis.*

Baptiſta *Sapinus conſiliarius Regius, annotationes Ioan. Brodæi in Epigrammata Græca, Oppianum, & Euripidis tragœdias, edi curauit, & in annotationes in Euripidem præfatus eſt.*

Baptiſta *Sardus ſcripſit quædam in Pandectas medicinæ.*

Baptiſta *de S. Seuero ſcripſit ſuper Feudis. Idē forte, qui Ioan Baptiſta. Vide infra.*

Baptiſta *Trouamala, ordinis minorum obſeruantiæ, ſcripſit Summam ad vtilitatem ſimplicium confeſſorum ordine alphabeti, quæ nominatur Roſella caſuum conſcientiæ. Impreſſa eſt Argentinæ anno Domini,* 1516. *in folio chartis.* 88. *Floruit author Louanij anno* 1483.

Baptiſta *de Valle* I.C. *ſcripſit de bello & duello.*

Baptiſta *à Villalobos Toletanus, ſcripſit Communes opiniones ſeu ſententias iuris.*

Baraleti *cuiuſdam ſermones impreſſi ſunt.*

Baram *Perſa ſomniorum interpretis meminit in initio operis ſui Leo Tuſcus.*

Barbati *liber medicinæ ſcriptus alicubi extat.*

Barbios *in libro de agricultura citatur à Serapione.*

Bardeſanes, *qui in Meſopotamia clarus habitus eſt, ſcripſit infinita aduerſum omnes penè hæreticos qui ætate eius pullulauerant, & multa alia ſuper perſecutione volumina, quæ ſectatores eius de Syriaca lingua verterunt in Græcam. Scripſit inter alia, Contra Martionem, De fato contra Abidam aſtronomum. Hic in Valentinianorum errorem incidit: vt teſtatur Epiphanius. Vixit tempore Antonini Veri.*

Barlaam *Calaber, S. Baſilij monachus, vtraq; lingua eruditus, multa quæ pertinēt ad diſciplinas, vno volumine coegit: cuius opuſcula quædam Græca apud Italos reperiuntur. Item epiſt. logiſtices lib. 5. Arithmetica demonſtratio: vel, Geometrica demonſtratio de numeris. Geometria. Super inuentione feſti paſchalis theologica ſpeculatio: Sermones contra Latinos de ſpiritu Sancto Romæ extant. Barlaam, Carbaſilæ, & aliorum diuerſorum de proceſſione ſpiritus Sancti opuſcula ibidem. Barlaami ſcholia in Ptolemæi Muſicam extant Venetijs apud Ber. Turriſanum.* * *Barlaam monachus contra primatum Papæ & de ſpiritu ſancto Græce M.S. bibl. Imperat. Eiuſdem hiſtoria & narratio de regione Æthiopum, quæ Indica dicitur, iunctis aliquot martyrum vitis in fol. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.*

Barnabas *Cyprius qui & Ioſeph Leuites, cum Paulo gentium apoſtolus ordinatus, vnam ad ædificationem eccleſiæ epiſtolam compoſuit, quæ inter apocryphas ſcripturas legitur. Honorius.* Barnabā *quidam tradunt, alij verò Clementem authorem eſſe epiſtolæ ad Hebræos quæ Paulo inſcribitur. Philaſtrius.*

~~Barnabæ *Briſonij, Selectarum ex iure ciuili antiquitatum lib. 4. Super 1. ff. noui De ſol. & libe. lib. 3. Ad leg. Iul. de adult. lib. 1. Dictionarium ſiue de verborum ſignificatione. Paregon lib.* * *De ritu nuptiarum, & iure connubiorum.*~~

Baron *ſeu Varro hiſtoricus Epitomen ſcripſit rerum Alexandri. Suidas. Athenæus refert Bætona ſcripſiſſe* σταθμοὺς *Alexandri. Plin. 7. cap. ſeptimo Beton itinerum Alexandri menſor auctor illuſtris.*

* Barthochini *Repertorium, in fol. Lugd.* 1548.

Bartholus. *Vide Bartolus.*

Bartholomæi *nomen, multi etiam docti Bartholomæus ſcribunt: qui vocabuli compoſitionem, & Græcorum obſeruant orthographiam Barptolomæus, nos euphoniæ gratia p. conſonantem omittemus.*

Bartholomæi *euangelia cenſentur inter apocryphos, in decretis Pontificum.*

Bartholomæi *cuiuſdam practica extat, de experimentis ad omne genus morborum, in qua aliqua ſuperſtitioſa habentur, multa tamen bona quoque inſunt.*

* Bartholomæi *liber de conſolatione peccatorum. Venet.* 1553. *in* 8.

* Bartholomæi *Abborarij, Patauinæ Ciuitatis ſtatuta, Patauij. In folio, anno* 1524.

Bartholomæus *Alexander Orationem ſcripſit de vtilitate linguæ Græcæ, impreſſam Pariſijs.*

Bartholomæus *Amantius poeta, & Petrus Apianus, inſcriptiones vetuſtas totius ferè orbis collegerunt, vt pluribus in Petro Apiano dicetur. Idē Amantius Landtſpergianus Boius, collegit flores ſententiarum Græcarum & Latinarum. Dillingæ impreſſit Sebaldus Meier* 1556. *in folio.*

Bartholomæus *Anglicus, vide Bartholomæus Glanwyle.*

Bartholomæi *Andreadis Sileſij, Panægyricus in laudem D. Alberti Baronis à Laſco, editus. Gorlicij* 1571.

Bartholomęus *Anulus edidit pictam poeſin, ſunt autem emblemata, id eſt, Icones diuerſæ, cum epigrammatis, vt emblemata Alciati. Lugduni excudit Matthias Bonhomme. Idem opus tranſlatum eſt ab eo in linguam Gallicam.*

Bartholomæus *Argenterius, Italus, ex Galeni libris in medicinæ ſtudioſorum gratiam multa collegit, quæ partim nuper excuſa ſunt Florentiæ,*

*partim propediem excudenda ſperamus.*

Bartholomæi *Ariſtophili, qui poſt Platinam bibliothecæ Pont. Sixti præfectus eſt, extat oratio & verſus heroici ſuper funere ipſius Platinæ: quæ habentur impreſſa in fine operum Platinæ de vitis Pontificum, &c.*

Bartholomęi *Arnoldi Vſingenſis ſumma com pendiaria totius logicæ, vel Paruuli logicæ, tractatus 7. quaſi in tabulas omnem logicam redigentes, ſermone barbaro, ſcripti ab authore in gymnaſio Erphurdienſi. Item Paruulus philoſophiæ Naturalis, ſiue interpretatio per figuras & tabulas in epitomen Phyſicæ, tribus tractatibus abſoluta. Opus impreſſum Baſileæ, anno 1507. & 1511. Eiuſdem De Coniugio ſacerdotum, De inuocatione ſanctorum, De tribus neceſſarijs ad vitam æternam virtutibus, Gratia, fide, operibus, De falſis prophetis, Contra Anabaptiſtas, Reſponſio ad Ioannis Cuſameri confuſationem. Scripſit etiam libellos ſcholaſticos: Interpretationem in Donatum: Regulas & figuras conſtructionis, cum vitijs grammaticalib. Item Logicæ totius compendium.*

Bartholomæus *Barbadorus Æſchyli fabulã Agamemnonem, quæ mancha inchoataq; erat, integram inuenit, atq; obrutam vetuſtate eruit, comite huius laudis ac ſtudij Hieronymo Mæo.*

Bartholomæus *Bellenzinus* I. C. *De caritatiuo ſubſidio.*

Bartholomæus *Bernhardus paſtor eccleſiæ Cembergenſis, ſcripſit apologiam contra Papiſticas leges ſacerdotibus prohibentes conubium.*

* Bartholomæi *Bernardi Neopolitani ſermones quatuor de nouiſſima die germanice. Erfordiæ anno 1556. impreſſus.*

Bartholomæus *Blanchinus ſcripſit vitã Philippi Beroaldi, Pariſijs impreſſam. Alius eſt Ioannes Blanchinus, de quo infrà.*

Bartholomæi *Blareri Conſtantienſis* I. C. *Commentarius in L. Diffamari, impreſſus.*

Bartholomæus *Bologninus ſcripſit ſuper Rub. C. De contrahen. l. dudum. Cod. 1. Eiuſdẽ epitome elegiaca in P. Ouidij Naſonis libros* XV. *Metamorphoſeon, impreſſa eſt Baſileæ ab Oporino. Eiuſdem ſuper authent. conſtitut. liber impreſſus Ingolſtadij in folio, anno D. 1542.*

Bartholomæi *Bonelli, Additiones & apoſtillæ ſuper conſtitutionibus capitulis & pragmaticis regni Siciliæ.*

Bartholomæus *Bononienſis ſcripſit tractatũ ſuper illud dictũ euangeliſtæ, Ego ſum lux mundi.*

* Bartholomæi *Botthæ presbyteri & Canonici Papienſis Dauidias. 4. Papiæ 1573.*

Bartholomæus *Brixienſis reformauit textum Decreti poſt Ioannem Teutonicum, ſuppleto defectu, vbi correctio neceſſaria videbatur propter ſubtractionem decretalium ac diminutionem earundem, vel propter iura quæ ſuperuenerunt de nouo. Interdum etiam ſolutiones interponit, quas Ioan. Teut. prætermiſit. Scripta eius ſunt hæc, Repertorium decreti lib. 3. Diſputationes decretaliũ lib. 5. Chronicon Italiæ lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos liber 1. Additiones ad gloſſas Decreti: item Quæſtiones Dominicales, Veneriales, numero 91. Caſus Decretorum: Diſtinctiones legum. Floruit tempore Gregorij* IX.

Bartholomæus *de Brugis natione Gallus, patria Flamingus, edidit in aphoriſmos Hippocratis lib. 1. in lib. prognoſticorum lib. 1. De regimine acutorum morborum lib. 1. Symph. Camperius.*

Bartholomæi *Brunacij doctoris Vitaliani, Agon aurea, ac diuina iudicialium rerum inſtitutio edita eſt Venetijs in folio.*

Bartholomæus *de Butrigarijs* I. C. *extollitur à Ioan. Andreæ in addi. in tit. de accuſatione, in 3. parte.*

Bartholomæi *Calepini, Super 2. Infortiati De rebus dubijs. l. is qui du. parag. cum ita, &c.*

Bartholomæus *Camerarius Beneuentanus, Super feudis, De prohib. ſeu alie. Eiuſdem Conſilium in cauſa Monachorum, extat inter conſilia card. Zabarellæ. Bartholomæi Camerarij De ieiunio, oratione & eleemoſyna, dialogi quatuor, Lutetiæ in quarto. De prædeſtinatione dialogi tres, ibidem 1556. in 4.* * *Eiuſdem de Gratia & Libero arbitrio cum Caluino diſputatio Pariſ. 1556.*

Bartholomæi *Capouacenſis* I. C. *Conſilium in 3. vol. conſ. Baldi.*

Bartholomæi *de Capua Gloſſæ ſuper conſtitutionibus regni Siciliæ & ritibus magnæ curiæ vicariæ. Singularia & cautelæ cum additionibus Marcelli Boni. Quæſtiones 35. impreſſæ in fine additionum Thomæ Grammatici ad Conſtitutiones regni Siciliæ. Eius Gloſſa aurea ſuper Conſtitutionibus regni Siciliæ, & Singularia* CLI. *ſuper ff. & Cod. impreſſa ſunt Lugduni, anno 1556. in octauo.*

* Bartholomæi *Carichteri practica, de morbis German. 8. Argen. 1575. Eiuſdem extat Herbarius, quibus ſignis cæleſtibus et ſignorum gradibus quæuis herba ſubiecta, & quando legenda vel ſodienda. 8. Argentinæ 1575.*

Bartholomæus *Carranza de Miranda, Dominicanus, & regens in collegio ſancti Gregorij, eiuſdem ordinis, in valle Oletana, edidit controuerſiam de neceſſaria reſidentia epiſcoporum, & aliorum inferiorum paſtorum, explicatam Tridenti. Liber impreſſus eſt Metis. Idem ſcripſit ſummam omnium conciliorum & Pontificum à Petro vſque ad Paulum* III. *qua ſuccincte omnia ea complectitur, quæ alibi ſparſim tradita ſunt. Liber excuſus eſt Venetijs, ad ſignum ſpei, anno Domini 1546. Item Concionem habitam ad Synodum Tridentinam prima dominica quadrageſimæ: impreſſam Antuerpiæ cum libro De reſidentia 1554. Claruit anno D. 1547.* * *Eius ſumma concilorum etiam Lutecię in 16. eſt excuſa apud Iacobum du Puys 1564. cui acceſſit Concilij Tridentini tandem ſub S. D. N. Pio* IIII. *Pontifice Max. ad extremum perducti ordo ſuccinctus.*

Bartholomæus *ordinis Carthuſienſis, natione Germanus, ſcripſit Exercitium deuotionis, lib. 1. Summam vitiorum, vel deſtructionem vitiorum, lib. 1. De abſtinentia carniũ, lib. 1. De proclamationibus*

nibus fratrum in capitulo,lib.1. De iuditijs temerarijs lib.1.De iuramento,lib.1. De voto quoq; lib.1. Et quædam alia.Floruit anno 1446.

* Bartholomæus à Caſtromuro Decani Curienſis eccleſiæ,exhortatio ad principes Germ. vt poſitis armis pacem inter ſe componant.Liber in 4.Ms.& D.Ferdinando Cæſari oblatus.

Bartholomæus Caualcantius de varia exordiendi ratione in cauſis demonſtratiuis, non minus eleganter quam copioſe tractauit,vti ſcribit Naſcimbenius in commentarijs in Ciceronem.

* Bartholomæi Cauſæi clypeus fidei dialog.26. contra monachum Pariſinum de S. Victore, Gallice.In 8.Zacharias Durant.

Bartholomæus Chai,monachus, de interrogationibus faciendis in confeßione ſacramentali.

Bartholomæi Chaſſanæi I. C. Commentarius in conſuetudines ducatus Burgundiæ.Eiuſdem Catalogus Gloriæ mundi multiplici rerum varietate refertus.Venetijs in folio.*Eius cõmentarij in conſuetudines ducatus Burgundiæ, ferè totius Galliæ Pariſijs,in folio,anno Domini 1548.excuſi ſunt.In Catalogo Gloriæ mundi, multa præclara de prærogatiuis, præeminentijs, maioritate & excellentijs, circa honoris laudes,gloriam, dignitates,etiam ſtatum & ordinem, non ſolum terreſtrium, & infernorum,verum etiam cœleſtium continentur. Opus vtilßimum,inq; duodecim libros diuiſum,nouis inſuper figuris elegantißimis illuſtratum, fol. Francoforti,anno 1579. Eiuſdem Bartholomæi à Chaſſanæo Burgundi I. C. præſtantißimi cõſilia.In fol.Venetijs,anno 1581.

Bartholomæus Cepolla, Veronenſis Iureconſultus, ſcripſit Cautelas iuris cauſarum ciuilium, lib.1. Lugduni,in quarto, anno Domini 1547. De ſimulatis contractibus, lib.1. De prædijs vrbanis, lib.1.De prædijs ruſticorum,lib.1. De re militari, lib.1.in 1.Cod.& in 2.De furtis lib.1. De ſeruitut. vrb.prædio.ruſticorum.Conſilia criminalia.. In 8. Lugduni,anno 1525.De contractibus. De imperatore militum deligendo.In Autent.ſed nouo. Et alia quædam.Claruit anno Domini 1477. Eius commentaria in tit.ff. De ædilitio edicto, cum legum & parag.ſummarijs excuſa ſunt Venetijs,anno Domini 1550.

Bartholomæi Chalci epiſtola ad Angelum Politianum,libro 11. Epiſtolarum eius legitur,qua ſe ſcribit curaturum, vt Georgij Merulæ opera in lucem edantur.

Bartholomæi Cimbriaci comœdia quædam excuſa apud Heruagium.

Bartholomæus à Clinolo medicus Taurinenſis,ſcripſit de Balneorum naturalium viribus lib.4. quorum primus balneorum Aquenſium hiſtoriam complectitur,ſecundus eorundem rectum vſum: tertius & quartus totius orbis balneorum vires complectuntur. Impreßi ſunt hi libri Venetijs apud Iuntas,cum variorum authorum ſcriptis de Balneis,anno Domini 1553. & Lugduni ſeorſim apud Matthiam Bonhomme, anno D. 1552. in 4. chartis 22. & dimid.Lib.3.de Balneis promittit libros demonſtrationum in methodum medendi, ac eodem loco ſcribit ſe quinquennium Logicam in Taurienenſi ciuitate profeſſum eſſe.

Bartholomæi Coclitis Bononienſis medicinæ diſtillatoris,chirurgici,phyſionomiſtæ,chiromantici,geomanticiq; Anaſtaſis chiromantiæ ac phyſionomiæ ex pluribus & penè infinitis authoribus, opus impreſſum Bononiæ,anno 1504.Eiuſdẽ phyſiognomiæ compendium, quantùm ad partes capitis, gulamque & collum attinet, impreſſum Argentorati 1533. quibus accedit Andreæ Corui Chiromantia, quanquam falſa libelli prima inſcriptio vtrunq; opus Cocliti attribuat.

Bartholomæus Colonienſis, natione Germanus, ſcripſit opuſculum de Laudibus philoſophiæ metro compoſitum,ſyluam carminum lib.1. De ſecta Diogenis lib.1. Epiſtolam mythologicam. Eius dialogum mythologicum ad Pancratium,cum præfatione Philippi Melanchtonis, & expoſitione difficilium vocabulorum, excudit Tubingæ Thomas Anshelmus,anno Domini 1514.Floruit anno Domini 1494.

Bartholomæi Croti Regienſis elegiæ quædam extant.

Bartholomæus Coſpus Bononienſis, interpretatus eſt Diodori Siculi hiſtoriam de Illuſtrium regum Philippi & Alexandri, & aliorum aliquot nobilium Macedoniæ ducum præclare factis. Item, Ioan. Monachi ex libris hiſtoriarum ſuarum, Alexandri vitam.

Bartholomæus de Culer vel Contrer, Anglus, ſcripſit diſputationes de Generatione & corruptione lib.2.

Bartholomæi Dardani poemata impreſſa ſunt Baſileæ à Iacobo Parco,cum Claudij Luc.& Guilhelmi Marij poematis,anno 1556.

Bartholomæi Euſtachij medici,de renum ſtructura,officio,& adminiſtratione.De Auditus organis,Oßium examẽ,de Motu capitis,de Vena azygos & de alia quæ in brachij flexu communem profundam producit. De dentibus,& alia Venetijs edita, 1564.in 4.

Bartholomeus Facius Genuenſis Arriani Nicomedenſis lib.7. De geſtis Alexandri, & 1. De rebus Indicis Latinitate donauit. Extant eiuſdem de vitæ felicitate ad Alphonſum regem lib.1. De hominis excellentia ad Nic.V.Pont. Max.lib.1.quos Ioan. Oporinus aliquando, volente Deo, in lucem emittet. Eiuſdem oratio inuectiua in Laurentium Vallam,in Italia edita eſt,contra quam Valla 4.libros recriminationum ſcripſit. Eiuſdem Commentariorum,lib.10. De rebus geſtis ab Alfonſo I.Neapolitarum rege, Io.Michaelis Bruti opera in lucem editi Lugduni apud Gryphium,1560.in 4. Baſileæ quoque in fol. impreßi cum hiſtoria Guicciardini. Refert etiam Iouius, Facium hunc Commentarios ſcripſiſſe de Genuenſium rebus aduerſus Venetos geſtis, in quibus tamen fidem hominis deſiderari ait. Cæſaris in ſcribendo puritatem & elegantiam imitari conatus eſt.

Bartholomæi Faij, Regij in Senatu Pariſienſi

conſiliarij,ac inquiſitionum præſidis, Energumenicus.Eiuſdem,Alexicacus.Pariſijs 1572.

Bartholomæus *Ferrinus,Alphonſo & Herculi Ferrariæ duci ab epiſtolis, commemoratur à Gyraldo in hiſtoria poetarũ noſtri temporis,vt qui Latino & Hetruſco carmine nonnulla ſcripſerit.*

Bartholomæi *Fenni, Villaurenſis, ordinis Prædicatorum,Summa quæ Aurea armilla inſcribitur.*

Bartholomæus *Florarius, Anglus,ſcripſit de Abſtinentia lib.1. in quo corruptos mores cleri perſtringit, & mendicitatem illam religioſam monachorum damnat. Item Florarium,à quo cognomen ipſe accepit.Vixit anno 1420.Baleus.*

* Bartholomæi *Fontij prooemium & explanatio in Perſium poetam, manuſcript. in 4. bibliotheca Imperatoris.*

* Bartholomæi *Frencellij Coteni Idyllia ſacra 8.Wittenbergæ 1576.*

Bartholomæi *Frexij orationes, vnam pro pace, & alteram pro humanarũ artium ſtudijs,Gryphius impreſſit Lugduni,anno 1539.*

Bartholomæus *Garranza, vide Bartholomæum Carranz.*

Bartholomæi *Georgieuitz Prognoma,ſiue præſagium Mahumetanorum, de Chriſtianorum calamitatibus,& ſuæ gentis interitu, ex Perſica lingua in Latinam ab eo conuerſum. Eiuſdem epiſtola hortatoria contra infideles,ad Maximilianum Archiducem Auſtriæ.In 8. Antuerp. Item,Libellus de Afflictione tam captiuorum, quam etiam ſub Turcæ tributo viuentium Chriſtianorum. Item de Ritu & ceremonijs, domi militiæq; ab ea gente vſurpari ſolitis. Impreſſa ſunt Baſileæ ab Oporino cum Alcorano Turcarũ. *Eiuſdem diſputatio pro fide Chriſtiana & myſterio Trinitatis habita cum Turca.Viennæ,anno 1548.*

* Bartholomæus *Georgius,de Terra ſancta. Romæ,1566.in 8.*

* Bartholomæi *Georgij Hungari peregrini De afflictione captiuorum,& ſub Turcæ tributo viuentium.In 8.Antuerpiæ.*

* Bartholomæi *Gernhart oratio funebris habita in funere Wilhelmi duci Saxoniæ. Regenſp. 4. 1574. Idem 50.Pſalmos & orationes,extra Dauidis Pſalterium, ex veteri & nouo Teſtamento collegit,Germ.8.Erfurdiæ 1575.*

Bartholomæus *Glannuyle ex nobiliſſimo comitum Sudouolgiorum genere,Franciſcanus, ſcripſit ingens volumen, cui titulum indidit, De proprietatibus rerum, lib.18. De rerum accidentibus, lib.1.Chronicon de ſanctis,lib.1. De mundo ac cœleſtibus,lib.1.Poſtillas ſcripturarum,lib.1. Sermones varios,lib.1.Pluraq; adhuc alia congeſſiſſe narratur.Claruit anno D.1360. Hic vulgo Bartholomæus Anglicus nominatur.*

Bartholomæus *Goltſchius Chemnicenſis,ſcripſit præfationes in Ciceronem de Officijs, & de amicitia,impreſſas Lipſiæ.*

* Bartholomæi *Gryphij Commentariolus,de expeditione Turcicæ claſſis ac Melitæ obſidione, ad Cæſarem.In folio,manuſcriptus.*

* Bartholomæi *Hoffman* φιλοστοργία*, hoc eſt, de Naturali amore inter parentes, liberos, coniuges, fratres,&c. quid ſit,vnde ſit,& num poſt hanc in beata vita ſit duraturus.4. Francoforti, anno 1575 Germanice.*

Bartholomæus *Iſcanus, Anglus,Exceſtrienſis epiſcopus,ſcripſit ad Balduinum Ciſtercienſem abbatem,Dialogum contra Iudæos lib.1. Sermones eruditos lib.1.In obitu Thomæ archiepiſcopi Homil. 1.De prædeſtinatione lib.1. De libero arbitrio lib. 1. De pœnitentia lib.1. Epiſtolas ad diuerſos lib.1. Atq; alia plura edidit. Claruit anno D.1180. Ad iſtum Ioan.Sareſburius Carnotenſis epiſcopus ſcripſit.Baleus.*

Bartholomæus *Iuſtinopolitanus ad verbum tranſtulit epiſtolas Phalaridis, Apollonij, & Bruti, eaſdemq; excudendas curauit Græce & Latine in 4.anno Domini 1502.*

Bartholomæi *Kleindienſt exhortatio Catholica & Euangelica ad Germanos,qua docet quomodo ſe pij gerant in controuerſijs religionis,ne ab vlla ſecta ſeducantur. Dillingæ 1569.Germ.*

Bartholomæi *Latomi Arlunenſis oratio, De laudibus eloquentiæ, dicta in auditorio, cum enarrationem actionũ in Verrem auſpicaretur: impreſſa Baſileæ, cum commentarijs in orationes Ciceronis. Declamatio funebris in obitum principis Richardi archiepiſcopi Treuerenſis:impreſſa Coloniæ,1531. carmen gratulatorium in coronationem Regis Romanorum, ad Carolum Cæſarem V. & Ferdinandum regem,fratres Auguſtos,libellus excuſus.Oratio Lutetiæ in auditorio dicta,qua peregrinationem ſuam per Italiam deſcribit, ibidem impreſſa apud Franc.Gryphium. Epitome commentariorum dialecticæ inuentionis Rodolphi Agricolæ,excuſa primum Lutetiæ,deinde Baſileæ, anno 1536. & Coloniæ apud Gymnicum. Commentarij in aliquot Ciceronis orationes, videlicet pro P. Quintio, Sexto Roſcio,A. Cecinna,L. Muræna, Archia poeta:ad Quirites poſt reditum, pro Cn. Plancio, M. Cælio, Milone, M. Marcello, Q. Ligario, Deiotaro rege: In Verrinas actiones 7.in Vatinium,in Philippicas omnes: excuſi Baſileæ apud Rob.Winter,& denuo apud Oporinum,in volumine Commentariorum ſuper omnes Ciceronis orationes. Cæterum enarratio orationis pro Sexto Roſcio, & alterius pro A. Cecinna,vtraq; ſeorſim exiuit Argentorati. Annotationes in Paradoxa Ciceronis, excuſæ 1534. Coloniæ apud Ioan.Prael.Annotationes in libros Ciceronis de Officijs,de Amicitia,de Senectute,de Somnio Scipionis,omnes typis publicatæ. Enarrationes in Topica Ciceronis ad Trebatium,impreſſæ Argentorati,apud Mylium,1539. Enarrationes in Partitiones oratorias Ciceronis,Pariſijs ex officina Fran. Gryphij,1539.Eiuſdem & Martini Buceri theologi ſcripta duo aduerſaria,impreſſa Argentinæ 1544 Eiuſdem ſumma totius rationis diſſerendi, vno eodemq; corpore & dialecticas & rhoricas partes complectens,impreſſa eſt Coloniæ apud Gymnicũ 1542. octern.13. Eiuſdem Refutatio calumniarum Buceri,im-*

Digitized by Google

Ai impreſſa eſt Coloniæ, anno D. 1546. in 4. Eiuſdem ſcripta contra Dathenum, Iacobum Andreæ, ibidem, vt arbitror impreſſa.

Bartholomæi *Latomi Arlenſis epiſtola Elegiaco carmine Auſtriæ nomine ad Carolum V. Impreſſa Argentinæ 1527.* Eiuſdem & Martini Buceri duo ſcripta aduerſaria. Argent. 1544. Eiuſdē Imperator Cæſar D. Maximilianus defunctus. In 4. Auguſtæ. 1519.*

* Bartholomæus *Laurentius ſcripſit auctarium in Chronica Naucleri, impreſſum Coloniæ apud Petrum Quentel, anno 1544.*

Bartholomæus *Longinus* I.C. *ſcripſit ſuper Autenticis conſtitutionibus, opus excuſum Ingolſtadij anno 1542.*

Bartholomæus *Lombardus Veronenſis, & Vincentius Madius Brixianus ſcripſerunt communes explanationes in librum Ariſtotelis de poetica, quas Madius poſt obitum Lombardi, cum ſuis in eundem librum annotationibus edidit: Appoſita etiam Lombardi præfatione in Ariſtotelis poeticam, quam ad Inflammatos in Academia Patauina habuit. Vincentius Valgriſius excudit Venetijs anno Domini 1550. in folio.*

Bartholomæi *Maggij de vulnerum ſclopetorum & bombardarum curatione tractatus, impreſſus Bononiæ, anno Domini 1552. in 4. chartis 34. & dimid. cum indice, apud Bartholomæum Bonardum: & Tiguri apud Geſneros fratres cum alijs diuerſis de chirurgia authoribus, anno D. 1555. in fol.*

Bartholomæi *cuiuſdam magiſtri in practica, in traductiones et experimenta medicorũ, &c. liber manuſcriptus Latine & Germanice multa ſuperſtitioſa & Magica continens.*

Bartholomæus *Maranta Venuſinus medicus, condidit methodi cognoſcendorum ſimplicium medicamentorum lib. 3. Commentarios quoq; in Dioſcoridem promittit. Epiſtola de aqua Ferrata prodijt Venetijs, anno 1562. Lucullianarum quæſtionum lib. 5. Baſileæ, anno D. 1564. in folio.* Idem de Theriaca & Mithridatico, libros duos conſcripſit Italice.*

Bartholomæi *Mariſcotti, oratio de Vtilitate Concilij Tridentini, Fanuentiæ in diœceſana ſynodo habita. Florentiæ in 4. 1565.*

Bartholomæus *Marlianus edidit, Conſulum, Dictatorum, Cenſorumq; Romanorum ſeriem, vnà cum ipſorum triumphis, quæ marmoribus ſculpta in foro reperta eſt, atq; in Capitolium tranſlata. Libellus impreſſus Romæ, anno D. 1549. octern. 5. Plura de Marliano, quære in Ioanne Bart. Marliano.*

Bartholomæus *Mayrolæ mediti Papienſis, compendioſa methodus in acutis morbis curandis.*

* Bartholomæi *à Medina ordinis Prædicatorũ expoſitio in primam ſecundæ Angelici doctoris D. Thomæ Aquinatis. fol. Venetijs*

Bartolomæus *Merlinger, quondam medicus Auguſtanus, ſcripſit de Infantium valetudine tuenda & curandis morbis librum, quem Egenolphus excudit Francoforti, anno Domini 1531. cum Alberto de Secretis mulierum.*

Bartholomæi *Merulæ Mantuani, Apoſtolici protonotarij in Ouidij libros de Ponto commentaria Venetijs impreſſa, anno 1507. quo etiam ab authore abſoluta ſunt: Et in libros eiuſdem de Triſtibus, de arte amandi, & remedio, commentaria impreſſa Baſilea apud Heruagium, cum alijs in eundem authorem Commentarijs, anno 1550.*

Bartholomæus *Moiranus presbyter, Pyladis carmen ſcholaſticum interpretatus eſt, & edendum curauit.*

Bartholomæi *Montagnanæ, ſiue de monte Guana, medici et chirurgi opera, impreſſa Venetijs apud Octau. Scotum 1497. Conſilia diuerſa, numero 303. tractatus tres de balneis Patauinis, de compoſitione & doſi medicinarum, Antidotarium. Eiuſdem libri de balneis Patauinis, impreſſi ſunt Venetijs à Iuntis in opere de balneis.*

Bartholomæus *Neapolitanus* I.C. *fuit cōtemporaneus Dini, ſecundum Io. An. in addi. ſpe. in tit. De iuramento cal. & in tit. de donat.*

Bartholomæus *de Oſſa Bergomenſis, ſcripſit Hiſtoriarum diuerſarum lib. 16. Claruit anno Domini 1340.*

* Bartholomæi *Pannoni Comœdia gryllus, & eiuſdem inter vigilantiam & torporē Dialogus 4.*

Bartholomæus *Parmenſis, quædam de Geomantia ſcripſit.*

Bartholomæus *Parthenius Benacenſis, vitam Thucididis ex Martellino Græco tranſtulit, charta dimidia impreſſam, cum Latino Thucidide.*

Bartolomæus *Pitenus Richardi confutationem Mahometis è Latino in Græcum conuerſam, rurſus Latinitate donauit. Oporinus Baſileæ cum Alcorano impreſſit.*

Bartholomæus *Picernus, de monte Arduo, Conſtantini magni donationis priuilegium, in bibliotheca Pontificia Græce repertum, vt ipſe ait, ad Iulium II. Latinitate donauit, impreſſum Coloniæ, anno Domini 1535. in Faſciculo Ortuini Gratij. Idem (ni fallor) cum priore.*

Bartholomæus *Piſanus, ordinis fratrum Prædicatorum, ſcripſit ſummam magiſtruciam, quæ dicitur ſumma Piſana. Item de vitijs & virtutibus, item de pœnitentia. M. Dreſſerus.* * *Item librum Conformitatum in fol. Mediolan. 1510.*

Bartholomæus *Platina, vide Bapt. Platina.*

* Bartholomæus *Reiſacherus, Artium & medicinæ Doctor Viennæ, Maximiliani Imperat. II. filiorum filiarumq; Genethliaca iuditia aſtrologica fecit, anno 1564. Ms. Eiuſdem tabulæ quantitatis dierum & noctiũ artificialium. In 4. Villaci in Carinthia. Ms. 1561. Eiuſdem de Mirabili nouæ ſtellæ, menſe Nouemb. anno 1572. conſpectæ, phænomeno. Viennæ Caſpar Stainhofer, 1573.*

Bartholomæi *Reuſneri Chriſtiana confutatio inauditarum blaſphemiarum & mendaciorum Theophraſti Paracelſi, quæ contra verbum Dei, & artem medendi effudit in tribus lib. philoſophiæ ad Athenienſes. Gorlitij 1550. Germ.*

Bartolomæi *Riccij Lugienſis apparatus Latinæ locutionis, ex bonis authoribus in ſuum ordi-*

*nem deſcriptus: excuſus primum in Italia, deinde Argentorati, anno* 1535. *Eiuſdem de Imitatione lib. 3. impreßi ſunt Venetijs in officina Aldi, & (ab au thore recogniti) Baſileæ apud Oporinum, cum aliorum de Imitatione libris. Præterea ſcripſit apologiam contra Sardum, de Gloria lib. 3. & in Catullum quædam, vt ipſe de ſe refert, in Epiſtolis ad Aonium Palearium, quæ cum Palearij epiſtolis à Gryphio impreſſæ ſunt.*

* Barholomæi *Rimbertini, de Florentia epiſcopi Ceronenſis liber de Senſilibus delicijs paradiſi, ex tractus ex tractatu Ioannis de Tambaco. 8. Pariſijs Iodocus Badius,* 1514.

Bartholomæus *de Riparia, Tholoſæ Dominicanus, epiſcopus Baionenſis, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4.*

Bartholomæi *Romulæi compendium ſeu tractatus de Mora in obligationibus, Ingolſtadij* 1569. *in 4. Eiuſdem tractatus de Homicidio, ad ſui corporis tutelam ex propoſitio, & caſu perpetrato, in L. vt vim. De iuſtit. & iure. Ibidem in 4. Eiuſdem Tractatus de materia iuris accreſendi difficillima, & in omnibus vltimis voluntatibus vtilißima, & maxime quotidiana, in l. re coniuncti, de Leg. 3. Ingolſtadij in 4. Compendium de teſtatorũ præceptis, bona extra familiam alienari ad nobilitatem conſeruandam inhibentibus: cum Commentarijs in L. familias, &c. in 4.*

Bartholomæus *Roquallus, filius comitis de Roquacallus, 22. magiſter generalis Carmelitarum, & epiſcopus Maßilienſis, ſcripſit lecturam ſententiarum, lib. 4. Conciones ad clerum lib. 1. Claruit anno Domini* 1433.

* Bartholomæi *Roſini oratio funebris, in funere Wilhelmi ducis Saxoniæ habita. 4. Regenſpurgi, anno* 1574.

Bartholomæi *& Petri, Roſtinorum medicorum, ſententiæ omnes & verba, quæ in Hippocratis aphoriſmis continentur, iam recens & accurate in nouum ordinem alphabeticumq́ digeſta, vt quæuis in ipſis cõmemorata, nunc facilius & celerius quam antea inueniri queant.*

Bartholomæus *de Saliceto Iuriſcõſultus, ſcripſit ſuper Codice lib. 9. ſuper Inſtitutis lib. 4. De vſu Feudorum lib. 1. Lecturam ſuper 1. 8. & 9. Codicis, manuſcriptam M. Dreſſerus, & alia complura. Claruit anno* 1390. ** Eius Lecturæ ſuper Digeſto veteri & Codice: Quamplurium Iureconſultorum adnotationibus illuſtratæ, in fol. Venetijs*

Bartholomæus *Salignacus, Gallus, vir nobilis, doctus & eloquens, eques auratus, ſcripſit Itinerarium Paleſtinæ lib. 1.*

Bartholomæi *Scalæ, epiſtolæ 3. Florentiæ ſcriptæ ad Angelum Politianum, leguntur in lib. 5. Epiſtolarum eiuſdem, & 5. in 12.*

Bartholomæi Sculteti Prognoſticon nouilunij *ecliptici, anno 1567. in quo varij euentus proximorum annorum prædicuntur. Gorlicij anno Domini 1569. Eiuſdem Miſniæ & Luſatiæ Chorographia: ibidem anno 1569. Calendarium eccleſiaſticum perpetuum Gorlicij 1571. in quarto Germanice. Gnomonice de Solarijs Germanice deſcripta. Gorlicij 1572. in folio* Idem tractatũ de peſte eiusq́ accidentarijs morbis & præſeruatiua ex Theophraſti Paracelſi libris collegit, Germ. 8. Baſileæ 1575. de Cometa qui anno 1577. apparuit.*

Bartholomæi *Schoenbornij Computus vel Calendarium Aſtronomicum, continens præcipuarum partium temporis deſcriptiones. Wittenbergæ 1567 octauo. Verſus ſententioſi ex Græcorum poematis collecti, & ad literarum ordinem digeſti. Ibidem 1570. *Idem C. Plinij librum 2. de Mundi hiſtoria cum Commentario Iacobi Milichij, pluribus in locis auxit & repurgauit. 4. Lipſiæ, 1573.*

Bartholomæi *Sibyllæ Monopolitani Theologiæ profeſſoris, Speculum peregrinarum quæſtionum, ad Alfonſum de Arragonia ducem Calabriæ, per tres Decades, ex theologis, iuriſperitis, philoſophis & Aſtrologis concinnatum, impreſſum eſt Argentinæ apud Ioannem Gruninger, anno Domini 1490. in 4.*

Bartholomæi *Sileber, Præſeruatio à morbo Gallico, Viennæ.*

Bartholomæi *de Spina, de Poteſtate Papæ ſuper coniugijs in gradibus lege diuina prohibitis. Idem de Strigibus.*

Bartholomæi *Spontoni Muſici lib. 2. Madrigalium, excuſi Venetijs apud Gardanum.*

Bartholomæus *Sozinus Senenſis, Mariani ſenioris filius,* I. C. *ſcripſit de Regulis iuris & fallentijs: & quædam in ff. no. & Inforciati 2. Idem ſcripſit ſuper omnibus octo partibus iuris ciuilis Commentaria. Item Conſiliorum volumina quatuor varijs in locis excuſa. Regulas & earum fallẽtias falſo illi attribui, viri fide digni referunt. Mariani Sozini & Bartholomæi filij Conſiliorum volumina 4. Franciſci Pepij appendicibus ornata, impreſſa ſunt Venetijs, 1572. in folio. Commentaria ad ius ciuile, cum doctißimorum Iureconſultorum Annotationibus, impreſſa Lugduni, anno Domini 1573. in folio.*

Bartholomæi *Steni Ducum, Iudicum, Regum Iſraelitici populi compendioſa commentatio, impreſſa Norimbergæ per Hieronymũ Holzel 1523. edita à Thoma Venatorio.*

Bartholomæus *Syluanius Salonenſis medicus, tranſtulit Ammonij Hermeæ commentarios in prædicamenta Ariſtotelis ex Græco in Latinum. Hieronymus Scotus impreßit Venetijs, anno 1541. Item in librum de Interpretatione, quos cum ſuperiori Venetijs Gryphius impreßit, 1555. Iidem commentarij à Gaſtono Sala recogniti, impreßi ſunt Pariſiis à Colinæo, anno D. 1542. venduntur 5. ſolidis Gallicis. Præterea tranſtulit Galeni librum de Conſtitutione artis medicæ. Item Definitiones medicas, quas etiam ex codicum veterum collatione plurimis locis auxit. De atra bile. De ſubſtantia facultatum naturalium fragmentum. Quod animi mores corporis temperaturam ſequantur. De plenitudine librum. Recognouit etiam quædam ab alijs tranſlata in Galeno, in editione Iuntarum, anno D. 1551. Venetijs publicata. Tranſtulit etiam Aphrodiſæi*

commen-

Digitized by Google

commentarios in octo libros logicos Ariſtotelis: vt index bibliothecæ Oporini indicat.

Barholomæi Syluij Cremonenſis libellus de Euchariſtia, impreſſus eſt Baſileæ ab Oporino in octauo. 1558.

Bartholomæus Traberon Anglus, Eduardo ſexto Anglorum regi à Bibliothecis, ac decanus Ciceſtrenſis, ſcripſit Parænesim ad Thomam fratrem vt Chriſtum Ieſum illiusq; doctrinam, quæ noſtro ſeculo è ſophiſtarum latebris auſpicato erupit, amplectatur, lib. 1. In mortem Henrici Dudlæi, & Viati ſenioris Carmina. Analyſin ſcoparum Cochlæi, lib. 1 In teſtamentum G. Tracij, lib. 1. Epiſtolas & carminā lib. 1. In primum caput Ioannis contra Arrianos lib. 1. Tranſtulit in ſermonem Anglicum Chirurgiam Ioannis de Vigo lib. 9. Epitomen documentorum eius, lib. 1. Interpretationem verborum lib. 1. Aliaque multa Latine & Anglice edidit. Claruit anno 1556. Balæus.

Bartholomæus Tridentinus hiſtoricus, ſcripſit vitas ſanctorum lib. 1.

Bartholomæi Veſpucij Florentini artium & medicinæ doctoris, oratio habita Patauij, anno 1506 in laudem quadriuij, ac præſertim Aſtrologiæ, item Annotationes nonnullæ ſparſim in ſphæram Ioan. de Sacrobuſto: impreſſa Venetijs 1508. cum alijs opuſculis & annotationibus de ſphæra.

Bartholomæi ab vrbe veteri cenſura in Antidotarium Meſue.

Bartholomæus Vinciguera de Capua, ſcripſit Gloſſas ſuper conſtitutionibus regni Siciliæ. Numeratur hic ſeparatim à Bartholomæo de Capua, in Indice Iureconſultorum Venet.

Bartholomæi Viotti, De demonſtratione lib. 5. Pariſijs 1560. in 8.

Bartholomæus de Vrbino, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini, ex opuſculis S. Ambroſij & Auguſtini opus ſingulari ſtudio ſecundū alphabeti ordinem in vnum comportauit, cui titulum impoſuit, Milleloquium Auguſtini lib. 1. milleloquium Ambroſij lib. 1. De bello quoq; ſpirituali lib. 1. & alia complura. Floruit anno D. 1410. Vide ſupra in Auguſtino de Anchona.

* Bartholomæi de Vſingen, Auguſtiniani, Purgatorium contra Lutheranos, Herbipoli 1527. in octauo. Libellus item de duabus diſputationibus in 8. anno 1527.

Bartholomæus Weſthemerus, Phorcenſis, Germanus, collegit tropos inſigniores vtriuſq; Teſtamenti, quos Thomas Wolfius excudit Baſileæ 1528. & deinceps ipſe etiam in ſua officina, & poſtremo magna acceſſione auctos Ioan. Heruagius, hoc anno. Idem edidit Conciliationem ac conſenſum ſacræ ſcriptur & patrum Orthodoxorum, in qua eſt cernere quid vtriuſq; Teſtamenti biblia cum eccleſiæ doctorum doctrina, quid cum Conciliorum ſacrorū canonum, pontificumq; Romanorum conſtitutionibus, & quid cum omnibus de re Chriſtiana ſpectatioris fidei hiſtorijs, conueniens communéue, quidq; varians habeant. Liber impreſ. eſt Tiguri ab And. Geſn. anno 1552. quater. 79. * Eiuſdē Phraſes diuinæ ſcripturæ. Antuerp. in ædibus Ioan. Steelſij 1539 Item liber Eccleſiaſticorū carminum cum alijs hymnis & proſis exquiſitiſſimis, in 8.

Bartholomæus Zambertus Venetus, Euclidis Geometrica elementa, & commentarios in eoſdem Theonis & Hypſiclis Alexandrinorum Latinitate donauit. Opus impreſſum Pariſijs, vnà cū Campani Galli commentarijs, à Michaele Pontano recognitum. Deinde Baſileæ 1537. etiam quibuſdā alijs adiectis. Eiuſdem comœdia quædam excuſa, inter libros officinæ Heruagij numeratur. Idem tranſtulit etiam ex Euclide Phænomena, ex traditione Theonis. Catoptrica, Optica ex traditione Theonis, Data ex traditione Pappi, & in eadem protheoriam Marini philoſophi. Quæ omnia impreſſa ſunt Baſileæ à Io. Heruagio, cum elementis Euclidis ab eodē tranſlatis, anno D. 1573.

Bartholomæi Zanchi Bergomatis, in Salluſtij Catilinariam Cōmentarius vtiliſſimus, 1554. Venetijs impreſſus, & Baſileæ apud Hein. Petri 1564.

Bartolinus Peruſinus, capellanus Cardinalis Gurcenſis, in literas retulit reſpōſionem Principum Germaniæ, datam legatis Leonis X. & cæteris oratoribus, Auguſtæ Vindelicorum, anno D. 1518. Libellus impreſſus ſeſquicharta.

Bartoli Lucani Vtinenſis, ad Innocentiū P. M. VII. oratio: impreſſa ab Euchario Argyrio.

Bartolus de Hugutio vel Hutio Gallus I. C. De quartis, De ſubſtitutionibus.

Bartolus de Saxoferrato, I. C. clariſſimus, ſcripſit commentaria ſuper totum propè Ius ciuile. Claruit anno 1355. Eius Cōmentaria in 12. lib. Codicis, ſtudio & opera Iacobi Concenatij I. C. ab innumeris mendis expurgata, excuſa ſunt Baſileæ in officina Frobeniana, anno 1562. in magno fol. Commentaria item in totum ius ciuile, cum aduocationibus Alex. Barb. Pariſ. Claudij à Seiſſel. And. Poma. Io. Frāc. Roue atq; aliorū, edita ſunt Venetijs 1570. apud Iuntas fol. Diſtinctionum tabulæ, in 4.

* Baruch Canephius ateomachiam ſiue refutationem errorum, & deteſtandæ Impietatis Athrorum, Libertinorum, & aliorum profanorum hominū his extremis temporibus prodeuntium, ad confirmandū infirmos in fide eccleſiæ Chriſtianæ, Gallica lingua edidit in lucem. In 8. per Ioan. Durandum 1582.

Baſianus optimus Rhetor ex Beræa vrbe Syriæ Stephanus.

Baſilis Indica citantur ab Athenæo. Plin. quoque 6. Naturalis hiſtoriæ Baſilem citat.

Baſilicus ſophiſta ſcripſit de Figuris dictionis, de rhetorico apparatu ſeu exercitatione: de Mutatione, & alia quædam. Suidas.

Baſilides Gnoſticorum impuriſſimæ ſectæ auctor fuit: plures Deos finxit qui ab Epiphanio enumerantur.

Baſilij Achrideni archiepiſcopi Theſſalonicæ, reſponſum ad epiſtolam Adriani pontificis, quæ & ipſa præponitur, Græce cum canonibus Conciliorū, quos Ioannes Zonaras expoſuit.

Baſilij Fabri Sorani, Germani, ex Terentio & Cicerone excerpta, cum interpretatione locorum

Digitized by Google

nem deſcriptus: excuſus primum in Italia, deinde Argentorati, anno 1535. Eiuſdem de Imitatione lib. 3. impreßi ſunt Venetijs in officina Aldi, & (ab authore recogniti) Baſileæ apud Oporinum, cum aliorum de Imitatione libris. Præterea ſcripſit apologiam contra Sardum, de Gloria lib. 3. & in Catullum quædam, vt ipſe de ſe refert, in Epiſtolis ad Aonium Palearium, quæ cum Palearij epiſtolis à Gryphio impreſſæ ſunt.

* Barholomæi Rimbertini, de Florentia epiſcopi Ceronenſis liber de Senſilibus delicijs paradiſi, extractus ex tractatu Ioannis de Tambaco. 8. Pariſijs Iodocus Badius, 1514.

Bartholomæus de Riparia, Tholoſæ Dominicanus, epiſcopus Baionenſis, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4.

Bartholomæi Romulæi compendium ſeu tractatus de Mora in obligationibus, Ingolſtadij 1569. in 4. Eiuſdem tractatus de Homicidio, ad ſui corporis tutelam ex propoſitio, & caſu perpetrato, in L. vt vim. De iuſtit. & iure. Ibidem in 4. Eiuſdem Tractatus de materia iuris accreſendi difficillima, & in omnibus vltimis voluntatibus vtilißima, & maxime quotidiana, in l. re coniuncti, de Leg. 3. Ingolſtadij in 4. Compendium de teſtatorũ præceptis, bona extra familiam alienari ad nobilitatem conſeruandam inhibentibus: cum Commentarijs in L. familias, &c. in 4.

Bartholomæus Roquallus, filius comitis de Roquacallus, 22. magiſter generalis Carmelitarum, & epiſcopus Maßilienſis, ſcripſit lecturam ſententiarum, lib. 4. Conciones ad clerum lib. 1. Claruit anno Domini 1433.

* Bartholomæi Roſini oratio funebris, in funere Wilhelmi ducis Saxoniæ habita. 4. Regenſpurgi, anno 1574.

Bartholomæi & Petri, Roſtinorum medicorum, ſententiæ omnes & verba, quæ in Hippocratis aphoriſmis continentur, iam recens & accurate in nouum ordinem alphabeticumq́; digeſta, vt quæuis in ipſis cõmemorata, nunc facilius & celerius quam antea inueniri queant.

Bartholomæus de Saliceto Iuriſcõſultus, ſcripſit ſuper Codice lib. 9. ſuper Inſtitutis lib. 4. De vſu Feudorum lib. 1. Lecturam ſuper 1. 8. & 9. Codicis, manuſcriptam M. Dreſſerus, & alia complura. Claruit anno 1390. * Eius Lecturæ ſuper Digeſto veteri & Codice: Quamplurium Iureconſultorum adnotationibus illuſtratæ, in fol. Venetijs

Bartholomæus Saligniacus, Gallus, vir nobilis, doctus & eloquens, eques auratus, ſcripſit Itinerarium Paleſtinæ lib. 1.

Bartholomæi Scalæ, epiſtolæ 3. Florentiæ ſcriptæ ad Angelum Politianum, leguntur in lib. 5. Epiſtolarum eiuſdem, & 5. in 12.

Bartholomæi Sculteti Prognoſticon nouilunij ecliptici, anno 1567. in quo varij euentus proximorum annorum prædicuntur. Gorlicij anno Domini 1569. Eiuſdem Miſniæ & Luſatiæ Chorographia: ibidem anno 1569. Calendarium eccleſiaſticum perpetuum Gorlicij 1571. in quarto Germanice. Gnomonice de Solarijs Germanice deſcripta. Gorlicij 1572. in folio* Idem tractatũ de peſte eiusq; accidentarijs morbis & præſeruatiua ex Theophraſti Paracelſi libris collegit, Germ. 8. Baſileæ 1575. de Cometa qui anno 1577. apparuit.

Bartholomæi Schoenbornij Computus vel Calendarium Aſtronomicum, continens præcipuarum partium temporis deſcriptiones. Wittenbergæ 1567 octauo. Verſus ſententioſi ex Græcorum poematis collecti, & ad literarum ordinem digeſti. Ibidem 1570. *Idem C. Plinij librum 2. de Mundi hiſtoria cum Commentario Iacobi Milichij, pluribus in locis auxit & repurgauit. 4. Lipſiæ, 1573.

Bartholomæi Sibyllæ Monopolitani Theologiæ profeſſoris, Speculum peregrinarum quæſtionum, ad Alfonſum de Arragonia ducem Calabriæ, per tres Decades, ex theologis, iuriſperitis, philoſophis & Aſtrologis concinnatum, impreſſum eſt Argentinæ apud Ioannem Gruninger, anno Domini 1490. in 4.

Bartholomæi Sileber, Præſeruatio à morbo Gallico, Viennæ.

Bartholomæi de Spina, de Poteſtate Papæ ſuper coniugijs in gradibus lege diuina prohibitis. Idem de Strigibus.

Bartholomæi Spontoni Muſici lib. 2. Madrigalium, excuſi Venetijs apud Gardanum.

Bartholomæus Sozinus Senenſis, Mariani ſenioris filius, I. C. ſcripſit de Regulis iuris & fallentijs: & quædam in ff. no. & Inforciati 2. Idem ſcripſit ſuper omnibus octo partibus iuris ciuilis Commentaria. Item Conſiliorum volumina quatuor varijs in locis excuſa. Regulas & earum fallẽtias falſo illi attribui, viri fide digni referunt. Mariani Sozini & Bartholomæi filij Conſiliorum volumina 4. Franciſci Pepij appendicibus ornata, impreſſa ſunt Venetijs, 1572. in folio. Commentaria ad ius ciuile, cum doctißimorum Iureconſultorum Annotationibus, impreſſa Lugduni, anno Domini 1573. in folio.

Bartholomæi Steni Ducum, Iudicum, Regum Iſraelitici populi compendioſa commentatio, impreſſa Norimbergæ per Hieronymũ Holzel 1523. edita à Thoma Venatorio.

Bartholomæus Syluanius Salonenſis medicus, tranſtulit Ammonij Hermeæ commentarios in prædicamenta Ariſtotelis ex Græco in Latinum. Hieronymus Scotus impreßit Venetijs, anno 1541. Item in librum de Interpretatione, quos cum ſuperiori Venetijs Gryphius impreßit, 1555. Iidem commentarij à Gaſtono Sala recogniti, impreßi ſunt Pariſijs à Colinæo, anno D. 1542. venduntur 5. ſolidis Gallicis. Præterea tranſtulit Galeni librum de Conſtitutione artis medicæ. Item Definitiones medicas, quas etiam ex codicum veterum collatione plurimis locis auxit. De atra bile. De ſubſtantia facultatum naturalium fragmentum. Quod animi mores corporis temperaturam ſequantur. De plenitudine librum. Recognouit etiam quædam ab alijs tranſlata in Galeno, in editione Iuntarum, anno D. 1551. Venetijs publicata. Tranſtulit etiam Aphrodiſæi commen-

Digitized by Google

commentarios in octo libros logicos Ariſtotelis: vt index bibliothecæ Oporini indicat.

Bartholomæi Syluij Cremonenſis libellus de Euchariſtia, impreſſus eſt Baſileæ ab Oporino in octauo. 1558.

Bartholomæus Traberon Anglus, Eduardo ſexto Anglorum regi à Bibliothecis, ac decanus Ciceſtrenſis, ſcripſit Parænesim ad Thomam fratrem vt Chriſtum Ieſum illiusq́ doctrinam, quæ noſtro ſeculo è ſophiſtarum latebris auſpicato erupit, amplectatur, lib. 1. In mortem Henrici Dudlæi, & Viati ſenioris Carmina. Analyſin ſcoparum Cochlæi, lib. 1 In teſtamentum G. Tracij, lib. 1. Epiſtolas & carmina lib. 1. In primum caput Ioannis contra Arrianos lib. 1. Tranſtulit in ſermonem Anglicum Chirurgiam Ioannis de Vigo lib. 9. Epitomen documentorum eius, lib. 1. Interpretationem verborum lib. 1. Aliaque multa Latine & Anglice edidit. Claruit anno 1556. Balæus.

Bartholomæus Tridentinus hiſtoricus, ſcripſit vitas ſanctorum lib. 1.

Bartholomæi Veſpucij Florentini artium & medicinæ doctoris, oratio habita Patauij, anno 1506 in laudem quadriuij, ac præſertim Aſtrologiæ, item Annotationes nonnullæ ſparſim in ſphæram Ioan. de Sacrobuſto: impreſſa Venetijs 1508. cum alijs opuſculis & annotationibus de ſphæra.

Bartholomæi ab vrbe veteri cenſura in Antidotarium Meſue.

Bartholomæus Vinciguera de Capua, ſcripſit Gloſſas ſuper conſtitutionibus regni Siciliæ. Numeratur hic ſeparatim à Bartholomæo de Capua, in Indice Iureconſultorum Venet.

Bartholomæi Viotti, De demonſtratione lib. 5. Pariſijs 1560. in 8.

Bartholomæus de Vrbino, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini, ex opuſculis S. Ambroſij & Auguſtini opus ſingulari ſtudio ſecundũ alphabeti ordinem in vnum comportauit, cui titulum impoſuit, Milleloquium Auguſtini lib. 1. milleloquium Ambroſij lib. 1. De bello quoq́ ſpirituali lib. 1. & alia complura. Floruit anno D. 1410. Vide ſupra in Auguſtino de Anchona.

* Bartholomæi de Vſingen, Auguſtiniani, Purgatorium contra Lutheranos, Herbipoli 1527. in octauo. Libellus item de duabus diſputationibus in 8. anno 1527.

Bartholomæus Weſthemerus, Phorcenſis, Germanus, collegit tropos inſigniores vtriusq́ Teſtamenti, quos Thomas Wolfius excudit Baſileæ 1528. & deinceps ipſe etiam in ſua officina, & poſtremo magna acceſſione auctos Ioan. Heruagius, hoc anno. Idem edidit Conciliationem ac conſenſum ſacræ ſcriptur & patrum Orthodoxorum, in qua eſt cernere quid vtriusq́ Teſtamenti biblia cum eccleſiæ doctorum doctrina, quid cum Conciliorum ſacrorũ canonum, pontificumq́ Romanorum conſtitutionibus, & quid cum omnibus de re Chriſtiana ſpectatioris fidei hiſtorijs, conueniens communéue, quidq́ varians habeant. Liber impreſ. eſt Tiguri ab And. Geſn. anno 1552. quater. 79. * Eiuſdẽ Phraſes diuinæ ſcripturæ. Antuerp. in ædibus Ioan. Steelſij 1539 Item liber Eccleſiaſticorũ carminum cum alijs hymnis & proſis exquiſitiſſimis, in 8.

Bartholomæus Zambertus Venetus, Euclidis Geometrica elementa, & commentarios in eoſdem Theonis & Hypſiclis Alexandrinorum Latinitate donauit. Opus impreſſum Pariſijs, vnà cũ Campani Galli commentarijs, à Michaele Pontano recognitum. Deinde Baſileæ 1537. etiam quibuſdã alijs adiectis. Eiuſdem comœdia quædam excuſa, inter libros officinæ Heruagij numeratur. Idem tranſtulit etiam ex Euclide Phænomena, ex traditione Theonis. Catoptrica, Optica ex traditione Theonis, Data ex traditione Pappi, & in eadem protheoriam Marini philoſophi. Quæ omnia impreſſa ſunt Baſileæ à Io. Heruagio, cum elementis Euclidis ab eodẽ tranſlatis, anno D. 1573.

Bartholomæi Zanchi Bergomatis, in Salluſtij Catilinariam Cõmentarius vtiliſſimus, 1554. Venetijs impreſſus, & Baſileæ apud Hein. Petri 1564.

Bartolinus Peruſinus, capellanus Cardinalis Gurcenſis, in literas retulit reſpõſionem Principum Germaniæ, datam legatis Leonis X. & cæteris oratoribus, Auguſtæ Vindelicorum, anno D. 1518. Libellus impreſſus ſeſquicharta.

Bartoli Lucani Vtinenſis, ad Innocentiũ P. M. VII. oratio: impreſſa ab Euchario Argyrio.

Bartolus de Hugutio vel Hutio Gallus I. C. De quartis, De ſubſtitutionibus.

Bartolus de Saxoferrato, I. C. clariſſimus, ſcripſit commentaria ſuper totum propè Ius ciuile. Claruit anno 1355. Eius Cõmentaria in 12. lib. Codicis, ſtudio & opera Iacobi Concenatij I. C. ab innumeris mendis expurgata, excuſa ſunt Baſileæ in officina Frobeniana, anno 1562. in magno fol. Commentaria item in totum ius ciuile, cum aduocationibus Alex. Barb. Pariſ. Claudij à Seiſſel. And. Poma. Io. Frãc. Roue atq́ aliorũ, edita ſunt Venetijs 1570. apud Iuntas fol. Diſtinctionum tabulæ, in 4.

* Baruch Cancphius ateomachiam ſiue refutationem errorum, & deteſtandæ Impietatis Athrorum, Libertinorum, & aliorum profanorum hominũ his extremis temporibus prodeuntium, ad confirmandũ infirmos in fide eccleſiæ Chriſtianæ, Gallica lingua edidit in lucem. In 8. per Ioan. Durandum 1582.

Baſianus optimus Rhetor ex Beræa vrbe Syriæ Stephanus.

Baſilis Indica citantur ab Athenæo. Plin. quoque 6. Naturalis hiſtoriæ Baſilem citat.

Baſilicus ſophiſta ſcripſit de Figuris dictionis, de rhetorico apparatu ſeu exercitatione: de Mutatione, & alia quædam. Suidas.

Baſilides Gnoſticorum impuriſſimæ ſectæ auctor fuit: plures Deos finxit qui ab Epiphanio enumerantur.

Baſilij Achrideni archiepiſcopi Theſſalonicæ, reſponſum ad epiſtolam Adriani pontificis, quæ & ipſa præponitur, Græce cum canonibus Conciliorũ, quos Ioannes Zonaras expoſuit.

Baſilij Fabri Sorani, Germani, ex Terentio & Cicerone excerpta, cum interpretatione locorum

Digitized by Google

nem deſcriptus: excuſus primum in Italia, deinde Argentorati, anno 1535. Eiuſdem de Imitatione lib. 3. impreßi ſunt Venetijs in officina Aldi, & (ab autore recogniti) Baſileæ apud Oporinum, cum aliorum de Imitatione libris. Præterea ſcripſit apologiam contra Sardum, de Gloria lib. 3. & in Catullum quædam, vt ipſe de ſe refert, in Epiſtolis ad Aonium Palearium, quæ cum Palearij epiſtolis à Gryphio impreſſæ ſunt.

* Barholomæi Rimbertini, de Florentia epiſcopi Ceronenſis liber de Senſilibus delicijs paradiſi, extractus ex tractatu Ioannis de Tambaco. 8. Pariſijs Iodocus Badius, 1514.

Bartholomæus de Riparia, Tholoſæ Dominicanus, epiſcopus Baionenſis, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4.

Bartholomæi Romulæi compendium ſeu tractatus de Mora in obligationibus, Ingolſtadij 1569. in 4. Eiuſdem tractatus de Homicidio, ad ſui corporis tutelam ex propoſitio, & caſu perpetrato, in L. vt vim. De iuſtit. & iure. Ibidem in 4. Eiuſdem Tractatus de materia iuris accreſendi difficillima, & in omnibus vltimis voluntatibus vtiliſſima, & maxime quotidiana, in l. re coniuncti, de Leg. 3. Ingolſtadij in 4. Compendium de teſtatorũ præceptis, bona extra familiam alienari ad nobilitatem conſeruandam inhibentibus: cum Commentarijs in L. familias, &c. in 4.

Bartholomæus Roquallus, filius comitis de Roquacallus, 22. magiſter generalis Carmelitarum, & epiſcopus Maßilienſis, ſcripſit lecturam ſententiarum, lib. 4. Conciones ad clerum lib. 1. Claruit anno Domini 1433.

* Bartholomæi Roſini oratio funebris, in funere Wilhelmi ducis Saxoniæ habita. 4. Regenſpurgi, anno 1574.

Bartholomæi & Petri, Roſtinorum medicorum, ſententiæ omnes & verba, quæ in Hippocratis aphoriſmis continentur, iam recens & accurate in nouum ordinem alphabeticumq; digeſta, vt quæuis in ipſis cõmemorata, nunc facilius & celerius quam antea inueniri queant.

Bartholomæus de Saliceto Iuriſcõſultus, ſcripſit ſuper Codice lib. 9. ſuper Inſtitutis lib. 4. De vſu Feudorum lib. 1. Lecturam ſuper 1. 8. & 9. Codicis, manuſcriptam M. Dreſſerus, & alia complura. Claruit anno 1390. * Eius Lecturæ ſuper Digeſto veteri & Codice: Quamplurium Iureconſultorum adnotationibus illuſtratæ, in fol. Venetijs

Bartholomæus Saligniacus, Gallus, vir nobilis, doctus & eloquens, eques auratus, ſcripſit Itinerarium Paleſtinæ lib. 1.

Bartholomæi Scalæ, epiſtolæ 3. Florentiæ ſcriptæ ad Angelum Politianum, leguntur in lib. 5. Epiſtolarum eiuſdem, & 5. in 12.

Bartholomæi Sculteti Prognoſticon nouilunij ecliptici, anno 1567. in quo varij euentus proximorum annorum prædicuntur. Gorlicij anno Domini 1569. Eiuſdem Miſniæ & Luſatiæ Chorographia: ibidem anno 1569. Calendarium eccleſiaſticum perpetuum Gorlicij 1571. in quarto Germanice. Gnomonice de Solarijs Germanice deſcripta. Gorlicij 1572. in folio * Idem tractatũ de peſte eiusq; accidentarijs morbis & præſeruatiua ex Theophraſti Paracelſi libris collegit, Germ. 8. Baſileæ 1575. de Cometa qui anno 1577. apparuit.

Bartholomæi Schoenbornij Computus vel Calendarium Aſtronomicum, continens præcipuarum partium temporis deſcriptiones. Wittenbergæ 1567 octauo. Verſus ſententioſi ex Græcorum poematis collecti, & ad literarum ordinem digeſti. Ibidem 1570. * Idem C. Plinij librum 2. de Mundi hiſtoria cum Commentario Iacobi Milichij, pluribus in locis auxit & repurgauit. 4. Lipſiæ, 1573.

Bartholomæi Sibyllæ Monopolitani Theologiæ profeſſoris, Speculum peregrinarum quæſtionum, ad Alfonſum de Arragonia ducem Calabriæ, per tres Decades, ex theologis, iuriſperitis, philoſophis & Aſtrologis concinnatum, impreſſum eſt Argentinæ apud Ioannem Gruninger, anno Domini 1490. in 4.

Bartholomæi Sileber, Præſeruatio à morbo Gallico, Viennæ.

Bartholomæi de Spina, de Poteſtate Papæ ſuper coniugijs in gradibus lege diuina prohibitis. Idem de Strigibus.

Bartholomæi Spontoni Muſici lib. 2. Madrigalium, excuſi Venetijs apud Gardanum.

Bartholomæus Sozinus Senenſis, Mariani ſenioris filius, I. C. ſcripſit de Regulis iuris & fallentijs: & quædam in ff. no. & Inforciati 2. Idem ſcripſit ſuper omnibus octo partibus iuris ciuilis Commentaria. Item Conſiliorum volumina quatuor varijs in locis excuſa. Regulas & earum fallẽtias falſo illi attribui, viri fide digni referunt. Mariani Sozini & Bartholomæi filij Conſiliorum volumina 4. Franciſci Pepij appendicibus ornata, impreſſa ſunt Venetijs, 1572. in folio. Commentaria ad ius ciuile, cum doctiſſimorum Iureconſultorum Annotationibus, impreſſa Lugduni, anno Domini 1573. in folio.

Bartholomæi Steni Ducum, Iudicum, Regum Iſraelitici populi compendioſa commentatio, impreſſa Norimbergæ per Hieronymũ Holzel 1523. edita à Thoma Venatorio.

Bartholomæus Syluanius Salonenſis medicus, tranſtulit Ammonij Hermeæ commentarios in prædicamenta Ariſtotelis ex Græco in Latinum. Hieronymus Scotus impreßit Venetijs, anno 1541. Item in librum de Interpretatione, quos cum ſuperiori Venetijs Gryphius impreßit, 1555. Iidem commentarij à Gaſtono Sala recogniti, impreßi ſunt Pariſijs à Colinæo, anno D. 1542. venduntur 5. ſolidis Gallicis. Præterea tranſtulit Galeni librum de Conſtitutione artis medicæ. Item Definitiones medicas, quas etiam ex codicum veterum collatione plurimis locis auxit. De atra bile. De ſubſtantia facultatum naturalium fragmentum. Quod animi mores corporis temperaturam ſequantur. De plenitudine librum. Recognouit etiam quædam ab alijs tranſlata in Galeno, in editione Iuntarum, anno D. 1551. Venetijs publicata. Tranſtulit etiam Aphrodiſæi commen-

*commentarios in octo libros logicos Ariſtotelis: vt index bibliothecæ Oporini indicat.*

Barholomæi *Syluij Cremonenſis libellus de Euchariſtia, impreſſus eſt Baſileæ ab Oporino in octauo.* 1558.

Bartholomæus *Traberon Anglus, Eduardo ſexto Anglorum regi à Bibliothecis, ac decanus Ciceſtrenſis, ſcripſit Parænesim ad Thomam fratrem vt Chriſtum Ieſum illiusq; doctrinam, quæ noſtro ſeculo è ſophiſtarum latebris auſpicato erupit, amplectatur, lib. 1. In mortem Henrici Dudlæi, & Viati ſenioris Carmina.* Analyſin *ſcoparum Cochlæi, lib. 1 In teſtamentum G. Tracij, lib. 1. Epiſtolas & carminā lib. 1. In primum caput Ioannis contra Arrianos lib. 1. Tranſtulit in ſermonem Anglicum Chirurgiam Ioannis de Vigo lib. 9. Epitomen documentorum eius, lib. 1. Interpretationem verborum lib. 1. Aliaque multa Latine & Anglice edidit. Claruit anno* 1556. *Balæus.*

Bartholomæus *Tridentinus hiſtoricus, ſcripſit vitas ſanctorum lib. 1.*

Bartholomæi *Veſpucij Florentini artium & medicinæ doctoris, oratio habita Patauij, anno* 1506 *in laudem quadriuij, ac præſertim Aſtrologiæ, item Annotationes nonnullæ ſparſim in ſphæram Ioan. de Sacrobuſto: impreſſa Venetijs* 1508. *cum alijs opuſculis & annotationibus de ſphæra.*

Bartholomæi *ab vrbe veteri cenſura in Antidotarium Meſue.*

Bartholomæus *Vinciguera de Capua, ſcripſit Gloſſas ſuper conſtitutionibus regni Siciliæ. Numeratur hic ſeparatim à Bartholomæo de Capua, in Indice Iureconſultorum Venet.*

Bartholomæi *Viotti, De demonſtratione lib. 5. Pariſijs* 1560. *in* 8.

Bartholomæus *de Vrbino, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini, ex opuſculis S. Ambroſij & Auguſtini opus ſingulari ſtudio ſecundū alphabeti ordinem in vnum comportauit, cui titulum impoſuit, Milleloquium Auguſtini lib. 1. milleloquium Ambroſij lib. 1. De bello quoq; ſpirituali lib. 1. & alia complura. Floruit anno D.* 1410. *Vide ſupra in Auguſtino de Anchona.*

* Bartholomæi *de Vſingen, Auguſtiniani, Purgatorium contra Lutheranos, Herbipoli* 1527. *in octauo. Libellus item de duabus diſputationibus in* 8. *anno* 1527.

Bartholomæus *Weſthemerus, Phorcenſis, Germanus, collegit tropos inſigniores vtriuſq; Teſtamenti, quos Thomas Wolfius excudit Baſileæ* 1528. *& deinceps ipſe etiam in ſua officina, & poſtremo magna acceſſione auctos Ioan. Heruagius, hoc anno. Idem edidit Conciliationem ac conſenſum ſacræ ſcriptur & patrum Orthodoxorum, in qua eſt cernere quid vtriuſq; Teſtamenti biblia cum eccleſiæ doctorum doctrina, quid cum Conciliorum ſacrorū canonum, pontificumq; Romanorum conſtitutionibus, & quid cum omnibus de re Chriſtiana ſpectatioris fidei hiſtorijs, conueniens communéue, quidq; varians habeant. Liber impreſ. eſt Tiguri ab And. Geſn. anno* 1552. *quater.* 79. * *Eiuſdē Phraſes diuinæ ſcripturæ. Antuerp. in ædibus Ioan. Steelſij* 1539 *Item liber Eccleſiaſticorū carminum cum alijs hymnis & proſis exquiſitiſſimis, in* 8.

Bartholomæus *Zambertus Venetus, Euclidis Geometrica elementa, & commentarios in eoſdem Theonis & Hypſiclis Alexandrinorum Latinitate donauit. Opus impreſſum Pariſijs, vnà cū Campani Galli commentarijs, à Michaele Pontano recognitum. Deinde Baſileæ* 1537. *etiam quibuſdā alijs adiectis. Eiuſdem comœdia quædam excuſa, inter libros officinæ Heruagij numeratur. Idem tranſtulit etiam ex Euclide Phænomena, ex traditione Theonis. Catoptrica, Optica ex traditione Theonis, Data ex traditione Pappi, & in eadem protheoriam Marini philoſophi. Quæ omnia impreſſa ſunt Baſileæ à Io. Heruagio, cum elementis Euclidis ab eodē tranſlatis, anno D.* 1573.

Bartholomæi *Zanchi Bergomatis, in Salluſtij Catilinariam Cōmentarius vtiliſſimus,* 1554. *Venetijs impreſſus, & Baſileæ apud Hein. Petri* 1564.

Bartolinus *Peruſinus, capellanus Cardinalis Gurcenſis, in literas retulit reſpōſionem Principum Germaniæ, datam legatis Leonis* X. *& cæteris oratoribus, Auguſtæ Vindelicorum, anno D.* 1518. *Libellus impreſſus ſeſquicharta.*

Bartoli *Lucani Vtinenſis, ad Innocentiū* P. M. VII. *oratio: impreſſa ab Euchario Argyrio.*

Bartolus *de Hugutio vel Hutio Gallus* I. C. *De quartis, De ſubſtitutionibus.*

Bartolus *de Saxoferrato,* I. C. *clariſſimus, ſcripſit commentaria ſuper totum propè Ius ciuile. Claruit anno* 1355. *Eius Cōmentaria in* 12. *lib. Codicis, ſtudio & opera Iacobi Concenatij* I. C. *ab innumeris mendis expurgata, excuſa ſunt Baſileæ in officina Frobeniana, anno* 1562. *in magno fol. Commentaria item in totum ius ciuile, cum aduocationibus Alex. Barb. Pariſ. Claudij à Seiſſel. And. Poma. Io. Frāc. Roue atq; aliorū, edita ſunt Venetijs* 1570. *apud Iuntas fol. Diſtinctionum tabulæ, in* 4.

* Baruch *Cancphius ateomachiam ſiue refutationem errorum, & deteſtandæ Impietatis Athrorum, Libertinorum, & aliorum profanorum hominū his extremis temporibus prodeuntium, ad confirmandū infirmos in fide eccleſiæ Chriſtianæ, Gallica lingua edidit in lucem. In* 8. *per Ioan. Durandum* 1582.

Baſianus *optimus Rhetor ex Berœa vrbe Syriæ Stephanus.*

Baſilis *Indica citantur ab Athenæo. Plin. quoque* 6. *Naturalis hiſtoriæ Baſilem citat.*

Baſilicus *ſophiſta ſcripſit de Figuris dictionis, de rhetorico apparatu ſeu exercitatione: de Mutatione, & alia quædam. Suidas.*

Baſilides *Gnoſticorum impuriſſimæ ſectæ auctor fuit: plures Deos finxit qui ab Epiphanio enumerantur.*

Baſilij *Achrideni archiepiſcopi Theſſalonicæ, reſponſum ad epiſtolam Adriani pontificis, quæ & ipſa præponitur, Græce cum canonibus Conciliorū, quos Ioannes Zonaras expoſuit.*

Baſilij *Fabri Sorani, Germani, ex Terentio & Cicerone excerpta, cum interpretatione locorum*

Digitized by Google

Barchiarius *Macceus, D. Patricij diſcipulus, natione Britannus, ſcripſit, Ad Ianuarium de reparatione lapſi, ſiue de fructu pœnitentiæ, lib. 1. De fide perſeuerante, lib. 1. Prognoſtica natiuitatum, lib. 1. hunc iuuenis edidit dum incumberet Matheſi. Claruit anno ſalutis 460. Hunc alij Bacciarium alij Bacchianum vocant. Baleus. Liber de recipiendis lapſis impreſſus eſt in 1. tomo Orthodoxographorum Baſileæ.*

Bacciarius *aduerſus querulos & oſores ſuos librum De fide ſcripſit, teſte Gennadio.*

Bacchius *Mileſius citatur apud Plinium, qui in 8. 10. 15. 17. & 18. Naturalis hiſtoriæ libros multa ex eo tranſtulit.*

Bacchius *gloſſographus Hippocratis Erotiano teſte.* Bacchij *Auſcultationes & Compendium pulſuum citat Galenus lib. 4. de different. pulſuum cap. 10. Bacchij Harmonica Iſagoge Romæ extat in Vaticana bibliotheca Græce: Item Auguſtæ Vindelicæ: & item Cardinalis S. Fioræ. Quidam hunc Vaccæum nominant.*

Bacchylides *Simonidis Cei cognatus* ἀδελφιδοῦς, *ex Iulide vrbe Cei, poeta Lyricus: huius amatoria allegat Athenæus, & Stobæus pæanes. Citatur quoque à Plutarcho in vita Numæ. Epigramma eius extat ſexto libro Florilegij.*

Bacchyllus *Corinthi epiſcopus ſcripſit De Paſchate librum: Claruitq́ ſub Seuero imperatore Romano.*

Baccij *Vgolini epiſtolium, legitur in fine ſeptimi libri epiſtolarum Politiani.*

Bacchomius *abbas à Trittenhemio vocatur, quem Gennadius Pachumium vocat. Vide infra.*

Baderi *de Euchariſtia liber, impreſſus in Germania.*

* M. Bado *Minenſis quondã diſcipulus Eraſmi Roterod. vir magno ingenio præditus, deſcripſit Pontificiorum ſacrificulorum nequitiam in libro dicto Claus Buer, qui primò æditus eſt, 1523.*

Bæagrus *in Macedonicis à Stephano citatur.*

Baeton *quidam ſcripſit Alexandri* σταθμοὺς, *citatur ab Athenæo.*

Bagorotus *vel Barragotus vtriuſq́ iuris profeſſor inſignis. ſcripſit Cauillationum lib. 1. De ordine iudiciorum lib. 1.*

Rabbi *Bahai filij Aſer expoſitiones in legem, lingua Hebraica, impreſſæ.*

Balbus *ſcripſit ad Celſum de agrimenſoria, rationatoriaq́, de aſſe, minutiſq́ eius partibus, quæ à Caluo Hippocratis interprete citantur. Item de nominibus menſurarum lib. cuius meminit Volaterranus. Idem ſcripſit de Colonijs Latinis lib. quem ſe emendaturum & in publicum editurum, Andreas Alciatus promiſit. Inſcribitur autem hic liber ab alijs Frontino, aut Auguſto Cæſari & Heroni. Extat in Bibliotheca P. Pithoei.*

Baldricus *archiepiſcopus Dolenſis in Aremorica Brytannia Scripſit vitam D. Samſonis lib. 1. hiſtoriam Hieroſolymitanam lib. 1.*

Balduinus *Deuonius ordinis Ciſterćienſis, epiſcopus Wigornienſis, & poſtea Cantuarienſis archiepiſcopus, ſcripſit de corpore & ſanguine domini lib. 1. De ſacramentis eccleſiæ lib. 1. De orthodoxis dogmatibus, lib. 1. De ſectis hæreticorum, lib. 2. Commendationem fidei, lib. 1. De vnitate charitatis, lib. 1. De ſacerdotio Ioannis Hircani, lib. 1. Super eruditione Gyraldi, lib. 1. Sermones 33. lib. 1. De amore lib. 1. Super hiſtorijs regum lib. 4. Contra Henricum Wintonienſem, lib. 1. Cõmendationem Virginitatis lib. 1. Carmen deuotionis lib. 1. De cruce lib. 1. De Angeli nuncio lib. 1. Mythologiam lib. 1. Epiſtolarum ſuarum, lib. 1. Hic Ricardum Angliæ regem in Syriam ſecutus, anno ſalutis noſtræ 1190. Tyri vitam finiuit, vbi & ſepultus eſt. Balæus.*

* Balduinus *Parrochus Padeburn. ſcripſit hiſtoriam vniuerſalem ab orbe condito vſq́ ad 1418.*

Balduini *Ronſſei Gandenſis, medici reipub. Gandanæ, libellus de magnis Hippocratis lienibus, Pliniiq́ Stomacace ac Sceletyrbe, ſeu vulgo Scorbuto dicto. Antuerpiæ.*

Baldus *de Bartholinis Super. 2. FF. noui De verborum obligationibus.*

* Baldus *Correalis à S. Agatha Ferretrana, conſilia Laurentij de Pinu Bononienſis, argumentis & ſummarijs illuſtrauit. fol. Venetijs. 1579.*

Baldus *Nouellus ſcripſit de dote, & de verborum obligationibus.*

Baldus *de Periglis, De quæſtionibus & tortura, In pluribus tamen manuſcriptis exemplaribus hic tractatus Dyno inſcribitur.*

Baldus *de Vbaldis Peruſinus, iureconſultus omnium ſui temporis celeberrimus, ſcripſit Super codice lib. 9. Super ff. veteri lib. 24. Super ff. nouo lib. 12. Super ff. Inforciati lib. 14. Super Inſtitutis lib. 4. De vſu feudorum lib. 1. Super Autenti. lib. 1. Super ſecundo Decretalium, lib. 1. Additiones Speculi, lib. 1. Conſilia multa, lib. 1. Et alia complura, ſcripſit commentarios ſuper totum corpus Iuris Ciuilis. Item practicam Lugduni impreſſam, & Margaritam, ſeu repertorium. Item modum arguendi, nondum impreſſum. Obijt 1400. Ticini. Baldi lecturæ accuratiſſime editæ ſunt annotationibus, nouis ſummarijs & Indice, Venetijs apud Iuntas 1572.*

* *Eiuſdem tractatus de tabellionibus cum annotationibus Martini de Fanno. Venet. 1546.*

Balæus *in Turba, chymiſta, citatur ab Hortulano.*

Balionus *de Nobilibus ſuper 2. Codicis, De liber præteritis.*

Balthaſſar *Bidenbachius concionator aulicus illuſtriſ. principis Wirtenbergenſis Germanice deſcripſit vitam & obitum Illuſtriſ. Principis Chriſtophori ducis Wirtenbergenſis. Tubingæ in 4. Interpretatus etiam eſt Germanice Pſalmum 85. ibidem impreſſum 1571.*

* Balthaſſar *Brunnerus medicus Hallenſis ſcripſit Inſtitutionem de præcauenda peſte: pro ciuitate Hallenſi. Germanicè, Lipſiæ in 4. anno Domini 1581.*

Balthaſſaris *Caſtilioni carminũ liber, impreſſus eſt Venetijs à Vincentio Valgriſio, & Florentiæ à*

rie à Torrentino 1552. cum alijs illuſtrium poetarum carminibus. Eundem audio ſcripſiſſe de laudibus picturæ & ſculpturæ. * Eiuſdem Aulicus li. 1. Gallicè 1540.

* Balthaſſaris Conradini inſtitutio, quomodo quiſque familiæ ſuæ à lue Vngarica, angina, peripneumonia, pleuriti, &c. præcauere debeat. Germanicè in 8. Argentinæ 1574.

* Balthaſſar Copius ſcripſit quædam Epigrammata.

* Balthaſſaris cuiuſdam Iſubmari tractatus de non baptizandis infantibus ex ſententia veterum et recentiorum eccleſiæ doctorum. Germanice Nicolſpurgi in quarto, anno 1526.

* Balthaſſaris Gutleri oratio funebris anniuerſaria de principe Mauritio in quarto, anno Domini 1562.

* Balthaſſaris Kuliſſer carmen gratulatorium in coronationem Bohemicam Diui Max. II. Pragæ 1562. Hiſtoriam Ducum ac Regum Bohemiæ complectens.

Balthaſſaris de Lipſia, fratrum collegij S. Bernardi prouiſoris, concluſiones 39. cum ſuis explicationibus contra Ioannem Huſſ. pro vna ſpecie ſacramenti, impreſſæ ſunt Lipſiæ, anno Domini 1494.

* Fr. Bartholomæi à Medina ordinis prædicatorum expoſitio in tertiam D. Thomæ partem vſque ad quæſtionem ſexageſimam, complectens tertium librum ſententiarum, in folio Venetijs anno Domini 1582.

* Balthaſſar Muſculus 35. breues & Chriſtianas quatuor vocum in lucem edidit Germanicè, 12. Norimbergæ 1578.

Balthaſſar Pacimontanus primum paſtor in Waldtzhuot, deinde Anabaptiſtarum patronus, ſcripſit quædam contra baptiſmum paruulorum, Concluſiones viginti de euchariſtia, Regulas aliquot de paranda menſa domini. Epiſtola eius ad Ioannem Oecolampadium extat libro ſecundo epiſtolarum Oecolampadij & Zuinglij.

Balthaſſar Praſpergius Merſpurgenſis ſcripſit de Muſica chorali librum, regulis multis ac exemplis varijs refertum, & excuſum in quarto, Baſileæ anno 1500.

Balthaſſaris Ralde Concordia Papiſtarũ, Anabaptiſtarum, Wicelianorum & Lutheranorum.

Balthaſſaris Raſini epiſtolæ extant.

Balthaſſar Rius ſcripſit orationem de expeditione in Turcas.

* Balthaſſaris Sartorij Vratiſlauien. fata aſtrologica, de Sereniſſ. Rege Ferdinando conſcripta. Iunctis alijs iudicijs aſtrologicis de poſteritate Auſtriaca, in 4. anno 1553. manuſcript.

Balthaſſar Steindel, de re culinaria Germanicè diligenter ſcripſit.

Balthaſſaris Trochi Aſcanienſis, Germani, vocabularius Latino germanicus, quem in ſcrinia & nidos diuiſit. Impreſſus Lipſiæ à Melchiore Lothero, anno 1517.

Balthaſſar Wechtlinus, Colmarienſis, ſcripſit additiones aliquas inſignium aliquot ſcriptorum lib. 1. Claruit anno Domini 1540.

* Bandelij (cuius prænomen mihi ignotum) hiſtoriæ Tragicæ, lingua Italica: quas in Gallicam tranſtulit Franciſcus Belleforeſtus. Lugduni 1570.

Bankinus Londinenſis, Anglus, ſcripſit contra poſitiones Wicleui lib. 1. Determinationes varias lib. 1. Sermones multos ad plebem. Claruit anno Domini 1382.

Baptiſtam de Albertis Florentinum amatoria quædam ſcripſiſſe refert Cornelius Agrippa. Forſan idem cum Leone Baptiſta Alberto.

* Baptiſtæ Alberti opera de Repub. de vita ciuili, & ruſticana, & de Fortuna, in 4. Italicè.

* Baptiſtæ Aymi Parmenſis I. C. De fluuiaticis ſcilicet incrementis cognoſcendis, acquirendis, amittendis, et facillime diuidendis lib. 3. fol. Bonon.

Baptiſta de ſancto Blaſio, de Padua, vir in vtroque iure peritiſſimus, ſcripſit de priuilegijs dotalibus lib. 1. correlatiuorum quoque lib. 1. quæſtiones de arbi. c. lib. 1. ſuper prima rubrica decre. lib. 1. de differentia inter arbitrum & arbitratorem, de arbore actionum, ſuper tit. Inſtit. de actionibus, contradictionum vtriuſque iuris duas centurias collectas, ſuper decreto R. Decreti. De dote. Differentias inter ius commune & feudorum. Claruit anno Domini 1480.

Baptiſta Bonius Regienſis quædam in iure ſcripſit.

Baptiſta Caccialupus I. C. quære Ioannes Baptiſta I. C.

Baptiſta Caſalius inter viros eloquentes à Gyraldo numeratur, qui inter alia refert epigrammata ab eo ſcripta.

Baptiſta Cimatorius I. C. ſcripſit ſuper l. legatum 1. Infortiati de legatis 1.

Baptiſta Ferrarienſis, Panætius cognomento, ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmeli, ſcripſit Opus luculentiſſimum hiſtoriarum à Chriſti temporibus vſque ad nos, quod prænotauit Floridam lib. 1. chronica ſui ordinis lib. 1. De ruina Romani Imperij lib. 1. De monte Syna lib. 1. Vitam Mechtildis lib. 3. chronica Ferrarien. lib. 1. ſermones varios lib. 3. Epigrammata multa atque diuerſa edidit. Conuertit etiam de Græco in Latinum, ſermones beati Ioannis Chryſoſtomi complures. Floruit anno Domini 1494.

* Baptiſtæ Fontei Primionis Europalia, hoc eſt deſcriptio ludorum in nuptijs Archiducis Caroli exhibitorum, in fol. manuſc. bibl. Imper.

Baptiſta Fiera Mantuanus, philoſophus & medicus archiatros, alius à Carmelita (de quo prox. loco) ſcripſit commentaria in Artem medicinalem diffinitiuam Galeni, item de animæ immortalitate contra Pomponatium, Quæſtionum de attractione medicinarum ſolutiuarum, Solutionem argumentorum ad quatuor concluſiones Marliani. Extant eiuſdem, Quæſtio de virtute mouente pulſum, Quæſtio de phlegmatico & biblioſo æqualiter febrientibus, De peſtilentia, Tractatus de loco angeli, Tractatus de primo cognito, Dialogus de iuſtitia pingenda, Dialogus de prædeſtinatione,

tractatus de intenſione & remißione. Impreſſa Venetijs. Eiuſdem vero Euangelicæ hiſtoriæ, ſiue de Deo homine libri 4. heroico carmine conſcripti ad Adrianum 6. Pontificem Maxi. vnà cum Hymnis aliquot, & Cœna, libello eleganti, & varios epularum apparatus elegiaco verſu continente, Baſileæ excuſi ſunt apud Rob. Winter. Eiuſdem libri quatuor de Deo homine, hymni diuini, de conceptione virginis Deiparæ, de peſtilentia, ſyluæ, elegiæ, & epigrammata, omnia ſimul Venetijs excuſa ſunt. Floruit ante annos plus minus quadraginta.

Baptiſta Fulgoſus, ſcripſit ad imitationem Valerij Maximi, dictorum & factorum memorabilium lib. 9. lingua vernacula, quos Camillus Gilinus Latinitate donauit. Liber impreſſus Baſileæ anno Domini 1541. Scripſit etiam alia quædam, quæ omnia ſimul excuſa ſunt in Italia in folio.

Baptiſta Guarinus Veronēſis, Guarini doctiſſimi viri filius, ſcripſit opus dialogorū perpulchrū, De ſecta Epicurea lib. 1. De ordine docendi lib. 1. De regno adminiſtrando lib. 1. in epiſtolas Ciceronis lib. 1. in Faſtos Ouidij lib. 1. in Pharſaliam Lucani lib. 1. in Catullum poetam lib. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. orationes complures lib. 1. & carmina varij generis. In Latinum vertit, ex Xenophonte Ageſilai laudationem, Orationes aliquot Demoſthenis, Dionis, & Gregorij Nazanzeni ad Chriſtum & Mariam. Liber eius de modo & ordine docendi ac differendi, Heidelbergæ excuſus eſt apud Iacobum Knoblocher, anno Domini 1489. chartis 2. Claruit anno Domini 1494.

Baptiſta Leo Albertus Florentinus ſcripſit opus de architectura & pictura, in Italia vulgatū, & Argentinæ. Extat eiuſdem etiam Momus, & de cauſis ſenatorijs in Cic. lib. 2. Officiorum explicatio, Baſileæ impreſſa apud Rober. Winther.

Baptiſta Mantuanus, cognomento Spagnolus, Carmelita, theologus ac poeta inſignis, metro & proſa ſcripſit multa egregia volumina, è quibus ſubiecta feruntur. Ad patrem ſuum, de beata vita dialogus lib. 1. ſuburbanum, De Bucol. lib. 1. Parthenices vita lib. 3. De ſancta Catharina, lib. 1. De vita Ludouici Bononien. lib. 1. Vita Alberti Carmel. ſapphico lib. 1. De calamitate ſuorum temporum lib. 1. panegyricus Roberti lib. 1. ſomnium de eodem lib. 1. ad Falconem epigrammatum lib. 1. conſolatio ſuper morte lib. 1. De contemptu mortis lib. 1. contra poetas turpiloquos lib. 1. De expugnatione Granatæ lib. 4. De patientia, proſaice lib. 1. De ortu religionum lib. 1. apologia pro fratre Petro lib. 3. Introductoriū ſubtilis Scoti lib. 1. orationes elegantiſſimæ lib. 1. epiſtolæ multæ ad diuerſos, diuerſi generis carmina. Et alia complura opera, excuſa ſunt Pariſijs apud Aſcenſium, cum commentarijs Murrhonis, & Brantij in pleraq; opera, anno 1513. Opuſcula aliquot paßim ſeorſim exiuerunt, & apud Knoblouchum Argentinæ. Parthenice tertia cum tribus ſequentibus, & opus de mundi calamitatibus cum libro contra poetas impudice ſcribentes. Claruit anno Domini 1494. In Pariſienſi autem editione continentur Parthenice heroidum & virginum ſanctißimārum, De diua Maria lib. 3. De Catharina lib. 3. De Margarita, Agathe, Lucia, Apollonia, & Cæcilia libri ſinguli: quorum vltimus antea non editus erat in lucem. Vita ſancti Dionyſij, lib. 3. carmine heroico. Vita S. Georgij, lib. 1. eodem carmine. Vita S. Ludouici Morbioli Bononienſis lib. 1. Hymnus elegiacus in natalē Ioan. Baptiſtæ. Alius in diuum Albertum Carmelitam Siculum, carmine ſapphico. Votum elegiacum ad diuam Virginem, pro recipienda ſoſpitate poſt febrim. Ad eandem pro extinguenda peſtilentia oratio, hexametris. Tomo ſecundo: De calamitatibus ſuorum temporum, lib. 3. Obiurgatio cum exhortatione ad capienda arma contra infideles, ad Potentatus Chriſtianos, de præſidentia oratoris & poetæ, de ſuscepto theologico magiſterio, elegia contra amores illicitos, alia de natura amoris, ad iuuenes, Contra poetas impudice ſcribentes: Bucolica, ſeu eglogæ decem, Epigrammata varia, De contemnenda morte, & patienter ferenda. Tomo tertio: Alphonſi Hiſpani, ſiue de Alphonſo libri 6. carmen panegyricum in Robertum Seuerinatem, Somnium Romanum, de eodem Roberto: Trophæi Franciſci Gonzagæ, pro Gallorum ex Italia expulſione lib. 5. De fortuna Fr. Gonzagæ carmē heroicum, panegyricus in Brixiam dictus, hexametris. Villa Baptiſtæ Refrigerij in Æmilia via, eodem genere carminis laudata. De quercu carmen heroicum. Syluarum libri 4. qui varijs & iucundis argumentis ad diuerſos conſcripti ſunt. Libri 3. De patientia: & De vita beata lib. 1. Eiuſdem Faſtorum ſiue de ſacris diebus libri 12. excuſi ſunt Argentinæ apud Matthiam Hupfuff in 4. anno Domini 1520. Et Mediolani apud Caluum, anno Domini 1540. octernionibus 17. Idem præterea carmine ſcripſit de ſacris diebus ſeu opus faſtorum lib. 12. Vitam D. Blaſij lib. 2. Vitam Nicolai Tolentini lib. 3. De bello Veneto, lib. 1. De ieiunio quadrageſimali lib. 1. Ad Inſubres, lib. 1. Ad Leonem & Iulium lib. 1. Ageliariorum lib. 6. De vita propria carmen, & alia. In proſa quoque ſcripſit Dialogum contra detractores lib. 1. * Omnia eius opera, In 8. Antuerpiæ apud Bellerum circa annum D. 1579. excuſa ſunt.

Baptiſta Panætius, vide Baptiſta Ferrariēſis.

Baptiſtæ Perſi egloga Thyrſis, impreſſa Argentinæ apud Iacobum Iucundum, anno Domini 1540. & Baſileæ apud Oporinum.

Baptiſta, cognomento Platina, patria Cremonenſis, apoſtolicus quondam abbreuiator, ſcripſit De geſtis Romanorum Pontificum lib. 1. De naturis rerum lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. De honeſta voluptate & valetudine libros 10. De falſo & vero bono dialogos. 3. Contra amores dialogum 1. Dialogum De vera nobilitate, De optimo ciue dialogos 2. Panegyricum in laudem Beſſarionis Cardinalis Niceni. Ad Paulum II. P. Max. de pace Italiæ componenda, atq; de bello Turcis indicendo, orationem. Doctorum aliquot virorum panegyrici, ſiue epigrammata, in parentalia B. Platinæ: quæ vnà impreſſa ſunt Coloniæ anno 1529. Claruit anno Domini 1451. Extant eiuſdem de rebus vrbis

Mantuæ

*Mantuæ, Gonzagæq́; familiæ, hiſtoria libris 6. conſcripta, quam Deo volente, Ioan. Oporinus breui dabit in publicum.*

Baptiſtæ *Rhegienſis epiſcopi de flenda cruce carmen elegiacum. Eiuſdem carmen de morte, de beata virgine. Elegia recommendationis animæ in extremis. Item epiſtola Pilati Galli, de nece domini ad Claudium imperatorem, & Lentuli epiſtola ad Senatum Romæ, de ſtatura & lineamentis Ieſu Chriſti. Omnia ſimul impreſſa ſunt Viennæ Auſtriæ, in quarto.*

Baptiſta *de Salis, ordinis fratrum minorum, prouinciæ Ianuenſis, edidit Summam Baptiſtinianam lib. 1. & quædam alia. Floruit* 1494. * *Eius ſumma caſuum quæ Baptiſtiniana nuncupatur, in fol.* 1479. *eſt excuſa.*

Baptiſta *Sanga poemata quædam edidit, vt refert Lilius Gyraldus, in hiſtoria poetarum noſtri temporis.*

Baptiſta *Sapinus conſiliarius Regius, annotationes Ioan. Brodæi in Epigrammata Græca, Oppianum, & Euripidis tragœdias, edi curauit, & in annotationes in Euripidem præfatus eſt.*

Baptiſta *Sardus ſcripſit quædam in Pandectas medicinæ.*

Baptiſta *de S. Seuero ſcripſit ſuper Feudis. Idẽ forte, qui Ioan Baptiſta. Vide infra.*

Baptiſta *Trouamala, ordinis minorum obſeruantiæ, ſcripſit Summam ad vtilitatem ſimplicium confeſſorum ordine alphabeti, quæ nominatur Roſella caſuum conſcientiæ. Impreſſa eſt Argentinæ anno Domini,* 1516. *in folio chartis.* 88. *Floruit author Louanij anno* 1483.

Baptiſta *de Valle* I.C. *ſcripſit de bello & duello.*

Baptiſta *à Villalobos Toletanus, ſcripſit Communes opiniones ſeu ſententias iuris.*

Baraleti *cuiuſdam ſermones impreſſi ſunt.*

Baram *Perſæ ſomniorum interpretis meminit in initio operis ſui Leo Tuſcus.*

Barbati *liber medicinæ ſcriptus alicubi extat.*

Barbios *in libro de agricultura citatur à Serapione.*

Bardeſanes, *qui in Meſopotamia clarus habitus eſt, ſcripſit infinita aduerſum omnes penè hæreticos qui ætate eius pullulauerant, & multa alia ſuper perſecutione volumina, quæ ſectatores eius de Syriaca lingua verterunt in Græcam. Scripſit inter alia, Contra Martionem, De fato contra Abidam aſtronomum. Hic in Valentinianorum errorem incidit: vt teſtatur Epiphanius. Vixit tempore Antonini Veri.*

Barlaam *Calaber, S. Baſilij monachus, vtraq; lingua eruditus, multa quæ pertinẽt ad diſciplinas, vno volumine coegit: cuius opuſcula quædam Græca apud Italos reperiuntur. Item epiſt. logiſtices lib. 5. Arithmetica demonſtratio: vel, Geometrica demonſtratio de numeris. Geometria. Super inuentione feſti paſchalis theologica ſpeculatio: Sermones contra Latinos de ſpiritu Sancto Romæ extant. Barlaam, Carbaſilæ, & aliorum diuerſorum de proceſsione ſpiritus Sancti opuſcula ibidem. Barlaami ſcholia in Ptolemæi Muſicam extant Venetijs apud Ber. Turriſanum.* * *Barlaam monachus contra primatum Papæ & de ſpiritu ſancto Græce M.S. bibl. Imperat. Eiuſdem hiſtoria & narratio de regione Æthiopum, quæ Indica dicitur, iunctis aliquot martyrum vitis in fol. M. S. bibl. Imperat. Viennæ.*

Barnabas *Cyprius qui & Ioſeph Leuites, cum Paulo gentium apoſtolus ordinatus, vnam ad ædificationem eccleſiæ epiſtolam compoſuit, quæ inter apocryphas ſcripturas legitur. Honorius. Barnabã quidam tradunt, alij verò Clementem authorem eſſe epiſtolæ ad Hebræos quæ Paulo inſcribitur. Philaſtrius.*

Barnabæ *Briſonij, Selectarum ex iure ciuili antiquitatum lib. 4. Super 1. ff. noui De ſol. & libe. lib. 3. Ad leg. Iul. de adult. lib. 1. Dictionarium, ſiue de verborum ſignificatione. Parergon lib.* * *De ritu nuptiarum, & iure connubiorum.*

Baron *ſeu Varro hiſtoricus Epitomen ſcripſit rerum Alexandri. Suidas. Athenæus refert Bætona ſcripſiſſe* σταθμοὺς *Alexandri. Plin. 7. cap. ſeptimo Beton itinerum Alexandri menſor auctor illuſtris.*

* Barthochini *Repertorium, in fol. Lugd.* 1548.

Bartholus. *Vide Bartolus.*

Bartholomæi *nomen, multi etiam docti Bartholomæus ſcribunt: qui vocabuli compoſitionem, & Græcorum obſeruant orthographiam Barptolomæus, nos euphoniæ gratia p. conſonantem omittemus.*

Bartholomæi *euangelia cenſentur inter apocryphos, in decretis Pontificum.*

Bartholomæi *cuiuſdam practica extat, de experimentis ad omne genus morborum, in qua aliqua ſuperſtitioſa habentur, multa tamen bona quoque inſunt.*

* Bartholomæi *liber de conſolatione peccatorum. Venet.* 1553. *in* 8.

* Bartholomæi *Abborarij, Patauinæ Ciuitatis ſtatuta, Patauij. In folio, anno* 1524.

Bartholomæus *Alexander Orationem ſcripſit de vtilitate linguæ Græcæ, impreſſam Pariſijs.*

Bartholomæus *Amantius poeta, & Petrus Apianus, inſcriptiones vetuſtas totius ferè orbis collegerunt, vt pluribus in Petro Apiano dicetur. Idẽ Amantius Landtſpergianus Boius, collegit flores ſententiarum Græcarum & Latinarum. Dillingæ impreſsit Sebaldus Meier* 1556. *in folio.*

Bartholomæus *Anglicus, vide Bartholomæus Glanwyle.*

Bartholomæi *Andreadis Sileſij, Panægyricus in laudem D. Alberti Baronis à Laſco, editus. Gorlicij* 1571.

Bartholomæus *Anulus edidit pictam poeſin, ſunt autem emblemata, id eſt, Icones diuerſæ, cum epigrammatis, vt emblemata Alciati. Lugduni excudit Matthias Bonhomme. Idem opus tranſlatum eſt ab eo in linguam Gallicam.*

Bartholomæus *Argenterius, Italus, ex Galeni libris in medicinæ ſtudioſorum gratiam multa collegit, quæ partim nuper excuſa ſunt Florentiæ,*



Digitized by Google

*partim propediem excudenda ſperamus.*

Bartholomæi *Ariſtophili, qui poſt Platinam bibliothecæ Pont. Sixti præfectus eſt, extat oratio & verſus heroici ſuper funere ipſius Platinæ: quæ habentur impreſſa in fine operum Platinæ de vitis Pontificum, &c.*

Bartholomæi *Arnoldi Vſingenſis ſumma compendiaria totius logicæ, vel Paruuli logicæ, tractatus 7. quaſi in tabulas omnem logicam redigentes, ſermone barbaro, ſcripti ab authore in gymnaſio Erphurdienſi. Item Paruulus philoſophiæ Naturalis, ſiue interpretatio per figuras & tabulas in epitomen Phyſicæ, tribus tractatibus abſoluta. Opus impreſſum Baſileæ, anno 1507. & 1511. Eiuſdem De Coniugio ſacerdotum, De inuocatione ſanctorum, De tribus neceſſarijs ad vitam æternam virtutibus, Gratia, fide, operibus, De falſis prophetis, Contra Anabaptiſtas, Reſponſio ad Ioannis Cuſameri confuſationem. Scripſit etiam libellos ſcholaſticos: Interpretationem in Donatum: Regulas & figuras conſtructionis, cum vitijs grammaticalib. Item Logicæ totius compendium.*

Bartholomæus *Barbadorus Æſchyli fabulã Agamemnonem, quæ mancha inchoataq; erat, integram inuenit, atq; obrutam vetuſtate eruit, comite huius laudis ac ſtudij Hieronymo Mæo.*

Bartholomæus *Bellenzinus* I. C. *De caritatiuo ſubſidio.*

Bartholomæus *Bernhardus paſtor eccleſiæ Cembergenſis, ſcripſit apologiam contra Papiſticas leges ſacerdotibus prohibentes conubium.*

* Bartholomæi *Bernardi Neopolitani ſermones quatuor de nouiſſima die germanice. Erfordiæ anno 1556. impreſſus.*

Bartholomæus *Blanchinus ſcripſit vitã Philippi Beroaldi, Pariſijs impreſſam. Alius eſt Ioannes Blanchinus, de quo infrà.*

Bartholomæi *Blareri Conſtantienſis* I. C. *Commentarius in L. Diffamari, impreſſus.*

Bartholomæus *Bologninus ſcripſit ſuper Rub. C. De contrahen. l. dudum. Cod. 1. Eiuſdẽ epitome elegiaca in P. Ouidij Naſonis libros* XV. *Metamorphoſeon, impreſſa eſt Baſileæ ab Oporino. Eiuſdem ſuper authent. conſtitut. liber impreſſus Ingolſtadij in folio, anno D. 1542.*

Bartholomæi *Bonelli, Additiones & apoſtillæ ſuper conſtitutionibus capitulis & pragmaticis regni Siciliæ.*

Bartholomæus *Bononienſis ſcripſit tractatũ ſuper illud dictũ euangeliſtæ, Ego ſum lux mundi.*

* Bartholomæi *Botthæ preſbbyteri & Canonici Papienſis Dauidias. 4. Papiæ 1573.*

Bartholomæus *Brixienſis reformauit textum Decreti poſt Ioannem Teutonicum, ſuppleto defectu, vbi correctio neceſſaria videbatur propter ſubtractionem decretalium ac diminutionem earundem, vel propter iura quæ ſuperuenerunt de nouo. Interdum etiam ſolutiones interponit, quas Ioan. Teut. prætermiſit. Scripta eius ſunt hæc, Repertorium decreti lib. 3. Diſputationes decretaliũ lib. 5. Chronicon Italiæ lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos liber 1. Additiones ad gloſſas Decreti: item Quæſtiones Dominicales, Veneriales, numero 91. Caſus Decretorum: Diſtinctiones legum. Floruit tempore Gregorij* IX.

Bartholomæus *de Brugis natione Gallus, patria Flamingus, edidit in aphoriſmos Hippocratis lib. 1. in lib. prognoſticorum lib. 1. De regimine acutorum morborum lib. 1. Symph. Camperius.*

Bartholomæi *Brunacij doctoris Vitaliani, Agon aurea, ac diuina iudicialium rerum inſtitutio edita eſt Venetijs in folio.*

Bartholomæus *de Butrigarijs* I. C. *extollitur à Ioan. Andreæ in addi. in tit. de accuſatione, in 3. parte.*

Bartholomæi *Calepini, Super 2. Infortiati De rebus dubijs. l. is qui du. parag. cum ita, &c.*

Bartholomæus *Camerarius Beneuentanus, Super feudis, De prohib. ſeu alie. Eiuſdem Conſilium in cauſa Monachorum, extat inter conſilia card. Zabarellæ. Bartholomæi Camerarij De ieiunio, oratione & eleemoſyna, dialogi quatuor, Lutetiæ in quarto. De prædeſtinatione dialogi tres, ibidem 1556. in 4.* * *Eiuſdem de Gratia & Libero arbitrio cum Caluino diſputatio Pariſ. 1556.*

Bartholomæi *Capouacenſis* I. C. *Conſilium in 3. vol. conſ. Baldi.*

Bartholomæi *de Capua Gloſſæ ſuper conſtitutionibus regni Siciliæ & ritibus magnæ curiæ vicariæ. Singularia & cautelæ cum additionibus Marcelli Boni. Quæſtiones 35. impreſſæ in fine additionum Thomæ Grammatici ad Conſtitutiones regni Siciliæ. Eius Gloſſa aurea ſuper Conſtitutionibus regni Siciliæ, & Singularia* CLI. *ſuper ff. & Cod. impreſſa ſunt Lugduni, anno 1556. in octauo.*

* Bartholomæi *Carichteri practica, de morbis German. 8. Argen. 1575. Eiuſdem extat Herbarius, quibus ſignis cœleſtibus et ſignorum gradibus quæuis herba ſubiecta, & quando legenda vel fodienda. 8. Argentinæ 1575.*

Bartholomæus *Carranza de Miranda, Dominicanus, & regens in collegio ſancti Gregorij, eiuſdem ordinis, in valle Oletana, edidit controuerſiam de neceſſaria reſidentia epiſcoporum, & aliorum inferiorum paſtorum, explicatam Tridenti. Liber impreſſus eſt Metis. Idem ſcripſit ſummam omnium conciliorum & Pontificum à Petro vſque ad Paulum* III. *qua ſuccincte omnia ea complectitur, quæ alibi ſparſim tradita ſunt. Liber excuſus eſt Venetijs, ad ſignum ſpei, anno Domini 1546. Item Concionem habitam ad Synodum Tridentinam prima dominica quadrageſimæ: impreſſam Antuerpiæ cum libro De reſidentia 1554. Claruit anno D. 1547.* * *Eius ſumma concilorum etiam Luteciæ in 16. eſt excuſa apud Iacobum du Puys 1564. cui acceſſit Concilij Tridentini tandem ſub S. D. N. Pio* IIII. *Pontifice Max. ad extremum perducti ordo ſuccinctus.*

Bartholomæus *ordinis Carthuſienſis, natione Germanus, ſcripſit Exercitium deuotionis, lib. 1. Summam vitiorum, vel deſtructionem vitiorum, lib. 1. De abſtinentia carniũ, lib. 1. De proclamationibus*

nibus fratrum in capitulo,lib.1. De iuditijs temerarijs lib.1.De iuramento,lib.1. De voto quoq; lib.1. Et quædam alia.Floruit anno 1446.

* Bartholomæus à Caſtromuro Decani Curienſis eccleſiæ,exhortatio ad principes Germ. vt poſitis armis pacem inter ſe componant.Liber in 4.Ms.& D.Ferdinando Cæſari oblatus.

Bartholomæus Caualcantius de varia exordiendi ratione in cauſis demonſtratiuis, non minus eleganter quam copioſe tractauit,vti ſcribit Naſcimbenius in commentarijs in Ciceronem.

* Bartholomæi Cauſæi clypeus fidei dialog.26. contra monachum Pariſinum de S. Victore, Gallicè.In 8.Zacharias Durant.

Bartholomæus Chai,monachus, de interrogationibus faciendis in confeßione ſacramentali.

Bartholomæi Chaſſanæi I. C. Commentarius in conſuetudines ducatus Burgundiæ.EiuſdemCatalogus Gloriæ mundi multiplici rerum varietate refertus.Venetijs in folio.*Eius cõmentarij in conſuetudines ducatus Burgundiæ, ferè totius Galliæ Pariſijs,in folio,anno Domini 1548.excuſi ſunt.In Catalogo Gloriæ mundi, multa præclara de prærogatiuis, præeminentijs, maioritate & excellentijs, circa honoris laudes,gloriam, dignitates,etiam ſtatum & ordinem, non ſolum terreſtrium, & inferorum,verum etiam cæleſtium continentur. Opus vtilßimum,inq; duodecim libros diuiſum,nouis inſuper figuris elegantißimis illuſtratum, fol. Francoforti,anno 1579. Eiuſdem Bartholomæi à Chaſſanæo Burgundi I. C.præſtantißimi cõſilia.In fol.Venetijs,anno 1581.

Bartholomæus Cepolla, Veronenſis Iureconſultus, ſcripſit Cautelas iuris cauſarum ciuilium, lib.1. Lugduni,in quarto, anno Domini 1547. De ſimulatis contractibus, lib.1. De prædijs vrbanis, lib. 1.De prædijs ruſticorum,lib. 1. De re militari, lib.1.in 1.Cod.& in 2.De furtis lib.1. De ſeruitut. vrb.prædio.ruſticorum.Conſilia criminalia.. In 8. Lugduni,anno 1525.De contractibus. De imperatore militum deligendo.In Autent.ſed nouo. Et alia quædam.Claruit anno Domini 1477. Eius commentaria in tit.ff. De ædilitio edicto, cum legum & parag.ſummarijs excuſa ſunt Venetijs,anno Domini 1550.

Bartholomæi Chalci epiſtola ad Angelum Politianum,libro 11. Epiſtolarum eius legitur,qua ſe ſcribit curaturum, vt Georgij Merulæ opera in lucem edantur.

Bartholomæi Cimbriaci comœdia quædam excuſa apud Heruagium.

Bartholomæus à Clinolo medicus Taurinenſis,ſcripſit de Balneorum naturalium viribus lib.4. quorum primus balneorum Aquenſium hiſtoriam complectitur,ſecundus eorundem rectum vſum: tertius & quartus totius orbis balneorum vires complectuntur. Impreßi ſunt hi libri Venetijs apud Iuntas,cum variorum authorum ſcriptis de Balneis,anno Domini 1553. & Lugduni ſeorſim apud Matthiam Bonhomme, anno D. 1552. in 4. chartis 22. & dimid.Lib.3.de Balneis promittit libros demonſtrationum in methodum medendi, ac eodem loco ſcribit ſe quinquennium Logicam in Taurienenſi ciuitate profeſſum eſſe.

Bartholomæi Coclitis Bononienſis medicinæ diſtillatoris,chirurgici,phyſionomiſtæ,chiromantici,geomanticiq; Anaſtaſis chiromantiæ ac phyſionomiæ ex pluribus & penè infinitis authoribus, opus impreſſum Bononiæ,anno 1504. Eiuſdẽ phyſiognomiæ compendium, quantum ad partes capitis, gulamque & collum attinet, impreſſum Argentorati 1533. quibus accedit Andreæ Corui Chiromantia, quanquam falſa libelli prima inſcriptio vtrunq; opus Cocliti attribuat.

Bartholomæus Colonienſis, natione Germanus, ſcripſit opuſculum de Laudibus philoſophiæ metro compoſitum,ſyluam carminum lib.1. De ſecta Diogenis lib.1. Epiſtolam mythologicam. Eius dialogum mythologicum ad Pancratium,cum præfatione Philippi Melanchtonis, & expoſitione difficilium vocabulorum, excudit Tubingæ Thomas Anshelmus,anno Domini 1514.Floruit anno Domini 1494.

Bartholomæi Croti Regienſis elegiæ quædam extant.

Bartholomæus Coſpus Bononienſis, interpretatus eſt Diodori Siculi hiſtoriam de Illuſtrium regum Philippi & Alexandri, & aliorum aliquot nobilium Macedoniæ ducum præclare factis. Item, Ioan. Monachi ex libris hiſtoriarum ſuarum, Alexandri vitam.

Bartholomæus de Culer vel Contrer, Anglus, ſcripſit diſputationes de Generatione & corruptione lib.2.

Bartholomæi Dardani poemata impreſſa ſunt Baſileæ à Iacobo Parco,cum Claudij Luc.& Guilhelmi Marij poematis,anno 1556.

Bartholomæi Euſtachij medici,de renum ſtructura,officio,& adminiſtratione.De Auditus organis,Oßium examẽ,de Motu capitis,de Vena azygos & de alia quæ in brachij flexu communem profundam producit. De dentibus,& alia Venetijs edita, 1564.in 4.

Bartholomæus Facius Genuenſis Arriani Nicomedenſis lib.7. De geſtis Alexandri,& 1. De rebus Indicis Latinitate donauit. Extant eiuſdem de vitæ felicitate ad Alphonſum regem lib.1. De hominis excellentia ad Nic.V.Pont. Max.lib.1.quos Ioan. Oporinus aliquando, volente Deo, in lucem emittet. Eiuſdem oratio inuectiua in Laurentium Vallam,in Italia edita eſt,contra quam Valla 4.libros recriminationum ſcripſit. Eiuſdem Commentariorum,lib.10. De rebus geſtis ab Alfonſo I.Neapolitarum rege, Io.Michaelis Bruti opera in lucem editi Lugduni apud Gryphium,1560.in 4. Baſileæ quoque in fol. impreßi cum hiſtoria Guicciardini. Refert etiam Iouius, Facium hunc Commentarios ſcripſiſſe de Genuenſium rebus aduerſus Venetos geſtis, in quibus tamen fidem hominis deſiderari ait. Cæſaris in ſcribendo puritatem & elegantiam imitari conatus eſt.

Bartholomæi Faij, Regij in Senatu Pariſienſi

conſiliarij, ac inquiſitionum præſidis, Energumenicus. Einſdem, Alexicacus. Pariſijs 1572.

Bartholomæus Ferrinus, Alphonſo & Herculi Ferrariæ duci ab epiſtolis, commemoratur à Gyraldo in hiſtoria poetarũ noſtri temporis, vt qui Latino & Hetruſco carmine nonnulla ſcripſerit.

Bartholomæi Fenni, Villaurenſis, ordinis Prædicatorum, Summa quæ Aurea armilla inſcribitur.

Bartholomæus Florarius, Anglus, ſcripſit de Abſtinentia lib. 1. in quo corruptos mores cleri perſtringit, & mendicitatem illam religioſam monachorum damnat. Item Florarium, à quo cognomen ipſe accepit. Vixit anno 1420. Baleus.

* Bartholomæi Fontij procœmium & explanatio in Perſium poetam, manuſcript. in 4. bibliotheca Imperatoris.

* Bartholomæi Frencellij Coteni Idyllia ſacra 8. Wittenbergæ 1576.

Bartholomæi Frexij orationes, vnam pro pace, & alteram pro humanarũ artium ſtudijs, Gryphius impreſſit Lugduni, anno 1539.

Bartholomæus Garranza, vide Bartholomæum Carranz.

Bartholomæi Georgieuitz Prognoma, ſiue præſagium Mahumetanorum, de Chriſtianorum calamitatibus, & ſuæ gentis interitu, ex Perſica lingua in Latinam ab eo conuerſum. Einſdem epiſtola hortatoria contra infideles, ad Maximilianum Archiducem Auſtriæ. In 8. Antuerp. Item, Libellus de Afflictione tam captiuorum, quam etiam ſub Turcæ tributo viuentium Chriſtianorum. Item de Ritu & ceremonijs, domi militiæq́ ab ea gente vſurpari ſolitis. Impreſſa ſunt Baſileæ ab Oporino cum Alcorano Turcarũ. *Eiuſdem diſputatio pro fide Chriſtiana & myſterio Trinitatis habita cum Turca. Viennæ, anno 1548.

* Bartholomæus Georgius, de Terra ſancta. Romæ, 1566. in 8.

* Bartholomæi Georgij Hungari peregrini De afflictione captiuorum, & ſub Turcæ tributo viuentium. In 8. Antuerpiæ.

* Bartholomæi Gernhart oratio funebris habita in funere Wilhelmi duci Saxoniæ. Regenſp. 4. 1574. Idem 50. Pſalmos & orationes, extra Dauidis Pſalterium, ex veteri & nouo Teſtamento collegit, Germ. 8. Erfurdiæ 1575.

Bartholomæus Glaunuyle ex nobiliſſimo comitum Sudouolgiorum genere, Franciſcanus, ſcripſit ingens volumen, cui titulum indidit, De proprietatibus rerum, lib. 18. De rerum accidentibus, lib. 1. Chronicon de ſanctis, lib. 1. De mundo ac cœleſtibus, lib. 1. Poſtillas ſcripturarum, lib. 1. Sermones varios, lib. 1. Pluraq́ adhuc alia congeſſiſſe narratur. Claruit anno D. 1360. Hic vulgo Bartholomæus Anglicus nominatur.

Bartholomæus Goltſchius Chemnicenſis, ſcripſit præfationes in Ciceronem de Officijs, & de amicitia, impreſſas Lipſiæ.

* Bartholomæi Gryphij Commentariolus, de expeditione Turcicæ claſſis ac Melitæ obſidione, ad Cæſarem. In folio, manuſcriptus.

* Bartholomæi Hoffman φιλοστοργία, hoc eſt, de Naturali amore inter parentes, liberos, coniuges, fratres, &c. quid ſit, vnde ſit, & num poſt hanc in beata vita ſit duraturus. 4. Francoforti, anno 1575 Germanice.

Bartholomæus Iſcanus, Anglus, Exceſtrienſis epiſcopus, ſcripſit ad Balduinum Ciſtercienſem abbatem, Dialogum contra Iudæos lib. 1. Sermones eruditos lib. 1. In obitu Thomæ archiepiſcopi Homil. 1. De prædeſtinatione lib. 1. De libero arbitrio lib. 1. De pœnitentia lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos lib. 1. Atq́ alia plura edidit. Claruit anno D. 1180. Ad iſtum Ioan. Sareſburius Carnotenſis epiſcopus ſcripſit. Baleus.

Bartholomæus Iuſtinopolitanus ad verbum tranſtulit epiſtolas Phalaridis, Apollonij, & Bruti, eaſdemq́ excudendas curauit Græce & Latine in 4. anno Domini 1502.

Bartholomæi Kleindienſt exhortatio Catholica & Euangelica ad Germanos, qua docet quomodo ſe pij gerant in controuerſijs religionis, ne ab vlla ſecta ſeducantur. Dillingæ 1569. Germ.

Bartholomæi Latomi Arlunenſis oratio, De laudibus eloquentiæ, dicta in auditorio, cum enarrationem actionũ in Verrem auſpicaretur: impreſſa Baſileæ, cum commentarijs in orationes Ciceronis. Declamatio funebris in obitum principis Richardi archiepiſcopi Treuerenſis: impreſſa Coloniæ, 1531. carmen gratulatorium in coronationem Regis Romanorum, ad Carolum Cæſarem V. & Ferdinandum regem, fratres Auguſtos, libellus excuſus. Oratio Lutetiæ in auditorio dicta, qua peregrinationem ſuam per Italiam deſcribit, ibidem impreſſa apud Franc. Gryphium. Epitome commentariorum dialecticæ inuentionis Rodolphi Agricolæ, excuſa primum Lutetiæ, deinde Baſileæ, anno 1536. & Coloniæ apud Gymnicum. Commentarij in aliquot Ciceronis orationes, videlicet pro P. Quintio, Sexto Roſcio, A. Cecinna, L. Muræna, Archia poeta: ad Quirites poſt reditum, pro Cn. Plancio, M. Cælio, Milone, M. Marcello, Q. Ligario, Deiotaro rege: In Verrinas actiones 7. in Vatinium, in Philippicas omnes: excuſi Baſileæ apud Rob. Winter, & denuo apud Oporinum, in volumine Commentariorum ſuper omnes Ciceronis orationes. Cæterum enarratio orationis pro Sexto Roſcio, & alterius pro A. Cecinna, vtraq́ ſeorſim exiuit Argentorati. Annotationes in Paradoxa Ciceronis, excuſæ 1534. Coloniæ apud Ioan. Prael. Annotationes in libros Ciceronis de Officijs, de Amicitia, de Senectute, de Somnio Scipionis, omnes typis publicatæ. Enarrationes in Topica Ciceronis ad Trebatium, impreſſæ Argentorati, apud Mylium, 1539. Enarrationes in Partitiones oratorias Ciceronis, Pariſijs ex officina Fran. Gryphij, 1539. Eiuſdem & Martini Buceri theologi ſcripta duo aduerſaria, impreſſa Argentinæ 1544. Eiuſdem ſumma totius rationis differendi, vno eodemq́ corpore & dialecticas & rhoricas partes complectens, impreſſa eſt Coloniæ apud Gymnicũ 1542. octem. 13. Eiuſdem Refutatio calumniarum Buceri, im-

Digitized by Google

*At impreſſa eſt Coloniæ, anno D.* 1546. *in* 4. *Eiuſdem ſcripta contra Dathenum, Iacobum Andreæ, ibidem, vt arbitror impreſſa.*

Bartholomæi *Latomi Arluenſis epiſtola Elegiaco carmine Auſtriæ nomine ad Carolum* V. *Impreſſa Argentinæ* 1527. * *Eiuſdem & Martini Buceri duo ſcripta aduerſaria. Argent.* 1544. *Eiuſdē Imperator Cæſar D. Maximilianus defunctus. In* 4. *Auguſtæ.* 1519.

* Bartholomæus *Laurentius ſcripſit auctarium in Chronica Naucleri, impreſſum Coloniæ apud Petrum Quentel, anno* 1544.

Bartholomæus *Longuinus* I.C. *ſcripſit ſuper Autenticis conſtitutionibus, opus excuſum Ingolſtadij anno* 1542.

Bartholomæus *Lombardus Veronenſis, & Vincentius Madius Brixianus ſcripſerunt communes explanationes in librum Ariſtotelis de poetica, quas Madius poſt obitum Lombardi, cum ſuis in eundem librum annotationibus edidit: Appoſita etiam Lombardi præfatione in Ariſtotelis poeticam, quam ad Inflammatos in Academia Patauina habuit. Vincentius Valgriſius excudit Venetijs anno Domini* 1550. *in folio.*

Bartholomæi *Maggij de vulnerum ſclopetorum & bombardarum curatione tractatus, impreſſus Bononiæ, anno Domini* 1552. *in* 4. *chartis* 34. *& dimid. cum indice, apud Bartholomæum Bonardum: & Tiguri apud Geſneros fratres cum alijs diuerſis de chirurgia authoribus, anno D.* 1555. *in fol.*

Bartholomæi *cuiuſdam magiſtri in practica, in traductiones et experimenta medicorū, &c. liber manuſcriptus Latine & Germanice multa ſuperſtitioſa & Magica continens.*

Bartholomæus *Maranta Venuſinus medicus, condidit methodi cognoſcendorum ſimplicium medicamentorum lib.* 3. *Commentarios quoq; in Dioſcoridem promittit. Epiſtola de aqua Ferrata prodijt Venetijs, anno* 1562. *Lucullianarum quæſtionum lib.* 5. *Baſileæ, anno D.* 1564. *in folio.* * *Idem de Theriaca & Mithridatico, libros duos conſcripſit Italice.*

Bartholomæi *Mariſcotti, oratio de Vtilitate Concilij Tridentini, Fanuentiæ in diœceſana ſynodo habita. Florentiæ in* 4. 1565.

Bartholomæus *Marlianus edidit, Conſulum, Dictatorum, Cenſorumq; Romanorum ſeriem, vnà cum ipſorum triumphis, quæ marmoribus ſculpta in foro reperta eſt, atq; in Capitolium tranſlata. Libellus impreſſus Romæ, anno D.* 1549. *octern.* 5. *Plura de Marliano, quære in Ioanne Bart. Marliano.*

Bartholomæus *Mayrolæ medici Papienſis, compendioſa methodus in acutis morbis curandis.*

* Bartholomæi *à Medina ordinis Prædicatorū expoſitio in primam ſecundæ Angelici doctoris D. Thomæ Aquinatis. fol. Venetijs*

Bartolomæus *Merlinger, quondam medicus Auguſtanus, ſcripſit de Infantium valetudine tuenda & curandis morbis librum, quem Egenolphus excudit Francoforti, anno Domini* 1531. *cum Alberto de Secretis mulierum.*





Bartholomæi *Merulæ Mantuani, Apoſtolici protonotarij in Ouidij libros de Ponto commentaria Venetijs impreſſa, anno* 1507. *quo etiam ab authore abſoluta ſunt: Et in libros eiuſdem de Triſtibus, de arte amandi, & remedio, commentaria impreſſa Baſileæ apud Heruagium, cum alijs in eundem authorem Commentarijs, anno* 1550.

Bartholomæus *Moiranus preſbyter, Pyladis carmen ſcholaſticum interpretatus eſt, & edendum curauit.*

Bartholomæi *Montagnanæ, ſiue de monte Gnana, medici et chirurgi opera, impreſſa Venetijs apud Octau. Scotum* 1497. *Conſilia diuerſa, numero* 303. *tractatus tres de balneis Patauinis, de compoſitione & doſi medicinarum, Antidotarium. Eiuſdem libri de balneis Patauinis, impreſſi ſunt Venetijs à Iuntis in opere de balneis.*

Bartholomæus *Neapolitanus* I.C. *fuit cōtemporaneus Dini, ſecundum Io. An. in addi. ſpe. in tit. De iuramento cal. & in tit. de donat.*

Bartholomæus *de Oſſa Bergomenſis, ſcripſit Hiſtoriarum diuerſarum lib.* 16. *Claruit anno Domini* 1340.

* Bartholomæi *Pannoni Comœdia gryllus, & eiuſdem inter vigilantiam & torporē Dialogus* 4.

Bartholomæus *Parmenſis, quædam de Geomantia ſcripſit.*

Bartholomæus *Parthenius Benacenſis, vitam Thucididis ex Marcellino Græco tranſtulit, charta dimidia impreſſam, cum Latino Thucidide.*

Bartolomæus *Pitenus Richardi confutationem Mahometis è Latino in Græcum conuerſam, rurſus Latinitate donauit. Oporinus Baſileæ cum Alcorano impreſſit.*

Bartholomæus *Picernus, de monte Arduo, Conſtantini magni donationis priuilegium, in bibliotheca Pontificia Græce repertum, vt ipſe ait, ad Iulium* II. *Latinitate donauit, impreſſum Coloniæ, anno Domini* 1535. *in Faſciculo Ortuini Gratij. Idem (ni fallor) cum priore.*

Bartholomæus *Piſanus, ordinis fratrum Prædicatorum, ſcripſit ſummam magiſtruciam, quæ dicitur ſumma Piſana. Item de vitijs & virtutibus, item de pœnitentia. M. Dreſſerus.* * *Item librum Conformitatum in fol. Mediolan.* 1510.

Bartholomæus *Platina, vide Bapt. Platina.*

* Bartholomæus *Reiſacherus, Artium & medicinæ Doctor Viennæ, Maximiliani Imperat.* II. *filiorum filiarumq; Genethliaca iudicia aſtrologica fecit, anno* 1564. *Ms. Eiuſdem tabulæ quantitatis dierum & noctiū artificialium. In* 4. *Villaci in Carinthia. Ms.* 1561. *Eiuſdem de Mirabili nouæ ſtellæ, menſe Nouemb. anno* 1572. *conſpectæ, phænomeno. Viennæ Caſpar Stainhofer,* 1573.

Bartholomæi *Reuſneri Chriſtiana confutatio inauditarum blaſphemiarum & mendaciorum Theophraſti Paracelſi, quæ contra verbum Dei, & artem medendi effudit in tribus lib. philoſophiæ ad Athenienſes. Gorlitij* 1550. *Germ.*

Bartolomæi *Riccij Lugienſis apparatus Latinæ locutionis, ex bonis authoribus in ſuum ordi-*

*nem deſcriptus: excuſus primum in Italia, deinde Argentorati, anno 1535. Eiuſdem de Imitatione lib. 3. impreßi ſunt Venetijs in officina Aldi, & (ab authore recogniti) Baſileæ apud Oporinum, cum aliorum de Imitatione libris. Præterea ſcripſit apologiam contra Sardum, de Gloria lib. 3. & in Catullum quædam, vt ipſe de ſe refert, in Epiſtolis ad Aonium Palearium, quæ cum Palearij epiſtolis à Gryphio impreſſæ ſunt.*

* Barholomæi *Rimbertini, de Florentia epiſcopi Ceronenſis liber de Senſilibus delicijs paradiſi, extractus ex tractatu Ioannis de Tambaco. 8. Pariſijs Iodocus Badius, 1514.*

Bartholomæus *de Riparia, Tholoſæ Dominicanus, epiſcopus Baionenſis, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4.*

Bartholomæi *Romulæi compendium ſeu tractatus de Mora in obligationibus, Ingolſtadij 1569. in 4. Eiuſdem tractatus de Homicidio, ad ſui corporis tutelam ex propoſitio, & caſu perpetrato, in L. vt vim. De iuſtit. & iure. Ibidem in 4. Eiuſdem Tractatus de materia iuris accreſendi difficillima, & in omnibus vltimis voluntatibus vtilißima, & maxime quotidiana, in l. re coniuncti, de Leg. 3. Ingolſtadij in 4. Compendium de teſtatorũ præceptis, bona extra familiam alienari ad nobilitatem conſeruandam inhibentibus: cum Commentarijs in L. familias, &c. in 4.*

Bartholomæus *Roquallus, filius comitis de Roquacallus, 22. magiſter generalis Carmelitarum, & epiſcopus Maßilienſis, ſcripſit lecturam ſententiarum, lib. 4. Conciones ad clerum lib. 1. Claruit anno Domini 1433.*

* Bartholomæi *Roſini oratio funebris, in funere Wilhelmi ducis Saxoniæ habita. 4. Regenſpurgi, anno 1574.*

Bartholomæi *& Petri, Roſtinorum medicorum, ſententiæ omnes & verba, quæ in Hippocratis aphoriſmis continentur, iam recens & accurate in nouum ordinem alphabeticumq; digeſta, vt quæuis in ipſis cõmemorata, nunc facilius & celerius quam antea inueniri queant.*

Bartholomæus *de Saliceto Iuriſcõſultus, ſcripſit ſuper Codice lib. 9. ſuper Inſtitutis lib. 4. De vſu Feudorum lib. 1. Lecturam ſuper 1. 8. & 9. Codicis, manuſcriptam M. Dreſſerus, & alia complura. Claruit anno 1390. * Eius Lecturæ ſuper Digeſto veteri & Codice: Quamplurium Iureconſultorum adnotationibus illuſtratæ, in fol. Venetijs*

Bartholomæus *Saligniacus, Gallus, vir nobilis, doctus & eloquens, eques auratus, ſcripſit Itinerarium Paleſtinæ lib. 1.*

Bartholomæi *Scalæ, epiſtolæ 3. Florentiæ ſcriptæ ad Angelum Politianum, leguntur in lib. 5. Epiſtolarum eiuſdem, & 5. in 12.*

Bartholomæi Soulteti Prognoſticon *nouilunij ecliptici, anno 1567. in quo varij euentus proximorum annorum prædicuntur. Gorlicij anno Domini 1569. Eiuſdem Miſniæ & Luſatiæ Chorographia: ibidem anno 1569. Calendarium eccleſiaſticum perpetuum Gorlicij 1571. in quarto Germanice. Gnomonice de Solarijs Germanice deſcripta. Gorlicij 1572. in folio* Idem tractatũ de peſte eiuſq; accidentarijs morbis & præſeruatiua ex Theophraſti Paracelſi libris collegit, Germ. 8. Baſileæ 1575. de Cometa qui anno 1577. apparuit.*

Bartholomæi *Schoenbornij Computus vel Calendarium Aſtronomicum, continens præcipuarum partium temporis deſcriptiones. Wittenbergæ 1567 octauo. Verſus ſententioſi ex Græcorum poematis collecti, & ad literarum ordinem digeſti. Ibidem 1570. *Idem C. Plinij librum 2. de Mundi hiſtoria cum Commentario Iacobi Milichij, pluribus in locis auxit & repurgauit. 4. Lipſiæ, 1573.*

Bartholomæi *Sibyllæ Monopolitani Theologiæ profeſſoris, Speculum peregrinarum quæſtionum, ad Alfonſum de Arragonia ducem Calabriæ, per tres Decades, ex theologis, iuriſperitis, philoſophis & Aſtrologis concinnatum, impreſſum eſt Argentinæ apud Ioannem Gruninger, anno Domini 1490. in 4.*

Bartholomæi *Sileber, Præſeruatio à morbo Gallico, Viennæ.*

Bartholomæi *de Spina, de Poteſtate Papæ ſuper coniugijs in gradibus lege diuina prohibitis. Idem de Strigibus.*

Bartholomæi *Spontoni Muſici lib. 2. Madrigalium, excuſi Venetijs apud Gardanum.*

Bartholomæus *Sozinus Senenſis, Mariani ſenioris filius,* I. C. *ſcripſit de Regulis iuris & fallentijs: & quædam in ff. no. & Inforciati 2. Idem ſcripſit ſuper omnibus octo partibus iuris ciuilis Commentaria. Item Conſiliorum volumina quatuor varijs in locis excuſa. Regulas & earum fallẽtias falſo illi attribui, viri fide digni referunt. Mariani Sozini & Bartholomæi filij Conſiliorum volumina 4. Franciſci Pepij appendicibus ornata, impreſſa ſunt Venetijs, 1572. in folio. Commentaria ad ius ciuile, cum doctißimorum Iureconſultorum Annotationibus, impreſſa Lugduni, anno Domini 1573. in folio.*

Bartholomæi *Steni Ducum, Iudicum, Regum Iſraelitici populi compendioſa commentatio, impreſſa Norimbergæ per Hieronymũ Holzel 1523. edita à Thoma Venatorio.*

Bartholomæus *Syluanius Salonenſis medicus, tranſtulit Ammonij Hermeæ commentarios in prædicamenta Ariſtotelis ex Græco in Latinum. Hieronymus Scotus impreßit Venetijs, anno 1541. Item in librum de Interpretatione, quos cum ſuperiori Venetijs Gryphius impreßit, 1555. Iidem commentarij à Gaſtono Sala recogniti, impreßi ſunt Pariſijs à Colinæo, anno D. 1542. venduntur 5. ſolidis Gallicis. Præterea tranſtulit Galeni librum de Conſtitutione artis medicæ. Item Definitiones medicas, quas etiam ex codicum veterum collatione plurimis locis auxit. De atra bile. De ſubſtantia facultatum naturalium fragmentum. Quod animi mores corporis temperaturam ſequantur. De plenitudine librum. Recognouit etiam quædam ab alijs tranſlata in Galeno, in editione Iuntarum, anno D. 1551. Venetijs publicata. Tranſtulit etiam Aphrodiſæi commen-*

Digitized by Google

commentarios in octo libros logicos Ariſtotelis: vt index bibliothecæ Oporini indicat.

Bartholomæi Syluij Cremonenſis libellus de Euchariſtia, impreſſus eſt Baſileæ ab Oporino in octauo. 1558.

Bartholomæus Traberon Anglus, Eduardo ſexto Anglorum regi à Bibliothecis, ac decanus Ciceſtrenſis, ſcripſit Paræneſim ad Thomam fratrem vt Chriſtum Ieſum illiusq; doctrinam, quæ noſtro ſeculo è ſophiſtarum latebris auſpicato erupit, amplectatur, lib. 1. In mortem Henrici Dudlæi, & Viati ſenioris Carmina. Analyſin ſcoparum Cochlæi, lib. 1 In teſtamentum G. Tracij, lib. 1. Epiſtolas & carmina lib. 1. In primum caput Ioannis contra Arrianos lib. 1. Tranſtulit in ſermonem Anglicum Chirurgiam Ioannis de Vigo lib. 9. Epitomen documentorum eius, lib. 1. Interpretationem verborum lib. 1. Aliaque multa Latine & Anglice edidit. Claruit anno 1556. Balæus.

Bartholomæus Tridentinus hiſtoricus, ſcripſit vitas ſanctorum lib. 1.

Bartholomæi Veſpucij Florentini artium & medicinæ doctoris, oratio habita Patauij, anno 1506 in laudem quadriuij, ac præſertim Aſtrologiæ, item Annotationes nonnullæ ſparſim in ſphæram Ioan. de Sacrobuſto: impreſſa Venetijs 1508. cum alijs opuſculis & annotationibus de ſphæra.

Bartholomæi ab vrbe veteri cenſura in Antidotarium Meſue.

Bartholomæus Vinciguera de Capua, ſcripſit Gloſſas ſuper conſtitutionibus regni Siciliæ. Numeratur hic ſeparatim à Bartholomæo de Capua, in Indice Iureconſultorum Venet.

Bartholomæi Viotti, De demonſtratione lib. 5. Pariſijs 1560. in 8.

Bartholomæus de Vrbino, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini, ex opuſculis S. Ambroſij & Auguſtini opus ſingulari ſtudio ſecundũ alphabeti ordinem in vnum comportauit, cui titulum impoſuit, Milleloquium Auguſtini lib. 1. milleloquium Ambroſij lib. 1. De bello quoq; ſpirituali lib. 1. & alia complura. Floruit anno D. 1410. Vide ſupra in Auguſtino de Anchona.

* Bartholomæi de Vſingen, Auguſtiniani, Purgatorium contra Lutheranos, Herbipoli 1527. in octauo. Libellus item de duabus diſputationibus in 8. anno 1527.

Bartholomæus Weſthemerus, Phorcenſis, Germanus, collegit tropos inſigniores vtriuſq; Teſtamenti, quos Thomas Wolfius excudit Baſileæ 1528. & deinceps ipſe etiam in ſua officina, & poſtremo magna acceſſione auctos Ioan. Heruagius, hoc anno. Idem edidit Conciliationem ac conſenſum ſacræ ſcriptur & patrum Orthodoxorum, in qua eſt cernere quid vtriuſq; Teſtamenti biblia cum eccleſiæ doctorum doctrina, quid cum Conciliorum ſacrorũ canonum, pontificumq; Romanorum conſtitutionibus, & quid cum omnibus de re Chriſtiana ſpectatioris fidei hiſtorijs, conueniens communéue, quidq; varians habeant. Liber impreſ. eſt Tiguri ab And. Geſn. anno 1552. quater. 79.* Eiuſdẽ Phraſes diuinæ ſcripturæ. Antuerp. in ædibus Ioan. Steelſij 1539 Item liber Eccleſiaſticorũ carminum cum alijs hymnis & proſis exquiſitiſſimis, in 8.

Bartholomæus Zambertus Venetus, Euclidis Geometrica elementa, & commentarios in eoſdem Theonis & Hypſiclis Alexandrinorum Latinitate donauit. Opus impreſſum Pariſijs, vnà cũ Campani Galli commentarijs, à Michaele Pontano recognitum. Deinde Baſileæ 1537. etiam quibuſdã alijs adiectis. Eiuſdem comœdia quædam excuſa, inter libros officinæ Heruagij numeratur. Idem tranſtulit etiam ex Euclide Phænomena, ex traditione Theonis. Catoptrica, Optica ex traditione Theonis, Data ex traditione Pappi, & in eadem protheoriam Marini philoſophi. Quæ omnia impreſſa ſunt Baſileæ à Io. Heruagio, cum elementis Euclidis ab eodẽ tranſlatis, anno D. 1573.

Bartholomæi Zanchi Bergomatis, in Salluſtij Catilinariam Cõmentarius vtiliſſimus, 1554. Venetijs impreſſus, & Baſileæ apud Hein. Petri 1564.

Bartolinus Peruſinus, capellanus Cardinalis Gurcenſis, in literas retulit reſpõſionem Principum Germaniæ, datam legatis Leonis X. & cæteris oratoribus, Auguſtæ Vindelicorum, anno D. 1518. Libellus impreſſus ſeſquicharta.

Bartoli Lucani Vtinenſis, ad Innocentiũ P. M. VII. oratio: impreſſa ab Euchario Argyrio.

Bartolus de Hugutio vel Hutio Gallus I. C. De quartis, De ſubſtitutionibus.

Bartolus de Saxoferrato, I. C. clariſſimus, ſcripſit commentaria ſuper totum propè Ius ciuile. Claruit anno 1355. Eius Cõmentaria in 12. lib. Codicis, ſtudio & opera Iacobi Concenatij I. C. ab innumeris mendis expurgata, excuſa ſunt Baſileæ in officina Frobeniana, anno 1562. in magno fol. Commentaria item in totum ius ciuile, cum aduocationibus Alex. Barb. Pariſ. Claudij à Seiſſel. And. Poma. Io. Frãc. Roue atq; aliorũ, edita ſunt Venetijs 1570. apud Iuntas fol. Diſtinctionum tabulæ, in 4.

* Baruch Canephius ateomachiam ſiue refutationem errorum, & deteſtandæ Impietatis Athrorum, Libertinorum, & aliorum profanorum hominũ his extremis temporibus prodeuntium, ad confirmandũ infirmos in fide eccleſiæ Chriſtianæ, Gallica lingua edidit in lucem. In 8. per Ioan. Durandum 1582.

Baſianus optimus Rhetor ex Berœa vrbe Syriæ Stephanus.

Baſilis Indica citantur ab Athenæo. Plin. quoque 6. Naturalis hiſtoriæ Baſilem citat.

Baſilicus ſophiſta ſcripſit de Figuris dictionis, de rhetorico apparatu ſeu exercitatione: de Mutatione, & alia quædam. Suidas.

Baſilides Gnoſticorum impuriſſimæ ſectæ auctor fuit: plures Deos finxit qui ab Epiphanio enumerantur.

Baſilij Achrideni archiepiſcopi Theſſalonicæ, reſponſum ad epiſtolam Adriani pontificis, quæ & ipſa præponitur, Græce cum canonibus Conciliorũ, quos Ioannes Zonaras expoſuit.

Baſilij Fabri Sorani, Germani, ex Terentio & Cicerone excerpta, cum interpretatione locorum

Digitized by Google

aliquot obſcurorum in vtroq; authore. Excudit Valentinus Papa Lipſiæ. Idem vertit in linguam Germanicam Lutheri Commentarios in Geneſim. Item Saxoniam Cranzij. Lipſiæ 1563. Eiuſdem theſaurus eruditionis ſcholaſticæ, ſiue ratio docendi & dicendi facili & compendiaria prorſus via: ex optimis quibuſq; authoribus Græcis & Latinis. Et ſupellex inſtructiſſima verborum, locutionum, rerum, ſententiarum, exemplorum, &c. Lipſiæ, anno Domini 1571. impreſſa omnia ſimul in fol.

Baſilij Imperatoris Parænefes, ſiue capita neceſſaria, ad Leonem filium ſuum, Venetijs manuſcripta extant, & Romæ in Vaticana bibliotheca, & Strozæ. * Et Viennæ in bibl. Imperatoris, hoc titulo, Baſilij Romanorum Imperatoris, grauiſſimæ ſententiæ admonitoriæ, & morales, ad ipſius filium, de Pia inſtitutione & educatione, in quarto manuſcriptæ.

Baſilius Cæſareæ, Cappodocum epiſcopus, propter ſingularem eruditionem & eloquentiam Magni cognomen accepit, celeberrimus apud omnes Græcos & Latinos: obijt Gratiano imperante. Scripſit plurima, verum eius opera quæ publicè extant, excuſa ſunt Baſileæ Græce in officina Frobeniana, 1551. à Iano Cornario emendata, & eadem Latine quoque eodem interprete ibidem ſunt excuſa. Sunt autem hæc: De opificio ſex dierum, ſiue hexaemeron, homiliæ 11. In Pſalmos homiliæ 17. Variorum argumentorum homiliæ 29. De Spiritu ſancto liber. Epiſtolæ Baſilij & Gregorij theologi. Exercitiorum pietatis ſermones 7. De iudicio Dei. De fide. Sententiæ aut ſummæ morales 80. Quæſtiones ac interrogationes diffuſius explicatæ 55. Quæſtiones breuiter ac compendio explicatæ 313. Pœnæ variæ in delinquentes. Conſtitutiones Aſceticæ 34. Epiſtolæ ad Chilonem. Epiſtola ad monachum lapſum. De Baptiſmo libri duo. De libero arbitrio ſermo. De virginitate liber. De paradiſo ſermo. Contra apologeticum Eunomij libri quinque. Porrò quæ in operibus non habentur ſeparatim excuſa ſunt. De exercitatione Grammatica libellus Florentiæ primum excuſus Græce: deinde Baſileæ apud Oporinum cum Antonij Lulli in eundem præparatione. Baſilij & Chryſoſtomi ſacrificij ſeu miſſæ ritus, ex ſacerdotali Græco in Latinum tranſlatus, per Gentianum Heruetum. Venetijs apud Bruciolum, anno 1548. Sermones 24. ex omnibus Baſilij libris, quorum magna pars non extat, ſelecti Pariſijs apud Morelium Græce & Latine. Præterea ex libris commemoratis quidam à pluribus tranſlati ſunt, qui ſinguli ſuo loco cõmemorantur, vt Muſtulus, Perionius & alij. Extant etiam in bibliothecis complures libri Baſilij nondum (quod ego ſciam) in publicum editi. Auguſtæ Vindelicorum Commentaria in Eſaiam prophetam, in quibus deſunt 16. capita. Ibidem Epiſtolæ θαυμάσιαι 344. varij præterea ſermones, ὅροι θεολογικοὶ λβ: & quædam dudum edita. Romæ Epitome ſiue ἐκλογὴ librorum Origenis, facta à Baſilio & Gregorio theologo, quod opus Philocalia Origenis vocant: aliâs Delectus ex varijs libris Origenis, continens quæſtiones & ſolutiones ſcripturæ. * Has Bonauentura Vulcanius Brugenſis Latine vertit. Expoſitio εἰς τὸν ψαλτῆρα: fortè non alia quàm homiliæ iſtæ, quas in aliquot Pſalmos excuſas habemus. Cum Canonibus Conciliorum, quos Zonaras expoſuit, hæc quoq; Baſilij habentur. Epiſtolæ tres ad Amphilochum, vna de Bianore, an idoneus ſit ad Clerum propter iuramentum: alia de pœna Clericorum qui dereliquerunt: tertia de ciborum differentia. Epiſtola ad Diodorum Tarſi epiſcopum, de illis qui ſorores duas ducunt vxores. Epiſtola ad Nicopolitas. Alia epiſtola ad Gregorium preſbyterum ὥστε χωρισθῆναι αὐτὸν τῆς συνοικοῦσης γυναικός. Alia ad Chorepiſcopos ὥστε μὴ γίνεσθαι χωρὶς αὐτῶν ὑπηρέτας παρὰ τοὺς κανόνας. Alia ad epiſcopos ſibi ſubiectos, ne pecuniæ cauſa eccleſiæ miniſtros ordinent. Venetijs ad S. Antonium multa quoq; Baſilij habentur, vt Homiliæ cum gloſſematis. Epiſtolæ expoſitio in Euangelium. In bibliotheca Ioannis Sambuci, ἄσκησις συνοδική. Refert etiam M. Dreſſerus Baſilium quoque Rhetoricam ſcripſiſſe. D. Baſilij opera Latino ſermone donata, præter cæteras editiones (vt titulus pollicetur) ad fidem Græcorum aliquot exemplarium ſynceriori lectioni reſtituta, multisq; libris aucta: impreſſa ſunt Pariſijs, 1571. in fol. Commentaria eius in Eſaiam ſeparatim edita ſunt Pariſijs à Niuellio 1556. chartis 70. * Baſilij Magni operum ferè omnium codices manuſcripti habentur in bibl. Imper. Viennæ.

Baſilij Cappadocis monachi (alius hic eſt à Baſilio Magno) ἀναφορὰ πρὸς τὸν μητροπολίτην Θεσσαλονίκης ἐκεῖνον κύριον Νικήταν, habetur cum canonibus Conciliorum, quos Ioannes Zonaras expoſuit.

Baſilius epiſcopus Irenopolis Ciliciæ, ſub Anaſtaſio Imperatore, Baſilio Cæſarienſi & ingenio & virtute ſimilis, ſcripſit contra Archelaum Coloniæ preſbyterum. Suidas.

Baſilij & Iſaacij Angeli σημείωμα εἰς τὸ ἀποκείρεσθαι τὰς τῶν ὑποψηφίων ἀρχιερέων γυναῖκας: habetur cum canonibus Conciliorum.

Baſilius Fabritius Zikzai, rector ſcholæ Patachienſis, ſcripſit Refutationem argumentorum Lucæ Agrienſis, anno 1568.

Baſilij Ioannis Herold Dialogi ad Gilbertum Cognatum. Vide in Ioanne Herold.

* Baſilij Theſſalonicenſis commentarij in Nazianzenum, Græce Ms. fol. bib. Imp.

Baſilij Zanchi Bergomatis, Canonici ordinis Lateranenſis, verborum Latinorum ex varijs autoribus epitome, Bernæ excuſa. Eiuſdem autoris Epithetorum commentarij, longè doctiſſimi, Romæ excuſi ordine literarum, anno 1542. Et Baſileæ multo emendatius ex officina Ioan. Oporini, vnà cum eiuſdem Eclogis & epigrammatis aliquot. Baſilij Zanchi poematum lib. 8. Baſileæ ab Oporino impreſſi. * Eiuſdem in 4. Reg. & 2. Paralip. quæſtiones. Romæ 1548. in 8.

Baſinius Parmenſis ſcripſit quædam carmine, de quibus habetur penultimum epigramma libri tertij Syluarum Baptiſtæ Mantuani, quo eius poemata commendat. Porrò quædam illius carmina, cum Porcellij & Trebanij poetarum opuſculis Colinæus

excudit

Digitized by Google

excudit Pariſijs, anno Domini 1539. Idem res geſtas Sigiſmundi Pandulphi Malateſtæ, Ariminenſis principis, inchoauit, ſed morte præuentus non abſoluit. Sepultus Arimini. * Eius Heſperidos libri tredecim à Michaele Toxite in lucem editi. In fol.

Baſsi cuiuſdam Epigrammata 8. extant inter ea quæ Planudes digeſſit: ſemel duntaxat Lollij cognomẽ additur. Horum ſex in primo libro reperies, vnum in tertio, poſtremum in octauo.

Baſsiani, Ambroſij & aliorum epiſtolam ad Syricium Papã, habes in decimo libro S. Ambroſij epiſtolarum.

Baſsiani Landi, Placentini, excellentiſsimi rei medicæ profeſſoris Patauij, Iatrologia (quam adhuc iuuenis ſcripſit) ſiue Dialogi 2. ad Herculem Eſtenſem ſecundum Ferrariæ ducem, quibus continetur methodus ad cognoſcendos & curandos morbos: impreſsi Baſileæ in officina Ioan. Oporini, anno Domini 1543. De humana hiſtoria libri 2. vel De ſingularum hominis partium cognitione: impreſsi Baſileæ in officina eiuſdem, anno 1542. Demoſthenis orationes aliquot Latinos fecit, ex quibus vnam contra Androtionem, Oporinus excudit Baſileæ, vbi in præfatione pollicetur Baſsianus reliquos etiam ſe daturum, quas alij nondum verterint. Eiuſdem Ecphraſis de motu, Ecphraſis de tempore, Ecphraſis de loco, Præfatio in aphoriſmos Hippocratis, Libellus de vacuatione, impreſſa ſunt Patauij apud Simonem Galignanum, anno D. 1552. octernionibus circiter duodecim. Præterea fertur ſcripſiſſe librum, cui titulus eſt Epiphylides, & annotationes in Terentium, ac paraphraſim in libros Ariſtot. de Anima. Commentarios in artem paruam. De origine & cauſa peſtis Patauinæ anni 1555. De incremento. De natura cœleſti.

Baſſus Græcus aliquot de Medicina libros ſcripſit, Volaterranus lib. 14.

Batalus ſcripſit carmina laſciua, in cuius corpus deformoſiſsimum Antiphanes poeta carmine luſit. Vide Plutarchum in vita Demoſthenis, ferè à principio.

Battiadis ſcripta citantur apud Fulgentium in Mytholog.

Bathon vt Athenæus, vel Batton, vt Suidas, comicus, fabulæ eius ſunt, Vna decipiens. Homicida. Benemerentes. Ætolus. Eundem de Tyrãnis Epheſiorum citat Athenæus.

Bathon Sinopenſis, De Ione poeta, De Theſſalia & Æmonia citatur ab Athenæo. Hiſtorias eius adducit Plutarchus. Eundem de rebus Perſicis ſcripſiſſe refert Strabo.

Battum Cyreneum, aiunt compoſuiſſe eam, quæ Mopſi dicitur diuinationem. Clemens Strom. libro 1.

Bauerius de Bauerijs, ſcripſit conſilia medicinalia, ex quibus quædam de Balneis, Iuntæ impreſſerunt Venetijs, anno D. 1553. cum aliorum ſcriptis de Balneis.

Baxon Chymicus autor, citatur ab Hortul.

Beatinij Auguris ſcripta citantur apud Fulgentium.

Beati Rhenani Selezeſtadienſis, in C. Plinij naturalis hiſtoriæ libros obſeruationes, excuſæ Baſileæ apud Ioannem Frobenium, anno 1526. Rerum Germanicarum libri 3. excuſi ibidem, anno Domini 1531. & 1551. Adiecta eſt in calce epiſtola eiuſdẽ Rhenani ad Philippum Puchaimerium, de locis Plinij per St. Aquæum attactis, vbi mendæ quædam eiuſdem autoris emaculantur, antehac nõ à quoquam animaduerſæ. Annotationes in extantes Liuij libros B. Rhenani & Sigiſmundi Gelenij, ſeorſim excuſi Lugduni 1542. Præfatus eſt in Cornelium Tacitum, & annotationes in eundem ſcripſit, editione Frobeniana. Item P. Vellei Paterculi hiſtoriæ Romanæ volumina duo ab interitu vindicauit. Itẽ Q. Sept. Flo. Tertul. opera, quibus & ſingulorum librorum argumenta adiecit, & coniecturas ſuas, cum annotationibus nouis, & collatione ad vetuſtum exemplar: addidit & præfationem. Origenis operibus epiſtolam præfixit, quæ pleraq; de vita obituq; Eraſmi Roterodami cognitu digna continet. In omnia opera Eraſmi Roterodami præfatur, ad Carolum V. Cæſarem. In Senecæ ludum de Morte Claudij commentaria ſcripſit, cum Senecæ operibus. Ioannis Geileri Keiſerſpergij vitam deſcripſit. Præfatus eſt in Theophraſtum Æneæ, & in Xyſti gnomologiam. Epiſtolas duas Gregorij Nazianzeni ad Themiſtium, tranſtulit. Hæc omnia typis excuſa ſunt apud Frobenium. Obijt anno Domini 1540.

Bebius Macer ſcriptor, citatur apud Fulgent. in Mythol. & de vocibus antiquis citantur eius Faſtalia dierum. Eius de Grammatica libri citantur à Seruio & Chariſio.

* Beci opera quædam contra Græcos in Florentino Concilio, Græce. In 4. manuſcript. bibl. Imper. Viennæ.

Bectutij Tritij Collectaneorum meminit Paulus Iouius.

Beda ſiue Bedas, Giruicenſis, preſbyter & monachus ordinis Apoſtolici in Wirmuthenſi at Giruicenſi cœnobijs, Venerabilis cognomentum ex vitæ ſanctitate morumq; grauitate adeptus, plurima ſcripſit, ex quibus quædam varijs in locis ſeparatim edita ſunt, poſtea verò Pariſijs, anno 1545. tres Tomi operum eius ſunt editi: poſtremò Baſileæ Ioannes Heruagius, anno 1563. octo Tomos operum Bedæ edidit, quorum hic eſt Elenchus. Tomo 1. Cunabula Grammaticæ artis Donati. De octo partibus orationis liber. De arte metrica liber. De ſchematibus ſcripturæ liber. De tropis Sacræ ſcripturæ liber. De orthographia liber. De arithmeticis numeris liber. De computo dialogus. De diuiſionibus temporum liber. De arithmeticis propoſitionibus. De ratione calculi. De numerorum diuiſione. De loquela per geſtum digitorum libellus. Bridferti Rameſienſis in eundem libellum Commentariolus. Ioannis Nouiomagi ſcholia in eundem. De ratione vnciarum libellus. Bridferti Commentariolus in eundem. De argumentis Lunæ. Ephemeris ſiue Computus vulgaris. De emboliſmorum ratione computus. Decennouales circuli. De Cyclo paſchali.

De mundi cæleſtis terreſtriſq; conſtitutione liber. De muſica theorica. De muſica quadrata ſeu menſurata. De circulis ſphæræ & polo. De planetarum & ſignorum cæleſtium ratione. De tonitruis libellus. Prognoſtica temporum. De menſura horologij libellus. De aſtrolabio libellus. De natiuitate infantium libellus. De minutione ſanguinis libellus. De ſeptem mundi miraculis libellus. Hymni. De ratione computi libellus. Tomo II. De natura rerum liber. De temporum ratione liber. De ſex ætatibus mundi, ſiue Chronica liber. De temporibus liber. Sententiæ ex Ariſtotele. Sententiæ ex Cicerone. Prouerbiorum liber. De ſubſtantijs. [illegible] [illegible] ſiue elementorum philoſophiæ lib. 4. De paſchæ celebratione, ſiue de æquinoctio vernali liber. De diuinatione mortis & vitæ epiſtolæ. De arca Noe. De linguis Gentium. Sibyllina oracula. Tomo III. Gentis Anglorum Eccleſiaſtica hiſtoria lib. 5. Epitome eiuſdem hiſtoriæ. Vita D. Cuthberti. Vita D. Felicis. Vita D. Vedaſti. Vita D. Columbani. Vita D. Attalæ. Vita D. Patritij, lib. 2. Vita D. Euſtaſij. Vita D. Bertolfi. Vita D. Arnolfi. Vita D. Burgundoforæ. Iuſtini martyrium carmine. Martyrologium. De ſitu vrbis Hieruſalem. Interpretatio nominum Hebraicorum & Græcorum in ſacris Biblijs. Excerptiones & Collectanea quædam. Tomo IIII. Hexameron. In Geneſim expoſitio. In Exodum explanatio. In Leuiticum explanatio. In librum Numeri. In Deuteron. In Samuelem prophetam allegorica expoſitio, lib. 4. In libros Regum quæſtiones. In Eſram & Nehemiam prophetam, allegorica expoſitio, lib. 3. In librum Tobiæ expoſitio allegorica. In Iobum expoſitio, lib. 3. In Parabolas Solomonis expoſitio, lib. 3. In Cantica Canticorum expoſitio lib. 7. De tabernaculo & vaſis eius ac veſtibus ſacerdotum, lib. 2. Tomo V. In Matthæum expoſitio lib. 4. In Marcum expoſitio, lib. 4. In Lucam expoſitio, lib. 6. In Ioannem expoſitio. In Acta Apoſtolorum expoſitio. De nominibus locorum vel ciuitatum, quæ in libro Actuum Apoſtolorum leguntur. In D. Iacobi epiſtolam expoſitio. In primam D. Petri epiſtolam expoſitio. In ſecundam eiuſdem epiſt. expoſitio. In primam B. Ioannis epiſtolam expoſitio. In ſecundam eiuſdem epiſtolam expoſitio. In tertiam eiuſdem epiſtolam expoſitio. In Apocalypſim Ioannis Apoſtoli explanatio. Tomo VI. Retractationes in Act. Apoſt. Quæſtiones in Acta Apoſtolorum 6. In epiſtolam Pauli ad Romanos expoſitio. In epiſtolam Pauli priorem ad Corinthios expoſitio. In epiſtolam Pauli poſteriorem ad Corinthios expoſitio. In epiſtolam Pauli ad Galatas expoſitio. In epiſtolam Pauli ad Epheſios. In epiſtolam Pauli ad Philippenſes. In epiſtolam ad Coloſſenſes. In vtranque ad Theſſalonicenſes. In vtranque ad Timotheum. In epiſtolam ad Titum. In epiſtolam ad Philemonem. In epiſtolam Pauli ad Hebræos expoſitio. Aniani epiſtola ad Euangeliū preſbyterum. Ioannis Chryſoſtomi epiſtola de Laudibus B. Pauli Apoſtoli. Tomo VII. Homiliæ æſtiuales de Tempore 33. Homiliæ æſtiuales de Sanctis. 32. Homiliæ hyemales de Tempore 15. Homiliæ Quadrageſimales 22. Homiliæ hyemales de Sanctis 16. Sermones ad populum varij. Scintillæ ſiue loci communes. De muliere forti libellus. De officijs libellus. Fragmenta quædam in libros Sapientiales, & Pſalterij verſus aliquot. Tomo VIII. De templo Solomonis liber. De ſex dierum creatione liber. Quæſtiones ſuper Geneſim. Quæſtiones ſuper Exodum. Quæſtiones ſuper Leuiticum. Quæſtiones ſuper librum Numeri. Quæſtiones ſuper Deuteronomium. Quæſtiones ſuper librum Ieſu Naue. Quæſtiones ſuper librum Iudicum. Quæſtiones ſuper librum Ruth. Quæſtiones ſuper quatuor libros Regum. Quæſtionum variarum liber. In Pſalmorum librum commentaria. Vocabulorum Pſalterij expoſitio: item de Diapſalmate collectio. Sermo de eo quod in Pſalmis legitur, Dominus de cælo proſpexit, &c. In Boetij librum de Trinitate Commentarius. De ſeptem verbis Chriſti oratio. Meditationes paßionis Chriſti per ſeptem diei horas. De remedijs peccatorum. Vita Venerabilis Bedæ. Obitus eiuſdem.

Beertamus Epiſcopus Theſelicenſis, natione Germanus, ſcripſit ad Cunonem archiepiſcopum Treuirenſem inſigne opus, De illuſionibus dæmonum lib. 1. Ad eundem de ſchemate lib. 1. Sermones varios lib. 1.

Begoe Thuſca ſcripſit de Arte fulguritarum, teſte Seruio.

Belinum de Inuentione artium ſcribit author Luminis animæ in Præfatione, à ſe ex Græco Latine redditum eſſe. Citat autem eius rerum naturalium libros 7. De indicijs futurorum, De ſigillis lapidum.

Beliſarius Aquiuiuus, Arrag. Neritinorum dux, ſcripſit librum de Venatione, & alium de Aucupio per accipitres. Item de Re militari, & de Singulari certamine, libri impreßi Neapoli, aññ Domini 1519. chartis 22. in folio. In Præfatione ad Andream Matthæum Hadrianenſium ducem fratrem ſuum, refert ſe ſcripſiſſe, De principum educatione, & De gubernanda re familiari. Extant Baſileæ 8. 1578.

Bellator preſbyter ſcripſit in librum Sapientiæ lib. 7. Floruit anno D. 840.

Belliſarij & Iuſtiniani epiſtolæ extãt Venetijs ad S. Antonium. Eiuſdem ad Totilam regem epiſtola extat in libris Petri Criniti.

Bemarchius Cæſarienſis ex Cappadocia, ſcripſit de rebus geſtis Conſtantini Cæſaris li. 10. Declamationes itẽ ſcripſit & orationes diuerſas, teſte Suida.

Bencius Longobardus omnium gentium atq; nationum, regum populorumq; hiſtorias, à mundi exordio ad ſua vſq; tempora conſcripſit.

Ben Syræ, vetuſtiſſimi authoris Hebræi, Sententiæ morales, qui à Iudæis nepos Hieremiæ prophetæ fuiſſe creditur, cum ſuccincto Commentario, Hebraice & Latine, Paulo Fagio interprete. Liber impreſſus Iſnæ, apud ipſum interpretem, anno Domini 1542.

Benedicti primi, Pontificis, Decreta extãt in volumine Conciliorũ & decretorum, Coloniæ impreſ.

Bene-

Digitized by Google

Benedictus XII. Pont. *Romanus, Extrauagantes & conſtitutiones edidit lib. 2. Pariſijs in 8. De ſtatu nigrorum monachorum lib. 1. Decretalem religioſorum lib. 1. De ſtatu Canonicorum lib. 1.*

Benedicti *abbatis ſententiæ quædam citantur in libello Coloniæ impreſſo, De officio rectoris eccleſiæ, anno D. 1531.*

Benedicti *de Accoltis, Aretini, de Bello à Chriſtianis contra barbaros geſto, pro Iudæa & Sancto Chriſti ſepulchro recuperandis lib. 4. Robert. Winter impreßit Baſileæ.*

Benedicti *Accolti Cardinalis Rauennæ epiſtolæ tres extant in volumine epiſtolarum clarorũ virorum, Venetijs & Pariſijs impreſſo.*

Benedictus *Ægius Spoletinus, Apollodori Athenienſis bibliothecam ſiue de Deorum origine lib. 3. tranſtulit, & doctis annotationibus illuſtrauit. Romæ 1565. in 8.*

Benedictus *Aretius ſacrarum literarum Bernæ Heluetiorum profeſſor, in publicum edidit Libellum de Formandis ſtudijs. Tabulas Grammaticæ Hebrææ in folio. Deſcriptionem Stokhorni & Neßi montium, impreſſam Argentinæ cum operibus Cordi. Examen Theologicum in quo grauißimæ controuerſiæ theologicæ breui & perſpicua methodo explicantur. Hiſtoriam Valentini Gentilis iuſto capitis ſupplicio Bernæ affecti: & contra eiuſdem blaſphemias orthodoxam defenſionem articuli de ſancta Trinitate. Cenſuram item propoſitionum, quibus nituntur Catabaptiſtæ in Polonia probare Baptiſmum non ſucceßiſſe Circumciſioni. Geneuæ, anno Domini 1567. in quarto. Edidit etiam incerti authoris librum, De gradibus & compoſitionibus, opus phyſicum & medicum. Tiguri apud Froſchouerum. Catalogum cometarum. Noua duo lemmata, prius de Electione, poſterius, de Interpretatione Sacræ ſcripturæ. Bernæ, anno 1572. duodecimo. Problemata theologica continentia præcipuos noſtræ religionis locos breui & dilucida ratione explicatos. Pars prima excuſa Lauſannæ, anno Domini 1573. in octauo. Scripſit præterea in omnes noui Teſtamenti libros Lectiones nouas, quas breui publicandas ſperamus. + Anno 1580. editi ſunt eius Commentarij in Epiſtolas D. Pauli ad Timotheum, ad Titum, & ad Philomonem, facili & perſpicua methodo conſcripti. In 8. Morgijs. Item eiuſdem, ibidem in 8. Commentarij in Epiſtolas Pauli ad Philipſes, Coloſſenſes & in vtramq; ad Theſſalonicenſes. Eiuſdem extat Iſagogæ ad lectionem epiſtolarũ D. Pauli & Canonicarum, qua compoſitionis œconomia & germana diſpoſitio indicatur. 8. Lauſannæ, 1574. Pars item 3. earundem Problematum in lucem prodijt. 8. Lauſannæ 1576. Cõmentarij item in Matthæum facili & perſpicua methodo conſcripti. 8. Lauſannæ 1577. Commentarij item in Marcum & Lucam. Lauſannæ 8. 1577. Et Ioannem. Lauſannæ 8. 1578. Commentarij item in Acta Apoſtolorum, epiſtolas Pauli ad Romanos & Epheſios. Lauſannæ 1579. In vtranq; ad Corinthios. 8. Lauſannæ 1579. Commentarij in quatuor Euangeliſtas, facili & perſpicua methodo conſcripti. Editio altera priore longè emendatior, vtilißimisq; ad marginem notis illuſtrata. In fol. Morgijs, anno D. 1581. Eiuſdem Commentarij in epiſtolam ad Hebræos facili & perſpicua methodo conſcripti. 8. Morgijs, anno 1581. Commentarij in Apocalypſim D. Ioannis Apoſtoli. 8. Morgijs 1581. Eiuſdemq; lectiones ſeptẽ de Cœna Domini, ex varijs Scripturæ locis ſumptæ. 8. Morgijs. Obijt Bernæ.*

Benedicti *Ariæ, Montani, Hiſpalenſis, Commentarij in 12. Prophetas minores. Antuerpiæ apud Plantinum 1571. & recognita ab authore, in 4. Antuerpiæ, anno 1582. Eiuſdem humanæ ſalutis monumenta, decantata: hoc eſt, Pulcherrimæ vtriuſq; inſtrumenti figuræ, vario carminis genere explicatæ. Antuerpiæ ex Prototypographia regia, anno 1571. Rhetoricorum libri 4. ex diſciplina militari D. Iacobi Enſigeri, cũ annotationibus Antonij Moralij. Antuerpiæ, 1572. octauo. Præfuit hic editioni bibliorum, quæ ſumptu Philippi Regis Hiſpaniæ impreſſa ſunt Antuerpiæ, & poſtremo Tomo in Apparatu ſacro libros ſeptem adiecit, De Hebraicis idiotiſmis. De arcano ſermone: De actione ſiue habitu: De ſacris ponderibus atque menſuris: De ſacra Geographia: + vbi de gentium ſedibus primis, de duodecim gentibus, de terræ promiſſæ partitione agitur. De ſacris fabricis: De ſeculis & temporibus. Cum tabulis picturisq; artificioſißimis. + Pſalteriũ Dauidis Latino carmine reddidit, adiunctis argumentis & elucidationibus. 4. Antuerpiæ, 1574. Idem, Itinerarium Beniamini Tudelenſis, in quo res memorabiles, quas ante 400. totum fere terrarum orbem itineribus notatis, dimenſos annos, vel ipſe vidit, vel ab alijs accepit, breuiter deſcribuntur, interpretatus eſt. 8. Antuerp. 1575. Præterea edidit elucidationes in quatuor Euangelia, Matth. Marc. Luc. & Ioannis, quibus accedunt, eiuſdem elucidationes in Acta Apoſtolorum. Speculum vitæ & paſſionis Ieſu Chriſti decantauit Gallice. Antuerpiæ excuſ. 1573.*

Benedictus *de Barzis* I. C. *ſcripſit de Inſtrumento Guarentigigiæ. De filijs non legitime natis.*

Benedicti *de Benedictis de Capra, Concluſionum, Regularum, Tractatuum, & Communium opinionum iuris, Volumen primum. Venetijs apud Cominum de Tridino, anno 1568. in fol.*

Benedictus *Biſcopius, Anglus, ordinis S. Benedicti monachus, ſcripſit concordiam regularum lib. 1. Exhortationes ad eandem lib. 1. De ſuo priuilegio. Claruit anno D. 703.*

Benedicti *Bonij liber vnus de Cenſibus: in quo centum, tum graues, tum etiam difficillimi articuli continentur. Venetijs apud Marcum Amadorum 8. anno 1569.*

Benedicti *Bordonij deſcriptiones Inſularum: Item Italiæ tabula.*

Benedictus *de Burgo Petri, Benedictinenſis in eodem apud Anglos loco abbas, ſcripſit librum de Thomæ martyris miraculis. Claruit anno Domini* 1200.

Benedictus *Buſtamante Paz Hiſpanus, Salmanticenſis doctor, medicus ac philoſophus, ſcripſit*

methodum in ſeptem libros aphoriſmorum Hippocratis. Liber impreſſus Pariſijs apud Martinum Iuuenem, anno D. 1550. in 16.

Benedicti Canophili I.C. Iuris ciuilis & canonici compendium & ſumma rerum. Repetitio ſuper primum Decretalium De conſtitutionibus fori & poli. De priuilegijs eccleſiæ & eccleſiaſticarum perſonarum. De criminibus in Deum & proximum & pœnis eorum. * Eius compendium tractatus qualiter iudicandum ſit in foro poli, in 8. Venetijs, 1542. excuſum.

Benedictus Capella Romanus, inter poetas noſtri temporis à Gyraldo numeratur, qui eũ epigrammata laſciuiuſcula ſcripſiſſe refert.

Benedictus Capra, Peruſinus, vir in vtroq; iure doctus, ſcripſit inter cætera ſuper decretalibus li. 5. Conſilia quoq; plura lib. 1. & quædam alia. Floruit anno D. 1480.

Benedictus abbas Caſsinẽſis, patria Nurſenſis, ſcripſit regulam monachorum lib. 1. Vixit anno D. 542. Eiuſdem epiſtola ad Remigium & regula monachorum, item vita eius ex dialogis Gregorij ſimul excuſa ſunt.

Benedicti Chelidonij Muſophili, Germani, de Vita & paſsione Chriſti libellus, varij generis carminibus ſcriptus, cum 36. imaginibus Alb. Dureri, impreſſas Norimbergæ, anno Domini 1511. octernionibus quinq;. * Petrus Bouaiſtuau cognomento Launay Brito, Chelidonij Tigurini (an ſit hic Benedictus ignoro) de Inſtitutione principis Chriſtriani lib. in Gallicam linguã tranſtulit. Excuſum Lugduni.

Benedictus Curtius, Symphorianus, eques eccleſiæ Lugdunenſis, ſcripſit Enchiridion iuris vtriuſque terminorum, excuſum Lugduni, anno Domini 1542. Explanationem quoque in Areſta amorum, impreſſam ibidem in officina Gryphij, anno D. 153. & 1538. et Pariſijs 1566. decimoſexto. Eiuſdem Hortorum libri 30. excuſi Lugduni apud Ioannem Tornæſium typographum Regium, anno 1560. in folio.

Benedictus Dux ſcripſit Harmonias in omnes Odas Pub. Horatij, & plura alia carminum genera, tribus & quatuor vocibus, in gratiam iuuentutis Vlmenſis. Opus excuſum Vlmæ, anno 1529.

Benedicti Falconis Neapolitani Deſcriptio Neapolis, Italice edita à Ioanne Franciſco Suganapo.

Benedicti Herbeſti, Periodicæ reſponſionis libri quinq; in 8.

Benedictus Iambertus, Venetus, ſcripſit Dolo tecnen comœdiam non iniucundam, Gyrald. teſte.

Benedictus Icenus, Anglus, epiſcopus Cardieẽſis, ſcripſit Sermones per annum lib. 1. & Epiſtolas hortatorias. Claruit anno D. 1340.

Benedictus Iouius, Pauli Iouij epiſcopi frater, ſcripſit epigrammata quædam, publicata. Item diſticha ad Laurentium Medicem Florentinum, excuſa in Italia. Scripſit etiam hiſtoriam rerum Comenſium, & quædam de architectura. Eiuſdem de duodecim fontibus Comum ambientibus, & vno in vrbe media libellum, heroico carmine ſcriptum, vnà cum Querela in ſuum cuiuſque amorem, quæ Philautia inſcribitur, propediem in lucem edet Ioan. Oporinus. Idem Larium lacum & eius piſces carmine nobilitauit.

Benedictus Lampridius, Cremonenſis, ſcripſit Epigrammata, & Lyricos verſus Græcos & Lat.

Benedictus Luſcius ſcripſit Epithalamion Io. Friderico Saxoniæ electori.

Benedictus Marlianus Guarinum imitatus, canones grammaticales edidit, qui impreſsi ſunt (vt opinor) Mediolani.

Benedictus Morandus, ciuis Bononienſis, ſcripſit contra Senenſes pro ſua Bononia lib. 1.

Benedictus Morandus, Italus, ſcripſit duas inuectiuas contra Laurentium Vallam, quarum confutationes à Valla ſcriptas habemus.

Benedictus Morelus edidit hiſtoriam de quodam qui non ita pridem ex pſeudocatholico, factus eſt Auguſtanæ confeſsionis Neophytus, cum Apologia. Antuerpiæ excudit Plantinus 1568. anno D. in octauo.

Benedictus Muſinus, Antonius Gaynerius, S. Piſaurenſis, &c. omnes ferè ſub Eugen. o 1111. & Franciſco Sphortia commentarios & practicas (vt vocant) rei medicæ reliquerunt.

Benedictus de Nurſia, ſcripſit De regimine ſanitatis.

Benedicti Paſſauantij epiſtola, de libro Petri Lyſeti Curiæ Pariſiorũ nuper præſidentis, anno D. 1554. in 8. Nomen eſt fictũ. * Reſponſiua ad commiſsionem ſibi datam à D. Petro Lyſeto, nuper præſidente, nunc abbate. In 8.

* Benedicti Peſcionij Florentini Commentaria ad tit. Inſtitut. de obligatione: & quibus modis recontrahitur obligatio. octauo, Florentiæ, anno Domini 1577.

* Benedicti Pererij ſocietatis Ieſu, de omnibus omnium rerum naturalium principijs, & affectionibus lib. 15. 4. Pariſiis 1579.

Benedictus de Plombino expoſuit aliquot titulos in prima & ſecunda parte ff. noui: incipiendo à titulo de manumiſſ. Fecit etiam ſolennes repetitiones. Citantur etiam quædam eius in 2. & 3. C. in 1. inforciati. in 2. ff. veteris. Item diſputationes duæ, quarum vna incipit, Statuto Piſano: & altera, Multæ diſputationes eximiorum. * Eius Lectura in ſecundum lib. um ff. noui. in 4. Lugd. 1517.

Benedictus Portus, Mantuanus, inter noſtri temporis poetas à Gyraldo numeratur.

* Benedicti Poſcantini Bergomenſis, Dialogus colloquij de Meſsia. Venetijs 1548. In 8. Italice.

Benedicti Rhamberti epiſtolæ leguntur in volumine epiſtolarum clarorum virorum.

Benedictus Schurmegiſtus in agro Bernenſi eccleſiæ miniſter, ſcripſit præfationem in libellũ Wolfgangi Wiſſenburgij de Authoritate Synodorum, excuſum Baſileæ.

Benedictus Stendel, oriundus ex Hallis oppido Saxoniæ, in Gymnaſio Erdfordienſi docuit. Scripſit in Geneſim lib. 1. In Leuiticũ lib. 1. In Numeros lib. 1.

Digitized by Google

ras lib.1. In Deuteronomium lib.1. Feruntur etiam eius ſermones ad populum & variæ collationes ad Clerum. Alia quoq; nonnulla in literis ſacris, in logica & in philoſophia ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Tritthemius de ſcript. Germaniæ.

Benedicti Textoris, Medici, De caneri natura & curatione liber, excuſus Lugduni à Ioanne Tornæſio, anno D.1550. Eiuſdem Stirpium differentia ex Dioſcoride ſecundum locos communes, excuſæ Pariſijs, in 16. & Argentinæ in 4. cum hiſtoria Stirpium Hieronymi Tragi. * Idem Rationem præcauendi à peſte, eamq; curandi, ex ſentẽtia optimorum autorum conſcripſit Gallice. Lugduni apud Ioãnem Torneſium, ann 1551. In 8.

* Benedicti Thalmanni, Exegema argumentorũ quibus ſana doctrina de Vera participatione corporis & ſanguinis Chriſti in ſacra Cœna, ex verbo Dei ſolidè confirmatur, & contraria Synuſiaſtarum opinio, de corporali præſentia, & orali manducatione perſpicue refellitur. 8. Tiguri apud Froſchouerum, 1579. Eiuſdem Aſſertio veræ & Orthodoxæ doctrinæ de vnitate perſonæ & diſtinctione duarum naturarum in Chriſto, & refutatio dogmatis de carnis Chriſti omnipræſentia, & reali ſeu phyſica idiomatum cõmunicatione, ex Dei verbo & ſanctorum Patrum ſcriptis. 8. Tiguri.

Benedicti Theocreni inſignis poetæ Epigrammata, & alia carmina, impreſſa Pariſijs.

Benedictus Theriaca Mantuanus, ſcripſit ad Picum de Aſtronomia libros aliquot elegiaco carmine. Gyraldus.

Benedicti de Vadis I.C. additiones ad Lanfrancum de Oria. Coloniæ, anno 1572. Idem de arbitris. * Conſilia Dini Commentarijs illuſtrauit. 8. Venetijs, 1574.

Benedictus Vernierus, monachus, ſcripſit librum de ſacramento Euchariſtiæ, cui titum fecit, Magnum & vniuerſale concilium eccleſiæ militantis ſuper Euchariſtiæ ſacramentum, quod inſtar ſacroſancti Concilij Niceni trecentis decem & octo patribus orthodoxis conſtat. Ex tot enim ſcriptoribus teſtimonia coaceruauit. Liber impreſſus Pariſijs apud Niuellium, anno D.1554. in 4.

Benedictus Victorius, Fauentinus, philoſophus & medicus, ac theoricæ medicinæ profeſſor Bononiæ, in medicina hæc conſcripſit & edidit. De morbi Gallici curatione libellus impreſſus Baſileæ apud Bebelium cum aliquot alijs eiuſdem argumenti libellis. In Hippocritis prognoſtica commentarij, item Theorica latitudinum medicinæ ad Galeni ſcopum in arte medicinali. Liber impreſſus Florentiæ à Torrentino in folio. De morbo Gallico liber cum adiuncto libro de Curatione Pleuritidis per ſanguinis miſſionem, ad Hippocratis & Galeni ſcopum. Excuſi ſunt à Torrentino, anno Domini 1551. in octauo. Exhortatio ad medicum recte ſancteque medicari cupientem. Empirica meditatio ſingulorum morborum. Item doctrinalis Empirica de Febribus. Simul hæc excuſa ſunt Venetijs, anno Domini 1550 in octauo, & Pariſijs eodem anno in 16. Medicinalia conſilia numero 42. excuſa Venetijs à Vincentio Valgriſio quaternionibus circiter 80. anno Domini 1551. Practica Empirica ſecundo edita apud Valgriſium, anno Domini 1554. in octauo cum Camilli Thomai methodo rationali, &c. & Trotulæ curandarum ægritudinum muliebrium libro. Scripſit etiam breue compendium de Doſibus medicinarum: De morbis curandis libros duos, quorum alter egit de morbis capitis curandis, &c. alter reſpirationi ſeruientium partium. Neſcio an ijdem cum Practica empirica.

Beneuenuti Graphei de Ieruſalem, medici Salernitani, ars probata de ægritudinibus oculorum, foliorum 5.

Beneuenuti de Rambaldis Imolenſis, libellus qui Auguſtalis dicitur, de vitis Cæſarum: impreſſus Argentinæ, anno 1505. cum S. Aurelio, &c. & Baſileæ cum operibus Petrarchæ.

Beneuenutus, vel Benuentus, Straccha, Patritius Anconitanus, I. C. edidit tractatum de Mercatura, ſeu mercatore, omnia quæ ad hoc genus pertinent fuſiſſimè complectentem. Bartholomæus Honoratus excudit Lugduni 1556. Idem liber in Italia quoq; excuſus eſt.

Benincaſæ Benincaſij Explicatio ad titulum Inſtitutionum de actionibus. Florentiæ, folio.

Beniuenius poeta Florentinus, Eglogas Hetruſco ſermone conſcripſit.

Beno Cardinalis, Romanæ eccleſiæ archipreſbyter, ſcripſit vitam & geſta Hildebrandi. Libellus impreſſus cum Concilij Baſilienſis deſcriptione per Æneam Syluium.

* Berardi Boniannis, epiſcopi Camerini Epitome, in vniuerſam Theologiæ D. Thomæ Aquatis ſummam. 8. Lugduni 1579.

* Berchtoldus Dominicanus, Theſaurũ ſcripſit Veræ pietatis, ſiue meditationẽ de vita & beneficijs Ieſu Chriſti, item horologium deuotionis. 12. Coloniæ 1577.

* Berchtoldus Spiocontius, librum Ioannis Galli de Sacramento ſanguinis & corporis Chriſti, ex Latina in Germanicam linguã tranſtulit. octauo, Erdfurdiæ, 1578.

Berengarius Turonenſis, archidiaconus Andegauenſis, ſcripſit in Apocalyp. Ioannis lib.1. De incarnatione verbi lib.1. Super Cantica canticorum lib.1. De corpore & ſanguine Domini lib.1. Homilias plures lib.1. Epiſtolas quoq; lib.1. Claruit anno Domini 1050.

Berengarius Beterenſis eccleſiæ epiſcopus, ac eccleſiæ Romanæ Cardinalis, ſcripſit inſigne opus ſuper ſummam Hoſtienſis, ſecundum ordinem alphabeti, quod vocauit Oculum, lib.1. De ſententia excommunicationis lib.1. alia etiam plura. Claruit anno D.1300.

Berengarius natione Cathalanus, ſcripſit in Auicennam quaſdam quæſtiones, & Hippocratem.

Berengarius Fernandus Toloſas, I.C. ſuper feudis, in c.1. de fi.na. ex matr. ad morga. contrac. Super 2.ff. veteris De contrahen. emp. l. pacta cõuenta. Super 2. Inforciati ad legem Falcidiam. l. in quartam.



Digitized by Google

Super 1.ff.noui De acquir. poſſ. l.naturali,§.nihil commune. Super 2.c. De poſth.hæde.inſti.l.ſi.quidam cũ teſt. Arbor conſanguinitatis, affinitatis & cognationis ſpiritualis. Eius Repetitio ad legem Falcidiam, ad legem Reconiuncti de legatis, impreſſa eſt Toloſæ.

Berengarius *Paulachi ſuper 2.C.De ſentent. quæ pro eo quod intereſt.l.i.cum pro eo.*

Berengoſius *abbas ad D.Maximinũ extra muros Treuirorũ, vetuſtus & eruditus, ſcripſit de Laude & inuentione S.Crucis lib.3. De myſterio ligni Dominici, & de luce viſibili & inuiſibili per quam antiqui Patres olim meruerunt illuſtrari lib.1. Sermones duo in natali martyrum de Pſalm. 58. Deus repuliſti nos, &c. Sermo de vno confeſſore, de eo, quod per legem ſimila in ſacrificiũ offerri iubetur, vbi de ea dicitur, In ſartagine oleo conſperſa frigetur: offert eam calidam in odorem ſuauiſſimum Domino ſacerdos, qui patri iure ſucceſſerit, & tota cremabitur in altari. Sermo de vno confeſſore & pontifice, De eo quod lex præcipit, Ignis in altari ardebit ſemper, quem nutriet ſacerdos, & ſubijciens mane ligna per ſingulos dies, & impoſito holocauſto deſuper adolebit adipes pacificorum, &c. Sermo in dedicationem eccleſiæ, deq; reliquiarum veneratione. Coloniæ impreſſit Iacobus Soter 1555.*

Berenice *quædam magica ſcripſit, vt Tertullianus de Anima teſtatur.*

Berinus *Doreeſtriæ epiſcopus, Italus, ab Honorio 1.Papa in Angliam miſſus, ſcripſit ad Honorium PP. epiſtolas aliquot. Meminit huius Beda in Anglorum hiſtoria. Vixit anno 635. Baleus.*

Bermundus *Choueronius, De concubinarijs publicis.*

Bernardus *(vel Bernaldus in V.C.) de S.Blaſio, ſcripſit Apologeticas rationes contra ſchiſmaticorum obiectiones ad Adelbertũ Nemetenſem præpoſitum, in quibus præcipue defendit, quod ipſe & alij monachi S.Blaſii merito ab excommunicatis abſtineant. Eiuſdem de lege excommunicationis epiſtola ad Adelbertum Argentinenſem præpoſitum. De eadem re epiſtolæ duæ ad Recchonem quendã. Ad Paulinum de emptione eccleſiarũ epiſtola. Epiſtola ad quendam ſacerdotem de Othonis epiſcopi Conſtantienſis reiectione, & alterius in locum eius ſubſtitutione. De officio preſbyterorum ad fratres in Rettenbach. Ad Waltherum ſacerdotem tractatus de ſolutione iuramentorum. Ad reuerendiſſimũ antiſtitem Gebehardum, de excommunicatorum ordinatione, & ſalute paruulorum qui ab excommunicatis baptizati ſunt, & alijs quibuſdam ad Concilium proxime futurum pertinentibus. Floruit circa annum D.1066.*

Bernardini *Alphani* I.C. *Peruſini, collectanea ad mille inſigniora iuris ciuilis loca, ex varijs tam antiquorum quam recentiorum monumentis longo ſtudio ac magna diligentia conquiſita, ad ſubleuandum omnium ius ciuile profitentium laborem haud parum conducentia. Venetijs 1570. in 8. & Francoforti 1572.*

Bernardini *Arluni* I.C. *Patritij Mediolanenſis, hiſtoriarum ab origine vrbis Mediolanenſis, ad noſtra vſq; tempora ſectiones tres, cum M. Antonij Maioragij Præfatione, Oporinus breui dabit in publicum.*

Bernardinus *Baldinus conſcripſit Dialogos 2. in quorum altero agitur de multitudine rerum atq; de vnitate eius quod eſt: in altero verò de materia omnium diſciplinarum, earumq; communione, diuerſitateq; diſputatur. Item Commentarium in libellum de ſphæra Procli, atq; in Communis optices librum. Item Epiſtolarum librum in quo pleraque præcepta cum aliarum artium, tum philoſophiæ potiſſimum illuſtrare contendit. Mediolani apud Antonium de Antonijs, anno D.1558. Scripſit etiam carmina quædam, & ex commentarijs Galeni in Hippocratem problemata excerpſit.*

Bernardinus *Bogentantz Legenitius, ſcripſit vtriuſq; cantus rudimenta. Liber exiuit Coloniæ, anno 1528.*

Bernardini *Bombini* I.C. *Conſiliorum volumen. In 4. Romæ 1550.*

Bernardini *de Buſto, Mediolanenſis, Franciſcani, Roſarium ſermonum partes 2. impreſſæ Haganoæ, anno Domini 1500. & Lugduni 1506. per Ioan. Klein. Eiuſdem Mariale de Excellentijs reginæ cœli, impreſſum Argentinæ 1496. & Haganoæ 1513.*

Bernardinus *de Butis, monachus, De monte pietatis. Videtur autem idem cũ Bernardino de Buſto vel Bernhardo Buſti, vt quidam nominat, qui hæc etiam tractat in prima parte Roſarij.*

Bernardini *Caruaial, Pacenſis epiſcopi, Regis Hiſpaniæ oratoris, Oratio de eligendo ſummo Pontifice, habita Romæ in eccleſia S.Petri apud Cardinalium ſenatum, Innocentio* VIII. *mortuo 1492. impreſſa extat.*

Bernardinus *Corius, in Chronicam Mediolanenſem. Idem de Vitis Cæſarum vſque ad Heinricum* XII.

Bernardinus *Donatus Veronenſis, ſcripſit opuſculum de Platonicæ atq; Ariſtotelicæ philoſophiæ differentia: vbi Georgij Gemiſti ſuper eadem re libellum in dialogum redegit, & quædam de ſuo adiecit. Venetijs impreſſum apud Hieronymum Scotum Græce & Latine, 1540. & Lutetiæ apud Neobarium, 1540. Ariſtotelis Oeconomicorum lib.2. Latine reddidit, idq; aptius & elegantius opinor, quàm reliqui hactenus interpretes. Scotus publicauit Venetijs, 1540. Idem tranſtulit è Galeno librum de cognoſcendis curandisq; animi morbis.*

Bernardinus *Gadolus, Brixianus, Camaldulenſis abbas, ſcripſit in omnes Bibliorũ libros commentaria, De fugiendo ſeculo, & amplexãda religione, tractatum vnum: contra ſuperbiam & ambitionem lib.1. Opera Hieronymi in ordinem redegit. Extant eiuſdẽ ſermones varij. Item epiſtolæ multæ, & quædam alia hinc inde diſperſa.*

Bernardinus *Gammarus, ſcripſit Super 2. c. de Furtis l. falſus procurator. Item de Seruitutibus.*

Bernardinus *Gaſnerus Vlmenſis* I.C. *ſcripſit nomen-*

*nomenclaturam doctorum in vtroq; iure paſsim per compendia literarum citatorum, ordine literarum. Heinricus Steiner impreſſit Auguſtæ anno Domini 1543. octernione vno & dimidio cum præfatione authoris ſcripta Ingolſtadij.*

Bernardini *Iobini, Pontificum aliquot Icones cum breui vitæ eorũ deſcriptione Latine & Germaice. Argentinæ in folio.*

Bernardinus *Iuſtinianus, Venetus, philoſophus & orator, ſcripſit Laurentij Iuſtiniani patriarchæ Veneti auunculi ſui vitam, & ſanctiſsimam conuerſationem lib.1. Hiſtoriarum quoq; lib.1. Orationes plures & elegantes lib.1. Eiuſdem de origine vrbis Venetiarũ libri.15. excuſi Venetijs anno 1534. His libris grauiſsimo ſtylo non tantum res Venetæ, verumetiam bella Gotthorum, Longobardorum, et Sarracenorũ ampliſsimè continentur. Adiecta inſuper D. Marci Euangeliſtæ vita. Claruit anno Domini 1470.*

Bernardini *Lauredani in Ciceronis orationes de lege Agraria commentarij in 4.*

Bernardini *de Landriano additiones in Practicam Ioannis Petri de Ferrarijs Papienſis.*

Bernardini *Maffæi de laude, Problemata chirurgica*

Bernardinus *Maffæus, Cardinalis, fertur elegantem hiſtoriam conſcripſiſſe de inſcriptionibus & imaginibus antiquorum nnmiſmatum. Legitur eius epiſtola in volumine epiſtolarum clarorum virorum.*

Bernardinus *Marmita ſcripſit commentarios in Tragedias Senecæ. Opus impreſſum, aliàs Gellij prænomen additur.*

Bernardinus *Ochinus, Senenſis, ſcripſit Italica lingua Sermonum tomos 2. quorum prior 50. poſterior 65. ſermones complectitur, Baſileæ excudit Iſingrinius. Item commentarios in epiſtolam Pauli ad Romanos, excuſos Geneuæ, & Auguſtæ Vindelicorum in octauo. Latine ex translatione Sebaſtiani Caſtallionis. Eius ſermones tres de officio principis, & declamationes ſacras quinq; Cælius Horatius Curio, Cælij Secundi filius in Latinum ſermonẽ conuertit. Oporinus impreſſit Baſileæ, anno 1550. cum Marſilij Audreaſij de amplitudine miſericordia Dei oratione. Ex eius ſermonibus quidam excerpſit dialogum rationis & hominis, & Germanice edidit. Idem edidit centum Apologos impreſſos Geneuæ. De purgatorio dialogum Italicum & Latinum Thaddæo Duno interprete. De cæna Domini contra Ioachimum Weſtphalum Italice & Latine Duno interprete. De cœna Domini homilias. Labyrinthos de prædeſtinatione et libero arbitrio. Dialogorum tomos 2. Omnia Italice & Latine Sebaſtiano Caſtallione interprete.* Eiuſdem commentarius in epiſtolam ad Galatas, Italice & Germanice extat. Polygamiam callidiſsime impudentiſsimeq; dialogis illis ſuis à Sebaſtiano Caſtallione Latine conuerſis, defendit: Tiguro in exilium eſt eiectus. Huius apoſtatæ impuri argumẽta à cl. v. Theodoro Beza, ſolidiſsimè ſunt refutata, in tractatu de polygamia & diuortijs Geneuæ 1568. excuſo.*

Bernardini *Partheni Spilimbergij de poetica imitatione lib.5. ad Maximilianum Imper. ſemper Auguſtum. Venetijs apud Ludouic. Auantiũ 1565. in 4.* Eiuſdem carminum lib.4.4. Venetijs 1580. Item carmen gratulatorium. Imp. Max. II. propter adeptam Hungariæ coronam dicatum: in quarto.*

Bernardini *Paterni, Salonenſis, librum de humorum purgatione in morborum initijs tentanda, & epiſtolã eiuſdem quod cœna vberior prandio eſſe debeat, ex antiquorum medicorum decretis, etiã in catharro, Romæ excuderunt Dorici fratres, anno 1547. octernionibus 8. & dimidio. Eiuſdem ac Iulij Delphini & Andreæ Cellanouæ medicorum Ticinenſium, conſilium de balneis Aquenſibus, Iuntæ excuderunt Venetijs in opere de balneis.*

Bernardinus *Pintianus nominatur in bibliotheca Oporiniana, quem nos Fernandum nominamus, qui ſcripſit in Senecam.*

Bernardini *Realini Carpenſis, Commentariũ in nuptias Pelei & Thetidis Catullianas, & annotationes aliquot in varia ſcriptorum loca, Bononiæ impreſſit Anſhelmus Giacarellus, anno Domini 1551. quaternionibus 17.*

* Bernardinus *Rocque Placentinus ſcripſit de re milicari Italicè, quem tractatũ Franciſcus Belleforeſius in Gallicam linguam tranſtulit. Pariſijs 1571.*

Bernardini *Rutilij veterum iuriſc. vitæ, liber excuſus Baſileæ anno 1557. Adiectæ ſunt & recentiorum vitæ ad noſtrã vſque tempora, per Io. Fichardum. Rutilij etiam lectiones matutinas & veſpertinas, in iuriſprudẽtia, adhuc deſideramus. Eiuſdem caſtigationes & annotationes in familiares epiſtolas Ciceronis, excudit Rob. Winter Baſileæ, cum varijs aliorum annotationibus in eaſdem. Orationes 3. ad Carolum V. Imperat. pro Pontifice Romano. Romæ 1537.*

Bernardinus *Sandrus, Peſcienſis, Silium Italicum qui Venetijs ex officina Aſulani prodijt, emendauit.*

Bernardinus *Stardæonius, Patauinus, Preſbyter, ſcripſit lib.7. de caſtitate: De ſacris virginibus 1. De cœlibatu 2. De coniugio & continentia ſacerdotum 3. De moleſtijs coniugatorum 4. De male profitentibus religionem 5. De pudicitia matrimonij 6. De ratione coercendæ libidinis 7. Venetijs Andreas Arriuabenus. 1542. Idẽ ſcripſit lib. de antiquitatibus vrbis Patauij, & claris ciuibus Patauinis: impreſſum Venetijs apud Valgriſium 1558. in folio. Additus his eſt Epitaphiorum liber, eorum qui Patauij ſepulti ſunt. Baſileæ etiam Nicolaus Epiſcopius excud. anno 1560.*

Bernardinus *Scodobius, Mutinenſis, ſuper primam c. Ne filius pro patre. Auct. habita. Venetijs apud Cominum de Tridino 1548.*

Bernardinus *Senenſis, Italus, ordinis fratrum minorum, ſcripſit in Apocalypſim Ioan. lib.1. De Euangelio æterno lib.1. De Chriſtiana religione lib. 1. De conceptione ſanctæ Mariæ lib.1. De paſsione Domini lib.1. Sermones de tempore lib.1. Sermones de ſanctis lib.1. & quædam alia. Liber eius de*



Digitized by Google

feſtiuitatibus glorioſæ virginis per annum, impreſſus eſt Norinbergæ per Fridericum Kreuſner, anno 1493. octob.13. Claruit anno 1443.

Bernardini Taſſi Epiſtolæ Italicæ.

* Bernardini Tauriſani meditationes in Theriacã & Mithridaticum antidotum 4. Venetijs 1576.

Bernardini Teleſij, Conſentini, De natura iuxta propria principia libri duo. Romæ anno 1565.

Bernardini Tomitani Coridon, ſiue de Venetorum laudibus. Clonicus ſiue de Reginaldi Poli Cardinalis laudibus. Venetijs apud Aldi filios, anno 1556. Introductio ad Sophiſticos elenchos Ariſtotelis, & breuis methodus diluendorum paralogiſmorum per diuiſionem, præter illa quæ Ariſtoteles habuit in elenchis. Venetijs 1544.* Eiuſdem Thetis, in aduentu regis Heinrici 3. Galliæ Chriſtianiß. Poloniæ Sereniß. ad feliciß. Venetiarum vrbem. 4. Venetijs 1574.

Bernardinus Trebatius, Vincẽtinus, Ori Apollinis Niliaci libros 2. De hieroglyphicis notis Latinos fecit. Gryphius excudit Lugduni anno Domini 1542. & Heruagius Baſileæ cũ Auguſtino Nipho de augurijs.

Bernardinus Veronenſis, ſcripſit commentarios in Tibullum Romæ excuſos anno D.1475.

Bernhardus, aut Bernard⁹, pro arbitrio ſcribi poteſt. Originem vocis & compoſitionem Germanicam habet, cuius ratione aſpiratio inſeritur.

Bernhardus de terra ſancta Venetijs impreſſus eſt, cum Arridi Dominici meditatione mortis Chriſti.

Bernardus de Ambaſia, prouincialis Carmelitarum Toloſæ, lector magni palatij in Curia Romana, ac tandem Cardinalis, ſcripſit ſuper ſententias lib.4. In epiſtolam Iacobi 64. lectiones lib.1. In canonicam Ioannis 112. lectiones lib.1. Sermones hyemales lib.1. Sermones æſtiuales lib.1. Quadrageſimale quoq; lib.1. Collationes varias lib.1. Claruit anno D.1364.

Bernardus Andreas, Toloſanus, poeta, quem ferunt Auguſtinianum fuiſſe, ſcripſit hymnos ſacros per totum annum ad Heinricum VIII. Anglorum regem lib.3. Vitam Andreæ Apoſtoli lib.1.

Bernardus Angrianus, Bononienſis, Carmelita, Italus, ſcripſit ſermones per annum lib.1. & alia Claruit anno D.1390.

Bernardus Bertrandus Rheginus Galloprouincialis, in Latinum ſermonem conuertit Euſtachij Theſſalonicenſis commentarios in Dionyſium Afrum de ſitu orbis. Baſileæ Oporinus impreßit in 8. Idem Galeni librum de humoribus Latinitate donauit, & annotationes adiecit in margine: in fine libri tabellam quæ totius rei ſumma capita complectitur. Argentinæ 1558.

* Bernardus Breitenbachius ſcripſit itinerariũ terræ ſanctæ. Impreſſum Moguntiæ anno 1486 in folio.

Bernardus Burdegalenſis, epiſcopus, poſtea Clemens V. Pontifex. Vide infra.

Bernardus de Buſti, Vide Bernardin. de Buſto.

Bernardus abbas Clareuallenſis primus, ordinis Ciſtertienſis, natione Burgundus, ſcripſit de conſideratione ad Eugenium lib.5. Meditationum ſuarum lib.1. De contemptu mundi ad clericos lib.1. De gradibus humilitatis lib.1. De gratia & libero arbitrio lib.1. Ad milites templi lib.1. Speculum vitæ religioſæ lib.1. De ſcala clauſtrali lib.1. Ad Carthuſienſes lib.1. De conſcientia lib.1. De ordine vitæ lib.1. De duobus oculis animæ lib.1. De confeſſione peccatorum lib.1. De præcepto & diſpenſatione lib.1. Ad Henricum Senonenſem lib.1. Ad Hugonem S. Victoris lib.1. Contra gerardum lib.1. Contra hæreticum ad Papam lib.1. De miſeria huius vitæ lib.1. De tentationibus & ocio lib.1. De voluntate lib.1. Ad Cluniacenſes Apologiam lib.1. De gradibus charitatis lib.1. De paßione Domini lib.1. Super Magnificat lib.1. De diligendo Deo lib.1. In Pſalmum Qui habitat, lib.1. In cantica canticorum homil.86. lib.1. Super Miſſus eſt angelus lib.1. Ad ſororem ſuam de modo viuendi lib.1. Vitam Malachiæ epiſcopi lib.1. Epiſtolarum ad diuerſos lib.1. Sermones plures lib.1. & multa alia quæ Lugduni, & in Italia & Pariſijs impreſſa hactenus, multo nunc emendatius & magna cum acceßione edita ſunt Baſileæ per Ioan. Heruagium. Edita etiam ſunt Venetijs operá D. Bernardi anno 1568. in quarto. Floruit anno D.1140. * Bernardi Abbatis Clareuallenſis flores operum: Lugduni, Guilielmus Rouillius 1570. Eiuſdem de creatione mundi & rerum, in 4. M.S. in bibl. Imperat. Viennæ. Epiſtola ad Sacerdotem M.S. in 8. ibid.

Bernardus Camutius Antiquitates Romanæ vrbis Italice deſcripſit. Venetijs 1569.

Bernardus Capellus, Patritius Venetus, Hetruſco idiomate epigrãmata multa ſcripſit referta multis luminibus ingenij, & linguæ lepôre. Gyrald.

Bernardus Cliuerius, Doctor Parienſis, epiſcopus Darcuenſis, profeßione Auguſtinianus, ſcripſit Quodlibeta ſcolaſtica lib.1.

Bernardus Cluniacenſis monachus, ſcripſit ad Petrum abbatem Satyras tres, dactylo carmine, in quibus clerum acriter inſectatur, vixit circa annum 1160.

Bernardus presbyter, Compoſtellanus, ſcripſit ſuper decretalibus lib.5. Caſus decretalium lib.5. Breuiarium iuris Canonici. Eius lectura in 2. librũ Decretalium, cum apoſtilis Ant. Decrenant. impreſſa eſt Pariſijs in 4. Item ſuper 5. libros Decretalium Norimbergæ 1493. Hunc quidam Bernardum Græcum nominant. Floruit añ0 1259. * Eius caſus longi ſuper decretales in fol. Argentinæ añ0 1498. excuſi.

Bernardus monachus Corbienſis in Saxonia, ordinis S. Benedicti, natione Germanus, ſcripſit ad Hartuuinum Magdeburgenſem archiepiſcopum, luculento quidem ſermone, ſed amaro, volumen contra Heinricum 4. Claruit anno 1070.

Bernardus Cord. De iure medios fructus exigendi, quos vulgo annatas dicunt.

Bernardi Deſſennij Cronenburgij, Defenſio medicinæ veteris & rationalis, aduerſus Georgij Phædronis, & ſectæ Paracelſicæ rationes. Item purgantium



Digitized by Google

gantium medicamentorum,& pillularum in minore pondere,particularis diuiſio. Coloniæ anno D. 1573.Item Diſpenſatorium.

Bernardus Diuitius Bibienna, Cardinalis, ſcripſit admirabili lepôre comœdiam Calandram, quæ Romæ Leone X. PP. in Vaticano acta eſt.Iouius in Elogijs.

Bernardi Doenni Summa de libellis.Inuenio etiam in indice Iureconſultorum Bernardum Prouincialem de libellis.

Bernardus Donatus, Veronenſis librum primum Galeni de cognoſcendis curandisq; animi morbis,quas perturbationes Latini appellant,in Latinam linguam tranſtulit.

Bernardus Dorna,natione Prouincialis,Azonis Bononienſis quondam auditor,vtriuſq; iuris profeſſor,ſcripſit de libellorum conceptionibus lib.1.& alia.Vixit anno 1240.

Bernardus abbas monaſterij Caſſinenſis, ordinis S. Benedicti,ſcripſit Speculum monachorū lib. 1.In regulam S.Benedicti lib.1. De præceptis regularibus lib.1.Sermones ad fratres lib.1.

Bernardus monachus Cluniacenſis,ordinis S. Benedicti, omnes conſuctudines Cluniacenſis monaſterij in vnum volumen luculento ſermone congeſſit,titulum præponens operi Conſuetudines Cluniacen.lib.1.& alia quædam.Claruit anno 1050.

* Bernardus Copius Stembergas,ſcripſit elegiā in commendationem poſtillarum Scopperi. Item Partitiones Dialectices,Rhetorices & Logice prælo commiſit ad vſum ſuæ ſcholæ: & quaſdam tabulas in eaſdem artes, præſertim Grammaticam & partitiones dabit, aliaq; multa meditatur.

* Bernardus Fabricius ciuis Argentinenſis,duos libros nouæ & artificialis tabulaturæ edidit,organis & inſtrumentis inſeruientes:fol. Argent. per Bernhardum Iobin 1577.

Bernardus Felicianus,vide Ioan.Bernardus.

* Bernardi Gerardi Domini de Hallam hiſtorici Galliæ,hiſtoria Franciæ,Gallica lingua. Pariſijs ad oliuam Petri Willerij anno 1576.

Bernardi Gordonij,Galli natione, opera excuſa Venetijs 1498.ſunt hæc: Practica dicta Lilium, Tractatus de 10. ingenijs curandorum morborum, De regimine acutarum ægritudinum,Tractatus de prognoſticis,Tractatus de vrinis,Tractatus de cautelis vrinarum,Libellus de pulſibus. Eiuſdem tractatus de conſeruatione vitæ humanæ,à die natiuitatis vſq; ad vltimam horam mortis, nunc demum editus opera D. Ioachimi Baudiſij. Lipſiæ 1570. * Eius practicæ de nouo acceſſerunt libri, de phlebotomia,de conſeruatione vitæ humanæ, de floribus Diætarum,8. Lugduni.anno Domini 1580.

* Bernardus Gueringius Monaſterienſis, ſelectiora carmina ex tribus Satyrarum Principibus Poetis Horatio, Iuuenali & Perſio redacta in locos communes collegit,& anno 1514.ædidit.

Bernardus Guidonis,Lemouicenſis,Dominicanus,inquiſitor olim Toloſanus, epiſcopus Lodonenſis,ac Ferrarienſis,ſcripſit Speculum ſanctorum lib.2.Chronica Pontificum & Cæſarum lib.2.Chronica regum Francorum lib.1. Chronica Comitum Toloſanorum lib.1.Geſta prædicatorum lib.1. Claruit anō D.1300.

Bernardi Hetzellij,Treuirenſis,Enchiridion puerile impreſſum Baſileæ à Parco, anno 1553.

* Bernhardi Heyder ſpeculum notariatus, In quo notarij omnes,quid in notariatu ſuſcipiendo potiſſ.ſpectandum ſpeculari debeant, &c. Germanice 8.Francofurti ad Mœnum,1580.

Bernardi Holtorpij Catechiſmus elegiacis verſibus expoſitus. * Eiuſdem liber elegiarum de rebus geſtis ac honoribus Marchionum Brandeburgen.in 4.Franco.anno 1554.

Bernardini Iobini muſici carmina ad chelim apptata. Argentinæ 1573.

Bernardus Iuſtinianus legatus Venetorum, ſcripſit Orationem habitam apud Sixtum IIII. Pont.Max.quæ excuſa eſt cum oratione Ambroſij de Cora, De Mariæ virginis conceptione. * Eiuſdem aliæ orationes Venetijs in fol. excuſæ anno 1495.Eiuſdem hiſtoria,de Origine vrbis Venetiarum,ac rerum à Venetis geſtarū,1545.In 8.Italice.

Bernardus Landrianus Mediolanenſis. I.C.

Bernardi Lauinetæ Tractatus de conuerſione ſubiecti & prædicati per medium, impreſſus Pariſijs à Badiano,anno D.1516.

Bernardus Laurentius, Toloſanus, ſcripſit De priuilegijs Clericorum,& De caſibus in quibus iudex ſecularis poteſt capere Clericum.

Bernardi de Legnitz, Germani, Carthuſienſis,Dialogus de miraculis B.Mariæ virginis, impreſſus eſt Lipſiæ anno D.1493.

Bernardi Liblinenſis epiſtola ad Simonem Cracouienſem bibliopolam, in qua multi papiſtici errores reprehenduntur:citatur ab Illirico in Catalogo teſtium veritatis.

* Bernardus Lingius, edidit de colis & comatibus cum ſua præfatione, quæ ex Philippo Melanchtone,& Ioachimo Ringelbergio collegit:item præfationes & epigrammata quædam.

* Bernardus Ludderus Mindanus,deſcripſit carmine Mindenſem vrbem,quod extat: Item de miſeria prædicatorum noſtri temporis ad Ioannem Comitem de Hoya, qui nunc eſt Epiſcopus Oſnaburgenſis,&c.poſtremò edidit hoc anno 1564.Epiſtolæ D. Ioannis primæ paraphraſin carmine concinnatam, in quam & Hamelmannus & Sibeus Olphenius Epigrāmata ſcripſerunt,&c. Adhæc ſcripſit Epigramma in carmen Huddæi de fonte Pirmuntano,& elegiam in librum Hamelmanni de Miſſa, quæ extat cum libro.

Bernardus Lutzenburgus,monachus Prædicatorij ordinis,ſcripſit catalogum hæreticorum, cui adiecit inſuper Tractatum de purgatorio,1527.Coloniæ impreſſum. Scripſit etiam librum in commendationem B.Ioſephi ſponſi Chriſtiferæ virginis, & nutritij D.N.Ieſu Criſti,impreſſum Coloniæ apud Martinum de Werdona,anno D.1510.

Bernardus Mollerus, Rhenum à primis fontibus vſq; ad Oceanum Germanicū carmine elegiaco deſcripſit:liber impreſ.Coloniæ,1570.in 8.

Digitized by Google

Bernardus Morlauenſis, monachus ordinis Cluniacenſis, ſcripſit ad Petrum Cluniacenſem abbatem, De contemptu mundi lib.3. Verſus de mundo lib.1. Colloquium Gabrielis & Mariæ lib.1. Claruit anno 1140.

* Bernardi Nocorij hiſtoria Mediolanenſis. Venetijs Georgius de Cauallis. 1565. Italice.

Bernardus Noricus, monachus in Chremſmünſter, de rebus Boiorum ſcripſit, citatur ab Auentino.

Bernardus Olerius, Hiſpanus, magiſter Carmelitarum, ſcripſit ad Vrbanum VI. de antiquitate ordinis ſui lib.1. De conceptione virginis lib.1.

Bernardus Oricellarius, ſcripſit de vrbe Romana.

Bernardus Parentinus, ordinis fratrum Prædicatorum, ſcripſit Expoſitionis miſſæ lib.1. Sermonum variorum lib.1. & alia complura. Floruit anno Domini 1340.

Bernardus gloſſator Parmenſis, in iure.

Bernardus Pugalis, Toloſanus, Auguſtinianorum 23. magiſter generalis, ſcripſit ſuper 1. & 2. Sententiarum lib.2. Super Paulum ad Romanos lib.1. Tractatum de vſuris lib.1. De intentione & remiſſione formarum lib.1.

Bernardi Reidani Epitome iuris ciuilis ex libris Pand. & C. Coloniæ 1565. in 8.

Bernardus Rey. I.C. in Latinam linguã tranſtulit Conſtantini Hermenopoli Epitomen iuris ciuilis impreſſam Lugduni apud Paulum Mirallietum, anno D. 1549.

Bernardus de Roma, Italus, Carmelita, epiſcopus Sutrenſis, ac Romanæ eccleſiæ Cardinalis, ſcripſit Lecturam Sententiarum lib.4. Sermones ad Clerum Romanum lib.1.

Bernardus de Roſergio, patria Toloſanus, vtriuſq; iuris ac Theologiæ Doctor, de ordine Canonicorum regularium D. Auguſtini, epiſcopus Baſatenſis, ac montis Albani, tandem archiepiſcopus Toloſanus, per 20. annos ordinarie legit Toloſæ, Romæq; coram Pontifice ac toto Cardinalium cœtu, Sermones & orationes fecit. Super Pentateuchum lib.5. In Cantica Canticorum lib.1. Viridarium Roſetum lib.1. Itinerarium Romanum lib.1. In Apocalypſin Ioãnis lib.1. Octo ſermones D. Mariæ lib.1. De orationibus quotidianis lib.1. De centum miraculis lib.1. In Stomatheum Tragicum lib.1. De Abele & Stephano lib.1. Sententiarum atteſtationum lib.1. In acta Apoſtolorum lib.1. Sermones de tempore lib.1. Sermones de ſanctis lib.1. Lecturam Sententiarum lib. 4. Commentarios decretorum lib.2. Inductionum ſuper Sexto lib.2. Conſultationum tripertita lib.3. Repetitiones 6. ſtudiorũ lib.1. De quæſtionibus 42. lib.1. Solennium principiorum lib.1. De amplitudine poteſtatum lib.1. Agoranium de ſacro principatu lib.1. Promptuarium eccleſiæ Catholicæ lib.1. De ſtatu Cardinalium lib.1. De legatorum officio lib.1. De ſchiſmatibus extirpandis lib.1. De futurorum cautela lib.1. De Concilijs generalibus lib.1. De pragmatica ſanctione lib.1. Prærogatiuum eccleſiæ Gallicanæ lib.1. De regni Francorum regimine lib.1. Pro domino Delphino Viennenſi lib.1. De armorum inſignijs lib.1. Artem interpretandi eadem lib.1. Ambaſſiatorum breuiloquium lib.1. Vitam Bernardi Clareuallenſis lib.1. Aurifrium Thomæ de Aquino lib.1. Officium Bernardini de Senis lib.1. Viagium contra Turcas lib.1. De viſitandis paræcijs lib.1. Annales vrbis Toloſanæ lib.1. Secopiſcum de naturalibus lib.1. Influxiones planetarum lib.1. De lapidibus pretioſis lib.1. Hiſtoriam Caroli magni lib.1. Claruit añ Domini 1460. Æqualem habuit in omni literarum cognitione & in licentijs (vt vocant) Gualhardũ de Kupe, Carmelitanũ Toloſanenſiũ prouincialem.

* Bernardus Rhotmannus Monaſterienſis, edidit varia pro defendendo ſuo dogmate opuſcula impia, ſub obſidione vrbis Monaſterienſis & paulo ante obſidionem. Her. Hamelman.

Bernardus Theutonicus, ordinis fratrum Prædicatorum, De illuſionibus dæmonum. De ſchiſmaticis.

Bernardi Sacci Patritij Papienſis, De Italicarum rerum varietate & elegantia, libri decem, Papiæ apud Hieronymum Bartholum, anno Domini 1546. in quarto.

* Bernardi Salignati Tractatus arithmetici partium & alligationis 4. Francof. 1575. Eiuſdem regula veri 8. Heideber. 1578. Arithmeticæ libri 2. Algebræ totidem cum demonſtrationibus 4. Francofurti apud And. Wech. anno 1580. Rudimenta item Græca collegit, præcipue ex Pet. Rami Grammaticis. 8. Francof. ad Mœnum 1580.

Bernardus Sarracenus, Venetus, primus recentiorum enarrationes & caſtigationes in Plautum ſcripſit, excuſas Venet. anno 1511. Adiectis etiam Ioan. Petri Vallæ, & Pij Bononienſis commentarijs. Vixit tempore Georgij Vallæ.

Bernardi Senenſis commentarij in Ethica & Politica Ariſtotelis, excuſi ſunt Florentiæ à Laurentio Torrentino.

Bernardi Syluani Galliam & Italiam (tabulas) citat Robertus Cenalis in Gallica ſua hiſtoria.

Bernardus Sylueſter Latine ſcripſit ad Raimundum fratrem, De regimine rei familiaris lib.1. In Eclogas Theodoli lib.1. Megacoſmum de maiori mundo lib.1. Microcoſmũ de minori mundo lib.1. Coſmographiam lib.1. Congeriem, opus proſa & carmine lib.1. Eius epiſtola de cura & regimine rei familiaris, impreſſa in volumine operum S. Bernardi: quia nonnulli putant eam à ſancto Bernardo compoſitam fuiſſe.

Bernardus Taſſus ſcripſit Italico carmine lib. 3. quibus Iuniperam Malateſtã celebrat. Gyrald.

Bernardus de Trylia, ordinis Dominicani, Hiſpanus, ſcripſit Poſtillas ſuper Prouerbia. Eccleſiaſtem, Pſalmos. Quodlibeta tria. Sermones de ſpiritualibus creaturis. Sermones de cognitione animæ ſeparatæ: item de anima coniuncta corpori. Quæſtiones de differentia eſſe & eſſentiæ: Quæſtiones ſuper totam Aſtrologiam. Super Cantica. Super Ioannem. Super Apocalypſim. M. Dreſſerus.

Bernardus

Digitized by Google

* Bernhardus *Vincentius de Hori Apollinis Hieroglyphicis notis lib.2.in octauo.*

Bernardus *Waltherus ſcripſit de Dialectica ex iure libros 3. excuſos Norimbergæ apud Ioannẽ Petreium, anno D.1546.Item Miſcellaneorum ad ius pertinentium lib.2.impreſſos Venetijs,anno D. 1572.in octauo & Coloniæ 1583.*

Bernardi *Waltheri Nurembergenſis( neſcio an eiuſdem) obſeruationes aſtronomicæ per regulas Ptolomæi de motu Solis,impreſſæ ſunt Norimbergæ à Petreio in 4.cum Regiomontani & aliorũ obſeruationibus.Floruit anno D.1500*

Bernardus *Vurmſerus à Scafftalsheim* I.C. *& Hartmannus Hartmanni, libros duos practicarum obſeruationum,partim in iudicio Cameræ imperialis,partim in conſiſtorio Palat.principum, Ludouici & Friderici electorum,collegerunt.Baſileæ Thomas Guarinus in folio.*

Bernardi *Wynteruic Progymnaſmata in Latinæ Grammatices etymologiam. Coloniæ 1572.*

Bernardus *Zieglerus Theologus, vir nobilis & Hebraicæ linguæ in Academia Lipſenſi primarius profeſſor, De miſſa ſcripſit contra Sydonium Mersburgenſem epiſcopum.Item diſputationes habuit de omnibus neceſſarijs totius doctrinæ eccleſiaſticæ articulis,impreſſas diuerſis temporibus Lipſiæ à Valentino Papa,quæ breui vno libro edentur.Obijt Lipſiæ anno D.1552.*

Berno *abbas Augienſis cœnobij,ſcripſit de muſica ſeu tonis lib.2.De inſtrumẽtis muſicæ lib.1.De aduentu Domini ad Aribonẽ lib 1. De officio quoque miſſæ lib.1. De ieiunio 4.temporum lib.1. De ieiunio Sabbati lib.1. De menſura monochordi lib. 1.Epiſtolarum ad diuerſos lib.1.& alia. Liber eius de officio miſſæ impreſſus eſt Coloniæ 1568.cum alijs veterum ſcriptis de officijs eccleſiæ. Claruit anno 1020.*

Bernoldus *presbyter eccleſiæ Conſtantienſis ſcripſit ordinem Romanum lib.1.& alia. Vixit anno 1060. Forte hic eſt Bernaldus de S.Blaſio.*

Beronicianus *philoſophus Sardibus oriundus ab Eunapio laudatur.*

Beroſus *in Aſtrologia enituit, cui ob diuinas prædictiones, Athenienſes publice in gymnaſio ſtatuam inaurata lingua ſtatuere. Plinius lib.7. capite 37. Hic Hemicyclum excauatum ex quadrato, ad enclimaq; ſucciſum inuenit,vt ſcribit Vitruuius lib.9.Tale inſtrumentum propter Beroſi nobilitatem & Vitruuij locum illuſtrandum Zieglerus deſcripſit. Scripſit etiam hiſtorias quæ ab Athenæo lib.14.& à Ioſepho contra Appionem citantur. Extant noſtra ætate quinque libri antiquitatum Beroſo inſcripti, in quos commentarios ſcripſit Ioannes Annius Viterbienſis: verum eruditiores quique iudicant hos non eſſe Beroſi,ſed à neſcio quo fabulatore confictos & illius nomine editos. Sunt autem editi cum alijs antiquitatum ſcriptoribus, excuſi primum Venetijs anno 1498. Deinde Baſileæ apud Bebelium anno D.1530.Item Antuerpiæ, & Lugduni.Ioſephus citat eius hiſtorias libro primo contra Appionem, & Athenæus lib.14.*

Bertachinus *quidam ſcripſit Repertorium in iure,copioſius alijs.Item de epiſcopo, De Gabellis.*

Berthorius *abbas monaſterij Caſsinenſis, ordinis ſancti Benedicti, philoſophus & medicus inſignis ſcripſit ſermones elegantes,& alios inſuper varios tractatus edidit.*

Bertoldus *monachus Franciſcanus,ſcripſit ſermones de tẽpore,et cõmunes de ſanctis,itẽ ſingulares qui Ruſticani inſcribuntur.* * Bertoldus *annales ſcripſit ad Hermannum contractum, in quibus geſta Henrici 4. cui parum fauet Cuſpin. in Henri.* IIII.

Bertoldi *cuiuſdam muſici cantiones muſicæ Madrigali nominatæ,impreſſæ ſunt Venetijs.*

* Bertholdus *Sprocouius paſtor Erfurtenſis declarationem Sacramenti veri corporis & ſanguinis Chriſti,cum explicatione aliquot quæſtionum à Ioanne Gallo Latine perſcriptum in Germanicam linguam tranſtulit. In 8.Erfurti 1578.*

* Berchtoldi *de Sueuia practica medicinalis, in fol.manuſcripta Bibl.Imperat.*

Bertramus *Fezalen, natione Anglus,ſcripſit in librum quartum ſententiarum, Quæſtiones Theologiæ,Conciones ad plebem. Claruit anno Domini 1424.*

Bertramus *presbyter & monachus,ſcripſit ad Carolum regem librum de prædeſtinatione. Item librum de corpore & ſanguine Domini, impreſſum Coloniæ anno D.1532. Adiectis etiam D. Auguſtini, Ambroſij & Euſebij eadem de re ſententijs. Et Baſileæ apud Henricum Petri in Micropresbytico.Floruit anno 830.*

Bertramus *Damianus, Brunouicanus, Pauli ad Romanos epiſtolam verſu heroico reddidit. Liber impreſſus in Germania.*

Bertrandi *Apcherij Soterologium, vitam redemptoris noſtri Ieſu Chriſti verſu elegiaco continens,impreſſum eſt olim Pariſijs in 4.*

* Bertrandi *Canonici regularis S.Victoris Pariſijs, precationes piæ. Pariſijs apud Huillier anno 1570.*

Bertrandus *ordinis fratrum minorum,patria Mediolanenſis,presbyter Cardinalis, ſcripſit ſuper ſententias lib.4. Sermones de epiſtolis lib.1. Sermones Euangeliorum lib.1. Sermones de ſanctis librum 1. Floruit anno D.1325.*

Bertrandus *Parayte,Toloſanus,Doctor Auguſtinianorum cœnobij ſcripſit ſuper Actus Apoſtolorum lib.1. In epiſtolas Canonicas duplicem expoſitionem lib.14. In Apocalypſin Ioannis lib.1. Milleloquium veritatis incepit,ſed non perfecit morte præuentus.Claruit 1370.*

Bertrandus *Paſtoris, Toloſanæ vrbis Auguſtinianus quoq; ſcripſit in priora Ariſtotelis lib.2. In topica eiuſdem lib.4. De triplici bono eccleſiæ lib.3.Claruit 1390.*

Bertrandus *de Turre nobili,ſermones Quadrageſimales compoſuit.Volaterranus lib.21.Vrb.comment. Item expoſitionum & ſermonum in Epiſtolas & Prophetias per totum annum volumina tria.*

Bertrutij *Bononienſis methodus cognoſcendorum morborum tam particularium quam vniuerſalium: impreſſa Moguntiæ anno Domini 1534. cum artificiali medicatione Chriſtophori Heyl, etc. Forte eſt Alphonſi Bertutij Fanenſis. Fertur autem huius Bertrutij Pillularium, Collectoriū medicinæ.*

Beryllus *Arabiæ Poſtremus epiſcopus, ſcripſit varia opuſcula, & maxime epiſtolas, in quibus Origeni gratias agit: ſed & Origenis ad eum literæ extant. Item dialogus Origenis & Berylli, in quo hæreſeos coarguitur. Claruit autem ſub Alexandro Mameæ filio, & Maximino & Gordiano, qui ei in imperio ſucceſſerunt, anno 235.*

Berzoſæ *de accentibus liber, in quo de ea proſodiæ parte præcepta canoneſq; copioſæ tractantur, excuſus eſt Pariſijs apud Morelium.*

Beſanus *Sicamborum rex, carmine futura prædixit ac ſcripſit lib. 1.*

Beſſarion, *natione Græcus, eccleſiæ Romanæ Cardinalis Nicenus, & patriarcha Conſtantinopolitanus, ſcripſit aduerſus Marcum epiſcopum Epheſinum, de Spiritu ſancto more Græcorum male ſentientem in concilio Florentino, inſigne & præclarum opus, quod vocauit Confutationem. lib. 1. Super locum, Volo manere, lib. 1. In philoſophiæ Platonis laudem lib. 5. Laudes patriæ ſuæ lib. 2. Ad Græcorum Imp. conſolationis lib. 3. Orationes & epiſtolas plures. In calumniatorem Platonis lib. 4. Librum in quo ex 12. libris Platonis de legibus quamplurima recitantur, quæ etiam in Latinum traducit: cum paſſim oſtendit, quàm perperam tralata eadem fuerint à Georgio Trapezuntio: quod ijs, qui Græce diſcunt, exiſtimamus adiumento fore non mediocri. De euchariſtia librum. Ex Ariſtotele Metaphyſicorum libros quatuordecim tranſtulit: item Theophraſti metaphyſica, & lib. 4. Xenophontis de factis & dictis Socratis memoratu dignis. Scripſit etiam Græco ſermone quædam, nempe ad Pletonem ſiue Gemiſtum, cuius diſcipulus fuit, de eo quod per ſe ſubſiſtit: & epiſtolas reſponſorias ad eundem. Claruit anno D. 1473. Huius opera excuſa ſunt apud Aldum Venetijs. Beſſarionis laudationes 2. patriæ ſuæ Trapezuntis & Iſthmi. Conſolationes 3. ad Imperatorem Græcorum de vxoris obitu: Orationes de bello contra Turcas ſuſcipiendo, & alia commemorantur in oratione quam de obitu eius Romæ habuit quidam non nominatus author. Apologia contra obiecta Latinis G. m̄. habetur in bibliotheca regis Gallorum: forte eſt autem confutatio Marci Epheſij.* * Beſſarionis *Cardinalis & Patriarchæ Conſtantinopolitani quædam opera Græcè manuſcripta habentur in bibliotheca Imperatoris Viennæ. Sunt autem hæc. Liber de ſacra Euchariſtia ſeu Cœna Dominica, vnà cum eiuſdem Apologia. Item ſermo ad docendum ſiue præcipiendum compoſitus, ſiue de vnitate. Liber de proceſſione Spiritus ſancti aduerſus Alexium Laſcarem: iuncta methodo cognoſcendi, quot horis ſingulis luna fulgeat: cum monodia ſeu carmine funebri Plethonis in 4. Eiuſdem erudita trinitatis explicatio in 4. denique epiſtola catholica ad Græcos in folio.*

Bethem *quidam, Arabs, ſcripſit Centiloquiū, ſiue De conſuetudinibus in aſtrorum iudicijs, & de horis planetarum. Item de ſignificatione triplicitatum ortus. Opuſcula excuſa Venet. 1493. Et Baſileæ à Ioan. Heruagio cum Iulio Firmico.*

Betonis *ſcripta citantur à Plinio, qui multa in librum ſextum Naturalis hiſtoriæ ex eo tranſtulit. Vide Baron.*

Betrandus *Hiſpanꝰ ſcripſit ſuper Clementinis.*

Betus *Bononienſis ſcripſit De cauſa coniuncta, & quædam in Auicennam.*

Beuincaſus *Beuincaſius, Peruſinus, ſcripſit ſuper titulum inſtitutionum de Actionibus.*

Beulanus *preſbyter, Anglus, ſcripſit de Genealogijs gentium lib. 1. Claruit anno D. 600. Baleus.*

Bezutius *quidam ſcripſit ſuper 2. ff. noui.*

Bianoris *epigrammata Græca quatuordecim extant in Florilegio Planudis: decē in primo libro: in ſecundo autem, tertio, & quarto, ſingula.*

Bias *Prienæus, Teutami filius, vnus è numero ſeptem ſapientum, ſcripſit de Ionia, quanam ratione beata & florens eſſe poſſit, ad duo millia verſuū, Laertius lib. 1.*

Bibulus *ſcripſit opuſculum quoddam de geſtis Bruti, cuius meminit Plutarchus in M. Bruto.*

Bibaculus *poeta à Chariſio citatur.*

Biceps *ſuper 4. lib. Sententiarum M. Dreſſerus.*

Bilibaldus *Birckheimerus, ſcripſit de vera Chriſti carne & vero eius ſanguine, ad Ioannem Oecolampadium reſponſionem, excuſam Norimbergæ apud Ioannem Petreium, anno 1526. Scripſit etiam de priſcorum numiſmatum ad Nurenbergenſis monetæ valorem, æſtimatione, libellum: excudit Huldricus Morhardus Tubingæ anno D. 1533. Item Germaniæ ex Varijs authoribus perbreuem explicationem, Francofurti apud Egenolphum, anno D. 1532. cum Gerardi Nouiomagij hiſtorijs Germaniæ inferioris, & Vitebergæ anno D. 1571. Xenophontis lib. 7. rerum Græcarum, Latinitate donauit, habentur cum latinis operibus Xenophontis, quæ Cratander Baſileæ impreſſit, 1534. Greg. Nazianzeni libellum de officio epiſcopi Latinum fecit. Eiuſdem orationes 30. vertit, à Frobenio & Heruagio excuſas Baſileæ. Ex Plutarcho tranſtulit opuſculum, De ijs qui à Deo ſero puniuntur: & aliud, Quod non oporteat mutuari. Primum librum Geographiæ Cl. Ptolemæi Latinitate donatum, commentariolo inſuper illuſtrauit. Heinricus Petrus Baſileæ cum integro opere Ptolemæi impreſſit. Scripſit præterea de ratione cōſcribendæ hiſtoriæ. Defenſionē Podagræ impreſſam Argentinæ 1570. Et ex Græco traduxit quoſdam dialogos falſo Platoni inſcriptos.*

Bilibaldus *Ramſbeccius, Weiſſenburgenſis, Noricus, edidit orationem quæ continet querelam de lamentabili ſtatu eccleſiæ & Reipub. & viciſſim conſolationem, Vitebergæ 1555. in 8. Adiecta eſt epiſtola plena piæ doctrinæ & ſalutarium conſolationum quam Phil. Melanchthon ſuo & theologorum*

Digitized by Google

gorum in Miſnia nomine, miſit ad pios paſtores qui in vicina ora Bohemiæ & Luſatiæ in exilium pulſi ſunt.

Bilius *Armonicanus, Leuita homo caſtigatæ tum eloquentiæ, tum fidei ſcripſit vitam S. Machuti vel Maclouij Britanni lib.1.*

Bion *Abderites, ex Democriti familia, mathematicus, Attice ſcripſit & Ionice. Hic primus dixit regiones quaſdam eſſe vbi eſſet ſex menſiũ dies, & totidem nox. Laertius.*

Bion *Boriſthenites, philoſophus, complura reliquiſſe commentaria à Laertio refertur, quorum hodie ne tituli quidem extant.*

Bion *Proconneſius Pherecidi Syro contemporaneus, cuius 2. lib. ſuo tempore extitiſſe Laertius refert.*

Bion *Solenſis ſcripſit Æthiopica teſte Laertio. Citatur à Plutarcho in vita Theſei, & à Plin. 5. 8. 15. 17. & 18. libris Naturalis hiſtoriæ.*

Bion *Syracuſanus artes Rhetoricas conſcripſit. Laertius.*

Bion *rhetoricus, cuius feruntur libri nouem Muſarum inſcripti. Idem.*

Bion *Lyricus poeta. Idem.*

Bion *alius poeta Tragicus ex his qui Tarſici dicuntur. Laertius.*

Bionis & *Moſchi* εἰδύλλια *Græcolatina hactenus non edita: pollicetur index officinæ Goltzianæ.*

* Bionij *muſica in fol. M. S. bibl. Imperat. Viennæ: cum Ptolomæi de Muſica libro.*

Biſantini *cuiuſdam epigammata 2. in primo libro Florilegij Græci.*

Biſignetus *ſcripſit de dubijs Rotæ.*

Bithynij *epiſtola ad Ciceronem, extat libro ſexto familiarium epiſtolarum Ciceronis.*

Bitonis *fabrica bellicorum inſtrumentorum, manuſcripta ſeruatur in quibuſdam Italiæ bibliothecis.*

Bladudus *Magus, Britannorum rex, ſcripſit de Magia mathematica libros plures. Claruit à condito mundo anno 3111. ante Chriſtum autem 852.*

*Blæſus poeta* σπουδογέλοιον *Capreates ex Caprie ne inſula Italiæ. Stephanus. Eius* μεσοτρίβας *& Saturnus citantur ab Athenæo.*

Blaincothus *Britannus ſcripſit in libros Sententiarum commentariorum lib.4. Baleus.*

Blancus *Cerutus quidam declamationes ſcripſit.*

Blaſius *Andernarius, natione Gallus, ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmeli, ſcripſit ſuper Sentẽtias lib.4. Quæſtiones & collationes lib.1.*

Blaſij *Aſtarij, Papienſis medici opuſculũ De curandis febribus, ad Aben Hali ſuper primã quarti traditum, impreſſum Lugduni 532. & Baſileæ apud Henricum Petrum, cum Clementij Clementini operibus.*

Blaſius *Hollerius, Vinarienſis medicus, ſcripſit annotationes in Hippocratis iuſiurandum, impreſſas ab Oporino octernione vno. Eiuſdem morborum curandorum breuis inſtitutio, medicis & chirurgis vtiliſſima iuxta Galeni potiſſimum ſententiam, excuſa eſt Baſileæ à Brilingero añ 1556.*

Blaſij *de Murcono Gloſſæ ſuper conſtitutionibus regni Siciliæ. Eiuſdem ſingularia & cautelæ.*

Blaſius *Pelacanis à Parma, reliquit ſubtiliſſimas quæſtiones in Aſtronomia & optica. Docuit Ticini ſub Ioanne Galeatio Inſubrum duce. Iouius.*

Blaſij *Villafrancæ, Hiſpani, methodus refrigerandi ex vocato ſale nitro vinum aquamq́, &c. Cui accedunt varia rerum naturalium problemata, excuſa Venetijs circa annum D. 1553.*

Blegabridus *Languaridus, Britañus, ex Cambria oriundus, Houueli Cambrorum regis ordinationes varias in Reipublicæ commodum factas in vnum collegit, ad formã reduxit, ac Latinas fecit. Cui operi titulum indidit, Leges Houueli regis. Fertur & alia quædam ſelegiſſe & in locos communes diſpoſuiſſe. Claruit anno Chriſti 914. Baleus.*

Blegabridus *Syllius, ſcripſit diuerſorum carminum librum vnum. Claruit circa annum formati Adami 3830. Ante Chriſtum verò 133.*

Blemmidæ *nomen Nicephoro aliâs poſtponitur, aliâs præponitur, aliâs ſolum reperitur, mihi ſemper poſtponendum videtur, vtpote cognomen Nicephori, de quo infrà.*

Blondus *Flauius, Forliuienſis, Eugenij pontificis quarti ſecretarius, ſcripſit Decades. De geſtis Romanorum lib.31. vel Decades tres, De Roma triumphante lib.10. De Roma inſtaurata lib.3. De Italia illuſtrata lib.8. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Orationes varias lib.1. & alia complura, impreſſa Baſileæ in officina Frobeniana, multo quàm ante caſtigatius, anno 1531. Claruit anno Domini 1435.*

Bloſius *Palladius, poeta elegans, multa carmine & ſoluta oratione ſcripſiſſe fertur. Quædam eius carmina Iouij elogijs addita ſunt.*

Bochus *citatur à Plinio, qui ex eo in librum decimum ſextum Naturalis hiſtoriæ multa ſe tranſtuliſſe fatetur. Edidit autem hiſtoriarum libros teſte Seruio.*

Boemorum *de quatuor portis inferi liber, id eſt, de quatuor articulis, quos vſq; ad mortem inclusiue defendere volunt, ad Sigiſmundum electum regem Boemiæ. Articulus I. vt verbum Dei per regnum Boemiæ liberè & ſine impedimento à ſacerdotibus prædicetur. II. Vt ſacramentum diuinæ Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie, panis ſcilicet & vini, omnibus Chriſti fidelibus libere adminiſtretur. III. Vt dominium ſeculare quod ſupra bona temporalia clerus occupat, contra præceptum Chriſti, in præiudicium ſui officij, & damnum brachij ſecularis, ab ipſo auferatur, & clerus ad regulam Euangelicam & Apoſtolicam, qua Chriſtus vixit cum ſuis Apoſtolis, reducatur. IIII. Vt omnes inordinationes legi Dei cõtariæ, in quolibet ſtatu vitæ, per eos ad quos ſpectat, prohibeantur, & deſtruantur.*

Bohemi *cuiuſdam diſputatio olim cum monacho habita Bononiæ, ante tempora Lutheri, de communione ſub vtraq; ſpecie, bibl. Imperat.*

Boderius *de ratione & vſu dierum criticorum, Pariſijs, anno 1555.*



Digitized by Google

Boeck *ſuper quinq; libros Decretalium diſtinctiones. M. Dreſſerus.*

Boetij *Eponis Rordalinſani Friſij De bonorum Academicorum vſu & progreſſu in* 8. * *Eiuſdem Antiquitatum Eccleſiaſticarum Syntagmata, ad ſacroſanctos patres patriæ Belgicos, Regem nempe Catholicum ac Ordines vel Status vniuerſos Belgij.* 8. *Duaci. Eiuſdem Commentarij nouem teſtamentarij* 8. *Duaci* 8. *anno* 1581.

Boethus *inter Parodos numeratur ab Athenæo vna cum Eubœo & Hipponacte.*

Boethus *Tarſenſis, malus poeta, carmen ſcripſit in victoriam Auguſti & Antonij in Philippis habitam. De eo multa Strabo lib.* 14.

Boethi *hexaſtichon in primo libro Anthologij Græce legitur.*

Boethus *Ornithogoniam ſcripſit, cuius lucubrationes citantur apud Plinium, qui in librum decimum Naturalis hiſtoriæ multa ex eius lucubrationibus tranſtulit. Hunc Boemum nominat Antonius Liberalis.*

Bolus *Democritius philoſophus. Hiſtoriam ſcripſit, & Artem medicam, quæ adiumenta naturalia continet. Suidas.*

Bolus *Mendeſius Pythagoricus, ſcripſit De ijs qui nos lectione hiſtoriarum ad ſcientiam perduxerunt. De rebus mirabilibus. Naturalia bipertita: continet autem conſenſiones & repugnantias gemmarum ordine alphabetico. De ſignis ex Sole & Luna, & vrſa, & lucerna, & arcu cæleſti. Suidas.*

Bonagarſus *Piſtorienſis* I C. *& ſuæ ætatis orator clariſſimus, ſcripſit de nobilitate vera opuſculum.*

Bonaguida *Aretinus, vir in vtroq; iure doctiſſimus, ſcripſit introductorium aduocatorum lib.* 2. *Margaritam iuris lib.* 1. *Declarationes variarum cauſarum.*

Bonauentura, *vide Euſtachius, qui & Bonauentura de Balneo regio.*

* Bonauenturæ *Sacræ Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi Cardinalis Albenſis in librũ Sapientiæ, Lamentationes Hieremiæ prophetæ, & in Euangeliũ ſecundum Lucam expoſitio, nunc primum in lucem emiſſa, & per fratrem Ioannem Balanium Andrinum recognita.* 1580.

Bonauenturæ *Brocardi Paleſtina: Pariſijs apud Poncettum. Le Preux. Puto hunc eſſe Brocardum monachum.*

Bonauentura *Caſtillioneus, ſcripſit Gallorum Inſubrum antiquas ſedes. Liber impreſſus Mediolani apud Ioannem Antonium Caſtillionium, anno* 1541.

* Bonauenturæ *Cornelij, de politia Iudaica tam Ciuili quã Eccleſiaſtica, iam inde à ſuis primordiis, hoc eſt ab orbe condito repetita.* 8. *Genen.* 1574. *Eiuſdem comparatio Grammaticæ Hebraicæ & Aramicæ atque adeo dialectorum Aramicorum inter ſe.* 4. *Geneuæ* 1574.

Bonauentura *Patauinus, ordinis fratrum eremitarum S. Auguſtini, ſcripſit ſermones de tempore lib. ſermones De ſanctis lib.* 1. *& alia quædam. In libros ſententitarum Petri Lombardi, tractatus* 4. *excuſi tomis* 4. *Vitam Chriſti, vel Meditationes deuotæ in vitam Chriſti, opus diuiſum in capita* 95. *impreſſum. Eiuſdem ſpeculum Mariæ excuſum Auguſtæ per Antonium Sorg, anno Domini* 1476. *Idem ſcripſit Ternarium, ſeu primum bonum de regimine conſcientiæ. Item Breuiloquium vbi procedit ſubtiliſſimo modo Theologico à prima cauſa ad ſuos effectus, ſicut contra philoſophica deductio progreditur ab effectibus ad Deum benedictum. M. Dreſſerus.*

* Bonauenturæ *Perierij opera, Gallicè excuſſa in* 8. *Lugduni* 1544.

Bonauentura *Piſtophilus Alphonſo duci Ferrariæ ab epiſtolis, carmine & ſoluta oratione non nulla ſcripſit.*

* Bonauentura *Vulcanius* Brugenſis, *antiquitatum et politioris literaturæ indagator ſagaciſſimus, cum veterum autorum optimorum monumenta plurima integritati & priſtino nitori reſtituit, atq; Græcorum Latinitati donauit, tum ipſe præclera opera in omni genere artium & diſciplinarum ſcripſit, de quibus ad meam noticiam quæ ſequuntur, hoc tempore peruenerunt, Arriani hiſtorici & philoſophi Alexandri Magni Hiſtoriarum libros octo: Eius item vitam ex Plutarcho interpretatus eſt, additis libris* 2. *de fortuna vel virtute Alexandri. In fol. Geneuæ* 1575. *Item Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi originum libros* 20. *ex antiquitate erutos, & Martiani Capellæ de nuptijs philologiæ & Mercurij libros nouem præter Fulgentium & veteres grammaticos, varijs lectionibus & ſcholijs illuſtrauit. Baſileæ per Petrum Pernam anno Domini* 1577. *Eiuſdem opera & induſtria. Biblia Græca, cum varijs lectionibus, & difficiliorum locorum partim Græca partim Latina interpretatione ad marginem adiecta: Capitibus ſingulis argumenta adiecta ſunt, & capita ipſa in verſiculos, ita vt in Hebræo, diſtincta. His accedit* Ἀδριανοῦ εἰσαγωγὴ εἰς τὰς θείας γραφάς, *& Lexicõ Theolgicũ ex Lexicis Græcis manuſcriptis, & Scholijs in veteres Patres collectum. Ab eodẽ Originis Philocalia, hoc eſt Queſtiones illuſtriores ex vniuerſis ſcriptis Originis à Baſilio & Nazianzeno collectæ, Latine verſæ. Gregorij Cyprij Theologi, Philoſophi & Oratoris eximij opera Latinè verſa. Quorum indicem vide, in nomine Gregorij Cyprij. Emblemata ſacra vario carminum genere, ſcripſit. Rurſum ab eodem Iuliani Apoſtatæ* συμπόσιον *ſiue* κρόνια *verſum Latine. Pollucis Onomaſticon ex veteri codice manuſcr. Bibliothecæ Auguſtanæ caſtigatum. Corpus linguæ Latinæ compoſuit in quod veteres authores omnes qui de lingua Latina ſcripſerunt coniecit, adiectis ſcholijs doctiſſimorum noſtri temporis virorum, Antonij Auguſtini, Petri Victorij, Manutij, Scaligeri, &c. Eiuſdem Harmonia poetica: in qua Epitheta, deſcriptiones locorum, ſimilitudines, phraſes Græcorum & Latinorum poetarum inter ſe conferuntur. Poemata varia Græca & Latina, videl. Epiſtolarum, Satyrarum, Epigrãmatum, Funerum, Parodiarum, Et Hodæporicon Hiſpaniæ, & Protrepticon ad Belgas exarauit. Callimachum &*

*Muſæ-*

*Muſæum Latino carmine reddidit. Callimachi hymnus in Iouem ab eodem verſus eſt, excuſus eſt cũ Callimacho, Heinric. Stephani 1577. Eiuſdẽ Grammatica Hiſpanicæ linguæ: & dialogus de vita & moribus Hiſpanorum, multa habens feſtiua. Ab eo Adagia Græca & Latina, alijs quæ Germanicæ, Gallicæ, Italicæ, & Hiſpanicæ linguæ propria ſunt reddita. Adagia Eraſmi auctiora, cum animaduerſionibus & caſtigationibus Manutij: Romæ editis. Hiſtoriam tumultuum Belgicorum, ab anno 1556. vſque ad annum 1577. quo Hiſpani pace per Ioannem Auſtriacum facta, ditionibus Belgicis exceſſerunt. Conſcripſit hymnos ſacros in Deum patrem, Filium, Spiritum ſanctum, & Chriſtum. In eius Natiuitatem, Paſſionem & mortem, Reſurrectionem, Spiritus ſancti miſsionem, In extremum iudicium, In Baptiſmum, & Cœnam Dominicam decantauit. D. Cyrilli archiepiſcopi Alexandr. opera, partim nunquã antehac edita, ex bibliothecis eruit, Latinè vertit, in lucem produxit, & annotationib. quibus interpretationis ratio redditur, illuſtrauit: partim antea quidem edita, nunc denuo caſtigauit, & priſtino ordini quo à Cyrillo conſcripta fuerunt, ab alijs immutata reſtituit, omiſſa adiecit, perperam verſa de integro vertit. In quorum operum ſingulis quid præſtiterit, quidue prioribus editionibus acceſſerit, vide in nomine Cyrilli. Plura huiuſmodi præclara opera ab eodem quotidie expectamus: Deus illi proroget vitam.*

Bonellus *in Turba, inter Chymicos citatur ab Hortulano.*

Bonetius *quidam iuriſperitus, ſcripſit de probationibus. Liber impreſſus.*

Boneti *Iudæi annulus, inſtrumentum aſtronomicum. Libellus Marpurgi exiuit anno D.* 1537.

Bongarſoni *titulo liber eſt de conceptione formularum ſiue de modo dictandi, qui in quibuſdam bibliothecis ſcriptus extat.*

Bonicontrius. *Vide Laurentius Boni.*

Bonifacius *Amerbachius Baſilienſis* I.C. *ſcripſit epiſtolam de vrbe Baſilea, inſertam Coſmographiæ Sebaſtiani Munſteri. Præterea commentationes* περὶ ἐπιεικείας καὶ τοῦ ἐπιεικοῦς. *Item* περὶ τοῦ [illegible], *quas aliquando Deo volente publicabit.*

Bonifacij *epiſtolæ* 8. *ad D. Auguſtinum, inter Auguſtini epiſtolas impreſſæ leguntur, his numeris:* 183 186. 188. 190. 191. 193. 195 197.

Bonifacius *Papa primus, ſcripſit Epiſtolarum decretalium lib.* 1. *Huius etiam decreta legimus in volumine Conciliorũ impreſſo Coloniæ. Claruit anno* 422. *Bonifatij tractatus decretalis, vbi diſpenſatur cum fratribus ſanctorum Dominici & Franciſci, ad prædicandum & confratres audiendum.*

Bonifacius *Papa octauus, natione Campanus, Benedictus ante vocatus, compoſuit per tres erudituſsimos in iure viros, Nouas conſtitutiones, quas appellari voluit Sextum decretalium lib.* 1. *Epiſtolas plures ad diuerſos lib.* 1. *Floruit anno Domini* 1303.

Bonifacij *Martyris ſermones manuſcriptos ſeruat D. Gilbertus Cognatus.*

* Bonifacius *Britannus ſcripſit antidocum contra veneficiũ ſectarum huius temporis. Paris. Guilhelmus Chaudiere* 1565.

Bonifacius *Ferrarius de Valentia, natione Cathalanus, ordinis Carthuſienſis, ſcripſit tractatum, cur in ordine Carthuſienſi pauci canonizati ſint, & miracula publicè non faciant, ad Bonifacium eiuſdem ordinis lib.* 1. *De approbatione ordinis lib.* 1. *Epiſtolas quaſdam, & alia multa. Vixit anno* 1420.

* Bonifacij *de Luna Viaticæ excurſiones. Iuſſu Ioannis Gobbon Iaurienſis ac comitis, editæ Pariſ. in quarto.*

Bonifacius *de Mantua, de maleficijs ſcripſit. Liber impreſſus.*

Bonifacius *archiepiſcopus Mogontinus, natione Scotus, monachus ordinis ſancti Benedicti, ſcripſit Epiſtolarum ad diuerſos lib.* 1. *Vitam quorundam ſanctorum, lib.* 1. *Floruit anno D.* 755.

* Fr. Bonifacij *Stephani prædicatoris apoſtolici & epiſcopi Starni. Liber de ortu clericorum in eccleſia. Venetijs, ex officina Guerræ* 1573. *Eiuſdem liber de perrenni cultu terræ ſanctæ, & de fructuoſa eius peregrinatione, ibidem.*

Bonifacius *Symoneta ſcripſit librum de Chriſtianæ fidei, & Romanorum Pontificum perſecutionibus, impreſſum Baſileæ in folio.*

Bonifacij *de Vitalinis commentarij extant ſuper Clementinis: & diſputatio, qui caſus requirant ſpeciale mand. Et Practica criminalis.*

Bonifacius *Wanefridus monachus Circeſtrenſis, ſcripſit de ſua fide & doctrina lib.* 1. *De religione ſanctitatis. Pro rebus eccleſiæ. Inſtituta ſynodalia. De ſuis in Germania laboribus. Ad Echelbaldum Danorum regem lib.* 1. *Vitam Liuini martyris. Vitas aliorum ſanctorũ. De fidei vnitate lib.* 1. *Contra hæreticos lib.* 1. *Epiſtolarum ad diuerſos lib.* 1. *Claruit anno D.* 750.

Bonincontius *Bononienſis Ioan. Andreæ F. De accuſationibus & inquiſitionibus. De appellationibus. De caſibus in quibus iudex ſecularis in clericos manus imponere non poteſt: ſeu de priuilegio clericorum & immunitate eccleſiarum. Bonincontij Summa de quatuor modis procedendi ſuper criminibus. Manuſcripta apud M. Dreſſerum.*

Bonſettus *de ratione medendi. Videndum an ſit Ferdinandi Ponzetti qui de venenis ſcripſit.*

Borgnini *Caualcani tractatus de tutore, & curatore, & de vſu fructu mulieri relicto. Florentiæ* 1571. *octauo: & Francofurti* 1572. *quarto.*

Boninus *de Boninis ſcripſit libros quatuor de Papatu.*

Boninus *Mombritius patricius Mediolanenſis Heſiodi Theogoniam vertit eodem genere carminis. Oporinus impreſſit Baſileæ cum Heſiodo Græco. Idem (ni fallor) ſcripſit libros ſex de paſsione Domini.*

Bonominus *Bergomenſis medicus, ſcripſit de venenis lib.* 1. *Quæſtionum diuerſarum lib.* 1. *& alia multa. Claruit temporibus Caroli imperatoris & Clementis Papæ* V I. *anno Chriſti* 1301. *vel vt alij.* 1350.

Bonus *Accurſius Piſanus. Adipem elegantiarum ex Laurentij Vallæ libris ſtudioſiſſimè collegit. Opus impreſſum Coloniæ apud Ceruicornum, anno 1527. Idē ſcripſit de ſacerdotio Chriſti lib. 1. pro Ioanne Criſtono qui Lexicon Græcum edidit, lib. 1. Et epiſtolas.*

Bonus *de Curtilli* I. C. *ſcripſit de nobilitate.*

Bonus *quidam qui coætaneus Lulli fuit, ſcripſit de Alchymia.*

Boni *Lombardi Ferrarienſis phyſici, introductio in diuinam Chymiæ artem. Baſileæ* 1572. *apud P. Pernam.*

Bonus *Maurus quædam de architectura ſcripſit.*

* Borgnino *Caualcano Aduocato Fiuizanenſi, epiſcopatusq; Papiæ Vic. Generali authore, deciſionis fori Fiuizanenſis, aliorumq; inſignium locorum peregrinæ & amabiles: practicabiles valde, & vtiles clericis, religioſis & Laicis, & in quatuor titulos diuiſæ, ſcilicet de iudicijs, contractibus, vltimis voluntatibus & delictis. In* 4. *Papiæ* 1581.

Bornij *Salæ de patientia & ad mortem præparatione liber, in Bibliotheca Sambuci,*

Bocchinus *de Codega, ſcripſit quædam ſuper Decretalibus.*

* Boſcho *Alexandrinus in Antidotarium Meſue & aliorum in fol.*

Boſianus *Cremonenſis* I. C. *nonnihil edidiſſe fertur.*

Boſonis *de libero arbitrio librum ad Ludouicum* I. *imperat. Rom. habet Viennæ Auſtriæ Wolfgangus Lazius, nondum typis excuſum.*

Boſtonus *Burienſis, Anglus, ad Eadmundi fanum monachus, Angliam vniuerſam circumiuit et omnes monaſteriorum bibliothecas inuiſit, ac librorum titulos collegit, authorum ætates, vitas, operum initia adiunxit, & in quibus cœnobijs inuenienda eſſent demonſtrauit, opus hoc inſcripſit, Catalogum ſcriptorum eccleſiæ. Scripſit etiam ſpeculum cœnobitarum lib. 3. in quo oſtendit monachorum initia et progreſſus. Item de rebus cœnobij ſui lib. 1. Atque alia nonnulla edidit. Claruit anno Chriſti* 1410. *Baleus.*

Bouslaus *de Haſſenſtein, baro Boemicus, vir nobilis, ſcripſit opus præclarum de Germanorum et Italorum inuentis proprijs lib. 1. Carminum quoque lib. 1. Epiſtolas varias. De auaritia libellum proſa oratione. Ad Vladislaum Pannoniæ & Boemiæ regem conſolationem in funere Annæ reginæ, carmine. De ſuis peregrinationibus Europæis & Aſianis elegiam. Hortationem ad Chriſtianos reges de mouēdo in Turcas bello, graui et erudito carmine, impreſſam Lipſiæ. Farrago poematum eius edita eſt Pragæ* 1570. *per Thomam Mitem. Floruit anno Domini* 1494.

Brabianus *ſub imperatore Seuero edidit quædam opuſcula, ad Chriſtianum dogma pertinentia.*

Braimhanus *Anglus, Oxonij magiſter, ſcripſit ſuper phyſica Ariſtotelis lib.* 8.

Brando, *Monachus Dunenſis, Ciſtercienſis ordinis, ſcripſit minuta Chronicorum, lib.* 1.

* Bremenſium *theologorum refutatio vanæ confutationis Iacobi Andreæ, nomine Wirtenbergenſium theologorum euulgatæ, aduerſus veram & Chriſtianam apologiā Bremenſis eccleſiæ miniſtrorum, ante ſeſquiannum editam &c. Germanice in* 4. *Bremæ* 1583.

Brendanus *abbas ex occidentali Hybernia regione natus ſcripſit librum de legibus & obſeruationibus monachorum. Claruit anno D.* 560.

Brenlalius *cognomento Britannus, aſtrologus præclarus, ſcripſit libros plures de aſtrologorū prænotionibus. Claruit anno Domini* 1344.

Briamus *Tucka, illuſtris generis eques auratus, Anglus, ſcripſit Chronicon quoddam, lib. 1. in quo Polidorum Vergilium accuſat quod in multis labefactarit patriæ ſuæ geſta. Chaucerum quoq; elucidauit, lib. 1. Claruit anno Domini* 1540. *Baleus.*

Brikmorus *Sophiſta, Anglus, ſcripſit in elenchos Ariſtotelis, lib. 2. In Topica eiuſdem, lib. 4. In priora Analytica, lib. 2. & totidem in poſteriora Analytica. Balæus.*

Bridfertus *Rameſienſis, doctor & monachus Abboni Floriacenſi familiaris, ſcripſit de principijs mathematicis, lib. 1. Scholia in Bedam de temporibus, lib. 1. In eundem de natura, lib. 1. De inſtitutione monachorum lib. 1. & alia nonnulla. Claruit anno* 980. *Baleus. Scholia in Bedam Baſileæ cum operibus Bedæ impreſſa ſunt.*

Brigida *Lagienſis, Scota natione, Reuelationum ſuarum ſcripſit libros* 12. *obſcuriſſimos. Claruit apud Scotos, anno Domini* 518. *Eius reuelationes impreſſæ Germanica lingua Dillingæ anno D.* 1569. *in* 8.

Brinkeley *minorita, Anglus, antiquus doctor, & Sophiſta, ſcripſit diſtinctiones Theologicas lib. 1. Lecturam Sententiarum. lib. 4. Determinationes lib. 1.*

Briſſonis *dialectica, à Georgio Valla opinor ex Græco traducta.*

Brithualdus *Glaſconius, ordinis Apoſtolici abbas, ſcripſit, de Eueshamenſis cœnobij origine, lib. 1 Vitam Eguuini Wecciorum pontificis, lib. 1. Vixit anno Chriſti* 731. *Baleus.*

Brito, *Monachus Nordouicenſis, Anglus, ac tandem epiſcopus Roffenſis, ſcripſit in eo cœnobio Sermones Solennes lib. 1. & alia.*

Brocardus *patria Hieroſolymitanus, Paleſtinorum doctor, Hebræus, ac latine peritus, Eremita montis Carmeli, latine ſcripſit Canonem ſui ordinis lib. 1. Statuta in Carmelo, lib. 1. Exhortationes pias, lib. 1. atque alia.*

Brocardus *Alemannus, profeſſione Dominicanus, Paleſtinam fideliſſimè deſcripſit iuxta* 12. *ventorum diſpoſitionem, ediditque Itinerarium terræ ſanctæ lib. 1. Locorum eiuſdem deſcriptionem lib. 1. Summam iuris, lib. 1. & alia.* Eius exactiſſima locorum terræ ſanctæ deſcriptio cum tractatu Caſparis Peuceri de dimenſione terræ in octauo, Witenbergæ eſt excuſa anno Domini* 1554.

Brocardi *Annales de Friderici primi in terra ſancta rebus geſtis, habet Wolfgangus Lazius*

medicus & hiſtoricus Viennenſis.

Brudi *Luſitani medici de ratione victus in febribus ſecundum Hippocratem in genere & ſigillatim libri 3. excuſi ſunt Venetijs anno Dom. 1544. octernionibus 21. & longe quàm antea caſtigatiores, Tiguri apud Geſneros fratres in 8. anno Domini 1554. cum alijs in enchiridio rei medicæ.*

Brunonis *epiſtola ad Carthuſienſes.*

Bruno *ac Baſilius Amerbachij, Baſilienſes, ac fratres germani, ſcripſſerunt in Diui Aurelij Auguſtini opera præfationem doctiſſimam, quæ tomo operum eius quinto præfixa eſt.*

* Brunonis *Carthuſianorum patriarchæ ſanctiſſ. opera per Aſcenſ. excuſa 1524. in fol.*

Bruno *monachus quidam ſcripſit de bello Saxonico.*

Bruno *epiſcopus Herbipolenſis, Conradi Imperatoris ſecundi patruelis, comportauit ex antiquorum patrum ſcriptis pulchram expoſitionem in totum Pſalterium, lib. 1. Claruit anno 1045. huius opera theologica in Italia excuſa ſunt. Alibi lego in cathalogis, Brunonis commentarios in epiſtolas Pauli impreſſos, item in Pſalterium: opinor autem Brunonis Herbipolenſis eſſe. Brunonis huius commentarij breues in cantica Eſaiæ, Dauidis, Ezechiæ, Annæ, Moiſis, Abacuc ex teſtamento veteri, item ex nouo teſtamento in orationes Zachariæ, Mariæ, Simeonis & in orationem dominicam, in ſymbola apoſtolorum, Ambroſij, Athanaſij annotationes, impreſſæ ſunt cum eius Pſalterio per Antonium Koburger anno Domini 1494.*

* Bruno *Quinos, libellus germanicus cui titul. Diſce mori, vel de arte moriendi: Budiſſini in 8. anno 1577.*

Bruno *archiepiſcopus Ruthenorum, natione Italus, ſcripſit in Geneſim lib. 2. & quædam alia. Vixit anno 1008.*

Brunonis *Seidelij Querfurdenſis Poematum libri ſeptem: videlicet Elegiarum lib. 2. Odarum lib. 3. Idylliorum lib. 1. Epigrammatum lib. 1. Baſileæ Oporinus 1554. in octauo. Eiuſdem de vſitato vrinarum apud medicos iudicio liber. Erdfordiæ anno 1571. * Idem Fallopij de vlceribus librum emendatiorem edidit 4. Erdfurdiæ 1557.*

* Bruno *à ſole I C. Veneti conſilium criminale complectens vniuerſam ferè materiam, quæ circa crimina quotidie practicatur ad iudicum iniquitatem detegendam, & oppreſſorum innocentiam protegendam 4. Venetijs 1574.*

Brunonis *de Vualtershuſen officij Miſſæ ſacrique canonis expoſitio, in Lipſenſi vniuerſitate edita.*

Bruni *Longoburgenſis chirurgica magna & parua Opuſcula impreſſa cum chirurgicis libris Guidonis de Caul. & aliorum, Venetijs anno 1499. Claruit anno 1008.*

Brutus *Iulius Dardanus; Aeneæ Troij magni Latinorum regis ex Iulio Syluio & Lauiniæ nepte pronepos, Greco ſermone ſcripſit ad Pandraſum regem epiſtolas, item ad Troianorum profugos legum Britannicarum lib. 1. Claruit à creatione mundi anno 2860. ante Chriſtum autem 1103.*

Brutius *hiſtoricus, vir ſua ætate eruditus, ab Euſebio Ceſarienſi pro rebus Chriſtianorum citatur teſtis.*

Bryon *rudimenta ſcripſit artis militaris vt Aelianus refert.*

Bubyker *Helcani tomus, id eſt Continens Raſis in duobus voluminibus, Brixiæ 1486.*

Buccij *Aenicolæ Europa lamentans & Tranſiluania, impreſſa ab Oporino in 8.*

Buhahylyha *Byngezla Arabs ſcripſit Tacuinos ægritudinum & morborum fermè omnium corporis humani cum cura eorundem, impreſſos Argentorati apud Ioannem Schottum anno Domini 1532. in folio, chartis 37. Floruit ſub Carolo primo.*

Bulcaſis *liber De preparationibus medicamentorum. Vide Albucaſim ſuprà.*

Bulgarinus *de Bulgarinis I. C. ſcripſit, ſuper 1. Infortiati, Soluto matrimonio, &c. Super ff. noui De verb. oblig. Super primam C. De pactis. 1. petens. Super 2. C. Qui adm. ad. bo. poſſ. Diſputationem, incipientem, Sempronius condidit teſtamentum.*

Bulgario *quidam adſcribunt commentaria in epiſtolas Pauli, ſub Athanaſij nomine excuſſa, cum ea ſint Theophilacti Bulgariæ epiſcopi.*

Bundiuica *Bellatrix, heroici ſpiritus fœmina Britannica, ſcripſit ad vrbium & prouinciarũ municipes pro excutiendo Romanorũ iugo epiſtolas plures doctiſſimas, & alia. Floruit anno Domini 70.*

Burchardus *Anuilenſis, Alſatius eques, ſcripſit carmen de victoria Sigiſmundi Auſtriæ ducis, contra Robertum Sanſeuerinatem Veneti exercitus ductorem.*

Burchardus *Doreeſtrius, deſcripſit Fremundi occidentalium Anglorum reguli vitam, & alia multa, quæ tamen non extant hodie. Floruit anno Domini 870.*

* Burchardi *Leemanni Tigurini in patria verbi Dei miniſtri fideliſſimi, breuiſſima, methodica, ad quatuor præcipua capita redacta, Inſtitutio Chriſtianæ religionis, Germanicè præterito autoris nomine impreſſa apud Chriſtophorum Froſchouerum Tiguri, anno Domini 1583. Eiuſdem Epigramma in Pſalterij paraphraſin Rodolphi Leemanni, excuſum cum Pſalterio.*

Burchardi *Mithobij Stereometria, ars docens certas dimenſiones corporum ratione mathematica, ac Virga ſtereometrica cum dimenſo æquatorioque deſuper affabre confectis. Liber excuſus Francoforti, anno Domini 1544. Eiuſdem compoſitio annuli Aſtronomici, excuſa eſt cum Ioannis Driandri libro de annulis aſtronomicis, Francofordiæ in quarto. Eiuſdem libellus Germanicus de quodam fonte in Spiegelberg maximarum virtutuum.*

Burchardi *Pyladis Brixiani de genealogijs deorum lib. 5. elegiacis verſibus conſcripti, impreſſi ſunt Baſileæ ab oporino, cum Heſiodo.*

* Burchardus *Waldys Pſalmos Dauidis rhytmis germanicis comprehendit. In 8. Francoforti anno D. 1553.*



Digitized by Google

Burchardus *epiſcopus Wormacienſis, ſcripſit ex ſententijs ſanctorum patrum & generalium conciliorum atque ſummorum Pontificum, magnū & inſigne opus poſt Iſidorum, videlicet Decretorum lib.20. Epiſtolarum ad diuerſos lib.1. Claruit annno Domini 1020. Decretorum eius lib.20, de varijs conſilijs, excuſi ſunt Coloniæ anno Domini 1548. à Melchiore Noueſiano. Poſtea etiam Lutetiæ in octauo apud Ioannem Petit & Foucherum. In iureconſultorum indice ſcribitur Bruccardum Lambienſem librum Decretorū ſcripſiſſe: quem eundem eſſe puto.*

Burgundio *Piſanus Friderici Imperatoris præfectus, vertit libros 8. Gregorij Niſſeni, de Philoſophia vel de homine.*

Burleus *quidam ſcripſit commentarios ſuper Ariſtotelis de natura libros, ac de moribus. Item ſuper arte veteri, nimirum Lulli Hiſpani. Excuſi ſunt Venetijs.* Doctè item & diligenter ſcripſit, pro vt illa ætas ferebat, in librum περὶ hermenias Ariſtotelis. Venetijs excuſ.*

* Barni *Longoburgēſis Chyrurgia magna et parua. in folio.*

* Barrerij *caſtigationes in P. Velleium Paterculum. In folio.*

Buslidij *cuiuſdam carmina leguntur in libro Epigrammatum ſcholæ Chriſtianæ Baſileæ impreſſo.*

Butas *poeta & hiſtoricus, ſcripſit elegis de Romanorum rebus geſtis, cuius ſcripta vt fabuloſa reprehendit Plutarchus in vita Romuli.*

# C.

CAbaſilas *quædam Græce ſcripſit, de quibus in Nicolao Cabaſila: opinor enim eundem eſſe authorem, quanquam aliquoties ſine prænomine legerim, & alicubi Caliaſilas.*

Cadmus *Mileſius paulo poſt Orpheum ſcripſit hiſtorias Mileti ac totius Ioniæ, vt author eſt Suidas. Hunc Plinius ait primum proſam orationem inueniſſe.*

Cadmus *Mileſius alius ab hoc (vt pleriſque videtur) ſcripſit de ſoluendis amoribus libros quatuordecim, & hiſtoriæ Atticæ ſedecim libros teſte Suida.*

Caddus *hiſtoriographus citatur à Suida, qui quandam hiſtoriam de Leone 1. Imperatore ex illo recenſet.*

Cadocus *Ventolugius nobilis, Ventolugia ditione paterna relicta Morganiam petijt, & in loco ibidem amœno monaſterium apoſtolici ordinis erexit. Hunc ferunt authores contra quoſdam eius temporis Epicureos, ad Gildam ſcripſiſſe, de vita animæ, epiſt.1. & alia. Claruit anno Domini 570. Baleus.*

Caducanus *Britannus genere, Baugorenſis epiſcopus, rerum theologicarum peritiſſimus, edidit Speculum Chriſtianorum lib.1. Homiliarum opus lib. 1. & alia quædam. Obijt anno Domini 1125. Baleus.*

Cæciliani *Minutiani Apulei fragmenta citantur à Cælio Rhodigino. Idem ſcribit extare Cæcilij Minutiani libellum de orthographia, inſigniter tamen mutilatum decurtatumq́, ac prorſus vetuſtatis & incuriæ vulneribus confoſſum.*

Cæcilius *quidam, & aliquot alij coepiſcopi apud Cyprianum lib. 1. ſcripſerunt epiſtolas ſecundam, 11. & 12.*

Cæcilij *à Bilta verba apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.*

Cæcilius *Bion ſcripſit* περὶ δυνάμεων.

Cæcilius *orator* ὁ ἀπὸ καλῆς ἀκτῆς, *ſcripſit hiſtoriam quæ citatur ab Athenæo lib.11. Eiuſdem libri de bello ſeruili ab eodem citantur lib.6.*

Cæcilius *quidam de figuris citatur à Caſtore Rhodio de numeris oratorijs.*

Cæcilius *Statius poeta comicus ſcripſit Æſchynum, Amphitryonem, Andriam, Aſotū,* χαλκία *Dardanum, Exulem, Fallaciam, Fœneratorē, Harpazomenon, Hephæſtionem, Hymnidem, Hypobolimæum, Molitricem, Nauclerum, Acontizomenen quæ mendoſe Notonicaſsio inſcribitur, Oboloſtaten, Pauſimachum, Philumenam, Plocium, Progamum, Subdititium, quæ eadem videtur cum Hypobolymæo, Synephebos, Symbolum, Synariſtoſas, Syracuſios vel Syracuſias, Titthē, Triumphum, Venatorem, Vmbros. Præter has à Nonio citatas Feſtus nominat Æthrionem Androginum Carinen, Dauum, Epiſt. Gamum, Pugilem, & Triumphum. Hunc Cicero ad Atticum malum Latinitatis authorem vocat, at contra Volcatius palmam inter Comicos ei tribuit.*

Cæcilius *Cyprianus eccleſiæ Cartaginenſis in Africa epiſcopus, qui alio nomine Thaſcius dictus eſt, Latino ſermone ſcripſit de gratia Dei lib.1. Contra Demetrianum lib.1. De pietate & eleemoſyna lib.1. De laude martyrij lib.1. De zelo & liuore lib.1. De bono patientiæ lib.1. De mortalitate lib.1. De virginitate lib.1. De lapſis lib.1. De ſacramento calicis lib.1. De vnitate eccleſiæ lib.1. De oratione Dominica lib.1. De vanitate idolorum lib.1. De vita clericorum lib.1. De duobus montibus lib.1. Ad Antonianum de Nouato lib.1. De Iudæis ad Quirinum lib.2. Ad Cornelium Papam epiſtolas 8. De aleatoribus lib.1. Ad Iulianum amicum ſuum lib.1. Epiſtolarum ad diuerſos lib.4. Eius opera ex emendatione Eraſmi Roterodami excuſa ſunt Baſileæ apud Frobennium anno Domini 1520. Videlicet epiſtolarum lib.4. Tractatus contra Demetrium. De habitu, diſciplina & conuerſatione virginum. Sermones ſex. Ad Fortunatum de exhortatione martyrij. Aduerſus Iudæos lib.2. De præceptis Dominicis. Ad Iubaianum epiſtola de hæreticis baptizandis. Ad Pompeium contra epiſtolam Stephani. Ad Quarinum de ſchiſmaticis baptizandis. Sententiæ breues epiſcoporum, martyrum, confeſſorum, &c. 85. Adiuncta ſunt etiam huic editioni quæ Eraſmi Roterodami indicio falſo Cypriano aſcripta ſunt, vtpote, Tractatus de Sina & Sion montibus, de reuelatione capitis beati Ioannis Baptiſtæ, Expoſitio in Symbolum apoſtolorum, Li-*

bellus

Digitized by Google

*bellus de ſingularitate clericorum. De Cardinalibus operibus Chriſti, De laude martyrij, De diſciplina & bono pudicitiæ libellus: Ad Nouatianum hæreticum, Quod lapſis ſpes veniæ non ſit denegenda: Oratio ad Deum, alia oratio quam D. Cyprianus ſub die paßionis ſuæ dixit. Sermo S. Auguſtini de S. Cypriano martyre. Eadem Gryphius excudit Lugduni anno 1528. Eadem etiam opera cum acceßione libelli De martyrio duplici, & annotatiunculis Hen. Grauij, Coloniæ excuſa ſunt, anno Domini 1544. Epiſtolæ autem eius ſeorſim alibi excuſæ ſunt. Floruit ſub Valeriano & Galieno principibus, anno Domini 249. Cypriani libri carmine ſcripti, Geneſis, Sodoma, & De ligno vitæ, impreßi ſunt Baſileæ cum reliquis veterum poetarum Chriſtianorum operibus à G. Fabricio emendatis. Omnia autem eius opera recognita à Iacobo Pamelio annotationibus toti operi ſparſim interiectis, Antuerpiæ, anno Domini 1568. Eadem opera breui recognita, & annotationibus illuſtrata à N. Gallaſio edentur, volente Domino.* Cypriani ſermo de Contemnenda peſte ad conſolationem ſimplicium, etiam Italice editus eſt.*

Cæcilius *Gallus de Significatione verborum quæ ad ius ciuile pertinent, citatur à Gellio libro 17. Verum locus eſt mendoſus & Ælius Gallus legi debet.*

Cæcilius *Sabinus De edicto ædilium curuliũ citatur à Gellio lib. 4. cap. 2. Idem Cælium Sabinum Iuriſperitum citat lib. 7. cap. 4.*

Cæcilius *Argiuus verſificator, ſcripſit librũ De piſcibus. Suidas. Ab Athenæo Cæclus nominatur, in quibuſdam Suidæ exemplaribus Cilius.*

Cæcilius *Siculus Callantianus rhetor, ſcripſit Eclogam vocabulorum literarum ordine, quæ Suidæ Lexico accreuit, quod inſcriptio indicat. Scripſit etiam comparationem Demoſthenis & Ciceronis. Floruit ſub Auguſto Cæſare, ad Hadrianum vſque.*

Cæleſtini *Papæ decreta, extant in volumine conciliorum cum reliquis Pontificum decretis: item cum Clementis recognitionibus.*

Cælij *Antipatri hiſtorici meminit Cicero in 2. de oratore: & in oratore ad M. Brutũ refert L. Cælium Antipatrum bellum Punicum ad Lælium ſcripſiſſe. Idem à Chariſio & Plinio citatur.*

Cælij *Apicij de re coquinaria ſiue culinaria libri 10. excuſi olim Venetijs, deinde Baſileæ ex caſtigatione Albani Torini medici, anno 1541. vna cum Platinæ Cremonenſis de Tuenda valetudine libris 10. & eodẽ anno Lugduni apud Gryphium. Poſtremo Tiguri apud Froſchouerum, anno 1542. à Gabriele Humelbergio medico caſtigati, & annotationibus illuſtrati. Hermolaus refert Apicium de piſcibus librũ ſcripſiſſe, quem Halienſim appellarit. Porro Cælij Apicij liber nonus Thalaſſa mare, decimus verò Halieus piſcator inſcribitur. Ab hoc Apicio diuerſus eſt M. Apicius qui Tiberij ætate vixit, cuius Plinius meminit: & Apicius opſophagus cognominatus, qui ſub Traiano vixit.*

Cælij *Auguſtini Curionis Sarracenicæ hiſtoriæ lib. 3. impreßi Baſileæ in folio, & Francoforti in 8. anno 1568.* Item eiuſdem Curionis Marochenſis regni in Mauritania nobilißimi à Sarracenis cõditi deſcriptio, nunquam antea edita. Baſileæ excudit Oporinus, 1568.*

Cælij *Aureliani Siccenſis liber De morbis acutis, impreſſus Pariſijs apud Colinæum. Eiuſdem Chronion, id eſt, tardarum paßionum libri quinque, excuſi Baſileæ apud Henricum Petrum, anno Domini 1529.*

Cælij *Calcagnini opera, excuſa Baſileæ in officina Frobeniana, anno 1544. quorum hic elenchus eſt: Epiſtolicarum quæſtionum, & epiſtolarum Familiarium lib. 16. Iudicium vocalium. De rebus Ægyptiacis commentatio. Diſquiſitiones aliquot in libros Officiorum Ciceronis. De imitatione commentatio. De iudicijs liber. De Talorum, teſſerarum, & calculorum ludis. De re nautica. Quod ſtudia ſunt moderanda. Ne quis ſe à ſua vmbra vinci ſinat. De verborum & rerum ſignificatione commentatio. Collectanea vetuſtatis. Quod cælum ſtet, terra moueatur, commentatio. De libero animi motu. De vita aulica. Encomium Pulicis. De concordia. De calumnia. De ſalute ac recta valetudine. Paraphraſis trium librorum Meteororum Ariſtotelis. De mutuo amore. Compendium rhetoricæ. Paraphraſis in primum librum Ethicorum Ariſtotelis, paraphraſis in Politica Ariſtotelis, paraphraſis in cõmentationem de ſenſu & ſenſili Ariſtotelis, quod Stoici dicunt magis fabuloſa, quàm poetæ. De itrio, cedro & citro commentatio, in Venetæ claßis expugnationem, deſcriptio ſilentij, de Trinitate & ſapientia diuina ſermo per ipſum authorem in cathedrali eccleſia Agrienſi, publice habitus: in ſacramentum Euchariſtiæ ſermo, per ipſum authorem ibidem habitus, compendium Magiæ, in funere Beatricis Reginæ Hungariæ oratio, in funere Herculis Strozzæ oratio, in funere Hippolyti primi Cardinalis Eſtenſis oratio incœpta, in funere Antonij Conſtabilis oratio, in funere Alphonſi primi, ducis Ferrariæ tertij oratio, pro Alphonſo primo, duce Ferrariæ tertio, orationes duæ. Ad Leonem Papam X. pro Hercule ſecundo, duce Ferrariæ quarto, oratio, pro Oratoribus Fauentinis, pro eiſdem. Pro Alphonſo primo, duce Ferrariæ tertio. Ad Iulium II. in laudem Iuriſperitiæ orationes duæ, in ſolennitatibus Epiphaniæ orationes tres, pro promotore doctore oratio, in collegio habita, encomion artium liberalium. In doctoratu Ruben Hebræi, oratio, pro amico doctore in patriam redeunte, qui inſignia doctoratus acceperat, oratio. Dialogi: Equitatio, De memoria, Galatea, Melone, Proteus, Rex Albaniæ, Alexander, Piora, De menſibus. Apologi. Linelæon, Iomatia, perſonati, obligatio, gigantes, ſuper inſcitia, abſentia. Apologorum liber ad Ioannem Hieronymum Monferratum. Oraculorum lib. 1. quædam dicta moralia. Panegyricus pro Calcagnino Protonotario Apoſtolico. Eiuſdem carminum libri 3. excuſi ſunt Venetijs à Vincentio Valgriſio, anno Domini 1553. cum Ioannis Baptiſtæ*

*Pignæ & Ludouici Areoſti carminibus. Præterea in epiſtolis teſtatur ſe vertiſſe Ori hieroglyphica, collegiſſe epitomen Dionis, & libellum conſcripſiſſe de appellationibus rei curulis, quæ an edita ſint ignoramus.*

Cælius *Horatius* Curio C.S.C. *filius, Marſilij Andreaſij Mantuani de Amplitudine miſericordiæ Dei orationem, & Bernardini Ochini aliquot ſermones, ex Italico in Latinum ſermonem tranſtulit, excuſos Baſileæ apud Ioan. Oporinum, anno Domini* 1550.

Cælij *Pannonij Collectanea in ſacram Apocalypſim D. Ioannis Apoſtoli, ex omnibus omnium, cũ veterum tum etiam recentiorum caſtiſsimis commentarijs. Pariſijs* 1571. 8.

Cælij *Secundi Curionis Itali opuſcula quædam eleganter & pie conſcripta, excudit anno* 1544. *Oporinus Baſileæ. Sunt autem hæc: Araneus, ſiue de Prouidentia Dei. Libellus de Immortalitate animorum. De liberis pie educandis. Paradoxa Chriſtiana 2. Paraphraſis in principium Euangelij ſancti Ioannis. Adhortatio ad religionem. Oratio de ingenuis artibus. Oratio in laudem ſcribarum. Funebres orationes 2. Laudatio cuiuſdam qui pro patria occubuit. Quatuor breues orationes è Græco verſæ. Bernardini Ochini ſermo ex Italico verſus. Eiuſdem extant etiam alia quædam, nempe pro Vera & antiqua Eccleſiæ Chriſti authoritate in Antonium Florebellum oratio ab Oporino excuſa, anno Domini* 1546. *De omni artificio diſſerendi atque tractandi ſumma, anno D.* 1549. ~~*Commentarij in Ioachimi Perionij de Dialectica libros 3, anno 1549. In eoſdem libros epitome.*~~ *Paſquillus ecſtaticus, cum alijs etiam aliquot lepidis dialogis, quibus præcipua religionis noſtræ capita explicantur. De literis doctrinaq́ puerili libri quinque, & Libellus de ratione docendi Grammaticam, anno Domini* 1546. *Chriſtianæ religionis inſtitutio, anno* 1549. *Nizolij in Ciceronem obſeruationes ab eo locupletatæ, excuſæ ſunt ab Hernagio, anno* 1547. *De menſuris Romanorum tractatus ab eodem excuſus eſt, cum Liuio, anno Domini* 1549. *cum Præfatione in T. Liuium. Commentaria in Philippicas M.T. Ciceronis orationes, excuſa in officina Frobenianorum. Enarrationes eius in orationes Ciceronis pro P. Quintio. C. Rabirio perduellionis reo, L. Cornelio Balbo, T. An. Milone. M. Marcello, Qu. Ligario, rege Deiotaro, & in inuectiuas quatuor in Catilinam, impreſſæ ſunt ab Oporino cum variorum authorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs. In M.T. Ciceronis topica explicationes ad iuris ciuilis rationes quod voluit Cicero, potiſsimum accommodatæ, impreſſæ ab Oporino anno* 1553. *Epiſtolarum ſelectarum libri 2. Orationum (inter quas & Agrippæ contra monarchiam, & Mecænatis pro monarchia aduerſariæ orationes duæ lectu digniſsimæ, ex Dione Latinitate donatæ continentur) liber. 1. Oporinus excudit anno* 1553. *octer. 16. & dimid. Inſunt autem orationes quædam funebres, Aeſchinis, Demadis, Demoſtenis, ſingulorum ſingulæ Latine expreſſæ. Oratio de ingenuis artibus. De rhetoricæ & partitionum oratoriarum Ciceronis commoditate. De honore, in promulgatione inſtitutorum Academiæ Baſilienſis. Franciſci Spieræ Ciuitatulani hiſtoria ab eo ex Italica lingua in Latinã tranſlata, ab Oporino excuſa eſt anno* 1549. *Oratio Honorij Traumani ad milites pro tuenda libertate Germaniæ, ex Germanica lingua in Italicam à quodam alio, & dinde Latinam ab eo tranſlata, ibidem excuſa eſt in* 4. *Appiani de bellis Hiſpanicis librum ex Græca lingua conuertit in Latinam, ac Præfationem eius editioni præfixit, qua vitam Gelenij deſcribit, Eiuſdem liber de Amplitudine regni Dei impreſſus eſt Baſileæ, anno Domini* 1554. *Idem Franciſci Guicciardini hiſtoriam ex Italica lingua in Latinam conuertit. Baſileæ Perna impreſsit in folio. M. Antonij Sabellici hiſtoriæ nouum ſupplementum adiecit, cum eiuſdem operibus impreſſum. Hiſtoriam Melitenſis belli deſcripſit, impreſſum in octauo Baſileæ. Theſaurum Latinæ linguæ noua editione per concinatum, edidit. De perfecto Grammatico lib. 3.*

Cælius *Sedulius Scotus ſcripſit carmen paſchale lib. 4. qui libri etiam Mirabilium diuinorum inſcribuntur. Annotationes in omnes Pauli epiſtolas, impreſſas Baſileæ apud Henricum Petri. Hymnum de Seruatore. Ad Theodoſium Cæſarem lib. 1. in editionem Donati lib. 1. in Priſciani volumen lib. 1. exhortatorium ad fideles lib. 1. De Chriſto lib. 2. carmina & epiſtolas diuerſi generis. Claruit anno 430.*

Cæpio *Orator in Æmilium, Lege Varia adducitur à Chariſio.*

Cæſar *Cæſarinus, quædam de Architectura ſcripſit.*

Cæſaris *Carmenti epiſtola ad Angelum Politianum. lib. 4. epiſtolarum Politiani, qua ipſum & eius Miſcellanea laudat.*

* Cæſaris *Contradi aduocati Curiæ Romanæ cõmentarij in l. vnicam C. Si de moment. poſſeſſ. fue. appella. 4. 1574.*

* *Cæſaris Contardi (forte legendum Contracti) I.C. com. in L. diffamari de ingenuis & manumiſſis, in 8. 1551.*

Cæſaris *Delphini Phyſici Parmenſis Maxiados lib. 2. ad Gulielmum Bauariæ ducem. Venetijs apud Bernardinum de Vitalibus, 1539.*

Cæſaris *Euoli Neapolitani de diuinis attributis, quæ Sephir ab Hebræis nuncupãtur, liber Venetijs, anno 1573.*

Cæſaris *Finmogiolij in l. ij. de legibus, & in l. quartam ff. ad l. Falcidiam, repetitiones. Venetijs anno D. 1569.*

Cæſaris *Lambertini Tranenſis tractatus De iure patronatus, liber primus, Baſilica S. Hieronymi Lambertina nuncupatus. Venetijs añno D. 1572. in folio.*

Cæſaris *Landulphi, Medici, de Curis febrium opuſculum, impreſſum cum Practica M. Gatinariæ Lugduni, anno Domini 1532. & Baſileæ cum Clementis operibus medicis, apud Heinricum Petrum.*

Cæſar

Digitized by Google

Cæſar *Morus Ferrarienſis Latino & Italico ſermone nonnulla carmine ſcripſit. Gyraldus.*

Cæſaris *Odoni liber de Animalibus, in quo Ariſtotelis ſcripta de animalibus in ordinem alphabeticum redegit. Eiuſdem annotationes in Teophraſtũ de Plantis, cum imaginibus herbarum.*

Cæſaris *Optati medici Neapolitani de hectica febre liber. De criſi & diebus criticis, & eorum cauſis opus abſolutum.*

* Cæſaris *Parriſij* I.C. *Practicã ciuilis, 8. Romæ. anno 1555. Italice.*

Cæſaris *Petri Michaelis Delphini de Summo Romani pontificis principatu, & de proportione Papæ ad Concilium. Mariados lib. Venetijs, anno D. 1552. Forte idem qui ſupra Cæſ. Delph.*

* Cæſaris *de Vrſillis* I.V.D. *Neapolitani aureæ iurium additiones, annotationes & quædam aduertentiæ, cum quibuſdam nouis deriſionibus caſibusq; in facto contingentibus ad deciſiones ſacri conſilij Matthæi de afflictis. 4. Venetijs 1576.*

Cæſarius *epiſcopus Arelatenſis, ſcripſit de gratia & libero arbitrio lib. 1. Sermonum ad monachos lib. 1. Decretum trium conciliorum Arelatenſium, lib. 3. Sermones eius 22. ad monachos Lirinẽſes quorum abbas fuit, manuſcripti extant apud M. Dreſſerum. Eiuſdem Homiliæ 40. à Gilberto Cognato in lucem reuocatæ & editæ ſunt anno D. 1558. Baſileæ apud Henricum Petrum. Floruit anno Domini 670. *Cæſarij admonitiones de pernicioſa familia, in 4. manuſcript. bib. Imp.*

Cæſarij *cuiuſdam ſententiæ quædam citantur in libello de Officio rectoris eccleſiæ, Coloniæ impreſſo, anno 1531.*

Cæſarius *monachus in Heiſterbach, ordinis Ciſtertienſis, Germanus, ſcripſit Opus prolixum de miraculis & viſionibus diuerſis ſuo tempore factis in Germania, Dialogorum de varijs lib. 12. *In his dialogis omnia ſunt plena fabularum, vt patet ex Meſfrethi hortulo Reginæ. In Euangelijs dominicalibus lib. 2. In Euangelijs de ſanctis lib. 1. Sermones ad nouitios lib. 1.*

Cæſarius *Gregorij Theologi frater, ſcripſit varia, & contra Græcos. Suidas. Quæſtiones 200. Theologicæ & Phyſicæ, Græce manuſcriptæ. Eiuſdem Dialogi ſunt impreſſi cum operibus Nazianzeni Ioanne Leuenclaio interprete. Baſileæ, anno 1571. in folio.*

Cæſellius *Vindex grammaticus, ſcripſit libros ſecundum ordinem literarum, è quibus B. & L. citantur à Chariſio.*

Cæſij *Baſſi cuiuſdam liber inuentus, anno D. 1494. in cœnobio quodam Bobij Italiæ oppidi, vt in Geographia ſua teſtatur Raphael Volaterranus.*

Caietanus *Vicentinus, Patauinus canonicus, ſcripſit in librum Phyſicorum lib. 8. in libros de Anima lib. 3. in lib. De cœlo & mundo lib. 4. in Meteora lib. 4. & alia complura. Floruit anno 1430. Eſt & alius Thomas de Vio, Caietanus: cuius eſſe puto commentarios in Biblia.*

Caius I. C. *vide T. Caius.* C. *litera maiuſcula Caium deſignat.*



Caius *quidam ſcriptor eccleſiaſticus, qui ſub Antonino Seueri filio floruit, ſcripſit contra Proclum Montani ſtudioſum dialogos aliquot, in quibus audaciam nouamq; prophetiam copioſe redarguit. Meminerunt eius Euſebius & Nicephorus in Eccleſiaſticis hiſtorijs.*

C. Acilij *hiſtorias Italicas, ſiue Romanas, citat Plutarchus in vita Romuli.*

C. Ælianus *citatur apud Plinium, ex cuius ſcriptis multa in librum 8. Naturalis hiſtoriæ tranſtulit.*

Caius *Ælius Stilo citatur à Varrone, & nominatim eius interpretatio carminum Saliorum, libro ſexto de lingua Latina. Idem ſæpe quoque à Feſto citatur, & in indice ſcriptorum L. Ælius nominatur.*

C. Aſinij *Pollionis epiſtolæ 3. ad Ciceronem, extant libro 10. Familiarium. Vide Suidam in* Ἀσίνιος Πωλίων, *&c. Idem de alio eiuſdem nominis, in Pollione,* Πωλίων, *ſic ſcribit: Aſinius Pollio, Trallianus genere, ſcripſit bellum ciuile Cæſaris & Pompeij, &c. Vide in A. litera.*

C. Baſſus *ſcripſit librum de Dijs, & alium de verborum ſignificatiõe: teſte Macrobio. A. Gellius citat C. Baſſum libro 3. De origine vocabulorum: & eundem in Commentarijs ſuis.*

C. Cæſar *Caligula rhetoricam Latine ſcripſit, teſte Suida.*

C. Caſſij *Proconſulis epiſtolæ 2. ad Ciceronem, libro 12. familiarium habentur: & vna lib. 15. Vide in M. Bruto.*

C. Clodius *Ceruianus Prouincialis, Elionoræ Galliarum Reginæ medicus, ſcripſit Commentarium de Peſte, Encomium Aſtronomiæ & Geographiæ.*

C. Cotta *orator, pro Cn. Veturio, adducitur à Chariſio.*

C. Criſpi *Salluſtij opera & fragmenta quæ extant, excudit Aldus Venetijs, Gymnicus Coloniæ, Morhardus Argentorati, Cratander Baſileæ. Et Nicolaus Wolrab Lipſiæ, cum caſtigationibus locupletiſſimis Ioannis Riuij, anno Domini 1539. Eadem opera Louanij edita ſunt emendata, opera Cypriani à Popma, anno 1572. in duodecimo. Et apud Henricum Petri Baſileæ, anno 1564. cum doctiſſimis commentarijs, caſtigationibus, ſcholijs B. Zanchi. H. Glareani. Iac. Bononienſis. Ioan. Chryſoſt. Soldi. Ioan. Riuij. Aſcenſij. Lauren. Vallæ. Omniboni Leoniceni. Vinc. Caſtilionei. Edita etiam ſunt Saluſtij opera, cum fragmentis librorum, qui deſiderantur, Venetijs in officina Aldi, & poſtea Lugduni apud Gryphium emendatiora in 8. & 16. anno 1570.*

* C. Eleodi *Tyrgadæ breuis admonitio de Euchariſtia. 8. Tiguri.*

C. Epidicus *citatur apud Plinium, qui in librũ vigeſimum ſeptimum Naturalis hiſtoriæ multa ex eo tranſtulit. Vbi cap. 25. ſcribit C. Epidij commentarij oſtentis ſcatent.*

C. Eraſmi *Michaelij Læti, De re nautica libri quatuor carmine ſcripti. Baſileæ 1573. Item Col*

Digitized by Google

loquiorum moralium lib.4. Ibidem ex officina Oporiniana.

C.Fannius Marci filius C.Lælij gener, diſciplina Stoicus, ſcripſit hiſtoriam quæ ſæpe ab antiquis adducitur. C.Fannij Conſulis orationem contra Graccum, quidam à Caio Perſio ſcriptã volunt.

C.Florus Poeta, Iaſonis & comitum profectionem in Colchos, & velleris aurei ac Medeæ raptum, heroico carmine deſcripſit.

C.Heluius Cinna ſcripſit epigrammata multa, & poema de Smyrna, quod decem annis elimauit, Seruius.

C.Helius Veſtinus citatur apud Plinium, qui in lib.2. multa ex eo tranſtulit.

C.Ictius citatur apud Plinium, qui ſe ex eius lucubrationibus quædam in librum 36. Naturalis hiſtoriæ tranſtuliſſe fatetur.

Caius Iulius Cæſar Strabo, in Adraſto, citatur à Feſto.

Caij Iulij Cæſaris Commentariorum de bello Gallico lib.7. habentur: octauum enim A.Hircius adiecit. De bello ciuili Pompeiano libri 3. excuſi Venetijs apud Aldum, Baſileæ apud Thomam Wolfium, anno 1521. vnà cum Hircij quoque hiſtorijs, & locorum populorumq́ explicationibus, atque picturis. Poſtea excuſi ſunt ab Heruagio Baſileæ in parua charta, anno 1535. & Lugduni apud Gryphium non ſemel, & rurſum Baſileæ apud Brylingerum. In eundem Commentaria Antonij Schonhouij propediem exitura in lucem ſperamus. Iidem commentarij cum picturis Galliæ, Hiſpaniæ, locorumq́ inſignium, atque explicatione nominum tum veterum, tum recentiorum, varijs lectionibus & annotationibus D.Glareani, excuſi ſunt Venetijs in officina Aldi, anno Domini 1570. Item Antuerpiæ nouis emendationibus illuſtrati: additis eiuſdem librorum, qui deſiderantur, fragmentis, ex Bibliotheca Fuluij Vrſini. Plantinus in 8. Et Aldus anno 1571. Expectantur etiam duæ nouæ editiones, vna cum cõmentarijs Franc. Hotomani: altera Ioan. Mich. Bruti. Cæſar Dictator de analogia, item libris epiſtolarum ad Ciceronem, ad Piſonem, ad Fontonem, citatur à Chariſio. Seruius adducit eius Anticatones, item Ephemeridas. Eiuſdem librorũ Auguralium, Auſpiciorum, De motibus ſyderum, De laudibus Herculis, Oedippi tragœdiæ, meminerũt Suetonius & Macrobius. Idem ſcripſit metaphraſim in Arati Phænomena, De arte grammatica, de Vita ſua libros, teſte Suida. Oratio C.Cæſaris qua Plautiam rogationem ſuaſit, citatur ab A.Gellio.

C.Iulij Higini Poeticum aſtronomicum, Ioannes Soter impreſſit Coloniæ, anno 1534. & Baſileæ Heruagius, anno 1535. & 1548. cum alijs. Item Episcopius, 1570. *Hic Fabularum liber ad omnium poetarum Lectionum mirè neceſſarius nunc denuò excuſus, 8. Pariſiis apud Guil. Iulianum 1580.

C.Iulius Romanus grammaticus ἀφορμῶν, libris, diſertus artis ſcriptor nominatur.

Caius Iulius ſenator, Græce res Romanas ſcripſit circa annum V.C.607. Epitome Liuij lib. quinquageſimo tertio.

C.Iolij Solini Polyhiſtor, ſiue rerum orbis memorabilium collectanea, impreſſa Venetijs apud Aldum, Lugduni apud Gryphium, & Baſileæ cũ Pomponio Mela apud Robertum Winter. Adiectis docti cuiuſdam viri ſcholijs in prima 7. capita. Antuerpiæ item apud Plantinum ex emendatione Martini Dolrij 1572. in 8. Solinum de problematibus rerum, citat author Luminis animæ. C.Iulij Solini Grammatici, Polyhiſtor. Ponticon. Fragmenta extant apud P.Pythoeum.

C.Laurentij Euſtochij ſecretarij Reipub. Venetæ, carmina in mortem Platinæ, in fine operum Platinæ, impreſſa ſunt.

Caius Lælius pro ſe apud populum, citatur à Feſto.

Caius Licinius Imbrex, citatur à Feſto.

Caius Matius 3. lib. edidit, quos inſcripſit nominibus Coci, & Cctarij, & Salgamarij Columella lib.12. de Re ruſtica. Chariſius citat Cn. Matij poetæ Iliados librũ 15. Similiter A.Gellius eius Iliada citat Cn. vocans. Idem citat Cn. Matiũ in Mimiambis. Apud eundem Trimatius 2. Iliadis mendoſe, vt arbitror legitur, pro C. aut Cn. Matius.

Caius Meliſſus, Spoleti natus, Grammaticus inſignis, libellos ineptiarum ſcripſit centum & quinquaginta. Alios etiam diuerſos edidit, & nouum genus tegatorum, inſcripſitq́ trabeatas. Suetonius.

C.Memmius Iulij Cæſaris vitam & geſta deſcripſit.

C.Marij epiſtola ad Ciceronem, legitur libro vndecimo familiarium.

C. Nucillani oratio aduerſus rhetoricen atq́ eloquentiam ad Fr. Floridum Sabinum, impreſſa eſt Baſileæ, anno Domini 1547. cum Gilberti Cognati opuſculis.

C.Oppij & L. Cornelij Balbi communis epiſtola ad Ciceronem, extat lib.9. epiſtolarum ad Atticum. Caius Oppius De vita & rebus Africani citatur à Gellio lib.7. cap.1.

C. Pedonis Albinouani extat Elegia de obitu Mecœnatis, cum luſibus in Priapum, ad calcem operum Vergilij.

C. Piſonis Cenſorij Cõmentariorum libri aliquot à veteribus Grammaticis citantur.

C.Plinius Cæcilius II. Nouocomenſis, Plinij Secundi ex ſorore nepos, ſcripſit libr. epiſt. ſex. Panegyricum Traiano Imp. De viris in re militari & adminiſtranda repub. illuſtribus. Hæc ſimul impreſſa ſunt Venetijs apud Aldum, cum Suetonij lib. De claris Grammaticis & Rhetoribus ac Iulij Obſequentis prodigiorum fragmento, anno 1514. Florentiæ 1515. Baſileæ apud Cratandrum 1521. Lugduni apud Gryphium 1539. Liber autem De viris illuſtribus, ſeorſim impreſſum eſt Argentinæ per Schurerium, anno 1514. & deinde 1517. Item Baſileæ apud Oporinum, cum Annotationibus Conradi Lycoſthenis Rubeaquenſis, anno 1547. Coloniæ deinceps, adiectis aliquot viris illuſtribus, qui ante Brocam & cum Pompeio fuerunt, per Georgium Caſſandrum apud Gymnicum, anno 1549. Rurſum Baſileæ in folio apud Heinricum Petri cum alijs quibuſdam.

Digitized by Google

buſtam. Scripſit autem Plin. alia plura, quæ tamen iniuria temporum perierunt, vtpote Tragœdiam Græcam, De maris Icarij tempeſtatibus elegos, Hendecaſyllaborum lib. Demonſtratiuas orationes, in quibus Demoſt. ſecutus eſt. De Heluidij vltione lib. aliquot. Claruit anno Domini 119. ſub Traiano imperatore.

C. Plinius II. ſcripſit de hiſtoria mundi libros 37. ſæpe quidē varijsq; locis excuſos, diligentiſsime tamen Baſileæ apud Frobenium, cum indice copioſiſsimo. Item apud Paul. Manutium Venetijs, & Lugduni apud Ioan. Frellonium. Scripſit præterea de rebus Germanicis libros, quos Auguſtæ Vindelicorum extare ferunt. Huius epiſt. ad amicos de medicina, legitur ab initio Operis Marcelli De Medicamentis. De re medica ſcripſit lib. 5. excuſos Baſileæ, cum quibuſdam Sorani, Oribaſij, &c. opuſculis. Plin. ſenior ſcripſit lib. 20. De bellis Germanicis, quos citat Tacitus, & Cuſpinianus, qui alicubi eos adhuc latere opinatur. Plinij ſpeculum naturale (aliud ab hiſtoria mundi) citat autor luminis animæ, barbaris vbiq; verbis ac ſententijs inde recitatis, vnde conſtat non eſſe Plinij. * C. Plinij libri de hiſtoria mundi, in Gallicam etiam linguam ſunt tranſlati: & Pariſijs anno 1540. excuſi. Ijdem libri 37. à Sigiſmundo Gelenio diligenter caſtigati, maioriq; fide & ſtudio quàm hactenus vnquam, à vitijs, quibus multiplici olim impreſsione contaminati fuerunt, vindicati. Acceſſerunt ad marginem variæ lectiones ac Notæ ex Fer. Pintiani, Andr. Turnebi, Ioſ. Scaligeri, Iuſti Lipſij & aliorum doctiſsimorum virorum ſcriptis diligenter excerptæ, vnà cum Indice duplici. In folio Geneuæ, anno D. 1582.

Caius Sempronius Gracchus, De lege P. Ennij, & peregrinis, De lege Minucia, De legibus à ſe promulgatis, Cum circum conciliabula iret, In P. Popilium pro roſtris. In P. Popilium & Mathonē. In P. Popiliū poſterior Citatur à Feſto. Sed ab A. Gellio citantur C. Gracchi oratio de Q. Popilio circum conciliabula. Contra legem Aufeiam. Oratio ad populum, cum ex Sardinia redijt.

Caij Sempronij lib. De diuiſione Italiæ & origine vrbis Romæ, impreſſus Venetijs per Bernardinum Venetum, anno 1498. & Baſileæ apud Bebelium, cum Myrſili & aliorum antiquis opuſculis. Et Antuerpiæ cum commentarijs Io. Annij Viterbienſis, anno Domini 1545. Sempronij librum rerum geſtarum citat Gellius.

C. Sollius Sidonius Apollinaris, epiſc. Aruernorum, ſcripſit panegyricum Anthemio Auguſto, lib. 1. panegyricum Iulio Valerio lib. 1. panegyricū ſocero ſuo lib. 1. ad Felicem lib. 1. Epithalamium Ruricio & Hiberiæ lib. 1. epithalamium Polemio lib. 1. euchariſticon ad Fauſtum Regienſem lib. 1. epigrammatum quoq; lib. 1. ad Pontium Leontium Burgi. lib. 1. laudem Narbonenſis vrbis lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 9. & alia multa, quæ Henricus Petrus Baſileæ excudit anno 1542. cum Ioan. Baptiſtæ Pij commentarijs. Eadem emendauit Elias Vinetus, & edidit Lugduni apud Tornæſium. Claruit anno Domini 480.

C. Suetonius Tranquillus ſcripſit 12. Cæſarū vitas, excuſas Lugduni per Paganellum, & Gryphium anno 1539. per Gymnicum Coloniæ, & Argentinæ anno 1520. & Baſileæ per Hen. Petrum anno 1542. Scripſit etiam de Grammaticis & Rhetoribus, libellos, vnà cum Plinij de viris illuſtribus libro, multoties expreſſos. In quos commentarium ſcripſit Achilles Statius. Lutetiæ in 8. apud Frid. Morellum. Item librū de veſtibus, De regibus tres, quos in breuiarium redegiſſe memorant Pontium Paulinum. Librum de viris illuſtribus quem tamē nonnulli Cornelio Nepoti, plerique non abſurde Plinio iuniori aſcribunt. Traditur inſuper ſcripſiſſe lib. De vitijs corporalibus. Item De arte ludicra, nec non De Prætoribus. * C. Suetonij Tranquilli XII. Cæſ. Theodori Pulmani opera emendati. In eoſdem annotationes atq; lectionum varietates ab eodem collectæ. Eiuſdem C. Suetonij de illuſtribus Grammaticis, & claris rethoribus libri II. Cum Achillis Statij emendatione. Egnatij, Eraſmi Roterodami, & Glareani in Suetoniū Annotationes. & Antuerpiæ, apud Plantinum. 1580.

C. Sulpitij Apollinaris periochæ in Terentij fabulas.

C. Syluani De pontificatu Clementis VII. panegyris prima, Eiuſdem in ſtatuam Leonis X. ſylua. Excuſa ſunt Romæ anno Domini 1524.

Caius Titius, citatur à Feſto: & à Macrobio in oratione qua legem Fanniam ſuaſit.

Caij Titi Probi in 10. librum Valerij Maximi memorabilium exemplorum epitome, Baſileæ cum integro opere Valerij apud Hen. Pet. 1540. In veteribus autem exemplaribus Epitome hæc Iulio Paridi adſcribitur.

Caij Trebatij liber 2. De religionibus.

Caij Trebonij equitis Romani, de acute dictis Ciceronis liber. Eiuſdem carmina mucctita in M. Antonium. Epiſtola ad Ciceronem libro 12. familiarium.

Caij Tuditani Commentarius 13. citatur ab A. Gellio. Idem citat Tuditanum in hiſtorijs.

C. Valerius Catullus, poeta præclarus, ſcripſit lib. 3. quorum primus lyricos, ſecundus elegiacos, tertius epigrammata continet, qui vnà cum Antonij Parthenij Laciſij Veronenſis commentarijs impreſſi ſunt Venetijs, per Andream de Pataſcichis, anno Domini 1488. Sine commentarijs Baſileæ apud Henricum Petri anno D. 1520. & alibi.

Caij Valerij Flacci Setini Balbi Argonauticorum libri 8. excuſi apud Aldum Venetijs 1523. cum Ioan. Baptiſtæ Pij appendice ex quarto Argonauticon Apollonij, quæ octauum Valerij librum abſoluit, duoſq; inſuper addit: & cum Orphei Argonauticis, incerto interprete. Argentinæ etiam excuſi ſunt ſed abſque Pij appendice, anno 1525. adiectis ſingulorum librorum argumentis. Item Pariſijs apud Aſcenſium, cum Ægidij Maſerij commentarijs ãno 1519. Argonauticorum lib. 8. à Lud. Carrione emēdati, & ſcholijs illuſtrati, editi ſunt Antuerpiæ à Plantino.

Digitized by Google

C.Valgij *ſcripta citat Plinius, ex quibus ſe in 23.24. & 25. Naturalis hiſtoriæ libros multa tranſcripſiſſe, in authorum Catalogo fatetur.*

Caius *Valgius Rufus citatur à Feſto. Porro à Gellio citatur Valgij Rufi liber ſecundus, de Rebus per epiſtolam quæſitis. Refert autem Plinius C. Valgium de Vſu herbarum ad Auguſtum ſcripſiſſe: lib.25.cap.1.*

Caij *Vellei Paterculi, hiſtoriæ Romanæ ad Marcum Vinitium Conſulem libri duo, impreſſi Baſileæ, Lugduni, Geneuæ apud Heinricum Stephanum, & poſtremo Venetijs, anno 1571. ab Aldo Manutio Pauli F. Aldi N. emendati & ſcholijs illuſtrati. Eiuſdem fragmentum de bello Auguſti Cæſaris cōtra Suenos in Noricis & Vindelicia, extat Viennæ Auſtriæ apud Wolfgangū Lazium: pars vti arbitror libri poſterioris.*

Calid *filius Iſid aut Seid, Chymiſta citatur à Seniore filio Hamuel.*

Calcanei *cuiuſdam Conſilia in iure.*

Calepini *cuiuſdam ſcripta citari inuenio in 2. Inforciati de rebus dubijs, l. ſi is qui ducenta vtrum, vſque ad finem.*

Calentius, *vide Eliſius Calentius.*

Caliaſilas, *vide Nicolaus Cabaſilas.*

Calidis *filij Iazichi Iudæi liber ſecretorum alchymiæ, impreſſus eſt Norimbergæ apud Petreium cum Gebri Arabis libris.*

Caliſius *hiſtoricus citatur apud Plutarchum in vita C. Cæſaris.*

Callius *Athenienſis Lyſimachi filius, Comicus, ſcripſit comœdias, Ægyptios, Atalantam, Cyclopes, Ranas, Vinctos,* χολάζοντας, *teſte Suida.*

Callias *Græcorum & Perſarum fortia facta deſcripſit. Præterea Athenæus citat eiuſdem* γραμματικὴν τραγῳδίαν. *Item eius hiſtoria de Damophilo Siculo belli ſeruilis authore, ex octauo eius hiſtoriarū libro ab Athenæo citatur.*

Callias *Mytilenæus* περὶ τοῦ παρ' Ἀλκαίῳ λεπαστάδος *citatur ab Athenæo.*

Callias *Syracuſanus res geſtas Agathoclis conſcripſit, magnaq́ ab eo munera accepit, accuſatur autem mendacij à Suida, quod multa in laudem Agathoclis confinxerit. Citatur à Feſto.*

Calliceri *diſtichon Græcum in ſecundo libro Florilegij.*

Calliclis *cuiuſdam verſus Græci in crucē Chriſti & S.Georgium, cum Cyri Theodori carminibus leguntur.*

Callicrates ἐμμαχίαν, *fabula vt videtur, ab Athenæo citatur. Callicrates etiam citatur apud Plinium, qui in librum tertium Naturalis hiſtoriæ multa ex eo tranſtulit.*

Callicrates *Tyrius, Aureliani Imperatoris vitam & geſta deſcripſit.*

Callicratidæ *Pythagorij Laconis tria fragmenta non parua, ex libro De familiariū felicitate, ſeruantur in Oeconomico Ioan.Stobæi.*

Callimachus *Batti & Meſatmes filius, Cyrenæus grammaticus, diſcipulus Hermocratis Iaſenſis grammatici. Vxorem habuit Euphratis Syracuſani filiam. Tanta diligentia fuit, atq; induſtria, vt quouis carminum genere poemata ſcriberet, ac ſoluta oratione plurima componeret. Sunt enim libelli eius amplius octingenti. Fuit temperibus Ptolemæi Philadelphi, cui priuſquam commendaretur, literas in viculo Alexandriæ Eleuſine docuit, & vſq; ad Ptolemæum Euergetem ætate proceſſit, qui cēteſimæ vigeſimæſeptimæ Olympiad. anno ſecundo regnum ſuſcepit. Ex eius libris hi ſunt. Iouis aduentus, Semele, Argiuæ vrbis ædificationes. Arcadia, Glaucus, Spes, Satyricæ fabulæ, Tragœdiæ, Comœdiæ, Carmina, Ibis (eſt autem poema de induſtria obſcuratum, inſectationem continens Ibidis inimici cuiuſdam ſui, qui fuit Apollonius Argonauticorum ſcriptor) Muſæum, Tabulæ eorū omnium qui in quauis diſciplina cluruerunt, eorumq́ quæ ſcripſerunt libris centum & viginti. Tabula & deſcriptio ſerie temporum obſeruata, doctorum omnium, qui ab initio fuerunt. Tabula gloſſarum Democriti, & operum. Menſium apud ſingulas gentes & vrbes nomina. De fluminibus Europæ. De Peloponneſi & Italiæ mirabilibus & incredibilibus rebus. De mutatis nominibus piſcium. De ventis. De auibus. De orbis terrarum fluminibus. Miraculorum ſingulis locis orbis terrarum collectanea. Suidas. Carmen eius de coma Berenicis à Catullo tranſlatum habemus. Epigrammata viginti duo ſparſim in Florilegio Planudis leguntur, Hymni Baſileæ impreſſi ſunt, & Pariſijs apud Vaſcoſanum, cum Franciſci Floridi Sabini in hymnum ad Dianam interpretatione verſibus & Scholijs Græcis.* Callimachum Bonauentura Vulcanius, Latino carmine reddidit. Eiuſdemq́ hymnum Latine vertit, excuſus cū Callimacho Heinrici Stephani 1577.*

Callimachus *Cyrenæus, poeta heroicus, ſuperioris ex ſorore nepos, Staſenuris & Megathymæ ſororis Callimachi filius, verſu de Inſulis ſcripſit. Suidas.*

Callimachus *& Mneſtheus medici apud Græcos de coronis priuatim ſcripſere quæ nocerent capiti. Plinius libro trigeſimo primo, capite tertio. Callimachum de Trifolio ſcribens Nicandri interpret in Theriacis citat.*

Callimachus *antiquo nomine Philippus, Geminiano Hetruriæ oppido oriundus, conſcripſit exactiſſimam hiſtoriam de rebus geſtis Ladiſlai Sarmatiæ atq; Pannoniæ regis, qui ad Euxinum Varnenſi acie ab Amurathe ſuperatus interijt. Excuſa autem eſt cum hiſtoria Vngarica Bonfinij. Eiuſdem epiſtolium ad Angelum Politianum, Leopoli ſcriptum, tertio libro epiſtolarum Politiani legitur, eiuſdem Hungarica hiſtoria extare fertur.*

Callinus *ſophiſta Syrius, vel Arabs, ſcripſit ad Lupum de Cacozelia, & rebus geſtis Alexandri, et alia quædam. Suid.*

Callinij *hexaſticha duo in primo libro Anthologij Græci: fortè Callini legēdum. Callinij elegiam verſuū viginti duorū, qua milites ad pugnam hortatur, ponit Stobæus laudans audaciam. Quanquam Ioachimus Camerarius orationi ſuæ de bello Turcico adiunctos Latine reddens, Callimachi legit, nō Callini:*



Digitized by Google

*Callini: nos etiam in exemplaribus Græcis manuſcriptis* Καλλίνου *legimus. Vide Callij.*

Callinicus *Caij filius, Sutorius cognomento, ſophiſtes Syrus aut Arabs, ac potius Petræus, docuit Athenis. Scripſit ad Lupum de affectatione oratoria: Dedicationem ad Galenum: Ad Cleopatram: De Alexandrinis hiſtorijs lib.10. Aduerſus ſectas philoſophorum: De Romanorum renouatione: & alias quaſdam Laudationes atque Orationes. Suidas.*

Calliphanes *multorum poematum atq; orationum initia vſq; ad ternos aut quaternos verſus recitando, variæ doctrinæ famam aucupabatur: vnde prouerbium ortum eſt, Calliphanes Parabrycontis F. De ijs qui eruditionem ſimulant. Suidas. Plinius lib.3. Calliphanis cuiuſdam ſcripta citat.*

Callippus *Corinthiacus, deſcripſit Orchomeniorum hiſtorias, quarum mentionem facit Pauſanias in Bœoticis.*

Ex Callippi *cuiuſdam ſcriptis, multa mutuatus eſt Plinius, in libro vigeſimo octauo, Naturalis hiſtoriæ.*

Callippus *Aſtronomus antiquiſſimus, motum planetarum per orbes concentricos docuit.*

Callippi [illegible] *citatur ab Athenæo.*

Calliſthenes *Olynthius diſcipulus Ariſtotelis & conſobrinus, quem ille Alexandro magno comitem adiunxit, ſcripſit hiſtoriam de Alexandro, quæ Græce ſeruatur in bibliotheca Cardinalis à S. Angelo: item Strozæ.*

Calliſthenes *ſcripſit libros aliquot transformationum, ex quorum ſecundo Plutarchus Midæ regis & Anchuri hiſtorias recitat in Parallelis minoribus cap.9. Scripſit præterea rerum Macedonicarum libros, ex quorum Philippi Luſci hiſtoriam idem Plutarchus eodem libro refert, cap. 15. Item Thraciæ rerum hiſtorias, quas idem mutuatur cap. 58. Calliſthenis liber tertius de Venatione citatur à Plutarcho de fluuijs.*

Calliſthenis *cuiuſdam hiſtoriæ citantur apud Plut. in Camillo, & Phocione.*

Calliſthenis *Sybaritæ verba ex decimo tertio libro deſcriptionis Galliæ, leguntur apud Stobæum, in capite de Morbo. Et in primo capite, hiſtoria quædam ex ſecundo libro Transformationum Calliſthenis.*

Calliſtrati *Græci ſcriptoris deſcriptiones 14. excuſæ Venetijs apud Aldum, anno 1503.*

Ex Calliſtrato *multa ſe tranſtuliſſe in lib.37. Naturalis hiſtoriæ, Plinius fatetur.*

Calliſtratus *vetus* I. C. *ſcripſit de Cognitionibus lib.6. edicti monitorij lib.6. De iure fiſci lib.4. inſtitutionum lib.3. quæſtionum lib.3. Horum fragmenta in Pandectis iuris leguntur.*

Calliſtus *comes expeditionis Iuliani Imperatoris, res eius geſtas Græce heroico verſu cõſcripſit. Citatur à Nicephoro & Eutropio.*

Calliſti *monachi De pulſibus, De antidotis, De emplaſtris, De vnguentis, De oleis: in bibliotheca R. Galliæ, Græce.*

Calliſtius, *vide Calixtus.*

Calliſtius *Nicephorus, vide Niceph.*

Calliſti *Placentini canonici regularis De neceſſitate bonorum operum lib.2. De libero arbitrio lib.2. vbi & contra Lutherum quædam, ex Italico verſi, & excuſi Ingolſtadij, 1542. Eiuſdem enarrationes in Euangelia quadrageſimalia, impreſſæ ſunt Pariſijs, anno D.1554. in 8.*

Calixtus *Papa* II. *natione Burgundus, ſcripſit De miraculis S. Iacobi lib.1. epiſtolarum ad diuerſos lib.1. & decreta, quæ cum cæteris excuſa Coloniæ. Claruit anno D.1120.*

Callij *Argij tetraſtichon extat in 2. libro Florilegij Planudis. Sed forte* Καλλίνου *legendum, vt ſupra, non* Καλλίου.

Callixeni *Rhodij libri de Alexandria citantur ab Athenæo.*

Calmicus *Græcus hiſtoricus Syriorum, Ægyptiorum, atq; Græcorum hiſtorias deſcripſit. Forte Callinicus.*

Calo *Calonymos, Hebræus, tranſtulit Auerrois deſtructiones deſtructionum philoſophiæ Algazelis, item tractatum eiuſdem de Animæ beatitudine, & epiſtolam de intellectu, quæ idem eſt cum dicti libelli parte. Venetijs impreſſerunt Iuntæ, cum Ariſtotelis & Auerrois operibus, anno 1552.*

Calphurnij *Phroneſis comœdia citatur à Fulgentio de vocibus antiquis.*

Calphurnij *hiſtorici meminit Dionyſius Halicarnaſſeus, arbitror tamen ab eo intelligi L. Calphurnium Piſonem.*

Calphurnius *Sura Ephemerides vitæ Galieni ſenioris principis ſcripſit, vt author eſt Pollio.*

Caluanus *doctor antiquiſſimus* I. C.

Calueti *Stellæ, Barchinonenſis, deſcriptio inferioris Germaniæ. Eiuſdem de Aphrodiſio capto commentarius.*

Caluus *Poeta vetus, eius carmina adducunt Seruius, Chariſius & Gellius, qui C. Caluum nominat.*

Caluus *Rhetoricæ profeſſor, qui thematum materias, vt & Titianus ex Vergilio elicuit, & ad dicendi vſum in exemplo controuerſiarum confirmauit, Seruius in 10. Æneidos.*

Calydonius, *& aliquot alij coepiſcopi ſcripſerunt 2. & 12. epiſt. lib.1. epiſtolarum Cypriani.*

Camarioti *Canon carmen Iambicum de Chriſto & eius cruce, Græce manuſcriptum extat in bibliotheca Regis Gallorum.*

Cambra *Formoſa, Belini Britannorum regis nobiliſſima filia, inter cætera compoſuit legum Sycambrorum lib.1. Claruit circa annum à condito mundo 3590. & ante Chriſtum 373.*

Camilli *Cautij ſcholia pro religione, quib. præcipue omnis adorationis ſanctiſ. Euchariſtiæ difficultas explicatur. Venetijs 1559. in 8.*

* Camilli *Gallini Ticineñ. Patricij, ac Iuriſconſulti, & aulæ Imperialis comitis, in Ticinenſique Gymnaſio publici ac ordinarij profeſſoris iuris ciuilis in Veſperis: de Verborum ſignificatione lib.10. in fol. Venetijs, 1582.*

Camillus *Gilinus, Baptiſtæ Fulgoſi opus de di-*

in

*ctis & factis memorabilibus iuuenili adhuc ætate ex Italico Latinum fecit.*

Camilli *Leonardi Piſaurenſis Phyſici ſpeculum lapidum, impreſſum Venetijs. Claruit anno Domini* 1502.

Camilli *Paleoti Bononienſis, Amor. carmen excuſum eſt Baſileæ, in libello variorum poematum in* 8. *Gyraldus refert eum ſcripſiſſe Hymnum in D. Franciſcum, Apotheoſim Vergilianam, Epigrammata, & quædam ſoluta oratione.*

Camilli *Plautij Paezonis* I. C. *Fontanellacenſis Comment. ad Rub. de Verborum obligationibus, Florentiæ apud Iuntas,* 1566. *in* 8. *Eiuſdem Cõmentariorum libri duo de Officio Prætoris. L. Barbarius, & de Offi. eius cui, &c. Florentiæ* 1571. *Si quis ius dic. non ob. l. vnica. Ad l. Gallus. §. quid ſit tantum. L. certi condictio. §. ſi nummos. De legatis primo. De eo quod intereſt.*

Camillus *Quernus, Monopolitanus, Romæ ſub Leone* X. *Papa laurea poetica donatus, archipoetæ cognomen publico conſenſu accepit, coram Leone infinita carmina torrentis in morem decantauit, ſcripſit etiam Alexiados ſupra viginti millia verſuum. Neapoli poſtremo cum paupertie & morbo premeretur, in publica hoſpitali domo, ex indignatione ventrem ſibi, ac intima viſcera forfice perfodit, & ita miſere obijt. Iouius in Elogijs.*

Camillus *Richerius, Ludouici Cælij Rhodigini fratris filius, patrui Antiquarum lectionum opus recognitum, & tertia plus parte locupletatum, nuper in lucem emiſit. Floruit anno* 1540.

Camillus *Renatus apud Rhetos degens, cum alia quædam ſcripſit, tum carmina in Michaelem Seruetum, quibus eius obitum deplorat.*

Camillus *Squarcialupus Plumbinenſis, medicus & phyſicus præclarus, multa Italice & Latine ſcripſit, quæ tamen non publicata ſunt: è quibus hæc mihi nota ſunt. Contra Cacozelos antiquarios Bembum & Ludouicum Caſteluetrum, de Thuſcorum lingua, Italice. Rhetoricæ tabulæ, Latine. Logicæ tabulæ. Contemplationes in prædicabilia, & prædicamenta & alias partes organi Ariſtotelici. De natura, motu, loco, tempore, cælo, anima, ſpiritu, animalibus, foſſilibus, & plantis, abdita, Latine. Dialogus de mente immortali. Problemata decem millia, non diſcuſſa à Platone, Ariſtotele, Alexandro, Galeno, Auerroe, Auicenna, Latine & Italice. In Mercurium Triſmegiſtum, Platonem, Ariſtotelem, Auerroem, Latine. In Milei Theatrum, Latine. Tabula ſeu Theatrum transmutationum naturæ. Ariſtotelis theologia, Latine. Sapientia vel ſenſuum, vel conceptionum radices: vbi nititur author methodice docere rationem addiſcendi, docendi, tractandi qualibet argumenta, Latine. De medicinæ infortunijs, Italice. De podagra, Italice. Bacchanalia Italica. Heracliti nouæ lachrymæ, Italice. Tyranni miſeria, Italice. Medicæ definitiones in morbis & actionibus. Hippocratis noui aphoriſmi. Chirurgia. Antidotorum caſtigationes, vel Galenicæ officinæ reſtauratio. De venenis. Galeni aphoriſmi grauiſſimi per claſſes digeſti. De pharmacis opportunis. Harmonia medica. Conuiuium Galenianum. Præſidiorum vires. Arabum & Barbarorum tutela. De miſſione ſanguinis contra Thadæum Dunum. In Dioſcoridem & Andræam Matthiolum Senenſem. De Hippocrate, Aſclepiade, Archigene, Sorano, Galeno, Aetio, Æginetа, Tralliano, Celſo. Tabulæ ducentæ theoricæ, practicæ, phyſicæ, Chirurgicæ. Omnia hæc Latine. Præſidia contra peſtem, Italice. De connubio, vel de perfecta humanitate. Chriſtiana pietas, Italice. Totius mediterranei menſuræ: hoc eſt, de littore totius maris mediterranei, Italice. Præterea hæc inchoata habet. Tabulas inſtitutionum Ioannis Caluini. Compendium earundem. Tabulas librorum Georgij Agricolæ. De Virtutibus ac vitijs. Hiſtoriarum ſummam. Lucretij, Vergilij, Ouidij, Lucani, Statij locutiones. Nizolij obſeruationum in Ciceronem noua editio, in qua meliori ordine phraſes diſponantur. Hieroglyphica noua. Italica epitheta. Cum hæc ſcriberemus, Baſileæ degebat, è patria Euangelij cauſa exul: ætate adhuc iuuenis.*

Camillus *Thomaius, medicus Rauennas, ſcripſit rationalem methodum atque compendioſam, ad omnes ferè morbos curandos internarũ partium humani corporis, excuſam Pariſijs, anno D.* 1550. *in* 16. *apud Ioannem Foucherium. Item Commentarium de febrium dignotione & curatione. Venetijs impreſſum* 1555.

Camillus *Viſitarius ſuper* 1. *Inforciati, Soluto matrimonio, &c.*

Campanus *Gallus Tranſalpinus, Euclidis elementa Geometrica tranſtulit, & expoſitione illuſtrauit. Heruagius impreſſit Baſileæ, anno Domini* 1537. *Eiuſdem libellus de quadratura circuli, excuſus in appendice Margaritæ philoſophicæ. Nõnulla etiam in Aſtrologia compoſuit. Idem ſcripſit De computo eccleſiaſtico, De compoſitione quandrantis, Calendarium, Sphæram, Theoricas planetarum. Claruit anno Domini* 1030. *Campani de Nouaria Breuiloquium* 12. *ſignorum Zodaici, manuſcriptum apud M. Dreſſerum.*

Campoli *cuiuſdam abbreuiationes in theologia, excuſæ in Italia.*

Canamuſali *de Baldach philoſophi liber de Curandis oculorum paſſionibus, inſuper rerum præparationibus quæ ad oculorum medicinas faciunt, & de medicaminibus ipſorũ rationabiliter terminandis, impreſſus Venetijs* 1499. *cum Chirurgia Guidonis de Cauliaco, & aliorum.*

Candidus *Arianus ſcripſit ad Marium Victorinum Rhetorem, de Generatione diuina librum, excuſum cum eius confutatione Baſileæ apud Ioannẽ Oporinum, vnà cum Ziegleri in Geneſim conceptionibus, anno* 1548.

Candidi *de Genitura hominis liber, olim Romæ impreſſus. An forte Petri Candidi.*

Candidus, *regnantibus Commodo & Seuero, in Hexaemeron pulcherrimos tractatus edidit. Hieronymus & Euſebius.*

Canielei *ſcriptoris Græci, liber antitheticus ad Plotinum*

Digitized by Google

Plotinum de Animæ immortalitate, extat Romæ.

Caij Papæ decreta, cum aliorum decretis impreſſa.

Caninius Rufus bellum Dacicum Græcis verſibis conſcripſit, vt teſtatur Plinius iunior in epiſtola quadam.

Cannius quidam citatur à Feſto.

Cantalitij Epigrammata, & de Parthenope bis recepta liber, excuſus Baſileæ apud Heruagium. Extat etiam Cantalycij Grammatica inſcripta, hoc modo, Summa perutilis in regulas diſtinctas totius artis. Item opus de Claris venatoribus dicatum Maximiliano regi. Vide an idem ſit Hieronymus Cantalupus.

Cantharus comicus Athenienſis, cuius fabulæ memorantur, Medea, Tereus, Symmachiæ, Formicæ, Luſciniæ. Suidas.

Cantor Pariſienſis in Iob, Solomonem, Canonicas & Acta. Eiuſdem verbum Abbreuiatum. Sorbona.

Canutius inter Grammaticos à veteribus connumeratur, qui de Arte ea etiam quædam conſcripſiſſe fertur.

Canutus Danus Anglorum Rex, altitudine animi & modeſtia Chriſtiana inſignis, ex collectis prædeceſſorum regum placitis congeſſit Conſuetudines Angliæ lib. 3. Canuti inſtituta centum lib. 1. Edgardi etiam leges in Oxonienſi parliamento, anno D. 1026. authoritate ſua regia confirmauit ac ſtabiliuit. Deceſſit anno Chriſtianæ ſalutis 1037. & regni ſui 26. Baleus.

Caper Grammaticus, quædam de orthographia & Latinitate ſcripſit: Quæ edita ſunt cum alijs Grammaticis vet.

Capito Lyricus, malim Lycius (Volaterranus Captonem Lycium nominat) ſcripſit Iſauriam libris 8. Metaphraſim epitomes Eutropij, qui Liuij compendium edidit. Et de Lycia Pamphylia. Suidas. Eius Iſaurica citantur à Stephano de Vrbibus.

Capitonis poetæ Amatoria & Hypomnemata citat Athenæus. Videtur autem hic alter eſſe à ſuperiore: is enim Eutropij Metaphraſim edidit, qui ſub Valēte vixit cū Athenæus ſub Marco vixerit.

Capito Rhetor, declamationes compoſuit, Seueri tempore clarus.

* Capphonis modi medendi manuſcripti in bib. Imperatoris.

Caracter Ephemerides & Aureliani bella deſcripſit.

Caradocus Lancaruanenſis ex Cambria oriundus, Britannicorum principum ſucceſſiones, ætates, annos, tempora, geſta, facta & dicta quædam à Caduualladri morte incipiens, ad ſuam vſque ætatem per 460. annos luculento ſermone deſcripſit. Quod opus prænotauit, Britannorum ſucceſſiones lib. 1. Commentarios in Merlinum lib. 1. Vitam Gildæ Albanij lib. 1. De ſitu orbis lib. 1. & alia plura compoſuit. Claruit anno D. 1150. Baleus.

Carbilius vel Claudius citatur à Varrone de lingua Latina.

Carcinus vel Theodectis vel Xenoclis filius, Tragicus Athenienſis, Olympiade 100. floruit ante regnum Philippi Macedonis. Ex eius fabulis ſunt, Achilles, Semele ſiue Arche, Athenæo auctore. Suidas. Legitur etiam apud Suidam Epigramma, quo libri eius ridentur, & tradit à Platone Dodecamachanon appellatum, à 12. machinis, quibus dij aſcenderent aut deſcenderent. Scripſit etiam fabulam Mures, vbi dicit felem noctu ſuſpenſam eſſe. Carcini poemata in prouerbio, pro obſcuris dicuntur.

Carcinus Agrigentinus Tragicus, fabulas edidit 160. vicit vnam. Suidas.

Carmelita quidam Venetus commentarios edidit de ſuæ familiæ rebus geſtis, lib. 1.

Carmelita alius, Germanus, carmine plura ſcripſit, lib. 1.

Carminius Vergilij interpres à Seruio citatur 5. & 6. Æneid. huic curam & doctrinā tribuit Macrobius. In exemplaribus variè deprauatum eſt hoc nomen, modo enim Caprius, modo Carpius, modo Carpinius legitur. Carminij lib. 2. de Italia citatur à Macrobio lib. 5. Saturn.

Carneades Epicomi ſiue Philocomi filius Cyrenæus, nouæ Academiæ author, ſcripſit epiſtolas ad Ariarathem aut Arium Cappadociæ regem: reliqua ipſius conſcripſere diſcipuli, ipſe enim nihil reliquit. Laertius. Eius λόγοι à diſcipulis collecti Galeni tempore extabant, vti is ſcribit in libro de Opt. doc.

Carneades alius à ſuperiore Elegiæ poeta, ſed frigidus & obſcurus. Laertius.

Carneades alius Athenienſis philoſophus Anaxagoræ diſcipulus. Suidas.

Carolus magnus Pipini filius, edidit inter cætera multas & varias additiones legum & iurium omnium nationum, quæ ſub ſuo regno degebant, in multis voluminibus. Item iura Saxonum compoſuit. Item leges Alemannorum. Item leges Francorum. Item multa & varia carmina de geſtis veterum edidit. Inchoauit etiam Grammaticam patrij ſermonis Theutonici, quam alijs occupatus finire non potuit, Trit. de Scriptoribus Germaniæ. Caroli magni libri quatuor de Imaginibus contra Nicenum Concilium ſecundum, impreſſi ſunt Pariſijs, cum præfatione Ioan. Tilij tunc Meldorum epiſcopi, vt multi ferunt. Carolinæ leges, ſiue Capitularia ab Anſegiſo abbate collecta, impreſſa ſunt in libro Germanicarum antiquitatum, apud Henricum Petri cum alijs legibus. Eiuſdem fragmentum de Veteris eccleſiæ ritibus & ceremonijs. Pariſijs in 8. Carolus Magnus, Cæſar, Germanicæ linguæ Grammaticam commentus eſt, menſibusq́; ac ventis nomina noua impoſuit. Caroli Magni homiliæ æſtiuales & hyemales, duabus partibus. * Eius opus contra Synodum, quæ in partibus Græciæ pro imaginibus adorandis, ſtolidè geſta eſt. Anno 1549. in 16. excuſum.

Caroli quarti bulla aurea de Electione Romanorum Regis. Opus impreſſum Coloniæ, cum decretis Pontificum, & Moguntiæ apud Iuonem Schœf-



Digitized by Google

ſer, anno Domini 1548. in folio, char. 16.

Caroli quinti Imperatoris ad duo Clementis ſeptimi Pontificis Romani breuia, reſponſio, qua ab ipſo Pontifice appellat, petitq́ generalis Chriſtianorum omnium Concilij congregationem. Adiunctæ ſunt etiam ipſius Clementis literæ. Item epiſtola Caroli V. ad collegium Cardinalium, qua petit, vt negante ſeu differente Pontifice generalis Concilij indictionem, ipſi indicant. Inſtrumentum præſentationis literarum Cæſaris ad Pontificem & Cardinales, ipſis in vrbe factæ. Pro Carolo V. ad ea, quæ per oratores Clementis ſeptimi Pontificis ac Franciſci regis Francorum, & Venetorum ad generalem pacem componendam nuper propoſita fuerunt, reſponſio. Cratander Baſileæ excudit. Caroli V. Imperatoris declaratio, quomodo in negotijs religionis agendum, quam Interim vocant, & eiuſdem Formula reformationis, excuſa ſunt Moguntiæ apud Ioannem Schœffer.

Carolus V. Gallorum rex cognomento ſapiens, aduerſus ambitionem Paparum erroneasq́, imò hæreticas opiniones fautorum Papæ, componi fecit ab eruditis libellum, ſeu dialogum, cui titulus Somniũ viridarij. Car. Molinæus.

Carolus Antenoreus, Florentinus, laborauit in theſauro, ſeu copiæ cornu Aldi.

Carolus Aretinus, comœdias quaſdam ſcripſit, vnde ſententias aliquot Alber. de Eyb. in Margarita ſua poetica delegit.

Carolus Bouillus Beromandius, Samarobrinus, Quadraturam circuli ſuis geometricis machinamentis contexuit, quam philoſophorum nullus antea ſatis exacte adinuenerat. Librum de nihilo, magna cum omnium admiratione perſcripſit. Item in Geometriam libros ſex introductorios; introductionem in ſcientiam perſpectiuam, quæ eſt in appendice Margaritæ philoſophicæ. Librum de Intellectu diuino, angelico & humano, librum De ſenſu, Artem oppoſitorum, librum De generatione, librum de ſapiente, librum De duodecim numeris, Epiſtolas philoſophicas complures. Librum De differentia & vitijs vulgarium linguarum, & Gallici ſermonis veritate, qui excuſus eſt Pariſijs apud Robertũ Stephanum. Librum De laude Hieruſalem, qui continet interpretationem Pſalmi, Lauda Hieruſalem Dominum, &c. De laude gentium lib. 1. qui eſt interpretatio Pſalmi 117. De concertatione & area peccati lib. 1. qui libri vnà excuſi ſunt Lugduni apud Gryphium, anno 1531. Scripſit etiam librum de Septem vitijs humanis, cui mirabilis pictura ſubijcitur de iiſdem vitijs. Item rerum Geometricarum introductionem lib. 6. excuſos Pariſijs, anno 1503. quibus annectitur eius libellus de Cubicatione ſphæræ, cum cæteris. Caroli Bouilli opera Philoſophica & Mathematica excuſa ab Heinrico Stephano, anno 1510. Sunt autem hæc: De intellectu humano & angelico, De ſenſu ſeu 5. ſenſibus & imaginatione intellectu ſubſeruientibus, De nihilo epiſtola ad Nicolaum Crambuſium theologum, quæ eſt epitome præcedentis libelli de Nihilo. Hecatodia, id eſt, carmen centum diſtichis eliagiacis conſtans. Ars oppoſitorum cum commentarijs. De generatione. Hemiecatodia, de Generatione verſibus hexametris, De ſapiente & inſipiente, De duodecim numeris, Epiſtolæ philoſophicæ ad diuerſos. Mathematicum opus quadripartitum, De numeris perfectis, De mathematicis roſis liber, De mathematicis ſeu geometricis corporibus, De mathematicis ſupplementis. Eiuſdem de Raptu D. Pauli libellus auctus ab ipſo authore. De prophetica viſione liber, venit Pariſijs ſolido Gallico. Eiuſdem dialogi, de Animæ immortalitate vnus, de reſurrectione duo, de mundi excidio vnus, excuſi ſunt Pariſijs apud Reginaldum Calderium, anno 1552. Item Commentarius in primordiale D. Ioan. Euangelium, in 30. propoſitiones diductus. Raymundi Lulli Eremitæ vita. Pariſijs Aſcenſius, anno Domini 1511. * Eius libri ſeptẽ quæſtionum Theologicarum, in fol. Pariſijs 1504. excuſi. Eiuſdem prouerbiorum vulgariũ lib. 3. in octauo, Pariſijs, anno 1531.

Carolus Campanius Conſilia Griffoli à Montepolitiano I.C. excerpſit, congeſſit, & edidit. Florentiæ 1569. in 4.

Carolus Camuſius Dinionenſis I.C. De excuſationibus tutorum.

* Caroli Capellij Veneti epitome conſtitutionum Apoſtolicarum Græcarum in inſula Creta repertarum, eodem interprete, in 4. Pragæ, 1554.

Caroli Chriſtophori Beieri Poſtilla Euageliorum Dominicalium pro idiotis Germanicis rythmis conſcripta & figuris exornata. Francoforti, anno D. 1571. octauo.

Carolus Cluſius Atrebas Dialogos Garciæ ab Horto Proregis Indiæ medici, De aromatum & ſimplicium aliquot medicamentorum apud Indos naſcentium hiſtoria, Latinos fecit & in Epitomen contraxit. Antuerpiæ Plantinus excudit. Idem fecit tabulam Hiſpaniæ, antiquis ac recentibus in ea locorum nominibus inſcriptis, quam ſe editurum promiſit Ortelius. * Eiuſdem aliquot ſtirpium per Hiſpanias obſeruatarum hiſtoria lib. 2. expreſſa, octauo, Antuerpiæ, anno Domini 1576. Eiuſdem notæ in Garciam & deſcriptiones quarundam plantarum exoticarum, octauo, Antuerpiæ, anno 1582.

Carolus Clutinus, Pariſienſis, elegantiſſimè vertit Demoſthenis opera omnia, ſed morte eius intempeſtiua operis editio impedita eſt, extat tamen apud Egidium Frenellium, ſororis eius filium.

Caroli de Eſcluſe, de liquoribus liber Gallicus.

Carolus Ferdinandus, Brugienſis, infans oculis captus, tantum in ſtudijs profecit, vt Pariſijs profeſſus ſit, & cum alia tum verſus multos conſcripſerit. Gyraldus.

Carolus Figulus, ſcripſit Methodum de herbis. Opuſculum Coloniæ excuſum, anno Domini 1540. Ichtyologiam, ſeu Dialogum de piſcibus. Ibidem. Explicat autem circiter viginti piſcium nomina, qui in Moſella flumine capiuntur, & ab Auſonio quoque deſcripti ſunt. Item de Muſtelis. Ibidem.

Caroli Girardi Caſtilionenſis, De iuris voluminibus repurgandis librum, Gryphius impreſſit

Lugduni

Digitized by Google

Lugduni 1535. Eiuſdem Græcarum inſtitutionum libelli vndecim, Pariſijs venduntur ſeptem ſolidis Gallicis.

Carolus de Graſſali Carcaſonenſis I.C. De priuilegijs regum Francorum, ſeu Regalia Franciæ, libri duo. Pariſijs 1545. in 8.

Caroli de Guarnazia I.C. ſuper 2. Inforciati De legatis primo. Item ſuper 2. ff. noui De verborum obligationibus.

Caroli Heidani Germaniæ typus. Antuerpiæ apud Hieronymum Cock.

Caroli Langij Antiquæ lectiones, ex Plauti tribus exemplaribus manuſcriptis, impreſſæ ſunt Baſileæ cum doctorum aliquot virorum in Plautum annotationibus, anno 1569. Et Antuerpiæ apud Plantinum.

* Carolus Malateſtus compilauit volumen, in quo continentur Piſanorum Cardinalis Reſponſiones coleratæ, ad articulos eis per ſecretarium Malateſte de Piſauro, ſuper mutatione loci Piſanorum & vnico generali Concilio in ſolidum celebranda, notabiliter propoſitos, ſiue exhibitos. In folio Ms. bibl. Imp.

Caroli Mennichen formulæ epiſtolarum.

Caroli Molinæi Pariſienſis I.C. in regulas cancellariæ Romanæ commentarius analyticus: Opus vtiliſſimum ijs, qui ſacerdotia appetunt eorumq; Patronis: atq; etiam ijs qui in foro cauſas agunt, excuſum Lugduni apud Antonium Vincentium, anno D. 1552. in 4. Eiuſdem commentarius ad edictum Heinrici II. regis Galliarum, contra paruas Datas & abuſus curiæ Romanæ, & in antiqua edicta & ſenatuſconſulta Franciæ contra Annatarum & id genus abuſus, multas nouas deciſiones iuris & praxes continens: impreſſus eſt Baſileæ, anno D. 1552. quaternionib. 38. apud Iacobum Parcum. Eiuſdem oratio quam habuit in celeberrima Tubingenſi vniuerſitate, De ſacræ theologiæ & legum imperialiũ dignitate, differentia, conuenientia, corruptione & reſtitutione: De poteſtate, officio, & differentia magiſtratus & miniſtri eccleſiæ: impreſſa eſt Tubingæ, anno Domini 1554. quaternionibus quinq;. De antiquitate & iuribus regum Galliæ, liber Gallice etiam ſcriptus. Commentarius in regulas cancellariæ. Annotationes in deciſiones pārlamenti Pariſienſis, per Ioannem Galli collectas. Notæ in conſilia Alexandri. Analytica explicatio, Rubricæ & legis 1. & ff. 2. de verborum obligationibus. Extricatio 16. legum Labyrinthi. Lugduni 1564. in fol. De origine regni & monarchia Francorum, pars prima. Lugduni in quarto. Extricatio labyrinthi de eo quod intereſt, cum noua & analytica explicatione & conciliatione Ilm. omnium eius materiæ, multis iam ſeculis denſiſſimis errorum & perplexitatum tenebris implicatiſſimæ, præcipue L. vnice, c. de ſententia pro eo quod intereſt. Pariſijs Frãc. Regnault 1555. in quarto. Commentarij in conſuetudines Pariſienſes volumina 2. De donatio. factis vel confirmat. in contract. matrimo. De inofficioſis teſtamentis, donationibus & dotibus. Conſiliorum volumen. Collatio quatuor Euangeliſtarum, cum breuibus eiuſdem annotationibus ad finem operis.

Carolus Phernandus, natione Theutonicus, Brugis oppido Flandriæ ortus, ſcripſit in decertationem metricam Ruperti Gaguini, De puriſſima conceptione ſacræ Dei genitricis & virginis Mariæ, Aduerſus Vincentium de Caſtronouo ordinis Prædicatorum, opus elegantiſſimum, Commentariorum lib. 1. Laudes ordinis Carmelitarum lib. 1. Odarum in laudem Chriſti lib. 4. De conceptione cõtra Vincentinum lib. 1. Carmen Iambicum de eadem lib. 1. Orationem de conceptione ad Carthuſienſes lib. 1. De ſancta Catharina orationem lib. 1. Epiſtolarum multarum lib. 2. Carmina fermè innumera lib. 1. Elegias de contemptu mundi lib. 1. & alia multa. Claruit anno D. 1494.

Carolus Ruinus, Regienſis, qui magna nominis celebritate ius Bononiæ docuit, ſcripſit ſuper 1. & 2. Inforciati, & 1. 2. ff. noui. Item conſiliorum volumina 5. impreſſa Venetijs apud Nicolaum Beuilaquã & ſocios 1571. in fol. * Itẽ in 4. iuris ciuilis poſtmeridianos tractatus commentaria, fol. Bonon. 1575.

Carolus Sigonius, Mutinenſis, Bononiæ Latinæ linguæ profeſſor, eloquentiæ & eruditionis ſingularis, plurima ſcripſit, & plura ab eo bonarum literarum ſtudioſi expectant. Sunt autem hi eius libri quos ego norim, hactenus editi. Scholia quibus T. Liuij Patauini hiſtoriæ, & earum Epitome partim emendantur, partim etiam explanantur. In eoſdem libros Chronologia, ipſorum & authorũ verbis confirmata. Impreſſa ſunt hæc cum Liuij hiſtoria ab eo emendata, Venetijs apud Paulum Manutium 1555. & poſtea Baſileæ, ac demum Francofurti, & denuo Venetijs 1572. Scholijs ab authore multis in partib. auctis. Faſti conſulares, ac triumphi acti à Romulo rege vſq; ad Titum Cæſ. In faſtos & triumphos, id eſt, in vniuerſam Romanam hiſtoriam commentarius. De nominibus Romanorum liber. Omnia hæc ſimul impreſſa ſunt Venetijs apud Manutium, poſtea Baſileæ ab Epiſcopio & Geneuæ ab Heinrico Stephano. De antiquo iure ciuium Romanorum lib. 2. Venetijs apud Iordanũ Zilletum 1560. De antiquo iure Italiæ lib. 3. Ad Senatum populumq; Romanũ. Ibidem. De Repub. lib. 4. Bononiæ 1564. in 4. De iure prouinciarum. De Repub. Athenienſiũ. Emendationum lib. 2. in quibus Fr. Robertelli reprehenſionibus reſpondet, & viciſſim multa in eius ſcriptis reprehendit. Venetijs in officina Aldi 1557. De lege curiata magiſtratuum & Imperatorum, ac iure eorum liber. Venetijs apud Iulium Tamburinum, 1569. Ariſtotelis ad Theodecten Rhetoricorum lib. 3. in Latinam linguam tranſlati. Ibidem apud Zilletum octauo. De dialogo liber excuſus Venetijs 1562 in 4. * De Conſulibus, Dictatoribus & Cenſoribus Rom. in fol. Scripſit item hiſtoriarum de Regno Italiæ lib. 15. fol. Venetijs & Francof. De antiquo iure prouinciarum. Et de iudicijs lib. 3. fol. Bononiæ, 1574. Adhæc hiſtoriarum de Occidentali imperio lib. 20. In fol. Bononiæ 1578.

Caroli Smariani, Fontebraldenſis, Paraphraſis in Pſalm. 7. & 33. Lugduni apud Principem, anno 1543.

Carolus *Stephanus libellum De re veſtiaria ex Bayſio excerpſit, & ipſe multa addidit, adiecta & Gallice linguæ interpretatione. Robertus Stephanus excudit Pariſijs, anno 1555. ex eodem Bayſio de vaſculis libellum decerpſit, addita vocum Latinarum interpretatione Gallica, ibidem eodem anno impreſſus. Eiuſdem Caroli De re hortenſi libellus, Gallica herbarum, florum, ac fruticum, qui in hortis conſeri ſolent, nomina Latinis vocibus efferre docens ex probatis autboribus, in puerorum gratiam: excuſus Lugduni apud Gryphium, anno 1536 Seminarium ſiue Plantarium earum arborum, quæ poſt hortos conſeri ſolent, quarum nomina, fructus, item etiam conſerendi vocabula apud authores bene recepta, eo libello declarantur, in puerorum gratiam: Rob. Stephanus Pariſijs impreſſit. Item vinetum, in quo varia vitium, vuarum, vinorum, antiqua, Latina, vulgariaq́ nomina: item ea quæ ad vitium conſitionem, ad culturam ab antiquis rei ruſticæ ſcriptoribus expreſſa ſunt, ac bene recepta vocabula, noſtræ conſuetudini præſertim (inquit author Gallus) commoda, breui ratione continentur, in adoleſcentulorum gratiam, Robertus Stephanus Pariſijs, anno 1537. Eiuſdem de diſſectione partium corporis humani lib. 3. vnà cum figuris & inciſionum declarationibus, à Stephano Riuerio chirurgo compoſitis, excuſi ſunt Pariſijs, anno 1545. apud Cholinæum in magno folio, chartis 53. Eiuſdem de nutrimentis ad Baillium lib. 2. excudit Pariſijs Robertus Stephanus, anno D. 1550. octernio. 11. Item Prædium ruſticum, in quo cuiuſuis ſoli culti vel inculti, plantarum vocabula ac deſcriptiones, earumque conſerendarum atq; excolendarum inſtrumenta deſcribuntur, excuſum eſt anno Domini 1554. * Libri hi de Agricultura, etiam Gallica lingua ſunt editi Pariſijs, 1570. Caroli Stephani Dictionarium hiſtoricum excuſum Lutetiæ 1561. in 4.*

Carolus *Valgulius è Græco tranſtulit ex Plutarcho Nuptialia præcepta, De morali virtute librum, De muſica librum, cui etiam annotationes adiecit. Cratander impreſſit Baſileæ cum cæteris moralibus Plutarchi opuſculis.*

Caroli *Verardi liber de expugnatione regni Granatæ, excuſus Baſileæ apud Hein. Petrũ. Eiuſdem hiſtoria Bætica etiam extat apud Raphaelem Riarium, dialogis aliquot (circiter 10.) conſcripta.*

Caroli *Viuiani annotationes in lectionem Ouidij librorum Metamorphoſis, & de Arte amandi, impreſſæ ſunt Florentiæ.*

Carolus *Vtenbouius multa Græco & Latino carmine ſcripſit, è quibus plura Baſileæ edita ſunt.*

* Caroli *Wittoſtein ſeu à Petra alba, Sereniſſimæ Margarithæ ab Auſtria medici, diſceptatio philoſophica, de Quinta Chymicorum eſſentia. In 8. Baſileæ per Sebaſtianum Hen. Petri, 1583.*

Carpenterius *Toloſanus, in l. Gallus. Fortè Petrus Carpenterius.*

Carphylidæ *octoſtichon in tertio libro Florilegij Planudis, & hexaſtichon in primo, vbi Carpylide ſcribitur.*

Carpus *Antiochenus, Mechanicus, quædam Aſtrologica & Geometrica ſcripſit, quorum meminit Proclus in Cõmentarijs in primum Euclidis.*

Caruaialis *Minoritæ apologia.*

Caryſtij *Pergameni, hiſtorici, Commentarij, de Diſciplinis lib. De Sotade ſyntagma, citantur ab Athenæo.*

Caſimandri *ſcripta allegantur apud Plinium, qui in 1. & 2. Naturalis hiſtoriæ librum, multa ex his mutuatus eſt.*

Caſper, *vide Gaſpar.*

Caſſalij *oratio contra legem agrariam, excuſa eſt Romæ.*

Caſſandra *virgo Veneta, ſcripſit carmina varia ac doctiſſima, teſte Fulgoſo lib. 8. cap. 3. Rerum memorabilium. Caſſandræ Venetæ oratio pro Bertrutio Lamberto canonico Cõcordienſe, liberalium artiũ inſignia ſuſcipiente, habita in Gymnaſio Patauino, impreſſa eſt Mutinæ à Dominico Rococciola, anno D. 1487.*

Caſsianus, *vide Ioan. Caſſianus.*

Caſsiani *Baſſiani liber vetuſtiſſimus manuſcriptus, dicitur apud monachum quendam in Italia latitare, putantq́ eundẽ eſſe qui nunc Conſtantini Cæſaris nomine de agricultura circumfertur.*

Caſsianus *Citatur in Græcis Geoponicis Conſtantini.*

Caſsiani *(qui annales, temporum rationes conſcripſit) lucubrationes citãtur apud Clementem Alexandrinum, & Nicephorum in eccleſiaſtica hiſtoria. Caſſiani primus Exegeticon citatur à Clemente Stromaton lib. 1.*

Caſsibellanus *Helius, Britanniæ princeps, ſcripſit ad Iulium Cæſarem librum, De non ferenda ſeruitute. Claruit anno à cõdito ſeculo 3921. ante Chriſtum verò 42.*

Caſsiodori *de re ruſtica lib. 16. apud S. Michaelem in Gallia ſeruantur, nondum editi: ſunt autem forte M. Aurelij Caſſiodori.*

Caſsij *cuiuſdam meminit Celſus lib. 4. cap. 14 qui inuentor extitit nobilis pharmaci, quod Colicum inſcribitur.*

Caſsius *Felix quidã aliquoties citatur in Pandectis medicis Matthæi Syluatici, manu illius ſcripta adhuc extare alicubi coniÿcimus.*

Caſsij *iatroſophiſtæ problemata medica triginta tria Græce, excuſa Pariſijs 1541. eadem ab Hadriano Iunio conuerſa. Wechelus impreſſit eodem anno. Vide in Geſo.*

Caſsius *Dionyſius, Vticenſis, in Græcam linguam tranſtulit è Punica Magonis Carthaginenſis libros 26. de Agricultura.*

Caſsij *à Macomadibus verba apud Cyprianũ citantur in Sententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.*

Caſsius *Scepticus citatur à Laertio in Zenone.*

Caſsius *in Bruto citatur à Varrone lib. 5. de lingua Latina.*

Caſsius *Hemina ſcripſit annaliũ hiſtoriarumq; ad Mecœnatem & Tyberium libros, teſte Priſciano. Citatur à Nonio de Cenſoribus. A Chariſio, & Plinio qui vetuſtiſſimum authorem nominat.*



Digitized by Google

Caſsij *Parmenſis verſus aliquot de Orpheo edidit Achilles Statius ad finem commentariorum in librum Suetonij de Rhetoribus. Eius epiſtola ad M. Antonium citatur à Plinio lib. 31.*

Caſsij *Seueri lucubrationes à Plinio allegantur, qui ex eis ſe in 35. Nat. hiſtoriæ librum quædam deprompſiſſe fatetur. Seneca etiam meminit Caſsij Seueri rhetoris, qui multas declamationes conſcripſerit.*

Caſsitius *Surrentinus, cognomine Paſciles, qui Romæ ludum Grammaticæ primum aperuit, ſcripſit quædam in Grammatica. Huius vitam habes apud Suetonium & Volaterranum.*

Caſtertonus *Monachus, Nordouicenſis monachus ſcripſit ſuper Apocalypſim Ioannis lib. 1. In aliquot epiſtolas Pauli libros plures, atq; alia edidit multa, quæ in bibliotheca eius cœnobij olim religioſè ſeruabantur. Claruiſſe fertur anno 1382. Ricardo ſecundo regnante. Baleus.*

Caſti *à Sicca verba apud Cyprian. in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.*

Caſtor *Rhodius vel Galata vt quidam tradunt, vt vero alij Maſilienſis, orator, Philoromæus dictus, ducta vxore Deiotari filia, ab eo vna cum coniuge eſt interfectus, quod illum apud Cæſarem criminatus eſſet. Scripſit duobus libris de Babylone. Catalogum eorum qui mari dominati fuerunt: Annalium ignorationes: De Epicheremátis lib. 5. vel 9. De perſuadendo libros 2. De Nilo. Artem dicendi & alia. Suidas. Caſtor citatur à Stephano. Caſtor Rhodius & Comordeus de ſchematis & tropis, Romæ extat in Vaticana. Caſtoris Rhodij & Philoromæi liber de numeris oratorijs, in bibliotheca Ioan. Sambuci.*

Caſtritius, *vide Titus Caſtritius.*

Caſtorionis *Solenſis poema in Pana compoſitum è Clearcho citat Athenæus.*

Caſtus *quidam Chymiæ auctor ab Hortulano citatur.*

Caſuus *ſacerdos ſcripſit de octo partibus orationis, qui liber inuentus eſt in cœnobio quodam Bobij Italiæ oppidi, vt meminit Raph. Volaterranus in Geographia ſua.*

Cataldinus *de Bonis Compagnis, ſcripſit de tranſlatione Concilij Baſilienſis, & de ſyndicatu parag. proficiſci.*

Cataldus *Siculus poeta, ſcripſit de morte Alphonſi principis. De bello Aphrico. Elegiarum lib. 4. & alia. Gyraldus.*

Catelliani *Cottæ* I.C. *Mediolanenſis, memorabilium 2. partes per ordinem litterarum. Venetijs in 4. & Baſileæ excuſæ apud Opor.*

Catharina *Cellia, vxor Matthiæ Cellij concionatoris Argentinæ in ſummo templo, ſcripſit Germanica lingua Apologiam contra epiſtolam maledicam Lud. Rabi concionatoris Vlmenſis. Explicationem Pſalmi 50. Miſerere mei Deus. Explicationem orationis Dominicæ.*

Catharina *Latimera vel Parra, Heinrici octaui Anglorũ regis vxor, omnibus naturæ & gratiæ dotibus abundans: in Anglico ſermone protulit Meditationes Pſalmorum. lib. 1. Lamentationem peccatoris. Migrauit ex hac vita anno Domini 1549. Baleus.*

Catharina *Senenſis, monialis S. Dominici, cauſa fuit epiſtolis ad Gregor.* XI. *ſcriptis & peregrinatione ſumpta, vt ille Romam rediret. Scripta eius ſimul & dicendi prudentia, cum magna theologorum doctrina conferri poſſunt.* * *D. Catherinæ Senenſis virginis ſanctiſsimæ dialogi, in ſex tractatus diſtributi diuinam planè & admirabilem ſapientiam ad ſpiritualis vitæ inſtitutionem complectentes. Adiectæ ſunt ſub finem orationes quædam eiuſdem S. virginis: vna cum ſumma breui & indice ſingulorum capitum 8. Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium. 1583.*

Catonis *Diſticha moralia vbiq; excuſa reperiuntur. Mentio fit in eis Vergilij, Ouidij, Lucani, qui poſt Catonem vtrunq; vixerunt, quare neutrius opuſculum hoc eſſe poteſt. Plutarchus tamen in libello* περὶ ἀδολεσχίας *dictum Catonis citans, Noli mentiri, indicare videtur Catonis eſſe idipſum ſcriptum quum ſane hoc præceptum in eo libello ſit expreſſum. Stobæus etiam aliquas Catonis ſententias allegat, ſed ita vt videantur ab alijs annotatæ non ab ipſo ſcriptæ. Verſus etiam Catonis citantur in epiſtola Vindiciani ad Valent.*

Cato *Saccus, Papienſis* I.C. *ſcripſit in 2. Codicis: diſcipulum habuit Iaſonem Mainum.*

Catonis *Sinopenſis ſcripta de tyrannide Hieronymi Syracuſij citat Athenæus.*

Catoſſus *Tracta, Stoicus, ſcripſit annotationes in Pomponij Gaurici elegias, quæ impreſſæ ſunt Neapoli anno 1523.*

Cauculus *in Herculis encomio citatur ab Athenæo.*

Caudas *aſtrologus ſcripſit libros nouem annulorum: Librum de tribus figuris ſpirituum: Librum de figura Almandal. Guil. Paſtregicus.*

Cebes *Thebanus Socratis auditor, ſcripſit dialogos tres, qui inſcribuntur, Tabula, Septima, Phrynichus. Ex his Tabula noſtra ætate adhuc extat Græce & Latine Ludouico Odaxio interprete: in Italia, Gallia, & Germania excuſa: ſeparatim etiam pictura expreſſa eſt quam verbis deſcripſit Cebes tabulam: præterea eandem commentarijs illuſtrarunt Ioannes Camers & Iuſtus Velſius.*

Cecides Κηκείδης *vetuſtiſsimus dithyramborum poeta, de quo prouerb. Cecidæ & Buphoniorum.*

Cecinna *Quadrigariorum magiſter, & Pompeianæ factionis, tempore belli ciuilis, ſcripſit librũ criminoſiſsimum aduerſus Cæſarem. Librum de procurandis fulguribus, quem Seneca ſe fatetur imitari.*

Cedmonus *Simplex, monachus, ſcripſit cantica ſpiritualia inſtar pſalmorum. De creatione mundi. De humani generis origine. Epilogum totius Geneſeos. Egreſſum Iſraelis de Ægypto. Reditum in terram promiſsionis. In laudem primi conditoris. De verbi incarnatione. De paſsione Chriſti. De eius aſcenſione. De aduentu Spiritus Sancti.*



Digitized by Google

De Apoſtolorum doctrina. De futuro iudico. De terrore gehennæ. De paradiſi delicijs. Condidit præterea per omnes ferè alias Bibliorum hiſtorias poemata doctiſsima. Claruit anno 670.

Ceionius *Iulianus ſcripſit vitam Firmi & Saturnini tyrannorum, teſte Vopiſco.*

Celeſtinus, *vide Cæleſtinus, & Cæleſtinus.*

Celſus *Armachanus, archiepiſcopus, & totius Hiberniæ primas, ſcripſit multa ad Malachiã, & de ſucceſsione eiuſdem. Claruit anno D. 1120.* * *Armachani ſumma cum aliquibus ſermonibus eſt in bibl. Imperat. Viennæ.*

Celſus *Philoſophus contra Chriſtianorum religionem libros aliquot edidit, quibus Origenes octo voluminibus reſpondit, quod opus noſtra ætate conuertit in Latinum ſermonem Prior S. Balbinæ. Volaterranus.* * *Celſus ſcripſit librum cui tit. fecit* κεστοὺς *à varietate rerum inſtar cinguli veneris, Origenes ſtylum ſuum in Celſum diſtrinxit. Hadr. Iunius.*

Celſus *ſcripſit libros ſex De ſectis philoſophorum, vt refert D. Auguſtinus in præfatione libri de hæreſibus ad Quoduultdeum.*

Celſum *ex Virgilij interpretibus vnum fuiſſe conijcimus ex Seruio in 3. Georg. & ex 2. libro Chariſij. Vide ſupra Aruntium Celſum.*

Celſi *Hugonis tractatus in clauſulas & concluſiones vtriuſq; iuris. Venetijs 1570. in 4. cum Vitalis Cambani ſimili tractatu. Additiones in practicam Lanfranchi de Oriano. Coloniæ 1572. Conſilia, impreſſa Lugduni 1570. in folio.*

Celſus *Maphæus, Veronenſis, Canonicus regularis, ſcripſit De interdicto eccleſiaſtico. De præcedentia monachorum, & regularium canonicorum. Quæſtionem, An aliqua reſpublica poſsit conducere Iudæos ad fænerandum ſine peccato: & an Papa valeat concedere quod id fieri poſsit ſine peccato.*

* Celſi *Martinengi Clarij de methodis Commentarius 12. Brixiæ 1571.*

Ceneus κυνικὸς *quidam citatur à Laertio in Speuſippo.*

Cenſorini *libellus de die natali, impreſſus in officina Aldi, 1528. cum Macrobio: & Baſileæ cum P. Conſentio in 4. Lutet. ſeparatim à Badio in fol.*

Ceolfridus *Berenicius, poſt Benedictum ſecundus abbas monaſterij ſanctorũ Petri & Pauli in Anglia, ordinis S. Benedicti, ſcripſit ad regem Pictorum de obſeruatione paſchæ lib. 1. Claruit anno Domini 680.*

Cephalon *Gergithius in Troicis, citatur à Parthenio in Erot. & à Feſto.*

Cephiſodori *poetæ fabulæ Amazones, Trophonius, Sanus, Sus, citantur ab Athenæo.*

Cephiſodotus *contra Ariſtotelem, citatur ab Athenæo.*

Cercidas *Megalopolita ſiue Cretenſis in Meliambis, citatur à Laertio.*

Cercopis *Pythagorei eſſe Deſcenſum ad inferos & Sacram orationem Orphei, ait Epigenes. Clemens Stromaton 1.*

Cerdo *hæreſiarcha, cuius dogmata poſtea renouauit Martion.*

Cerealis *epiſcopus Africanus, ſcripſit aduerſus Arrianos lib. 1. impreſſum Baſileæ apud Heinricum Petrum, cum pluribus alijs contra hæreticos opuſculis. Floruit anno 460.*

Cerealij *hexaſtichon extat in ſecundo libro anthologij Planudis.*

Cereſteus *ſcripſit de agricultura lib. teſte Var.*

Ceſellius *vindex, ſcripſit commentarios rerũ antiquarum, quos ſæpe citat Gellius.*

Ceſennius *ſcripſit Cepurica, id eſt, de robertenſi. Plinius lib. 19. inter Latinos authores.*

Ceſtius *rhetor, Senecæ contemporaneus, declamationes ſcripſiſſe fertur.*

Chael *Iſraeliticus citatur à Ioanne Stoflero.*

Cherea *Athenienſis ſæpenumero citatur apud Plinium, qui ex eius lucubrationibus multa in lib. 10. 12. 15. 17. & 18. Nat. hiſtoriæ ſe tranſcripſiſſe memorat. Scripſit autem aliquid de plantis, circa carduos & ſpinas diligentiſsimus Plinio teſte libro 20. cap. 23.*

*Chæremonis Tragici fabulæ citantur ab Athenæo. Aleuſibœa, vel Alpheſibœa. Bacch⁹. Thyeſtes. Io. Centaurus, vel Hippocentaurus. Oeneus, Vliſſes, Traumatias, ſeu vulneratus. Theophraſtus quoque lib. 5. cap. 10. hiſtoriæ plantarũ citat Chæremonem poetam. Et in Florilegio Græco tetraſtichon Chæremonis legitur lib. 3.*

Chæremon *Ægyptius, Hieroglyphica ſcripſit vt Suidas & Tzezes teſtantur. Hic haud dubie is eſt quem Ioſephus falſa de Iudæis ſcripſiſſe arguit. Strabo lib. 17. refert Chæremonẽ ſecutum eſſe Ælium Gallum ducem, ac profeſſum fuiſſe veterem illam ſacerdotum Ægyptiorum doctrinam, ſed vt ignarum & oſtentatorem deriſui fuiſſe.*

Chærephon *noctua à nocturnis lucubrationibus cognominatus, ſcripſit Tragœdias & res Heraclidarum.*

Chærondæ *Catanæi proœmia legum citantur à Stobæo.*

Chalcidius *Grammaticus, Lexicon ſcripſit, quod obitu ipſius ſuperueniente Iouinianus eius diſcipulus ſibi vendicauit. Volaterranus. Chalcidij luculenta Timæi Platonis traductio, & eiuſdem argutiſsima explanatio, habetur impreſſa Pariſijs apud Aſcenſium, anno 1520.*

Chameleon *Heracleotes citatur ab Athenæo in libris de Æſchylo, de Anacreonte, De voluptate, De comœdia, De ebrietate, De Pindaro, De Sappho, De Simonide, De veteri comœdia, Exhortatoria oratione, Commentario* περὶ λέξεως. *Eiuſdem liber de Dijs citatur à Clemente 1. Stromaton. Liber de Theſpide à Suida in prouerbio* οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον.

Charax *Pergamenus ſacerdos, & philoſophus, de quo in veteri libro tale Epigramma reperi: Sum Charax ſacerdos è venerãdo Pergami cacumine. Vbi olim conflixit cum Achille vrbium vaſtatore Telephus Herculis inclyti filius inclytus. Eſt autem temporibus Auguſti multo recentior, ſecundo enim*

do enim libro meminit vt veteris Auguſti Cæſaris: & in ſeptimo Neronis & eorum qui poſt eum imperarunt. Scripſit hiſtoriarū Græcarum libros 40. Suidas. Charax in libris Chronicorum, octauo & nono, item rerum Græcarum ſecundo, citatur à Stephano de vrbibus.

Chares *Mitylenæus, ſcripſit hiſtoriam rerum Alexandri, & ſæpiſſime allegatur ab Athenæo, & à Plutarcho in vita Alexandri. A Stobæo etiam Chares quidam ter aut quater citatur.*

Chariclis *de agone vrbano liber, citatur ab Athenæo.*

Chariclidis *Halyſin idem allegat.*

Charicleí *Antibiteticus ad Plotinum, Græce extat Romæ in Vaticana, & Cardinalis S. Angeli bibliotheca.*

Chariſius *Sopater, grammaticus vetuſtus, à Georgio Fabricio emendatus, apud Frobenium excuſus Baſil. 1555. vide Flauius Chariſius Soſipater.*

Charitonis *hiſtoria amatoria Græce extat Romæ in Vaticana. Si inſcriptio non eſt falſa & non potius de Charitone narratio ficta eſt.*

Charitonis *cuiuſdam liber de Trochiſcis & pulueribus Græce manuſcriptus in bibliotheca Regis Gallorum.*

Charixena *mulier doctiſſima, ſcripſit diuerſo carminis genere multa, teſtante Ariſtophane in Comico.*

Charixeni *medicamenta ad inflammationes aurium cum exulceratione, leguntur in opere Galeni de compoſitione medicamentorū ſecundū locos.*

Charon *Carthaginenſis hiſtoricus, deſcripſit tyrannos quotquot in Aſia Europaq; fuerant. Illuſtrium virorum vitas libris quatuor. Mulierum item illuſtrium libris totidem.*

Charon *Lampſacenus, F. Pythoclis, floruit Perſicis temporibus Olympiade 75. hiſtoricus. Scripſit Æthiopica, Perſica lib. 2. Græca li. 4. De Lampſaco lib. 2. Libyca. Fines Lampſacenorum lib. 4. Prytanes aut principes Lacedæmoniorum, ſunt autem annales. Origines vrbium lib. 2. Cretenſia lib. 3. Refert etiam leges à Minoe latas, nauigationem extra columnas Herculis. Suidas. Citatur ab Athenæo & Plutarcho.*

Charon *Naucratita, hiſtoricus, ſcripſit ſacerdotes Alexandrinos & Ægyptios, & quid ſub vno quoq; geſtum ſit: reges qui ab antiquis ſcriptoribus in qualibet gente fuerint: & de Naucrate, & alia quædam Ægyptia. Suidas.*

Chartodras *citatur à Theophraſto libro 2. de hiſtoria plantarum cap. 8.*

Chaſparus, *vide Gaſpar.*

Chaſſenei *conſilia in Iure, excuſa.*

Chercinon *Ægyptiacas hiſt. deſcripſiſſe fertur.*

* Chiliani *Friderich, de Ieſu Chriſto Domino & Seruatore noſtro, & Spiritu ſancto. Germanicè. anno 1578.*

Chiliani *Goldſtein I. C. Enchiridion proceſſus iudiciarij, tam ſecundum ius commune, quàm ius canonicum conſcripi, continens non ſolum libellorum, verumetiam exceptionum defenſionumq; approbatas formulas. Francofurti apud hæredes Egenolphi 1568. in octauo.*

Chiliani *Venatorij, Explicatio verborum Pauli 1. Tim. 1. Certus ſermo & indubitatus, &c. addita breui confutatione errorum Nouatianorū, Catharorum & Anabaptiſtarum, circa doctrinam pœnitentiæ. Iſlebij 1570.*

Childebertus *primum Cenomanenſis, deinde Turonenſis epiſcopus, de ſuo exilio verſibus heroicis librum. Item de tædio huius vitæ, Orationem ad ſanctam Trinitatem, verſus de Euchariſtia, Epitaphium Berengarij & quædam alia.*

Chilonis *Lacedæmonij, vnius è numero ſeptem ſapientum, ſententias habemus, cum ab alijs tum à Ioanne Stobæo ſermone tertio deſcriptas. Vitam eius Diogenes Laertius narrat, cum epiſtolio ad Periandrum.*

Chionides *Athenienſis, comicus antiquæ comediæ ſcriptor, qui primus id comœdiæ genus publice fertur egiſſe, & annis octo ante bellum Perſicum fabulas ediſiſſe. Comœdiæ eius ſunt hæ Heros, Mendici, Perſæ ſiue Aſſyrij. Suidas. Eius Mendicos allegat Athenæus.*

Chionis *Platonici, qui Xenophontis tempore vixit, epiſtolæ Græce excuſæ Venetijs apud Aldū cum diuerſis aliorum epiſtolis.*

Chirius *vel Curius Fortunatianus, Maximi, Balbini & Pupieni Imperatorum vitas conſcripſit. * Eiuſdem computus. Item Dialectica, in bibl. Imperat.*

Chœrillus *Athenienſis, tragicus, ſexageſima quarta Olympiade in certamen deſcendit, & fabulas edidit centum quinquaginta, vicit tredecim. Hic ſecundum quoſdam laruas & ſcenam inchoauit. Suidas.*

Chœrilus *Samius, quidam Iaſenſem alij Halycarnaſſenſem tradunt, qui fuerit temporibus Panyaſidis & Perſicis Olympiade ſeptuageſima quinta. Adoleſcentem Samij cuiuſdam fuiſſe ſeruum, hominem formoſiſſimum, Samoq; profugum Herodoto hiſtorico aſſidentem: cui & in delicijs fuiſſe tradunt. Sed poeticam amplexum eſſe, & obijſſe in Macedonia apud Archelaum regem. Scripſit hæc: Athenienſium victoriam contra Xerxem, pro cuius poematis ſingulis verſibus, accepiſſe aureum ſtaterem fertur: decreto facto, vt cum Homeri verſibus recitarentur. Lamiaca & alia quædam poemata illius extant. Suidas.*

Chœrilus *fertur ſcripſiſſe res geſtas Lyſandri Lacedæmonij, cuius in expeditione comes fuit: Oportet autem hunc alium eſſe à priore, vti temporū ratio oſtendit.*

Chœrili *Epopœi verſus quoſdam citat Athenæus libro 1. & Stobæus ex fabula eius Perſeide: & Ioſephus libro primo contra Appionem.*

Chœroboſci *Grammatici Græci quædam excuſa ſunt cum appendice Lexici Græcolatini: videlicet in quibus dictionibus ν addatur, vel abijciatur: &, quod non omnium verborum canones exactè inueſtigari poſſint.*

Digitized by Google

Choniates, *vide Nicetas.*

Choricij *Sophiſtæ encomium* [Greek illegible], *in ſummũ Imperatorem* [Greek illegible]. *Græce extant Romæ in Vaticana bibliotheca. Alibi citantur eiuſdem Meletæ 3. opus, vt arbitror, nihil diuerſum à ſuperioribus.*

Chounradus, *vide Conradus.*

Chreſtodori *de caſtichon lib. 3. Flor. Graci: alias per* ι *inuenio primam ſyllabam. Chriſtodori poetæ Thebani Copitæ Ecphraſis imaginum, quæ in publico Gymnaſio Zeuxippi cognominato habentur. Item Epigrammata aurigarũ in Hippodromo Conſtantinopolit. Ex iſtis conſtat tota ſectio 5. Florilegij. Vide Suidam.*

* Chriſtiani *Agricolæ Gerekenrot, diſputatio de matrimonio ſeptimo eccleſiæ Catholicæ ſacramento. In 4. Moguntiæ, 1582.*

* Chriſtiani *Berchtold, Brandenburgenſis, breuis & ſummaria deſcriptio omnium Imperatorum Romanorum & Pontificum. Germanice. 8. Görlitz 1580.*

* Chriſtianus *Cilicius, Cimber Dithmarſicum bellum deſcripſit, in fol. Francoforti hæredes Wecheli excudeb. anno 1583.*

Chriſtianus *Friderici Imperatoris primi archicancellarius, & archiepiſcopus Moguntinus, natione Theutonicus, ſcripſit Friderici Imperatoris primi geſta & vitam lib. 1. Epiſtolarum diuerſarum lib. 1. Orationes quædam & alia. Floruit anno Domini 1170.*

Chriſtianus, *qui & Druthmarus, monachus, preſbyter Corbeienſis, ordinis Benedicti Caſſinenſis, natione Aquitanicus, præclarum & grande opus ſcripſit ad monachos Stapulenſis & Malmondarienſis cœnobiorum. In Euangelium Matthæi lib. 1. Eius expoſitionem in Euangelium Matthæi inuentam Wormaciæ Vangionum per Meinradum Moltherum, Haganoæ impreſſit Ioan. Secerius, anno D. 1530. octern. 43. Author vixit circa annum D. 800. & trium linguarum, vt ex interpretatione apparet, peritus fuit.*

* Chriſtianus *Egenolphus, Illuſtres veterum Græcæ comœdiæ ſcripturarum ſententias, prius ab Henrico Stephano editas, & ab eodem Latine conuerſas, nunc duplici interpretatione metrica ſingulas auxit, & in ſtudioſorum gratiam in Enchiridiũ collegit. 8. Francof.*

Chriſtiani *Emporij, paſſio Chriſti carmine heroico, cum ſuccincta quadam expoſitione. Coloniæ in octauo.*

* Chriſtianus *Entfelder, de Vera beatitudine, Germanice. In 8.*

* Chriſtianus *Francken Gardelebieñ. colloquiũ Ieſuiticum, toti orbi Chriſtiano, ad recte cognoſcendam Ieſuitarum religionem vtiliſſimum. 8. Baſileæ ex officina Petri Pernæ, anno 1580. Eiuſdem nomine edita epiſtola, in qua deplorat ſuum à Societate Ieſu & Eccleſia diſceſſum, eiusq; fidem à ſe temere oppugnatam. 4. Wirtzburgi, 1583.*

Chriſtianus *Herlinus, Argentinenſis, Athenæi Dipnoſophiſtarum libros ab Aldo Græce impreſſos: Iacobi Bedroti communi opera vſus caſtigauit, indicibusq; & annotationibus illuſtrauit.*

Chriſtiani *Heſſiandri refutatio dogmatis de fictitia carnis Chriſti omnipræſentia, & reali idiomatum in ipſis naturis communicatione. Cum Theodori Bezæ præfatione. Geneuæ apud Ioannem Criſpinum 1571. in quarto.* * *Eiuſdem De communicatione & viuifica virtute carnis Chriſti, perpetua Cyrilli, adeoq; Epheſini Concilij ſententia explicata & reſtituta. 8. Heidelbergæ. 1574.*

Chriſtianus *Hipparius Poſtillã Iacobi Schöpperi Germanicam fecit. Coloniæ 1573.*

Chriſtiani *Hollandi Cantiones variæ, quatuor, quinq;, ſex, ſeptem etiam atq; octo vocum ad varia inſtrumenta aptæ, excuſæ ſunt Monaci 1570.*

Chriſtiani *Hoſpiniani epiſtola ad Ioan. Hoſpinianum fratrem, impreſſa eſt Baſileæ.*

Chriſtianus *Kemmerus M. Maruli libros de religioſe viuendi inſtitutione in Germanicam linguam tranſtulit. Coloniæ 1568.* * *Idem Alcuini librum de virtutibus & vitijs Chriſtiano homini vel amplectendis vel vitandis in Germanicam linguam tranſtulit. 8. Moguntiæ 1577.*

* Chriſtiani *Lauteri inſtitutio vera aduerſus Interim & pontificium canonem miſſæ. Germanice in 4.*

Chriſtiani *Lotichij Heſſi Epitalamium Lodonico Vngermanno Gelhuſenſi, & Eſther filiæ Gaſparis Zeuneri, præpoſiti eccleſiarum Fribergi Miſniæ, charta 1. Eiuſdem epicedion ſcriptum reuerendo viro D. Martino Bucero, charta vna & dimidia. Eiuſdem epiſtolæ elegiacæ Dauidis ad Saulem, & Saulis ad Dauidem. Omnia hæc ſunt impreſſa Wittenbergæ, anno D. 1551.*

Chriſtianus *Maſſæus, Hieronymita, Cameracenſis, natione Flander, ſcripſit Grammaticam complexus regulas generales carmine, vt Ioannes Deſpaterius, cuius æmulus erat. Idem ſcripſit de titulis Pſalmorum & eorum auctoribus tractatum. Epiſtolas ad diuerſos. Item Chronicorum multiplicis hiſtoriæ vtriusq; Teſtamenti lib. 20. Calendarium quadruplex lib. 1. Contra Iacobum Merlinum lib. 1. Dialogos quoq; & alia. Claruit anno D. 1540.*

Chriſtianus *Molitoris ex Clagenfurt, ſcripſit in aſtrologia opuſcula quædam, quæ apud doctos magno in precio habentur. Prognoſticis ſuis magnam ſibi gloriam præ cæteris ſuæ ætatis aſtrologis comparauit. Obijt anno D. 1495.*

Chriſtiani *Pierij Maximilianis maior, Maximiliano multipotenti mancipata. Tubingæ anno 1570. quarto. Eiuſdem Symbolorum philoſophicorum lib. 4.* * *Eiuſdem carmen cothurnatum, cataſtrophicumq; crudeles Chriſti, cunctorum credentiũ ſeruatoris, cruciatus cædemq; cruentam, contumelioſamq; continens. 8. Francof. apud hæredes Egenolphi 1576. Idem poema Thaumaſticon ſiue paradoxon, ſingulari induſtria & propemodum impoſſibili ſtudio elaborauit atq; conſcripſit. In 8. Francof. apud hæredes Egenolphi 1583.*

Chriſtianus *Shrot, Sonſbekenſis, Gelriam cũ Cliuia, vicinasq; regiones deſcripſit. Antuerpiæ apud*

Digitized by Google

apud Bernardum Puteanum. Eandem tabulam idem recognouit, ediq; curauit per Hieronymũ Cock Antuerpiæ. Deſcripſit quoq; vniuerſam Germaniam, quam idem Cock prælo excudit.

Chriſtianus Soter, Limothomæus, Galeni librum de dignotione & curatione affectuum in renibus Latinum reddidit.

Chriſtiani Vurſtiſij, mathematum profeſſoris in celebri Baſilienſium Academia, quæſtiones nouæ ſuper Peurbachij Theoricas Planetarum. Baſileæ Heinricus Petri in 4.* Eiuſdem epitome hiſtoriæ Baſilienſis, Vrbis primordia, antiquitates, res memorandas, clarorum ciuium monumenta, cæteraq; his ſimilia complectens. Cui acceſſit Æneæ Syluij Baſilea. 8. Baſileæ per Sebaſt. Heinric. Petri anno 1577. Elementa arithmeticæ logicis legibus deducta. 8. Baſileæ 1579.

* Chriſtiniani Gheuerdes de Hamburg libellus collectus ab eo. Moguntiæ. 1508. in 8. manuſcriptus Bibl. Imperat.

Chriſtiernus Morſianus, Danus, medicus, Arithmeticã ſcripſit, excuſam Baſileæ apud Hein. Petrum, anno 1536. & anno 1553. cum Iacobi Fabri epitome in arithmeticam Boetij. Audio eundẽ etiam aliqua de plantis ſcripſiſſe, quæ tamen an vulgata ſint neſcio.

Chriſtinus de Piſis, Italus natione, inter alia compoſuit de re militari lib. 1.

Chriſtodorus, vide Chreſtodorus.

Chriſtoduli monachi contra Iudæos ſermones 9. Græci, extãt Romæ in Palatina bibliotheca.

* Chriſtophorus de capite Fontium ordinis minorum generalis magiſter, ſcripſit aſſertionem Catholicam de libero arbitrio & meritis bonorum operum. 8. Antuerpiæ apud Plantinum 1575.* Eiuſdem defenſio fidei maiorum noſtrorum, qua noſtri ſeculi hæreticorum aſtus deteguntur. Antuerpiæ Chriſt. Plantinus 1575.

Chriſtophori ducis Wirtenbergenſis, confeſſio religionis quam exhibuit concilio Tridentino, 1552. excuſa eſt Tubingæ in 8. Latine & Germanice, ac Italice etiã Petro Paulo Vergerio interprete.

* Chriſtophori cuiuſdam epiſtolæ ad Cardinalem Lotharingiæ.

Chriſtophorus Albericus, Papienſis, I. C. De verborum ſignificatione. Idem in L. Certi condictio parag. ſi nummos.

Chriſtophori Aulæi Epicedion in mortẽ Annæ Rom. Vngariæ & Bohemiæ reginæ, Philippus Vlhardus Auguſtæ excudit in quarto, anno Domini 1549. Eiuſdem libros luctuum & epigrammata, excudit Egenolphus Francofurti. Item carmen contra regem Gallorum. Libri Epitaphiorum Erdfurdiæ impreſſi.

Chriſtophori Auſpicis Proceſſus Conſiſtorij Imperialis deſcriptio, Germanice edita.

Chriſtophori Balliſtæ, Pariſienſis, de re medica libri 5. excuſi. Concertatio in podagram verſibus elegiacis, ad D. Philippum de Platea Sedunenſem epiſcopum: impreſſa Tiguri.

Chriſtophorus de Barzizijs, vel de Honeſtis, ſcripſit de cognitione & cura febriũ. Liber excuſus Baſileæ apud Heinricum Petrum. Eiuſdem introductorium, ſiue Ianua ad omne opus practicum medicinæ, excuſum Auguſtæ Vindelicorum, apud Sigiſ. Grym. anno 1518. Fecit etiam expoſitionem in Antidotarium Meſue. Inuenio etiam Chriſtophori de Bergomo introductorium medicinæ, & declarationes de febribus humidis. Arbitror autem eundem authorem eſſe.

Chriſtophorus Beijer 7. lib. de nuptijs Wirtenbergicis Nicodemi Friſchlini in rithmos germanicos tranſtulit. 4. Tubingæ. 1576.

* Chriſtophori Bogner Oetingen. Bauari diſputatio de ſacramento ordinis dicto 4. Tubingæ anno 1574.

* Chriſtophorus Gerenbergius, Oſnaburgenſis, Secretarius & Senator, ſcripſit carmina erudita de morte excellentium vrbis Oſnaburgen. excuſa cum Sibæi Olphenij ſcripto de obitu clarorum virorum apud Oſnaburgenſes.

Chriſtophori Carzizij Expoſitio canõ. Miſſæ.

Chriſtophorus Caſeanus, Trarbachenſis, ſcripſit elegiaco carmine Querelam noſtrorum temporum, impreſſam Baſileæ ab Oporino, anno Domini 1552. Item Panegyricum Græcæ literaturæ, eodem anno ab Heinrico Petri editum.

Chriſtophori de Caſtelliono diſputatio circa alienationem rerum mulieris prohibitam à ſtatuto. Item Conſilium an præſumatur fœnus, quando vendens poſtea capit in emphyteuſin: excuſa. Scripſit etiam ſuper Infortiati l. ſi cum dotem & l. ſi filius hæres. Et ſuper l. ff. noui, de donat. cauſa. mor. l. vbi ita donatur: vulgo tamen inſcribitur Signorolo de Homodeis. Super 2. ff. noui. l. ſciendum, & l. contin. parag. præte. Diſputatio circa alienationem rerum mulieris prohibitam à ſtatuto. Conſiliorum volumen 1. Conſilium an præſumatur fœnus, quando vendens poſtea capit in emphyteuſim, in fine tractatus de Maleficij, Bonifacij.

Chriſtophorus & Vrbanus Cellij, fratres, ediderunt tabulam Europæ Norinbergæ ab ipſis excuſam.

* Chriſtophori Clauij Bambergenſis ex ſocietate Ieſu, in ſphærã Ioannis de ſacro Buſto commentarius 4. Romæ. 1575. Eiuſdem elementorum Euclidis lib. 15. cui acceſſit 16. de ſolidorum regularium comparatione, omnes perſpicuis demonſtrationibus & ſcholijs illuſtrati in octauo Romæ. Anno Domini 1574.

Chriſtophorus Clauſerus Tigurinus, medicus, ſcripſit nonnulla ſermone Latino, ſed nihildum edidit. Ephemerides, ſiue diaria (calendaria vulgus vocat) longo tempore quotannis omnibus probatiſſimas Germanico ſermone compoſuit. Item de vrinæ iudicio dialogum Germanicè, excuſum Tiguri apud Froſchouerum. Vrinæ inſpectionem ſine alijs ſignis inutilem eſſe. Secreta ſecretorum, vel de regimine Dominorum liber nondum editus.

Chriſtophorus Columbus de inſulis in mari Indico nuper inuentis ſcripſit, quæ Alexander de Coſco ex Hiſpanica in Latinam linguam tran-

Digitized by Google

ſtulit, anno D.1493. excuſa. Huius prima luſtratio inſularum in mari Indico, excuſa Baſileæ apud Hein. Petrum, cum Legatione regis Æthiopiæ ad Pont. Clem. VIII.

Chriſtophorus Cornerus ex Fagis, profeſſor Francofordi ad Viadrum, rationem inueniendi medium terminum in ſyllogiſmo categorico ab Ariſtotele traditam, diligenter explicauit, liber eius impreſſus eſt ab Oporino in 8. cum Ariſtotelis tractatu περὶ εὐπορίας προτάσεων. Idem in 1. epiſtolam M.T. Ciceronis ad Q. fratrem proconſulem Aſiæ, de ea prouincia recte adminiſtranda, Ecphraſim rhetorum more conſcripſit, excuſam ab Oporino anno 1553. Enarrationes præterea edidit in orationem Ciceronis pro L. Corn. Balbo, quæ impreſſæ ſunt ab eodẽ, cum diuerſorum authorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs. Præfationes 2. in libros Ciceronis de officijs, Baſileæ 16. Edidit etiam Cantica ſelecta veteris noniq; Teſtamenti, cum hymnis & collectis ſeu orationibus purioribus, quæ in eccleſia recitari ſolent, addita diſpoſitione & familiari expoſitione, Lipſiæ. Pſalmos item Dauidis ſimili diſpoſitione & expoſitione addita. Ibidem. Idem liber Germanice quoque editus eſt. * Idem ſymbolum Athanaſij commentarijs explicauit 8. Francof. ad Oderam 1576. Eodem authore epiſtola D. Pauli ad Galatas ſcripta, eiusq; partium & argumentorum diſpoſitio. 8. Heidelbergæ 1583. Eiuſdem in epiſtolã D. Pauli ad Romanos ſcriptam, commentarius 8. Heidelbergæ 1583.

* Chriſtophori à Coſta Aromatum hiſtoria, opera Caroli Cluſij Atrebatis. 8. Antuerpiæ 1582.

Chriſtophori Cuppeneri Iureconſulti, Conſilia in materia vſurarum. Repetitiones certorum titulorum in fol. Lipſiæ 1508.

Chriſtophori Ehemij Iuriſconſulti, & illuſtrißimi principis electoris Friderici palatini Rheni, conſiliarij, liber de principijs iuris, Baſileæ. Eiuſdem de iuriſprudentia in artem certa methodo redigenda, libri ſeptem. Coloniæ apud Ioanem Birkmannum, anno D.1567.

Chriſtophorus Encelius, Salueldenſis, ſcripſit de re metallica, hoc eſt de origine, varietate, & natura corporum metallicorum, lapidum, gemmarum, atq; aliarum quæ ex fodinis eruuntur rerum ad medicinæ vſum deſeruientium, libros 3. excuſos Francof. apud Egenolphũ in 8. Idem dicitur ſcripſiſſe de piſcibus, & inſectis aquaticis lib. 3. Commentaria in Dioſcoridem.

Chriſtoph. Fabri, Neocomenſis eccleſiæ miniſtri, Catechiſmus Gallic. ſcriptus, impreſſ. Geneuæ.

Chriſtophori Fiſcheri explicatio Germanica Cantici Zachariæ Lucæ 1. Smalcaldiæ 1571. Conſolatoriũ ſcriptum De ferenda cruce, De conſolatione in morte propinquorum, & præparatione ad mortem. Germ. Smalcald. 1569. 8. Conſolatio tempore grandinis, Nuremberg. 1570. Germ. Conciones in Euangelia Dominicalia ab Aduentu vſq; ad Paſcha. Shmalcaldiæ 1570. in folio, Germanice. Explicatio Euangelij Ioan. 10. quod altera dominica poſt Paſcha recitari ſolet. Ibidem. Explicationes Euangeliorum Dominicalium à Paſchate ad Aduentum 1572. Concio de cœna Domini. Henricop. 1572. Explicatio quinq; capitum catechiſmi. Smalcaldiæ 1573. De pia educatione principum. Ibidem. Omnia hæc Germanice edita ſunt. * Admonitio à falſis prophetis Vlſſæ 8. 1575. Eiusdem Chriſtiana inſtitutio de Cœna Domini, Vlſſæ per Michaelem Krðner. Scripſit item formam Examinis, quo non ſolum ordinandi, ſed & paſtores omnes, ducatus Luneburgenſis, in anniuerſarijs viſitationibus examinantur. Vlſſæ per M. Krðner. Harmoniæ Euangeliſtarũ ex quatuor Euangeliſtis concinnatæ & lib. 5. compræhenſæ: pars 1. Germ. fol. Vlſſæ 1575. Inſtitutio trium ordinum, paſtorum, Magiſtratuũ & patrumfamilias, quomodo quiſq; officio ſuo piè fungi debeat. 4. Vlſſæ. Germ. 1576. Spiritualis & probata medicina, ex cœleſti pharmacopolio verbi diuini petita tempore peſtis, &c. 8. Vlſſæ. 1577.

* Chriſtoph. Feinerij Sacellani Regij clipeus defenſorius Eccleſiæ Cathol. in quæſtione ſub vtraq; ſpecie ſacramenti, in 4. Viennæ Auſt. 1550.

* Chriſtoph. Freiſtebij I.C. Imperialiũ inſtitut. epitome, in 8. Viennæ. 1561.

Chriſtophorus Georgius, de Honeſtis, Florentinus, ſcripſit ſuper antidotarium Meſue.

Chriſtophorus Goodman, Oxonienſis olim Academiæ theologus, deinde apud Geneuenſes Anglorum eccleſiæ paſtor Anglice ſcripſit, De recta obedientia principum lib. 1. Claruit anno 1558. Bal.

Chriſtophori Hegendorphini libellus de inſtituenda vita, & corrigendis moribus iuuentutis, excuſus Lugd. apud Gryph. Pariſijs apud Wechelum & Rob. Stephanum, Baſileæ apud Winterum, cum alijs eiuſdem argumenti opuſculis, Rudimenta Grammatices Donati, cum nonnullis nouis preceptiunculis, ab authore locupletata, Pet. Iordan. Moguntiæ 1532. Thomas Wolfius Baſileæ 1537. Dialogi pueriles 12. excuſi Coloniæ apud Cernicornum 1535. & Tiguri apud Froſchouerum 1540. De conſcribendis epiſtolis, Baſileæ apud Winterum. Quæ iuuenibus eloquentiæ cupidis in primis ſcribenda ſint, ex Fabio relata, & exemplis illuſtrata. Item, oratio in artium liberaliũ laudem coram frequenti eruditorum conſeſſu in Neacademia Poſnanienſi habita: impreſſa Haganoæ apud Secerium 1531. Dramata congeſta in Dialecticam Petri Hiſpani, impreſſa Baſileæ apud Cratandrum 1520. Dramata locorum tam Rhetoricorum quàm Dialecticorum, ex varijs authoribus, Argentorati 1534. Græcæ paraphraſeos Nonni poetæ in Euangelium S. Ioannis Traductio in Latinum ſermonem, Item concio Chryſoſtomi de magiſtratibus Latine reddita, Haganoæ apud Secerium 1528. Enarrationes nonæ Euangelij S. Marci, ab ipſo conſcriptæ. His acceſſere conciones 6. D. Chryſoſt. de prouidentia diuina, eodem interprete: impreſſæ ibidẽ 1533. Ariſtot. libelli de longitudine & breuitate vitæ, & de Diuinatione per ſomnum, in Latinum tranſlati ſermonem, ac inſuper ſcholijs illuſtrati: Baſil. apud Weſthem. 1536. quibus etiam adijcitur textus Ariſtot. Græcus. Demoſthenis orationes Philip. 4. & Olyn-

& Olynthiaca ſecunda Latinæ facta, cum argumentis & Oeconomia diſpoſitionis in ſingulas orationes: apud Secerium Haganoæ 1535. Scholia & argumenta in Familiares epiſtolas Ciceronis, cum interpretatione Græcorum: Griphius excudit Lugduni 1536. Annotationes in aliquot Ciceronis orationes, nempe in Verrinas actiones 4. priores, in Philippicas 4. priores. Baſileæ apud Vuint. cum aliorum annotationibus in reliquas Ciceronis orationes. Enarratio nonæ Philippicæ Ciceronis habetur cum eiuſdem epitomæ tyrocinij iuris. Dialectica lægalis, ſiue diſſerendi demonſtradiue ars, ita iuri ciuili accommodata. vt & nihilominus ſit omni ſtudiorum generi vſui futura. Hein. Petrus impreſſit Baſileæ 1535. De compendiaria diſcendi iura ciuilia ratione, cōſilium, Item Exegeſes in Iuſtinianei Codicis titulos, impreſſæ Argentorati, anno 1539. Commentarij in ſex titulos Pandectarum iuris ciuilis, nempe 1. de iuriſdictione omnium iudicum. 2. quod quiſq; iuris in alium, &c. 3. Si quis ius dicenti, &c. 4. De in ius vocando. 5. Si quis in ius vocatus non ierit. 6. In ius voca. vt eant. Adiuncto textu, & indicibus, Vueſthemerus Baſileæ, 1537. Epitome tyrocinij, iuris ciuilis, in titulum libri 3. ff. ſcholia, Oratio de præclaris rebus geſtis Antonini imperatoris, item Baſileæ apud Vueſthemorum 1529. Chriſtoph. Hegendorph. ſcripſit diſpoſitionem in vtranq; epiſt. Petri. Item encomium ebrietatis. * Eiuſdem epiſtola methodica de ratione legendi Euangeliographos. in 4. Eiuſdem antidotum contra peſtilentiam Lipſiæ 1540.

Chriſtophori Herdeſſiani, Reſponſorum iuris liber in quarto.

* Chriſtophori Heiligmeieri oratio de admirando & ſalutifero æterni filij Dei in terris ortu 8. Lipſiæ 1583.

* Chriſtophori Hermanni D. Eſſlingenſis eccleſiæ paſtoris, concio germanica, de baptiſmo infantū, contra anabaptiſtas in 4. Tubingæ per Alexandrum Hock. 1583.

Chriſtophorus Heyl, Vuiſbadenſis medicus, ſcripſit artificialem medicationem, quæ conſtat paraphraſi in Galeni lib. de artis medicæ conſtitutione, excuſam Moguntiæ 1534. cum Bertrutio de morbis noſcendis, &c. Idem tranſtulit ex Galeno librum de renum affectuum dignotione & medela.

Chriſtophorus Hoffman concionator Ihenenſis, ſcripſit commentaria in epiſtolam Pauli ad Titum, in quibus agitur de vniuerſa doctrina Chriſtiana, & de corrigendis abuſibus. Petrus Brubachius excudit Francofurti, 1541. De pœnitentia commentariorum lib. 3. excuſos Hale Sueuorum apud eundem Brubachium, anno 1540. * Eiuſdem inſtitutio religionis Chriſtianæ, & de Antichriſti regno, germanice, in 8. Francoforti anno 1545. excuſſa. Eiuſdem comment. in epiſtolam Pauli ad Philipp. Petrus Brubachius, 1541. in 8. comment. in epiſt. D. Pauli ad Theſſ. Francoforti, 1545. in 8.

Chriſtophori de Honeſtis Commentaria ſuper Prognoſtica, manuſcripta extant apud D. Adolphū Occonem. Vide Chriſtoph. de Barzizijs.

* Chriſtophori Iordani de Epiſcopis & Archiepiſcopis, Archiepiſcopatus Salzburgenſis, deq; eorum rebus geſtis in fol.

Chriſtophori Imleri Hadamarij, annotationes in epiſtolas Ioannis, Iudæ & Iacobi, impreſſæ ſunt Francoforti in 8. anno D. 1542. Eiuſdem commentarius in librum Ieſu filij Sirach ibidem impreſſus eſt anno D. 1544. Eiuſdem commentaria in 2. epiſtolas Petri edita ſunt.

Chriſtophori Irenæi Admonitio non eſſe reticiendam ἀμωνίαν & ſilentium errorum & corruptelæ in doctrina ſacra Ienæ Germanice. Eiuſdem Adam & Eua, de eorum origine, dignitate, matrimonio, lapſu & reparatione. Mulhuſij Germanice. Speculum vitæ æternæ, hoc eſt explicatio articuli ſymboli Apoſtolici, Credo vitam æternam. 1572. Germ. Eiuſdem & ſociorum eius Vuolphij, Schneideri, Franci, confeſſio de peccato Originis an ſit Subſtantia vel accidens, exhibita Conſiſtorio Ienæ, 1572. quarto, Germ. Quod ſit diſcrimen operum Dei & diaboli in homine. Demonſtratio ex ſcripturis ſumpta, qua oſtenditur homines etiam poſt lapſum Dei creaturas eſſe, 1572. * Concio nuptialis de ſponſo Chriſto, & ſponſa Eccleſia Chriſtiana: Germ. 4. De iubileo Iudeorū, Chriſtianorum, & papiſtarum, Vbi indicatur à quo, quo tempore, quare, & ad quid, aut in quem finem inſtitutus quilibet, 4. Francofurti Extat eiuſdē prognoſticon cometæ qui anno Dom. 1577. apparuit, 1578. Speculum inferorum & ſtatus damnatorum Germa. 4. Vrſellis. 1579. Adami patriarchie doctrina & confeſſio de imagine Dei, &c. 8. Vrſell. 1580. Germ. De homine, quis ante lapſum fuerit, & quis nunc extra Chriſtum ſit, teſtimonia illuſtriora prophetarū, Chriſti, apoſtolorum, Lutheri aliorumq; Theologorum, 8. 1575. Eiuſdem Speculum hominis. ſuis coloribus ex Dei verbo depicti: addito ſpeculo conſolatorio, Germ. In 8. Vrſellis 1582.

Chriſtophorus Lafranchinus, de præcellentia doctoris & militis.

Chriſtophorus Landinus, ciuis Florentinus in Italia, ſcripſit in P. Vergilium Maronem commentarios, impreſſos Venetijs cum Seruij comment. anno 1520. item in Q. Horatium comment. Venetijs 1483. Camaldulenſes diſputationes, excuſas Argentorati anno 1508. De vita actiua & contemplatiua, De ſummo bono, & in P. Vergilij Maronis allegorias. De anima dialogos quorum meminit 6. Aeneidos Floruit anno 1494.

* Chriſtophori Larangij poſtillæ in dominicalia germanicæ in 8. Francoforti 1545.

Chriſtophopus Longolius, Pariſienſis, edidit orationem de D Ludouici Franc. regis, & gentis Gallorum laudibus, ad Franciſc. Valeſium Delphinum. Orationem de laudibus Plinij, orationes & epiſtolas propè innumeras, comparationem iuris ciuilis cum re militari, Elegias & Epigrammata varia, Commentaria in ius ciuile, Hiſtoriam herbarum, Commentaria in Plinium: quædem in iure ciuili, dum illud Pictauij publicè profiteretur. Quinque orationes de laudibus vrbis Romæ, & orationes duas quibus eorum accuſationi reſpondet, qui eum Romæ perduellionis reum egere: vnam præte-

n

rea ad Lutheranos orationem, & aliquot epiſtolas ad amicos. Reliqua omnia quæ ſcripſit, ipſe abolenda cenſuit: idq; vt ita fieret, amicis moriens commendauit. Perduellionis rei defenſiones duæ ſunt excuſſæ ab Aldo: Epiſtolarũ lib. 4. excuſsi Baſileæ 1540. cum Petri Bembi, Ia. Sadoleti, Guil. Budæi, Eraſmi, epiſtolarum ad eundem Longolium lib. 1. Adiecta etiam vita Longolij, per quendam eius ſtudioſum conſcripta: & Lugd. apud Gryphium cum 3. eiuſdem Longolij orationibus. Oratio ad Lutheranos damnatos, qua eos ad Romanam eccleſiam reducere conatur, excuſa Colon. apud Gym. 1529.

Chriſtophori Lybij Eplicatio in canonicas epiſtolas D. Ioannis in 8.

* Chriſtophorus Madridius Theologus ſocietatis Ieſu de frequenti vſu Euchriſtiæ Dilingæ 1557. in 8.

* Chriſtophori Mandelij collectanea ex Moſis & propheatarũ ſcriptis, quibus docetur Ieſum Chriſtum æternum Dei verbum eſſe, germanicè in 4. Noribergæ 1536.

Chriſtophori Marcelli, Veneti, orationes de authoritate ſummi Pont. In die commoni omnium ſanctorum. In 4. Seſſ. Concilij Lateranen. commentarius in Pſalmos, alicubi impreſſa ſunt.

Chriſtoph. Marſtalleri concio funebris in obitu nobilis matronæ Annæ à Craylsheim. Nor. 1568.
* Eiuſdem Satan prebendotomos, qui ex intimis terræ penetralibus, hiſce temporibus ſub Euangelij ſpecie prodijt 8. Vrſell. 1575. Germ.

Chriſtoph. Molbuſenſis. Dominicanus, compoſuit Poſtillas in Euangelia lib. 4. In omnes epiſtolas Pauli lib. 14. In epiſtolas Canon. lib. 7. Poſtillas in Apocalypſim li. 1. Sermones de tempore li. 1. Sermones de Sanctis li. 1. In Elenchos Ariſtot. lib. 2. Extãt & alia opuſcula, ſed eorum tituli nunc deſunt. Claruit anno 1350.

* Chriſtophori Mollẽ Auguſtani concio de Aue Maria, & inuocatione diuorum germ. 8. Argentinæ per Chriſtianum Muller. 1575.

* Chriſtoph. Montani Imp. Ferdinãdi Sacellarij Paraphraſtica verſio Pſal. pœnitentialiũ D. Ferd. Imp. dedicata verſu elegiaco ſcripta in 4.

Chriſtohp. Moralis Muſici, Lament. Hieremiæ 4. 5. & 6. Vocũ. Venetijs in 4. Eiuſdẽ Magnificat omnitonum, cum 4. vocib. Venet. in fol. 1564.

Chriſtophorus Mylaeus, Stanæ natus (oppidum ſitum eſt ad eum lacum, qui Lemano & Iuræ monti eſt vicinus) edidit Conſilium de ſcribenda vniuerſitatis rerũ hiſtoria, in quinq; libros diſtinctũ. Primus eſt de natura, ſecundus de prudentia, tertius de principatu, quartus de ſapientia, quintus de literatura. Referri poterunt ad hæc ſumma rerũ genera, ſeruato naturali ordine, quo quidq; aliud alio ſuis ad propoſitũ finem incrementis, prius eſt (Methodum conſtructionis vocant) quæcunq; in omni rerũ natura, in vſu atq; exercitatione vitæ communis, et in doctrinarum ac rerũ geſtarum ſcriptoribus latiſſimè continentur. Liber impreſſus eſt Baſileæ apud Ioan. Oporinum anno 1551. Scripſit etiam de relinquendis ingenij & literarũ monumentis lib. 3. Primus eſt de rerũ inuentione & cognitione, ſecundus de collatione & diſpoſitione, tertius eſt de elocutione. Totidẽ libros de priſca Gallorum lingua, in quibus multa de Druidarum doctrina diſſeruntur, & ex veſtigijs hodiernæ linguæ plurima veterum ſcriptorum teſtimonia comprobantur. Præterea de Hiſtorico lib. 3. quem ſuis incrementis ab ipſa infantia educit, informat, rerum cognitione inſtruit, & ad iuſtam ætatem perducit. Item librum vnum de commendatione literarum, cui inſerta eſt excultæ literis Europæ cum cæteris partibus orbis terrarũ comparatio * De vita Ciceronis, & imitatione Ciceroniana Baſil. ap. Io. Opor. Claruit an. Dom. 1551.

Chriſtophorus Nolbamſenſis, Dominicanus, ſcripſit Poſtillas in Euangelia lib. 4. In omnes epiſtolas Pauli lib. 14. In epiſtolas Canonicas lib. 7. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. & alia.

Chriſtophori Obenhin libellus Germanicus De libero arbitrio et conuerſione hominis 1569. Eiuſdem De eleemoſyna liber, Quid & quotuplex ſit à quibus, cui & quomodo. & ob quas cauſas dari debeat eleemoſyna. Vrſellis 1570. Germ. * Eiuſdem libellus extat, de iureiurando, quid ſit, quibus olim Ceremonijs ſuſceptum, per quem iurandum, et an Chriſtiano iurare liceat. Germ. 8. Vrſell. 1574. Concinnauit item: promptuarium ſacroſanctũ, tam virtutũ, quam vitiorum exempla cõtinens, ex ſacris biblijs & canonicis ſcripturis vtriusq; Teſtamenti. Fol. Vrſellis 1576.

Chriſtophori Oroſcij Caſtigationes interpretũ Aetij medici, item in Aeginetæ interpretes, excuſæ ſunt Baſileæ à Rob. Vuinter 1540. in 4.

Chriſtophorus Palmenſis, ſcripſit Diſticha, excuſa Baſil. apud Rob. Vuinter. Claruit anno 1486.

Chriſtophori Pannonij elegia ad D. Nicolaum Perrenotum à Granuilla, excuſa eſt cum Guil. Paradini de antiquo Burgundiæ ſtatu libello, Baſileæ apud Ioan. Oporinum, anno. 1549.

Chriſtophori Pecelij, Plauenſis Sacræ theologiæ D. Oratio de generatione hominis, in qua recitãtur & miracula præcipua & imagines inſigniores, quæ in opere generationis humanæ lucent ac conſpiciuntur. Vitebergæ 1565. Apologia veræ doctrinæ de definitione Euangelij, oppoſita Traſonicis præſtigijs Ioan. Vuigandi. Vitebergæ 1571. * Idem argumentorum & obiectionum de precipuis articulis doctrinæ Chriſtianæ, cum reſponſionibus, quæ paſſim extant in ſcriptis Reuerendi viri D. Philippi Melanthonis, partes quinq; ſingulari ſtudio & induſtria collegit: additis ſcholijs illuſtrantibus vſum ſingularum reſponſionum. In 8. Neoſtadij Palatinatus apud Matthæum Harniſch anno 1578. 1580. 1582. Et 1583. Locorum item Theologicorum viri clariſſ. D. Victorini Strigelij, partem primã & ſecundam edidit in 4. Neopoli Nemetum anno 1582. & 1583. ibidem paralipomena ſiue tertiam partem locorum Theologicorum eiuſdẽ euulgauit: præterea Pſal. 67. 114. 139. aliquot concionibus illuſtrauit, german. In 8. Neapoli Palatinatus 157[illegible] orationem funebrem habuit in funere ſereniſſ. Elizabethæ

Digitized by Google

bethæ Duciſſæ in Naſſouu. In 4. Vrſell. 1579. Scripſit item anno 1583. aduerſus Fabrum Vbiquitariū. Vir diſertiſſimus quotidie docte aliquid meditatur & ſcribit.

Chriſtophori de Pergamo Introductoriū Medicinæ. Eiuſdem declarationes de febribus humidis. Fortè Chriſtophori de Barzizijs.

Chriſtophori Phrislebij I.C. Paratitla, ſeu ad vtriuſq; iuris titulos annotationes: Eiuſdem erotemata in inſtitutiones Iuſtiniani, excuſa ſunt Frācofurti ad Viadrum, 1551. & Louan. in 12. & Francofurti 1569. Latinogermanice ab Heinrico Knauſt tranſlatæ, 8. Eiuſdem Harmonia Euangeliorum.

Chriſtophorus Porſena, Romanus, ſcripſit epiſtolas ad diuerſos. Vertit Originis contra Celſum lib. 8. item Theophylactum in epiſtolas Pauli: & Agathiæ Smyrnæi de bello Gotthorum & alijs hiſtorijs lib. 5 quos excudit Heruag. Baſileæ 1531.

Chriſtophorus Portus, vel Porcius, ſcripſit in Inſtitutiones iuris, liber excuſus Lugdun 1536. * eius lectura in 8. Lugd. 1542.

* Chriſtophori Preiſij Pannonij hiſtoria de Ciceronis vita, ſtudijs & rebus geſtis.

Chriſtophori Probi Barroducani Hodœporicum carmen dimiſſæ Heidelbergenſis vniuerſitatis, propter peſtem, Vuormatiæ excudit Sebaſtianus Vuagner, anno D. 1540.

Chriſtophorus Pyramius, Germaniæ tabulā edidit. Bruxellis Brabantiæ.

* Chriſtophori Raſperger 200 interpretationes verborū iſtorū, Hoc eſt corpus meū, ex proprijs Euāgelicorum ſcriptis collegit, 4. Ingol. 1577. Idē Conſtantem & concordē doctrinam de cœna domini eorum qui ſe proteſtantes eſſe profitentur Germ. edidit, 4. Ingolſtadij 1577.

* Chriſtophori Richardi Biturigis memorabilis hiſtoria perſequtionū, bellorumq; in populum vulgo Valdenſem appellatum, Angrunciam, Luſerneam, Sanmartineam, Peruſinā, aliaſq; regionis pedemontanæ valles incolentem ab anno 1555. ad 1561. religionis ergo geſtorum, ex Gallica lingua ab authore in latinam verſa 8. Gene. excudebat Euſtachius Vignon. 1570.

Chriſtophorus Richerius, Torigneus, ſcripſit De rebus Turcicis lib. 5. ad Gallorum regem, excudit Oporinus cum alcorano. Et Pariſijs apud Rob. Stephanum in 4. venditur 2. ſolidis Gallicis.

Chriſtophorus Rid compendiū Muſices Hein. Fabri in Germanicam linguam tranſtulit. Norimbergæ anno D. 1572.

Chriſtophorus Rodolphi ſcripſit Germanica lingua librum de Algebra ſeu regulis Coſſicis: item alium De arte ſupputandi, & praxi Italica.

* Chriſtophori Roſiniacij Coſagæi præſidis & conſiliarij Galliarum Regis de re Sacerdotali, ſeu Pontificia 4. libris exarata commentatio. Pariſijs Poncetus de Preux. 1557.

Chriſtophori Roſſini Commentarij omnium à creato orbe hiſtoriarum. Lutetiæ 1571.

Chriſtophorus Rüterus, Tigurinus, ſcripſit carmen in obitum CL. theologi Andreæ Hipperij Marpurgi impreſſum. * Quærelā in obitū Reuerendi viri Heinriti Bullingeri: Et alia obijt anno 1583.

Chriſtophori Schellenbergij Epithalamion Vulfgango Meurero medicinæ doctori ſcriptum. Carminum nuptialium lib. 2.

Chriſtophorus Scheuerle, Norimbergenſis, ſcripſit De rebus geſtis Alberti ducis Saxoniæ. * Item de vita Antonij Creſſenſis. (1574.

* Chriſtoph. Sebutbacheri quædā Ven. excuſa

Chriſtophorus Seyniarmayn, alijs de Sancto Germano, illuſtri proſapia oriundus, homo in patrijs legibus, vtroq; iure, philoſophia atq; ſcientijs liberalibus doctiſſimus, ſcripſit partim Latine partim Anglice, Dialogum de legibus Anglicanis lib. 1. Dialogum de fundatione earundem lib 1. Apologiā ad epiſtolam quandā lib. 1. De ſtatuis prouincialibus lib. 1. De cleri poteſtate ex iure lib. 1. Salem & Byzantium lib. 1. Doctrinam Bernardi & Brigidæ lib. 1. Concilia Romanorū Pontificum lib. 1. In Mahumetem & eius ſectam lib. 1. Diſcrimen vulgi & cleri lib. 1. Additionem Salis & Bizantij lib. 1. Quod clerus non conderet leges lib. 1. Quid eccleſia ſit lib. De ſacramentis eiuſdem lib. 1. Apologiam aduerſus Morum lib. De vtraq; poteſtate Dialogum lib. 1. Atq; alia nonnulla, obijt octogenarius Londini, anno à Chriſto nato 1539. Baleus.

Chriſtophori Simoneti Palmenſis, Burgundi, Diſticha de moribus ad Catonis ſententiam, excuſa Baſileæ à Parto.

Chriſtophorus Stolbergius, Vigilij lib. 5. contra Eutychen in Germanicam linguam tranſtulit, impreſſos Francofurti 1572.

* Chriſtoph. Stimelij inſtitutio de miraculis in ſacris et alijs hiſtorijs deſcriptis Germ. 8. Vrſell. 1577.

Chriſtophori Syngelij elegia de Magdalena coniuge Vdalrici comitis in Reinſtein, quæ grauida incendio miſerabiliter perijt, anno 1546.

Chriſtophori Turrani, Canonici Cauallicenſis, liber de ſobrietate: impreſſus Auenione per Bartolomæum Bonhomme 1555.

Chriſtophorus Thretius Polonus, diu in Germania, Gallia & Italia ſtudiorum cauſa peregrinatus, multa in bonis literis collegit, & præcipue bonā operam eccleſiæ nauauit in confutandis ſacroſanctæ Trinitatis hoſtibus. Nam & alios cōplures excitauit ad illos redarguendos, & ipſe quoq; lingua Polonica contra eorum errorem quædam in publicum edidit. * Scripſit etiam carmen in obitum D. Bullingeri. Floret adhuc Craconiæ.

Chriſtophori à Vega Complutenſis liber de arte medendi, Lugduni 1564. Commentaria in Hippocratis prognoſtica. In librum de differentijs febrium Galeni comment. Item In aphoriſmos Hippocratis. Taurini in 7. 1569. & Lugduni anno 1570.

Chriſtophori Vuirſungi liber medicus, in quo omnia humani corporis externa & interna membra primum deſcribuntur, deinde ſingulorum morbi & eorundem cura, Heidelb. 1568. in fol Germ.

* Chriſtophorus Zarotus ſcripſit comment. in Ibin Ouidij, in fol. venet. 1515.

Chriſtophori Zobel Speculum cauſarum ex

*iure Cæſareo Germanice in folio.*

Chromatij *epiſcopi Rom. in 5. & 6. cap. Matth. diſſertatio, atq; in idem 5. declamatio. Baſileæ apud Ada. Petrum. 1528. cum apologetico Symmachi, &c. Et apud Hein. Petri in micropresbytico, 1551.*

Chryſanthius *Aedeſij diſcip. præceptor Eunap. propria manu tantum librorum exarauit, (vt ſcribit Eunap.) quantum vix alij iuuenta florentes leguit.*

Chryſermi *verba ex 2. libro hiſtoriæ Perſicæ. Io. Stob. vſurpat ſermone 37. Et rurſus ſermone 98. Chryſer. Corinthij verba ex 13. lib. de fluuijs. Ex Peloponneſ. Chryſermi mutuatur Plutarch. hiſtorias etiam in Paralellis minoribus, cap. 5. & 21.*

Chryſermi *cuiuſdã ſcripta allegãtur apud Plin. qui in lib. 22. Nat. hiſt. quædam ex his tranſtulit.*

Chryſippus *Apollonij filius, Solenſis ſeu Tarſenſis, Stoicæ ſectæ philoſophus, Zenonis et Cleãthis auditor, plurima ſcripſit è quibus hæc commemorat Laert. Logici loci theſes. Logica & Philoſophi conſiderationes. Terminorum dialecticorum ad Metrodorum 6. De his quæ ſunt in Dialectica nominibus. Aduerſus Zenonem ars Dialectica. Ad Ariſtagorã 1. Coniunctorum probabilium ad Dioſcoridem 4. Logici loci eius qui circa res eſt ordo primus. De proloquijs. De non ſimplicibus proloquijs. De connexo ad Athenadem 2. De his quæ negantur ad Ariſtagorã 3. De prædicabilibus ad Athenod. De his quæ dicantur per priuationem ad Thearum 1. De optimis proloquijs ad Dionem 3. De differentia indefinitorum 4. De his quæ ſecundũ tempora dicuntur 2. De perfectis proloquijs 2. Ordo II. De vero diſiuncto ad Gorgippidẽ 1. De vero coniuncto ad Gorgippidẽ 4. Diuiſio ſeu ſecta ad Gorgippidem. Ad id quod de cõſequentibus eſt. De eo quod eſt propter 3. ad Gorgippidem 1. De poſsibilibus ad Clitum 4. Ad id quod eſt de ſignificationibus Philonis 1. Quæ nam ſint falſa 1. Ordo III. De præceptis 2. De interrogatione 2. De reſponſione 4. Epitome de interrogationibus & reſponſionibus 1. Quæſtionis 2. De reſponſione 4. Ordo IIII. De prædicamentis ad Metrodorum 10. De rectis & obliquis ad Philarchũ 1. De coniunctionibus ad Apollonidem 1. ad Paſylum de prædicamentis 4. Ordo V. De 5. caſibus 1. De appellatiuis 2. De ſubinſinuatione ad Steſagoram 2. Logici loci circa dictiones et quæ ex his conſtat orationem. Ordo I. De gentilibus & pluralibus enũtiationibus 6. De dictionibus ad Soſigenem & Alexandrum 5. De inequalitate dictionum ad Dionem 4. De ſoritis quæſtiunculis ad voces 3. De ſolœciſmis 1. De ſolœciſantibus orationibus ad Dionyſ. 1. Orationes præter conſuetudinem 1. Dictio ad Dionyſium. Ordo II. De elementis orationes quinque. De conſtructione eorum quæ dicuntur ad Philippenſes 3. De elementis ad Niciam 1. De eo quod ad alia dicitur 1. Ordo III. Aduerſus eos qui non diuidunt 2. De ambiguis ad Apollam 4. De tropicis ambiguis 1. De cõnexis tropicæ amphibologiæ 1. Ad id quod ſcripſit Panthodus de ambiguis. De introductione ad ambigua 5. Epitome ambiguorum ad Epicratem. Coniuncta ad introductionem ambiguorum 2. Logici ad orationes & tropos. Ordo I. Ars orationum & modorum ad Dioſcoridem 5. De ſermonibus 3. De modorum conſtantia ad Steſag. 2. Comparatio tropicorum proloquiorum. De reciprocis orationibus atq; coniunctis. Ad Agathonem ſiue de ſequentibus proplematibus. De concluſionibus ad Ariſtagoram. Quod eadem oratio pluribus modis ordinetur. Ad ea quibus contradicitur quod eadem oratio collecto & non collecto conſtruatur modo 2. Ad ea quæ obijciuntur ſyllogiſmorum ſolutionibus. 3. Aduerſus id quod ſcripſit Philo de tropis ad Timoſtratum. Logica continncta ad Timocratem & Philomathem 2. De orationibus & tropicis. Ordo II. De concludentibus orationibus ad Zenonem. De primis & demonſtratione carentibus ſyllogiſmis ad Zenonem. De ſolutione ſyllogiſmorum. De fallacibus orationibus ad Paſylũ. De ſpeculationibus vel potius theorematibus ſyllogiſmorum. De introductorijs ſyllogiſmis aduerſus Zenonem 3. De ſyllogiſmis ſecundum falſas figuras 5. Orationes ſyllogiſticæ per reſolutionẽ in hisquæ demonſtratione carent. Tropicæ quæſtiones ad Zenonem & Philomathẽ, Hic liber falſo videtur inſcriptus. Ordo III. De incidentibus orationibus ad Athenadem, 1. lib. falſo inſcriptus. Orationes incidẽtes ad meſotẽta 3. Aduerſus diſiunctiones Amenij. Ordo IIII. De ciuilibus quæſtionibus ad Meleagrũ 3. Sermones hypotetici in leges ad Meleagrum 1. Orationes hypoteticæ ad introductionem 2. Orationes hypoteticæ ſpeculationum 2. Solutio hypoteticorum Alexãdri, falſò inſcripta. De expoſitionibus ad Laodamantẽ 2. V. Ordo. De introductione ad falſum ad Ariſtocreon. Falſæ orationes ad introductionem, de fallaci ad Ariſtocreontem 6. VI. Ordo. Aduerſus eos qui putãt & Falſa & vera eſſe 1. Aduerſus eos qui per ſectionẽ ſoluunt fallacem orationem, ad Ariſtocreon. 2. Demonſtrationes quod infinita ſcindi nõ oporteat. Ad ea quæ obijciuntur his quæ contra ſectionem infinitorum ſcripſit ad Paſylum 3. Solutio ſecundum antiquos ad Dioſcor. De falſæ orationis ſolutione ad Ariſtoc. 3. Solutio Hedylli ad Ariſtocreon. & Apollam 1. VII. Ordo. Ad eos qui dicunt lemmata falſa habere fallacem orationem. De negatione ad Ariſtocr. 2. Orationes negantes ad exercitationem. De paruula oratione ad Steſag. 2. De orationibus aduerſus propinationes [illegible], & de quieſcentibus ad Onetorem 1. De operto ad Ariſtobulũ 2. De latente ad Athenadem 2. VIII. Ordo. De vtili ad Menecratem 8. De orationibus quæ ex infinito & definito conſtant, ad Paſylum 2. De vtili oratione ad Epicratem 1. IX. Ordo. De ſophiſmatibus ad Herac. & Pollidẽ 2. De ambiguis dialecticis orationibus ad Dioſcor. 5. Aduerſus Arceſilai artem ad Sphærum 1. X. Ordo. Contra conſuetudinem ad Metrod. 5. De conſuetudine ad Gorgip. 7. Logici qui extra prædictas 4. differentias ſunt, quæſtionesq; logicas ſparſim continent non connexas & in corpus redactas, De numeratis quæſtionibus 39. Sunt igitur omnia ſimul Logicæ partis volumina 310. Ethnicæ rationis quæ ad emendationem moralium notionũ. Ordo primus. Deſcriptio orationis ad Theoſoporũ 1.*

Morales

*Morales quæſtiones 1. Probabiles maxime ad dogmata ad Philomathem 3. Definitionum Rubani ad Metrodorum 2. Definitionum* τῶν τοῦ φαύλου *ad Metrodorum 2. Definitionum ad Metrodorum per genera 7. Definitionum ſecundum alias artes ad Metrodorum 2.* Ordo *ſecundus. De ſimilibus ad Ariſtoclem 3. De definitionibus ad Metrodorum 7. Ordo tertius. De his quæ non recte definitionibus obijciuntur, ad Laodamantem 7. Probabilia ad definitiones ad Dioſcoridem 2. De ſpeciebus & generibus ad Gorgippidem 2. De diuiſionibus 1. De contrarijs ad Dionyſium 2. Probabilia ad diuiſiones & genera & ſpecies 1. De contrarijs 1. Ordo quartus. De etymologicis ad Dioclem 7. Etimologicon ad Dioclem 4. Ordo quintus. De prouerbijs ad Zenodotum 2. De poematis ad Philomathem 1. Quomodo oporteat audire poemata 2. Aduerſus Criticos ad Diodorum 1. Morales loci circa communem rationem, & eas quæ ex ipſo conſtant artes & virtutes. Primus ordo. Aduerſus reſcriptiones ad Timonactem 1. Quomodo ſingula dicimus & cogitamus 1. De cogitationibus ad Laodamantem 2. De opinatione ad Pitonactem 3. Probatio contra id quod dicitur non opinaturum eſſe ſapientem. De Comprehenſione & ſcientia & ignorantia 4. De oratione 2. De ſermonis vſu ad Leptinem. Ordo ſecundus. Quod recte antiqui* Dialecticen *iudicent, cum probationibus ad Zenonem 2. Dialectica ad Ariſtocreontem 4. De his quæ Dialecticis obijciuntur 3. De Rhetoribus ad Dioſcoridem 4. Ordo tertius, de Habitudine ad Cleontem 3. De arte & inertia ad Ariſtocreontem 4. De differentia virtutum ad Diodorum 4. Quod virtutes æquales ſint 1. De virtutibus ad Polidem 2. Morales loci de bonis & malis. Ordo primus, de Honeſto & voluptate ad Ariſtocreontem 10. Probatio quod non ſit voluptas finis 4. Probatio quod voluptas bonum non ſit 4. Atque hi libri à Laertio commemorantur, verum in vetuſto codice quædam eo loco deeſſe recte admonet vir doctiſſimus Ioannes Sambucus, nam cum Laertius ſcribat Chryſippi volumina eſſe numero 705. in hoc catalogo duntaxat enumerantur 431. nempe logici libri 310. morales autem 121. deſunt itaque libri 274. Porrò à Laertio citantur nonnulli libri Chryſippi qui in hoc catalogo non leguntur, nempe, de Finibus, de Honeſto, de Iuſtitia, de Amore, de His quæ per ſeipſa non ſunt appetenda, de Repub. de Iure liber tertius. Quod Zeno proprie vſus ſit nominibus. Commentariorum duodecimus, de Vitis, de Antiquis Phyſiologicis. Phyſicorum duodecimus. Naturalium quæſtionum quartus, de Inani, de Dijs, de Prouidentia quintus, de Fato, de Diuinatione 2. Prouerbiorum 5. Ab Athenæo autem hi quoque citantur non inter ſuperiores nominati libri. Introductio ad tractationem* πραγματείαν *bonorum & malorum. De concordia De his quæ per ſe ſunt expetenda. Plutarchus in Paral. minoribus citat Chryſippi libros de rebus in Italia geſtis, verum an hi à Solenſi philoſopho an aliquo alio ſcripti ſint, incertum eſt. Galenus libros de curandis animi affectibus.*



Chryſippus *Gnidius medicus, nominatur à Laertio, à quo Eraſiſtratus teſtatur multa ſe didiciſſe. Hic filium eiuſdem nominis habuit Ptolemæi medicũ, qui calumniam paſſus, flagris cæſus ac ſupplicio affectus eſt.*

Chryſippus, *medicus alius à ſuperiore* Eraſiſtrati *diſcipulus, huius quoq; Laertius meminit. Plinius etiam 20. & 7. proxime ſequentibus libris Chryſippum medicum citat, & eius volumina referta herbarum mentione inquit: & lib. 20. eundem ait priuatim volumen braſſicæ dicaſſe, per ſingula hominis membra digeſtum.*

Chryſippi *Tyanei Artocopicus & Artopæicus citantur ab Athenæo.*

Chryſorus *de magiſtratibus Romanis ſcripſit, quæ adducit Theophilus contra gentes.*

Chryſoſtomus *Iauellus ſcripſit Compendium logicæ, philoſophiam ciuilem ad mentem Platonis, philoſophiam moralem. Quæſtiones in libros Ariſtot. Impreſſa Venetijs ad ſignum putei, partim 1536. partim 1541. Epitomen in Metaphyſica Ariſtot. & in philoſophiam naturalẽ. Venetijs 1547. Philoſophiæ moralis enarrationem in lib. 5. Ethicorum ad Nicomachum. * Eius compendium totius rationalis, naturalis, diuinæ ac mortalis philoſophiæ Thomis 2. Lugduni apud hæredes Iacobi Iuntæ 1568.*

Chryſoſtomi *Neapolitani lepidiſſima de ſitu & moribus Olandiæ (ſic enim ille vocat) epiſtola, excuſa Coloniæ, cum hiſtoria Batauica, apud Cornicornum 1541.*

Chumannus *Flinſpachius de Tabernis montanis, ſcripſit Chronologiam ex ſacris atque eccleſiaſticis autoribus deſumptam, ab orbe condito vſque ad annum 1552. excuſam primum Vittenbergæ, deinde Argentinæ apud Vuend. Ribelium eodem anno. Adiecit etiam confirmationem eiuſdem Chronologiæ, atque locorum difficillium qui in tota computatione occurrunt expoſitionem, vnà cum coniectura extremi iudicij. Libellus ab eodem excuſus. Idem edidit Genealogiarum librum, in quo Gentiũ origines poſt diluuium, & Chriſti ac reliquas genealogias in ſacris literis traditas explicat. Baſileæ apud Oporinum.*

Ciceronis *filij epiſtolæ tres ad Tyronem leguntur lib. 16. Familiarium Ciceronis.*

Cichus *(aliàs Cicchus) Eſculanus, commentarios edidit in librum de ſphæra Ioannis de ſacro Buſto, ſermone Barbaro. Opus impreſſum in folio. Venetijs anno D. 1499. cum alijs quibuſdam.*

Cimon *Athenienſis ſcripſit præclarum librum de equorum inſpectione. Suidas in Abſyrto. Fortè autem hic is eſt qui à Xenophonte Simon nominatur.*

Cinæthon *Lacedæmonius, generationum ordines verſibus eſt complexus. Teſtatur Pauſanias in 2.*

Cingius *quidam libros faſtorum ſcripſiſſe fertur. Macrobius.*

Cintius *Grammaticus citatur à Chariſio.*

Cintij *Alimeti hiſtoria de Gorgia Leontino*

*citatur à Fulgentio in vocibus antiquis. Gellius verò Cintij tertium & quartum librum de re militari citat. Macrobius Suaſionem legis Fanniæ. Hic forte eſt Lucius Cintius qui Græco ſermone Romanam hiſtoriam conſcripſit, circa bella Punica, Liuio & Halicarnaſſeo teſtibus.*

Cinus, *Vide Cynus.*

Circius *Aegyptius, citatur in Summa Al. Magni.*

* Ciſtercienſis *cuiuſdam monachi ſcriptum extat, de vanitate ſcientiarum: Excuſum in 8. anno* 1543.

Claratonus *quidam, in metra Gallica tranſtulit hiſtoriam Galfridi Monumetenſis, de rebus Britanicis lib. octo.*

Clari *à Maſcula confeſſoris verba apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.*

Claudia *Rufina, nobiliſſima mulier, linguæ Latinæ & Græcè perita, ſcripſit librum epigrammatum, Elegiam in mariti obitum, & alia in vtroque ſcribendi genere non pauca. Claruit anno domini* 80.

Claudiani *epigrammata duo in* 4. *libro Florilegij Planudis.*

Claudianus *de Saycello ſuper* 1. *et* 2. *ff. Noui. Vide Seſellius infrà, an idem ſit Claudius.*

Claudianus *Mamertus, Vienenſis eccleſiæ presbyter, compoſuit tres de ſtatu vel de ſubſtantia animæ libros, excuſos Baſileæ anno domini* 1520. *cum alijs quibuſdam apud Adamum Petrum. Eiuſdem Carmen contra poetas vanos, impreſſum eſt apud Oporinum cum reliquis operibus veterum poetarum Chriſtianorum. Floruit ſub Iuſtino Imperatore.*

* Claudiani *Viexmontij vide Claudij Viexmontij.*

Claudius *quidam ſcripſit de iuſtitia & iure, ſuper* 1. *ff. veteris. l. vt vim. Forte Seſellius.*

Claudij *cuiuſdam index fabularum Plauti citatur à Gellio lib.* 3. *cap.* 3.

* Claudius *Alberius* περὶ ἑρμηνείας *ſeu de enunciationibus quas propoſitiones vocant, in quibus verum & falſum dijudicatur* 8. *Lauſannæ anno domini* 1577.

Claudij *Altiſſiodorenſis ſumma, & Commentarij in epiſtolam ad Galatas, excuſi Pariſijs,* 1542.

Claudius *(aliàs Claudianus) Aquem. ſcripſit ſuper* 1. *ff. veteris. In* 1. *Infortiati. In* 1. *&* 2. *Codicis. & ſuper feudis.*

Claudius *Auberius in Latinam linguam è Græca conuertit, Theodori Ducæ Laſcaris, Imp. Cæſ. Ioan. Auguſti F. de communicatione naturali libros* 6. *admiranda philoſophia refertos. Baſileæ anno* 1571.

Claudij *Baduelli De ratione vitæ ſtudioſæ ac literatæ in matrimonio collocandæ & degendæ liber. Oratio funebris in morte Iacobi Albenatij. Liber de officio & munere profeſſorum & eorum qui iuuentutem erudiendam ſuſcipiunt. Annotationes in Ciceronis orationes pro Milone & M Marcello. Oratio ad inſtituendum Gymnaſium Nemauſenſi de ſtudijs literarum. Orationes duæ de ijſdem ſtudijs. Orationes* 2. *comparationem habentes vitæ* ἐκκλησιαστικῆς καὶ πολιτικῆς. *Orationes quatuor* γενεθλιακαί, *hoc eſt Natalitiæ de ortu Ieſu Chriſti. Oratio de eccleſiæ Chriſtianæ nobilitate. Inſtituta literaria, quibus demonſtratur, quemadmodum diſciplina iuuentutis in Gymnaſio ſit conſtituenda. Orationes duæ conſulares, hoc eſt pro conſulibus deſignatis habitæ. Oratio de laudibus artis medicæ. Epiſtola parænetica ad Paulum filium De verò patrimonio & hereditate quam Chriſtiani parentes ſuis liberis debent relinquere. De morte Chriſti meditanda oratio. De collegio & vniuerſitate Nemauſenſi. Omnia hæc Lugd. Per Sebaſtianum Gryphium ſunt impreſſa; partim* 1544. *partim* 1552. *anno. Idem quaſdam Conciones Ioannis Caluini ex Gallica lingua in Latinam tranſtulit, Geneuæ in octauo. Præfatus eſt in Theſaurum linguæ Græcæ à Ioanne Criſpino editum.* * *Ab eodem acta martyrum noſtri ſeculi, Latine edita Gen.* 1556.

* Claudius *de Battandier.* V. I. D. *Tractatum de parentibus, fratribus, & filijs ſuccinctè & breuiter integram Legitimarum materiam complectentem, nunc primum auxit & recognouit. In* 8. *anno Domini* 1580.

* Claudius *Blaſſius Hagioſinenſus tranſtulit in linguam Latinam è Græca Narrationem de ſanctis & venerandis æcumenicis Synodis. Pariſijs excudeb. Martinus Iuuenis* 1553.

Claudij *Buxerij Delphinatis Rithmomachia, hoc eſt ludus Pythagoreus. Lutetiæ Guilielmus Cauellat, anno* 1556.

Claudij *Cæſaris ſcripta citantur apud Plinium,* 5. 6. 12. 13 *Nat. hiſtoriæ libro. Fertur autem ſcripſiſſe inter alia hæc. Defenſionem Ciceronis contra Aſinium Gallum, qui Aſinium Pollionem Ciceroni præferebat. De vita ſua lib.* 8. *De tribus literis à ſe prioribus additis lib.* 1. *De vſu aleæ librum. Preterea hortante Tito Liuio, & Sulpicio adiuuante hiſtoriam ſcribere aggreſſus eſt, initium ſumens à Cæſaris cæde, ſed animaduertens deeſſe dicendi libertatē, cœpit à pace ciuilis belli prioris, & ſcripſit lib.* 2. *ac deinde lib.* 41.

Claudius *Cæleſtinus ſcripſit opuſculum de his quæ mundo mirabiliter eueniunt: vbi de ſenſuum erroribus & potentijs animæ, ac de influentijs cælorum agitur.*

Claudij *Campenſij Philoſophiæ naturalis lib.* 3. *Regiomonti in octauo.* * *Eiuſdem interpretationes Aphoriſmorum Hippocratis, & in eoſdem annotationes quibus illuſtrantur euidentiſſ. Galeni erata* 8. *Lugd.* 1579.

Claudius *Cantiuncula* I. C. *clariſſimus, ſcripſit orationem apologeticam in patrocinium iuris ciuilis, contra affirmantes legibus cum Euangelio parum conuenire. Item parænesin de oratione ſtudij legalis, quæ excuſa eſt Baſileæ anno Domini* 1522. *Topica per exempla legum ibidem impreſſa anno* 1520. *de poteſtate Papæ, Imperatoris & Concilij. Paraphraſes in libros tres priores inſtitutionum Iuſtiniani, im-*

*ni, impreſſa Haganoæ, & Lugduni anno Domini* 1550. *in octauo. De officio iudicis ibidem* 2. *Baſileæ apud Iſingrinium anno Domini* 1543 *Conſilia eius ſiue reſponſa nunc primum in lucem edita per Guilielmum Cnutelium, Coloniæ impreſſa ſunt anno Domini* 1571. *in folio. Claruit anno Domini* 1549.

Claudius *Centinianus ſcripſit librum in iure ciuili tertium à P. Papirio. Volaterranus* x. *libri* 14. *Vrb. com.*

Claudius *Clemens, natione Scotus, diſcipulus Bedæ, ſcripſit in Pentateuchum libros quinque. In aliquot capita Iudicum, Enarrationes in Ruth. In Pſalterium. In Euangelium Matthæi. In Paulum ad Galatas. De Euangeliſtarum concordia, contra* Bonifacium *Anglum, & alia multa. Claruit anno* Domini 810.

Claudius *Claudianus, poeta inſignis, omnium qui ferme habentur veterum recentiſſimus, Alexandria Aegypti vrbe oriundus, ſcripſit de raptu Proſerpinæ libros quatuor, ſed quartum aut non abſoluit, aut iniuria temporum ad noſtram non peruenit ætatem. In tres qui extant, excuſa ſunt doctiſſima commentaria Iani Parhaſij, Baſileæ apud Robertum Vuinter. Scripſit etiam in Ruffinum libros duos. In Eutropium libros duos. De bello Gildonico librum vnum. De bello Getico contra Alaricum librum vnum. In Conſulatum Honorij Auguſti libros tres. In Conſulatum Manlij Theodori librum vnum. In laudes Stiliconis libros tres. In Conſulatum Aniciorum fratrum librum vnum. Laudes vxoris Stiliconis libro vno. Laudes Herculis libro vno. Epithalamium Honorij & Mariæ. De nuptijs Honorij & Mariæ librum vnum. Epithalamium Palladij & Serenæ librum vnum. Deprecatio ad Hadrianum lib.* 1. *De Senatore Veronenſi, de Phœnice, de Magnete lapide, de Aponis balneis, de Nilo fluuio. In Alethium quæſtorem, Gigantomachiam, de Chriſto ſeruatore, de Laude Chriſti, miracula Chriſti, de mulabus Gallicis, in Curetium, in Iacobum magiſtrum equitum, de Apro & Leone, de locuſta, de torpedine, Epiſtolam ad Serenam, de Phaleris equi Honorij, de concha, de muneribus Honorio miſſis, de equo Honorij, de Cryſtallo, epiſtolam ad Olibrium Epiſtolam ad Probinum, in ſphæram Archimedis: De Birrho Caſtoreo, de Sepulchro ſpecioſæ, De balneis Quintianis, deſcriptionem portus Sarinenſis, ad Aeternalem, deſcriptionem armenti, deſcriptionem inſulæ, de Iracundo, de Quadriga marmorea, de Polycaſta & Perdica. De hiſtrice, in podagricum ad Maximum, de Paupere amante, de Pijs fratribus epiſtolam ad Genadium, de Theodoro & Hadriano, in Sirenas. Quæ ſimul impreſſa ſunt Baſileæ apud Bebelium anno Domini* 1534. *Carmen de Chriſto ſaluatore Claudiano inſcriptum, eſt Damaſi: hunc autem hoſtem fuiſſe Chriſtiani nominis, etiam cum peruicacia, ex diuo Auguſtino & Oroſio conſtat. Claudiani poemata impreſſa quoque ſunt Florentiæ anno Domini* 1549. *in octauo. Item Antuerpiæ apud Plantinum decimoſexto, Theodori Pulmanni diligentia ex vetuſtis codicibus reſtituta.*

Claudius *Cotereus, de iure militari & de officio Imperatoris libros tres, Lugduni* 1539. *in F.*

Claudij *Caſſorij Annotationes in hæreſes omnes. Pariſijs* 1558. *in* 8.

Claudius *Diſſutus Cabillonenſis, de clauſulis.*

Claudij *Dubrelij oratio, quod vtilius ſit rempublicam à rege gubernari, quam à populo, Baſileæ cum quæſtionibus Freygij, impreſſa anno* 1578.

Claudij *Eſpencei commentarius in epiſtolam Pauli ad Titum cum aliquot digreſſionibus, ſeu totidem locis communibus, bona ex parte ad hodiernas in religione controuerſias pertinentibus. Pariſijs apud Michaelem Sonnium, anno Dom.* 1568. *in octauo. In Epiſtolam Pauli priorem ad Timotheum commentarij, & digreſſionum libri tres: Item de clandeſtinis matrimonijs conſilium, Pariſijs anno Domini* 1561. *in folio. De cœlorum animatione ex Theologis & philoſophis collectanea, cum reſolutione Catholica. Pariſijs anno Domini* 1571. *in octauo. Tractatus ſex de varijs rebus ſacris. Pariſijs anno Domini* 1565. *in octauo. De continentia libri ſex. Ibidem in quarto.* * *Eiuſdem tractatus contra errorem veterem & renouatum de prædeſtinatione, Gallice, Lugduni apud Ioannem Torneſium anno Domini* 1548. *in octauo. Idem paraphraſin ſiue meditationes in orationem Dominicam ſcripſit, Gallice, Pariſijs anno Domini* 1548. *in decimoſexto. Eiuſdem de Euchariſtia eiuſque adoratione, libri quinque: Tractatus de vtraque Miſſa, publica & priuata, Pariſijs apud Petrum Giulierm. anno* 1573.

Claudius *Euſtenius magiſter epiſtolarum Diocletiani imperatoris, eius geſta atq; Galerij Maximi & Conſtantini deſcripſit.*

Claudij *Frontini Riparienſis poematia & Epigrammata, & alia quædam proſa oratione excuſa Baſileæ à Parco* 1556.

Claudius *Galenus medicorum præſtantiſſimus libros ſcripſit pene infinitos, quos ipſe commemorat peculiari ſcripto de libris proprijs edito: Cæterum opera eius quæ extant Græce primum impreſſa ſunt Venetijs ab Aldi hæredibus anno Domini* 1525. *& poſtea Baſileæ communi opera & impenſa Cratandri Heruagij & Bebelij anno Domini* 1538. *tomis quinque. Complura item Galeni ſeparatim Græce impreſſa ſunt, quæ commemorare longum eſſet. Porro Latine Galeni opera aliquoties edita ſunt, ſed hæ ſunt celebriores editiones, Iuntarum Venetijs in folio. Victoris Trincauelij ibidem in octauo. Ioannis Frellonij Lugduni, & Frobenianorum Baſileæ: horum tertia & poſtrema editio abſoluta eſt anno Domini* 1562. *Præfatus eſt in hac editione Conradus Geſnerus, & de Galeni vita eiuſque libris & interpretibus, elegantiſſima prolegomena præpoſuit. Habentur autem in hac editione hi libri Galeni, in claſſes digeſti, vt hoc catalogo quem inde deſcripſimus continentur.* ISAGOGICI LIBRI. *Cl. Galeni Oratio ſuaſoria ad artes, à Ludouico Beliſario medico Muti-*

nenſi latinitate donata. Si quis optimus medicus eſt, eundem eſſe philoſophum, liber, eodem interprete. De Sophiſmatis in verbo contingentibus liber, ab Horatio Limano translatus. Quod qualitates in corporeæ ſint, eodem interprete diligentius emendatus. De proprijs libris, à Ioanne Fichardo Francofordiano aliâs latinitate donatus, nuper vero recognitus De ordine librorum ſuorum ab eodem olim Latinus factus nuper recognitus, de Sectis ad eos qui introducuntur, à Ludouico Beliſario in Latinum ſermonem conuerſus, nuper vero recognitus, de Optima ſecta liber, Iunio Paulo Craſſo Patauino interprete, ex tertia eiuſdem recognitione, de Optimo docendi genere Des. Eraſmo Roterodamo interprete, de Subfiguratione empirica incerto interprete. Fragmentum quoddam exiguum, quod Galeno aſcribitur, cuius titulus eſt, Sermo aduerſus empiricos medicos, Auguſtino Gadaldino Mutinenſi medico interprete, de conſtitutione artis medicæ liber, à Bartholomæo Syluanio translatus. Definitiones medicæ, qui liber ab eodem fuit traductus, atque ex veterum codicum collatione plurimis in locis auctus, denuo vero vetuſtis codicibus græcis collatis, accuratius recognitus. Introductio ſeu medicus, hic liber à Ioanne Andernaco Latinus olim factus eſt, nuper autem ex Græci exemplaris collatione plæriſque in locis expurgatus. Quomodo morbum ſimulantes ſint deprehendendi, Ioanne Fichardo Francfordiano interprete, ab eodem nuper recognitus. Ars medicinalis, Nicolao Leoniceno interprete ad Græcorum veterum exemplarium fidem, ab Auguſtino Gadaldino diligenter recognita. PRIMA CLASSIS. Cl. Galeni de elementis ſecundum Hippocratem libri duo, Nicolao Leoniceno Vicentino interprete, aliquibus in locis emendati. De temperamentis libri tres, Thoma Linacro Anglo interprete. In primum Hippocratis librum, de natura humana commentarius, à Nicolao Macchello Mutinenſi medico translatus, & ab eodẽ diligenter recognitus, de atra bile liber Bartholomæo Syluanio Salonenſi interprete. De optima corporis conſtitutione liber, Ferdinando Balamio Siculo interprete, ad græcorum exemplarium fidem caſtigatus. De bona habitudine liber, Ferdinando Balamio interprete recognitus. De oſſibus liber, Ferdinando Balamio interprete, ad fidem græcorum codicum recognitus. De muſculorum diſſectione, in impreſſis codicibus græcis hucuſque deſideratus, ab Auguſtino Gadaldino Latinitate donatus. De neruorum diſſectione liber integer, ab eodem Auguſtino Gadaldino translatus, liber hic mutilus græce impreſſus eſt. De venarum arteriarumque diſſectione liber, ab Antonio Fortolo Ioſerienſi latinitate donatus, & poſt Andreæ Veſalij Bruxellenſis & aliorum caſtigationem aliquot in locis caſtigatus. An ſanguis in arterijs natura contineatur liber à Iulio Martiano Rota conuerſus. De anatomicis adminiſtrationibus libri nouem, ab Ioanne Andernaco olim latinitate donati, & poſt diligentiſſimas Andreæ Veſalij Bruxellenſis, & aliorum quoque caſtigationes ad græcorum exemplarium fidem aliquibus in locis correcti, de Vocalium inſtrumentorum diſſectione fragmentum, ab Auguſtino Gadaldino translatum, græce deſideratur in impreſſis codicibus, de vulua diſſectione liber, à Ioanne Bernardo Feliciano translatus, de Inſtrumento odoratus liber, Ludouico Beliſario medico Mutinenſi interprete recognitus, de vſu partium libri ſeptemdecim, Nicolao Rhegino Calabro interprete, denuo ab Auguſtino Gadaldino pleriſque in locis emendati, de vtilitate reſpirationis liber, Iano Cornario medico interprete, de cauſis reſpirationis libellus, ex duobus fortaſſe, quos Galenus compoſuit, excerptus, eodem Iano Cornario interprete, de vſu pulſuum, Thoma Linacro interprete, de Subſtantia facultatum naturalium Augmentum, Bartholomæo Syluanio interprete. Breuis denotatio dogmatum Hippocratis ex ſermone nonageſimo nono Ioannis Stobæi Conrado Geſnero Tigurino medico interprete, de Hippocratis & Platonis decretis libri nouem, Ioanne Bernardo Feliciano interprete. Fragmentum ex quatuor commentarijs, quos Galenus inſcripſerat, de ijs quæ medice dicta ſunt in Plat. Timæo ab Auguſtino Gadaldino translatum, græce in impreſſis codicibus deſideratur, de naturalibus facultatibus libri tres, Thoma Linacro Anglo interprete, de motu muſculorum libri duo, Nicolao Leoniceno interprete, de motu thoracis & pulmonis fragmentum fortaſſe corporis librorum, quos Galenus de hac re compoſuit, quod in antiquis tantummodo translationibus legitur: nam græce non habetur. Quod animi mores corporis temperaturam ſequuntur liber, Bartholomæo Syluanio interprete, de fœtuum formatione liber, Ioanne Bernardo Feliciano interprete. An omnes particulæ animalis, quod in vtero eſt, fiant ſimul, Nicolao Rhegino interprete, græcum exemplar non habetur. An animal ſit id quod in vtero eſt, Horatio Limano interprete, de ſemine libri duo, ab Ioanne Bernardo Feliciano interpretati. De ſeptimeſtri partu, eodem Ioanne Bernardo interprete. SECVNDA CLASSIS Hippocratis de Aere, Aquis & locis liber, Iano Cornario interprete ad Græcorum exemplarium fidem ab Hieronymo Donzellino medico Brixienſi ſumma diligentia recognitus. Galeni de alimentorum facultatibus libri tres, Martino Gregorio interprete, ad exemplarium Græcorum fidem denuo diligentius emendati, de ſuccorum bonitate & vitio liber, à Iulio Alexandrino medico Tridentino translatus. In librum de ſalubri diæta Commentarius, Hermanno Cruſerio Campenſi interprete, diligentiſſime ad Græcorum exemplarium fidem caſtigatum, de Attenuante diæta liber Martino Gregorio interprete, de Ptiſſana liber, ab Hieronymo Donzellino in latinum verſus, de paruæ pilæ exercitio liber, Valerio Centanio Vincentino interprete, de cognoſcendis curandiſq; animi morbis, quas perturbationes Latini appellant liber, Bernardino Donato Veronenſi interprete, de cuiuſque animi peccatorum notitia atque medela libellus, à Iunio Paulo Craſſo Patauino translatus, & ab eodem nuper diligenter recognitus. De conſuetudine li-

Digitized by Google

ne liber, Nicolao Rhegino interprete, nuper ex veteri exemplari græco emendatus, & plurimum auctus. De ſanitate tuenda lib. 6. Thoma Linacro Anglo interprete, ad antiquorum exemplarium græcorum fidem ab Hieronymo Donzelino recogniti. Ars tuendæ ſanitatis, num ad medicinalem artem ſpectet, an ad exercitatoriam, ad Traſybulum liber, à Iunio Paulo Craſſo Patauino conuerſus, ab eodē nuper diligentiſſime recognitus. TERTIA CLASSIS. Galeni de differentijs, & cauſis morborum ſymptomatumq́; libri ſex: quorum duo priores è Nicolao Leoniceno, quatuor poſteriores à Thoma Linacro olim ſunt verſi, & nuper ab Auguſtino Gadaldino ad græcorum exemplarium fidem pleriſq; locis emendati. De differentijs febrium libri duo, Nicolao Leoniceno interprete nuper diligentius recogniti. De inæquali temperie liber, Thoma Linacro interprete. De maraſmo ſiue marcore liber Auguſtino Gadaldino interprete. De comate ſecundum Hippocratis ſententiam commentariolus, per Dominicum Monteſaurum medicum Veronenſem ex Græco exemplari & antiqua verſione reſtitutus. De palpitatione tremore, rigore, & conuulſione liber, Ioanne Quinterio Andernaco interprete aliquot in locis caſtigatus. De difficultate reſpirationis libri tres Iano Cornario interprete ab Auguſtino Gadaldino ex collatione græcorum Codicum plæriſque in locis correcti. De plenitudine liber, à Bartholomæo Syluanio conuerſus & ad vetuſtiſſimi codicis Græci fidem, quibuſdam in locis reſtitutus. De tumoribus præter naturam liber ab Horatio Limano conuerſus. De morborum temporibus liber, Ioanne Andernaco interprete, aliquibus in locis emendatus. De totius morbi temporibus liber, eodem interprete aliquot in locis correctus. De typis ab Auguſtino Gadaldino antiquorum exemplarium Græcorum & veteris translationis ope translatus. Ad eos qui de typis ſcripſerunt vel de circuitibus liber, Ioanne Andernaco interprete. De cauſis procatarcticis liber, Nic. Rhegino Calabro interprete, Græce deſideratur. In primum Hippoc. de morbis vulgaribus librum commentarij tres Hermanno Cruſerio Campenſi interprete pleriſq; in locis nuper diligentius caſtigati. Principium à Nicolao Macchello medico Mutinenſi latinitate eſt donatum. In tertium Hippocratis librum de morbis vulgaribus commentarij tres, eodem Cruſerio interprete, pridem ad fidem antiquiſſimorum codicum Græcorum diligentius recogniti. In ſextum Hippocratis librū de morbis vulgaribus commentarij ſex, Iunio Paulo Craſſo Patauino interprete, ex tertia eiuſdem recognitione. QVARTA CLASSIS. Galeni de locis affectis libri ſex, Gulielmo Copo Baſilienſi interprete, nonnullis etiam in locis ab Auguſtino Gadaldino emendati. In quorum quarto, capite tertio pagina 48. vbi ſermo habetur de Angina ex luxatione vertebrarum colli, Annotationes quædam in verba Hippocratis additæ ſunt, excerptæ ex commentarijs Galeni in ſecundum Epidemiorum. De pulſibus ad tyrones liber. De differentijs pulſuum libri quatuor. De dignotione pulſuum lib. quatuor. De cauſis pulſuum libri quatuor. De præcognitione ex pulſibus libri quatuor. Omnes hi de pulſibus libri ab Hermanno Cruſerio Campenſi tranſlati, atque non paucis in locis nuper ad emendatorum Græcorum exemplarium fidem ſunt caſtigati. De vrinis liber, Ioſepho Struthio Polono interprete. De criſibus libri tres, cum optimis exemplaribus diligenter collati. De diebus decretorijs libri tres, Ioanne Andernaco interprete, non paucis in locis expurgati. In primum Prorrhetici librum commentarij tres, Ioanne Vaſſæo Meldenſi interprete ad antiquorum exemplarium Græcorum fidem diligentius recogniti. In prognoſtica Hippocratis commentarij tres, Laurentio Laurentiano Florentino interprete. De præcognitione liber, à Iulio Martiano Rota in Latinum ſermonem tranſlatus. QVINTA CLASSIS. Galeni de ſimplicium medicamentorum facultatibus libri vndecim Theodorico Gerardo Gaudano interprete, nuper ab Auguſtino Gadaldino ad veterum exemplarium græcorum fidem multis in locis repurgati. De ſubſtitutis medicinis liber, Iulio Martiano Rota interprete. De purgantium medicamentorum faculcate, eodem Iulio Martiano interprete. De theriaca ad Piſonem liber, Iulio Martiano interprete. De vſu theriacæ ad Pamphilianum liber, eodem Iulio Martiano Rota interprete. De antidotis libri duo, eodem Iulio Martiano Rota interprete. De compoſitione medicamentorum localiū libri decē à Iano Cornario medico conuerſi, et à Nicolao Macchello medico Mutinenſi ad veterum græcorum codicum fidem diligenter caſtigati. De compoſitione medicamentorum per genera libri ſeptem Ioanne Andernaco interprete, ab Auguſtino Gadaldino aliquot in locis ad græcorum exemplarium fidem emendati. De ponderibus & menſuris Galeno aſcriptus liber, Auguſtino Gadaldino interprete. SEXTA CLASSIS. Galeni de hirudinibus, reuulſione, cucurbitula, cutis conciſione, ſiue ſcarificatione, Ferdinando Balamio Siculo interprete. Oribaſij de cucurbitulis, ſcarificatione, hirudinibus, deriuatione & reuulſione ſermo in ſeptimo & octauo medicinalium collectionum ad Iulianum imperatorem libro, Auguſtino Gadaldino Mutinenſi interprete. De venæ ſectione aduerſus Eriſiſtratū liber, Io. Tectandro Cracouienſi interprete. De venæ ſectione aduerſus Eriſiſtratæos, qui Romæ degebant, eodē Ioſ. Tectandro interprete. De curandi ratione per ſanguinis miſſionē liber, Theodorico Gaudano interprete, dilignetius ab Aug. Gadaldino cum emendatis codicibus græcis collatus, & aliquot in locis emendatus. SEPTIMA CLASSIS. Galeni de medendi methodo libri quatuordecim, Thoma Linacro interprete, denuo cum Græcis codicibus ab Auguſtino Gadaldino diligenter collati. De arte curatiua ad Glauconem libri duo, Nicolao Leoniceno interprete: ab Auguſtino Gadaldino ad fidem antiquorum Græcorum Codicum aliquot in locis correcti. Quos purgare conueniat, quibus medicamentis, & quo tempore liber, Iulio Martiano Rota interprete. In libros Hippocratis. De victus ratione in morbis acutis Commentarij

Digitized by Google

quatuor, Ioanne Vaſſæo Meldenſi interprete, ab Auguſtino Gadaldino cum antiquis codicibus græcis diligentius collati, & pleriſque in locis emendati. De remedijs paratu facilibus liber ab Huberto Barlando Philiatro, latino ſermoni traditus. De medicinis facilè parabilibus ad Solonem, ſpurius à Iunio Paulo Craſſo conuerſus. Liber tertius de medicamentis facilè parandis ſpurius eodem interprete. Documentum de puero epileptico, Nicolao Leonico Thomæo interprete. In librum de natura humana commentarius ſecundus à Nicolao Machello medico Mutinenſi tranſlatus & ab eodem diligentius recognitus. De incantatione, adiuratione, & ſuſpenſione liber, Galeno falſo aſcriptus, græce non habetur. De oculis ſpurius, Demetrio Græco interprete, à varijs mendis expurgatus, Græcum exemplar deſideratur. De renum affectuum dignotione, atque medela, Chriſtophoro Heyl interprete. ſpurius. In librum Hippocratis de ijs quæ in medicatrina fiunt commentarij tres, Ioanne Bernardo Feliciano interprete. In librum Hippocratis de articulis commentarij quatuor, eodem Feliciano interprete. De faſcijs Vido Vidio Florentino interprete. Oribaſius de laqueis ex Heracle eodem Vido Vidio interprete. Oribaſius ex Heliodoro de machinamentis, eodem Vido Vidio interprete. LIBRI EXTRA ORDINEM CLASSIVM. Galeni commentarij in aphoriſmos Hippocratis, Nicolao Leoniceno Vicentino interprete, ex plurium antiquorum codicum collatione, à Iulio Martiano Rota & Auguſtino Gadaldino Mutinenſi recogniti. Aduerſus Lycum, quod nihil in eo aphoriſmo Hippocrates peccarit, cuius initium eſt, Qui creſcunt plurimum habent caloris innati, liber Iul. Alexandrino medico Tridentino interprete. Contra ea quæ à Iuliano in Hippocratis aphoriſmos dicta ſunt liber, Iul. Alex. interprete. Linguarum hoc eſt obſoletarum vocum Hippocratis explanatio, Mario Nizolio Brixellenſi interprete. SPVRII LIBRI: de hiſtoria philoſophica liber à Iul. Martiano Rota latinitate donatus. Prognoſtica de infirmorum decubitu ex mathematica ſcientia, Ioſepho Struthio interprete. De partibus artis medicinæ liber, ex veteri Nicolai Rhegini tranſlatione reſtitutus. De dynamidijs, liber ſine principio, alter liber de dynamidijs magna ex parte ex Aetio deſumptus, plurimis in locis correctus. De ſpermate liber. De natura & ordine cuiuſlibet corporis. De anatomia parua. De anatomia viuorum. De anatomia oculorum Nicolao Rhegino Calabro interprete. De compagine membrorum, ſiue de natura humana. De virtutibus noſtrum corpus diſpenſantibus, ex Galeni libris fragmentum. De voce & anhelitu. De vtilitate reſpirationis. Compendium pulſuum. De motibus manifeſtis & obſcuris liber, quem Ioannitius de Græca lingua in Arabicam tranſtulit, Marcus autem Toletanus de Arabica in Latinam. De diſſolutione continua. De aquis ex Galeno, & alijs præſtantiſſimis medicis, capita ſex Oribaſij, Auguſtino Gadaldino interprete. Hic libelus in prioribus editionibus de bonitate aquæ inſcriptus, mutilus legebatur. De vinis ex Galeno caput ſextum libri quinti collectionum medicinalium Oribaſij, ad Iulianum imperatorem Auguſtino Gadaldino interprete. Præſagium experientia confirmatum Georgio Valla interprete. De vrinæ ſignificatione ex Hippocrate, eodem Georgio interprete. De ſimplicibus medicamentis ad Paternianum. De virtute Centaureæ, Nicolao Rhegino Calabro interprete. De catharticis. De gynecæis, id eſt paſſionibus mulierum, Nicolao Rhegino Calabro interprete. Liber ſecretorum ad Monteum. De medicinis expertis liber, cui titulus eſt, Medicinalis experimentatio. De melancholia ex Galeno, Rufo, & Poſsidonio caput nonum libri ſexti Aetij, Iulio Martiano Rota interprete. De cura Icteri liber. De cura lapidis liber. Quæſita in Hipppocratem.* Cl. Galeni operum omnium Latine propediem edendorum ſpecimen, ex Ioannis Lalamantij recognitione, & caſtigatione Græci Codicis locis innumerabilibus 8. Geneuæ.

* Claudij Goudimelli muſici excellentiſſimi, flores cantionum quatuor vocum, Gallice. Lugduni apud Ioannem Beneuentum anno Domini 1574. Eiuſdem ad Pſalmos Dauidis, Gallicis rithmis à Beza & Maroto comprehenſos, harmoniæ ſuauiſſimæ 4. vocum in quarto.

* Claudius Grangeus Biturix, ſcripſit Cõmentarij de bello Melitenſi à Solimãno Turcarũ principe geſto in octauo apud Gabrielem Cartier anno 1582.

* Claudius Grugetus Pariſienſis librum diuerſarum lectionum Petri Meſsiæ varias & memorabiles hiſtorias, rerumque origines complectentem, ex Hiſpanico & Italico in Gallicum idioma tranſtulit. Pariſijs anno 1564.

Claudij Guilliandi Belleocenſis theologi doctoris apud celebrem Heduorum Eccleſiam præpoſiti in Ioannis Euanglium commentaria. Lugduni Antonius Vincentius anno Domini 1551. Homiliæ quadrageſimales. Pariſijs anno Domini 1568. in octauo. Collatio in omnes Pauli epiſtolas, item in epiſtolas canonicas. Lugduni anno Domini 1542. apud Gryphium.

Claudius Iolaus citatur à Stephano in Iudæ.

Claudij Iuliani de morte Maximini epiſtola, extat apud Capitolnium in vita Maximi & Balbini.

Claudius Iulius libro primo Phœnicum, citatur à Stephano.

Claudius Labeo ſcripſit libros faſtorum, qui tamen temporum iniuria perierunt.

Claudij Lucij Polichnienſis Itinerarium Claudianum, & alia poemata, impreſſa à Parco & Oporino anno 1556.

Claudij Marij Aretij patricij Syracuſani, Cæſareæ maieſtatis hiſtoriographi, libelli aliquot impreſſi ſunt Baſileæ anno Domini 1544. Sunt autem hi. Siciliæ deſcriptio accuratiſſima. Dialogus in quo pro Cæſare iura Burgundiæ Mediolani & Neapolis leguntur, Clades ad Ticinũ & rex liberatus. Monoeci Dominus quare Cæſari ſtudet, Duellum Cæſaris, Siculorũ Hiſpanorumq; tumultus, primus eius in Hiſpaniam acceſſus, Philippi filij eius natalis

Digitized by Google

natalis. Dialogus vbi Hiſpaniæ deſcriptio tum recentioribus nominibus, Dialogus in quo Vergilij verſus, Defectus Lunæ varios Soliſq; labores, et ille, Diſcite iuſtitiam moniti & non temnere diuos, declarantur: Ac etiam Europæ deſcriptio cum recentioribus nominibus, ac demum obſeruantiæ quædam Latinæ. Eiuſdem luſus acidis & Galatheæ connubium, Summi Pontificis liberatio, Elegiæ 3. de Cæſare, epigrammata nonnulla.

Claudij Marleti Diuionenſis orationes duæ, Valentiæ habitæ: vna in laudem diui Sebaſtiani: altera, in funere generoſi adoleſcentis Antonij Palmerij, ex tempore recitata. Sebaſtianus Gryphius excudit Lugduni anno Domini 1528.

Claudij Marmerij ſuper 1. ff. noui de acquir. poſſ. l. naturali parag. nihil commune.

* Claudij Meruli ſacræ cantiones Venet. 1578.

* ~~Claudius Minois Diuionenſis Emblemata Alciati omnia commentarijs illuſtrauit 8. Antuerpiæ 1577.~~ Audomari Talei Rhetoricam cũ facilli mis ad omnia præcepta eiuſdem artis & exempla illuſtranda, cum commentationibus edidit 4. Pariſijs 1577. Et Francofurti 1582.

Claudius de monte martyrum, Gallus, Carmelita Pariſienſis, ſcripſit enarrationes in Apocalypſin Ioan. lib. 1. Opus eſt Pariſijs impreſſum apud Gulielmum Triboutium, anno 1549. Claruit anno 1550.

Claudij Moron in ſenatu Pariſienſi aduocati, Tabulæ ſiue introductiones in 4. libros inſtitutionum Iuſtiniani: quæ multa etiam ex Pandectis, Codice, & alijs iuris libris ſelecta complectuntur. Venetijs anno 1564. in octauo.

Claudius Neapolitanus librum ſcripſit contra eos qui carnibus abſtinent, citante Porphyrio libro 1. De abſtinendo ab animatis.

Claudius Paradinus ſcripſit emblemata ad imitationem Alciati, elegantiſſimis picturis illuſtrata, excuſi Lugduni apud Ioannem de Tournes anno Domini 1551. Et Antuerpiæ 1562.

Claudij Peronnæi Viennenſis, compendium philoſophiæ naturalis de elementis & omnium rerum naturalium principijs. Item doctrinale humanorum, id eſt de humanitate liberalitatis & fructu eleemoſynarum. Lutetiæ 1520.

* Claudij Porallij Lugdunenſis, In Hippocratis librum de vulneribus capitis commentarius breuis, ex Iulij Cæſaris Arantij lectionibus collectus 8. Geneuæ 1579.

Claudius Ptolemæus, Peluſienſis, ſcripſit de Geographia libros 8. qui Græce excuſi ſunt Baſileæ apud Frobenium, anno 1533. & eius compendium apud Heinricum Petrum anno 1540. Scripſit præterea magnæ conſtructionis mathematicæ, vulgo Almageſtum vocant, id eſt perfectæ cæleſtium motuum pertractionis libros 13. Impreſſos Baſileæ apud Walderum anno 1538. quod Latine G. Trapezontio interprete, recognitum per Lucam Gauricum, impreſſum etiam exiuit Venetijs anno 1528. Item cũ annotationibus Eraſmi Oſualdi Schreckenfuchſij, apud Hein. Petrum anno 1551. Scripſit præterea de iudicijs aſtrologicis, aut vt vulgo vocant, quadripartitæ conſtructionis lib. 4. quorum duo priores à Ioachimo Camerario tranſlati ſunt. Centiloquium id eſt, centum ſententias, quæ à Iouiano Pontano tranſlatæ ſunt. Itinerarium ſtellarum à Nicolao Leonico Latine redditum: quæ cum alijs, quæ quidem Latine extant, vno volumine excuſa ſunt apud Heinricum Petri Baſileæ anno 1541. Scripſit item Apoteleſmatum lib. 4. De muſica lib. 3. Eiuſdem Geographici libri excuſi ſunt Baſileæ, Latine, anno Domini 1552. apud Heinricum Petri. Acceſſerunt autem indices duo, quorum adminiculo veterum ſimul ac recentiorum locorum ſitus, facillima ratione in tabulis depictis deprehenduntur, per Conradum Lycoſthenem Rubeaquenſem. Præfixa eſt etiam epiſtola, in qua de vtilitate tabularum Geographicarum, ac duplicis indicis vſu late diſſeritur, eodem authore. Item tabulæ nouæ quæ hactenus in nulla Ptolemaica editione viſæ ſunt. Eorundem librorum noua editio in eadem officina ſub prælo eſt. Venetijs etiam Geographia Ptolemæi Italice excuſa eſt in 8. Petro Mathiolo Senenſi interprete, cum tabulis elegantiſſimis & nouis quibuſdam, in ære ſculptis. Eadem olim Romæ excuſa eſt in magno folio Latine, tabulis itidem in ære ſculptis. Cl. Ptolomæi Planiſphærium Latine excuſum eſt Baſileæ à Vualdero in 4. cum Arati Phænomenis Græcis. Claruit circa annum Domini 140. Regulæ artis Mathematicæ Græce & Latine, vna cum Eraſmi Reinholdi explicationibus, impreſſæ 1569. in octauo. Eiuſdem Harmonicorũ libri tres ab Ant. Hermanno Gogaua in Latinã linguã conuerſi ſunt. De prædictionibus Aſtronomicis lib. 4. à Philippo Melanchtone in Latinam linguam conuerſi, Baſileæ in octauo. Geographia cum commentarijs Ioſephi Moletij & tabulis, veteribus atque nouis, typis æneis. Venetijs apud Valgriſium 1562. in 4. Præterea H. Petri nouam editionem Geographiæ adornauit, in qua tabulis omnia nomina locorum exprimuntur quæ in Ptolomæi Geographicis libris habentur.

* Claudij Ptolomæi ſententiæ ſiue de vtilitate librorum in octauo manuſcriptæ Bib. Imperatoris Viennæ.

Claudius Ptolemæus Senenſis, Italicum ſermonem ad antiquorum Latinorum normam reuocare conatus eſt, & nouos characteres literarum excogitaſſe dicitur, ſcripſit multa Italico Sermone.

Claudius Quadrigarius in Annalibus & oratione in Qu. Gallum citatur à Nonio.

Claudius rhetor Romanus, ſcripſit declamationes quarum meminit Priſcianus.

Claudij regis Celtici Hodæporicum ſtudioſæ iuuentutis, excuſum eſt Pariſijs apud Viuantium Gaucherotium, anno Domini 1550.

Claudij Roſſelleti I. C. patritijq; Lugdunenſis epigrammata varia, Gryphius excudit Lugduni anno D. 1537.

Claudij de Sainctes theologi Sorbonenſis, De methodo contra ſectas quam ſecuti ſunt primi catholici imperatores. Examen Caluinianæ & Bezanæ doctrinæ de cœna domini ex ſcriptis authorum eiuſdem collectum. Reſponſio ad Apologiam Theodori

Digitized by Google

*Bezæ editam contra examen doctrinæ Caluinianæ & Bezanæ de cœna domini. Pariſijs 1567. octauo.*

* *Eiuſdem libri 10. de rebus Euchariſtiæ controuerſis: lib. quidem 6. de inſtitutione Euchariſtiæ, et exiſtentia corporis ac ſanguinis domini. Duo de Tranſubſtantialitate panis & vini in carnem & ſanguinem Domini. Vnus de Euchariſtiæ adoratione. Vnus de communione ſub altera ſpecie: folio Pariſijs 1575. Petrus Phillier excud. Eiuſdem Liturgiæ ſiue miſſæ S. patrum, Iacobi apoſtoli & Chriſtophori, Dominici, Baſilij Magni, ex vetuſto codice latinæ translationis Ioannis Chriſoſtomi, interprete Leone Thuſcon Antuerp. Ioan. Stelſius anno Domini 1560. in 8.*

Claudius *Saturninus librum de coronis edidit, qui Tertulliano teſte, & origenes & cauſas & ſpecies, & ſolennitates earum ita ediſſeruit, vt nullam gratiam floris, nullam lætitiam frondis, nullum ceſpitem aut palmitem non alicui capiti inuenias conſecratum.*

* Claudij *Seleſtini opuſc. de his quæ in mundo mirabiliter eueniunt. Pariſ. anno Domini 1542. in quarto.*

Claudius *Seſellius ſeu Seiſello, vel Saycello, epiſcopus Taurinenſis, ſcripſit ſuper omnes partes ordinarias Iuris ciuilis: & de Feudis. De Republica Galliæ, & regum officijs, libros duos Gallice, quos Ioannes Sleidanus in Latinam linguam conuertit. Argentinæ excudit Richelius. De triplici ſtatu viatoris opus ingens, ex tribus Lucæ capitibus, excuſum Taurini à Nicolao Benedicto & Antonio Ranoto anno Domini 1518. Idem Thucydidem, & quædam Xenophontis, & hiſtoriam eccleſiaſticam, & alia multa Gallice vertit, adeo (vt ferunt) feliciter vt etiam ij, qui Græcæ linguæ magnum vſum habent, plurimum ei tribuant. Eiuſdem de diuina prouidentia tractatus Pariſijs in 4. Itemq; hiſtoria ſucceſſorum Alexandri Magni ex Diodori Siculi libris deſumpta Gallice. Pariſijs Anno Domini 1545. In decimoſexto.*

Claudius *Senarclæus, doctiſſimus iuuenis, ſcripſiſſe fertur hiſtoriam Ioannis Diazij Hiſpani à fratre ſuo Alphonſo impie trucidati, quod eius cædis oculatus teſtis fuerit: ſed ab alio quodam deſcripta ea falſoque, vt inuidiam declinaret, illi attributa, in Germania excuſa eſt, anno Domini 1546. cum Buceri præfatione.*

Claudij *Spinæi ordinis Prædicatorum, Epitome in quatuor libros ſententiarum Petri Lombardi, Pariſijs 1551. in octauo.*

* Claudij *Teſſeranti hiſtoriarum prodigioſarum omnis poſterior? prioris author eſt B oiſteau cognomento Launæus. Vtrumq; auxit Franciſcus Belleforeſteus, gallice, Pariſijs apud Gabrielem Buon anno Domini 1571.*

Cl. Triphonius, *aliâs Tryphonianus I. C. vetus, ſcripſit diſputationum lib. 21. & notas in Scæuolam. Inde quædam à Iuſtiniano in ſuum ius decerpta ſunt.*

* Claudij *Viexmontij breuis inſtitutio de ſalutari pœnitentia peccatoris. 16. Antuerpiæ 1575. Et Ingolſtadij hæc eius adhortatio ad ſeriam pœnitentiam in Germanicam linguam tranſlata in 12. anno 1582. Eiuſdem tractatum breuem de inſtitutione peccatoris Ioannes Bellerus Gallice edidit in 16. Antuerpiæ 1582. Eiuſdem Catechiſmus Antuerpiæ 1538. Siue methodus confeſſionis compendiaria, complectens prima rudimenta inſtitutionis puerorum ad pietatem cultumq; Dei & bonos mores. 4. Duaci anno 1580.*

Clæneti *duos ſenarios, Stobæus habet ſermone 79.*

Cleanthis *varias ſententias paſſim citat Stobæus, & Athenæus allegat eius fabuloſi. ac de metalepſi.*

Cleanthes *Stoicus Zenonis diſcipulus & in ſchola ſucceſſor, ſcripſit pulcherrimos libros, ex quibus hi à Diogene Laertio recenſentur. De tempore de phyſiologia Zenonis duo, Heracliti expoſitionum lib. 4. De ſenſu, de arte, aduerſus Democritum, aduerſus Ariſtarchum, aduerſus Herillum, de appetitione 2. Antiquitatum, de Dijs, de Gigantibus, de Hymenæo, de poeta, de officio 3. De conſilio, de gratia. Exhortatorius, de virtutibus, ars amatoria, de honore, de gloria, de ingenio, de Gorgippo, de inuidentia, de amore, de libertate, Politicus, de conſilio, de legibus, de iudicando, de inſtituto, de oratione 3. de fine, de honeſtis, de actis, de ſcientia, de regno, de amicitia, de Sympoſijs, quod eadem ſit virtus viri & fœminæ, quod ſapientis philoſophari, de vſu 2. de voluptate, de proprijs, de ambiguis, de dialectica, de modis, de prædicamentis. Præter hos libros citatur à Laertio eiuſdem liber de ære. Athenæus vero citat Cleanthis librum περὶ μεταλήψεως & Mythologiam, quæ forte eſt ἀρχαιολογία περὶ θεῶν: quamuis Latinus interpres hic duos faciat libros, Antiquitatum vnum, & alterum de Dijs.*

Clearchus *Solenſis Peripateticus philoſophus Ariſtotelis diſcipulus, varia ſcripſit, è quibus hæc ab Athenæo citantur, Gergithion. Amatoria. Paragraphæ. De vitis. Deſcriptiones περὶ γραφῶν περὶ γρ... ... de ſcripturis. De littoribus. De torpedine. De diſciplina περὶ παιδείας. De prouerbijs. De ſiccatis. De aquatilibus περὶ τῶν ἐνύδρων aliâs περὶ τῶν ἐν τῷ ὕδατι. De mathematicis rebus quæ ſunt in Platonis lib. de republica περὶ φιλίας de amicitia. Præterea Clearchũ in libro de Griphis, ſeu quæſtionibus compotatorijs citat ſcholiaſtes Ariſtophanis in Veſpis. Eiuſdem librum de inſtruendis aciebus citat Aelianus. Laudationem Platonis Laertius allegat. Ioſephus contra Appionem librum de ſomno.*

Clearchi *Comici fabulæ tres citantur ab Athenæo. Citharœdus. Corinthij. Pandroſos.*

Cledonius *Romanus ſenator & Conſtantinopolitanus, Grammaticus, libros duos de arte Grammatica ſcripſit.*

Cleemporo *medico quidam aſcribunt magicum volumen de herbis, quod tamen Pythagoræ pertinax fama antiquitaſque vindicant. Plinius lib. 14. cap. 17.*

Clemens *præſul Alexandrinus, præceptor Originis, ſcripſit inſignia volumina, è quibus ſunt: Stromatum*

Stromatum libri 8. qui etiam hodie extant in Italiæ bibliothecis, teſtante Eraſmo Roterodamo: Item Hypotypoſeon lib. 8. Aduerſus gentes lib. 1. Pædagogi lib. 3. qui ſunt Venetijs in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli. Præterea de Paſcha lib. 1. De ieiunio diſceptatio: & alius qui inſcribitur, Quis nam diues ille ſit, qui ſaluetur. De obtrectatione lib. 1. De Canonibus eccleſiaſticis, & aduerſum eos qui Iudæorum ſequuntur errorem lib. 1. Floruit autem Seueri & Antonini filij temporibus. Clementis Alexandrini (cui & Flauij prænomen additur) omnia quæ extant latinitate donata, Florentiæ anno Domini 1551. publicata ſunt: nempe, Liber adhortatorius contra gentes qui Protrepticus inſcribitur, Gentiano Herueto Aurelio interprete. Pædagogi lib. 3. eodem interprete. Stromatum ſiue commentariorum de varia multiplicíq; literatura, ad inſtituendum Chriſtianum philoſophum, lib. 8. Cyriaco Stoza interprete. Eadem omnia Græce excuſa ſunt ibidem à Torrentino, anno Domini 1550. in folio chartis 87. * Hoc opus στρωματεῖς inſcripſit, ab argumento texturæ picturatorum ſtragulorum. Hadrian. Iunius.

Clementis Clementini Amerini medici opera. Henricus Petri ſuis typis euulgauit Baſileæ in folio.

Clementis Ianitij Poloni, poetæ laureati, Triſtium lib. 1. Variarum elegiarum lib. 1. Epigrammatum lib. 1. Impreſſa ſunt chartis 6. & dimid. Cracouiæ puto. Eiuſdem Deſcriptio vitæ Regis Polonorum carmine.

Clemens Romanæ eccleſiæ quartus à beato Petro (vt quibuſdam placet) epiſcopus, ſcripſit ad eccleſiam Corinthiorum epiſtolam vnam, ad Iacobum quoque apoſtolum epiſtolas duas, præterea itinerarij vitæ ſuæ libros decem, item diſputationis Petri lib. vnum. Verum hæc duo vltima volumina inter apocrypha computantur, vt patet. 15. diſt. ſancta Romana. Feruntur eius & aliæ epiſtolæ, ſed apocryphæ. Præterea SS. Apoſtolorum canones in vnum congeſſit, qui excuſi ſunt Norimbergæ 1531. apud Ioannem Petreium. Claruit anno Domini 103. Recognitionum Clementis lib. 10. Ruffino interprete, vna cum quatuor eiuſdem epiſtolis, cum alibi, tum Baſileæ excuſi ſunt, in folio 1536. Eiuſdem Canones apoſtolorum Græce, & Latine Ioanne Quintino interprete editi ſunt Pariſijs, & Tiguri apud Geſneros fratres. Eiuſdem Conſtitutiones ſanctorum Apoſtolorum libris octo conſcriptæ, Græce, vna cum Franciſci Tucciani prolegomenis, & explanatione apologetica in eaſdem conſtitutiones. Iidem libri in volumine conciliorum tomo primo Latine excuſi ſunt, à Ioanne Carolo Bouio epiſcopo Oſtunenſi in linguam latinam tranſlati, & ſcholijs illuſtrati. Et Antuerpiæ ſeparatim in 16. Venetijs item 1563. in quarto. * Clementis Romanæ eccleſiæ epiſcopi de vita Petri. Græcè M.S. bibl. Imperat. Viennæ.

* Clementis PP. I. de communi vita clericorum in 4. M.S. bibl. Imperat.

* Clementis Papæ IIII. ſermo contra Ludouicum Bauarum in fol. M.S. bibl. Imperat.

Clemens Papa V. de Vaſconia oriundus, Bernhardus Burdegalenſis epiſcopus ante vocatus, Septimum decretalium librum compoſuit, quem Ioannes XXII. eius ſucceſſor publicauit, qui vulgariter nominatur codex Clementinarum lib. 1. Epiſtolarum quoque ad diuerſos lib. 1. Claruit anno Domini 1314. Clementis quinti Clementinarum libri 5. cum iure Canonico impreſſi.

Clemens Papa ſextus, patria Lemouicenſis, Petrus Rogerius ante vocatus, ſcripſit multa, ex quibus feruntur ſermones varij lib. 1. In canonizatione Iuonis lib. 1. In approbatione Caroli regis lib. 1. Collationes multæ lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. & quædam alia. Floruit anno 1352.

Clementis VII. Pontificis literæ. Vide Caroli quinti.

Clementis Papæ propoſitiones in metaphyſica, excuſæ.

Clemens preſbiter natione Scotus, librum vnum ſcripſit contra Bonifacium Anglum Maguntinenſem Archiepiſcopum. Claruit anno D. 750. Baleus.

Clemens de vita Caroli magni citatur à Wolfgango Lazio in libris de republica Romana.

Clemens Lanthonienſis preſbyter & Canonicus ſcripſit Concordiam Euangeliſtarum lib. 12. In Euangelia commentarios lib. 4. De alis Cherubim lib. 1. In canonicam Iacobi lib. 1. In canonicas Petri lib. 2. In canonicas Ioannis lib. 3. In canonicam Iudæ lib. 1. Sermones eruditos lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos lib. 1. Lecturas ſcholaſticas lib. 1. De orbibus aſtrologicis, lib. 1. atq; aque alia nonnulla. Claruit anno Domini 1170. Baleus.

Clemens Marotus Gallus, Pſalmos aliquot Gallico carmine quàm feliciſſime reddidit, excuſos cum Pſalmis à Theodoro Beza eodem modo tranſlatis. Geneuæ & Lugduni ſæpius. Huic Galli palmam in carmine vernaculo tribuunt. Edidit autem præter Pſalmos Gallico idiomate Metamorphoſim Ouidianam, Eglogas Vergilij, Minois iudicium, Encomium Beraldi, & alia permulta.

Clemens Mercatoris, Toloſanus, Auguſtiniani inſtituti, ſcripſit de anima quæſtiones lib. 1. De potentijs animæ, lib. 1. & alia. Claruit anno Domini 1360.

Clementis Milliani, ad eos qui iniuria de natura conqueruntur, oratio in 8. excuſa Baſileæ.

Clementis Montiliani Cardinalis Aræceli, Compendium Catholicarum inſtitutionum ad Chriſtianam theologiam: vna cum eiuſdem tractatibus duobus, vno De peccatis & eorum differentijs: altero De cœlibatu ſacerdotum, Romæ apud Antonium Bladum in 4. 1565.

Clementis Perreti Bruxellani, Exercitatio alphabetica noua & vtiliſſima, varijs expreſſa linguis & characteribus, raris ornamentis, vmbris, & receſſibus picturæ, architecturæq; ſpecioſa. Antuerpiæ 1569. in folio.

Clementis non Papæ cantiones Gallicæ, harmonicis numeris adornatæ, Louanij 1569. Miſſa

Digitized by Google

*defunctorum, quatuor conſtans partibus. Ibidem anno Domini* 1570. *folio regali.* * *Eiuſdem ſacræ cantiones, Anno Domini* 1562. 1568. 1569. 1570. 1571. 1572. *Louanij excuſæ.*

Clemens *Stephani Muſicus, Pſalmum* 128. *Beati omnes qui timent dominum, ſex, quinque & quatuor vocum, à varijs iiſdemq; excellentiſsimis muſicis ſeptemdecim modis compoſitum collegit & edidit. Norimbergæ apud Neuberum, anno* 1560. *in quarto. Eiuſdem Harmoniæ ſuauiſsimæ octo, quinque & quatuor vocum, ex duabus vocibus à præſtantiſsimis artificibus compoſitæ. Norimbergæ anno* 1567.

Clemundus *Anglus ſcripſit in omnes Plinij Naturalis hiſtoriæ libros commentaria.*

Cleobuli *Lindij, vnius de numero ſeptem ſapientum vitam, aliquot ſententias, obſcuras ſeu gryphos, & Aſmata carmina ad tria millia verſuum, et epiſtolium ad Solonem; Diogenes Laertius libro primo de vitis philoſophorum proponit. Stobæus etiam ſermone tertio, & alibi eius apophthegmata refert. Citatur etiam à Plinio lib.* 4. *&* 13.

Cleobuline, *eius filia, ænigmata ſcripſit hexametris, teſtes Athenæus & Laertius. Scripſit & alia permulta verſibus diuerſis, quæ à præclaris etiam philoſophis pro teſtimonio in medium afferuntur, teſte Fulgoſo libro octauo, capite tertio rerum memor.*

Cleodamas *Athenæus* περὶ ἱππικῆς ἢ πωλοδαμαστικῆς, *citatur à Stephano.*

Cleodemi *ſententiam de generatione plantarum adfert Theophraſtus de hiſt. pl. lib.* 3. *alibi tamen Clidemum citat lib.* 5. *cap.* 12. *de cauſis plant. et lib.* 1. *cap.* 10.

Cleomedes *Græcus author, ſcripſit libros duos De circulari inſpectione, qui Græcè excuſi ſunt Pariſijs apud Neobarium, anno* 1539. *& Baſileæ ſimul Græce & Latine per Henricum Petrum, anno* 1548. *Scripſit idem Cleomedes Arithmeticam, & Harmonicam, quæ ſeruantur in Vaticana et S. Floræ bibliotheca.*

Cleomenes *Libys veterinarius citatur ab Abſyrto.*

Cleomenis *Rhegini Epiſtolam & Dithyrambos Athenæus citat. Clemens vero Alexandrinus Stromaton* 1. *citat Cleomenem in libro de Heſiodo. Laertius verò in Diogene Cleomenis librum qui Pædagogus inſcribitur, allegat.*

Cleonidæ *(ſi rectè ſcribitur) harmonicum introductorium Græce, extat in Italia.*

Cleon *Magnes, ſcripſit De portentoſis rebus lib. qui citantur apud Pauſaniam lib.* 10.

Cleon *poeta ſcripſit Argonautica, à quo poema & materiam Apollonius mutuatus eſt, vt enarrator eius dicit.*

Cleonis *Syracuſij liber* περὶ τῶν λιμένων *citatur à Stephano in Aſpis.*

Cleopatra *fertur Græce ſcripſiſſe libros De vnguentis & Chymiſtica ratione. Albertus magnus in mirabilibus mundi citat librũ Cleopatræ. Eius Coſmeticorum fragmenta Græce impreſſa ſunt. Extat etiam libellus de morbis muliebribus.*

Cleophantus *medicus, ante Aſclepiadem vini rationem illuſtraſſe à Plinio ſcribitur, libro vigeſimo ſexto, cap.* 3.

Cleophylus, *vide Creophylus.*

Cleoſtrati *Tenedij ſcripta citantur apud Higinum.*

Clidami *exegeticum librum nominat Athenæus.*

Clidemi *ſcripta idem allegat ex tribus operibus. Item Plutarchus in Ariſtide.*

Climachleon *citatur à Laertio in Heraclide Pontico.*

* Climacis, *vide Ioannes Climaci.*

Climitonus *Langley Anglus, ſcripſit problematum ſophiſticorum lib.* 1. *De orbibus aſtrologicis lib.* 1. *replicationes ſcholaſticas, & alia multa. Claruit anno* 1350.

Cliniæ *verſus* 3. *apud Stobæum ſermone* 62.

Clinomachus *Thurius è ſchola Euclidis Megarenſis, primus de proloquijs & prædicamentis & cæteris huiuſmodi ſcripſit. Laertius.*

Cliſthenes *hiſtoricus citatur apud Plutarchum in vita Ageſilai.*

Clitarchus *hiſtoricus ſcripſit res geſtas Alexandri, & gloſſas, vt Athenæus refert. Citatur à Plutarcho, Stobæo, & à Plinio in volumine quod ſcripſit Nicodoro Athenienſium magiſtratu.*

Clitarchus *ſcripſit librum de teredine vt refert Zezes.*

Clitomachus *Carthaginenſis Philoſophus, vndecim iam annos natus, cum Carneadem Athenis audiret, ſcripſit libros quadraginta teſte Suida. Huius verſus citat Stobæus ſermone* 103. *Eius libros de ſectis citat Laertius in Ariſtippo. Meminit eius Stephanus in Carthagine.*

Clitonymus *ſcripſit rerum Italicarum libros aliquot, ex quibus quædam recitat Plutarchus in minoribus Parallel. cap.* 21. *Item de rebus Sibariticis libros complures, ex quibus idem quædam refert cap.* 43.

Ex Clitophanto *medico multa Plinius in naturalis hiſtoriæ librum* 20. *& ſeptem ſequentes lib. tranſcripſit.*

Clitophon *ſcripſit aliquot Gallicarum rerum libros, ex quorum primo de Brenno & puella plebeia hiſtoriam mutuatur Plutarchus capite triceſimo Parallelorum minorum. Item libros rerum Italicarum, quorum quintum citat Stobæus Sermo.* 9.

Cliti *Mileſij Ariſtotelici liber de Mileto, apud eundem.*

Cloatius *Verrius, libro à Græcis tractorum, Ordinatorum ſecundo, & Inordinatorum Græcorum lib.* 4. *citatur à Macrobio. Gellius verò libros verborum à Græcis tractorum citat.*

Clodius *quidam ſcripſit temporum breuiarium, cuius meminit Plutarchus in vita Numæ Pompilij, à principio.*

Clodius *Herodianus Seueri imperatoris, Peſcennij atq; Albini vitas deſcripſit.*

Clodius

Clodius *Licinius Romanarum rerum libros ſcripſit teſte Liuio.*

Clodius *Sabinus declamationes ſcripſit Latinas & Graecas.*

Clodomirus *vates, Francorum pontifex Magnus, Germanico carmine ſcripſit bella, leges & victorias regum Franci & Clogionis.*

Clonas *primus tuliſſe leges tibiarũ, proſodiaq; feciſſe fertur, tum deinde elegias & carmina condidiſſe. Fuit autem vt Arcades referunt, Tegeates: vt vero Bœotij, Thebanus. Plutarchus de Muſica.*

A Clotario *latæ leges Alemannorum, excuſæ in Germania.*

Cn. Cornelij *Galli, ex iis quæ colligi potuere fragmentis, liber elegiacis verſibus: impreſſus Baſileæ apud Henricum Petrum cum Catullo, &c.*

Cnei *Gellij annales citantur ab A. Gellio.*

Cnei *Getulici fragmenta quædã à Petro Crinito citantur.*

Cn. Marcius *vates vetuſtiſſimus carmine oracula conſcripſit, quæ cum ex euentu fidem habuiſſent, auctoritatem hominis poſt in immenſum auxerunt, meminit eius Liuius Lib. 25. Citatur à Feſto.*

Cn. Matius *poeta Iliados lib. 15. citatur à Chariſio. Vide Caius Matius.*

Cn. *aut C. Næuius vide in Næuio.*

Cn. Planci *impe. conſ. deſ. epiſtola ad Ciceronem libro 10. familiarium: & ibidem altera eius epiſtola ad Conſ. præ. tri. pl. ſen. popu. plebemq; Romanam. Rurſus eiuſdem aliæ 8. ad Ciceronem epiſtolæ, ibidem.*

Cn. Pompeij *ad ſenatum epiſtola, cum C. Salluſtij ſcriptis excudi ſolet.*

Cœleſtinus *vitam Valeriani atque Galieni principum deſcripſit.*

Cœleſtinus *Papa primus, natione Romanus, ſcripſit inter cætera ſolenne decretum contra Neſtorium lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. & quædam alia, vide Cœleſtinus. Claruit autem anno Domini 433.*

Cœlius, *vide Cælius.*

Coignoli *cuiuſdam in pandectas commentariorum tomi 2. excuſi ſunt in Italia.*

Colemontani *oratio ad Lucenſes habita, cum Romanus Pontifex & Siciliæ rex amicitiam eorum ambirent, impreſſa eſt in Italia quaternionibus 2.*

Collutius *Pierius, è Stignano vico agri Florentini, Italus natione, ex familia Salutatorum, Bononiæ diu habitauit. Quo Florentinorum diſtordia pulſus, ad hoſpitẽ ſe recepit, profecit in artibus liberalibus adeò, vt poeta Laureatus & orator ea tempeſtate nobilis haberetur. Accerſitus deinde à Florentinis ſcriba Reipub. ſeu cancellarius factus, in eo munere deceſſit. Huius epiſtolæ plus officiebant Ioanni Galeatio Mediolanenſium duci, quam Florentinorum (quibus tunc hoſtis erat) equites mille. Edidit lectione digna opuſcula, de arte dictandi, lib. 1. De fato & fortuna, lib. 1. De ſeculo & religione, lib. 2. Vitam D. Andreæ, Carmelitæ, lib. 1. Pro Canonizatione eiuſdem, lib. 1. Certamen pauperis & fortunæ, lib. 1. Orationes & epiſtolas, lib. 2. Epitaphium etiam Andreæ præfati carmine. De nobilitate legum & medicinæ Venetijs 1542. & alia. Claruit anno Domini 1460. Leander Albertus hunc dicit aliqua ſcripſiſſe Romanæ fidei contraria.*

Colmanus *Antiſtes Apoſtolici ordinis Monachus, ex antiquorum ſententijs & dictis congeſſit contra ceremoniales Romaniſtas, Pro ſocijs Quartadecimanis lib. 1. Claruit anno D. 670. Baleus.*

Colmanus *Anglus ſcripſit rerum geſtarum chronicon, Catalogum regum Anglorum, Dialogũ de rebus Danicis. Claruit anno 1040.*

Colotes *Epicureus (quem Epicurus Colotaran & Colotarium diminutiuis nominibus appellat) librum ſcripſit,* ὅτι κατὰ τὰ τῶν ἄλλων φιλοσόφων δόγματα οὐδὲ ζῆν ἐστιν, *ad Ptolemæum regem: contra quem extat ſcriptus à Plutarcho liber.*

Columbanus *abbas Luxouienſis, natione Hibernus, ſcripſit commentaria in totum Pſalterium, Epiſtolarum lib. 1. Monaſteriorum methodos, & aduerſus regem Theodoricum adulterum lib. 1. Item Epiſtolam ad Hunaldum carmine, contra auariciam, quæ impreſſa eſt Baſileæ cum Chriſtianorum poetarum operibus. Claruit anno Domini 598.*

Coluthus *Thebanus Lycopolita, claruit tempore Anaſtaſij principis, ſcripſit Calydonica libris ſex, & encomia verſibus, & Perſica. Suidas. Extat eius opuſculum de Helenæ raptu carmine elegiaco, impreſſum cum Q. Calabri Paralipomenis, Venetijs apud Aldum. In vtrunque Annotationes ſcripſit Ioan. Brodæus, quæ Baſileæ in luce edita ſunt.*
* *Opuſculi de raptu Helenæ, Renatus Perdrierius Pariſien. fuit interpres. In 8. Baſileæ anno 1555.*

Colutius *Pierius è Stignano vico agri Florentini, qui inclaruit poſt Petrarcham & Paulum Peruſinum, quædam & ipſe edidit, vt illis temporibus, non vſquequaque inepta. Raphael Volaterranus. Vide Collutius.*

Cometæ *ſcholaſtici octoſtichon in quarto libro Epigrammatum Græcorum.*

Cometæ *Chartularij hexaſticon, ibidem.*

Comiadas *quidam de conditura vini ſcripſit.*

Cominianus *Grammaticus diſertiſſimus nominatur à Chariſio. Forſan idem qui Commiani nomine citatur à Nicolao Erythreo.*

Commodianus *factus Chriſtianus, & volens aliquid ſtudiorum ſuorum muneris offerre Chriſto, ſuæ ſalutis authori, ſcripſit mediocri ſermone, aduerſum paganos.*

Concontij *de tropis, in bibliotheca Strozæ, Græce ſeruatur: ſi modo non eſt mendũ in nomine.*

Conganus *Abbas Hybernicus, Ciſtercienſis ordinis fuit, ſcripſit geſta Malachiæ Archiepiſcopi lib. 1. Ad Bernardum Clareuallenſem Epiſt. plures. Vixit anno 1150. Baleus.*

Congellus *Bannochorenſis illuſtris familiæ Britannus, monachiſmum Ægyptium à Pelagio introductum in Britannia fundauit & ad alias Europæ prouincias tranſmiſit: ſcripſit Regularis*

vitæ methodum libr. 1. Ad Cœnobiorum patres Epiſt. plures. Claruit ſenex anno Domini 530. Baleus.

Conifredi Beneuentani profeſſoris Iuris Ciuilis, De ordine iudiciario. M. Dreſſerus.

Cononis Samij aſtronomi ſcripta citantur à Plinio & Higino.

* Fr. Conradi de cenſis, tractatus religioſorum fratrum Eremitanorum S. Auguſtini, manuſcript. bibl. Imperat.

Conradus Alpendorp, Germanus, Carmelita & epiſcopus Arotenſis, ſcripſit hiſtoriam Cyrilli Doctoris, liber vnus. Claruit anno Domini 1390.

Conradus de Altzeye oppido Maguntinenſis diœceſis, in Palatinatu, carmine & proſa ſcripſit quædam. E quibus extat volumen verſibus & rhythmis pulchra varietate depictum, de puriſſima Dei genetrice Maria, & redemptione generis humani, figurarum opus lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. carminum quoque lib. 1. & alia multa. Claruit anno Domini 1370.

Conrad. Arusberg, filius comitis de Arusberg Germanus, Carmelita & epiſcopus Venecomponenſis, ſcripſit Sermones ad clerum & populum, lib. 1. Collationes feriales lib. 1. Claruit anno Domini 1398.

* Conradi Bekeri Homilia Germanica de muliere Cananea. Witenbergæ 1556.

* Conradi Boij Monorei, alio nomine Conradi Bauari Norimbergenſis Mnemoſinon, id eſt, Bibliorum memoriale carmine. Verus autem huius libri author dicitur Petrus Roſenhaim Monachus in Melek Auſtriæ. Viennæ 1524. in 8.

Conradus monachus cœnobij Bruuilerenſis, ordinis Benedictini, Colonienſis diœceſis, Wolfhelmi abbatis auditor, ſcripſit non ſpernenda volumina, è quibus extant, Vita S. Wolfhelmi abbatis, ad Eberhardum Bruuilerenſem & Hermanū S. Panthaleonis abbates lib. 1. De miraculis eiuſdem B. Wolfhelmi lib. 1. Sermones in honore ſanctorum, & alia complura nobis incognita. Item de Virginitate dialogos octo, ſub nominibus Peregrini presbyteri, & Theodoræ ſanctimonialis, quod opus ſpeculum virginum appellauit. In Euangelia quæ per anni circulum ad miſſam leguntur magnum volumen. De vita, ſpiritu & fructu mortis lib. 1. Matricularium lib. 1. Didaſcalon lib. 1. De muſica & differentia tonorum lib. 1. Carmina de laudibus Benedicti. Epigrammata varia. Claruit anno Domini 1100.

Conradus Brunſſenius, Embecanus, in Eraſmi Chiliades epitomen ſcribere incœpit, quod Eberhardus Tappius abſoluit.

Conradi Bruni I. C. De legationibus lib. 5. De cæremonijs lib. 6. De imaginibus lib. 1. Moguntiæ excudit Franciſcus Behem, anno D. 1548. in folio. Eiuſdem de hæreticis libri ſex ibidem excuſi ſunt, cum D. Optati Afri libris ſex de Donatiſtis, anno Domini 1549. in folio. Eiuſdem de ſeditionibus libri ſex, ibidem excuſi ſunt añō Domini 1550. cum Ioannis Cochlæi triplici appendice de ſeditioſis. Eiuſdem de calumnijs lib. 3. De vniuerſali concilio lib. 9. ibidem aut iam excuſi ſunt, aut breui edentur. * Eiuſdem Compendium de ſanctæ catholicæ eccleſiæ authoritate & poteſtate. Germanicè, Dilingæ anno 1559. in fol.

Conradus Celtis Protutius, ex Francia Germaniæ oriundus, vir doctiſſ. ſcripſit ad Maximilianum Romanorum regem, in vtramq́ M. Tullij Ciceronis rhetoricam, epitomen lib. 1. De laudibus eloquentiæ lib. 1. De arte verſificandi lib. 1. De condendis epiſtolis lib. 1. De ſitu Nurembergæ lib. 1. peregrinationem Sarmaticam lib. 1. carminum lib. 4. Amorum, qui ſecundum 4. latera Ger. inſcri. lib. 4. qui impreſſi ſunt anno 1500. in 4. panægyrin duci Bauariæ lib. 1. De vita S. Sebaldi car. 1. Germaniæ ſitum lib. 1. orationes varias lib. 1. epiſtolas multas ad diuerſos elegantiſſimas metro & proſa edidit, ac diuerſa epigrammata, & in coſmographia, cuius ſcientiſſimus erat. Eius epitome ſiue breuiarium Argentinæ impreſſum extat, anno 1534. et Ingolſtadij 1532. cum compendio de conſcribendis epiſtolis. De Germaniæ vero & Norimbergæ vrbis ſitu ſimul impreſſa habentur. Claruit anno Domini 1370. * Hic primus dicitur fuiſſe inter Germanos poeta laureatus. Eius opera verſibus conſcripta Norimbergæ anno 1500. ſunt excuſa.

Conradus Ceradius Meliſſipolitanus, collegit ex quarto libro grammaticæ Græcæ Theodori Gazæ, conſtructiones Græcolatinas principaliores Latinisq́ diſpares: Libellus olim impreſſus Græcè 4. chartis in folio.

Conradi Clingij Franciſcani eccleſiaſtæ Erdfurdienſis Catechiſmus Catholicus: item auctoris eiuſdem Summa doctrinæ Chriſtianæ Catholicæ, aliâs, Loci communes theologici. Coloniæ apud heredes Arnoldi Birckmanni anno 1565. et 1570. in 8. * Eiuſdem de ſecuritate conſcientiæ catholicorum in rebus fidei, & de periculo ſectariorum huius ſeculi libri duo: item confutatio mendaciorum à Lutheranis aduerſus librum. INTERIM ſparſorum. Coloniæ anno 1563.

Conradi Coci Wimpinæ de Buchonia Theologi Francofurdienſis & Lipſenſis, De bellis Alberti ducis Saxoniæ, carmine heroico. Lipſiæ impreſſum anno Domini 1497. De laude Lipſiæ. Oratio in theologiæ commendationem. Oratio ad Romanum Cardinalem Lipſiæ habita. Confutationes hæreſum & ſchiſmatum ferè omnium, cum Pichardinorum, Wicleuiſtarum, Lutheranorum hæreſibus. Item de nobilitate Chriſti libri tres. De laudibus eiuſdem, lib. 5. De corporibus cœleſtibus, lib. 6. De ſignis & inſomnijs lib. 3. De hypocriſi, ſuperſtitione & diuinatione, lib. 3. De Sophorum erramentis, lib. 3. De D. Annæ trinubio, lib. 3. De fructu ſacræ ſcripturæ, lib. 1. Super principio Ioannis, lib. 1. In ſymbolum Athanaſij, lib. 1. Et alia plura. Claruit Francoforti, vbi & natus & educatus fuerat, anno 1520.

Conradus Collin in primam & tertiam partem Thomæ, excuſus Coloniæ, ſi bene memini, apud Quentel. Et eiuſdē Euerſio Lutherani epithalamij.

Conradus

Conradus *Clauſerus, Tigurinus, Cornuti, ſiue Phurnuti commentarium de natura deorum gentilium Latinitate donauit: impreſſum Baſileæ Græce & Latine 1543. Tranſtulit etiam commentarios quoſdam Græcos, in epiſtolas Pauli, & item Laonici de origine & rebus geſtis Turcarum libros 10. Græce conſcriptos, quos Oporinus edidit. Item Teoph. Antiocheni ad Autolycum lib. 3. impreſſos Tiguri. Præterea plura ſcripſit ex quibus hæc extant, Tetras ſiue in Domini N. Ieſu Chriſti paſſionis & reſurrectionis hiſtor. 4. ſermonum liber, excuſus Tiguri apud Rodolphum Wiſſenbachium, anno D. 1551. octern. 11. & dimid. De oratione liber, quid ſit, in quibus verſetur, quæ eius materia, forma & circunſtantiæ, cum pluribus Deum orandi formulis & expoſitione decalogi, excuſus Tiguri à Froſchouero, anno Domini 1553. octernionibus 6. & dimid. Tranſtulit etiam Procopij Gazæi Sophiſtæ commentarios in priores aliquot veteris teſtamenti libros, * nempe in Geneſ. Exod. & Leuit. qui Tiguri per Andream Geſnerum F. & Iacobum Geſnerum fratres ſunt excuſi anno 1555. In præfatione huius operis, diſſerit de ſtudio theologiæ. Eius perbreuis admonitio de legendis poetis ad Antonium Clauſerum, impreſſa Moguntiæ 1536. Phraſes Iſocratis. Methodus analytica ex Platone, Ariſtotele, Hermogene & Cicerone conflata. Artificioſa methodus declamandi, Concionandi, Diſputandi, Conſcribendi epiſtolas. Progymnaſmata Grãmaticæ linguæ Latinæ. Liber ſyluularum quotidiani ſermonis Latinæ linguæ.*

Conradi *Coelenij ſcholia in officia Ciceronis, excuſa ſunt Baſileæ anno 1544.*

Conradus *Daſypodius Petri F. Argentinenſis, Euclidis Catoptrica, id eſt elementa eius ſcientiæ qua vniuerſa ſpeculorum vis & natura explicatur, in Latinam linguam tranſtulit. Argentorati excudit Rihelius anno Domini 1557. in quarto Græce & Latine. Eius opera edita ſunt tria volumina mathematica pro ſchola Argentinenſi, quorũ ſecundum volum. mathematicum complectitur præcepta mathematica, aſtronomica, logiſtica, vna cum tabulis neceſſarijs, quas idem collegit & edidit. Argentinæ anno Domini 1570. in octauo. Similiter edidit Euclidis propoſitiones elementorum 15. Opticorum, Catopticorum, Harmonicorum, & Apparentiarum, Elementorum librum primum. Heronis Alexandrini vocabula Geometrica. Omnia Græce & Latine, Ibidem. Sphæricæ doctrinæ propoſitiones Græcæ & Latinæ anno Domini 1572. Argentinæ. Habet & alia in mathematicis veterum ſcripta, & ſua quoq; ipſius, quæ aliquando volente Deo in lucem dabit. * Anno 1580. exiuit eiuſdem Heron mechanicus: ſeu de mechanicis artibus atq; diſciplinis. Item eiuſdem Horologij aſtronomici, Argentorati in ſummo templo erecti, deſcriptio. Argentor. excudebat Nicolaus Wyriot. Idem Daſypod. edidit breuem de Cometis & cometarum effectibus doctrinam. 4. Argentorati 1578. Extat eiuſdẽ vera Aſtronomici Horologij Argentinæ expoſitio, ab eodem inuenti. 4. Argent. 1578. German. Lexicon Mathematicum, ex diuerſis antiquis ſcriptis collectum. 8. Argentorati 1579. Iſaci Monachi ſcholia in Euclidis elementorum Geometriæ, ſex priores libros, in ſermonem Latinum tranſtulit. 8. Argentorati 1579.*

* Conradus *Diſtel parochus D. Ioannis apud Wormatienſes ſcripſit viginti orationes, quibus ea pertractantur quæ non modo ad cleri & eccleſiaſticorum mores & vitã piè inſtituendos, verum etiam ad quorumuis adeo aliorum Chriſtianorum honeſtã diſciplinam ſpectant. 8. Coloniæ per Mater. Cholinum 1575.*

* Conradi *Dorplatij ſermones quatuor in dictũ Gene. 3. de ſemine mulieris. Germanicè. Marpurgi 1550. in 8.*

* Conradus *Engelhus Chronicon ſcripſit.*

Conradus *Egenberger è Danica lingua in Germanicam conuertit hiſtoriã filij Daniæ regis, qui poſtea Daniæ & Angliæ, &c. imperauit. Francofurti 1571. in 8.*

* Conradi *Epiſcopi chronicon rerum Maguntiacarum, in fol. Baſileæ 1532.*

Conradus *Forerus Vitoduranus, medicus & verbi miniſter, ſtirpium differentias vt Benedictus Textor digeſſit, non quidem è Dioſcoridis ſolum ſed etiam Plinij & Theophraſti editionibus. Idem Compendio in linguam Germanicam tranſtulit Geſneri lib. 3. de Quadrupedibus, & librum de Aquatilibus.*

* Conradi *Gainuogel ſphera materialis. Germanicè in 4. Argent. 1539.*

Conradus de *Geilhuſen ſcripſit De ſchiſmate.*

Conradus de *S. Georgio, Germanus, Carmelita, cum Gobelino, Alemanno pro ſedando quodã ſchiſmate, commiſſarius ad Anglos, ſcripſit De Eucharistiæ Sacramento, lib. 1. Quæſtiones & lecturas, lib. 1. Claruit anno D. 1305.*

Conradus *Geſnerus Tigurinus, medicus & philoſophus clariſſimus, cum ipſe plurima ſcripſit, tum multa etiam aliorum in lucem edidit, quorum omnium Catalogum cum ipſe ediderit, viſum eſt eundem ipſius verbis apponere: & poſt Corollariũ addere eorum quæ poſt catalogum conſcriptũ edita ſunt, aut adhuc in eius Bibliotheca ſeruantur à Cl. medico Gaſparo Wolphio, non indigna quæ edantur. Primum igitur circa annũ D. 1537. (Conradi Geſneri verba pono) Lexicon Græcolatinum, quod iam ante à diuerſis & innominatis neſcio quibus miſere ſatis conſarcinatum erat, ex Phauorini Camertis Lexico Græco ita auxi, vt nihil in eo extaret, quod non vt ſingulari fide ac diligentia, ita labore maximo adijcerem: ſed typographus me inſcio, & præter omnem expectationem meam, exiguam duntaxat acceſſionis meæ partem adiecit, reſeruans ſibi forte auctuarium ad ſequentes etiam editiones. Eodem paulo poſt defuncto, meum exemplar recuperare non potui. Ab eo etiam tempore in gratiam Heinrici Petri Baſilienſis Typographi, ter aut quater ex diuerſis lectionibus meis, idem volumen inſigni acceſſione auxi, ita vt ſemper nominarem authores, à quibus ſingula excepiſſem, vt & authori-*

*tas maior eſſet, & orthographia minus corrumperetur: quod ſi alij etiam multi Lexicorum corruptores potius quàm authores, obſeruaſſent, non vſq; adeò aliquot millibus locorum corrupta hæc volumina hactenus in publicum prodijſſent, non ſolum Typographicis erratis paſſim innumeris abſurdiſſimè referta, propter imperitiam illorũ qui ad præla corrigunt: ſed ipſorum etiam authorum, quorum plurimos idcirco ſua nomina profiteri puduit. Vltima quidem editio à me locupletata Baſileæ nuper prodijt ex officina Hieronymi Curionis, anno Domini 1560. Septembri, in folio, chartis trecentis octoginta quatuor. Cæterum hoc anno, quo hæc ſcribo. 1562. Geneuæ prodijſſe audio longè copioſiſſimum emendatiſſimumq́; Græcæ linguæ Theſaurum, à Rob. Conſtantino incomparabilis doctrinæ viro, ex Ioan. Criſpini officina. Medicaminum ſucci duorum (quæ Antiballomena Græci vocant) Galeno adſcriptorum tabula Latinitate donata, adiectis etiam Græcis multò caſtigatioribus, & annotationibus in quoſdam locos. Eadem ex libris Dioſcoridis, Aetij, & Pauli Aeginetæ paſſim excerpta, & in vnum diligenter conſcripta, ſubiecimus. Chartæ ſunt quinque cum dimidia, excuſæ Baſileæ in octauo cum Actuarij opere de compoſititione medicamentorum, apud Robertum Winter, anno Domini 1540. Enchiridion hiſtoriæ plantarum ordine alphabetico, ex Dioſcoride ſumptis deſcriptionibus, & multis ex Theophraſto, Plinio, ac recentioribus Græcis additis: facultatibus autem ex Paulo Aegineta plerunq; quàm breuiſſimè adſcriptis, etc. in gratiam medicinæ candidatorum, qui cognitionis ſtirpium cauſa ruſticari interdum ſolent. Robertus Winter imprimebat in 8. Baſileæ anno 1541. chartis nouendecim: & eodem anno Melchior Seſſa Venetijs in 16. Huic ſimilem alium de cæteris ſimplicibus medicamentis libellum nondum edidi. Compendium ex Actuarij Zachariæ libris, de differentijs vrinarum, iudicijs, cauſis & præuidentijs. Vniuerſalis doctrina Cl. Galeni Pergameni de compoſitione pharmacorum ſecundùm locos affectos à capite ad calcem, particularibus medicamentis omiſſis. Symbola Galeni experimentorum ex lib. eius collecta, & aliorum quorundam. Hoſce 3. libros, Chriſtophorus Froſchonerus Tigurinus typographus vno volumine coniunxit. Tiguri 1541. in 8. chartis 24. Apparatus et delectus ſimpliciũ medicamentorũ, ex Dioſcoride & Meſueo præcipuè, alphabeti ordine, pharmacapolis maximè vtilis liber. Continentur autem eodem volumine, vniuerſalia Pauli Aeginetæ præcepta de medicamentorum ſecundum genera compoſitione: & eiuſdem argumenti omnia quæ in Galeni libris de compoſitione med. κατὰ γένη præcepta extant: multis ſuperfluè dictis, & particularibus pleriſque compoſitionibus remotis, &c. Frellonij fratres excudebant Lugduni 1542. in 8. chartis 18. & dimid. & Venetijs fratres de Nicolinis in 16. Catalogus plantarum nomina Latinè, Græce, Germanicè & Gallicè è regione proponens, ſecundum ordinem alphabeti, Latinis præeuntib. vnà cum vulgarib. pharmacopolarum nomenclaturis, &c. His accedunt in calce operis Nomenclaturæ ſtirpium ſecundũ varias gentes, Dioſcoridi adſcriptæ, in ordinem literarũ digeſtæ. Liber impreſſus eſt Tiguri apud Froſchou. 1542. in 4. chartis. 4. & dimidio. De ſyllogiſmis Compendium authoris incerti, è Græco tranſlatum, excuſum Baſileæ in 8. chartis duabus & dimid. apud Ioan. Oporin. cum Ioachimi Perionij lucubrationibus quibuſdam in organum Ariſt. 1542. Moralis interpretatio errorum Vlyſſis Homerici, authoris incerti. Commentatio Porphyrij philoſophi de Nympharum antro in 13. libro Odyſſeæ Homericæ. Apologiæ quædam pro Homero & arte poetica, fabularumq; aliquot enarrationes, ex Cõmentarijs Procli Lycij Diadochi philoſophi Platonici in lib. Platonis de republica: in quib. plurimæ de dijs fabulæ, non iuxta grammaticorũ vulgus hiſtoricè, phyſicè aut ethicè tractantur: ſed theologicis, (vt gentiles loquuntur) ex prima philoſophia rationib. explanantur. Omnia per nos è Græco ſermone conuerſa, & euulgata Tiguri, 1542. in 8. chartis 12. ex Offici. Froſchoniana. Porphyrij philoſ. quæſtiones Homericæ. Pauli Silenciarij [illegible]ambia, de thermis, & alia quædam ex Græcis eo[illegible] tempore, aut etiam poſtea à me conuerſa, nondum in lucem exiuerunt. De lacte & operib. lact[illegible] libellus, philologus pariter ac medicus, cum epiſtola ad Iacobum Auienum Glaronenſem de montium admiratione, excuſus Tiguri 1543. in 8. chartis 6. et dimid. Ioannis Stobæi Collectanea ſiue loci Communes CXXIII. ex omni genere authorum vetuſtiſſimorum Græcorum, cl. ferè congeſti, ex noſtra interpretatione Latina, &c. His acceſſerunt opuſcula tria, à nobis etiam primùm Latinè edita: nempe Cyri Theodori dialogus de amicitiæ exilio ſenarijs iambicis. Opuſcula duo Platoni adſcripta, vnum de iuſto; alterum, an virtus doceri poſſit. Omnia Græcè & Latinè è regione, Tiguri apud Froſchouerum, cum duplici indice, vno rerum, altero authorum, anno Domini 1543. in folio, chartis 210. & iterum Stobæi locis, cum ex manuſcriptis exemplaribus, tum aliundè, auctis atque recognitis, anno 1550. & tertio, 1559. Eoſdem locos Oporinus Baſileæ edidit Germanice, Ge. Læto interprete. Audio & Antuerpiæ Latina noſtra ſeorſim excuſa eſſe abſq; Græcis. Nona editio valde aucta, parata prælo apud me eſt. Heraclidis Pontici Allegoriæ in Homeri fabulas de dijs, & ſermo Dionis de Homero Latini facti, excuſi Baſileæ apud Ioan. Oporinum, adie[illegible] etiam eiſdem Græcis, & alijs quibuſdam raris ac elegantibus opuſculis, anno Domini 1544. in octauo chartis 14. & ſemis. Michaelis Epheſij Scholia in Ariſtotelis libellos, nempe: De iuuentute & ſenectute, vita & morte. De longitudine & breuitate vitæ. De diuinatione per ſomnum. Omnia è Græco tranſlata, & impreſſa Baſileæ in 8. anno D. 1541. chartis 6. & dimidia, cum Nicolai Leonici explanatione in primum librum Ariſtotelis de partibus animalium, apud Weſthemerum: & Venetijs anno 1543. in folio, cum Alexandri Aphrodiſ. commentarijs in librum Ariſtotelis de ſenſibus,*

*Lucilia*

Digitized by Google

Lutilio Philalthео interprete. M. V. Martialis poetæ Epigrammata ( ad linguæ Latinæ copiam, & varias rerum nomenclaturas vtiliſsima ) ab omni verborum obſcœnitate, in adoleſcentium præcipuè ſcholarumque vſum, expurgaui, & in locos circiter 86. digeſsi. His adieci Dialogos tres, quibus ratio huius inſtituti redditur, & multa de puerilibus ſtudijs commemorantur. Et in fine Annotationes Iac. Micylli, Froſchouerus eudebat Tiguri 1544. in 8. chartis 28. Ambroſij Calepini Dictionarium linguæ Latinæ, quod anno 1544. menſe Septembri impreſſum eſt Baſileæ apud Leonhardum Hoſpinianum, innumeris locis caſtigauimus: & ex poſtrema editione Venetijs publicata ad inſigne Sirenis, quæ ſupra quatuor millia vocabulorum ex probatiſsimis authoribus acceſsiſſe gloriatur, omnia in noſtrum exemplar tranſtulimus: & proſodiæ, id eſt, quantitatis ſyllabarum notas ( plerunque etiam verſus poetarum, quibus ea confirmetur ) nouo labore ſingulis dictionibus, quæ ordine alphabeti explicantur, inſcripſimus. Cæterum nomina propria, ex quibus maxima pars Venetæ acceſsionis conſtabat, ſeorſim à Latinis vocabulis in peculiare alphabetum, partim proprio labore, partim iuuantibus amicis, digeſta ſunt, additis omnibus illis, quæ in poſtremis dictionarijs poeticis continebantur. Huic volumini titulum fecimus, Onomaſticon nominum propriorum: quod tertio iam auctum & emendatum à nobis prodijt, Baſileæ ex Hieronymi Curionis officina. In ſecunda quidem editione, quæcunque Stephanus regius Grammaticus Græcus propria locorum nomina habebat, Latine interpretatus adieci, & loca caſtigaui innumera. Græca etiam nomina paſſim addita ſunt. Vltima editio publicata eſt Baſileæ, anno 1560. in folio. Sunt autem Latinarum dictionum chartæ 312. cùm aliâs, tum ex Pauli Manutij obſeruationibus plurimum auctæ. Onomaſtici verò noſtri priuatim chartæ 61. In Lexicon Græcolatinum, anno 1544. Baſileæ excuſum in 4. de Vtilitate ac dignitate linguæ Græcæ præfati ſumus. Antonij Teleſij Itali Conſentini opuſcula aliquot, partim iam prius diuerſis in locis, partim nunquam prius edita, tum ſtyli Romana puritate, tum editione, varietate & lepôre argumentorum, magno ſtudioſorum applauſu excipienda, Ioan. Oporino Baſilienſi typographo dedi: qui ea publicauit, anno 1545. in 8. chartis vndecim. Ex his ligato ſermone conditus eſt Imber aureus Tragœdia: & poemata 7. ſoluto autem Commentarij duo, vnus de coloribus, alter de coronarum generibus. Ab eo quidem tempore etiam alia quædam huius authoris poematia in Italia typis impreſſa, nactus ſum: quæ cum præcedentibus coniuncta denuò excudi optarim, vt tam elegantis ſcriptoris, quæ extant omnia, vno volumine haberentur. Bibliotheca vniuerſalis, ſiue Catalogus omnium ſcriptorum locupletiſsimus, in tribus linguis, Latina, Græca & Hebraica: extantium & non extantium, veterum & recentiorum, vſque ad annum Domini 1565. doctorum & indoctorum, excuſorum & in Bibliothecis latentium: Opus nouum, & non Bibliothecis tantum publicis priuatiſue inſtituendis neceſſarium, ſed ſtudioſis omnibus cuiuſcunq; artis aut ſcientiæ, ad ſtudia melius formanda vtiliſsimum. Tiguri apud Froſchouerum 1545. in fol. chartis 325 adiecto ad finem indice nominum vniuerſorum, vt ea quorum prænomina fortè Lector ignorat, inuenire poſsit. Non ſolum autem ſingula authorum ſcripta hoc volumine enumerantur: ſed ſingulorum etiam librorum argumenta ſæpius adſcribuntur, ſiue ex ipſorum authorum præfationibus, vt ſimul etiam ſtyli aliquod ſpecimen præbeatur Lectori, ſiue aliter: & ſuper multis Cenſuræ doctorum hominum, & alia quædam, quæ in Compendijs poſtea excuſis, non meo quidem conſilio omiſſa ſunt, poterant enim breuius quidem exponi, non tamen prorſus omitti. Sed ſuum plerunque lucrum ſpectant typographi, potius quàm vel authorum voluntatem, vel vtilitatem Lectorum ſolidam. In Compendium quidem illis poſtea impreſsis, permulta authorum nomina noua, recentiora præſertim, acceſſerunt: ſed omnis illa acceſsio ſeorſim etiam à Froſchouero noſtro excuſa eſt, vt qui primam editionem emerunt, aut deinceps etiam empturi ſunt, fructus illo non fruſtrentur. Sententiarum ſiue Capitum Theologicorum præcipuè, ex ſacris & prophanis libris Græcis collectorum digeſtorumque in Locos communes, per Antonium & Maximum monachos, Tomi tres. Antonij loci Meliſſa inſcripti, inque duos Tomos diuiſi, numero ſunt 175. Maximi verò 71. Tomo vno comprehenſi. Abbæ Maximi, philoſophi, confeſſoris & martyris, Aphoriſmorum ſeu Capitum de Perfecta charitate & alijs virtutibus Chriſtianis, Centuriæ quatuor. Theophili ſexti Antiochenſis epiſcopi, de Deo & fide Chriſtianorum contra gentes Inſtitutionum libri tres ad Autolycum. Tatiani Aſſyrij, Iuſtini martyris diſcipuli, Oratio contra Græcos ( Hæc omnia quinque diuerſorum authorum volumina ) mea cura ex codicibus manuſcriptis tranſcripta, & meo labore emendata, ante & ad prælum, ( præter Maximi Centurias prius excuſas, nunc quidem caſtigatiores, ) Froſchouerus Græce excudit Tiguri 1546. in fol. chartis 73.

Et rurſus eadem omnia in Latinum ſermonem conuerſa, eodem anno in folio chartis 99. Ex his primam partem Meliſſæ Antonij ego interpretatus ſum: & Tatiani Orationem, cui & annotationes adieci. Secundum verò Meliſſæ partem, & Maximi Locos Ioannes Ribittus Sabaudus Latina fecit. Maximi Centurias, Vincetius Obſopæus: Theophili Inſtitutiones, Conradus Clauſerus. Enumeratio medicamentorum purgantium, vomitoriorũ & aluum bonam facientium, ordine alphabeti, excuſa in quarto, Baſileæ in officina Frobeniana, anno Domini 1546. cum Antonij Muſæ libello de catapotijs. Naturalis ſcientiæ totius Compendium, ex Ariſtotelis alijſque libris ab Hermolao Barbaro patricio Veneto confectũ, & in Italia impreſſum mendoſiſsimè, quoad eius potui, repurgatum Ioanni Oporino tradidi, è cuius officina prodiuit, chartis octo in 8. anno 1548. quibus ille adiecit Hieronymi

*Wildenbergij Aurimontani in pleroſq; Ariſtotelis phyſicorum libros Epitomen, chartis vndecim. Pandectarum ſiue partitionam vniuerſalium, qui ſecundus Tomus Bibliothecæ noſtræ eſt, libri nouendecim: excuſi Tiguri apud Froſchouerum in folio, 1548. chartis 191. In his libris omnium, qui in primo Bibliothecæ tomo nominantur authorum, & plurimorum inſuper aliorum ſcripta, non alphabetico ordine vt in primo tomo, ſed ſecundum artium & ſcientiarum genera per certas claſſes & locos communes enumerantur: non titulis modò librorum memoratis, ſed capitum etiam inſcriptionibus, & particularibus plurimorum librorum argumentis. Librorum inſcriptiones hæ ſunt: 1. De grammatica & philologia. 2. De dialectica. 3. De rhetorica. 4. De poetica. 5. De arithmetica. 6. De geometria, opticis & catopticis. 7. De muſica. 8. De aſtronomia. 9. De aſtrologia. 10. De diuinatione cum licita, tum illicita, & magia. 11. De geographia. 12. De hiſtorijs. 13. De diuerſis artibus illiteratis. 14. De naturali philoſophia, & theologia gentium. 15. De prima philoſophia ſeu metaphyſicis. 16. De morali philoſophia. 17. De œconomica philoſophia. 18. De re politica, id eſt, ciuili & militari. 19. De iuriſprudentia. His liber viceſimus ſubiungendus erat de re medica, quem certas ob cauſas reliqui, & ne hactenus quidem abſolui, quamuis materia ſatis copioſa mihi ſit congeſta. Pandectarum, hoc eſt, ſecundi tomi Bibliothecæ liber 21. ſiue vltimus, De theologia Chriſtiana, ſeorſim cuſus ibidem, in fol. 1549. chartis 90. Eſt autem is liber veluti index per locos digeſtus in pleroſque veterum & recentiorum theologorum libros, hoc eſt, librorum titulos & capita ferè, &c. Ex chartis nonaginta, quibus conſtat, poſtremæ ſeptem continent Indicem alphabeticum, huic de theologia libro & ſuperioribus 19. communem. Cl. Galeni librorum editioni Latinæ, quæ publicata eſt Baſileæ in officina Frobeniana, ex Iani Cornarij recognitione, anno 1549. capitum diſtinctionem & argumenta in pleroſq; libros, ab initijs ſingulorum, adieci: quæ in multis (ijs præſertim, qui rei medicæ tyronibus præcipuè neceſſarij lectu ſunt) ita copioſe ac methodice tractantur, vt vel Epitomes aphoriſticæ inſtar haberi poßint. Hiſtoriæ animalium liber 1. qui eſt de quadrupedibus viuiparis, cum figuris ad viuum expreßis: opus philoſophis, medicis, grammaticis, philologis, poetis, & omnibus rerum, linguarumque variarum ſtudioſis, vtilißimum ſimul iucundißimumq; futurum: in quo non modò ſimplex animalium hiſtoria continetur, ſed etiam veluti commentarij locupletißimi, & caſtigationes plurimæ in veterum ac recentiorū eiuſdem argumenti, quæ videre nobis licuit omnia, ex authoribus ferè ducentis quinquaginta, &c. Ita digeſtis commodo perpetuoq; ordine omnibus, vt quicquid de vnoquoq; animali cognoſcere libuerit, nullo negotio ſtatim inueniatur. Neq; enim ad continuam lectionem à nobis hæc condita ſunt, ſed vt eorum qui Dictionariorum eſſe ſolet, ad inquirendum maximè, vſus ſit: quod non intellexerunt, qui prolixitatis in hoc opere nos accuſarunt. In ſequentibus quidem animalium libris, minus prolixus fui, hoc eſt, in philologia parcior. Hoc volumen in Epitomen contraxit, philologia omni omiſſa, excellens doctrina & virtute medicus Laurentius Hiel, in illuſtri Academia Ienenſi hoc tempore profeſſor: idem fortè facturus in reliquis etiam noſtris de animalibus libris, vt aliquando coniuncti publicentur. In Germanicum verò ſermonem ſimili cōpendio tranſtulit hunc & ſecundum de quadrupedibus ouiparis, Conradus Forer Vitoduranus medicus, nunc etiam eccleſiæ miniſter, & ſimiliter de aquatilibus volumen. Auium verò hiſtoriam Germanicam fecit Rodol. Huſlinus, quæ iam excuſſa eſt, anno D. 1548. chartis 87. Theſaurus Euonymi Philiatri de remedijs ſecretis, (voco autem ſecreta, in quibus pars purior & tenuior, ab impuriore craßiareq; ſecernitur, arte,) liber phyſicus, medicus, & partim etiam chymicus, & œconomicus in vinorum diuerſi ſaporis apparatu, medicis & pharmacopolis omnibus præcipue neceſſarius, impreſſus Tiguri apud Andream Geſnerum F. in 8. chartis 39. anno 1558. Agit autem præcipue de artificioſis aquarum & oleorum deſtillationibus ſiue extractionibus, ex herbis alijsq; ſimplicibus medicamentis. Secunda eius editio prodiuit anno 1558. adiectis quibuſdam inſtrumentorum deſtillatoriorum figuris, & nouo Iacobi Beſſoni libello, de abſoluta ratione extrahendi olea & aquas è medicamentis ſimplicibus. Hunc librum cum in gratiam Andreæ Geſneri patruelis mei, noui tum typographi, immaturum ederem, nomen meum addere nolui. Nunc quoniam & magno ſtudioſorum rei medice applauſu eum exceptum video, & aliquando abſolutiorem dare cogito, ſi Deus vitam dederit: me eius authorem eſſe dißimulare amplius nolui, præſertim cum iam viri quidam eruditi id deprehenderint. Ex eadem officina Germanicus etiam euulgatus eſt, Rodolpho Landebergero noſtro (eccleſiæ Bulaci diacono, in agro Tigurino) interprete. Et Latine in 16. Lugduni: ibidemq;, ni fallor Gallice. Veterum aliquot theologorum Græcorum orthodoxorū libri Græci, & ijdem Latinitate donati è regione: quorum plerique partim Latine, partim Græce antehac non ſunt editi, noſtra plerique cura excuſi, Tiguri apud Andream patruelem, anno 1552. in folio, chartis 104. Sunt autem hi: Canones Apoſtolorum, & veterum tredecim ſanctorum Conciliorum decreta, à Clemente Romano, vt quidam putant, verſi & collecti, &c. Ignatij martyris & Archiepiſcopi Antiocheni, epiſtolæ 12. Ioanne Brunnero Tigurino interprete. Athenagoræ Athenienſis philoſophi Chriſtiani Apologia, vel Legatio pro Chriſtianis, ex noſtra interpretatione cum annotationibus noſtris. Eiuſdem de mortuorum reſurrectione liber, Petro Nannio interprete, cum Hen. Stephani typographi doctißimi (qui hos duos Athenagore libellos ſeorſim prius excudit Geneuæ) in Græcum ſimul contextum & Nannij verſionem Annotationibus. Æneæ Gazæi Platonici Theophraſtus, ſiue de animarum immortalitate & corporum reſurrectione dialogus, Ioan. Wolphio eccleſiæ Tigurinæ miniſtro in-*

Digitized by Google

ſtro interprete. Cidonij de Contemnenda morte oratio, Raphaele Seilero I. C. Auguſtano interprete. Hermeæ philoſophi irriſio gentilium philoſophorum, eodem interprete. Expoſitio capitum admonitoriorum Agapeti diaconi ad Iuſtinianum Imperatorem, innominato interprete. Ex his ego ſuppeditaui Æneæ Gazæi Platonici Theophraſtum, ex nobili Reipub. Auguſtanæ biblioteca nactus: & Ignatij epiſtolas, quas Lutetiæ paulò ante Græce excuſas ignorabam. In Hieronymi Tragi de ſtirpibus Commentarios Argentinæ excuſos apud Ribelium, anno 1552. præfationem adieci in gratiam typographi, quæ continet Catalogum rei herbariæ ſcriptorum, qui ad illud vſque tempus aliquid ediderunt, extantium & non extantium, &c. ſatis copioſum, chartis circiter 3. De thermis & fontibus medicatis Heluetiæ & Germaniæ libri duo, excuſi Venetijs in officina Iuntarum, anno 1553. in fol. char. 5. cum quadrante, cum permultis aliorum libris, qui thermas Italiæ deſcripſerunt. Ab eo autem tempore, quoniã plurima obſeruaui, quibus hoc argumentum plenius illuſtrem, ſpero me breui eundem librũ auctum & recognitum ſeorſim editurum. Tabulæ collectionum, quibus per ſingulos anni menſes, quæ ſtirpes in ſingulis per Germaniam flores fructusque vt plurimum proferant, ordine recenſetur. Argentinæ à Ribelio impreſſæ 1553. in octauo. chartis quinq; cum quadrante, cum Dauidis Kyberi ſummi amici mei, rei herbariæ Lexico: quod dum ſub prælo eſſet, eodem anno, menſe Ianuario, optimus & doctiſſimus vir peſte ſublatus obijt, mihi verò iã morte proximus quæ excudenda ſupererãt, vt ante prælum inſpicerem ac emendarem commendari voluit, &c. itaque & præfationem in illum librum, & in authoris mortem Idyllium lugubre Græcum condidi. Icones animalium quadrupedum viuiparorum & ouiparorum, quæ primo & ſecundo hiſtoriæ animalium libris à nobis deſcribuntur, cum nomenclaturis ſingulorum Latinis, Italicis, Gallicis, & Germanicis plerunque per certos ordines digeſtæ, Tiguri procudebat Froſchouerus 1553. in folio, chartis 17. & rurſus auctas ac recognitas, tum alias tum multis deſcriptionibus & iconibus additis, quæ in hiſtoriarum libris non habentur, anno 1560. chartis 32. Ligari autem debent cum ſequentibus animalium Iconibus. Hiſtoriæ quadrupedum ouiparorum liber, id eſt, ſecundus de animalibus, cum appendice ad quadrupedes viuiparas, anno 1554. ibidem excuſos in folio, chartis 37. Et quia paruus eſt, commode vno volumine cum hiſtoria auium, id eſt, tertio de animalibus libro ligabitur. Hiſtoriæ auium liber, (qui eſt tertius de animalibus) cum figuris, ex eadem officina, anno 1555. chartis quatuor ſupra ducentas. In fine adduntur Paralipomena. Icones auium omnium, quæ in noſtra auium hiſtoria deſcribuntur cum nomenclaturis ſingularum in linguis diuerſis Europæ: ibidem euulgatæ, anno 1555. in folio, chartis 32. Et rurſus anno 1560. nouis aliquot iconibus ac deſcriptionibus auctæ & recognitæ, chartis 37. In eam editionem emendationes & additiones aliquot conieci ad finem Iconum quadrupedum ſecundæ editionis. De medicinæ chirurgicæ præſtantia & antiquitate ſcriptum noſtrum, & Enumerationem alphabeticam virorum illuſtrium, qui rem chirurgicam vel ſcriptis vel artis vſu excoluerunt, Geſneri fratres duo (patrueles mei) Tiguri publicarunt, chartis ſeptem & dimidia ferè, in volumine ſatis magno, quo diuerſos chirurgiæ ſcriptores, mea ferè cura complexi ſunt. De raris & admirandis herbis, quæ ſiue quod noctu luceant, ſiue alias ob cauſas, Lunariæ nominantur, Commentariolus: & obiter de alijs etiam rebus, quæ in tenebris lucent. Inſeruntur & nouæ quædã herbarum Icones. Deſcriptio montis Fracti ſiue Pilati vulgò dicti, iuxta Lucernam in Heluetia. Patrueles mei imprimebant Tiguri, anno 1555. in 4. vnà cum Ioan. du Choul. G. F. Lugdunenſis, Pilati mõtis in Gallia deſcriptione: & Ioan. Rhellicani Idyllio, quo Stocchornum montem altiſſimum in Bernenſium Heluetiorum agro verſibus heroicis deſcribit. Chartæ ſunt omnium duodecim cum dimidia. Epitome bibliothecæ noſtræ tomi primi, à Conrado Lycoſthene Rubeaquẽſi, edita primum Baſileæ, per Ioſiam Simlerum Tigurinum recognita & aucta, plus quàm bis mille authorũ acceſſione, excuſa Tiguri apud Froſchouerum in fol. 1555. chart. 105. Ad eam quidem augendam nos quoq; collectanea noſtra contulimus, &c. Huius Epitomes acceſſio, appendix primi tomi futura, ſeorſim etiam impreſſa eſt, vt ſupra diximus. Rob. Conſtantinus Gallus etiam Lutetiæ edidit Nomẽclatorem ſcriptorum inſignium, qui veluti Epitome breuiſſima vtiliſſimaq; bibliothecæ noſtræ eſt: vbi optimos quoſq; veteres & recentiores ſcriptores nominat, extantes duntaxat, manuſcriptos vel impreſſos, ſecundum genera artium & ſcientiarum digeſto libro, &c. Eum Andreas Wechelus Pariſijs excudit 1555. in 8. chart. 12. Mithridates, ſiue de differentijs linguarum, tum veterum, tum quæ hodie apud diuerſas nationes in toto orbe terrarũ in vſu ſunt, obſeruationes, typis Froſchoueri excuſæ Tiguri 1555. in 8. chartis 10. cum tabula quæ orationem Dominicam in plurimis linguis ſcriptam proponit. Libelli 3. medicinales: Vnus De ſanitate tuenda: Alter, Contra luxum conuiuiorum: Tertius, Contra notas aſtrologicas Ephemeridum de ſecandis venis. Seſquicharta à patruelibus impreſſ. 1556. in 8. Cl. Æliani Prænestini Pontificis & ſophiſtæ, qui Romæ ſub Imperatore Antonino Pio vixit, Meligloſſus aut Meliphtongus ab orationis ſuauitate cognominatus, monumenta, quæ extant omnia Græce, Latineq; è regione, cura & opera noſtra in lucem edita. Sunt autem hæc: De animalium natura lib. 17. ex Petri Gillij Galli & noſtra interpretatione, ad Græcos codices manuſcriptos recogniti, & tertia ferè parte ex ijſdem per nos aucti, Græce quidem prius antehac non excuſi. Variæ hiſt. lib. 14. Iuſto Vulteio Wetterano interprete, nunc etiam recogniti. De militaribus ordinibus inſtituendis more Græcorum lib. 1. à Fr. Robortello Vtinenſi in Latinũ ſermonem verſus, & ab eodem picturis quam plurimis illuſtratus, nunc denuò emendatior. Epiſtolæ ruſticanæ, Sebaſtiano Guldebec-

cio Tigurino interprete. Omnia Tiguri apud patrueles meos, anno 1556. in fol. chartis 176. De piſcibus & aquatilibus omnibus libelli 3. I. Halieuticôn P. Ouidij Naſonis emendatum & ſcholijs illuſtratũ. II. Aquatilium animantium Enumeratio iuxta Plinium, emendata & explicata, ſerie literarum. III. Eorundem Nomanclator Germanicus longè copioſiſsimus: Et alia quædam ad piſcium hiſtoriã pertinentia Andreas Geſnerus F. excudebat Tiguri 1556. in 8. chartis 18. De ſtirpium aliquot nominibus vetuſtis ac nouis, vt ſunt Mamirâs, Môly, Oloconitis, Doronicum, Bulbocaſtanum, Granum alzelin vel Habbaziz, & alia complura, Epiſtolæ duæ: vna Melchioris Guilandini Boruſsi: & altera noſtra, cum nouis iconibus tribus. Chartæ ſunt tres excuſæ Baſileæ apud Nicolaum Epiſcopium F. 1557. in 8. & rurſus cum epiſtola Matthioli Senenſis. M. Antonini Imperatoris Romani & philoſophi de ſeipſo ſeu vita ſua libros 12. vnà cum Marini Neapolitani libro de Procli vita & felicitate, Græcos è bibliotheca illuſtriſsimi principis Othonis Heinrici, cum vir doctrina excellens Michael Toxites nobis communicaſſet, deſcribendos curaui, & ad archetypum contuli, & patrueli Andreæ anno 1558. cudendos dedi, vnà cum tranſlationibus Latinis, in Antonini quidem libros Gul. Xylandri Auguſtani: in Martini verò Proclum, amici cuiuſdam noſtri iuuenis pereruditi, qui præ modeſtia nomen ſuum exprimi noluit. Chartæ ſunt 30. in 8. Hiſtoriæ animalium liber quartus, quæ eſt de piſcibus & aquatilibus, cum iconibus, procuſus Tiguri à Froſchouero 1558. in fol. chartis 335. Ad finem Paralipomena quædam acceſſerunt. Continentur autem eodem volumine Gul. Rondeletij quoq; & Petri Bellonij de Aquatilium ſingulis ſcripta. Hannonis Carthaginenſium ducis Nauigatio, qua maximam Libycæ oræ partem vltra Herculis columnas luſtrauit, è Græco ſermone in Latinum conuerſa, adiectis etiam ſcholijs. Seſquicharta impreſſa Tiguri apud Andream Geſnerum F. anno 1559. cum Ioan. Leonis Africani Deſcriptionis Africæ libris nouem, in 8. Xenocratis de alimento ex aquatilibus libellus Græcus noſtra opera editus, idemq; Latinus ex noſtra interpretatione, vnà cũ ſcholijs. Chartæ ſunt quatuor cum dimidia, procuſæ Tiguri apud Andream patruelem in 8. vnà cum Iani Dubrauij Olmucenſis epiſcopi, De piſcinis & piſcium qui in eis aluntur naturis libris quinq;. Icones animalium aquatilium in mari & dulcibus aquis degentium, plus quàm D. CC. cum nomenclaturis ſingulorum Latinis, Græcis, Italicis, Hiſpanicis, Gallicis, alijsq; interdum. Explicantur autem ſingulorum nomina ac nominum rationes, præſertim in Latina & Græca lingua vberrimè: & nominum confirmandorum cauſa deſcriptiones quorundam, & alia quædam præſertim in magno noſtro de Aquatilibus volumine non tradita, adduntur: deq; ſingulis Rondeletij, Bellonij, Saluiani, & noſtræ ſententiæ explicantur breuiſsimè. Froſchouerus cudebat Tiguri 1560. in folio chartis 101. Hoc monendus eſt Lector, tres libros, quibus continentur Icones Quadrupedum, Auium & Aquatilium, commodè vno volumine ligari. Hiſtoria & interpretatio prodigij, quo cælum ardere viſum eſt per plurimas Germaniæ regiones, ineunte anno 1561. die tertio à Natali Dominico: deq; alijs quibuſdam prodigijs veteribus ac nouis. Chartæ ſunt tres impreſſæ apud nos eodem anno in octauo Con. Boloueſi authoris nomine, meũ enim non ponere placebat, ne quis ſutorem vltra crepidam mihi obijceret. Placuit hæc interpretatio Anglis, qui ſua lingua eã ediderunt. Amicus quidam hic Germanice reddidit, ſed nondum edidit. Dictionarium Germanicolatinum noſtra adhortatione copioſiſsimum Ioſua Pictorius noſter confecit, excuſum Tiguri à Froſchouero in 4. 1561. cum noſtra præfatione, in qua de lingua Germanica in vniuerſum eiuſq; dialectis, & quàm latè pateat: quid ei cum Gotthica & Gallica commune: deque antiquis ac recentibus in ea ſcriptis, & illuſtrandæ eius ratione diſſerimus, per ſeſquichartam ferè. Valerij Cordi Simeſuſij Annotationes in Pedacij Dioſcoridis Anazarbæi de medica materia libros quinq;, longe aliæ quàm antehac ſunt euulgatæ. Eiuſdem hiſtoria ſtirpium libri quatuor, nunc primum in lucem editi, adiectis etiam ſtirpium iconibus, & breuiſsimis Annotatiunculis. Eiuſdem Sylua, qua rerum foſsilium in Germania plurimarum, Metallorum, Lapidum & Stirpium aliquot rariorum notitiam breuiſsimè perſequitur. Eiuſdem de artificioſis extractionibus liber. Eiuſdem compoſitiones medicinales aliquot, non vulgares. His accedunt Stocchornij & Neſsi in Bernatium Heluetiorum ditione montium, & naſcentium in eis ſtirpium, deſcriptio Benedicti Aretij profeſſoris in ſchola Bernenſi. Deſcriptiones & icones quædam plantarum noſtræ, & De hortis Germaniæ liber à me tum recens conſcriptus. Hæc omnia typographo Argentinenſi Ioſiæ Rihelio ſuppeditaui, anno 1562. qui ea publicauit in fol. chartis trecentis ac tribus. Hortorum Germaniæ priuatim chartæ ſunt 32. Prolegomena in opera Galeni, Latina, quæ hoc anno 1562. Baſileæ prodeunt, ex vltima doctiſsimorum hominum recognitione, &c. Chartæ ſunt ſedecim cum quadrante in magno folio. Caſsij iatroſophiſtæ naturales & medicinales quæſtiones 84. circa hominis naturam & morbos aliquot, ex noſtra interpretatione Latina. Eædem Græce longè quàm antehac caſtigatiores cum ſcholijs noſtris. Iacobus Geſnerus imprimebat Tiguri 1562. in 8. chartis nouem cum dimidia: vnà cum Antonij Snebergeri medici Catalogo medicamentorum ſimplicium peſtilentiæ veneno aduerſantium. Santis Ardoyni Piſaurenſis medici de Venenis libri octo: cum tribus eiuſdem argumenti Ferdinandi Ponzetti Cardinalis, excuſi Baſileæ apud Hen. Petri, & P. Pernam, anno 1562. in fol. Vtriuſq; authoris codicem ante annos quadraginta aut amplius retrò excuſum, typographis ego ſuppeditaui: cum in nullis amplius bibliopolijs proſtarent. Ariſtotelis libellum de virtutibus à me tranſlatũ, paſsim Stobæi Collectaneis Græce & Latine inſerui: ſicut & Theophraſti characteres, Græco contextu & Politiani tranſlatione, quoad eius

potui

Digitized by Google

*potui emendatiꝰ. His vltimus hoc tempore adnumeretur, præſens hic de ſcriptis tum proprijs, tum aliorum à me editis. Ex his hactenus impreſsis lucubrationibus noſtris, pleraq; olim, ſi vixero, & iterum edi ea contingat, aucta & emendata dabo.*

*De nondum editis, partim perfectis, partim imperfectis adhuc. Verſabar hoc tempore in adornanda noſtra ſtirpium hiſtoria, cuius materiam vberrimam & picturas quam plurimas, permultis retro annis congerere cœpi. Ab ea verò multæ ſubinde occupationes neceſſariæ, multæ etiam ex improuiſo impedimenta me auocant. Nuper quidem doctiſsimo typographorum Heinrico Stephano, Xenophontis de venatione libellum, ab Omnibono Leoniceno minime bene conuerſum, in eius gratiam vt emendarem roganti, obſecundare volui: & ſpero tranſlationem illam cum Scholijs fortè noſtris, inter cætera Xenophontis opera Latina ex eius officina propediem apparituram, vnà cũ noſtris in eundem librum obſeruationibus & emendationibus Græci contextus. Alterum impedimentum immatura doctiſsimi Auguſtani medici Ioannis Moibani mors mihi attulit: qui nuper ſuo fato fungens, amicis mandauit vt conuerſionem ſuam & annotationes in Euporiſton Dioſcoridis Anazarbei libros duos, nuſquam antehac editos, imperfectas ad me mitterent: quas ego propter amicitiam, quæ nobis viuentibus interceſsit, ipſius nomine perficerem ederemq;: id quod eò facilius ſuſcepi, quoniam & illum amaui plurimum, & libros Græcos Senatus Auguſtani liberalitate iamdudum tranſcriptos habui, inq; ijs interdum animi gratia me exercui. Nuper etiam Valerij Cordi Deſcriptionis ſtirpium librum quintum ſum nactus, quem in Italia confecit: eumque perlectum Argentinam ad Rihelium typographum, vt maturè excuderet, miſi. Oppiani de Aucupio librorum Paraphraſim, quam Venetijs olim mihi deſcribendam curaui, Græcam Latinitate donaui, & noſtræ animalium hiſtoriæ paſsim inſerui: editurus etiam ſeorſim, ſi occaſio fuerit, cum alijs quibuſdam Græcis, de animalibus ſcriptis, &c. Procopij Gazæi in Octateuchum (id eſt, priores octo veteris Teſtamenti libros) Commentarios Græcos, copioſos ſanè & eruditos, ex eadem bibliotheca nactus ante annos aliquot, tranſcribendos curaui, & Con. Clauſero conuertendos dedi, vbi primum typographus contigerit, Græce etiam editurus. De canibus Ioan. Caij Angli medici & philoſophi ſummi libellus, cum noſtris quibuſdam additionibus, vel per ſe, vel cum alio quopiam ad animalia pertinente libro edendus, apud me aſſeruatur. Serpentium & inſectorum hiſtoriæ materiam copioſam congeſsi. De lapidibus, gemmis & omni foſsilium genere Obſeruationum ſyluam collegi. Remediorum ſecundum genera & locos digeſtorum, maximum numerum in ſchedis repoſui. In Ariſtotelis quoſdam libros phyſici argumenti, paraphraſes aut ſcholia, in alios Græce, in alios Latine, ex Græcorum interpretum commentarijs concinnaui. Admirandas Ariſtotelis narrationes emendaui, & meliori ordine digeſsi, Græce. Latina quædam & Græca carmina, Epigrammata, Idyllia, conſcripſi. Germanicorum nominum propriorum, virorum & mulierum, (quibus vſa eſt Germania, antequam ſanctorum nomina ex linguis peregrinis reciperet,) aliquot millia ſecundum terminationes diſpoſita habeo. Apparet autem in ſingulis pene certa aliqua ſignificatio, vt vel ominis gratia, vel ſaltem non temere, ſed certam ob cauſam impoſita videantur, ſicut & apud Græcos ferè. Nihil autem antiquius in noſtra lingua, & vnde, qualis ante multa ſecula fuerit, magis appareat, extare puto. (*Hunc librum Marcus Wdlerus Tigurinus, à Geſnero inchoatum, ſeſe auxiſſe, & abſoluiſſe profitetur: eiusq; editionem pollicetur.) Germanicorum vocabulorum quam plurimorum ex Hebraica, Græca & Latina, origines meditor, & alia quædam, ſi Deus conceſſerit, ſed vt res humanæ ſunt,* Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. *Volui tamen etiam nondum editas & imperfectas lucubrationes meas cõmemorare, partim vt viri boni ac eruditi, me, dum vixero, nunquam otioſum futurum, meq; & mea omnia reipub. literariæ promouendæ perpetuò deuotiſsima fore intelligant: partim, vt qui ætate ac valetudine firmiores & otio magis abundantes homines literati, ſimiliter erga bona ſtudia atq; ego affecti, reperiantur, ſi de rudibus atq; inchoatis quibuſdam meis materiã ſibi expoliendam, perfacile impetraturi, poſtulare à me poſsint.*

COROLLARIVM. *Enchiridion rei medicæ triplicis. Illius primum quæ ſigna ex pulſibus & vrinis dijudicat. Deinde Therapeuticæ de omni morborum genere curando ſingillatim. Tertiò Diæteticæ vel de ratione victus, præſertim in febribus. Hoc volumine continentur. De pulſibus libellus, ex Galeni libris collectus ac veluti in formulam redactus, authore quidem incerto, ſed diligentiſsimo doctiſsimoque. De iudicijs vrinarum tractatus ex probatiſsimis collectus authoribus, & in tabulæ formam confectus, adiectis etiam cauſis, quæ hanc vel illam vrinam reddant, Ioan. Vaſſeo Meldenſi authore. Morborum internorum propè omnium curatio, breui methodo comprehenſa, ex Galeno præcipuè & Mar. Gattinaria, per Iacobum Syluium medicum ſelecta. De ratione victus in febribus ſecundum Hippocratem, in genere & ſingillatim lib. 3. authore Brudo Luſitano medico. Præfatio Conradi Geſneri ad Achillem P. Gaſſarum medicum. Liber impreſſus Tiguri per Andreã Geſnerum F. & Iacobum Geſnerum fratres, anno 1555 in 8. chartis 59. ſemis. Con. Geſneri de anima liber ſententioſa breuitate, veluti per tabulas & aphoriſmos vt plurimum conſcriptus, philoſophiæ & medicinæ ſtudioſis accommodatus. Impreſſus Tiguri apud Iac. Geſnerum, 1563. in 8. chartis 15. De omni rerum foſsilium genere, gemmis, lapidibus, metallis, & huiuſmodi, libri aliquot plerique nunc primum editi. Ioan. Kentmanni Dreſdenſis medici Nomenclaturæ rerum foſsilium, quæ in Miſnia præcipuè, & alijs quoq; regionibus inueniuntur. Eiuſdem, Calculorum qui in corpore ac membris hominum innaſcuntur, genera 12. depicta deſcriptaq;*

Digitized by Google

cum hiſtorijs. De metallicis rebus ac nominibus, obſeruationes variæ ex Schedis Georgij Fabricij. Seuerini Goebelij medici de Succino lib.2. prior Theologicus, poſterior phyſicus & medicus: cum Corollario C. Geſneri. Valerij Cordi de Haloſantho ſeu ſpermate Ceti liber, cum Corollario C. Geſneri. S. Epiphanij epiſcopi Cypri, de 12. gemmis quæ erant in veſte Aaronis, liber Græcus & Latinus, cum Corollario C. Geſneri. Fr. Ruei medici Inſulani, de Gemmis aliquot, ijs præſertim, quarum Ioan. in Apocalypſi meminit, & alijs quarum vſus hodie apud omnes percrebuit, lib.2. Theologis non minus vtiles quam philoſophis. C. Geſneri, de rerum foßilium, lapidum & gemmarum maximè, figuris & ſimilitudinibus liber: non ſolùm medicis, ſed omnibus rerum naturæ ac philologiæ ſtudioſis, vtilis & iucundus, omnia ſimul impreſſa Tiguri apud Iac. Geſnerum, anno Domini 1565. in 8. chartis 67. Εὐπόριστα. Ped. Dioſcoridis Anazarbæi ad Andromachum, hoc eſt, De curationibus morborum per medicamenta paratu facilia lib.2. Græce & Latine, partim à Ioanne Moibano medico Auguſtano, partim verò poſt huius mortem à C. Geſnero in linguam Latinam conuerſi: adiectis ab vtroq; interprete Symphonijs Galeni aliorumq; Græcorum medicorum. Argentinæ excudit Ioſias Ribelius, anno 1565. in chartis 62. Iod. Willichij Magirica, emendauit & edidit Tiguri. Moſchionis de Affectibus mulierum, liber impreſſus Baſileæ apud Guarinum, à Gaſparo Wolphio editus. Euonymi ſeu de remedijs ſecretis pars ſecunda, edita à Gaſparo Wolphio, Tiguri apud Froſchouerum 1569.* Hic etiam modo in Germanicam linguam tranſlatus eſt per D. Ioan. Iacobum Nuſchelerum medicum. Epiſtolarum medicinalium Geſneri, libri tres editi ſunt per Gaſparum Wolphium. Itemq; Oxymellitis elleborati deſcriptio & vſus: vnà cum eiuſdem de Aconiti primi aſſertione, ab eodem. Propediem verò etiam quædam alia eius edentur, quæ iam ad prælum ſunt parata. Præterea quamplurimos Græcos & Latinos authores partim emendauit, partim ſcholijs illuſtrauit, poetas quidem Græcos Nicandrum, Orpheum, Aratum, Sophoclem, Euripidem, Heſiodum, Muſæum, Dionyſium, Q. Calabrum, Coluthum, Tryphiodorum, Sibyllina oracula. Medicos, Aretæum, cuius etiam capita quædam manuſcripta in bibliotheca Geſneri aſſeruantur. Veterinariæ medicinæ libros. P. Æginetam, Simeonem Sethi, Celſum, Auicennam, Nicolaum Alexandrinum. Alios quoq; authores emendauit, & quidem diligentiſſimè, Athenæi Dipnoſophiſtas. Scriptores rei ruſticæ. Stobæi ſententias: item Antonij & Maximi monachi, quos Stobæo coniunxit. Iulij Pollucis Onomaſticum. Seruantur etiam in eius bibliotheca libri nondum editi. Præterea Demetrij Conſtantinopolitani de nutritione & cura accipitrum lib.2. De canibus lib.1. Græce. Epiphanij quædam Græca manuſcripta. Petri de Muſandinis, de cibis & potibus præparandis pro infirmis. Alexander Seitz de Thermis & modo lauandi. Extant autem hæc omnia apud clariſſimum medicum Gaſparum Wolphium, qui non grauatim bonarum literarum ſtudioſis, & librorum impreſſoribus, hæc communicare paratus eſt.

Conradus Grebelius, iuuenis in vtraq; lingua eruditiſſimus, patria Tigurinus, ſcripſit præfationem in Pomponium Melam. Pariſijs excuſam cum Vadiani commentarijs, item epigrammata quædam nondum excuſa.

Conradus de Halberſtat, natione Germanus, ordinis fratrum Prædicatorum, ſcripſit Summam ſtudentium lib.3. De triuio quoq; lib.1. Lecturam in Iob lib.1. Sermonum etiam lib.1. In plures quoq; Bibliorum libros commentarios ſcripſiſſe dicitur, qui tamen ad manus noſtras adhuc minime venerunt. Hic etiam fertur concordantias totius noui & veteris Teſtamenti primus ordinaſſe.

Conradus Heingarter, Tigurinus, medicinæ doctor, & Caroli VIII. Francorum regis phyſicus, ſcripſit Defenſionem aſtronomiæ, quæ manuſcripta extat Tiguri.

Conradus dictus Henſel, patria Haſſo, natus ex oppido Caſſel, paſtor & rector eccleſiæ Francofordenſis, iam ferè ſexagenarius ſcripſit ſuper Sententias lib.4. In epiſtolas Canonicas lib.7. In Cantica Canticorum lib.1. De pœnitentia, ieiunio & oratione lib.1. De fide, ſpe & charitate lib.1. De quatuor virtutibus, quas cardinales vocant lib.1. De ſanctificatione ſabbati lib.1. Super Euangelijs & epiſtolis per anni circulum lib.1. Sermones multos & varios lib.2. De præceptis eccleſiæ & veritate Euangelica lib.1. De interdicto lib.1. De libertate eccleſiaſtica lib.1. Contra hæreticos & maleficos lib.1. Contra Hußitas Boemos lib.1. Ad Archiepiſcopum Colonienſem in officium miſſæ lib.1. Ad eundem ſuper Pſalterio ſecundum quadruplicem expoſitionem lib.1. Ex partibus S. Thomæ conflauit lib.1. In Apocalypſim Ioannis lecturã incœpit. Scripſit etiam notabiliter ſuper libros Oeconomicorum Ariſtotelis. Quæſtiones inſuper Ethicorum notabiliter diſputauit & ſcripſit. Alia quoque multa compoſuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit anno Domini 1495. Tritt. de Scriptoribus Germaniæ.

Conradus Hereſbachius, Germanus, tranſtulit quædam in poſterioribus libris Grammaticæ introductionis Theodori Gazæ, quam Baſileæ Curio excudit, anno 1523. Item Herodoti Halicarnaſſei librum de genere vitaq; Homeri. Recognouit autem ad Græca exemplaria eiuſdem Herodoti hiſtoriarum libros 9. cum in cæteris libris multa quæ deerant adiecit, tum in primo libro plus minus nouem folia: opus excuſum Coloniæ 1526. Item Strabonis Geographiam à Gregorio Tifernate & Guarino Veronenſi, vt putatur, conuerſam, denuò recognouit, ac pleriſq; locis de integro vertit. Similiter Thucydidis libros de Bello Peloponenſium, &c. Excuſos Coloniæ 1527. Lexicon Græcolatinum etiam à Curione olim impreſſum, locupletauit. Eiuſdem libri duo de Educandis erudiendiſq; principum liberis Reipublicæ gubernandæ deſtinatis, deq; Republica Chriſtiana adminiſtranda, impreßi Francofurti

Digitized by Google

*furti per Georgium Coruinũ in 4.* **Eiuſdem Pſalmorum Dauidicorum ſimplex & dilucida explicatio.4.Baſileæ,1578. Hunc Eraſmus Roterodamus vocat virum omni literarum genere abſolutum, in præfatione ad ducem Iuliæ Cliuiæ,Montis,&c. operis apophtegmatum.*

Conradus *monachus Hirſaugienſis cœnobij,in confinibus Sueuorum,ordinis S.Benedicti, compoſuit opus dialogorum inſigne ſub nomine Peregrini presbyteri,et Theodoræ Deo ſacratæ virginis,quod vocauit Speculum virginum, diſtinctum lib. 8. In Euangelia per annum lib.1. D vita ſpiritus & fructu mortis lib.1.Matricularium lib.1.De laudibus S.Benedicti metrice lib.1.Diaſcolon lib.1. De muſica & tonis lib.1.Claruit anno 1140.*

* Conradus *Hubertus , paſtor eccleſiæ in agro Argentinenſi fideliſſimus, Martini Buceri ſcripta Anglicana, ad explicandas ſedandasq; religionis, cum alias, tum præcipue Euchariſticas controuerſias,ſingulari fide collegit: quibus adiuncta eſt vita M.Buceri.fol.Baſileæ 1577.per Henricum Petri. Eiuſdem Catalogus ſeu delineatio quædam varij argumenti poematum ſacrorum edita. Obijt ſenex Argentinæ.*

* Conradus *Huſer Tigurinus, Tractatum de impoſturis & ceremonijs Iudæorum noſtri temporis, antea Germanice editum,in linguam Latinã tranſtulit.4.Baſileæ per Petrum Pernam,1575.Obijt in patria,anno 1582.*

Conradi *Iani Helmſtadenſis, de nuptijs Friderici Albenſlebij, & Annæ Velthemiæ,carmen,Witenbergæ excuſum,anno 1551.*

Conradi *Lagi oratio de Platone,excuſa Witenbergæ,& deinde cum declamationibus Philippi Melanchtonis Argentinæ.Proteſtatio aduerſus cõmentariorum ſuorum de doctrina iuris editionem, ſe inuito ab Egenolpho factam. Methodus iuris ab eo prælecta Witebergæ, necdum ad editionem abſoluta,Lugduni quidem poſtea anno 1546. in 8. ſed primum Francofordiæ ab Egenolpho,ipſo inuito edita, contra quem & proteſtationem ſcripſit ad Io. Oporinum,ab eodem excuſam,1544.*

* Conradi *Lancilotti Landenſis* I. C. *Tractatus de officio prætoris,tum in cauſis ciuilibus, quam criminibus,&c.8. Coloniæ 1578.Eiuſdem Templum, iudicum omnium,Pontificiæ, Cæſareæ, Regiæ,inferiorisq; poteſtatis,fol.Venetijs,1580.*

Conradus *Leontorius , vulgariter de Leonberg, Germanus, monachus cœnobij Mulbronnenſis,ordinis Ciſtercienſis , ſcripſit epiſtolarum ad diuerſos li.1.Orationes varias,carmina multa & quædam alia.Scripſit in quædam opera Baptiſtæ Mantuani commentarios, Pariſijs excuſos. Claruit anno D.1494.*

Conradus *ex nobili familia à Liechtenaw,abbas 9.Vrſpergenſis cœnobij,ordinis Præmonſtratenſis , ad Mindulam in Auguſtana diœceſi , ſcripſit Chronicon abſolutiſſimum à Nino Aſſyriorum rege,vſque ad tempora Friderici* II. *Imperatoris. Editum eſt hoc opus primum à Con. Peutingero* I. C. *anno 1515. Deinde Argentinæ cum Paralip.1537. ſub nomine abbatis Vrſp. eo quod authoris nomen illis ignotum eſſet. Poſtremò Petrus Perna, anno D.1569.idem opus caſtigatius edidit, & ſuo authori adſeruit.*

Conradus *Lutenbach , hiſtoriam martyrum noſtri temporis in Germanicam linguam tranſtulit.Francofurti,anno D.1573.* * *Inſtitutionem de Lamijs & veneficis, ex Dei verbo, Canonico & ciuili iure alijsque hiſtorijs concinnatam , in Germanicam linguam tranſtulit. 4. Argentinæ, anno D.1575.*

Conradus *Lycoſthenes, Rubeaquenſis,ſcripſit
Commentaria in Plinium iuniorem , de Viris illu-
ſtribus : Liber excuſus eſt Baſileæ apud Ioannem
Oporinum,anno D.1547. De Rubeaquenſium Rei
pub.primordijs, incrementis, deuaſtationibus, &c.
à prima origine vſq; ad noſtra tempora librum , ex
quo Sebaſtianus Munſterus ea, quæ in magno Coſ-
mographiæ ſuæ opere , de oppido Rubeaquenſium
ſcribit , compendioſiſſime deprompſit. Iulij Obſe-
quentis prodigiorum librum ( quem hactenus ab an
no tantum vrbis conditæ 105.vel iuxta aliorum ſup
putationem 564.vſque ad annum 784.mancum ac
imperfectum habuimus )multis locis reſtituit,& ea
quæ ab vrbis exordio vſque ad L.Scipionis cum C.
Lælio conſulatum , temporis iniuria interierunt,
ex Dionyſio Holicarnaſſeo, Tito Liuio,ac alijs Ro
manorum hiſtoricis,eodem obſeruato ordine reſar-
ciuit atque ſuppleuit. Scripſit præterea librum de* 1.
*Mulierum præclare dictis & factis. Item libellum* 2.
*de priſcis Romanorum legibus & plebiſcitis. De ſi* 3.
*milibus factis,caſibus & euentis librum. Calenda* 4.
*rium hiſtoricum, in quo Macedonum, Ægyptiorũ,
Hebræorum & Græcorum menſes, cum Romano-
rum menſibus conferuntur, & quæ à condito mun-
do ad noſtra vſque tempora memoratu digna, certis
apud diuerſos diebus acciderunt, commemorantur,
&c. Clariſſimorum philoſophorum, oratorum, im-* 5.
*peratorum, regum, ducum, item pontificum, epiſco-
porum , priuatorumque hominum apophtegmata,
quæ ita in locos communes congeſta ſunt, vt ſiue pu
blice quid, ſiue priuatim ſis dicturus, promptuarium
habeas, ex quo ad inſtitutum neceſſaria depromas.
Similitudinum ac parabolarum , ex ſacris ac pro-* 6.
*phanis authoribus locos communes , ad eundem v-
ſum collectos, adiectis vbique authorum locis , ex
quibus petitæ ſunt. Virtutum vitiorumq; omnium* 7.
*memorabilia exempla, ex trecentis fere Græcis &
Latinis authoribus probatiſſimis excerpta, inq; lo-
cos communes redacta. Prolegomena in Iuſtini ex
Trogo Pompeio hiſtorias. Annotationes in Va-
lerium Maximum, ac L. Feneſtellam de Romano-
rum ſacerdotijs ac magiſtratibus. Contraxit etiam
Conradi Geſneri medici clariſſimi magnum ac mul
tis laboribus congeſtum bibliothecæ opus in breue
Compendium, in gratiam eorum, qui breuitate gau-
dent , ac ob æris penuriam ab emptione magni ope-
ris deterrentur. Ioannis Rauiſij Textoris officinam* 8.
*auxit & in ordinem commodiorem redegit, quod o-
pus Brylingerus excudit, anno Domini 1552. in 4.
vnà cum eiuſdem Rauiſij Cornucopiæ & epiſtolis,*

*adiectis tribus copioſis indicibus. Item in Claudij Ptolemæi Geographicos libros indices 2. collegit, quorum adminiculo veterum ſimul ac recentiorum locorum ſitus, facillima ratione in tabulis depictis deprehenduntur. Præfixit etiam Ptolemæi libris epiſtolam, in qua de vtilitate tabularum Geographicarum ac indicis vſu late diſſeritur, Heinricus Petri excudit, anno D.*1552. *~~Prodigiorum opus Latine & Germanice apud Hein. Petri~~. Apophtegmatum opus Baſileæ impreſſum eſt, & Lugduni, anno* 1571. *~~Exemplorum magnum theſaurum collegit, quē poſt ipſius obitum Theodorus Zuinggerus, doctiſſimus philoſophus & medicus, auxit, & optimo ordine diſpoſitum edidit~~. * ~~Epitome ſententiarum Ioannis Stobæi confecit~~. Baſileæ Nicolaus Brylinger, anno* 1557.

* Conradus *Mercklin, dicta inſigniora Latinogermanica, ex veteri & nouo Teſtamento, in vſum ſcholæ Rotenburgenſis ad Tuberim collegit.* 8. *Francof.* 1575.

Conradus *Monachus cœnobij Fontis ſalutis in Suenia, ordinis Ciſtercienſis, ſcripſit ſuper Sententias lib.* 4. *Sermonum quoque de tempore lib.* 2. *Sermonum de ſanctis lib.* 2. *& alia nonnulla. Claruit anno Domini* 1390. *Trit. de Scriptoribus Germaniæ.*

Conradus *de monte Puellarum, natione Germanus, Ratiſponēſis eccleſiæ canonicus, ſcripſit Oeconomicam lib.* 3. *Monaſticam ad ducem Auſtriæ lib.* 1. *Politicam quoq; lib.* 1. *Quæſtiones varias lib.* 1. *Claruit anno* 1390.

Conradus *de Mure, canonicus eccleſiæ Tigurinæ, ſcripſit de diuerſis poetarum fabulis magnum volumen, emendauit nouum Græciſmum. Scripſit & carmine de naturis animalium. Libellum de Sacramentis. Felicis & Regulæ paſſionem. Libellum de proprijs nominibus fluuiorum & montium. Cathedrale Romanum. Laudes beatæ virginis. Clypearium Theuthonicorum. Catalogum Romanorum Pontificum & Imperatorum. Commendatitia Rodolphi regis Romanorum. Muſicam. Scripſit etiam Genealogiam & geſta Caroli Magni, excerpta ex plurimus hiſtorijs, & chronicis compilata. Claruit anno D.*1273.

Conradi *Mauſeri, Proceſſus iuris, vnà cum explicatione tituli Inſtitutionum de Exceptionibus. Eiuſdem Explicatio decimi tituli Inſtitutionum de nuptijs. Witenbergæ* 1569. *in* 4.

Conradus *Medenberger, magnum librum de naturis rerum impreſſum in folio, in Germanicam linguam tranſtulit.*

* Conradus *Mindenſis, edidit Elegiam ante annos* 40. *de ſeuera ſcelerum vltione, quæ & pia & docta eſt. Herm. Hamelman.*

Conradi *Naſtadienſis de funere Calliopes.*

Conradi *Neobarij compendioſa faciliſq; artis Dialecticæ ratio in puerorum gratiam conſcripta, à Wend. Ribelio excuſa eſt Argentorati,* 1536. *& Pariſijs ab ipſo authore. Claruit anno* 1538.

Conradus *Neſenus ſcripſit Dialogum quendam, cuius mentio fit inter libros Baſilienſis officinæ Heruagij. Fortè Guil. Neſenus.*

* Conradi *Oberdorffer, Oratio de abductis ex arce Aldenburgia duobus principibus adoleſcentulis, Erneſto & Alberto Saxoniæ ducibus, à Conrado Cauſungo Plagiario. Recitata Witenbergæ.* 8. *Witenbergæ.* 1575.

Conradus *Pellicanus, Rubeaquenſis, ſacrarū literarum & Hebraicæ linguæ in ſchola Tigurina profeſſor, ſcripſit Grammaticam Hebraicam. Congeſſit Dictionarium Hebraicum, adijciens methodicam proficiendi in ea lingua rationem, quam poſtea Groningerus Argentorati vnà cum Margarita philoſophica publicauit. Scripſit argumenta D. Auguſtini librorū vnà cum Auguſtino impreſſa Baſileæ anno* 1540. *Hebraicas voces D. Hieronymi operibus, vt Capnion Græcas, adiecit. Pſalteriū Hebraicum cum interpretatione Latina, quæ Græcis eorumq; verſioni opponuntur, è regione poſuit in editione operum D. Hieronymi prima ac ſecunda, cum indice in editionem ſecundam Baſilienſem. In opera Cypriani, Tertulliani, aliorumq; multorum Theologorum libros, elenchos condidit. In omnes veteris Teſtamenti libros commentaria, in Tomos ſiue partes quinq; diſtincta. Excudit Froſchouerus Tiguri, anno* 1536. *&* 1538. *Indicem Bibliorum ibidem impreſſum, anno* 1537. *Scripſit Collectaneorum in Euangelia Matthæi, Ioannis, Marci, & Lucæ duos libros. Annotationes in omnes Paulinas ac Apoſtolorum aliorum epiſtolas hæc duobus ſimul Tomis excuſa Tiguri, anno* 1537. *In Apocalypſim ſcripſit Germanicam interpretationem, quæ Eraſmi Roterodami paraphraſibus Germanicis coronidis vice acceſſit. Pſalterium ad Hebraicam veritatem tranſtulit, & breuibus ſcholijs illuſtrauit, impreſſum primum Argentorati, deinde Tiguri, anno* 1532. *Tranſtulit in Latinum ſermonem Syriacas OnKeli, Ionathæ, & aliorum Iudæorum interpretationes omnes, præterea quæ iam prius tranſlata erant, in opere Franciſci Cardinalis Toletani, & in opere Auguſtini Iuſtiniani in Pſalmos olim excuſo. Tranſtulit præterea ex Hebraicis Rabbinorum plurium commentaria ad literam, nempe Rabi Dauidis Kimhi in Geneſim, Ioſue, Iudicum, Samuelis, Regum, Iſaiam, Ieremiam, Ezechielem,* 12. *Prophetas minores & totum Pſalterium. Item totum Rabi Abraham AbenEzra in* 14. *libros canonicos: iuxta editionem ſecundam Danielis Bombergi. Denique Rabi Salomonem Iarchi Gallum, ſimiliter in omnes Canonicos. Similiter Rabi Leui benGerſom, In parabolas Salomonis, & Danielem, plurimaq; in Ioſue, Iudicum & Samuelis, &c. Item Rabi Moſen Gerundenſem in librum Iob. Rabi Abraham Prizol in Iob, vſq; ad vigeſimum caput: Commentarium quoque in parabolas Salomonis appellatum Kabinki. Rabi Simeonem quoque in verba dierum, inſertum Rabi Salomoni Gallo in editione prima Bombergi. Tranſtulit quoque ordinariam gloſſam in totum Pentateuchum, dictum Breſith Rabba, multæ authoritatis apud Iudæos. Faſciculum quoque myrrhæ in totum Moſen. Rabi Abraham Hiſpani, item Capitula vel pirke Rabi Eliezer filij Hircani Magni,*

Digitized by Google

*gni, continentia Theologiam Iudaicam, vetuſtum authorem à Rabinis iunioribus crebro allegatum. Geſta regum Iſrael, tempore Templi ſecundi, vſque ad vltimam Iudæorum captiuitatem, ſub Adriano principe. Talmudica quoq; reddidit Latinis, prologum & introductionem Rabi Moſis bar Maymon, quem Rambam Iudæi vocant. Eiuſdem quoq; Talmudicos libros multos, nempe inſcriptos De doctrina capitulorum 10. Scientiarum traditio cap. 7. Doctrina legis cap. 7. De idololatria cap. 12. De oratione cap. 4. De pœnitentia cap. 10. De cultu diuino cap. 8. De iuramentis cap. 12. De Sanhedrin cap. 26. De regibus & bellis capitulorũ 12. & alia quædam. Ex Talmud Babylonico tranſtulit Maſſechet berochot cum Gamara in prima duo capita. Item Maſſechet Schabbas Babylonicum cap. 24. Maſſechet quoq; Sanhedrion cum Gamara in duo prima capita. Ex talmud Hieroſolymitano caput quoq; memorabile. Helec ex Babylonico talmud. Et Maſſechet Suta, prologum quoq; Rambam in 14. lib. ſuos talmudicos. Grammaticalia quoque vertit Latinis Michlol Rabi Dauidis Kimhi. Et R. Moſis punctatoris. Maſſorat quoque integra R. Eliæ Leuitæ Germani, & pleraq; alia. Hũc autem laborem pius ſenex non ideo ſuſcepit, vt Chriſtianos ſtudioſos ad dogmata Iudaicæ peruerſitatis perquirẽda alliceret, quibus talmudici iſti libri quos Cabaliſticos vocãt, & traditiones patrũ, refertiſſimi ſunt, & poſt Chriſti Domini & Apoſtolorum tempora inſpirata à ſpiritu erroris, peruerſiſſimis Rabinis, & pertinaciſſimis hoſtibus Chriſti Domini noſtri. Sed vt appareat quanta cæcitas contigerit in Iſrael poſt negatam veritatem coram Pilato. Vt tandem, vel ſero nimis, confundantur infelices, & reuertãtur ad Canonicos vtriuſq; Teſtamenti libros: & vt commendentur iſti viri docti, qui nunc & olim iudicarunt ſanctum & vtile, vt nihil tale extaret alicubi etiã apud Iudæos, talmudicorum errorũ, & fabularum monſtra, quibus à canonicis & ſacris abſtrahuntur, & in miſeria miſeranda retinentur. De quibus forſan proprio volumine quiſquam aliquando quid facturus opus conſcribet. Obijt Tiguri anno D. 1556. añ. ætatis ſuæ 79. * Multis annis poſt eius obitum denuo excuſi ſunt eius Commentarij in libros veteris Teſtamenti, nempe in quinq; libros Moſis. His acceſſit narratio de ortu, vita, & obitu eiuſdem, opera Ludouici Lauateri Tigurini, iam primum in lucem edita. In folio Tiguri excudebat Chriſtophorus Froſchouerus, anno 1582. Eiuſdem Commentarij in libros hiſtoricos, puta Ioſue, Iudicum, Ruth, Samuelis, Ezdræ, Nehemiæ & Heſther. In folio. Tiguri, anno 1582. Commentarij in Iob, Pſalterium, Prouerbia, Eccleſiaſten, & Cantica Solomonis, folio Tiguri, anno 1582. In Prophetas maiores & minores, vt vulgo vocant, Commentarij. Tiguri apud Chriſtophorum Froſchouerum, anno 1582. Commentarios in libros Apocryphos, vel potius Eccleſiaſticos, puta Tobiam, Iudith, Baruch, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Ezræ duos, Machabæorum duos, & in fragmenta Danielis, & Eſther. In folio Tiguri anno Domini 1582. Commentarij in quatuor Euangeliſtas, item in Acta Apoſtolorum. In folio, Tiguri apud Chriſtophorum Froſchouerum, anno Domini 1582.*

Conradus *Peutingerus, Iuris vtriuſq; doctor, ſcripſit ſermones conuiuales, in quibus multa de mirandis Germaniæ antiquitatibus referuntur: opuſculum excuſum Argentinæ, 1506. De gentium quorundam emigrationibus Epitome, excuſa Baſileæ apud Hervagium, adiecto Procopio & alijs hiſtoricis, 1521. De fortuna.*

Conradi *Portæ libellus Germanicus De vtilitate ſcholarum, anno 1573. Eiuſdem Oratio, continens adhortationem ad aſſiduam lectionem ſcriptorum D. Martini Lutheri. Ienæ, anno Domini 1571. * De vtilitate Catechiſmi quæſtiones ex Lutheri aliorumque Theologorum ſcriptis deſumptæ, Germanice, octauo. Halæ Saxo. anno 1578. Speculum virginum ex Verbo Dei & Martini Lutheri ſcriptis collectum, ſecundum ordinem Decalogi, Germanice.*

Conradus *Preſbyter, de ciuitate Pragenſi in regno Bohemiæ, ſcripſit Homilias ſuper Euangelia Dominicalia lib. 1. Claruit anno D. 1369.*

Conradus *de Rodenberg, natione Germanus, abbas monaſterij S. Ioannis Baptiſtæ Rinaugienſis, ordinis D. Benedicti, ſcripſit De vinea Domini Sabaoth lib. 1. Exercitium nouitiorum lib. 1. De præparatione ante miſſam lib. 1. De ruina ordinis orationem lib. 1. De cauſis ruinæ orationem lib. 1. De cura paſtorali orationem lib. 1. & varias coll. in capitulis. Floruit anno D. 1486.*

Conradi *Sartoris Saxofranci oratio in incendium Lutheranum, excuſa eſt olim in 4. cum Hutteni de eodem incendio carmine.*

Conradus *de Saxonia, ordinis fratrum minorum, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. Super oratione Dominica lib. 1. Super ſalutatione Angelica lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones per quadrageſimam lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Denique in multos Bibliorum libros, lecturas & commentarios elegantes feciſſe dicitur, & alia complura ſcripſiſſe quæ ad notitiam meã non venerunt. Tritt de ſcript. Germaniæ.*

Conradi *Sereni montis propè Halim Saxoniæ preſbyteri Chronica, De fundatione Lauterbergi, & primis Marchionibus Miſnenſibus, nondum impreſſa.*

Conradus *Schelling, quædam ſcripſit de morbo Gallico.*

Conradus *monachus in Scheurn primarius, homo diligentiſſimus, ſcripſit Chronicon, quod eodem loco ſeruatur, Auentino teſte. Obijt Friderico II. imperante,*

Conradus *Schmid, Commendator, vt vocant, Ioanniticæ domus Cuſſenaci ad lacum Tigurinum, Zuinglio ſociũ ſe in inſtauranda pura religione præbuit, edita eſt diſputatio eius contra Anabaptiſtas, Bernæ habita, & concio quoq; ibidem habita, cum actis diſputationis Bernẽſis. Præterea quædam aliæ conciones ab illo editæ ſunt.*

Conradus *Steklin, medicus cõgeſſit libellum*



Digitized by Google

introductorium in artem paruam Galeni, de principijs vniuerſalibus totius medicinæ tam theoricæ, quàm practicæ, ex doctrina Auicennæ & aliorum philoſophorum.

Conradus Summerhart de Calau, artium ac S. Theologiæ Doctor, ſcripſit Commentaria in vniuerſam phyſicam in 5. tractatus diuiſa: qui reſpondent Ariſtotelicis totidem libris, de Phyſico auditu, de Cœlo, de Generatione & corruptione, de Meteoris, & de Anima: Opus excuſum Baſileæ, anno 1517. De contractibus magnum volumen. In ſententias Petri Lombardi concluſiones, Orationem ad patres in capitulo Hirſaugienſi ordinis S. Benedicti, de duodecim abuſibus monaſticis: excuſam Tubingæ 1498. Tractatum bipartitum, quod Deus homo fieri voluerit, quodq́ Meſsias in Lege & Prophetis promiſſus, non ſolum homo, ſed etiam Deus eſſe debuerit & debeat. Impreſſum Tubingæ. Claruit anno 1501. * Eius ſeptipartitum opus de Contractibus pro foro conſcientiæ & Theologico. In folio Haganoæ, anno 1513. excuſum. Eiuſdem forte operis, de Contractibus licitis atque illicitis, Tractatus in quo de Mutatione, Obligatione, Vſura, Negociatoribus, Mercatoribus, Emptione, Venditione, Redditibus varijs, Locatione, Conductione, Societate, Cambio pecuniario, & eius vtilitate, æquitate, atque iniquitate ſubtiliſsime diſputatur. In fol. Venetijs, 1580. Et ſeorſim eiuſdem tractatus de Decimis defenſiuis. In folio, anno Domini 1490. Argentinæ excuſus.

Conradi de Suſata notabiles quæſtiones ſuper 6. lib. Ethicorum Ariſtot. M. Dreſſerus.

Conradus Tigemannus, ſcripſit auctarium in Chronica Naucleri, impreſſa Coloniæ apud Quentel, anno 1544.

Conradus Tremonius, Carmelitanus, ſcripſit in opus Sententiarum lib. 4. Catalogum ſui ordinis lib. 1. Obijt anno 1419.

Conradus Turſt, Tigurinus, Cæſareæ maieſtatis medicus & eques, ſcripſit opuſcula genethliaca mathematicæ obſeruationis natiuitatum Franciſci Mariæ Sphortiæ Vicecomitis Papiæ, & Cæſaris Sphortiæ filij Ludouici Mariæ: quæ extant manuſcripta apud D. Chriſtoph. Clauſerum.

* Conradi Vacadel de Vaaxden, phyſici, compendium medicinæ practicæ tractatus, fol. manuſcript. bibl. Imper.

* Conradus S. Vdalrici hiſtor. vniuer. vſque ad annum D. 1324. perduxit.

Conradi Vecerij Regij Secretarij, de Seditionibus Siciliæ hiſtoriam, & libellum de rebus geſtis Henrici VII. Imperatoris. Haganoæ Secerius excudebat, cum P. Callimachi Experientis Attila. Libellum de Henrico VII. Hernagius quoq́ impreſſit, anno 1532.

Conradus Vlmerus, Scaphuſianæ eccleſiæ in Heluetijs paſtor, ſcripſit libellum de Solaribus horologijs. Edidit etiam tribus linguis Euangelia Dominicalia. Enchiridij paſtoralis ſummam. Librum Anonymum de authoritate ſcripturæ in Germanicam linguã conuertit. Tiguri, anno 1563. Item Theodoreti dialogos contra Eutychianos.

Conrandi Vlmer Salmu. de Aduocati ſtudijs, lib. 5. In 8. Pariſijs 1550.

Conradi Wengeri, Brixienſis, de Bello inter Sigiſmundum archiſtrategum Auſtriæ & Venetos libellus, impreſſus Baſileæ apud Rob. Winter, 1544. cum Coriolani Cepionis hiſtoria.

* Conradi Wimpinæ & quorundam Doctorum Inſtructio, quid ad articulos ſeptemdecim à M. Luthero propoſitos, reſpondendum ſit, Germanice. In 4. Auguſtæ.

* Conradi Wolphgangi Plazij, Theol. D. Inquiſitio Catholica, hoc eſt, an in Papatu, apud Angelos, Mariam virginẽ, Diuos cœlites, & per opera bona, gratiam Dei, iuſtitiam, ſalutem, vitamq́ æternam inuenire poſſe, ſit docendum, Germanice. In 4. Tubingæ, anno 1577. Eiuſdem Apologia catholica, perſpicuæ expoſitionis, nominis Chriſtiani eiuſdemque ſtatus: & quinque proprietatum catholici à Papiſtis affictarum: aduerſus catholicas conciones doctoris Gaſparis Franci. Acceſſit dialogus D. Petri Caniſij & D. Gaſpari Franci de Catholico per i, & catholico per y: denique fratris Naſi conuitia contra formulam concordiæ, Germanice. In 4. Tubingæ, anno 1581. Eiuſdem concio de Tribus virtutibus, magiſtratibus neceſſarijs: de Timore Dei: Amore veritatis, & odio auaritiæ: ex 2. libro Moſis, cap. 18. Germanice. Tubingæ in quarto, anno Domini 1578.

Conradus de Zabernia, natione Germanus, ſcripſit de Monochordo lib. 1. de Modo bene cantandi lib. 1. de Fine collectarum lib. 1. Sermones multos & varios lib. 1. Claruit anno 1470.

Conradi Zoltau, ſuper capitulo Firmiter credimus, de Summa trinitate & fide catholica.

Conradi cuiuſdam Quæſtura excuſa eſt in Italia: Vide Sebaſt. Corrad.

Conradinus quidam ſcripſit de tempore ſermones, Explicationem in ſymbolum & decalogum.

Conſtabenluce, aliâs Cõſtabulus, citatur in ſumma Alberti Magni. Item in libro de mineralibus citatur Conſtabenluce liber de phyſicis ligaturis.

* Conſtantiæ, ſermones ad clerum habiti, in 4. & in charta ſcripti, bib. Imp.

Conſtantinopolitanus patriarcha epiſtolam ſcripſit ad clericos, ne Latinos accedant de religione conſultum, Græce manuſcripta in 4. in bib. Imp. Viennæ.

Conſtantinus I.C. Vide Tribonianum.

Conſtantinus monachus, Caſsinenſis cœnobij, ordinis S. Benedicti, natione Afer, medicinæ & philoſophiæ peritus, Græco, Latino et Arabico eloquio inſtructus, ſcripſit in medicinis multa opuſcula, quæ apud medicos in pretio habentur. Tranſtulit etiam antiquorum medicorum multa volumina, de Græco & Arabico in Latinum, videlicet diætas vniuerſales lib. 5. diætas particulares lib. 3. de Ponderibus medicinalibus lib. 1. de vrinis quoque lib. 1. de Morborum cognitione & curatione, à capite ad pedes vſque lib. 7. de Stomachi affectionibus naturalibus, & præter naturam lib. 1. de Victus ratione

variorum

Digitized by Google

*variorum morborum libellum. De melancholia lib. 2. De coitu lib. 1. quibus proſit aut obſit, quibus medicaminibus & alimentis augeatur impediaturue, De anima & ſpiritus diſcrimine, De paſsionibus mulierum & matricis lib. 1. Librum de chirurgia: & primum de phlebotomia, arteriarum inciſione, ſcarificatione, ventoſis, id eſt, cucurbitulis, oſsium reſtitutione, & fractorum conſolidatione, deinde de varijs alijs chirurgiæ operibus: Librum de gradibus ſimplicium medicamentorum per ſingula medicamenta, De humana natura, De elephantia, De remedia ex animalibus, &c. Scripſit etiam Viaticum medicinæ lib. 1. Pantechni. Aliquot Galeni in Hippocratem libros tranſtulit, Iſaaci Hebraicum librum de diætis Latinum fecit. Eius opera Hen. Petrus excudit Baſileæ 1536. Conſtantini Africani de cōmunibus medico cognitu neceſſarijs locis (qui propriè Theorices ſunt) lib. 10. cum libello Antonij Gaizonis de Somno, & indice, chartis 94. & dimidia, excuſi ſunt Baſileæ apud Hein. Petrum in folio, anno D. 1539.*

Conſtantini *Theriaca extare, eaq; in Italia alicubi excuſa, in catalogo quodam memini legere.*

* Conſtantini *Doctoris Theologiæ expoſitio in Pſalmum primum, in ſex conciones diſtributa, Hiſpanice. Antuerpiæ, anno 1556. Eiuſdem ſumma Chriſtianæ doctrinæ. Antuerpiæ, in octauo, Hiſpanice.*

Conſtantini *Armenopuli Nomophylacis & iudicis Theſſalonicenſis epitome iuris ciuilis, quæ legum Procheiron, & Hexabiblos inſcribitur, primū Pariſijs apud Wechelum Græce, poſtea Latine etiam Coloniæ excuſa eſt apud Gymnicum. Bernardo Rey interprete. Deſcripſit etiam Palatij officia & metropoles, De iuſtitia librum: omnia Græce. Reſponſum & conſtitutio ſancti regis Conſtantini de Papa Romano. Item Armenopuli, Legum collectio, Epitome ſacrorum canonum, Ordo regij Palatij, Ordines eccleſiæ, Græce manuſcripti extant in bibliotheca regis Gallorum.*

Conſtantinus, *cognomento Magnus, Britanniorum rex, compoſuit Græce & Latine dogma Baſilicum lib. 1. quod ſeruatur etiamnum Romæ Græce. Ad nationum præſides lib. 1. Confeſsionum fidei lib. 1. De ſynodo Nicæna lib. 1. De Dei prouidentia lib. 1. Ad Senatum Romanum lib. 1. Reipublicæ leges. Nouam Ægyptiorum legem. Leges Chriſtianorum. Contra gentilium ſuperſtitiones. Vitæ inſtituta ad filios. Epiſtolas diuerſas, & orationes, quarum argumenta enumerat Io. Baleus in eius vita. Claruit anno D. 339.*

Conſtantini *Porphyrogennetæ Nouellas apud ſe extare, Gregorius Holoander, in præfatione ſuper Nouellis Iuſtiniani, teſtatur. Eius Nouella de homicidio ſponte facto extat apud Zonaram inter canones Conciliorum.*

Conſtantini *Cæſaris frequens allegatio legitur in Codice Theodoſij, & bis in fragmentis Gregoriani Codicis. Eius confeſsio, excuſa cum recognitionibus Clementis. Conſtantino Cæſari inſcribuntur Geoponica Græca, ſiue libri 20. de Re ruſtica, qui nuper vna cum Ariſtotelis 2. libris de Plantis, excuſi ſunt Baſileæ, 1539. apud Rob. Winter. Idem opus de re Ruſtica Latinum, Iano Cornario interprete, anno 1549. Baſileæ ex officina Frobeniana prodiuit, de 8. vltimis libris ſeorſim excuſis, vide ſupra in Andrea de Lacuna. Conſtantini Cæſaris liber de regno ad Romanum F. extat Græce in Vaticana bibliotheca. Eiuſdem Admonitiones ad Romanum F. (idem fortè liber) extāt in bibliotheca regis Gallorum. Conſtantini ad Romanum F.* περὶ τῶν βασιλικῶν ταξειδίων ἢ ὑπόμνησις, τῶν ἀπλήκτων. *Volumen Græcum magnum ex bibliotheca Vngarica De ceremonijs aulicis ſacris & prophanis. Videndum an forte ſit idem liber qui Armenopulo tribuitur in catalogo bibliothecæ Regis Gallorum, Ordo regij Palatij. Conſtantini Ducæ Imperatoris lib. 1. ſeruatur in bibliotheca Strozæ.*

* Conſtantini *Imperatoris Conſtantinopolitani opuſculum de Inſtruendis aciebus, in fol. Ms. bibl. Imp. Viennæ.*

Conſtantini *Conſtantij epiſtola ad Probum extat in diſputatione Athanaſij contra Arium, & alia ad Alexandrum & Arium in vita Conſtantini ab Euſebio ſcripta.*

Conſtantinus *Coprius Narnienſis, ſcripſit ſuper 2. Decretalium, de foro competenti c. fin.*

Conſtantinus *Cypriota, homo eruditus, ſcripſit Itinerarium maris lib. 1. Claruit anno Domini 1480.*

Conſtantinus *Fontius in ſummo templo Hiſpalenſi canonicus, concionator, ſcripſit Paruam doctrinæ Chriſtianæ ſummam. Magnum Catechiſmum. Conciones 6. in totidem verſus Pſalm. 1. Dauidis. Hominis peccatoris confeſsionem. Commentaria in Solomonis Prouerbia, Eccleſiaſten, Cantica canticorum. Item in librum Iob.*

Conſtantinus *Laſcaris, Conſtantinopolitanus, Grammaticæ Græcæ opuſculum edidit. Item libros tres Erotematū, quos Aldus Venetijs excudit Græce & Latine, cum varijs aliorum opuſculis Græcis & Latinis è regione: item Oporinus Baſileæ, anno 1548. Partem de conſtructione Wechelus ſeorſim excudit Pariſijs. * Eius de Antiquis, ſiue de Pronominibus & de Dialectis, in quarto. Ms. bib. Imperat. Viennæ.*

Conſtantini *Manaſsis Annales, de Græcis Latini facti per Ioannem Leuuenclaium. Baſileæ ex officina Epiſcopiana, anno D. 1573. 8. Eadem Chronica verſibus politicis, Romæ in Vaticana bibliotheca. Eiuſdem Chronicorum ſynopſis rhytmica, in bibliotheca Ioannis Sambuci. Arbitror autem eundem librum cum ſuperiore. * In bibliotheca Imperatoris, idem liber hanc habet inſcriptionem, Beatiſsimi philoſophi Conſtantini Manaſsis, Synopſis, Chronica verſibus politicis Græcis, initio ſumpto, ab orbe condito ad imperium vſq; Botoniatæ Nicephori diſpoſita, in fol. Ms. bib. Imp. Viennæ.*

* Conſtantini *Pſelli Lexicon in Euangeliſtas, ſiue breuis expoſitio difficillium in ijs locorum, Græce manuſcriptus bibliotheca Imperatoris Viennæ. in quarto.*



Digitized by Google

Conſtantinus Rogerius Super 1.ff.noui in tit. de donatio. Super 1.Inforciati,in tit.de teſta.& de vulg.& pupill.ſubſtit. Item in l.ſi cum dotem. De interpretatione iuris. *Eiuſdem Aureus tractatus de proteſtatione,in 8. Lugd. 1540. De iuris interpretatione.

* Conſtantinus Sarmanus, ordinis Minorum, Expoſitiones quæſtionum D.Ioannis Duns Scoti,in vniuerſalia Porphyrij ex varijs locis collegit. Quibus adiecit tractatum de Syllogiſmis conficiendis. Nec non ſolutiones argumentorum Hiero.Balduini.8.Venetijs,1576.

Conſtantij liber de Naturis liquidorum, cuncta includens accidentia & affectus aquæ, vini, olei,niuis,roris,pluuiæ,pruinæ,fontium,maris,fluuij, ſtagni,& cuiuſlibet liquoris. Hunc ſuo tempore Cadurci repertum, teſtatur author Luminis animæ in Præfatione.

* Conſtantij Eubuli oratio de Virtute clauium & bulla condemnationis Leonis X. contra Mart. Lutherum,in 4.

Conſtantij Felicij Durantbini hiſtoria coniurationis Catilinariæ, non pauca à Saluſtio prætermiſſa continens. Impreſſa cum hiſtoria Saluſtij Baſileæ apud Hein. Petri 1564.

Conſtantius Landus, Placentinus,in Catullum annotationes edidit,in Italia excuſas. Item Enarrationum in Pandectas lib.1. Super 1.ff.veteris in tit.de Iuſtit.& iure,& in l.1.& l.legis eſt virtus, ff.de legibus.Super 1.ff.noui, De vſucapionibus.

Conſtantius Malfitanus,Cilenti abbas,vertit Baſilij opuſcula quædam.

Conſtantij Portæ Cremonenſis, liber primus Motetorum,quinq; vocum.Venetijs,anno D.1555. in quarto.

Conſulti Chirij, Fortunatiani, Rhetoricorum libri tres excuſi Baſileæ,1526. cum parabraſi rhetoricæ Hermogenis,&c. apud Cratandrum, eiuſdem dialecticum libellum Robertus Winter Baſileæ excudit,cum Nicephori & Georgij Vallæ dialecticis opuſculis: qui tamẽ eſt D. Auguſtini. Iidem Rhet. libri tres: impreſſi Argentinæ apud Samuelem Emmel,1568.

Copas qui Olympionicas ſcripſit cit.à Plinio.

Cophonis cuiuſdam tractatus duo excuſi cum operibus Ioan.Meſue,de Arte medendi, & ſeorſim Haganoæ,1532.

Cordi cuiuſdam ſcripta citantur apud Pliniũ qui in lib. 7. Naturalis hiſtoriæ quædam ex eo authore tranſtulit.

Coræ filijs inſcribuntur Pſal.41.43.& quinq; ordine ſequentes,item 83.84.& 86.

Corinna Thebana mulier,Myrthidis diſcipula,ſcripſit Epigrammatũ lib.5.Cuius meminit Propertius lib.2. Eiuſdem liber primus de Alteratis citatur ab Antonio Liberali.

Corinthus author Græcus Grammatica quædam ſcripſit, vnde nonnulla decerpta habemus in appendice Lexici Græcolatini, de Linguæ Græcæ idiomatis,ſeu dialectis, Attica, Ionica, Dorica, & Æolica.

* Corinthus de Proprietatibus linguarũ. In fol. bibl.Imperat.

Coriolani Cepionis Dalmatæ, de Petri Mocænici Imperatoris geſtis libros tres. Baſileæ cudit Robertus Winter, anno Domini 1544. cum alijs quibuſdam.

Coriolani Mariritani Cõſentini epiſcopi Trogædiæ ſeptem.Neapoli,1556.

Cornazani cuiuſdam de re militari lib.7. ſcripti metris Italicis, excuſi ſunt Venetijs in 8.Forſan is eſt qui ſupra Ant.Cornazanus nominatus fuit.

Cornelia vxor Africani,& mater Gracchorũ, reliquit epiſtolas doctiſſimè ſcriptas,vnde & filiorum eloquentia fluxit. Meminit Fabius lib.1.

Corneliani contra Beronicen verba,apud Stobæum in ſermone de Imprudentia.

Cornelius Alexander citatur à Plinio lib.16. cap.5. Eſt autem Alexander Polyhiſtor.

Cornelius Romanæ vrbis epiſcopus, ad quem octo Cypriani extant epiſtolæ, ſcripſit epiſtolam ad Flauianum Antiochenæ eccleſiæ epiſcopum de Synodo Romana,Italica,Africana: & aliam de Nouatiano,& de his qui lapſi ſunt: tertiam de geſtis ſynodi: quartam ad eundem Flauianum valde prolixam,& Nouatianæ hæreſeos cauſas & anathema continentem. Scripſit ad Cyprianum Carthaginenſem epiſcopum plures epiſtolas. Vide eius decreta in volumine Decretorum & Synodorũ, excuſo Coloniæ. Extant etiam eius epiſtolæ duæ Lutetiæ excuſæ cum Auito. Claruit anno D.253.

Cornelij tetraſtichon in quarto libro Florilegij Græci. Idem videtur etiam Longinus cognomine dictus, vt infra.

Cornelius Antonij,edidit regionum Orientalium tabulam (vt Titulus habet:) continet autem Daniæ regnum,& circumiacentes regiones: excuſam Amſtelrodami. Idem deſcripſit Europam,editam Francoforti ad Mœnum.

Cornelius à Baerſdorp Goſenſis, ſcripſit methodum vniuerſæ artis medicæ formulis expreſſam ex Galeni traditionibus, qua ſcopi omnes curantibus neceſſarij demonſtrantur, in partes quinq; diſſectam. Hubertus Crocus excudebat Brugis, 1538.

Cornelius Balbus,Iulij Cæſaris,cui familiariſſimus erat, vitam & geſta deſcripſit, & librum etiam Exegeticon inſcriptum.

Cornelij Benincaſij ad Tit. de conſtitutionibus tractatus. Eiuſdem de alluuione compendiolũ. Peruſiæ 1572.quarto.

* Cornelij Epiſcopi Biſuntini conciones. Venetijs,1555. In 8. Italice.

Cornelij Buſcopij Pſalmi Dauidis 50. quatuor vocibus compoſiti. Duſſeldorpi.

* Cornelij Callidij Chryſopolitani,in orationem Philippi de Marnix,pro ſereniſſ. Archiduce Auſtriæ Matthia, & ordinibus Belgicis, ad delegatos ſeptemuirũm, cæterorumq; principum & ordinum ſacri imperij Wormatiano conuentu habitam, Apologia.4. Luzenburgi 1579. De tumultuoſa Belgarum rebellione ſedanda, breuis conſultatio. 4. Luzenburgi,1580.



Digitized by Google

Cornelius Celſus, de arte Rhetorica, de re militari, de re ruſtica, deque medicina libros ſcripſit. Verum ad nos tantum eius medicina peruenit oratorio modo conſcripta. Volaterranus lib. 14. Eius de arte dicendi libellus, à Sixto Popma editus Coloniæ 1569. in 8. Vide Aur. Cornel. Celſus. * Eius de re medica ſunt libri 8. in 16. excuſi.

Cornelij Chiſtelij Antuerpienſis Gratulatorium carmen ad Philippum regem Angliæ, & cæt. Antuerpiæ Chriſtophorus Plantinus 1556.

Cornelij Cinnæ de interfecto Cæſare oratio, adducitur à vetuſtis.

Cornelius Crocus Amſterodamus, natione Germanus, tranſtulit aliquid ex Theodori Gazæ grammatica. Extat eius Comœdia ſacra, cui titulus Ioſeph, impreſſa Pariſijs à Wechelo. Eccleſia, excuſa Coloniæ apud Gymnicum. Farrago ſordidorum verborum, excuſa cum paraphraſi ſiue epitome D. Eraſmi Roterodami in elegantias Vallæ, Friburgi anno 1531. Epiſtola de fide & operibus, excuſa Coloniæ 1531.

Cornelius Donzellinus, Brixianus, ſcripſit methodum linguæ Græcæ libris quatuor comprehenſam, cum breuiſſimo totius Grammaticæ compendio. Symboli Apoſtolici, Chriſtianæ precationis & Decalogi breuem & dilucidam expoſitionem: excuſa ſunt Baſileæ apud Ioannem Oporinum, anno 1551. Idem vt audio Italice quædam ſcripſit, vt paraphraſes in epiſtolas Pauli aliquot, & Demoſthenis orationes in linguam Italicam transfert, aut iam tranſtulit. In bibliothecæ Oporini catalogo nominatur eiuſdem methodus ad artes.

Cornelius Epicadus, Lucij Cornelij Syllæ Dictatoris libertus, librum quem Sylla nouiſſimum de rebus ſuis imperfectum reliquerat, ſuppleuit. Suetonius Tranquillus.

Cornelij Eſelſberger Collatio de cœlibatu miniſtrorum catholicæ eccleſiæ, anno 1565. habita Offenburgi. Coloniæ 1570.

Cornelij Frangipani Oratio excuſa Venetijs in Officina Eraſmiana.

Cornelius Fronto, vt quidam putant, Plutarchi Chæronei nepos, orator eximius, multas orationes inſignes compoſuiſſe fertur, ſub Marco Antonino florens, cuius præceptor etiã fuit. Cornelij Frontonis de differentijs vocabulorũ liber, excuſus Baſileæ apud Adamum Petrum 1537. cum Q. Rhemnio Palæmone, & alijs aliquot grammaticis. Item Lipſiæ in officina Vögelini 1569. Eiuſdẽ exempla elocutionum ordine alphabeti manuſcripta extant.

* Cornelij Galli fragmenta in 16. Lugduni anno Domini 1546.

Cornelij Gemmæ, filij Gemmæ Friſij, De arte Cyclonomica Tomi tres, Antuerpiæ apud Plantinum 1569. quarto. Idem perfecit & edidit Aſtrolabium patris ſui Gemmæ: item complures Ephemerides meteorologicas, anno 1563. in 16. excuſ.

* Scripſit item de naturæ diuinis characteriſmis, ſeu raris & admirandis ſpectaculis, cauſis inditijs, proprietatibus rerum in partibus ſingulis vniuerſi, libros duos, 8. Antuerp. apud Plantinum anno Domini 1575. Item de prodigioſa ſpecie naturaq; cometæ, qui nobis anno D. 1577. plus ſeptimanis 10. refulſit apodixis, tum phyſica, tum mathematica, 8. Antuerp. 1578.

Cornelius Graphens, Vide Cornelius Scribonius.

* Cornelius Gualtherus Gandauenſis, Commentarios in Ægeſyppi de Ieroſolymorum excidio libros ſcripſit, quibus ab infinitis mendis author liberatur, & obſcuriora explicantur, 8. Coloniæ 1575. Eiuſdem & Georgij Caſſandri oratio vitæ, in fol. manuſc. bibl. Imper.

Cornelius Hiſtoricus, Hybernus, ſcripſit multarum rerum Chronicon lib. 1. Floruit anno Dom. 1230.

Cornelij Ianſenij, epiſcopi Gandauenſis, Commentarij in Eccleſiaſticum. Louanij 1569. in 4. Liber de concordia Euangeliſtarum. Louanij apud Bartolomæum Grauium 1549. Commentariorum in ſuam concordiam & totam hiſtoriam Euangelicam partes 4. quibus pueritia & acta Chriſti vſque ad aſcenſionem eius continentur. Louanij 1572. in folio. Eiuſdem paraphraſes in omnes Pſalmos Dauidicos, cum argumentis eorum et annotationibus. Item paraphraſis in ea veteris Teſtamenti Cantica, quæ per ſingulas ferias eccleſiaſticus vſus obſeruat. Ibidem apud Petrum Zangrium, anno 1569. in 4. In Salomonis Prouerbia commentaria. Louanij, anno 1568. in quarto, & Lugduni anno 1578. Carolus Peſnot. Index in eiuſdem commentarios, in Pſalmos, Prouerbia, Eccleſiaſten, impreſſus cum commentarijs in Eccleſiaſticum.

Cornelius Labeo de oraculo Apollinis Clarij libros conſcripſit, item de dijs penatibus. Faſtorum libris, citatur à Macrobio.

Cornelius Laurimanus in lucem edidit Ioannis Belethi rationale diuinorum officiorum. Dilingæ 1571.

Cornelij Longini octoſtichon, in ſexto libro Græcorum epigrammatum. De Longino ſimpliciter dicto, vide infra: neſcio an idem ſit cum hoc. Vide etiam ſupra Cornelius ſimpliciter.

* Cornelius Looſæus Callidius ſcripſit ſpiritus vertigenis, vtriuſque Germaniæ in religionis diſſidio, (vndè cunctæ calamitates,) veram originem, progreſſum, ac indubitatum curandi modum. Cum reiectione inefficacium ad hoc remediorum, adductis huc prudentiſſimis quorundam conſultationibus, in 8. Moguntiæ, apud Caſparum Behem, anno Domini 1582. Eiuſdem ſcopæ Latinæ, ad purgandam linguam à barbarie, ex varijs priſcorum, & recentium alphabetica connexione colligatæ, in octauo Moguntiæ, anno Domini 1582.

Cornelij Mechelburgenſis medici, De morborum in pueris dignotione, & curatione liber, per Sebaſtianum Auſtrium expurgatus.

Cornelij Muſij, Solitudinis encomion. Antuerpiæ Plantinus in quarto.

Cornelius Nepos Ciceronis tempore vir diſertus, Vitas illuſtrium virorum ſcripſit, quarum

tantum Pomponius Atticus extat, & cum Ciceronis operibus excudi ſolet. Cornelio Nepoti, aut Pomponio Attico falſò adſcripta epiſtola, ad Ciceronem, quæ Franciſci Petrarchæ eſt ad Ciceronis manes: nam & iſtam, & aliam ſimilem de eloquentia Ciceronis, Paulus Æmilius inter Petrarchæ lucubrationes inuenit. Impreſſa ſunt cum operibus Ciceronis poſt tertium librum epiſtolarũ ad Q. fratrem. Vide ſupra quædam in Caio Suetonio. Daretis Phrygij hiſtoriam de bello Troiano verſibus heroicis Latinam fecit libris ſex, excuſam Baſileæ cum Pindari Thebani epitome Iliados, & c. ibidem. Ei attribuitur etiam Periocha ſex librorum Daretis ſermone ſoluto, eodem volumine excuſa. Epiſtolam Alexandri magni ad Ariſtotelem de Indiæ ſitu, populis, belluis, Latinitate donauit. Heinricus Petri excudit Baſileæ cum Q. Curtio. Eius illuſtrium virorum libri ſedecim citantur à Chariſio. Cornelij Nepotis, fertur eſſe liber de viris illuſtrib. qui à plerisq; Plinio Cæcilio inſcribitur: præterea liber de vita Imperatorum Æmylio Probo inſcriptus. Idem Exemplorum libro tertio. Item libro primo Chronicorum. De vita Ciceronis libris (de quibus queri poteſt, an ſint inter vitas illuſtrium virorum numerandi) citatur à Gellio & aijs.

Cornelij Petri Holandi, libellus de herbis, Leidæ impreſſus.

Cornelij Sconæi, Tobæus comœdia ſacra. Eiuſdem Carminum libellus. Antuerpiæ apud Guilielmum Syluium in octauo. Eiuſdem Nehemias, ſeu de inſtauratione Hieroſolymæ, Comœdia ſacra. Antuerpiæ apud Plantinum anno Domini 1570. * Eiuſdem Naaman, Comœdia ſacra & noua 8. Antuerpiæ anno 1581.

Cornelij Scepperi Neoportuenſis Philoſophi libri 6. Aſſertionum fidei aduerſus aſtrologos, ſiue de ſignificationibus coniunctionum ſuperiorum planetarum anni 1524. Antuerpiæ 1523.

* Cornelij Schylandri medicina oſtrologica 4. Antuerpiæ per Ioan. Withagium 1575.

Cornelius Scribonius, Grapheus & Petrus Ægidius, præceptiones quaſdam ex veterum libris collegerunt, ad docendos principes ac magiſtratus, qua ratione Reſpublicæ feliciſſimè gubernari queant. Aliâs Enchiridion principis ac magiſtratus Chriſtiani. De principum pietate, prudentia, iuſtitia, clementia, veritate, munificentia, eruditione, & voluptatum contemptu. Libellus impreſſus Coloniæ apud Ceruicornum, anno Domini 1541. cum hiſtoria Batauica. Eiuſdem Deſcriptio conflagrationis templi Diuæ Mariæ Antuerpienſis: verſu heroico. Antuerpiæ anno 1534. in officina Ioannis Graphæi. Item Colloquiorum formulæ ex Terentij Comœdijs ſelectæ & in Germanicam linguam verſæ. Auguſtæ anno Dom. 1532. Deſcriptio Senatus Antuerpiæ ciuitatis à Carolo V. inſtituti. Antuerpiæ 1541. De natiuitate liber.

Cornelius Seuerus author poematis Ætnæ, excuſi cum Luſibus in Priapum Virgilio attributis. In Senecæ controuerſijs etiam, & à Chariſio quædam eius citantur.

Cornelius Seuerus de ſtatu ſuo atq; temporũ ſuorum libros ſcripſiſſe memoratur.

Cornelij Sircani Roſtochienſis theologi, ſcriptum contra Lutherum.

Cornelij de Snekis, ſermones. Item,

Cornelij Suecani eccleſiaſticorum defenſio.

Cornelius Valerianus citatur à Plinio de Phœnice.

Cornelij Valerij, Vltraiectini, Latinæ linguæ profeſſoris in academia Louanienſi diſertiſſimi, Grammaticarum inſtitutionum lib. 4. Eiuſdem de Rhetorica, item de Dialectica libri. Ethicæ ſeu de moribus philoſophiæ breuis & perſpicua deſcriptio. Phyſicæ ſeu de naturæ philoſophia inſtitutio. Triumphi. Animaduerſiones in Officia Ciceronis. Apud Plantinum. * Idem Colloquia cum dictionariolo ſex linguarum, Teutonicæ, Latinæ, Germanicæ, Gallicæ, Hiſpanicæ & Italicæ, interpretatus eſt Latinè, 16. Antuerpiæ 1579.

Cornelius Vitellius, Corinthius, ſcripſit annotationes in Nicolai Perotti præfationem Plinij Secundi ad T. Veſpaſinum. Item librum in defenſionem Plinij & Domitij Calderini, contra Georgiũ Merulam Alexandrinum, quem plurimos Martialis locos perperam intellexiſſe oſtendit. De dierum menſium, annorumq; obſeruatione librum, excuſum Pariſijs apud Aſcenſium.

Cornificius rhetoricorum ad Herennium author. Vide in M.T. Cicerone.

Cornificius poeta, librum de natura deorum conſcripſit, item librum hymnorũ teſte Macrobio. Cornificius Etym. 3. citatur à Macrobio.

Cornutus (prænomine Annæus) Leptites genere, emicuit Romæ ſub Nerone, interfectus demum ab eo vnà cum Muſonio philoſopho. Multa eius ſcripta tam in philoſophia quàm in rhetorica feruntur. Vide plura apud Suidam. Cornuti breuis enumeratio τῶν κατὰ τὴν ἑλληνικὴν θεωρίαν παραδεδομένων, extat Romæ in Vaticana bibliotheca. Item liber de dijs cœleſtibus, & Phurnuti de dijs gentilium: quare videtur alius eſſe Cornutus, à Phurnuto: etſi quidam confundere ſoleant: ſed nihil certi habeo. Cornuti, ſiue Phurnuti commentarius de natura deorum gentilium, excuſus apud Aldum Græce, cum fabulis Æſopi. Vide in Phornuto: ſic enim ſolum Aldina editio habet. Cornuti mentionem facit Seruius in 9. Æneid. fuit autem interpres Vergilij, haud ſane indoctus neque ignobilis, vt ait Gellius. Eius ad Italicum librum decimum adducit Chariſius. Appellatur L. Annæus Cornutus.

Cornutus Grammaticus antiquiſſimus, quem Probi nomine quidam citant, ſcripſit Commentarios in Perſij Satyras. impreſſos Pariſijs apud Rob. Stephanum. Eoſdem integriores multò edidit Elias Vinetus, Pictauij apud Engilbertum Marnefium in quarto, anno 1563. Ex Cornuto, Donato, & Aſpero grammaticis decerptæ ſunt annotationes in Terentium: impreſſæ Baſileæ apud Frobenium cum textu Terentij.

Coruinus Clemens eruditiſſimus poeta, Alexandri Macedonis geſta deſcripſit. Cuſpianus in Conſulibus.



Digitized by Google

Coſconius *in actionibus citatur à Varrone.*

* Coſmi *poetæ in Pſalmos Dauidis paraphraſis Græca M.S. fol. bibl. Imperat. Viennæ.*

Coſmi *Gherij, epiſcopi Fanenſis, epiſtolæ plures leguntur in volumine epiſt. clarorum virorum.*

* Coſmæ *Alderini Heluetij hymni ſacri numero 57. quorum vſus in eccleſia eſſe conſueuit. Vocum 4. Bernæ 1553. in 4.*

Coſmæ *Grimier gloſſa in pragmaticam vel decreta Baſilienſia & Bituricenſia, impreſſa eſt Lugduni in 4. anno D.1488. cum ipſo contextu.*

Coſmas *Hieroſolymitanus, à patriarcha Hieroſolymitano, Maiumanus epiſcopus ordinatus, Ioannis Damaſceni olim in D. Sabæ monaſterio ſocius, Cantica ſuccinuit in Cithara & voce Pſalmi lib. 1. Hymni eius & alia quædam opera, Græce in Italia ſeruantur. Claruit anno D.740.*

Coſmas *Holtzachius, Baſilienſis, medicus Schaphuſiæ, ſcripſit annotationes quaſdam in Dioſcoridem, Lugduni ante paucos annos excuſum apud Frellonium. Floret anno D.1554.*

Coſmæ *Indicopleuſti prologus in Pſalmos, Romæ ſeruatur Græce.*

Coſmæ *monachi Diſtichon legitur in quarto libro Anthologij Planudis.*

* Coſmus *Bartolus architecturã Baptiſtæ Leonis Alberti tranſtulit in linguam Florentinam: cum additione. Venetijs 1565. Italicè.*

Coſmus *Paccius Archiepiſcopus Florentinus, Maximi Tyrij Platonici ſermones 41. Latinos fecit: excuſos Baſileæ 1510. in officina Froben.*

Coſmas *Pragenſis, ſcripſit annales Pragæ patriæ ſuæ, & regum Boemicorũ nondum impreſſos.*

* Coſmæ *Roſſellij Florentini Theſaurus artificioſæ memoriæ, omnibus omnium artium ac facultatum ſtudioſis, aliiſq; ſimilibus lenatem ac firmam rerum memoriam cupientibus perutilis. 4. Venetijs anno 1579.*

Coſmus *Anyſius, Iani frater, quædam carmine ſcripſit, vt Gyraldus refert, qui illa parum probare videtur.*

Coſmici *Patauini epiſtolarum volumen carmine conſcriptum, item Epigrammata vernacula lingua conſcripta. Gyraldus.*

Coſroes *Perſarum rex, quanquam barbarus, philoſophiam diſciplinaſq; omnes Græcorum ita tenebat, vt par ſummis philoſophis eſſet. Nã & Græcorum libros in Perſicam linguam vertendos mandauit. Quapropter Platonis & Ariſtotelis diſciplinam probè didicerat. Hæc Agathias.*

Cottæ *conſulis oratio ad populum, cum Saluſtij operibus excuſa eſt.*

Cottæ *Meſſalini ſcripta celebrãtur apud Plinium, qui in librum 14. & 15. multa ex his tranſtuliſſe ſe fatetur.*

Cottorij *cuiuſdem liber de iure, excuſus Lugduni in folio.*

Crantor *Solenſis, Academicus philoſophus, reliquit commentaria ad 30. verſuum millia. Poemata quoq; ſcripſiſſe dicitur, eaq; ſignata in Mineruæ phano, in patrio ſolo condidiſſe. Laudatur eius maximè liber quem de luctu edidit. Laertius.*

Craſtonius *Gorippus, qui libros Ioannidos ſcripſit, qui habentur in bibliotheca Badenſi, citatur in chronicis Ioannis Cuſpiniani.*

Craterus *Macedo, inſignis fuit hiſtoricus, ex quo quædam de Ariſtidis morte recitat Plutarchus in Ariſtide. Crateri* τῶν ψηφισμάτων *liber tertius & nonus citantur à Stephano de vrbibus.*

Crates *Athenienſis, comicus, cuius frater fuit Epilyrus, hexametri carminis ſcriptor. Fabulæ eius ſunt Gitones, id eſt, vicini: Heroes: Theria, id eſt, Feræ: Lamia: Pedetæ, id eſt, vincti ſeu captiui: Samij. Scripſit etiam quædam ſoluta oratione. Suidas. Porrò ab Athenæo citantur hæ quoque fabulæ præter Heroes & Vinctos, verum apud illum aliæ quatuor fabulæ eiuſdem nominantur,* [illegible] *niſi fortè mendum ſit pro Pedetæ,* [illegible] [illegible] χείρονες. *Citantur eius verſus à Stobæo, & in Arati commentarijs.*

Crates *Athenienſis alter, & ipſe veteris cõmœdiæ ſcriptor. Eius fabulæ extant tres. Theſaurus: Ornites, id eſt, aues: Philargyrus, id eſt Auarus. Suidas.*

Crates *Callimedes F. Athenienſis, comicus, ſplendido ſtylo, ſed bibulus, & fœdæ libidinis mancipiũ. Fuit antiquæ comœdiæ poeta: ſcripſit fabulas viginti vnam, vicit nouies. Suidas. Vide Cratinũ.*

Crates *Timocratis filius Mallotes, philoſophus Stoicus, cognomento Homericus & Criticus, ob grammaticarum & poeticarum rerum ſtudium æqualis Ariſtarchi grammatici, ſub Ptolemæo Philometore compoſuit correctionẽ Iliadis & Odyſſeæ, & alia. Suidas. Laertius non philoſophum ſed Grammaticum nominat. Strabo quoq; grammaticum nominat, Panætij Stoici præceptorem. Eius* Ἀττικαὶ διάλεκτοι *citatur ab Athenæo. Plinius quoque ſcripta eius lib. 4. & 7. Nat. hiſtoriæ citat.*

Crates *Pergamenicus citatur ab Æliano.*

Crates *Thebanus, Cynicus philoſophus, ſcripſit librum Epiſtolarũ, & Tragœdias altiſſimo philoſophiæ ſtylo. Laert. Eius carmen in vitæ humanæ miſeriam, quod alias etiam Poſydippo inſcribitur, habetur apud Stobæum in ſermone, Quod vita ſit breuis, & lib. 1. Epigrammatum Græcorum. Cratetis epiſtolia quatuordecim Aldus excudit in Græco epiſtolarum volum. diuerſorum authorum.*

Crates *quidam Geometrica ſcripſit. Laertius.*

Crates *Epigrammatum poeta. Laertius.*

Crates *philoſophus tempore Artaxerxis primi, De agricultura libros conſcripſiſſe fertur.*

Crateuas *Theſſalus, poeta æmulus Euripidis, illum iuuante Arrideo immiſſis canibus occidit. Suidas.*

Crateuas *de herbis Græce ſcripſit, oratione blandiſſima, herbarum effigies pingendo ſubſcriptis effectibus. Plinius, à quo paſſim citatur libro vigeſimo & ſeptem proximè ſequentibus. Citatur etiam Crateuas rhizotomus à Dioſcoride, Galeno, & Nicandri ſcholiaſte in Theriacis. Extat ad ipſum Hippocratis epiſtola, qua eum laudat tanquam optimum rhizotomon, quod & ipſe exercitatus ſit in*

Digitized by Google

hac arte, & à maioribus eam acceperit.

Cratinus I. C. Vide Tribonianum.

Cratinus Callimedis F. Athenienſis, veteris comœdiæ poeta, & penè author, claruit Olympiade 81. Scripſit fabulas 21. quarum exiguas reliquias, cum aliorum Comicorum ſententijs Hertelius edidit. Nomina fabularum ſunt Archilochi, Bucoli, Glaucus, Deliades, Dionyſalexander. Drapetæ, Drapetides, Eunidæ, Theſſalorũ reſpublica. Thrattæ, Cleobulinæ, Malthaci, Nemeſis, Nomi, Vlyſſes Plutus, Pytinæ, Trophonius, Cheirones, Horæ, Seriphij. Citatur à Plutarcho, Athenæo, Clemente Alexandrino, Polluce, Stephano, Æliano.

Cratini iunioris fabulæ quinque citantur ab Athenæo. Gigantes, Theramenes, Omphale, Titanes, Cheiron.

Cratinus Odyſſeas libros ad imitationem Homeri ſcripſit, teſtis eſt Hephæſtion.

Cratippus philoſophus Peripateticus, ſcripſit libros de diuinatione atq; ſomnijs.

Cratonis Thorenſis medici Boruſſi Practica de curatione omnium humani corporis morborum, nondum impreſſa, extat Lypſiæ. Obijt hic Crato in patria ſua, anno D. 1457.

Crator, Marci Aurelij Veri Imperatoris libertus, à condita vrbe vſque ad obitum patroni ſui, omnium annuorum magiſtratuum Romæ, tum nomina, tum imperia exactè annotauit, teſte Theophilo contra gentes, lib. 3.

Cremutius citatur à Plinio, De auibus Memnonijs lib. 16. cap. 26.

Creophylus Samius aut Chius poeta, Aſtyclis F. quem quidam Homeri filiam in matrimonio habuiſſe, alij tantum eius amicum fuiſſe dicunt, atq; hoſpitem, ab eoq; accepiſſe poema de Oechaliæ captiuitate. Suidas. Extat Epigramma incerti authoris, quo teſtatur Ionem poema hoc non Homeri ſed Creophyli eſſe. Clemens 6. Stromáton hunc Cleophylum nominat, & Panyaſim ab eo Oechaliæ captiuitatem ſuffuratum ſcribit.

Creophylus ſcripſit de finibus Epheſiorum. Athenæus.

Creſcentis à Cirta verba apud Cyprianum in Sententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Creſcentinus Metropolita citatur ab Ant. Bonfinio in Hungaricis.

Creſconius Afer poeta, quem alij Creſcentiũ nominant, Iuſtiniani Imperatoris bella in Africa geſta carmine deſcripſit, item concordiã canonum.

Cribellorum Mediolanenſiũ quidam, Orphei Argonautica Latino carmine reddidit.

Crinagoræ epigrammata Græca nouendecim in Anthologio paſſim leguntur: nouem in primo libro, quinque in tertio, tria in quarto, in ſexto & ſeptimo ſingula.

Crinis philoſophus Stoicus citatur à Laertio in Zenone.

Criſolanus eccleſiæ Mediolanenſis archiepiſcopus, Græca & Latina eloquentia inſignis, ſcripſit de Spiritu ſancto contra Græcos lib. 1. De ſancta Trinitate lib. 1.



Criſpi medicamenta ad lichenes in facie, apud Galenum libro quarto, de compoſitione ſecundum locos.

Ex Criſpini libro contra Dionyſium verba leguntur apud Stobæum in laude monarchiæ.

Criſpini cuiuſdam ſcripta citantur apud Fulgentium Mytholog.

Critias ἐν τῷ περὶ φύσεως ἔρωτος ἢ ἀρετῶν De natura amoris atque virtutis citatur à Galeno in Gloſſis. Critias citatur apud Plutarchum in vita Lycurgi & Cimonis. Critiæ ſenarij 3. apud Stobæum de adulatione, & 2. in comparatione paupertatis cum diuitijs Athenæus Lacedæmoniorum Rempublicam à Critia ſcriptam allegat bis libro vndecimo: & alibi Critiæ Callæſchri Elegias.

Critolaus ſcripſit rerum Epiroticarũ aliquot libros, ex quorum tertio Plutarchus de Paulo Æmilio & Valerio Torquato hiſtorias in Parallelis minoribus capite duodecimo refert. Allegatur etiã ab eodem in vita Periclis.

Critonis ſiue Damippi Pythagorici liber de prudentia & fortuna à Stobæo citatur.

Crito qui in imperatorijs ædibus eſt medicatus, quæcunq; pharmaca comptoriæ ſpeculationis Heraclides & Cleopatra & alij poſt ipſos medici ſcripſerunt, ea omnia coaceruauit in quatuor de ornatu libris, qui in omnium manibus verſantur. Galenus lib. 1. cap. 3. de Compoſitione ſecundum locos: vbi etiam ſingulorum librorum capita ſubiungit. Alibi etiam plurima Critonis remedia citat: quod & Ætius facit. Arbitror autem hunc eundem eſſe cuius Opſartytica ab Athenæo citantur.

Critonis comici Philopragmon citatur ab Athenæo.

Criton Athenienſis, Socratis diſcipulus & ſingulari quodam amore erga eũ affectus, ſcripſit dialogos decem & ſeptẽ, qui vno continentur codice, ita inſcriptos: Non ex diſciplinis conſtare probitatem. Quid ſit abundare. Quid idoneum ſiue ciuile. De honeſto. De Deo. Quid ſit malefacere. περὶ εὐταξίας. De lege. De artibus. De congreſſu. De ſapientia. Protagoras ſiue ciuilis. De literis. De poetica. De honeſto. De diſciplina. De ſcientia, quid ſit ſcire, hæc Laertius. Suidas ait eum Defenſionẽ Socratis ſcripſiſſe.

Criton Naxius, ſcripſit Octaeteridem, id eſt, octennium, quam Eudoxi eſſe ferunt. Suidas. Hic haud dubio eſt Criton aſtronomus cuius Plinius meminit.

Criton Pieriotes (eſt autem Pieria Macedoniæ oppidum) hiſtoricus, ſcripſit Pallenica, Syracuſarum conditionem, Perſica, Sicula, Syracuſarum deſcriptionem, De principatu Macedonum. Suidas.

Criton Getica ſcripſit. Suidas. Hic alibi Croton nominatur.

Critobuli ſermo in paſſionem Chriſti. Venetijs in bibliothe Diegi Hurtadi legati Cæſaris.

Crobyli Comici fabulas quatuor Athenæus citat.

Crœſi epiſtolium quoddam extat ad Cyrum regem.

Digitized by Google

*negent, & Cyri reſponſum.*

* Cromatij *de octo beatitudinibus, Baſil.* 1550. *in folio apud Heinricum Petri.*

* Cropacij *poëmata. Cunarum Chriſti libri* 2. *variorum poematum libri* 9. *Fragmenta. Duces et Reges Bohemiæ.* 8. *Norimbergæ Francorum excudebat Leonhardus Heuſler* 1580.

Cruciferi *monachi ſermonum partes duæ de tempore.*

Cteſias *ſcripſit de rebus Perſicis, teſte Athenæo lib.*14. *& de rebus Indicis hiſtoriam, quæ citatur apud Pauſaniam in Bœoticis. Item librum de montib. cuius meminit Stobæus in ſermone de morbis. Eius etiam ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Artaxerxis.*

Cteſias *Cnidius vixit tempore Artaxerxis, cuius medicus fuit, ſcripſit res Syriacas & Perſicas: teſte Strabone lib.*14.

* Cteſiæ *Agatarchidis & Memnonis excerptarum hiſtoriarum fragmenta: cum Heinrici Steph. caſtigationibus, in* 8. *Geneuæ* 1557.

Cteſiclis *Chronica ſemel et iterum Athenæus allegat.*

Cteſiphon *ſcripſit rerum Thebanarum aliquot libros, ex quorum tertio Plutarchus cap.*25. *Parallelorum minorum, Epaminondæ & Steſimbroti eius filij hiſtorias mutuatur.*

Cubricus, *vide Manes.*

Cumanus *quidam* I. C. *ſcripſit quædam in* 1. *&* 2. *ff. noui. & inter cætera de exceptip. & interd. Item quædam in* 1. *&* 2. *Infortiati. & in* 2. *Cod. & Conſilia, excuſa.*

* Cuneri *Petri à Brouuershauen primi epiſcopi Leonardienſis, de Miſſæ ſacrificio: item de meritorum Chriſti & ſanctorum conſenſu: item eiuſdem quæſtiones paſtorales, & de cœlibatu ſacerdotum admonitio. Louanij Ioannes Bogardus anno Domini* 1572. *Eiuſdem de Chriſtiani principis officio, & quæ ſecundum conſcientiam ex ſacris literis ei debetur obedientia,* 8. *Coloniæ anno* 1580. *& Montibus* 1581. *Eiuſdem tractatus aliquot inſigniores de grauiſſimis Theologiæ Chriſtianæ controuerſijs, opus nouum & elaboratum, in* 8. *Coloniæ Agrippinæ, apud Petrum Haach, anno* 1583.

Curio *pater, ſcripſit librum Gratiarum ad Iulium Cæſarem teſte Suetonio. Curio pater citatur apud Plinium, qui ex eo in librum* 3. *quædam tranſcripſit.*

Curij *Lanciloti Paſij Ferrarienſis Laureati, Grammaticæ inſtitutionis lib.* 8. *impreſſi Argentorati apud Schurerium,* 1511. *Idem De literatura non vulgari, arbitror autem eoſdem libros eſſe, Scripſit etiam quædam carmine. Gyraldus.* * *Ex Biblioth. Imper. Indice conſtat illos eſſe eoſdem libros: & eos non tantum* 8. *ſed* 10. *eſſe, ſi recte eſt deſcriptus, his verbis.* * *Curtij Lanciloti de literatura non vulgari ſiue Grammaticæ inſtitutionis, lib.* 10. *in folio, impreſſi N. Anno* 1504.

Curtius *Iunior* I. C. *ſcripſit conſilia et de feudis.*

Curtius *Nicia ſcripſit libros de Lucilio, quos etiam Satyra comprobauit. Floruit tempore Ciceronis, cui adeo familiaris fuit, vt in epiſtola ad Dolobellam, glorioſam eius mentionem faciat.*

Curtij *Senioris extant conſilia, & quædam in* 2. *ff. vetus de iureiurando. l. admonendi, & in primum Cod. de iure calum.*

Cuthbertus *Farnenſis in Hibernia natus, ſcripſit librum de vita monaſtica. Claruit anno Chriſti* 687.

Cuthbertus *Giruuicius Giruuicenſis cœnobij monachus, Bedæ diſcipulus, ſcripſit De Bedæ vita & obitu lib.* 1. *Familiares Epiſtolas lib.* 1. *præterea opera Bedæ multa collegit & digeſſit. Claruit anno* 740. *Baleus.*

Cuthbertus *Tonſtallus Anglus, Dunelmenſis Antiſtes, ſcripſit de arte ſupputandi libros* 4. *excuſos Pariſijs apud Robertum Stephani anno* 1529. *Eiuſdem opus de veritate corporis & ſanguinis D. N. Ieſu Chriſti in Euchariſtia, Vaſcoſanus excudit Lutetiæ, anno Domini* 1553. *Claruit anno Do.* 1554. *Eiuſdem opus contra impios blaſphematores Dei prædeſtinationis, impreſſum Antuerpiæ à Withagio* 1555. *compendium et ſynopſis ethica Baſileæ anno* 1555. * *Eiuſdem in laudem matrimonij oratio, habita in ſponſalibus Mariæ potentiſſ. Regis Angliæ Henrici Octaui filiæ, & Franciſci Chriſtianiſſ. Francorum Regis Primogeniti, Baſileæ apud Froben.* 1519.

Cydippus *Mantineus de ijs quæ inuenta ſunt, citatur à Clemente Stromaton primo.*

Cydnius *allegatur apud Plinium, qui in librũ Naturalis hiſtoriæ nonum multa ex eo tranſtuliſſe ſe memorat.*

Cydonij *de contemnenda morte oratio, excuſa eſt Baſileæ per Ioannem Oporinum, anno Domini* 1553. *Græce & Latine, Raphaele Seilero Auguſtano Geryonis filio interprete. Quærendum an ſit Demetrij Cydonij. Audio etiam Venetijs ad Sanctum Antonium extare Cydonium de contemptu mundi, ſi modo index non vitioſe ſcriptus eſt.*

Cyllenij *Petiani epigrammata duo in primo libro Anthologij.*

Cymberius *Lindeſius ex illuſtri Angloſaxonum familia natus, ſcripſit ſuæ gentis annales. Ad Bedam epiſtolas doctiſſimas. Claruit anno* 730.

Cymæus *Heraclides citatur apud Plutarchũ in vita Artaxerxis.*

Cyneas *Theſſalus in compendium redegit Æneæ libros de re militari. Ælianus.*

Cynæthus *patria Chius ex rhapſodis poetis maxime illuſtris fuit. Hunc ferunt authorem eſſe hymni in Apollinem Homero attributi.*

Cynthius *quidam ſcripſit de re militari.*

Cynthius *Ioannes Baptiſta Gyraldus Ferrarienſis, ſcripſit poemata excuſa Baſileæ apud Robertum Winter, an.* 1540. *Sunt autem hæc, Epicedium de obitu diui Alfonſi Eſtenſis principis, Hercules Eſtenſis dux ſalutatus, ſyluarum liber* 1. *cum Cælij Calcagnini hymno ad D. Hieronymum, Epithalamium in Ioannis Sinapij nuptias, Ecloga* 3.

Digitized by Google

elegiarum lib.1.epigrammatum lib.2. De corporis humani partibus nonnulla. Epiſtola ſuper imitatione, additur & Cælij Calcagnini ſuper eadem commentatio, & Lilij Gregorij Gyraldi epiſtola.

Cynus Piſtorienſis, edidit multa in iure ciuili, ſuper codice lib.9. in prima parte ff. veteris lib.1. in ſecunda parte lib.1. additiones in reliquas lib.1. conſilia, vt teſtatur Raph. Volaterranus, de ſucceſſionibus, & alia plura. Claruit anno D.1330.

Cyprianus iuris enarrator antiquus. Raph. Volat.

Cyprianus Benetus Arragonenſis, ordinis Prædicatorum, ſcripſit de prima orbis ſede, de concilio, de eccleſiaſtica poteſtate, de Papæ dominio, opus excuſum in 4.

Cypriani à Carthagine confeſſoris & martyris, verba apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptiſandis.

Cyprianus Leouitius à Leonitia Bohemus Hradetenſis, Illuſtriß. principis & electoris Ottonis Henrici Palatini Rheni mathematicus, ſcripſit Ephemeridum nouum atque inſigne opus ab anno Domini 1556. vſque in annum 1606. accuratiſſime ſupputatum, cui præter alia omnia in cæteris editionibus addi ſolita, etiam hæc acceſſerunt, Eclipſium typi elegantiſſimi 2. Expedita ratio conſtituendi thematis cœleſtis, cum tabulis è quibus motus planetarum tam in natiuitatibus quam in reuolutionibus citra laborem haberi poſſunt. 3. Loca ſtellarum fixarum ab anno D.1349. vſq; in annum 2029. diligenter annotata, 4. Breuis ratio geneſes iudicandi cum nouis quibuſdam obſeruationibus & electionum methodo, tam vniuerſali quam ad cuiuſq; geneſim accommodata. 5. Themata quatuor anni temporum cum breui declaratione reuolutionis mundi, aliaq; plura quæ diligens lector in ipſo opere facile perſpiciet. Auguſtæ Vindelicorum excudebat Philippus Vlhardus 1556. in magno folio. Eius Ratio iudicandi genituras, vna cum admonitione Hieronymi Wolphij de vero & licito Aſtrologiæ vſu, impreſſa eſt Londini 1565. in 4. Item de eclipſibus peculiarem librum edidit. Tabulas quaſdam. Iudicium de nouo Phænomeno quod anno 1572. apparere cœpit. * Eiuſdem liber de coniunctionibus & oppoſitionibus magnis inſignioribus ſuperiorum planetarum, cum earundem affectuum hiſtorica expoſitione. M.S. bibl. Imperat. Eiuſdem prima pars iudicij aſtrologici de natiuitate ſereniſſ. Imperat. Max. II. de totius vitæ ipſius curriculo, in 4. M.S.

Cyprianus à Popma. C. Criſpi Saluſtij opera emendauit, & emendationum ſuarum rationes adiecit. Louanij 1572. duodecimo.

Cypriani Rore, muſici excellentiſſimi Madrigali & Motteta, impreſſa Venetijs apud Antoniũ Gardane. Eiuſdem & Iacheti Pſalmi quatuor vocum Venetijs 1559. in quarto. Item 4. libri Gallicarum cantionum. Louanij 1570.

* Cypriani Soaretz ſocietatis Ieſu, de arte rhetorica lib.3. Ex Ariſtotele, Cicerone, & Quintiliano præcipue deprompti. 4. Antuerp. 1575.

Cypriani Veneti, doctoris, tractatus de nõ mutando Paſchate, impreſſus eſt. Forte idem cum Cypriano Beneto.

Cyprianus Vomelius, ſcripſit Oden ad Deum opt. max. pro tranquillando Chriſtiani orbis ſtatu. Item librum Miſcellaneorum. Argentorati anno 1544. * Tremoniæ edidit Introductionum arithmetices: deinde quædã carmina epigrammata, &c.

Cyrani & Harpocrationis liber περὶ φυσικῶν δυνάμεων Romæ extat in Vaticana bibliotheca.

Cyriacus Anconitanus, epigrammata quædã, ſeu inſcriptiones antiquas per Illyricum iter collegit & edidit. Eius Itinerarium citat Torellus Sarayna in deſcriptione Veronæ, & Georgius Fabricius in deſcriptione Romæ.

* Cyriaci Lucij D. Med. profeſſoris Ingolſtad. &c. Ligni Cotonei natura vires & vſus Ingolſtadij 1580. Eiuſdem breuis, de Lithoſophiſtica, erronea quorundam, de lapide philoſophico, nunc diſceptantium doctrina, religioni Chriſtianæ incommoda, obſeruatio: atque de lapide Chriſtoſophico, ſummo Chriſtianorum bono, admonitio. In 4. Ingolſtadij 1582. Eodem autore de varijs medicorum ſectis, nunc in repub. vigentibus, medicina philoſophica: liber in tres partes iuxta materiæ ſeriem diuiſus. Ingolſtadij ex officina Wolphgangi Ederi anno Domini 1583.

* Cyriaci Schreitman proba, hoc eſt, de ponderibus & libris metallorum omnium. Germ. 8. Francofurti anno 1578.

Cyriaci Spangenbergij, Ioannis. F. Superintendentis Mansfeldenſis, Tabulæ ſeu ſchematiſmi & diſpoſitiones in Moſis quinq; libros, præterea libros hiſtoricos, Ioſuam, Iudicum, Ruth, Samuelis duos, Regum duos, Chronicorum duos, Eſdram, Nehemiam, Eſther, Iobum. Baſileæ apud Oporinum in magno folio. Admonitio ad omnes Germ. milites laudis, et honeſti ſtudioſos. Addita eſt conſideratio vaticinij Danielis 12. cap. & admonitio vt in delectu militum Papiſtico non dent nomina, &c. Islebij apud Andream Petri in 8. Hiſtoria de Vita, vocatione, miniſterio eccleſiaſtico, & morte Ioachimi Vueſtphali. Ibidem octauo Germanicè. Inſtructio quomodo infantes Deo offerri debeant, & vt eorum exemplo coram Deo ambulandum ſit, loco funebris contionis in obitu Reinharti Comitis Mansfeldenſis adhuc paruuli. Erdfurti 1570. in 8. Præfatio in Germanicum Pſalmorum & aliarum eccleſiaſticarum cantionum librum. Præfatio alia itidem in librum Andreæ Largij. Cithara Lutheri, Pſalmi & cantiones ſacræ D. Martini Lutheri, explicatæ concionibus aliquot. Erdfurdiæ 1569. in quarto. Concio qua Germanos ad pœnitentiam exhortatur, Islebij anno 1569. Explicatio priorum octo capitum epiſtolæ Pauli ad Romanos. Conciones de tota vita Chriſtiana. Reſponſio ad mendacia quæ ſparguntur vulgo, quod diabolum creatorem faciat, &c. 1572. Preces afflictæ eccleſiæ contra falſos doctores ex Pſalmis collectæ. anno Domini 1572. Germanicè. Conciones 18. de D. Luthero habitæ, quibus eius laudes prædicantur: Pleræque ex his ſe-

Digitized by Google

*bis ſeparatim editæ ſunt: German. Reſponſio ad indicium theologorum Vitebergenſium & Lipſenſium. Iſlebiæ* 1570. *De peccato Originali.* 1572. *Latin. & Germ. Speculum matrimoniale: conciones* 70. *nuptiales, quibus quicquid utiliter de matrimonio dici poteſt continetur. Argentinæ. Citharæ Lutheri pars tertia & quarta, complectens capita catechiſmi, contionibus expoſita. Conciones ſeptem de Prouidentia Dei & æterna electione. Earundem concionum plenior explicatio Iſlebij apud Andream Petri* 1568. *Præfatio in librum Iodoci Hokerij de excommunicatione. Germanice omnia.* * *Concio eiuſdem de peccato & remiſſione peccatorum.* 4. *Mansfeldij* 1574. *Item confeſſio de quibuſdam fidei articulis contra falſas Theologorum proteſtantiũ accuſationes* 1574. *Germanice omnia. Refutatio leuis accuſationis concionatorum. Iſlebiæ, in qua Mansfeldicos Manichæis comparant: Germ.* 4. *pollicitatio, adiecta breui confeſſionis de originali peccato repetitione.* 4. *Mansfeld. Germ.* 1575. *Hiſtoria de initio & fundatione alijsq́ rebus cœnobij Mansfeld. adiunctis duabus orationibus funebribus. Germ.* 8. *Iſlebij* 1574. *Ad inſtitutionem Iacobi Andreæ de peccato originali reſponſio. Pœnitentia Dauidis, Exemplum veræ & ſalutiferæ pœnitentiæ regis Dauidis, ex Pſalm.* 51. *in* 8. *omnia German. De Colloquio Lindauico, inter Iacobum Andreæ & Tobiam Ruppium, anno* 1575. 4. *Reſponſio ad Iſlebienſes Theologos, ex qua cauſa & acta plurima, controuerſiæ de peccato originali, intelliguntur. German. Hiſtoria Manichæorum, de furioſæ & peſtiferæ huius ſectæ origine, & propagatione, doctoribus diſcipulis, & propugnatoribus, eorumq́ actis & ſcriptis vanitate & inconſtantia, ex Eccleſiaſticis hiſtorijs & patrum ſcriptis collecta.* 4. *Vrſellis* 1578. *Idem Pſalterium Dauidis, cæterasq́ cantiones ſacras veteris & noui Teſtamenti, & plures ſanctorum Euchariſticas ſententias, muſicis numeris & vocibus accommodauit, Germanice, in* 8. *Francofurti anno* 1582. *Eiuſdem Epiſtolæ conſolatoriæ cum præfatione ad Maximil. Imperatorem. in* 8. *Argentinæ anno* 1565. *Ad* 13. *ſupra indicatas conciones de Luthero acceſſit* 19. *&* 20. *ſermo de eodem. Germanicè in* 8. *Francofurti anno* 1574. *Anno* 1583. *edidit librum germanicum hoc titulo. Aduerſus nouos gloſſatores & inuertentes verba Chriſti in cœna: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis traditur. In* 8. *Vrſellis.*

Cyriacus *Strozza Græce ſcripſit duos libros Politicos, quibus ea quæ ab Ariſtotele in octo libris explicata non fuerunt, perſequitur. Florentiæ anno Domini* 1562. *Ijdem libri ab authore Latine editi ſunt* 1563. *Clementis Alexandrini Stromatum libros* 8. *in Latinam linguam tranſtulit, excuſos Florentiæ à Torrentino.*

Cyrillus *epiſcopus Alexandrinus, ſcripſit in Ioannem commentariorum libros* 12. *quorum quatuor intermedij interierunt. Impreſſum eſt opus Pariſijs, Latinitate à Trapezontio donatum, anno* 1520. *commentaria in Leuiticum lib.* 16. *excuſa Pariſijs anno* 1521. *Item præclarum opus quod theſaurus nuncupatur lib.* 14. *Georgio Trapezontio interprete, Pariſijs anno Domini* 1521. *eadem deinde opera excuſa ſunt Baſileæ apud Cratandrum, anno* 1524. *Edidit etiam, teſte Hieronymo, variarum* ὑποθέσεων *tractatus, homilias plurimas, Libros de ſynagogæ defectu, De fide aduerſus Hæreticos. Aduerſus Neſtorium* ἔλεγχον. *De ortu & laude S. Mariæ lib.* 1. *De Cyclo paſchali annorum* 95. *lib.* 1. *In euangelium commentariorum lib.* 4. *Ad Euopium fratrem & conſacerdotem* 12. *capitulorum ſiue anathematum contra Neſtorium interpretationes, & oppoſitiones aduerſus Theodoretum Cyri epiſcopum, excuſa Baſileæ apud Henricum Petri, anno* 1528. *cum alijs contra hæreticos ſcriptis. Sermonem de eo quod Verbum Dei factum ſit homo, excuſum Baſileæ in octauo, anno Domini* 1534. *De exitu animæ, & ſecunda eius præſentia opuſculum excuſum Græcè Pariſijs apud Wechelum, anno* 1538. *Sermonem ſynopticum de Trinitate, & alijs argumentis, qui Græce extat in Italia. Commentaria in Oſeam prophetam, in Eſaiam, & Danielem, Venetijs. De Chriſti myſterijs ex omnibus libris Moſis, Solutiones dogmaticarum quæſtionum. Explicationem prophetæ Abacuc. De adoratione & cultu in ſpiritu veritatis librum. Orationes ſeptem. Homilias in ſacrum ſymbolum. Conſilium de concordia inter Græcos & Latinos. Ad Succeſſum epiſcopum epiſtolas duas. Practica ante tertiam ſynodum. Ad Diuum Auguſtinum De miraculis S. Hieronymi. Librum* τὰ γλαφυρὰ *inſcriptum. Opuſculum De dictionibus, quæ accentu variant. Vocabularium Græcum. Hæc omnia partim in Italia, partim Venetijs etiam hodie ſeruantur. Claruit anno Domini* 432. *Cyrilli Alexandrini epiſcopi operum tomi* 4. *quorum poſtremus nunc recens accedit ex Græcis manuſcriptis exemplaribus fideliter Latinitate donatus, excuſi ſunt Baſileæ à Ioanne Heruagio, anno Dom.* 1546. *in magno folio cum indice chartis* 255. *Primo tomo continentur. In Euangelium Ioannis commentariorum libri* 8. *quibus Iodocus Clitoueus adiecit quatuor intermedios. In Leuiticum libri* 16. *Secundo tomo Theſauri lib.* 14. *Aduerſus hæreticos, de conſubſtantialitate filij & ſpiritus ſancti cum Deo patre: Georgio Trapezuntio interprete. Dialogorum cum Hermia de trinitate lib.* 7. *cum appendice argumentorum euidentium, quòd ſpiritus ſanctus eſt Deus, & non creatura: Ioañe Oecolampadio interprete. De adoratione & cultu in ſpiritu & veritate dialogus ad Palladium, non expreſſo interpretis nomine. Tertio tomo Contra Iulianum Apoſtatam pro religione Chriſtiana lib.* 10. *Ioanne Oecolampadio interprete. Ad Theodoſium regem de recta in D. N. Ieſum Chriſtum fide, liber: Ioanne Oecolampadio interprete, De eadem fide ad reginas lib.* 2. *non expreſſo nomine interpretis, videntur autem ab eodem conuerſi. Quarto tomo continentur Homiliæ* 9. *Wolfgango Muſculo interprete. Epiſtolæ* 39. *eodem interprete. Apologia ad Theodoſium imperatorem, eodem interprete. Declaratio* 12. *capitum, alias anathematiſmorum, Epheſi in ſynodo dicta, eodem interprete.*



Digitized by Google

Liber apologeticus ad defenſionem eorundem 12. capitum contra Orientales qui illa ſcriptis taxarant, omiſſo interpretis nomine. Alius liber ad Euoptium pro defenſione eorundem capitum contra reprehenſiones Theodoreti epiſcopi Cyri, Ioanne Oecolampadio interprete. Expoſitio ſymboli Niceni, Ioanne Theophilo interprete. Scholia de incarnatione vnigeniti per capita 28. omiſſo interpretis nomine. Sermo de eo quod verbum Dei factum ſit homo, Ioanne Oecolampadio interprete. Duæ epiſtolæ Cyrilli contra Neſtorium. Synodales epiſtolæ 12. Epheſinæ ſynodi cui Cyrillus præfuit, Muſculo interprete. Dogmata Neſtorij à Cyrillo impugnata, eodem interprete. Cyrilli Commentaria in Eſaiam Laurentio Humfrido interprete. Baſileæ excuſa ſunt in folio. Epiſtolæ & homiliæ, & ſcripta Cyrilli contra Neſtorium Græce extant Venetijs ad S. Antonium. Epiſtola eius ad Dominum Antiochenum, & alia ad epiſcopos Libyæ habentur in magno opere Conciliorum Ioan. Zonaræ. Opera eius duobus tomis edita ſunt Pariſijs anno D. 1572. * Eius et Theodoriti Synodicæ conſtitutiones tam prouinciales, quam generales. Baſileæ in 8. Et in prophetam Iſaiam exegeſis, ſiue breuis expoſitio, Manuſc. bibl. Imp. Viennæ. Opera omnia duobus tomis comprehenſa, additis quibuſdam opuſculis per Gentianum Heruetum recens è Græco conuerſis. Pariſijs Mich. Sonnius anno 1573. in folio. D. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini, acerrimi grauiſſimiq; inter Orthodoxos Patres Chriſtianæ religionis aduerſus hæreticos propugnatoris opera, in duos tomos digeſta: Quorum prior Didactica, Poſterior exegetica continet: Bon. Vulcanio Brugenſe interprete. A quo quid præſtitum ſit, quidué prioribus editionibus acceſſerit, ex catalogo qui ſequitur, patet. I. Libri nunquam antehac editi, et nunc primum è Bon. Vulcanio ex Græco ſermone Latinè conuerſi. Cyrilli de adoratione in ſpiritu & veritate, ſiue, quod lex ſit vmbra, at typus vitæ in Chriſto atque Euangelicæ, lib. 17. Ex Bibliotheca Cardinalis Mendozæ, epiſcopi Burgenſis. Eiuſdem Cyrilli Glaphyra, ſiue elegantiores loci totius Pentateuchi explicati. Sunt verò in Geneſim libri 7. In Exodum libri 3. In Leuiticum liber 1. In Numeros lib. 1. In Deuteronomion liber 1. Ex Bibliotheca eiuſdem Cardinalis. Eiuſdem Cyrilli Dialogi duo ad Hieremiam, quorum prioris hic eſt titulus: De incarnatione vnigeniti, & quòd Chriſtus ſit vnus, & Dominus, ſecundum Scripturas: poſterioris, Quod Chriſtus ſit vnus, cum confutatione argumentorum, quæ contra adferri poſſunt. Hi verò Dialogi reliquos octo de Trinitate, antea editos ordine ſequuntur, Ex Bibliotheca Reipubl. Auguſtanæ. Eiuſdem Cyrilli aduerſus Anthropomorphitas, ſiue eos qui humanam formam Deo tribuunt, liber vnus ad Caloſirium ſcriptus. Ex Bibliotheca eiuſdem Cardinalis. Acta Concilij Epheſini aduerſus Neſtorium: cui Concilio Cyrillus archiepiſcopus Alexandrinus præfuit. Continet hic codex capita 140. Atq; huius quidem Concilij fragmentum quoddam, Ant. Contius I.C. edi curauit: ſed ex veteri quadam eaq; putidiſſima verſione tranſcriptum, vt facilè lectori conſtabit, ſi cui conferre libuerit. Ex Codice manuſcripto Veneto. II. Libri antea quidem editi, ſed nunc denuo à Bon. Vulcanio, partim de integro verſi, partim caſtigati. Cyrilli Theſaurus de integro Latinè verſus, & ordini quo à Cyrillo conſcriptus fuerat reſtitutus. Nam in prioribus editionibus ordo omnis à Trapezuntio immutatus erat: multa ab eodem paſſim omiſſa, multa de ſuo adiecta, neque pauca perperam verſa erant: vt ex præfatione Bon. Vulc. & Annotationibus conſtabit. Ex Codice manuſcripto Veneto. Eiuſdem Cyrilli de Trinitate lib. 8. per Dialogos ad Hermiam conſcripti, qui quidem antea ita verſi & editi fuerunt, vt nunc editi eſſe merito dici poſſint. Ex Bibliotheca Reipublicæ Auguſtanæ. Eiuſdem Cyrilli Anathematiſmi denuò verſi, et in ordinem quo à Cyrillo conſcripti fuerant redacti. Ex Bibliotheca Academiæ Baſilienſis. In reliquis Cyrilli operibus antehac editis, & nunc recenſis, innumera errata, quibus partim interpretum, partim operarum typographicarum vitio ſcatebant, à Bon. Vulcanio ſublata, atque emendata. Adiectæ ſunt præterea Bon. Vulcanij Annotationes, quibus interpretationis ſuæ, præcipuè in Theſaurum, et Dialogo de Trinitate, rationem reddit, & quamplurimis locis Cyrilli ſententiam, allato Græco textu, explicat. Index geminus & copioſiſſimus: quorum alter res & vocabula: alter locos ſacræ Scripturæ à Cyrillo explicatos continet. Baſileæ ex Officina Hernagiana per Euſebium Epiſcopium, anno Domini 1576.

Cyrilli Archiepiſcopi Hieroſolymorum, Catecheſes illuminatorum Hieroſolymis 18. & quinque myſtagogicæ, quæ tempore quidem Hieronymi & Damaſceni extabant, vt ipſi teſtantur: proximis vero aliquot ſeculis, in abſtruſis quibuſdam locis deliteſcentes, nunc primum Latinitate donatæ & in lucem prolatæ ſunt à Ioanne Grodecio Decano Glogouienſi. Antuerpiæ excudit Plantinus in 8. & in folio. Porro in indice librorum Græcorum quos reſpub. Auguſtana emit ab Antonio Eparcho Corcyreo nominantur Ioannis epiſcopi Hieroſolymitani Catecheſes φωτιζομένων 18. & μυσταγωγικαὶ quinque. Quare videndum eſt ne forte Ioannis ſint qui longe poſterior fuit Cyrillo, quæ tamen alteri de induſtria forte aſcripta ſunt vt plus auctoritatis haberent. Cyrilli Hieroſolymitani Catechetica quarta oratio, De decem dogmatibus, de generatione ex virgine, citatur à Theodoreto in Eraniſte. * Cyrilli Hieroſolymitani de antichriſto & catechiſmi capita Græcè, Manuſc. fol. bibl. Imperat. Viennæ.

Cyrillus preſbyter & monachus montis Carmeli, natione Græcus, ſcripſit ad abbatem Ioachim de oraculo angelico, de proceſſu ordinis ſui lib. 1. Claruit anno Domini 1200.

Cyrilli epiſcopi Speculum ſapientiæ aliâs Quadripartitus apologeticus vocatus, in cuius prouerbijs totius ſapientiæ ſpeculum claruit. Liber impreſſus ante annos centum. Idem liber in Germanicum ſermonem conuerſus publice extat.

Cyrilli

Cyrilli I.C. *Summa criminalis, in qua continentur quatuor elementa practica, Iudiciarius ordo, Tractatus & Summa quaſi omnium rerum criminalium. Venetijs anno 1568. in 4.*

* Cyrilli *Franchi Ieſuitæ Bononienſis, de anno Iubilæo commentarius. 4. Bononiæ 1575.*

Cyrmanoe *Caleca liber de theologia: & alia quædam capita, quomodo ſuſcipienda ſit vita, aut ſapientia, aut bonitas Dei, & alia diuerſorum. Romæ extant Græce. De proceſſione ſpiritus ſancti opuſculum Græcum, ibidem.*

Cyrus *Alexandrinus arte medicus, ſcripſit aduerſus Neſtorem eleganter & fortiter. Aduerſus hæreticos lib. 1.*

Cyri *epiſtolium, vide Cræſi.*

Cyri *cuiuſdam hiſtoria eccleſiaſtica Græce ſeruatur in Italia. Videndum an Theodoreti epiſcopi Cyri.*

Cyri *differentias ſtatuum Aldus excudit Græce, in volumine 12. rhetorum.*

Cyrus *Panopolita verſificator, ſcripſit epigrammata quæ libro quarto Florilegij habentur. Vixit autem ſub Theodoſio iuniore.*

Cyrus *Theodorus Prodromus ſcripſit pia epigrammata Græca, excuſa Baſileæ apud Bebelium anno 1536. cum alijs quibuſdam, ſunt autem hæc: Argumenta ſeu capita vtriuſque Teſtamenti tetraſtichis iambicis ſenarijs conſcripta, & heroicis tetraſtichis, quæ vbique iambicis eiuſdem ſententiæ ſubnectuntur: non quidem in omnes libros, ſed in Pentateuchum, Ioſue, Iudicum, & Regum: item in 4. Euangelia, & Acta apoſtolorum. Quantitatem ſyllabarum, præſertim quod ad tres communes vocales attinet, parum diligenter obſeruat. Tetraſticha iambica & heroica in tres ſanctos hierarchas, Gregorium, Baſilium, & Chryſoſtomum Elegi, quibus alloquitur Paulum apoſtolum. Similes ad Gregorium Theologum, alij in magnum Baſilium, alij in Chryſoſtomum, alij ad Gregoriũ Nyſſenum, alij in S. Nicolaum. Exilium amicitiæ, ſenarijs ſcriptum, in prouidentiam: verſus expoſtulatorij in Bareum, à quo temere nominatus fuerat hæreticus, in imaginem vitæ. Verſus monitorij ad inuidos. Cyri Theodori Epigrammata Ioannes Ribittus in Latinam linguam tranſtulit. Geneuæ excudit Criſpinus. * Dialogus de exilio amicitiæ Græce & Latine, in fol. editus.*

Cyzicenus *Athenienſis, Academicus philoſophus, inter eos qui Geometriam maxime excoluerunt, à Proclo numeratur.*

# D.

DAemachi *Indica citantur ab Athenæo lib. 9. Forte Deimachus rectius nominaretur.*

Dæmon *Parœmiographus multos de prouerbijs libros compoſuit, nam eius liber quadrageſimus citatur ab eo qui ex Demoſthene dictiones aliquot interpretatus eſt.*

Dædachus *Platonicus citatur à Laertio.*

Dagamus *Scotorum Epiſcop. apoſtolici ordinis, ſcripſit ad Britannorum Eccleſias, lib. Claruit anno Domini 599. Baleus.*

Dagelius *Fuſcus, Galieni imperatoris & tyrannorum illorum temporum geſta conſcripſit.*

Daimachus ἐν πολιορκητικοῖς ὑπομνήμασι *citatur à Stephano. Citantur autem à Plutarcho ſcripta Daimachi Platæenſis, in vitis Publicolæ & Lyſandri: & Dæmachi Indica ab Athenæo: qui omnes forte eundem authorem laudant. Deimachum quære infra.*

Dalion *herbarius citatur à Plinio lib. 20. cap. 17. & ſequentibus tribus libris.*

* Dalij *Barcinonenſis liber prognoſticorum futuri ſeculi in 8. manuſcript.*

Damageti *epigrammata 7. in Florilegio Planudis.*

Damaſcius *Stoicus Philoſophus, Syrus, Simplicij & Elamitæ Phrygum diſcipulus, claruit Iuſtiniani tempore: ſcripſit* Παρεκβολὰς *in primum Ariſtotelis librum De cœlo, dubitationes & ſolutiones de primis principijs, Commentarium in Parmenidem Platonis, hiſtoriam philoſophorum. Eiuſdem Commentarius in Parmenidem, & in primum phyſicũn, extat Romæ in Vaticana bibliotheca, & apud Diegum Hurtadum, ibid. habetur Comment. in libros de cœlo.*

Damaſtes *Sigieus hiſtoricus, paulo ante Peloponneſiaca tempora vixit, & vſque ad Thucididem ætate proceſſit. Dion Halycarn. In lib. de Thucididis hiſtoria. Scripſit, de rebus in Græcia geſtis, de parentibus & maioribus eorum qui ad Troiam militarunt, libros duos. Gentium catalogum & vrbium. De poetis & ſophiſtis, & alia complura. Fuit Hellanici diſcipulus. Suid.*

Damaſus *Papa natione Hiſpanus, ſcripſit geſta ſummorum pontificum lib. 1. De fide contra hæreticos lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. diuerſa carmina, & alia. Eius nomine epiſtolium quoddã tomo 2. operum D. Hieronymi legitur, falſo inſcriptum, vt teſtis eſt D. Eraſmus Roterodamus. Eiuſdem ſymbolum ibidem extat: & in tertio tomo epiſtolæ 2. ad D. Hieronymum: cum recognitionibus Clementis etiam ſex eius epiſtolæ excuſæ ſunt. Vide in opere Decretorum Pontificiorum, Coloniæ euſo. Damaſi carmina de D. Paulo apoſtolo, de Agnete martyre, de Andrea apoſtolo, de Agatha martyre, de Felice, de nomine Ieſu, de Chriſto de aſcenſione Chriſti, de cognomentis Saluatoris: impreſſa ſunt Baſileæ cum veterum poetarum Chriſtianorum operibus à G. Fabricio emendatis. Idem carmine ornauit D. D. Petri ac Pauli menſam & altare, quod Placoniam vocabat: ſed & multorum martyrum ſepulchra, quæ ille Conchylia vocitare ſolitus erat. Circumferuntur etiam eius in Pſalterium carmina. Claruit anno 370.*

Damaſus *Vngarus in iure quædam ſcripſit, quæ intitulauit Brocardia, in cuius libros correctiones edidit Bartholomæus Brixienſis.*

Damaſus *Scombrus, orator inſignis, citatur apud Æneam Syluium, in deſcriptione Aſiæ.*

Damion *Medicus allegatur apud Plinium, qui in 20. & ſeptem proximos naturalis hiſtoriæ libros, ex eius ſcriptis quædam tranſtulit.*

Damageron, *aliàs Damegeron, Græcus author, in Conſtantini libris de re ruſtica citatur aliquoties.*

Damianus *Diaz, B. Vincentij ordinis prædicatorum, theologiæq; doctoris, Sermones per annum de tempore & ſanctis, recognouit & annotationes in margine adiecit Antuerpiæ anno* 1570.

Damiani *à Goes librum de fide, religione, moribuſq; Æthiopum, ſub imperio preſbyteri Ioannis degentium, Wechelus Pariſijs excudit. Et Louanij excuſus eſt idem liber in officina Rutgeri Reſcij anno Domini* 1540. *cum deploratione Lappianæ gentis eodem authore, quaternionibus* 13. *Eiuſdem commentarij rerum geſtarum in India citra Gangem à Luſitanis anno D.*1538. *excuſi ſunt Louanij in officina Rutgeri Reſcij, anno D.*1539. *quatern.* 5. *& dimid. Eiuſdem de bello Cambaico vltimo commentarij* 3. *excuſi ſunt Louanij apud Seruatum Saſſenum, anno Domini* 1549. *Bellum Cambaicum, Lappiæ deſcriptio. Epiſtolæ aliquot Pretioſi Ioannis. De rebus & imperio Luſitanorum ad Paulum Iouium diſceptatiuncula. Hiſpaniæ vbertas & potentia. Pro Hiſpania aduerſus Munſterum defenſio ab authore recognita. Epiſtolæ aliquot ad Damianum. Omnia hæc vno volumine comprehendit Rutgerus Reſcius Antuerpiæ* 1544. *Vrbis Louanienſis obſidio. Ludouicus Rhotorigius Vlyſippone* 1546. *Vrbis Olyſipponenſis deſcriptio, in qua obiter tractantur nonnulla de Indica nauigatione, per Græcos, & Pœnos, & Luſitanos diuerſis temporibus. Ebore apud Andream Burgenſem* 1554. *Omnia in* 4.

Damigeron *ſcripſit magica quædam, vt Tertullianus teſtatur in libro de de anima.*

Damippus, *vide Crito.*

Damis *Ninus, dicta factaq; Apollonij Tyanei conſcripſit, vnde pleraque mutuatus eſt Philoſtratus.*

Damocharidis *Grammatici epigrãmata quædam in Florilegio: nempe, Hexaſtichon in tertio: diſtichon, & octoſtichon in* 4.

Damocratem *quendam citatum in Geoponicis Conſtantini legimus.*

Damocratis *verba citantur aliquoties in Galeni libris de compoſitione medicamentorum tum iuxta locos, tum iuxta genera, item in ſecundo de antidotis. Scribitur autem Græce aliàs per alpha, aliàs per* ῶτα *quare vel Damocrates, vel Democrates reddi poteſt. Damocrates trimetris iambicis Iberidem herbam celebrauit in libro qui Clinicus inſcribitur, quos recitat Galen. lib.*10. *de comp. phar. ſec. locos in cura iſchiadicorum, alibi etiam verſus ipſius de medicamentis quibuſdã compoſitis refert. Eiuſdem librum dictum Philiatrus idem citat lib.* 7. καθ. τοπ. *Seruilius Damocrates inuentor & buccinator herbæ quam iberida appellauit, qua cum omnes ſuos ægros curabat. Plinius lib.*25. *cap.*8.

Damon *Cyrenæus ſcripſit de philoſophis teſte Laertio. Athenæus vero Damonem de Byzantio ſcripſiſſe refert. Citatur etiam Damon à Plinio* 7. *lib. & à Plutarcho in vita Numæ.*

Damoſtratus *hiſtoricus edidit Halieuticorũ libros* 20. *& de diuinatione per aquam, & alia quædam hiſtorica ſcripſit. Suidas. Ælianus lib.*13. *Demoſtrati libros Halieuticos citat.*

Damophila *mulier Græca, Pamphili vxor, ſcripſit libros amatorios carmine, atq; hymnos permultos. Theophraſtus in vita Apollonij, & Fulgoſus lib.*8. *cap.*3.

Damophilus *philoſophus ſophiſta, educatus à Iuliano, conſul ſub Marco imperatore, ſcripſit Philobiblum primum de libris comparatu dignis. Ad Lollium Maximum de vitis antiquorum, & alia plurima. Suidas.*

Damoxeni *Comici Athenienſis fabula, Syntrophi, allegatur ab Athenæo lib.* 3. *&* ἰατρῶν [illegible] *libro vndecimo. Suidas.*

Damoxeni *medici compoſitiones aliquas citat Galenus in libro de compoſitione medicamentorum ſecundum genera.*

Damportus *Gentill monachus, ſcripſit Homilias lib.*1. *Baleus.*

Danielis *prophetæ è tribu Iuda vitam deſcripſit Epiphanius.*

Danielis *& Suſannæ hiſtoria, apud Hebræos & 70. non habetur: è Theodotionis tranſlatione legitur in eccleſia. Hic ſolus Danielem prophetam nominat. Hieronymus.*

Daniel *Aruonius ſcripſit contra Pelagianos, lib.*1. *Orationes ſynodales lib.*1. *Claruit anno* 550. *Baleus.*

Daniel *Barbarus, patricius Venetus, commentationes in quinque voces Prophyrij ſcripſit, excuſas Venetijs in officina Aldina.* 1542. *Eiuſdẽ Commentarij in tres libros rhetoricorum Ariſtotelis ad Theodecten, cum textus interpretatione Latina Hermolai Barbari, excuſi Venetijs anno D.*1544. *apud Paulum Gerbardum: & Baſileæ, apud Ioan. Oporinum. Idem Doctorum Græcorum catenam auream in quinquaginta Pſalmos Dauidicos, in Latinam linguam tranſtulit. Venetijs Georgius de Caballis in folio. * Danielis Barbari electi patriarchæ Aquilegienſis comment. in Vitruij lib.*10. *de Architectura Venetijs Franciſcus Franciſcius Senen. & Ioan Crieger Germanus* 1567. *excudebat. Eiuſdem practica perſpectiua in fol. Venetijs anno* 1569.

* Danielis *Bermanni libellus germanicus de Inueſtigandis & inueniendis metallis. In* 8. *Auguſtæ* 1539.

Daniel *Bodenborgius, edidit Faſciculum earum rerum, quæ à pijs theologis aduerſus maximas abominationes & prophanationes impijſſimarum religionum ſcripta & tractata ſunt. Magdeburgi Matthæus Giſcken in octano anno D.*1569. *Item librum Precationum ſecundum Patrum & Prophetarum morem.*

* Danielis *Bronchuiſij, Secreta Alchemiæ magnalia D.Thomæ Aquinatis, de corporibus ſuper cœleſtibus*

Digitized by Google

cæleſtibus, & quod in rebus inferioribus inueniantur quoque, modo extrahantur. De lapide minerali, animali, & plantali. Item Theſaurus Alchemiæ ſecretiß. 4. Coloniæ 1579.

Daniel Carmelita Theologiæ magiſter, vir eximia doctrina & prudentia præditus per Benedictum XII. Romanum pontificem epiſcopus Verdenſis in Germania effectus, ſcripſit contra eccleſiæ ſuæ clerum, lib. 1. & alia.

* Daniel Cellarius, ſcripſit ſpeculum orbis terrarum, duas in partes diuiſum, quarum prior generaliores omnium regionum & prouinciarum, poſterior vero totius Germaniæ tabulas Geographicas, in formam libri ob commodiorem vſum redactas, complectitur. fol. Antuerp. 1578.

* Danielis Eklini Arouienſis itinerarium Hieroſolomitanum: cum deſcriptione terræ ſanctæ & vrbis Hieroſolymæ: quis eius noſtro tempore ſit ſtatus. In 8. Baſileæ apud Samuelem Apiarium Germanicè, anno D. 1578.

* Daniel Federmannus Memmingenſis, ex Italico Idiomate germanicis rhytmis reddidit ſex triumphos Franciſci Petrarchæ: quibus ſtatus vitæ humanæ deſcribitur. In 8. Baſileæ apud Petrum Pernam 1578. Idem horas recreationis Ludouici Guicciardini ex Italica in Germanicam linguam tranſtulit. 8. Baſileæ 1574.

Daniel Finus Ferrarienſis non inſulſus poeta, plurima opuſcula ſcripſit, ſed non edita præter pauca. Gyraldus.

Daniel Galetanus, Cremonenſis, ſcripſit commentarios in Tragœdias Senecæ, liber excuſus Venetijs 1498. Idem ſcripſit quædam in Priſcianum, & præfationem in Iulij Pomponij Sabini commentarios in Vergilium, in qua pollicetur ſe interpretationes in Vergilium hinc inde apud authores diſperſas, in compendium à ſe reſtrictas editurum. Claruit Cremonæ anno 1486.

Danielis Greiſeri homiliæ quinquaginta & vna de pœnitentia. Francofurti per Petrum Fabricium 1570. in octauo.

* Danielis Hoffmanni Theolog. Doct. & profeſſoris in Iulia Academia quæ eſt Helmſtadij explicatio præclaræ ſententiæ in Canonica Ioannis Apoſtoli, Sanguis Ieſu Chriſti filij Dei emundat nos ab omni peccato. 4. Helmſtadij 1581.

Daniel Holzmannus Cyrilli fabulas & ſimilitudines 95. Germanicis rythmis deſcripſit & picturis illuſtrauit. Auguſtæ 1571. quarto.

* Danielis Kautzdorffer memoriale, præcipuorum articulorum fidei Chriſtianæ Germanice. 8. Erdfurdiæ 1575.

Daniel Morleye mathematicus, ſcripſit de inferiori mundo lib. 1. De ſuperiori mundo li. 1. Principia Mathematices lib. 1. Claruit anno Domini 1190. Baleus.

* Danielis & Ioannis monachorum de monte Sinai meditationes ſpirituales in 4. Græce M.S. bib. Imperat. Viennæ.

* Danielis Rapoldi I. C. hiſtoria de Illuſtriß. Sileſiæ Ducatu, in 4. ſcripta. Eiuſdem carmen de die natali redemptoris noſtri ad D. Maximilianū ſcriptum in 4.

Danielis Santbechi Nouiomagi Problematū Aſtronomicorum & Geometricorū ſectiones ſeptē. Baſileæ apud Henricum Petri & Petrum Pernam in fol. anno 1561.

Daniel Schuz collegit & edidit pias meditationes ſeptem verborum quæ Dominus noſter in cruce pendens dixit, precum item & cantionum formulas de iiſdem verbis. Stetini 1570. in octauo Germanice.

* Danielis Speckelij Argentinenſis totius Alſatiæ Topographia vera. 1578. Germanice.

* Danielis Toſſani vera & neceſſaria demonſtratio, propter diſſenſiones in relligione, pio homini ab Euangelica religione, non eſſe recedendum, cum confutatione errorum Gaſparis Schwenckfeldij. German. 4. Heidelbergæ 1575. Eiuſdem admonitio ad ſenatum Ambergenſem, de plantanda & conſeruanda eccleſiæ ſcholarumq; concordia. Germanice. 4. 1475. Oratio funebris habita in funere electoris Palatini Friderici III. in 4. Heidelbergæ 1576. De probandis ſpiritibus, inſtitutio quomodo ſana doctrina in his religionis controuerſijs cognoſcenda, German. 8. 1579. Eiuſdē quatuor ſermones conſolatorij de vero firmæ conſolationis fundamento: de cæleſtibus manſionibus, nobis à Chriſto paratis: de recta certaq; via ad vitam æternam, ex nouiſſimis Chriſti verbis Ioan. 14. Germ. in 4. Neapoli Nemetum anno 1583. Exercitium animæ fidelis, nempe Preces & meditationes, ad conſolationem in omni genere afflictionum, accomodatas, locupletauit & auxit, Gallicè in 16. Francofurti apud hæredes Wecheli anno Dom. 1583. Floret Neoſtadij vir optimus prudentiſſimusq;.

* Danielis Venatorij analyſis methodica iuris Pontificij. in 8. Moguntiæ anno Domini 1579. Per eundem enarratio methodica Codicis Iuſtiniani Imperat. cum Nouellarum Conſtitutionum, pro varietate materiarum diuerſis & congruis locis, inſerta declaratione. octauo. Coloniæ apud Ioan. Gymnicum. anno Domini 1580. Eiuſdem Enchiridion pandectarum, omnes definitiones, diuiſiones, diſtinctiones, ſententias & regulas iuris, quæ pandectis inſeruntur ordinata titulorum ſerie obſeruata, comprehendens. in octauo. Coloniæ anno Domini 1580.

Danielis Vlierdeni Bruxellani epiſtola, oſtendens medicum non corpori ſolum, verumetiam animæ ſuppetias dare: Libellus excuſus Baſileæ, anno 1544. apud Frobenium.

Daniel Wentanus Epiſcopus, ſcripſit Hiſtoriam ſuæ prouinciæ, lib. 1. Auſtralium Saxonum geſta, lib. 1. De rebus inſulæ Vectæ, lib. 1. Vitam Ceddæ epiſcopi, lib. 1. Super obitu Aldhelmi, lib. 1. Ad virgines ſacras Epiſt. 1. De Venefrido ad Gregorium, Epiſt. 1. Obijt anno Domini 746. epiſcopatus ſui 42. Baleus.

Dantes Aligerus, natione Italus, patria Florentinus, ſcripſit comœdiarum lib. 1. De monarchia mundi lib. 1. epiſtolas plures. Diſputationem de

aqua & terra, quæ Mantuæ olim inchoata, Veronæ deciſa eſt. Libellus excuſus Venetijs, anno D. 1508. Eiuſdem carmina de inferno, purgatorio, paradiſo, Italice conſcripta, excuſa ſunt in Italia, anno Domini 1545. in 16. Eius poemata (neſcio an hæc ipſa, an alia) excuſa ſunt Venetijs, cum commento Alexandri Valutelli. Claruit anno D. 1321.

Dantis Aligherij Florentini de Monarchia libri tres excuſi Baſileæ ab Oporino in octauo, anno 1559. Scribit autem in præfatione idem Oporinus, hunc philoſophum alium eſſe à Dante celeberrimo poeta, & illo poſteriorem, quippe qui Angeli Politiani familiaris fuerit.

Dantes Riccius Elocutiones quæ in Epiſtolis familiaribus Ciceronis includuntur, excerpſit, & Italice reddidit. Venetijs anno Domini 1568. in octauo.

Dantinus Chymiſta citatur ab Hortulano.

Daphidas Telmiſenſis grammaticus, Homerum & eius poeſim mendacij arguit, &c. Suidas.

Daphnus Epheſius medicus, eximius arte, & vitæ ſanctæ, Academicæ philoſophiæ peritus, vnus è Dipnoſophiſtis, quorum colloquia Athenæus deſcripſit.

Dardanus quidam inter Magiæ ſcriptores numeratur à Tertulliano in libro de anima.

Dardaris in Turba, ab Hortulano citatur inter alios Chymicos ſcriptores.

Dares Phrygius hiſtoricus ſcripſit bellum Troianum Græce, in quo ipſe militauit, qui tandem capto Ilio cum Antenoris factione remanſit, vt ſcribit Cornelius Nepos, qui opus eius in ſex libros è Græco conuertit, verſu heroico, dicauitq́; Criſpo Saluſtio, excuſum Baſileæ, anno Domini 1541. Claruit anno à creatione mundi 2840. ante Chriſtum 1123.

* Darineli paſtoris Amadiſi ſphera vtriusque mundi, in quarto Antuerpiæ, Gallica lingua.

Darij regis epiſtolium extat apud Laertium libro nono, quo accerſit Heraclitum Epheſium ad ſe, propter explicationem libri de Natura obſcure ſcripti.

Darius Attendulus de Duello, Italice.

Darius Tibertus, poeta & eques Cæſenas, ſcripſit epitomen vitarum Plutarchi, quam ab innumeris mendis per Ioannem Oporinum repurgatam, Robertus Winter excudit Baſileæ. Prius autem excuſa erat Ferrariæ anno D. 1501. Eius epitomen Pariſijs excudit Carola Guillarda, anno Domini 1547.

Datiui à Bodis verba extant apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum De hæreticis baptizandis.

Dauidis regis & prophetæ hymni, ſiue pſalmi, extant in vetere teſtamento, additis aliorum quoque ſanctorum canticis, quorum nomina tituli indicant.

Dauid Armenicus ex diuerſis voluminibus philoſophorum de Baldach collegit librum de paſſionibus oculorum quem Alcanamozali ex Arabico Latinum fecit.

Dauidis cuiuſdam extant commentaria Græca ſuper Ariſtotelis prædicamenta, & quinque voces Porphyrij, Venetijs in bibliotheca SS. Io. et Pauli, quæſtiones eius in philoſophia habet D. Hurtadus à Mendoza, Venetijs, & ſuperiora quoq; opuſcula.

Dauid frater de ordine minorum ſcripſit formulam nouiciorum, continentem duas partes, quarũ prima eſt de exterioris hominis compoſitione altera de interioris hominis, id eſt mentis reformatione.

Dauid Boys Anglus, Gloceſtrienſis cœnobij monachus, ſcripſit de varijs gentium ritibus lib. 1. De duplici hominum immortalitate lib. 1. aduerſus Agarenorum inſanias lib. 1. De vera innocentia lib. 1. De doctrina ſpiritus lib. 1. Conciones Chriſtianas. Collegit ſcripta Ioannis Barnyngham, ac bibliothecæ Cantabrigienſi impoſuit. Claruit anno Domini 1450.

* Dauidis Brauni de tonitru, fulgure, grandine, alijsq́; eiuſmodi tempeſtatibus inſtitutio Germanica. Erfurdiæ anno 1577.

Dauidis Cambellani Pariſienſis quondam eccleſiæ decani, pia & religioſa meditatio in S. Ieſu Chriſti crucem & eius vulnera, Eiuſdem meditatio in Pſalmum 50. Miſerere mei Deus, & in Pſalmum 101. Domine exaudi orationem meam. Eiuſdem diuinum officium de ſacroſanctis D. N. Ieſu Chriſti plagis. Excuſa ſunt Pariſijs apud Claudium Garmontium, anno 1545. in 16.

* Dauidis Chaillet tractatio de fine & vſu miraculorum: & de conceptione virginis Mariæ, in originali peccato contra eccleſiæ Romanæ opinionem, in 8. Gallicè 1566.

Dauidis Chytrei oratio recitata in funere illuſtriſſimi principis Henrici ducis Megalobutgenſis Suerini, excuſa eſt Roſtochij apud Ludouicum Ditium quater. 4. Explicatio in ſententias Siracidis, Wittembergæ 1565. Catechiſmus. De authoritate & certitudine Chriſtianæ doctrinæ, & ratione diſcendi theologiam. Baſileæ 1555. Regulæ vitæ, hoc eſt virtutum deſcriptiones methodicæ. Wittembergæ 1556. De Chreichgoia oratio, adiuncta commentarijs Melanchthonis in epiſtolam ad Cor. De traditionibus humanis oratio cum H. Hamelmanni libro edita. De lectione hiſtoriarum. Chronologia Herodoti & Thucydidis, additis eccleſiæ Chriſti, ac imperij Romani rebus præcipuis, ab initio mundi vſq; ad noſtram ætatem contexta. Roſtochij 1569. Rhetorica. Enarrationes breues in Geneſim, Exodũ Leuiticum, Numeros in ſingulos libros ſeparatim editæ. * Anno 1575. acceſſit enarratio Deuterono. in 8. Wittembergæ. Annotationes in Euangelium Matthæi. Breuis enarratio & præterea ſcholia in primam epiſtolam ad Timotheum. Enarratio epiſtolæ ad Galatas, Francofurti. Enarratio in Apocalypſim B. Ioannis Latina & Germanica anno Domini 1568. Explicatio prophetæ Malachiæ cum chronologia hiſtoriæ Machabæorum vſque ad natum Chriſtum. Roſtochij anno 1568. In Michæam & Nahum Prophetas Explicatio. Wittembergæ anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto.

* Eiuſdem

Digitized by Google

* Eiuſdem oratio cum poſt reditum ex Auſtria, ad Chronici lectionem reuerteretur. 8. 1574. Hiſtoria Ioſue eiuſdem prælectionibus illuſtrata. 8. Witenbergæ, 1577. Summa doctrinæ Chriſtianæ, Germanice. 8. 1578. Oratio recitans illuſtria aliquot teſtimonia de Deo, & ſimulachra virtutum, in miranda naturæ humanæ fabricatione expreſſa. 8. Græciæ in Styria, 1574. Eiuſdem alia oratio de ſtudio Theologiæ recte inchoando. 8. Witenbergæ. Item oratio de coniugio. Witenbergæ, 1555. in 8. Eius regulæ vitæ ſeu virtutum deſcriptiones in præcepta Decalogi diſtributæ, iam poſtremò recognitæ. Acceſſit index Sententias Solomonis & Syracidæ, regulis vitæ coniungens. 8. Francof. ad Mœnū, cum anno 1582. Ab eodem contexta hiſtoria Auguſtanæ Confeſſionis, quæ continet ſeriem variarum deliberationum & actorum in cauſa religionis, eo tempore, quo Auguſtæ Confeſſio fidei, quæ & ipſa inſerta eſt, Carolo V. Imperatori, à Iohanne Electore Saxoniæ, & coniunctis Principibus ac ciuitatibus in Comitijs, anno M.D.XXX. exhibita eſt. Francofurti 4. apud Sigiſmundum Feyrabend. Eiuſdem oratio de ſtatu Eccleſiarum hoc tempore in Græcia, Aſia, Africa, Vngaria, Bohemia, &c. Et epiſtolæ aliquot Patriarchæ Conſtantinopolitani, & aliorum ex Oriente recens ſcriptæ: aliæq; narrationes, lectu nō indignæ nec iniucundæ. Quibus in hac editione decem epiſtolæ de rebus Græcis, nondum antea excuſæ acceſſerunt. Witenb. 8. anno 1582. Eadem oratio recuſa anno 1583. In qua editione aliquot epiſtolæ Græcæ ac Latinæ: confeſſio fidei à Gennadio Patr. Mahometi II. Imp. Turc. exhibita: De Ruſſorum ac Tartarorum religione ac moribus, & veterum Boruſſorum ſacrificijs, & alia acceſſerunt. Adiuncta item epiſtola Conſtantinopolitanæ eccleſiæ ad Boemos. 8. Francofurti apud hæredes Andreæ Wecheli. Scripſit item tractatum de Vita æterna, & gloria beatorū in cœlis: hunc è Latino in Germanicum ſermonem conuertit And. Perlitius Quendelburgenſis, in 8. Witenbergæ, anno 1582. Eiuſdem Chytrei altera pars libelli de Morte & vita æterna. 8. Witenbergæ, anno 1582. Floret Roſtochij.

Dauid Clupham Latine ſcripſit, de Laude Mulierum, lib. 1. De vera nobilitate, lib. 1. atque alia quædam: tranſtulit in patrium ſermonem, Eraſmum de Matrimonio, lib. 1. Agrippam de Mulieribus, lib. 1. aliaq; multa. Obijt Londini, anno Domini 1551. Baleus.

* Dauide Crinito Nepomucæo authore, SS. Apoſtolorum vitæ, cum vita Chriſti à Ioanne Auenario lingua Germanica conſcripta, excuſæ ſunt anno 1583. In 12.

Dauid de Dinanto, citatur in ſumma Alberti Magni.

Rabi Dauid Kimhi, vt ex Rabinis Hebræorū in vetus Teſtamentum nouiſſimus eſt, præter Rabi Leui ben Gerſon, ſic etiam doctiſſimus, minime ſuperſtitioſus, & Chriſtianorum lectioni aptiſſimus iudicatur, extant autem hæc eius ſcripta, Michlol, id eſt, Summæ partes duæ: altera Grammaticas regulas complectitur, altera Dictionarium Talmudicum. Opus impreſſum Venetijs. Commentarij in libros Ioſue, Iudicum, Samuelis, hiſtoriam Regum: In prophetas, Iſaiam, Ieremiam, Ezechielem: & in duodecim minores prophetas: In Pſalteriū. Omnia Venetijs excuſa ſunt. Commentarij in 12. prophetas ſeorſim à Roberto Stephano impreſſi Pariſijs, à Fr. Vatablo emendati, & adnotatione locorum ſcripturæ paſſim citatæ illuſtrati, 1539. Commentarij in Amos prophetam ſeorſim excuſi Hebraice, cum epiſtola Eliæ Leuitæ ad Munſterum, Baſileæ apud Hen. Petrum, 1531. Commentarij in Ioel & Malachiam. Item medicina ſpiritualis, ſeparatim impreſſa Baſileæ 1530. apud eundem. Commentarij Hebraici in Pſalterium, impreſſæ Iſnæ apud Paulum Fagium, 1543. Commentarij in decem primos Pſalmos Hebraice & Latine è regione, per Paulum Fagium, ibidem excuſi 1544. Dauidis Kimhi omnia opera ſeorſim excuſa ſunt Venetijs.

Dauid Kyberus Argentinenſis, Hieronymi Tragi de ſtirpium maxime earum, quæ in Germania noſtra naſcuntur, vſitatis nomenclaturis, proprijsq; differentijs, neq; non temperaturis atque facultatibus, commentariorum libros 3. Germanica lingua conſcriptos in Latinam conuertit. Liber excuſus eſt Argentinæ cum figuris, apud Wendel. Rihelium, anno 1552. in 4. chartis 166. & dimid. Cum Benedicti Textoris libello, de Differentijs plantarum. Præterea ſcripſit tabulas quaſdam de Lingua Hebraica, quas Henricus Petri excudit, & libros 3. de re Grammatica Hebraicæ linguæ, ab eodem excuſos 1552. Concinnauit etiam ex varijs & optimis qui de ſtirpium hiſtoria ſcripſerunt, authoribus rei herbariæ lexicon trilingue, excuſum Argentinæ à Wendelino Rihelio, anno D. 1553. octernion. 35. & dimid. cum tabulis collectionum Conradi Geſneri, ac eiuſdem præfatione & epitaphio in Dauidem Kyberum, qui in ipſa huius libri editione, anno Domini 1553. menſe Ianuario, peſte ſublatus obijt, anno ætatis ſuæ 28.

Dauid Lynſeye Scotus, ſcripſit Pſittacū, lib. 1. Acta ſui temporis, lib. 1. De mundi miſerijs, lib. 1. Teſtamentum Cardinalis Betoni, lib. 1. Claruit anno 1540. Baleus.

Dauid Meneuienſis, Britannus, duodecim monaſteria conſtruxit, & monachos ſuarum manuum laboribus viuere docuit: ſcripſit Decreta ſynodi Victorienſis lib. 1. Contra Pelagianos, lib. 1. Regulam cœnobitarum lib. 1. Homilias Euangelicas lib. 1. Claruit anno 540. & vt in ipſius habetur legenda, obijt anno ætatis ſuæ 145. Baleus.

Dauid Morganius ex Cambria oriundus, Eccleſiæ Landauenſi à theſauris congeſſit Antiquitates Cambriæ, lib. 1. Geographiā eiuſdem lib. 1. Claruit anno 1480. Baleus.

Dauid, vide Nicetæ.

Dauid Obuge, Hibernus natione, ſcripſit ſermones per annum, Propoſitiones diſputatas, Poſtillas Bibliorum. Claruit anno Chriſti 1320.

Dauid ordinis, vt ferunt, Minorum, natione Germanus, ſcripſit ad nouitios, de compoſitione

*hominis exterioris lib.1. De compoſitione hominis interioris lib.1.ſermones de tempore lib.1.ſermones de ſanctis lib.1.& quædam alia.*

Dauidis *Peiſeri Lipſici epiſtola elegiaca eccleſiæ afflictæ ad Chriſtum, excuſa eſt Lipſiæ à Papa 1552. ad eandem Andreæ Erſtenbergij reſponſio. Eiuſdem Peiſeri Imperatores Turcici, libellus de vita, progreſſu & rebus geſtis principum gentis Mahometicæ, Elegiaco carmine conſcriptus. Baſileæ apud Oporinum in 8.*

Dauid *Scotus, primum ludimagiſter Wirceburgi, deinde in aulam accerſitus ab Heinrico quinto Imperatore, eius vitam tribus libris complexus eſt, vt Auentinus & Abbas Vrſpergenſis teſtantur.*

Dauid *Preſbyter natione Scotus, ſcripſit Henrici Imp. in Italiam expeditionem lib.1. Magiſtratuum inſignia lib.1. Apologiam ad Cæſarem. De regno Scotiæ lib.1. Claruit anno D.1110.*

* Dauidis *Reuſsij Quernfurdenſis homiliæ 15. in 91. Pſalmum Dauidis: quibus præcipue docetur de officio hominis Chriſtiani, tempore peſtis graſſantis: Germanice. In 4. Lipſiæ 1581.*

* Dauidis *Seltzlin, mappæ duæ ſacri Romani imperij limites comprehendentes. 1576.*

Dauid *Tolley vel Taualegus vel Tableus profeſsione medicus, ſcripſit inter cætera, Progymnaſmata Grammaticæ Græcæ lib.1. Themata Homeri lib.1. Claruit anno D.1550. Baleus.*

* Dauid *Weterus Sangallenſis eccleſiæ miniſter teſtimonia de præcipuis veræ & Chriſtianæ noſtræ religionis capitibus, ex ſacra & canonica Prophetarum & Apoſtolorum ſcriptura, veterumq; orthodoxorum patrum libris, collegit. 8. excuſa Sangalli, anno 1580.*

* Dauidis *Wolckenſtenij Vratiſlauienſis Muſicum volumen ſcholarum Argentinenſium. 8. Argent. 1579. Idem Pſalmos Dauidis pro eccleſiis & ſcholis ad vſitatam melodiam quatuor vocum harmonijs reddidit, Germanice, in 4. Argentinæ apud N. Wyriot 1583.*

Decius *Auſonius genere Gallus, patria Burdegalenſis, librum Epigrammatum magna ex parte ex Græcis poetis acceptum, in Latinos numeros conuertit. Item de ijs vrbibus ſcripſit, quæ nobiliores atque clariores haberentur, vario & multiplici genere carminum, ex quo poemate quædam veluti fragmenta adhuc leguntur. Puellam nomine Biſſullam multis carminibus celebrauit. Item de fluuio Moſa, & Faſtorum libros abſoluit. Huius opera Aldus primum Venetijs excudit: deinde Curio Baſileæ, 1523. in qua editione ſunt Epigrammata 113. varij & iucundi argumenti, idyllia aliquot in Dominicam reſurrectionem, precatio matutina ad omnipotentem Deum, epicedion in patrem, de vita eius, protrepticon ad nepotem de ſtudio puerili, genethliacon ad Auſonium nepotem. Ecloga, in qua Heroides amatrices Cupidinem cruci affigunt, ad Paulum varia carmina de Biſſula puella Germanica, alumna ſua. Moſella pœmation, quo eius fluuij, & piſcium ipſius hiſtoriam eleganter complectitur. Auſonij Roſæ, quas perperam Maroni adſcriptas, Hieronymus Alexander ex fide vetuſti codicis authori adſeruit. Ecloga de vita humana, ex Græco. epiſtola ad Symmathum. Technopegniō verſuum, qui monoſyllabas dictiones in principio & fine habent: aliud habentium in fine ſolum monoſyllabas, & principium liberum: epiſtolæ varijs carminibus ſcriptæ, & quædam ſoluto ſermone, ad Gratianum Imperatorem diſcipulum. Gratiarum actio pro conſulatu, ſoluto ſermone: de ludo ſeptem ſapientum, catalogus vrbium nobilium, Romæ, Conſtantinopolis, Carthaginis, Antiochiæ, Alexādriæ, Treuerorum, Mediolanæ, Capuæ, Aquileiæ, Viennæ Galliæ, Emeritæ & Taraconis, Athenarum, Catinæ & Syracuſarum, Tholoſæ, Narbonis, & Burdegalæ. Sententiæ ſeptem ſapientum ſeptenis verſibus explicatæ, de ſeptem ſapientibus ex Græco Epigramma, ſingulorum patriam & dicta ſingulis monoſtichis expediens, de 12. Cæſaribus per Suetonium ſcriptis, eorum ordine, imperij tempore & mortibus. Tetraſticha elegiaca de Cæſaribus, à Iulio vſq; ad tempora ſua, de menſibus & 4. anni temporibus hexaſtichon, de nominibus aſtrorum dodecaſtichon, præfatio in Homerum: Initia ſingulorum librorum vtriuſque poematis Homeri, heroico verſu, & argumenta ſoluta. Editus eſt Auſonius longe integrior à Ludouico Mireo, Lugduni in octauo apud Ioannem Tornæſium, anno Domini 1557. poſt etiam Antuerpiæ decimoſexto apud Plantinum 1567. * Rurſum omnia Auſonij opera à Theodoſio Pulmanno in meliorem ordinem redacta & ſcholijs illuſtrata. Antuerpiæ Chriſt. Plantinus anno Domini 1568.*

Decij *Bruti ad M. Brutum & C. Caſsium epiſtola, legitur lib.11. familiarium Ciceronis: & duodecim aliæ ad Ciceronem, ibidem.*

Decij *Iuriſperiti duo fuerūt, ac de Philippo quidem Decio ſuo loco dicetur: alterius prænomen in præſentia non teneo. Alter ſcripſit de Iuſtitia & iure l. vt vim. Vterq; in 2. Cod. & 2. ff. veteris.*

Decius *Eculeo, citatur à Plinio, qui ex eo quædam in 35. Naturalis hiſtoriæ librum tranſcripſit.*

Decius *Syllanus, citatur à Plinio, qui ex eo quædam in 14. 15. 18. & 19. Naturalis hiſtoriæ libros tranſtulit.*

Dectadas *citatur à Parthenio in Eroticis.*

D. Defenſoris *Theologi vetuſti ſcintillas ſiue locos communes ex omni ferè ſacra ſcriptura & ſanctis patribus decerptas, Antuerpiæ excudit Ioannes Steelſius, anno Domini 1550. & Venetijs ad ſignum Spei, anno 1552. * & Coloniæ in 16. anno Domini 1554.*

Deichorus *Cyzicenus, citatur à Stephano in Lampſaco.*

Deimachus *ad Allitrochadem filium Andracoti Indorum regis, Palimbothra legatus miſſus, peregrinationis ſuæ commentarios reliquit. Strabo li. 2. Huius forte erunt Indica quæ Dæmachi nomine citat Athenæus: vtro autem nomine rectius nuncupetur, mihi non conſtat.*

Deiochus *Proconeſius, vetus Hiſtoricus, vixit ante*

Digitized by Google

rit ante bellum in Peloponeſo geſtum. Dionyſius Halicarnaſ. in libro de Thucididis hiſtoria.

Demades citatur à Plinio, qui quædam ex eo in 35. Naturalis hiſtoriæ librum tranſtulit.

Demadis rhetoris aliquid excudit Aldus Venetijs, in volumine 12. rhetorũ. Tribus in locis, quod ſciam, à Stobæo citatur. Cicero alicubi Demadem rhetorem nihil omnino ſcripſiſſe teſtatur. * Demadis rhetoris oratio Græca, in folio, Venetijs, anno 1527.

Demarati fragmenta ex ſecundo Arcadicorum, & tertio Tragodumeni, vide apud Stobæum in ſermone de Patria. Eius leguntur tres verſus in primo libro Florilegij. Item eius hiſtoriam de Trigeminis Tegeatis & Pheneatis, quorum facta cum Curiatijs & Horatijs Romanorum geſtis reſpondent, ex ſecundo Arcadicorum libro recitat Plutarchus in Parall. cap. 32.

Demarati Corinthij ſcripta citatur apud Plutarchum in Ageſilao.

Demetrij Regis epiſtola ad Ionathan ſacerdotem & gentem Iudæorũ, legitur apud Ioſephum libro vigeſimo tertio cap. 3. Antiquitatum Iudaicarum.

Demetrij verba ad fortitudinem inſtigantia, lege apud Stobæum in ſermone de timiditate.

Demetrius quidam inter externos authores, citatur à Plinio, ex quibus quædam in 28. lib. tranſtulit. Demetrius, inquit, numerum quoque quaternarium condito volumine celebrauit, & quare quaterni cyathi ſextarijue non eſſent potandi. Plinius 28. 6.

Demetrius quidam, author ſecundæ & duodecimæ epiſtolæ apud Cyprianum lib. 1. cum aliquot alijs coepiſcopis.

Demetrij & Perſei fratrum orationes apud Philippum, Wechelus excudit Pariſijs.

Demetrius in libro de legibus Iudæorum citatur à Clemente primo Stromaton.

Demetrius Scholiaſtes Nicandri.

Demetrij Alabaldi, quædam de Minutijs, item De ponderibus & menſuris, impreſſa Venetijs à Ioanne Tacuino, anno Domini 1525. in quarto cum Valerio Probo, Petro Diacono, & alijs quibuſdam.

Demetrij Aleptunini verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de Hæreticis baptizandis.

Demetrius Alexandrinus ſophiſta artes oratorias ſcripſit. Laertius.

Demetrius Aſpendius Apollonij Solenſis diſcipulus, inter claros huius nominis viros, à Laertio commemoratur, ſcriptorum tamen illius non meminit, niſi quod in genere hos proſa ſcripſiſſe refert.

Demetrius Bithynius Diphyli Stoici filius, diſcipulus Panætij Rhodij. Laertius.

Demetrij Bithyni duo diſticha, in quarto libro Florilegij.

Demetrius Byzantius Peripateticus quædã ſcripſit Laertio authore. Inter alia, vt puto, opus de poematis, quod aliquoties allegatur.

Demetrius Byzantius alius à ſuperiore, tredecim libris Gallorum ex Europa in Aſiam tranſitum ſcripſit: item octo alijs Antiochi & Ptolemæi geſta, Lybiæq; ſub ipſis adminiſtrationem. Laertius.

Demetrius Calantianus ſcripſit lib. 20. de Aſia & Europa. Laertius.

Demetrius Chalcedonius orator, Thraſymacho antiquior. Laertius.

Demetrij Chalcondylæ Grammaticæ Græcæ inſtitutiones, excuſæ Pariſijs, 1525. & Baſileæ ab Oporino, anno 1546.

Demetrij Chomateni Archiepiſcopi Bulgariæ, de Gradibus cognationis liber. Eiuſdem ad Conſtantinum Archiepiſcopum metropolis Dyrrachij τὸν καβασιλὰν ἀποκρίσεις, habetur in Zonaræ expoſitione canonum.

Demetrij Comici Siciliam Athenæus citat.

Demetrij Conſtantinopolitani περὶ τῆς τῶν ἱεράκων ἀνατροφῆς τε καὶ θεραπείας, lib. 2. Eiuſdem περὶ τῆς τῶν κυνῶν ἐπιμελείας, lib. 1. Extant in bibliotheca Auguſtana, & Strozæ & Geſneri. Orneoſophicum ſeu de accipitrum educatione & cura, ad Michaelem regem extat quoq; in bibliotheca Regis Gallorum. Eundem librum Con. Geſnerus in Latinam linguam conuertit, & auium hiſtoriæ inſeruit.

Demetrius Cydonius Theſſalonicen. Thomæ Aquinatis lib. in Græcum vertit ſermonem, qui hodie in biblioth. Vaticana cernuntur. Scripſit & cõtra Eunomiũ de diuinitate filij, De proceſsione ſpiritus ſancti cum aliâs, tum contra Cabaſilam, vel contra elenchos Cabaſilæ pro S. Thoma, aduerſus quem ille ſcripſerat antea. Richardi monachi prædicatorij ordinis lib. contra Mahumeticam ſectam ex Latino Græcum fecit, D. Auguſtini quædam ſimiliter tranſtulit, librum contra Palaman quendam edidit, ſermones in pentecoſten, item epiſtolas & dialogos: quæ omnia Græce in Italia, Romæ præſertim, adhuc extãt. Volater. lib. 15. Vrb. com. Idem fertur in Græcam linguam Alcoranum Turcarum tranſtuliſſe.

Demetrium Cynicum philoſophum plura ſcripſiſſe Eunapius author eſt.

Demetrius Cyrenæus Grammaticus cognomento Stamius, vir ſane memorabilis, proſa oratione quædam ſcripſit. Laertius.

Demetrius Cyzicenus citatur in chronicis Io. Cuſpiniani.

Demetrij Epici poetæ carmen aduerſus inuidos extat apud Laertium.

Demetrij Erythræi Grammatici meminit Laertius.

Demetrius Erythræus, alius à priore, varius ſcriptor, hiſtoricos & oratorios conſcripſit libros. Laertius.

Demetrius Græcus, libellum Galeni ſpurium de oculis tranſtulit.

Demetrius Graphicus cognominatus, apertus atq; ad differendum facilis, idemq; pictor.

Demetrius Iani Moſchi filius, ſcripſit Epigrammata, Elegias, Comœdias, Heroicum carmẽ

de Helena typis excuſum, Orationes, Commentariolum in Orphei de lapidibus opuſculum. Vixit, cum Ioan. Fr. Pico, &c. Gyraldus. Demetrij Moſchi argumentum in librum Orphei de lapidibus Græcum, ab Aldo excuſum eſt.

Demetrius cognomento Ixion, Grammaticus Atramyttinus, temporibus Auguſti Cæſaris, Pergami degebat. Ideo ſic dictus, quod in aurearum bractearum Alexandrinæ Iunonis furto eſſet deprehenſus, aut, vt alij, quod Euripideum Philotimum Ixione fabula ſpoliaſſet. Alij tradunt quod cum Ariſtarcho magiſtro contenderit, quemadmodũ Ixion aduerſus Deorum immortalium beneficia ſe præbere ingratum non dubitarit. Scripſit de Verbis in μι deſinentibus, de Pronominibus: Enarrationem Homeri atq; Heſiodi, Suidas. Eiuſdem Ἐτυμολογούμενα, & de Alexandrinorum dialectis libros citat Athenæus.

Demetrius Iambicus poeta, vir amarulentus. Laertius.

Demetrius Magneſius, in libro de Poetis ac ſcriptoribus æquinocis citatur à Laertio: ſæpe etiã ſimpliciter in æquiuocis, ſicuti & ab Athenæo eius homonyma, & Plutarcho atque Stephano ſynonyma citantur.

Demetrius ex Odeſſo, vrbe Ponti, de patria ſcripſit: Stephanus.

Demetrij Pepagomeni medici, liber de Podagra & id genus morbis, ad Imperatorẽ Michaelem Paleologum, Pariſiis editus in 8. Græce & Latine apud Guil. Morellium 1558.

Demetrius Phanoſtrati filius Phalereus (eſt autem Phalerum Atticæ portus, Phanos olim dictus) Philoſophus Peripateticus, diſcipulus Theophraſti, ſcripſit philoſophica, hiſtorica, politica, rhetorica, & de poetis: & alia. E quibus hæc commemorantur à Laertio: De legibus Athenienſium lib. 5. De ciuibus Athenienſium duo. De ratione ducendi populum duo. De Repub. duo. De legibus 1. De rhetorica 2. De re militari 2. De Iliade 2. De Odiſſea 4. Ptolemæus 1. Amatorius. Phædondas. Aledon, Cleon. Socrates. Ariſtomachus. Artaxerxes. Homericus. Ariſtides. Ariſtomachus. Exhortatorius. Pro Republica. De decennio. De Ionibus. De legatione. De fide. De gratia. De fortuna. De magnificentia. De legibus. De nuptijs. De trabe. De pace. De ſtudijs. De tempore καιρῷ. Dionyſius. Chalcidicus. Athenienſium incurſio. De Antiphane. Proœmium hiſtoricum. Epiſtolæ. Concio iurata. De ſenectute. Iura. Æſopiarum vnus. De vſu χρείας. Porro præter commemoratos libros citantur alibi à Laertio, Phalerei deſcriptio principum (ita ἄρχοντας nomino) Athenienſium: Defenſio Socratis. Stephanus etiam in κωμῳδ citat commentarios eius in Nicandri Theriaca. Apud Stobæum in ſermone de Temperantia referuntur ſeptem Sapientum dicta ab eo collecta. Præterea præcepta eius de Membris & inciſis, Periodis eiuſque partibus: De componendis epiſtolis, De characteribus dicendi, Latine excuſa ſunt Baſileæ à Wintero, M. Antonio Antimacho interprete. Liber eius περὶ ἑρμηνείας ſiue de elocutione, Græce excuſus eſt ab Aldo in volumine duodecim rhetorum, & poſtea ſeparatim: eundem in Latinam linguam tranſtulit. P. Victorius & commentaria addidit. Florentiæ in folio. Apophtegmata eius. m. habentur in bibliotheca Regis Gallorum.

Demetrij phyſici ſcripta citantur apud Plinium, qui in librum Naturalis hiſtoriæ 8. quædam ex his tranſtulit.

Demetrius quidam contra gentes ſcripſit, qui in ſimilitudinem Ioſephi Archæogonias Moſi & Iudaicæ gentis aſſeuerat. Hieronymus in Clemente Alexand.

Demetrius Smyrnæus orator, proſa quædam ſcripſit. Laertius.

Demetrius Sceptius, Grammaticus, è Scepſi vel Æolidis Troianã inſtructionem τρωικὸν διάκοσμον expoſuit, eodem tempore quo Crates & Ariſtarchus. Strabo lib. 13. qui ſæpe hunc Scepſij nomine citat. Athenæus quoq; eius τρωικὸν διάκοσμον ſæpe allegat, & Stephanus qui decimum ſextum librum huius operis citat. Non eſt idem cum Ixione vt quidã putarunt, cum & diuerſas habeant patrias, & præterea hic antiquior ſit.

Demetrius Tridinius, de Metris quibus vſus eſt Sophocles, de ſchematibus, & ſcholia eius in Sophoclis tragœdias ſeptem, excuſa Pariſijs apud Guilielmum Morellium, venduntur 7. ſolidis Gallicis. Demetrij Triclinij inuentum aſtronomicum Græce, D. Diegus Hurtadus habet. Quædam etiam huius authoris de metris, ac de ſignis communis ſyllabæ, Græce impreſſa ſunt, cum commentarijs in Ariſtophanis Comœdias, in principio libri. Scripſit etiam ſcholia in Pindarum, de quibus dicetur infra in Pindaro.

Demetrius Troezenius, citatur ab Athenæo libro 4.

Democharis (qui fuit Demoſthẽni amiciſſimus) ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Demoſthenis.

Demochares Rhetor pro Sophocle, & hiſtoriæ Democharis citantur ab Athenæo, & Comicus natus ex Cydathenæo Atticæ vico citatur à Steph.

Democides Medicus inſignis, qui Polycratem Samiorum tyrannum curauit, librum de Medicina ſcripſit. Suidas.

Democles medicus citatur à Plinio, qui in librum duodecimum Naturalis hiſtoriæ quædam ex eo mutuatus eſt.

Democlides medicus allegatur à Plin. 13. Naturalis hiſtoriæ libro.

Democlitus de Perſis ſcripſit, teſte Suida.

Democratis ſcriptis in lib. 37. Naturalis hiſtoriæ Plinius ſe vſum eſſe fatetur.

Democrates, vide Damocrates.

Democratis Sententiæ Græcæ ſeruantur in Italia.

Democratis & Democriti Sententiæ aliquot paſſim à Stobæo referuntur: & aliquando propter affinitatem literarum confunduntur hæc nomina.

Demo-

Digitized by Google

Democrides *ſcriptor citatur apud Fulgentiũ in Mythol.*

Democles *Phygelæus vetus hiſtoriarum ſcriptor, vixit ante bellum in Peloponneſo geſtum. Dionyſius Halicarnaſſeus in libro de Thucididis hiſtoria.*

Democritus *Abderites ex Thracia philoſophus, aut, vt alij, Mileſius, diſcipulus (ſecundum quoſdam) Anaxagoræ & Leucippi: vt vero alij, Magorum, & Chaldæorum & Perſarum: acceſſit enim & Perſas & Indos & Ægyptios ac ſingulorum doctrina eſt eruditus. Vixit circa octuageſimam Olympiadem. Libros eius Laertius diuidit in 4. claſſes ſeu ordines. Primo ſunt Morales iſti. Pythagoras. De affectu ſapientis. De his quæ ſunt apud inferos. Tritogenia, hoc eſt, quod ex eo tria fiant quæ humana cuncta contineant. De probitate ſeu de virtute. De Copiæcornu. De ſedatione animi. Commentariorum vel domorum. Eueſto qui tempore Laertij non inueniebatur. Secunda claſſis habet naturales: ſunt autem hi. Magnus diacoſmus, quem Theophraſtus Leucippi eſſe ait. Paruus diacoſmus. Coſmographia. De ſyderibus vagis. De natura. De natura hominis, ſiue de carne, 2. De mente. De ſenſibus. De anima. De liquoribus. De coloribus. De differentibus fragoribus.* περὶ ῥεόντων *vel* ἀμειψιρυσμῶν. κρατυντήρια, *hoc eſt, iudicium ferentia de ſupradictis. De imagine, ſiue de prouidentia. De peſtibus.* λοιμῶν α β γ ἀπορρημάτων. *Tertij ordinis ſunt incompoſiti. Cœleſtes cauſæ. Aeriæ cauſæ, Planæ cauſæ. De igne & his quæ ſunt in igne, cauſæ. Cauſæ de vocibus, Cauſæ de ſeminibus, arboribus, fructibus. Cauſæ de animalibus 3. Promiſcuæ cauſæ. De lapide. Quarti ordinis ſunt mathematici, de Sententiæ differentijs, de Contactu circuli & ſphæræ, de Geometria, Geometricorum numeri, de Irrationalibus ſeu mutis ac ſolidis lineis 2. Eplicationes, Magnus annus ſiue aſtronomia.* Παράπηγμα. *Certamen clepſydræ. Cœli deſcriptio. Terræ deſcriptio. Poli deſcriptio. Radiorum deſcriptio. Quinti ordinis ſunt muſici, de Concentu & harmonia, de Poeſi, de Carminis venuſtate, de Conſonis & diſſonis literis, de Homero, ſiue verſuum rectitudine & linguis, de Carmine, de Verbis & nominibus. Sextus ordo habet libros ad medicinam & artes alias ſpectantes, Prognotio, de Ratione victus, ſiue medicinæ ſententia, Cauſæ de intempeſtiuis & tempeſtiuis, de Agricultura ſiue Geometricus, de Pictura, de Re militari & armis. Præterea ſeparatim à nonullis hi quoque illius commentarij numerantur, de ſacris in Babylone literis. De his, quæ ſunt in Meroe ſacris literis. Hiſtoria Chaldaica & Phrygia. De febre, & qui è morbo tuſsiunt. Legales cauſæ. Chernica ſiue problemata. Cætera verò, quæ ad illum quidam referunt, partim ex eius libris decerpta, partim omnino aliena conſenſu omnium ſunt. Atque hæc ex Laertio. Porro Plinius teſtatur Democritum peragratis Perſidis, Arabiæ, Æthiopiæ, Ægyptique Magis, volumen de Herbarum effectu compoſuiſſe: atque libro vigeſimoquarto citat eius librum Chironetam inſcriptũ, in quo de Herbis quibuſdam magicis mirabiles effectus tradit. Gellius quoque libro decimo, cap. duodecimo ex Plinio refert, Democritum de vi & natura Chamæleontis librum ſcripſiſſe. Columella libro 11. citat Democritum in 10 libro, qui Græce inſcribitur* περὶ ἀντιπαθῶν. *Clemens Alex. lib. 1. Stromaton, Democratus, inquit, morales libros ſcripſit Babylonicos: dicitur enim Acicari quam eſt interpretatus columnam ſuis ſcriptis adiunxiſſe, &c. Epiſtola Democriti ad Hippocratem, cum reliquis veterum epiſtolis ab Aldo excuſa eſt: & operibus quoque Hippocratis inſerta habetur. Eiuſdem Phyſica* περὶ χυμείας *ſeu de arte ſacra cum commentarijs Syneſij & Stephani cuiuſdam, Græce manuſcripta habet Ioannes Dee Anglus.*

Democriti *Chij poetæ meminit Suidas in verbo* χιάζειν.

Democriti *hexaſtichon in 4. lib. Florilegij.*

Democriti *Epheſij liber de templo in Epheſo, citatur ab Athenæo.*

Democritus *hiſtoricus, ſcripſit de Aciebus bellicis lib. 2. & de Iudæis librum, vbi ait Iudæos aureum aſini caput adoraſſe, & ſeptimo quoq; anno peregrinum aliquem minutatim conciſum obtuliſſe. Suidas.*

Democritus *Nicomedienſis philoſophus doctiſsimus, vnus ex Dipnoſophiſtis, quorum conuiuales ſermones Athenæus literis mandauit.*

Demodamas *Mileſius ſcriptor citatur à Stephano in Antiſſa. Idem allegatur apud Plinium, qui in librum Naturalis hiſtoriæ ſextum quædam ex eo tranſcripſit.*

Demodicus *Alerius citatur à Laertio lib. 1.*

Demodocus *Corcyrenſis, vetus Muſicus, excidium Ilij, & Veneris atque Vulcani connubium poemate celebraſſe fertur. Plutarchus in libro de Muſica.*

Demodoci *hexaſtichon & diſticha 2. in ſecundo Florilegij libro.*

Demonactis *ſenarius citatur apud Stobæum in ſermone de Superbia.*

Demonici *lib. Achelonium Athen. nominat.*

Demonis *ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Theſei.*

Demophili *cuiuſdam liber Græcus de curatione vitæ, ex Pythagoræ & aliorum Sapientum dictis, Romæ extat in Vaticana.*

Demophilus *epiſcopus Conſtantinopolitanus, vide Suidam.*

Demophili *Aſtronomica quædam Græca ſeruantur in bibliotheca Regis Gallorum.*

Demophilus *Ephori hiſtorici filius, belli quod ſacrum vocarunt, & in annos 11. donec ſceleris eius participes extincti eſſent dilatum eſt, narrationem omiſſam à patre ſuſcepit ab eo tempore, quo Delphici oraculi templum & occupatum & direptum eſt à Phocenſi Philomelo.*

Demophilus *Comicus. Plautus in Prologo Aſin. Huic nomen Græce onagros eſt fabulæ, Demophilus ſcripſit, Marcus vertit barbare, Aſinaria vult eſſe ſi per vos licet.*

Demophon *Hippocratius citatur in ſcholijs in Alexipharmaca Nicandri, in remedijs contra doryenium.*

Demoſthenes *Græcorum oratorum princeps, ſcripſit multa, cuius orationes Græcas 62. cum argumentis Libanij, & vita authoris per Libanium & Plutarchum, excudit Aldus Venetijs, anno Domini 1504. Seorſim autem Vlpiani commentarios in 18. orationes. Deinde Heruagius Baſileæ omnes eius orationes cum Vlpiani commentarijs, quibus acceſſerunt deinde Annotationes ſiue collectanea Ioan. Oporini vſque ad orationem de falſo teſtimonio ad Aphobum in folio. Et abſque Vlpiani commentarijs in octauo. Demoſthenis autem omnia opera, quæ ad noſtram vſque ætatem peruenerunt, è Græco tranſtulit Hieronymus Wolfius Oetingenſis: quæ diuiſa in quinq; partes, excuſa ſunt Baſileæ apud Ioan. Oporinum, anno 1549. Horum prima parte continentur orationes Suaſoriæ 18. nempe Olynthiacæ tres. In Philippum 1. de Pace. In Philippum ſecunda, de Haloneſo, de Cherſoneſo, in Philippum tertia & quarta, Literæ Philippi ad Athenienſes. Ad Philippi epiſtolam oratio, de Repub. ordinanda, de Claſſibus, de Rhodiorum libertate, pro Megalopolitis, de Fœdere Alexandreo. Exordia concionum 60. Epiſtolæ 6. Oratio funebris, & amatoria, quæ ſunt generis demonſtratiui. Secunda, orationes publicæ iudicialis generis 11. vtpote de Corona, de Falſa legatione aduerſus Leptinem, in Midiam, in Androtionem, in Ariſtocratem, in Timocratem, in Ariſtogitonem duæ, in Neæram, in Theocrinem. Appellatio aduerſus Eubulidem. Tertia, orationes priuatæ Iudicialis generis 30. videlicet, de tutela in Aphobum duæ, in Aphobum, de falſo teſtimonio, Aduerſus Onetorē, vnde viduæ. Exceptiones 9. Aduerſus Zenothem, in Apaturium, Phormionem de mutua pecunia, aduerſus Lacriti exceptionem, Exceptio pro Phormione, in Stephanum teſtem duæ, aduerſus Pantænetum, Nauſimachum & Xenopithem. Aduerſus Bœotum de nomine, aduerſus Bœotum de dote, aduerſus Spudiam de dote, aduerſus Phænippum de permutatione facultatum, aduerſus Macartatum, de Hagniæ hæreditate: aduerſus Lacharem, de hæreditate: in Energum & Mneſibulum teſtes: in Olympiodorum, dati damni: aduerſus Timotheum, de ære alieno: aduerſus Polyclem, de naualis præfecturæ ſumptibus. De corona præfecturæ naualis. Aduerſus Calippum, aduerſus Nicoſtratum, de deſcriptione mancipiorum Arithuſij. In Cononem, de inflictis verberibus. Aduerſus Calliclem, de prædio. In Dionyſodorum dati damni. Quarta pars continet vitam Demoſthenis à Libanio, Suida, Luciano & Plutarcho deſcriptam: & Enarrationes Vlpiani, quibus non modo vocabula, ſed & hiſtoriæ quædam & artificium oratorium 18. orationum diligenter explicantur. His addita eſt Gnomologia, ſiue ſententiarum farrago ex Demoſthene, Libanio & Vlpiani enarratione, acceſſerunt etiam in fine Annotationes doctiſſimæ. Quinta complectitur orationes, ab alijs interpretibus conuerſas. Sunt autem hæ: Olynthiacæ tres, conuerſæ à Philippo Melanchthone: item eædem, à viro quodam docto. Prima Olynthiaca à Ioachimo Camerario conuerſa, ſecunda ab Hegendorphino, tertia ab anonymo quodam. Philippicæ quatuor ab Hegendorphino. Philippicæ tres à quodam erudito. Philippica prima, ab anonymo. Oratio de pace, à Iuſtino Goblero. Oratio de curatione Reipublicæ, à Camerario. Oratio de claſſibus, à Ioanne Lonicero. Oratio de Rhodiorum libertate, Chriſtoph. Hegendorphino. Oratio Funebris Ioan. Lonicero. Oratio de Corona, innominato quodam, eadem, à Leonardo Aretino. Oratio de ementita legatione, innominato. Oratio contra Leptinem, Petro Nannio. Oratio contra Androtionem, Baſſiano Lando. Oratio contra Ariſtogitonem prior, Philippo Melanchthone. Oratio contra Ariſtogitonem poſterior, Vito Vinsheimio. Contra Aphobum orationes duæ, Ioanne Lamantio Heduo interpretibus. Demoſthenis opera omnia Hieronymo Wolfio interprete, excuſa ſunt Venetijs, anno Domini 1550. in 8. Demoſthenis & Æſchinis orationes contrariæ, Ribelius Argentorati excudit, anno 1550. cum commentariolo Ioannis Sturmij in eaſdem Hecatommeres, octer. 19. Demoſthenis orationes quædam Græce & Latine Vito Amerbachio interprete, excuſæ ſunt Baſileæ ab Oporino cum Iſocratis orationibus, ab eodem tranſlatis. Demoſthenis recogniti Græco Latini vnà cum Æſchinis breui edendi ſpecimen: Olynthiacæ orationes tres, & vita Demoſthenis atque Æſchinis cum annotationibus: Hieronymo Wolfio authore. Baſileæ ex officina Heruagiana, anno 1569. in octauo.*

Demoſthenis *Bythini libri Bythiniacorum 4. 9. 10. 12. & 14. verſu hexametro ſcripti, à Stephano citantur. Ab eodem citatur Demoſthenes in κτίσει.*

Demoſthenes *Philalethes ſcripſit lib. 3. de oculis, quos à multis commendari, ait Galenus libro 4. capite 5. de Differentijs pulſuum. Citatur etiam ſæpe à Syluatico Demoſthenes medicus, vt in Riada.*

Demoſthenes *genere Thrax, Grāmaticus inſignis, Iliada Homeri & Heſiodi Theogoniā in proſam orationem conuertit. Suidas & Volat.*

Demoteles *citatur à Plinio, qui ex eo quædam in lib. 36. Naturalis hiſtoriæ tranſtulit.*

Dercillus *ſcripſit rerum Italicarum aliquot libros, ex quorum tertio, Plutarchus in Parallelis minoribus, Fauni ab Hercule cæſi, hiſtoriam recitat. Scripſit etiam librum ædificiorum, ex quo de Ilo & Mineruæ templi incendio hiſtoriam, idem refert eodem libro, cap. 34.*

Deſiderius *Eraſmus Roterodamus, Germaniæ phœnix, ſcripſit infinita volumina, quæ ſeparatim primum, deinde nouem Tomis excuſa ſunt Baſileæ in officina Frobeniana, anno Domini 1540. in primo autem Tomo ſunt: De Copia verborum ac rerum lib. 2. priores, Latine redditi. De Conſtructione octo partium orationis liber. Ex Luciano verſa opuſcula. De ratione ſcribendi epiſtolas liber. Declamatio*

Digitized by Google

clamatio de pueris liberaliter inſtituendis. De ratione & ordine ſtudiorum libellus. Declamatio in laudem Medicinæ. Declamationes Libanij ab eo verſæ. Parabolæ, ſiue ſimilia. Colloquiorum familiarium liber. De recta Latini Græciq; ſermonis pronunciatione. Ciceronianus Dialogus. De ciuilitate morum. Galeni paraphraſtæ Menodoti exhortatio ad artium ſtudia, Latine reddita. Eiuſdem Galeni de optimo dicendi genere liber tranſlatus. Eiuſdem libellus, quod optimus medicus idem ſit, & philoſophus, tranſlatus. Epitome in elegantiarum libros Laurentij Vallæ. Euripidis Hecuba & Iphigenia, Latinis carminibus expreſſæ tragœdiæ. Commentarius in Nucem Ouidij. Epigrammata varia. In ſecundo Tomo, Adagiorum Chiliades 4. In tertio, Epiſtolæ & præfationes in diuerſos authores, In quarto continentur, quæ ad morum inſtitutionum pertinent, ex Plutarcho verſa: de diſcrimine adulatoris & amici, ad regem Angliæ, Quomodo vtilitas capiatur ex inimicis. De tuenda bona valetudine, Cũ principibus philoſopho maxime diſputandum. Vtrũ grauiores ſint animi morbi, an corporis, De cupiditate diuitiarum. Num recte dictum ſit ab Epicuor, λάθι βιώσας. De cohibenda iracundia. De curioſitate. De vitioſa verecundia. Apophtegmatum libri octo. Moriæ encomium, id eſt ſtultitiæ laus. Ad Philippum Burgundionum principem, Cæſaris Maximiliani filium, de triumphali illius in Hiſpaniam profectione, deque felici reditu, panegyricus gratulatorius. Gratulatorium carmen heroicum ad eundem, ſub perſona patriæ. Inſtitutio principis Chriſtiani aphoriſmis digeſta, ad Carolum quintum. Iſocratis libellus ad Nicoclem regem, de inſtitutione principis, aut de regno adminiſtrando, Latinitate donatus. Declamatio de morte, in genere conſolatorio. Oratio ſeu declamatiuncula pro epiſcopo reſpondẽte ijs, qui ſibi nomine populi gratulati eſſent, & omnium nomine obedientiam quam vocant, detuliſſent. Querela pacis vndiq; gentium eiectæ, profligatæque. Lingua. Xenophontis rhetoris Hieron ſiue tyrannus, in Latinum verſus. Carmen de ſenectutis incommodis, ad G. Copum Baſilienſem. In Quinto: Enchiridion militis Chriſtiani. Oratio de virtute amplectẽda, ad Verienſem principem Adolphum. Ratio ſeu methodus compendio perueniendi ad veram theologiam. Paracleſis, id eſt, adhortatio ad Chriſtianæ philoſophiæ ſtudium. Enarratio primi Pſalmi: Beatus vir, iuxta tropologiam potiſſimum. Commentarius in Pſalmum ſecundum: Quare fremuerunt gentes. Paraphraſis in tertium Pſalmum: Domine quid multiplicati. Concio in quartum Pſalmum. Cum inuocarem. Enarratio pſalmi 14. Domine quis habitabit: qui eſt de puritate tabernaculi, ſiue eccleſiæ Chriſtianæ. In Pſalmum 22. Dominus regit me, enarratio triplex. Vtiliſſima conſultatio de bello Turcis inferendo, & obiter enarratus Pſalmus 28. Afferte Domino filij Dei. Enarratio Pſal. 33. Benedicam Domino. Enarratio Pſalmi 38. Dixi cuſtodiam vias meas. Enarratio Pſalmi 83. De amabili eccleſiæ concordia liber. Contio vel expoſitio concionalis in



Pſalmum 85. Concio de magnitudine miſericordiarum Domini. Virginis & martyris comparatio. Cõcio de puero Ieſu. Epiſtola conſolatoria ad virgines ſacras prope Cantabrigiam, qua exponitur dictum Eſaiæ: In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. Chriſtiani matrimonij inſtitutio, ad Catharinam Anglorum reginam. Vidua Chriſtiana, ad inclytam quondam Pannoniæ Boœmiæq; reginam Mariam. Eccleſiaſtæ, id eſt, Concionatoris euangelici, aut de ratione concionandi, lib. 4. Catechiſmus, ſiue dilucida & pia explanatio ſymboli, quod Apoſtolorum dicitur. Decalogi præceptorum, & Dominicæ precationis modus orandi Deum. Precationes aliquot nouæ, ac rurſus nouis adauctæ, quibus adoleſcentes aſſueſcãt cum Deo colloqui. Pæan ad virginem matrem, in gratiam D. Verienſis. Obſecratio ad virginem Mariam in rebus aduerſis. De contemptu mundi epiſtola. Diſputatiuncula cum Ioan. Coleto, de tædio, pauore, triſtitia Ieſu, inſtante ſupplicio crucis, deq; verbis, quibus viſus eſt mortem deprecari: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte. Quomodo ſe quiſq; debeat præparare ad mortem, liber. Ode de caſa natalitia pueri Ieſu, deq; paupere puerperio virginis Deiparæ. Ode expoſtulationis Ieſu cum homine ſuapte culpa pereunte. Hymni varij in Chriſtum, Michaelem angelum, Gabrielem angelum, Raphaelem angelum, omnes angelos, in Mariam & Annam. Liturgia virginis Lauretanæ. Carmen votiuum Geneueſæ. Commentarius in hymnum Prudentij de natali pueri Ieſu. Commentariolus in hymnum eiuſdem de epiphania Ieſu nati. Chriſtiani hominis inſtitutum verſibus heroicis, quo deſcribuntur ſymbolum fidei, ſacramenta, peccata & virtutes fidei. Epitaphium Odiliæ, & de eius filio. In Sexto, nouum Teſtamentum complectitur cum annotationibus. In Septimo, paraphraſes in vniuerſum nouum Teſtamentum. In octauo, Theologica, ex Græcis ſcriptoribus verſa. Ex Chryſoſt. aduerſus Iudæos homiliæ 5. De Lazaro & diuite homiliæ 4. De viſione Eſaiæ, homiliæ 5. De Philogonio martyre homilia 1. De orando Deum lib. 2. De Dauide & Saule deq; tolerantia homiliæ tres. quum presbyter eſſet deſignatus, homilia 1, quum Saturninus & Aurelianus acti eſſent in exilium, homilia 1. De fide Annæ, homiliæ 2. Commentariorum in Acta apoſtolorum homiliæ 4. Commentariorum in D. Pauli ſecundam ad Corinth. epiſt. homil. 7. Commentaria in totam D. Pauli ad Galatas. In epiſt. ad Philippen. homil. 2. Ex Athanaſio archiepiſcopo Alexandrino verſa. De ſancto ſpiritu epiſtolæ 2. Contra Euſebium de Nicena ſynodo epiſtola vna. Apologetici 2. aduerſus eos qui calumniabantur quod in perſequutione fugiſſet, de paſſione Domini ac de cruce, homilia vna de eo quod ſcriptum eſt: Euntes in caſtellũ, quod & cætera. De virginitate ſiue de exercitatione. De peccato in ſpiritum ſanctum. De ſpiritu ſancto liber illi inſcriptus. Ex Origene. De vita, phraſi, docendi ratione et operibus Origenis, cum ſingulorum librorum cenſuris. Fragmentum Origenis in Euangeliũ Matthæi. Ex Baſilio. Principium Eſaiæ. De Spiri-

*tu ſancto liber, De laudibus ieiunij homeliæ 2. In tomo 9. Epiſtola apologetica ad M. Dorpiũ pro Moria, Apologia ad Iac. Fabrũ Stapulẽſem de Eloim, Ad Iacob. Latomũ de linguis lib.1. Ad Ioan. Briardum Atenſem pro encomio Matrimonij. Apol. de eo quod verterat, In principio erat ſermo. Apol. 3. ad notationes Eduardi Lei. Ad Iacob. Lopim Stunicam apologiæ, nempe ad taxationes eius in nouũ Teſtamentum. Aduerſus libellũ impietatum & blaſphemiarũ eiuſdem. Appendix aduerſus eiuſdem libellum, cui titulũ fecit Prodromos. Aduerſus cõcluſiones eiuſdem. Aduerſus Sanctiũ Caranzam Theologũ, De tribus locis ab illo notatis. Apologia de loco Pauli, Omnes quidẽ reſurgemus: aduerſus Nicolaum Ecmõdanum. Apologiæ aliquot in Natalem Bedã: nempe, Prologus, Elenchus, Diuinationes, Supputationes. Item Annotatiunculæ quædã ad notulas Bedaicas. Apologia aduerſus debachationes Petri Sutoris Carthuſiani, Appendix reſpondẽs ad quædam Antapologiæ P. Sutoris. Appendix de ſcriptis Iod. Clithouei. Declarationes aduerſus cenſuras theologorũ Pariſienſium. Reſponſio ad Petri Curſij defenſionem. Apologia ad Phimoſtomi cuiuſdã diſputationes de diuortio. Apologia ad iuuenẽ Gerontodidaſcalum. Apologia ad monachos quoſdã Hiſpanos, ſiue aduerſus calumnias eorum. Ad epiſtolã Alberti Pij Carporũ principis lib.1. Aduerſus eiuſdem libros 23. apologia. Ad Chriſtophorũ Epiſcopum Baſilienſem liber de ciborũ delectu, ſiue de eſu carnium & hominũ conſtitutionibus. Ibi etiam de coniugio Epiſcoporum. De libero arbitrio Diatribe, ſeu collatio. Hyperaſpiſtæ Diatribes lib. 2. Contra ſeruũ arbitrium M. Lutheri. Purgatio contra epiſtolam eiuſdem. Detectio præſtigiarũ libelli cuiuſdam. Epiſtola aduerſus Pſeudoeuangelicos. Epiſtola ad Eleutheriũ, Epiſtola ad Grunnium, Epiſtola ad fratres Germaniæ inferioris, Spongia aduerſus aſpergines ſex Huldrici Hutteni. Pantalabus, ſeu aduerſus febricitantẽ quendam, Aduerſus mendaciũ & obtrectationem admonitio, Antibarbarorũ liber, Aduerſus impudentes quoſdã gracculos. Sunt etiam authores multi induſtria Eraſmi caſtigati: vt ſunt Terentij comœdiæ per ipſum recognitæ, Cato cum mimis Publiani, Officia Ciceronis cum argumentis & ſcholijs, Tuſcul. quæſt. Cic. recognitæ & ſcholijs illuſtratæ, Opera Senecæ, Suetonius cũ aliquot alijs hiſtoricis, Q. Curtius, Arnobius in Pſalmos, totus Hieronymus cũ ſcholijs, Cyprianus, Hilarius, Irenæus, Ambroſius, Lactantius de opificio Dei recognitus cum ſcholijs, omnia opera D. Auguſtini, Algerus de Euchariſtia. Origenis opera quotquot extãt: cuius vitam in epitomen redegit, & de doctrina, libris eius, deq; ratione docendi, phraſi, artificio, ordineq; quem ſequitur, Lectorẽ monuit, cenſuris adiunctis.* * *Enchiridion militis chriſtiani Hiſpanice excuſum Antuerpiæ in 8. anno 1555.*

Deſiderij *Iacothij Vandoperani, liber De doctrina philoſophorum ex Ciceronis ſcriptis, impreſſus cum ſententijs inſignioribus Ciceronis, collectis à Petro Lagnerio. Lugduni 1556.* * *Eiuſdem ſtudio & operâ commentarij Iacobi Hollerij Stempani in Hippocratis Coaca præſagia in lucẽ editi: & ipſe Iacothius commentariorum ad idem opus libros tredecim ſcripſit, in quibus Symptomatũ omnium quæ in ægris apparent cauſſæ, vires & ſignificationes demonſtrantur. Folio Lugduni anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo.*

Deſiderij *Lignaminæ Patauini ad Ioannem Baptiſtam Priuitellum Cœnitenſem epiſtola, de inuento Marci Tullij Ciceronis, in Zazyntho inſula ſepulchro. Impreſſa Venetijs anno D. 1547. Facies ſepulchri Ciceronis. Ibidem anno 1557.*

Deſiderius *Longobardus, tempore Alexandri Papæ Quarti ſcripſit quod fratres mendicantes de manuum labore viuere debeant lib. 1. Claruit anno 1260. De ſtatu monachorũ diſputat. Mendicitatem non licere probabat, Monachorũ vitam cõtemnens, à Thoma Aquinate hæreticus habetur.*

Deſiderij *Italiæ regis decretum inter antiquas inſcriptiones extat, & cum alijs excuſum eſt.*

Deſiderius *Spretus quidam de vrbe Rauenna ſcripſit.*

* Dethardi *Horſtij Tribonianea Iuriſprudentia, cum eiuſdem diſputatione de iure feudali octauo Helmſtadij anno D. 1579.*

Detmari *Gengelij poemata quædam, excuſa Vuittenbergæ anno Domini 1539.*

Detlenus *Langenbecius, Hamburgenſis, in tabulas redegit totũ Alciati librũ de verborũ ſignificationibus: ſcripſit præterea in duas illas difficillimas leges, nempe L. Si is qui pro emptore, & L. Gallus Aquilius in parag. forſitan & parag. ſi. præter omnium qui hactenus ſcripſerunt ſententiam, nouã & veram explicationem, & de capitibus L. Velleiæ nonnulla. Coloniæ apud hæredes Birkmanni anno Domini 1555. Præterea Germanice ſcripſit De iuſtitia, iure & equitate, librum impreſſum Vuiteberga anno Domini 1572. in folio.* * *Eiuſdem Schematiſmi in Inſtitutiones Iuſtiniani Imperiales in folio Coloniæ anno 1555.*

* Detlenus *Syluius Holſatus, Heinrici Ranzouij equitis Holſati librum de conſeruanda valetudine in priuatum liberorum ſuorum vſum edidit 8. Lipſiæ anno Domini 1576.*

Dexicratis *fabulam* ὑφ' ἑαυτῶν πλανώμενοι, *Athenæus citat libro tertio.*

Dexippus *Cous, medicus, diſcipulus Hippocratis, ſcripſit librum De medicina vnum, Item de Prognoſticis. Suidas.*

Dexippi *philoſophi Platonici extant libri duo commentariorum in prædicamẽta Ariſtotelis. Eiuſdem liber Platonicarum dubitationum apud Ariſtotelem & ſolutionum, incipit,* [illegible]. *Eiuſdem fabulæ Indicæ, & Ichnelates, id eſt, Inueſtigator. Deſcripſit etiam principes Romanos. Dexippi Chronicorum liber duodecimus citatur à Stephano de vrbibus. Eunapius, Dexippus qui temporum hiſtoriam contexuit, vir in liberalibus diſciplinis & facultate logica verſatiſſimus: vixit circa tempora Galieni, Claudij, Taciti, Aureliani & Probi.*

Dexippus *Herennius appellatus, orator Athenienſis*

*thenienſis,ſub Valeriano vſq; ad Aurelianum.*

Dexter *Paciani filius,præfectus prætorio,ſcri
pſit ad D. Hieronymū omnimodam hiſtoriā, quam
Sophronius poſtea è Græco vertit.*

Diadochi *cuiuſdam opus monaſticum Græce,
Romæ ſeruatur. Diadochi & aliorum quorundam
capita* φωτικῶν. *Vide Scholiaſtici. Diadochi Epiſcopi
argumenta diuerſa eccleſiaſtica Græce ſeruantur in
bibliotheca regis Gallorum: Et in Imp. Viennæ, ma
nuſc. in folio.*

* Diadochi *patriarchæ definitiones theologicæ.
Græce, manuſcriptæ in fol. Bib. Imp. Viennæ.*

Diogoras *Athenienſis ſcripſit* λόγους φρυγίους *teſte
Tatiano.*

Diagoras *medicus citatur à Plinio, qui ex eo in
12.23.24.25.26.27. Nat. hiſt. lib. quædā tranſcripſit.*

Diagoras *Botrienſis, citatur ab eodem inter
authores externos, ex quib. li. 33.34. & 35. confecit.*

Dialcon *citatur à Plinio inter Græcos autho-
res, ex quibus librum 28. confecit.*

Dialdon *citatur ab eodem inter authores exte
ros libri ſexti.*

Dias *ſophiſta Epheſius, Philippi Macedonis
tempore ponitur à Philoſtrato. Diades ſuis ſcri-
ptis oſtendit ſe inueniſſe coruum demolitorem quem
nonnulli gruem appellant. Vitruuius.*

Dicæarchus *Phidiæ filius, Siculus, Meſſeni-
us, Ariſtotelis auditor, philoſophus, orator, Geome
ter, ſcripſit Dimenſiones montium (aut vt alij fini-
um) Peloponenſi, Græciæ vitam libris 3.* Rempubli-
*cam Spartiatarum: qui liber vt quotannis in Epho-
rorum prætorio puberibus auſcultantibus recitare-
tur, lege ſancitum fuit apud Lacedæmonios, & lon
go tempore obſeruatum. Suidas. Præterea ab Athe-
næo citantur Dicæarchi hi libri. De Alcmane. De
Alcæo. De deſcenſu in antrum Trophonij. De ſacri
ficio in Ilio. Tripoliticus. Olimpicus: nominatur au
tem ab initio 15. libri perperam Mileſius pro Meſ-
ſenius. A Cicerone mentio fit librorum eius de diui
natione & Somnijs. De vita mortalium. Dicæar-
chus in primo de vitis citatur à Laertio in Platone.
A Stephano citatur Dicæarchi liber primus de vita
Græciæ. Dicæarchi geographica Romæ in Vatica-
na ſeruantur Græce. Et in bibliotheca Heinrici
Scrimgeri.*

Dicæarchus *Lacedæmonius, Grammaticus,
auditor Ariſtarchi. Suidas.*

Dicæoclis *Gnidij Diatribas Athenæus al-
legat.*

Dicæogenes *poeta, Tragedias & Dithyram
bos ſcripſit. Suidas. Huius ſenarios aliquot legimus
apud Stobæum in vituperio Veneris, & de hono-
randis parentibus.*

Dictys *hiſtoricus, ſcripſit acta diurna, præter-
miſſa ab Homero, nouem libris. Res Italicas. De
Troiana Republica, De raptu Helenæ & Mene-
lao, & vniuerſa Troiana hiſtoria. Cum autem ſub
Claudio Imp. Creta terremotu diſceßiſſet, multis ſe
pulchris apertis, in quodam opus hiſtoricum Dictys
eſt repertum, quod bellum Troianum contineret.
Quod Claudius deſcriptum edi iußit. Dictis Cre
tenſis de bello Troiano libri ſex, Quinto Septimio
Romano interprete, impreßi Baſileæ apud Cratan-
drum, anno Domini 1529. cum Darete Phrygio, &
declamationibus tribus per D. Eraſmum Roteroda
mum è Græco verſis.*

* Didici *Caſtellani tractatus de accurata arte ac-
ceptorum ac expenſorum. Hiſpanice in 4.*

Didaci *Couarruuias à Leyua Hiſpani* I.C. *Su-
per 4. Decretal. Super 6. Decreta De regulis iuris,
ſuper Clementinis. De homicidio Cl. ſi furioſus. Va
riarum ex iure pontificio, regio & Cæſaris, reſolu-
tionum lib 3. Practicæ quæſtiones excuſæ Venetijs
anno Domini 1568. in octauo. Omnia eius opera im
preſſa ſunt Lugduni anno Domini 1568. & Vene-
tijs anno 1571. in folio. Eiuſdem Practicarum quæ
ſtionum liber: item Collatio veterum numiſmatum
cum his quæ modo expenduntur publica & regia
authoritate percuſa. Francofurti anno Domini
1571. in folio. Reſolutionum libri tres, quibus ac-
ceßit 4. Ibidem.*

Didaci *Ortix Muſici, Hymni, Magnificat,
Salue, Moteta, Pſalmi, & alia diuerſa cantica qua
tuor vocum, Venetijs 1565. magna forma & typis
craßioribus in vſum eccleſiarum.*

Didacus *Pyrrhus, Luſitanus, ſcripſit carmina
quædam in laudem Coſmographiæ P. Apiani.*

Didaci *Ximenez, ordinis fratrum Prædicato-
rum Calendarium perpetuum ſecundum inſtituta
eiuſdem ordinis ex 36. tabulis conſtans. Antuerpiæ
Plantinus decimoſexto.*

Didymarchus *libro Metamorphoſeon tertio,
citatur ab Antonio Liberali.*

Didymus *Alexandrinus, cæcus, plura opera
& nobilia conſcripſit: De Spiritu ſancto librum v-
num, quem Hieronymus in Latinum vertit. Contra
Arrianos lib. 2. De dogmatibus quoque lib. 1. In epi
ſtolas Canonicas lib. 7. In librum S. Iob. lib. 1. In E-
ſaiam prophetam lib. 18. In Oſeæ ad Hieronymum
lib. 3. In Zachariam ad eundē lib. 5. In Euang. Mat.
lib. 1. In Euang. Ioannis lib. 1. In Pſalterium quoq;
lib. 1. Eius commentarij in epiſtolas Canonicas typis
excuſi ſunt in Italia. Liber de Spiritu ſancto inter
D. Hieronymi opera extat, ab eo translatus. Impreſ
ſus eſt etiam Pariſijs 1500. cum Athanaſio contra
Arrium, & alijs. Claruit anno D. 395. Vide Socra-
tis hiſt. eccl. lib. 4. cap. 2.*

Didymus *Didymi Salſamentarij F. Alexan-
drinus, Grammaticus, Ariſtarchius, vixit ſub An-
tonio & Cicerone vſque ad Auguſtum, cognomen-
to Chalcenteros, quaſi æneis inteſtinis præditus, ob
aßiduitatem lectionis & ſcriptionis. Dicunt enim
eum vltra libros 3500. conſcripſiſſe. Suidas. Idem
propter librorum multitudinem* βιβλιολάθας *appella-
tus eſt, vt Athanæus 4. libro ſcribit. Seneca 4. mil-
lia librorum ab eo ſcripta tradit. Cæterum hi eius li
bri citantur ab Athenæo Exegeticus, epiſtolæ. De
dictione corrupta. A Plutarcho Commentarius ta
bularum Solonis. A Clemente Strom. liber de
Pythagorica philoſophia. A Laertio Sympoſiaca.
A Stephano Sympoſiacorum decimus. De Cabaſſo
Othryonei ciuitate liber. Cōmentaria in Odyſſeam.*

Suidas Didymum Alexandrinum lib.15. de agricul tura ſcripſiſſe refert. Trallianus Didymi Octatomū citat in capite de ſingultu. Macrobius citat Didymum grammaticum in libris ... Ex infinito vero librorum Didymi numero hodie extant hæc.

Didymi antiquiſſimi authoris interpretatio, ſiue Scholia in Odyſſeam, excuſa primum Venetijs apud Aldum, vnà cum enarratione in Iliadem.

Didymi Græci authoris ſcripta, cum Abſyrto & reliquis mulomedicis, Baſileæ impreſſis reperies: & in Geoponicis collectaneis Conſtantini. Suidas. Didymum quendam Alexandrinum Georgicorum libros 15. ſcripſiſſe teſtatur.

Didymi & Tarrhæi prouerbia, & ea quæ apud Suidam aliosq́ habentur, Aldus cum fabulis Aeſopi, &c. Græce impreſſit, ordine alphabeti.

Didymus iunior Alexandrinus, grammaticus Romæ docuit. Scripſit probabilia. De Orthographia & alia plurima, eaq́ optima. Suidas.

Didymus Atteius, ſiue Attius, philoſophus Academicus ſcripſit probabilium & ſophiſmatum ſolutiones lib. 2. & alia multa. De illo Alexandrino, qui Geoponica reliquit, ſupra diximus.

Didymus Claudius, grammaticus, ſcripſit de erratis analogiæ apud Thucydidem, Epitomen Heracleonis, & alia quædam.

Didymi Fauentini aduerſus Thomam Placentinum pro Martino Luthero oratio diſertè & eleganter ſcripta, impreſſa in Germania, 1521. Capita defenſionis hæc ſunt. 1. philoſophia item Scholaſtica theologia reprobantur. 2. Quatenus liceat ſubdito magiſtratum corripere. 3. De indulgentijs. 4. De pœnitentiæ partibus. 5. De Turcicis bellis. 6. De Romani Pontificis monarchia.

Didymus Heraclidæ F. grammaticus, apud Neronem vixit, ac ditatus eſt, inſignis muſicus, & ad cantica appoſitus. Suidas.

Diegus nomen proprium apud Hiſpanos: ſic enim Iacobum vocant.

Diegi Baceti oratio pro rege Portugalliæ.

Diegus Gutierus edidit Americæ tabulam: Antuerpiæ apud Hieron Cock.

Diegus Hurtadus à Mendozza, ſcripſit Paraphraſim in totum Ariſtotelem. De Tunetana expeditione hiſtoriam, cui ipſe interfuit & præfuit. Habet multos in bibliotheca ſua (quæ inſtructiſſima eſt) authores antiquiſſimos quos propediem volente Deo, in Reipublicæ literariæ gratiam euulgabit.

* Diegi Lopetij Harochartenſis ſcriptum notabile, quod dedit ad Imperatorem vel regem noſtrum Dominum, antequam ex Flandria in Hiſpaniam traijceret, in quarto. Italicè.

* Diegus Nauarrus Chronicon Marci Liſbonenſis de vita, morte & miraculis S. Franciſci, totiusq́ ordinis ex Portugalico in Hiſpanicum ſermonem tranſtulit. In 4. Brix. 1581. Italicè.

* Diegi Nuncij Albæ de vita militis anno Domini 1552. Italicè

* Diegi Paijuæ Dandradæ, defenſio Tridentinæ fidei Catholicæ & integerimæ, quinque libris comprehenſa aduerſus hæreticorum deteſtabiles calumnias. In quarto. Olyſippone, anno Domini 1578.

Diegus (aliâs Degus) Valera Hiſpanus aliquid hiſtoricum edidit, citatur enim in Baptiſtæ Fulgoſi volumine de factis & dictis memorabilibus.

Dietembergius. Vide Ioan. Dieten.

Diethelmus Cellarius, Tigurinus, magiſter verbi Dei in agro Tigurino, ſcripſit ſcholia in omnes P. Terentij comœdias impreſſa cum ipſo textu, anno Domini 1546. Tranſtulit ex Germanica in Latinam linguam Heinrici Bullingeri libellum de conſolandis ægrotantibus, & alium de vera & antiqua fide.

* Dietheri Glochſtein apologia aduerſus falſas calumnias quibus miniſtri eccleſiæ Bremenſis aggrauantur: addito exemplo accuſationis. Germanice. In quarto. Bremæ 1581.

Diethmari Mesburgenſis in Miſnia epiſcopi, Chronicon V. Imperatorum Heinrici primi, trium Othonum, & Heinrici ſecundi nondum excuſum, habetur in bibliotheca Georgij Fabricij.

Dieuchidæ Megaricorum libri 4. & 5. citatur à Clemente Stro. & à Laertio.

Dieuches multa obiter de vſu remediorum ſcripſit in therapeuticis ſuis voluminibus, Galenus. Dieuches medicus allegatur apud Plinium, qui in 20. 22. & quinque ſequentes Nat. hiſtoriæ libros multa ex eo tranſcripſit. Scripſit autem primatim de braſsica, vt Plinius teſtatur.

Dimocles medicus à Plinio citatur, qui in librum 12. Nat. hiſtoriæ quædam ex eo tranſtulit.

Dimonis cuiuſdam ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Themiſtoclis.

Dinarchi rhetoris aliquid excudit Aldus, in volumine orationis Aeſchinis, Lyſiæ & aliorum, ſcripſiſſe fertur orationes 60. omnes Iuridiciales, partim publicas, partim priuatas. Obijt poſt mortem Antipatri à quo præfectus Peloponenſi conſtitutus fuerat. Eius aliqui opinantur eſſe orationem contra Theocrinem, Demoſtheni communiter inſcriptam.

* Eiuſdem oratio Græca in folio eſt in bibl. Imp.

Dinolochus Syracuſanus aut Agrigentinus, comicus, Olympiade 53. filius Epicharmi, aut vt quidam tradunt, diſcipulus. Edidit fabulas 14. Dorica dialecto, Suidas.

Dinon ſcripſit Perſica, quæ allegantur aliquoties in Dipnoſophiſtis Athenæi.

Dinonis cuiuſdam ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Artaxerxis.

Dinus de Garbo, Florentinus, edidit commentarium in Galenum lib. 1 De malitia variæ complexionis lib. 1. in Hippocra. De natura fœtus lib. 1. Diuerſarum quæſtionum lib. 1. In Auicennam lib. 1. In philoſophia etiam varia. Quæſtiones nonnullas in medicina, philoſophia & theologia. Enarrauit vulgarem cantionem Guidonis de Caualcantibus, quæ de natura & motu amoris Venerei tractat. Scripſit & de Chirurgia, de Generatione embrij, librum de ponderibus & menſuris, impreſſa Venetijs. Expoſitio eius in librum Hippocratis de natura fœtus, & in

Auicennam

Digitized by Google

*Auicennam de generatione embryi, excuſa eſt Venetijs apud hæredes Octauiani Scoti in folio, anno* 1519. *Dini Florentini de cœna & prandio epiſtola, edita eſt Romæ cum operibus Andreæ Thurini, anno* 1545. *Floruit anno* 1300.* *Eiuſdem de ponderibus & menſuris in fol. in bib. Imper.*

Dinoſtratus *frater Menæchmi Geometræ, & ipſe quædam in Geometria ſcripſit: teſte Proclo* 2. *Comment. in Euclidem.*

Dinus *Mugelanus, de mandato Bonifacij Papæ* VIII. *primus eleganter poſt Archidiaconũ, ſcripſit. Super* 6. *Decretal. lib.* 1. *Super Codice libros* 10 *Super ff. veteri lib.* 24. *Super ff. nouo lib.* 12. *Super ff. inforciati lib.* 14. *Conſilia multa lib.* 1. *Super Titulum de actionibus in Inſtitutis. Super Titulum de Regulis iuris lib.* 6. *De intereſſe, De præſcriptionibus. De ſucceſſionibus ab inteſt. De modo arguendi. Gloſſas contrarias, & earum accordantias. Commentarios eius in Tit. de regulis iuris, Paganus excudit Lugduni, & in* 8. *Pariſijs. Commentarij iidē (vt puto) in Regulam iuris Pont. cum annotationibus Nicolai Coerij, excuſi ſunt Coloniæ* 1569. *in* 8. *Commentaria vero in Tit. de Actionibus repurgata & annotationibus illuſtrata, edita ſunt Francofurti in* 8. *anno* 1568. *Tractatus præſcriptionum ſecundum temporis, id eſt dierum, annorum vel menſium numerum impreſſus eſt quatern.* 3. *Floruit anno D* 300.* *Eiuſdem extat tractatus de præſumtionibus in* 8. *Coloniæ* 1579.

Diocletianus *Aug. in fragmentis Gregoriani Codicis allegatur.*

Diocles *Athenienſis aut Phliaſius, antiquus comicus, æqualis Sannyrionis & Phillilij. Fabulæ eius ſunt: Thalatta, id eſt, mare. Apes, Somnia, Bacchæ, Thyeſtes ſecundus. Thalatta vero Athenæo authore meretriculæ eſt nomen. Suidas.*

Diocles *Caryſtius rationalis ſectæ medicus, ſecundus ab Hippocrate ætate famaq́, vt Plinius ſcribit, citatur à Galeno, Plutarcho, Scholiaſte Nicandri, Plinio. Eum rhetorem quoque fuiſſe Galenus tradit in principio libri de prænotione ex decubitu. Cæterum hi libri Dioclis à Galeno citantur* ὑγιεινῶν *ad Pliſtarchum. nominat autem illic Empiricum, ſed Athenæus lib.* 3. *Caryſtium Dioclem horum authorem facit: & Dioſcorides lib.* 6. περὶ τῶν κατ' ἰατρεῖον *ſiue de officina medici. De curatione cauſæ paſsionis Liber ad Archidamũ. Præterea Gal. lib. ſecundo de Anatom. admin. Dioclem primum inter poſteriores medicos anatomica ſcripſiſſe refert. Porrò epiſtola quædam Dioclis ad Antigonũ regem præſeruatiua cum Tralliano impreſſa eſt, Torino interprete. Eadem ab initio operis Marcelli Empirici Hippocrati Coo adſcribitur, ad Anthiochum regem. Legitur etiam in fine* 1. *li. Pauli Aegynetæ, & eius* ὑγιεινὰ παραγγέλματα *ad Antigonũ citantur ab Hierocle Hippiatro capite* 98.

Diocles *Eleates, Aſianus, pater Alcidamantis. ſcripſit Muſica. vixit Gorgiæ Leontini temporibus. Suidas in Alcidamante.*

Diocles *Magneſius in excurſione philoſophorum, citatur à Laertio.*

Diocles *Peparethius, primus Romanorum hiſtorias Græcis literis illuſtrauit, quem Fabius Pictor pluribus in locis, ob veritatis ſtudium, ſecutus eſt. citantur eius ſcripta apud Plutarchum in Romulo.*

Diocridis *cuiuſdam Diſtichon in quarto libro Anthologij.*

Diodes *coloniarum librum ſcripſit, teſte Ioſepho.*

Diodori *cuiuſdam liber Græcus de ponderib. & menſuris, ſeruatur in Italia.*

Diodori *epigrammata aliquot in Forilegio Planudis.*

Diodori *poetæ ſenarios aliquot Ioan. Stobæus citat in ſermonibus, de contrahendis nuptijs, & defunctis contumelia non afficiendis. Eundem eſſe puto Diod. Sinopenſem Comicum, cuius fabulas Athenæus citat, Tibicinam, Epiclerum & Panegyriſtas, quod & Suidas teſtatur.*

Diodori *cuiuſdam Italicas gloſſas, & librum ad Lycophronem, idem Athenæus allegat.*

Diodorus *Coſmographus, ſiue* περιηγητὴς *citatur à Plutarcho in vita Theſei & Dionis. Huius forte eſt liber* περὶ θυσιῶν *qui in Vaticana bibliotheca habetur.*

Diodorus *cognomento Cronos Saturnus, Dialecticus, filias habuit quæ omnes fuerunt dialecticæ quarum hæc ſunt nomina, Menexene, Argia, Theognis, Arthemiſia, Pantaclea. Clemens* 4. *Stromaton. Meminit huius Laertius lib.* 2. *ac refert eum cum apud Ptolemæum Soterem quoddam Stilponis ſophiſma ſoluere nequiuiſſet, à rege increpitum, Cronumque in iurgio vocatum, librum de ea propoſitione conſcripſiſſe, vitamq́ mærore finijſſe.*

Diodorus ἐπαίτης *mendicus aut circulator cognominatus. Elegias ſcripſit quæ citantur à Parthenio in Eroticis, quamuis illic Elaites nominetur.*

Diodorus *Prienæus, ſcripſit de agricultura, teſte Varrone & Columella. Eius ſcripta citantur apud Plinium, qui in librum Nat. hiſtoriæ* 8. 10. 15. 17. & 18. *quædam ex his tranſtulit.*

*Ex* Diodori *alterius ſcriptis Plinius quædā in* 29. & 30. *librum tranſcripſit.*

Diodorus *Siculus, ſcripſit hiſtoriam, quam bibliothecam inſcripſit. Continet autem res & Romanas, & varias, libris* 40. *vt Suidas teſtatur, qui dicit, eum floruiſſe ſub Auguſto & ſupra. quod & ipſe quoque libro ſexto teſtatur. De Philippi & Alexandri regum, & aliorum aliquot nobilium Macedoniæ ducum præclare factis lib.* 2. *Bartolomæo (Aliâs Angelo) Coſpo Bononienſi interprete. De fabuloſis Aegyptiorum geſtis lib.* 1. *Pogio Florentino interprete: volumen excuſum Baſileæ,* 1531. *apud Heinricum Petrum. Hiſtoriarum libri quinq́ Græci, à decimoſexto ad vigeſimum vſque, excuſi Baſileæ apud Rob. Vinter,* 1539. *Extant etiamnum græce præter impreſſos, priores quinq́ libri, & reliqui à decimo vſque ad decimumſextum, Venetijs apud Diegum Hurtadum. Eoſdem habet etiam doctiſſimus vir Theod. Beza, at vt propediem in lucem edantur, ſedulo curat. Cæteros quoq́ qui* 5. *ſequuntur*

Hen. Stephanus vocat celeberrimum historicum graecorum: Eusebij Pamphili [illegible] illustrium virorum, de eo [illegible] philologiae studiosorum [illegible]: [illegible]

*vſque ad 10. in Sicilia ſuperſtites aſſeruari audiuimus. Item apud Card. S. Crucis Romæ, & Auguſtæ Vindelicorum apud, D. Ioan. Iac. Fuggerum. Diodori Siculi bibliothecæ hiſtoricæ lib. 15. de quadraginta. Decem ex his nunquam prius fuerant editi. Geneuæ apud Hein. Stephanum, Græce in folio.*

* Diodori *Siculi potens et triumphalis appulſus & pompoſus introitus regiæ altitudinis Domini Maximiliani Principis Bohemiæ & ducis Auſtriæ in vrbem Gendt. In quarto anno Domini 1548. Italicè.*

Diodori *Syracuſani ſcripta à Plinio citantur, qui ex his quædam in lib. 3. & 5. Nat. hiſtoriæ mutuatus eſt. Forſan idem cum Diodoro Siculo.*

Diodorus *Tarſenſis Grammaticus, inter eos numeratur à Strabone quorum ſcripta extent. Strabo decimoquarto.*

Diodorus *monachus, temporibus Iuliani & Valentis, epiſcopus Tarſi Ciliciæ: ſcripſit varia, vt Theodorus Anagnoſtes in Eccleſiaſtica hiſtoria meminit, quæ ſunt: Interpretatio in totum vetus Teſtamentum, Geneſim, Exodum, & reliqua. In Pſalmos. In 4. libros Regum. In ea quæ in Paralipomenis deſiderantur. In Prouerbia. Quod ſit diſcrimen contemplationis & allegoriæ. In Eccleſiaſten. In Canticum Canticorum. In Prophetas. Chronicon quo erratum Euſebij Pamphili de temporibus corrigit. In quatuor Euangelia. In acta Apoſtolorum. In epiſtolam Ioannis Euangeliſtæ. Deum vnum eſſe in Trinitate. Contra Melchiſedechitas. Contra Iudæos. De reſurrectione mortuorum. De anima contra diuerſas de ea ſectas. Ad Gratianum capita. Contra Aſtronomos & Aſtrologos & Fatum. De ſphæra & ſeptem zonis, & annuo aſtrorum progreſſu. De Hipparchi ſphæra. De prouidentia contra Platonem. De Deo & Dijs. De natura & materia, vbi tractat quid iuſtum ſit. De Deo & falſa Græcorum materia. Naturas quæ ſub aſpectum nō cadunt, non ex elementis, ſed vna cum elementis eſſe factas ex nihilo. Ad Euphronium philoſophum per interrogationem & reſponſionem. Contra Ariſtotelem de corpore cœleſti. Quomodo calidus ſit ſol. Contra eos qui animal dicunt eſſe cœlum. Quomodo ſemper ſit opifex, opificium autem non ſemper. Quomodo velle & nolle inſit æterno Deo. Contra Porphyrium de animalibus & victimis. Suidas. Eundē contra Manichæos ſcripſiſſe teſtatur Nicephorus.*

Diodorus *cognomento Valerius, philoſophus, Teleclis diſcipulus, Alexandrinus, filius Pollionis philoſophi, qui ſcripſit Atticam dictionem. Vixit ſub Hadriano Cæſare. Suidas.*

Diodorus *Zonas, Sardenſis, orator ſcripſit quædam quorum meminit Aeneas Syluius in deſcriptione Aſiæ.*

Diodotus, *Niger, & Petronius medici, Aſclepiadæ omnes, commentarios de vſitata materia medica ſcripſerunt, &c. Dioſcorides. Plinius libro vigeſimo capite octauo. Petronius Diodotus (inquit) qui Antilegomena ſcripſit, in totum damnauit ferin, multis modis arguens. Eundem Petronium Diodotum aliquoties libris quatuor ſequentibus nominat, & Diodoti Empirica libro vigeſimo capite duodecimo.*

Diodotus *Erythræus Ephemerides Alexandri ſcripſit. Athenæus lib. 10.*

Diodotus *aſtrologus doctiſſimus, tempore Alexandi Aphrodiſiei, vt ipſe ſcribit in commentariorum ſuorum in Metheora Ariſtotelis libro primo.*

Diogenianus *Heracleotes, Ponticus, Grammaticus ſub Adriano Imperatore. Conſiderandum autem eſt, an fortè ſit ille ex Albace Heraclea Circia medicus, qui fuit omni doctrinæ genere eruditus. Neque enim manifeſte reperi, eum eſſe ex Heraclea Ponti, quamuis in ea nonnulli opinione fuerint. Sunt autem hi eius libri. Omnis generis vocabula, ordine alphabetico libris quinque expoſita: eſt autem epitome vocabulorū è libris Pamphili 405. Zopyrionis epigrammatum Florilegium. De ſtaminibus, lacubus, fontibus, montibus, promontorijs. De fluminibus ordine alphabetico breuis deſcriptio. Collectio & tabula omnium vniuerſæ terræ vrbium, & reliqua. Suidas. Idem ſcripſit collectanea prouerbiorum ſiue parœmias vulgares, quæ extant Græci Romæ in Vaticana: & Dictionarium ſimul & parœmias collegit, libro inſcripto [illegible] teſte Heſychio. Diogenianus ſua commentaria [illegible] dixit, quod pauperibus nedum pecunioſis pro magiſterio eſſe poſſent. Hadr. Iunius.*

Ex Diogene *quodam catharticū pituitæ Aetius recenſet.*

* Diogenis *cuiuſdam epiſtolæ manuſcriptæ. In bibl. Imperat. Viennæ.*

Diogenes *celeberrimus ſophiſta, natus ex Abila ciuitate Phœniciæ. Suidas & Stephanus.*

Diogenis *epiſcopi Amiſi hexaſtichon in tertio libro Florilegi Græci.*

Diogenes *Apolloniates, phyſicus ex Apollonia Cretæ, librum phyſicum ſcripſit, cuius hoc initium ponit Laertius. Quicquid eſt quod dicere aggredior, operæ pretium videtur initium irrefragabile ponere. Citatur à Theophraſto, vbi de generatione plantarum agit. Item à Plutarcho de placitis philoſophorum. Meminit huius Heſichius, qui tradit eum dixiſſe, elementum vniuerſi eſſe aerem, mundos eſſe extra numerum modumq́, & inane infinitum, deinde aerem ſpiſſatum aut rarefactum mundos gignere, è nihilo nihil exiſtere, neq́ in nihilum corrumpi, etc. Vixit Anaxagoræ temporibus.*

Diogenes, *ſiue Oenomaus, Athenienſis, Tragicus, fuit ſub id tempus, quo 30. tyranni profligati ſunt, Fabulæ eius ſunt, Achilles, Helena, Hercules, Phyeſtes, Medea, Oedipus, Chryſippus, & Semele, quam Athenæus citat. Quidam hæc omnia Diogeni Cynico aſcribunt.*

Diogenes *Babylonius ſcribit leges. & de nobilitate: Athenæus. Præceptor fuit Antipatri, de quo Cicero in officijs multa. Eundem librum de voce citat Laertius in Zenone.*

Diogenes *ſiue Diogenianus, Cyzicenus, grammaticus ſcripſit Inſtituta Cyzici patriæ. De punctis librorum. De poetica. De elementis ſeu literis. Suidas. Stephanus verò Diogenes (inquit) Cyzicenus*

*ſcripſit*

*ſcripſit libros 7. de inſulis patriæ. Idem libros eius de Cyzico citat.*

Diogenes *Tarſenſis, Epicureus, ſcripſit Epitomen Epicuri dogmatum moralium. Selectas ſcholas, ſiue electorum libros, aut electarum opinionum, quorum 15. & 16. citantur à Laertio. Poemata in adoleſcentia compoſuit, maxima ex parte tragica, vt Strabo refert, lib. 14. Item de quæſtionibus poeticis quas etiam ſoluere nititur.*

Diogenis *Laertij de vitis, decretis, & reſponſis celebrium philoſophorum lib. 10. Græci, primum excuſi Baſileæ apud Frobenium. 1533. Iidem Ambroſio quodam monacho Italo interprete, Latini excuſi ſunt Baſileæ apud Curionem, 1524. Eiuſdem liber* [illegible] *inſcriptus, in quo de ſapientibus omnibus & doctrina præſtantibus viris, omni metrorum genere carmina conſcripſit, ſæpe ab ipſo citatur in libris de vitis philoſophorum. Libri eius de vitis Philoſophorum, ex antiquis codicibus emendati, à Ioan. Sambuco, Latine editi ſunt Antuerpiæ à Plantino: & Græce atq; Latine ab Heinr. Stephano cum annotationibus, & Pythagoreorum philoſophorum fragmentis, &c. anno D. 1570.*

Diogenes *Sicyonius, Peloponneſiaca ſcripſit.*

Diogenis *Sinopenſis Cynici, vitam, dicta factaque, Diogenes Laertius libro 6. deſcribit: permultas quoque eius ſententias Stobæus paſſim recitat, vt liquet ex indice: & Diogenis diatribas aliquando allegat, vbi eius dicta referuntur, neſcio quo authore conſcriptas. Epiſtolas eius excudit Aldus, cum reliquis veterum Græcis epiſtolis. Eaſdem Latinas Rainutio Florentino interprete, excudit Ioan. Oporinus Baſileæ, in farragine epiſtolarum Laconicarum, anno D. 1554. in 16. Diogenis Cynici libri hi enumerantur à Laertio. Dialogi capitū, Ichtyas, Graculus, Pardus, Plebs Athenienſium, Reſpublica, Ars moralis, De diuitijs, Amatorius, Theodorus, Hypſias, Ariſtarchus, De morte, Epiſtolæ, Tragœdiæ 7. Helena, Thyeſtes, Hercules, Achilles, Medea, Chryſippus, Oedipus. Porrò Socrates in primo ſucceſſionum, & Satyrius in quarto de vitis, nihil eorum eſſe Diogenis affirmant. Tragœdiolas autem ait Satyrus Philiſci Aeginenſis eſſe, Diogenis diſcipuli. Sotion autem in ſeptimo hæc ſola Diogenis eſſe ait, De virtute, De bono, Amatorium, Mendicum,* [illegible]*, Pardum, Caſſandrum, Cephalionē, Philiſcum, Ariſtarchum, Siſyphum, Ganymedem, De vſu epiſtolas.*

Diogenes *in primo Perſicorum citatur à Clemente Stromaton. 1.*

Diogenitis *Erithiaci ſcripta citantur apud Higinum.*

Diognetus *citatur à Plinio, qui in librum 13. Naturalis hiſtoriæ quædam ex eo tranſtulit.*

Diomedis *cuiuſdam ſcripta allegantur à Plinio, qui ijs in 34. libro vſus eſt.*

Diomedis *Grammatici opus Ceruicornus excudit Coloniæ, anno Domini 1518. deinde Ioannes Soter ibidem 1526. ab Ioanne Cæſario emendatum, ſcholijsque illuſtratum: adiectis Donati opuſculis de octo orationis partibus, & de barbariſmo, ab eodem recognitis, cum indice.*

Diomedes *Guidalotus, Bononienſis, Commentarios ſcripſit in elogas Calphurnij & Nemeſiani poetarum, vno volumine impreſſos Bononiæ, anno D. 1504.*

Dion *Caſſius, cognomento Cocceius, patria Nicæus, ſcripſit ſub Alexandro Seuero Romanam hiſtoriam libris octoginta, per decades diuiſis, geſta itidem Traiani, & Arriani philoſophi vitam: item Perſica Getica, item itineraria. Supereſt & epitome ab alijs facta, quorundam Imperatorum ab eo deſcriptorum. De principe libri tres, & tractatus quidam in moralibus admodum parui. Dionis liber de vitis Cæſarum, Græce extat in Italia. Item Romanæ hiſtoriæ Libri 20. nempe à 35. vſq; ad 54. Romæ ſeruantur. Venetijs quoque plures extant apud illuſtrem D. Diegum Hurtadum à Mendoza Cæſaris Legatum, ſcilicet à trigeſimo ſeptimo vſque ad 58. Præterea Georgius Merula hiſtoriam de cōflagratione Veſeui montis ex Dione trāſtulit, quæ translatio cum Suetonio & alijs hiſtoricis Baſileæ excuſa eſt. Eiuſdem Romanæ hiſtoriæ libros 23. Græce excudit Robertus Stephanus, cum caſtigationibus Hein. Stephani filij ſui. Eiuſdem rerum Romanarum à Pompeio magno ad Alexandrum Mammeæ filium epitome, Ioanne Xiphilino authore, Græce excuſa eſt Pariſijs apud Rob. Stephanum, anno Domini 1551. quaternionibus 45. Eadem Latine excuſa eſt, Guilielmo Planco interprete, qui in præfatione teſtatur, Dionem præter hiſtoriam librum quoque de ſomnijs & prodigijs conſcripſiſſe. Dionis Romanæ hiſtoriæ libri 25. (nam duo vltimi in editione Pariſienſi, hic in quatuor diuiduntur) de Græcis Latini facti Guilielmo Xylandro Auguſtano interprete. His acceſſerunt eiuſdem annotationes, in quibus authoris huius quam plurima aut reſtituuntur corrupta, aut explicantur obſcura loca. Additum eſt Ioannis Xiphilini è Dione compendium, Guil. Planco Albienſi interprete: quæ verſio ab eodem Xylandro diligenter eſt vbi oportuit caſtigata. Baſileæ apud Oporinum, anno 1557. in folio. Iidem libri Dionis & Xiphilini Græci accurate ab eodē Xylandro emendati ſunt. Epitome hiſtoriæ Dionis authore Ioanne Xiphilino, cum interpretatione Latina Guilielmi Planci, ab Hein. Stephano excuſa eſt in 8.*

Dion *Colophonius, inter eos authores recenſetur à Plinio ex quibus 8. 10. 15. 17. & 18. Naturalis hiſtoriæ libros confecit.*

Dionis *medici ſcripta citantur apud Plinium, qui illis in conſcribendo Naturalis hiſtoriæ libro 4. vſus eſt.*

Dion *Pruſeus, ſophiſta & philoſophus, Chryſoſtomus cognomine, ſcripſit An mundus corruptibilis ſit, Herculis & Platonis encomium, ad Platonē pro Homero libros quatuor. De Alexandri virtutibus libros 8. orationes 80. quas nuper Venetijs excuſas habemus, ex editione Federici Turriſani, anno Domini 1551. chartis 57. in octauo. Sunt autē hæ. Quatuor primæ de regno. 5. Libica. 6. Diogenes vel de tyrannide. 7. Euboica vel de canum*

venatu. 8. Diogenes vel de virtute. 9. Diogenes vel Iſthmica oratio. 10. Diogenes vel de ſeruis. 11. Troica de Ilio non capto. 12. Olympica vel de prima Dei cognitione. 13. In Athenis de fuga ſeu exilio. 14. & 15. De ſecuritate & libertate. 16. De ægritudine animi ſeu triſtitia. 17. De immodica plura appetendi cupiditate. 18. De exercitatione orationis. 19. De ſua ipſius auſcultatione. 20. De receſſu. 21. De pulchritudine. 22. De pace & bello. 23. Sapientem beatum eſſe. 24. De felicitate. 25. De dæmone. 26. De conſultatione. 27. Expoſitio horum quæ conuiuijs interſunt. 28. Melancomas prima. 29. Melancomas ſecunda. 30. Charidemus. 31. Rhodiaca. 32. Ad Alexandrinos. 33. & 34. Tharſicæ. 35. In Cælenis vrbe Phrygiæ. 36. Boryſthenica quam recitauit in patria. 37. Corinthiaca. 38. Ad Nicomedæos de concordia erga Nicæos. 39. De concordia conſecuta ex diſſenſione ceſſante in Nicæa. 40. Ad Apamenſes de concordia. 41. In patria de ſocietate cum Apamenſibus conflata. 42. Diſputatio in patria. 43. Ciuilis in patria. 44. Beneuola ad patriam ſibi honores decernentem. 45. Defenſio quomodo ſe geſſerit erga patriam. 46. Antequam philoſophiæ incumberet in patria. 47. Concio in patria. 48. Ciuilis in concione. 49. Deprecatio imperij in Senatu. 50. De adminiſtrationibus in Senatu. 51. Ad Diodorum. 55. De Aeſchylo & Sophocle & Euripide, vel de arcu Philoctetæ. 53. De Homero. 54. De Socrate. 53. De Homero & Socrate. 56. Agamemnon vel de regno. 57. Neſtor. 58. Achilles. 59. Philoctetes. 60. Neſſus vel Deianira. 61. Chriſeis. 62. De regno. 63. 64. & 65. De fortuna. 66 67. & 68. De gloria. 69. De virtute. 70. De philoſophia. 71. De philoſopho. 72. De habitu. 73. De fide. 74. De incredulitate. 75. De lege. 76. De conſuetudine. 77. & 78. De inuidia. 79. De diuitijs eorum qui in Cilicia ſunt. 80. De libertate. Oratio eius ad Ilienſes quod Ilium non ſit captum, Latine excuſa eſt Venetijs apud Bernardinum Venetum, Franciſco Philelpho interprete. De poetis liber, & alia argumenta collecta, Græce ſeruantur Romæ. Dionis Orat. 80. Latinæ Naogeorgo interp. excuſæ ab Oporino. Dionis Pruſæi Getica citantur in hiſtoria Vngarica Antonij Bonfinij, tanquam extent. Verum Suidas à Dione Caſſio Getica ſcripta eſſe, teſtis eſt.* Eiuſdē libel. non temere credendum, Ioach. Camerario interprete. in 8. Nor. 1531. Eiuſdē libelli duo Amantio I.C. interprete Dillingæ 1556. Eius de Regno libros 4. Andrea Mylio interp. 4. Roſtochij, excudebat Iacob. Lucius.

Dion Syracuſanus, Philoſophus Platonicus, ſcripſit epiſtolas ad Platonem, & alios quoſdam. Extat eius epiſtola ad Dionyſium, prima inter Platonicas.

Dionis neſcio cuius verba aliquando citat Stobæus, ex Chrijs, ſiue ſententijs, Oeconomico & Charidemo.

Dionothus Auonius, Britannus, ſcripſit pro Britannorum ritibus ad Vuiciorum ſynodum lib. 1. Commentarios in ſcripturam, & alia. Claruit anno Domini 603.

Dionyſides Tarſenſis poeta, ſcripſit tragedias, quarum meminit Aeneas Syluius in deſcriptione Aſiæ.

Dionyſiocles quidam dipnoſophiſta, ab Athenæo introducitur in Sympoſiacis.

Dionyſius epiſcopus Alexandrinus, Originis diſcipulus, ſcripſit de hæreticis rebaptizandis epiſtolas ad diuerſos, ad Flauianum Antiochenæ vrbis epiſcopum de pœnitentia: Epiſtolas, ad Romanos, ad Xiſtum, Philemonem, Dionyſium, Nouatianum, Didymum, Hieraclam, Hermamnionem. ad Laodicenſes, de pœnitentia. Ad Origenē, de martyrio. De ordine delictorum. Aduerſus Sabellium. Ad Ammonem, Ad Dionyſium Papam lib. 4. Ad Theleſphorum, Ad Euphranorem. Ad Armenos de pœnitentia lib. 1. Canonem de pœnitentia lib. 1. De natura ad Thimotheum lib. 1. De tentationibus lib. 1. Commentaria in Eccleſiaſten lib. 1. Ad Baſilidem. Aduerſus Paulum Samoſatenum. Ad Alexandrinam eccleſiam de exilio. ἑορτατικὰ, De Paſcha ſermones declamatorios. De mortalitate. De ſabbato. περὶ γυμνασίων. De perſecutione Decij. Aduerſus Nepotem epiſcopum lib. 2. Eius epiſtola ad Baſilidem quæ continet Reſponſiones ſuper diuerſis interrogationibus eius, quæ pro canonibus iudicatæ ſunt: Græce manuſcripta coniuncta eſt canonibus conciliorum à Zonara expoſitis.* Dionyſij Alexandrini erudita epiſtola de dominicæ reſurrectionis tempore: deq; Paſchalis ieiunij termino, 8. Ingolſtadij apud Dauidē Sartorium 1580.

Dionyſius Alexandrinus, Pœnus ſeu Afer genere, ſcripſit Περιήγησιν Deſcriptionem totius orbis habitabilis carmine heroico. λιθιακὰ ſeu de lapidibus aut Gemmis. ὀρνιθιακὰ De auibus. Baſſarica quæ ſæpe à Stephano citantur. Porrò Euſtathius duo poſteriora opera illius eſſe negat, ſed alijs Dionyſijs attribuit. Stephanus citat Dionyſij Gigantiados librum primum: verùm quis iſte ſit Dionyſius incertum eſt. Περιήγησις Dionyſij aliquoties Græce & Latine excuſa eſt, ſed omnium elegantiſsimè quod ego norim Pariſijs apud Robertum Stephanum Græce cum commentarijs Euſtathij Theſſalonicenſis archiepiſcopi, anno Domini 1547. in quarto: & abſq; commentarijs ab Heinrico Stephano cum alijs Græcis poetis heroici carminis principibus, in folio grandibus literis, & Baſileæ cum iiſdem commentarijs in Latinam linguam conuerſis à Bernardo Bertrando, anno Domini 1556. apud Oporinum in octauo. Eandē deſcriptionem orbis Simon Lemnius Rhetus Latino carmine expreſſit. Suidas, Exiſtimo inquit, Dionyſium qui orbem deſcripſit, Byzantinū fuiſſe, propter fluuium Rhebani: atque hæc vbi de Dionyſio Muſonij filio ſcribit, quem etiam orbem terrarum deſcripſiſſe ait: perperam vt opinor. Porrò noſter Rhebani meminit his verſibus ῥῆβας ὅθ' ἱμαλοεν ἐπιπρο ἵησι ῥέεθρον, ῥῆβας, ὃς πόντοιο παρὰ στομάτεσσιν ἑλίσσει, ῥῆβας, ὃ κάλλιστον ἐπὶ χθονὶ εὔρεται ὕδωρ. Plinius libro ſexto capite vigeſimo ſeptimo, hoc in loco (Charace) Pellæo viro gentium eſſe Dionyſium, terrarum orbis ſitus recentiſsimum auctorē, conſtat: quem ad commentanda omnia in Orientem præmiſit D. Auguſt. &c.

Dionyſius Alexandrinus Glauci filius, Grammaticus.

matices, à Nerone vſq; ad Traianum docuit, et bibliothecæ præfuit. Fuit & ab epiſtolis, & à reſponſis, & legationes obijt, præceptor Parthenij Grammatici, diſcipulus Chæremonis philoſophi, cui etiam Alexandriæ ſucceſsit. Suidas.

Dionyſius Alexandrinus, Thrax, à patre Tero Terus dictus, Ariſtarchi diſcipulus, Grammaticus, Romæ ſub Pompeio Magno docuit. Plurima Grammatica, & Syntagmatica & commentaria compoſuit. Eius liber de Rhodo citatur à Stephano, citatur etiam à Plutarcho in vita Homeri. Strabo refert Dionyſium Thracē Alexandrinum fuiſſe, ſed Rhodi habitaſſe. + Dionyſij Thracis grammatica in octauo, Manuſcripta bib. Imp. Viennæ. Eiuſdem Lexicon Atticorum, atque etiam communium vocum in quarto. M.S. bib. Imp. Viennæ.

Dionyſij Areopagitæ opera, quæ extant, Latine excuſa Pariſijs anno Domini 1498. cum ſcholijs Iacobi Fabri Stapulenſis. Sunt autem hæc: Hierarchia cœleſtis et eccleſiaſtica, De diuinis nominibus, myſtica theologia, vndecim epiſtolæ. De ſymbolica theologia lib. 1. De obitu Pauli ad Timotheū. Hunc Dionyſium pro religione Chriſtiana martyrio coronatum, anno Domini 96. apud Trittenhemium legimus. Eius libri, De hierarchia cœleſti & eccleſiaſtica, & De theologia myſtica, & De nominibus diuinis & Epiſtolæ ſex, cum ſcholijs (Maximi opinor) Græce Romæ ſeruantur. Eiuſdem & Maximi capita diuerſa de fide, & myſtica theologia, ibidem. Symbolica theologia, ſeu ſignificatiua, & Inſtitutiones theologiæ à Dionyſio ſcriptæ. Commentarius de anima, De iuſto & diuino iudicio. De diuinis hymnis, De ijs quæ vel ſenſu vel intelligentia deprehenduntur, non extant. Dionyſij Areopagitæ libros excudit Quentel Coloniæ, anno Domini 1546. cum commentarijs Dionyſij Carthuſiani, & quatuor conuerſionibus, Ioannis Scoti Benedictini ſub Carolo magno, Ioannis Sarraceni, Ambroſij abbatis Camaldulenſis, Marſilij Ficini, qui ſolum diuina nomina & myſticam theologiam conuertit. His additur quinta conuerſio, quæ inſtar paraphraſeos eſt, abbate quodam Vercellenſe authore. Totius voluminis chartæ ſunt ducentæ cum quadraginta tribus. Eiuſdem opera Græca extant Baſileæ cum ſcholijs, quæ breui Heinricum Petri Latine ſperamus editurum, Conrado Clauſero interprete. Pariſijs etiam omnia opera eius Græce edita cum ſcholijs Maximi, & paraphraſi Græca Pachimeræ, apud Morelium, anno Domini 1562. octauo. Poſtremò Dionyſij huius opera omnia quæ extant cum vita eiuſdem & ſcholijs incerti authoris in librum de eccleſiaſtica hierarchia, à Ioachimo Perionio Latinitate donata, Coloniæ excuderunt hæredes Arnoldi Birkmanni, anno Domini 1557.

Dionyſij Athanaſij Elegia in Gabrielem Fallopium medicorum atque philoſophorum ſui temporis facile principem, impreſſa Venetijs, anno Domini 1564. Cum Fallopij libro de aquis medicatis. + Eiuſdem iudicium ſuper literas 13. virorum illuſtrium. 1555. In 8. Hiſpan.

Dionyſius Atticus, Apollodori Pergamenſis oratoris diſcipulus, ſcripſit ſermones & hiſtorias quarum meminit Æneas Syluius. Floruit temporibus Auguſti Cæſaris.

Dionyſius de Burgo ſancti ſepulchri, ordinis fratrum Eremitarum Diui Auguſtini, ſcripſit. Commentaria in Valerium Maximum. In opera Vergilij. In libros transformationum. In Tragœdias Senecæ, In libros Politicorum et Rhetoricorum. Item poeticam Ariſtotelis, et quædam alia. Claruit anno D. 1418.

Dionyſius Byzantius, ſcripſit Nauigationem per Boſphorum, & de Threnis, quod poema eſt epice dijs plenum. Suidas.

Dionyſius Chalcus cognomento, Elegias ſcripſit quæ ab Athenæo citantur.

Dionyſius de Charitate, abbas ordinis Ciſtercienſis, ſcripſit annotata in 4. libros Sententiarum.

Dionyſij Caſsij De agricultura libri ab Antonio Vincentio impreſſi. Hic eſt Caſsius Dionyſius cuius ſuprà in C. litera mentionem fecimus.

Dionyſius Corinthiorum eccleſiæ epiſcopus, ſcripſit epiſtolas eloquentiſsimas ad Lacedæmonios, Athenienſes, Nicomedienſes, Cretenſes, ad eccleſiā Amaſtrianam, ad Gnoſsianos, Pinytum, Soterem, et Chryſophoram ſanctam fœminam. Floruit ſub Imp. Ant. Vero & Commodo.

Dionyſius Corinthius, verſificator, ſcripſit Præcepta vitæ inſtituendæ, Cauſarum librum vnū, Meteorologica, Commentarium in Heſiodum ſoluta oratione. Orbis deſcriptionem verſibus. Eadem reperi & in Dionyſio qui de Gemmis ſcripſit, vter igitur ſit author ignoro. Suidas. Porrò de Gemmis ſcripſit Afer cuius eſt Orbis deſcriptio.

Dionyſius Coroneus Pariſijs Regius lector, Geoponicorum libros Cōſtantino Cæſari inſcriptos in Latinam linguam vertit. Idem præfatur in Actuarij librum de compoſitione medicamentorum, à Io. Ruellio tranſlatum, & poſt mortem eius à ſe recognitum. Excuſus eſt Lutet. & Baſileæ.

Dionyſij cuiuſdam epigrammata Græca, tria vel quatuor in primo & tertio libris Anthologij habentur. Dionyſij Cyziceni in Eratoſthenem hexaſtichon, ibidem libro 3.

Dionyſij Sophiſtæ diſtichon & hexaſtichon, ibidem lib. 7.

Dionyſius abbas Romanus, cognomento Exiguus, ſcripſit Latino ſermone Cyclum paſchalem magnum libr. 1. annorum 532. De ratione feſti paſchalis lib. 1. Tranſtulit autem de Græco in Latinum vitam S. Bachomij abbatis. Librum quoque Gregorij Emiſeni de conditione hominis, & ſcripta Proterij Alexandrini epiſcopi ad Leonem Papam, Procli epiſcopi Conſtantinopolitani de fide epiſtolam Latinam fecit, præfatuſque eſt ad Felicianum & Paſtorem. Henricus Petrus excudit Baſileæ 1528. in Antidoto contra hæreſes. Claruit anno Domini 540.

Dionyſij Fontanoni medici montis Peſſulani libri quatuor de morborum internorum curatione, Lugduni apud Frellonium, anno Domini 1550. in 8.

Digitized by Google

Fontanoni *Practica excuſa etiam eſt ab Antonio Vincentio.*

* Dionyſius *Gothofredus I.C. edidit Imperatoris Iuſtiniani Inſtitutionum libros 4. In 16. Geneuæ apud Iacobum Stoer 1583.*

Dinoyſij *Halicarnaſſei antiquitatum, ſiue originum Romanarum libri vndecim, à Lapo Birago Florentino verſi, ac per Heinricum Glareanum emendati, & illuſtrati annotationibus, & Chronologia temporum in Dionyſij hiſtoria comprehenſorũ: excuſi Baſileæ in officina Frobeniana, anno 1532. & anno 1548. à Sigiſmundo Geleneo verſi. Idem ſcripſit de characteribus antiquorum oratorum. Praeterea de compoſitione orationis & elocutione, quomodo fiant epithalamia, epitaphia, panegyrica, quæ Theodorus Gaza in Latinum conuertit. Præcepta de oratione panegyrica, nuptiali, natalitia, & de epithalamijs: ex M. Antonij Antimachi translatione: excuſa ſunt Baſileæ apud Robertum Vuinter, 1539. Eius artem Rhetoricam Aldus excudit Græce in volumine 12. rhetorum. Extat etiam libellus De idiomatis apud Thucydidẽ, ab initio Thucididis Græci impreſſus. Et de Iſocratis orationibus ſententia, cum eiſdem impreſſa. Dionyſij Halicarnaſſei antiquitatum Romanarum libri decem, Græci ex bibliotheca regia, excuſi ſunt Pariſijs à Rob. Stephano, anno D. 1547. in fol. char. 136 Eiuſdem de compoſitione ſeu orationis partium apta inter ſe collocatione ad Rufum. Eiuſdem artis rhetoricæ capita ad Echecratem. Item quo genere dicendi vſus ſit Thucidides ad Ammæum. Ibidem Græce excuſa ſunt in folio chartis 33. Liber de collocatione Græce etiam excuſus eſt Argentorati cum libello Ioan. Sturmij de periodis. Eiuſdem de nuptiali & natalitia orationibus præcepta, Theodorus Gaza tranſtulit, quæ alicubi manuſcripta extant. Eiuſdem Reſponſio ad Cn. Pompeij epiſtolam, in qua ille de reprehenſo ab eo Platonis ſtylo conquerebatur. Eiuſdem comparatio Herodoti cum Thucydide, & Xenophontis, Philiſti, Theopompi inter ſe. Eiuſdem ad Ammæum epiſtola aduerſus eos qui Demoſthenem ab Ariſtotele præcepta eloquentiæ didiciſſe contendebant. Eiuſdem De præcipuis linguæ Græcæ authoribus elogia. Geneuæ apud Heinricum Stephanum in octauo Græce. Eiuſdem de Thucydidis hiſtoria iudicium ad Aelium Tuberonem, ab Andrea Duditio in linguam Latinam conuerſum, Aldus excudit in 4. Eius liber* ὅτι περὶ τοῦ Θουκυδίδου [illegible] *habetur in bibliotheca Strozæ, neſcio an alius à ſuperiore. Liber de Iſæo & Dinarcho Græce Romæ extat in Vaticana.*

Dionyſius *Halicarnaſſeus, qui ſub Adriano Cæſare floruit, ſcripſit Commentarios rhythmicos libris 24. Muſicæ hiſtoriæ lib. 36. in quibus tibicinũ, citharœdorum, & poetarum variorum meminit. Muſicæ diſciplinæ, aut Diatribarum, id eſt, exercitationum libros 22. De ijs quæ Muſice dicta ſunt in Politia Platonis, lib. aliquot. Suidas.*

Dionyſius *Holkam in Nordouolcarum ſatrapia natus, congeſſit Formalitates Logicales lib. 1. Obijt anno D. 1466.*

Dionyſij *Iambi liber De dialectis ſæpe ab Athenæo citatur.*

Dionyſius κυρτὸς, *non gibbus, ſed ex Cyrto vrbe Ægypti, clarus medicus, citatur à Stephano.*

Dionyſius *Lambinus, Monſtroligenſis, Regius profeſſor Pariſijs, Ariſtotelis Ethicorum ad Nicomachum libros 10. doctè & eleganter Latinitate donauit, impreſſi ſunt Venetijs, Pariſijs et Baſileæ. Item Æmylij Probi librum de claris imperatoribus. Lucretium & Horatium doctiſſimis commentarijs illuſtrauit, & idem nunc in Plauto præſtitit. Ciceronis libros emendauit & annotationes adidit: è quibus Epiſtolæ ad Atticum, Brutum et Q. Fratrem: item Officia cum ipſius annotationibus à Platino edita ſunt. Audio etiam Politica Ariſtotelis ab eo in Latinam linguam conuerſa eſſe. Alcinoum de doctrina Platonis in Latinam linguam tranſtulit, & annotationes adiecit. Scripſit etiam commentarios in Cornelium Tacitum, & Demoſthenis orationes Latinas facere cœperat, & Plautum commentarijs illuſtrare, cæterum an hæc abſoluerit ingnoro.*

* *Ab eo T. Lucrecij Cari de rerum natura libros ſex recognitos, & commentarios plus quarta parte auctos, excuderunt In 8. Francoforti hæredes Andreæ Vuecheli, anno 1583. Obijt Lutetiæ 1572.*

Dionyſij *Lepti liber Exegeticus citatur ab Athenæo.*

Dionyſius *Leuctricus citatur ab Athenæo libro decimotertio.*

Dionyſij *Licarnæ liber, qua ratione hiſtoria tum Latinæ tum Græcæ, intelligendæ, iudicandæ et legendæ ſint. Venetijs 1571. quarto.*

Dionyſij *Longini opuſcula de magnitudine orationis, & de aciebus bellicis, &* περὶ ὕψους [illegible] λόγου, *liber imperfectus. Græce ſeruantur Romæ & Venetijs. et in Gallia. Liber de magnitudine orationis Græce & Latine impreſſus extat.*

Dionyſius *Metathemenus appellatus, Stoicus primò philoſophus, verum cum in oculorum dolorẽ incidiſſet, à Zenone defecit, & ad Cyrenaicos ſe contulit, voluptatem finem dicens, ſcripſit De ſedatione perturbationum lib. 2. De exercitatione 2. De voluptate 4. De diuitijs, & gratia & cruciatu. De hominum vſu. De felicitate. De antiquis regibus. De his quæ laudantur. De barbaricis conſuetudinibus. Laertius.*

Dionyſius *Mileſius hiſtoricus, ſcripſit de rebus geſtis poſt Darium libros 5. Deſcriptionem orbis, Perſica ſermone Ionico, Troicorum libros tres, Mythica, Cyclum hiſtoricum libris 7. Suidas.*

Dionyſius *Mitylenæus, verſificator, Scythobrachio & Sutor dictus: deſcripſit Bacchi et Mineruæ expeditionem, Argonautas libris ſex ſoluta oratione, Fabuloſa ad Parmenonem. Suidas.*

Dionyſius *Neſtor, ſcripſit Dictionarium.*

Dionyſius *Olynthius, vetuſtiſſimus ſcriptor, citatur à Tatiano.*

Dionyſius *Siciliæ tyrannus, ſcripſit tragœdias & comœdias, & hiſtorica. Suidas.*

Dionyſius, *Siculi tyranni filius, & ipſe tyrannus ac philoſophus, reliquit epiſtolas, & librum de*

carmi-

Digitized by Google

carminibus Epicarmi. Suidas. Athenæus citat Dioniſij tyranni Adonin & epiſtolas, incertum autem eſt an patris an filij fuerint.

Dionyſij cuiuſdam comœdia, Legiſlator, citatur ab Athenæo lib.9. Videndum an Sinopenſis an Siculi tyranni fuerit: Idem inter Opſartyticorum ſcriptores Dionyſium numerat, ac fortè idem eſt qui & comœdiam ſcripſit, nam verſibus illis quos 39. opinor adducit, coquus artem ſuam laudibus celebrat.

Dionyſius quidam Philadelphus, propter ſtyli ac ſermonis inproprietatem vocatus Diacenus, fertur author eſſe ὀρνιθιακῶν, quæ Dionyſio Alexandrino ſeu Afro inſcribuntur.

* Dionyſij Epiſt. de morte Apo. Petri & Pauli.

* Dionyſij philoſophi cuiuſdam epiſt. Græce in 4.

* Dionyſij prioris Carthuſiæ in Ruremont. ſpecula omnis ſtatus humanæ vitæ in 4. Norim. 1495.

Dionyſius Rykel, aliàs Leuuis, natione Germanus, ordinis Carthuſien. ſcripſit in omnes veteris & noui Teſtamenti libros commentaria. Item ſuper Sentent. lib. 4. Expoſitionis hymnorum lib. 1. In 7. Pſalmos pœnitentiales lib. 1. De documentis autenticis lib. 1. Expoſitionis miſſæ lib. 1. Dialogum de celebratione lib. 1. De communione lib. 1. Compendium philoſophiæ lib. 1. Compendium Theologiæ lib. Dialogum philoſophi & theologi lib. 1. Super lib. B. Dionyſij lib. 4. Super 11. epiſtolas eius li. 1. In lib. Ioan. Climaci lib. 1. Super Boetio de conſolatu lib. 5. Summarium partium S. Thomæ lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Sermones ad religioſos temporis lib. 1. Ad eoſdem de ſanctis lib. 1. De ſacramento ſermones 6 lib. 1. Expoſitionis Dominicæ paſſionis lib. 1. Meditationes Dominicæ paſſionis lib. 1. De laudibus Dei lib. 1. De laudibus S. Mariæ lib. 4. De fonte ſalutis & ſemitis vitæ lib. 1. De lumine Chriſtianæ theoriæ lib. 1 De venuſtate mundi lib. 1. De natura æterni & veri Dei lib. 1. De diuina eſſentia lib. 1. De diſtantia perfec. diuinæ & humanæ lib 1. De felicitate animæ lib. 1. De beneficijs Dei lib. 1. De mutua ſanctorum agnitione lib. 1. De donis Spiritus ſancti lib. 1. Cordiale prænotatum lib. 1. De cuſtodia cordis lib. 1. De gaudio & pace interna lib. 1. De via purgatiua lib. 1. Dial. de fide catholica lib. 1. Dial. Chriſtiani & Sarraceni lib. 1. Contra Magos, & Vualden. lib. 1. Contra ſuperſtitiones li. 1. De vitijs & virtutibus lib. 1. Contra ambitionem lib. 1. Contra Sarracenos lib. 3. De grauitate peccati lib. 1. De contemptu mundi lib. 1. De modo iudicandi & corripiendi lib. 1. De remedijs tentationum lib. 1. Speculum peccatoris lib. 1. De 4. nouiſſimis lib. 1. De reformatione interna lib. 1. De iudicio particulari lib. 1. De paſſionibus animæ lib. 1 De diſcretione ſpirituum lib. 1. De profectu charitatis lib. 1. De perfectione charitatis lib. 1. Inflammatorium diuini amoris lib. 1. De contemplatione lib. 1. De oratione lib. 1. De meditatione lib. 1. Sonus epulantis lib. 1. De modo agẽdi proceſſiones lib. 1. De eleuatione mentis in Deum lib. 1. De authoritate papæ lib. 1. De poteſtate & Iuriſdictione papæ lib. 1. De authoritate concilij li. 3. De reformatione eccleſiæ lib. 1. Contra ſymoniã lib. 2. De reformatione clauſtralium lib. 1. Contra pluralitatem beneficiorum lib. 1. De regulis vitæ Chriſtianorum li. 1. De reformatione monialium lib. 1. De profeſſione religioſorum lib. 1. Exhortatorium nouitiorum lib. 1. De vita & regimine præſulum lib. 1. De inſtitutione ordinis Carthuſienſis lib. 1. De laudibus eiuſdem lib. 1. De viſitatione clauſtralium lib. 1. De vita canonicorum lib. 1. De diſciplina ſcholarium lib. 1. De vita militarium lib. 1. De virginitate lib. 1. De officio archidiaconorum lib. 1. De officio legat. lib. 1. De regimine prælatorum lib. 1. De vita & regimine curatorum lib. 1. De vita nobilium lib. 1. De regimine principum li. 1. Dial. inter Chriſtum & principem lib. 1. Dial. inter Chriſtum & principiſſam lib. 1. De regimine politiæ lib. 1. Dial. inter Ieſum & puerum lib. 1. De viduarum vita lib. 1. De vita coniugalium li. 1. De vita incluſarum lib. 1. De officio mercatorum lib. 1. De vita ſolitaria lib. 1. Dial. inter Chriſtum & ſacerdotem lib. 1. Contra proprietatem monachorum lib. 1. Apocalypſis ſibi factæ lib. 1. Epiſtolarum ad principes lib. 1. Annotationes ſuorum operum li. 1 Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Collationes pro Capitulis 3. & alia multa nobis inuiſa. Deniq; libros Io. Caſsiani, ad faciliorem ſtilum propter ſimpliciores fratres redegit. Eius commentarij ſuper totam ſcripturam, typis excuſi Coloniæ apud Quentel typographum, et pleraq; illic excuſa ſeorſim venduntur, cum in vtrunq; Teſtamentum, tum alia. Monopanton eius ex omnibus epiſtolis Pauli librum 1. ſecundum argumenta digeſtum, Gryph. excudit Lugd. 1547. in 16. Claruit anno D. 1471. Eiuſdem liber de 4. hominis nouiſſimis, De morte, Iudicio, Inferni pœnis, & Gaudijs cœli: item colloquium de particulari iudicio animarum, excuſa ſunt Antuerp. apud Io. Steelſium. Dionyſij Carthuſ. cõmentarij in Dionyſ. Areopagitam, Enarrationes in Epiſtolas & Euang. Dialogi de fide catholila, Contra Alcoranũ lib. 5. & alia quædam excuſa ſunt Coloniæ. Scala religioſorum pentateuchus. Antuerp. apud Io. Bellerum 1556. in 16. Enarrationes in 4. Euangelia ſumma diligentia caſtigatæ, Venet. 1569. Summa fidei, Antuerpiæ 1569. & Venetijs tomis duobus in decimoſexto. * Dionyſij Carthuſiani opuſcula ſeptem 1. De arcta via ſalutis & contemptu mundi 2. Speculum amatorum mundi. 3. De grauitate et enormitate peccati. 4. De conuerſione peccatoris. 5. De fonte lucis & ſemita vitæ. 6. Deuotum præcordiale. 7. Dialogus patroni ad Canonicum 4. Louanij 1576. In quatuor Euangeliſtas enarrationes fol. Lugd. 1579. Eius Adunatio materiarum ſparſim contentarum in diuerſis locis Epiſtolarum S. Pauli. Venetijs anno 1518.

Dionyſij Papæ decreta, in volumine Decretorum, & 4. Conciliorum impreſſo Coloniæ.

Dionyſius Muſonij filius, Rhodius aut Samius hiſtoricus: fuit ibidem fani Solis ſacerdos. Scripſit Hiſtorias locorum lib. 6. Orbis deſcriptionem. Hiſtoricæ inſtitutionis li. 10. Exiſtimo Dionyſium qui orbem deſcripſit, Byzantium fuiſſe, propter

Digitized by Google

*fluuium Rhebani. Suidas: qui in eo recte indicat, quod orbis deſcriptionem perperam huic tribui putat, verum quod eum qui orbem deſcripſit Byzantinum putat, alijs iudicandum relinquo.*

Dionyſius *Samius fertur author eſſe Baſſaricorum quæ à quibuſdam Alexandrino ſiue Afro inſcribuntur: nam propter ſtylum incultum, indigna eſſe exiſtimarunt Dionyſio, Euſtathius in comment. in Dionyſium. Athenæus lib. 11. bis citat Dionyſium Samium, in ijs quæ de Cyclope ſcripſit, & in libro 6. de Circulo: videtur autem locus hic mendoſus eſſe, & de Cyclope legendum eſſe nam vtrobiq; commemoratur Vlyſſem cymbium vini meri Cyclopi porrexiſſe.*

Dionyſius *Sidonius citatur à Varrone lib. 9. de lingua Latina.*

Dionyſij *Simplicis liber de compoſitione humana, & alia opuſcula, Græce habentur in bibliotheca regis Gallorum.*

Dionyſius *Sinopenſis comicus, in libr. qui homonymos inſcribitur citatur ab Athenæo lib. 14. Eodem libro citatur eius fabula Acontizomenos, et libro 11. Sozuſa.*

* Dionyſij *Syluestris chronica Franciæ de origine Francorum & eorum aduentu in Galliam gallicè Pariſijs apud Gabrielem Buon anno Domini 1573.*

Dionyſij *Thracis Grammatica Græca habetur in bibliotheca Diegi Hurtadi et Strozæ. Vide Dionyſius Alexandrinus.*

Dionyſius *Tryphonis filius ſcripſit De nominibus: citatur ab Athenæo & Stephano.*

Dionyſius *ſcriptor* περὶ φυτῶν *memoratur. M. Varrone de re ruſtica lib. 1. & à Seruio in 1. Georg. Plinius, Dionyſium effigies herbarum pinxiſſe, ait, atq; effectus ſubſcripſiſſe. Idem ſæpe in plantarum mentione Dionyſij medici authoritate vtitur, libris 12. 13. 21. & ſeptem deinceps, & Saluſtij Dionyſij medici lib. 32. cap. 7. Dionyſij* ῥιζοτομικὰ, *Nicandri in Theriacis Scholiaſtes adducit.*

Dionyſius *Vticenſis, cuius* ῥιζοτομικὰ *citantur à Stephano, non alius videtur eſſe quã Caſſius Dionyſius Vticenſis Magonis interpres: & hunc puto eſſe Dionyſium qui à Plinio & Nicandri Scholiaſte citatur. Sunt autem libri Caſſij Dioniſij impreſſi ab Ant. Vincentio Lugduni.*

* Dionyſius *Zecharius Gallus de thymico miraculo, quod lapidem philoſophiæ appellant. In octauo Baſileæ apud hæredes Petri Pernæ anno Domini 1583.*

Dionyſidori *Træzeni ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Arati.*

Diophanes *quidam author Græcus in Conſtantini Geoponicis citatur, & fragmenta quædam eius cum Abſyrto & reliquis molumedicis Græcis habentur, vt in Abſyrto diximus. Diophanes Niceenſis citatur à Plinio libro decimo Naturalis hiſtoriæ. Item Diophanes, qui ex Dionyſio Magonis translatore epitomen fecit, ab eodem adducitur 8. 10. 14. 15. 16. & 18. libro.*

Diophantus *Arabs orationem funebrem in mortuum Proereſium habuit. Citantur etiam Diophanti Politica à Stephano in Libyſtini.*

Diophanti *ſcriptoris Græci Arithmetices libri duo (aliàs ſex) cum ſcholijs Max. Planudis, & alterius innominati, Harmonica, & quædam de numeris polygonijs: omnia Græce ſeruantur in Italia. Diophanti tredecim libros ſubtiliſſimos nemo vſque hac ex Græcis Latinos fecit, in quibus flos ipſe totius Arithmetices latet, ars videlicet rei & cenſus, quam hodie vocant Algebram Arabico nomine: Ioannes Regiomontanus. Extant hi libri Romæ in Vaticana bibliotheca. Arithmeticam Diophanti nuper Latinam fecit Guilielmus Xylander.*

Diophanti *Lacedæmonij ſcripta citantur apud Fulgentium in Mytholog.*

Dioſcorides, *Vide Pedacus.*

Dioſcoridis *librum ſecundum de Lacedæmoniorum republica, Athenæus lib. 4. allegat.*

Dioſcoridis *cuiuſdam epigrammata Græca tredecim leguntur in Florilegio Græco: vndecim in tertio lib. in primo & ſecundo ſingula.*

Dioſcori *epiſtola ad D. Auguſtinum, ſuper quibuſdam Ciceronis dialogorum interrogatiunculis inquirens, extat numero quinquageſima quinta inter D. Auguſtini epiſtolas.*

Dioſcorides *de inſtitutis apud Homerum: à Camerario inter Homeri interpretes numeratur.*

Dioſcorus *Alexandrinus Eutychianam hereſim defendit quæ etiam quandoq; ab eo cognomen accepit: ſæpe eius mentio fit in eccleſiaſtica hiſtoria & concilijs, verum quid ſcripſerit non eſt proditum quod ſciam.*

Dioſippus (*vel Dioxippus*) *Athenienſis comicus, Fabulæ eius ſunt Leno, Auarus, Hiſtoriographus Hæredipetæ. Suida authore.*

Diotimus *Adramyttenus, Grammaticus, docuit in Gargaris vrbe Troadis, Stephanus, qui etiam Arati carnem in eundem adducit. Idem citat Diotimi libros ſexagintaquinq; variarum lectionum.*

Diotimus *Stoicus, ſcripſit aduerſus Epicurũ, easq; quæ Chryſippi feruntur epiſtolas, ſub eius nomine compoſuit. Laertius in Epicuro.*

Diotimi *epigrammata Græca ſex in Florilegio, quatuor in 3. libro (quamuis de vno, an Leonidæ ſit dubitetur) in primo ſingula.*

Diotimos *duos, alterum Athenienſem, alterũ Olympenum, Athenæus lib. 10. nominat.*

Diotimus *citatur à Plinio, qui quædam ex eo 28. Naturalis hiſtoriæ librum tranſtulit.*

Diotogenis *Pythagorici fragmenta 2. ſatis magna ex libro de Regno, leguntur apud Stobæum in admonitionibus de regno.*

Diphili *Caryſtij, medici, vt videtur, ſententiam de cucumere Athen. citat, ſtatim ab initio libri 3.*

Diphili *Comici fabulas 33. varijs in locis Athenæus allegat: Earum nomina continentur in authorum indice, qui Athenæi libris Græcis Baſileæ impreſſis præfigitur. Stobæus quoque paſſim huius*

iu

Digitized by Google

poetæ teſtimonijs vtitur. Scripſiſſe dicitur hic Diphilus fabulas centum, & integrum poema in Beedam philoſophum. Verſus eius adducuntur à Clemente Alexand. 5. libro Stromaton, à quo vt etiam ab Euſebio Pamphili κωμικώτατος καὶ γνωμικώτατος nominatur. Eadem ferè ætate cum Menandro floruit.

Diphili cuiuſdam ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Niciæ.

Diphili Laodicenſis liber de Nicandri Theriacis, allegatur ab Athenæo. In catalogo qui præponitur Claudiani commentarijs per Ianum Parrhaſium, ſic legimus: Interprès Nicandri, quem pro Diphilo quidam citant.

Diphilus Siphnius aliquoties allegatur ab Athenæo: ſcripſit autem de alimentis, quæ ſanis & ægris offeruntur.

Dios Pythagoricus librum de Pulchritudine ſcripſit, cuius fragmentum legitur apud Stobæum in Laude pulchritudinis.

Dius in Phœnicijs hiſtorijs integerrimus approbatus eſt: Ioſephus libro 1. contra Appionem, vbi etiam fragmentum ex hiſtoria Dij legitur, de Solomone & Hyramo.

Diyllus Athenienſis, libris 27. Græciæ & Siciliæ facta recenſuit, auſpicatus à bello ſacro, ſiue ab illis temporibus, quibus Calliſthenes ceſſauit. Diodorus Siculus libro 16. Idem citatur Athenæi libro 13.

* Dodekindus N. Chron. Mariani Scoti vſq; in annum Domini 1200. cõtinuauit. Quod alius continuator N. in annum 1299. perduxit.

Dolobellæ epiſtola ad Ciceronem lib. 9. Familiarium Ciceronis epiſtolarum extat.

Dolus Mendeſius, Ægyptiæ gentis, citatur à Columella lib. 11. Videtur autem Georgica vel Cepurica ſcripſiſſe.

Domicij Palladij Sorani, Epigrãmatum libelli, Elegiarum libellus, Genethliacõ vrbis Romæ, impreſſa ſunt Venetijs apud Ioan. Baptiſtam de Seſſa, anno D. 1498. quaternionibus 10.

Dominicus Archingnanus ſcripſit de ponderibus & menſuris, & Græcorum, Arabum, ac Venetorum pondera conciliare ſtudet.

Dominicus Bolanus, natione Venetus, edidit opuſculum inſigne contra Marianæ puritatis detractores, De conceptione S. Mariæ lib. 1. Claruit anno D. 1484.

Dominici Bucij, Carmignolij, medici Pedemontani, quæſita quatuor medicinalia, iuxta Hippocratis & Galeni mentem examinata, circa alui purgationem circa annum 14. à morborum principio, in morbi augmento: item an phlebotomia vtendum in quolibet morbo magno. Venetijs Ioan. Gryphius excudit, anno 1551. octern. 5.

Dominici Burgauer, medici, quæſtio vtrum articularis morbus, podagra dictus, curabilis ſit.

Dominici Cardinalis de Iacobitijs, de concilio tractatus, excuſus eſt Romæ apud Anton. Bladum, anno 1538.

Dominicus Caſtellus, tranſtulit Galeni librũ de adumbrata figura Empirici, impreſſum cum operibus Galeni, Venetijs in officina Io. Farrei.

* Dominici Caualcæ Piſani expoſitio ſymboli Apoſtolici, Venetijs 1550. Italice.

Dominicus de Dominicis, patria Venetus, Torcellanus & Brixianus epiſcopus, ſcripſit Orationes de diuerſis lib. 2. Libellum ad Pium II. PP. titulo, Reformatio curiæ Romanæ: & multos tractatus. Claruit anno D. 1478.

Dominicus Finot, muſicus, modulationes quaſdam compoſuit, quæ ſub titulo fructus cum alijs quibuſdam, Venetijs impreſſæ ſunt apud Hieronymum Scotum, anno Domini 1549. Eiuſdem Pſalmi quatuor vocum, cum duobus magnificat. Venetijs in 4. 1563.

Dominicus de Flandria, ord. frat. Prædicatorum, ſcripſit quæſtiones metaphyſicales. Quæſtiones 20. in comment. Tho. Aquinatis ſuper libris poſteriorum analyticorum Ariſtot. & Quæſtiones 23. in opus Fallaciarum eiuſdem, excuſus Venetijs, anno 1496. cum commentarijs ipſius Thomæ in eoſdem Ariſtotelis libros, & in librum de Enunciatione. Item quæſtiones & annotationes in Ariſtotelis libros de anima: excuſas Venetijs apud hæredes Octauiani Scoti 1503. cum Thoma Aquinate in eoſdem. Floruit anno D. 1512.

Dominicus de ſancto Geminiano, Iureconſultus, ſcripſit in Iure canonico, Super 6. Decretalium lib. 2. & varias declarationes. Item Repertorium in iure, & ſuper ſecundo ac tertio Decretalium commentarios, qui extant Venetijs: & in Rub. 2. Decret. vt lite conteſt. Lecturam ſuper decreto, & de Iudic. item Conſilia in iure, typis excuſa Lugduni, anno D. 1541. in folio. Floruit eodem tempore, quo Paulus de Caſtro, & Ioannes de Imola. * Eius commentaria ſuper Decretorũ volumine, Ioan. de Craſſis & aliorum quorundam annotationibus illuſtrata, in fol. regali. Venetijs 1578.

Dominicum de S. Georgio Canoniſtam, Angelus author Summæ Anglicæ allegat.

* Dominici Gramineæ de Vigilijs theſaurus orthodoxus & conſenſus eccleſiæ Catholicæ in controuerſia fidei de Sacramento Euchariſtiæ, aduerſus Caluinum & reliquos Sacramẽtarios. Coloniæ Ioannes Gymnicus, 1575.

Dominicus Greniæ, de patria Toloſana, Dominicanus, epiſcopus Appamienſis, ſcripſit in Pentateuchum lib. 5. In libros hiſtoriales Bibliorum li. 6. & alia.

* Dominici Iaquinot liber de vſu aſtrolabij vnà cum quodam tractatu de ſphæra, in 4. Pariſijs.

Dominici Leonis Lunenſis, methodus curandi febres tumoresq; præter naturam, ex Græcorum placitis deprompta. Bononiæ 1562. in 4.

Dominicus Machaneus orator, ſcripſit annotatiunculas in Suetonium de Viris illuſtribus, impreſſas Argentinæ apud Ioannem Knoblauch, anno Domini 1510. Idem ſcripſit Benaci lacus chorographiam.

Dominici Magielli Muſici, primus liber Madrigalium, quinq; vocum, Venetijs apud Gardanum anno D. 1567.

Dominicus *Mancinus, Theologus, ſcripſit ele gantiſſimo metro de Paſsione Domini lib. 1. De quatuor virtutibus, earundemq; officijs carmine elegiaco: librum excuſum cũ alijs Baſileæ, anno Domini 1543. & Antuerpiæ 1559. 12. Floruit anno D. 1494.*

Dominici *Marij Nigri, Geographiæ libri 11. impreſsi Baſileæ ab Hein. Petri in folio.* *Eiuſdem *Coment. in Ouidij Nucem, & Medicamine faciei. In fol. Venetijs 1518.*

Dominicus *Martinus de Soſpitello adnotamẽta fecit adiecta Pandectis medicinæ.*

Dominicus *Melguitius, ſcripſit Commentariolum rerum geſtarum Philiberti à Chalon Aurengiorum principis, cum vita Petri Terralij Bayardi, Panegyricus, & Epitaphijs: liber excuſus Baſileæ apud Robertum Winter.*

Dominicus *Monteſaurus, Veronenſis, Ariſtotelis commentariũ de admirandis auditionibus, in Latinam linguam tranſtulit, Venetijs excuderunt Iuntæ cum reliquis Ariſtotelis & Auerrois etiam operibus, anno 1552. Idem Galeni commentariolum de coma te ſecundũ Hippocratis ſententiam ex Græco exemplari & antiqua verſione reſtituit, excuſum Venetijs apud Iuntas cum reliquis Galeni operibus. Tranſtulit præterea Galeni librũ de Tremore, palpitatione, conuulſione & rigore.*

Dominicus *monachus ordinis Carthuſien. domus S. Albani propè Treuerim, natione Pruthenus, ſcripſit quædam è quibus extant: Volumẽ quod prænotauit Sonus epulantis, eo quod ipſum comedendo fermè & ruminando in ſolitudine cellæ ſuæ ediderit. Aliud quod prænotare voluit Corona B. Mariæ in quo vitam ipſius lapidibus pretioſis comparat. Item librum experientiæ, in quo varias reuelationes ſibi diuinitus factas interſerit. Vidi olim & alia ipſius quædam opuſcula, quorum titulos à memoria tulit obliuio. Floruit anno 1460. Tritt. de ſcriptoribus Germaniæ.*

Dominicus *Nanus Mirabellius, ciuis Albenſis, ſcripſit Polyantheam, opus vtiliſsimum, quod partim inſtar lexici literarum ordine dictiones non paucas explicat, partim de virtutibus, vitijs, & alijs cõmunibus locis, omne genus ſcriptorum ſententias adfert. Excuſum Baſileæ apud Adamum Petrum, anno 1512. & Coloniæ 1539.*

Dominici *Oeglenſis, Calendarium perpetuum ſecundum vſum Rom. eccleſiæ. Venetijs Ægidius Recazola 1573.*

Dominici *Pariſienſis cuiuſdam Geometricum opus extat de commenſurationibus.*

Dominici *de Portu, Hiſpani, Super 2. inforciati, de Vſu & vſufructu leg. l. ſi alij.*

Dominici *Soto, Segobienſis, ordinis Prædicatorum, Cæſareæ maieſtati à ſacris confeſsionibus, Commentaria in 4. Sententiarum, Venetijs anno 1569. in 4. & 1573. De iuſtitia & iure commentariorum lib. 10. excuſi Lugd. in fol. In Porphyrij Iſagogen, Ariſtot. Categorias, libroſq; de demonſtratione abſolutiſsima commentaria. Venetijs anno 1573. Item in epiſtolam Pauli ad Romanos commentaria. Item de Natura & gratia lib. 3. vnà cum Apologia contra Catharinum epiſcopum, excuſa Antuerpiæ per Ioan. Steelſium, anno 1550.* *Eiuſdem *Deliberatio in cauſa pauperum. Venetijs 1547. Super 8. lib. phyſicorum Ariſtotelis ſubtiliſsimæ quæſtiones. In 4. Venetijs 1582. Item de ratione tegendi & detegendi ſecretum. In 8. Brixiæ 1582.*

Domitius *Calderinus, Veronenſis, ſcripſit cõmentaria in Statij Syluas, Venetijs excuſa. Item in Æneid. Vergilij, Iuuenalem, Martialem, Suetoniũ Ibin Naſonis, Epiſtolas Ciceronis, Aduerſus Protheum Grammaticum, Epiſtolarum librum, Orationes varias. Pauſaniæ hiſtorici Attica & Corinthiaca ex huius verſione Rob. Winter excudit Baſileæ. Scripſit & aliquot libros Obſeruationum, ſiue Annotationum in varios authores. Commentarij eius in Ibin Ouidij, impreſsi ſunt in fol. anno 1495. Mediolani, cum Ant. Volſci commentarijs in Heroides Ouidij. Claruit anno 1477.*

Domitij *Calliſtrati de Heraclea liber 4. & 6. citantur à Stephano de vrbibus.*

Domitius *Caluinus citatur à Plinio 11. & 18. Naturalis hiſtoriæ libro.*

Domitius *Corbulo, ab eodem quinto & ſexto libro adducitur.*

Domitij *Marini, Veneti, Philoſophi & Phyſici carmina, excuſa ſunt Venetijs apud Aldi filios anno D. 1550.*

Domitij *Marſi veteris poetæ fragmenta quædam apud Suetonium & Petrum Crinitum apparent. Scripſit autem epigrammata & opus Amazonida inſcriptum, de quo Valerius Martialis hoc carmine meminit, Quam leuis in tota Marſus Amazonide. Meminit eius etiam Ouidius & Arbiter Petronius.*

Domitij *Ramazotti, Muſici, Pſalmi aliquot ad veſperas dierum feſtorum & ſolennium cantari ſoliti, cum vno Magnificat quinq; vocum. Venetijs apud Gardanum, anno 1567.*

Domitius *Vlpianus, Alexandri principis magiſter & Conſiliarius, reliquit ingentem numerum librorum, quibus potiſsimum referta ſunt Iuſtiniani Digeſta, decem libros pro tribunali, ſiue omnium tribunalium, totidem de Officio procoſ. ad edictum 83. ad Leges 20. Regularum 7. Fideicomiſſorum 6. De adulterijs quinque. De appellationibus quatuor. Ad Sabinum lib. opinionum 6. De officio Coſ. 3. Reſponſorum 2. De cenſibus 6. Inſtitutorum 2. Singulares 7. De ſponſalibus. De officio præfecti vigilum. Prætoris tutelaris, Quæſtoris. Regularum rurſus. De officio præfecti vrbis. De officio curatoris Reipublicæ. Publicarum diſceptationũ. Hæc ex Bernardino Rutilio, apud quem plura de huius authoris vita legito. Alibi inuenio nominatos eius libros. Ad Sabinum 51. Ad ædilium curulium edictum libri 2. Pandectas. De excuſationib. tutelarum. Cæterum libri publicarum diſceptationum, aliâs inſcribuntur Quæſtionum, aliâs Diſputationum.*

Domninus *Philoſophus, natione Syrus, ex Laodicea vrbis Syriæ, diſcipulus Syriani, Procli condiſcipu-*

diſcipulus, vt ait Damaſcius. Vir fuit cùm in mathematicis diſciplinis probè verſatus, tum in reliqua philoſophia exercitatiſsimus. Itaq; multa Platonica ſuis ſententijs conuertit atq; corrupit. Proclo tamen illius corruptelæ atq; exagitationis iuſtas perſoluit pœnas, qui librum integrum aduerſus eum ſcripſit Repurgatorum dogmatum Platonicorum vt eſt in inſcriptione. Suidas, apud quē plura de Domnini vita & moribus leguntur. Domnini philoſophi Lariſſæi (fortè Laodicæi) Arithmetica Græca extat in bibliotheca regis Gallorum.

Donekemenus Cambrius, Britannus, ſcripſit de ſua Britannia, Verſus vaticinales libro vno. Baleus.

Democridis ſcripta citantur apud Fulgentiū in Mytholog.

Donatuli à Caſpe verba apud Cyprianum in ſententijs Epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Donatus, vide Ælius Donatus.

Donatus, à quo Donatiani, ſub Conſtante Conſtantinoque principibus, ſcripſit multa ad ſuam hæreſim pertinentia, & de Spiritu ſancto librum Ariani dogmatis.

Donatus quidam author epiſtolæ ſecundæ & duodecimæ, cum aliquot alijs coepiſcopis, lib. 1. epiſtolarum Cypriani.

Donatus Acciaiolus, ciuis Florentinus, conuertit ex Plutarchi vitis Annibalem, Scipionē Africanum, Alcibiadem, & Demetrium. Scripſit etiam vitam Caroli magni, quæ Plutarchi vitis iungitur. Commentarios inſtos in Ethica Ariſtotelis ad Nicomachum reliquit, doctè & eleganter conſcriptos: qui primum Florentiæ, deinde Pariſijs excuſi ſunt. Eiuſdem commentaria in libros Politicorum Ariſtot. edita ſunt Venetijs 1569.

Donati Antonij ab Altomari, philoſophi & medici Neapolitani Methodus de altercatione, concoctione, digeſtione ac purgatione, ex Hippocratis & Galeni ſententia. Venetijs excudit Ioannes Gryphius, anno 1547. octernion. 9. & dimidio. Ars medica de medendis humani corporis malis, Neapoli, 1553. & Lugduni apud Io. Frellonium 1559. Eiuſdem Opuſcula nonnulla, nunc primum in vnum collecta & recognita: quibus vltimo accedit de ſanitatis latitudine tractatus, &c. Venetijs apud Ioannem Antonium Salernitanum, anno D. 1570. in quarto. Eiuſdem de Medendis febribus. Neapoli in quarto.

Donatus Boßius, ciuis Mediolanenſis, ſcripſit Chronica, ſiue Conditionum & mutationum humanarum libros, ab initio mundi vſque ad ſua tempora. Item de epiſcopis & archiepiſcopis Mediolanenſibus, vſque ad annum 1489. Volumen impreſſum Mediolani per Antonium Zarotum, anno 1492.

Donati à Cibaliana, verba extant apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Donatus Gallus, bonæ fidei hiſtoriographus, ſcripſit hiſtoriam quandam lib. 1.

Donati Veneti ad Iulium ſecundum Pontificem Maximum oratio, excuſa eſt in Italia. Vide Hieronymum Donatum.

Donatus Veronenſis Euſebij libros de Euangelica demōſtratione ex Græca lingua in Latinam tranſtulit. Forte Bernardinus Donatus.

* Doni Florentini catalogus librorum Italicorum. Venetijs 1550. in 16.

Dorachus Francorum vates inſignis, poſt Odemarum pontifex, hiſtoriam continuauit, lib. 1.

Dorachius Mathematicus, Anglus, ſcripſit tractatum de occultis, lib. 1. Et alia quædam.

Dorici poetæ (qui & Dorias nominatur) Athenæus citat lib. 10. octoſtichon in Milonem Crotoniatam, & alibi.

Dorillus Tragœdiarum poeta fuit, à quo per calumniam mulierum pudēda Dorillus dicta ſunt. Meminit eius Suidas.

Dorionis libros, Georgicum, & de piſcibus citat Athenæus.

Dornadilla Scotorum rex, ſcripſit de Venatorijs legibus librum. Claruit circa annum à condito mundo 3693. ante natum verò Chriſtum 270.

Dorotheus quæſtor, vide in Triboniano I.C.

Dorothei Athenienſis ſcripta citat Plinius 12. & 13. Naturalis hiſtoriæ libro.

Dorotheus de herbis quibuſdam carmine ſcripſit, Plinius. Meminit etiam Phlegon Commentariorum Dorothei medici.

Dorotheus ſcripſit Sicularum rerū libros qui citantur à Stobæo in vituperio tyrannidis. Italicarum quoq; rerum libros (niſi forte illi cum Siculis cōiuncti fuerunt) item Transformationum libros. Plutarch. in Parallelis minoribus.

Dorothei epiſcopi Tyri, viri ſancti & martyris, qui floruit ſub Diocletiano & Conſtantino magno ad Iuliani vſque tempora, ſub quo martyrio affectus eſt, ſynopſis in vitas & obitus 12. Apoſtolorū & ſeptuaginta diſcipulorum & prophetarum maiorum ac minorum, quorum libri extant, & aliorum etiam, quorū nihil extat. Liber manuſcriptus Græce extat & Latine (vt puto) Muſculo interprete, chartæ ſunt 6. Idem liber, & præterea ſermones eiuſdem extant in bibliotheca Regis Gallorum. Nicephorus refert hunc etiam hiſtoriam eccleſiaſticā conſcripſiſſe.

Dorothei variæ homiliæ ſacræ, Græce Ms. in bib. Imp. Viennæ, in 4.

Dorothei ſermones nouemdecim Græci, cum vitis ſanctorum patrum, Antonij, Sabbæ iunioris, Euthymij, Athanaſij, & de martyrio ſanctorū, Euſtratij, Auxentij, Eugenij, Mardarij, et Oreſtis, Græce extant Romæ in Pontificia bibliotheca. Dorothei patris ſancti liber quidā Græcus, & alius de dilectione, & doctrinarum capita 21. item opus monaſticum. Omnia Græce ibidem.

* B. Dorothei conciones, de Animi humilitate, de Conſcientia, de ſui contemptu, de Falſo, de Sacris ieiunijs, de Miraculis magni martyris Dionyſij, & ipſius martyris, & ſimilibus, Græce Ms. in 4. bib. Imp. Viennæ.

Dorotheus Camillus Euripidis Tragœdias 18.



Digitized by Google

*Latinitate donauit. Impreſſæ ſunt Baſileæ in 8.*

Dorotheus *quidam citatur ab Athenæo li.11.*

Dorothei *Aſcalonitæ hiſtoria de Alexandro, liber* περὶ μαντικῆς, *& alius* περὶ τῶν λέξεων συναγωγῆς, *ab eodem allegantur. Hunc grammaticum vocat Stephanus.*

Dorotheus *Sidonius poeta ſcripſit apoteleſmata, quæ M. Manlius ſecutus eſſe dicitur. Allegatur ab Athenæo.*

Dori *Arabis philoſophi, qui ex Peripatetico Platonicus factus eſt, Suidas meminit.*

Dorus *comicus citatur à Stobæo.*

Doſidas *citatur à Clemente in Protrep. & Doſideus à Stephano.*

Doſides *Cretica ſcripſit, citatur ab Athenæo & Plinio. Videndum an idem ſit Doſidas & Doſiades.*

Doſitheus *ſcripſit rerum Italicarum, Lydicarum & Pelopidarum hiſtorias libris multis, ex quibus multa mutuatur Plutarchus in Parallelis minoribus cap.63.65.71.56. & 62.*

Doſithei *Aſtronomi ſcripta citantur à Plinio lib.18. Naturalis hiſtoriæ.*

Douunehanus *Theologus inter cætera exarauit Sermones aliquot lib.1. Diſtinctiones Theologiæ, lib.1. Baleus.*

Doxopater *in Ideas Hermogenis Gr. m. in bibliotheca Sambuci.*

Draco *Athenienſium legiſlator & poeta tribus verſuum millibus Hypothecas ſcripſit. Floruit circa 39. Olympiadem, & in Ægina inſula obijt, in theatro ſedens veſtibus ac tunicis plurimis iniectis oppreſſus.*

Dracon *nepos, ex filio Theſſalo, Hippocratis, illuſtris illius medici: pater Hippocratis: è quo rurſus natus eſt Dracon, & ipſe medicus, qui Roxanen Alexandri Macedonis coniugem curauit.*

Dracon *Stratonicenſis, grammaticus, ſcripſit Artem, Orthographiam, De coniugatis nominibus, De pronominibus, De Satyris, De Pindari carminibus, De verſibus Saphonis, De Alcæi carminibus. Draconis Stratonici* περὶ μέτρων *in bibliotheca Henrici Memmij.*

Dracontius *compoſuit heroicis verſibus hexaemeron creationis mundi, editum primum Pariſijs è bibliotheca D. Victoris, & poſtea Baſileæ cum poetarum veterum Chriſtianorum operibus.*

Drepanius *natione Gallus, Florus nominatus ſcripſit Hymnos aliquot, item Pſal.22.26. & 27. De cereo paſchali: Epiſtolas: omnia carmine: Impreſſa ſunt hæc Baſileæ cum operibus poetarum veterum Chriſtianorũ à G. Fabricio emendatis. Conſiderandum an idem ſit Latinus Pacatus Drepanius cuius Panegyricus ad Theodoſium extat.*

Drifeldus *Theologus, ſcripſit de Theologica diſciplina, lib. Aridum campum quoq, lib.1. hoc alterum opus à ſuo cognomine titulum habet. Baleus.*

* D. Droetus *medicus, conſilium nouum de Peſtilentia ſcripſit. 8. Argentorati, anno Domini 1576.*

Drogo, *monachus & ſacerdos Geſtellenſis, ſcripſit ad Rabonem epiſcopum Nouiomagenſem, vitam S. Godelephæ, lib.1.*

Drogo, *Morinorum epiſcopus, ſcripſit miracula D. Lenuennæ, ac poſteritati tranſmiſit, lib.1. Obijt anno D.1079.*

Dromonis *poetæ fabulam Pſaltriam Athenæus citat.*

Druſianus *(in Trittenhemij libro perperã ſcribitur Cruſianus) natione Italus, Thaddæi medici quondam auditor, ſcripſit Commentaria in Artem Galeni lib.1. Hunc quidam pluſquam Commentatorem vocarunt. Idem cum in medicina facienda infelicior eſſet, ingreſſus ordinem Carthuſienſium varios argumenti ſacri tractatus conſcripſit. Claruit anno 1300.*

Druthmarus, *vide in Chriſtiano Druthmaro.*

Dubricius *Guainus, Britannus, pro tuenda Britannorum contra Angloſaxones repub. ſcripſit declamationes eruditiſſimas, Orationem de Arthurij coronatione. Claruit anno 522.*

Dudechinus *preſbyter eccleſiæ in Longenſtein ſcripſit peregrinationis ſuæ Hieroſolymitanæ hiſtoriam lib.1. epiſtolarũ ad diuerſos lib.1. & quædam alia. Claruit anno 1140.*

Dudo *Neuſtrius, vir ætate ſua eruditus, ſcripſit hiſtoriam Normannorum, lib.1.*

Duillius *à Plinio citatur inter authores externos, quibus in conſcribendo lib.7. vſus eſt.*

Dunſtanus *Glaſtonienſis monachus Anglicus, ſcripſit contra regem Edunicum epiſtolas plures. De Ordinatione cleri liber 1. Claruit anno Domini 988.*

Dunuallo *Molmutius, Cloteſis Cornubienſis reguli filius, Britannorum rex, ſcripſit Statutorum municipalium li.1. Legum iudiciariarum lib.1. Claruit anno à mundo condito 3540. Ante Chriſtum 423.*

Durandellus *quidam monachus S. Dominici, ſcripſit aduerſus Durandũ eiuſdem ordinis S. Thomæ impugnatorem.*

Durandus *epiſcopus Meldenſis, de Origine iuriſdictionum.*

Durandus *de ſancto Portiano, ordinis fratrum Prædicatorum, & poſtea Anicienſis eccleſiæ epiſcopus, ſcripſit ſuper Sententias lib.4. de Inſtructione cleri lib.1. Summam notabilem lib.1. Quæſtiones varios lib.1. Sermones diuerſos lib.1. De concilio celebrando.*

Duridis *Eleatæ octoſtichon in diluuium Epheſi, lib.1. Florilegij Planudis.*

Duris *Samius, hiſtoriam Agathoclis ſcripſit, item Macedonica, De finibus Samiorum, De Tragœdia: Quæ omnia paſſim apud Athenæum citantur. Eius ſcripta allegantur etiam apud Plutarchũ in vita Alcibiadis.*

Duris *qui Toreuticen ſcripſerit, citatur à Plinio. Laertius vero citat Duridem in libro de Pictura, & in ſecũdo ſacrorum. Videtur autem hic alius eſſe à Samio hiſtorico.*

Dynus. *Vide Dinus.*

Dyſaniæ Cyrenæi verba aliquot leguntur apud Athenæum lib.11.

# E.

EAdmerus Anglus, monachus Cantuarienſis, ſcripſit de libertate Eccleſiaſtica lib.1. Vitam Anshelmi Archiepiſcopi, Hiſtoriarum collectanea. Claruit anno 1120.

Eadmundus Abindonenſis, Archiepiſcopus Cantuariæ, ſcripſit ſpeculum eccleſiæ, lib.1. Hoc opus è Gallico in Latinum tranſtulit Guilhelmus Bouſu Carmelita.

Eadmundus Albon, ſcripſit Commentarios in Boetium de Trinitate, lib.1. Claruit anno Domini 1340. Baleus.

Eadmundus Alen, Nordouolegius, Anglice concinnauit doctrinæ Chriſtianæ Catechiſmum lib.1. Tranſtulit in patrium ſermonem Alexandrum Aleſium, de authoritate verbi Dei: Philippum Melanchthonē, ſuper vtraq; ſacramenti ſpecie: & Conradum Pellicanum, ſuper Apocalypſim. Claruit anno 1550. Baleus.

Eadmundus Becke edidit opuſculū quod ſua lingua vocat, Table talke, Latine verò, Conuiuiales ſermones, lib.1. Claruit anno 1550. Baleus.

Eadmundus Bonerus, Londinenſis epiſcopus, piorum in Anglia flagellum, libro quo Gardnerus Papæ primatum damnat, præfationē ille Latinam præfixit. Vixit anno 1557. Baleus.

Eadmundus Dudley, nobilis Anglus, ſcripſit Arborem Reipub. lib.1. Damnatus fuit ab Heinrico VIII. anno 1509. Baleus.

Eadmundus Geſt, ſcripſit contra Miſſam Papiſticam lib.1. De Chriſti præſentia in cœna, lib.1. De libero hominis arbitrio, lib.1. Claruit anno Domini 1550. Baleus.

Eadmundus Gryme Anglus, Thomæ Becketi Cantuariorum Archiepiſc. Vitam ſcripſit & edidit, lib.1. Claruit anno D.1180. Baleus.

Eadmundus Richius Abyndonenſis, compoſuit Speculum eccleſiæ, lib.1. De contemplanda deitate, lib.1. quem Gallice edidit, & deinde in Latinum ſermonem conuerſus eſt. Obijt anno Domini 1240. Baleus.

Eadmundus Stoutton, monachus Glaſcouiæ, ſcripſit Dialogum in regulam Benedicti, liber 1. De nominibus Mariæ & Ioannis, lib.1. atque alia quædam.

Ealredus Rhieuallenſis (Ethelredus à quibuſdam vocatur) monachus Ciſtercienſis, compoſuit Vitam Eduuardi Anglorum Regis, lib.2. Vitam Dauidis Scotorum Regis, lib.2. Vitam Niniani epiſcopi lib.1. Vitam Margaritæ Reginæ. De miraculis D. Eduuardi, lib.1. De regibus Anglorū, lib.1. Miracula Haguſtaldenſis Eccleſiæ lib.1. Chronicon ab Adam ad Henricum primum, lib.1. Sententiarum flores, lib.1. Vitam Eduuardi carmine, lib.1. Homiliarum iuſtum volumen, lib.1. In Euangelium accenſæ lucernæ, lib.1. De prælatorum moribus, lib.1. De miniſtrorum officijs, lib.1. De abuſionibus clauſtri, lib.1. Centū ſermones ſynodales, lib.1. Speculum charitatis, lib.3. De vera amicitia, lib.1. De amicitia ſpirituali lib.3. De aduentu Domini, lib.1. De militia Chriſtiana, lib.1. Super onus Babylonis, lib.1. De oneribus Iſaac, lib.1. Dialogos plures lib.1. Inter hominem & rationem, lib.1. De inſtitutione incluſarum, lib.1. De quodam miraculo, lib.1. Super Canticis canticorū, lib.1. De virtute Gualtheri Exſpec. lib.1. Contra quaſdam epiſcoporum literas, lib.1. Epiſtolas trecentas, lib.1. De lectione Euangelica, lib.1. De Chriſto duodenni, lib.1. Super Lucam etiam, lib.1. De virginitate Mariæ, lib.1. De natura animæ, lib.1. De dotibus eiuſdem, lib.1. Obijt anno 1166.

Eaſtus Græcus, Eremita montis Carmeli, Cyrilli oraculum è Græco in Latinum tranſtulit, lib.1. Huius in interpretatione fidelitatem commendat Ioachim Abbas in epiſtola ad Cyrillum. Claruit anno Domini 1200.

Ebenbitar, vide Abenbitar.

Ebeneſis & Siraſis philoſophorum commentaria in Auitennam, excuſa ſunt Venetijs apud Domitium de Tridino, anno 1547. in folio, cum Auitennæ libro, de Remouendis nocumentis, quæ accidunt in regimine ſanitatis.

Eberhardus Billik, Germanus, prouincialis Carmelitarum per inferiorem Germaniā, ſcripſit iudicium Cleri Colonienſis, lib.1. De ratione ſummouendi præſentis temporis diſsidia, lib.1. Coloniæ apud Caſparum Gennepæum. Atq; alia. Claruit anno 1540. & in colloquio Ratiſponenſi vnus è collocutoribus fuit.

Eberhardus Maynardus, Germanus, patria Maguntinus, Carmelita, ſcripſit inter cætera, de Triplici vita, lib.1. Sermones de tempore, lib.1. Sermones poſt Trinitatem, lib.1. Sermones per aduentum, lib.1. Quadrageſimale quoq; lib.1. Et alia. Claruit anno 1402.

Eberhardus Müller, ſcripſit Annales Tigurinorum: citatur à Nauclero.

Eberhardus Schlüſinger de Gaſmandorf Franconiæ, medicus Tigurinus, ſcripſit de ſtellis cometis, earumq; iudicijs, & ſeorſim de illa, quæ Tiguri, anno Domini 1472. apparuit: item Iſagogicum tractatum in aſtrologiam, præſertim ad electiones, maxime medicas.* Eiuſdem aſſertio contra calumniatores Aſtrolog. in quarto Norimbergæ, anno Domini 1539.

Eberhardus Tappius, Lunenſis, ſcripſit Germanicorum adagiorum cum Latinis ac Græcis collatorum Centurias ſeptem: quas Ribelius Argentinæ excudit, anno 1539. Scripſit etiam Epitomē Chiliadum Eraſmi, impreſſum 1542. Coloniæ apud Ioannem Gymnicum. Item libellum Germanicum de Accipitrum & falconum natura, impreſſum Argentinæ.

Eberhardi Græciſtæ Bitunienſis libri grāmatici in folio impreſſi: Sunt autem carmina de figuris deq; octo partibus orationis, ſicut Alexandri, cū additionibus vel expoſitione Ioan. Vincentij Metulini. Appellant hos libros Græciſmum.

Eberhardus Ratiſponenſis diaconus hiſtoriā quandam conſcripſit.

* Eberhardi Weyndenſee admonitio contra vitium ebrietatis. In 4. Germanice.

Ebubethar quæſtiones viridarij manuſcriptæ extant.

Ebgazzuli de hæreſi Bagadedana ſectæ Machumetanæ magnum opus conſcripſit in ſeptem partes diuiſum, quo eam vt Mahumetanæ ſectæ reformatricem tuetur, vti tradit Ioan. Leo.

Ecdori ſenarij quatuor leguntur apud Stobæum, in ſermone de Ignobilitate.

Ecclius vel Eclius Meliſſus grāmaticus ſcripſit lib. de Propietate loquendi, teſte Priſciano.

Ecephylides citatur à Stephano in Sphacteria.

Echemenis Cretica Athenæus allegat.

Eck ſiue Eccius de Rapkau gloſauit & declarauit ius Saxonicum vernacula Saxonum lingua, ſupra 400. abhinc annos.

Eckhardus primus abbas monaſterij S. Laurētij quod Vraugia dicitur, in Hercynia ſylua, ordinis S. Benedicti, ſcripſit opus inſigne, ad imitationē Boetij gemino ſtylo compactum, quod vocauit Laternam monachorum, in lib. 5. diſtinctum. Chronicon. Sermones quoſdam elegantes, variasq; epiſtolas ad diuerſos. Claruit ann 1130.

Eckhardus natione Germanus, ordinis Prædicatorum, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. in Geneſim lib. 1. in Exod. lib. In librum Sapientiæ lib. 1. in Cantica canticorum lib. 1. In Euangelium Io. lib. 1. Super oratione Dominica lib. 1. In capitulo Prædicatorum lib. poſitionū ſuarum lib. 1. Sermones de tempore, ſermones de ſanctis.

Eckebertus abbas monaſterij S. Florini ordinis D. Benedicti, Treueren. diœceſis, frater D. Elizabethæ, ſcripſit aduerſus hæreſes lib. 1. in principium Euangelij Ioānis lib. 1. ſuper Magnificat lib. 1. ſuper Miſſus eſt angelus lib. 1. De obitu ſororis lib. 1. meditationes lib. 1. ſermones per annum lib. 2. laudes ſaluatoris lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Claruit anno 1160. Quædam ex huius epiſtolis legūtur in Catalogo teſtium veritatis.

Eckebertus clericus Leodien. eccleſ. natione Germanus, ſcripſit metro eleganti, De ænigmatibus ruſticanis lib. 2. & quædam alia. Claruit anno Domini 1060.

Ecphanthæ Pythagorici fragmentum ex libro de Regno, legitur apud Ioannem Stobæum in laude monarchiæ: & alia tria ex eodem libro, in Admonitionibus de regno.

Ecphantidæ fabulam Satyros, Athen. citat.

Edgarus Anglorum rex, edidiſſe fertur ad clerum Angliæ lib. 1. Sanctiones & leges lib. 1. & alia quædam. Floruit anno 975.

* Edmundus Bunnius ſacræ Theologiæ Baccalaureus ſcripſit Inſtitutionis Chriſtianæ religionis Ioannis Caluini compendium, ſimul ac methodi enarrationem. In 8. Antuerpiæ ex officina Ægidij Rhadæi, 1582.

* Emundi Campiani Ieſuitæ, rationes decē, quibus fretus, certamen Anglicanæ eccleſiæ miniſtris obtulit, in cauſa fidei. 8. Antuerpiæ, 1582. Et Ingolſtadij in 12. apud Dauidem Sartorium, anno 1583. In cuius editionis titulo dicitur, hunc authorem nō ita pridem pro Catholica religione in Anglia mortem oppetiiſſe.

Edonis Hilderici S. Theologiæ Doctoris Logiſtice aſtronomica, Witenbergæ 1568. *Eiuſdem carmen de Philippo Melanchthonis optime de ſcholis, Republica, & eccleſia Chriſti merito. 4. Baſileæ ex officina Petri Pernæ, 1580.

Eduuardus III. Anglorum rex, ſcripſit legum Viſmonaſterienſium lib. 1. ad Pontifices Romanos epiſtolas plures. Claruit anno D. 1065.

Eduuardus alius Anglorum rex, edidit Legum popularium lib. 1. Immunitatum lib. 1. Priuilegiorum Viſmonaſterienſium lib. 1. ad epiſcopos Romanos epiſtolas plures. Floruit anno Domini 1377.

Eduardus VI. Anglorum rex maximè pius, ab ipſis incunabilis Latinæ & Græcæ eloquentiæ ac bonis artibus operam nauauit. Is tanquam alter Ioſias verum Dei cultum, idololatria ſuperſtitionesq; pulſis fugatisq; reſtituit. Eo die quo in regem coronandus erat, oblati ſunt ei tres gladij, in ſignum quod trium regnorum Angliæ, Franciæ, & Hyberniæ monarcha eſſet, optimus Rex vnum adhuc deeſſe dixit, interrogatus quiſnam ille eſſet. Reſpondit eſſe volumen ſacrorum Bibliorum. Ille liber, inquit, gladius ſpiritus eſt, & gladijs his omnibus longè anteferendus, ſcripſit Comœdiam de Meretrice Babylonica lib. 1. Ex auditis concionibus lib. 1. Obijt autem ſanctiſſimus Rex non ſine ſuſpicione veneni, anno 1553. ſexta Iulij, & ætatis ſuæ anno 16. Baleus.

Eduuardus Dux Somerſeti, comes Hertfordiæ, &c. ad Scotos Latine & docte edidit adhortationes ad pacem amplectendam lib. 1. ad nobilitatē Scotiæ epiſt. 1. & alia nonnulla. Floruit āno Domini 1548.

Eduuardus Braynewode Londinenſis ſcriba, collegit ſui temporis, Virorum illuſtrium res geſtas, lib. 1. Obijt anno 1556. Baleus.

Eduuardus Dynley nobilis carmelita Latinè congeſſit Sermones viginti quatuor lib. 1. Claruit anno D. 1450. Baleus.

Eduuardus Foxus Epiſcopus Herefordenſis, inter cætera multa ſcripſit, Vtriuſq; poteſtatis differentiam, lib. 1. Annotationes in B. Mantuanum, lib. 1. Orationes & Epiſtolas, lib. 1. Claruit anno Domini 1530. Baleus.

Eduuardus Halle Anglus, ſcripſit, Chronicon ad regem Henricum, quod vocabat, Earundem familiarum vnionem lib. 8. Claruit anno Domini 1546.

Eduuardi Henryſonis Scoti, Commentatio in tit. 10. libri 2. Inſtitutionum Iuſtinia. Lutetiæ Vaſcoſanus 1556. Idem Henryſo ſcripſit libellum de Iuriſdictione pro Eguinario Barone aduerſus Goueanum. Tranſtulit etiam ex Plutarcho librum Contrariorum Stoicorum, & Conuiuium ſeptem Sapientum. Lugduni in 8.



Digitized by Google

Eduuardus *Leus Anglus, ſcripſit quædam aduerſus D Eraſ. Rot. annotationes in nouum Teſtamentum: quæ excuſa ſunt Moguntiæ* 1520. *& eodẽ anno Baſileæ apud Ioannem Frobenium, cum confutatione reprehenſionum Lei per D. Eraſmum, rixis & inuectiuis prolixioribus omiſſis. Scripſit præterea exhibita quædam in Conſilio Cæſareo, impreſſa. Eiuſdem Epicedia aliquot clarorum virorum ſcripta, impreſſa. Claruit anno* 1544.

Eduuardus *Pouuell Britannus, ſcripſit, Aduerſus doctrinã Lutheri, lib. 1. Tandem anno* 1540. *ſuſpenſus fuit. Baleus.*

Eduuardus *Seymour Herefordiæ comes, Eduardi ſexti Anglorum Regis auunculus, in Londinenſi turri captiuus Caluini opus De conſolatione in aduerſis, lib. 1. in anglicum ſermonem conuertit. De cruce ferenda quoq, lib. 1. Prope prædictam turrim decollatus fuit mitiſſimus princeps* 1552. *Bale⁹.*

Eduuardus *Vualshæ, illuſtris generis Hybernus, in Anglico ſermone ſcripſit De officijs pugnantium pro patria, lib. 1. Vt Hybernia per Dei verbũ reformetur, lib. 1. Claruit anno* 1550. *Baleus.*

Edoardus *Vueidenſehe de ſtatu infantum, qui abſque baptiſmo moriuntur.*

Edoardi *Vuottoni Oxonienſis De differentijs animalium lib. 10. excuſi Lutetiæ Pariſiorum apud Vaſcoſanum anno* 1552. *in fol. chartis* 123. *Primo autem libro generatim explicatur quibus modis conſtituantur animalium differentiæ & præterea animalium partes recenſentur. Secundus ea ſpeciatim docet à quibus colligi debent animalium differentiæ.* 3. *continet animalium ſanguine præditorum differentias.* 4. *hominis differentias.* 5. *animalium quadrupedum viuiparorum.* 6. *quadrupedes ouiparas et ſerpentes.* 7. *auium differentias.* 8. *aquatilia ſanguine prædita, piſcium & Cetorum genera.* 9. *animalium exanguium differentias continet: & priuatim inſectorum.* 10. *continet differentias exanguium aquatilium, ſcilicet mollium, cruſtaceorum, & teſtatorum quæ zoophyta appellantur.*

Effrenos *vir pius ac futurorum præſcius, ſub Antipatro Iudæorum rectore, Carmelũ Phœniciæ montem inhabitans, à diſcipulis rogatus, Emerentiæ mulieris D. Annæ matris vitam literis mandauit, lib. 1. Claruit anno* 40. *ante Chriſtum natum.*

Efraem, *vel Effrem, vide Ephræm.*

Egbertus *Archiepiſcopus Eboracenſis, congeſſit pro Diſcipulorum eruditione lib. 1. Homiliarum & lectionum lib. 1. ad ſuæ prouinciæ ſaccrdotes lib. 1. ad Zachariam pro pallio epiſtolam, et alias ad diuerſos. Claruit anno* 760.

Egbertus *Lindisfarnenſis epiſcopus ad Bedæ epiſtolam reſcripſit Gratificationis reſponſo, lib. 1. Claruit anno Chriſti* 730. *Baleus.*

Egbertus *Monachus, Auſtralium, ſeu Sudoſaxonum proles, ſcripſit de ritibus Catholicorum lib. 1. conciones varias. Claruit anno* 729.

Egelnotus *Archiepiſcopus Cantuarienſis eccleſiæ in Anglia, ſcripſiſſe dicitur opus in laudem ſanctæ Mariæ lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. & quedam alia. Claruit anno* 1030.

Egemon *Characenus verſificator, bellum Leuctricum, Thebanorum & Lacedæmoniorum ſcripſit Stephanus.*

Egeſias *Maronites ſcripſit de agricultura libros, teſte Varrone.*

Egeſippus, *vide Hegeſippus.*

* Egidij *Baſſinmatis ſententiæ verè aureæ. Antuerpiæ anno* 1534. *in* 8.

* Egidij *Carlerij Pariſien. reſponſio ad ſecundum articulum Bohemorum, De punitione peccatorum publicorum, cum ipſius replica, facta in concilio Baſilien. in fol. Manuſc. bibl. Imper.*

* Egidij *Coroſeti Pariſienſis catalogus ciuitatũ, fluminum ac fontium in Gallia, Celtica & Aquitanica ædificatarum. Lugduni, Gallicè in* 16.

Egidius *Ricardus ſcripſit de functione apoſtolicá, De regno Chriſti, De gloria Hieroſolymæ, De dignitate hominis, De eccleſiaſtica vnione, De ſacerdotali dignitate, De diuinæ uocis uirtute, De ſapientia ſpiritus, De inſtrutabilibus Dei vijs, De fœcunda eccleſiæ ſterilitate. Libri excuſi ſunt Venetijs, anno* 1540.

Eginhardus *vel Einardus cancellarius Caroli Magni Imperatoris, natione Germanus, & poſtea monachus ordinis diui Benedicti, imitatus Bedam, qui abbreuiauit Hebraicum Pſalterium, excerpendo de illo omnes verſus verba orationis habentes: abbreuiauit & ipſe Gallicanum Pſalterium, excerpens de eo omnes verſus verba orationis habentes. Scripſit etiam tam ex perſona ſui quam Imperatoris, Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Hiſtoriam temporum lib. 1. Caroli Magni vitam & geſta eius: quanquam non deſunt qui Alcuino id opus adſcribant: impreſſum autem eſt Baſileæ* 1532. *cum Vuidechindo & alijs quibuſdam hiſtoricis. Eius, qui deſiderabantur, aliquot libri, de Caroli Magni aduerſus Chabam Hunnorum regem expedicione in Pannoniam ſuſcepta, extant Viennæ Auſtriæ apud Wolffgangum Lazium.*

Egnatius, *vel vt alij legunt, Ignatius, Conſtantinopolitanæ vrbis diaconus, duorum patriarcharum Taraſij & Nicephori vitas verſu edidit, & epiſtolas funebresq; elegias. Iambos etiam in Thomam Ancarten, hoc eſt tyrannum qui in principem coniurauerat: ea vero inſcribuntur* τὰ κατὰ Θωμᾶ.
*Scripſit & alia, inter quæ extat carmen anacreontium in Anaſtaſium Appionis patrem ſcriptum.*

Egnatius *de rerum natura libro primo citatur à Macrobio.*

Eguinarius *Baro I.C. ſcripſit de diuiduis et indiuiduis obligationibus, ſeu ſtipulationib. Gryphius impreſſit Lugduni,* 1542. *& Wechelus Pariſijs, qui alium quoq; huius authoris librum, De ſeruitutibus, publicauit. Idẽ et in Pandectas, et Inſtitutiones commentaria edidit. Item quæſtiones de iuriſdictione, quas Gryphius excudit Lugduni,* 1584. *Scripſit etiam in Quintiliani oratorias inſtitutiones, tabulas, vniuerſam dicendi ratione quodã quaſi faſce complectentes, excuſas Pariſiis octern.* 4. *Itẽ ad Digeſta ſeu Pandectas manualiũ lib.* 7. *Lutetiæ apud Vaſcoſanum* 1556. * *Conſuetudines feudorum ſeu de beneficijs in* 8. 1574.



Digitized by Google

Eguuinus *Wiccius, nobili apud Angloſaxones Merciorum regum genere natus, monachus Benedictinus, ſcripſit de primordijs ſui cœnobij lib.1. De ſuis apparitionibus lib.1. vitam Adelmi epiſcopi, & alia quædam. Claruit anno 715.*

* Eiſtettenſis *Epiſcopi & aliorum clericorum ſtatuta Synodalia, in fol. in membrana ſcript.*

Elacſani *cuiuſdã liber de fide Mahumetana.*

Elandus *Dialecticus Oxonienſis Academiæ ſophiſta, concinnauit Concluſiones Dialecticas, lib. 1. Baleus.*

Elbodus *præſul Venedotarum Archiepiſcop. ſcripſit de ratione Paſchæ, lib.1. Hiſtoriam ſui temporis, lib.1. Claruit anno 610. Baleus.*

Elchutus *Morganenſis, nobiliſſimi Britannorum generis auratus eques, cõtexuiſſe dicitur ſuper quæſtione ad Samſonem epiſt. ad Iſanum Atroclũ epiſt. & alia plura. Claruit anno 520.*

Elephantis, *quæ & Elephantine à Græcis vocatur, impudicos libellos ſcripſit, quibus varia concubitus genera complectitur, de quibus Martialis, Et molles Elephantidos libelli. Meminerunt eius Plinius lib. 28. Tatianus aduerſus gentes, Suidas & alij.*

Elerius *Cambrius, ſcripſit vitam Wenefridæ, lib.1. Claruit anno 660. Baleus.*

Eleutherij *Papæ decreta, cum reliquis Pontificijs decretis excuſa Coloniæ.*

Eleutherius *Byzenus triumphum in Cop. victoriam ſcripſit.*

Eleutherius *Doreeſtrius Anglus, Viſoſaxonum epiſcopus, De origine cœnobij Malmeſburienſis ſcripſit. lib.1. Obijt anno 678. Baleus.*

Elharid *Ibnu Eſed à Bagadedo, annis poſt Machometum circiter 180. nouam hæreſim in Machumetana ſecta introduxit, de qua egregium ſcriptum diſcipulis ſuis reliquit, vt Ioannes Leo refert.*

Elias, *nomen proprium Hebraicum, ſine aſpiratione. Græci tamen & Latini eos ſecuti, ferè aſpirant.*

Elias *Andreas, Anacreontis carmina, eodem fere verſuum genere in Latinam linguam conuertit, Pariſijs excudit Morelius in 8. Geneuæ Hen. Stephanus in 16.*

Elias *Capreolus ſcripſit chronica de rebus Brixianorum, Brixiæ impreſſa per Arundum de Amindis. Scripſit etiam defenſionem ſtatuti Brixianorũ, de Ambitione & ſumptibus funerum minuendis, accuſantibus fratribus ſancti Dominici. Liber excuſus eſt Brixiæ, per Ioannem Antonium. Elias Capreolus (idem forte cum ſuperiori) ſcripſit librum de confirmatione fidei.*

* Eliæ *Coruini Ioachimi libri duo poematum in 8. Lipſiæ 1568. Eiuſdem fundamentũ totius ſcripturæ carmine ſcriptum, & D. Maximiliano II. dicatum in 4. bibl. Imperat.*

Eliæ *Cretenſis antiſtitis Commentariorum libri 19. in totidem Nazanzeni orationes, cum operibus Nanzazeni excuſi ſunt Latine Ioan. Leunklaio interprete: Baſileæ in officina Heruagiana.*

Eliæ *Hebræi Cretenſis, Quæſtiones de primo motore, de efficientia mundi, de eſſe, eſſentia & vno. Annotationes in plurima dicta commentatorũ. Opus impreſſum Venetijs 1506. cum alijs quibuſdam, ſermone barbaro.*

Elias *Leuita Iudæus, in Germania natus, Hebraicæ linguæ Grammaticus doctiſſimus, ſuperiore anno Venetijs obijt. Omnia eius Hebraica ſcripta Sebaſtianus Munſterus Latina fecit, vt infrà dicetur: ſunt autem hæc, quæ nos hactenus vidimus: Grammatica Hebræa, cum interpretatione Latina Sebaſtiani Munſteri: excuſa Baſileæ in officina Froben. Hebraicæ inſtitutiones, inſcriptæ Capitula Cantici, ſpecierum, proprietatum, & officiorum: in quibus agitur de literis, punctis, & quibuſdam accentibus, cum Sebaſtiani Munſteri interpretatione Latina è regione. Vocabula Hebraica irregularia, quæ vel ordine, vel coniugatione, aut tempore tom ponuntur, pulchrè explicata, atq; in ordinem alphabeticum digeſta, & per Sebaſtianum Munſterum in Latinam linguam verſa. Henricus Petrus excudit Baſileæ, 1536. Compoſita verborum & nominum Hebraicorum, opus editum Romæ, & nuper per Sebaſtianum Munſterum Latinitate donatum, excuſum Baſileæ apud Ioannem Frobenium, 1525. Hebraicum Dictionarium vocum rariorum & peregrinarum, quod inſcripſit Thiſbites, in quo 712. vocum, quarum aliæ ſunt Hebraicæ, aliæ Chaldaicæ, Arabicæ, Græcæ, & Latinæ, quæq; in Dictionarijs non facilè inueniuntur, & à Rabinis tamen Hebræorum in ſcriptis ſuis paſſim vſurpantur, origo, etymon, & verus vſus doctè explicatur: excuſum Iſnæ in A'gauia, 1541. apud Paulũ Fagium. Idem opus, ibidem excuſum Latinitate donatum per Paulum Fagium. Accentuum Hebraicorum liber. Item liber Traditionum, cui vberrima acceſſit præfatio, quæ totam Hebraicæ linguæ explicat rationem, traditq; ea quæ Grammaticæ hactenus deeſſe videbantur. Ex his multa Latine ſunt reddita per Sebaſtianum Munſterum, præſertim ea quæ inexercitatum lectorem iuuare poterunt. Henricus Petrus excudit Baſileæ, anno Domini 1539. Commentarium in Grammaticam Rabbi Moſche Kimhi, Sebaſtiano Munſtero interprete: impreſſum Baſileæ apud Cratandrum, anno 1531.*

Elias *Nicolaus Amerbachius edidit quædam in Muſicis, Tabulaturam, vti vocant, Organorum. Lipſiæ anno D. 1571.*

Elias *orientalis, ſcripſit de geometria Hebraice librum, nondum impreſſum.*

Eliæ *Palingenij (videtur autem nomen eſſe fictum) Dipnoſophiſticæ Tragœdiæ procataſtrophe, tractans & explicans controuerſiam de Cœna Domini. Geneuæ 1569. in 8. * Elenchus ſanæ de Euchariſtia doctrinæ atq; fidei ab incommutabili tam ſententiarum quam connexionum veritate inſtructus ad Auguſtini præſcriptum. 8. Heidelbergæ 1575.*

Elias *Pandocheus, Vide in Guilielmo Poſtello.*

Elias *Regnier, iureconſultus celeberrimus, ſcripſit caſus ſexti decretalium, lib.1. Caſus Clementinarum lib.1. Vixit anno Domini 1494.*

* Elias

Digitized by Google

* Elias *Schadius paſtor eccleſiæ Argentinenſis ſcripſit ſermonem de Iudæorum priſtina dignitate, incredibili ingratitudine & horrenda pœna: atq; quorundam conuerſione: deq; ceremonijs in baptiſmo Iudæi adoleſcentis anno 1581. obſeruatis Germanicè in 8. Argentinæ 1582.*

Elias *Vinetus ſcripſit ſcholia in Theognidis Megarenſis ſententias Elegiacas, quibus & difficiliora loca explicantur, & deprauata hactenus caſtigantur. Excuſa ſunt cum Theognide à Iacobo Schegkio Latino carmine expreſſo, apud Ioannem Oporinum Baſileæ, anno 1550. Item notas in Auſonij librum de claris vrbibus. In Solinum, Florum, Perſium, Eutropium, Sex. Victorem, alioſq; auctores quos ille emendatiores edidit, Pictauij, &c. Engilbertus Marnefius: quidam horum etiam poſtea Baſileæ excuſi ſunt. E Græco vertit Pſelli mathematica & Proclum de ſphæra. Pariſiis G. Cauellat. anno 1557.*

R. Eliezer *magni filij Hircani capitula tranſtulit Conradus Pellicanus. Eiuſdem ſemitarium vitæ impreſſum eſt Venetijs. Fuit contemporaneus Onkelo, vnus ex ſapientibus Miſchne.*

Eligij *Vergerij Calendarium, hoc eſt libellus in quo quid ſingulis cuiuſque menſis diebus conſtitutum ſit breuiter traditur, vnà cum manibus & figuris neceſſarijs, excuſum Lugduni apud Principem, anno Domini 1544. Eiuſdem Grammatica, excuſa in octauo.*

Elidis *grammatici veteris commentarius citatur à Gellio lib. 13. cap. 14.*

Eliphandus *Toletanus epiſcopus quædã ſcripſit pro hæreſi Feliciana. Aduerſus hunc ſcripſit Paulinus Aquileienſis.*

Eliſabeth, *nomen proprium fœmininum: vide Heliſabet, cum aſpiratione.*

Eliſabetha *Anglorum Regina, Henrici octaui Anglorum Regis filia, optime inſtituta ac multis linguis ornata, è Græco ſermone traſtulit in Latinum Iſocratis orationem ad Nicoclem de regno, lib. 1. Tertiam orationem eiuſdem, lib. 1. in anglicũ è gallico vertit. Meditationes Reginæ Nauarræ, lib. 1. Floret anno 1570. Baleus.* * *Eiuſdem liber precum publicarum ſeu miniſterij Eccleſiaſticæ adminiſtrationis Sacramentorum in Eccleſia Anglicana in 4. Londini.*

Eliſabetha *abbatiſſa multas orationes ad ſui conuentus ſorores conſcripſit, opuſq; de vijs quibus itur ad Deum, Epiſtolas. Scripta eius Pariſijs cum præfatione Fabri impreſſa ſunt. Vixit anno 1150.*

Eliſabeth *reginæ Hiſpaniarum tabulæ aſtronomicæ extant. Vide in L. Gaurico.*

* Eliſabethæ *reginæ Poloniæ de inſtitutione regij pueri, codex M.S. in 8. bibl. Imperat.*

Eliſius *Calentius poeta clariſſimus, ſcripſit Elegiarũ Aurimpiæ ad Colotium lib. 4. Epigrammaton libellum. Epiſtolarum ad Hiaracum lib. 3. De Hectoris horrenda apparitione lib. 1. De bello ranarum & murium lib. 3. Satyram contra poetas. Satyram ad Longum, quod non ſit locus amicitiæ. Carmen nuptiale, & nouam fabulam. Hæc ſimul impreſſa ſunt Romæ per Ioannem à Beſiken, anno Domini 1503. Eiuſdem epiſtolas Ioannes Oporinus excudit, in farragine epiſtolarum Laconicarum, anno Domini 1554.*

Elken *citatur in Tacuinis in Elluchaſem medici.*

Elluchaſem *Elimithar medici de Baldach, filij Hadadum, filij Ducellani, Tacuini ſiue Tabulæ ſanitatis tuendæ, iuxta ordinem ſex rerum naturalium, cum correctionibus & facultatibus earum deſcriptæ. Argentinæ apud Ioannem Scotum, 1531.*

Elmerus *Cantuarienſis Monachus ſcripſit Homilias eruditas, lib. 1. Exercitia vitæ ſpiritualis, lib. 5. De bono vitæ clauſtralis, lib. 1. Recordationes beneficiorum Dei lib. 1. Contra huius mundi miſerias, lib. 1. De inquiſitione Dei, lib. 1. De abſentia vultus Dei, lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. Vixit anno D. 1130. Baleus.*

Eluanus *Aualonius Britannorum magiſter, & doctor, ſcripſit de origine Eccleſiæ Britannorũ. Claruit anno D. 170. Baleus.*

Eluodugus *Probus Britannorum magiſter, ſcripſit Hiſtoriam Britannorum lib. 1. Claruit anno 590. Baleus.*

Emanuelis *Acoſtæ, Luſitani, Commentarius rerum à ſocietate Ieſu in oriente geſtarum ad annum vſq; 1568. recognitus & Latinitate donatus. Acceſſere de Iaponicis rebus epiſtolarũ libri quatuor. Dillingæ 1571.*

Emanuelis *Almadæ epiſcopi Angrenſis liber contra Gualterum Haddonum Anglum.*

Emanuelis *Aluari Luſitani, Ieſuitæ, De conſtructione octo partium orationis. Dillingæ anno Domini 1572.* * *De inſtitutione grammatica libri tres, quorum primus etymologiam, ſecundus ſyntaxin, tertius proſodiam complectitur. 8. Dillingæ. 1574. & Venetijs 1580.*

Emanuel *Coſta ſuper 1. FF. veteris in tit. de reſtitutione in integ. In l. Gallus. Super 2. Infortiati de conde. & dem. l. cum tale. parag. ſi arbitratu: item interpretatione ſolutæ circa cond. & dem. Super 1. C. De non nu. pec. l. ſi ex cantione.*

* Emanuelis *Moſcho eclogæ Atticarum dictionum. In fol.*

* Emanuelis *Paleologi, principales inſtitutiones ad Ioannem Paleologum filium, de principis inſtitutione, in quibus varia, de virtute, de bono & malo, de proæreſi, ſiue libera voluntate & propoſito, de voluptate, de humilitate animi; in folio. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.*

Emanuelis *Regis Portugaliæ de victorijs in India habitis. In fol.*

Emanuelis *Soarel annotationes in commentarios Antonij Gomezij. Venetijs. Forte idem cum Eman. Seartz.*

Emanuelis *Seartz à Ribeira Theſaurus receptarum aut ſententiarum Iuris vtriuſq; quas communes opiniones vocant. Venetijs 1568. in 8. & Coloniæ 1569. & Francofurti eodem anno.*

Emanuel *Tremellius Theologiæ doctor & profeſſor in ſchola Heidelbergenſi, ſcripſit grammaticam Chaldaam & Syram, Henr. Stephanus*

Digitized by Google

Geneuæ 1569. excudit in quarto. Edidit etiam Teſtamentum nouum Græce, Syriace, cum gemina tranſlatione Latina, in cuius operis calce grammatica Chaldæa & Syra adiecta eſt. Ibidem in folio regali impreſſum. Scripſit etiam in quoſdam prophetas. * Veluti in Hoſeam Interpretationem & enarrationem vnà cum aliarum tàm veterũ quàm recentium interpretationum examine & iudicio: vnde earum errores non modo facile poſſint animaduerti, ſed fontes ipſi ex quibus fluxerint certò comperiri & penitus inſpici à quouis queant. Geneuæ excudebat Barbirius & Courteau, anno D. 1563. Idem cum Francisco Iunio, Biblia ſacra veteris teſtamenti, recens ex Hebræo tranſtulit, breuibusq́ ſcholijs illuſtrauit, fol. Francof. apud Andreã Wechelium. Edidit Martini Buceri prælectiones in Epiſtolam ad Epheſios. Baſileæ apud Petrum Pernam, anno 1562.

Emerici Coloſuanni de matrimonio Sigiſmundi Auguſti Poloniæ regis ad equites oratio, excuſa eſt Cracouiæ à Lazaro Andrea, ãno Domini 1553. octernionibus 2.

* Emerici Kratzer, Aſſertiones ex vniuerſa logica. in 4. Ingolſtadij 1579.

Emicho abbas Schonaugienſis cœnobij, ordinis Benedict. Treuerenſis, diœceſis, Eckeberti abbatis quondam auditor, ſcripſit tam metro quàm proſa multa præclara opuſcula, è quibus legi tantum, de laudibus diuæ virginis Helizabeth Schonaugienſis. Item ſermones multos & varios. Et quædã alia minora non inutilia. Claruit circa annum Domini 1200. Tritt. de ſcript. Germaniæ.

Emondi Augerij Societatis Ieſu Theologi, Catechiſmus, id eſt Catholica iuuentutis Chriſtianæ inſtitutio Lutetiæ anno 1569. in decimoſexto. Idem Martialis Epigrammata, ab omni rerum obſcœnitate, verborũq́ turpitudine vindicauit. Antuerpiæ Plantinus anno Domini 1568. in 8.

* Emondi Boullæi Fecialis ducis Lotharingiæ, genealogiæ ducum Lotharingiæ. Pariſijs in 8. Gallicè, anno 1549.

Emondus Dinterus, ſcripſit Genealogiam ducum Burgundiæ, Brabantiæ, Flandriæ, Hollandiæ, &c. ab Hectore Troiano ad Carolum V. vſque. Libellus impreſſus Francofurti.

Emondus monachus Canthuarienſis in Anglia, ordinis S. Benedicti, Anſelmi archiepiſcopi quondam auditor, ſcripſit de diſcordia, quæ fuit inter Guilielmum Anglorum regem, & ſanctum Anſelmum Cantuarienſem archiepiſcopum, de libertate eccleſiaſtica lib. 1. Vitam eiuſdem Anſelmi lib. 1. & quædam alia. Claruit anno D. 1120.

Empedoclis Agrigentini vitam & ſcripta Suidas recenſet, & aliquot carmina. Apud Græcos interpretes Ariſtotelis phyſicorum, videor mihi frequenter Empedoclis verſus citatos legiſſe. Vide etiam Suidam. Scripſit Empedocles de rerum natura carmine libros tres, Hymnos naturales, Tragœdias, Perſica de Xerxis Perſarum regis tranſitu in Græciam. Prooemium in Apollinem.

Empedocles iunior, prioris ex filia nepos, docuit tragœdias quatuor & viginti.

Empedoclis Errantium & inerrantium ſtellarum ſphæra lib. 1. Græce habetur in bibliotheca Strozæ.

Empedotimus ſcripſit de phyſica auſcultatione: de quo Apoſtata in Saturnalibus, Nos Empedotimo & Pythagoræ credimus, & ijs quæ inde accepit Heraclides Ponticus.

Emphanes in [illegible] citatur à Stephano de vrbibus, in Parnes.

Empodi ἀπομνημονεύματα citantur ab Athenæo.

Emporij rhetoris liber de Ethopœia & loco communi, præcepto materiæ demonſtratiuæ, & de ſpecie deliberatiuã, cum alijs antiquorum aliquot rhetorum opuſculis, impreſſus eſt Baſileæ apud Frobenium, & Louanij.

Encolpius hiſtorias Traiani atque Alexandri Seueri Imperatorum deſcripſit, teſte Ælio Lampridio.

Engelbertus abbas cœnobij Admontenſis, ordinis ſancti Benedicti, natione Germanus, ſcripſit Sermones elegantes lib. 1. De vitijs & virtutibus lib. 1. & alia nonnulla. Eius ad Othonem & Albertum Auſtriæ & Stiriæ duces, De principis Chriſtiani inſtitutione liber, extat Viennæ Auſtriæ apud Wolffgangum Lazium. Eiuſdem de ortu & fine Romani imperij cum Gaſpari Bruſchij præfatione impreſſus eſt Baſileæ à Ioanne Oporino, anno Domini 1553. in octauo. Idem ſcripſit in pſalmum, Beati immaculati, &c. prolixum commentarium. De articulis fidei opus. De paſſione Domini, ac myſterio crucis. De corpore Chriſti. De gratia ſaluationis ac iuſtitia damnationis, de libero arbitrio. De ſummo hominis bono, de prouidentia Dei, de miraculis Chriſti, de ſtatu defunctorum. Super Euangelium, In principio erat verbum, tractatus memorabiles. Item alia plura philoſophica, phyſica, & moralia, quæ in monaſterio Admontenſi ſeruantur.

Engelberti Fabri liber de via eundi ad verã Hieruſalem. Heidelbergæ in 8. Germanice.

Engelhartus Funck de Schwobach, Francus orientalis, carmine elegiaco ſcripſit de laude patriæ ſuæ lib. 1. De anulo ſibi donato carmen lib. 1. Carmen de morte Cardinalis S. Marci. Epiſtolas plures ad diuerſos. Epigrammata varia. Et alia complura. Claruit anno D. 1494.

* Engentini commentaria in Auli Perſij Flacci Satyrius ſex, in quarto Baſileæ, anno Domini 1582.

Enguerranus de Monſtrelet, Gallus, ſcripſit Gallicam hiſtoriam, ab eo tempore quo Froſſardus deſijt, ad ſua tempora.

Ennius, Vide Q. Ennius.

Enochus de Anathim, ex Chriſti diſcipulis vnus, quia Baptiſtam ſepelierat, Ioannes ſenior dictus fuit, hic poſt aſcenſionem Domini, ab Apoſtolis Nicopolim miſſus, legem & prophetas expoſuit ad Chriſtum omnia referens, ſcripſitque quaſdam ad gentes epiſtolas. Obijſſe fertur anno Domini 64.

Enochus de Hieruſalem, Eremita montis Carmeli,

meli, Hebraice ac Latine peritus, ſcripſit D. Angeli, cuius comes erat, vitam & martyrium, libro 1. Claruit anno Domini. 1220.

Enochi librum Guilielmus Poſtellus inuenit.

Enodij Diaconi liber aduerſus calumniatores Synodorum duarum ſub PP. Symmacho habitarum, impreſſus eſt 2. tomo Conciliorum.

Ennodij Papæ decretà cum cæteris Pontificijs leguntur.

Ennodij opera pleraq; edita ſunt inter Orthodoxographa, poſtrema editione, 1569. Vide infra Euodius epiſcopus.

Entisberi regulæ (Grammaticæ opinor, & barbaræ) impreſſæ olim in Italia.

~~Eographij veteris grammatici fragmentum commentariorum in Terentij Comœdias, impreſſum Florentiæ apud Iuntas 1569. cum Gabrielis Faerni in eaſdem Emendationum libris.~~

Epæneti Opſartytica, & liber de piſcibus, citantur ab Athenæo: arbitror autem vnum idemq́ue ſcriptum eſſe, nam eadem verba duobus titulis citantur. Idem de oleribus ſcripſit, vt teſtatur Scholiaſtes Nicandri in Theriacis: niſi fortè hæc quoq; Opſartyticorum pars eſt.

Epagatus liberalium artium profeſſor, commemoratur ab Eunapio.

Epaminondæ ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Marcelli.

Epaphroditus ſcripſit commentaria in Homerum, ex quibus quædam deſcripſit Stephanus de Vrbibus, vbi de Pannonia, meminit etiam Beatus Rhenanus lib. 1. rerum Germanicarum.

Epaphroditi & Vitruuij Ruſi architectonica lib. 1. extat in Italiæ bibliothecis manuſcriptus, vt Scipionis Tetti catalogus indicat.

Ephippus Athenienſis, comicus mediæ Comœdiæ, eius fabulæ citantur ab Athenæo. Diana. Buſiris. Geryon. Εμπολὴ auctio. Ephebi. Circe. Cydon. Naufragus. Similes ſiue Verua geſtantes. Peltaſtes. Sapho. Philyra.

Ephippi Olynthij liber de Alexandri & Hephæſtionis morte, citatur apud Athenæum.

Ephippi cuiuſdam ſcripta citantur apud Plinium, qui in librum 12. & 13. Naturalis hiſtoriæ quædam ex illis tranſtulit.

Ephiſtus Chymicus ſcriptor, ab Hortulano philoſopho citatur.

Ephodij cuiuſdã herbarum vocabula ex omnibus Græcis collecta, in Gallia, in bibliotheca Regia.

Ephorus Cumanus (ex Cuma Æoliæ) Demophili filius, Iſocratis òratoris auditor, hiſtoricus: habuit filium Demophilum hiſtoricum, vixit Olympiade nonageſima tertia, vt etiam Philippi Macedonis regnum anteceſſerit. Scripſit hiſtoriarum ab Ilij expugnatione, Troianoq; bello vſque ad ſua tempora lib. 30. De bonis & malis lib. 24. Rerum paſſim admirabilium lib. 15. Quid quiſque inuenerit lib. 2. & alia. Suidas, apud quem male Ephippi nomen pro Epharo ſcriptum eſt.

Ephorus Cumanus, hiſtoricus, iunior, ſcripſit Galeni hiſtorias libris 27. Corinthiaca de Aleuadis, & alia quædam. Suidas.

Ephraim, vel Efræm, eremi cultor inſignis, ſcripſit Syro ſermone opuſcula, ex quibus apud Latinos inueniuntur, De ſpiritu ſancto lib. 1. De compunctione cordis lib. 1. De contritione cordis lib. 1. De pœnitentiâ lib. 1. De luctaminibus ſeculi lib. 1. De die iudicij lib. 1. De reſurrectione lib. 1. De beatitudine animæ lib. 1. De cogitationibus homil. 1. De prædicatione dura homil. 1. De celebratione myſteriorum homil. 1. Planctus ſuper Ediſſenam vrbem lib. 1. Plures etiam ſcripſit ſermones. Orationem in laudem fletus, et vituperationem riſus. Aſcetica ad monachos Ægypti. De patientia epiſtolam. Sermones 19. Effrem, Ambroſio Camaldulenſi interprete, impreſſi ſunt Argentorati apud Matthiam Shurerium, anno Domini 1509. quaternionibus viginti quatuor. Sunt autem hi, de pœnitentia, de charitate, de iudicio & reſurrectione, de monaſtica vita & exercitatione, Ridendum non eſſe ſed lugendum, Ad animam negligentem, de ſanctiſſimis quibuſdam patribus qui illo tempore requieuerant. De monachi armatura, & quod eum oporteat ceu militem ſemper in acie ſtare, de pœnitentia & conuerſione, de ſecundo aduentu Domini, de timore Dei admonitio, de anguſtia quà premitur anima, cum ex pugna contra ſe hoſtis infirmior fit, de compunctione, de paſſione Domini, Ad eos qui filij naturam ſcrutari voluerunt, de Antichriſto, de virginitate, de laudibus martyrum. S. Ioſephi patriarchæ laudatio. Conciones Ephraim Græce extant apud illuſtriſſimum D. Diegum Hurtadum à Mendozza. Sermo de meretrice, & Opuſculum ad monachos quomodo ad Deum accedendum ſit media nocte, Græce ſeruantur in bibliotheca Regis Gallorum. Quædam etiam eius opuſcula Dillingæ edita ſunt, Petro Franciſco Zino interprete. Claruit anno Domini 380. * Ephraim varia opera theologica: Græce manuſcripta, habentur in bibliotheca Imperatoris Viennæ in folio & quædam in quarto. Eius & anonymi cuiuſdam libri de virtutibus & vitijs, vt de animi humilitate, de fide, de veritate, de temperantia, de pietate, de nequitia, ſiue malitia, de malignitate, ſiue mala conſuetudine, in quarto. M.S. bibl. Imperat. Viennæ. Eiuſdem Homiliæ ſacræ, de varijs religionis capitibus, in 4. M.S. bibl. Imperat. Viennæ. Eiuſdẽ ſermo ψυχωφελὴς in quarto. Manuſcripta bibl. Imperatoris Viennæ. * Ephraim Syri Eremitæ omnia opuſcula. Coloniæ anno 1547. in 8.

Ephraem alius Græcus, ab hinc annos ducentos, qui vitas principum Conſtantinopolitanorum Iambico carmine ſcripſit, quod opus in bibliotheca Vaticana cernitur. Volaterranus libro decimo quinto Vrb. comment.

Epicadi hiſtorici liber trigeſimus ſextus citatur à Chariſio.

Epicharmus Siculus, ex Craſto vrbe, vt Suidas & Stephanus tradunt, Comicus, vna cum Phormo comœdiã inuenit, edidit fabulas quinquagintà duas, aut vt Lycon ait 35. Quidam Coum tradunt, ex ijs qui cum Cadmo in Siciliam migrarint, alij

Digitized by Google

*Samium, alij Siculum Megarenſem. Fuit ante Perſicum bellum annis ſex. Suidas. Ex eius fabulis hæc nomina ſuperſunt apud Athenæum. Ruſticus. Alcyon. Atalantæ. Bacchæ. Buſiris. Terra & mare. Dionyſæ. Spes vel Plutus. Feſtum. Hebes nuptiæ.* [illegible] *Conſultores. Cyclops. Comaſtæ comeſſatores. Megaris. Muſæ.* [illegible] *Vlyſſes transfuga. Vlyſſes naufragus. Orya ſeu inteſtina. Perialus. Pyrra aut Prometheus. Sirenes. Sphinx. Philoctetes. Eiuſdem orationem ad Antenorem citat Plutarchus in vita Numæ. Citantur etiam apud Stobæum Epicharmi carmina. Laertius libro 8. Epicharmum Coum inquit fuiſſe, trimeſtrem verò in Siciliam profectum perueniſſe Megara, inde contendiſſe Syracuſas: fuiſſe autem auditorem Pythagoræ, ac ſcripſiſſe commentarios de natura rerum, de ſententijs, de medicina: notasq́ breues commentariorum locis appoſuiſſe, quibus indicet elaborata à ſe opuſcula. Plinius citat Epicharmum medicum: & Columella, Epicharmus inquit Syracuſanus pecudum medicinas diligentiſsime conſcripſit. An autem hæc omnia ad vnum Epicharmum, an eodem nomine duo, pluresúe ſcriptores fuerint, doctis indicandum relinquo.*

Epicharmus *Cous, auditor Pythagoræ, medicus inſignis, ſcripſit de natura rerum, deq́ medicina commentarios, qui extant Romæ in bibliotheca Vaticana. Volaterranus lib. 15.*

Epicratis *Ambraciotæ, comici, fabulæ citantur ab Athenæo, Mercator, Antilais, Amazones, Dyſpratus. Epicrates encomium ſcripſit in Leucadem ſiue Balaneas vrbem Phœniciæ. Stephanus in Balaneæ.*

Epictetus *Phryx, Hierapolitanus, philoſophus Stoicus ſeruus Epaphroditi ſatellitis imperatoris Neronis, pede mutilatus ex fluxione, habitauit Nicopoli, vrbe nouæ Epiri. Vixit vſq; ad tempora M. Antonini: ſcripſit multa. Suidas. Epicteti epiſtolæ Græcæ cum expoſitione Simplicij in Italia extant, in bibliotheca Medicum. Fortaſsis & iſtas Arrianus conſcripſit, ſicut Enchiridion, & lib. 4. de dictis ipſius, vt ſuprà indicauimus. Stobæus quoq; multas paſsim Epicteti ſententias allegat. Epicteti morales ſententiæ, & complurium aliorum: vt Democriti, etc. Græce habentur in bibliotheca regis Gallorum.* * *Eius Enchiridion è Græco per Ang. Politianum. Latinè verſum cum defenſione ad Barthol. Scalum, in folio. Et cum commentarijs Simplicij Latinè. Venetijs apud Hieronymum Scotum, in folio, anno D. 1546.*

Epicurus, *Neoclis & Chæreſtrates filius, Athenienſis è Gargettio municipio: fratres habuit Neoclem & Chæredemum. Philoſophari cœpit anno ætatis 12. et peculiaris ſectæ fuit auctor. Primum Sami verſatus cum parentibus, deinde Mytylenis, vnum annum ſcholæ præfuit: poſt Lampſaci, ac demum Athenis in ſuis hortis. Audiuit Nauſiphanem Democritium philoſophum Platonis diſcipulum. Natus eſt Olympiade 79. vel ſecundum alios 109. ſeptem annis poſt Platonis obitum: vixit vſq; ad ſucceſſores Antigoni Gonatæ: ſcholaq; eius permanſit vſque ad Cæſarem primum, annos 235. quibus ſucceſſores habuit quatuordecim. Suidas. Vitã Epicuri copioſe deſcripſit Laertius libro decimo, ab eo hi libri Epicuri enumerantur. Epicuri libri hi enumerantur à Diogene Laertio: De natura 37. De atomis & vacuo, De amore, Epitome eorum quæ aduerſus phyſicos ſcripta ſunt, Aduerſus Megarenſes dubitationes, Propriæ opiniones, De ſectis, De plantis, De fine, De iudicio ſiue regula, Chæremus de dijs, De ſanctitate, Hegeſionax, De vitis quatuor, De iuſto opere* δικαιοπραγίας, *Neocles, Ad Themiſtam, Sympoſium, Eurylochus, Ad Metrodorum, De viſu, De angulo atomi, De tactu, De fato, De perturbationibus opiniones ad Timocratem, Prognoſticon, Exhortatorius, De imaginibus, De phantaſia, Ariſtobulus de muſica, De iuſtitia et virtutibus alijs, De donis & gratia, Polymedes, Timocrates 3. Metrodorus 5. Antidorus 2. De auſtris opiniones, Ad Mithrem, Calliſtolas, De regno, Anaximenes, Epiſtolæ. Athenæus citat Epicuri epiſtolam* περὶ ἐπιτηδευμάτων *(fortè de viuendi ratione) & librum de fine.*

Epigenes *comes & magiſter memoriæ ſub Theodoſio, operam ſuam contulit ad codicem Theodoſianum.*

Epigenes *comicus: cuius fabulæ ſunt, Athenæo in Dipnoſophiſtis authore, Heraine, id eſt Iunonia: Mnemation, id eſt, paruum monimentum: & Bacchia, ſeu Bacchatio: Suidas. Citatur præterea apud Athenæum eiuſdem fabula Bacchæ, libro nono: et alibi* [illegible] *falſo ſcriptũ eſt pro* [illegible]. *Idem etiam Epigenis meminit qui Ionis Chij tragici interpres fuerit. Porro Clemens Alexandrinus Stromaton primo citat Epigenem in ijs quæ ſcripſit de poeſi quæ refertur ad Orpheum.*

Epigenes *Rhodius ſcripſit de Agricultura teſtibus Varrone & Columella. Citatur à Plinio lib. 8. 10. 14. & tribus deinceps.*

Epigenes *Gnomonicus citatur ab eodem li. 2.*

Epigonus *Lacedæmonius philoſophus ab Eunapio celebratur.*

Epigoni *Theſſalonicenſis epigrammata 3. leguntur in primo libro Florilegij Græci.*

Epilyci *Coraliſcus & Phoraliſcus fabulæ citantur Athenæo: &* Epinici *Mneſiptolemus, et Hypoballomenæ.*

Epimenides *Phæſti, aut Doſiadæ, aut Agiaſarchæ F. & matris Blactæ: Cretenſis, Gnoſius verſificator. Cuius animam ferunt, quoad vellet, et exceſsiſſe è corpore & in id eſſe reuerſam. Eius defuncti cutem longo tempore poſt literis diſtinctam, repertam eſſe tradunt. Vnde prouerbium, Epimenidea cutis, de rebus arcanis. Hic luſtrauit Athenas à Cylonio piaculo, quadrageſima quarta Olympiade iam ſenex. Verſibus multa ſcripſit, Initia, luſtrationes & alia obſcura. Vixit annos centum quinquaginta, quorum ſex dormijt. Suidas. Vitam eius deſcripſit Laertius libro 1. philoſophicæ hiſtoriæ, in qua hæc ipſius ſcripta recenſentur. Curetum & Corybantum generatio, & theogonia ad quinque millia verſuum. Argus nauis apparatus & ſtructura, & Iaſonis*

*& Iaſonis in Cholcos nauigatio, ad ſex millia & quingentos verſus. Proſa oratione, De ſacrificijs, & Republica Cretenſium. De Minoe & Radamantho ad quatuor millia verſuum. Epiſtola ad Solonem conditorem legum de ea republica quam Minos Cretenſibus tradidit, quam Demetrius Magnes negat ipſius eſſe, vt pote recentem neque Cretenſi ſed Attica elocutione ſcriptam. Alia epiſtola ad eundem, quam illic inſeruit. Laert. Telchiniacã quoq; hiſtoriã ab aliquibus Epimenidi attributã ſcribit Athenæus. D. Hier. refert ipſum ſcripſiſſe, de Geneſi & ortu diuino libros verſuum quinque millium, De diuerſis naturis rerum libros verſuum nouem millium & quingentorum. Soluta verò oratione de Cretenſi politia & eius victorijs. Floruit Solonis temporibus.*

Epimenides *alius à Cretenſi, Genealogiarum ſcriptor. Laertius.*

Epimenides *tertius, Doricè ſcripſit de Rhodo. Laertius.*

Epiphanius *Cypri Salaminæ vrbis epiſcopus ſcripſit de 80. hæreſibus lib. 1. contra omnes hæreſes libr. 2. De erroribus Origenis lib. 1. ad Theophilum Alexandrinum lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. & quædam alia. Acta eius in tripartita hiſtoria leguntur. Huius epiſtola ad Diuum Hieronymum de generali epiſtola Theophili Alexandrini præponitur libris quatuor paſchalibus Theophili, ab Hieronymo conuerſis. Et alia quædam in tertio tomo operum Diui Hieronymi, legitur. Epiſtola ad Arabas prolixa, libro 3. ipſius Epiphanij contra hæreſes, tomo 2. in ſermone contra Antidicomarianitas ponitur. Romæ in bibliotheca pontificia ſeruantur Epiphanij Panaria, id eſt, contra omnes hæreſes libri. Ancyrota, quaſi anchora quædam fidei. De talento liber. Ad Diodorum de 12. lapidibus. Epiphanij monachi (neſcio an eiuſdem) li. de vita Mariæ, & tẽporibus vitæ ipſius. De prophetarum vita & interitu commentarius Græcus, vnà cum Albani Torini interpretatione Latina è regione, Cratander excudit Baſileæ anno Domini 1529. cum alijs quibuſdam opuſculis. Huius contra 80. hæreſes, à Cain ad Valentis & Valentiniani vſque tempora opus, Panarium, ſiue arcula (κιβώτιον) aut capſula medica appellatum: item Epiſtola, ſiue liber Ancoratus dictus, docens de vera fide Chriſtiana: & Anacephalæoſis, ſiue ſumma totius operis Panarij contra 80. hæreſes: item Libellus de menſuris ac ponderibus, & de aſteriſco ac obelo, deque notis ac caracteribus in diuinæ ſcripturæ interpretibus per Origenem vſurpatis: hæc omnia Græce anno Domini 1544. excuſa Baſileæ. Idem opus Latine ibidem excuſum eſt apud Rober. Vuint. anno Domini 1543. Iano Cornario medico interprete. Epiphanij de fide catholica, & apoſtolica eccleſia oratio, per Vitum Amerpachium conuerſa & quibuſdam ſcholijs enarrata, excuſa eſt Auguſtæ Vindelicorum, anno Domini 1548. Eiuſdem liber de duodecim gemmis quæ erant in veſte Aaronis, Græce & Latinè è regione Iulio Terentiano interprete, cum Corollario Conradi Geſneri. Tiguri anno Domini 1565. Circumfertur & Græcus libellus Epiphanij de animalium natura, Phyſiologi titulo, parui ſanè pretij. Sermones aliquot de laude virginis Mariæ: Pariſijs impreſſ. * Eiuſdem de morte, de ſepultura Chriſti Grece M.S. ſeruatur in bibl. Imper. Viennæ in 4. Et libellus de animalibus cum vetuſtiſſimis figuris: ibidem in 4. M.S. Epiphanij opera omnia, Iano Cornario interprete, Baſileæ apud Ioannem Oporinum & Ioannẽ Heruagium, anno 1560.*

Epiphanius *Myeſeos Neſtorianus citatur in ſynodo Laterana Martini I. PP.*

Epiphanius *Vlpiani ſophiſta, natione Petræus, ſcripſit de communicatione & diſcordia ſtatuum, progymnaſmata, declamationes,* ὑπαρχικὸν, *Polemarchicum, orationes demonſtratiui generis, miſcellaneas deniq; quaſdam ſpeculationes. * Item commentarios in orationes Demoſthenis qui extãt græce M.S. In bib. Imp. Viennæ in fol.*

Epiphanij *liber de charactere epiſtolari, Græce manuſcriptus extat in bibliotheca regia.*

Epiphanius *præſul Selybriæ, Olybriæue, aduerſus imaginum concrematores librum contradictorium conſcripſit. Suidas.*

Epiphanius *Scholaſticus tres ſcriptores hiſtoriæ eccleſiaſticæ, ex quibus hiſtoria tripartita concinnata eſt, Theodoretum, Socratem & Sozomenum in Latinam linguam tranſtulit.*

Epitherſes *Nicenus, ſcripſit de dictionibus Atticis, & Comicis, & Tragicis, Stephanus de vrbibus.*

Eracus *Aſtrologus in aſtronomicis quædam Ptolemæi Philadelphi temporibus ſcripſiſſe fertur.*

Eraſiſtratus *Iuliates, ex Iulide Ceæ inſulæ vrbe. Appellatur itaque Ceius, filius Cretoxenæ, Medij medici & Cleombroti ſororis. Hic Antiochum regem ex amore nouercæ Stratonices ægrum, ſanauit. Manu enim cordi admota, ex palpitatione, quoties Stratonicem fortuito prætereuntem videret, amorem deprehendit. Sepultus eſt iuxta Mycalen montem è regione Sarni. Scripſit medicos libros nouem. Suidas. Galenus librum ſcripſit contra huius ſectatores Eraſiſtratios, in quo citat Eraſiſtrati libros. De feribus. De paſſionibus ventris.* περὶ παρέσεων *de reſolutionibus. De podagra.* ὑγιεινῶν διαιρέσεων, *diuiſionũ vel ſectionum.*

Eraſmi *Alberti iudicium, de ſpongia Eraſmi Roterodami adeoq; quatenus illi conueniat cũ Martini Lutheri doctrina. Libellus impreſſus. Eiuſdem præcepta vitæ ac morum, & exquiſitæ ſententiæ in decalogum diſtributæ, & rhythmis Germanicis expoſitæ, Francofurti apud Egenolphum anno Domini 1548. Item Colloquia decem pro pueris incipientibus loqui. Francofurti anno D. 1569. German. * Fabulæ quadraginta nouem, cum iucunda locorum quorundam Germaniæ deſcriptione germanicis rhytmis deſcriptæ 8. Francof. 1579.*

Eraſmi *Ebneri encomium formicarum: Libellus impreſſus, cum Philippi Melanchthonis declamationibus.*

Digitized by Google

Eraſmus *Cornelius*, *Donati de octo orationis partibus libellum in typos ſiue tabulas redegit, quo ſtudioſorum iuuenum vſui aptior eſſet, excuſum Baſileæ apud Ioannem Oporinum anno Domini* 1552.

Eraſmus *Heupelius grammaticus Bruneggij dialogum Luciani de ambitione & gloriæ cupiditate paraphraſtice reddidit, anno D.*1549. *excuſum Ingolſtadij.*

Eraſmus *Michaelius Lætus, Cimber, Theologiæ profeſſor in academia Hafnienſi, ſcripſit carmine De re nautica libros quatuor. Colloquiorum moralium libros totidem. Baſileæ anno Domini* 1573. *impreſſos in quarto. In aliquot Pſalmos Dauidis explicationem. Audio etiam alia egregia eum ſub manibus habere. Claruit anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio. Mentio quoque eius ſupra facta eſt. C. Eraſ. Mich. Letus.* * *Eiuſdem opus Margareticorum, hoc eſt de conflictu Gothicorum quo Margarethæ Danorum reginæ auſpicijs, Albertus Megapolenſis Suetiæ rex captus, regnoque exutus eſt, libri decem in quarto Francofurti anno Domini* 1573. *item libri rerum Dannicarum vndecim, heroico carmine conſcripti in quarto Francofurti anno Domini* 1573. *Eiuſdem Romani Cæſares Italici, quarto Francofurti. Item de repub. Noribrgenſium lib.*4. 4. *Francofurti* 1574.

Eraſmus *Muſculus, communes opiniones ex conſilijs Mariani Socini nepotis collegit, Francofurti* 1569. *in fol.*

Eraſmus *Oſualdus Schrekenfuſius, Auſtriacus mathematum & linguæ Hebrææ in Academia Friburgenſi profeſſor, Paraphraſim in Cantica canticorum & Eccleſiaſten Solomonis ex Chaldaica lingua in Latinam tranſtulit. Addidit etiam orationem funebrem Hebraice conſcriptam de obitu Sebaſtiani Munſteri præceptoris ſui. Hen. Petri impreßit Baſileæ anno Domini* 1553. *octernionibus* 22. *& dimid. Eiuſdem commentaria in Theoricas planetarum, Henricus Petri impreßit in folio. Tranſtulit etiam in Latinam linguam R. Abraham Cai Hebræi librum De ſphæra, & Arithmeticam R. Eliæ. H. Petrus excudit anno Domini* 1546. *in* 4 *Hebraice & Latine. Scripſit etiam De primo mobili. Commentaria in Sphæram Ioannis de Sacrobuſto, & quædam alia.* * *Veluti opus nobiliß. gentium Calendaria eruditiß. demonſtrans, vnà cum inſtrumentis ad eam rem neceſſarijs. folio Baſileæ anno Domini* 1576. *Eiuſdem in Almageſtum Ptolomei annotationes in fol. Baſileæ* 1551. *per Heinricum Petri.*

Eraſmus *Reinholdus, quondam mathematum profeſſor in Academia Vuittenbergenſi, theoricas planetarum Georgij Purbachij, pluribus figuris auxit & ſcholijs illuſtrauit, quibus inſerta eſt methodica tractatio de illuminatione Lunæ. Liber excuſus eſt Vuittenbergæ, anno* 1542. *octern.* 30. *Præterea ſcripſit Calendarium ibidem excuſum, Tabulas Prutenicas & Directionum excuſas Tubingæ. Obijt Vuittenbergæ anno Domini* 1553. *Commentarios in libros Ptolemæi mathematicæ conſtructionis, Lutetiæ Guilielmus Cauellat anno Domini* 1556. *Explicationes in Regulas Ptolemei anno Domini* 1569. *in octauo. Puto Commentarios in Ptolemæum non aliud eſſe quàm explicationem Regularum Ptolemæi.*

Eraſmi *Reinboldi practica anni* 1574. *(ex quibus alium priore longæ iuniorē coniicimus) cū explicatione nouæ ſtellæ eiuſdem anni. Ger.* 4. *de dimenſione agrorum Germ.* 4. *Erfurd.* 1574.

Eraſmus *Rotenbucher, Boius, ſcripſit libellū de Eccleſiæ autoritate & poteſtate, excuſum Norimbergæ apud Ioannem Daubmannum.*

Eraſmi *Sarcerij Annæmotani dialectica, excuſa Marpurgi apud Eucharium Ceruicornum* 1537. *Item Rhetorica, ibidem anno eodem. Commentarij in Ieſum Syrach, quos Egenolphus Francofurti excudit, quemadmodum & alia plæraque huius ſcriptoris opera idem ſingula Francoforti impreßit. Item Expoſitiones in epiſtolas Dominicales ac feſtiuales, ad methodi formam ferè abſolutæ. In* 4. *Euangeliſtas iuſta ſcholia, ad perpetuæ textus cohærentiæ filium, excuſa Baſileæ apud Vueſthemerum anno* 1541. *& Egenolphum. Scholia in Acta apoſtolica, quæ commentaria fuſiſsima poßint eſſe, impreſſa ibidem anno* 1540. *In Epiſt. ad Rom. ad Galatas, Epheſios, Philippenſes, ſcholia ibidem excuſa. Item Methodi in præcipuos ſcripturæ diuinæ locos, ad nude Didactici generis præcepta in theologorum vſum compoſita, Egenolphus excudit Francoforti, anno Domini* 1540. *& Vueſthemerus Baſileæ ſecundo recognitos, anno Domini* 1548. *Item Iſingrinius anno Domini* 1549. *Dialogus reddens rationem veterum ſynodorum, cum generalium tum prouincialium: item viſitationum, & nuper habitæ ſynodi & viſitationis, pro paſtoribus comitatus Naſſonienſis, ſub D. Guiliel. Comite, ſimulq́ explicans eiuſdē viſitationis acta, quæ cognita & alijs regionib. multum vtilitatis adferre poſſunt, impreſſus Francof.* 1539. *De Conſenſu veræ eccleſiæ & SS. patrum, in primis autē D. Auguſtini ſuper præcipuis Chriſtianæ religionis articulis: Liber excuſus francoforti apud Egonolph.* 1540. *Conciones de ſignis & cauſis quibus Germaniæ, niſi ſe ad pœnitentiam conuertat, mala plurima portenduntur, Vuolfgangus Gunther excudit Lipſiæ anno* 1551. 17. *Sermones de pœnitentia, De modo reuocandæ diſciplinæ, De concilijs & ſynodis, De viſitatione parochiarum, De officio magiſtratus & ſubditorum, De iuſtitia quæ coram Deo eſt & bonis operibus. Iacobus Berualdus excudit eodem anno. Liber De cauendis veterum papiſtarum craßis, & nouorum ſophiſtarum inſidioſis erroribus eodem anno impreſſus. Scholia ſcripſit in omnes fermè veteris & noui Teſtamenti lib. quorum magna pars excuſa eſt. Libellum etiam de cruce conſcripſit, in quo plurimas cauſas recenſet quare Deus pijs crucem immitat, impreſſum cum præfatione Philippi Melanch. Congeſſit etiam in vnum librum veterum & recentiorum ſententias de coniugio & diuortio. liber impreſſus eſt Germanice, Lipſiæ puto. Dictionarium ſcholaſticæ doctrinæ. Baſi-*

Digitized by Google

næ. Baſileæ 1546. in 8. Corpus iuris matrimonialis. liber Germanicus in folio editus Francofurti anno Domini 1569. * Eiuſdem, de fraterna reconciliatione. in 4. germanice. Islebij 1556. Conſolatorium ſcriptum de ſuis liberis ad Chriſtianum comitem. germanicè. In 4. Islebij anno Domini 1554. De cognitione Veritatis germanicè Islebij anno Domini 1557. De paſsione & morte noſtri Saluatoris. 1553. Eiuſdem doctrina Chriſtiana Euangelij, & pontificia, quatenus vtraque verbo Dei & patrum ſententijs ſit munita, tum refutatione doctrinæ falſæ, fol. Francofurti ad Moenum apud Petrũ Schmidt. anno 1578. germ.

Eraſmi Stellæ Libanothani de Boruſsiæ antiquitatibus libri 2. impreſsi Baſileæ apud Ioannem Frobenium 1518. Libellus de gemmis, excuſus Argentorati 1530. adiectus eſt etiam C. Plinij de gemmis liber ex hiſtoria naturæ

* Eraſmi Vitellij Epiſco. Plocenſis oratio in Auguſtano conuentu ad Cæſarẽ Maximilianum habita, nomine Regis Hungariæ Sigiſmundi. bibl. Imper.

Eratoſthenes Cyrenæus grammaticus, poeta, philoſophus, geometra & aſtrologus celebris fuit. primus philologus cognominatus eſt, ſcripſit vero cũ multa in philoſophia & aſtrologia, tum non pauca in poetica & hiſtoria, & præterea de ijs quæ ſunt in philoſophia ſectis, reliquit & dialogos multos, & de indolentia quapiam, ſed & in grammaticis nonnulla. Liber eius hexametris verſibus conſcriptus, cui titulus eſt Hermes, adducitur ab Heraclide Pontico. Elegia eius extat apud Eutocium Aſcalonitam, in commentario Syracuſani Archimedis. Ab Athenæo verò hi eius libri citantur: Anterinys. Ariſton. Arſione. Epiſtola ad Agetorem Laconem. Hermes. De comœdia. Galaticorum liber. 2. 4. & 7. citantur à Stephano de vrbibus. A Laertio verò citatur liber De diuitijs & paupertate. Tetraſtichon elegiacum de vino apud Stobæum extat, de incontinentia. Diſtichon libro 6. Florilegij Græci, ſectione 23. Citatur etiam Plutarcho, Higino, Arati commentatore. Expoſitio eius Græca in Phænomena Romæ extat in Vaticana bibliotheca. Eratoſthenes in ijs quæ ſcribit de bonis & malis allegatur à Clem. 4. Stromaton.

Eratoſthenis Scholaſtici tetraſtichon, ibidem libro 7.

Ercombertus quidam, Grammaticus, Anglus, ſcripſit de octo partibus orationis, lib. 1. Regulas grãmaticales lib. 1. Baleus.

Eremita quidam Britannus inter Cambros natus, De Arthuro Rege & eius menſa rotunda ſcripſit & alia, quod opus vocat Sanctum Graal, lib. 1. Claruit anno 720. Baleus.

Ergiæ Rhodij liber de Rhodo, allegatur Athenæo.

Erhardus monachus ordinis ſancti Benedicti, ſcripſit Commentariorum in Geneſim libr. 1. in Exodum lib. 1. in Leuiticum lib. 1. in Numeros lib. 1. in Deuteronomium lib. 1. Homiliarum quoq; lib. 1. & alia nonnulla.

Erhardus Cellius Tubingæ literas Latinas, profitens, in poematis Græcis Cruſij per multa Latino carmine conuertit. Idem innumeros alios verſus (in Epithalamijs, Gratulationibus, Epicedijs, & alijs) ſcripſit. Præſertim vero in carminibus, tali textura, quali Rabanus Maurus diſtinguendis, præſtans eſt. * Carmen ſæculare in laudem Dei Opt. Max. honorem illuſtriſs. domus Virtenbergicæ, & commendationem inclytæ Academiæ Tubingenſis. 4. Tubingæ 1578.

Erhardus Hedenneccius, tranſtulit Nonnum poetam in Latinam linguam, Baſileæ anno Domini 1571. in 8.

Erhardus Reych Tyrolenſis, Palatinatus Bauariæ tractum in tabula deſcripſit. Norimbergæ anno 1540.

* Erhardus Schieggius Stekboræus Heluet. carmen Hebraicum in commendationem libri. D. G. Stukij de antiquitatibus conuiuialibus ſcripſit impreſſum Tiguri apud Froſchouerum anno Domini 1582. Carmen Græcum Heroicum inuectiuum in lib. De concordia Smidelini, ad defenſionem ſyncerioris doctrinæ de Cœna Domini. Euangelia Diui Ioan. & D. Lucæ in Hebraicam linguam tranſtulit. Orationem Græcam ſcripſi: de varietate donorum S. S. quã publice recitauit Tiguri. Homiliam item 93. D. Rod. Gualtheri in priorem ad Corinth. Hebraicã reddidit quã etiã publice recitauit, anno Domini 1583. Burchardi Leemanni breuem methodicamque Chriſtianæ religionis inſtitutionem germanicam, Hebraicam fecit. Hæc omnia manuſcripta habet.

* Erhardi Schnepffij confeſsio, de Euchariſtia, hanc ob cauſam, & hoc potiſsimum tempore edita, quod certamina vetera, de Cœna Dominica, nouis libellus Claſsicum canentibus recrudeſcere incipiũt. 8. Francof. 1580. Eiuſdem cignea cantio hoc eſt vltimo concio in Euang. Matthæi cap. 22. de nuptijs regijs ab Eſaia Preiſero germanicè edita. In 4. Tubingæ 1578.

Ericus, nomen proprium, aliàs Hericus: fortaſſis idem quod etiam infrà Erycius.

Ericus monachus ordinis ſancti Benedicti, ſcripſit metrice vitam Germani Atiſiodoren. lib. 6. Homiliarum ad populum lib. 1. Sermones & epiſtolas plures, & alia multa vtroque ſtilo. Eius homiliæ 37. extant inter homilias veterum theologorum, quas Alcuinus Leuita congeſsit. Claruit anno Domini 880.

Erinna poetria Teia, aut Telea, quæ floruit Dionis Syracuſani temporibus, ſcripſit Dorica lingua elegans poema trecentis verſibus, aliaque epigrammata. Cuius carmina ad Homericam maieſtatem acceſsiſſe ferunt. De hac Propertius lib. 2. Erinnes tetraſtichon libro quarto Florilegij Græci, ſectione 5. Stephanus de vrbibus Erinnam poetriam Teniam, nominat, ortam ex Teno Laconiæ oppido.

Eriphilus citatur à Plinio, inter externos authores libri vndecimi.

Eriphus comicus, Dramata eius ab Athenæo



Digitized by Google

*decimo quarto Dipnoſophiſtarum recenſentur: Æolus, Peltaſta, Melibœa. Suidas.*

Ermoldi *Nigelli Exulis, ad Ludouicum primum imperatorem de rebus ab eo geſtis libri quatuor elegiaco carmine conſcripti, extant Viennæ Auſtriæ apud Vuolfgangum Lazium. Hic nominatur etiam Helmoldus Niger.*

* Erneſti *Comitis ac Domini in Mansfeld. Oratio, continens hiſtoriam Heinrici I. Saxonis, quem Aucupem ſcriptores nuncupant, Imperatoris ſemper, Aug 4. Francof. apud Andream Vuechelum.*

Erneſtus *Rhegius, de hominis politici perſona et officio. Argẽtinæ Samuel Emmel anno* 1568. *in octauo.*

Ernulphus *epiſcopus Roſenſis in Anglia, natione Gallus, patria Beluacenſis, ſcripſit ad quæſtiones Lamberti abbatis Bertiniani, Solutiones quaſdam, librum vnum. De operibus ſex dierum, lib. 1. De verbis Domini in cruce, lib. 1. De corpore & ſanguine Domini, lib. 1. Sermones quoq; lib. 1. Et alia. Obijt anno D.* 1124.

Erotis *medici, liberti Iuliæ, muliebrium liber qui etiam ad ornatum pertinentia quædam & alia varia continet. Hodie ſub Trotulæ nomine circumfertur.*

Erotiani *liber de dictionibus Hippocratis Græce extat in bibliotheca Regis Gallorum, & præterea impreſſus eſt ab Heinrico Stephano in* 8. *cum Dictionario medico.*

* Ertminus *Ertman Conſul Oſnaburgenſis ſcripſit chronicon Oſnaburg. cuius editionis ſpem facit Hamelmannus.*

Erueus *Brito ordinis Prædicatorij, ſcripſit ſuper quatuor libros ſententiarum, Duo quodlibeta: Contra Heinricum de Gandauo, De verbo: Orationes de peccato originali. M. Dreſſerus. Fertur etiam in Ariſtotelem commentaria ſcripſiſſe, ac illi tribuitur à multis ſumma Logicæ Ariſtotelis quæ ſub Aquinatis nomine impreſſa eſt.*

Erxiæ *Colophoniaca, Athenæus citat. Vide an potius legendum Ergiæ, cuius idem Athenæus librum de Rhodo citat.*

Erycij *in Florilegio Græco epigrammata* 8. *leguntur: duo in primo libro, totidem in ſecundo, & quatuor in tertio. Citatur etiam à commentatore Apollonij.*

Eſaias, *iuxta Hebræos Ieſaias ſcribitur.*

Eſaiæ *cuiuſdam opus monaſtichum Græce extat Romæ in bibliotheca Vaticana.*

Eſaias *propheta in Hieruſalem, de tribu Iuda ortus, ſub Manaſſe rege Iuda ſectus in duas partes, ſcripſit prophetiam & vaticinia diuiſa in capita* 66.

Eſaiæ *Heidenrich Zeittauienſis Doctoris theologiæ, œconomia Chriſtiana de officio parentum erga filios, cum præfatione Iodoci Vuillichij, excuſa eſt Francofordiæ ad Viadrum, anno Domini* 1552. *De Chriſtianæ viduæ atque pupillorum conditione, cura & officio atque conſolatione: libellus Germanicus. Gorlicij anno Domini* 1571. *in octauo.* * *Conciones duodecim in* 8. *cap. Ioannis Germanice, precationum liber. German.* 1576 *Lipſiæ. oratio funebris. De orationibus Chriſtianorũ, & explicatio orationis dominicæ in* 14. *conciones diſtributa. Ger.* 8. *Lipſiæ,* 1575. *Homil. decem in Pſalm.* 51. *Germ.* 8. *Lipſiæ* 1576. *conciones* 56. *in hiſtoriam Ioſuæ* 4. *Lipſiæ* 1579. *paſsionale cum eccleſiaſticis & domeſticis quibuſdam precationibus* 12. *Lipſiæ* 1580. *Eiuſdem duodecim orationes Turcicæ in Pſalm.* 79. *Deus venerunt gentes, German. in* 8. *Lipſiæ* 1582. *In Prophetam Amos ſermones* XLIII. *germ. In* 4. *Lipſiæ* 1583.

Eſaiæ *Preiſeri Oratio de ſtudio Græcæ linguæ. Heinricopoli* 1571. * *Cigneam cantionem Erhardi Snepfij, hoc eſt eiuſdem vltimam concionem in Euang. Matth. ca.* 22. *habitam de nuptijs regijs. Ger. edidit* 4. *Tubin.* 1578.

Eſaiæ *Tribaueri Chronicon Biblicum, quo exemplis & teſtimonijs Biblicis probatur, libros prophetarum & Apoſtolorum eſſe verum Dei verbũ. Germanice. Viteb ergæ* 1568. *Eiuſdem confutatio Schuuenckfeldiani erroris, de verbo Dei prædicato, Baptiſmo, Abſolutione, & Cœna Domini. Regenſpurgi* 1571. *Germ.* 8.

Eſculei *cuiuſdam aſtronomicus liber de aſcenſionibus.*

Eſromus *Rudingerus Pambergenſis, Germanus, Ioachimi Camerarij gener,* ἀριθμολογίαν ἠθικὴν *Camerarij edidit, impreſſam apud Iacobum Parcum Baſileæ, & apud Valentinum Papam Lipſiæ. Idem in manibus habet deſcriptionem vitæ M. Tullij Ciceronis, quam in tres libros diſtinxit. Floret nunc Vitebergæ, anno D.* 1583. *Idem tranſtulit hypotypoſin aſtronomicarum poſitionum Procli.*

Ethelbertus *Cantiorum rex, ſcripſit Decreta iudiciorum lib.* 1. *Ad Gregorium pontificem epiſtolas plures, & alia. Claruit anno D.* 615.

Ethelredus *monachus Ciſtertienſis, natione Anglus, ſcripſit Speculum charitatis, Homilias in Lucam. Conciones & epiſtolas plures. Floruit anno D.* 1220.

Ethelſtanus *Anglorum Rex, Leges antiquas correxit, li.* 1. *Nouasq; vtiles edidit, lib.* 1. *Ad ſuos ſubditos, li.* 1. *Conſtitutiones cleri, lib.* 1. *Aſtrologicum opus, lib.* 1. *E vita migrauit anno* 939. *Baleus.*

Etheluuodus *Vuentanus monachus & præſul Vuintonienſis, ſcripſit de ſua in presbyteros poteſtate lib.* 1. *ad Ioan.* XIII. *pontificem. De ſuis viſionibus librum. Claruit anno D.* 983.

Etheluuolphus *Bernicius qui & Lupus dicebatur, ex Angloſaxonum genere, monaſticæ ſectæ cultor ab ineunte ætate, ſcripſit, De origine ſui cœnobij, lib.* 1. *De illuſtribus monachis lib.* 1. *Super ſuo ſomnio, lib.* 1. *Claruit anno* 750. *Baleus.*

Etheluuolphus *qui & Athulphus primo monachus deinde epiſcopus, tandem Anglorum Rex, ſcripſit, Pro Petrinis denarijs, Leges vectigales, lib.* 1. *Epiſtolam hæreditariam, lib.* 1. *Obijt anno Domini* 857.

Ethicus *Hiſter quidam, ſcripſit antiquitatis hiſtorias, quæ ab Hieronymo in Latinum ſermonem è Græco conuerſæ creduntur. Has alicubi Lilius*

Gregorius

*Gregorius Gyraldus citat, tanquam extantes. Ethnicus hic ſcripſit etiam Coſmographiam Latine, quæ à Ioſia Simlero breui in publicum dabitur. Longe alius eſt & recentior Iſtro Callimacho qui ab Higino citatur.*

Ethodius *eius nominis primus Scotorũ Rex, ſcripſit ad Pictorum regem, epiſt. plures. Strangulatus fuit à quodam qui ei erat à cubiculis, anno 196. Baleus.*

Euages *paſtor, poeta comicus fuit, eum Stephanus idiotam & illiteratum tradit, reliquarumque diſciplinarum expertem, celebrem tamen poetam habitum.*

Euagon *Thaſius citatur à Plinio, qui quædam ex eius ſcriptis in 8. & 17. Naturalis hiſtoriæ librũ tranſtulit.*

Euagoras *Lindius hiſtoricus, vide Suidam.*

Euagoras *Thaſius citatur à Plinio, 10. 14. 15. et 18. lib. Naturalis hiſtoriæ. Euagoræ hiſtoria Græca, impreſſa Romæ.*

Euagrius *Monachus Macarij familiaris, ſcripſit D. Hieronymi temporibus tractatus diuerſarũ hypotheſeon. Vitas patrum, Vitam Beati Antonij ab Athanaſio Græce deſcriptam in Latinum ſermonem tranſtulit. Scripſit etiam aduerſum octo principalium vitiorum ſuggeſtiones. Octo ex ſanctorum ſcripturarum teſtimonijs ſcripſit libros. Anachoretis etiam ſimpliciter viuentibus librum centum ſententiarum per capitula digeſtum: & eruditis ac ſtudioſis 50. ſententiarum. Compoſuit & cœnobitis ac ſynoditis doctrinam aptam vitæ communis. Et ad virginem Deo ſacratam, libellum competentem religioni & ſexui. Edidit & paucas ſententiolas valde obſcuras. Scripſit etiam commentarium in prouerbia Salomonis. Verum huius opera pleraq; è Græco in Latinum tranſtulit Gennadius. Euagrij Aſcetica, & Ethica capita Græce extant in bibliotheca Regis Gallorum. Citatur etiam Euagrij monachi liber monaſticus à Nicephoro lib. 8. cap. 15. neſcio an alius ab Aſcecitis. Claruit anno D. 380.*

Euagrius *alter, ſcripſit altercationem Simonis Iudæi & Theophili Chriſtiani.*

Euagrius *illuſtri dignitate præditus, hiſtoriam ſuam eccleſiaſticam vſq; ad Iuſtini ætatem deduxit, maxima ex parte res prophanas tractans, quarum argumenta & materiam ex Euſtathio Syro, Zozimo, Priſco, Ioanne, Procopio Cæſarienſi, Agathia, qui illis temporibus inſignes fuere oratores, & præterea ex alijs non pœnitendis hiſtoricis decerpſit. Hæc Nicephorus hiſtoriæ ſuæ libro primo. Euagrij Scholaſtici eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 6. Græce excuſi ſunt Pariſijs apud Robertum Stephanum, et Baſileæ Latine, cum Euſebio & reliquis hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſcriptoribus, Vuolfgango Muſculo interprete. Exorditur autem hiſtoriam ſuam inde vbi Sozomenus, Theodoretus & Socrates ceſſarunt, & eam his libris ad duodecimum annum imperij Mauritij Cæſaris peducit.*

Eualcis *Epheſiaca Athenæus citat.*

Euangelus *poeta Comicus, ſcripſit de re militari, vt Plutarchus in Philopœmene meminit. Item fabulam Anacalyptomenen, cuius meminit Athenæus lib. 14. & Volater.*

Euanthes *ſcriptor apud Græcos minime ſpretus, Plinius lib. 8. Euanthis ſtatuam à Calliſtrato, ſtatuario expreſſam Tatianus meminit. Euanthes Mileſius citatur à Laertio.*

Euanthis *Samij ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Solonis.*

Euanthis *verſificatoris hymnum in Glaucum Athenæus allegat.*

Euariſti *Papæ decreta, cum reliquis pontificij decretis excuſa Coloniæ. Eiuſdem epiſtolæ duæ cũ recognitionibus Clementis impreſſæ Baſileæ.*

Euax *rex Arabum, De ſimplicium effectibus ad Neronem ſcripſit, Plinius: inſinuat autem eum Græce ſcripſiſſe. Extat hodie libellus Latinis carminibus ineptis exaratus, qui in hunc regem authorem refertur. Euax rex Indiæ, De virtutibus gemmarum ſcripſit ad Neronem: extat Ferrariæ apud Petrum Bonum. Item Euacis Arabum regis ad Tiberium Cæſarem de viribus lapidum pretioſorum liber, carmine elegiaco incerto authore tranſlatus, extat Viennæ Auſtriæ apud Vuolfgangum Lazium. Et manuſcriptus in bib. Imper.*

Euboei *Parij Parodus citatur Athenæo.*

Eubulides *Mileſius, philoſophus Megaricus ſiue Eriſticus, Ariſtotelis aduerſarius, plurimos in Dialectica modos rationesq; interrogandi tradidit, mentientem & fallentem, electram, conuelatam, ſoritem, corneam, caluam. Laertius. Idem citat eius librum de Diogene. Athenæus verò citat eiuſdem Comaſtas, comœdiam vti arbitror.*

Eubulius, *idem qui Methodius: vide infrà.*

Eubulus *Cettius, Athenienſis, filius Euphranoris, Comicus, edidit fabulas viginti quatuor. Fuit Olympiade 101. mediæ & veteri comœdiæ affinis. Suidas. Eius fabulæ ab Athenæo citantur. Seruati. Antiope. Aſtyti. Auge. Bellorophontes. Ganymedes. Dædalus. Deucalion. Dionyſius. Dolon. Europa. Echo. Ialemus. Ixion. Ion. Callæſchrus. Campylion. Glutinatus. Cercopes. Clepſydra. Aleatores. Lacones, vel Leda. Conglutinatus. Medea. Mylothridas. Molitrix. Myſi. Nannion pumilio, Nauſicaá. Neottis, puella. Vlyſſes, vel oculatus. Oedipus. Beata. Orthamia. Ortachne. Pamphilus. Peruigilium. Leno. Procris. Proſuſia, ſiue Cygnus. Semele aut Bacchus. Coronarum venditrices. Sphingocarion. Titanes. Mater terræ. Phœnix. Gratiæ, Chryſilla. Pſaltria. Ancylion. Amalthæa. Præterea à Polluce citantur Amphibole. Anchiſes. Glaucus. Cum autem Suidas ſcribat eum fabulas 24. ſcripſiſſe, & nos plus quàm duplo plures enumerauerimus, oportet vt aut numerus in Suida mendoſus ſit, aut plures ex his falſò Eubulo inſcribantur. Quinetiam ex his quæ enumeratæ ſunt, quædam bis videntur poſitæ, nam crediderim* κατακολλώμενοι *&* μετακολλώμενον*: item* Διονύσιον*, & Semelen ſiue* Διόνυσον *eandem fabulam eſſe. Eius item Diſtichon Iambicum, apud Stobæum de dominis & ſeruis extat. Citantur alia eius ſcripta apud Higinum etiam.*

* Eubuli Dinateri in aliquot Ciceronis orationes in fol. Baſ.1553. per Oporinum.

Eubulus qui multis libris hiſtoriam Mithræ conſcripſit citatur à Porphyrio περὶ ἀποχῆς.

Eucharius Rhodion, medicus Francofurtenſis, ſcripſit librum De partu hominis, & obſtetricatu, cum varijs figuris naſcentium ex vtero partuum: item herbarium Germanicum. Almanach annorum 19. ab anno 1533. in annum 1551. et alia. * Eius liber de Matrimonij medicina germ. in 8. editus Francf. Egenolphus excudit Francofurti, anno D.1551.

Eucharij Syneſij Romulus, carmen Bucolicũ, impreſſum Baſileæ.

Eucherius Lugdunenſis eccleſiæ epiſcopus, ſcripſit Formularum ſpiritualium ſiue intelligentiæ librum. Quæſtiones difficiliores in vtrunq; Teſtamentum. Nominum Hebraicorum et aliorum in ſacris literis contentorum interpretationem. Epiſtolam paræneticam ad Valerianum de contemptu mundi. Cõmentariolum in Geneſim lib. 3. In libros Regum lib. 4. Quæ omnia excuſa ſunt partim apud Cratandrũ, partim apud Frobenium Baſileæ anno 1530. Scripſit etiam inſtructionum lib. 2. veteris et noui teſtamenti quæſtionum per interrogationem & reſponſionẽ. ibidem impreſſos. Caßiani quædam opuſcula contraxit in compendium. Scripſit de laude eremi ad Hilarium epiſcopum lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos. Commẽtarij eius in libros Regum Auguſtini titulo citantur à Gloſſa ordinaria 1. Regum 14. ſed falſò. In fine 1. Regum citat Gregorium PP. in Iob, vnde conijci fortè poteſt ne Eucherij quidem eſſe. * Eiuſdem expoſitio in Eſaiam, Ieremiam, Ezechielem & Danielem extat in fol. manuſcripta in bibl. Imper. Viennæ. Claruit anno 440.

* Eucherij Roslini grauidarum mulierum roſetum germanicè.

Euchopœdij medici Collectanea extant ni fallor apud Benedictum Aretium.

Euclides Megarenſis philoſophus, Dialogos conſcripſit, Alcibiadem, Æeſchinem, Critonem, Phœnices, Lampriam, Amatoriam, item De perſpectiua, De ſpeculis, Inſtitutiones Muſicæ. Librum de Diuiſionibus. Libros ψευδαρίων, id eſt, mendaciorum. Elementorum præterea Geometicorum lib. 15. qui cum Theonis cõmentarijs & alijs excuſi ſunt Baſileæ Græce apud Heruagium, anno 1533. Latinè verò à Campano & Bartholomæo Zamberto conuerſi. Pariſijs apud Heinricum Stephani, anno 1516. & Baſileæ apud Heruagium, 1537. cui editioni adiecta ſunt Euclidis Phænomena, Catoptrica, Optica, & Protheoria Marini, & Data. Euclidis Harmonica, & Canonis κατατομὴ Græce habet illuſtris vir Diegus Hurtadus Venetijs. Euclidis ænigma Geometricum in Florilegio Planudis Verſibus 7. Euclidis Geometria abſq; demonſtrationibus, impreſſa eſt Florentiæ Græce. Eiuſdem libri ſex priores cum demonſtrationibus Orontij, impreßi ſunt Pariſijs à Colinæo. Iidem libri Baſileæ à Ioanne Heruagio excuſi ſunt, cum demonſtrationibus Ioan. Scheubelii abſq; deſignatione literatum. Euclidis Iſagoge Harmonica, Græce manuſcripta ſeruatur in bibliotheca Regis Gallorum. Eiuſdem Optica & Catoptrica Græce & Latine Pariſijs edita ſunt Ioanne Pena interprete. Item Harmonica & Sectio regulæ eodem interprete. Optica etiam & Catoptrica Conrado Daſypodio interprete, Græce & Latine Argentinæ ſunt edita. Euclidis Collectanea Geoponica in bibliotheca Sambuci.

* Euclidis Soroaſtri & Affricani prognoſt. ca ruſtica in 4. M.S bib. Imp. Viennæ.

Eucratij à Thenis verba extant apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum de hæreticis Baptizandis.

Euctæi Aſiam Athenæus allegat propè finem libri noni, dubitans an ab Euctæo, aut alio quopiam conſcripta ſit.

Euctæmon citatur à Plinio, qui eius ſcriptis ad conficiendum 18. Naturalis hiſtoriæ librum vſus eſt.

Eudæmon Peluſiota, orationes non inelegantes ſcripſit, artemq; Grammaticã et recte ſcribendi rationem, nec non poemata quæ longo tempore in pretio fuere. Floruit eo quo Sophiſta Libanius tempore.

Eudemus pharmacopola hac in arte facile princeps, & alter Chius Eudemus arte minime laudatus, Plinius lib. 9 cap. 18. Eudemus hic fortè ille eſt cuius in Pluto Ariſtophanes meminit tanquã pharmacopolæ annulos vendentis contra venena & ſerpentum morſus. Galenus lib. 2. de Antidotis Eudemum citat, eiuſq; antidotum theriacem vocatum, verſu conditum adducit. Athenæus lib. 9. Dipnoſ. ex Eudemi Athenienſis de oleribus libro verba quædam recitat: idem libro 1. Euthydemi cuiuſdam qui de oleribus ſcripſerit meminit. Apuleius verò Eudemum de animalibus ſcripſiſſe refert.

Eudemus Rhetor varia ſcripſit, & Dictionarium ordine alphabeti, quibus vtuntur rhetores & ſcriptores. Hoc Suidas vniuerſum videtur in ſuum tanſtuliſſe. primus enim nominatur Eudemus ex authoribus Lexicorum, vnde Suidas ſuum conſtruxit. Eiuſdem commentarios in Ariſtotelis libros de phyſico auditu, allegant Auguſtinus Niphus & Simplicius.

* Eudemi de dictionibus græcis in folio bibl. Imper. habet.

Eudemus Parius hiſtoricus, vixit ante Peloponneſiaca tempora. Dionyſius Halicarnaſeus in libro de Thucididis hiſtoria.

Eudemus Peripateticus librum ſcripſit de angulo, item Geometricarum enarrationum libros, teſte Proclo in primum Euclidis. Huius fortè fuerit hiſtoria aſtrologica quæ à Clemente citatur Strom. 1.

Eudicus adducitur à Plinio lib. 31. Nat. hiſtoriæ.

Eudori Peripatetici liber de Nilo, laudatur à Strabone. Vide in Ariſtone.

Eudoxia Theodoſij iunioris vxor, carmine & proſa excellens, ad imitationem Probæ, vxoris Adelphi, Homeri carmina reflexit ad fidem Chriſtianam, ſcribens Homerocentrona lib. 1. Liber impreſſus ſine authoris nomine, cum interpretatione Latina è regione.

regione. Francoforti apud Petrũ Brubachium 1541. cũ Probæ Falconiæ centonib. Vergilianis & Nonni heroica paraphraſi Græca in Euang. Ioannis. Scribitur autem ἰωνιὰ apud Suidam. Floruit anno Domini 423.

Eudoxus Aeſchinis filius, Cnidius, Aſtrologus, Geometra, medicus ac legũ lator fuit: Platonis æqualis. Scripſit de Aſtronomia verſib. vt Suidas refert. De Geometria. Refert etiã Laertius ex Eratoſthene, ipſum Cyniaorũ dialogos cõpoſuiſſe: alij tamen tradũt, vt ait, Aegyptios lingua ſua illos cõſcripſiſſe: hunc verò traductos Græcis edidiſſe. Octaeridem quoq; ſcripſit, quod Laertij interpres perperã exponit octo annorũ hiſtoriam, rectius Vuolfius in Suida octo annorũ circuitũ transfert. Periodorũ, ſeu de terræ circuitu libros: opus vt videtur Geographicũ quod ab Athenæo, Clemente Strom. Laertioq; citatur: Plinius quoq; Eudoxũ frequenter citãs, potiſſimũ hos libros intelligere videtur. Faſtorũ libros qui ab Higino & Seruio citãtur, & Phænomena: fortè aũt hi ſunt libri quos ipſum de Aſtronomia carmine ſcripſiſſe refert Suidas. Nuper verò Florentiæ Græce editi ſunt Hipparchi libri tres in Arati & Eudoxi Phænomena. Geometricorũ ſcriptorum Eudoxi ſummam proponit Proclus 2. Comment. in Euclidem.

Eudoxus Cnidius medicus, alius ab Aſtronomo, quippe qui huius in ſuo terræ ambitu meminerit. Laertius.

Eudoxus de geſtis philoſophorum, citatur in libro inſcripto Lumen animæ.

Eudoxi Philalethis Apologia aduerſus Theſſali Zoili oppugnationes pro Hieronymo Donzellino. Venetijs anno 1571. Videtur nomen fictum.

Eudoxus Rhodius hiſtoriarũ ſcriptor. Laertius. Idẽ citatur ab Apollonio in hiſtorijs mirabilibus.

Eudoxus Siculus, Agathoclis filius, nouæ comœdiæ poeta, in vrbano certamine ter vicit, Lenæis verò quinquies. Eius fabula Nauclerus citatur à Polluce.

Eudromus in morali inſtitutione citatur à Laertio in Zenone.

Eueclus ante Homerũ quædã carmine conſcripſit, citatur à Tatiano cõtra gentes & Euſebio, item à Pauſania vbi Encleon nominatur. Eius exiſtimãtur fuiſſe carmina Cypria dicta, quæ ab aliquib. Homero attributa ſunt. Nominantur hic perperam in Euſebio Euculus, & Tatiano Eumiclus.

Euelpides ætate Celſi inſignis Chirurgus & medicus ocularius, collyriorũ quorũdam author, quorum cõpoſitionem Celſus libro 6. tradit.

Euelpiſtus à Celſo libro 7. numeratur inter inſignes chirurgiæ profeſſores Romæ, qui paulò ante ipſius tempora quibuſdã in melius mutatis, aliquantum ei diſciplinæ adiecerunt.

Euemeri Coi opus περὶ ἱερᾶς ἀναγραφῆς: cuius tertiũ librũ Athenæus libro 14. citat. Euemeri ſcripta citantur apud Higinum.

Eueni duo poetæ fuerũt Elegiaci, vterq; Parius. Suidas. Eueni epigram. duo in primo libro Florilegij, & quatuor in 4. Eiuſdem elegias aliquot apud Ioannem Stobæum inuenimus. Euenus citatur ab Athenæo, librorum autem nomina non indicantur.

* Euerhardus Lothmannus Oſnaburgenſis I.C. ſcripſit carmen de laudibus Papiniani.

Eugamon Cyreneus ex Muſæo librum integrum de Theſprotis ſurripuit, & tanquam proprium edidit. Clem. Strom. ſexto. Hic etiam Eugrammon nominatur.

Eugenis octoſtichon libro quarto Florilegij, ſectione 27.

Eugenij ab Amanclera verba apud Cyprianum in ſententijs Epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Eugenius epiſcopus Carthaginenſis in Africa, ſcripſit Expoſitionem fidei catholicæ lib. 1. Altercationem cum Arrianis habitam lib. 1. Apologeticum pro fide lib. 1. Ad eccleſiam ſuam dum in exilium perg. epi. 1. De confeſſione fidei & Sanctæ Trinitatis lib. 1. Floruit anno D. 480.

Eugenius Trophimi, Grammaticus, ex Auguſtopoli Phrygiæ, iam ſenex ſub Anaſtaſio rege Colometriam ſcripſit verſuum Aeſchyli, Sophoclis, Euripidis, & quomodo diuerſa carminum genera proferenda ſint. Item de varijs dictionibus ordine literarum, & alia quædam Grammatica. Huius quoque Dictionarium Suidas adiecit ſuo, quod inſcriptio indicat. Eugenius qui ante nos ſcholas regias adminiſtrauit, ſcripſit συναγωγὴν λέξεων. Stephanus de vrbibus in Anactoria.

Eugenij Quarti PP. epiſtola & libellus quidam contra Concilium Baſilienſe extant apud Marcum Dreſſerum.

Eugeon Samius hiſtoricus, vixit ante bellum Peloponneſiacum. Dionyſius Halicarnaſſeus in lib. de Thucydidis hiſtoria.

Eugippus de hiſtoria Herulorum, eorundemque in Norico ſedibus, extat Viennæ Auſtriæ apud Vuolfgangum Lazium. Et manu ſcriptum in bibliotheca Imperatoris.

Eugyppius presbyter & abbas, deſcripſit vitam Sancti Seuerini monachi lib. 1. Regulam monachorum lib. 1. Theſaurorum ex B. Auguſtino Tomos duos, excuſos Baſileæ apud Robertum Vuinter anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſecundo. & Venetijs anno Domini 1543. Vixit ſub Attila.

Euhemerus antiquus author, qui fuit ex ciuitate Meſſana, res geſtas Iouis & cæterorũ qui dij putantur, collegit, hiſtoriamq; cõtexuit ex titulis & inſcriptionibus ſacris, quæ in antiquiſſimis templis habebantur. Hanc hiſtoriam interpretatus eſt Ennius & ſecutus, teſte Lactantio libro 1. diuinarũ inſtitutionũ. Citatur à Cicerone, Varrone, Plinio, Auguſtino & alijs authoribus.

Eulogio cuidã Heſychius Dictionariũ ſuum Græcum inſcribit.

* Eulogij Cordub. opera ſtudio Petri Pontij Leonis reperta. Complut. Ioã. Iniguez à lequerica, anno 1574.

Eulogum Scholaſticum, Græcum grammaticũ, Varinus Camers numerat, inter illos grammaticos, ex quibus Amalthea ſiue Copiæ cornu librũ ab Aldo olim excuſum, conſarcinauit.

Eumachij *Neapolitani hiſtoriam de geſtis Annibalis, Athenæus allegat.*

Eumachus *in Periegeſi, ſeu orbis terrarum enarratione citatur à Phlegonte.*

Eumachus *Siculus muſicus, citatur à Plinio libro 4. & 6.*

Eumæi *Græci, de metris Pindaricis libellus, dicitur extare in Germania, apud Iacobum Micyllum.*

Eumathij *Græci amatoria opera, Romæ extant in bibliotheca Vaticana.*

Eumelus *in quinto hiſtoriarum citatur à Laertio in Ariſtotelis vita.*

Eumeli *Corinthij ſcripta citantur apud Higinum. Et apud Pauſaniam lib. 2.*

Eumeli *ſcriptoris Græci, cum Abſyrto & alijs mulomedicinæ authoribus Baſileæ impreſſis, fragmenta leguntur. Vide in Abſyrto.*

Eumenes *Cardianus citatur ab Athenæo, non addito libri nomine, ſcripſit autem hiſtorias.*

Eumenij *Rhetoris oratio pro ſcholis inſtaurandis coram* V. P. *præſide Galliæ habita, excuſa Baſileæ apud Ioan. Frobenium, anno 1520. cum multis veterũ aliquot panegyricis. Et Pariſijs anno 1570. cum annotationibus Fr. Balduini.*

Eumolpus *Eleuſinius, vel Athenienſis, poeta antiquiſſimus, deſcripſit ſacra Cereris & myſteriorum traditionem ad filias ſuas: item Chiroſcopica de manuũ inſpectione, & pedeſtri oratione librum, citatur ab Athenæo.*

Eunapius *Sardianus, de vitis philoſophorum & Sophiſtarum: ex bibliotheca Ioannis Sambuci, nunc primum Græce editus & Latine, interprete Hadriano Iunio. Antuerpiæ 1568. in octauo. Eiuſdem hiſtoriarum libri 14. & vitæ Sophiſtarum, Romæ ſeruantur in Vaticana Græce. Item Venetijs apud Diegum Hurtadũ, & Cardinalem S. Angeli. Scripſit autem Cæſarũ hiſtoriam ab Herodiani temporibus vſque ad ſua.*

Eunicus *comœdus, vide Aenicus.*

Eunomius *Cyzicenus epiſcopus, Arrianus, ſcripſit multa contra eccleſiam: cui reſponderunt Apollinarius, Dydimus, Baſilius Cæſarienſis, Gregorius Nazianzenus, & Nyſſenus.*

Euodij *Apoſtolorum ſucceſſoris ſcripta adducuntur à Nizephoro libro 2. eccleſ. hiſtoriæ.*

Euodius *epiſcopus in Africa, diſcipulus beati Auguſtini ſcripſit volumen de factis in Africa miraculis per reliquias ab Oroſio presbytero allatas. S. Stephani martyris lib. 1. Et plures epiſtolas ad diuerſos lib. 1 & quædam alia. Floruit anno D. 420. Eius epiſtola ad D. Auguſtinũ, numero nonageſima octaua, inter D Auguſtini epiſtolas legitur.*

Euodius, *vel Enodius epiſcopus Ticinenſis, ſcripſit ad Symmachum Papam, de fide catholica lib. 1. & quædam alia. Eius hiſtoriæ aliquot ſanctorum carminibus conſcriptæ: item epiſtolarum libri quinque, & panegyrici aliquot ad Auienum oratione ſoluta, extant Viennæ Auſtriæ apud Wolfgangum Lazium. Claruit autem Euodius anno D. 510. Pleraque eius inter Orthodoxographa impreſſa ſunt, anno Domini 1569.*

* Eunodius *de ſententijs in fol. m. s. Bib. Imp.*

Euodus *Rhodius, verſificator Heroicus, in Romana poeſi admirabilis. Fuit autem ſub Nerone. Libri eius non extant Suidas.*

Euodi *Diſtichon libro 4. Florilegij, ſectione 8. & monaſtichon ibidem ſectione 10.*

* Euonymi *Philiatri theſaurus medicinæ: nomen eſt fictum: Vide in nomine Conradi Geſneri.*

Euphanes *ſcripſit Muſas, vnde ſenarij aliquot leguntur apud Athenæum lib. 8.*

Euphantus *Olynthius, Eubulidis Dialectici diſcipulus, & præceptor Antigoni regis, ſcripſit ad Antigonum regem De regno librum perutilem & laudatiſſimum. Conſcripſit etiam ſui temporis hiſtoriam: præterea tragœdias plurimas, quibus in certaminibus maxime probatur. Eius quartum hiſtoriarum librum de Ptolomæo, Athenæus libro ſexto allegat.*

Euphemij *epiſcopi Antiocheni ſatisfactio quã fecit pro Chalcedonenſi concilio, & tomo Leonis capite 56. & 64 citatur in VI. Synodo Conſtantinopolitana.*

Euphemius *patriarcha fuit Conſtantinopolitanus, cuius mentio fit apud Suidã in dictione* φαρμία *quanquam nihil inuenio quod ſcripſerit.*

Euphemius *in Coronatorib. citatur à Polluce.*

Euphiton *ſcripſit libros de agricultura teſte Varrone.*

Euphorion *Polymneti filius, è Chalcide Eubœæ natus eſt Olympiade 126. quo tempore Pyrrhus à Romanis victus eſt. Præfuit bibliothecæ apud Antiochum magnum Syriæ regem, ibiq; defunctus Apameæ vel Antiochiæ ſepultus eſt. Libri eius verſibus heroicis ſcripti ſunt: Heſiodus. Mopſopia ſiue confuſa, habet enim promiſcuas hiſtorias. Mopſopia quod Attica olim ſic dicta fuit, ab Oceani filia Mopſopia, & poematis oratio ad Atticos mille annos extenditur, argumento ab ijs ſumpto, à quibus depoſita pecunia fraudatus erat, qui pœnas etiam longè poſt daturi eſſent. Deinde colligit oracula, à mille annis euentu comprobata. Sunt autẽ libri ſex, & quintus millenarius inſcribitur de oraculis, vt mille annis euenirant. Suidas. Athenæus citat Euphorionis hiſtoricos commentarios, & chiliades: arbitror autẽ non aliud à Mopſopia opus eſſe: præterea ab eo citantur libri De Iſtmijs. De poetis Melici carminis: etſi autem nomen Chalcidenſis non eſt additum, tamen ad hunc referendi videntur. Opus de Aliadibus citat Clemens Stromaton* 1. ἀραὶ *vel* ποτηριοκλέπται *citantur à Stephano. Verſus aliquot heroici Euphorionis, leguntur apud Stobæum in ſermonibus de pueris & de cõſolatione. Epicedium in Protagoram Aſtrologum. Celebratus eſt aũt plurimum Euphorion in Flegijs.*

Euphorion *filius Aeſchyli tragici. Athenienſis Tragicus & ipſe, qui fabulis patris nondum editis actis, quater vicit. Scripſit & ſua quædam. Suidas. Huius fortè fuerit fabula* Ἀποδιδοῦσα *Præbens, quæ ab Athenæo citatur libro vndecimo.*

Euphorion *Thrax citatur à Parthenio.*

Euphorion *quidam ſcripſit Georgica, alius à ſuperioribus.*

Digitized by Google

*ſuperioribus, nam qui eius meminere Varro & Columella, hunc inter eos ſcriptores ponunt quorum patria ignoratur.*

Euphori εὑρήματα*, id eſt, librum de inuentionibus, Athenæus libro 4. citat & ibidem,*

Euphranoris *Pythagorici librum de tibijs.*

Euphranij *duo, vnus Athenienſis, alter Amphipolites, ambo de Agricultura ſcripſere, Varrone teſte. Porrò Columella de his ita ſcribit. Athenæ ſcriptorum frequentiam pepererunt è queis probatiſſimi authores Chæreus, Ariſtandros, Amphilochus, Euphron: Chreſtus Euphronis, non vt multi putant Amphipolites, qui & ipſe laudabilis habetur agricola, ſed indigena ſoli Attici. Plinius citat Euphronem & Euphronium Athenienſes, Athenæus Euphronis commentarios.*

Euphranor *citatur à Plinio lib. 55.*

Euphraſij *oratoris clari meminit Eunapius.*

Euphrates *Stoicus philoſophus, oriundus eſt Epiphania Syriæ. Meminit huius (ni fallor) Philoſtratus.*

Euphremij *epiſcopi Antiocheni ſcripta contra Seuerum hæreticum capitulo 56. citantur in Conciliorum 2. Tomo, in Laterana Synodo, ſed mendoſe pro Euphemio, vt ex ſexto Synodo apparet.*

Euphronius *poeta, Priapi carmen ſcripſit, vbi Deum Orneatum eum vocat. Strabo.*

Euphron *comicus, cuius fabulæ ſunt, Deformis, Muſæ, Synephebi, Spectatores. Suidas. Eaſdem fabulas citant Athenæus & Stobæus.*

Euphroſyni *Lapinij Inſtitutiones linguæ Florentinæ, Latina & Florentina lingua conſcriptæ. Florentiæ apud Iuntas anno 1569. in octauo.*

Eupithij *Athenienſis* εἴξαντος τῆς ἡλικίας *tetraſtichon lib. 1. Florilegij, ſect. 17.*

Eupolemus *De regibus Iudæorum, citatur à Clemente Stromat. 1. Eupolemum quoque ſcripſiſſe Tactica ſiue artem inſtruendarum acierum tradit Aelianus.*

Eupolemi *poetæ Chriſtiani libri duo, De lucta Caci & Agathi, ijs enim nominibus Satanam & Meſſiam deſignat, ſcripti heroico carmine. Nondum impreſſi, ſunt in bibliotheca Georgij Fabricij.*

Eupolis, *Soſipolis filius, Athenienſis comicus: prodire in theatrũ cepit natus annos 17. ac fabulas edidit 17. vicit ſeptem. Naufragio perijt in Helleſponto, bello Laconico. Vnde edictum eſt ne quis poeta militaret. Suidas. Fabulæ eius citantur ab Athenæo: Capræ. Effœminati ſeu Deſertor. Autolycus. Baptæ.* Δῆμοι. *Helotæ. Adulatores. Vrbes. Proſpatiæ. Coronarum venditrices. Taxiarchi ſiue Imperatores. Amici. Aetas aurea. Porrò Stephanus citat* Eupolidis Μαρικᾶς. *Pollux verò pleraſque ex commemoratis fabulis citat, & præterea Captiuos: nominat etiam Autolycum primum, quaſi plures huius nominis fabulas ſcripſerit.*

Euporus *hiſtoricus citatur à Clemente Stromaton 1.*

Euricius *Cordus, Simeſuſius medicus, natione Germanus, ſcripſit Botanologicon, ſiue Colloquium de varijs herbis, excuſum Coloniæ apud Ioannem Gymnicum anno Domini 1534. Theriaca & Alexipharmaca Nicandri poetæ Latinis verſibus heroicis reddidit eleganter, Liber impreſſus apud Egenolphum Francofurti anno Domini 1532. Epigrammata quoque ſcripſit, præſertim à Græcis translata, & Bucolica. Eiuſdem iudicium de herbis & medicamentis ſimplicibus, excuſum eſt Francofurti, anno Domini 1549. cum Dioſcoridis textu, & Gualteri Riuij ſcholijs. Eiuſdem defenſio contra maledicum Thiloninum Philymnum. Erdfurdiæ impreſſa eſt, anno Domini 1515. chartis 4. Eiuſdem epigrammatum lib. 9. ſuaues & elegantes, excuſi ſunt Marpurgi à Franciſco Rhodo, anno Domini 1529. char. 19. Eius Eglogæ 10. in natalem Chriſti hymnus, Nicandri Theriaca & Alexipharmaca, Threnodia in mortem Guilielmi Heſſorum principis, Palinodia quod mortuum Eraſmum ſcripſerit, Expiatorium Heſſiacorum fontiũ, Defenſio contra Thiloninum Philymnum, Epigrammatum lib. 13. Omnia ſimul excuſa ſunt Francofordiæ apud Mœnum, anno Domini 1550.*

Euriphilus *ſcriptor, citatur à Plinio, qui ex eo quædam in librũ vndecimum, Naturalis hiſtoriæ tranſtulit.*

Euripides *Athenienſis tragicus, maior natu quam celebris ille, Fabulas edidit duodecim, vicit duas. Suidas.*

Euripides *Mneſarchi F. Athenienſis, tragicus ſcripſit fabulas in vniuerſum 92. ex quibus octo Satyricæ habentur. In vniuerſum autem noſtra ætate extant decem & nouem fabulæ, quæ Baſileæ Græce in octauo, & Græce atq; Latine in folio editæ ſunt: & præterea Venetijs ab Aldo, & poſtremo Antuerpiæ à Plantino, ſublatis infinitis mendis, & prodita carminum ratione hactenus pleriſque ignota, per Gulielmum Canterum anno 1571. decimoſexto. Nomina fabularum quæ extant ſunt hæc: Hecuba, Oreſtes, Phœniſſæ, Medea, Hippolytus coronatus, Alceſtis, Andromache, Supplices, Iphigenia in Aulide, Iphigenia in Tauris, Rheſus, Troades, Bacchæ, Cyclops, Heraclidæ, Helena, Ion, Hercules furens, Electra. Citatur & à Polluce Euripides in Satyricis fabulis. Autolyco, Cione, Euryſthene: item in Theſeo, Palamede, Timenidis, Scyrone *Euripides poeta tragicorum princeps in latinũ ſermonem conuerſus adiecto è regione textu græco: cum annotationibus & præfationibus in omnes eius tragœdias authore Gaſparo Stiblino: acceſſerunt Iacobi Micylli de Euripidis vita, ex diuerſis authoribus collecta: item de Tragœdia & eius partibus prolegomena quædam Item Ioannis Brodæi Turnonen annotationes doctiſſimæ nunquam antea in lucem editæ. Baſileæ in officina Ioan. Oporini, anno Domini 1562. in folio. Euripidis tragœdiæ cum ſcholijs marginalibus interlinearibus, in octauo magno, manuſcriptæ in biblioth. Imp. Viennæ.*

* Euripidis *Rhetoris Epiſtolæ græcæ in quarto Venetijs per Aldum.*



Digitized by Google

Euryphami *Pythagorici fragmentum ſatis prolixum ex libro de vita, legitur apud Stobæum in ſermone De felicitate.*

Euryhon *in Terapeuticis ſuis voluminibus paſſim quædam ad plantas pertinentia affert. Galenus.*

Eurypyli *Diatribæ citantur ab Athenæo.*

*Ex* Euſchemi *Empolide fabula ſenarij aliquot referuntur lib.13. Athenæi.*

Euſchemis *ſcriptor citatur in Arati commentarijs.*

* Euſebius *Alexandrinus de eelemoſyna grece M.S. In 4. bib. Imper. Viennæ.*

Euſebius *Pamphili Cæſareæ Paleſtinæ epiſcopus, bibliothecæ diuinæ cum Pamphilo martyre diligentiſſimus perueſtigator, edidit Euangelicæ demonſtrationis lib. 20. Euangelicæ præparationis lib.15. Theophaniæ lib. 5. eccleſiaſt. hiſtoriæ lib.10. Chronicorum canonum omnimodam hiſtoriam, & eorum epitomen, euangeliorum diaphoniam, in Eſaiam lib.10. & contra Porphyrium, qui eodem tempore ſcribebat in Sycilia, vt quidam putant, lib. 30. topicorum lib. 1. apologiæ pro Origene lib.6. de vita Pamphili lib. 3. de martyribus alia opuſcula, & in 150. Pſalmos eruditiſſima commentaria. Scripſit patrum iuſſu Symbolum Nicenum. ad Marinum librum de duobus in eccleſia Chriſti viuendi generibus. ~~Floruit~~ ſub Conſtantino & Conſtantio imperatoribus, anno Domini 320. Eius opera, quæ extant, omnia Latine excuſa ſunt Baſileæ apud Henricum Petrum, anno 1542. Extat eiuſdem liber contra Hieroclem, qui ex Philoſtrati hiſtoria comparauit Appllonium Tyaneum Saluatori noſtro Ieſu Chriſto, Zenobio Acciolo interprete: excudit Gymnicus Coloniæ, 1532. cum Phyloſtrati hiſtoria, & Aldus Græce olim Venetijs. Euſebij Pam. opera, quæ Græce in bibliothecis Italiæ celebrioribus ſeruantur: Venetiis apud D. Hurtadum, Libri 15. de præparatione Euangelica. De Euangelica demonſtratione lib. 10. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib. 10. Eccleſiaſticæ theologiæ lib.5. qui ſunt Diſceptatio contra Marcellum Ancyrenſem. Theologia euangelica. Hiſtoria euangelica. In vitam magni Conſtantini, de dogmate Græcorum, aliâs. In vitam Conſtantini ſermones 5. & alibi. De vita beati Conſtantini regis lib. 4. In Conſtantinum regem βασιλικός. Alia oratio ἀπὸ προσώπου Κωνσταντίνου. Hypotheſis in Pſalmos, Romæ in Vaticana. Canones ſeu tabulæ decem de quatuor Euangeliſtarum conſenſu, & Græce & Latine cum noui Teſtamenti codicibus excuſæ reperiuntur. Epiſtola ad Paulinum Tyri epiſcopum, qua defendit Arianam opinionem de generatione filij Dei, præponitur Marij Victorini libris 4. de Trinitate aduerſus Arium. apud Henr. Petrum Baſileæ cum alijs varijs. Primum pro Origene librum à ſe ſcriptum Pamphilo martyri inſcripſit, vt commodius tam eximij patroni ſanctimonia libri περὶ ἀρχῶν, id eſt de principijs Romanis commendarentur. Euſebij opera quæ extant omnia Græce excudit Robertus Stephanus Pariſijs. Eiuſdem eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 10. De vita Conſtantini libri quinq. Latine excuſi ſunt Baſileæ in officina Frobeniana, Vuolfgango Muſculo interprete anno Domini 1554. Eiuſdem chronicon excuſum Pariſijs cum additionibus, venditur duodecim ſolidis Gallicis. Eiuſdem contra Marcellum lib.2. eccleſiaſticæ theologiæ lib.3. manuſcripti extant. Forſan idẽ qui alias inſcribuntur Eccleſiaſticæ theologiæ lib.5 qui ſunt diſputatio contra Marcellum Ancyrenſem. Euſebij Euangelicæ Demonſtrationis libri 10. interprete Donato Veronenſi, excuſi ſunt Coloniæ 1542. in folio. Opera eius in duos tomos diuiſa, & aucta atque correcta ex Græcis exemplaribus, Baſileæ impreſſa in officina Henrici Petri, 1570. Hiſtoria eius Chriſtophorſono Anglo interprete Coloniæ excuſa eſt. * Euſebij Pamphili & Michaelis Pſelli enarrationes in Cantica canticorũ græce, manuſcriptæ in quarto biblioth. Imper. Viennæ. Euſebij Pamphili Cæſarienſis Epiſcopi, Theologi, philoſophi & Hiſtorici opera quæ extãt omnia, vitijs ſublatis Correctiora & nouis annotationib. illuſtrata, opera & ſtudio Ioannis Dadræi Pariſienſis Scholæ doctoris Theologi. In fol. Pariſijs anno Domini 1581.*

Euſebij *Papæ decreta cũ reliquis Pontificum, excuſa. Eiuſdem cum Recognitionibus Clementis, epiſtolæ tres item impreſſæ.*

Euſebius *Arabius Sophiſta, Vlpiani ſophiſtæ æmulus. Suidas.*

Euſebij *cuiuſdam Ionici ſcriptoris multæ paſſim reliquiæ in Stobæi collectaneis ſaluæ ſunt: primum quidem, in ſermone De imprudentia, deinde plurimis alijs.*

Euſebius *ſcripſit de crucis Domini myſterio, & Apoſtolorum, præcipueq; Petri conſtantia virtute crucis, fidei virtute adepta.*

Euſebius *Cremonenſis monachus, & diſcipulus B. Hieronymi, ſcripſit ad Damaſum epiſcopum, & Theodoſiũ ſenatorem Roma. elegans & prolixũ volumẽ, de trãſitu S. Hieronymi lib.1. Claruit 420.*

Euſebius *Emeſenus Epiſcopus, innumerabiles confecit libros, è quibus vel præcipui ſunt aduerſus Iudæos, & gentes & Nouatianos, & ad Galatas libri 10. & in euangelia homiliæ breues, ſed plurimæ. Floruit temporibus Conſtantij imperatoris. Io. Trittenhemius eũ claruiſſe ſcribit, anno ſalutis 420 Euſebij Emiſſeni, vt quidam putant, in Acta Apoſtolorum, & Pauli Epiſtolas breues & doctæ annotationes, extant in bibliotheca Ioan. Sambuci. Eiuſdem Homiliæ ad populum editæ ſunt Pariſijs à Gagneio anno 1547. Homiliæ in Euangelia quæ cunctis diebus dominicis totius anni ac ferijs quadrageſimalibus legi ſolent: cum præcipuis anni feſtiuitatibus. Antuerpiæ apud Ioannem Steelſium anno D. 1555. Eiuſdem Homiliæ decem ad monachas, ibidem apud Bellerum anno Domini 1556.*

* Euſebij *Kleberi, de perſona Chriſti & vtriuſq; naturæ differentia. Germanice quarto anno Domini 1575.*

Euſebius *epiſcopus Mediolanenſis pro fide catholica contra hæreticos fortiter pugnans ſcripſit epiſtolam, quam in cauſis fidei miſit ad ſanctum Leonem Papam. Floruit anno Domini 450.*

* Euſebij Philadelphi dialogi duo de vita Caroli 9. regis Gallorum eiuſq; matris reginæ multa ſecreta complectentes in Gallorum & cæterarum nationum gratiam compoſiti, quorum prior ab authore recognitus: alter verò nunc primum in lucem editus in octauo, Edimburgi anno Domini 1574. Latine, Gallice & Germanice.

Euſebius Phœnix, ſcripſit contra Manichæorum hæreſim libros, teſte Nicephoro.

Euſebij Scholaſtici, natione Græci, Gainia, de bello contra Gothorum regem Gainiam, libri quatuor heroico carmine ſcripti.

Euſebius natione Sardus, Vercellenſis epiſcopus, ob confeſſionem fidei à Conſtantio principe Scythopolim, & inde Cappadociam relegatus, ſub Iuliano Imperatore ad eccleſiam reuerſus, edidit in Pſalmos commentarios Euſebij Cæſarienſis, quos de Græco in Latinum verterat.

Euſtachij olim Conſtantinopolitani antecesſoris, liber De variorum temporum in iure ciuili obſeruatione: Græce & Latine impreſſus in 8. Euſtachij (neſcio an eiuſdem) de varia interpretum iuris ciuilis obſeruatione. Ita habet Bibliotheca Oporini index: Si modo hic non eſt mendum, puto enim pro interpretum, temporum legendum.

Euſtachius, qui & Bonauentura de Balneo regio natus, ordinis fratrum minorum miniſter generalis, &c. ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. breuiloquium lib. 7. ſoliloquium lib. 1. itinerarij mentis in Deum lib. 1. lignum vitæ lib. 1. exhortatorium ad fratrem lib. 1. de reductione artium, &c. lib. 1. regimen conſcientiæ lib. 1. itinerarij mentis in ſeipſum lib. 1 compendium ſcripturarum lib. 1. de inſtitutione nouitiorum lib. 1. centiloquium lib. 4. pharetram ſiue ſcintillarium lib. 4. de paupertate Chriſti contra Guil. lib. 1. de quinque feſtis infantiæ Chriſti lib. 1. de ſeptem donis ſpiritus ſancti lib. 1. de excellentia euchariſtiæ lib. 1. de ſex alis ſeraphim lib. 1. ad Blancam duciſſam lib. 1. illuminationum inſigne opus lib. 1. de tribus ternarijs peccatorum lib. 1. de ſeptem gradibus contemplationis lib. 1. de profectu religioſorum lib. 1. de decem præceptis lib. 1. apologiam pauperum lib. 1. ſuper oratione dominica lib. 1. legenda S. Franc. li. 1. cõſtitutiones ſui ordinis li. 1. in Gen 7. viſionũ lib. 1. in Euang. Ioan. li. 1. in euang. Luc. librum 1. de tribus quæſtionibus lib. 1. de ſandalijs Apoſtolorum lib. 1. de paſſione Domini lib. 3. ſermones per annum lib. 2. Epiſtolas plures ad diuerſos, et alia inſuper nonnulla. Claruit anno Domini 1283. D. Bonauenturæ opuſculorum tomus primus & ſecundus impreſſi ſunt Venetijs 1572. in folio.

Euſtachius Zicherius, ſcripſit de ſacramentis contra Lutherum.

Euſtaſij Materenſis carmina, de Baianis thermis, quibus quæque morbis medeantur, excuſa ſunt Venetijs cum diuerſis ſcriptoribus de balneis.

Euſtathius Antiochenus ſcripſit de concilio Niceno librum, ex quo quædam recitantur apud Nicephorum lib. 8. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

Euſtathij Beryti epiſcopi, de ſynodo Chalcedonenſi fragmentum, extat apud Nicephorum libro decimoquinto.

Euſtathius Epiphanienſis, ſcripſit de Perſarũ cum Romanis bello hiſtoriam, teſte Nicephoro. Suidas etiam hunc Euſtathium, epitomen chronicam nouem tomis ab Aenea vſque ad Anaſtaſium imperatorem ſcripſiſſe memorat.

Euſtathius genere Pamphilius Sidites, aduerſus Arianorum dogma componens multa ſcripſit volumina de Anima, de Engaſtrimytho aduerſus Origenem, & infinitas epiſtolas. Claruit anno 330.

Euſtathius Albanenſis epiſcopus, vide Euſtachius.

Euſtathius à Knobulsdorf, Prutenus, Lutetiam Pariſiorum carmine deſcripſit. Wechel Pariſijs excudit 1543. Inſeruit etiam Munſterus Coſmographico ſuo operi.

Euſtathius Sebaſtianus Macedoniam ſectam incœpit, cum Baſilio Ancyrano epiſcopo eiuſdem vrbis. Suidas.

Euſtathius præſul, patria Conſtantinopolitanus, in Homerum & Dionyſium de ſitu orbis commentarios edidit, Romæ, & Baſileæ & Pariſijs apud Robertum Stephanum excuſos. Item hiſtoriam quandam amatoriam, quæ inſcribitur καθ' ὑσμίνην καὶ ὑσμινίαν quæ Græce .m. habetur in bibliotheca Regis Gallorum, in Vaticana & Card. S. Angeli. Opuſculum de dialectis apud Homerum, impreſſum ab Aldo in li. Cornucopiæ inſcripto.

Euſtathij aliàs Euſtrathij & Arſenici Syllogiſmi de Spiritu ſancto, Græce in bibliotheca Regis Gallorum.

Euſtathij Antiocheni epiſcopi & confeſſoris de anima liber ſeu oratio: interpretatio in Pſalmum 15. & 92. Oratio in illud, Dominus creauit me initium viarum ſuarum: inſcriptiones τῶν κατ' ἀλληγορίας, citantur à Theodoreto in Eraſtine.

Euſtathius Quercetanus medicus, ſcripſit Acroamaton in librum Hippocratis de natura hominis commentarium, & in Claudij Galeni libros tres de temperamentis ſcholia doctiſſima. Excuſa ſunt Baſileæ apud Ioannem Oporinum, anno Domini 1549.

Euſtephius Sophiſta Aphrodiſeus, ſcripſit declamationes, teſte Suida.

Euſthenius comicus. Ex fabulis eius eſt Empole, id eſt venditio Aeliano authore. Suidas.

Euſtochium. vide Paula.

Euſtochius ſophiſta Cappadox, tempore Conſtantis regis de antiquitate Cappadociæ & aliarum gentium ſcripſit.

* Euſtorgij Veolienſis Lemonicenſis Chriſtiana exhilaratio continens eccleſiaſticos hymnos & conciones rythmis Gallicis comprehenſas. in 12. anno Domini 1546.

Euſtratij Metropolitæ Niceæ commentarij Græci in ſecundum librum poſteriorum Analyticorum Ariſtotelis, excuſi Venetijs apud Aldi Manutij hæredes, anno Domini 1534. cum Ioannis Grammatici commentarijs. Euſtrathij (niſi forte legendum ſit Euſtathij, quod magis placet) commentarij in Homeri Batrachomyomachiam, alicubi

Digitized by Google

extant in Italia manuſcripti. Euſtratij & Maſtoris dialogus, quomodo ornandæ ſint ſanctorum imagines, Græce extat, Romæ opinor: neſcio an Euſtratij, aut alterius authoris. Euſtratij commentarij in Analytica poſteriora Andrea Gratiolo interprete, Latine excuſa ſunt.

Eutecnij ſophiſtæ paraphraſis Græca in Alexipharmaca & Theriaca Nicandri, & in quædam Oppiani, videlicet de piſcatione et venatione, libri ſeruantur Venetijs, & apud Diegum Hurtadum Mendozam.

Eutocij Aſcalonitæ commentarij Græci in primum & ſecundum libros Archimedis de ſphæra & cylindro, In circuli dimenſionem, In primum & ſecundum æqueponderantium. impreſſi Baſileæ apud Ioan. Oporinum, cum Archimede Græco. Eadem manuſcripta habentur in bibliotheca Regis Gallorum. Eiuſdem commentarij in Apollonij Conica, ſeruantur in Vaticana, Strozæ, & Carpenſi bibliotheca.

Eutolmius I.C. vide Tribonianum.

Eutolmij tetraſticha duo, lib. 3. Florilegij, & diſtichon libro 6. vbi et Illuſtrij cognomen additur, ſect. 25.

* Eutrandus Berengarij regis hiſtoriam libris 7 proſequitur.

Eutropius epiſcopus Valentinæ eccleſiæ, ſcripſit ad Licinianum epiſcopum cur baptizatis infantibus poſt hæc tribuatur Chariſmatis vnctio, lib. 1. de coercione monachorum lib. 1. & plures epiſtolas ad diuerſos. Claruit anno. D.600.

Eutropius presbyter ſcripſit ad duas ſorores ancillas Chriſti, quæ ob deuotionem pudicitiæ & amorem religionis exheredidatæ ſunt à parentibus, epiſtolas conſolatorias, eleganti & aperto ſermone duas, non ſolum ratione, ſed etiam teſtimonijs ſcripturarum munitas. Gennad. Item Chronicorum vſque ad ſua tempora lib. 1. Eius de geſtis Romanorum lib. 10. cum Commentarijs Cæſaris, & Pauli diaconi libris 8. ad Eutropij hiſtoriam additis, Aldus Venetijs excudit, & Baſileæ Frobenius cum Pauli Diaconi de geſtis Longobardorum lib. 6. anno 1532. Mox Oporinus ſeparatim Eutropium, ab Antonino Sconhouio reſtitutum, anno Domini 1545. Et poſtea cum commentarijs Eliæ Vineti & Glareani. Et abſque commentarijs ab Heinrico Stephano cum alijs Romanæ hiſtoriæ auctoribus octauo. Item Lugduni 16.

Ex Euthyclis Aſotis ſenarij duo citantur apud Athenæum libro 3. Suidas quoq; ex Athenæo eius meminit.

Eutrandus, Vide Luitprandus.

Eutyches, author epiſtolæ ſecundæ lib. 1. apud Cyprianum, cum aliquot alijs coepiſcopis.

Eutyches poeta Comicus, ſcripſit fabulas multas, quæ apud Athenæum & Volaterranũ enumerantur lib. 15.

Eutychidas citatur apud Plutarchum in vita Lycurgi.

De Eutyche hæretico, vide Suidam.

Eutychiani Papæ decreta, cum cæteris impreſſa: & epiſtola eius, vnà cum Recognitionibus Clementis.

Eutychius Myon, vide Vuolfgãg. Muſculus.

Eutychi cuiuſdam, auditoris Priſciani, libellus de arte verſificandi extat, neſcio an impreſſus. Eiuſdem de diſcernendis coniugationibus libri 2. impreſſi Tubingæ. anno Domini 1537. cum M. Victorini & Seruij quibuſdam operibus. In eoſdem libros commentarij Sedulij extant in bibliotheca Tigurina manuſcripti.

Euthydemi Athenienſis opſartytica, id eſt, cõdimentarios libros, deque oleribus & ſalſamentis, Athenæus allegat.

De Euthydemo Apollonij præceptore, Suidam ſi libet legito.

Euthymenes in Chronicis citatur à Clemente lib. 1. Stromaton.

Euthymij monachi Zigadeni enarratio in omnes Pſalmos, Græce extat Romæ in Vaticana. Veronæ autem commentarij ſolum in ſeptem Pſalmos excuſi ſunt. Idem Euthymius ſtudioſe collegit interpretationem Pauli epiſtolarum ex Chryſoſtomo, & alijs patribus diuerſis: quod opus Græcum itidem Romæ ſeruatur. Latine vero à Ioanne Hentenio Mechlinienſi conuerſum, Louanij & Pariſijs excuſum habetur. Euthymius in catholicas epiſtolas Græce manuſcriptus in biblioth. Sambuci. Euthymij Orthodoxæ fidei Panoplia, interprete Petro Franciſco, Lugduni, anno Domini 1536. In quatuor Euangeliſtas cõmẽtaria excuſa Louanij, anno Domini 1544. Commentaria in Pſalmos & de hæreſibus Græce ſeruantur in bibliotheca Regis Gallorum. Eius commentarij in omnes Pſalmos Venetijs excuſi ſunt Latine Philippo Saulo interprete, 1568. *Euthymij & Saraceni diſputationes de fide græce manuſc. in 4. in biblioth. Imp. Viennæ.

Euthymij Sphæra Græce habetur in bibliotheca Regis Gallorum.

Eutyphron Heraclidis Pontici filius citatur à Diogene Laertio.

Euzoius apud Theſpeſium rhetorem, cum Gregorio Nazianzeno epiſcopo adoleſcens Cæſareæ eruditus eſt, & eiuſdem vrbis epiſcopus factus. Feruntur eius varij multipliceſque tractatus. Claruit ſub Theodoſio Imperatore.

Eytel Vuolfus de Lapide, vir nobilis, natione Sueuus, ſcripſit De laudibus heroum & virorum illuſtrium lib. 1. epiſtolare cultiſſimum, & alia quædam. Floruit anno Domini 1494.

Ezechiel propheta fuit in Chaldæa, iuxta fluuium Chobar, ſuam exordiens prophetiam ſub Iechonia rege Iehuda, vna cum reliquis Iehudæis in captiuitatem ductus: fuitque eodem tempore quo Ieremias, niſi quod ille Ieroſolymis, hic autem in Chaldæa prædixit Iudæorum futuram calamitatem. Vitam eius Epiphanius deſcripſit. Liber prophetiæ diuiditur in 48 capita.

Ezechielus Iudaicarum tragœdiarum poeta, in actu qui inſcribitur ἐξαγωγή, id eſt Eductio, citatur à Clemente Stromaton 1.

Ezichiafarim quædam Arabice ſcripſit, quæ

Athelardus

*Athelardus in linguam Latinam tranſtulit.*

Ezras, *vel Eſras, vel Eſdras, librum ſcripſit, Paralypomenis in veteri Teſtamento ſubijcitur, & in capitula 55. diuiditur: quamuis aliqui in duos libros diuidant, & priori decem ſolum capita tribuant.*

# F.

FAbiani *Papæ decreta, cum cæteris Pontificijs, excuſa Coloniæ.*

Fabiani *vel Fauiani de animalibus & cauſarum naturalium libri, citantur à Chariſio.*

Fabianus *Philoſophus & orator, ſcripſit declamationes multas, teſte Seneca.*

Fabianus *quidam Latinus author, citatur à Plinio, qui 2.9.11.12.13.14.15.17.18.23.24.28.& 36. libro Naturalis hiſtoriæ eius ſcriptis vſus eſt: nominat autem hunc aſtrologum & phyſicum lib. 18.cap.28.*

Fabianus *Bodeti* I.C. *ſcripſit de ſucceſsione ab inteſtato.*

Fabianus de *Grochis, vel Giochis* I.C. *ſcripſit de inoff.teſt. Authenti.nouiſsima.*

Fabiani *Quadrantini, Palinodiæ ſiue reuocationes, cum factus eſſet ex Lutherano Catholicus, recitatæ Braunſbergæ, in collegio ſocietatis Ieſu, iuſſu Staniſlai Hoſij. Coloniæ* 1571.*octauo.*

Fabianus *de monte S.Sabini, ſcripſit de alienatione rerum eccleſiaſticarũ, in tractatu de emptio. item, de emptione & vendit.*

Fabiani *Sommeri medici, liber de inuentione, deſcriptione, temperie, viribus & in primis vſu thermarum D.Caroli* IIII. *Imperatoris. Lipſiæ typis Vögelianis* 1571.*octauo.*

Fabilium *Græcum, qui filij Maximini imperatoris magiſter fuit, Capitolinus ait epigrammata permulta Græca compoſuiſſe, atq; in primis in imagines pueri imperatoris.*

Fabius *Acorombonus* I.C. *ſcripſit ad ſenatuſconſ.Treb.l. hæredes mei, parag. cum ita de acquir. poſſ.l.naturali.parag.nihil commune. Vnde liberi. l.qui ſe patris.*

* Fabius *Beneuotentius Senenſis, interpretatus eſt Gennadij Scholarij defenſionem quinq; capitũ, quæ in Florentina Synodo continentur, de quibus vide in nomine Gennadij Scholarij. In* 8. *Tilingæ anno* 1580.

Fabius *Cota nobilis Romanus, tranſtulit Onoſandrum Platonicum, de optimo duce & eius officio, in linguam Italicam, Venetijs excudit Gabriel Iolitus quaternionibus* 12.

Fabius *Dorſemus Comicus, citatur à Feſto Pompeio, & à Plinio lib.*13. *Nauralis hiſtoriæ.*

Fabius *Eugubinus, ſcripſit in parag. vnde liberi.l.qui ſe patris, ſecundo Cod.*

Fabius *Feriulanus, pontifex Maximus, ceremoniarum Flamendialium libros aliquos conſcripſit.*

* Fabij *Incarnati, ſcrutiniũ ſacerdotale ſiue modus examinandi, tam in viſitatione epiſcopali, quã in ſuſceptione ordinum, ex pluribus ſacræ ſcripturæ voluminibus accumulatum. Venetijs in* 12. *anno Domini* 1580.

Fabij *Luculli ſcripta citantur apud Fulgentium Mythol.*

Fabius *Marcellus, Gargilius Martialis, Iul. Capitolinus, &c. ex antiquis Latinis principes Ro. deſcripſere. Volaterr.*

Fabius *Mignanellus Luceriæ epiſcopus, Bononiæ propoſitis mille quæſtionibus Iuris vtriuſq; locis, quicquid ipſe de illis ſentiret, triduo maxima doctiſsimorum hominum corona, contra omnes defendit. Vixit ſub Iulio* III.PP.

Fabius *Optinellus* I.C. *ſuper ff. veteris. De iur.om.iud.l.imperium.*

Fabius *Pictor. Fabios Pictores tres fuiſſe, quorum nomina literarum & antiquitatis cognitione floruerint, vir doctiſsimus Car.Sigonius adnotauit. Q.Fab.N.Fab.& Ser.Fabium: Singulis ſuis locis inuenies.*

Fabius *Placiades Fulgentius, quære in Fulgentio.*

Fabius *Sabinus vetus* I.C. *Heliogabali tempore: ſed ambigitur, an Sabinus pater ipſius, libros ſcripſerit Iuris ciuilis* 3. *Epiſtolarum* 8. *Ex Proculo ſingularem: quibus addit Riuallius, Reſponſorũ* 3. *Ad Vitellium* 20. *Digeſtorum. Ad edictum prætoris vrbani quinque.*

Fabius *Soſianus, Firmi, ſub Aureliano tyrannidem occupantis, vitam & geſta deſcripſit.*

Fabius *citatur à Plinio lib.* 33.34.35.& 38. *Scripſit autem libros de pictura, eodem Plin. teſte.*

Fabius *Veſtalis citatur à Plin.lib.*7.*cap.* 60.

* Fabricii *Marini Caietani cantiones, anno Domini* 1571.

Fabricius *Thuſcus citatur à Plinio, qui in librum* 3. 4.& 6.*quædam ex eo tranſtulit.*

Facundus *Hermianenſis epiſcopus, ſcripſit ad Iuſtinianum Imperatorem contra Mutianum Scholaſticum, defenſionem Theodori Mopſueſtiæ epiſcopi.*

Falconis *Monſpelienſis medici libellum de Febribus habet Ioan.Culmanus medicus Illuſtriſs. ducis Wirtebergenſis, manuſcriptum.*

Fannij *ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Gracchorum.*

Fannius *poeta (alius ab hiſtorico qui Lælij gener fuit) fertur ſcripſiſſe Satyram quadratam. Meminit eius Horatius in ſermonibus, eumq; ineptum nominat.*

Farragus *Iudæus, ex Arabica lingua in Latinam tranſtulit Tacuinos ægritudinum & morborum humani corporis, Buhahylyhæ Byngezle Arabis. Liber impreſſus eſt Argentorati apud Ioannem Schotum in folio chartis* 37. *Vixit tempore Caroli Magni.*

Farreſius *in Aphoriſmos Hippocratis.*

Faritius *Thuſcus, Abyndonenſis abbas in Anglia, ſcripſit ante tempora Guilhelmi Malmeſberienſis, vitam Adelmi epiſcopi, lib.*1. *Epiſtolas quoq; lib.*1. *Claruit anno* 1110.

Faſtidius *Britanniarum epiſcopus, ſcripſit ad*

n

Digitized by Google

Fatalem quendã de vita Chriſtianæ lib.1.& alium de viduitate ſeruanda, & ſana Deo digna doctrina. Gennad. Claruit anno ſalutis 420.

Fauonius citatur à Plinio, qui ex eius ſcriptis quædam in Naturalis hiſtoriæ librum vndecimum tranſtulit.

Fauſtinus presbyter, ſcripſit ad Faccilium Reginum aduerſum Arianos & Macedonianos lib.7. Scripſit & librum, quem Valentiniano, Theodoſio, & Arcadio Imperatoribus, pro defenſione ſuorum, cum Marcelliano quodam preſbytero obtulit. Claruit anno 390.

Fauſtinus quidam apud Cyprianum lib.1. ſecundæ epiſtolæ author, cũ aliquot alijs coepiſcopis.

Fauſtus monachus & diſcipulus S. Benedicti, natione Italus, ſcripſit ad Bonifatium Pontificem, vitam S. Mauri abbatis lib.1. Claruit anno Domini 600.

Fauſtus ex abbate Lirinenſis monaſterij, epiſcopus Regienſis in Gallia, egregium volumen edidit contra priſtinos errores, quod inſcripſit, De gratia Dei lib.1. aduerſum Arianos lib.1. contra Anthropomorphitas lib.1. de ſpiritu ſancto li.1. ad Gratum diaconum contra Neſtor. lib.1. ad Felicem præfectum lib.1. homilias plures ad populum. Vide plura apud Gennadium. Eius de ratione fidei librum, in quo etiam aliquot loci inuicẽ conferuntur, Henricus Petrus Baſileæ 1528. excudit. Claruit 490.

Fauſtus, epiſtolæ 4. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiſcopis lib.1.

Fauſti Longianenſis De duello. Idem (vt arbitror) Dioſcoridem in linguam Italicam ante P. Matthiolum conuertit.

Fauſti Manichæi verba cum refutatione diui Auguſtini, leguntur in ſexto Tomo operum Auguſtini per 33. diſputationes, ſiue libros.

Fauſti Sabæi Brixiani, Epigrammatum libri quinq: Primus de Dijs: ſecundus de Heroibus: tertius de Amicis: quartus de Amoribus: quintus de Miſcellaneis. Romæ 1556. in octauo.

Fauſti à Timida regia confeſſoris verba, apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Fedeli medici Iſraelitæ opus de cognitione Dei, extat apud Guilielmum Poſtellum Arabice.

Federicus, vide Fridericus.

Federicus Commandinus Machometi Bagdedini libellum de ſuperficierum diuiſionibus, edidit vno cum proprio de eadem re libello. Piſauri 1570. * Idem librum Spiritalium Heronis Alexandrini, ex Græco in Latinum conuertit. In 4. Vrbini anno 1579.

Federicus Riſnerus, Opticen Alhaceni & Vitellionis, inſtaurauit & figuris illuſtrauit, Baſileæ 1572. Expectantur ab illo plura & præclara in Mathematicis, cum veterum tum ipſius ſcripta.

Feldij Alexandrini verba de ſplene, Conſtantinus Africanus citat lib. 5. cap. 12. de cognitione & curatione morborum.

* Feliciani Capitoni Narnienſis, explicationes catholicæ locorum vere omnium veteris ac noui Teſtamenti, quibus ad ſtabiliendas hæreſes noſtra tempeſtate abutuntur hæretici, & per Fratrem Candidum Floridum de Perusio in tres partes digeſtæ, eiuſq; opera in lucem editæ, in folio Venetijs 1580.

Felinus Sandeus, patria Ferrarienſis, ſcripſit ſuper libros Decretalium Grego. de conſtitutionibus, de reſcriptis, de officio ordinarij, de maio. & obedien. de Treug. & pace. de Lite conteſta. de probatio. de Teſtibus. De Teſtibus cog. De fide inſtrumentorum. De præſumptionibus. De iureiurando. De exceptionibus. De præſcriptionibus. De Senten. et re iudicata. De appellationibus. De accuſat. et inquiſitionibus. Additiones in Decretum. Ad inẽ tiatam ab abbate opus. De iure patronatus tractatum vnum. De indulgentia plena ſermonem, cuius thema eſt: Hodie mecum eris in paradiſo, &c. In hiſtoria libellum vnum de regibus Neapolitanis, & alia commentaria. Scripſit præterea, Quomodo puniatur conatus, quando literæ Apoſtolicæ noceant patronis eccleſiarum. In primum Decretal. Rubr. de electio. c. licet deuitanda. & diſt. 1. c. Ius generale. Commentarij eius in libros Decretalium impreſſi ſunt. Item omnia eius opera, (vt arbitror) aliquot voluminibus, Baſileæ ab Epiſcopijs.

Felix Burgundio ex Galliarum Celticarũ gente alumnus, ſcripſit ad Honorium Archipræſulem epiſtolas plures. Floruit anno 649.

Felicis Capellæ ſcripta citantur apud Fulgentium in Mytholog. Hic vt puto eſt Martianus Felix Capella.

Felix Crolandienſis, monachus Benedictinus, ſcripſit De vita diui Guthlaci lib.1. Claruit anno Domini 730.

* Felix Fabri Tigurinus ex nobili Schmidiorum familia, ordinis prædicatorum, conuentus Vlmenſis: deſcripſit peregrinationem Bernardi Breitenbach Decani eccleſiæ Moguntinæ, in terram ſanctam et regiones orientales: extat Germa. et Latinè.

Felicis Fidleri Philotas ecloga, ad epiſcopum Attrebatenſem ſcripta. Item elegia eiuſdem, de obitu D. Nicolai Perrenoti à Granuella, &c. Excuſa ſunt anno 1551.

Felix Papa tertius, natione Romanus, ſynodũ Romæ celebrans, multa ad eccleſiaſticam vtilitatem conſtituit, & ſcripſit Decretum ſynodale lib. 1. epiſtolas decretales plures lib.1. Eius decreta, excuſa Coloniæ cum reliquis Pontificijs: reperiuntur autem in eo volumine tribus locis, fortè trium huius nominis Pontificum, Felicis epiſtola 1. cum recognitionibus Clementis. Felicis Papæ reſcriptum Athanaſio & epiſcopis. Ægyptiorum de infeſtationibus Arianorum, extat. Claruit anno 439.

Felix quidam author trium epiſtolarum apud Cyprianum, cum aliquot alijs coepiſcopis. Sunt autem epiſtolæ, ſecunda, quarta, & duodecima lib.1. Cæterum in eo volumine apud Cyprianũ, quod de baptizandis hæreticis epiſcoporũ ſententias continet, multi Felices, ſed cognominibus diſtincti, leguntur. Felix ab Acurra, Felix à Bigai, Felix à Buſſaccenis, Felix à Gurgitibus, Felix à Mazrazana, Felix ab Vrina.

Felicis *Figlinccij Senenſis de philoſophia morali libri* 10. *in Ariſtotelis libros totidem, Italice excuſi in quarto, per Vincentium Valgriſium* 1551. *cum indice.*

Felicis *Manichæi verba cum refutatione Auguſtini in ſexto eius operum Tomo leguntur. Vide ſupra.*

Felix *Malleolus vulgo Hemmerlin, Tigurinus, vtriuſq; Iuris doctor, canonicus eccleſiæ Tigurinæ, ſcripſit multa, ex quibus ad poſteros venerunt, liber contra validos mendicantes, recapitulatio eiuſdem. Contra Anachoritas, Beghardos, Beginasq; ſylueſtres, Lollbardorũ deſcriptio, gloſſa bullarum per Beghardos impetratarum, de negocio monachorum, de plebanis & religioſis mendicantibus, de religioſis proprietarijs præcepta Domini prædicantibus, tenor epiſtolæ de cœlis miſſæ, per patronos eccleſiæ Thuricenſis, contra negligentes diuinũ cultum, tractatus de nouorum officiorum diuinorum inſtitutione, de oblatis & ſolutis pecunijs pro præbenda, ſeu beneficio in eccleſijs vel monaſterijs percipiendo. Dialogus de anno Iubileo, de benedictionibus auræ cum ſacramento faciendis, tractatus de exorciſmis. Alius tractatus exorciſmorum, ſeu adiurationum, de credulitate dæmonibus exhibenda, de arbore torculari ducendo in die feſto, de matrimonio, ſeu ſponſalibus, de furto reliquiarum, & alijs rebus nuper in monaſterio B. Virginis loci Eremitarum per 3. perſonas miraculoſe commiſſo et deducto, & finaliter reperto & recuperato. Epiſtola contra quendam ſuperbum clericum, forma appellationis contra quendam Cardinalem, qui in Germania vellet intrare Eccleſiam cathedralem, de libertate eccleſiaſtica, de boni & mali occaſione, de emptione & venditione vnius pro viginti, de contractibus qui obſtagia dicuntur, & vulgariter Giſel. Doctoratus in ſtultitia, tenor literarum doctoratus in ſtultitia. Contra iniquos iudices. Dialogus de conſolatione iniquè ſuppreſſorum. Paßionale. Eiuſdem præter iam enumeratos hi etiam libri extant. Tractatus de Aſſaßinis in mortes principum tendentibus. Liber de nobilitate ad Albertum ducem Auſtriæ, qui citatur à Gaſparo Hedione in appendice Chronicorum Abbatis Vrſpurgenſis: Proceſſus iudiciarius coram omnipotente Deo habitus, inter nobiles & ciues Thuricenſes ex vna, et Suitenſes cum complicibus ex altera parte. De aeris diſtemperatione propter quorundam hominum cadauera non rite ſepulta. De plebanis & religioſis mendicantibus in prædicationis tempore & confeßionibus audiendis diſcrepantibus. Paßionale virginum nubilium nondum nuptarum cum mundo degentium. Tractatus de miſericordia captiuis & defunctis impendenda. Repertorium copioſum vtriuſque iuris. De balneis naturalibus liber, qui à Rhenano citatur, et à Geſnero in libris de thermis. Claruit* 1454.

Felix *Petantius Cancellarius Segniæ, ſcripſit librum ad Vladiſlaum Hungariæ & Boemiæ regem, quibus itineribus Turci ſint aggrediendi: qui excuſus eſt Baſileæ cum Alcorano, &c. apud Ioan. Oporinum. Eiuſdem Genealogia Turcicæ, in quibus Turcicorum imperatorum liberi eorumq; dignitates & matrimonia enumerantur. Liber nondum excuſus, fuit in bibliotheca Io. Cuſpiniani.*

Felix *Pratenſis Pſalterium tranſtulit iuxta veritatem Hebraicam: liber excuſus Baſileæ* 1524. *cum argumentis in ſingulos Pſal. & pijs aliquot canticis.*

Felicis *Treubij Tigurini linguæ Hebreæ in patria profeſſoris, carmen in obitum Conra. Geſneri, cum eiuſdem vita à Simlero deſcripta impreſſum extat.* * *Eiuſdem carmina in obitum D. Bullingeri: & D. Simleri, & alia.*

Felix *Vrgelitanus epiſcopus, author hæreſeos quæ ab ipſo Feliciana denominata eſt. Aduerſus hunc & Eliphandum Toletanum, ſcripſit Paulinus Aquilienſis epiſcopus.*

Feneſtellæ *antiquißimi autoris ſcripta citantur apud Fulgentium in Mytholog. ex quibus Plinius multa tranſcripſiſſe ſe fatetur lib.* 1. *de Nat. hiſt. Vide Lucium Feneſtellam.*

Ferdinandus *Abduenſis, Mediolanenſis, de legibus anteferendis medicinæ philoſophiæq; artibus.*

Ferdinandus *Aluares Zeccus, Luſitaniam in tabula deſcripſit. Romæ apud Michaelem Tramezinum* 1560.

Ferdinandus *Antonius Capitius, collegit deciſiones Neapolitanas nouas, impreſſas Francofurti anno* 1573.

Ferdinandus *Balamius Siculus, ex Galeno tranſtulit lib. de optima corporis conſtitutione, de bona habitudine, de cibis boni & mali ſucci, & de oßibus lib. Carmina eius in Albertum Magnum & Pandulphum Collenutium leguntur in imaginibus Pauli Iouij.*

Ferdinandi *Cordubenſis, an ſit licita pax cum Sarracenis. Idem de annatis exigendis.*

Ferdinandi *Corteſij Narratio de noua maris Oceani Hiſpania, ad Carolum* V. *Rom. Imp. Coloniæ in folio* 1532.

Ferdinandus *Diazius Paternianus, Toletanus, ſcripſit grammaticam Chaldaicam.*

Ferdinandus *de Enzinas inter philoſophicos ſcriptores nominatur in catalogo Sorbonæ.*

Ferdinandus *à Lannoy fecit Burgundiæ comitatus tabulam, ſculptam à Cock Antuerpiæ.*

* Don Ferdinandi *de Las Iufantas patritij Corduben. plura modulationum genera, quæ vulgo contra puncta appellantur, ſupra excelſo Gregoriano Cantu, Venetijs* 1570. *Eiuſdem ſacrarum varij Styli cantionum tituli Spiritus ſancti liber ſecundus, cum quinq; vocibus,* 4. *Venetijs.*

Ferd. *de Loaces* I. C. *ſcripſit ſuper Tit. Inſtitutionum, De iuſtitia & iure. Super* 2. *Inforitati De legatis primo. l. filius familias.*

Ferdinandi *epiſcopi Lucenſis, ſedis apoſtolicæ legati Epiſtola, in qua enumerãtur articuli principales quatuor Ioannis Huſ. M. Dreß. manuſc.*

Ferdinandi *Mena, methodus febrium omniũ & earum Symptomatum, curatoria. Acceßit liber de ſeptimeſtri partu, & de purgantibus medicamentis. Antuerpiæ apud Plantinum* 1568. *in* 4.

Ferdinandus *Modnenſis, quędā de iuris prudentia ſcripſit, quæ ſunt edita in Italia.*

Ferdinandus *Pintianus, ſcripſit obſeruationes in loca obſcura & deprauata Hiſtoriæ naturalis C. Plinij, cum retractationibus quorundam locorum Geographiæ Pomponij Melæ, lociſq́; alijs non paucis in diuerſis vtriuſq; linguæ authoribus caſtigatis & expoſitis. Liber excuſus Antuerpiæ apud Martinum Nutium, anno 1547. Sunt autem Obſeruationes in decem tantum priores libros Plinij: verum eius Obſeruationes in Melam ac totum Plinium audio Salmanticæ impreſſas eſſe: opus varia eruditione refertum.*

Fernandus *Pinicianus ſcripſit annotationes in opera Senecæ philoſophi, excuſas Venetijs 1536. quatern. 16.*

Ferdinandi *Ponzetti S. Pancratij preſbyteri Cardinalis, ad Auguſtinum Niphum de venenis libri 3. excuſi ſunt Romæ apud Iacobum Mazochiū, anno 1521. in folio chartis 28. Et Baſileæ apud Petrum Pernam, cum Sancte Ardoino in folio. Eiuſdem liber de Origine animæ.*

Fernandus *de Corduba, Hiſpanus, ſcripſit in almageſtum Ptolemæi, & ſuper magnam Bibliorum partem, præſertim autem copioſe ſuper Apocalypſim. Floruit anno D. 1446.*

Fernandi *Toloſatis repetitio ad legem Falcidiam, & ad legem Reconiuncti de legatis. Toloſæ impreſſa.*

Ferdinandi *Vaſquij, Hiſpani, De ſucceſsionum creatione, progreſſu, effectuq; & reſolutione. Eiuſdem controuerſiarum illuſtrium aliarumq́; vſu frequentium lib. 3. Francofurti anno Domini 1572. in folio.*

Fergusius *Illuſtris primus Scotorum Rex, ſcripſit Politicas leges lib. 1. Obijt anno à mundi origine 3678. & ante aduentum Chriſti 292. Baleus.*

Ferrandus *diaconus eccleſiæ Carthaginenſis, Fulgentij Ruſpenſis epiſcopi ſynchronos, ſcripſit ad Reginum comitem paræneticum, qualis eſſe debeat dux religioſus in actibus militaribus. Libellus excuſus Argentinæ, anno 1526. Idem ſcripſit de 7. regulis innocentiæ lib. 1. Ad S. Fulgentium epiſt. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1.*

* Ferrantis *Gargiarei Bononienſis patrocinia, cauſarum patronis admodum vtilia, 4. Venetijs 1575.*

Ferrarij *Brixienſis cautelæ Iuris impreſſæ in Italia: circa annum D. 1508.*

Ferreoli *preſbyteri ſententiæ quædam allegantur in libello de officio rectoris eccleſiæ, excuſo Coloniæ 1521.*

* Ferrij *Flacci chronologia in T. Liuij hiſtoriam cum annotationibus Francof. ad Mœnum 1568.*

Feſtus *Rufus ſcripſit epitomen rerum Romanarum, quæ extat. Nonnulli Sextum male ſcribūt. Volater. Vide Sextum.*

Ficini *medici, patris Marſilij Ficini liber de peſtilentia Italico Sermone ſcriptus, quem poſtea Hieronymus Ritius Latinitati donauit.*

* Fidleri *flumina, in octauo, apud Mattheum Harniſch.*

Finnanus *Epiſcopus ſcripſiſſe putatur pro veteri Paſchatis ritu, lib. 1. Obijt anno 661.*

* Firmij *Capitis Fratris, expoſitio in Exodum à principio ad primogenitorum Ægypti necem vſq; aliquot Homilijs partita, ac concionibus tempore aduentus ſaluatoris accommodata, in octauo Pariſijs 1580.*

Firmus, *qui Cepurica ſcripſit, citatur à Plinio lib. 19.*

Flaccus *Albinus, quem quidam Alcuinum, alij Albinum ſimpliciter nominant, cognomento diaconus, Anglus natione, Bedæ diſcipulus, & Caroli magni præceptor, in Pariſienſi Academia primus cum Ioanne & Claudio bonas literas docuit, ac multa ſcripſit, è quibus hæc à Baleo enumerantur. De Trinitate ac fide lib. 3. De incarnatione Chriſti lib. 1. Sententiæ ſcripturarum lib. 1. Super Geneſim ad literam lib. 1. In cantica Canticorū lib. 1. In Eccleſiaſten lib. 1. Quæſtiones in Geneſim lib. 1. Enchiridion Pſalmorum lib. 1. In Euangeliū Ioannis lib. 7. In epiſtolas Pauli lib. 14. In Apocalypſim Ioannis lib. 1. Commentariorum præterea in vtrunq; teſtamentum libros plures. De genealogia Chriſti lib. 1. De Eccleſiaſticis dogmatibus li. 1. De adoptione filiorum Dei lib. 1. De proprietate nominum Dei lib. 1. Manifeſtatio Trinitatis lib. 1. Hiſtoria Trinitatis lib. 1. De fide catholica lib. 1. Argumentum ſuæ fidei lib. 1. De ſanctuario diuino lib. 1. Ad quæſtiones Fridegiſi lib. 1. Reſponſiones ad interrogata lib. 1. Dialogorum inter ſe & Carolum li. 1. Diſputationes cum Pipino lib. 1. Dialogorum ad diſcipulos lib. 1. Dogmata quędā ad Carolū li. 1. Contra venerationem imaginū li. 1. De Antichriſto ad Carolū li. 1. De auriculari confeſsione lib. 1. De ſapientia lib. 1. Correctiones diuinorum lib. 1. Ad Anglorum eccleſias lib. 1. Speculum paruulorū lib. 1. Ad Caroli orationem li. 1. Speculum vitæ humanæ lib. 7. Ad Eulaliam de ratione animæ lib. 1. De animæ vtilitate ad Guidonem lib. 1. Ad Guidonem de virtutibus lib. 1. De virtutibus ad Carolum lib. 1. Officia per ferias, lib. 1. Ad Athelardū Cantuarienſem lib. 1. Ad Giſlam et Richtrudam, li. 1. Geſta Caroli Magni lib. 1. Vita Willebrardi carmine lib. 1. Vita Vedaſti Atrebatenſis lib. 1. Acta diſcipulorū Gregorij lib. 1. De vita & virtutibus Martini li. 1. De doctrina Baſilij lib. 1. Chronicorum ſuorum lib. 1. Homiliæ 254. doctorum lib. 1. Sermones elegantes lib. 1. Precationes miſſales lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Didaſcalicon lib. 1. De ſeptem artibus liberalibus lib. 1. De octo partibus lib. 1. De rhetorices ad Carolum lib. 1. De proprietate ſermonum & rerum lib. 1. Categoriarū ad Carolum lib. 1. De dialectica lib. 1. De orthographia lib. 1. De aſtronomia lib. 1. Carminum ad diuerſos lib. 1. Præterea orationem Dominicam, Symbolum apoſtolorum, & Canticum Ambroſij & Auguſtini carmine edidit, cum alijs adhuc multis. Alcuini (eiuſdem vti arbitror) libri quatuor de cœlo & terra, citantur in libro moralitatum qui inſcribitur, Lumen animæ. Dialogi duo ad Carolum Magnum, quorum vnus dialecticen alter philoſophiam comprehendit,*

[illegible]

Digitized by Google

manuſcripti extant apud Wolphgangum Lazium. Porro ex his libris impreßi ſunt hi. Homiliæ in Euangelia Dominicorum dierum & feſtorum totius anni, Baſileæ 1515. apud Ioannem Frobenium, & Coloniæ apud Ceruicornum 1539. adiectis aliquot homilijs, & toto opere ad vetera exemplaria recognito. Diſputatio cum Carolo Magno de Rhetorica & virtutibus, à Menrado Molthero reſtituta: ibidem excuſa eodem anno. Commentaria in eccleſiaſtem, apud Bebelium 1531. Quæſtiones in Geneſim, excuſæ Haganoæ. De Trinitate libr. 3. De incarnatione Chriſti lib. 1. cum ſcholijs Lucæ Loßij excuſi ſunt Francofurti. In ſeptem pſalmos pœnitentiales, item in 118. Pſalmum, & Cantica Pariſijs 1547. in octauo. De officijs eccleſiæ, Coloniæ cum alijs veterum ſcriptis de eadem materia. * Eiuſdem in D. Ioannis Euangelium commentarij. Argent. 1527. in 8. expoſitiones in obſcuriora aliquot loca Geneſeos, Manuſcript. bibl. Imperat. Albini interceßio pro Mauro liber manuſcriptus, tractans de myſticis quibusdam figuris, in folio. bibliotheca Imperatoris.

Flacci Tibulli, Helena comœdia citatur à Fulgentio de vocibus antiquis.

Flaccus Verrius citatur à Plinio, qui in librū Naturalis hiſtoriæ 14. quædam ex hoc authore tranſcripſit. Vide M. Verrius Flaccus.

* Flaminij Nobilij Lucenſis de hominis felicitate libri tres, de vera & falſa voluptate libri duo. De honore liber vnus. 4. Lucæ.

Flaualdus monachus Remenſis, ordinis S. Benedicti, ſcripſit geſta Remenſium pontificum lib. 1. vitas quoque multorum ſanctorum lib. 1. Claruit anno Domini 454.

Flauianus epiſcopus Conſtantinopolitanus, ſcripſit Græco ſermone Acta cum Eutyche presbytero lib. 1. contra eiuſdem errores lib. 1. ad Leonem papam de eodem epiſt. 3. epiſtolarū ad diuerſos lib. 1. & nonnulla alia. Flauiani epiſt. 1. cum recognitionibus Clementis. Eius epiſtolæ Græcæ manuſcriptæ extant Venetijs in bibliotheca S. Antonij.

Flauiani epiſcopi Antiocheni, ſermones de Ioanne Baptiſta, In Theophania, Super eum locum Spiritus domini ſuper me, In Euangelium Lucæ: citantur à Theodoreto in Eraniſte.

* Flauiani Rubei Veſperarum Pſalm. cant. Venetiæ anno 1578.

Flauius quidam de medela corporum verſibus hexametris ſcripſit: huius (ni fallor) alicubi meminit D. Hieronymus.

Flauij Alexij de maximis Italiæ & Græciæ calamitatibus. Venetijs 1559. in 4.

Flauius Alphius, rhetor præclarus, Auguſti Cæſaris tēporibus plurimas ſcripſit declamationes.

Flauius Arrianus, vide Arrianus.

Flauius Blondus, vide Blondus.

Flauius Caper grāmaticus de latinitate, Aſellionis & Plauti in Moſtellaria, item Terentij interpres fuit. Idem ſcripſit libros dubij generis, quos citat Seruius in 10. Æn. Enucleati ſermonis ibidem, Commentarios in Vergilium, Idem 12. Æneid.

Flauius Clemens, vide Clemens.

Flauius Conſtantinus cognomento Magnus, ſcripſit Dogma baſilicum lib. 1. confeßionem fidei lib. 1. de Synodo Nicæna lib. 1. de Dei prouidentia lib. 1. ad Senatū Ro. lib. 1. Reipub. leges. Nonā Ægyptiorum legem. Leges Chriſtianorū. Contra gentilium ſuperſtitiones lib. 1. Vitæ inſtituta ad filios lib. 1. & epiſtolas infinitas, quas ordine numerat Ioannes Baleus in eius vita. Claruit autem añō 338.

Flauius Dorſenus citatur à Plin. qui 14. & 15. Naturalis hiſtoriæ libro eius ſcriptis vſus eſt.

• Flauius Ioſephus, ex Hieroſolymis ſacerdos, Romam veniens, ſeptem libros Iudaicæ captiuitatis imperatoribus obtulit, qui & bibliothecæ publicæ traditi ſunt. Scripſit autem & alios viginti antiquitatum libros, ab exordio mundi vſq; ad decimumquartum annum Domitiani Cæſaris, & duos ἀρχαιότητος aduerſum Appionem Grammaticum Alexandrinū. Alius etiam liber eius, qui inſcribitur περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, valde elegans habetur, in quo & Machabæorum ſunt digeſta martyria. Antiquitatum libri, de bello Iudaico, & de antiquitate Iudæorum contra Appionem, impreßi ſunt Latine primum Venetijs, anno 1499. poſitis ab initio ſingulorum capitum argumentis. Deinde Lugduni apud Gryphium anno 1557. poſtremo Baſileæ in officina Frobeniana anno 1534. Eadem omnia Græcè excuſa ibidem, anno Domini 1544. Flauij Ioſephi antiquitatum Iudaicarum libri 20. adiecta in fine appendicis loco vita Ioſephi per ipſum conſcripta, à Sigiſmundo Gelenio conuerſi, Eiuſdem de bello Iudaico lib. 7. ex collatione Græcorum codicum ab eodem caſtigati, Contra Appionem lib. 2. eiuſdem opera, ex Græco non ſolum emendati, ſed etiam ſuppleti. De imperio rationis ſiue de Machabæis liber vnus ab Eraſmo recognitus, omnia ſimul excuſa ſunt Baſileæ anno Domini 1554. in fol. chartis. 231. Claruit anno Domini 99. Ioſephi filij Gorion hiſtoriarum Iudaicarum libri quinq; Hebraici, & Latini ex Conſtantinopolitano exemplari per Seb. Munſterum traducti, & annotationibus atq; collationibus illuſtrati: opus impreſſum Baſileæ apud Henricum Petrum, 1541. * Flauij Ioſephi hiſtoria è Græco Germanice reddita, figuris ornata in fol. Argentinæ apud Theodoſium Ribelium. 1574.

Flauius Philoſtratus, vide Philoſtr. ſemel enim tantum prænomen Flauij præpoſitum reperi.

Flauius Proculus, citatur à Plinio inter authores 12. lib. Naturalis hiſtoriæ.

Flauius Pomponianus grammaticus, citatur à Chariſio.

Flauij Soſipatri Chariſij, vetuſtißimi grammatici, libri quinq;, à Iano Parrhaſio inuenti, à Ioanne Pierio Cymino editi, Neapoli ex officina Ioannis Sulſbachij Haganoenſis Germani, anno Domini 1532. Eoſdem Georgius Fabricius, ex vetuſtis grammaticis, & collatione locorum in ipſo authore ſimilium, emendatiores edidit Baſileæ ex officina Frobeniana anno Domini 1551. Idem in epiſtola ad lectorem ſic ſcribit. Exemplaria Chariſij per Italiam bina tantum fuiſſe, ex aliorum ſcriptis colligo: V-

num Neapoli quod à Hieronymo Seripando eius vrbis patricio aſſeruari Ioan. Cyminius Coſentinus teſtatus eſt: alterum Romæ quod Curius Lancilotus Ferrarienſis, ſe cum Pomponio Fortunato legiſſe aſſeuerat. De Neapolitano, quin Chariſij verus codex fuerit, nequaquam eſt dubitandum, id enim Priſciani autoritate comprobatur. De Romano incertum eſt, quoniam nihil penitus eorum, quæ Curius ponit, in hoc nunc inuenitur, cum tamen vltra triginta ex illo grammatico aduocet teſtimonia & locos quoſdam integros aliquoties ex eodem adducat. Quamobrem ea res ſuſpicionem mihi mouet, quem Curius Romæ legit, alium quendam fuiſſe grammaticum, cui falſo fuerit aſcriptum Chariſij nomen: idq; videri mirum nulli debet, nam eodem modo deprauatis codicibus decepti quod Chariſij eſt id Donatiano attribuerunt Mediolanenſes, qui veteres quoſdam Grammaticos de Iani Parrhaſij ſententia ediderunt.

Flauius *Vegetius Renatus ſcripſit libros* 4. *Epitomen videlicet inſtitutorum rei militaris, de cõmentarijs Catõis, Celſi, Traiani, & Hadriani principum, ac Frontini. Opus excuſum Romæ* 1494. *cum alijs quibuſdam. Item Bononiæ* 1504. *Coloniæ* 1524. & 1532. *Wechelus etiam Lutetiæ excudit eum varijs picturis in maiori forma, & rurſus in minori abſq; picturis. Vegetij Renati artis veterinariæ, ſiue mulomedicinæ lib.* 4. *Baſileæ apud Fabriũ Emmeũ*, 1528. *Vegetius prætextatus priores poſtremoſq; Analyticos, non vertendo Ariſtotelem Latino ſermone tradidit, ſed transferendo Themiſtium.*

Flauius *Vopiſcus deſcripſit vitas principum Romanorũ Aureliani, Taciti, Floriani, Probi, Firmi, Saturnini, Proculi, Bonoſi, Cari, Carini, Numeriani. Opus impreſſum Baſileæ in officina Frobeniana, cum Suetonio, & alijs, & Geneuæ apud Henricum Stephanum in octauo.*

Flodoardus, *ſeu Floardus ſcripſit hiſtoriã Pontificum Remenſium, quæ cum alijs Gallicæ hiſtoriæ auctoribus nuper Pariſijs (vt puto) publicata eſt.*

Florentius I.C. *ſcripſit Inſtitutionum libros* 12. *vnde nonnulla citantur in Iure D. Iuſtiniani.*

Florentius, *aliâs Florentinus, author Græcus, ſcripſit de plantatione & agricultura, vnde fragmenta decerpta adhuc ſeruantur Romæ in Vaticana. Multa quoq; eius in Cõſtantini Geopon. leguntur.*

Florentius *Batauus ſcripſit inſtitutiones vitæ Chriſtianæ, excuſus Coloniæ apud Ioan. Quentel anno Domini* 1552.

Florentius *Burgonius, Pariſienſis Franciſcanus, indicem omnium inſigniter à D. Auguſtino dictorum auxit, qui Pariſijs impreſſus eſt.*

Florentius *Voluſenus Scotus ſcripſit theologicam orationem, ſiue commendationem piam & eruditam. Gryphius excudit Lugduni*, 1539. *Idem de animi tranquillitate, carmen, ibidem excuſum*, 1543. & *Baſileæ apud Ioan. Oporinum cum pijs aliquot poetis, añ o* 1551. *Idem edidit aphoriſmos beatæ vitæ, & dialogum de animi tranquillitate.*

Florentius *Wingerinenſis monachus, Anglus ſcripſit de rebus Anglorum geſtis lib.* 1. & *alia non nulla. Floruit anno* 1118.

Florianus *de ſancto Petro, patria Bononienſis, ſcripſit ſuper Codice lib.* 9. *ſuper ff. veteri lib.* 24. *ſuper ff. nouo lib.* 12. *ſuper ff. inforciati lib.* 14. *inuenio ipſum peculiariter citari in ſecundum Codicis, ſecundum Infortiati, & Diſputationes eius tres, Mulier primo vidua, Inquiſitus de crimine capitali, Baro quidam de nobili, Super tit. de le. liber impreſſus. Floruit anno* 1435.

Floriani *Treſleri Benedictenpurani, Declamationes aliquot theologicæ* 1543.

Florus *quidam poeta vixit Adriani Cæſaris temporibus, epigramma eius in imperatorem extat apud Spartianum in vita Adriani. Fuerunt etiam alij duo Flori poetæ, Iulius et Paulus, de quibus ſuo loco. Flori etiam cuiuſdam mentio fit apud Græcum Polianum, inter Græca epigrammata.*

Florus *Chymiæ ſcriptor cuius meminit Hortulanus philoſophus.*

Fœbadij *liber contra Arianos Geneuæ editus eſt, cum Athanaſij dialogis & Baſilij libris contra Eunomium. Exemplar è bibliotheca Colladonij exhibuit P. Pythoeus. Hic à Hieronymo Sebadius, à Sulpitio Seuero Fœgadius appellari videtur.*

Fœcialis *quidam citatur à Plinio, qui libro* 16. *Naturalis hiſtoriæ eius ſcriptis vſus eſt.*

Fœcundus *epiſcopus Ermianenſis, ſcripſit opus grande & eximium eleganti ſtilo & magnis veterum authoritatibus inſtructum: Pro defenſione trium capitulorum lib.* 12. *Claruit an. D.* 540.

Fœlix, *vide Felix.*

Folchardus *Dorobernenſis, ſcripſit vitam Ioannis Archiepiſcopi lib.* 1. *Miracula eius poſt mortem, lib.* 1. *Claruit anno* 1060. *Baleus.*

Fontei *cuiuſdã ſcripta citantur apud Fulgentium, Mytholog.*

Fontianum *poetam, qui prouincias Romanas eleganti carmine deſcripſerit, Beatus Rhenanus à Philippo Puchaimero, in epiſtola impreſſa cum libris eius de rebus Germanicis, tanquam apud ipſum extantem, petit.*

Fontini *philoſophi libri de machina mundi, Item de viciſſitudine naturali, Item de mixtionibus elementorum, In libro Lumen animæ inſcripto citantur.*

Forcianæ *quæſtiones, in quibus varia Italorũ ingenia explicantur, multaq; alia ſcitu nõ indigna: liber excuſus Neapoli*, 1536.

Formianus *grammaticus, vel vt alij legunt, Firmianus, citatur à Chariſio.*

Fortanerius, *vide Sertorius.*

Fortunatianus *Afer, Aquileienſis epiſcopus, imperante Conſtantino, in euangelia titulis ordinatis, breui & ruſtico ſermone ſcripſit commentarios.*

Fortunatus *epiſcopus Pictauienſis, ſcripſit eleganti carmine excidium regni Thuringorum lib.* 1. *ad Iminium de Radegunde lib.* 1. *ad Iuſtinum iuniorem lib.* 1. *ad Sophiam Auguſtam lib.* 1. *in perſona Radegundis lib.* 1. *in laudem Martini epiſcopi lib.* 1. *de Leoncio venerabili epiſcopo lib.* 1. *de eodẽ laudis lib.* 1. *hymnorũ* 77 *li.* 1. *de Miraculis S. Martini*

Digitized by Google

tini lib.4.vitam S.Hilarij Pictauienſ. lib.1. Hodæporicum vitæ ſuæ lib.1.vitam S.Mauritij epiſcopi lib.1.epiſtolarum ad diuerſos lib.1.Carminum ad amicos lib.1.& alia multa.

Fortunatus & aliquot alij epiſcopi, apud Cyp. lib.1. communes epiſtolas ſcribunt, ſecundam, quartam, & duodecimam.

Fortunati, Auguſtini & Alypij epiſtola ad generoſum, numero 160.inter D. Auguſt.epiſt.

Fortunatus quidam Matthæus nomine, in Senecæ Quæſtiones naturales ſcripſit: liber ab Aldo excuſus 1522.

Fortunati Peruſini, Conſilium montis pietatis, quod refutauit Philippus Rolingius.

Fortunati à Tuccabori verba apud Cyprianũ in ſententijs epiſcoporum, de hæreticis baptizandis.

Fortunius Gratia ſcripſit de fine Iuris ciuilis & canonici ſuper 1.ff.veteris.De pactis c.1.Dec.1. qui liber impreſſus eſt.

Foskeune Cancellarius, ſcripſit de Diſcrimine legum lib.1. De laudibus legum lib.1. De politica adminiſtratione, lib.1. De vigore legis naturalis, lib.1. Tandem fuit exul ab Anglia. Claruit anno 1460. Baleus.

Franchini Gafurij Lauden. regij Muſici de harmonia Muſicorum inſtrumentorum opus: excuſum Mediolani, 1518. Eiuſdem apologia contra Io. Spartariũ & complices Muſicos Bononienſes. Franchini Muſica, excuſa Baſileæ apud Iſingrinum.

Francho Muſicus, citatur à Franchino.

Franciſcinus Curtius, vide Franciſcus.

Franciſcus, ordinis minorũ inſtitutor & princeps, natione Italus, ex Aßiſio ciuitate Italiæ oriundus, ſcripſit breuem Regulam minorum lib.1.teſtamentum breue lib.1. Franciſci conformitates cum Chriſto, liber impius impreſſus Metis, anno 1509. octern.30.Floruit anno 1220.

Franciſci cuiuſdam monachi, ordinis Franciſcani Epiſtola de orbis ſitu ac deſcriptione, ad Panormitanum epiſcopũ. Impreſſa Antuerpiæ à Martino Cæſare.

Franciſci Anthonis dictata Ethica Ariſtotelis, manuſcripta extant apud Caſparum Wolfium medicum Tigurinum.

Franciſci de Acceptationibus I.C.de ſententia & interlocutoria & definitiua.

Franciſcus de Accoltis, Aretinus, ſcripſit ſuper totum Ius ciuile: opus excuſum cum repertorio per Bartholum. Scripſit item conſilia. De differentia inter ſententiam interlocutoriam & definitiuã. Lecturã ſuper Decretales. Epiſtolas Diogenis Cynici Latinas fecit, Florentiæ excuſas anno 1487. Libellum authoris incerti de thermis Puteolorum & vicinis in Italia, à ſe repertum & publicatum, Pio Pont.maximo dedicauit. Liber excuſus Neapoli, anno 1475. Claruit anno 1300.

Franciſcus Accurſius, Florentinus, ſcripſit in legibus gloſſulas, diſputationes quoq; lib.1. & plura alia. Scripſit etiã ſuper Inſtituta. Claruit an. 1300.

* Franciſci Agricolæ Parrochi Rodingenſis Inſtitutio de cœna Dominica, Germ. Colon. 1575. Eiuſdem Euangelicarum demonſtrationum lib. 4. in quibus contra Caluinianos & cæteroſq; hæreticos demonſtratur, Chriſtum ſecundum animam reuera ad inferna deſcendiſſe, & animas piorum inde è limbo liberaſſe.12.Colon.apud Maternum Cholinum. Eiuſdem de Cultu & veneratione diuorum tractatus duo catholici: quorum prior de veneratione, poſterior verò de ſacris imaginibus ſanctorũ in cœlo regnantium.8.Colon.1580. Eiuſdem confutatio Anabaptiſtarum, Germ. 8. Coloniæ apud Mat.Cholinũ 1582. Eiuſdem ſpeculum pœnitentiæ: quid ſit Euangelica pœnitentia, omnibus Chriſtianis neceſſaria, Ger.8.Colon.1582. Idem colloquium Theodori Malcotij de Lutheri eiuſq; conſortium in cauſa religionis inconſtantia Germanice vertit & auxit. In 8. Coloniæ 1583.

Franciſci Albertini Florentini de mirabilib. nouæ & veteris vrbis Romæ lib.3. Lugd.1520. excuſi chart. 14.in 4. Eiuſdem de laudibus ciuitatum Florentiæ & Saonenſis. Idem ſcripſit, de vrbis ſtationibus, De confeßione, De modo recte viuendi, De ſacramento, Expoſitionem ſuper orationem Dominicam & ſalutationem angelicam. Edidit etiam epitaphiorum antiquorum opuſculum.

Franciſci Alexandri Vercellenſis medici, Apollo, omnem compoſitorum & ſimplicium normam pharmacopolis facillime proponens: in lib.12. diſtinctus. Venetijs.

Franciſci de Aluarotis Conſilium de quodam feudo ab antiquo dari ſolito vt proprietario: habetur inter conſilia Alberti Bruni, Conſ.131.

Franciſci de Arelio, Conſilia iuridica impreſſa Venetijs 1572.fol.

* Franciſci Areæi Fraxinalenſis, de recta curandorum vulnerum ratione: & alijs eius artis præceptis lib.2.8. Antuerpiæ 1574.

Franciſcus Aretinus in Latinam linguã tranſtulit Diogenis Cynici philoſophi, & Phalaridis Agrigentinorum tyranni, epiſtolas, Ioan. Oporinus impreßit cum aliorum epiſtolis Laconicis, 1554. in 16. Idem tranſtulit Ioan.Chryſoſtomi commẽtaria in Euangelium Ioannis, & eius homilias priores ad 20. vſq; in priorem epiſtolam ad Corinthios. Idem ſcripſit de balneis Puteolorum & alijs.

Franciſcus Arius de bello & duello.

Franciſci Arnoldi contra Lutherum pro Meuchlero Dreſdenſi.

Franciſcus Arſillus, è Senogallia oriundus, medicus & poeta, Hippocratis Proloquia carmine reddidit. Scripſit etiam libellum de Poetis vrbanis, qui Romam Leone X. PP. confluxerant. Iouius in Elogijs.

Franciſcus de Bachone, Cathalanus, ordinis fratrum B.Mariæ de monte Carmeli, ſcripſit inter alia ingenij ſui monimenta opus magnum & inſigne, quod vocatur Repertorium prædicantium, lib.1. ſuper Sententias quoq; lib.4.

Franciſcus Balbus ſcripſit de Præſcriptionibus, vbi etiam exponit locum de Confeßis.1.ff.noui. l.Celſus.

Franciſcus Balduinus Atrebatius, interpres &

ſcholiaſtes ruſticarum legum Iuſtiniani Imperat. Oporinus Græce & Latine excudit Baſileæ, cum Antonio Garrone, 1534. Idem ſcripſit commentarios in lib. 4. Inſtitutionum iuris ciuilis. Libros 2. ad leges Romuli & l. 12. tabularum, Pariſijs in folio, ſimul edita ſunt anno Domini 1554. Præterea ſcripſit annotationes in Ciceronis libros de Officijs, In ſeptem grauiſſimos iuris ciuilis titulos, ex ſeptem Pandectarum tomis delectos. Item in primam partem Pandectarum, quam ait Iuſtinianus meruiſſe appellationem τῶν πρώτων. In præcipuas Authenticas Iuſtiniani in 4. Ad leges Voconiam, Falcidiam, Iuliam, &c. De diuiſione obligationum. De pignoribus Hypothecarum, &c. vel conditionibus. Iuriſprudentiam Mutianam. Relationem ad Henricum Andium ducem magnum, cui addita ſunt, Latini Pacati panegyricus ad Theodoſium: Eumenij oratio de ſcholis: ac ipſius annotationes in vtranque orationem: item Explicatio L. Si pacto. C. de pactis. Pariſijs 1570. Iuris ciuilis catecheſin. Leges & edicta veterum Imperatorum de Chriſtianis. Conſtantinum ſeu de legibus eccleſiaſticis & ciuilibus Conſtantini Imperatoris. Iuſtinianum ſiue de iure nouo commentariorum lib. 4. Catonem ſeu Regulam Catonianam. Prolegomena de iure ciuili. De calumnijs. Scripſit etiam Argentinæ libellum nomine Chriſtianorum Iureconſultorum contra Duarenum. Hic cum puram religionem diu profeſſus fuiſſet, tandem turpiter rurſus ad Papiſtas defecit, & quædam acerbe contra Ioannem Caluinum & Theodorum Bezam ſcripſit. Viuit adhuc in Gallia.

* Eiuſdem libri II. de Inſtitutione hiſtoriæ vniuerſæ & eius cum Iuriſprudentia coniunctione. Pariſ. apud Wechelum 1561.

* Franciſci Ballerij oratio: quod rex ſubditus ſit legibus. Baſileæ cum quæſtionibus politicis Freigij, Impreſſa anno 1578.

Franciſcus Barbarus, Patricius Venetus, Chryſoloræ diſcipulus, ſcripſit de re vxoria lib. 2. epiſtolarum ad diuerſos lib. 16. Ex Plutarcho traduxit in Latinum, vitam Ariſtidis & Catonis, & multorum illuſtrium virorum. Scripſit etiam orationes nonnullas. De re autem vxoria libri excuſi ſunt Antuerpiæ, & Haganoæ apud Secerium, anno 1533. Claruit anno 1454.

Franciſcus de Barbarino poeta, citatur in genealogia Bocatij.

Franciſcus Barotius Patricius Venetus Procli commentarios in primum Euclidis, in Latinam linguam conuertit, emendauit, ſcholijs & figuris auxit. Patauij 1560. in folio. Idem tranſtulit Heronis Mechanica & Geodeſiam.

* Franciſci Becij Caſalenſis Conſiliorum ſiue reſponſorum lib. 1. fol. Venetijs 1575.

Franciſci Belcarij aduerſus Caluinianorum dogma de Infantium in matrum vtero ſanctificatione, & pleraq; alia, breuis commentarius. Pariſijs 1567. in octauo. Huic reſponderunt miniſtri Metenſium. Geneuæ excudebat Franciſcus Perrinus.

Franciſcus Beraldus qui aliquandiu Græcam linguam Geneuæ docuit, in Latinum tranſcripſit ſermonem Appiani Iberica, & de geſtis Annibalis. Henricus Stephanus excudit.

Franciſcus Berlingherius ſcripſit Coſmographiam ſiue vniuerſam orbis terrarum figuram, ad Fridericum Vrbini ducem, teſte Marſilio Ficino.

Franciſcus Bettus Roman. ſcripſit Italice contra Mutium Iuſtinopolitanum, Religionis cauſa è patria exul, viuit nunc Baſileæ.

Franciſcus Bigot eques auratus, ſcripſit cōtra Clerum. De Impropriationibus, lib. 1. Quoſdā item Latinos libros Anglicos reddidit. Indigna morte perijt, anno 1537.

Franciſcus Bobius medicinæ theoricæ profeſſor Ticini, quædam edidiſſe fertur in philoſophia, & medicina.

Franciſcus Boezanius ſcripſit vitam Philippi Decij Iureconſulti.

Franciſcus Bolognetus, Bononienſis, ſcripſit vernacula lingua libros de Fl. Conſtante Cæſare. Gyraldus.

Franciſcus Bonafides tractatum edidit de pleuritide curanda aduerſus Curtium. Scripſit tres tomos, nondum diuulgatos, quod ſciam. Primus continet ſeptem volumina, 1. Commentaria in Ariſtotelis libros de ſpiritibus & plantis. 2. De nominibus ad hiſtoriam plantarum pertinentibus. 3. De nexu vtriuſque mundi. 4. De ſemeſtri partu. 5. De diſceptatione orta inter Antonium Fumanellum & Bartholomæum Clinanum medicos Veronenſes, de Vino inuicem diſceptantes, quorum index Fracaſtorius fuit. 6. De nomenclatura ſimplicium medicamentorum. 7. De ponderibus minoribus & grano. Secundus Tomus quatuor libros habet, 1. De fine artis medicinalis. 2. De duplici ratione componendi medicinas. 3. Expoſitio canonum vniuerſalium, cum modo curandi ſpaſmum. 4. Modus intelligendi gradus medicinarum ſecundum Dioſcoridem. Tertius Tomus. De pleuritide, cum expoſitione theorematum ſeu canticorum Auicennæ & an medicina ſit ſcientia an ars. De ſex rebus nonnaturalibus. De practica medicinæ.

Franciſcus Bonadus Angeriæ presbyter, &c. ſcripſit Dialogum Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac triumphantis eiuſdem Reſurrectionē ex Matthæo. Liber impreſſus eſt. Dauidis oracula ad Pſalmorum ſeriem 150. numeris poeticis exarauit. Liber impreſſus anno 1531. Epiſtolæ D. Pauli omnes numero quatuordecim, elegiacis verſibus ab eo paraphraſtice traductæ. Weſthemerus excudit Baſileæ 1537. Eiuſdem Monodia illuſtrium aliquot perſonarum veteris atq; noui Teſtamenti, in libros tres diſtincta. Pariſijs venduntur 20. denariolis Gallicis. Anacephalæoſes geneſum, ſapienterq; dicta & Monodiæ quinquaginta octo illuſtrium Francorum Regum, à Pharamundo ad Rhenum primo ſedente, vſque ad Franciſcum Valeſium. Pariſijs apud Gromorſum 1543. Querela & ſolatio in Delphini morte. Nænia ſuper funere Guilielmi Paſtoris Angeriæ primi conſulis. Pariſijs Simon Colinæus, anno 1538. impreſſit.

Franciſcus Boninardus ſcripſit vrbis Geneuenſis hi-

Digitized by Google

*ſtichiſtorias,quarum compendiū Sebaſtianus Munſterus Coſmographico ſuo operi inſeruit.*

* Franciſci *Bordini Corrigienſis,quæſtionum & reſponſorum Mathematicæ diſciplinæ, ad totius vniuerſi cognitionem ſpectantium Chilias. 4. Bononiæ* 1573.

Franciſci *à Boualida Hiſpani, oratio Pragæ habita in conuentu ordinum regni Boemiæ.*

Franciſci *Bouilli liber ſuper Pſalmum, Deus venerunt gentes: impreſſus Norimbergæ* 1532.

* Franciſci *Burſati, Mantuani, Iuris Pontificij Cæſareiq́ conſultiſſimi, Conſilia ſiue reſponſa nunc caſtigatiora in lucē edita, & in duos tomos digeſta. In fol. Francofurti ad Mænum apud Sigiſmundum Feyrabend* 1580. *Eiuſdem conſiliorum vel reſponſorum tertius liber. In folio, Venetijs* 1582.

Franciſci *Bouſſueti Surregiani Carmina in icones & hiſtoriam piſcium G. Rondeletij. Eiuſdem de arte medendi lib. 12. carmine ſcripti. Lugduni apud Matthiam Bonhomme, anno* 1557.

Franciſcus *Brunanci, Angeliacus dictus, de Sabaudia, Carmelita Rupeculenſis, & epiſcopus Ebuldunenſis, Auenioni quondam moratus, ſcripſit Sermonum per annum, lib. 3. Carmina & epiſtolas, lib. 1.*

Franciſcus *Brunus ſcripſit de Indicijs torturæ.*

Franciſci *Caballi Brixienſis libri duo, de Numero & ordine partium ac librorum phyſicæ doctrinæ Ariſtotelis, excuſi Venetijs: Item de animali paſtillos theriacos & theriacam ingrediente, liber excuſus ibidem.*

Franciſci *Calceolarij Pharmacopœi Veronenſis, Compendium commentariorum Matthioli de plantis: item opuſculum de itinere quo è Verona in Baldum montem plantarum fertiliſſimum itur. Venetijs apud Valgriſium* 1571.

Franciſci *de Caleſia, Iureconſulti, Singularia & cautelæ.*

Franciſci *Campani quæſtio Virgiliana, excuſa Mediolani apud Caluum, anno* 1540. *Geneuæ apud Henricum Stephanum.*

Franciſci *Capiliſtij* I.C. *conſilia.*

Franciſcus *Capuanus de Manfredonia, ſcripſit commentarios in theoricas Planetarū Georgij Purbachij. Opus excuſum Venetijs, anno* 1499. *cū Sphæra mundi Ioan. de Sacrobuſto.*

Franciſci *Caſoni Opitergini* I. C. *De indicijs & tormentis. De arte & ratione in criminum cauſis differendi, & de inueſtigandis præteritis, & futuris, & tam publicis quam priuatis negotijs. De triplici propoſito humano, & de triplici homicidio, & de duplici ſcientia & cognitione rerum humanarum.*

Franciſci *Catanei Iaccetij philoſophi & Patritij Florentini opera philoſophica, Baſileæ Petrus Perna in folio.*

Franciſci *Cantienſis Epiſcopi, Oratio in funere Leonardi Roborei, vrbis præfecti. Impreſſa Romæ.*

Franciſcus *Centellus Siculus, quædā Latine edidit, Gyral. teſte, ni fallor in laudē Cōſalui magni.*



Franciſcus *Chappuis ſcripſit Gallico idiomate de peſte.*

Franciſci *Decij Valentini, breuis in Eraſmi copiam epitome, excuſa Lugduni à Theobaldo Pagano, anno* 1453.

Franciſci *Emerici Oppaniani medici, liber de medicorum auxiliorum dextro vſu, ad veram Hippocratis & Galeni mentem Febrium putredarum expoſiti. Oratio de re medica. De notis vrinarum & pulſuum. De peſte.*

* Franciſci *Commendoni Carmina Acad. occultorum. 8. Brixiæ* 1570.

Franciſci *comitis de Frangepanibus, oratoris regni Vngariæ, ad Carolum* V. *Cæſarem oratio.*

Franciſcus *Connanus, ſcripſit commentaria iuris ciuilis, quæ excuſa ſunt Lutetiæ apud Vaſcoſanum, anno Domini* 1553. *& Baſileæ apud Epiſcopios.*

Franciſci *Cordubenſis Minoritæ, Annotationes in religionis articulos, à ſectarijs controuerſos. Coloniæ apud Cholinum, anno Domini* 1572. *in octauo.*

Franciſcus *Carneueldius Nouiomagus,* I.C. *in libros de veritate fidei Chriſtianæ Ioan. Ludouici Viuis præfatus eſt. Item Procopij lib. 6. de Iuſtiniani Imperatoris ædificijs Latinos fecit. Wechelus Pariſijs excudit* 1557. *cum Theodorici Adamæi annotationibus.*

Franciſcus *Coſcius, decanus Senenſis eccleſiæ ſcripſit Repetitiones ſuper* 1. *Decretalium.*

Franciſci *Cremenſis Iureconſulti, Singularia & cautelæ.*

Franciſcus *de la Cruce, quædam ſcripſit de Ferijs.*

Franciſcus *de Curte, ad Io. Petri de Ferraria vtriuſq́ iuris practicam, additiones ſcripſit. Lugduni, anno D.* 1515.

Franciſcus *Curtius ſenior, ſcripſit ſuper* C. *in tit. de Iura. calumniæ. Additiones ad Practicam Ioannis Petri de Ferrarijs. De moneta, ſuper* 2. *ff. veteris, ſi certum petatur, l. cum quid. Super* 1. C. *De probib. ſeq. pecun. l.* 1. *quoties. De ſequeſtris. De teſtibus.* Conſiliorum *volumen.* Venetijs in folio, anno* 1580. *cum additionibus Hiero. Zanchi Bergonem.* I.C.

Franciſcus *Curtius iunior, Papienſis, ſcripſit, ſuper* 1. *&* 2. *veteris. Super* 1. *&* 2. *&c. De feudis.* Conſiliorum *volumen. Venetijs, anno Domini* 1571.

Franciſcus *Diedus, patricius Venetus, ſcripſit Hiſtoriam ſancti Rochi confeſſoris librum vnum. Orationes, & varias epiſtolas, & quædam alia. Claruit anno D.* 1483.

Franciſcus *Dryander, qui & Denzina, nouum Teſtamentum in Hiſpanicam linguam tranſtulit.*

Franciſcus *Duarenus* I. C. *ſcripſit de in litem iurando, iudicijsq́ bonæ fidei & arbitrarijs cōmentarium. His adijcitur Decretum quoddam ſenatus Biturigum. Gryphius excudit Lugduni* 1542. *Eiuſdem epiſtola de docendi diſcendiq́ iuris ratione*

Digitized by Google

ab eodem excuſa eſt, anno 1547. in 16. Eiuſdem apologia de Iuriſdictione & imperio, excuſa Pariſijs à Guilielmo Morelio, venditur 8. denariolis Gallicis. Libri octo de miniſterijs eccleſiæ & beneficijs excuſi ſunt Pariſijs apud Matthæum Dauidem. Idem ſcripſit ſuper 1. & 2. ff. veteris. Super 1. & 2. Inforciati. Super 1. ff. noui. Super 1. C. Super feudis. De verborum obligat. l. qui Romæ parag. Aug. De iure accreſcendi. De pactis. Diſputationes numero 60. ſeu diſputationum anniuerſarium lib. 2. Eius opera omnia auctiora, edita ſunt Lugd. apud Guilielmum Rouillium.

Franciſcus Emericus Viennenſis medicus, ſcripſit librum de medicorum auxiliorum dextro vſu, ad veram Hippocratis & Galeni mentem. Petreius excudit Norinbergæ, anno 1537.

Franciſci Emoli, Comœdia, cui titulus Soter: Antuerpiæ 1563. in 8.

Franciſci Fabricij Marcodurani Annotationes in Terentium, Antuerpiæ cum Mureti in eundem annotationibus, decimoſexto. Eiuſdem Annotationes in Ciceronis Tuſculanas quæſtiones à Lambino emendatas. Coloniæ 1569. Item in Verrinam primam & ſecundam. Ibidem 1572.

Franciſci Fabri Sileſij, Boemia.

Franciſcus Fabricius Ruremundanus, medicus Aquenſis, ſcripſit de balneorum naturalium quæ ſunt Aquiſgrani & Porceti natura & facultatibus, & qua ratione illis vtendum ſit, liber Coloniæ excuſus apud Caſparem Genepæum, anno D. 1546. Idem Latino carmine reddidit D. Gregorij Nazanzeni tragœdiam, Chriſtus patiens, Antuerpiæ Ioan. Steelſius 1550.

Franciſcus Griſonius I. C. Iuſtinopolitanus, ſcripſit de conſcribendis epiſtolis Chriſtianis, item orationem ad Sereniſs. ducem Venetiarū, D. Franciſcum Donatum.

Franciſci Feliciani Lazeſij Veronenſis de arithmetica & Geometria ſpeculatiua & practica, libri excuſi, anno 1545. in 4. lingua Italica.

Franciſci Ferrerij Commentarij in Iſaiam prophetam, & noua eiuſdem conuerſio. Antuerpiæ in octauo.

* Franciſcus Feuerdentius, ordinis Minorū Pariſienſis Theologus, B. Hildephonſi Archiepiſcopi Toletani, de Virginitate S. Mariæ, de eius parturitione, cum ſermonibus 12. libros edidit. 8. Venetijs 1576. Idem Irenæi epiſcopi Lugdunenſis, aduerſus Valentini, & ſimilium Gnoſticorum hæreſes, libros quinq; repurgauit, & annotationibus in ſingula capita illuſtrauit, fol. Pariſijs 1567. Eiuſdem appendix ad opera Alphonſi à Caſtro contra hæreſes in 3. libros diſtributa. Pariſijs excudit Sebaſtianus Niuellius. 1578. Ab eodem liber Ruth Commentarijs explicatus: quibus ea copioſe [illegible] hiſtoriam, fideiq; Chriſtianæ, ac morum rationem pertinent. 8. Pariſijs 1582.

Franciſci Floridi Sabini opera aliquot, excuſa Baſileæ apud Rob. Winter 1540. Sunt autem hæc In M. Actij Plauti, aliarumq; Latinæ linguæ ſcriptorum calumniatores Apologia. De Iuris ciuilis interpretibus liber. De C. Iulij Cæſaris præſtantia lib. 3. Succiſiuarum lectionum lib. 3. multa ac varia eruditione referti. Octo libri Odyſſeæ ab eodem carmine tranſlati, excuſi ſunt Pariſijs, anno Domini 1549. in 4.

Franciſci Flori, de Amore Camillæ & Æmiliæ.

* Franciſcus Fluſſates Candella, Mercurij Triſmegiſti Pimandram, vtraq; lingua reſtituit. 8. Burdegal. 1574. Eiuſdem in librum 15. Euclidis Megarenſis ad germanam Geometriæ intelligentiam è diuerſis lapſibus temporis, iniuria contractis, reſtitutio, folio. Lutetiæ apud Iacobum du Puys, 1580.

Franciſci Franchini Coſentini, poemata impreſſa Baſileæ à P. Perna in 8.

Franciſci Froſchi Iſagoge in iuris ciuilis ſtudium, impreſſum eſt Argentinæ apud Wendelinum Ribelium, anno 1554. in octauo cum alijs eiuſdem argumenti libellis.

Franciſci Geocrini medici, Apologia in victorem Bonagentem, vbi de minuendis humoribus in morborum initijs. Venetijs 1547.

Franciſci Georgij Veneti Minoritani in Scripturam ſacram problemata: excuſa Venetijs, anno 1536. Eiuſdem de Harmonia mundi liber, ibidem excuſus.

Franciſci Goethalſij de fœlici & infœlici Republica ad Senatum Brugenſem, Louanij 1567. in octauo.

* Franciſci Gratiani de Garzatoribus, inſtitutionum iuris ciuilis enucleatum ius, omiſsis contrarijs iuri canonico. 4. Venetijs 1575. Eius Compendium iuris ciuilis enucleati, omiſsis ijs quibus à iure canonico, Nouellis Iuſtiniani conſtitutionibus, imperij mutatione, contrario vſu derogatum eſt, folio. Viennæ 1580.

Franciſci Guicciardini Patricij Florentini, hiſtoriarum ſui temporis libri 20. ab ipſo auctore Italice conſcripti, & in Latinum ſermonem conuerſi à Cælio ſecundo Curione, Baſileæ apud Pernam, 1566. in folio. Videtur hic auctor nulli veterum poſtponendus, nam fide, diligentia, prudentia cæteriſq; virtutibus excellit: ac in rerum geſtarum memoria, in conſilijs explicandis, in hominum naturis notandis, in perſonis deſcribendis, in concionibus orationibuſque referendis, plurima habet, quæ in alijs qui eorundem temporum hiſtoriam ſcripſerunt, deſiderantur. Eiuſdem loci duo, qui ex ipſius hiſtoriarum libris 3. & 4. dolo malo detracti, in exemplaribus hactenus impreſsis, nō leguntur. Baſileæ, anno 1569 in octauo. * Eiuſdem hiſtoria vrbis Italiæ. Italice Venetijs apud Gabrielem Giolitum 1569.

* Franciſci Hæmi Inſulani poemata, decimoſexto Antuerpiæ.

Franciſci Herculani Peruſini tractatus de Cautione de non offendendo. Venetijs apud Ioannem Andream Valuaſorem 1569. in 8. & 1571. * Eiuſdem & Martini de Fano Tractatus de probanda negatiua, quis ſcilicet teneatur probare Negatiuā, & quibus modis negatiua probetur, 8. Coloniæ apud Ioan. Gymnicum 1580.

Franci-

Franciſcus Hogenbergius, cum Georgio Bruin Simone Nouellano, librum ſecundum de præcipuis orbis terrarum ciuitatibus, cum earundem delineationibus edidit. fol. Coloniæ 1575.

Franciſcus Hotomanus, I. C. hiſtoriarum & totius antiquitatis ſcientiſſimus, multa docte et eleganter ſcripſit, è quorum numero ſequentes libri in publicum editi ſunt. Partitiones iuris ciuilis elementariæ. Baſileæ apud Epiſcopium 1560. in 8. Obſeruationum liber primus, ibidem. Iuriſconſultus, ſiue De optimo genere iuris interpretãdi, in quo L. Gallus, L. Lecta, L. Filius quem, L. Frater à fratre, & aliæ complures explicantur. Baſileæ per Heruagium 1559. in 8. Commentariorum in orationes Ciceronis volumen primum, quo continentur hæ orationes, pro P. Quintio, pro Roſcio Comœdo, pro Roſcio Amerino, Actiones in Verrem, pro Fonteio, pro Cecinna, pro Lege Manilia: excuſum Geneuæ apud Robertum Stephanum 1554. in folio. Cõmentarius verborum iuris, Antiquitatum Romanarum elementis amplificatus: De magiſtratibus, de Legibus, de Iuriſconſultis, de Senatu & S. C. de Formulis, de Comitijs. Baſileæ apud Epiſcopium 1558. in folio. Commentarius in quatuor libros Inſtitutionum iuris ciuilis, ibidem apud Heruagium 1560. in folio, & Venetijs 1569. Commentarius in 2. de lib. & poſt. Lugduni 1561. in quarto. Iuſtiniani vita. Obſeruationes in Pandect. cap. 20. item in L. Frater à fratre commentarius: item de gradibus cognationis & affinitatis, inceſtisq; nuptijs. Argentinæ apud Ioſiam Ribelium. Variarum diſputationum volumen primum. De quarta Falcidiana: de quarta legitimaria: de quarta Pegaſiana: de ſpurijs: de donationibus: de dotibus: de pactis: de eò quod intereſt: de mora: de vſuris: de gradibus cognationis. Lugduni 1569. in folio. De feudis commentatio tripertita, hoc eſt, Diſputatio de iure feudali. Commentarius in vſus Feudorum. Dictionarium verborum Feudalium. Lugduni anno 1573. in folio. Francogallia, de republica Francorum. Geneuæ anno Domini 1573. in 8. De cœna Domini libellus in octauo. De actionibus commentarius. Lugduni. Nizolij obſeruationes in Ciceronem auctæ. Lugduni. Ad Remundum Rufum defenſorem Romani pontificis contra Carolum Molinæum, de ſtatu primitiuæ eccleſiæ eiusq; ſacerdotijs. De Patriarchis, Metropolitanis, Archiepiſcopis, Primatibus, primæ ſedis Epiſcopis, Chorepiſcopis, Preſbyteris, Diaconis, Hypodiaconis, De Pontificis Romani poteſtate & amplitudine, De religione populi Romani ex inſtituto Numæ: liber ſub nomine Franciſci Villerij impreſſus Geneuæ à Ioanne Criſpino 1553. in octauo, & Argentinæ in folio cum Cardinalis Poli lib. de Eccleſia. Illuſtres quæſtiones. Geneuæ 1573. in 8. Audio etiam quædam alia ab eo edita, vt Repetitionem quarundam L L. Commentaria in orationem quandam Ciceronis, Lugduni. Præterea hæc ab ipſo conſcripta, ſed nondum publicata ſunt. Dialectica. Index vniuerſæ hiſtoriæ ab orbe condito. Notæ in omnes Cæſaris commentarios. Diſputationes contra Guidonem Papium & Paponium Arreſtographum, & aliquot eiuſmodi pragmaticos. Prælectiones in Pandectas & Codicem. Commentarius in regulas iuris. Claruit anno 1573. quo tempore Geneuæ Allobrogum ius ciuile docebat. *Eiuſdem extat commentarius in tit. Cod. de pactis & tranſactionibus, item coniectura de præſcriptis verbis. Geneuæ. Quæſtionum illuſtrium liber. Diſputatio quædam eiuſdem, habita Biturig. Iacobi Cuiacij commentarius in l. Frater à fratre. Cui ſubiuncta eſt eiuſdem Fr. Hotomani vetus renouata diſputatio in eandem legem. Item: Appendix aduerſus nouam eiuſdem legis interpretationem, quam nuper Leſturius promulgauit in ſuo Africano. 8. Lugduni. Eiuſdem conſiliorum volumen primum. 8. Geneuæ apud Euſtathium Vignon. Eius item commentarium in M. T. Ciceronis epiſtolam ad Q. fratrem, Aſiæ proprætorem de prouincia recte adminiſtranda, Ægidius Camurcus euulgauit. Baſileæ apud Sebaſtianum Henricpetri 1578.

Franciſcus Iacobi Traiectanus, de Modo viſitandi & corrigendi ſubditos, & de modo inquirendi contra defectus eorum.

Franciſcus Iammetius Textor, interpretatus eſt 23. titulum Pandect. iuris lib. 47. de popularibus actionibus. Libellus impreſſus Pariſiis apud Michaelem Vaſcoſanum, anno 1534. Eiuſdem tabula de vocis & corporis moderatione, ad rhetoricã pertinens: impreſſa Pariſijs apud Wechelum. Eiuſdem enarrationes in orationes Ciceronis pro M. Marcello & pro rege Deiotaro, excuſæ ſunt Baſileæ ab Oporino, cum diuerſorum commentarijs in Orationes Ciceronis 1553. Idem ſcripſit in L. Vranius ff. de fideicom. & mand. Pariſiis excudit Antonius Cleric. 1550. Idem ſcripſit in legem, Qui bonis. L. Qui cedit ff. de ceſſ. bon.

Franciſci Iouerij Valentini, Sanctiones Eccleſiaſticæ tam Synodicæ, quam Pontificiæ, in tres claſſes diſtinctæ. Pariſijs apud Audenum Paruum, anno 1555.

Franciſcus Irenicus Ettelingiacenſis, ſcripſit Germanicæ exegeſeos volumina 12. Item Orationẽ protrepticam in amorem Germaniæ, cum operis ſuperioris excuſatione. Opus excuſum Haganoæ 1518. Grammaticam iam recens in lucem editam. Francofurti apud Georg. Coruinum 1569. in 8.

Franciſci Iunctini Sacræ Theologiæ Doctoris, Tractatus iudicandi reuolutiones natiuitatum. Lugduni, anno 1570. in octauo. *Speculum Aſtrologiæ, quod attinet ad iudiciariam rationem natiuitatum, atque annuarum reuolutionum, cum nonnullis approbatis Aſtrologorum ſententijs. 4. Lugduni, anno Domini 1573. Speculo Aſtrologiæ, vniuerſam Mathematicam ſcientiam, in certas claſſes digeſtam complectente, acceſſerunt commentaria abſolutiſſima in duos poſteriores Quadripartiti Ptolomæi libros, innumeris obſeruationibus referta, & certiſſimis aphoriſmis (quatenus ex ſiderum poſitione liceat Chriſtiano more aliquid conijcere) ex probatiſſimorum Aſtrologorum ſcriptis depromptis, inſignita. In folio Lugduni, anno Domini 1582.

Digitized by Google

* Franciſci *Iunij & Immanuelis Tremellij Bibliorum pars prima, id eſt, quinq; libri Moſis, Latini recens ex Hebræo facti, breuibusq; ſcholijs illuſtrati, fol. Francofurti per Andream Wechelum. Iidem Bibliorum partem ſecundam, id eſt, libros hiſtoricos ex Hebræo Latinos fecerunt, breuibusque ſcholijs illuſtrarunt, fol. Francof. 1576. per Franciſcum Iunium. Sanctorum Apoſtolorum acta, ex Arabica tranſlatione Latine reddita: addita obſcurorum aliquot difficiliumq; locorum interpretatione. 8. apud Ioan. Mareſchallum Lugdunenſem. Eiuſdem de Linguæ Hebrææ antiquitate, præſtantiaq; oratio, habita in illuſtri ſchola Neapolitana. 4. Neapoli. Eiuſdem orationes duæ: prior ad lectionem veteris Teſtamenti, habita Neapoli Nemetum: poſterior ad lectionem librorum Moſis habita Francotaliæ: anno 1582. In 4. Neapoli Nemetum, typis Matthæi Harniſch.*

Franciſcus *Lambertus Auenionenſis, monachus primum in Gallia, & poſtea Marpurgi Heſſorum, purioris theologiæ profeſſor, ſcripſit Ioannis Caſtellani concremationem apud Metenſes. Item, Commentaria in Oſeam, De arbitrio hominis captiuo: opus excuſum Argentinæ apud Ioannē Heruagium, anno 1525. Scripſit etiam Farraginem rerum Theologicarum. In duodecim Prophetas. Commentaria in Cantica canticorum Salomonis. Ibidem excuſa anno 1524. Librum quoq; ſcripſit, quo rationes reddit, cur Minoritanorum conuerſationem habitumq; reiecerit. Ibidem excuſum. Scripſit & regulas Minoritarum, Commentaria in Euangelium Lucæ, impreſſa ibidem. Eiuſdem commentariorum de ſacro coniugio, & aduerſus pollutiſſimū regni perditionis cœlibatum, liber in 69. poſitiones diuiſus, quibus quicquid ad matrimonium ſpectat complexus eſt. A principio libri habetur vtiliſſima epiſtola ad regem Galliæ. Eiuſdem Antitheſis verbi Dei & inuentorum hominum, poſitione prima. Item Pſalmi ſiue cantica 7. quæ ereptus à fornicationum regno ſpiritu altiſſimo cecinit. Liber excuſus eſt Argentinæ 1524. in 8. chartis 15. Eiuſdem exegeſeos in Apocalypſim Ioan. lib. 7. excuſi ſunt Baſileæ à Brylingero in 8. anno D. 1539. Eiuſdem Confeſſio de ſymbolo fœderis nunquam rumpēdi, quam communionem vocant, in qua ſpectari poteſt quid Marpurgenſi colloquio effectum ſit, excuſa eſt, anno D. 1530. octern. 2. Præterea ſcripſit de prophetia, eruditione, linguis, deq; litera & ſpiritu, Commentarium de cauſis excæcationis multorum ſeculorum, de fidelium vocatione in regnum Chriſti, id eſt, eccleſiam, De vocatione ad miniſteria eius, maxime ad epiſcopatum, De vocatione Matthiæ per ſortem, ac ſimilib. De cœlibatu regni filij perditionis. In Acta Apoſtolorum, & libros Regum. De differentia ſtimuli carnis, & Satanæ nuncij.*

Franciſcus *de Turce de S. Victoria, medicus Anconæ in Italia, ſcripſit Prognoſticon medicinale ſecundum temporum conſtitutiones, vbi Hippocratis aliorumque veterum huius argumenti aphoriſmos collegit & interpretatus eſt. Liber excuſus olim in Italia in 4.*

Franciſcus *quidam, natione Ligur, ex vrbe Sauona, pontifex factus, Sixti quarti nomen accepit. Vide Sixtus.*

Franciſcus *Lucanus Parmenſis, ſcripſit de crimine læſæ maieſtatis. De fiſco & eius priuilegijs.*

* Franciſci *Lucæ Brugenſis S. Theologiæ Licentiati, notationes in ſacra Biblia, quibus variantia diſcrepantibus exemplaribus loca, ſummo ſtudio diſcutiuntur. 4. Antuerpiæ apud Plant.*

Franciſci *Lucij Durantini, de optima Reipublicæ gubernatione libri duo. Item de ampliſſimis laudibus Venetæ vrbis, deq; eius diſcplina, & recta gubernantium ratione, liber vnus: excuſus Venetijs anno 1522.*

Franciſcus *Lucus* I.C. *ſcripſit de Guelfis & Gibellinis, De tyranno, De regimine ciuitatis.*

Franciſci *Luiſini Vtinenſis Commentarius in librum Q. Horatij Flacci de Arte poëtica. Venetijs apud Ald. filios, anno 1554. Eiuſdem Parergōn, libri tres, in quibus tam in Græcis quam in Latinis ſcriptoribus multa obſcura loca declarantur. Ibidem Valgriſius, anno 1551. in octauo. Audio eundem decem libros Parergōn ſcripſiſſe. Idem de Compeſcendis animi affectibus. Baſileæ apud P. Pernam in octauo.*

* Franciſcus *à Chriſto Eremita, Luſitanus, S. Theologiæ D. eiuſdemq; publicus in clariſſima Conimbricenſi Academia Profeſſor, edidit prælectionum, ſiue Enarrationum admirabilis diuini verbi incarnationis libros ſex. In fol. Conimbricæ apud Ioannem Aluarem. 1564.*

Franciſcus *Macerata, ordinis Minorum, ſcripſit argumenta ſingulorum capitum in 7. lib. Ioſephi de Bello Iudaico, quæ Epitomes loco ſunt, in fronte Latini Ioſephi, Venetijs olim excuſa.*

Franciſcus *Malet, Theologiæ D. ſcripſit in Euangelium Ioannis. Claruit anno 1548.*

* Franciſci *Manticæ Vticenſis Tractatus de coniecturis vltimarum voluntatum in libros 12. diſtinctus. Folio Francofurti apud Feyrabend, & Venetijs.*

* Franciſci *Marcarij Vincentini conſilia. Eiuſdemq; in materiam fidei commiſſariam, Epitome. In folio, Venetijs.*

Franciſcus *Marchiſius, Ticini aliquando ſcripſit, in primam & quartam fen primi libri Auicennæ.*

Franciſci *de Marchia Franciſcani in quatuor libros Sententiarum. M. Dreſſerus.*

Franciſci *Marci deciſiones parlamenti Delphinatis. * Eius deciſionum aurearum pars prima & ſecunda, ſummarijs & lucubrationibus adaucta. In fol. Lugduni.*

F. M. Gallus *(neſcio autem quæ prænomina literis F. M. indicentur) obſcuriores aliquot C. Suetonij locos explicauit: & reliquos Imperatores vſq; ad Carolum V. addidit, breuius quidem Suetonio, ſed non minus ſcholis apta dictione, vt pollicetur in ſcriptio. Libri excuſi Baſileæ apud Henricum Petrum, anno 1537. quo etiam ipſius Suetonij libri continentur.*

Franciſc

Franciſci Marij Grabaldi Parmenſis de partibus ædium, Lexicon vtiliſſimum, excuſum Baſileæ apud Walderum 1533. & 1541. Eius ſylua in dedicatione Parmæ, Iulio II. Pont. Max. excuſa eſt in Italia. Scripſit etiam ſcholia in Plautum.

Franciſci Marij Molſæ Mutinenſis poetæ, oratio in Laurentium Medicem, qui Romæ noctu ſtatuis antiquis capita detraxerat. Eiuſdem elegia Catharinæ reginæ Angliæ ad Henricum VII. & alia carmina extant. Obijt ante paucos annos Romæ morbo Gallico.

Franciſcus Maronis, ordinis fratrum minorũ, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. de formalitatibus, lib. 1. quæſtiones varias lib. 1. ſermones de tempore lib. 1. ſermones de ſanctis lib. 1. Fertur etiam in diuinis voluminibus quoſdam commentarios, aliosq; diuerſos compoſuiſſe tractatus. Eiuſdem tractatus ſubtiliſſimi, De baptiſmo, de angelis, de humilitate, de ſuffragijs mortuorum, de articulis fidei, de pœnitentia, de indulgentijs, de ieiunio, de corpore Chriſti, de ſeptem donis ſpiritus ſancti, de vltimo iudicio, Super pater noſter, Magnificat, Miſſus eſt Gabriel, Iacobus de Pfortzen Baſileæ excudit an. D. 1498. Eiuſdem theologicæ veritates in Auguſtinum de ciuitate Dei, impreſſæ ſunt cum commentarijs Thomæ Valois in eundem. Eius lib. ſuper ſententias, quodlibeta, formalitates, tractatus de primo principio, de diuinorum nominum explanatione, de vniuocatione Entis. Venetijs 1567. in folio. Conflatile, id eſt, diuerſæ quæſtiones, de diſtinctionibus, & relationibus, & ſignis naturæ & formalitatibus, extat apud Marcum Dreſſerum. Claruit anno 1320.

Franciſcus Martini, ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmeli, edidit de ſancta & puriſſima conceptione glorioſæ Dei genitricis & virginis Mariæ libros 7. Floruit ſub Vuenzeslao imperat. 1390.

Franciſcus Maſſarius Venetus, in nonum Plinij de naturali hiſtoria librum Caſtigationes & Annotationes ſcripſit, excuſas Baſileæ in officina Frobeniana 1537.

Franciſci Marzarij Vicentini I.C. Epitome in materiam fidei commiſſariam, Florentiæ, apud filios Laurentij Torrentini & Carolum Pectinariũ ſocium in folio. Eiuſdem conſilia, Venetijs 1570. apud Pectinarium.

Franciſcus Mataracius Peruſinus in vtraque lingua peritiſſimus, ſcripſit ſub Imperatore Friderico tertio, Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. epigrammata multa, de componendis verſibus hexametro & pentametro, impreſſum Noribergæ 1520. & Arithmeticam, quæ excuſa eſt in Italia.

Franciſcus Maturantius, Peruſinus, ſcripſit commentarios in Philippicas orationes M. T. Ciceronis, quos Iod. Aſcenſius excudit Pariſijs, cum Philippi Beroaldi, Gergij Trapezuntij, & ſuis in eaſdem commentarijs, 1529. Eoſdem Ioannes Oporinus excudit Baſileæ cum diuerſorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs. Eiuſdem commentarij in libros Officiorum M. T. Ciceronis, & Paradoxa, Lugduni excuſi an. 1512. Commentarij in rhetoricorum libros ad Herennium, vnà cum Antonij Mancinelli commentarijs in eoſdem, & M. Fab. Victorini in Rhetoricam veterem: excuſi Venetijs, anno Domini 1500. Maturantius (idem ni fallor) ſcripſit commentarios in Statij Achilleidem, qui excuſi ſunt Venetijs in folio. Forte hic idem eſt cum Mataracio.

Franciſci Matronis Paſſus ſuper vniuerſalia & prædicamenta Ariſtotelis. Forte eſt Franc. Maronis.

Franciſci Mauri Franciſciados lib. 31. Antuerpiæ apud Plantinum 1572. in octauo.

Franciſcus Maurolycus Abbas Meſſanenſis, Siculus ſcripſit Coſmographiam in tres dialogos diſtinctam, in quibus de forma, ſitu, numeroq; tam cœlorum quàm elementorum, alijsq; rebus ad aſtronomica rudimenta ſpectantibus, ſatis diſſeritur. Liber impreſſus Venetijs apud Iuntas, anno 1543. Eoſdem excudit Ioannes Oporinus Baſileæ. Scripſit etiam ad Petrum Bembum de Ætnæo incendio. Scripſit etiam multa alia in mathematicis, & complures in iiſdem diſciplinis libros emendauit, quæ omnia in 4. ſectiones diſtincta ab ipſo enumerantur, eaq; aliquando ſe editurum promiſit. Eius Martyrologium, in quo addita ſunt ciuitatum & locorum nomina, in quibus ſancti martyres paſſi ſunt. Venetijs 1568. in quarto & in decimoſexto. * Eius opuſcula Mathematica, ſcilicet De ſphæra liber vnus: Computus eccleſiaſticus in ſummam collectus. Tractatus inſtrumentorum Aſtronomicorum. Tractatus de lineis horarijs. Euclidis propoſitiones elementorum, libri tredecim ſolidorum tertij, regularium corporum primi. De lineis horarijs, libri tres. Arithmeticorũ libri duo. Venetijs, anno 1580.

Franciſci Meneſſæ libellum de accentibus, Robertus Stephanus excudit Pariſijs.

Franciſcus Michinus, in lucem edidit Fallopij expoſitionem in librum Galeni de oſſibus, & Anatomicas eiuſdem obſeruationes. Venetijs 1570.

Franciſcus Modeſtus, Ariminenſis, poeta, edidit Venetiados libros, & quædam alia. Gyraldus.

* Franciſci Modij Brugenſis ſtudio & opera Flauij Vegetij Renati de re militari libri 4. Sexti Iulij Frontini ſtratagematon, libri totidem. Ælianus de inſtruendis aciebus. Modeſtus de vocabulis rei militaris. Omnes quidem poſt Hermolai Barbari, Budæi, & quorumcunq; aliorum editiones diligenter recogniti & emendati. Vegetius verò & ſubinde Frontinus etiam notis illuſtrati. 8. Coloniæ apud Maternum Cholinum. Eiuſdem poemata ad ampliſſimum & ſplendidiſſimum Eraſmum Neuſtetterum, cognomento Sturmerum, Equitem Francũ, &c. 8. Wirzeburgi 1583.

Franciſcus Monachi Mechlinienſis, Regiones Septentrionales in tabula deſcripſit. Antuerpiæ excudit Sylueſter à Pariſijs.

* Franciſci Mouretti Aduocati & cõſiliarij Regij in vrbe Abauillæa, Enchiridion Pſalmorũ Dauidis, ex Hebraica veritate, cum Pſalterij canticis, in calce ſingulatim adiectis & interpretationi

ii

bus ex Hebræorum commentarijs in eoſdem Pſalmos paſſim, & interciſe in Latinum carmen redactum, & illuſtratum. 8. Pariſijs, Anno 1581.

* Franciſci Mutinenſis oratio de poeticæ excellentia, in 4.

Franciſcus Niconitius. I. C. Dalmata, ſcripſit Gre. 1. Allegationum, in qua adhuc vndecim partes promittuntur. Item ſuper prima ff. veteris. In titulo de his qui ſuut ſui vel alieni iuris, recenſendo. l. filium diffinimus, ſcripſit 224. rationes dubitandi, quæ aliâs inſcribuntur argumenta pro filio nato abſente marito matris per decennium. Super prima inforciati repetitionẽ rubricæ ff. ſolu. matri. Super prima ff. noui. repetitionem rubricæ ff. de oper. noui nuncia. Super ſecunda ff. noui repeti. in l. qui Romæ, parag. duo fratres ff. de verb. obli. impreſſa Venetijs an. 1562. Super prima Codicis rep. in rub. C. de edendo, Venetijs eodem anno. Præterea in iure canonico ſcripſit repe. rub. de teſtamento in antiquis, excuſam Venetijs anno Domini 1526. Et repe. c quoniã contra de probationibus in antiquis. Ibidem 1525. Scripſit etiam allegationes et Conſilia.

Franciſcus Niger, presbyter Venetus, ſcripſit opus ad Leonardum Bottam equitem Mediolanenſem, diſtinctum in lib. 14. vocat autem grammaticam. Scripſit etiam de conſcribendis epiſtolis libellum. Epiſtolas multas, & quædam alia. Epiſtola eius ad Iacobum comitem Purliliarum in fine libelli illius de liberorum educatione legitur. Emendauit etiam libros aſtronomicos Iulij Firmici, quos Aldus impreſſit: vbi in epiſtola præliminari teſtatur ſe quoq; Mathematicum librum edidiſſe. Claruit anno 1480.

Franciſcus Niger Baſſianus, Ouidij Metamorphoſin in epitomen phalecijs verſibus redegit: quæ Tiguri impreſſa eſt 1542. & Baſileæ apud Rober. Winter, cum Bartholomæi Bolognini epitome in eandem, &c. 1544. Pauli Iouij hiſtoriam de rebus Turcicis, ex Italica Latinam fecit: Wendelinus excudit Argentorati 1538. & Oporinus Baſileæ cum Alcorano, &c. 1543. Scripſit etiam Rudimenta Grammaticæ, in ſuorum tyrunculorũ vſum, ex authoribus collecta, excuſa Mediolani apud Ioánnem Antonium Caſtelleoneum, anno 1541. Item Rhetiam, ſiue de ſitu & moribus Rhetorum libellum, excuſum Baſileæ apud Ioannem Oporinum, anno 1547. Item de Fanini Fauentij & Dominici Baſſanenſis morte, qui ob cõfeſſionem fidei in Italia ſunt combuſti 1550. Præterea Tragœdiam de libero arbitrio Italice primum editam, & poſtea Latine apud Criſpinum Geneuæ, anno 1560.

Franciſci Octauij Cleophili Phanenſis elegiæ ad Iuliam, & epiſtolæ.

Franciſcus Pætus Fundanus ſcripſit Syluam in Auguſtinum Nyphum, quæ adiuncta eſt Niphi commentarijs in Meteora. Scripſit præterea opus de Naturalium rerum principijs, iuxta Ariſtotelis doctrinam.

Franciſcus Panoſetus ſcripſit de examine eorum qui ſacris initiantur, librum excuſum Pariſijs apud Robertum Mullot, anno 1552.

Franciſcu Papaſaua, Patauinus. De monte pietatis.

Franciſci Patauii I. C. atq; aduocati conſiſtorialis, oratio habita anno Domini 1484. ſedente Innocentio VIII. P. M. Friderico III. Imperatore ſuadente, de Laudibus Diui Leopoldi, impreſſa eſt in Italia quatern.

Franciſcus Patricius Senenſis, pontifex Caietanus, ſcripſit de regno & regis inſtitutione lib. 9. hiſtoriarum varietate, & ſententiarum grauitate refertiſſimos. Opus cum Ioannis Sauignei ſcholijs impreſſum Pariſijs 1519. Item de inſtitutione Reipub. libros 9. cum eiuſdem annotationibus eodem tempore & loco impreſ. Scripſit præterea multa poemata. * Item diſcuſſionum Peripateticarũ Tomos 4. quibus Ariſtotelicæ philoſophiæ vniuerſa hiſtoria atque dogmata cum veterum placitis collata, eleganter & erudite declarantur. In fol. Baſileæ apud Petrum Pernam. Eiuſdem de legendæ ſcribendæq; hiſtoriæ ratione Dialogi decem, ex Italico in Latinũ ſermonẽ conuerſi à Ioanne Nicolao Stuppano. Baſileæ Sixtus Henr. Petri 1570. Eius de Inſtitutione Reipub. lib. 9. vnà cum argumentis in ſingulos titulos, & authorum locis in margine adſcriptis. Per Io. Nicodonum Sammaxentinum. 16. Pariſiis, 1580.

Franciſci Patricij Cõmentariorum epitome in duas partes ſecta. Pariſiis in 16.

Friderici Patricij Veneti, de Legendæ ſcribendæq; hiſtoriæ ratione Dialogi decem, Italice primũ Venetijs editi, & poſtea Latine Ioan. Nicolao Stuppano interprete. Baſileæ per Xiſtum Hen. Petri in 8. 1569. Eiuſdem Diſcuſſionum Peripateticarum, tomi primi lib. 13. Venetijs 1571. in 4. de Rhetorica dialogi 10. Venetijs 1572. Ital.

Franciſcus Pauinus ſcripſit de Decimis & charitatiuo ſubſidio. Gloſſam ſuper extrauagantes Ioan. 22. De poteſtate capituli ſede vacante. De viſitatione in vulgari in baculo paſtorali. Conſilium in cauſa Beati Simonis.

Franciſcus Pedemontanus, ſcripſit quædam de balneis, quæ Iuntæ impreſſerunt Venetijs, anno D. 1553. cum aliorum ſcriptis de balneis. Eiuſdem additiones in Meſuen, excuſæ ſunt in fol.

* Franciſcus Pegna ſcripſit Cõmentarios in Ambroſij de Vienate tractatũ de hæreſi: & notas in Pauli Cherlandi tractatum de hæreticis & eorum pænis in 4. Romæ, anno 1581.

Franciſcus Pepus I. C. ſuper 2. Cod. Vnde vir et vxor. Idem conſilia Mariani Socini & Bartholomæi filij ſolidis appendicibus ornauit. Venetijs, anno D. 1572.

Franciſcus Petrarcha, natione Hetruſcus, ſcripſit de præſenti mundo lib. 1. Africam ad Rupertum regem. De conflictu curarum lib. 1. De hiſtoria Griſildis lib. 1. Vitam Scipionis Africani lib. 1. de Pomerijs ad Sagemor. lib. 1. & alia quædam. Baſileæ impreſſa apud Ioan. Amerpachium, anno Domini 1496. vt ſunt Bucolica in duodecim Eclogas diſtincta. De vita ſolitaria. De remedijs vtriuſque fortunæ. Secretum de communi mundi contemptu, vel Colloquia trium dierum. De vera ſapientia.

De rebus

Digitized by Google

*De rebus memorandis lib.4. Libros inuectiuarum contra Medicum, 4. Opus epiſtolarum. De ſtudiorum ſuorum succeſſibus. De ſeptem Pſalmis pœnitentialibus. Virorum illuſtrium epitomen, cum ſupplemento. Liber Auguſtalis. Franciſci Petrarchæ omnia opera quæ extant Latina & Hetruſca, Hen. Petri excudit in folio, tomis 4. chartis 372. Claruit anno Domini 1374.*

Franciſcus *Philelphus, ex vetuſto Tolentini oppido natus, eques auratus, & poeta laureatus, ſcripſit carmine & oratione ſoluta multa, è quibus ſunt Epiſtolarum lib. 37. Epiſtolarum Græcarum lib. 30. Satyrarum lib. 10. Sfortiados carmine heroico lib. 24. carmen de laudibus Ænici Dauali, de Vita & rebus geſtis Franciſci Sfortiæ lib. 1. Conuiuiorum lib. 2. Odarum lib. 10. de Iocis & ſerijs hexametro verſu lib. 1. licet Tritemius ſex enumeret. Carmen ad Paſchalem Malipperium. Oratio pro Lazaro Scarampo Comenſi epiſcopo. De conſolatione lib. 1. Oratio Coſmiaria. Oratio in Parentalibus Franciſci Sfortiæ. De legibus lib. 1. Eutyphron de pietate lib. 1. Odarum Græcis verſibus lib. 4. de exilio lib. 3. de morali diſciplina lib. 8. Lyricorum carminum lib. 6. vita S. Nicolai pontificis. Orationes funebres 6. quarum prima: Parentalis de Franciſci Sfortiæ felicitate. 2. habita in funere Blancæ Mariæ Mediolani ducis. 3. conſolatoria ad Ia. Marcellum ſuper filij obitu. 4. item conſolatoria ad Petrum Philelphum de obitu matris. 5. funebris pro Philippo Borrhomeo comite. 6. pro Stephano Friderico Todeſchino. Orationes nuptiales 7. quarum prima: Super inita ſocietate ducis Bonæ, eiusq; filij Ioan. Galeatij cum Hercule Eſtenſi Ferrarienſi duce. 2. epithalmion continet, habitum in nuptijs Beatricis Eſtenſis & Triſtani Sfortiæ. 3. in ſpoſalitijs Theodori Plati & Heliſabet Vicecomitis. 4. in ſponſalitijs Petri Biragi & Heliſabet Prineiualliis. 5. epithalamion in nuptijs Ioan. An. Simonettæ. 6. in deſponſione Iuliæ Marutiæ & Raymundi Attenduli. 7. in connubio Margaretæ Arcimboldæ, & An. Cribelli. Orationes de diuerſis ad diuerſos habitæ octo. 1. ad Pium Papam Mantuæ in concione ſeu concilio ge. 2. ad Papienſes gratulatoria de creatione epiſcopi. 3. de laudibus Lazari Scarampi epiſcopi ad Comenſes. 4. pro Theodoro Plato Iureconſulto. 5. oratio habita Mediolani in initio ſtudij. 6. oratio gratiarum actiua ad Six. pont. max. 7. habita in principio Quæſtionum Tuſculanarum Ciceronis. 8. de ſuo in vrbem reditu ad Sixtum IIII. Tranſtulit etiam ex Græco in ſermonem Latinum, Rhetoricam Ariſtotelis ad Alexandrum. Ex Platone, Orationem Lyſiæ de laudibus Athenienſium. Et eiuſdem orationem iudicialem contra Eratoſthenẽ. Hippocratis liber de flatibus, & einſdem de paßionibus corporis. Ex Plutarcho, Apopbthegmata, vitam Theſei, Lycurgi, Numæ, Galbæ & Othonis, quibus in excuſis codicibus nomen interpretis nullũ aſcribitur. Item Appianum Alexandrinum, ex Xenophonte & Cyri Pædiam lib. 8. de Repub. & legibus Lacedæmoniorum, & de Ageſilao regis Lacedæmoniorum laudibus. Diuerſa huius opera, à diuerſis etiam excuſa ſunt, vtpote Satyræ eius in Italia. Et Baſileæ ab Oporino excuſa eſt decas prima Satyrorum hecatoſtichon. De educatione puerorum, Baſileæ apud Robertum Winter, anno 1544. Epiſtolarum libri, Venetijs, anno 1502. Epiſtolæ ſelectiores, Haganoæ. Conuiuiorum lib. 2. Coloniæ, anno 1537. Apophthegmata, orationes, & libellus de legibus, Pariſijs. anno 1503. apud Badium. Floruit anno Domini 1481.*

Franciſcus *Philippus Pedemontius, ſcripſit commentaria in artem poeticam Horatij, quæ excuſa ſunt in Italia.*

Franciſci *Piccolominei, Cardinalis Senenſis, epiſtola 1. lib. octauo epiſtolarum Ang. Politiani.*

Franciſci *Piſcinæ, Iureconſulti Carmagnolienſis, Diſputatio, an ſtatuta fœminarum excluſiua porrigantur ad bona forenſia. Monteregali, anno 1570. in octauo.*

Franciſci *de Piſis, Gloſſæ ſuper conſtitutionibus regni Siciliæ, & ritibus magnæ curiæ vicariæ: Impreſſa in magno volumine Gloſſarum regni eius, &c.*

Franciſcus *Pithoeus Trecaſſis, iuuenis excellentis ingenij, & non vulgaris eruditionis, vt facile P. Pithoei fratrem agnoſcas, Conſtitutiones Græcas quæ in Codice Iuſtiniani deſiderantur, plures quam hactenus vnquam editæ ſunt collegit & conuertit, atq; annotationibus additis illuſtrauit, breui in publicum editurus. Ab eo ſi Deus illi vitam prorogarit, alia plura & præclara expectanda ſunt.*

Franciſcus *de Platea, ordinis fratrum minorũ ſancti Franciſci, ſcripſit de reſtitutionibus lib. 1. de Cenſuris lib. 1. ſermones varios, & alia. Liber de Cenſura eccleſiaſtica, & alius de vſuris, impreßi ſunt Patauij, anno 1473. Idem ſcripſit tractatum de actu matrimoniali.*

Franciſcus *Poggius, ſcripſit de poteſtate Papæ & Concilij.*

Franciſci *Polygrani, Aſſertiones quorundam eccleſiæ doctorum, cum ab alijs quondam, tum à Lutherana factione denuo in dubium reuocatorũ. Coloniæ apud Ioan. Birkmannum 1571. in 8. Commentaria in paßionem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Coloniæ, anno 1559. in 8.*

Franciſci *Polleti I. C. hiſtoria fori Romani illuſtrata & aucta, per Philippum Broidæum Duaci anno D. 1572. in 8.*

Franciſcus *Pomzinibus ſcripſit de lamijs, & de excellentia iuris. De ſtatuto quando dicatur res originem habere à contractu. Nominatur hic alibi Ioannes Franciſcus.*

Franciſcus *de Porcellinis, Patauinus Iureconſultus, ſcripſit de inuetario & eius cõfectione. Item Conſilia.*

Franciſcus *Portus Cretenſis, Ferrariæ quondam, hodie verò Geneuæ Græcæ linguæ profeſſor doctißimus: Aphtonium, Hermogenem, & Dionyſium Longinum, præſtantißimos artis rhetoricæ magiſtros, Græce ſimul vnico volumine edidit, illuſtrauit & expoliuit. Ioannes Criſpinus in octauo 1569. Hymnos Syneſij in Latinam linguam con-*

uertit, Geneuæ Græce & Latine minima forma excuſ. Florilegium Græcorum epigrammatum, & quædam alia Græcorum ſcripta, recognouit & emendauit. Scripſit etiam varia epigrammata. Poſtremo ſuperiori anno reſponſionem edidit ad Petri Carpenterij Iureconſulti epiſtolam plenam calumnijs in viros bonos, quam ille ad Portum ſcriptam non tamen vnquam tranſmiſſam in publicum ediderat. Floret Geneuæ anno Domini 1573. * Eiuſdem commentarij in Pindari Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia. In quarto apud Ioannem Syluium, anno 1583.

Franciſci Puccij epiſtola, legitur lib. 6. Epiſtolarum Angeli Politiani.

* Franciſci Purpurati à Pinerolio lib. 2. Conſiliorum, folio Venetijs.

Franciſcus Puteolanus, poeta Parmenſis, præfatus eſt in Ioan. Simonettæ Cõmentarios de rebus geſtis Franciſci Sfortiæ.

* Franciſci de Puteo, Carthuſiani, Catena aurea in Pſal. In fol. Pariſ. 1534.

Franciſcus Puteus, medicus Veronenſis, ſcripſit Apologiam pro Galeno, contra Andream Veſalium.

Franciſci Quelain Cænomani, Carthuſiani, θανατογραφία, id eſt, Mortis deſcriptio, Carmine. Gandaui apud Gerardum Salenſem 1554.

* Franciſci Rabelæſi, de rebus geſtis Gargantuæ & Pantagruelis libri quatuor, Gallice. Antuerpiæ anno 1571.

* Franciſci Raguelli, Leges politicæ, ex ſacræ iuris prudentiæ fontibus hauſtæ collectæq́, & ob commodiorem vſum, ad formam Iuſtinianei codicis digeſtæ, ac per titulos edictiq́ perpetui ſeriem concinnatæ. 8. Francof. 1577.

Franciſcus Rapardus quædam contra Aſtrologiam ſcripſit, contra quæ Antuerpiæ editus eſt liber, Clypeus Aſtrologicus, inſcriptus.

Franciſci Reginardi conciones.

Franciſcus de Retzia, ſcripſit Commentarium ſuper Salue regina, lib. 1. Item Comeſtorium vitiorum.

* Franciſci Rechardoti Epiſcopi, oratio funebris in Caroli V. Imperatoris obitum. Antuerpiæ, anno 1559. Gallice.

Franciſcus de la Ripa, ſcripſit quædam ſuper tit. de Iudicijs in 1. decret. cap. 1. & cap. 2. & Rub. de reſt. ſpol. c. ſæpe. Item de peſte.

Franciſcus Robortellus Vtinenſis, ſcripſit variorum locorum Annotationes in authores aliquot vtriuſque linguæ: nempe, In omnes Callimachi hymnos, In apophthegmata Eraſmica quædam Diogenis Cynici ex Laertio non bene verſa. In aliquot locos Horatij, Cæſaris, Tibulli, Catulli, Propertij, Ciceronis: Rhetoricorum, Poetices, & œconomicorum Ariſtotelis. Liber impreſſus Venetijs, anno Domini 1543. Eiuſdem de hiſtorica facultate diſputatio, item Laconici ſeu ſudationis explicatio, De nominibus Romanorum, De rhetorica facultate. Explicatio in Catulli epithalamium. Annotationum in varia tam Græcorum, quàm Latinorum loca libri duo. Ode Græca, quæ [illegible] inſcribitur. Explanationes in primum Æneidos Vergilij librum, Robortello prælegente collectæ à Ioanne Baptiſta Buſdrago Lucenſi, Laurentius Torrentinus excudit Florentiæ, anno Domini 1548. octernionibus 22. Eiuſdem in librum Ariſtotelis de Arte poetica explicationes, qui ab eodem authore ex manuſcriptis libris multis in locis emendatus fuit, vt iam difficillimus ac obſcuriſſimus liber à nullo ante declaratus, facile ab omnibus poſſit intelligi. Accedunt his Paraphraſis in Horatium de Arte poetica. Explicationes de Satyra, Epigrammate, Comœdia, ſalibus, elegia, Laurentius Torrentinus excudit, anno Domini 1540. in folio, chartis 101. Eiuſdem Annotationes in obſcuriora loca Familiarium epiſtolarum Ciceronis, excuſæ ſunt Venetijs, cum diuerſorum in eaſdem enarrationibus. Præterea Æſchyli Tragœdias ſeptem ex manuſcriptis libris ab infinitis erratis expurgauit, ac ſuis metris reſtituit, & in eaſdem ſcholia ex antiquis exemplaribus collegit. Gualterius Scottus excudit Venetijs, anno Domini 1552. in octauo. Æliani libros de Militaribus ordinibus inſtituendis more Græcorum, multis imaginibus & picturis illuſtrauit, & Græce edidit, Venetijs impreſſos, anno Domini 1552. quaternionibus decem. Eoſdem libros in Latinam linguam tranſtulit, qui ibidem excuſi ſunt. Annotationes eius in varia Græcorum & Latinorum authorum loca, excuſæ ſunt Pariſijs, anno 1544. De artificio dicendi. Eiuſdem tabulæ oratoriæ. Bononiæ apud Alexandrum Benatium, anno 1567. in 4. De nominibus arborum. De rhetorica facultate. De conuenientia ſupputationis Liuianæ cum marmoribus. Scripſit etiam de Republica Romana. Item quædam contra Sigonium.

Franciſcus Roma, à Caſtellione, ordinis Prædicatorum, ſcripſit de libertate operũ & neceſſitate, aduerſus pſeudophiloſophos Chriſtianos: & breuem annotationem ad animæ immortalitatem Chriſtiane ac Peripatetice deductam, vt habet inſcriptio. Gryphius excudit Lugduni, anno 1538.

Franciſci Roſeti Mauris, excuſa eſt in Italia.

Franciſcus Rota de medicaminibus.

* Franciſci Rouſſel conciones, 1575.

Franciſcus Rueus Inſulanus medicus, ſcripſit de Gẽmis lib. 2. Impreſſos Pariſijs à Wechelo 1547. & Tiguri apud Geſneros fratres.

* Franciſcus de Sagoy, Elegiam de tribus Gallis nobilibus in via Carriñana occiſis, Gal. In 8. 1544.

* Franciſci Sanchezi annotationes in Garraliſſi de Viga excellentis poetæ opera Italica. Salamanca apud Petrum Laſſum, 1574. Italice.

Franciſci Sanctij Brocenſis, in inclyta Salmanticenſi Academia Primarij Rhetorices, Græcæque linguæ doctoris, commentaria in Emblemata Alciati Lugduni 1573. * Eiuſdem de authoribus interpretandis, ſiue de exercitatione. 8. Antuerpiæ 1581.

Franciſci Sanſouini, Hiſtoria Vrſinæ familiæ. item lib. 4. de illuſtribus eiuſdem familiæ viris. Venetijs 1565. Eiuſdem hiſtoria Turcica, ibidem 1568.

1568. * & 1573. ibidem apud Ænam de Alaris tali titulo, *Annales Turcici, vel vitæ principum familiæ Hotomannicæ. Item de veteribus & nouis rebuſpub. 21. Ibidem omnia Italice 1572.*

Franciſci *Sarmenti, ſacri Palatij Apoſtolici auditoris, & vtriuſq; ſignaturæ Referendarij, liber de Redditibus eccleſiaſticis, in quo diſſeritur, vtrũ Clerici ea quæ ſibi ſuperſunt ex redditibus eccleſiaſticis, in pauperes & alios pios vſus erogare teneantur ex lege iuſtitiæ, vel ſolum ex lege miſericordiæ, vel charitatis, & quando has leges, vel earum alteram tranſgrediantur. Romæ apud Iulium Accoltum 1569. in octauo. * Eiuſdem ſelectarum interpretationum libri tres. In folio Francofurti impenſis Sig. Feyrabend 1580.*

Franciſcus *Sarzoſus Cellanus, ſcripſit librum qui inſcribitur Æquator planetarum. Pariſijs apud Colineum 1526.*

Franciſcus *Scarab, ſcripſit ſuper 2. Cod. Item ſuper 2. ff. veteris.*

Franciſcus *Scilacenſis epiſcopus, Iuriſperitus, ſcripſit de hæreticis, & de fide catholica.*

Franciſci *de Senis conſilium de balneo Petriolli, ad epiſcopum Papienſem, impreſſum eſt Venetijs apud Iuntas, cum variorum authorum ſcriptis de Balneis.*

Franciſcus *de Seſſe* I.C. *ex Hiſpano in Latinũ ſermonem vertit Martini ab Azpilcueta manuale confeſſorum, & additionibus præterea auxit. Venetijs 1573.*

Franciſcus *Simenius de Ciſneros S. Balbinæ preſbyter Cardinalis Hiſpaniæ, &c. Vtriuſq; teſtamenti libros multiplici lingua cum ſua ad pontificem præfat. imprimi curauit, tomis ſex, an. D. 1515. & duobus ſequentibus.*

Franciſcus *Sirigattus, ſcripſit de ortu & occaſu ſignorum libros duos. Gryphius excudit Lugduni anno 1536.*

* Franciſci *Sixti Senenſis Dominicani, Ars interpretandi ſacras ſcripturas abſolutiſſima. 12. Coloniæ 1577.*

Franciſci *Sonnij, epiſcopi Buſcoducenſis, Catechiſmus, Syluæ ducis 1570. in 12. Eiuſdem demonſtrationum religionis Chriſtianæ ex verbo Dei libri tres. Antuerpiæ 1562. in folio. Confutatio Caluinianæ cuiuſdam confeſſionis per Belgicum ſparſæ, Latine & Germanice, anno 1568. * Demonſtrationum ex verbo Dei, de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis lib. 1. partitus in ſeptem tractatus. 8. Antuerpiæ 1576. Eiuſdem querela aduerſus nouos epiſcopos in inferiori Germania. In 8. Huic dedicatum eſt Aluearium Romanum, varietate hiſtoriarum & acumine ſententiarum refertiſſimum. In 8. Germanice.*

Franciſcus *Sonſbetius Sunolanus (forte Suuolanus) ſuper feudis.*

Franciſcus *Sphærulus Camers, ſcripſit Elegiarum libros de amore coniugali, Epigrammata, Lyricos verſus, Cæſaris Borgiæ, & Alexãdri* VI. PP. *geſta, Anthropographiam vel Andropædiam hominis inſtitutionem ab infantia. Gyraldus.*

Franciſci *Spinulæ, Opera poetica impreſſa Venetijs 1573. Eiuſdem Pſalmi carmine, tum Flaminij Pſalmis excuſi à P. Perna. Audio ipſum propter veræ fidei confeſſionem martyrio affectum.*

Franciſcus *Stãcarus Mantuanus, ſcripſit Grãmaticam Ebraicam, excuſ. Baſileæ, anno 1546. De modo legendi Hebraice inſtitutionem breuiſſimã. Venetijs 1530. In epiſtolam Iacobi Apoſtoli expoſitionem, ibidem excuſam apud Parcum, anno 1547. Tranſtulit autem ſ[illegible] ad verbum ex Bullingeri cõmentarijs Conciliationes quorundam locorum ſcripturæ, excuſas ab eodem. De decem captiuitatibus Iudæorum, De ſanguine Zachariæ, De Rabinorum & Anabaptiſtarum falſa opinione, De Meſſija, De reformatione eccleſiæ Italicæ, Conciliationem Chriſti & Moſis. De locuſtis, iuxta ſcripturã & Rabinos. De vocabulis Chaldaicis noui Teſtamenti. De gradibus beneficiorum Dei. De ſeptendecim prophetis. De modo legendi prophetas. Catalogum regum Iuda, & ſub quibus prophetæ & pontifices vixerint. Eiuſdem opus nouum de Reformatione tum doctrinæ Chriſtianæ, tum veræ intelligentiæ Sacramentorum, tum matura conſideratione & fundamento ſcripturæ ſanctæ, & conſilio S S. patrum, Italice excuſum Baſileæ, anno 1547. in 8. chartis 49. Contra fictitium miſſæ ſacrificium lib. 1571. De Trinitate & mediatore Domino noſtro Ieſu Chriſto, aduerſus Henricum Bullingerum, P. Martyrem & Ioannem Caluinum, & reliquos Tigurinæ ac Geneuenſis eccleſiæ miniſtros, eccleſiæ Dei perturbatores. Liber plenus conuitijs, cui paucis reſpondit Ioſias Simlerus. De Trinitate & vnitate Dei, deq; incarnatione & mediatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, aduerſus Tritheitas, Arrianos, Eutychianos, Macharianos, Cerinthianos, Ebionitas & Photinianos, lib. 4. Vixit in Polonia, anno 1567.*

Franciſcus *Syluius Ambianus, Grãmaticam ſcripſit, quam Robertus Steph. impreſſit Pariſijs. Item commentarios in Ciceronis libros de Senectute & Paradoxorum, excuſos apud Mich. Vaſcoſanum. Progymnaſmatum in artem oratoriam Centurias tres, Ino Schoeffer impreſſit Moguntiæ 1540. Eius commentarij in Ciceronis orationes 21. excuſi Baſileæ apud Robert. Winter, in magno volumine Cõmentariorum ſuper omnes Ciceronis orationes, anno 1539. Et apud Oporinum, anno 1553. Commentarij in duodecim libros epiſtolarum Angeli Politiani, & aliorum aliquot illuſtrium virorum, excuſi cum operibus Ang. Polit. Pariſijs apud Iod. Badium, anno 1519.*

Franciſcus *Tarapha Barcinonenſis, de origine ac rebus geſtis regum Hiſpaniæ. Antuerpiæ apud Steelſium, anno 1553. * Eiuſdem & Ioannis Vaſæi Brugenſis, rerum Hiſpaniæ memorabilium annales ad hæc vſq; tempora deducta. 8. Colon. 1577.*

Franciſci *Tegij phyſici & equitis, narratio obſidionis Papiæ, impreſſa eſt Papiæ in quarto, anno Domini 1515.*

Franciſci *Tertij Bergomatis, principis gentis Auſtriacæ, cum ſuis imaginibus inſignibus, tre-*



Digitized by Google

phæis & elogijs. Venetijs, anno 1571.

Francisci *Tertij Cremenſis, allegationes pro teſtamento vitæ Iudæi.*

Francisci *de Theleſia Gloſſæ ſuper conſtitutionibus regni Siciliæ.*

* Francisci *Thomæ Catholici paſtoris Biberacenſis, examen ſiue refutatio dictæ catholicæ Inquiſitionis à Conrado Wolffgango Plazio cócionatore Biberacenſi editæ: qua demonſtratur, Papiſtas neq; Angelis, neq; virgini Mariæ, neq; ſanctis in cœlis, diuinos honores exhibere, nec vllam aliam idololatriam exercere: quod item minimè per bona opera extra Chriſtum, ſuam ſalutem & beatitudinem quærant: deniq; haudquaquam in precibus ſuis pro defunctis, vnicum Chriſti meritum reijciant aut eleuent, Germanice. In 4. Ingolſtadij apud Danidem Sartorium anno 1578.*

Franciſcus *Thorius, explanationem Ioannis Strıſelij aureorum carminum Pythagoræ in lucem edidit, & epiſtolam libello præfixit. Pariſijs, 1562.*

Francisci *Tiſſardi opera, de Hebraicis ſtudijs, de Hebræorum ritibus, Grammatica Hebraica, typis excuſa ſunt.*

Francisci *Titelmanni Haſſelenſis, ordinis fratrum Minorum, epiſtola quædam apologetica, impreſſa. Item Compendium naturalis philoſophiæ. Libri 12. de Conſideratione rerum naturaliũ, earumq; ad ſuum creatorem reductione. Opus excuſum Pariſijs apud Nicolaũ Buffet, anno 1543. & alibi. Commentarij in epiſtolam ad Romanos, in Pſalteriũ Dauidis, item Paraphraſis in omnes Pauli epiſtolas, impreſa Pariſijs. De conſideratione Dialectica lib. 6. excuſi Coloniæ, & Lugduni, anno 1748. Pariſijs, & 1544. apud Ioan. Ludoicum Tiletanum. Paraphraſis in Euangelium Matthæi, excuſa Antuerpiæ apud Steelſium, anno 1545. In Iob. Item in Cantica canticorum, apud eundem anno 1547. In Ioannem, Pariſijs apud Simonem Beuilaquã, anno 1543 Summa myſteriorum Chriſtianæ fidei ex auctoritate diuinarum ſcripturarũ congeſta. Antuerpiæ apud Ioan. Bellerum 1571. in 16. De authoritate Apocalypſis, lib. 2. In eccleſiaſten, lib. 1. De officio miſſæ, li. 1. Meditationes ſacræ li. 1. Claruit anno 1530.*

* Franciſcus *Tolenſis, de Imitando Chriſto, lib. 4. Thomæ Kempenſij interpretatus eſt, & eiuſdem Kempenſij vitam emiſit. 16. Antuerp. 1575.*

Francisci *de Toleto, ad Ioan. Rokizanam Boemum, contra vtranque ſpeciẽ Sacramenti, Epiſtola.*

Francisci *Toletani, de ſacrorum miniſtrorum altaris cœlibatu tractatus. Venetijs 1569.*

* P. Francisci *Toleti, Societatis Ieſu Commentaria, vnà cum quæſtionibus, in vniuerſam Ariſtotelis Logicam. Lugduni 8. Eiuſdem introductio in Dialecticam Ariſtotelis. 8. Venetijs. Itemq; cõmentaria, vna cum quæſtionibus, in 8. lib. Ariſtotelis de Phyſica auſcultatione. 4. Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birckmanni.*

Franciſcus *Torrenſis, ſcripſit de ſummi pontificis ſupra concilia authoritate. De reſidentia paſtorum iure diuino ſcripto ſancita. De actis veris ſextæ ſynodi, deq; canonibus qui eiuſdem falſo eſſe feruntur, & de ſeptima ſynodo atq; multiplici octaua, librum. Excuſa ſunt hæc omnia Florentiæ. De monachis apoſtatis. De commendis beneficiorum.*

* Francisci *de Tort Andegaui, Theſaurus Plutarchi Cheronæi ſuper Moralia opera. 16. Pariſijs apud Ioannem Poupij. Per eundem Sententiarum opus abſolutiſſimum: ex optimis probatiſſimisq; authoribus excerptum, & in locos communes digeſtum. 16. Pariſijs 1560.*

Franciſcus *de Tournay Barchilonenſis librum Ciceronis de amicitia carmine expreſſit.*

Francisci *Treuerij Germaniæ exegeſis.*

Francisci *Tucciam Prolegomena & explanationes apologeticæ in Conſtitutiones Apoſt. à Clemente collectas, cum Clementis libris editæ ſunt.*

Francisci *Turriani Ieſuitæ, de Hierarchicis ordinationibus miniſtrorũ eccleſiæ Catholicæ, aduerſus ſchiſmaticas vocationes miniſtrorum & ſuperintendentium, ex ſcripturis ſanctis ad Catholicos li. 2. Dillingæ 1569. Eiuſdem aduerſus Magdeburgenſes Centuriatores pro Canonibus Apoſtolorum & epiſtolis Decretalibus Pontificum apoſtolicorũ lib. 5. Florentiæ 1572. in folio. Item Dogmatici characteres verbi Dei, ad catholicos Germaniæ principes aduerſus nouos Euangelicos lib. 4. Floren. 1561.*

* *E Græco interpretatus eſt, & priorem interpretationem correxit Sancti Diadochi capita centum, de Perfectione ſpirituali: & Sancti Nili capita 150. de Oratione ad Deum. In 16. Antuerpiæ per Plantinum 1575. Eius aduerſus capita diſputationis Lipſiæ de eccleſia & de ordinationibus miniſtrorum eccleſiæ. Coloniæ Garninus Calenius 1574 excudit. Eiuſdẽ epiſtola de definitione propria peccati originalis, ex Dionyſio Areopagita, & de conceptione virginis & matris Dei ſine peccato, ex S. ſcriptura Angelicæ ſalutationis & teſtimonijs antiquorum patrũ. 4. Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium. Scripſit contra Boquinum Biturigem, ſectæ Zuinglianæ, nominis ſocietatis Ieſu calumniatorem Apologeticum. 8. Colon. apud Lud. Alectoriũ. Contra Andream Volanum de Euchariſtia tractatum ad D. D. Valerianum epiſcopum Vilnenſem, & alterũ ad D. D. Georgium Radibiliũ Pariſijs Sebaſt. Niuellius 1577. Defenſionem locorũ S. ſcripturæ, de Eccleſia catholica & eius paſtore epiſcopo Romano, B. Petri, principis Apoſtolorum, ſucceſſore. 8. Coloniæ. Eiuſdem defenſionis locorum S. ſcripturæ de Eccleſia catholica, & eius paſtore epiſcopo Romano. Liber ſecundus aduerſus nugatorias cauillationes Antonij Sadaelis Lutherani. 4. Colon. apud hæredes Birckmanni. Item eiuſdem ad Illuſtriſſ. & potentiſſ. Principem ac Dominum, D. Wilhelmum Landgrauiũ Haſſiæ, Comitem in Katzenelnbogen, Diez, Zigenhaim, & Nidda, &c. contra Antonij Sadeelis ad eundem Illuſtriſſ. Principem Epiſtolã, & contra ea, quæ idem Sadeel in ſummam poſterioris diſputationis de Eccleſia catholica viſibili & eius viſibili capite, pontifice Romano, eidem epiſtolæ adiunxit, δίστιχοι ſiue liber Bipartitus. 4. Ingol. 1581.*

Francisci *Turzani ab Inciſia I. C. Communes opiniones ſeu ſententiæ: & Regulæ.*

Francisci

Franciſci Valeſij Galliarum regis reſponſio ad proteſtationẽ, qua Cæſarea maieſtas Romæ in eum inuecta eſt, cum alijs nonnullis, ad vtriuſq; principis cauſam plenius ac certius cognoſcendam. Libellus excuſus in German. 1536. Præterea Chriſtianiſsimi Galliæ regis Franciſci nomine editæ ſunt epiſtolæ complures Pariſ. 1537. à Rober. Steph. in quibus ipſe ab aduerſariorum maledictis defenditur, & controuerſiarum cauſæ, ex quibus bella hodie inter ipſum & Carolum V. Imperatorem emerſerunt, explicantur: vnde ab vtro potius ſtet ius æquum, Lector prudens perfacile depræhendet. 1. Ad Germaniæ principes atq; alios ordines Smalcaldiæ congregatos. 2. Apologetica de ſententia Chriſtianiſsimi regis ad ordines ſacri Romani imperij. 3. Apologetica epiſtola cuiuſdam famæ Regiæ ſtudioſi. 4. Reſponſio ad orationẽ qua Cæſar in Regem apud ſummum pontificem Romæ inuectus eſt. 5. Literæ Regis & liberorum eius ad imperij ordines. 6. Legati eorundem literæ ad electores imperij quibus ad diſceptandam de Mediolano controuerſiam indici conuentum poſtulat. 7. Regis in eandem ſententiam ad electores epiſtola. 8. Expoſtulatoria Regis epiſtola de violato tabellario, ad Moguntinum Cardinalem, qua item indici conuentum efflagitat. 9. Ad vniuerſos imperij Principes eadem de re, deq; pacis conditionibus per Solimanum Regi oblatis. 10. Ad Imperij ordines conuentum in Vangionibus habentes in eandem fere ſententiam epiſtola. Tres Regis epiſtolæ, iam antea datæ, quarum prima calumnias in ſe diſſeminatas ab iniquis ſuis refutat: obiterq; ſuum de indicendo vniuerſali concilio ſenſum aperit: reliquis duabus tum eadem de Concilio repetit, tum alias adducit conciliandæ in eccleſia Chriſtiana concordiæ rationes. Legati Regij oratio in conuentu Smalcaldiæ habita, anno 1535.

Franciſci Valleſij profeſſoris Complutenſis, Controuerſiarum medicarum & philoſophicarum lib. 10. in fol. Francofurti ad Mœnum, apud hæredes And. Wecheli anno 1582.

Franciſci Valeriolæ medici, commentarij in 6. Galeni lib. de morbis et ſymptomatis, excuſi Lugd. apud Gryphium 1540. Et Venetijs apud Valgriſium 1548. Eiuſdem enarrationum medicinalium lib. 6. capitibus diſtincti quibus varia vetat: præcipue medicorum ſcripta exponit, et alia quædam ad rem medicam vtiliſsime doctiſsimeq; tradit. Item reſponſionum lib. 1. in quo ea quæ à medico quodam in Commentarijs ſuis, in Galeni libros, de morbis et ſymptomatis notata vel reprehenſa erant, defendit atq; explanat. Gryphius excudit Lugduni 1554. in folio, cum indice, chartis 133. Loci medicinæ communes tribus libris digeſti. Appendix vniuerſa complectens ea quæ ad totius operis integritatem deeſſe videbantur. Oratio de re medica. Obſeruationum medicinalium lib. 6. in quibus grauiſsimorum morborum, cauſæ, ſymptomata, atq; euentus, tum etiam curationes miro ordine deſcribuntur. Lugd. in folio, 1573. Neſcio an idem opus cum enarrationibus medicinalibus. * Eiuſdem commentarij in librum Galeni de Conſtitut. artis medicæ. 8. Geneuæ 1577.



Franciſcus Vatablus, regius Hebraicæ linguæ profeſſor Lutetiæ, Ariſtotelis parua naturalia (vt vocant) Latina fecit, quæ cum alijs operibus Ariſtotelis Baſileæ excuſa ſunt. Iacobi Fabri Paraphraſes in omnes phyſicos Ariſtotelis libros recognouit: qui Pariſijs impreſſi ſunt, 1533. Annotationes in Pentateuchum Moyſis, ex prælectionibus Fr. Vatabli, Robertus Stephanus excudit Pariſijs. Item in vetus & nouum Teſtamentum annotationes cum Biblijs, idem excudit anno 1548. * Ex eiuſdem eruditiſsimis prælectionibus Pſalmorum Dauidis tranſlatio noua Santis Pagnini, veteri è regione poſita, emendata & expolita: adiectæ ſunt annotationes cum ex aliorum tralatione, tum verò ex commentarijs Hebræorum ab ipſo Vatablo diligenter excuſsis: quæ commentarij vice lectoribus eſſe poterunt. Robertus Stephanus excudebat anno 1556.

* D. Franciſci Vegij clariſs. I. V. Conſultiſsimi Patricij Papienſis, liber primus in folio. Venetijs anno 1581.

Franciſcus Vercellenſis I. C.

Franciſci Vergaræ abſoluta grammatica Græca in ſuum ordinem reſtituta, in qua ampliſsime de ſingulis rei grammaticæ partibus tractatur. De omnibus orationis partibus lib. 2. De ſyntaxi lib. 1. De orthographia, Accentibus, Quantitate ſyllabarum, Dialectis, lib. 2. Guilielmus Morelius excudit. Vænit P[illegible]ſijs 7. ſolidis Gallicis.

Franc[illegible]us Veſalius, Andreæ fratris ſui epiſtolam de Chynæ radicis decocto, & erroribus Galeni in anatome, in publicum edidit, cum præfatione ſua ad Coſmum Medicem Tuſcorum ducem.

Franciſcus Vicomercatus, Italus, ante philoſophiæ in ſchola Pariſienſi Regius profeſſor, nunc Taurini docens ſtipendijs Illuſtriſsimi principis Allobrogum, Commentarium ſcripſit ſuper tertium lib. Ariſtot. de anima, impreſſus Pariſijs anno D. 1543. Item lib. 8. Ariſtot. de naturali auſcultatione Latinos reddidit, & commentarijs illuſtrauit, excuſos Lutetiæ per Vaſcoſanum, anno 1550. * Scripſit etiam Commentarios in Ariſtot. quatuor libros Meteororum, Pariſijs anno 1558. in fol. In eam partem duodecimi libri Metaphyſicorum, in qua de Deo & cæteris mentibus diuinis diſſeritur. In libros de generatione & corruptione.

Franciſci à Victoria, Summa ſacramentorum eccleſiæ. Antuerpiæ 1568. in 12 & Venetijs, additis multis quæſtionibus ex Conciliorum decretis, præſertim Tridentini, ſtudio Thomæ à Chaues año 1569. Eiuſdem prælectionum tomi duo impreſſi Antuerpiæ in octauo.

Franciſcus Victorius Bergomas, philoſophus & medicus, multa in philoſophia & medicina conſcripſit vtraq; lingua, quæ incendio perierunt: legas præfationem Aldi Manutij, quam Græcis Alexandri Aphro. in Topica Ariſtot. comment. præfixit.

Franciſci Vidiani panagyricus, Leonardo Lauretano ſereniſs. principi dictus. Elegia de laudibus eiuſdem per Hieron. Vidienum. Ia. Vidieni ode; qua & principi & ſenatui gratias agit. Io. Vidieni epigramma, quo principi Venetijsq; perpetuam

precatur felicitatē. Venetijs excuſi ſunt, anno 1503. quatern. 3. & dimidium.

* Franciſci Vicrij tractatus de Meteoris Florentiæ apud Georgium Mareſcottum, 1573. Italicè.

Franciſci Vinij Aquilani I.C. Communes opiniones.

Franciſcus Wiler, ordinis fratrum minorum de obſeruatia, ſcripſit inſigne repertorium epiſtolarum S. Hierony. presbyteri lib. 1. De remedijs ſcrupuloſitatum conſcientiarum lib. 1. Contra quendam conceptionem Dei genetricis puriſſimā impugnantem, in modum libelli prolixam epiſtolam. Sermones quoq; multos ad populum. Epiſtolas complures ad diuerſos. De paſſione Domini. De vitijs & virtutibus. De muſica eiusq; laudibus, varia & non abijcienda ſyntagmata, Et quædam alia. Claruit anno D. 1495. Trist. de ſcript. Germ.

Franciſcus de Zabarellis natione Patauinus, eccleſiæ Rom. presbyter Cardinalis, ſcripſit in Decretal. lib. 1. in Clementinas lib. 1. de horis canonicis lib. 1. repetitiones varias, & alia plura in cuius laudem Pogius orationem habuit. Claruit 1418.

Franciſcus Zephyrus Florentinus, Tertulliani apologeticum aduerſus gentes commentario ſeu potius paraphraſi illuſtrauit, quæ cum ipſis Tertul. operibus impreſſa eſt Baſileæ, anno 1550. Franciſci Zephyri Catena, ſeu explicatio locorum, qui in Pentateucho ſubobſcuriores occurrũt, ex [illegible] quis theologorum Græcorum ſcriptis depromp[illegible]. Coloniæ anno 1572. in octauo.

Franciſci Zichenij Franciſcani Explicatio ſeptem verborum quæ Chriſtus ex cruce protulit. Antuerpiæ Bellerus anno 1556.

Franciſci Zoanetti Bononienſis reſtitutionum ad libros 50. Pandectarum liber ſingularis, excuſus Ingolſtadij apud Alexandrum Wiſſenhorn, anno 1548. in folio. Idem ſcripſit in titulos de iuſtitia & iure. Si cert. petatur. Soluto matrimon. De acquir. poſſ. De edendo. De pac. inter em. & vend. Item orationem de laude Iuriſprudentiæ. Conſiliorum volumen 1. De Venatione.

* Franciſcini Vicedomini Ferrarienſis Minoritæ, in ſacroſancta de aduentu & de quadrageſima Euangelia, nec non in Catechiſmum Romanum homiliæ. 4. Venetijs 1576.

Franco abbas cœnobij Haffligemenſis, ordinis ſancti Benedicti, ſcripſit de gratia Dei lib. 1. de ſtatu futuræ gloriæ metrice lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. ſermones de beata virgine li. 1. & quædam alia. Floruit, anno 1109. ſub Henrico V. Eius libri 12. De beneficentia Dei, impreſſi ſunt Antuerpiæ 1565. in 16.

Franco ſcholaſticus Leodienſis eccleſiæ, natione Germanus, ſcripſit ad archiepiſcopum Colonien. Hermandum ſecundum, opus egregium, de quadratura circuli lib. 1. de computo eccleſiaſtico lib. 1. & alia plura. Vixit anno Domini 1060.

Freculphus epiſcopus Lexouienſis, monachus ordinis S. Benedicti, ſcripſit volumen grande & inſigne, continens ab exordio mundi vſq; ad natiuitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti, rerum geſtarum hiſtoriam lib. 7. Floruit anno 840. Eius epiſtola ad Rabanum Maurum, legitur ab initio commentariorum Rabani in Pentateuchum. Hiſtoria eius excuſa eſt Coloniæ, anno D. 1539. à Melchiore Noueſiano in folio chartis 82.

Fretellus, Archidiaconus Antiochenus, ſcripſit de ſacris locis terræ promiſſionis lib. 1. Arnoldus Boſtius.

Fridegodus Diaconus, carmine heroico ſcripſit Wilfridi Riponenſis vitam lib. 1. Andoeni monachi vitam, lib. 1. De peccatrice in Euangelio lib. 1. De Hieruſalem ſupera, lib. 1. De viſione beatorum, lib. 1. Contemplationes varias, lib. 1. Claruit anno Domini 960. Baleus.

Fridelinus Viator, Scotorum Hybernicorum regis filius, fertur ſcripſiſſe Exhortationes quaſdã. Claruit anno 495. Baleus.

Fridericus, nomen proprium Germanicum, ab alijs Friderichus, & Fœdericus.

* Friderici Beurhuſij Menertzhagenſis Erotematum muſicæ libri duo ex optimis huius artis ſcriptoribus vera perſpicuaq; methodo deſcript. 8. Norimbergæ, 1579. Eiuſdem pædagogiæ logicæ partes tres. In 8. Coloniæ apud Maternum Cholinum anno 1583.

Fridericus Chryſogonus, ſcripſit librum de modo collegiandi, excuſi in Italia. Item ſpeculum aſtronomiæ, ibidem editum in quarto.

* Friderici Comandini liber Ariſtarchi, de magnitudinibus & diſtantijs Solis, & Lunæ, cum Pap. Alexandrini explicationibus quibuſdam, iam ab ipſo authore in Latinum conuerſus & commentarijs illuſtratus. 4. Piſauri.

* F. Crellij (neſcio autem quod prænomen litera F. indicetur) ad Ioannis Papij prouocationem reſponſio. Cui annexæ ſunt concluſiones LIIX. de tribus illis neceſſariarum enunciationum gradibus: de omni: per ſe: vniuerſale. 4. Neapoli Nemetum.

Fridericus Dedekindus, ſcripſit carmine elegiaco Grobianum, de ſimplicitate morum libros 2. in gratiam omnium ruſticitatẽ amantium, excuſos Francofordiæ, año 1550. Idem ſcripſit epithalamiũ Paulo Guſebelio Longicampiano, & Magdalenæ Monieræ, Witenbergæ, anno 1550. * Librum Prouerbiorum Solomonis carmine elegiaco reddidit 8. Magdeburgi 1574.

Fridericus Delphinus de fluxu & refluxu maris: item de motu 8. Sbaræ. Baſileæ apud Petrum Pernam, in folio & Venetijs, anno 1559.

Fridericus Franeus, ſcripſit de vſu feudorum, Idem (ni fallor) ſcript de appellationibus.

Friderici Furij Cæriolani, Inſtitutionum rhetoricarum lib. 3. impreſſi in 8. Louanij 1554. Eiuſdem Bononia, ſiue de interpretatione ſacrorum librorum dialogus impreſſus ab Oporino. De Cõſilijs & qualitatibus virtutis ac electionis lib. 1. in 8.

Fridericus Georg. ſcripſit librum de falconib.

Friderici Griſoni Neapolitani liber Italicus de arte equeſtri, in Germanicam linguam tranſlatus à Ioanne Cæſare. Auguſtæ anno 1570. * Idem liber editus eſt Auguſtæ anno Domini 1566. Germanicè

*manicè Ioanne Frölich & Vito Tuffi interpretibus.*

* Friderici *Huſmanni Chronologia, de ſerie & ſucceſſione omnium temporum & annorum, à prima hominis formatione, vſq; ad hunc præſentem à nato Chriſto annum* 1581. *in tres partes diuiſa & diſtributa.* 8. *Heidelbergæ.*

* Friderici *Martini* I.V.D. *diſputatio de vſucapionibus & præſcriptionibus. In 4. Ingolſtadij* 1582. *Eiuſdem theſes de in Integrum reſtitutionibus. In 4. Ingolſtadij* 1583.

Fridericus *Nauſea Blancicampianus, epiſcop. Viennenſis, ſcripſit Regularum de octo orationis partium conſtructione ex Varrone, Diomede, & alijs Grammaticis libellum. Scholia in opuſculum Eraſmi Rot. de octo orationis partium conſtructione. Libellum de conficiendis epiſtolis. Conſiliorum de puero literis inſtituendo lib.1. De primordijs poetices lib.1. Epigrammatum centurias. Diſtichorum in Lactantium Firmianum, lib.1. Patauinæ ciuitatis Italiæ encomium. De tardiore reditu ſuo ex Italia in Germaniam lib.1. Encomium villæ Prenumiæ. Librum Genethliacum in natiuitatem D. Maximilian. & D. Ferdinandi, Archiducum Auſtriæ. Muſices Iſagogen, Iſagogen in Arithmeticã. Dialecticæ compendiũ ad æmulationem Petri Hiſpani. Principiorũ Dialectices librum in 6. Tomos diuiſum. Rerum Rhetoricarum lib.3. Excerptarum ex libro cui nomen Rhetor. lib.1. Orationem in laudem Franciſci Philelphi. Orationem in laudem Iuridicæ facultatis. Orationem in l. edita. C. de edendo. Orationes in laudem epiſtolarum Plinij. Pro ſedãdo plebeio in Germania tumultu. In præcellentem Chriſtianæ religionis Chriſtianiq; ſacerdotij dignitatem. Ad Eraſmũ Roter. vt conferat ſe ad conuentum Spirenſem ob cauſam Religionis. Ad Fridericum ducẽ Saxoniæ electorẽ. In vtranq; Ieſu Chriſti natiuitatem, in annũ Iubileum Henrici Reuſſen. De reformanda eccleſia in Synodo Moguntina, in Aſſumptionem Mariæ, in annum Iubileum D. Thomæ comitis ab Reyneck, in natiuitatem Chriſti, in Cœnobiticam viuendi rationem. De libris nouiſſimis his temporibus tutò legendis, in ſuſceptione Caroli V. Rom. Imper. & aliorũ, in Ieſu Chriſti natiuitatem, in obitũ D. Catharinæ Angliæ reginæ, in obitum Eraſ. Roter. in exequijs D. Heliſabethæ imperatricis, Caroli V. imperat. coniugis. Pro meunda in Chriſtiana religione concordia, in exequijs Heliſabethæ Ferdinandi Cæſaris filiæ. ~~Librum de Terræmotibus.~~ De natura cõmendationeq; thermarum, et fontis præſertim Aponi Italiæ, lib.1. ~~explorationis cometarũ lib.1. rerum mirabiliũ lib.4.~~ genethliorũ ſiue ſuper natiuitate Ioan. Cæſaris Ferdinandi, &c. tertiogeniti li.1. de locuſtis li.1. topotheſia Coloniæ Rheni & Ratiſbonæ ciuitatũ lib.1. reſtitutionis & in ordinẽ ſeriemq; digeſtionis librorũ Æneæ Syluij lib.1. Epitomen vitarũ Pij pontificis. Annotationũ in Anonymi philatheti Euſebiani rapſodias li.1. librũ interpretationis in l. edita C. de edendo. Problematum in tit. ff. De regulis iuris lib.1. paratitlorum lib.4. in 4. lib. inſtitutionũ Iuſtiniani. Iſagogen, in omnes titulos Pandectarum iuris ciuilis lib.62. librum deceſſionis controuerſiæ, qua controuerſum eſt, An acceptationi vigore gratiarũ ſit locus, gratijs per Papam ſuſpenſis. Reſponſorum lib.1. locorũ inſigniũ vtriuſq; iuris lib.1. de legibus interpretandis lib.3. quæſtionum & ſolutionũ ſuper bonis per Clericos poſt mortem relictis lib.1. primitiarũ Theologicarum lib.1. de ſacramento Euchariſtiæ lib.1. deciſionum & declarationũ in* XII. *fidei articulos lib.1. vitas ſanctarum lib. 12. de diuinis in eccleſia officijs lib.1. præludiorum in libros Diuorum, lib.1. homiliarum in communes aliquot Euangeliorum locos lib.1. interlocutoriorum in 33. articulos cuiuſdam lib.1. ſingularium concionũ lib.1. cenſuræ vnà cum ſolutione trium quæſtionũ contra Zuinglium lib.1. metaphraſeos in Euangelium Matthæi lib.1. in fidei* XII. *articulos contra fidei aduerſarios lib. 1. miſcellaneorum pro horis canonicis lib.1. miſcellaneorum pro Miſſa, & eius officio lib.1. de coniugio ſacerdotum & votis monaſticis lib.1. de primitijs ſacerdotalibus lib.1. panegyricum in Mariam virginem lib.1. de patientia lib.1. annotationum in anonymi rapſodias Euſebianas lib.1. enarrationum in librum Tobiæ lib.1. heptalogon in ferias* VII. *Mariæ virginis. In Euangelia Dominicalia per totum annum lib.4. Chriſtianarum precationum lib.1. homiliaticæ Apologiæ pro ſalutatione angelica lib.1. ſuper eo quod Chriſtus ait, Reddite Cæſari quæ Cæſaris ſunt, &c. lib.1. in Pſalmos 19. Dauidis lib.1. Poſtillarum & Homiliarum per circuitum anni epitomen, in Euangelia de tempore & ſanctis. In* LXXVIII. *Pſalmos Dauidis Metaphraſeos lib.1. aduentualium ſermonum lib.1. quadrageſimalium ſermonum lib.2. fragmentorum* LI. *Homiliarum lib.1. tam de tempore quàm de ſanctis. Metaphraſeos in Euangelium Ioannis lib.1. Pragenſium concionum* XXXIII. *lib.1. de Chriſti paſſione lib.1. concionum Pragenſium* XVI. *lib.1. de Chriſtiano matrimonio lib.1. de aduerſitatum cauſis lib. 1. rerum Conciliarium lib.1. reſponſorum ad aliquot Germaniæ grauamina lib.1. in orationem Dominicam lib.1. de Concionibus contra Turcas formandis lib.1. catechiſmi Catholici lib.6. in Decalogum enarrationes. In primum caput Ioãnis, In principio erat verbum. Secretorum de calamitatibus huius temporis lib.1. Conſolationum ad regem Ferdinandum lib.1. Syluarũ Synodalium lib.8. appendicis Synodalium ſyluarum lib.3. De reconciliandis in religione diſſenſionibus. De conſummatione ſeculi lib. 5. conſolatoriorum ſermonum lib.1. in illud, Beati qui lugent. De Antichriſto lib.3. de Methodi ratione concionandi lib.3. enarrationum in librũ Iudith lib.1. de nouiſſimo die lib.3. de Noua Hieruſalem lib.2. epiſtolarum libros aliquot. Eiuſdem de Concilio Tridentino dialogi 3. excuſi ſunt Baſileæ ab Oporino in 8. ~~Claruit anno 1551.~~*

* Fridericus *Petri, Euangelia anniuerſaria, quæ dominicis diebus, & in ſanctorum feſtis leguntur, Hebraicè connertit: nunc emendatoria quàm antea in 8. Antuerpiæ, anno* 1581.

Fridericus *Petrucius Senenſis, ſcripſit de pluralitate beneficiorum, cum additionibus Lapi à Ca-*

Digitized by Google

ſtellione. De permutatione beneficiorum. Conſilia in iure, typis excuſa.

Friderici *Primi Romanorum imperatoris, & eius notariorum epiſtolæ, extant Viennæ Auſtriæ apud Wolphgangum Lazium.*

Friderichi *imperatoris Conſtitutionum excerpta, cum Codice Iuſtiniani per Gregorium Haloandrum recognito, impreſſa. Extat & apud Othonem Friſingenſem, & Radeuicum, & Conradum Vrſp. integra conſtitutio.*

Friderici *Romanorũ regis, ad Carolum Franciæ regem epiſtola, in qua is ac cæteri eccleſiæ proceres admonentur, vt Moguntiã veniant, ibidemq́ de rebus dubijs conſultent. Excuſa Coloniæ, anno* 1535. *cum Baſilienſi concilio Æneæ Syluij. Querela ſuper depoſitione Papæ & Cardinalium.*

Fridericus *Schenckbaro à Tandenberg, ſcripſit interpretationes in tres libros Feudorum, Concluſiones, Progymnaſmata fori. Eius progymnaſmata fori, ſeu de ijs qui in iuditio verſantur, & de actis ciuilium iudiciorũ lib.2. Item viridariũ concluſionum iuridicarum lib.1. excuſa ſunt Coloniæ.*

Friderici *Scoti Placentini* I. C. *Sermo in ſui doctoratu. Eiuſdem conſilium pro familiæ Scotæ immunitate. Incipit, Plurima ſunt argumenta. Et in materia Vſufructuarius quemadmodum caueat.*

Friderici *de Senis* I. C. *conſilia in tres partes diuiſa. Idem ſcripſit ſuper* 1. *C. de iudicijs. De permutatione beneficiorum.*

Friderici *Smuczel collecta & exercitata in octo libros phyſicorum Ingolſtadij. Liber impreſſus Haganoæ* 1513.

Fridericus *à Scalis Bononienſis* I.C.

Fridericus *Staphylus ſcripſit Defenſionem contra Melanchtonem & alios quoſdam, editam Pariſijs* 1560. *in octauo. Hiſtoriam de colloquio Wormatienſi, Germanice in quarto. Antilogias Lutheranorum. Apologiam de ſacræ ſcripturæ intellectu. Eiuſdem defenſionem. Coloniæ* 1563. *Scripſit etiam contra Iacobum Andreæ & quædã alia.*
* *De vltima & magna apoſtaſia, ante aduentum Antichriſti futura Germ.4. Ingolſtad.1576. De fundamento & cauſa Lutheranæ theologiæ: de materia præſentis religionis controuerſiæ: de ſucceſſione & concordia diſcipulorum M. Lutheri liber Germanicè, cui titulus Paruum corpus totius theologiæ & doctrinæ D. Martini Lutheri in tres partes diſtributum. In 8. Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium. Eiuſdem de ſacrorũ Bibliorum in idioma vulgare tranſlatione, de Lutheranorum concionatorum conſenſione: interprete Laurentio Surio. Coloniæ apud hæredes Ioan. Quentel & Garuini Calenij,* 1563. *Eius vitam paucis complexus eſt Herm. Hamelmannus in libri quinti parte prima de ſcriptoribus Weſtphaliæ.*

* Friderici *Sylburgij Veterani rudimenta Græcæ Linguæ, ad poſtremam Rameæ Grammatices editionem conformata.* 8. *Francofurti apud hæredes Wecheli* 1582.

Friderici *Trauboti Salſenſis Elegia impreſſa cum Cæſaribus Turcicis Dauidis Peiferi.*

Fridericus *Wagny, Germanus, Doctor Viennenſis, in Auſtria & per Alemaniam ſuperiorem Carmelitarum Prouincialis, atq; tandem epiſcopus Pataujenſis per Robertum Bauarum Auſtriæ ducem ſcripſit Sententias Viennæ lectas, lib.4. Reductorium in Pauli epiſtolas lib.14. Super* 38. *Pſalmos, lib.2. Atque alia. Claruit anno D.*1390.

Fridiani *Piginutij Itali, Erneſti ducis Saxoniæ, & epiſcopi Magdeburgenſis, oratoris & poetæ, ad Conradum Celtem, ad Martinum Pollichium Mellerſtadium, elegiæ. Eiuſdem ode ſapphica ad D. Sebaſtianum pro peſte auertenda. Impreſſa hæc cum libro Celtis de arte carminum. Eiuſdem oda parænetica ad Conradum Celtem.*

Friſimelega *ſcripſit libellum de doſibus medicamentorum.*

Friſingfeldus, *Grammaticus, Anglus, inter carmina cætera ſcripſit practicen Grammatices, li.* 1. *Verbarium proſaice, lib.*1.

Froiſardus *(aliâs Froſſardus) Gallus, ſcripſit hiſtoricas rerum Gallicarum, quæ Pariſijs excuſæ ſunt. Eaſdem in Latinam linguam tranſtulit Ioan. Sleidanus. Pariſijs anno* 1537. *item anno* 1562. *in decimoſexto.*

Frontonis *antiqui ſcriptoris rei ruſticæ fragmenta, citantur in Conſtantino adſcriptis Geoponicis.*

Froſchij *cuiuſdam Muſica, typis excuſa.*

Fructuoſi *epiſcopi ſententiæ quædã citantur in libello de officio rectoris eccleſiæ, Coloniæ excuſo, anno* 1531.

Fulgentius *Audax, Anglus, ſcripſit orationes de Romanorum iniurijs. Pro vindicãda libertate. Ad Donaldum regem epiſtolas. Item ad regem pictorum. Claruit anno Domini* 211.

* Fulgentij *Placiadis Epiſcopi Carthag. Mithologiarum libri* 3. *in fol. Eiuſdem de vocum antiquarum interpretatione liber vnus. Baſil.*1535. *& in* 8. *Pariſijs apud Ægidium Beys ſub ſigno lilij albi, via Iacobea cum inſcriptione: F. P. de priſco ſermone.*

Fulgentius *epiſcopus Ruſpenſis in Aphrica, ſcripſit de gratia Dei & libero arbitrio lib.7. de ſancta Trinitate lib.1. de veritate prædeſtinationis lib.2. de remiſſione peccatorum lib.2. altercationẽ cum Traſemundo rege lib.1. regulã veræ vitæ lib.1. de prædeſtinatione lib.3. ad Ferrandum diaconũ lib.1. de continentia coniugali lib.1. de virginitate ad Probam lib.1. de oratione ad eandem lib.1. de charitate ad Eugyppium abbatem lib.1. de pœnitentia ad Venantiam lib.1. ad Theodorum ſenatorem, lib.1. ad Gallam viduam lib.1. de fide ad Donatum lib.1. de myſterio mediatoris lib.3. de ſacramento incarnationis lib.1. epiſtolarum ad diuerſos lib.1. ſermonum multorum lib.1. homilias quoq; innumerabiles lib.1. quæſtionum diuerſarum lib.1. Adam ſine a, Abel ſine b, & c. lib.1. mythologiarum ad Catum preſbyterum lib.3. de abſtruſis ſermonibus lib.1. Virgilianæ continentiæ moraliza. lib.1. de immenſitate filij Dei lib.1. de paſſione Domini lib.1. Eius opera nuper apud Germanos inuenta, & recens*

*ceris impreſſa, primum Norimbergæ apud Cobergerum, anno 1519. deinde Coloniæ impenſis Godefridi Hittorpij, ann. 1526. adiectis etiam Maxentij Ioannis, & alijs quibuſdam opuſculis, videlicet ad Monimum libri tres: Primus, de duplici prædeſtinatione Dei: vna bonorum ad gloriam, altera malorum ad pœnam. Secundus tres quæſtiones complectens: vnam, de ſacrificij oblatione: alteram, de ſancti ſpiritus miſſione: tertiam, de ſuperrogatione S. Pauli. Tertius, de vera expoſitione illius dicti euangelici: Et verbum erat apud Deum. Contra Arrianos liber vnus, continens decem reſponſiones, ad totidem Arianorum obiectiones. Ad Traſimundum regem libri tres: quorum primus eſt de myſterio mediatoris Chriſti, ſecundus de immenſitate diuinitatis filij Dei, tertius, de ſacramento dominicæ paſſionis. Epiſtolæ ſeptem, quarum prima, de coniugali debito, & voto continentiæ à coniugibus emiſſo. 2. ad Gallam de conſolatione ſuper mortem mariti, deq́ viduitate. ad Probam, de virginitate ſimul atque humilitate. 4. ad eandem, de oratione ad Deũ, et compunctione cordis. 5. ad Eugyppium abbatem, de charitate & eius dilectione. 6. ad Theodorum ſenatorem, de conuerſione à ſæculo. ad Venantiam, de recta pœnitentia & futura retributione. ad Donatum lib. 1. de fide orthodoxa, & diuerſis erroribus hæreticorum, ad Populũ ſermones quinq́: Primus, de confeſſoribus & diſpenſatoribus Domini. 2. de duplici natiuitate Chriſti, æterna & temporali. 3. de laudibus Mariæ ex partu Saluatoris. 4. de ſancto Stephano protomartyre, & conuerſione S. Pauli. 5. de epiphania, deq́ innocentium nece, & muneribus Magorũ. Opera Maxentij, quæ ſimul impreſſa ſunt, infra enumerabimus. Fulgentij Homiliæ duæ, cum homilijs SS. patrũ, excuſæ olim Baſileæ. Homilia de charitate Dei ac proximi, imperfecta: & epiſtola ad Eugyppium eiuſdem argumenti, in fine Theſaurorum Eugyppij, impreſſæ ſunt Baſileæ. Mythologiarum libri tres excuſi Auguſtæ Vindelicorum anno 1521. cum commentarijs Iacobi Locher Philomuſi, & Pariſijs apud Ioannem Laliſiam, adiectis vocum antiquarum interpretamentis per eundem Fulgentium conſcriptis: & Baſileæ apud Heruagium ſine commentarijs, cum Hygino, Palæphato, Arato, &c. anno 1535. & rurſus apud Henr. Petri, cum Palæphato, Phornuto & Alarico. Claruit anno Domini 500. Impreſſa etiam ſunt Fulgentij Theologica opera in libro Hæreſeologias per Hen. Petri Baſileæ. Fulgentij liber de fugiendis literis, in quo oſtenditur ratio ſcribẽdi omiſſa certa aliqua litera: extat apud M. Dreſſerum. Fulgentij Placiadis Virgilianæ continentiæ lib. 1. extat in quibuſdã Italiæ bibliothecis, & in Gallia apud P. Danielẽ.*

Fulpertus *epiſcopus Carnotenſis, inter cætera ſcripſiſſe dicitur. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. in laudibus ſanctæ Mariæ lib. 1. Hymnos, Stirps Ieſſe, Solem iuſtitiæ, Chorus nouæ Hieruſalem, compoſuit: & orationes varias, & quædam alia. Claruit anno Domini 1010. temporibus Othonis tertij.*

Fuluius *Aſprianus, Cari imperatoris vitam deſcripſit.*

Fuluius *Flaccus flamen Martialis citatur à Varrone.*

Fuluius *Nobilior, ſcripſit librum Faſtorum, quem in ædem Herculis muſarũ depoſuiſſe fertur.*

Fuluius *Vrſinus Virgilium collatione ſcriptorum Græcorum illuſtrauit. Antuerpiæ Plantinus 1568. in octauo. Idem librorum C. Iulij Cæſaris qui deſiderantur fragmenta collegit, quæ cum Cæſaris Commentarijs de bello Gallico & Ciuili edita ſunt Venetijs in officina Aldi & Antuerpiæ apud Plantinum * Familiæ Romanæ quæ reperiuntur in antiquis numiſmatibus ab vrbe condita ad tempora Diui Auguſti, ex bibliotheca Fuluij vrſini. Adiunctis familijs XXX. ex libro Antonij Auguſtini. Ep. Ilerdenſis. Romæ in folio. 1577. Eiuſdem in M. T. Ciceronis de officijs libros tres, ſcholia in 16. Pariſijs, anno 1581.*

Furij *cuiuſdam vetuſtiſſimi authoris meminit Macrobius, qui ex eius libro Sammonicum Serenum deſcripſiſſe refert carmen quo dij euocantur, cum oppugnatione ciuitas cingitur Macrob. lib. 3. Saturn. Furij poemata citantur à Nonio. Hunc Macrobius Annalium poetam nominat.*

Furius *Antiarius, iuriſconſultus, ſcripſit libros ad edict. Prætorum.*

Fpturius *comicus à quibuſdam nominatur quem tamen Fulgentius Sutrinum nominat.*

# G.

GAbianus *quidam ſcripſit ſuper loco 2. Cod. de fidei com. l. cum acutiſſimi.*

Gabriæ *Græci fabellæ tres & quadraginta ex trimetris iambis, tetraſtichis incluſæ, cum Græcis Æſopi fabulis Baſileæ apud Frobenium impreſſæ ſunt.*

Gabrielis *Aialæ medici, popularia epigrammata medica. Carmen pro vera medicina. De lue peſtilenti, cum ſcholijs in eundem proprijs.*

Gabriel *Altilius epiſcopus Polycaſtrenſis, nuptiale carmen ſcripſit in Iſabellam Aragoniam Regis filiam. Laudatur à Pontano.*

Gabrielis *Barletæ ordinis Prædicatorum, Sermonum tomi duo, quorum prior ſermones quadrageſimales, alter ſermones de tempore, Aduentus, Aſcenſionis, Pentecoſtes, & de nonnullis ſanctis continet. Venetijs 1571. octauo.*

Gabriel *Byel Germanus, ordinis eorum qui ſe fratres de communi vita appellant, ſcripſit librum in Canonem miſſæ, impreſſum Lugduni anno Domini 1517. Sermones de feſtis Chriſti, De feſtis ſanctæ Mariæ, & de ſanctis inſignioribus totius anni, qui excuſi ſunt vnà Baſileæ apud Adamum Petri, anno Domini 1519. Sermones Dominicales de tempore & de ſanctis per totum annum. Sermones medicinales contra peſtem & mortis timorem. Defenſorium contra æmulos ſuos. De obedientia ſedis Apoſtolicæ. Hiſtoriam Dominicæ paſſionis. Hæc vno volumine excuſa ſunt, anno Domini 1519. Epitome & collectorium circa quatuor ſententiarum libros, Tubingæ editum eſt,*

*anno* 1501. *duobus tomis. Idem ſcripſit librum de poteſtate & vtilitate monetarum. Claruit anno D.* 1449. * *Eius Commentarij in quatuor libros ſententiarum, cum ſupplemento quod deſiderabatur.* 4. *Brixiæ anno* 1580. *excuſi.*

Gabriel *Brunus, ordinis minorum, miniſter prouinciæ terræ ſanctæ, ſcripſit indicem alphabeticum in Biblia, impreſſum Baſileæ, anno* 1514. *cum Biblijs apud Ioannem Frobenium.*

Gabriel *Buratellus Antonitanus, Theologus, ordinis Eremitarum, ſcripſit Conciliationem præcipuarum controuerſiarum Ariſtotelis et Platonis, impreſſam Venetijs* 1537. *in octauo.*

Gabriel *Cæſanus, nobilis Piſanus* I. C. *vertit moralia Ariſtotelis, & Ciceronem: ac Ioannem Boccatium oppugnauit.*

Gabriel *Cardinalis, poſtea Eugenius* 4.

Gabrielis *Catiani Brixiani, Syntagma de eo quod intereſt, excuſum Lugduni apud Gryphium, anno* 1542.

Gabriel *Faernus Cremonenſis, vir ſingulari ingenij præſtantia & eruditione, Plautum, Cæſarem, Liuium, Suetonium, aliosq; permultos celeberrimos ſcriptores infinitis propemodum locis correxit et emendauit: ſed immatura morte ereptus quæ inchoauerat abſoluere, et ad ſuam quaſi maturitatem perducere non potuit: pleraq; tamen eius ſcripta in Borromæi Cardinalis bibliotheca ſeruantur. Terentij comœdiæ ab illo ex vetuſtiſſimis libris, et verſuum ratione emendatæ: & in eas comœdias, Emendationum libri ſex: item De metris comicis liber vnus: præterea Eographij fragmentum in eas comœdias: Omnia hæc ſimul impreſſa ſunt Florentiæ apud Iuntas anno Domini* 1565. *in octauo. Centum fabulæ ex antiquis auctoribus delectæ, & carminibus explicatæ. Antuerpiæ apud Plantinum in decimo ſexto, anno* 1573.

Gabriel *Fallopius Mutinenſis, medicus ac philoſophus præſtantiſſimus, & rei medicæ in Academia Patauina profeſſor, tractatum pulcherrimum & maxime vtilem de medicatis aquis, atq; de foſſilibus anno* 1556. *& proximo, feſtis diebus in Academia profeſſus eſt, quem Andreas Marcolinus ipſius diſcipulus collegit & in publicum edidit, Venetijs per Auantium* 1564. *in quarto. Eiuſdem de morbo Gallico liber abſolutiſſimus, à Petro Angelo Agatho Matherate, eo legente ſcriptus et ſcholijs marginalibus illuſtratus, impreſſus eſt Venetijs apud Franciſcum Laurentinum de Turrino anno* 1563. *in octauo. Eiuſdem liber de arcanis quibuſdam compoſitionibus, medicis, & quæ extra medicinam in vſu ſunt, vt ſunt varia vina & Chymica multa, &c. Italice primum editus, & poſtea Germanice Hieremia Martio interprete. Auguſtæ Vindelicorum anno* 1570. *in octauo. Expoſitio in librum Galeni de oſſibus. Huic acceſſerunt obſeruationes anatomicæ eiuſdem auctoris, à Franciſco Michino Fallopij olim diſcipulo, nunc primum in lucem editæ. Venetijs anno* 1570. *in quarto. Tractatus de compoſitione medicamentorum, qui acceſſerunt tabulæ eiuſdem auctoris de Cauterijs, &c. Venetijs eodem anno. Eiuſdem opuſcula tria, quorum primum eſt de vulneribus.* II *complectitur explicationem in librum* Hippocratis *de vulneribus capitis.* III *continet tractatum de vulneribus oculorum, aliarumque partium capitis. Venetijs apud Paulum Meietum* 1569. *in quarto. Eiuſdem liber de vlceribus & tumoribus. Audio etiam plura ab eius ore à ſtudioſioribus diſcipulis excepta eſſe.* * *Eius de vlceribus liber, nunc primum opera ac ſtudio Brunonis Seidelij emendatior in lucem editus.* 4. *Erdfordiæ, excudebat Georgius Baumann. Eiuſdem lectiones, de partibus ſimilaribus humani corporis, ex diuerſis exemplaribus à Volchero Coitero ſumma cum diligentia collectæ.*

* Gabrielis *Fraſcati de aquis Returbij Ticinenſibus commentarij, mineras, facultates, & vſum earum explicantes. His in libris omnia, quæ ad Thermarum Theoricam & practicam faciunt, accuratè tractantur, in quarto Ticini, anno Domini* 1580.

Gabriel *Humelbergius Rauenſpurgenſis, medicus, Antonij Muſæ de herba Vetonica, & L. Apuleij de medicaminibus herbarum libros recognouit, emendauit & commentariolum adiecit, excuſum* Tiguri, *Scholia in librum Sexti philoſophi Platonici de medicina animalium, beſtiarum, pecorum, & auium: impreſſa ibidem anno* 1539. *Vide in Sexto. Commentaria in* Q. *Sereni Samonici poetæ librum medicinalem, excuſa ibidem anno* 1540. *Annotationes in Apicij Cælij libros decem de opſonijs & condimentis, ſiue arte coquinaria, ibidem anno* 1542.

Gabrielis *hyparchi diſtichon extat lib.* 4. *Anthologij Græci.*

* Gabrielis *Monachi Franciſcani Vngari terræ ſanctæ deſcriptio. In* 4. 1521.

Gabriel *Mondeis* I. C. *de actionibus empti: de contrahenda emptione, de pignoribus & hypothecis. Pro ſocio.*

* Gabrielis *Mudei in titulos aliquot, digeſtorũ commentarij, quibus* 17. 18. 19. *&* 20. *libri pandectarum, & ſecunda pars libri quarti codicis magna ex parte, explicantur, folio. Pariſijs* 1579.

Gabriel *de Oſſoletis, Mutinenſis, ſcripſit aliquid in iure, citatur in ſumma Angelica.*

Gabriel *Paleotus,* I. C. *ſcripſit de Filijs Spurijs nothiſq;, librum ſingularē, excuſum Venetijs* 1572. *in octauo, & Francofurti* 1573.

Gabriel *Perouanus ſcripſit Aſtronomiæ defenſionem, quæ excuſa eſt Mediolani* 1507.

Gabriel *Prateolus D. Pauli & Canonicas epiſtolas quatuor libris tanta diligentia digeſſit, vt ferè nihil ſit ex eis, quod hic conſlatum non ſit. Louanij anno* 1568. *duodecimo. Idem ſcripſit, De vitis, ſectis, & dogmatibus omnium hæreticorum, qui ab orbe condito ad noſtra vſque tempora & veterum & recentium authorum monumentis proditi ſunt, elenchum alphabeticum, cum eorundem hæreticorum origine inſtitutis & temporibus, quibus ſuis præſtigijs mundo impoſuerunt. Coloniæ apud Ceruinum Calenium* 1569. *in folio.* * *Eiuſdem*

*Gabrielis*

Digitized by Google

*Gabrielis Prateoli Marcoßij flores & ſententiæ ſcribendiq́ formulæ illuſtriores ex M.T. Ciceronis epiſtolis familiaribus ſelectæ, & in communes locos ad cuiuſcunq generis concinnandas epiſtolas, quam accommodatiſſimos coagmentatæ & certo ordine digeſtæ.16. Pariſijs apud Ægidium Beys.1569.*

Gabrielis *Putherbei Turonici Fontebraldæi Theotimus, ſiue de tollendis & expurgandis malis libris, libri tres. excuſi Pariſijs apud Ioannem Roigny, anno 1549.*

Gabrielis *Sarayna Veronenſis. I. C. Additiones ad Matthæi de Matthesilanis ſingularia & cantelas. Idem Lanfranci Practicam iudiciariam repurgauit. Coloniæ 1572.*

Gabriel *Simeoneus libellum edidit inſcriptū, Dialogus pius & ſpeculatiuus in quo etiam Almaniæ (pars eſt Galliæ) tabulam deſcripſit. Lugduni Gallice. Eiuſdem de Cometis liber Gallicus impreſſus Lugduni 1556. in octauo.*

Gabriel *de Spoleto, ordinis fratrum eremitarum ſancti Auguſtini, ſcripſit aduerſum hæreticos lib. 1. aduerſum fratricellos lib. 1. & alia quædam. Claruit anno D. 1417.*

Gabriel *Tiglatius de ſtudijs humanitatis.*

Gabrielis *de Vrach ſermo de paßione Domini, cum ſermone Guilielmi de Aquiſgrano, impreſſus Argentinæ, anno D. 1490. chartis 22.*

Gabriel *Zerbus, vel de Zerbis, Veronenſis, ſcripſit Anatomen corporis humani, ſermone barbaro. liber excuſus eſt. Anatomen infantis, libellum excuſum Marpurgi in Germania, 1537. cum alijs quibuſdam. Item Metaphyſicam in Italia excuſam, Cautelas medicorum, impreſſas Lugduni 1525. cum Pantaleonis Pilulario & Lacticinijs. Idem ſcripſit Gerontocomium.*

Gadullius *Gallicanus citatur à Nonio: ſed vir doctiſſimus Adrianus Iunius arbitratur nomen corruptum eſſe, & vel Ca. Aquilius aut Gargilius Martialis legendum eſſe.*

Gæti *hexaſtichon extat in 6. libr. Anthologij & tetraſtichon in ſexto, quanquam ibi Cætu[?]ſtribitur.*

Gætulij *hexaſtichon legitur 2. lib. Anthologij.*

Gaffurrus *Genuenſis ſcriptor, nominatur inter authores, vnde exempla ſua de rebus memorabilibus Bapt. Fulgoſus collegit.*

Gaianus *Arabius ſophiſta, diſcipulus Apſinis Gardarenſis fuit ſub Maximo & Gordiano. Scripſit de Conſtructione lib. 5. Artem rhetoricam, Declamationes. Docuit Beryti. Suidas.*

Gaius *ſub Zephyrino Romanæ vrbis epiſcopo, & ſub Antonino Seueri filio, diſputationem aduerſum Proclum, Montani ſectatorem, habuit, arguens eum temeritatis, ſuper nouam prophetiam defendendam: & in eodem volumine epiſtolas quoq Pauli, tredecim tantum enumerans, decimamquartam, quæ fertur ad Hebræos, dicit non eius eſſe: ſed & apud Romanos, vſque hodie quaſi Pauli apoſtoli non haberi. Huius Decreta cum reliquorum pontificum decretis impreſſa ſunt.*

Galaf *Iſraelita vel Iudæus Ilerdenſis, natione Cathalanus, vir in medicinis eruditus, ſcripſit in medicinis antidotarium excellentiſſimum. Symph. Camp.*

Galba *Sertorianum bellum cum Romanis ducibus in Hiſpania geſtum, memoriæ tradidit.*

Galba *quidam à Plinio nominatur, inter hos authores quibus in conſcribendo libro 36. vſus eſt.*

Galbius *Baſſus antiquus poeta fuit, quem Satyricum fuiſſe grammatici tradunt: eius Satyræ citantur à Fulgentio in libro de vocibus antiquis.*

Galeatius *Capella ſcripſit de bello Mediolanenſi, & rebus nuper in Italia geſtis libros octo: qui excuſi ſunt Norimbergæ à Petreio, anno 1532. & Argentinæ in octauo cum præfatione Ioach. Camerarij. His libris deſcribitur, quicquid bellorum in tota Italia ab anno Dom. 1521. vſque ad annum 1530. inter Pontificem, Gallum, Venetos, & Cæſarem geſtum eſt: quomodo Mediolanum à Cæſarianis recuperatum, Franciſcus Sfortia eius dux reſtitutus, & ad extremum vrb. Roma capta ac direpta ſit, ſingulorum annorum rebus geſtis, ſingulis libris explicatis. Iidem libri etiam in Germanicam linguam tranſlati & editi ſunt.*

Galeatij *filij ducis Mediolanenſis oratio ad Venetos, de perſuaſione pacis & concordiæ, extat in Margarita poetica Alberti de Eib.*

Galeatij *cuiuſdam librum ante annos octoginta ſcriptum vidi, in quo ordine literarum omne genus ſimplicium pharmacorum deſcribit, et facultates recenſet, ſtilo barbaro, & Arabicis plerunque nominibus. Conradus Geſnerus in præfatione in hiſtoriam ſtirpium Hieronymi Tragi.*

Galeatij *de S. Sophia opus medicinæ practicæ in nonum tractatum libri Raſis ad Almanſorem, de curatione morborum particularium, impreſſum Haganoæ, anno Domini 1533. Adiectus eſt & liber quidam introductorius ad medicinam per Georgium Kraut, de quo inferius. Eiuſdem tractatus 38. de febribus, & earum ſymptomatis, qui vice generalis practicæ, omnium particularium morborum curationem communem complectentes eſſe poſſunt: impreßi in folio Venetijs per Georgium Arriuabenū anno D. 1514.*

Galeotus *Martius Narnienſis philoſophus, librum de incognitis vulgo ad Matthiam Coruinum Pannonum regem ſcripſit. Item de homine & eius partibus, impreſſum Baſileæ apud Frobenium. Apologeticum contra Georg. Merulam. De doctrina promiſcua librum, varia multiplicique eruditione refertum. excuſum Florentiæ per L. Torrentinum 1548. in 8. char. 30.*

Galferdus *(alias Galferredus) de monte imperiali Falco, à Franciſco Pedemontano allegatur: ſcripſit autem de herbis.*

Galfridus *Alijeuaunt Anglus, Carmelitarum ordinis monachus, ſcripſit lecturam Sententiarum lib. 4. Commentarios in Lucam. Tabulam originalium. Sermones multos ad populum. Claruit anno D. 1340.*

Galfridus *Arthurius Monemuthenſis, mona-*

*chus Benedictinus*, *ſcripſit de rebus Britannicis libr. 8. prædictionum Ambroſ. Merlini libr. 1. vaticiniorum Merlini Caledonij libr. 1. vitam Arthuri Anglorum regis. Breuiarium Gildæ. Diuerſi generis carminum lib. 1. Polydorus Vergilius ait, Gaufredum Arthurum libellum mendacem de Britonibus ſcripſiſſe, an vero de hoc ipſo authore loquatur ignoro, idem tamen nomen eſſe videtur Galfredi & Gaufredi. Hiſtoria eius ſimul cum prædictionibus pridem excuſa eſt Lutetiæ à Badio in 4. Claruit anno D. 689.*

Galfridus *Babion, Anglus, ſacerdos ſcripſit ſermones, lib. 1.*

Galfridus, *abbas Burtoniæ, Anglus, ſcripſit vitam Moduennæ virginis Hybernicæ, lib. 1.*

Galfridus *Babion concionator in Anglia, ſcripſit ſuper poteſtate regia lib. 1. Sermones quoq; plures lib. 1. Baleus.*

Galfridus *Chaucerus Anglus, eques auratus, Boethium de conſolatione Philoſophiæ transtulit in linguam Anglicam poemate vario. Scripſit Trophæum Lombardicum lib. 1. De principum ruina. Emplemata moralia. Amatoria carmina. De curia Veneris. Chryſeidæ teſtamentum. Chryſeidæ querimoniam. Laudes bonarum mulierum. Cleopatræ vitam. Vitam Thyſbes Babylonicæ. Vitam Didonis Carthaginenſis. De Hypſipyle & Medea. Vitam Lucretiæ Romanæ. De Ariadna Cretenſi. De Philomela Athenienſi. De Phyllide Thracenſi. De Hypermeſtra Ægyptia. Somnium Chauceri. Volucrũ conglobationem. Vrbanitatis florem. Miſericordiæ ſepulturam. De Augea & Telepho. Choream Dominarum. De aſtrolabij ratione. Querimoniam Nigri militis. Fœminarum encomion. Narrationes diuerſorum. De Troilo & Chryſeida. De Ceyce & Halcyone. In obitum Blanchiæ duciſſæ. Tragœdias, item Comœdias multas, ac elegias poemataq; varia. Claruit anno D. 1450.*

Galfridus *Clareuallenſis, ordinis Ciſtertienſium, ſcripſit ſuper Cantica Canticorum, lib. 1.*

Galfridus *Eglyne Anglus, congeſſit Quaſdã prophetias lib. 1. Baleus.*

Galfridus *Grammaticus, natione Anglus, ſcripſit in Doctrinale Alexandri lib. 1. In Ioannis Garlandi Synonyma, in Æquiuoca eiuſdem. Hortum vocabulorum lib. 1. medullam Grammatices li. 1. quæ omnia Londini & Pariſijs impreſſa. Claruit anno D. 1490.*

Galfridus *Grandfelde Anglus, B. Auguſtini ordinis monachus, ſcripſit ſermonum Dominicalium lib. 1. determinationes Theologiæ. Claruit anno D. 1370.*

Galfridus *Hardeby Anglus, monachus Auguſtinianus, ſcripſit aduerſus Armachanum lib. 1. Ordinarium quæſtionum lib. 1. poſtillationes ſcripturarum. lib. 1. conciones per annum. Claruit anno Domini 1370.*

Galfridus *Hemlingtonus monachus, ſcripſit De geſtis Macedonum lib. 5. Claruit anno D. 1550. Baleus.*

Galfridus *Hyngham legiſperitus, ſcripſit ſummam legis ciuilis lib. 1. Super actione vendentis lib. 1. De hæreditario iure lib. 1.*

Galfridus *Rilmynton, Anglus, Oxonij ſophiſta, ſcripſit ſophiſmata ſubtiliſſima lib. 1.*

Galfridus *Lynge, Anglus, minorita, ſcripſit Chronicorum opus libr. 1. Anno à creatione mundi* 2390.

Galfridus *Marshal monachus Glaſcouienſis, ſcripſit Repertorium Dialectices. Repertorium Geometriæ, & alia conſimilia.*

Galfridus *Monumethenſis archidiaconus, genere Britannus, tranſtulit in patrium ſermonem, Britannorum hyſtoriam libr. 8. Prædictiones Ambroſij Merlini lib. 1. De exilio Eccleſiaſticorum lib. 1. Compoſuit proſa & carm. In fragmentum Gildæ lib. 1. De corpore & ſanguine Domini lib. 1 Vitam Merlini Caledonij lib. 1. Commentarios in Merlinorum prophetias lib. 1. Arthuri Regis geſta lib. 1. Ad Gualterum Oxonienſem lib. 1. Diuerſi generis carmina lib. 1. Claruit anno 1152. Eius libri 9 de origine & geſtis Britannorum impreſſi ſunt Pariſijs ab Aſcenſio 1517. Baleus.*

Galfridus *Romeuallis, Ciſtertienſis ordinis monachus, ſcripſit ſermones aliquot, lib. 1.*

Galfridus *Vineſauf Normanis parentibus in Anglia generatus, edidit De arte dicendi lib. 1. Ad Guilhelmum Cancellarium lib. 1. De noua poetria lib. 1. De ſtatu Rom. curiæ lib. 1. Monodiam in obitum Regis lib. 1. Ad Cæſarem pro eo liberando lib. 1. De rebus ethicis lib. 1. Claruit anno Dom. 1199. Baleus.*

Galfridus *Vuaterton, ſcripſit Homilias Dominicales lib. 2. De ſalutatione angelica lib. 1. Mariale quoddam lib. 1. Moralitates Pſalterij lib. 1. Collationes monaſteriales lib. 1. Claruit anno 1350. Baleus.*

Galienus *imperator cum oratione & poemate, tum omnibus ingenuis artibus clarus fuit. Extat eius epithalmium carmen quod inter centum poetarum epithalamia præcipuum habitum fuit. Idem in fragmentis Gregoriani cod. allegatur.*

Gallio *quidam à multis exiſtimatur author eſſe rhetorices ad Herennium.*

Gallio *frater Senecæ, quem inter eloquentia flumina poſuit Diuus Hieronymus, multas declamationes ſcripſiſſe dicitur: ex quibus fragmenta quædam ſunt apud Senecam. Vixit tempore Neronis.*

Gallion *quidam citatur à Plinio, qui ex eo quædam in 20. Naturalis hiſtoriæ librum tranſtulit.*

Gallus *abbas monaſterij Aulæ regiæ in Boemia, ordinis Ciſtertienſium, natione Germanus, ſcripſit Dialogum inter patrem & filium quem vocauit Malogranatum, diſtinctum in lib. 3. Sermones ad fratres lib. 1.*

Gallus *Ancipatus, ſcripſit de laudibus Aureli, Claudij imperatoris temporibus.*

Galli *Dreſleri ſcholæ Magdeburgenſis cantoris, decem & nouem cantiones quatuor & quinque vocum. Magdeburgi apud Kirchnerum 1569. Cantiones 90. quatuor & plurium vocum. Ibidem*

Digitized by Google

dem 1570. Item 14. *Cantiones quatuor & plurium vocum ibidem.* * *Eiuſdem opus ſelectiſſimum ſacrarum cantionum 4.5. & plurium vocum 4. Norimb. typis Theodorici Gerlachij.*

* Galli (*Gallinacri arbitror*) *epiſtola ad Aſinũ: Gallicè verſu ſcripta in paruo fol. bibl. Imper.*

Galli *Etſchenreiteri liber Germanicus, de natura viribus & effectis balneorum & ſalubrium fontium qui per Germaniam noti & celebres ſunt. Argentinæ 1571. octauo.*

Gallus *Milo, qui Caroli Calui nuncupati, tempeſtate floruit, ad eum ipſum de ſobrietate carmina ſcripſit. Condidit & ſancti Amandij vitam, cuius cœnobij ipſe antiſtes fuit, anno Domini 880.*

Gallus *Presbyter abbas, ex Scotia claris parentibus ortus, ſcripſit in electione Ioannis diſcipuli ſui orat. 1. Gubernandæ Eccleſiæ formam libr. 1. Obijt anno 640. Baleus. Ab hoc cœnobium & oppidum S. Galli in Heluetijs nomen habent.*

Galli *in Tantalum hexaſtichon extat lib. 4. Anthollogij Græcorum epigrammatum.*

Gallnani *de Bononia, differentiæ legum & canonum, impreſſæ ſunt olim ſeſquifolio in quarto.*

Galterius *epiſcopus Pictauienſis, ordinis fratrũ minorum, ſcripſit per anni circulum Sermonum lib. 1. ſuper ſententias lib. 4. quodlibetorum lib. 1. Claruit anno D. 1250.*

Galterus *Diſſe, natione Anglicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmeli, nuncius & legatus Bonifacij papæ noni, ſcripſit contra Lolhardos libr. 1. de ſchiſmate quoque lib. 1. in aliquos Pſalmos lib. 1. ſermones de tempore lib. 1. ſermones de ſanctis lib. 1. & quædam alia. Claruit anno Domini 1390.*

Galterus *epiſcopus Magolenſis, ex Inſulis oppido Flandriæ oriundus, ſcripſit ſuper Pſalterium lib. 1. & quaſdam epiſtolas. & alia quædam.*

Galterus, *vide Gualterus.*

Galuagnus *Beneuentanus I. C. ſcripſit Contrarietates, & de differentijs inter ius ciuile & canonicum.*

Galueneus *Flamma ſcripſit quaſdam hiſtorias ex quibus Baptiſta Fulgoſus aliquot exempla de dictis factisq; memorabilibus recitat.*

Gamaliel, *legis doctor, D. Pauli olim Apoſtoli præceptor, & illuſtrator corruptæ Hebreorum linguæ, Grammaticam Hebraicam fecit, lib. 1.*

Gammarus *ſcripſit de ſcientia iuris: neſcio an Petrus, aut Andreas Gammarus, de quibus ſuo loco agitur.*

Gandinus *ſcripſit de iudicijs & tortura, ſiue tractatum maleficiorum.*

Gandulphus *quidam doctor iuris, citatur in decretalibus & à Ioanne Andreæ in prœmio Spec.*

Ganferdus *vel Gaufridus Antiſiodorenſis monachus, Ciſtercienſis ordinis, ſcripſit contra Petrum Abelardum, cuius olim diſcipulus fuerat, lib. 1. in Apocalypſin Ioannis lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Claruit anno D. 1160.*

Ganfredus *de Trana, ſubdiaconus eccleſiæ Romanæ, ſcripſit ſuper titulos decretalium lib. 5. quæſtiones varias lib. 1. & alia quædam.*

Ganiſij, *ſiue Caliſij ſcripta citantur apud Plutarchum in vita C. Cæſaris.*

Gannius *antiquus poeta, citatur à grammaticis, ſecundo, quarto & ſexto libro.*

Gaon *Mehar Iſrael, ſcripſit librum Therumath, id eſt, de oblationibus, qui inter Iudæorum Thalmudicos habetur.*

Gaphar *aſtrologus, ſcripſit librum quem inſcripſit Maior introductorius, librum commentariorum, & Flores, item librum experimentorum.*

Gartias *ab Horto, Proregis Indiæ medicus, ſcripſit Luſitanica linguà per Dialogos hiſtoriam aromatum et ſimplicium aliquot medicamentorum apud Indos naſcentium: quos deinde Carolus Cluſius Atrebas Latinos fecit, & in Epitomen contraxit. Antuerpiæ Plantinus in octauo.*

Gartiæ *Lopij Luſitani medici, commentarij de varia rei medicæ lectione.*

Gargilius *Martialis de hortis opus perſcripſit, vt Seruius docet in 4. Georg. Idẽ de Cæſaribus ſcripſit, cuius rei Ælius Lampridius in Alexandro eſt teſtis, & Fl. Vopiſcus in vita Probi.*

Garioponti *medici antiqui libri octo, de morborum particularium à capite ad pedes, & febrium quoque cauſis, accidentibus, & curationibus, excuſi Baſileæ apud Henricum Petri, anno Domini 1531. & 1536. Hoc opus impreſſum eſt etiam Lugduni apud Antonium Blanchardum, anno Domini 1516 in 4. chartis 28. Hoc titulo Paſſionarius Galeni de ægritudinibus à capite ad pedes, in quinque libros diuiſus: vnà cum tractatu febrium earumque ſymptomatibus. Raſis, vt ab anonymo quodam in præfatione adducitur, teſtatur hunc librum Galeni eſſe, Garioponto autem ideo à quibuſdam aſcriptum, quod in ipſum additiones nonnullas ſcripſerit.*

Garmi *Babyloniorum regis epiſtolium ad Neogyndam Indorum regem, inter Apollonij epiſtolas habetur, in Græco Aldino epiſtolarum codice.*

* Garrilaſti *de Viga excellentis poetæ opera, cum annotationibus Franciſci Sanchezi Salamancæ apud Petrum Laſſum anno Domini 1574. Italicè.*

* Garuimi *Caleni conciliorum omnium tomi quatuor cum Indice præfixo Coloniæ 1567. Idem et hæredes Ioannis Quentel Coloniæ impreſſerunt volumen rerum à ſocietate Ieſu in oriente geſtarum 1574.*

Garſias *natione Hiſpanus, ſcripſit ſuper decretalibus lib. 5. & in legibus plura. Claruit anno 1290.*

Gaſpar *Ammonius, theologiæ doctor, prouincialis Auguſtinianæ familiæ in Laugingen, ſcripſit grammaticam Hebraicã, in quinq; libros diſtinctã. Primus eſt De literis, ſyllabis, & punctis omnibus. 2. De nomine prima parte orationis, cum pronomine. 3. De verbo & participio ſecunda parte orationis. 4. De conſignificatiuo quadruplici, tertia parte*

*orationis: & omnium trium partium inter ſe conſtructione et regimine. 5. De proſodia, hoc eſt de triplici accentu & carmine componendo. Singulis libris ſua capita cum argumentis præponuntur. Ab initio autem operis extant epiſtolæ Vuolfgangi Capitonis, & Ioannis Oecolompadij ad authorem, qui hoc ipſo præceptore in ſancta lingua vſi ſunt. Opus hoc manu authoris conſcriptum extat Tiguri, apud D. Conradum Pellicanum.*

* Gaſparis *Aquilæ breues Chriſtianæ doctrinæ quæſtiones germanicè, Erfurti anno Domini 1555. in 16. Eiuſdem precationes conſolatoriæ, germanice in 8. Coburgi 1550.*

Gaſpar de *Arengueria ſcripſit in 2. ff. veteris. & in tit. de Iudicijs.*

* Gaſparis *Beigati Mediolanenſis Hiſtoria vniuerſalis ab initio mundi vſque ad annum 1569. Venetijs apud Gabrielem Giolitum anno Domini 1571. Italice.*

Gaſparis *Borneri Hanenſis Germani, profeſſoris Lipſenſis Analogia, hoc eſt declinandi & coniugandi formulæ. Lipſiæ à Nicolao Fabro ſæpius edita: demum à Michaele anno 1539. chartis 17. Idẽ ſcripſit libellum de ſtellis. Indices in Ptolemæi geographica, & in Sabellici hiſtoriam copioſiſſimos fecit. Mortuus Lipſiæ anno 1547.*

* Gaſparis *Braumilleri dialogiſſmus de quæſtione: vtrum vetus Catholicus Chriſtianus, ſacrificium miſſæ conſtanter retinere debeat, in 4. germanice Francofurti 1574.*

Gaſpar *Bruſchius Egranus, poeta Laureatus, ſcripſit complura, quorum catalogus Engelberti abbatis Admontenſis libello ab ipſo adiunctus eſt, ſunt autem hæc. Progimnaſmata excuſa Tubingæ ab Vlrico Morhardo quaternionibus 6. Sunt autem capita doctrinæ Chriſtianæ verſu elegiaco comprehenſa. Tabula philoſophiæ partitionem continens, ab eodem excuſa, anno Domini 1537. Epitaphia in Eberhardum Barbatum ducem Vuirtembergenſem, addita orationi funebri Ioachimi Camerarij ibidem excuſa. Tabula prædicamentum qualitatis prolixe explicans, Vlmæ excuſa apud Sebaſtianum Francum. Tabula deſcriptionem montis Piniferi, & quatuor ex eodem naſcentium fluuiorum explicans, ab eodem excuſa. Salomonis prouerbiorũ duo capita priora, verſu reddita elegiaco ac paraphraſtico, ab eodem excuſa. Cantionale Piccardicum Germanicum cum Bruſchij verſibus annexis in fine. Vlmæ excuſum. Ad ferdinandum Roman. regem, carmen Paræneticum, de ſuſcipiendo aduerſus Turcas bello. Norimbergæ excuſum. Carmina quædam addita in capite & calce Harmoniis odarum Horatij: Encomia Hubæ Slaccenualdenſis, & thermarum Carolinarum apud Bohemos, cum libro elegiarum & epigrammatum, Vitembergæ apud Ioſephum Klug, quatern. 6. Querela afflictæ Germaniæ, verſu elegiaco, cui additum eſt ſeptimum prouerbiorum Solomonis caput verſu elegiaco redditum, & epigrammata in laudem Caroli V. Cæſaris. Ratiſpontæ excuſa, anno Domini 1541. Narratio tumultus cuiuſdam Magdeburgi à monacho quodam Carmelita excitati, heroico carmine ſcripta, excuſa Vitenbergæ cum elegia et epitaphijs quibuſdam. Narratio calamitatis quã perpeſſa eſt vrbs Slaccenualdenſis, anno D. 1542. verſu elagico ſcripta, Viterbergæ excuſa apud Petrum Schirlencz. Vita Io. Auentini cum lib. 1. Chronicorum eius Germanice impreſſa Norimbergæ. De monte Pinifero, & Egra fluuio, & Egra ciuitate, liber Germanicus ibidem excuſus. De Mauricio Saxonum duce elegia, Vtenbergæ edita. Syluarum liber primus Lipſiæ excuſus. Epigrammata pia & ſacra, cum dialogis Biblicis ex Geneſi excerptis, ibidem excuſa. De Mulda Miſniæ fluuio elegia, ibidem. In laudem Bibliorum elegia, ibidem exc. Dominicalium euangeliorum breues Lutheri expoſitiones, Latinitate donatæ à Bruſchio, ibidem exc. Catecheſis Philippi Melanchtonis ex Latino in Germanicum verſa, ibidem exc. Odæ tres de S. Gregorij feſto, Erfordiæ excuſæ. Vita Domini noſtri, Ieſu Chriſti ex Ammonio Alexandrino, cum prolegominis Bruſchij, ibidem exc. Carmen venatorium, ibidem. Epiſtola Philippi Melanchtonis ad comitem de Vueda, in Germanicum verſa. Lipſiæ exc. De authoritate verbi Dei, Georgij Maioris libellus in Germanicum verſus. Epiſtolæ Abgari, Lentuli, ac Pilati de Chriſto Ieſu, in Germanicum verſæ. Philippi Melanchtonis Poſtilla, ex Latino in Germanicum verſa. Prolegomena quædam, Querela Lazarorum verſu elegiaco. Egloga Chloris dicta, Erdfurdiæ exc. Libellus Bartholomæi Georgiuuiczij in Germanicã linguam conuerſus. De maxilla Samſonis carmen. Prognoſticon perpetuum è ſacris literis Germanice & Latine. Ludus ſeptem ſapientum Germanicis rhytmis compoſitus, Norimbergæ exc. Epitaphion Comitiſſæ Oetingenſis, ibidem. Epigrammata in laudem Caroli V. & Ferdinandi fratris, Auguſtæ exc. De omnibus totius Germaniæ epiſcopatibus Epitomes tomus primus, Archiepiſcopatum Maguntinum cum alijs 12. epiſcopatibus qui Moguntino ſubſunt comprehendens, Norimbergæ excuſus à Montano oſtern. 33. & dimid. anno Domini 1549. Conſolationum D. Martini Lutheri opuſculum, Latinitate donatum ab eodem exc. Prolegomena in Cantiones quaſdam ab eodem editas. Epigrammata de Carolo V. & Ferdinando aucta. Encomium Scholæ Regiæ, verſu elegiaco, Auguſtæ exc. Encomium ſacelli regij, ibidem exc. Monaſteriorum Germaniæ præcipuorum, ac maxime illuſtrium Centuria prima, Ingolſtadij excuſa, in fol. chartis 108. Minuta quædam poematia Viennæ excuſa. Epigrammata & Idyllia varijs libris addita. Deſcriptio Egranæ ciuitatis & montis Piniferi, totiusq; circum ſitæ prouinciæ, inſerta Coſmographico operi Sebaſt. Munſteri. De Laureaco ac Patauia, & vtriuſq; loci archiepiſcopis & epiſcopis lib. 2. Baſileæ apud Oporinum, oſtern. 24. Prolegomena in Tilianum Ioan. Philonij, apud eundem excuſ. De Murbacenſis monaſterij origine elegia, ab eodem excuſ. Idyllion de laudibus typographorum Baſilienſium. Prolegomena in Engelbertum abbatem Admon-*

Digitized by Google

Admontenſem. Ioci & ſeria à Bruſchio collecta, ab Oporino ex. Atque hæc omnia excuſa ſunt: Sequentia vero deinceps edet. De omnibus Germaniæ epiſcopatibus opus magnum. Monaſteriorum Germaniæ centurias adhuc 3. Montis Piniferi copioſam deſcriptionem ſoluta oratione. Epiſtolas S. Ioannis verſu eleg. redditas. Concionem vltimam D. N. Ieſu Chriſti itidem carmine. Geſta vrbis Treuirorum ante 400. annos ſcripta, cum paralipomenis rerum apud Treuerenſes ad noſtra vſq; tempora geſtarum. Ciuitatum ac fluuiorum Germaniæ maxime illuſtrium, deſcriptiones carmine.

Gaſparis Caballini de Cingulo I. C. Picentis, tractatus de euictionibus: Cui acceſſit libellus de ædilitijs actionibus. Venetijs apud Iordanum Zilletum 1571. octauo.

Gaſpar Calder, ſcripſit in locum de pœnit. & remiſſ. c. noſtro poſtulaſti. in 5. Decretalium.

Gaſpari Cantij libellus conſolatorius Germanicus.

Gaſpar Colb Peapolitanus, Germanus, ſcripſit tabulas aſtrolabij, & eaſdem rurſum locupletauit, adiectis ſimul quæ ad interpretationem faciunt. Coloniæ excudit Alopecius quaternionibus 2. anno D. 1532.

Gaſparis Contareni, patritij Veneti & Cardinalis, de magiſtratibus & repub. Venetorum lib. 5. excuſi Baſileæ in officina Froben. anno 1543. Eiuſdem de elementis & eorum mixtione lib. 5. excuſi Pariſijs apud Nicolaum Diues, anno D. 1548 in 8. Eiuſdem opera impreſſa Pariſijs apud Niuellium 1571. folio. * Eiuſdem de ſacramentis Chriſtianæ legis lib. 4. Louanij 1562. in 16.

* Gaſparus Cr patius P. L. in coronationem D. Maximili Bohemicam. Pragæ 1562. in 4.

Gaſparis Crucigeri commentarius in epiſtolã Pauli ad Timotheum priorem, excuſus Argentorati anno 1540. Oratio de ordine diſcendi habita in promotione Magiſtrorum, coniuncta eſt philippi Melanch. declamationibus, Argentinæ impreſſis apud Cratonem Mylium. Idem ſcripſit commentaria in euangelium Ioannis excuſa Argentorati. Item in Pſalmos. Eiuſdem enarrationes in duos articulos ſymboli Niceni, excuſæ ſunt Vitebergæ, anno D. 1548. Magnam partem enarrationum & concionũ Martini Lutheri excepit in ſcholis & templis, & eiuſdem multa in Latinam aut Germanicam linguam tranſtulit. Obijt ante paucos annos Vuitenbergæ. * Eiuſdẽ explicatio germanica Pſal. XXII. ad formulam precationis pro Chriſtiano magiſtratu accommodata In 4. Vitenbergæ 1546.

Gaſpari Eurymachæ parua Biblia, hoc eſt, carmen elegiacum in ſingula vtriuſq; teſtamenti capita, omnes hiſtorias & ſententias eorundem complectens. Tubingæ 1573 octauo.

Gaſparis Fabri, Admonitio de diabolo Sabbati hoſte. Vrſellis, 1572, Germ.

Gaſpari Franci, Expoſitio cauſarum propter quas à ſecta ad catholicam Romanam eccleſiam defecerit. vna cum explicatione præcipuorum dogmatum de quibus noſtra ætate controuertitur. Ingolſtadij 1560. De ordinaria vocatione miniſtrorum liber, in quo explicatur quæſtio, Qui nam Papiſtici an Lutherani & Caluiniani contionatores ordinarie vocati ſint, & ſacramentum altaris conſecrare poſſint. Ingolſtadij 1571. Contio de meditanda paſſione & morte D. N. Ieſu Chriſti. Ibidem 1573. Omnia Germanice. Eiuſdem liber de puro verbo Dei & Euangelij luce, vnà cum confutatione ſcriptorum Iacobi Andreæ & Ioannis Celeſtini. Ingolſtadij. * Eiuſdem Oratio apologetica pro defenſione profeſſionis orthodoxæ fidei iuxta decretum Concilij Tridentini editæ de diuinis Apoſtolicis & Eccleſiaſticis Traditionibus, deque earum ſacroſancta vi et authoritate, aduerſus deteſtabiles & putidos Hæreticorum, præſertim Martini Chemnicij errores atque calumnias: Conſcripta & recitata in Ingolſtadienſi Academia 4. Ingol. Eiuſdem de Externo, viſibili & Hierarchico Eccleſiæ Catholicæ ſacerdotio, aduerſus hæreticorum figmenta, ex ſacra ſcriptura, & orthodoxis patribus aſſertio. 12. Coloniæ, apud Maternum Cholinum. Alia item aſſertio & declaratio concilij Tridentini 1. de canonicis & authenticis veteris & noui Teſtamenti libris 2. de eorundẽ vera interpretatione, aduerſus Martini Chemnicij examen Decretorum Concilij Tridentini: à Georgio Nigrino in germanicam linguam translatum. In 4. Ingolſtadij Germ. anno 1583.

* Gaſparis Gaballini I. C. Tractatus commerciorum & vſurarum, redituumq; pecunia conſtitutorum, & monetarum. Cum noua explicatione I. eos C. Vſur. 1. periculi pretium. ff. De nautico fœnore, & omnium Legum vſurariarum, multarumq; legum, & canonum vero & natiuo noui detecto intellectu. Includuntur etiam plures tractatus, folio Venetijs 1580. Eiuſdem tractatus diuidui & indiuidui, cum noua & analytica, tam in Theoria, quam in Praxi declaratione legum omnium eius materiæ 4. Venetijs 1580.

Gaſpar Gabrielius Patauinus, inſigne opus edidit, in quæſtionem de materiæ immutatione in principio morbi.

Gaſpari Gigantis ſacra carmina dedicata Ferdinando archiduci Auſtriæ. Baſileæ 1568.

Gaſpari Goldtuurm liber Germanicus allegoriarum in primum librum Moſis vſq; ad Ioſephi hiſtoriam; cum præfatione Philippi Melanchtonis 1552. Francof.

Gaſpar Greterus, concionator aulicus illuſtriſſimi principis Virtembergenſis, ſcripſit breuiſſimum grammaticæ compendium, excuſum Lipſiæ per Nicolaum Fabrum. Catechiſmum excuſum Auguſtæ, & alterum Tubingæ excuſum. Brentij libellum de cauſis matrimonialibus in Latinam linguam tranſtulit, liber excuſus Hagonæ à Valentino Kobiano, & Baſileæ à Vueſthemero, anno Domini 1536. Eiuſdem catechiſmum edidit præfixa epiſtola. hoc ipſum teſtante. Eiuſdem expoſitionem in Pſalmos 94. & 130. edidit ſub nomine Ioannis Vuitlingij, addita epiſtola ad Chriſtianum lectorem nomine Gamalielis Gratij. Scripſit etiam multa carmine, & nunc euangelia Domi-

nicalia Latinis carminibus reddita, ſub incudem re uocat, breui Deo volente editurus. Floret Stutgardiæ in aula Vuirtenbergenſis ducis, & alia plura conſcribit. 1553.

Gaſpar *Hedio, diuini verbi miniſter in eccleſia Argentoratenſi, ſcripſit hiſtoricam ſynopſin, qua M. Antonij Coccij Sabellici inſtitutum perſequitur ab anno 1504. quo pertigit Sabellicus, vſq. ad annū 1538. Impreſſa Baſil. apud Heruagium cum Sabellici operibus, 1538. Idem Chronicon abbatis Vrſpergēſis magna diligentia recognouit, & ab innumeris mendis repurgauit. Adiecit etiam Paralipomena rerum memoralium ab anno D. 1230. ad annum 1537. Crato Mylius excudit Argentorati. Smaragdi abbatis commentarios in euangelia & epiſt. per totum annum ex patribus collectos, ex ſcriptis exemplaribus reſtituit, adiecta epitome ſuper euangelia & epiſt. vtili omnibus qui methodice docere cupiunt ſimplicem & Chriſtianum auditorem. Georg. Vlricher excudit Argentorati. Scripſit etiam Chronicon Germanica lingua, & ex Latina lingua in Germanicam tranſtulit hiſtorias, Eccleſiaſticam Euſebij, Ioſephi, Egeſippi, Chronicon abbatis Vrſpergenſis. Cuſpiniani Cæſares, Chryſoſtomi homilias in Matthæum & Ioannem, Auguſtini quædam opuſcula, Ambroſij libros officiorum, Smaragdi abbatis poſtillam. Hiſtoriam eccleſiaſticam Germanice continuauit ad noſtra vſque tempora. Obiit Argentorati anno Domini 1552. Præterea in Germanicam linguam conuertit Demogorias Oecolampadij in epiſtolam Ioannis. Ludouici Viuis librum de eleemoſyna. Philippi Cominæi hiſtorias. Eraſmi Roterodami libellum de præparatione ad mortem. Smaragdi commentarios in Euangelia & epiſtolas per totum annum, ex veteribus patribus collectos. Hermanni Bodij Vnionem diſsidentium. Martini Lutheri commentarios in Pſalmos graduum. Scripſit etiam ſermonem de decimis Moguntiæ habitum. Omnia hæc Argentinæ diuerſis temporibus impreſſa ſunt.*

Gaſpar *Heldelinus ſcripſit Encomium ciconiæ & tranſtulit ex Plutarcho primum ſermonem Sympoſiacum, an ad pocula philoſophari conueniat: Item ex Luciano Iouem Tragœdum, de contēpta religione dialogum. Omnia ſimul Henr. Petri excudit Baſileæ.*

Gaſpari *Helti paſtoris Claudiopolitani in Pannonia, Confeſsio de mediatore generis humani Ieſu Chriſto vero Deo et homine. Vitenbergæ anno Domini 1555. Idem poſtea ſe coniunxit Blandratæ & Franciſco Dauidis, & quædam ad propugnandum Seruetanum furorem edidit, vt Petrus Carolinus teſtatur.*

* Gaſpari *Hombergij Vezlarienſis de ſuperſtitioſis campanarum pulſibus, ad eliciendas preces, quibus placentur fulmina, excogitatus, reſponſio 8. Frācofurti apud Nicolaum Baſſeum.*

* Gaſpar *Huberinus ſcripſit de lingua doloſa. De vtilitate crucis ſanctorum. Conſolationes ſcripturæ ſacræ. In 8. Francofurti anno Domini 1531. & Auguſtæ anno Domini 1542. Speculum œconomicæ diſciplinæ. In fol. Norimbergæ anno D. 1556. polemicum libellum Auguſtæ in 8. anno Dominī 1541. Homilias 40. Francofurti. In 8. omnia Germanice. Hic cum de religione libellos valde quidem probatos ſemper, & à Luthero etiam commendatos edidiſſet poſtea tamen mutata voluntate deflexit, & doctrinæ formulam à Cæſare præſcriptā Auguſtæ pulſis inde fidis eccleſiæ miniſtris profeſſus eſt, anno 1552. obſtupeſcentibus multis, qui libros eius antelegerunt. Sleidanus.*

Gaſparis *Iungermanni Cerneſtettenſis, Gratiarum actio, de cuſtodia angelica, carmine ſcripta, anno 1551. impreſſa Vitenbergæ.*

Gaſparis *Landſidelij Lipſenſis annotatiunculæ in Thomæ Linacri libros de emendata ſtructura, notatio locorum ex authoribus, diuerſæ lectiones, & lapſus quidam memoriæ in Linacro. Cum ipſo Linacro excuſæ Lipſiæ à Valentino Papa, anno Domini 1548. Additus eſt libellus de arte grammatica, Ioachimi Camerarij, in quo de figuris conſtructionis agitur.*

Gaſpar *Lax de ſyllogiſmis et alijs: habetur in Sorbona.* Arithmeticæ ſpeculatiuæ lib. 12. & proportiones ſcripſit in fol.*

* Gaſparis *Lindeckij liber ſigillaris germanicus in fol. 1562.*

Gaſpari *Macri Suffraganei & Canonici Ratiſponenſis, Euangelicæ quæſtiones ex varijs libris Martini Lutheri diligenter collectæ. Ingolſtadij apud Alexandrum Vuiſſenhorn in octauo, Germanice. * Eiuſdem tranſlatio germanica Manualis S. Auguſtini Monaci 1555.*

Gaſpar *Marcellus Montagnenſis philoſophus Patauinus, Ioannis Grammatici cognomento Philoponi libros 18. aduerſus totidem Procli rationes de mundi æternitate ad octauum phyſicorum Ariſtotelis, trāſtulit. Hieronymus Scotus excudit Venetijs, anno D. 1551. in fol. cum indice.*

* Gaſparis *Mekenleeri tractatus germanicus aduerſus Michaelem Holium. Lipſiæ. anno Domini 1531.*

Gaſpar *Megander, Tigurinus, ſcripſit commentaria in epiſtolam Pauli ad Galatas, excuſa Tiguri anno 1553. Item ad Epheſios commentaria, Baſileæ apud Henricum Petri, anno Domini 1534. In epiſtolas tres ad Thimotheum et Titum, Baſileæ apud Rob. Vuinter, anno 1536. Collegit etiam farraginem annotationum in Geneſim ex ore Zuinglij, impreſ. Tiguri in 8. anno. 1527. Item in Exodum, ex ore eiuſdem quæ impreſſa Tiguri eodem anno. Item in epiſtolam ad Hebræos, & priorem Ioannis Canonicam, Tiguri anno Domini 1539. Et denuo anno 1581. cum annotationibus in Euangelia, & aliquot Pauli epiſtolas. Scripſit etiam Catechiſmum in gratiam iuuentutis Bernenſis, & commentaria in Acta Apoſtolorum.*

Gaſpari *Meliſandri paſtoris & ſuperintendentis eccleſiarum Miſniæ Aldenburgici, libellus conſolatorius, aduerſus graues & ſpirituales tentationes, Germanice editus. Ienæ 1572.* Eiuſdem inſtitutio de peccato originis an ſit ſubſtātia, an vero*

accidens

Digitized by Google

*accidens, & quale accidens proprie ſit. Germanice in 4. Vuitenbergæ* 1582. *Habuit item orationem funebrem in obitum nobilis matronæ Catharinæ de Berbiſtorff coniugis clariſſimi & generoſiſſimi viri Georgi Vuilbelmi de Berbiſtorff. Germanice excuſ. Lipſiæ* 1582.

Gaſparis *Molze Slacceualdenſis liber imaginum illuſtrium virorum, additis varijs eorum elogijs, quæ è doctorum virorum poematibus ſunt collecta, nondum impreſſus. Obijt immatura morte anno Domini* 1552.

Gaſparis *Mottbei Schmalcaldenſis, Roſarij paſtoris, ſententiæ; ac nomina hæreticorum, & Sectarum, prioris eccleſiæ præcipuarum, de fidei Chriſtianæ articulis, ordine, quo fieri potuit methodico in tabulas ſuccinctas, fideliter congeſta. In fol. Erfordiæ, apud Ioannem Piſtorium* 1582.

Gaſparis *Næuij Chemnicij de miſſione ſanguinis diſputatio, Lipſiæ anno Domini* 1548. *excuſa chartis* 2. *Eiuſdem alia de ratione alterandi humores, per medicamenta ad purgandum, atque eorundem euacuationis tempore. Lipſiæ* 1551. *chartis* 3.

Gaſpari *Næuij (alterius vt arbitror) Theſaurus artis ſcribendi ſeu* κανζελλει *Cancellariæ. Liber Germanicus Coloniæ editus* 1571, *in folio.*

* Gaſparis *à Nienbrugg liber continens ſingularum lectionum quotidianarum catalogum.* 16. *m. s. Eiuſdem quæſtiones in* 1. & 2. *partitionum dialecticarum. Eiuſdem dialecticæ quæſtiones in* 16. *Eiuſdem variarum dictionum græcarum et Latinarum expoſitiones manuſ. bibl. Imperat.*

Gaſparis *Oleuiani concionatoris Heidelbergenſis Concio de Abrahami fide & obedientia. Conciones de cœna Domini: & quædam alia edita Heidelbergæ. Germ.** *Ex eiuſdem concionibus catechetica expoſitio ſymboli apoſtolici ſiue articulorum fidei deſumpta. In* 8. *Francoforti apud Andreã Vuechelem* 1580. *Eiuſdem notæ in epiſtolam ad Galat.*

Gaſpar *Otmaierus muſicus, compoſuit cantilenas, excuſas Norimbergæ à Petreio. Claruit* 1551.

Gaſparis *Peuceri Budiſſinenſis Germani, Philippi Melanchtonis generi, Elementa doctrinæ de circulis cœleſtibus & primo motu, excuſa Vuitenbergæ in officina Cratoniana, anno* 1551. *octern.* 20. *cum tabulis varijs. Eiuſdem commentarius de præcipuis diuinationum generibus, in quo à Prophetijs diuina authoritate traditis, & phyſicis prædictionibus, ſeparantur diabolicæ fraudes & ſuperſtitioſæ obſeruationes; & explicantur fontes et causæ phyſicarum prædictionum, diabolicæ & ſuperſtitioſæ confutatæ damnantur. Vuitenbergæ excudit Ioannes Crato, anno Domini* 1553 *in octauo. Eiuſdem appelationes quadrupedum, inſectorum, volucrum, piſcium, frugum, leguminum, olerum, & fructuum communium, quas cum Paulo Ebero collegit. Vuitenbergæ excudit Petrus Seitz, anno Domini* 15[illegible]. *Eiuſdem de dimenſione terræ & geometrice numerandis locorum particularium interuallis, ex doctrina triangulorum ſphæricorum & canone ſubtenſarum liber, denuo editus, ſed auctius & correctius quam antea, anno Domini* 1554. *Idem edidit Vuitenbergæ Ioannis Baptiſtæ Montani libellũ de gradibus & facultatibus medicamentorum. Commentarius de diuinationum generibus auctus multiplici acceſſione, anno* 1572, *denuo editus eſt. Chronicon à Philippo Melanchtone cœptum, ſed imperfectum, abſoluit, & à Carolo Magno ad noſtra tempora perduxit.* 1563, *in octauo, duobus tomis. Eiuſdem Hypotheſes aſtronomicæ, ſeu theoriæ Planetarum, ex Ptolomæi & aliorum veterum doctrina ad obſeruationes Copernici & canones motuum ab eo conditos accommodatæ. Vuiteberga* 1572. *Item Argentinæ* 1571. *abſq; auctoris nomine, Vitæ illuſtrium medicorum.** *Eiuſdem aliquot orationes cum declamationibus Philippi Melanchtonis excuſæ. Floruit Vuitenbergæ anno* 1570. *Hodie captiuus tentur vir in quo plurimæ literæ nec vulgares ſed reconditæ: dignus pro cuius liberatione apud illuſtriſ. Saxoniæ Electorum Auguſtum, omnes qui gratia, conſilio et amicitia plurimum poſſunt, intercedant.*

Gaſpari *Querhamer, & Cochlei, Labyrinthus Lutheri. Germanice* 1572.

Gaſpari *Rodolphi, natione Sueui, dialectica cum tabulis omnium dialecticæ partium: excuſa Argentorati apud Iacobum Iucundum, anno Domini* 1536. & 1540 *cum libello Ioannis Ludouici Viuis de diſputatione. Eadem recognita & aucta ab ipſo authore excuſa eſt Marpurgi, ni fallor. Eiuſdem annotationes in libros Rodolphi Agricolæ de inuentione excuſæ ſunt.*

* Gaſparis *Rodolphi Sileſij gratulatorium carmen in Sereniſſimi Regis D. Maximiliani ex Hiſpania redeuntis laudem. Auguſtæ anno Domini* 1551. *in* 4.

Gaſparis *Sardi Ferrarienſis epiſtolarum liber varia hiſtoriarum cognitione refertus. Eiuſdem de triplici philoſophia commentariolus, Florentiæ excudit Torrentinus, anno Domini* 1549. *octern.* 9. *In præfatione epiſtolarum ſuarum ad Coſmum medicem promittit Coſmographiam.*

Gaſpar *Saſgerus Minorita ſcripſit de matrimonij diſſolubilitate contra Lutheranum dogma: Tubingæ anno Domini* 1525. *Scripſit etiam Scrutinium ſcripturæ, ad tollenda in Chriſtiana religione diſſidia. Libellus excuſus Tubingæ. Extat etiam eiuſdem liber excuſus de libero arbitrio, & alter contra Lutheranos de ſacrificio miſſæ. De vero Chriſti corpore. Item examen doctrinarum nouarum. De tribus virtutibus, Spe, Fide & Charitate, contra Ioannnem Baronem de Suarzenberg. Libri aliquot contra Lutherum.*

Gaſparis *Scheti Coruini, mercatoris Antuerpiani (cui Helius Eobanus Heſſus ſuam Iliadem dedicauit) elegia ad Eobanum docta & elegans, in fine Iliados tribus fere chartis excuſa eſt.*

Gaſpar *Suuenckelfeldius è Sileſia nobili genere (vt audio) natus, plurimos in Germania ſectatores habet, quos quidam ab ipſo Schuenckfeldianos nuncupant. Quæ vero peculiaria ſint ipſius dogmata commemorare non eſt noſtri inſtituti. Fertur ſcripſiſſe ſupra* LXXX *libros Germanica lingua,*

ex his XXIIII vno volumine ſunt editi, nempe; 1. Confeſsio & ratio præcipuorum capitum Chriſtianæ fidei. 2. ratio vocationis ſuæ & doctrinæ 3. epiſtola de fide & agnitione ſanctæ Trinitatis. 4. Exhortatio ad veram & ſaluificam Chriſti agnitionē 5. Confeßio & expoſitio agnitionis Chriſti & diuinæ eius maieſtatis, tribus partibus conſtans. 6. De Euangelio & eiuſdem abuſu. 7. de peccato & gratia, Adamo & Chriſto. 8. Epiſtola de iuſtificatione hominis peccatoris. 9. De diuina filiatione, & gloria integri filij Dei Ieſu Chriſti. 10 Teſtimonia ex nouo Teſtamento de diuina maieſtate Chriſti & carnis eius. 11. Epiſtola de ſaluifica agnitione Chriſti, de duabus in ipſo naturis, & præcipue de gloria carnis Chriſti. 12. Summarium de duplici ſtatu, officio & agnitione Chriſti ſecundum carnem & ſecundum ſpiritum. 13. Tres epiſtolæ de agnitione Chriſti tam in cruce quam in maieſtate. 14. de æterna Dei ſubſtantia, & quantum à creata ſubſtantia creaturarum differat. 15. Catechiſmus de verbo crucis: & de diſcrimine verbi, Spiritus & literæ. 16. Theologia Germanica. 17. de triplici vita hominis, & quænam ſit vera Chriſtiana vita. 18 de pugna Chriſtianorum. 19. Summarium de Chriſtiano certamine, & de conſcientia. 20. de cœleſti medicina Chriſti veri medici ad ſalutem æternam, miſeri perditique hominis. 21. De Chriſtiano homine, illius natura et origine. 22. de remißione peccatorum. 23. de libertate fidei, Chriſtianæ doctrinæ, iudicij & conſcientiæ. 24 Breuis confeſsio de Chriſto filio Dei, & ſacramento corporis & ſanguinis Chriſti, addita proteſtatione contra omnes errores. Porro primus tomus operū Schuuenefeldij quo commemorati libri continentur impreſſus eſt anno 1564. in folio. Præterea etiam editum eſt eiuſdem epiſtolarum volumen primum, vt inſcriptio habet, 1566. in folio. An autem reliqui tomi librorum & epiſtolarum Schuuencfeldij editi ſint ignoro. Separatim multa illius edita ſunt, vt de curſu verbi Dei epiſtola Baſileæ 1527. De cœna Domini breue opuſculum Tiguri. De eccleſia propoſitiones. Reſponſio contra Vadiani librum. In pſalmos quoſdam explicationes, & alia plurima. * Eiuſdem apologia de vero & falſo intellectu vna cum cauſis defectionis, in articulo de Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti contra Ioannem Fabri in 4. germanicè Argentinæ apud Petrum Schoffer 15 30.

* Caſpar Schutzius Iſleuienſis, Eccleſiaſten Salomonis carmine Heroico reddidit. in 8. Vuttebergæ anno Domini 1579.

Caſpari Schylandri, Diarium ad annum 1570 Anwerpiæ.

Gaſparis Steinbeck opuſcula theologica.

Gaſparis Stiblini Coropœdia ſiue de moribus ſacrarum virginum, libellus elegans ac ſaluberrimis præceptis refertus. Eiuſdem commentarius de Eudæmonenſium rempub. Item Peniæ querela ad Ioannem Fabri archigrammatæum Seleſtatinum. Epigrammata aliquot Græca & Latina ad Gilbertum Cognatum Nozerenum. Baſileæ Oporinus impreſſit 1555.* Ab eodem Euripides poeta in Latinum ſermonem conuerſus, cum annotationibus & præfationibus in omnes eius tragedias. Baſileæ apud Oporinum.

* Gaſparis Stoltz carmen gratulatorium ad D. Ferdinandum I. ſcriptum in folio. Eiuſdem epitaphia varia. 1558. in octauo.

Gaſpar Sueuus collegit elegantias Latinitatis Cæſarianæ, ex commentarijs Iulij Cæſaris. Vuitebergæ 1568.

Gaſpar Valleſius ſcripſit in l. ff. veteris de Iuriſd. om. iud. l. imperium & in 2. eiuſdem de Iureiurando l. admonendi.

Gaſpar Vopel Medelbachius edidit vniuerſi orbis deſcriptionem Coſmographicam, & duos globos cœli ac terræ, anno Domini 1546. Coloniæ. Itē Europæ totius, et Aſiæ atque Africæ maritimarum partium deſcriptionem. Item Rheni deſcriptionem à fontibus ad oſtia vſque vbi Oceanum ingreditur.

Gaſpar Vrſinus Velius poeta regius, ſcripſit monoſticha de vitis regum Italiæ, Albanorum, Romanorum, virorum illuſtrium, Cæſarum ac ſummorum pontificum vſque ad Carolum & Ferdinandum: & rurſus diſticha Cæſarum Romanorū, quæ excuſa ſunt Francofurti apud Egenolphum, cum epitome Chronicorum mundi. Eiuſdem poematum libros 5. excudit Frobenius 1522. Eiuſdem querela Auſtriæ ad Germaniam de oppreßione Turcæ, Auguſtæ excuſa in officina Alexandri Vuiſſenhorn, anno Domini 1531. chartis 3. In eius carminis dedicatoria epiſtola, hiſtoriæ ſuæ regiæ librum quartum adducit. Eiuſdem epiſtola ad Lazarum Bonamicū, impreſſa Viennæ.* Eiuſdem decades rerum Auſtriacarum manuſ. in bibl. Imperat. Viennæ.

* Gaſparus Vlenbergius pſalmos Dauidis varijs rithmis germanicis comprehendit. in 8. Coloniæ, anno 1582.

Gaſparus Vuolphius, Tigurinus, medicus, & phyſicus profeſſor, in publicum edidit: Viaticum nouum de omnium ferè particularium morborum curatione, auctoris incerti. Id tamē poſtea quidam Hellerij eſſe docuit, ſimul falſo & inhumaniter Vuolphium accuſans, quaſi eius rei conſcius ſibi alienum laborem vendicare voluiſſet: verum hic viciſsim apologia publicata calumnias haſce refutauit. Tiguri excudit Froſchouerus in octauo. Harmoniam Gynæceorum ex Cleopatræ, Priſciani, Moſchionis & incerti cuiuſdam muliebrium libris concinnatam: ſuperfluis ac repetitis omnibus reciſis. Moſchionis medici Græci recentioris, de paßionibus mulierum librum Græcum, Geſſneri opera emendatū. Librum de aquis, oleis, ſalibus, & lapide philoſophorum, ſub nomine ficto Diodori Euchyontis de Polychimia, ex Germanico libro innominati auctoris in Latinū ſermonem conuertit, addita præfatione, de Chymicæ artis præſtantia & commendatione Tiguri in octauo. Edidit etiam Euonymi partem ſecundam Theſauri, à Geſſnero concinnatam. Addita eſt huic apologia de viatici noui editione, ad titubantem Antonij Valerij linguam. Tiguri apud Froſchouerum in 8. Hypoſcheſim ſeu pollicitationem hiſtoriæ ſtirpium Conradi Geſſneri: impreſſam in 4. cum vita Geſſneri

*Geſneri. Epiſtolarum medicinalium Conradi Geſneri lib.3. in 4. Anno 77. Eiuſdem Geſneri, Aconiti primi Dioſcoridis Aſſeueratio: De Oxymelitis Elleborati vtriuſq; deſcriptione & vſu, libellum. Emendationes nouas in Qu. Sereni Poetæ & medici librum, de morborum curatione, vnà cum indice quintuplici Epithetorum & morborum aliarumq; rerum, quibus idem author eſt vſus. Alphabetum Empiricum, ſiue Dioſcoridis & Stephani Athenienſis philoſophorum & medicorum, de remedijs expertis librum è græco Latinum fecit. Anno 1581. Quin & in eundem authorem, qui Græce manuſcriptus, ab eo aſſeruatur, annotationes ſcripſit, nondum editas. Editioni præterea parauit, Dominici Vincentini Arcignanei, de ponderibus & menſuris medicinalibus libros tres. Ex Græcis, Arabicis, & Latinis rei medicæ ſcriptoribus diligentiſſime conſcriptos, non medicis modo, ſed omnibus literarum linguarumq; ſtudioſis perutiles futuros: ante annos ſexaginta in Italia primum editus, nunc vero ab innumeris mendis, Geſneri opera, repurgatus. Huic & alia eiuſdem argumenti opuſcula variorum authorum ſunt adiecta. In primis verò Ioſiæ Simleri Tigurini, vocabula rei nummariæ, ponderum & menſurarum, Græca, Latina, Hebraica, Arabica, ex diuerſis authoribus collecta, & in ordinem Alphabeticũ diſpoſita. Item Conradi Geſneri de ponderibus & menſuris variæq; obſeruationes, tabulæ præſertim ita diſpoſitæ, vt quæ ſint maioris ponderis ſemper præcedant, tum liquidorum, tum aridorum & alia prius ita non edita. Itemq; alphabetica Caſpari Wolphij enumeratio virorum illuſtrium, qui de ponderum & menſurarum doctrina, vel integros libros aut tractatus, vel etiam obiter tantum in ſuis libris ſcripſerunt. Aphoriſmorũ Hippocratis methodum nouam, partim Achillis P. Gaſſeri viri doctiſſimi opera, partim Conradi Geſneri emendationibus illuſtratam, præfixa omnium aphoriſmorum tabula: propediem in lucem edendam, vnà cum catalogo eorum omnium qui tum in aphoriſmos, tum cæteros omnes Hippocratis libros, aliquid laude dignum ſcripſerunt, Caſpari Vuolphij opera collecta. Habet præterea in manibus, quos iã pene abſoluit, Conradi Geſneri phyſicarum meditationum lib.4. vel 5. quorũ primus eſt de principijs, natura, cauſis, motu, infinito, tempore, &c. Secundus de cœlo & Meteoris: Tertius de anima. Quartus continet ſcholia & annotationes in aliquot Ariſtotelis libros, quos de naturalibus rebus ſcripſit, vt in libros Meteororum, de anima, & nonnullos paruorum naturalium. His accedet 5. variarum meditationum: in quo multa theologicè, Ethicè, Dialecticè, Grammaticè, &c. erudite et ſubtiliter meditantur. Habet præterea & alia vt de experimentis paratu facilibus librum partim ex nonnullis impreſſis, partim nunquam prius impreſſis in vnam methodum redactum. Partitiones medicas maxima ex parte abſolutas, quæ paulatim, ſic Domino adiuuante prodibunt. Floret noſtra ætate Tiguri, ætatis ſuæ anno 51.*

Gaſparinus *doctor iuris, à Geminiano & Cardin. allegatur.*

Gaſparinus *grammaticus, patria Bergomenſis, ſcripſit de Orthographia librum vnum. Epiſtolarum ad diuerſos librum vnum. Orationes varias librum vnum. In epiſtolas Ciceronis lib.1. In eundem de officijs lib.1. In eundem de oratore li.1. In eundem de ſenectute lib.1. & quædam alia. De eloquentia tractatus. Impreſſus cum Fliſco de modis loquendi. Vocabularium, impreſſum Venetijs 1554. Claruit anno Domini 1420.*

Gaſtonis *de Foys liber Gallicus, de canibus et accipitribus.*

Gaſtonus *Sala Ammonij Hermeæ commentaria in prædicamenta Ariſtotelis, à Bartholomæo Syluanio translata, recognouit & edidit, Pariſijs anno Domini 1552.*

Gaudentij *cuiuſdam epiſtolas, vide in ſeptimo tomo operum D. Auguſtini cum refutatione.*

Gaudentij *philoſophi harmonica introductio, ſeruatur in Italia Græce, in bibliotheca Vaticana & S. Fioræ.*

Gaudentij *Sermones: nominantur in catalogo librorum. V. M. quem Scipio Tettus dicitur ſcripſiſſe.*

Gaudentij *Merulæ de Gallorum Ciſalpinorũ antiquitate liber, excuſus Lugduni apud Gryphiũ, anno Domini 1536. Scripſit etiam in Vitruuium et Plautum annotationes. Præterea Terentianum dialogum impreſſum anno Domini 1543 apud Botaceum Tortellium in foro Lebetiorum. Reprehenditur autem Terentius in hoc dialogo, præfertur Plautus. Ciceronis aliquot phraſes & periodi examinantur. Terentium & Ciceronem quidam accuſant, alij defendunt. Furta Terentij ex Plauto produntur. Nouariæ & Lebuorum hiſtoriæ ac monumenta commemorantur. Scripſit etiam bellum Eraſmianum. Item quædam grammatica & quædam Geographica. Gaudentij Merulæ Nouarienſis memorabilium libri quinq; cum Pomponij Caſtalij Oliuerani ſcholijs. Lugduni apud Matthiam Bonhomme, anno Domini 1556. excuſi.*

* Gaudioſus *Floridus de Peruſio, explicationes Catholicas locorum Veteris & Noui Teſtamenti Feliciani Capitoni Marnienſis digeſſit & in lucem dedit. In folio, Venetijs, anno Domini 1580.*

Gaufredus *Anglus de præceptis dialectices et Rhetorices, ad Innocentium Pontificem: extat Viennæ Auſtriæ apud Vuolfgangum Lazium.*

Gaufredi *Bouſſardi Cenomani oratio habita Bononiæ coram Iulio II. P. M. in die circumciſionis Chriſti de nomine Ieſu.*

Gauffridus *de Satigniaco, ſuper I. & 2. Infortiati.*

Gauinus *Douglas, Scotus epiſcopus, ſcripſit Palatium honoris librum vnum. Aureas narrationes lib.1. Comœdias aliquot lib.1. De rebus Scoticis lib.1. Tranſtulit in patrium ſermonẽ Aeneidos Vergilij lib.12. Obijt anno 1521. Baleus.*

* Gaurici *Pomponij, vide Pomponij Gaurici.*

Gazæ *Sophiſtæ Encomium Choricij ad Summum militẽ. Eiuſdem funeralis oratio de Marciano*

Gentilis *Papienſis ſcripſit Repertorium iuris.*

* Georgettæ *à Montenay emblemmata Chriſtiana. Lugd. Ioan. Martorellus* 1571.

Georgius *quidam de ſacrificijs Rhodijs, Athenæo citatur.*

Georgij *cuiuſdam Græci monachi hiſtoria têporum, ſiue chronica, à condito mundo vſq; ad regnum Nicephori Botaniatæ, extat manuſ. Venetijs in bibliotheca SS. Ioan. & Pauli: & apud Diegum Hurtadum Cæſaris legatum, ibidem.*

Georgij [illegible] *Romæ in Vaticana extant. Georgius quidam inter hymnorum ſacrorum auctores numeratur à Cyro Prodromo.*

Georgij *Achanthij Kelhamanni partitiones in M.T. Ciceronis de rhethorica libros* 4. *ad C. Herenniũ, excuſæ ſunt Baſileæ apud Ioan. Oporinum* 1549. *De periculoſa & turbulenta noſtri ſeculi republica lamentatio, verſu Saphico. Venetijs* 1552.

* Georgij *Amerſeæ de incarnatione verbi, Elegia* XXV. 4. *Monachij.*

Georgij *principis ab Anhalt, præpoſiti Magdeburgenſis ac Miſnenſis oratio conſolatoria de dicto Chriſti, nemo rapiet oues meas ex manibus meis, &c. in ſynodo diœceſana Mersburgenſi recitata: excuſa eſt Lipſiæ apud Valentinũ Papam,* 1550. *Eiuſdem epithalamios concio Torgæ habita in nuptijs illuſtris D. Auguſti, ducis Saxoniæ, & Annæ Danici regis filiæ,* 1548. *die* 8. *Octob. excuſa Lipſiæ à Papa quatern.* 13. *Eiuſdem conciones* 4. *de vtraq; ſpecie ſacramenti, in quibus grauiſſimis argumentis aduerſariorum obiecta diluuntur & refutantur, impreſſæ, Lipſiæ per Vuolfgang. Guntherũ* 1551. *quatern.* 44. *Eiuſdem conſolatio ad Vuolfgangum fratrem in morbo. Eiuſd. conciones duæ de falſis prophetis, et vero vſu doctrinæ Chriſtianæ, in quibus errores Mersburgenſis epiſcopi Sidonij refellit. Eiuſdem cõciones & ſcripta omnia, complectentia ſummam veræ doctrinæ, quæ traditur in eccleſijs repurgatis: è Germanico in Latinum ſermonem conuerſa, & vtilibus ſcriptis ante non editis aucta. Vuitebergæ in fol.* 1570.* *Eiuſdem tractatus de ritu apoſtolico ordinationis vſitatæ in eccleſijs purioribus confeſſioni Auguſtanæ addictis. Eiuſdem ſententiæ de controuerſis articulis, opera & præfatione Selnecteri in lucem editus in* 8.

Georgius *Aemilius Mansfeldenſis, Germanus, edidit epigrammata elegiaca ad imagines mortis, excuſa Lugduni apud Frellonios, cum alijs quibuſdam* 1542. *Elegiacum carmen ad imagines in Apocalypſi Ioan. excuſas Francfordiæ* 1540. *apud Egenolph. cum enarratione. Extat eiuſdem de recenti inſtauratione ſcholæ Sygenſis, in ditione comitis Naſſaenſis, elegia. Querela de incendio arcis Freudenbergenſis. & oppidi vicini eiuſdem nominis, in ditione Naſſaenſi, facto* 1540. *Item oratio Dominica cum duobus Pſalmis, omnia elegiaco carmine, impreſſa Francofordiæ apud Egenolph. Scripſit etiam annotationes in Eſaiæ caput* 53. *De paſſione, morte, & reſurrectione Chriſti. In Pſal. Dauidis* 1. 2. *&* 12. *In euangelia natiuitatis & trinitatis. Præterea ſacra aliquot eiuſdem argumenti carmina. Quæ omnia excuſa ſunt Baſileæ,* 1550. *Euangelia etiam Dominicalia heroico carmine reddidit, adiectis breuibus argumentis. Liber excuſus Coloniæ apud Mar. Gymnicum,* 1549. *Item epiſtolas Dominicales & feſtiuales, heroico carmine, quas Ioan. Oporinus excudit vnà cum eiuſdem explicatione Euangeliorum per totum annum. Idem ſcripſit propempticon ad Melchiorem Acontium & Chriſtophorum Panonium in Sileſiã abeuntes, Vuitebergæ, Ioſephus Clug excudit,* 1537. *quat.* 4. *Itẽ epicedion Vuolfgangi comitis Hennenbergenſis bello Gallico interfecti. Vuitebergæ excuſ.* 1535. *Eiuſdem deſcriptiones eclipſium aliquot excuſæ ſunt cum Laurentij Bonicontrij libris de rebus cœleſtibus. Claruit anno* 1559.

Georgij *Agricolæ medici Bermannus, ſiue de re metallica dialogus, excuſus Baſileæ apud Frob.* 1530. *De menſuris & ponderib. li.* 5. *Pariſijs apud Vuechelum,* 1533. *& quædam alia, à Frob. excuſa. Eiuſdem de bello aduerſus Turcam ſuſcipiendo ad Ferdinandum Vngariæ Boemiæq; regem & principes Germaniæ oratio, primum Germanice edita per Laur. Bermannum,* 1530. *deinde ab authore emendata, & vt ſcripta primum fuit Latine edita per Georgium Fabricium,* 1528. *excuſa Baſileæ à Frob. quat.* 4. *Eiuſdem de menſuris & ponderib. Ro. atq; Græcorum li.* 5. *Primus de menſuris Ro.* 2. *de menſuris Græcis.* 3 *de rerum quas metimur pondere.* 4. *de ponderib. Ro. De ponderib. Græcis. De externis menſuris & ponderib. li.* 2. *Ad ea quæ Andreas Alciatus denuo diſputauit de menſuris & ponderibus breuis defenſio. De mẽſuris quib. interualla metimur li.* 1. *De reſtituendis ponderib. atq; menſuris li.* 1. *De precio metallorum & monetis li.* 3. *Baſileæ excuſi ſunt in officina Frobenianorum,* 1550. *in fol. chartis* 91. *Eiuſdem de ortu & cauſis ſubterraneorum li.* 5. *De natura eorum quæ effluunt ex terra li.* 4. *De natura foßilium li.* 10. *De veterib. & nouis metallis lib.* 2. *Bermannus ſiue de re metallica dialogus. Interpretatio Germ. vocum rei metallicæ, addito indice fœcundißimo. Ibid. excuſi* 1546. *in fol. chartis* 135. *Eiuſdem de animantibus ſubterraneis liber ibid. excuſus eſt octern.* 7. *De re metallica li.* 12. *quibus officia, inſtrumenta, machinæ, ac omnia deniq; ad metallicam ſpectantia, non modo luculentißime deſcribuntur, ſed & per effigies ſuis locis inſertas, adiunctis Latinis Germanicisq; appellationibus, ita ob oculos ponuntur vt clarius tradi non poßint. Eiuſdem de animantib. ſubterraneis liber ab auctore recognitus. Baſileæ* 1556. *in fol. Iidem libri etiam Germanice ibidem editi ſunt, Philip. Bechio interp.* 1557. *De peſte lib.* 3.

Georgius *Amirucius ſcripſit de his quæ Geographiæ debent adeſſe.*

Georgij *Anſelmi Parmenſis epigrammatum lib. ſeptem excuſi ſunt Parmæ apud Franciſcum Vgoletum, anno Domini* 1526.

Georgij *Antiocheni Epiſtolæ Græcè extant Venetijs ad S. Antonium.*

Georgij *Autumni Conciones tres, Germanice. Islebij, anno* 1569.

* Georgij *Bætici Heliberitanæ ſedis antiſtitis de Trinitate ſeu de fide liber, iam recens editus. In*

octauo

Digitized by Google

*octauo Coloniæ apud Maternum Cholinum.*

Georgius *Balſamo Græcus, ſcripſit quædam carmine & ſoluta oratione. Vixit in aula Saluiati Cardinalis. Gyraldus.*

* Georgius *Barth Oſnaburgenſis, ſcripſit vulgari idiomate contra Oſiandrum: contra Iudæos, Librum item ædidit de immortalitate animæ ad regem Daniæ: Homilias aliquot de Lazaro euulgauit.*

Georgius *Benignus, Archiepiſcopus Nazarenus, ſcripſit de Dialectica magnum volumen, excuſum Romæ. Eiuſdem pro Ioanne Reuchlino defenſio, cum præfationibus Hermanni Nuenarij comitis, & Martini Groningi Bremenſis I.C. Eſt autem dialogus an Iudæorum libri, quos Talmud appellant, ſint potius ſupprimendi quàm tenendi & reſeruandi. Vexillum Chriſtianæ victoriæ, lib. 1. De aſſumptione virginis matris lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1490.*

Georgij *Bernardi, Diuiſiones in quatuor libros Inſtitutionum. Lugduni anno Domini 1570. in octauo.*

* Georgij *Berſmanni Annæbergenſis poemata, in libros duodecim diuiſa, in octauo Lypſiæ, Typis Vogelianis.*

* Georgij *de la Bele octo miſſæ. Antuerp. 1578.*

Georgius *Binderus, Tiguri ludimagiſter, ſcripſit vernacula lingua Dramata quædam ſacra, & Huldrichi Zuinglij librum inſcriptum Subſidium, &c. in Germanicam linguam tranſtulit.*

Georgius *Birckmeier Vlmenſis indicē Theologicum compoſuit, editum Baſileæ anno 1525.*

Georgij *Bock Arlunenſis lucubrationes, iucundæ & vtiles. Excuſæ Baſileæ apud Henricum Petri.*

Georgius *Briobathus Germanus, Mathematicus inſignis, ſcripſit Theorica. Rap. Volater. lib. 21. Vrb. com. Forte Beurbachius.*

* Georgij *Bruinij, Simonis Nouellani, Franciſci Hogenbergij, De præcipuis orbis terrarum ciuitatibus cum earundem delineationibus. Liber ſecundus in folio, Coloniæ apud auctores.*

Georgij *Bruxellenſis in logicam Ariſtotelis expoſitio, per omnes organi partes, ſermone barbaro: cum additionibus quibuſdam Thomæ Bricoti, excuſa Lugduni anno Domini 1504. apud Stephanum Gueynard. Eius interpretatio in Summulas Petri Hiſpani, cum Thomæ Bricot quæſtionibus, ibidem impreſſa apud Iannot de Campis, anno Domini 1509.*

Georgius *Buchananus Scotus rudimenta grammatices Latinæ, Thomæ Linacri ex Anglico ſermone in Latinum vertit: ea Nico. Brylingerus impreſſit Baſileæ, anno 1542. Extant eius et elegantiſſima poemata: Iephtes tragœdia Lutetiæ apud Vaſcoſanum. Franciſcanus & fratres, quibus acceſſerunt varia eiuſdem & aliorum poemata. Baſileæ apud Guarinum, anno 1568. Eiuſdem Pſalmorum paraphraſis poetica, Geneuæ, Argentinæ & Antuerpiæ impreſſa in 8. & in 16. * Eiuſdem Baptiſtes ſiue calumnia Tragœdia, in 8. Francof. apud Wechelum. De iure regni apud Scotos Dialogus. Editio ſecunda. in 8. Edimburgi 1580. Pſalmi Dauidis ab eodem verſibus expreſsi: nunc primum modulis* IIII. V. VI. VII. VIII. *vocum à* I. *Seruino decantati.* 4. *Lugduni* 1580. *Rerum Scoticarum hiſtoria eodem auctore. Edimburgi in fol.* 1583.

Georgius *Bulleyn comes Rochefordiæ, & Annæ Reginæ frater in Anglico ſermone edidit Rhythmos elegantiſſimos lib. 1. Obijt anno Domini 1536. Baleus.*

Georgij *Bulloci, S. Theologiæ profeſſoris, Oeconomia methodica concordantiarum ſacræ Scripturæ, Antuerpiæ apud Plantinum anno D. 1572. in folio.*

Georgij *Buſchij pictoris Erdfurtani libelli duo de nouo cometa qui anno 1572. apparere incœpit. Erdfurti 1573. Germanice in 4.*

* Georgij *Calaminij Sileſij liber de literarum origine & propagatione. Elegiarum lib. 1. Lyricorum liber 1. Epithalamion liber 1. Epigram. lib. 1. in octauo, Argentorati apud Nicolaum Wiriot, anno Domini 1582. Eiuſdem Ecloga Daphnis ſeu Chriſtus patiens, in quarto. Argentorati. Verſio Tragœdiæ Phœniſſæ Euripidis, in 8. Argentorati, apud Nicolaum Wiriot. 1580.*

Georgij *Camariotæ, Encomium in tres Hierarchas, Baſilium, Gregorium, & Chryſoſtomum: Græcè manuſcript. in bibliotheca Regia.*

Georgius *Caſſander, Marci Accij Plauti ſententias & loquendi formulas venuſtiores ex omnibus comœdijs in gratiam ſtudioſæ iuuentutis decerpſit, & breuibus ſcholijs in ſingulas comœdias adiectis illuſtrauit. Sententiæ item breues & argutæ, cum breui commentarij ſingulis ſubiecti acceſſione. Gandaui excudebat Iodocus Lambertus 1536. in octauo. Eiuſdem Oratio panegyrica in laudem vrbis Brugarum & ſtudiorum humanitatis atque lectionis publicæ, tunc primum in ea vrbe inſtitutæ, à R.P.D. Ioanne Albio, eiuſdem vrbis ciue, epiſcopo Cubenſi habita Brugis nonis Maij anno D. 1541. & eodem anno Gandaui impreſſa. Tabulæ breues & expeditæ in præceptiones rhetoricas, impreſſæ primum Antuerpiæ, poſtea Pariſijs recognitæ anno 1548. poſtremo Coloniæ per Martinum Gymnicum 1550. Tabulæ præceptionum dialecticarum, quæ quàm breuiſſime & pleniſſime artis methodum complectuntur in puerorum & rudium gratiam. Coloniæ primum 1545. impreſſæ, poſtea Pariſijs recognitæ, & poſtremo auctæ & recognitæ. Coloniæ 1550. Tabulæ locorum dialecticorum. Ibidem. C. Plinij Secundi libro de veris illuſtribus, qui vulgo Cornelio Nepoti inſcribitur, adiecit aliquot illuſtrium virorum geſta, qui ante Procam & cum Pompeio fuerūt, quorum nomina ſunt hæc: Euander, Latinus, Æneas, Aſcanius, M. Licinius Craſſus, M. Cato Vticenſis, C. Iulius Cæſar, M. Brutus, C. Caſſius, M. Tullius Cicero, Q. Sertorius, M. Antonius, M. Lepidus. Coloniæ excudit Gymnicus anno Domini 1549. Liber de viris illuſtribus continens vitas eorum qui commemorantur in ſacris biblijs vſq; ad regum hiſtoriam. Coloniæ,*

Digitized by Google

anno Domini 1550. Edidit etiam Honorij de prædeſtinatione & libero arbitrio dialogum nunquam antehac typis excuſum. Epiſtolas duas ad B. Auguſtinum de reliquijs Pelagianæ hæreſeos ad fidem vetuſti exemplaris recognitas, ſententias ex libris Auguſtini de prædeſtinatione ſanctorum, & de bono perſeuerantiæ, quibus ad ſuperiores epiſtolas reſpondetur. His addidit epiſtolam de eodem argumento. Coloniæ Syluius excudit, anno Domini 1512. B. Vigilij martyris & epiſcopi Tridentini opera edidit, inter quæ Diſputationem inter Sabellium, Fotinum, Arrium & Athanaſium nunquam ante hac integre editam ſuo authori vindicauit: ac addidit Commentarium de duabus in Chriſto naturis & vnica hypoſtaſi, aduerſus præcipuas huius ætatis hæreſes. Coloniæ, anno Domini 1555. Hymni eccleſiaſtici præſertim qui Ambroſiani dicuntur multis in locis recogniti, & multorum hymnorum acceſſione locupletati: cum ſcholijs opportunis in locis adiectis, quibus potiſſimum locutiones aliquot patrum & eccleſiaſtici ritus explicantur. Appendix de innuocando ſpiritu ſancto eiuſdem Caſſandri, Coloniæ, anno D. 1556. in quarto. Liturgica de ritu & ordine dominicæ cœnæ celebrandæ, quam celebrationem Græci Liturgiam, Latini Miſſam appellarunt, ex varijs monumentis & probatis ſcriptoribus collecta. Coloniæ apud hæredes Birkmanni 1558. Hunc libellum auctor aliquot capitum & teſtimoniorum acceſſione auctiorem reddidit, verum an ediderit poſtea ignoro. Preces eccleſiaſticæ quæ Collectæ vulgo dicuntur, ex varijs libris eccleſiaſticorum officiorum diligenter conquiſitæ & in ordinem digeſtæ, cum alijs nonnullis precationibus Collectarum ſpeciem referentibus. Coloniæ, anno Domini 1560. in decimoſexto. Ordo Romanus de officio Miſſæ. Libelli aliquot peruetuſti & authentici, continentes ordinem, quem pontifex præſertim Romanus, iam olim in celebrando officio Miſſæ obſeruare conſueuit, diuerſorum & antiquiſſimorum exemplarium manuſcriptorum diligenti inſpectione & collatione ſumma fide recogniti, & iam primum typis expreſſi. Coloniæ apud hæredes Birkmanni. Attribuitur etiam illi libellus primum Baſileæ poſtea Lutetiæ excuſus hoc titulo: De officio pij ac publicæ tranquillitatis vere amantis viri in hoc religionis diſſidio, anno Domini 1561. Idem libellus ſequenti anno editus eſt, adiecto altero libro hoc titulo, Defenſio inſontis libelli, de officio pij viri, aduerſus iniquum & importunum caſtigatorem, auctore Veranio Modeſto Pacimontano. De Baptiſmo infantum teſtimonia veterum eccleſiaſticorum ſcriptorum, qui intra 300. circiter annos à temporibus Apoſtolorum, hoc eſt ab exceſſu Ioannis Apoſtoli qui fuit annus plus paulo centeſimus à Chriſto nato, floruerunt. De origine Anabaptiſticæ ſectæ, & de auctoritate conſenſus eccleſiæ & catholicæ traditionis præfationes duæ, altera ad illuſtriſſimum principem Iuliæ, Cliuiæ, &c. Altera aduerſus anabaptiſtas, in qua oſtenditur hic baptiſmus diuinis quoque literis eſſe conſentaneus. Adiecta eſt breuis expoſitio de auctoritate conſuetudinis vniuerſalis baptizandorum infantum, & varijs ritibus baptiſmi celebrandi. Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birkmanni, anno Domini 1563. in octauo. * Eiuſdem compendium de vtraque ſpecie. Ialice extat. Eiuſdem de articulis religionis inter catholicos & proteſtantes controuerſis conſultatio ad inuictiſſimos Imperatores Auguſtos Ferdinandum I. & Maximilianum II. eius ſucceſſionem.

* Georgij Cæſij Catalogus omnium Cometarum ſecundum ſeriem annorum, à Diluuio vſque ad hunc præſentem 1579. annum conſpectorum, in octauo, Noribergæ.

Georgij Cedreni Annales, ſiue hiſtoriæ ab exordio mundi ad Iſacium Comnenum vſq; compendium: Græce & Latine editi Guilielmo Xylandro interprete, Baſileæ apud Oporinum in magno folio 1566. Additæ ſunt ab interprete, annotationes & tabellæ chronologicæ.

Georgij Celeſtini conciones duæ, altera paulo ante obitum Ioannis Marchionis Brandeburgici, in ipſius principis præſentia, altera poſtea in funere eius habita. Francofurti ad Oderam anno Domini 1571.

Georgius Chadley ſcripſit in Apocalypſim S. Ioannis lib. 1. Annotationes aliquot lib. 1. Clarus anno 1365. Balens.

Georgij Chœroboſci de figuris poeticis, libellus Græce verſatur in Italia. Eiuſdem Onomaſticon laudatur à Stephano de vrbibus in Tamiathis.

* Georgius Cheroboſius de ſpiritibus, ſeu accentibus, in 4. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.

Georgius Choniates antidota Perſica in Græcum ſermonem tranſtulit: quem librum Diegus Hurtadus habet, Venetijs. * Eiuſdem hiſtoria incipiens inde ab Imperatore Leone qui fuit filius Alexij, in fol. M.S. in bibl. Imperat. Viennæ extat.

Cyri Georgij Chryſococcæ medici expoſitio εἰς τὴν σύνταξιν τῶν περσῶν. Romæ ſeruatur in Vaticana.

Georgij Codonij funebris oratio in obitum Palatini principis & ducis Bipontini qui in Gallia in caſtris obijt 1569. Iunij 11. habita Neoburgi. Laugingæ 1570. German. Confutatio Papiſticæ inquiſitionis, pars prima in qua 24. articuli Ieſuitarum confutantur. Ibidem Germ.

Georgius Cælius Luſitanus, ſcripſit Epigrammata, item poema in conſecrationem Alphonſi infantis. R. E. Cardinalis. Gyraldus.

Georgius Coratius Veneus poeta celebris in lingua Italica, ſcripſit Prognen tragœdiam, & quædam alia.

Georgius Collimitius Taneſtetterus phyſicus, ſcripſit de applicatione aſtrologiæ ad medicinam, deq; conuenientia earundem. De ratione dierũ criticorum canones. Super eadem re Axiomata nouem, de diebus criticis veſtigandis ex figura cœli, & puncto tẽporis quo laborare cœpit infirmus. De naturis & proprietatibus planetarũ compendium ex Albabitio, Firmico, & Haly. Item de miniſtratione pharmacorũ & phlebotomia canones poſtremi, Iudicium tempeſtatum. De portione horaria

veſtiganda,

veſtiganda, tabula. Iudicium Albohazen Haly, de medico Aſtrologiæ imperito. Omnia excuſa Argentorati, anno 1531. Idem Vngariã deſcripſit, teſte Iacobo Ziegtero. Eiuſdem & Ioachimi Vadiani ſcholia quædam in ſecundum librum Plinianæ hiſtoriæ mundi, vbi permulti errores Plinij oſtenduntur, excuſa Baſileæ apud Henricum Petri 1531. Eiuſdem Admonitio contra opinionem futuri diluuij proximo anno Domini 1524. ex quorundam Aſtrologorum prædictionibus conceptam: libellus Germanicus Viennæ impreſſus, anno D. 1522.

Georgij Conſtantini ποιήματα Conſtantinopolis & liber de ſapientia, Græcè ſeruantur apud Diegum Hurtadum.

Georgius Conſtantinus, Anglus, tranſtulit in vernaculam linguam Ioannis Wicleui concionem, De hominis villicatione, liber 1. claret in Germania ſenex. Balens.

* Georgij Corinthij, de ſolœciſmo & barbariſmo, & de ſyntaxi, ſeu conſtructione orationis libellus. In 4. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.

Georgij Cracouij Pomerani elegiæ & epigrammata aliquot Græce ſcripta, Witenbergæ.

* Georgij Cropalij Miſſæ 5. vocũ. Venet. 1578.

Georgius Cruderus, ſuper Inſtitutionibus: commemoratur in Indice I.C.

Georgij Cruſij Harmouerenſis, Deſcriptio Bredenbergæ, quæ arx eſt in Hollandiæ cherſoneſo ſita, & nunc nouis ædificijs eleganter inſtaurata exornataq́, Argentorati, anno 1573.

* Georgij Cunelij facilis & expeditus modus conſtituendarum figurarum cœleſtium, ſeu vt vulgo vocant, thematum natalitiorum, ad imitationẽ præſtantiſſimorũ illorum Aſtronomorum Ioannis Stöfleri & Cypriani Leouitij, in gratiam & vtilitatem eorum, qui tabulis illis directionum & profectionum à Regiomontano conſcriptis, aliâs ad hanc doctrinam ſummè neceſſarijs deſtituūtur. in quarto Lipſiæ 1583.

Georgij Curionis, medicinæ profeſſoris Witenbergæ, Diſputatio, ſiue propoſitiones aliquot diſputandæ, ibidem impreſſæ.

* Georgij Cypri ſermones contra blaſphæmias Beuæ, in 4. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.

Georgij Dardani, medici Placentini, tractatus quatuor de curatione morbi Gallici. Eiuſdem annotationes centum, in ſimplicium materia. Papiæ, apud Hieronymum Bartholum, añ 1568. in 8.

Georgius Dartona Cretenſis Homericos deorum hymnos Latinitate donauit. Ioan. Soter excudit Salingiaci, cum reliquis Homeri operibus Latinis, anno 1540.

Georgij Dietrichi Cantiones Chriſtianæ funebres Latinæ & Germanicæ. Norimbergæ, anno 1569. in octauo.

* Georgij Ebouſſij Rerum in Gallia geſtarum, abſq; promulgato pacis edicto, menſe Maio, 1576. Ad hunc diem inſignis, eaq́ ſuccincta narratio. in 8. Canthurij ex officina Amedæi Menalcæ.

* Georgij Eccardi Auguſtani propoſitiones de angelis bonis, defenſæ in ſchola Lauingana: præſide M. Philippo Halbrunnero. in 4.

Georgius Ederus I.C. Friſingenſis D D. Imperat. Ferdinandi & Maximiliani II. conſiliarius aulicus imperialis, ſcripſit Oeconomiam Bibliorũ, ſiue partitionum theologicarum libros quinque, quibus ſacræ ſcripturæ diſpoſitio, ſeu artificium & vis atq; ratio, in tabulis velut ad viuum exprimitur, vt non modo abſolutiſſimam complectantur vniuerſæ theologiæ ſummam atq; methodum (vt titulus pollicetur) ſed Commentarij etiam vice haberi queant. Additæ ſunt partitiones Catechiſmi catholici Tridentini eodem authore. Coloniæ impreſſ. anno Domini 1568. in folio. Epitome catechiſmi in tabulas digeſtum, impreſſum etiam eſt Coloniæ & Brixiæ in octauo. Idem ſcripſit catalogum rectorum & illuſtrium virorum gymnaſij Viennenſis, in quo præter elegantiſſimam temporum ſeriem, ſumma quædam continentur quaſi capita earum rerum quæ celeberrimæ huic academiæ ſub cuiuſq; magiſtratu, memoria contigerũt dignæ, ab anno 1237. vſq; ad annum 1559. Viennæ Auſtriæ excudebat Raphael Hoffhalter, añ Domini 1559. in quarto. Item, Ad rubricam Codicis de ſumma Trinitate, Orationẽm, pro fide Catholica, habitam Viennæ 1568. Budiſſinæ 1570. in octauo. Catechiſmi catholici compendium, cui acceſſit Catholica vniuerſi concilij Tridentini, de præcipuis doctrinæ Chriſtianæ articulis confeſſio. Coloniæ, anno D. 1571. Euangelica inquiſitio veræ & falſæ doctrinæ, contra impiam vulgi querelam, dicentis incertum eſſe quid cuiq; credendum ſit: vbi oſtenditur quomodo quis de fide certus eſſe poſſit. Dillingæ, anno Domini 1573. in quarto Germanice. * Eius Methodus Catechiſmi Catholici, antea ex Decreto conſilij Tridentini ſcripti, ad parochos, nunc verò hoc ordine ita accommodati, vt nedum parochis vtilis, at publice etiam pueris in ſcholis proponi queat. 16. Lugduni. Eiuſdem & trium Iuriſconſultorum reſponſa aduerſus obiecta Papæ, de Imperatoris electione, rtaione Imperij. in folio Manuſcrip. bibliotheca Imperat.

Georgius Fabritius Chemnicenſis ex Miſnia Germanus carmine varia ſcripſit. Odarum ad Deum omnipotentem lib. 3. quinquaginta nouem carminum generibus, Oporinus impreſſ. Baſileæ, anno Domini 1552. Hymnorum libros 2. carmine Iambico dimetro. In primo hymni 24. de hiſtoria & meditatione mortis Chriſti. In ſecundo 27. de vſitatis feſtis & temporibus eccleſiæ continentur Oporinus excudit anno 1553. Victoriarum cœleſtiũ elegiaco carmine librum vnum: in quibus angelici, heroici & hoſtiles triumphi, ex veteri teſtamento deſumptis hiſtorijs deſcribuntur. Pietatis puerilis librum vnum elegiaco & mixtis quibuſdam carminum generibus. Oporinus eodem anno excudit. Itinerum librum vnum carmine heroico, epiſtolis ſex. Iter Romanum primum, Neapolitanum, Romanum ſecundum, Patauinum, Chemnicenſe, Argentoratenſe, Valentinus Papa Lipſiæ excudit añ 1547. & Oporinus Baſileæ anno 1551. additis locorum veterum & recentiorum appellationibus.



Digitized by Google

*Epithalamiorum librum vnum Papa Lypſiæ excudit anno 1549. & 1551. chartis 4. Conſolationem ad Valentinum Grauium de morte Helenæ vxoris, idem impreßit anno 1550. Diſticha de hiſtoricis et chronographis Germanicis: Item de quibuſdã Muſicis, & ſeptem Græciæ ſapientibus, de quatuor ætatibus, de quatuor virtutibus, Argentorati Ioan. Scottus excudit anno 1546. Elegiam ad Philippum Melanchtonem De infante, qui quinto ante partum die plorauit in vtero materno, anno Domini 1551. Precationem ad Deum ſpiritum ſanctum, excuſam Lipſiæ & Norimbergæ. Vrbis Romæ deſcriptionem edidit, vno & viginti capitibus, ad optimorum authorum lectionem apprime vtilem et neceſſariam. Oporinus excudit, anno Domini 1551. octernionibus 12. Antiquitatis aliquot monumenta, ex ære, marmoribus membranisq́ veteribus deſcripſit atque collegit, & in duos libellos diſtinxit, edita Argentorati à Blaſio Fabricio, anno Domini 1540. iterum auctiora & correctiora Lipſiæ à Valentino Papa. Syntaxin Græcam cum examinatione regularum, & ordine orationis. Item de verbis anomalis. Impreßit Argentorati Wendelinus Rihelius anno 1546. octern. 8. & Vratiſlauiæ Andreas Winclerus anno Domini 1549. octern. 12. Et Pariſijs Guilielmus Morelius. Scholaſticos aliquot libellos edidit. Elegantiarũ puerilium, ad conficiendas epiſtolas ex Ciceronis epiſtolis libros tres collegit, impreſſos ſæpius à Valentino Papa Lipſiæ, & ab Andrea Winclero Vratiſlauiæ. Elegantiarum poeticarum adfacienda carmina, ex Ouidio, Tibullo, Propertio, librum vnum, diſtinctum in 217. titulos cum libello de ſyllabarum quantitate. Formularum loquendi ad vſum ſermonis communis et cotidiani, ex Plauto & Terentio libros duos. Sententias præterea Mimis ſimiles ſecundum ordinem literarum. Lipſiæ excudit Iacobus Berualdus anno 1550. Addidit autem (vt ipſe in præfatione teſtatur) Publij verſus viginti in impreßis exemplaribus hactenus deſideratos, præterea multas alias ſententias ex antiquis poetis collectas, primum ex Latinis Liuio, Ennio, Accio, Pacuuio, Lucilio, Plauto, Cæcilio, Terentio, Pomponio, Varrone, Titinnio, Laberio, Catullo, Seneca, Martiale, Auſonio. Deinde ex Græcis Euripide, Ariſtophane, Menandro, Theophraſto, Cleanthe, quorum verſiculos partim Cicero, partim alij ſcriptores Latini tranſtulerunt. Emendauit aliquot ex veteribus auctoribus, quales ſunt Terentij fabulæ, impreſſæ Argentorati apud Ribelium, cum explicatione caſtigationum, in quibus multorum locorum obſcuritas declaratur, & veterum imitatio in plerisq; oſtenditur, anno Domini 1548. Hanc eius editionem ſecuti ſunt Iodocus Vuillichius Franckfordiæ, anno Domini 1550. Item Ioachimus Camerarius Lipſiæ, qui in epiſtola ad lectorem hanc editionem Fabricianam alijs omnibus præſtare, & ſingularem laudem atque prædicationem mereri, ait, ſiue diuturnum in apparando ſtudium, & elaborationis multiplices curas, ſeu omnium vndique adiumentorum ad perfectionem operis conquirendi ingentem & ſolicitam induſtriam, ſeu in cogitando & perpendendo, & ſua conferendo cum aliorum traditis, maximam ſedulitatem, ſeu etiam in dijudicando, & diſponendo grauitatem, & quod eſt caput in reponendo, mutandoq́, & ijs quæ cognouiſſet atque vidiſſet referendo, fidem ſpectes. Virgilij opera maiora ab eodem correcta, cum annotatiunculis lectionis emendatæ, excudit Valentinus Papa Lipſiæ, anno Domini 1551. & caſtigationes in eundem poetam Rihelius edidit, Virgilij quoque interpretes Seruium, Honoratum & Tiberium Claudium Donatum, emendauit & vberiores edidit. In Seruium copioſum indicem, Hiobus Magdeburgus, in Donatum Fabricius collegit. Baſileæ excudit Henricus Petri anno Domini 1551. cum operibus Virgilij. Flauij Soſipatri Chariſij grammatici lib. 5. ex vetuſtis grammaticis, & collatione locorum in ipſo authore ſimilium emendauit, & primus in Germania edidit, Baſileæ ex officina Frobeniana. Breui etiam Helenium Acronem Horatij interpretem (cuius codicem manuſcriptum vetuſtiſſimum habet) longe emendatiorem in publicum edet. Q. Horatij Flacci poemata, ab eodem illuſtrata argumentis & caſtigationibus, Lipſiæ 1571. in octauo. Poetarum veterum eccleſiaſticorum opera Chriſtiana, & operum reliquias ac fragmenta, collegit, emendauit, digeßit, & commentario quoque expoſuit. Oporinus impreßit anno 1564. in quarto. Continetur autem illo volumine poemata Alcimi, Ambroſij, Amœni, Aratoris, Columbani, Cypriani, Damaſi, Dracontij, Drepanij, Fortunati, Gregorij, Hilarij. Hymnographorum, Iuuenci, Lactantij, Mamerti, Merobaudis, Paulini conſularis, Paulini epiſcopi Nolani, Proſperi, Prudentij, Ruſtici, Sedulij, Tertulliani, Victorini Afri, Victorini Pictauienſis, Victoris Maſilienſis. Incertorum quorundam auctorum. Virorum illuſtrium ſacræ hiſtoriæ libri nouem. Lipſiæ anno Domini 1569. Regum Aſmonæorum & Idumæorum vſque ad deuaſtationem vrbis, hiſtoriæ ſacræ liber decimus. Lipſiæ, anno Domini 1570. Rerum Miſnicarum libri ſeptem: Electorum Saxoniæ lib. 1. Marchionum Miſnenſium lib. 1. Annalium vrbis Miſniæ lib. 3. Siffridi Miſnenſis preſbyteri epitomes lib. 2. Lipſiæ curante Ernest. Vogelino in quarto. Grammaticorum veterum libelli de proprietate & differentijs Latini ſermonis: item de verbis apud Terent. ab ipſo collecti & editi. Lipſiæ 1569. in 8. Elegantiarum ex Plauto & Terent. lib. 2. Publij mimorum & ſententiarum ex poetis antiquis ſimilium lib. 1. cum eiuſdem & Eraſmi expoſitionibus. Baſileæ 1555. Elegantiarum puerilium ex M. Tulij Ciceronis epiſtolis lib. 3. Ibidem. Georgij Fabricij Epitomes proſodiæ, & elegantiarum poeticarum liber, additis exemplis. Lipſiæ in octauo. * Eius de re poetica libri 7. In 8. Pariſijs excuſi, & Lugduni de re poetica libri IV. Item Latinorum poetarũ comparationes ex Iulij Cæſaris Scaligeri Critico deſumptæ. In 16. Lugduni apud Ioan. Gaſonem 1582.*

Georgius Ferrerz Iuriſcõſultus è Gallico *ſermone in Latinum vertit leges quæ dicuntur, ſtatuta*

tuta magnæ chartæ, lib.1. Claruit anno Dom. 1552. Baleus.

Georgij Fladeri interpretatio Pſalmi quarti, Germanica. Budiſſinæ 1569. in duodecimo.

Georgij Flori Baldini de oratione & precibus compendium, excudit Henricus Petri Baſileæ in micropreſbytico, anno 1551. Vixit anno 1500.

Georgius Folberius ſcripſit Epigrammata quædam, lib.1. Diuerſi generis carmina lib.1. Elegantes conciones lib.1. Claruit anno 1530. Baleus.

Georgius Forbergerus & Hieronym. Haluerius hiſtorias Pauli Iouij ex Latina in Germanicam linguam tranſtulere. Francofurti 1570. Idem Forb. Hiſtorias 40. annorum nempe ab anno 1493. vſque ad annum 1533. præſertim à Germanis rerum in Italia geſtarum, à Franciſco Guicciardino conſcriptas Germanice reddidit in fol. Baſileæ 1574.

Georgij Franciotti, medici Lucenſis, tractatus de balneo Villenſi, in agro Lucenſi poſito, impreſſus eſt Venetijs à Iuntis cum aliorum ſcriptis de balneis.

Georgij de Frikenhauſen aduerſus iniurioſam in ſe inuectiuam apologia.

Georgius Gemiſtus Pleto Conſtantinop. multa & varia Græcis literis mandauit, quæ in Italiæ bibliothecis ſeruantur, et omnia eiuſdē opera Diegus Hurtadus habet. Sunt autem hæc: Ad regem liber: de virtutibus lib.1. paraphraſis in demonſtrationes, epicedion in reginam Helenam, liber de generatione deorum. Aduerſus librum pro dogmate Latinorum (nimirum quod ad ſpiritum ſanctum) demonſtrationes naturales de Deo, menſium & annorum ordo, ac dierum recenſio, oracula magica ſectatorum Zoroaſtris: quæ et Pariſijs impreſſa ſunt Græcè & Latinè ſeorſim 1538. abſque nomine Græci interpretis, qui Georgius Gemiſtus eſt hiſtorica & Geographica quædam huius authoris, vt ſunt Chographia Peloponenſi & Theſſaliæ, idem Diegus Hurtadus habet, quæ etiam extant in bibliotheca Regia. De geſtis Græcorum poſt pugnam ad Mantineam per capita tractatio, duobus libris explicata: Græcè impreſ. in Aldi officina Venetijs, deinde Latinè M. Antonio Antimacho interprete, Baſileæ apud Rob. Winter, cum alijs quibuſdam. Libellus de ijs, in quibus Ariſtoteli cum Platone non conuenit, & quod potior ſit Platonis ſententia: excuſus Venetijs apud Scotum, cum Bernardini Donati Veronenſis Paraphraſi. Libellus contra Georgij Scholarij argumenta pro Ariſtotele, Bononiæ apud S. Saluatorem, ſed imperfectus extat. Eiuſdem elegans ac breuis quatuor virtutum explicatio Adolpho Occone phyſico Augſta. interprete, excuſſa Baſileæ apud Oporinum, anno 1552. In bibl. Imperat. Viennæ habetur Gemiſti Pletonis epitome hiſtoriarum Sicularum Græ. manuſ. in 4. Eiuſdem libellus de generatione Deorum ibid. manuſc.

Georgius de Gemmyngen, natione Germanus, præpoſitus & canonicus Spirenſis, ſcripſit de ratione duelli lib.1. de machinis bellicis lib. 1. de cura equorum & militum lib.1. orationes quaſdam in ſynodis & alibi habitas. Annotatiunculas pro confeſſoribus, excuſas Argentinæ apud Schurerium, anno Domini 1509. Claruit anno 1494.

* Georgij Gengeri I. C. & aliorum trium I.C. reſponſa aduerſus obiecta Papæ, de Imperatoris electione, rationeq; Imperij. In fol. ſcript. bibl. Imper.

* Georgij Gothardi Thelogiæ Doctoris & Canonici Patauienſis, controuerſia de bonorum operum & ſacramentorum neceſſitate aduerſus noſtræ tempeſtatis hæreticos, duabus orationibus comprehenſa. Ingolſtadij excudebat Dauid Sartorius.

Georgius Greterus ex Auguſtana confeſſione & eiuſdem apologia, ac Lutheri & Melanchthonis aliorumq; ſcriptis, collegit articulos quibus complures qui Auguſtanam confeſſionem iactant aperte contradicunt. Dillingæ impreſſ. anno 1573. Germanice in quarto.

Georgij Hamaxurgi Orationes duæ, vna ad Hieronymum Wolphium præceptorem, vt ſuos in officia Mar. Tul. Ciceronis commentarios in publicum edat: altera Encomium Bibliothecæ Auguſtanæ ad Scholarchas: editæ cum commentarijs Wolphij in officia. Eiuſdem quoque carmen Græcum ijſdem commentarijs præfixum eſt.

Georgius Hartmannus Perſpectiuam, quam communem vocant, ſumma cura & diligentia emendauit & edidit, reſtituit etiam in quibus deficiebat demonſtrationibus. Petreius excudit Norimbergæ, anno Domini 1542. in quarto. Idem in epiſtola dedicatoria promittit ſe breui Opus ſuum de Vmbris in lucem editurum, quod an hactenus præſtiterit ignoro. * Eius perſpectiua, figuris illuſtrata per Paſchaſium Hamelium, Lutetiæ apud Ægidium Gourbinum 1556.

Georgius Hauerius aliqua Eraſmi adagia tranſtulit, non ad verbum, ſed ad phraſin Germanicam cum alijs quibuſdam Ioan. Murmellij.

Georgius Heniſch Bardfeldenſis & mathematicus Auguſtanus in Germanicam linguam tranſtulit hiſtoriam Contareni de bello Selimi contra Venetos. Petrus Perna impreſſit, anno Domini 1573. * Scripſit etiam epitome Geographice veteris & nouæ. In 8. Auguſtæ 1580. Item tabulas inſtitutionum aſtronomicarum confecit. Adiuncta eſt Sphera Procli cum textu Græco, è regione in latinam linguam conuerſo. 4. Auguſtæ ex officina Michaelis Mangeri.

* Georgij Hiez Raſcinyni deſcriptio Vrbis Hieroſolymorum & omnium circumiacentium locorum in fol. M.S.

Georgij Hizleri Giengenſis, Tubingæ oratoriam & Græcas literas profitentis, oratio elegantiſſima de vita & obitu Leonardi Fuchſij medici clariſſimi, impreſſa Tubingæ in quarto.

* Georgij Honderlagij Medici opuſculum de medicina contra peſtem: & alijs præſeruatinis pharmacis.

Georgius Hugo philoſophus, curator Altaichij inferioris (cœnobium eſt D. Benedicto dicatum) iuſſu Georgij ducis Latine perſcripſit Boios, vt Auentinus teſtatur.



Digitized by Google

Georgius *Hermonymus Machometi vitam ex Græco in Latinum vertit: Robertus Winter excudit Baſileæ.*

Georgij *Holonij Leodienſis, Laurentias, tragœdia de martyrio conſtantiſsimi leuitæ, D. Laurentij, Romæ ſub Decio paßi. Antuerpiæ impreſſa apud Ioannem Bellerum, anno* 1536.

Georgij *de Honeſtis Florentini, ſuper antidotario Meſuæ.*

Georgij *Ioachimi Rhetici, Medici & mathematici clariſsimi, narrationem primam de libris reuolutionum Nicolai Copernici Torannæi, quibus terram circa cœlum moueri aſſeritur, item eius encomium Boruſsiæ, Rob. Winter impreßit Baſileæ,* 1541. *Præfationem in Arithmeticen excudit Crato Mylius Argentinæ, cum Philippi Melanchthonis declamationibus. Eius orationes de aſtronomia & geographia, & de phyſica, Norimbergæ excuſæ ſunt anno* 1542. *Ephemerides nouæ ad annum* 1551. *ab eodem exquiſita ratione & accurato ſtudio elaboratæ, ſecundum doctrinā Copernici, excuſæ ſunt, anno Domini* 1550. *chartis* 5. *Eiuſdem canon doctrinæ triangulorum ibidem excuſus eſt anno Domini* 1551. *Et denuo ſumma diligentia in* 4. *Baſileæ anno* 1580. *Recens inuentum eiuſdem qua ratione per rectarum linearum meteoroſcopica inſtrumenta* 5. *vel* 10. *pedum, obſeruationes capiantur, non minus exacte ac ſi* 100. *aut* 200. *pedum eſſent, excuſum eſt appendicis vice cum ſexto libro Pandectarum Conradi Geſneri, de geometria. Præter hæc iam edita promiſit Commentarios in Phænomena Euclidis. Commentariorum de aſtronomia li.* 9. *Tabulas angulorum & laterum triangulorum in planicie. Nouos canones in tabulas eclipſium Copernici. De Aſtronomiæ principijs lib.* 2. *Libros de eclipſibus & deſignationibus* ὑποθέσεων περὶ τῶν ἀπολυπτικῶν. *Tabulas inæquabilium motuum. Hæc quidem in editione nouarum Ephemeridum anni* 1551. *ſtudioſis promiſit: verum in epiſtola quam ad Petrum Ramum ſcripſit anno Domini* 1568. *ita de ſuis libris ſcribit. Quæ ſequuntur opera Rame partim perfeci, partim adhuc ſub incude habeo. Primò cum iudicarem à fundamentis mihi Aſtronomica & Geographica tractanda, de fabrica Canonis doctrinæ Triangulorum* 3. *libellos conſcripſi, & ex Algebraicis induſtrijs radices canonis exquiſiui. Porro minimum Canonem condidi pro vſu quotidiano, ad partes eius quæ ex centro ſeu diametri lineam centum millium. Maiorem verò pro exquiſitiori Geometrico ſcrutinio partium centies millies centenum millium. At primam Canonis ſeriem adhuc plurium partium eſſe volui, iuxta hos characteres Indicos* 100000. 10000000000. 1000000000000000. *Et omnes non tantum ad partes lineæ ambitus, & partium ſcrupula prima, ſed & ad Decades ſecundorum ſcrupulorum ſunt exquiſitæ. Labor* 12. *annorum, cum ad hos labores ſemper aliquot Arithmetici mihi alendi fuerint. Secundo conſcripſi nouem librorum opus de doctrina Triangulorum globi cum angulo recto et ſine angulo recto. Huic accedit vnicus liber decem præceptorum de Triangulis in planitie, quem ſimiliter ad nouenarium librorum numerum augere conſtitui, ſi Deus vitam dederit. Tertio hos ſubſequitur opus nouem librorum* τῶν φαινομένων. *In his primo veras rationes capiendarum obſeruationum oſtendam, quibus exacte cognoſcamus vera loca ſyderum, luminum, planetarum, cometarum, necnon omnium quæ conſpiciuntur in ſublimi, Secundo Geographica etiam exercitia, Aſtronomicis ſubiungo. In hoc opere placuit nobis quaſi per luſum varias rationes oſtendere multarum nouarum Tabularum Aſtronomicarum & Geographicarum. Demonſtro tamen quomodo per ſolam Triangulorum doctrinam, à nobis traditam, & noſtro Triangulorum Canone ſine alijs tabulis omnia non minori facilitate exquirantur. Si Mercatores & Mercatorum logiſtæ, tantum, vt apparet operæ & diligentiæ collocant in ſuas logiſticas induſtrias, quas Italicas vocant Practicas, & alias omnis generis regulas, cur nos, qui ſublimiora his tractamus, non ſimiliter etiam logiſticas noſtrarum ſupputationum induſtrias exquiſiuerimus? In hoc etiam opere exempla omnium parergorum Geometricorum Procli introducuntur. Quarto nunc primum accedam ad hoc opus, quod & tibi in mentem venit, vt hypotheſibus artem Aſtronomicam liberem, ſolis contentus obſeruationibus. Atque vtinam haberemus omnium ætatum obſeruationes, idque iuxta noſtras capiendi obſeruationes, rationes traditas, quas omnino iudico eaſdem eſſe, quibus primi artis indagatores vſi ſunt, & talem tabularum modum exquiſiuerimus, quod non perpetua opus haberent emendatione. His ſubiungemus tabulas inæquabilium motuum, ex quibus loca ſyderum & omnia Phænomena, ſimili facilitate atque ex ipſis Ephemeridibus elicuerimus. In his omnibus ego longe iniquior ſum Ptolemæo, quam tu Euclidi, illumq́ magis flagello quàm tu Euclidem. Nam ſicut ſe habent domunculæ quas pueri luto & arena ædificant, ad Vitruuij ædificationes, ſeu palatia florentis Romæ: ita ſe habent magnæ Ptolemæi constructiones, quas potius maximas deſtructiones appellaueris, ad veram & ſolidam de motibus ſiderum doctrinam, quam & Ægyptiorum Aſtronomiam dixeris, qui ſuis* RADIIS, *(quos Græci per imperitiam obeliſcos vocabant) diuina plane mente prædıti, has tractabant ſcientias, &c. Clariſsime Rame in his ſubſiſtere cogito, niſi quod Germanis meis Germanicam Aſtronomiam condo. In ea vero parte quæ eſt, de Effectibus ſiderum. Pandectas Aſtrologiæ in ordinem redigo. Sed & eius propriam condidi artem, antiquiſsimis artis fundamentis exquiſitis. Habeo etiam præ manibus nouas de rerum natura philoſophandi rationes, ex ſola naturæ contemplatione, omnibus antiquorum ſcriptis ſepoſitis. Idem in arte medica factito. Et cum plurimum Chemia delecter, ad eius artis fundamenta penetraui, vt ſeptem de ea libros delineauerim. Tot & tanta ſunt quæ tracto, & ad quæ mihi hactenus ars medica, meus Mæcenas ſumptus ſuppeditauit, &c. Hæc Rheticus ipſe, atq; magna bo-*

rum

rum librorum partem iam abſolutam ſe vidiſſe, ante quadriennium ad me ſcripſit, ornatiſſimus vir Ioannes Laſicius Polonus.

Georgius Iodocus Benacum, carmine deſcripſit.

Georgius Ioye Bedfordienſis, tranſtulit ex lingua Latina in Anglicam Pſalterium Dauidicum ex Felice, Prouerbia Solomonis, Eccleſiaſten eiuſdem, Eſaiæ vaticinium, Hieremiæ prophetiam, Hortulum animæ, Melanchthonis de Coniugio librum. Zwinglium de vera & falſa religione. Scripſit præterea ſua quoque lingua, hoc eſt, Anglica, librum De labefactata eccleſia Mori. Ad priorem de Neuuenham lib. 1. Compendium paſſionis Chriſti. Apologiam ad Tyndale. De cœna Domini, De Baptiſmo et Euchariſtia. Matrimonij defenſionem. Onera cæremoniarum. Commentarios in Danielem. Contra Gardineri articulos. Refutationes eorundem, & alia multa. Claruit anno Domini 1548.

Georgius Kraut medicus, Galeatij de S. Sophia practicam correxit, & in lucem protulit, adiecto libro in artem paruam Galeni de principijs vniuerſalibus totius medicinæ, tam theoricæ, quàm practicæ, qui ex doctrina Auicennæ & aliorum congeſtus, vt habet inſcriptio, in tabulas magna ex parte digeſtus eſt.

* Georgius Kuppelich, ſcripſit germanica lingua: libellum Fidei, hoc eſt, de Chriſtianæ fidei articulorum certitudine, in Biblicis ſcripturis veteris & noui Teſtamenti fundata: & ad tempora nouiſſimæ diei accommodata. In 8. Francofurti, anno 1582. Item conſolationem ex ſcripturis ſanctis: & Inſtitutionem præparationis animorum ad appropinquantem nouiſſimum diem: omnibus Chriſtianis his calamitoſiſſimis temporibus vtilem. In 8. Francofurti, 1582.

* Georgij Langij Hauelbergenſis cantiones aliquot nouæ quinq; & ſex vocum. 4. Francofurdiæ Marchionum impreſſæ.

Georgij Lapithæ Cyprij verſus morales Græci numero 319. Venetijs in bibliotheca S. Antonij extant.

* Georgij Latalski F. Comitis de Labiſchin Poloni oratio panegyrica, continens hiſtoriam belli inter Regem Poloniæ & Moſcum, qua Poloniæ Regi gratulatur de victoria de Moſco parta, & Liuonia recuperata. Anno 1582. Tiguri apud Froſchouerum. Adiectis epiſtolis D. Ioannis Sturmij, & D. Ioannis Guilhelm Stuckij, quibus Comiti de generoſis conatibus & præclaris ſtudijs gratulantur. Idem habet in manibus tractatus de Origine graduum ſuperiorum & inferiorum inter Principes. Perſequitur item orationem de Hæreſibus his temporibus peſtilentiſſimis.

Georgij Lauterbeci, de quæſtionibus ſeu tortura, quomodo à iudice illa vtendum ex Guidone de Suſaria, & 4. lib. Grillandi, breuis explicatio Germanica. Norimbergæ, anno 1570.

* Georgij Lautenbergij Differentiarum in iure lib. 2. Item definitionum ex vtroq; iure centuriæ 7. iuxta ſeriem literarum collocatæ. 8. Coloniæ.

Georgij Lautherij, liber de Miſſa contra Cyriacum Spangenbergium. Monaci, 1568. in 8. Eiuſdem refutatio falſæ gratulationis Iacobi Andreæ, quod concionatores & doctores ducatus Bauariæ Lutheranam doctrinam recceperint, German. Monaci, anno 1569. Conciones tres: Prima vbi quærenda ſit beatitudo: Secunda de ſalutari perceptione ſacramenti corporis & ſanguinis Domini. Tertia de vera pœnitentia. Monachij 1572.

Georgij Lecapeni de conſtructione verborum liber, excuſus Venetijs, apud Aldum, 1526. Lecapeni & Zaridæ Andronici epiſtolæ technologumenæ, Ἐκλογὴ λέξεων, (neſcio an eiuſdem Georgij) ſeruantur in Italia Græce, in bibliotheca Regis Gallorum.

Georgius Leonbergerus Ratiſponenſis, I. C. locos aliquot ſcripſit ad omnia Virgilij opera. Liber impreſſus Ingolſtadij, anno Domini 1542. chartis 5. Eiuſdem epicedion Elegiacum in Ioachimum Romani Imperij Marſchalcum in Bappenheim, impreſſum cum Io. Agricolæ Ammonij commentarijs in libellum Galeni de inæquali intemperie, Baſileæ apud Weſthemerum. Deſcriptio Circuizæ regionis quæ ſubeſt imperio epiſcopi Friſingenſis, impreſſa cum Io. Agricolæ aphoriſmis nouo ordine digeſtis. Promiſit etiam locos Ouidianos ſe breui editurum.

Georgius Lætus, Ioannis Stobæi ſermones à Conrado Geſnero Latinitate donatos, in linguam Germanicam tranſtulit. Excuſos Baſileæ apud Ioan. Oporinum, anno Domini 1555. Idem Epigrammata varia eruditiſſime ſcripſit, quæ forſan aliquando in lucem venient. Floret adhuc in aula illuſtriß. principis Palatini Othonis Henrici eius vt vocant Cancellarius.

* Georgij Lideri Doctoris, Aureum vellus Chriſtianæ ciuitatis, de forma antiquiſſimæ propheticæ & apoſtolicæ eccleſiæ: qualis ea fuerit ante huius ſeculi diſſidia: addita vtriuſq; ſeculi ſtatus religionis comparatione: & commonefactione de veris remedijs (vti titulus pollicetur) tollendi diſſidia: quā præcedit hiſtorica narratio remediorum ſine fructu hactenus adhibitorū, German. Ingolſtadij apud Ioannem Sartorium 1579.

Georgius Lieblerus Tenzlingenſis, Tubingæ phyſicæ profeſſor, Epitomen librorum Ariſtotelis phyſicorum præclaram ſcripſit, quæ Tubingæ & alibi explicari ſolet. *Eiuſdem oratio de cauſis corruptæ iuuentutis, habita Tubingæ, cum honores primæ laureæ 49. adoleſcentibus conferrentur. 4. Tubingæ, 1580.

Georgius Lilius ſcripſit Pontificum & Cæſarum Romanorum Laconica breuitate ſeriem.. Item de regibus Angliæ chronicon. Venetijs apud Michaelem Tramezinum excuſum, 1548. Idem edidit tabulam Britanniæ. Claruit anno 1548.

Georgij Logi, carmen elegans ad Æternam ſapientiam pro editione Nicephori Calliſti Xantopuli, ſubiungitur epiſtolæ dedicatoriæ Ioan. Langi interpretis, in hiſtoriarum Nicephori editionem. Eiuſdem extant, præfatio in Gratium poetam & carmina quædam.

nicalia Latinis carminibus reddita, ſub incudem reuocat, breui Deo volente editurus. Floret Stutgardiæ in aula Vuirtenbergenſis ducis, & alia plura conſcribit. 1553.

Gaſpar Hedio, diuini verbi miniſter in eccleſia Argentoratenſi, ſcripſit hiſtoricam ſynopſin, quæ M. Antonij Coccij Sabellici inſtitutum perſequitur ab anno 1504. quo pertigit Sabellicus, vſq; ad annũ 1538. Impreſſa Baſil. apud Heruagium cum Sabellici operibus, 1538. Idem Chronicon abbatis Vrſpergẽſis magna diligentia recognouit, & ab innumeris mendis repurgauit. Adiecit etiam Paralipomena rerum memoralium ab anno D. 1230. ad annum 1537. Crato Mylius excudit Argentorati. Smaragdi abbatis commentarios in euangelia & epiſt. per totum annum ex patribus collectos, ex ſcriptis exemplaribus reſtituit, adiecta epitome ſuper euangelia & epiſt. vtili omnibus qui methodice docere cupiunt ſimplicem & Chriſtianum auditorem. Georg. Vlricher excudit Argentorati. Scripſit etiam Chronicon Germanica lingua, & ex Latina lingua in Germanicam tranſtulit hiſtorias, Eccleſiaſticam Euſebij, Ioſephi, Egeſippi, Chronicon abbatis Vrſpergenſis, Cuſpiniani Cæſares, Chryſoſtomi homilias in Matthæum & Ioannem, Auguſtini quædam opuſcula, Ambroſij libros officiorum, Smaragdi abbatis poſtillam. Hiſtoriam eccleſiaſticam Germanice continuauit ad noſtra vſque tempora. Obiit Argentorati anno Domini 1552. Præterea in Germanicam linguam conuertit Demogorias Oecolampadij in epiſtolam Ioannis, Ludouici Viuis librum de eleemoſyna. Philippi Cominæi hiſtorias. Eraſmi Roterodami libellum de præparatione ad mortem. Smaragdi commentarios in Euangelia & epiſtolas per totum annum, ex veteribus patribus collectos. Hermanni Bodij Vnionem diſſidentium. Martini Lutheri commentarios in Pſalmos graduum. Scripſit etiam ſermonem de decimis Moguntiæ habitum. Omnia hæc Argentinæ diuerſis temporibus impreſſa ſunt.

Gaſpar Heldelinus ſcripſit Encomium ciconiæ & tranſtulit ex Plutarcho primum ſermonem Sympoſiacum, an ad pocula philoſophari conueniat: Item ex Luciano Iouem Tragœdum, de contempta religione dialogum. Omnia ſimul Henr. Petri excudit Baſileæ.

Gaſpari Helti paſtoris Claudiopolitani in Pannonia, Confeſſio de mediatore generis humani Ieſu Chriſto vero Deo et homine. Vitenbergæ anno Domini 1555. Idem poſtea ſe coniunxit Blandratæ & Franciſco Dauidis, & quædam ad propugnandum Seruetanum furorem edidit, vt Petrus Carolinus teſtatur.

* Gaſpari Hombergij Vezlarienſis de ſuperſtitioſis campanarum pulſibus, ad eliciendas preces, quibus placentur fulmina, excogitatus, reſponſio 8. Frãcofurti apud Nicolaum Baſſeum.

* Gaſpar Huberinus ſcripſit de lingua doloſa. De vtilitate crucis ſanctorum. Conſolationes ſcripturæ ſacræ. In 8. Francofurti anno Domini 1531. & Auguſtæ anno Domini 1542. Speculum œconomicæ diſciplinæ. In fol. Norimbergæ anno D. 1556. polemicum libellum Auguſtæ in 8. anno Domini 1541. Homilias 40. Francofurti. In 8. omnia Germanice. Hic cum de religione libellos valde quidem probatos ſemper, & à Luthero etiam commendatos edidiſſet poſtea tamen mutata voluntate deflexit, et doctrinæ formulam à Cæſare præſcriptã Auguſtæ pulſis inde fidis eccleſiæ miniſtris profeſſus eſt, anno 1552. obſtupeſcentibus multis, qui libros eius antelegerunt. Sleidanus.

Gaſparis Iungermanni Cerneſtettenſis, Gratiarum actio, de cuſtodia angelica, carmine ſcripta, anno 1551. impreſſa Vitenbergæ.

Gaſparis Landſidelij Lipſenſis annotatiunculæ in Thomæ Linacri libros de emendata ſtructura, notatio locorum ex authoribus, diuerſæ lectiones, & lapſus quidam memoriæ in Linacro. Cum ipſo Linacro excuſæ Lipſiæ à Valentino Papa, anno Domini 1548. Additus eſt libellus de arte grammatica, Ioachimi Camerarij, in quo de figuris conſtructionis agitur.

Gaſpar Lax de ſyllogiſmis et alijs: habetur in Sorbona.* Arthmeticæ ſpeculatiuæ lib. 12. & proportiones ſcripſit in fol.

* Gaſparis Lindeckij liber ſigillaris germanicus in fol. 1562.

Gaſpari Macri Suffraganei & Canonici Ratiſponenſis, Euangelicæ quæſtiones ex varijs libris Martini Lutheri diligenter collectæ. Ingolſtadij apud Alexandrum Vuiſſenhorn in octauo. Germanice. * Eiuſdem tranſlatio germanica Manualis S. Auguſtini Monaci 1555.

Gaſpar Marcellus Montagnenſis philoſophus Patauinus, Ioannis Grammatici cognomento Philoponi libros 18. aduerſus totidem Procli rationes de mundi æternitate ad octauum phyſicorum Ariſtotelis, trãſtulit. Hieronymus Scotus excudit Venetijs, anno D. 1551. in fol. cum indice.

* Gaſparis Mekenleeri tractatus germanicus aduerſus Michaelem Holium. Lipſiæ. anno Domini 1531.

Gaſpar Megander, Tigurinus, ſcripſit commentaria in epiſtolam Pauli ad Galatas, excuſa Tiguri anno 1533. Item ad Epheſios commentaria, Baſileæ apud Henricum Petri, anno Domini 1534. In epiſtolas tres ad Thimotheum et Titum, Baſileæ apud Rob. Vuinter, anno 1536. Collegit etiam farraginem annotationum in Geneſim ex ore Zuinglij, impreſſ. Tiguri in 8. anno. 1527. Item in Exodum, ex ore eiuſdem quæ impreſſa Tiguri eodem anno. Item in epiſtolam ad Hebræos, & priorem Ioannis Canonicam, Tiguri anno Domini 1539. Et denuo anno 1581. cum annotationibus in Euangelia, & aliquot Pauli epiſtolas. Scripſit etiam Catechiſmum in gratiam iuuentutis Bernenſis, & commentaria in Acta Apoſtolorum.

Gaſpari Meliſandri paſtoris & ſuperintendentis eccleſiarum Miſniæ Aldenburgici, libellus conſolatorius, aduerſus graues & ſpirituales tentationes, Germanice editus. Ienæ 1572.* Eiuſdem inſtitutio de peccato originis an ſit ſubſtãtia, an vero

accident

Digitized by Google

accidens, & quale accidens proprie ſit. Germanice in 4. Vuitenbergæ 1582. Habuit item orationem funebrem in obitum nobilis matronæ Catharinæ de Berbiſtorff coniugis clariſſimi & generoſiſſimi viri Georgi Vuilhelmi de Berbiſtorff. Germanice excuſ. Lipſiæ 1582.

Gaſparis Molze Slacteualdenſis liber imaginum illuſtrium virorum, additis varijs eorum elogijs, quæ è doctorum virorum poematibus ſunt collecta, nondum impreſſus. Obijt immatura morte anno Domini 1552.

Gaſparis Motthei Schmalcaldenſis, Roſarij paſtoris, ſententiæ, ac nomina hæreticorum, & Sectarum, prioris eccleſiæ præcipuarum, de fidei Chriſtianæ articulis, ordine, quo fieri potuit methodico in tabulas ſuccinctas, fideliter congeſta. In fol. Erfordiæ, apud Ioannem Piſtorium 1582.

Gaſparis Næuij Chemnicij de miſſione ſanguinis diſputatio, Lipſiæ anno Domini 1548. excuſa chartis 2. Eiuſdem alia de ratione alterandi humores, per medicamenta ad purgandum, atque eorundem euacuationis tempore. Lipſiæ 1551. chartis 3.

Gaſpari Næuij (alterius vt arbitror) Theſaurus artis ſcribendi ſeu κομμάλιον Cancellariæ. Liber Germanicus Coloniæ editus 1571, in folio.

* Gaſparis à Nienbrugg liber continens ſingularum lectionum quotidianarum catalogum. 16. m. s. Eiuſdem quæſtiones in 1. & 2. partitionum dialecticarum. Eiuſdem dialecticæ quæſtiones in 16. Eiuſdem variarum dictionum græcarum et Latinarum expoſitiones manuſ. bibl. Imperat.

Gaſparis Oleuiani concionatoris Heidelbergenſis Concio de Abrahami fide & obedientia. Conciones de cœna Domini: & quædam alia edita Heidelbergæ. Germ.* Ex eiuſdem concionibus catheheticis expoſitio ſymboli apoſtolici ſiue articulorum fidei deſumpta. In 8. Francoforti apud Andreã Vuechelem 1580. Eiuſdem notæ in epiſtolam ad Galat.

Gaſpar Otmaierus muſicus, compoſuit cantilenas, excuſas Norimbergæ à Petreio. Claruit 1551.

Gaſparis Penceri Budiſſinenſis Germani, Philippi Melanchtonis generi, Elementa doctrinæ de circulis cœleſtibus & primo motu, excuſa Vuitenbergæ in officina Cratoniana, anno 1551. octern. 20. cum tabulis varijs. Eiuſdem commentarius de præcipuis diuinationum generibus, in quo à Prophetijs diuina authoritate traditis, & phyſicis prædictionibus, ſeparantur diabolicæ fraudes & ſuperſtitioſæ obſeruationes; & explicantur fontes et cauſæ phyſicarum prædictionum, diabolicæ & ſuperſtitioſæ confutatæ damnantur. Vuitenbergæ excudit Ioannes Crato, anno Domini 1553 in octano. Eiuſdem appelationes quadrupedum, inſectorum, volucrum, piſcium, frugum, leguminum, olerum, & fructuum communium, quas cum Paulo Ebero collegit. Vuitenbergæ excudit Petrus Seitz, anno Domini 15[illegible] Eiuſdem de dimenſione terræ & geometrice numerandis locorum particularium interuallis, ex doctrina triangulorum ſphæricorum & canone ſubtenſarum liber, denuo editus, ſed auctius & correctius quam antea, anno Domini 1554. Idem edidit Vuitenbergæ Ioannis Baptiſtæ Montani libellũ de gradibus & facultatibus medicamentorum. Commentarius de diuinationum generibus auctus multiplici acceſſione, anno 1572, denuo editus eſt. Chronicon à Philippo Melanchtone cœptum, ſed imperfectum, abſoluit, & à Carolo Magno ad noſtra tempora perduxit. 1563, in octauo, duobus tomis. Eiuſdem Hypotheſes aſtronomicæ, ſeu theoriæ Planetarum, ex Ptolomæi & aliorum veterum doctrina ad obſeruationes Copernici & canones motuum ab eo conditos accommodatæ. Vuiteberga 1572. Item Argentinæ 1571. abſq; auctoris nomine, Vitæ illuſtrium medicorum.* Eiuſdem aliquot orationes cum declamationibus Philippi Melanchtonis excuſæ. Floruit Vuitenbergæ anno 1570. Hodie captiuus tentur vir in quo plurimæ literæ nec vulgares ſed reconditæ: dignus pro cuius liberatione apud illuſtriſ. Saxoniæ Electorum Auguſtum, omnes qui gratia, conſilio et amicitia plurimum poſſunt, intercedant.

Gaſpari Querhamer, & Cochlei, Labyrinthus Lutheri. Germanice 1572.

Gaſpari Rodolphi, natione Sueui, dialectica cum tabulis omnium dialecticæ partium: excuſa Argentorati apud Iacobum Iucundum, anno Domini 1536. & 1540 cum libello Ioannis Ludouici Viuis de diſputatione. Eadem recognita & aucta ab ipſo authore excuſa eſt Marpurgi, ni fallor. Eiuſdem annotationes in libros Rodolphi Agricolæ de inuentione excuſæ ſunt.

* Gaſparis Rodolphi Sileſij gratulatorium carmen in Sereniſſimi Regis D. Maximiliani ex Hiſpania redeuntis laudem. Auguſtæ anno Domini 1551. in 4.

Gaſparis Sardi Ferrarienſis epiſtolarum liber varia hiſtoriarum cognitione refertus. Eiuſdem de triplici philoſophia commentariolus, Florentiæ excudit Torrentinus, anno Domini 1549. octern. 9. In præfatione epiſtolarum ſuarum ad Coſmum medicem promittit Coſmographiam.

Gaſpar Saſgerus Minorita ſcripſit de matrimonij diſſolubilitate contra Lutheranum dogma: Tubingæ anno Domini 1525. Scripſit etiam Scrutinium ſcripturæ, ad tollenda in Chriſtiana religione diſſidia. Libellus excuſus Tubingæ. Extat etiam eiuſdem liber excuſus de libero arbitrio, & alter contra Lutheranos de ſacrificio miſſæ. De vero Chriſti corpore. Item examen doctrinarum nouarum. De tribus virtutibus, Spe, Fide & Charitate, contra Ioannnem Baronem de Suarzenberg. Libri aliquot contra Lutherum.

Gaſparis Scheti Coruini, mercatoris Antuerpiani (cui Helius Eobanus Heſſus ſuam Iliadem dedicauit) elegia ad Eobanum docta & elegans, in fine Iliados tribus fere chartis excuſa eſt.

Gaſpar Suuenckelfeldius è Sileſia nobili genere (vt audio) natus, plurimos in Germania ſectatores habet, quos quidam ab ipſo Schuencfeldianos nuncupant. Quæ vero peculiaria ſint ipſius dogmata commemorare non eſt noſtri inſtituti. Fertur ſcripſiſſe ſupra L X X X libros Germanica lingua,



Digitized by Google

ex his X X I I I I vno volumine ſunt editi, nempe; 1. Confeſſio & ratio præcipuorum capitum Chriſtianæ fidei. 2. ratio vocationis ſuæ & doctrinæ 3. epiſtola de fide & agnitione ſanctæ Trinitatis. 4. Exhortatio ad veram & ſaluificam Chriſti agnitionē 5. Confeſſio & expoſitio agnitionis Chriſti & diuinæ eius maieſtatis, tribus partibus conſtans. 6. De Euangelio & eiuſdem abuſu. 7. de peccato & gratia, Adamo & Chriſto. 8. Epiſtola de iuſtificatione hominis peccatoris. 9. De diuina filiatione, & gloria integri filij Dei Ieſu Chriſti. 10 Teſtimonia ex nouo Teſtamento de diuina maieſtate Chriſti & carnis eius. 11. Epiſtola de ſaluifica agnitione Chriſti, de duabus in ipſo naturis, & præcipue de gloria carnis Chriſti. 12. Summarium de duplici ſtatu, officio & agnitione Chriſti ſecundum carnem & ſecundum ſpiritum. 13. Tres epiſtolæ de agnitione Chriſti tam in cruce quam in maieſtate. 14. de æterna Dei ſubſtantia. & quantum à creata ſubſtantia creaturarum differat. 15. Catechiſmus de verbo crucis: & de diſcrimine verbi, Spiritus & literæ. 16. Theologia Germanica. 17. de triplici vita hominis, & quænam ſit vera Chriſtiana vita. 18 de pugna Chriſtianorum. 19. Summarium de Chriſtiano certamine, & de conſcientia. 20. de cœleſti medicina Chriſti veri medici ad ſalutem æternam, miſeri perditique hominis. 21. De Chriſtiano homine, illius natura et origine. 22. de remiſſione peccatorum. 23. de libertate fidei, Chriſtianæ doctrinæ, iudicij & conſcientiæ. 24 Breuis confeſſio de Chriſto filio Dei, & ſacramento corporis & ſanguinis Chriſti, addita proteſtatione contra omnes errores. Porro primus tomus operū Schuuenefeldij quo commemorati libri continentur impreſſus eſt anno 1564. in folio. Præterea etiam editum eſt eiuſdem epiſtolarum volumen primum, vt inſcriptio habet, 1566. in folio. An autem reliqui tomi librorum & epiſtolarum Schuuencfeldij editi ſint ignoro. Separatim multa illius edita ſunt, vt de curſu verbi Dei epiſtola Baſileæ 1527. De cœna Domini breue opuſculum Tiguri. De eccleſia propoſitiones. Reſponſio contra Vadiani librum. In pſalmos quoſdam explicationes, & alia plurima. * Eiuſdem apologia de vero & falſo intellectu vna cum cauſis defectionis, in articulo de Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti contra Ioannem Fabri in 4. germanicè Argentinæ apud Petrum Schoffer 15 30.

* Caſpar Schutzius Iſleuienſis. Eccleſiaſten Solomonis carmine Heroico reddidit. in 8. Vuittebergæ anno Domini 1579.

Caſpari Schylandri, Diarium ad annum 1570 Antuerpiæ.

Gaſparis Steinbeck opuſcula theologica.

Gaſparis Stiblini Coropœdia ſiue de moribus ſacrarum virginum, libellus elegans ac ſaluberrimis præceptis refertus. Eiuſdem commentarius de Eudæmonenſium rempub. Item Peniæ querela ad Ioannem Fabri archigrammatæum Seleſtatinum. Epigrammata aliquot Græca & Latina ad Gilbertum Cognatum Nozerenum. Baſileæ Oporinus impreſſit 1555.* Ab eodem Euripides poeta in Latinum ſermonem conuerſus, cum annotationibus & præfationibus in omnes eius tragedias. Baſileæ apud Oporinum.

* Gaſparis Stoltz carmen gratulatorium ad D. Ferdinandum I. ſcriptum in folio. Eiuſdem epitaphia varia. 1558. in octauo.

Gaſpar Sueuus collegit elegantias Latinitatis Cæſarianæ, ex commentarijs Iulij Cæſaris. Vuitebergæ 1568.

Gaſpar Valleſius ſcripſit in 1. ff. veteris de Iuriſd. om. iud. l. imperium & in 2. eiuſdem de Iureiurando l. admonendi.

Gaſpar Vopel Medelbachius edidit vniuerſi orbis deſcriptionem Coſmographicam, & duos globos cœli ac terræ, anno Domini 1546. Coloniæ. Itē Europæ totius, et Aſiæ atque Africæ maritimarum partium deſcriptionem. Item Rheni deſcriptionem à fontibus ad oſtia vſque vbi Oceanum ingreditur.

Gaſpar Vrſinus Velius poeta regius, ſcripſit monoſticha de vitis regum Italiæ, Albanorum, Romanorum, virorum illuſtrium, Cæſarum ac ſummorum pontificum vſque ad Carolum & Ferdinandum: & rurſus diſticha Cæſarum Romanorū, quæ excuſa ſunt Francofurti apud Egenolphum, cum epitome Chronicorum mundi. Eiuſdem poematum libros 5. excudit Frobenius 1522. Eiuſdem querela Auſtriæ ad Germaniam de oppreſſione Turcæ, Auguſtæ excuſa in officina Alexandri Vuiſſenborn, anno Domini 1531. chartis 3. In eius carminis dedicatoria epiſtola, hiſtoriæ ſuæ regiæ librum quartum adducit. Eiuſdem epiſtola ad Lazarum Bonamicū, impreſſa Viennæ.* Eiuſdem decades rerum Auſtriacarum manuſ. in bibl. Imperat. Viennæ.

* Gaſparus Vlenbergius pſalmos Dauidis varijs rithmis germanicis comprehendit. in 8. Coloniæ, anno 1582.

Gaſparus Vuolphius, Tigurinus, medicus, & phyſicus profeſſor. in publicum edidit: Viaticum nouum de omnium ferè particularium morborum curatione, auctoris incerti. Id tamē poſtea quidam Hellerij eſſe docuit, ſimul falſo & inhumaniter Vuolphium accuſans, quaſi eius rei conſcius ſibi alienum laborem vendicare voluiſſet: verum hic viciſſim apologia publicata calumnias haſce refutauit. Tiguri excudit Froſchouerus in octauo. Harmoniam Gynæceorum ex Cleopatræ, Priſciani, Moſchionis & incerti cuiuſdam muliebrium libris concinnatam: ſuperfluis ac repetitis omnibus reciſis. Moſchionis medici Græci recentioris, de paſſionibus mulierum librum Græcum, Geſſneri opera emendatū. Librum de aquis, oleis, ſalibus, & lapide philoſophorum, ſub nomine ficto Diodori Euchyontis de Polychimia, ex Germanico libro innominati auctoris in Latinū ſermonem conuertit, addita præfatione, de Chymicæ artis præſtantia & commendatione Tiguri in octauo. Edidit etiam Euonymi partem ſecundam Theſauri, à Geſſnero concinnatam. Addita eſt huic apologia de viatici noui editione, ad titubantem Antonij Valerij linguam. Tiguri apud Froſchouerum in 8. Hypoſcheſim ſeu pollicitationem hiſtoriæ ſtirpium Conradi Geſſneri: impreſſam in 4. cum vita

Geſſneri

Geſneri. Epiſtolarum medicinalium Conradi Geſneri lib.3.in 4. Anno 77. Einſdem Geſneri, Aconiti primi Dioſcoridis Aſſeueratio: De Oxymelitis Elleborati vtriuſq; deſcriptione & vſu, libellum. Emendationes nouas in Qu. Sereni Poetæ & medici librum, de morborum curatione, vnà cum indice quintuplici Epithetorum & morborum aliarumq; rerum, quibus idem author eſt vſus. Alphabetum Empiricum, ſiue Dioſcoridis & Stephani Athenienſis philoſophorum & medicorum, de remedijs expertis librum è græco Latinum fecit. Anno 1581. Quin & in eundem authorem, qui Græce manuſcriptus, ab eo aſſeruatur, annotationes ſcripſit, nondum editas. Editioni præterea parauit, Dominici Vincentini Arcignanei, de ponderibus & menſuris medicinalibus libros tres. Ex Græcis, Arabicis, & Latinis rei medicæ ſcriptoribus diligentiſſime conſcriptos, non medicis modo, ſed omnibus literarum linguarumq; ſtudioſis perutiles futuros: ante annos ſexaginta in Italia primum editus, nunc vero ab innumeris mendis, Geſneri opera, repurgatus. Huic & alia eiuſdem argumenti opuſcula variorum authorum ſunt, adiecta. In primis verò Ioſiæ Simleri Tigurini, vocabula rei nummariæ, ponderum & menſurarum, Græca, Latina, Hebraica, Arabica, ex diuerſis authoribus collecta, & in ordinem Alphabeticũ diſpoſita. Item Conradi Geſneri de ponderibus & menſuris variæq; obſeruationes, tabulæ præſertim ita diſpoſitæ, vt quæ ſint maioris ponderis ſemper præcedant, tum liquidorum, tum aridorum & alia prius ita non edita. Itemq; alphabetica Caſpari Wolphij enumeratio virorum illuſtrium, qui de ponderum & menſurarum doctrina, vel integros libros aut tractatus, vel etiam obiter tantum in ſuis libris ſcripſerunt. Aphoriſmorũ Hippocratis methodum nouam, partim Achillis P. Gaſſeri viri doctiſſimi opera, partim Conradi Geſneri emendationibus illuſtratam, præfixa omnium aphoriſmorum tabula: propediem in lucem edendam, vnà cum catalogo eorum omnium qui tum in aphoriſmos, tum cæteros omnes Hippocratis libros, aliquid laude dignum ſcripſerunt, Caſpari Vuolphij opera collecta. Habet præterea in manibus, quos iã pene abſoluit, Conradi Geſneri phyſicarum meditationum lib.4. vel 5. quorũ primus eſt de principijs, natura, cauſis, motu, infinito, tempore, &c. Secundus de cœlo & Meteoris: Tertius de anima. Quartus continet ſcholia & annotationes in aliquot Ariſtotelis libros, quos de naturalibus rebus ſcripſit, vt in libros Meteororum, de anima, & nonnullos paruorum naturalium. His accedet 5. variarum meditationum: in quo multa theologicè, Ethicè, Dialecticè, Grammatice, &c. erudite et ſubtiliter meditantur. Habet præterea & alia vt de experimentis paratu facilibus librum partim ex nonnullis impreſſis, partim nunquam prius impreſſis in vnam methodum redactum. Partitiones medicas maxima ex parte abſotutas, quæ paulatim, ſic Domino adiuuante prodibunt. Floret noſtra ætate Tiguri, ætatis ſuæ anno 51.

Gaſparinus doctor iuris, à Geminiano & Cardin. allegatur.

Gaſparinus grammaticus, patria Bergomenſis, ſcripſit de Orthographia librum vnum. Epiſtolarum ad diuerſos librum vnum. Orationes varias librum vnum. In epiſtolas Ciceronis lib.1. In eundem de officijs lib.1. In eundem de oratore li.1. In eundem de ſenectute lib.1. & quædam alia. De eloquentia tractatus. Impreſſus cum Fliſco de modis loquendi. Vocabularium, impreſſum Venetijs 1554. Claruit anno Domini 1420.

Gaſtonis de Foys liber Gallicus, de canibus et accipitribus.

Gaſtonus Sala Ammonij Hermeæ commentaria in prædicamenta Ariſtotelis, à Bartholomæo Syluanio tranſlata, recognouit & edidit, Pariſijs anno Domini 1552.

Gaudentij cuiuſdam epiſtolas, vide in ſeptimo tomo operum D. Auguſtini cum refutatione.

Gaudentij philoſophi harmonica introductio, ſeruatur in Italia Græce, in bibliotheca Vaticana & S. Fioræ.

Gaudentij Sermones: nominantur in catalogo librorum. V. M. quem Scipio Tettus dicitur ſcripſiſſe.

Gaudentij Merulæ de Gallorum Ciſalpinorũ antiquitate liber, excuſus Lugduni apud Gryphiũ, anno Domini 1536. Scripſit etiam in Vitruuium et Plautum annotationes. Præterea Terentianum dialogum impreſſum anno Domini 1543 apud Botaceum Tortellium in foro Lebetiorum. Reprehenditur autem Terentius in hoc dialogo, præfertur Plautus. Ciceronis aliquot phraſes & periodi examinantur. Terentium & Ciceronem quidam accuſant, alij defendunt. Furta Terentij ex Plauto produntur. Nouariæ & Lebuorum hiſtoriæ ac monumenta commemorantur. Scripſit etiam bellum Eraſmianum. Item quædam grammatica & quædam Geographica. Gaudentij Merulæ Nouarienſis memorabilium libri quinq; cum Pomponij Caſtalij Oliuerani ſcholijs. Lugduni apud Matthiam Bonhomme, anno Domini 1556. excuſi.

* Gaudioſus Floridus de Peruſio, explicationes Catholicas locorum Veteris & Noui Teſtamenti Feliciani Capitoni Marnienſis digeſſit & in lucem dedit. In folio, Venetijs, anno Domini 1580.

Gaufredus Anglus de præceptis dialectices et Rhetorices, ad Innocentium Pontificem: extat Viennæ Auſtriæ apud Vuolfgangum Lazium.

Gaufredi Bouſardi Cenomani oratio habita Bononiæ coram Iulio II. P. M. in die circumciſionis Chriſti de nomine Ieſu.

Gauffridus de Satigniaco, ſuper 1. & 2. Infortiati.

Gauinus Douglas, Scotus epiſcopus, ſcripſit Palatium honoris librum vnum. Aureas narrationes lib.1. Comœdias aliquot lib.1. De rebus Scoticis lib.1. Tranſtulit in patrium ſermonẽ Aeneidos Vergilij lib.12. Obijt anno 1521. Baleus.

* Gaurici Pomponij, vide Pomponij Gaurici.

Gazæ Sophiſtæ Encomium Choricij ad Summum militẽ. Eiuſdem funeralis oratio de Marciano

*epiſcopo. Declamatio in Tyrannicidam. Græcè manuſc. in bibliotheca regis Gallorum.*

R. Gazeli *ſapientis opus de perfecto complexu, extat apud Guilielmum Poſtellum, Arabice.*

Geberus, *ſiue Gebrus Arabs Syntaxim Aſtronomicam, ſiue demonſtratiuum opus aſtrologiæ libris IX. De Alchymia librum. De inueſtigatione veritatis librum. Scripſit & librum Fornacum. Librum pietatis ſiue miſericordiæ. Librum regni, librum perfecti magiſterij. Gebri de alchymia lib. 3. De inueſtigatione perfecti magiſterij lib. 1. excuſi ſunt Argentinæ anno Domini 1530. in fol. Cum libro trium verborum & Alexandri Magni epiſtola eadem de re. Eiuſdem ſummam perfectionis metallorum vel perfecti magiſterij metallorum lib. 2. De inuentione veritatis ſeu perfectionis metallorũ De fornacibus conſtruendis. Norimbergæ excudit Petreius anno D. 1545. in quarto cum alijs eiuſdem argumenti opuſculis. Gebri alchymia ex bibliotheca Vaticana excuſa eſt in Italia. In eandem ſcripſit Ioannes Braceſcus. Præterea extat apud Guilielmum Poſtellum lingua Arabica Almageſtum Gebri opus excellens exponens rationes annorum et ſacrorum, ſecundum Iſraelitarum, Iacobitarum, Neſtorinorum & Syrorum Perſarumq́ ſacra aut feſta. Eius de Aſtronomia lib. 9. excuſi ſunt Norimbergæ à Petreio, anno Domini 1533. cum inſtrumento primi mobilis Petri Apiani. Geberi liber qui flos naturarum vocatur, impreſſus anno Domini 1473. Geberi Chymica impreſſa à Perna cum Auicennæ chymicis.*

Gecellini *Aparatus ſuper Clementinas, manuſcriptus, apud Marcum Dreſſerum.*

Gelaſius *Papa primus, natione Afer, ſcripſit decretum Synodale lib. 1. contra Arianos lib. 2. contra Eutychen & Neſtorem lib. 5. hymnorum, inſtar Ambroſij lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Orationes plures & graues, & quædam alia. Gradualia, Alleluia, & Tractus, cum præfationibus ad miſſam congruentes ordinauit, & libros ſanctorum patrum autenticos ab apocryphis ſequeſtrauit, ſicut habetur diſt. 15. Sancta Ro. Eius decreta cum cæteris pontificijs impreſſa ſunt Coloniæ de duabus naturis in Chriſto aduerſus Eutychen & Neſtorium liber, excuſus Baſileæ apud Henr. Petri in antidoto contra hæreſes, 1528. & Tiguri apud Froſchouerũ, cum alijs veterum ſcriptis de vna perſona & duabus naturis Chriſti ſeruatoris 1571 in folio. Floruit anno Domini 496.*

Gelaſij *Cæſareæ Cappadocum epiſcopi ſcripta citantur apud Nicephorum lib. 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.*

Gelaſium *Cæſareæ Paleſtinæ epiſcopum Hieronymus multa ſcripſiſſe teſtatur, quæ tamen in lucem edere noluerit. Oratio eius in apparitionem domini citatur à Theodoreto in Eraniſtæ. Gelaſius (idem vt opinor) ſcripſit epiſtolas contra Achatium.*

Gellij *Bernardini Marmitæ Parmenſis, commentarij in tragœdias Senecæ, excuſi Pariſijs anno 1498. vnà cum Danielis Gaietani commentarijs in eaſdem.*

Gellius *hiſtoriographus, Romanæ auctor hiſtoriæ, vt ſcribit Valerius, annalium libros Gracchorum temporibus compoſuit.*

Geminianus, *qui & Dominicus de S. Geminiano: vide ſupra.*

Geminius *epiſtolæ 4. apud Cyprianũ author, cum aliquot alijs coepiſcopis lib. 1.*

Geminus *philoſophus, cuius alicubi meminit Proclus Diadochus, ſcripſit Iſagogen in Meteora, & in Phænomena Græce: prima extat Romæ in Vaticana, altera Venetijs.*

* Geminæ *muſica vnde viginti odarum Horatij melodiæ quatuor vocum ornatæ.*

Gemini *cuiuſdam hexaſtichon extat lib. 3. Anthologij. & libro 4. tria hexaſticha cum duobus tetraſtichis.*

Gemini *à Furnis verba apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.*

Geminus *Antiochenæ eccleſiæ presbyter, pauca ingenij ſui monumenta compoſuit, ſub Alexandro principe D. Hieronymus.*

* Gemiſtus *vide Georgius Gemiſtus Pleto.*

Gemmæ *Phryſij medici et mathematici apud Louanienſes, methodus arithmeticæ, impreſſa Antuerpiæ anno 1540. De locorum deſcribendorum ratione, deq́ diſtantijs eorum inueniendis: Item de vſu annuli aſtronomici, libelli impreſſi ibidem cum Petri Apiani Coſmographia, 1540. Charta, ſiue mappa (vt vulgus vocat) qua continetur generalis totius orbis deſcriptio, partim ex veteribus, partim ex recentioribus collecta, & Carolo V. Aug. nuncupata: impreſſa anno 1540. Louanij. Eiuſdem libellus de principijs Aſtronomiæ & Coſmographiæ deq́ vſu globi coſmographici ab eodem editi, & de orbis diuiſione & inſulis, rebusq́ nuper inuentis. Item libellus de annuli aſtronomici vſu. Excuſi ſunt Antuerpiæ apud Ioannem Steelſium anno D. 1548. in 8. Eiuſdem demonſtrationes geometricæ de vſu radij aſtronomici, ſeu regulæ Hipparchi, excuſæ ſunt Antuerpiæ. Arithmeticæ methodus excuſa eſt Pariſijs cum annotationibus & additionibus quibuſdam Iacobi Peletarij. Eiuſdem de Aſtrolabio Catholico liber, quo latiſſime patentis inſtrumenti multiplex vſus explicatur, & quicquid vſpiam rerum mathematicarum tradi poſſit continetur. Antuerpiæ anno Domini 1556. in 8.*

Genebria *mulier, natione Veronenſis. tempore pij II. Romani pontificis, ſcripſit epiſtolas Latino ſermone lutulentiſſimas.*

Genethlius, *Genethlij filius, Paleſtinus, Petræus, ſophiſta, Minutiani & Agapeti diſcipulus: docuit Athenis, æmulus Callinici, illuſtris viri. Solerti fuit ingenio totamq́ declamationem auditam memoriter recitauit. Obijt iuuenis, annos 28. natus. Scripſit ſermones ſeu diſputationes & declamationes. inter quas eſt exul, ſemetipſum venditurus poſt Thebanum excidium. Propempticum ad amicum ſuum. Daduchum. Aſclepiadem, & Panegyricos. Suidas.*

Gennadius *Conſtantinopolitanæ eccleſiæ pontifex, Danielem prophetam ex integro ad verbum*

*commen-*

Digitized by Google

commentatus expoſuit, Homilias etiam multas compoſuit. Moritur ſeniore Leone imperium tenente. Gennad. Ioan. Trittenhemius ſcribit, eum obijſſe anno ſalutis 460. nihil autem ſcriptorum ipſius ad manus ſuas perueniſſe.

Gennadius *Maſſilienſis Eccleſiæ presbyter, ſcripſit de fide ſua ad Gelaſium papam lib. 1. aduerſus Neſtorium lib. 6. aduerſus Eutychen lib. 9. aduerſus Pelagium lib. 3. aduerſus omnes hæreſes lib. 8. de illuſtribus viris lib. 1. de hæreſi mille annorum lib. 1. impreſſum eſt autem opus de illuſtribus viris eccleſiaſticis, cum quarto tomo D. Hieronymi: & cum Epiphanio de prophetis, ac Hieronymo de eccleſiaſticis ſcriptoribus, etc. Baſileæ apud Cratandrum.*

Gennadij *patriarchæ, & ſynodi Conſtantinopolitanæ epiſtola encyclia de Simonia, in totum orbẽ miſſa ad omnes Metropolitanos, & Papam Romanum: excuſa Baſileæ apud Ioan. Frobennium 1518. cum Petri & Gregorij Neocæſarienſis canonibus, &c. Ioan. Oecolampadio interprete. Claruit 400.*

Gennadij *Scholarij ſcripta quædam Græca, Diegus Hurtadus à Mendoza in ſua bibliotheca ſeruat, nempe de primo Dei cultu, de tempore et modo eſſentiæ intelligibilium & immortalium animarum ad illos qui ſcandalum patiuntur.*

Gennadij *Scholarij Conſtantinopolitani patriarchæ, Refutatio erroris Iudaici: & liber de fide in forma dialogi: Græce manuſcripta in biblioth. regia. Extat etiam Gennadij dialogus (quem arbitror eundem cum ſuperiore eſſe) Machometani & Chriſtiani de Trinitate, Græce & Latine editus à Braſſicano, Viennæ.* Eiuſdem homiliæ variæ in Euangelia varia de publicano & Phariſæo, de exilio Adam, de Maximiano & Maximino tyrannis in montem Cephalleniæ & in Iudam, in reſurrectionem Ieſu Chriſti. Eiuſdem de mortalibus et venialibus vt vocant peccatis, omnia Græce manuſc. duobus codicibus in. 4. In bibl. Imperat. Viennæ. Eiuſdem liber vita ſalutis inſcriptus, Baſileæ per Heinricum Petreium, 1556. ſub titulo libri Hereſeologia in folio. Eiuſdem defenſio quinq; capitum, quæ in ſancta & æcumenica Florentina Synodo continentur, de proceſſione Spiritus ſancti, de ſacrificio in azymo vel fermento. De purgatorio. De fruitione Sanctorum. De primatu Papæ. Fabio Beneuolentio Senenſi interprete. 8. Dilingæ, 1580. Gennadij Synodus Ferrarienſis contra Florentiam 1436. inchoata, in quarto manuſc. bib. imp. Vienna: & de impedimentis ἑνώσεως, id eſt, coniunctionis & vnitatis atq; etiã defectu Græcorum. in quarto. manuſcr. bib. Imp. Viennæ.*

Genſelinus *quidam doctor in iure citatur à Dominico Gemiriano & Cardin.*

Gentianus *Heruetus Aurelius, ſcripſit Orationes aliquot: Vnam ante Olynthiacarum Demoſthenis orationum prælectionem habitam. De radenda vel alenda barba tres. De aſcenſu domini. De amore in patriam. De patientia. De vitando otio. De grati animi virtute. De dignitate eccleſiaſtarum, & eorum pro dignitate inſtituendis moribus. De clandeſtinis matrimonijs. Epiſtolas duas, in quibus quomodo ſe epiſcopus Chriſtianus gerere debeat explicatur. Epigrammata aliquot. Ex Græca autem lingua in Latinam plurima ab eo translata ſunt. Baſilij magni ſermo aduerſus iraſcentes, & alius de inuidia. Plutarchi libellus: Quomodo oporteat adoleſcentem audire poemata. Sophoclis Antigone. Ioannis Grammatici Philoponi Commentarij in tres libros Ariſtotelis de anima. Alexandri Aphrodiſei libellus de fato. Quæſtiones naturales de anima, & morales. Ioannis Chriſoſtomi homiliæ in Pſalmos. Clementis Alexandrini opera, Protrepticus, pædagogi libri tres, & Stromaton libri octo. Theodoreti epiſcopi Cyri Eraniſtes ſeu Polymorphus dialogus. Hæreticorum improbarum nugarum ac fabularum compendium. Diuinorum decretorum ſeu dogmatum epitome. Commentarij in epiſtolas Pauli. Epiſtola ad Leonem primum pontificem. Θεοφιλὴς id eſt, religioſa hiſtoria. Palladij monachi Lauſiaca ſeu hiſtoria ad Lauſum. Nicolai Cabaſilæ de diuino altaris ſacrificio libellus. Maximi de Myſtagogia, hoc eſt, de introductione ad ſacra eccleſiæ myſteria ſeu ſacramenta. Diui Chryſoſtomi & Baſilij ſacrificij ſeu miſſæ ritus, ex ſacerdotali Græco. Theodori Metochitæ paraphraſis in Ariſtotelis libros phyſicos. Photij Nomocanon. Opus Sexti Empirici aduerſus Mathematicos, hoc eſt aduerſus eos, qui profitentur diſciplinas. Antuerpiæ 1569. in folio.*

* Gentiletus *(prænomen ignoro) præſes Gratianopoli Galliæ ſcripſit commentariorum de regno & quouis principatu recte & tranquille adminiſtrando libros tres varia & multiplici eruditione refertos, contra Nicolaum Machiauellum. Excuſos in 8. Lauſannæ 1571 & rurſum in 16. ſuppreſſo auhoris nomine.*

Gentilis *Albertini* I. C. *conſilium in materia Feudali, in cauſa ſereniſſ. Britanniæ principis, cum ſereniſſ. eius viro: habetur inter conſilia feudalia.*

Gentilis *Fulginas, medicus, ſcripſit in Auicennam commentariorum lib. 5. contra peſtilentiam lib. 1. de febribus quoq; lib. 1. de gradibus medicinæ lib. 1. & alia quædam. Eius in Auicennam commentaria duobus Tomis impreſſa olim Papiæ, ex quibus 7. chartæ poſtremæ continent Receptas, id eſt medicamenta compoſita Gentilis ſuper prima quarti Auicennæ. Libellus de diuiſione librorum Cl. Galeni, eorumq; ordine & numero, impreſſus olim Venetijs cum Hali commentario in artem Galeni. Commentarij ſuper tractatu pulſuum magiſtri Aegidij. Venetijs 1494. cum eiuſdem Aegidij libello de vrinis per ipſummet expoſito: & Baſileæ 1529. Expoſitio ſuper tractatibus Auicennæ de lepra, & de diſlocationibus ac fracturis. Vide ſupra in Dino de Garba, vbi Florentinus patria dicitur. Tractatus de proportionibus medicinarum commiſcendarum, & de modo inueſtigandi complexiones earum, & ad ſciendũ conuenientẽ doſim cuiuslibet medicinæ ſolutiuæ. Impreſſus in Italia, 1485. Symphorianus Campegius addit, eum ſcripſiſſe conſiliorum in omnes morbos li. 1. Eius tactatus duo de balneis, excuſi ſunt Venetijs apud Iuntas anno Domini 1552. cum diuerſorum authorum ſcriptis de balneis.*

Digitized by Google

Gentilis *Papienſis ſcripſit Repertorium iuris.*

* Georgettæ *à Montenay emblemmata Chriſtiana. Lugd. Ioan. Martorellus* 1571.

Georgius *quidam de ſacrificijs Rhodijs, Athenæo citatur.*

Georgij *cuiuſdam Græci monachi hiſtoria tēporum, ſiue chronica, à condito mundo vſq; ad regnum Nicephori Botaniatæ, extat manuſ. Venetijs in bibliotheca SS. Ioan. & Pauli: & apud Diegum Hurtadum Cæſaris legatum, ibidem.*

Georgij τῆς μεγάλης ἐκκλησίας στίχοι, *Romæ in Vaticana extant. Georgius quidam inter hymnorum ſacrorum auctores numeratur à Cyro Prodromo.*

Georgij *Achanthij Kelhaimanni partitiones in M. T. Ciceronis de rhethorica libros 4. ad C. Herenniū, excuſæ ſunt Baſileæ apud Ioan. Oporinum* 1549. *De periculoſa & turbulenta noſtri ſeculi republica lamentatio, verſu Saphico. Venetijs* 1552.

* Georgij *Amerſeæ de incarnatione verbi, Elegia* XXV. 4. *Monachij.*

Georgij *principis ab Anhalt, præpoſiti Magdeburgenſis ac Miſnenſis oratio conſolatoria de dicto Chriſti, nemo rapiet oues meas ex manibus meis, &c. in ſynodo diœceſana Mersburgenſi recitata: excuſa eſt Lipſiæ apud Valentinū Papam,* 1550. *Eiuſdem epithalamios concio Torgæ habita in nuptijs illuſtris D. Auguſti, ducis Saxoniæ, & Annæ Danici regis filiæ,* 1548. *die* 8. *Octob. excuſa Lipſiæ à Papa quatern.* 13. *Eiuſdem conciones* 4. *de vtraq; ſpecie ſacramenti, in quibus grauiſsimis argumentis aduerſariorum obiecta diluuntur & refutantur, impreſſæ, Lipſiæ per Vuolfgang. Guntherū* 1551. *quatern.* 44. *Eiuſdem conſolatio ad Vuolfgangum fratrem in morbo. Eiuſd. conciones duæ de falſis prophetis, et vero vſu doctrinæ Chriſtianæ, in quibus errores Mersburgenſis epiſcopi Sidonij refellit. Eiuſdem cōciones & ſcripta omnia, complectentia ſummam veræ doctrinæ, quæ traditur in eccleſijs repurgatis: è Germanico in Latinum ſermonem conuerſa, & vtilibus ſcriptis ante non editis aucta. Vuitebergæ in fol.* 1570.* *Eiuſdem tractatus de ritu apoſtolico ordinationis vſitatæ in eccleſijs purioribus confeſsioni Auguſtanæ addictis. Eiuſdem ſententiæ de controuerſis articulis, opera & præfatione Selnecceri in lucem editus in* 8.

Georgius *Aemilius Mansfeldenſis, Germanus, edidit epigrammata elegiaca ad imagines mortis, excuſa Lugduni apud Frellonios, cum alijs quibuſdam* 1542. *Elegiacum carmen ad imagines in Apocalypſi Ioan. excuſas Francfordiæ* 1540. *apud Egenolph. cum enarratione. Extat eiuſdem de recenti inſtauratione ſcholæ Sygenſis, in ditione comitis Naſſaenſis, elegis. Querela de incendio arcis Freudenbergenſis, & oppidi vicini eiuſdem nominis, in ditione Naſſaenſi, facto* 1540. *Item oratio Dominica cum duobus Pſalmis; omnia elegiaco carmine, impreſſa Francofordiæ apud Egenolph. Scripſit etiam annotationes in Eſaiæ caput* 53. *De paſsione, morte, & reſurrectione Chriſti. In Pſal. Dauidis* 1. 2. & 12. *In euangelia natiuitatis & trinitatis. Præterea ſacra aliquot eiuſdem argumenti carmina. Quæ omnia excuſa ſunt Baſileæ,* 1550. *Euangelia etiam Dominicalia heroico carmine reddidit, adiectis breuibus argumentis. Liber excuſus Coloniæ apud Mar. Gymnicum,* 1549. *Item epiſtolas Dominicales & feſtiuales, heroico carmine, quas Ioan. Oporinus excudit vnà cum eiuſdem explicatione Euangeliorum per totum annum. Idem ſcripſit propempticon ad Melchiorem Acontium & Chriſtophorum Panonium in Sileſiā abeuntes, Vuitebergæ, Ioſephus Clug excudit,* 1537. *quat.* 4. *Itē epicedion Vuolfgangi comitis Hennenbergenſis bello Gallico interfecti. Vuitebergæ excuſ.* 1535. *Eiuſdem deſcriptiones ecclipſium aliquot excuſæ ſunt cum Laurentij Bonicontrij libris de rebus cœleſtibus. Claruit anno* 1559.

Georgij *Agricolæ medici Bermannus, ſiue de re metallica dialogus, excuſus Baſileæ apud Frob.* 1530. *De menſuris & ponderib. li.* 5. *Pariſijs apud Vuechelum,* 1533. *& quædam alia, à Frob. excuſa. Eiuſdem de bello aduerſus Turcam ſuſcipiendo ad Ferdinandum Vngariæ Boemiæq; regem & principes Germaniæ oratio, primum Germanice edita per Laur. Bermannum,* 1530. *deinde ab authore emendata, & vt ſcripta primum fuit Latine edita per Georgium Fabricium,* 1528. *excuſa Baſileæ à Frob. quat.* 4. *Eiuſdem de menſuris & ponderib. Ro. atq; Græcorum li.* 5. *Primus de menſuris Ro.* 2. *de menſuris Græcis.* 3 *de rerum quas metimur pondere.* 4. *de ponderib. Ro. De ponderib. Græcis. De externis menſuris & ponderib. li.* 2. *Ad ea quæ Andreas Alciatus denuo diſputauit de menſuris & ponderibus breuis defenſio. De mēſuris quib. interualla metimur li.* 1. *De reſtituendis ponderib. atq; menſuris li.* 1. *De precio metallorum & monetis li.* 3. *Baſileæ excuſi ſunt in officina Frobenianorum,* 1550. *in fol. chartis* 91. *Eiuſdem de ortu & cauſis ſubterraneorum li.* 5. *De natura eorum quæ effluunt ex terra li.* 4. *De natura foſsilium li.* 10. *De veterib. & nouis metallis lib.* 2. *Bermannus ſiue de re metallica dialogus. Interpretatio Germ. vocum rei metallicæ, addito indice fœcundiſsimo. Ibid. excuſi* 1546. *in fol. chartis* 135. *Eiuſdem de animantibus ſubterraneis liber ibid. excuſus eſt octern.* 7. *De re metallica li.* 12 *quibus officia, inſtrumenta, machinæ, ac omnia deniq; ad metallicam ſpectantia, non modo luculentiſsime deſcribuntur, ſed & per effigies ſuis locis inſertas, adiunctis Latinis Germanicisq; appellationibus, ita ob oculos ponuntur vt clarius tradi non poſsint. Eiuſdem de animantib. ſubterraneis liber ab auctore recognitus. Baſileæ* 1556. *in fol. Iidem libri etiam Germanice ibidem editi ſunt, Philip. Bechio interp.* 1557. *De peſte lib.* 3.

Georgius *Amirucius ſcripſit de his quæ Geographiæ debent adeſſe.*

Georgij *Anſelmi Parmenſis epigrammatum lib. ſeptem excuſi ſunt Parmæ apud Franciſcum Vgoletum, anno Domini* 1526.

Georgij *Antiocheni Epiſtolæ Græcè extant Venetys ad S. Antonium.*

Georgij *Autumni Conciones tres, Germanice. Iſlebij, anno* 1569.

* Georgij *Batici Heliberitanæ ſedis antiſtitis de Trinitate ſeu de fide liber, iam recens editus. In*

*octauo*

octauo Coloniæ apud Maternum Cholinum.

Georgius *Balſamo Græcus, ſcripſit quædam carmine & ſoluta oratione. Vixit in aula Saluiati Cardinalis. Gyraldus.*

* Georgius *Barth Oſnaburgenſis, ſcripſit vulgari idiomate contra Oſiandrum: contra Iudæos, Librum item ædidit de immortalitate animæ ad regem Daniæ: Homilias aliquot de Lazaro euulgauit.*

Georgius *Benignus, Archiepiſcopus Nazarenus, ſcripſit de Dialectica magnum volumen, excuſum Romæ. Eiuſdem pro Ioanne Reuchlino defenſio, cum præfationibus Hermanni Nuenarij comitis, & Martini Groningi Bremenſis* I.C. *Est autem dialogus an Iudæorum libri, quos Talmud appellant, ſint potius ſupprimendi quàm tenendi & reſeruandi. Vexillum Chriſtianæ victoriæ, lib.*1. *De aſſumptione virginis matris lib.*1. *Et alia. Claruit anno Domini* 1490.

Georgij *Bernardi, Diuiſiones in quatuor libros Inſtitutionum. Lugduni anno Domini* 1570. *in octauo.*

* Georgij *Berſmanni Annæbergenſis poemata, in libros duodecim diuiſa, in octauo Lypſiæ, Typis Vogelianis.*

* Georgij *de la Bele octo miſſæ. Antuerp.*1578.

Georgius *Binderus, Tiguri ludimagiſter, ſcripſit vernacula lingua Dramata quædam ſacra, & Huldrichi Zuinglij librum inſcriptum Subſidium, &c. in Germanicam linguam tranſtulit.*

Georgius *Birckmeier Vlmenſis indicē Theologicum compoſuit, editum Baſileæ anno* 1525.

Georgij *Bock Arlunenſis lucubrationes, iucundæ & vtiles. Excuſæ Baſileæ apud Henricum Petri.*

Georgius *Briobathus Germanus, Mathematicus inſignis, ſcripſit Theorica. Rap. Volater. lib.* 21. *Vrb. com. Forte Beurbachius.*

* Georgij *Brunij, Simonis Nouellani, Franciſci Hogenbergij, De præcipuis orbis terrarum ciuitatibus cum earundem delineationibus. Liber ſecundus in folio, Coloniæ apud auctores.*

Georgij *Bruxellenſis in logicam Ariſtotelis expoſitio, per omnes organi partes, ſermone barbaro: cum additionibus quibuſdam Thomæ Bricoti, excuſa Lugduni anno Domini* 1504. *apud Stephanum Gueynard. Eius interpretatio in Summulas Petri Hiſpani, cum Thomæ Bricot quæſtionibus, ibidem impreſſa apud Iannot de Campis, anno Domini* 1509.

Georgius *Buchananus Schotus rudimenta grammatices Latinæ, Thomæ Linacri ex Anglico ſermone in Latinum vertit: ea Nico. Brylingerus impreſſit Baſileæ, anno* 1542. *Extant eius et elegantiſſima poemata: Iephtes tragœdia Lutetiæ apud Vaſcoſanum. Franciſcanus & fratres, quibus acceſſerunt varia eiuſdem & aliorum poemata. Baſileæ apud Guarinum, anno* 1568. *Eiuſdem Pſalmorum paraprafis poetica, Geneuæ, Argentinæ & Antuerpiæ impreſſa in* 8. *& in* 16. * *Eiuſdem Baptiſtes ſiue calumnia Tragœdia, in* 8. *Francof. apud Wechelum. De iure regni apud Scotos Dialogus. Editio ſecunda. in* 8. *Edimburgi* 1580. *Pſalmi Dauidis ab eodem verſibus expreſſi: nunc primum modulis* IIII. V. VI. VII. VIII. *vocum à* I. *Seruino decantati.* 4. *Lugduni* 1580. *Rerum Scoticarum hiſtoria eodem auctore. Edimburgi in fol.* 1583.

Georgius *Bulleyn comes Rochefordiæ, & Annæ Reginæ frater in Anglico ſermone edidit Rhythmos elegantiſſimos lib.*1. *Obijt anno Domini* 1536. *Baleus.*

Georgij *Bulloci, S. Theologiæ profeſſoris, Oeconomia methodica concordantiarum ſacræ Scripturæ, Antuerpiæ apud Plantinum anno D.*1572. *in folio.*

Georgij *Buſchij pictoris Erdfurtani libelli duo de nouo cometa qui anno* 1572. *apparere incœpit. Erdfurti* 1573. *Germanice in* 4.

* Georgij *Calaminij Sileſij liber de literarum origine & propagatione. Elegiarum lib.*1. *Lyricorum liber* 1. *Epithalamion liber* 1. *Epigram. lib.*1. *in octauo, Argentorati apud Nicolaum Wiriot, anno Domini* 1582. *Eiuſdem Ecloga Daphnis ſeu Chriſtus patiens, in quarto. Argentorati. Verſio Tragœdiæ Phœniſſæ Euripidis, in* 8. *Argentorati, apud Nicolaum Wiriot.* 1580.

Georgij *Camariotæ, Encomium in tres Hierarchas, Baſilium, Gregorium, & Chryſoſtomum: Græcè manuſcript. in bibliotheca Regia.*

Georgius *Caſſander, Marci Accij Plauti ſententias & loquendi formulas venuſtiores ex omnibus comœdijs in gratiam ſtudioſæ iuuentutis decerpſit, & breuibus ſcholijs in ſingulas comœdias adiectis illuſtrauit. Sententiæ item breues & argutæ, cum breui commentarij ſingulis ſubiecti acceſſione. Gandaui excudebat Iodocus Lambertus* 1536. *in octauo. Eiuſdem Oratio panegyrica in laudem vrbis Brugarum & ſtudiorum humanitatis atque lectionis publicæ, tunc primum in ea vrbe inſtitutæ, à R.P.D. Ioanne Albio, eiuſdem vrbis ciue, epiſcopo Cubenſi habita Brugis nonis Maij anno D.*1541. *& eodem anno Gandaui impreſſa. Tabulæ breues & expeditæ in præceptiones rhetoricas, impreſſæ primum Antuerpiæ, poſtea Pariſijs recognitæ anno* 1548. *poſtremo Coloniæ per Martinum Gymnicum* 1550. *Tabulæ præceptionum dialecticarum, quæ quam breuiſſime & pleniſſime artis methodum complectuntur in puerorum & rudium gratiam. Coloniæ primum* 1545. *impreſſæ, poſtea Pariſijs recognitæ, & poſtremo auctæ & recognitæ. Coloniæ* 1550. *Tabulæ locorum dialecticorum. Ibidem. C. Plinij Secundi libro de viris illuſtribus, qui vulgo Cornelio Nepoti inſcribitur, adiecit aliquot illuſtrium virorum geſta, qui ante Proeam & cum Pompeio fuerūt, quorum nomina ſunt hæc, Euander, Latinus, Æneas, Aſcanius, M. Licinius Craſſus, M. Cato Vticenſis, C. Iulius Cæſar, M. Brutus, C. Caſſius, M. Tullius Cicero, Q. Sertorius, M. Antonius, M. Lepidus. Coloniæ excudit Gymnicus anno Domini* 1549. *Liber de viris illuſtribus continens vitas eorum qui commemorantur in ſacris biblijs vſq; ad regum hiſtoriam. Coloniæ,*

anno Domini 1550. Edidit etiam Honorij de prædeſtinatione & libero arbitrio dialogum nunquam antehac typis excuſum. Epiſtolas duas ad B. Auguſtinum de reliquijs Pelagianæ hæreſeos ad fidem vetuſti exemplaris recognitas, ſententias ex libris Auguſtini de prædeſtinatione ſanctorum, & de bono perſeuerantiæ, quibus ad ſuperiores epiſtolas reſpondetur. His addidit epiſtolam de eodem argumento. Coloniæ Syluius excudit, anno Domini 1512. B. Vigilij martyris & epiſcopi Tridentini opera edidit, inter quæ Diſputationem inter Sabellium, Fotinum, Arrium & Athanaſium nunquam ante hac integre editam ſuo authori vindicauit: ac addidit Commentarium de duabus in Chriſto naturis & vnica hypoſtaſi, aduerſus præcipuas huius ætatis hæreſes. Coloniæ, anno Domini 1555. Hymni eccleſiaſtici præſertim qui Ambroſiani dicuntur multis in locis recogniti, & multorum hymnorum acceſſione locupletati: cum ſcholijs opportunis in locis adiectis, quibus potiſſimum locutiones aliquot patrum & eccleſiaſtici ritus explicantur. Appendix de innuocando ſpiritu ſancto eiuſdem Caſſandri, Coloniæ, anno D. 1556. in quarto. Liturgica de ritu & ordine dominicæ cœnæ celebrandæ, quam celebrationem Græci Liturgiam, Latini Miſſam appellarunt, ex varijs monumentis & probatis ſcriptoribus collecta. Coloniæ apud hæredes Birkmanni 1558. Hunc libellum auctor aliquot capitum & teſtimoniorum acceſſione auctiorem reddidit, verum an ediderit poſtea ignoro. Preces eccleſiaſticæ quæ Collectæ vulgo dicuntur, ex varijs libris eccleſiaſticorum officiorum diligenter conquiſitæ & in ordinem digeſtæ, cum alijs nonnullis precationibus Collectarum ſpeciem referentibus. Coloniæ, anno Domini 1560. in decimoſexto. Ordo Romanus de officio Miſſæ. Libelli aliquot peruetuſti & authentici, continentes ordinem, quem pontifex præſertim Romanus, iam olim in celebrando officio Miſſæ obſeruare conſueuit, diuerſorum & antiquiſſimorum exemplarium manuſcriptorum diligenti inſpectione & collatione ſumma fide recogniti, & iam primum typis expreſſi. Coloniæ apud hæredes Birkmanni. Attribuitur etiam illi libellus primum Baſileæ poſtea Lutetiæ excuſus hoc titulo: De officio pij ac publicæ tranquillitatis vere amantis viri in hoc religionis diſſidio, anno Domini 1561. Idem libellus ſequenti anno editus eſt, adiecto altero libro hoc titulo, Defenſio inſontis libelli, de officio pij viri, aduerſus iniquum & importunum caſtigatorem, auctore Veranio Modeſto Pacimontano. De Baptiſmo infantum teſtimonia veterum eccleſiaſticorum ſcriptorum, qui intra 300. circiter annos à temporibus Apoſtolorum, hoc eſt ab exceſſu Ioannis Apoſtoli qui fuit annus plus paulo centeſimus à Chriſto nato, floruerunt. De origine Anabaptiſticæ ſectæ, & de auctoritate conſenſus eccleſiæ & catholicæ traditionis præfationes duæ, altera ad illuſtriſſimum principem Iuliæ, Cliuiæ, &c. Altera aduerſus anabaptiſtas, in qua oſtenditur hic baptiſmus diuinis quoque literis eſſe conſentaneus. Adiecta eſt breuis expoſitio de auctoritate conſuetudinis vniuerſalis baptizandorum infantum, & varijs ritibus baptiſmi celebrandi. Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birkmanni, anno Domini 1563. in octauo. * Eiuſdem compendium de vtraque ſpecie. Ialice extat. Eiuſdem de articulis religionis inter catholicos & proteſtantes controuerſis conſultatio ad inuictiſſimos Imperatores Auguſtos Ferdinandum I. & Maximilianum II. eius ſucceſſionem.

* Georgij Cæſij Catalogus omnium Cometarum ſecundum ſeriem annorum, à Diluuio vſque ad hunc præſentem 1579. annum conſpectorum, in octauo, Noribergæ.

Georgij Cedreni Annales, ſiue hiſtoriæ ab exordio mundi ad Iſacium Comnenum vſque compendium: Græce & Latine editi Guilielmo Xylandro interprete, Baſileæ apud Oporinum in magno folio 1566. Additæ ſunt ab interprete, annotationes & tabellæ chronologicæ.

Georgij Celeſtini conciones duæ, altera paulo ante obitum Ioannis Marchionis Brandeburgici, in ipſius principis præſentia, altera poſtea in funere eius habita. Francofurti ad Oderam anno Domini 1571.

Georgius Chadley ſcripſit in Apocalypſim S. Ioannis lib. 1. Annotationes aliquot lib. 1. Clarus anno 1365. Balens.

Georgij Chœroboſci de figuris poeticis, libellus Græce verſatur in Italia. Eiuſdem Onomaſticon laudatur à Stephano de vrbibus in Tamiathis.

* Georgius Cheroboſius de ſpiritibus, ſeu accentibus, in 4. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.

Georgius Choniates antidota Perſica in Græcum ſermonem tranſtulit: quem librum Diegus Hurtadus habet, Venetijs. * Eiuſdem hiſtoria incipiens inde ab Imperatore Leone qui fuit filius Alexij, in fol. M.S. in bibl. Imperat. Viennæ extat.

Cyri Georgij Chryſococcæ medici expoſitio εἰς τὴν σύνταξιν τῶν Περσῶν. Romæ ſeruatur in Vaticano.

Georgij Codonij funebris oratio in obitum Palatini principis & ducis Bipontini qui in Gallia in caſtris obijt 1569. Iunij 11. habita Neoburgi. Laugingæ 1570. German. Confutatio Papiſticæ inquiſitionis, pars prima in qua 24. articuli Ieſuitarum confutantur. Ibidem Germ.

Georgius Cælius Luſitanus, ſcripſit Epigrammata, item poema in conſecrationem Alphonſi infantis. R.E. Cardinalis. Gyraldus.

Georgius Coratius Veneus poeta celebris in lingua Italica, ſcripſit Prognen tragœdiam, & quædam alia.

Georgius Collimitius Tanſtetterus phyſicus, ſcripſit de applicatione aſtrologiæ ad medicinam, deque conuenientia earundem. De ratione dierũ criticorum canones. Super eadem re Axiomata nouem, de diebus criticis veſtigandis ex figura cœli, & puncto tẽporis quo laborare cœpit infirmus. De naturis & proprietatibus planetarũ compendium ex Albabitio, Firmico, & Haly. Item de miniſtratione pharmacorũ & phlebotomia canones poſtremi, Iudicium tempeſtatum. De portione boraria

veſtigandæ, tabula. Iudicium Albohazen Haly, de medico Aſtrologiæ imperito. Omnia excuſa Argentorati, anno 1531. Idem Vngariã deſcripſit, teſte Iacobo Zieglero. Eiuſdem & Ioachimi Vadiani ſcholia quædam in ſecundum librum Plinianæ hiſtoriæ mundi, vbi permulti errores Plinij oſtenduntur, excuſa Baſileæ apud Henricum Petri 1531. Eiuſdem Admonitio contra opinionem futuri diluuij proximo anno Domini 1524. ex quorundam Aſtrologorum prædictionibus conceptam: libellus Germanicus Viennæ impreſſus, anno D. 1523.

Georgij Conſtantini Παίγνια Conſtantinopolis & liber de ſapientia, Græcè ſeruantur apud Diegum Hurtadum.

Georgius Conſtantinus, Anglus, tranſtulit in vernaculam linguam Ioannis Wicleui concionem, De hominis villicatione, liber 1. claret in Germania ſenex. Baleus.

* Georgij Corinthij, de ſolæciſmo & barbariſmo, & de ſyntaxi, ſeu conſtructione orationis libellus. In 4. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.

Georgij Cracouij Pomerani elegiæ & epigrammata aliquot Græce ſcripta, Witenbergæ.

* Georgij Cropalij Miſſæ 5. vocũ. Venet. 1578.

Georgius Cruderus, ſuper Inſtitutionibus: commemoratur in Indice I.C.

Georgij Cruſij Harmouerenſis, Deſtriptio Bredenbergæ, quæ arx eſt in Hollandiæ cherſoneſo ſita, & nunc nouis ædificijs eleganter inſtaurata exornataq;, Argentorati, anno 1573.

* Georgij Cunelij facilis & expeditus modus conſtituendarum figurarum cœleſtium, ſeu vt vulgo vocant, thematum natalitiorum, ad imitationẽ præſtantiſſimorũ illorum Aſtronomorum Ioannis Stöfleri & Cypriani Leouitij, in gratiam & vtilitatem eorum, qui tabulis illis directionum & profectionum à Regiomontano conſcriptis, aliâs ad hanc doctrinam ſummè neceſſarijs deſtituitur. in quarto Lipſiæ 1583.

Georgij Curionis, medicinæ profeſſoris Witenbergæ, Diſputatio, ſiue propoſitiones aliquot diſputandæ, ibidem impreſſæ.

* Georgij Cypri ſermones contra blaſphæmias Beuæ, in 4. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.

Georgij Dardani, medici Placentini, tractatus quatuor de curatione morbi Gallici. Eiuſdem annotationes centum, in ſimplicium materia. Papiæ, apud Hieronymum Bartholum, añno 1568. in 8.

Georgius Dartona Cretenſis Homericos deôrum hymnos Latinitate donauit. Ioan. Soter excudit Salingiaci, cum reliquis Homeri operibus Latinis, anno 1540.

Georgij Dietrichi Cantiones Chriſtianæ funebres Latinæ & Germanicæ. Norimbergæ, anno 1569. in óctauo.

* Georgij Ebouffij Rerum in Gallia geſtarum, abſq; promulgato pacis edicto, menſe Maio, 1576. Ad hunc diem inſignis, eaq; ſuccincta narratio. in 8. Canthurij ex officina Amedæi Menalcæ.

* Georgij Eccardi Auguſtani propoſitiones de angelis bonis, defenſæ in ſchola Lauingana: præſide M. Philippo Halbrunnero. in 4.

Georgius Ederus I.C. Friſingenſis D D. Imperat. Ferdinandi & Maximiliani II. conſiliarius aulicus imperialis, ſcripſit Oeconomiam Bibliorũ, ſiue partitionum theologicarum libros quinque, quibus ſacræ ſcripturæ diſpoſitio, ſeu artificium & vis atq; ratio, in tabulis velut ad viuum exprimitur, vt non modo abſolutiſſimam complectantur vniuerſæ theologiæ ſummam atq; methodum (vt titulus pollicetur) ſed Commentarij etiam vice haberi queant. Additæ ſunt partitiones Catechiſmi catholici Tridentini eodem authore. Coloniæ impreſſ. anno Domini 1568. in folio. Epitome catechiſmi in tabulas digeſtum, impreſſum etiam eſt Coloniæ & Brixiæ in octauo. Idem ſcripſit catalogum rectorum & illuſtrium virorum gymnaſij Viennenſis, in quo præter elegantiſſimam temporum ſeriem, ſumma quædam continentur quaſi capita earum rerum quæ celeberrimæ huic academiæ ſub cuiuſq; magiſtratu, memoria contigerũt dignæ, ab anno 1237. vſq; ad annum 1559. Viennæ Auſtriæ excudebat Raphael Hoffhalter, añno Domini 1559. in quarto. Item, Ad rubricam Codicis de ſumma Trinitate, Orationẽm, pro fide Catholica, habitam Viennæ 1568. Budiſſinæ 1570. in octauo. Catechiſmi catholici compendium, cui acceſſit Catholica vniuerſi concilij Tridentini, de præcipuis doctrinæ Chriſtianæ articulis confeſſio. Coloniæ, anno D. 1571. Euangelica inquiſitio veræ & falſæ doctrinæ, contra impiam vulgi querelam, dicentis incertum eſſe quid cuiq; credendum ſit: vbi oſtenditur quomodo quis de fide certus eſſe poſſit. Dillingæ, anno Domini 1573. in quarto Germanice. * Eius Methodus Catechiſmi Catholici, antea ex Decreto conſilij Tridentini ſcripti, ad parochos, nunc verò hoc ordine ita accommodati, vt nedum parochis vtilis, at publice etiam pueris in ſcholis proponi queat. 16. Lugduni. Eiuſdem & trium Iuriſconſultorum reſponſa aduerſus obiecta Papæ, de Imperatoris electione, rtaione Imperij. in folio Manuſcrip. bibliotheca Imperat.

Georgius Fabritius Chemnicenſis ex Miſnia Germanus carmine varia ſcripſit. Odarum ad Deum omnipotentem lib. 3. quinquaginta nouem carminum generibus, Oporinus impreſſ. Baſileæ, anno Domini 1552. Hymnorum libros 2. carmine Iambico dimetrô. In primo hymni 24. de hiſtoria & meditatione mortis Chriſti. In ſecundo 27. de vſitatis feſtis & temporibus eccleſiæ continentur Oporinus excudit anno 1553. Victoriarum cœleſtiũ elegiaco carmine librum vnum: in quibus angelici, heroici & hoſtiles triumphi, ex veteri teſtamento deſumptis hiſtorijs deſcribuntur. Pietatis puerilis librum vnum elegiaco & mixtis quibuſdam carminum generibus. Oporinus eodem anno excudit. Itinerum librum vnum carmine heroico, epiſtolis ſex. Iter Romanum primum, Neapolitanum, Romanum ſecundum, Patauinum, Chemnicenſe, Argentoratenſe, Valentinus Papa Lipſiæ excudit añno 1547. & Oporinus Baſileæ anno 1551. additis locorum veterum & recentiorum appellationibus.



Digitized by Google

Epithalamiorum librum vnum Papa Lypſiæ excudit anno 1549. & 1551. chartis 4. Conſolationem ad Valentinum Grauium de morte Helenæ vxoris, idem impreßit anno 1550. Diſticha de hiſtoricis et chronographis Germanicis: Item de quibuſdã Muſicis, & ſeptem Græciæ ſapientibus, de quatuor ætatibus, de quatuor virtutibus, Argentorati Ioan. Scottus excudit anno 1546. Elegiam ad Philippum Melanchtonem De infante, qui quinto ante partum die plorauit in vtero materno, anno Domini 1551. Precationem ad Deum ſpiritum ſanctum, excuſam Lipſiæ & Norimbergæ. Vrbis Romæ deſcriptionem edidit, vno & viginti capitibus, ad optimorum authorum lectionem apprime vtilem et neceſſariam. Oporinus excudit, anno Domini 1551. octernionibus 12. Antiquitatis aliquot monumenta, ex ære, marmoribus membranisq́ veteribus deſcripſit atque collegit, & in duos libellos diſtinxit, edita Argentorati à Blaſio Fabricio, anno Domini 1540. iterum auctiora & correctiora Lipſiæ à Valentino Papa. Syntaxin Græcam cum examinatione regularum, & ordine orationis. Item de verbis anomalis. Impreßit Argentorati Wendelinus Rihelius anno 1546. octern. 8. & Vratiſlauiæ Andreas Winclerus anno Domini 1549. octern. 12. Et Pariſijs Guilielmus Morelius. Scholaſticos aliquot libellos edidit. Elegantiarũ puerilium, ad conficiendas epiſtolas ex Ciceronis epiſtolis libros tres collegit, impreſſos ſæpius à Valentino Papa Lipſiæ, & ab Andrea Winclero Vratiſlauiæ. Elegantiarum poeticarum ad facienda carmina, ex Ouidio, Tibullo, Propertio, librum vnum, diſtinctum in 217. titulos cum libello de ſyllabarum quantitate. Formularum loquendi ad vſum ſermonis communis et cotidiani, ex Plauto & Terentio libros duos. Sententias præterea Mimis ſimiles ſecundum ordinem literarum. Lipſiæ excudit Iacobus Bernaldus anno 1550. Addidit autem (vt ipſe in præfatione teſtatur) Publij verſus viginti in impreßis exemplaribus hactenus deſideratos, præterea multas alias ſententias ex antiquis poetis collectas, primum ex Latinis Liuio, Ennio, Accio, Pacuuio, Lucilio, Plauto, Cæcilio, Terentio, Pomponio, Varrone, Titinnio, Laberio, Catullo, Seneca, Martiale, Auſonio. Deinde ex Græcis Euripide, Ariſtophane, Menandro, Theophraſto, Cleanthe, quorum verſiculos partim Cicero, partim alij ſcriptores Latini tranſtulerunt. Emendauit aliquot ex veteribus auctoribus, quales ſunt Terentij fabulæ, impreſſæ Argentorati apud Rihelium, cum explicatione caſtigationum, in quibus multorum locorum obſcuritas declaratur, & veterum imitatio in pleriſque oſtenditur, anno Domini 1548. Hanc eius editionem ſecuti ſunt Iodocus Vuillichius Franckfordiæ, anno Domini 1550. Item Ioachimus Camerarius Lipſiæ, qui in epiſtola ad lectorem hanc editionem Fabricianam alijs omnibus præſtare, & ſingularem laudem atque prædicationem mereri, ait, ſiue diuturnum in apparando ſtudium, & elaborationis multiplices curas, ſeu omnium vndique adiumentorum ad perfectionem operis conquirendi ingentem & ſolicitam induſtriam, ſeu in cogitando & perpendendo, & ſua conferendo cum aliorum traditis, maximam ſedulitatem, ſeu etiam in dijudicando, & diſponendo grauitatem, & quod eſt caput in reponendo, mutandoq́, & ijs quæ cognouiſſet atque vidiſſet referendo, fidem ſpectes. Virgilij opera maiora ab eodem correcta, cum annotatiunculis lectionis emendatæ, excudit Valentinus Papa Lipſiæ, anno Domini 1551. & caſtigationes in eundem poetam Rihelius edidit, Virgilij quoque interpretes Seruium, Honoratum & Tiberium Claudium, Donatum, emendauit & vberiores edidit. In Seruium copioſum indicem, Hiobus Magdeburgus, in Donatum Fabricius collegit. Baſileæ excudit Henricus Petri anno Domini 1551. cum operibus Virgilij. Flauij Soſipatri Chariſij grammatici lib. 5. ex vetuſtis grammaticis, & collatione locorum in ipſo authore ſimilium emendauit, & primus in Germania edidit, Baſileæ ex officina Frobeniana. Breui etiam Helenium Acronem Horatij interpretem (cuius codicem manſcriptum vetuſtiſſimum habet) longe emendatiorem in publicum edet. Q. Horatij Flacci poemata, ab eodem illuſtrata argumentis & caſtigationibus, Lipſiæ 1571. in octauo. Poetarum veterum eccleſiaſticorum opera Chriſtiana, & operum reliquias ac fragmenta, collegit, emendauit, digeßit, & commentario quoque expoſuit. Oporinus impreßit anno 1564. in quarto. Continentur autem illo volumine poemata Alcimi, Ambroſij, Amœni, Aratoris, Columbani, Cypriani, Damaſi, Dracontij, Drepanij, Fortunati, Gregorij, Hilarij. Hymnographorum, Iuuenci, Lactantij, Mamerti, Merobaudis, Paulini conſularis, Paulini epiſcopi Nolani, Proſperi, Prudentij, Ruſtici, Sedulij, Tertulliani, Victorini Afri, Victorini Pictauienſis, Victoris Maſilienſis. Incertorum quorundam auctorum. Virorum illuſtrium ſacræ hiſtoriæ libri nouem. Lipſiæ anno Domini 1569. Regum Aſmonæorum & Idumæorum vſque ad deuaſtationem vrbis, hiſtoriæ ſacræ liber decimus. Lipſiæ, anno Domini 1570. Rerum Miſnicarum libri ſeptem: Electorum Saxoniæ lib. 1. Marchionum Miſnenſium lib. 1. Annalium vrbis Miſniæ lib. 3. Siffridi Miſnenſis presbyteri epitomes lib. 2. Lipſiæ curante Ernest. Vogelino in quarto. Grammaticorum veterum libelli de proprietate & differentijs Latini ſermonis: item de verbis apud Terent. ab ipſo collecti & editi. Lipſiæ 1569. in 8. Elegantiarum ex Plauto & Terent. lib. 2. Publij mimorum & ſententiarum ex poetis antiquis ſimilium lib. 1. cum eiuſdem & Eraſmi expoſitionibus. Baſileæ 1555. Elegantiarum puerilium ex M. Tulij Ciceronis epiſtolis lib. 3. Ibidem. Georgij Fabricij Epitomes proſodiæ, & elegantiarum poeticarum liber, additis exemplis. Lipſiæ in octauo. * Eius de re poetica libri 7. In 8. Pariſijs excuſi, & Lugduni de re poetica libri IV. Item Latinorum poetarũ comparationes ex Iulij Cæſaris Scaligeri Critico deſumptæ. In 16. Lugduni apud Ioan. Gaſonem 1582.

Georgius Ferrerz Iuriſcõſultus è Gallico ſermone in Latinum vertit leges quæ dicuntur, ſtatuta

ſtatuta

Digitized by Google

tuta magnæ chartæ,lib.1.Claruit anno Dom.1552. Baleus.

Georgij *Fladeri interpretatio Pſalmi quarti, Germanica.Budiſſinæ 1569.in duodecimo.*

Georgij *Flori Baldini de oratione & precibus compendium, excudit Henricus Petri Baſileæ in micropreſbytico,anno 1551. Vixit anno 1500.*

Georgius *Folberius ſcripſit Epigrammata quædam,lib.1.Diuerſi generis carmina lib.1. Elegantes conciones lib.1.Claruit anno 1530.Baleus.*

Georgius *Forbergerus & Hieronym. Haluerius hiſtorias Pauli Iouij ex Latina in Germanicam linguam tranſtulere. Francofurti 1570. Idem Forb.Hiſtorias 40.annorum nempe ab anno 1493. vſque ad annum 1533.præſertim à Germanis rerum in Italia geſtarum, à Franciſco Guicciardino conſcriptas Germanice reddidit in fol. Baſileæ 1574.*

Georgij *Franciotti,medici Lucenſis,tractatus de balneo Villenſi,in agro Lucenſi poſito,impreſſus eſt Venetijs à Iuntis cum aliorum ſcriptis de balneis.*

Georgij *de Frikenhauſen aduerſus iniurioſam in ſe inuectiuam apologia.*

Georgius *Gemiſtus Pleto Conſtantinop. multa & varia Græcis literis mandauit, quæ in Italiæ bibliothecis ſeruantur,et omnia eiuſdẽ opera Diegus Hurtadus habet. Sunt autem hæc: Ad regem liber:de virtutibus lib.1.paraphraſis in demonſtrationes,epicedion in reginam Helenam,liber de generatione deorum. Aduerſus librum pro dogmate Latinorum (nimirum quod ad ſpiritum ſanctum) demonſtrationes naturales de Deo, menſium & annorum ordo,ac dierum recenſio, oracula magica ſectatorum Zoroaſtris:quæ et Pariſijs impreſſa ſunt Græcè & Latinè ſeorſim 1538.abſque nomine Græci interpretis, qui Georgius Gemiſtus eſt hiſtorica & Geographica quædam huius authoris, vt ſunt Chotographia Peloponenſi & Theſſaliæ, idem Diegus Hurtadus habet, quæ etiam extant in bibliotheca Regia. De geſtis Græcorum poſt pugnam ad Mantineam per capita tractatio, duobus libris explicata:Græcè impreſ.in Aldi officina Venetijs, deinde Latinè M.Antonio Antimacho interprete, Baſileæ apud Rob.Winter,cum alijs quibuſdam. Libellus de ijs,in quibus Ariſtoteli cum Platone non conuenit, & quod potior ſit Platonis ſententia: excuſus Venetijs apud Scotum,cum Bernardini Donati Veronenſis Paraphraſi. Libellus contra Georgij Scholarij argumenta pro Ariſtotele,Bononiæ apud S.Saluatorem,ſed imperfectus extat.Eiuſdem elegans ac breuis quatuor virtutum explicatio Adolpho Occone phyſico Augſta.interprete,excuſſa Baſileæ apud Oporinum,anno 1552. In bibl. Imperat. Viennæ habetur Gemiſti Pletonis epitome hiſtoriarum Sicularum Græ.manuſ. in 4. Eiuſdem libellus de generatione Deorum ibid.manuſc.*

Georgius *de Gemmyngen,natione Germanus, præpoſitus & canonicus Spirenſis,ſcripſit de ratione duelli lib.1.de machinis bellicis lib. 1. de cura equorum & militum lib.1. orationes quaſdam in ſynodis & alibi habitas. Annotatiunculas pro confeſſoribus, excuſas Argentinæ apud Schurerium, anno Domini 1509.Claruit anno 1494.*

* Georgij *Gengeri* I.C. *& aliorum trium I.C. reſponſa aduerſus obiecta Papæ,de Imperatoris electione,rationeq; Imperij. In fol. ſcript.bibl.Imper.*

* Georgij *Gothardi Theologiæ Doctoris & Canonici Patauienſis, controuerſia de bonorum operum & ſacramentorum neceſſitate aduerſus noſtræ tempeſtatis hæreticos, duabus orationibus comprehenſa. Ingolſtadij excudebat Dauid Sartorius.*

Georgius *Greterus ex Auguſtana confeſſione & eiuſdem apologia, ac Lutheri & Melanchthonis aliorumq; ſcriptis, collegit articulos quibus complures qui Auguſtanam confeſſionem iactant aperte contradicunt. Dilingæ impreſſ.anno 1573. Germanice in quarto.*

Georgij *Hamaxurgi Orationes duæ, vna ad Hieronymum Wolphium præceptorem, vt ſuos in officia Mar.Tul. Ciceronis commentarios in publicum edat:altera Encomium Bibliothecæ Auguſtanæ ad Scholarchas : editæ cum commentarijs Wolphij in officia. Eiuſdem quoque carmen Græcum ijſdem commentarijs præfixum eſt.*

Georgius *Hartmannus Perſpectiuam, quam communem vocant, ſumma cura & diligentia emendauit & edidit, reſtituit etiam in quibus deficiebat demonſtrationibus. Petreius excudit Norimbergæ,anno Domini 1542. in quarto. Idem in epiſtola dedicatoria promittit ſe breui Opus ſuum de Vmbris in lucem editurum, quod an hactenus præſtiterit ignoro. * Eius perſpectiua,figuris illuſtrata per Paſchaſium Hamelium, Lutetiæ apud Ægidium Gourbinum 1556.*

Georgius *Hanerius aliqua Eraſmi adagia tranſtulit,non ad verbum,ſed ad phraſin Germanicam cum alijs quibuſdam Ioan.Murmellij.*

Georgius *Heniſch Bardfeldenſis & mathematicus Auguſtanus in Germanicam linguam tranſtulit hiſtoriam Contareni de bello Selimi contra Venetos. Petrus Perna impreſſit, anno Domini 1573. * Scripſit etiam epitome Geographice veteris & nouæ. In 8. Auguſtæ 1580. Item tabulas inſtitutionum aſtronomicarum confecit. Adiuncta eſt Sphera Procli cum textu Græco,è regione in latinam linguam conuerſo.4. Auguſtæ ex officina Michaelis Mangeri.*

* Georgij *Hiez Raſcinyni deſcriptio Vrbis Hieroſolymorum & omnium circumiacentium locorum in fol.M.S.*

Georgij *Hizleri Giengenſis, Tubingæ oratoriam & Græcas literas profitentis, oratio elegantiſſima de vita & obitu Leonardi Fuchſij medici clariſſimi,impreſſa Tubingæ in quarto.*

* Georgij *Honderlagij Medici opuſculum de medicina contra peſtem : & alijs præſeruatiuis pharmacis.*

Georgius *Hugo philoſophus,curator Altaichij inferioris (cœnobium eſt D. Benedicto dicatum) iuſſu Georgij ducis Latine perſcripſit Boios, vt Auentinus teſtatur.*

Georgius *Hermonymus Machometi vitam ex Græco in Latinum vertit: Robertus Winter excudit Baſileæ.*

Georgij *Holonij Leodienſis, Laurentias, tragœdia de martyrio conſtantiſſimi leuitæ, D. Laurentij, Romæ ſub Decio paſſi. Antuerpiæ impreſſa apud Ioannem Bellerum, anno* 1536.

Georgij *de Honeſtis Florentini, ſuper antidotario Meſuæ.*

Georgij *Ioachimi Rhetici, Medici & mathematici clariſſimi, narrationem primam de libris reuolutionum Nicolai Copernici Torannæi, quibus terram circa cœlum moueri aſſeritur, item eius encomium Boruſſiæ, Rob. Winter impreſſit Baſileæ,* 1541. *Præfationem in Arithmeticen excudit Crato Mylius Argentinæ, cum Philippi Melanchthonis declamationibus. Eius orationes de aſtronomia & geographia, & de phyſica, Norimbergæ excuſæ ſunt anno* 1542. *Ephemerides nouæ ad annum* 1551. *ab eodem exquiſita ratione & accurato ſtudio elaboratæ, ſecundum doctrinā Copernici, excuſæ ſunt, anno Domini* 1550. *chartis* 5. *Eiuſdem canon doctrinæ triangulorum ibidem excuſus eſt anno Domini* 1551. *Et denuo ſumma diligentia in* 4. *Baſileæ anno* 1580. *Recens inuentum eiuſdem qua ratione per rectarum linearum meteoroſcopica inſtrumenta* 5. *vel* 10. *pedum, obſeruationes capiantur, non minus exacte ac ſi* 100. *aut* 200. *pedum eſſent, excuſum eſt appendicis vice cum ſexto libro Pandectarum Conradi Geſneri, de geometria. Præter hæc iam edita promiſit Commentarios in Phænomena Euclidis. Commentariorum de aſtronomia li.* 9. *Tabulas angulorum & laterum triangulorum in planicie. Nouos canones in tabulas eclipſium Copernici. De Aſtronomiæ principijs lib.* 2. *Libros de eclipſibus & deſignationibus* ὑποθέσεων περὶ τῶν ἀντιλυπτικῶν. *Tabulas inæquabilium motuum. Hæc quidem in editione nouarum Ephemeridum anni* 1551. *ſtudioſis promiſit: verum in epiſtola quam ad Petrum Ramum ſcripſit anno Domini* 1568. *ita de ſuis libris ſcribit. Quæ ſequuntur opera Rame partim perfeci, partim adhuc ſub incude habeo. Primò cum indicarem à fundamentis mihi Aſtronomica & Geographica tractanda, de fabrica Canonis doctrinæ Triangulorum* 3. *libellos conſcripſi, & ex Algebraicis induſtrijs radices canonis exquiſiui. Porro minimum Canonem condidi pro vſu quotidiano, ad partes eius quæ ex centro ſeu diametri lineam centum millium. Maiorem verò pro exquiſitiori Geometrico ſerutinio partium centies millies centenum millium. At primam Canonis ſeriem adhuc plurium partium eſſe volui, iuxta hos characteres Indicos* 100000. 10000000000. 1000000000000000. *Et omnes non tantum ad partes lineæ ambitus, & partium ſcrupula prima, ſed & ad Decades ſecundorum ſcrupulorum ſunt exquiſitæ. Labor* 12. *annorum, cum ad hos labores ſemper aliquot Arithmetici mihi alendi fuerint. Secundo conſcripſi nouem librorum opus de doctrina Triangulorum globi cum angulo recto et ſine angulo recto. Huic accedit vnicus liber decem præceptorum de Triangulis in planitie, quem ſimiliter ad nouenarium librorum numerum augere conſtitui, ſi Deus vitam dederit. Tertio hos ſubſequitur opus nouem librorum* τῶν φαινομένων. *In his primo veras rationes capiendarum obſeruationum oſtendam, quibus exacte cognoſcamus vera loca ſyderum, luminum, planetarum, cometarum, necnon omnium quæ conſpiciuntur in ſublimi, Secundo Geographica etiam exercitia, Aſtronomicis ſubiungo. In hoc opere placuit nobis quaſi per luſum varias rationes oſtendere multarum nouarum Tabularum Aſtronomicarum & Geographicarum. Demonſtro tamen quomodo per ſolam Triangulorum doctrinam, à nobis traditam, & noſtro Triangulorum Canone ſine alijs tabulis omnia non minori facilitate exquirantur. Si Mercatores & Mercatorum logiſtæ, tantum, vt apparet operæ & diligentiæ collocant in ſuas logiſticas induſtrias, quas Italicas vocant Practicas, & alias omnis generis regulas, cur nos, qui ſublimiora his tractamus, non ſimiliter etiam logiſticas noſtrarum ſupputationum induſtrias exquiſiuerimus? In hoc etiam opere exempla omnium parergorum Geometricorum Procli introducuntur. Quarto nunc primum accedam ad hoc opus, quod & tibi in mentem venit, vt hypotheſibus artem Aſtronomicam liberem, ſolis contentus obſeruationibus. Atque vtinam haberemus omnium ætatum obſeruationes, idque iuxta noſtras capiendi obſeruationes, rationes traditas, quas omnino iudico eaſdem eſſe, quibus primi artis indagatores vſi ſunt, & talem tabularum modum exquiſiuerimus, quod non perpetua opus haberent emendatione. His ſubiungemus tabulas inæquabilium motuum, ex quibus loca ſyderum & omnia Phænomena, ſimili facilitate atque ex ipſis Ephemeridibus elicuerimus. In his omnibus ego longe iniquior ſum Ptolemæo, quam tu Euclidi, illumque magis flagello quàm tu Euclidem. Nam ſicut ſe habent domunculæ quas pueri luto & arena ædificant, ad Vitruuij ædificationes, ſeu palatia florentis Romæ: ita ſe habent magnæ Ptolemei conſtructiones, quas potius maximas deſtructiones appellaueris, ad veram & ſolidam de motibus ſiderum doctrinam, quam & Ægyptiorum Aſtronomiam dixeris, qui ſuis* RADIIS, *( quos Græci per imperitiam obeliſcos vocabant ) diuina plane mente præditi, has tractabant ſcientias, &c. Clariſſime Rame in his ſubſiſtere cogito, niſi quod Germanis meis Germanicam Aſtronomiam condo. In ea vero parte quæ eſt, de Effectibus ſiderum, Pandectas Aſtrologiæ in ordinem redigo. Sed & eius propriam condidi artem, antiquiſſimis artis fundamentis exquiſitis. Habeo etiam præ manibus nouas de rerum natura philoſophandi rationes, ex ſola naturæ contemplatione, omnibus antiquorum ſcriptis ſepoſitis. Idem in arte medica factito. Et cum plurimum Chemia delecter, ad eius artis fundamenta penetraui, vt ſeptem de ea libros delineauerim. Tot & tanta ſunt quæ tracto, & ad quæ mihi hactenus ars medica, meus Mæcenas ſumptus ſuppeditauit, &c. Hæc Rheticus ipſe, atque magna horum*

Digitized by Google

*rum librorum partem iam abſolutam ſe vidiſſe, ante quadriennium ad me ſcripſit ornatiſſimus vir Ioannes Laſicius Polonus.*

Georgius *Iodocus Benacum, carmine deſcripſit.*

Georgius *Ioye Bedfordienſis, tranſtulit ex lingua Latina in Anglicam Pſalterium Dauidicum ex Felice, Prouerbia Solomonis, Eccleſiaſten eiuſdem, Eſaiæ vaticinium, Hieremiæ prophetiam, Hortulum animæ, Melanchthonis de Coniugio librum. Zwinglium de vera & falſa religione. Scripſit præterea ſua quoque lingua, hoc eſt, Anglica, librum De labefactata eccleſia Mori. Ad priorem de Neuuenham lib. 1. Compendium paſſionis Chriſti. Apologiam ad Tyndale. De cœna Domini, De Baptiſmo et Euchariſtia. Matrimonij defenſionem. Onera cæremoniarum. Commentarios in Danielem. Contra Gardineri articulos. Refutationes eorundem, & alia multa. Claruit anno Domini* 1548.

Georgius *Kraut medicus, Galeatij de S. Sophia practicam correxit, & in lucem protulit, adiecto libro in artem paruam Galeni de principijs vniuerſalibus totius medicinæ, tam theoricæ, quàm practicæ, qui ex doctrina Auicennæ & aliorum congeſtus, vt habet inſcriptio, in tabulas magna ex parte digeſtus eſt.*

* Georgius *Kuppelich, ſcripſit germanica lingua: libellum Fidei, hoc eſt, de Chriſtianæ fidei articulorum certitudine, in Biblicis ſcripturis veteris & noui Teſtamenti fundata: & ad tempora nouiſſimæ dies accommodata. In 8. Francofurti, anno 1582. Item conſolationem ex ſcripturis ſanctis: & Inſtitutionem præparationis animorum ad appropinquantem nouiſſimum diem: omnibus Chriſtianis his calamitoſiſſimis temporibus vtilem. In 8. Francofurti, 1582.*

* Georgij *Langij Hauelbergenſis cantiones aliquot nouæ quinq; & ſex vocum. 4. Francofurdiæ Marchionum impreſſæ.*

Georgij *Lapithæ Cyprij verſus morales Græci numero 319. Venetijs in bibliotheca S. Antonij extant.*

* Georgij *Latalſki F. Comitis de Labiſchin Poloni oratio panegyrica, continens hiſtoriam belli inter Regem Poloniæ & Moſcum, qua Poloniæ Regi gratulatur de victoria de Moſco parta, & Liuonia recuperata. Anno 1582. Tiguri apud Froſchouerum. Adiectis epiſtolis D. Ioannis Sturmij, & D. Ioannis Guilhelm Stuckij, quibus Comiti de generoſis conatibus & præclaris ſtudijs gratulantur. Idem habet in manibus tractatus de Origine graduum ſuperiorum & inferiorum inter Principes. Perſequitur item orationem de Hæreſibus his temporibus peſtilentiſſimis.*

Georgij *Lauterbeci, de quæſtionibus ſeu tortura, quomodo à iudice illa vtendum ex Guidone de Suſaria, & 4. lib. Grillandi, breuis explicatio Germanica. Norimbergæ, anno 1570.*

* Georgij *Lautenbergij Differentiarum in iure lib. 2. Item definitionum ex vtroq; iure centuriæ 7. iuxta ſeriem literarum collocatæ. 8. Coloniæ.*

Georgij *Lautherij, liber de Miſſa contra Cyriacum Spangenbergium. Monaci, 1568. in 8. Eiuſdem refutatio falſæ gratulationis Iacobi Andreæ, quod concionatores & doctores ducatus Bauariæ Lutheranam doctrinam recceperint, German. Monaci, anno 1569. Conciones tres: Prima vbi quærenda ſit beatitudo: Secunda de ſalutari perceptione ſacramenti corporis & ſanguinis Domini. Tertia de vera pœnitentia. Monachij 1572.*

Georgij *Lecapeni de conſtructione verborum liber, excuſus Venetijs, apud Aldum, 1526. Lecapeni & Zaridæ Andronici epiſtolæ technologumenæ,* Ἐκλογὴ λέξεων, *(neſcio an eiuſdem Georgij) ſeruantur in Italia Græce, in bibliotheca Regis Gallorum.*

Georgius *Leonbergerus Ratiſponenſis,* I. C. *locos aliquot ſcripſit ad omnia Virgilij opera. Liber impreſſus Ingolſtadij, anno Domini 1542. chartis 5. Eiuſdem epicedion Elegiacum in Ioachimum Romani Imperij Marſchalcum in Bappenheim, impreſſum cum Io. Agricolæ Ammonij commentarijs in libellum Galeni de inæquali intemperie, Baſileæ apud Weſthemerum. Deſcriptio Circuizæ regionis quæ ſubeſt imperio epiſcopi Friſingenſis, impreſſa cum Io. Agricolæ aphoriſmis nouo ordine digeſtis. Promiſit etiam locos Ouidianos ſe breui editurum.*

Georgius *Latus, Ioannis Stobæi ſermones à Conrado Geſnero Latinitate donatos, in linguam Germanicam tranſtulit. Excuſos Baſileæ apud Ioan. Oporinum, anno Domini 1555. Idem Epigrammata varia eruditiſſime ſcripſit, quæ forſan aliquando in lucem venient. Floret adhuc in aula illuſtriſſ. principis Palatini Othonis Henrici eius vt vocant Cancellarius.*

* Georgij *Lideri Doctoris, Aureum vellus Chriſtianæ ciuitatis, de forma antiquiſſimæ propheticæ & apoſtolicæ eccleſiæ: qualis ea fuerit ante huius ſeculi diſſidia: addita vtriuſq; ſeculi ſtatus religionis comparatione: & commonefactione de veris remedijs (vti titulus pollicetur) tollendi diſſidia: quã præcedit hiſtorica narratio remediorum ſine fructu hactenus adhibitorũ, German. Ingolſtadij apud Ioannem Sartorium 1579.*

Georgius *Lieblerus Tenzlingenſis, Tubingæ phyſicæ profeſſor, Epitomen librorum Ariſtotelis phyſicorum præclaram ſcripſit, quæ Tubingæ & alibi explicari ſolet. * Eiuſdem oratio de cauſis corruptæ iuuentutis, habita Tubingæ, cum honores primæ laureæ 49. adoleſcentibus conferrentur. 4. Tubingæ, 1580.*

Georgius *Lilius ſcripſit Pontificum & Cæſarum Romanorum Laconica breuitate ſeriem. Item de regibus Angliæ chronicon. Venetijs apud Michaelem Tramezinum excuſum, 1548. Idem edidit tabulam Britanniæ. Claruit anno 1548.*

Georgij *Logi, carmen elegans ad Æternam ſapientiam pro editione Nicephori Calliſti Xantopuli, ſubiungitur epiſtolæ dedicatoriæ Ioan. Langi interpretis, in hiſtoriarum Nicephori editionem. Eiuſdem extant, præfatio in Gratium poetam & carmina quædam.*



Digitized by Google

* Georgij *Lyſthemij aulici concionatoris apud Electorem Saxoniæ, homiliæ quatuor de cœna Domini, quibus manifeſtum faceret Sacramentarium ſpiritum, Germanice. In 8. anno* 1577. *Eiuſdem armamentarium ſpirituale: refertum formulis precum, militiam ſequentibus recitandis: addita commendatione libelli, & demonſtratione etiam milites in caſtris beate ſiue pie viuere & mori poſſe, Germanice. In* 8. *Dreſdæ* 1582.

Georgius *Macropedius Germanus, ſcripſit comœdias & tragœdias aliquot, ex quibus apud Ioannem Gymnicum Coloniæ excuſæ ſunt, Andriſca, Hecaſtus, Rebelles, Aluta, Aſotus, Petriſcus, De paßione Chriſti, & de Suſanna. Eiuſdem Baſſarum, & Lazarum mendicum, Hermannus de Borculo excudit Traiecti, anno Domini* 1541. *Eiuſdem Calendarium, verſu heroico præcipuas eccleſiæ feſtiuitates complectens ſyllabatim, Heinricus Petri excudit cum libro Hadriani Iunij de anno ac menſibus. Eiuſdem Calendarius chirometricus, itẽ computus eccleſiaſticus, cum breui calculandi ratione, edita ſunt anno* 1541. *Eiuſdem methodus conſcribendi epiſtolas, impreſſa eſt Francofurti, anno Domini* 1568. *cum Lippo Brandolino de ratione ſcribendi.*

Georgius *Maior ſacræ Theologiæ profeſſor, in celeber. Academia Vuitebergenſi, plurima ſcripſit, quæ Vuitebergæ edita ſunt, ex his quædam in vnum coniuncta ſunt, tomis tribus in folio, quorum primus continet Enarrationes epiſtolarum ſancti Pauli. Secundus Homilias in Epiſtolas dierum dominicorum & feſtorum. Tertius, Homilias in Euangelia dominicalia & dies feſtos. Porrò præter hæc ſeparatim edita ſunt, Commonefactio ad eccleſiam catholicam, orthodoxam, de fugiendis & execrandis blaſphemijs Samoſatenicis, Arianis, Eunomianis, & alijs, contra Blandratam, & alios nonnullos huius ſectæ renouatores. Addita eſt doctrina de ſancta Trinitate refutationis loco. Vuitebergæ per Ioannem Lufft* 1569. *Repetitio, & poſtrema declaratio doctrinæ de iuſtificatione hominis coram Deo. Germanice* 1567. *Oratio de cõfuſionibus dogmatum veteribus & recentibus in eccleſia excitatis ab hominibus Fanaticis. Enarrationes epiſtolæ ad Hebræos. Conſolatio contra terrorem mortis, Germanica. De Germanica Bibliorum interpretatione admonitio, et confutatio cauſarum ob quas eorum lectione Laicos arcent Papiſtæ, item mendaciorum quæ ſpargunt contra Lutheri translationem. Septem partes homiliarum in Euangelia Dominicalia, & dierum feſtorum. Vuiteber. apud Ioannem Lufft in octauo. Admonitio de extremo iudicio ad conſolationem fidelium & terrorem impiorum neceſſaria hiſce afflictis temporibus. Vuitebergæ in quarto Germanice. Explicatio trium ſacrorum carminum noui fœderis, Beatæ virginis, Zachariæ, & Simeonis. Vuitebergæ ann. D.* 1565. *in* 8. *Germanice. Annotationes in Iuſtini hiſtorias, quæ impreſſæ ſunt Coloniæ apud Gymnicum, anno D.* 1537. & 1549. *Vitæ patrum excuſa Vuitebergæ* 1544. *cum præfatione Martini Lutheri. Tabula in Rhetoricam Philippi Melanchtonis, & D. Eraſmi Roter. de Copia: impreſſa Argentorati, cum Petri Moſellani ſchematibus ap. ud Egenolphum, & Pariſijs apud Wechelum. Elegantiores aliquot parabolæ, ex Eraſmi Roter. ſimilibus in puerorum vſum ſelectæ, & in locos communes redactæ, indicatis auctorum locis, ex quibus ſingulæ ſunt conquiſitæ, liber impreſſus Magdeburgi* 1537. *Sententiæ veterum poetarum, per locos communes digeſtæ, ibidem* 1537. *Et Argentinæ apud Ribelium, anno* 1538. *mox etiã Pariſijs in parua forma. De origine & authoritate verbi Dei, & quæ pontificum, patrum & conciliorum ſit authoritas admonitio: Catalogus doctorum eccleſiæ Dei à mundi initio ad noſtra tempora. Libellus excuſus primum Witenbergæ, & deinde Baſileæ, anno* 1550. *Refutatio horrendæ prophanationis cœnæ Domini, edita eſt Witenbergæ, chartis* 26. *De arbore conſanguinitatis & affinitatis regulæ eiuſdem, & tabellæ, eodem anno excuſæ Witenbergæ octern.* 40. *Quæſtiones rhetoricæ ex Cicerone, Quintiliano, & Philippo Melanchthone excerptæ, excuſæ ſunt cum orationibus aliquot, Tubingæ apud Morhardum* 1550.

* Georgij *Mayeri Monachienſis Deuotionale comprehendens in ſe pia quædam & religioſa exercitia ſiue precationes quotidie in & extra eccleſiam dicendas.*

Georgij *Mekardi, paſtoris eccleſiæ Euangelicæ Auguſtanæ, concio funebris habita cum funus duceretur Auguſtæ Vindelicorum D. Catharinæ comitiſſæ Ortenburgi: Item alia Concio de perſona & officio Chriſti. Auguſtæ, anno* 1570. *in octauo.*

* *Eiuſdem refutatio aliquot obiectionum vulgarium pontificiorum, Germanice in* 4. *cum præfatione Iacobi Andreæ. Tubingæ* 1574.

* Georgij *Melam aſſertio diuinæ veritatis ſub nomine libri concordiæ: aduerſus Innominati authoris conuitia: Germanice. In* 4. *Roſtochij* 1583.

Georgius *Merula, patria Alexandrinus, vtriuſq; linguæ eruditißimus, ſcripſit Ludouici Sfortiæ, ſuorumq; maiorum res geſtas multis voluminibus. Commentaria in Iuuenalem, in Statium, atque alios plures, emiſit centurias quaſdam, epiſtolarum libros multos. Eius commentarij in orationem Ciceronis pro Q. Ligario, impreſ. Baſileæ apud Rob. Winter. Et apud Oporinum, anno* 1553. *cum alijs diuerſorum in omnes Ciceronis orationes commentarijs. In Epiſtolam Ciceronis ad Lentulum Spintherem accurrata interpretatio: cum Commentarijs Vbertini Clerici in omnes Ciceronis Familiares epiſtolas* 1495. *Venetijs impreſſ. Annotationes breues & ſparſæ in Martialis epigrammata, ſuper ijs præcipue locis, quos Domitius Calderinus perperam expoſuiſſe ei viſus eſt: impreſſa Venetijs, & ipſis Domitij commentarijs paßim interpoſitæ* 1493 *Enarrationes priſcarum vocum: quæ in libris de re ruſtica Catonis, Varronis, Columellæ & Paladij inueniuntur, ordine literario: indicatis vbique locis, quibus apud illos authores leguntur: cum iiſdem authoribus excuſæ Lugduni apud Gryphium* 1535. *De geſtis ducum Mediolanenſium, ſiue de antiquitatibus*

Digitized by Google

tatibus Vicecomitum,lib.10. ad Ludouicum Sfortiam,excuſæ Romæ. Montisferrati deſcriptio,impreſſa opinor. Conflagratio Veſeui montis, ex Dione tranſlata, & impreſſa primum ab Aldo, deinde Baſileæ à Frobenio cum Suetonio,&c. Ex Dione tranſtulit vitas Cæſarum, Neruæ, Traiani,atque Adriani: quæ etiam impreſſæ ſunt. Epiſtolæ eius duæ leguntur vndecimo libro epiſtolarum Angeli Politiani. Claruit anno Domini 1494. Alexandri Aphrodiſei Problematum ſectiones 5. in Latinam linguam tranſtulit. Pariſijs excudit Ioan. Petit, anno Domini 1520.

* Georgij Methiminenſis oratio de paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti. 4. Græce, manuſcript. in bib. Imp. Viennæ.

Georgius Molitoris Nurenbergenſis, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. de paſſione Domini lib. 1. Sermones multos lib. 1. quæſtiones varias, & alia complura. Floruit anno 1484.

* Georgij de Monte maiori, excellentiſſimi poetæ, Cantio vera, Salamancæ Domingus Portonarius, 1571. Italice.

Georgij Morgenſtern Decretorum Doctoris, profeſſoris Lipſenſis, Sermones contra omnem mundi peruerſum ſtatum, Lipſiæ impreſſi à Wolfgango Monacenſi, anno D. 1501.

Georgij Mylij Bornenſis elegiarum libri duo, impreſſi Lipſiæ à Valentino Papa, anno Domini 1551.

Georgius Natta ſcripſit in 6. Decretal. de pactis. c. quamuis. Item in Clem. de verborum ſignificatione. Sæpe.

* Georgij Nicetæ epiſtolæ, de creatione hominis. 4. Ms. bib. Imp. Viennæ.

* Georgij Nicomediæ Archiepiſcopi, de cruce, quam falſo quidam Pſello aſcripſere, Græce Ms. In 4. bib. Imp. Viennæ.

Georgij Nigrini Battenburgenſis Carmen elegiacum de captiuitate Cereris. Marpugi 1555. Eiuſdem Iudæorum hoſtis, de fructibus Iudæorum Talmutiſtarum, qui noſtra ætate per Germaniam habitant, 1570. Confutatio ſecundæ Centuriæ Ioan. Naſi. Examẽ enchiridij Ioan. Naſi. De Iudæorum honeſtate & grauitate. Vrſellis tres hi libilli ſeparatim impreſſi ſunt 1571. Chronologia ab origine mundi ad noſtra vſq; tempora, ex ſacris Biblijs & probatis hiſtorijs deſumpta 1570. Vrſellis. De vera nobilitate & eius recto vſu, adhortatio ad nobiles adoleſcentes. Ibidem 1572. De ordinaria electione & vocatione miniſtrorum eccleſiæ, atque vnde eorum miniſterium efficax ſit. Ibidem 1573. Conciones 60. in Apocalypſim, additis figuris & earum explicatione carmine Latino & Germanico, ibidem, omnia Germanice 1573. * Eiuſdem Homiliæ quinquaginta in prophetam Danielem, Germanice, in fol. Vrſellis 1574. Stratologia aduerſus Gaſparum Francum, Germanice. In 4. Vrſellis 1574. Ignis purgatorij incertum fundamentum, certò perquiſitum, & demonſtratum ſcripturis ſanctis, Patrum, Conciliorum aliorumq; teſtimonijs: ex 14. funebribus orationibus D. Iacobi Feuchtij Suffraganei Bambergenſis, deſcriptum: vt cuiuis Catholico & Euangelico conſtet. 1. An ſit purgatorium. 2. Quid ſit. 3. Vbi ſit. 4. Cur ſit. 5. Quomodo inde animæ in cælos colligantur, Germanice. In 8. Argentinæ 1582. Eiuſdem conſolatorium ſcriptum ad afflictos Chriſtianos Colonienſes, qui ſua confeſſione à Papatu facta diſceſſione, in reformatæ eccleſiæ ſententiam ierunt: eoq; nomine perſecutionem patiuntur, Germanice. In quarto Heidelbergæ, anno Domini 1583. Idem doctiſſimum Martini Chemnicij examen decretorum Concilij Tridentini, in linguã Germanicam tranſtulit: id colligo ex refutationis Gaſparis Franci editione.

Georgius Nothauer, ſcripſit Carmen contra Philomuſum, ſcholaſticæ Theologiæ contemptorem.

* Georgij Obrechti I.C. Theſes pignoratitiæ propoſitæ, ad quas reſpondit Huldricus Dietrich: Quibus etiam dialogus de pignore, &c. quædam carmine complectens, adiectus eſt. 4. Argentorati excudebat Nicolaus Wyriot. Eiuſdem Oeconomia tituli C. & D. de procuratoribus & defenſoribus, anniuerſariæ diſputationis cauſa in Argentinenſiũ Academia per triduum propoſita. 4. Argentinæ. Diſputatio de cõmodato. Item Antithemata ſingula ex ſingulis Pandectarum & Codicis libris deſumpta, & in Academia Argentoratenſi ad diſputandũ propoſita. 4. Argentorati. Eiuſdem themata ex L. Placuit. 8. C. de Iudic. in Argentoratenſium Academia ad diſputandum propoſita. In 4. Argentorati Nicolaus Wyriot 1583.

Georgij Oldonini Cremonenſis, De primordio felicią ſucceſſu vrbis Venetæ lib. 3. elegiaco carmine. Elegiarum lib. 4. Epigrammatum lib. 3. Venetijs apud Franciſcum Marcolinum 1551.

* Georgij Othonis Torgenſis Melodiæ continentes introitus totius anni præcipuos, quinq; vocibus compoſitos. 8. Erphordiæ.

Georgius Præpoſitus Neoburgenſis, varia & iucunda in aſtronomia elaborauit: quæ feruntur extare Viennæ in Auſtria.

Georgius Pachymerius, qui Hieromnemon cognominatur, ſcripſit philoſophiæ compendium, quod extat in bibliotheca Medicum. Eiuſdem Epitome totius phyſicæ tractationis, fortaſsis idem liber ſuperiori, Romæ extat in Vaticana bibliotheca & expoſitio in logica. Hiſtoria. Commentarij in libros de auſcultatione naturali, ibidem ſeruantur, & apud Diegum Hurtadum Venetijs: qui etiam habet Paraphraſin huius authoris in mechanica Ariſtotelis. Paraphraſis in Dionyſium Areopagitam, Romæ in Vaticana. Epiſtolæ eius Græcæ, in quadam Italiæ bibliotheca extant. De ſex philoſophiæ definitionibus, De diuiſione philoſophiæ, De quinq; vocibus, De decem prædicamentis, Latine impreſſa Baſileæ per Ioannem Oporinum, cum Porphyrij 5. vocibus, & Ariſtotelis prædicamentis, &c. à Ioachimo Perionio verſis. Eiuſdem commentarij aut paraphraſis in libros Ethicorum extat Græcæ apud Hurtadum Mendozam. Fertur autem in omnia ferè Ariſtotelis opera paraphraſim ſcripſiſſe. Extant etiã eius 13.

Digitized by Google

*libri hiſtorici, manuſcripti, in Italia, vt opinor. Pachymerij in organum Ariſtotelis copioſæ expoſitiones Græcæ manuſcriptæ, in bibliotheca Sambuci. Eiuſdem lib. 12. Græce manuſcriptæ, paraphraſis totius philoſophiæ Ariſtotelicæ, in bibliotheca Auguſtana. In catalogo bibliothecæ Thergius nominatur. Paraphraſis eius in Areopagitam Græce, edita eſt Pariſijs cum operibus Dionyſij Areop. 1562. in 8. Eiuſdem hiſtoria & Logica problemata, Græce in bibliotheca regis Gallorum ſeruantur. Item de anima, de ſenſu, memoria, ſomno, vigilia, inſomnijs, &c. Ibidem. Eins Epitomen ſeu Paraphraſim in vniuerſam ferè Ariſtotelis philoſophiam, Philippus Bechius è Græco in Latinum conuertit. Baſileæ anno D. 1560. in folio.*

Georgij *Paneuphemi, præfecti Africæ, de Aſceteria, quæ à Catholica eccleſia defecerat in Alexandria: Græce Romæ in Vaticana.*

Georgius *Perpinianus ſcripſit quædam cõtra hæreticos.*

Georgius *de Peurbach, Germanus, ſcripſit varia: ſed quæ diligentia Andreæ Stiborij ad poſteros venerunt, ſunt: Theoricæ planetarum, opus inſigne, ſex primi libri epitomatis Almageſti tabulæ ecclipſium ſuper meridiano Vienenſi, collectio tabularum primi mobilis, & quarundam noua compoſitio cum ſingulari vſu, canones aſtrolabij, introductorium in arithmeticam, extenſio organi Ptolemæi pro vſu horarum Germanicarum ad omnia climata, cum demonſtratione, canones gnomonis cum noua tabula pulcherrima, compoſitio compaſſi, cum regula ad omnia climata: compoſitio nouæ virgæ viſoriæ, cum lineis & tabula noua. inſtrumentum pro veris coniunctionibus Solis et Lunæ, in quo vetus inſtrumentum de inſufficientia taxat, noua tabula, ſinus de decem minutis in decem, per multas millenarias partes, cum vſu: quæ plurimarum rerũ nouarum in aſtronomia accaſio fuit. modus componendi & demonſtrandi tabulam altitudinis Solis, modus deſcribendi horas ab occaſu in pariete, tabulæ æquationum motuum planetarum nouæ, nondũ perfectæ. tabula noua proportionis parallelorum ad gradus æquinoctialis, cum compoſitione eiuſdem. tabula noua ſtellarum fixarum. almanach perpetuum cum canonibus reduxit ad noſtra tempora. plura de quadrantibus. Calculauit & Almanach pro annis pluribus. fecit ſphæras ſolidas, & alia plura inſtrumenta. hæc ex primo ternione libri cuiuſdam Aſtronomici deſcripſimus. Elementa arithmetices practicæ, & Algorithmus de numeris integris, fractis, regulis communibus, & proportionibus. Liber excuſus Vuittenbergæ apud Ioſephum Klug anno 1536. cum elementis Geometritis ex Euclide, per Ioan. Vœgelin, cum præfationibus Philippi Melanththonis. Theoricæ nouæ planetarum cum ſuis figuris ibidem impreſſæ, 1535. Eædem prius excuſæ erant Ingolſtadij ex caſtigatione Petri Apiani, 1528. cum figuris: & Venetijs anno 1495. cum expoſitione Franciſci Capuani de Manfredonia, apud Simonem Beuilaquam, & deinde cum eiuſdem commentarijs 1499. & 1491. apud Gulielmum de Tridino, ſine commentarijs. Vide plura in Franciſci Capuano, & in Ioannem de Sacrobuſto. Tractatus ſuper propoſitiones Ptolemæi de ſinubus & chordis, impreſſus Norimbergæ 1541. cum alijs quibuſdam. Tabulæ eclipſium, impreſſæ Viennæ Auſtriæ, ni fallor, cum Ioan. de Monteregio tabula primi mobilis. De epitome Almageſti, partim à Georg. Purbachio, partim à Ioan. de Regiomonte confecta: vide in Ioan. de Reg. Eiuſdem canones pro compoſitione & vſu gnomonis, ſeu quadrati geometrici, excuſi ſunt Norimbergæ, anno Domini 1544. in 4. cum Ioan. Regimontani libello de Torqueto, Aſtrolabio armillari, &c. Et ſeorſim ibidem in folio chartis 5. anno Domini 1516.*

Georgij *Phædronis Rodochei medici, Chirurgia minor, hoc eſt, omnium vlcerum perfectæ curationis methodus, anno 1562. Halopyrgicæ ſiue Iatrochemica peſtis epidemicæ curatio. Item Chirurgia: Baſileæ cum libris Theophraſti de ſpiritibus Planetarum edita ſunt, anno 1571. in 4. Contra hunc ſcripſit Bernardus Deſſennius.*

Georgij *Pictorij Villingani, apud regiam curiam Enſisbemij ſuperioris Alſatiæ archiatri, tuendæ ſanitatis ratio, ſeptem dialogis per ſex rerum nõ naturalium ordinem conſcripta, & denuo locupletata. Eiuſdem ſucciſiuarum lectionum dialogi 9. Conuiuiorum libri tres. Henricus Petri excudit Baſileæ in octauo, anno Domini 1544. De tuenda ſanitate dialogos, idem antea anno 1549. excudit. Rei Medicæ compendium. Muſices epitome cum quinque vocibus. De cura omnium morborum. Separati ſermones. Sanitatis tuendæ methodus. Regulæ generales omnium morborum. Medicinales quæſtiones. De dæmonibus ac Epitome Magiæ ceremonialis vel Goetiæ. Et, An ſagæ mulieres ignis multa ſint damnandæ. Scholia in Theodorici Vlſenij Friſii libellum de Pharmacandi comprobata ratione. Scholia in Marbodei Galli poetæ dactilothecam. Carmen in laudem molaris & cotis lapidum. De peſte & papulis puerorum, &c. Omnia hæc impreſſa Baſileæ apud Henricum Petri. De fontibus medicatis 38. Germanice. De dolore capitis præſeruatiuum & curatiuũ. Medicinæ ſimplices compoſ. ad omnes partium corporis affectus. De ratione mittendi ſanguinem & cucurbitularum vſu. ζωοτρόφιον quorundam animalium naturas & proprietates rem medicam concernentes cõtinens. Scholia in Oppiani Halieutica. Commentaria in Q. Serenum Sammonicum. De apibus, cera, melle & quæ ex his conficiuntur. Sermonum conuiuialium apprime vtilium libri decem, deq́ue ebrietate luſus quidam. Item de ſublunarium dæmonum ortu, natura & illuſionibus, & quomodo pellendi ſint Iſagoge. Baſileæ, anno Domini 1571. in octauo. Gynæceum, in quo docetur qua ratione grauidæ multa pericula euitare queant. Germanice, Francofurti, anno Domini 1569. Phyſicarum quæſtionum Centuriæ 3. His accedunt quorundam magnorum auctorum errores, per eundem notati. Item Pantopolion contra opiniones philoſophorum, quis verus Deus, vnde Gentiles dij, &c. vna cum eccleſiæ ad*

Chriſtum

Chriſtum Threnodia, cum tribus dialogis, Baſileæ per Henricum Petri, anno 1568. in 8. Opera noua, in quibus mirifica, iocos, ſaleſq́, poetica, hiſtorica, & medica libris quinque complectitur. Baſileæ, anno Domini 1569.

Georgius *diaconus magnæ (vt ait Suidas) eccleſiæ, eiusq́ archiui præpoſitus, hoc eſt, vt Græci dicunt, chartophylax, cognomento Piſides dictus, Hexaemeron carmine Iambico tribus verſuum millibus conſcripſit: & ad Heraclium regem, bellum Perſarum. Scripſit item ſoluta oratione Abarica, & encomium in Anaſtaſium, qui pro Chriſtiana pietate occiſus eſt. Georgius Piſides, ſcripſit Iambis pulcherrimis contra Monophyſitarum hæreſim, teſte Nicephoro.*

ΓΕΩΡγίε αἰνίγματα τῦ ϗ Πισίδυς, *inſcriptio trimetra Iambica libri, qui neſcio in qua Italiæ bibliotheca latet, varia opuſcula continens: de æſtate, de mari, ad eos qui leges non metuunt, de augmento, de ſenſibus noſtris, Phyſiologiam de plantis, auibus, volatilibus, natatilibus, feris, reptilibus, & herbis. De generibus animalium. De locuſta, de hirundine, de malo Punica.*

* Georgij *Protectij (ſi recte legitur) in vniuerſum Ariſtotelis organum commentarij, cum ſchematibus & figuris. In quarto. Ms. bibl. Imperatoris Viennæ.*

Georgius *Pruner ex Ruſpach, pulcherrima inſtrumenta, & libros quoſdam in aſtrorum ſcientia collectos poſt ſe reliquit, quæ Viennæ Auſtriæ in bibliotheca facultatis artium extant.*

Georgius *Pylando, Germanus, tranſtulit Hippocratis lib. 4. de morbis, quos Wechelus excudit Pariſijs. Idem de morbis mulierum ſcripſit. Item annulum Aſtronomicum aut ſphæricū, excuſum Mediolani apud Vincentium Medam, anno 1544. quatern. 5. Obijt Mediolani eodem anno.*

* Georgij *Raw Muſicæ Enchiridion in ſchola Witenbergenſi congeſtum, 1546.*

Georgius *Reiſchius, Carthuſianus, ſcripſit Margaritam philoſophicam excuſ. in 4. ex recognitione Orontij cum appendicibus, anno 1535. Baſileæ. Eiuſdem (vt puto) liber artis metiendi, ſeu Geometr. praxeos, excuſus Pariſijs à Guilielmo Morelio, venit 6. denariolis Gallicis.*

Georgius *Relmiſius, ſcripſit rationarium Euangeliſtarum.*

Georgius *Riplay, Anglus, ſub D. Auguſt. titulo Canonicus regularis, ſcripſit Philoſophorum ſecreta. De rerū temperaturis. Hiſtoriam compaſſionis Mariæ. Alcumiſtarum myſteria. Compendiū Alchymiæ. Vitam D. Ioan. Brydlyngthon. Vitam D. Botulphi. De magia naturali. Theoricam quandam lib. 1. Concordantias Guidonis & Raimundi, lib. 1. Caſtellum 12. portarum, lib. 1. Hoc opus eſt de Calcinatione, Solutione, Separatione, cōiunctione, putrefactione, congelatione, multiplicatione, proiectione, & ſimilibus. Practicam Ceremonialē, lib. 1. Dicta Ægri, lib. 1. Dialogorum quoq́, lib. 1. De lapide philoſophico, lib. 1. Carmina & epiſtolas, lib. 1. & alia. Claruit anno 1490.*

Georgij *Rithaymeri, de orbis terrarum ſitu compendium, excuſ. eſt Norimbergæ à Petreio, anno D. 1538. Eodem anno ab authore ſcriptum Viennæ. *Eiuſdem Grammatica Græca. In octauo, Coloniæ 1536.*

Georgius *Rotallerus, Heſiodi opera & dies, Latine carmine elegiaco reddidit, & epigrammatum librum conſcripſit, Petrus Brubacchius excudit Francofurti, anno 1546. octern. 8. & dimidio. Idem Sophoclis fabulas tres, Alexandram, Electram, & Antigonem, carmine Latino tranſtulit. Gryphius excudit, anno 1550. Idem poſtea Sophoclis Tragœdias, quotquot extant, Latino carmine reddidit. Antuerpiæ Gulielmus Sylnius, anno 1570 in octauo.*

Georgius *Sabinus Brandeburgenſis, Philippi Melanchthonis gener, Iſocratis orationem de Concordia domi conſtituenda, & bello in Aſiam transferendo contra Barbaros, Latinam fecit: quæ excuſa eſt 1531. Edidit quoq́ Poemata aliquot excuſa Argentorati apud Cratonem Mylium, 1538. Eius etiam oratio de vtilitate ſtudiorum eloquentiæ, habita in Gymnaſio Francfordienſi, inſerta eſt Philip. Melanchth. declamationibus excuſis Argentinæ apud Cratonem Mylium. Idem conſcripſit libellum de electione & coronatione Caroli V. Romano. Imperat. excuſ. Coloniæ apud Hen. Mameranū. Item præcepta de carminibus ad veterum imitationem artificioſe componendis: impreſſa cum Mycilli ratione examinandorum verſuum, Francofurti 1569. *Et nuper cum ſcholijs Ioannis Schœfferi denuo excuſa Francofurti ad Viadrum, anno Domini 1580. Præterea Ioan. Funccius in Chronicis refert eundem ſcribere, quæ & quando per ordinem Teuthonicorum militum ſint geſta, & contra infideles barbaros perpetrata.*

* Georgij *Salmuth, philoſophiæ & medicinæ doctoris, Diſputationes tres Monſpeſſuli in Gallia habitæ, anno 78. & 79. nunc Lipſiæ excuſæ, anno Domini 1580.*

Georgij *Sauromani, equitis Germani, oratio panegyrica de laudibus Maximiliani Aug. nuncupato Carolo Ferdinando: impreſſa Baſileæ apud Ioan. Frobenium, anno 1520. cum panegyricis aliquot veterum. Eiuſdem oratio ad principes Chriſtianos, de religione & communi concordia: impreſſa eſt Romæ, anno 1529.*

Georgij *Saxoniæ ducis Epiſtola ad Lutherū, impreſſa Ingolſtadij, anno 1572.*

Georgius *Schaller, Germanicis Rythmis deſcripſit omnium animalium bipedum & quadrupedum naturas atque proprietates. Francofurti, anno 1569.*

* Georgij *Schezel, Caroloſtadij Anatoliæ virginis legenda, de reformatione Monaſteriorū, item de eſu carnium tractatus, manuſcriptus in bibliotheca Imperatoris.*

Georgius *Scholarius, defenſiones pro Ariſtotele ſcripſit, à Georgio Gemiſto refutatus, vt ſupra diximus. Georgij Scholarij in quinque voces Porphyrij. Item Monodia in dormitionem S. Mar-*

Digitized by Google

libri hiſtorici, manuſcripti, in Italia, vt opinor. Pachymerij in organum Ariſtotelis copioſæ expoſitiones Græcæ manuſcriptæ, in bibliotheca Sambuci. Eiuſdem lib. 12. Græce manuſcriptæ, paraphraſis totius philoſophiæ Ariſtotelicæ, in bibliotheca Auguſtana. In catalogo bibliothecæ Thergius nominatur. Paraphraſis eius in Areopagitam Græce, edita eſt Pariſijs cum operibus Dionyſij Areop. 1562. in 8. Eiuſdem hiſtoria & Logica problemata, Græce in bibliotheca regis Gallorum ſeruantur. Item de anima, de ſenſu, memoria, ſomno, vigilia, inſomnijs, &c. Ibidem. Eius Epitomen ſeu Paraphraſim in vniuerſam ferè Ariſtotelis philoſophiam, Philippus Bechius è Græco in Latinum conuertit. Baſileæ anno D. 1560. in folio.

Georgij Paneuphemi, præfecti Africæ, de Aſceteria, quæ à Catholica eccleſia defecerat in Alexandria: Græce Romæ in Vaticana.

Georgius Perpinianus ſcripſit quædam cōtra hæreticos.

Georgius de Peurbach, Germanus, ſcripſit varia: ſed quæ diligentia Andreæ Stiborij ad poſteros venerunt, ſunt: Theoricæ planetarum, opus inſigne, ſex primi libri epitomatis Almageſti tabulæ eclipſium ſuper meridiano Vienenſi, collectio tabularum primi mobilis, & quarundam noua compoſitio cum ſingulari vſu, canones aſtrolabij, introductorium in arithmeticam, extenſio organi Ptolemæi pro vſu horarum Germanicarum ad omnia climata, cum demonſtratione, canones gnomonis cum noua tabula pulcherrima, compoſitio compaſſi, cum regula ad omnia climata: compoſitio nouæ virgæ viſoriæ, cum lineis & tabula noua, inſtrumentum pro veris coniunctionibus Solis et Lunæ, in quo vetus inſtrumentum de inſufficientia taxat, noua tabula, ſinus de decem minutis in decem, per multas millenarias partes, cum vſu: quæ plurimarum rerū nouarum in aſtronomia accaſio fuit. modus componendi & demonſtrandi tabulam altitudinis Solis, modus deſcribendi horas ab occaſu in pariete, tabulæ æquationum motuum planetarum nouæ, nondū perfectæ. tabula noua proportionis parallelorum ad gradus æquinoctialis, cum compoſitione eiuſdem. tabula noua ſtellarum fixarum. almanach perpetuum cum canonibus reduxit ad noſtra tempora. plura de quadrantibus. Calculauit & Almanach pro annis pluribus. Fecit ſphæras ſolidas, & alia plura inſtrumenta. hæc ex primo ternione libri cuiuſdam Aſtronomici deſcripſimus. Elementa arithmetices practicæ, & Algorithmus de numeris integris, fractis, regulis communibus, & proportionibus. Liber excuſus Vuittenbergæ apud Ioſephum Klug anno 1536. cum elementis Geometricis ex Euclide, per Ioan. Vœgelin, cum præfationibus Philippi Melanthonis. Theoricæ nouæ planetarum cum ſuis figuris ibidem impreſſæ, 1535. Eædem prius excuſæ erant Ingolſtadij ex caſtigatione Petri Apiani, 1528. cum figuris: & Venetijs anno 1495. cum expoſitione Franciſci Capuani de Manfredonia, apud Simonem Beuilaquam, & deinde cum eiuſdem commentarijs 1499. & 1491. apud Gulielmum de Tridino, ſine commentarijs. Vide plura in Franciſci Capuano, & in Ioannem de Sacrobuſto. Tractatus ſuper propoſitiones Ptolemæi de ſinubus & chordis, impreſſus Norimbergæ 1541. cum alijs quibuſdam. Tabulæ eclipſium, impreſſæ Viennæ Auſtriæ, ni fallor, cum Ioan. de Monteregio tabula prima mobilis. De epitome Almageſti, partim à Georg. Purbachio, partim à Ioan. de Regiomonte confecta: vide in Ioan. de Reg. Eiuſdem canones pro compoſitione & vſu gnomonis, ſeu quadrati geometrici, excuſi ſunt Norembergæ, anno Domini 1544. in 4. cum Ioan. Regimontani libello de Torqueto, Aſtrolabio armillari, &c. Et ſeorſim ibidem in folio chartis 5. anno Domini 1516.

Georgij Phædronis Rodochei medici, Chirurgia minor, hoc eſt, omnium vlcerum perfectæ curationis methodus, anno 1562. Halopyrgicæ ſiue Iatrochemica peſtis epidemicæ curatio. Item Chirurgia: Baſileæ cum libris Theophraſti de ſpiritibus Planetarum edita ſunt, anno 1571. in 4. Contra hunc ſcripſit Bernardus Deſſennius.

Georgij Pictorij Villingani, apud regiam curiam Enſiſhemij ſuperioris Alſatiæ archiatri, tuendæ ſanitatis ratio, ſeptem dialogis per ſex rerum nō naturalium ordinem conſcripta, & denuo locupletata. Eiuſdem ſucciſiuarum lectionum dialogi 9. Conuiuiorum libri tres. Henricus Petri excudit Baſileæ in octauo, anno Domini 1544. De tuenda ſanitate dialogos, idem antea anno 1549. excudit. Rei Medicæ compendium. Muſices epitome cum quinque vocibus. De cura omnium morborum. Separati ſermones. Sanitatis tuendæ methodus. Regulæ generales omnium morborum. Medicinales quæſtiones. De dæmonibus ac Epitome Magiæ ceremonialis vel Goetiæ. Et, An ſagæ mulieres igni multa ſint damnandæ. Scholia in Theodorici Vlſenij Friſij libellum de Pharmacandi comprobata ratione. Scholia in Marbodei Galli poetæ dactilothecam. Carmen in laudem molaris & cotis lapidum. De peſte & papulis puerorum, &c. Omnia hæc impreſſa Baſileæ apud Henricum Petri. De fontibus medicatis 38. Germanice. De dolore capitis præſeruatiuum & curatiuū. Medicinæ ſimplices compoſ. ad omnes partium corporis affectus. De ratione mittendi ſanguinem & cucurbitularum vſu. ζωοτρόφιον quorundam animalium naturas & proprietates rem medicam concernentes cōtinens. Scholia in Oppiani Halieutica. Commentaria in Q. Serenum Sammonicum. De apibus, cera, melle & quæ ex his conficiuntur. Sermonum conuiuialium apprime vtilium libri decem, deque ebrietate luſus quidam. Item de ſublunarium dæmonum ortu, natura & illuſionibus, & quomodo pellendi ſint Iſagoge. Baſileæ, anno Domini 1571. in octauo. Gynæceum, in quo docetur qua ratione grauidæ multa pericula euitare queant. Germanice, Francofurti, anno Domini 1569. Phyſicarum quæſtionum Centuriæ 3. His accedunt quorundam magnorum auctorum errores, per eundem notati. Item Pantopolion contra opiniones philoſophorum, quis verus Deus, vnde Gentiles dij, &c. vna cum eccleſiæ ad

Chriſtum

Digitized by Google

*Chriſtum Threnodia, cum tribus dialogis, Baſileæ per Henricum Petri, anno* 1568. *in* 8. *Opera noua, in quibus mirifica, iocos, ſaleſq́, poetica, hiſtorica, & medica libris quinque complectitur. Baſileæ, anno Domini* 1569.

Georgius *diaconus magnæ (vt ait Suidas) ecclesiæ, eiusq́ archiui præpoſitus, hoc eſt, vt Græci dicunt, chartophylax, cognomento Piſides dictus, Hexaemeron carmine Iambico tribus verſuum millibus conſcripſit: & ad Heraclium regem, bellum Perſarum. Scripſit item ſoluta oratione Abarica, & encomium in Anaſtaſium, qui pro Chriſtiana pietate occiſus eſt. Georgius Piſides, ſcripſit Iambis pulcherrimis contra Monophyſitarum hæreſim, teſte Nicephoro.*

ΓΕΩΡγίου αἰνίγματα τοῦ Πισίδου, *inſcriptio trimetra Iambica libri, qui neſcio in qua Italiæ bibliotheca latet, varia opuſcula continens: de æſtate, de mari, ad eos qui leges non metuunt, de augmento, de ſenſibus noſtris, Phyſiologiam de plantis, auibus, volatilibus, natatilibus, feris, reptilibus, & herbis. De generibus animalium. De locuſta, de hirundine, de malo Punica.*

* Georgij *Protectij (ſi recte legitur) in vniuerſum Ariſtotelis organum commentarij, cum ſchematibus & figuris. In quarto. Ms. bibl. Imperatoris Viennæ.*

Georgius *Pruner ex Ruſpach, pulcherrima inſtrumenta, & libros quoſdam in aſtrorum ſcientia collectos poſt ſe reliquit, quæ Viennæ Auſtriæ in bibliotheca facultatis artium extant.*

Georgius *Pylando, Germanus, tranſtulit Hippocratis lib.* 4. *de morbis, quos Wechelus excudit Pariſijs. Idem de morbis mulierum ſcripſit. Item annulum Aſtronomicum aut ſphæricū, excuſum Mediolani apud Vincentium Medam, anno* 1544. *quatern.* 5. *Obijt Mediolani eodem anno.*

* Georgij *Raw Muſicæ Enchiridion in ſchola Witenbergenſi congeſtum,* 1546.

Georgius *Reiſchius, Carthuſianus, ſcripſit Margaritam philoſophicam excuſ. in* 4. *ex recognitione Orontij cum appendicibus, anno* 1535. *Baſileæ. Eiuſdem (vt puto) liber artis metiendi, ſeu Geometr. praxeos, excuſus Pariſijs à Guilielmo Morelio, venit* 6. *denariolis Gallicis.*

Georgius *Relmiſius, ſcripſit rationarium Euangeliſtarum.*

Georgius *Riplay, Anglus, ſub D. Auguſt. titulo Canonicus regularis, ſcripſit Philoſophorum ſecreta. De rerū temperaturis. Hiſtoriam compaſſionis Mariæ. Alcumiſtarum myſteria. Compendiū Alchymiæ. Vitam D. Ioan. Brydlyngthon. Vitam D. Botulphi. De magia naturali. Theoricam quandam lib.* 1. *Concordantias Guidonis & Raimundi, lib.* 1. *Caſtellum* 12. *portarum, lib.* 1. *Hoc opus eſt de Calcinatione, Solutione, Separatione, cōiunctione, putrefactione, congelatione, multiplicatione, proiectione, & ſimilibus. Practicam Ceremonialē, lib.* 1. *Dicta Ægri, lib.* 1. *Dialogorum quoq́, lib.* 1. *De lapide philoſophico, lib.* 1. *Carmina & epiſtolas, lib.* 1. *& alia. Claruit anno* 1490.

Georgij *Rithaymeri, de orbis terrarum ſitu compendium, excuſ. eſt Norimbergæ à Petreio, anno D.* 1538. *Eodem anno ab authore ſcriptum Viennæ.* **Eiuſdem Grammatica Græca. In octauo, Coloniæ* 1536.

Georgius *Rotallerus, Heſiodi opera & dies, Latine carmine elegiaco reddidit, & epigrammatum librum conſcripſit, Petrus Brubacchius excudit Francofurti, anno* 1546. *octern.* 8. *& dimidio. Idem Sophoclis fabulas tres, Alexandram, Electram, & Antigonem, carmine Latino tranſtulit. Gryphius excudit, anno* 1550. *Idem poſtea Sophoclis Tragœdias, quotquot extant, Latino carmine reddidit. Antuerpiæ Gulielmus Sylnius, anno* 1570 *in octauo.*

Georgius *Sabinus Brandeburgenſis, Philippi Melanchthonis gener, Iſocratis orationem de Concordia domi conſtituenda, & bello in Aſiam transferendo contra Barbaros, Latinam fecit: quæ excuſa eſt* 1531. *Edidit quoq́ Poemata aliquot excuſa Argentorati apud Cratonem Mylium,* 1538. *Eius etiam oratio de vtilitate ſtudiorum eloquentiæ, habita in Gymnaſio Francfordienſi; inſerta eſt Philip. Melanchth. declamationibus excuſis Argentinæ apud Cratonem Mylium. Idem conſcripſit libellum de electione & coronatione Caroli* V. *Romano. Imperat. excuſ. Coloniæ apud Hen. Mameranū. Item præcepta de carminibus ad veterum imitationem artificioſe componendis: impreſſa cum Mycilli ratione examinandorum verſuum, Francofurti* 1569. * *Et nuper cum ſcholijs Ioannis Schæfferi denuo excuſa Francofurti ad Viadrum, anno Domini* 1580. *Præterea Ioan. Functius in Chronicis refert eundem ſcribere, quæ & quando per ordinem Teuthonicorum militum ſint geſta, & contra infideles barbaros perpetrata.*

* Georgij *Salmuth, philoſophiæ & medicinæ doctoris, Diſputationes tres Monſpeſſuli in Gallia habitæ, anno* 78. *&* 79. *nunc Lipſiæ excuſæ, anno Domini* 1580.

Georgij *Sauromani, equitis Germani, oratio panegyrica de laudibus Maximiliani Aug. nuncupato Carolo Ferdinando: impreſſa Baſileæ apud Ioan. Frobenium, anno* 1520. *cum panegyricis aliquot veterum. Eiuſdem oratio ad principes Chriſtianos, de religione & communi concordia: impreſſa eſt Romæ, anno* 1529.

Georgij *Saxoniæ ducis Epiſtola ad Lutherū, impreſſa Ingolſtadij, anno* 1572.

Georgius *Schaller, Germanicis Rythmis deſcripſit omnium animalium bipedum & quadrupedum naturas atque proprietates. Francofurti, anno* 1569.

* Georgij *Schezel, Caroloſtadij Anatoliæ virginis legenda, de reformatione Monaſteriorū, item de eſu carnium tractatus, manuſcriptus in bibliotheca Imperatoris.*

Georgius *Scholarius, defenſiones pro Ariſtotele ſcripſit, à Georgio Gemiſto refutatus, vt ſupra diximus. Georgij Scholarij in quinque voces Porphyrij. Item Monodia in dormitionem S. Mar-*

Digitized by Google

*libri hiſtorici, manuſcripti, in Italia, vt opinor. Pachymerij in organum Ariſtotelis copioſæ expoſitiones Græcæ manuſcriptæ, in bibliotheca Sambuci. Eiuſdem lib. 12. Græce manuſcriptæ, paraphraſis totius philoſophiæ Ariſtotelicæ, in bibliotheca Auguſtana. In catalogo bibliothecæ Thergius nominatur. Paraphraſis eius in Areopagitam Græce, edita eſt Pariſijs cum operibus Dionyſij Areop. 1562. in 8. Eiuſdem hiſtoria & Logica problemata, Græce in bibliotheca regis Gallorum ſeruantur. Item de anima, de ſenſu, memoria, ſomno, vigilia, inſomnijs, &c. Ibidem. Eius Epitomen ſeu Paraphraſim in vniuerſam ferè Ariſtotelis philoſophiam, Philippus Bechius è Græco in Latinum conuertit. Baſileæ anno D. 1560. in folio.*

Georgij *Paneuphemi, præfecti Africæ, de Aſceteria, quæ à Catholica eccleſia defecerat in Alexandria: Græce Romæ in Vaticana.*

Georgius *Perpinianus ſcripſit quædam cõtra hæreticos.*

Georgius *de Peurbach, Germanus, ſcripſit varia: ſed quæ diligentia Andreæ Stiborij ad poſteros venerunt, ſunt: Theoricæ planetarum, opus inſigne, ſex primi libri epitomatis Almageſti tabulæ eclipſium ſuper meridiano Vienenſi, collectio tabularum primi mobilis, & quarundam noua compoſitio cum ſingulari vſu, canones aſtrolabij, introductorium in arithmeticam, extenſio organi Ptolemæi pro vſu horarum Germanicarum ad omnia climata, cum demonſtratione, canones gnomonis cum noua tabula pulcherrima, compoſitio compaſsi, cum regula ad omnia climata: compoſitio nouæ virgæ viſoriæ, cum lineis & tabula noua, inſtrumentum pro veris coniunctionibus Solis et Lunæ, in quo vetus inſtrumentum de inſufficientia taxat, noua tabula, ſinus de decem minutis in decem, per multas millenarias partes, cum vſu: quæ plurimarum rerũ nouarum in aſtronomia occaſio fuit. modus componendi & demonſtrandi tabulam altitudinis Solis, modus deſcribendi horas ab occaſu in pariete, tabulæ æquationum motuum planetarum nouæ, nondũ perfectæ. tabula noua proportionis parallelorum ad gradus æquinoctialis, cum compoſitione eiuſdem. tabula noua ſtellarum fixarum. almanach perpetuum cum canonibus reduxit ad noſtra tempora. plura de quadrantibus. Calculauit & Almanach pro annis pluribus. fecit ſphæras ſolidas, & alia plura inſtrumenta. hæc ex primo ternione libri cuiuſdam Aſtronomici deſcripſimus. Elementa arithmetices practicæ, & Algorithmus de numeris integris, fractis, regulis communibus, & proportionibus. Liber excuſus Vuittenbergæ apud Ioſephum Klug anno 1536. cum elementis Geometricis ex Euclide, per Ioan. Vœgelin, cum præfationibus Philippi Melanthonis. Theoricæ nouæ planetarum cum ſuis figuris ibidem impreſſæ, 1535. Eædem prius excuſæ erant Ingolſtadij ex caſtigatione Petri Apiani, 1528. cum figuris: & Venetijs anno 1495. cum expoſitione Franciſci Capuani de Manfredonia, apud Simonem Beuilaquam, & deinde cum eiuſdem commentarijs 1499. & 1491. apud Gulielmum de Tridino, ſine commentarijs. Vide plura in Franciſci Capuano, & in Ioannem de Sacrobuſto. Tractatus ſuper propoſitiones Ptolemæi de ſinubus & chordis, impreſſus Noribergæ 1541. cum alijs quibuſdam. Tabulæ eclipſium, impreſſæ Viennæ Auſtriæ, ni fallor, cum Ioan. de Monteregio tabula primi mobilis. De epitome Almageſti, partim à Georg. Purbachio, partim à Ioan. de Regiomonte confecta: vide in Ioan. de Reg. Eiuſdem canones pro compoſitione & vſu gnomonis, ſeu quadrati geometrici, excuſi ſunt Noribergæ, anno Domini 1544. in 4. cum Ioan. Regiomontani libello de Torqueto, Aſtrolabio armillari, &c. Et ſeorſim ibidem in folio chartis 5. anno Domini 1516.*

Georgij *Phædronis Rodochei medici, Chirurgia minor, hoc eſt, omnium vlcerum perfectæ curationis methodus, anno 1562. Halopyrgicæ ſiue Iatrochemica peſtis epidemicæ curatio. Item Chirurgia: Baſileæ cum libris Theophraſti de ſpiritibus Planetarum edita ſunt, anno 1571. in 4. Contra hunc ſcripſit Bernardus Deſſennius.*

Georgij *Pictorij Villingani, apud regiam curiam Enſisheimij ſuperioris Alſatiæ archiatri, tuendæ ſanitatis ratio, ſeptem dialogis per ſex rerum nõ naturalium ordinem conſcripta, & denuo locupletata. Eiuſdem ſucciſiuarum lectionum dialogi 9. Conuiuiorum libri tres. Henricus Petri excudit Baſileæ in octauo, anno Domini 1544. De tuenda ſanitate dialogos, idem antea anno 1549. excudit. Rei Medicæ compendium. Muſices epitome cum quinque vocibus. De cura omnium morborum. Separati ſermones. Sanitatis tuendæ methodus. Regulæ generales omnium morborum. Medicinales quæſtiones. De dæmonibus ac Epitome Magiæ ceremonialis vel Goetiæ. Et, An ſagæ mulieres ignis multa ſint damnandæ. Scholia in Theodorici Vlſenij Friſij libellum de Pharmacandi comprobata ratione. Scholia in Marbodei Galli poetæ dactilothecam. Carmen in laudem molaris & cotis lapidum. De peſte & papulis puerorum, &c. Omnia hæc impreſſa Baſileæ apud Henricum Petri. De fontibus medicatis 38. Germanice. De dolore capitis præſeruatiuum & curatiuũ. Medicinæ ſimplices compoſ. ad omnes partium corporis affectus. De ratione mittendi ſanguinem & cucurbitularum vſu.* ζωοτρόφειον *quorundam animalium naturas & proprietates rem medicam concernentes cõtinens. Scholia in Oppiani Halieutica. Commentaria in Q. Serenum Sammonicum. De apibus, cera, melle & quæ ex his conficiuntur. Sermonum conuiuialium apprime vtilium libri decem, deque ebrietate luſus quidam. Item de ſublunarium dæmonium ortu, natura & illuſionibus, & quomodo pellendi ſint Iſagoge. Baſileæ, anno Domini 1571. in octauo. Gynæceum, in quo docetur qua ratione grauidæ multa pericula euitare queant. Germanice, Francofurti, anno Domini 1569. Phyſicarum quæſtionum Centuriæ 3. His accedunt quorundam magnorum auctorum errores, per eundem notati. Item Pantopolion contra opiniones philoſophorum, quis verus Deus, vnde Gentiles dij, &c. vna cum eccleſiæ ad*

Chriſtum

*Chriſtum Threnodia, cum tribus dialogis, Baſileæ per Henricum Petri, anno 1568. in 8. Opera noua, in quibus mirifica, iocos, ſalesq́, poetica, hiſtorica, & medica libris quinque complectitur. Baſileæ, anno Domini 1569.*

Georgius *diaconus magnæ (vt ait Suidas) ecleſiæ, eiusq́ archiui præpoſitus, hoc eſt, vt Græci dicunt, chartophylax, cognomento Piſides dictus, Hexaemeron carmine Iambico tribus verſuum millibus conſcripſit: & ad Heraclium regem, bellum Perſarum. Scripſit item ſoluta oratione Abarica, & encomium in Anaſtaſium, qui pro Chriſtiana pietate occiſus eſt. Georgius Piſides, ſcripſit Iambis pulcherrimis contra Monophyſitarum hæreſim, teſte Nicephoro.*

ΓΕΩΡγίε αἰνίγματα τὰ ϗ Πισίδες, *inſcriptio trimetra Iambica libri, qui neſcio in qua Italiæ bibliotheca latet, varia opuſcula continens: de æſtate, de mari, ad eos qui leges non metuunt, de augmento, de ſenſibus noſtris, Phyſiologiam de plantis, auibus, volatilibus, natatilibus, feris, reptilibus, & herbis. De generibus animalium. De locuſta, de hirundine, de malo Punica.*

* Georgij *Protectij (ſi recte legitur) in vniuerſum Ariſtotelis organum commentarij, cum ſchematibus & figuris. In quarto. Ms. bibl. Imperatoris Viennæ.*

Georgius *Pruner ex Ruſpach, pulcherrima inſtrumenta, & libros quoſdam in aſtrorum ſcientia collectos poſt ſe reliquit, quæ Viennæ Auſtriæ in bibliotheca facultatis artium extant.*

Georgius *Pylando, Germanus, tranſtulit Hippocratis lib. 4. de morbis, quos Wechelus excudit Pariſijs. Idem de morbis mulierum ſcripſit. Item annulum Aſtronomicum aut ſphæricū, excuſum Mediolani apud Vincentium Medam, anno 1544. quatern. 5. Obijt Mediolani eodem anno.*

* Georgij *Raw Muſicæ Enchiridion in ſchola Witenbergenſi congeſtum, 1546.*

Georgius *Reiſchius, Carthuſianus, ſcripſit Margaritam philoſophicam excuſ. in 4. ex recognitione Orontij cum appendicibus, anno 1535. Baſileæ. Eiuſdem (vt puto) liber artis metiendi, ſeu Geometr. praxeos, excuſus Pariſijs à Guilielmo Morelio, venit 6. denariolis Gallicis.*

Georgius *Relmiſius, ſcripſit rationarium Euangeliſtarum.*

Georgius *Riplay, Anglus, ſub D. Auguſt. titulo Canonicus regularis, ſcripſit Philoſophorum ſecreta. De rerū temperaturis. Hiſtoriam compaſſionis Mariæ. Alcumiſtarum myſteria. Compendiū Alchymiæ. Vitam D. Ioan. Brydlyngthon. Vitam D. Botulphi. De magia naturali. Theoricam quandam lib. 1. Concordantias Guidonis & Raimundi, lib. 1. Caſtellum 12. portarum, lib. 1. Hoc opus eſt de Calcinatione, Solutione, Separatione, cōiunctione, putrefactione, congelatione, multiplicatione, proiectione, & ſimilibus. Practicam Ceremonialē, lib. 1. Dicta Ægri, lib. 1. Dialogorum quoq, lib. 1. De lapide philoſophico, lib. 1. Carmina & epiſtolas, lib. 1. & alia. Claruit anno 1490.*

Georgij *Rithaymeri, de orbis terrarum ſitu compendium, excuſ. eſt Norimbergæ à Petreio, anno D. 1538. Eodem anno ab authore ſcriptum Viennæ. *Eiuſdem Grammatica Græca. In octauo, Coloniæ 1536.*

Georgius *Rotallerus, Heſiodi opera & dies, Latine carmine elegiaco reddidit, & epigrammatum librum conſcripſit, Petrus Brubacchius excudit Francofurti, anno 1546. octern. 8. & dimidio. Idem Sophoclis fabulas tres, Alexandram, Electram, & Antigonem, carmine Latino tranſtulit. Gryphius excudit, anno 1550. Idem poſtea Sophoclis Tragœdias, quotquot extant, Latino carmine reddidit. Antuerpiæ Gulielmus Sylnius, anno 1570 in octauo.*

Georgius *Sabinus Brandeburgenſis, Philippi Melanchthonis gener, Iſocratis orationem de Concordia domi conſtituenda, & bello in Aſiam transferendo contra Barbaros, Latinam fecit: quæ excuſa eſt 1531. Edidit quoq, Poemata aliquot excuſa Argentorati apud Cratonem Mylium, 1538. Eius etiam oratio de vtilitate ſtudiorum eloquentiæ, habita in Gymnaſio Francfordienſi, inſerta eſt Philip. Melanchth. declamationibus excuſis Argentinæ apud Cratonem Mylium. Idem conſcripſit libellum de electione & coronatione Caroli V. Romano. Imperat. excuſ. Coloniæ apud Hen. Mameranū. Item præcepta de carminibus ad veterum imitationem artificioſe componendis: impreſſa cum Mycilli ratione examinandorum verſuum, Francofurti 1569. * Et nuper cum ſcholijs Ioannis Schœfferi denuo excuſa Francofurti ad Viadrum, anno Domini 1580. Præterea Ioan. Functius in Chronicis refert eundem ſcribere, quæ & quando per ordinem Teuthonicorum militum ſint geſta, & contra infideles barbaros perpetrata.*

* Georgij *Salmuth, philoſophiæ & medicinæ doctoris, Diſputationes tres Monſpeſſuli in Gallia habitæ, anno 78. & 79. nunc Lipſiæ excuſæ, anno Domini 1580.*

Georgij *Sauromani, equitis Germani, oratio panegyrica de laudibus Maximiliani Aug. nuncupato Carolo Ferdinando: impreſſa Baſileæ apud Ioan. Frobenium, anno 1520. cum panegyricis aliquot veterum. Eiuſdem oratio ad principes Chriſtianos, de religione & communi concordia: impreſſa eſt Romæ, anno 1529.*

Georgij *Saxoniæ ducis Epiſtola ad Lutherū, impreſſa Ingolſtadij, anno 1572.*

Georgius *Schaller, Germanicis Rythmis deſcripſit omnium animalium bipedum & quadrupedum naturas atque proprietates. Francofurti, anno 1569.*

* Georgij *Schezel, Caroloſtadij Anatoliæ virginis legenda, de reformatione Monaſteriorū, item de eſu carnium tractatus, manuſcriptus in bibliotheca Imperatoris.*

Georgius *Scholarius, defenſiones pro Ariſtotele ſcripſit, à Georgio Gemiſto refutatus, vt ſupra diximus. Georgij Scholarij in quinque voces Porphyrij. Item Monodia in dormitionem S. Mar-*

Gentilis *Papienſis ſcripſit Repertorium iuris.*

* Georgettæ *à Montenay emblemmata Chriſtiana. Lugd. Ioan. Martorellus* 1571.

Georgius *quidam de ſacrificijs Rhodijs, Athenæo citatur.*

Georgij *cuiuſdam Græci monachi hiſtoria têporum, ſiue chronica, à condito mundo vſq; ad regnum Nicephori Botaniatæ, extat manuſ. Venetijs in bibliotheca SS. Ioan. & Pauli: & apud Diegum Hurtadum Cæſaris legatum, ibidem.*

Georgij τῆς μεγάλης ἐκκλησίας στίχοι, *Romæ in Vaticana extant. Georgius quidam inter hymnorum ſacrorum auctores numeratur à Cyro Prodromo.*

Georgij *Achanthij Kelhaimanni partitiones in M. T. Ciceronis de rhethorica libros 4. ad C. Herenniũ, excuſæ ſunt Baſileæ apud Ioan. Oporinum* 1549. *De periculoſa & turbulenta noſtri ſeculi republica lamentatio, verſu Saphico. Venetijs* 1552.

* Georgij *Amerſeæ de incarnatione verbi, Elegia* XXV. 4. *Monachij.*

Georgij *principis ab Anhalt, præpoſiti Magdeburgenſis ac Miſnenſis oratio conſolatoria de dicto Chriſti, nemo rapiet oues meas ex manibus meis, &c. in ſynodo diœceſana Mersburgenſi recitata: excuſa eſt Lipſiæ apud Valentinũ Papam,* 1550. *Eiuſdem epithalamios concio Torgæ habita in nuptijs illuſtris D. Auguſti, ducis Saxoniæ, & Annæ Danici regis filiæ,* 1548. *die* 8. *Octob. excuſa Lipſiæ à Papa quatern.* 13. *Eiuſdem conciones* 4. *de vtraq; ſpecie ſacramenti, in quibus grauiſſimis argumentis aduerſariorum obiecta diluuntur & refutantur, impreſſæ, Lipſiæ per Vuolfgang. Guntherũ* 1551. *quatern.* 44. *Eiuſdem conſolatio ad Vuolfgangum fratrem in morbo. Eiuſd. conciones duæ de falſis prophetis, et vero vſu doctrinæ Chriſtianæ, in quibus errores Mersburgenſis epiſcopi Sidonij refellit. Eiuſdem cõciones & ſcripta omnia, complectentia ſummam veræ doctrinæ, quæ traditur in eccleſijs repurgatis: è Germanico in Latinum ſermonem conuerſa, & vtilibus ſcriptis ante non editis aucta. Vuitebergæ in fol.* 1570.* *Eiuſdem tractatus de ritu apoſtolico ordinationis vſitatæ in eccleſijs purioribus confeſſioni Auguſtanæ addictis. Eiuſdem ſententiæ de controuerſis articulis, opera & præfatione Selnecceri in lucem editus in* 8.

Georgius *Aemilius Mansfeldenſis, Germanus, edidit epigrammata elegiaca ad imagines mortis, excuſa Lugduni apud Frellonios, tum alijs quibuſdam* 1542. *Elegiacum carmen ad imagines in Apocalypſi Ioan. excuſas Francfordiæ* 1540. *apud Egenolph. cum enarratione. Extat eiuſdem de recenti inſtauratione ſcholæ Sygenſis, in ditione comitis Naſſaenſis, elegis. Querela de incendio artis Freudenbergenſis, & oppidi vicini eiuſdem nominis, in ditione Naſſaenſi, facto* 1540. *Item oratio Dominica cum duobus Pſalmis, omnia elegiaco carmine, impreſſa Francofordiæ apud Egenolph. Scripſit etiam annotationes in Eſaiæ caput* 53. *De paſſione, morte, & reſurrectione Chriſti. In Pſal. Dauidis* 1. 2. *&* 12. *In euangelia natiuitatis & trinitatis. Præterea ſacra aliquot eiuſdem argumenti carmina. Quæ omnia excuſa ſunt Baſileæ,* 1550. *Euangelia etiam Dominicalia heroico carmine reddidit, adiectis breuibus argumentis. Liber excuſus Coloniæ apud Mar. Gymnicum,* 1549. *Item epiſtolas Dominicales & feſtiuales, heroico carmine, quas Ioan. Oporinus excudit vnà cum eiuſdem explicatione Euangeliorum per totum annum. Idem ſcripſit propempticon ad Melchiorem Acontium & Chriſtophorum Panonium in Sileſiã abeuntes, Vuitebergæ, Ioſephus Clug excudit,* 1537. *quat.* 4. *Itẽ epicedion Vuolfgangi comitis Hennenbergenſis bello Gallico interfecti. Vuitebergæ excuſ.* 1535. *Eiuſdem deſcriptiones ecclipſium aliquot excuſæ ſunt cum Laurentij Bonicontrij libris de rebus cœleſtibus. Claruit anno* 1559.

Georgij *Agricolæ medici Bermannus, ſiue de re metallica dialogus, excuſus Baſileæ apud Frob.* 1530. *De menſuris & ponderib. li.* 5. *Pariſijs apud Vuechelum,* 1533. *& quædam alia, à Frob. excuſa. Eiuſdem de bello aduerſus Turcam ſuſcipiendo ad Ferdinandum Vngariæ Boemiæq; regem & principes Germaniæ oratio, primum Germanice edita per Laur. Bermannum,* 1530. *deinde ab authore emendata, & vt ſcripta primum fuit Latine edita per Georgium Fabricium,* 1528. *excuſa Baſileæ à Frob. quat.* 4. *Eiuſdem de menſuris & ponderib. Ro. atq; Græcorum li.* 5. *Primus de menſuris Ro.* 2. *de menſuris Græcis.* 3 *de rerum quas metimur pondere.* 4. *de ponderib. Ro. De ponderib. Græcis. De externis menſuris & ponderib. li.* 2. *Ad ea quæ Andreas Alciatus denuo diſputauit de menſuris & ponderibus breuis defenſio. De mẽſuris quib. interualla metimur li.* 1. *De reſtituendis ponderib. atq; menſuris li.* 1. *De precio metallorum & monetis li.* 3. *Baſileæ excuſi ſunt in officina Frobenianorum,* 1550. *in fol. chartis* 91. *Eiuſdem de ortu & cauſis ſubterraneorum li.* 5. *De natura eorum quæ effluunt ex terra li.* 4. *De natura foſſilium li.* 10. *De veterib. & nouis metallis lib.* 2. *Bermannus ſiue de re metallica dialogus. Interpretatio Germ. vocum rei metallicæ, addito indice fecundiſſimo. Ibid. excuſi* 1546. *in fol. chartis* 135. *Eiuſdem de animantibus ſubterraneis liber ibid. excuſus eſt octern.* 7. *De re metallica li.* 12. *quibus officia, inſtrumenta, machinæ, ac omnia deniq; ad metallicam ſpectantia, non modo luculentiſſime deſcribuntur, ſed & per effigies ſuis locis inſertas, adiunctis Latinis Germanicisq; appellationibus, ita ob oculos ponuntur vt clarius tradi non poſſint. Eiuſdem de animantib. ſubterraneis liber ab auctore recognitus. Baſileæ* 1556 *in fol. Iidem libri etiam Germanice ibidem editi ſunt, Philip. Bechio interp.* 1557. *De peſte lib.* 3.

Georgius *Amirucius ſcripſit de his quæ Geographiæ debent adeſſe.*

Georgij *Anſelmi Parmenſis epigrammatum lib. ſeptem excuſi ſunt Parmæ apud Franciſcum Vgoletum, anno Domini* 1526.

Georgij *Antiocheni Epiſtola Græcè extant Venetijs ad S. Antonium.*

Georgij *Autumni Conciones tres, Germanice. Islebij, anno* 1569.

* Georgij *Bætici Heliberitanæ ſedis antiſtitis de Trinitate ſeu de fide liber, iam recens editus. In*

*octano*

octauo Coloniæ apud Maternum Cholinum.

Georgius *Balſamo Græcus, ſcripſit quædam carmine & ſoluta oratione. Vixit in aula Saluiati Cardinalis. Gyraldus.*

* Georgius *Barth Oſnaburgenſis, ſcripſit vulgari idiomate contra Oſiandrum: contra Iudæos, Librum item ædidit de immortalitate animæ ad regem Daniæ: Homilias aliquot de Lazaro euulgauit.*

Georgius *Benignus, Archiepiſcopus Nazarenus, ſcripſit de Dialectica magnum volumen, excuſum Romæ. Eiuſdem pro Ioanne Reuchlino defenſio, cum præfationibus Hermanni Nuenarij comitis, & Martini Groningi Bremenſis* I.C. *Eſt autem dialogus an Iudæorum libri, quos Talmud appellant, ſint potius ſupprimendi quàm tenendi & reſeruandi. Vexillum Chriſtianæ victoriæ, lib.*1. *De aſſumptione virginis matris lib.*1. *Et alia. Claruit anno Domini* 1490.

Georgij *Bernardi, Diuiſiones in quatuor libros Inſtitutionum. Lugduni anno Domini* 1570. *in octauo.*

* Georgij *Berſmanni Annæbergenſis poemata, in libros duodecim diuiſa, in octauo Lypſiæ, Typis Vogelianis.*

* Georgij *de la Bele octo miſſæ. Antuerp.*1578.

Georgius *Binderus, Tiguri ludimagiſter, ſcripſit vernacula lingua Dramata quædam ſacra, & Huldrichi Zuinglij librum inſcriptum Subſidium, &c. in Germanicam linguam tranſtulit.*

Georgius *Birckmeier Vlmenſis indice Theologicum compoſuit, editum Baſileæ anno* 1525.

Georgij *Bock Arlunenſis lucubrationes, iucundæ & vtiles. Excuſæ Baſileæ apud Henricum Petri.*

Georgius *Briobathus Germanus, Mathematicus inſignis, ſcripſit Theorica. Rap. Volater. lib.* 21. *Vrb. com. Forte Beurbachius.*

* Georgij *Brunij, Simonis Nouellani, Franciſci Hogenbergij, De præcipuis orbis terrarum ciuitatibus cum earundem delineationibus. Liber ſecundus in folio, Coloniæ apud auctores.*

Georgij *Bruxellenſis in logicam Ariſtotelis expoſitio, per omnes organi partes, ſermone barbaro: cum additionibus quibuſdam Thomæ Bricoti, excuſa Lugduni anno Domini* 1504. *apud Stephanum Gueynard. Eius interpretatio in Summulas Petri Hiſpani, cum Thomæ Bricot quæſtionibus, ibidem impreſſa apud Iannot de Campis, anno Domini* 1509.

Georgius *Buchananus Scotus rudimenta grammatices Latinæ, Thomæ Linacri ex Anglico ſermone in Latinum vertit: ea Nico. Brylingerus impreſſit Baſileæ, anno* 1542. *Extant eius et elegantiſſima poemata: Iephtes tragœdia Lutetiæ apud Vaſcoſanum. Franciſcanus & fratres, quibus acceſſerunt varia eiuſdem & aliorum poemata. Baſileæ apud Guarinum, anno* 1568. *Eiuſdem Pſalmorum paraphraſis poetica, Geneuæ, Argentinæ & Antuerpiæ impreſſa in* 8. & *in* 16. * *Eiuſdem Baptiſtes ſiue calumnia Tragœdia, in* 8. *Francof. apud Wechelum. De iure regni apud Scotos Dialogus. Editio ſecunda. in* 8. *Edimburgi* 1580. *Pſalmi Dauidis ab eodem verſibus expreſſi: nunc primum modulis* IIII. V. VI. VII. VIII. *vocum à* I. *Seruino decantati.* 4. *Lugduni* 1580. *Rerum Scoticarum hiſtoria eodem auctore. Edimburgi in fol.*1583.

Georgius *Bulleyn comes Rocheſordiæ, & Annæ Reginæ frater in Anglico ſermone edidit Rhythmos elegantiſſimos lib.*1. *Obijt anno Domini* 1536. *Baleus.*

Georgij *Bulloci, S. Theologiæ profeſſoris, Oeconomia methodica concordantiarum ſacræ Scripturæ, Antuerpiæ apud Plantinum anno D.*1572. *in folio.*

Georgij *Buſchij pictoris Erdfurtani libelli duo de nouo cometa qui anno* 1572. *apparere incœpit. Erdfurti* 1573. *Germanice in* 4.

* Georgij *Calaminij Sileſij liber de literarum origine & propagatione. Elegiarum lib.*1. *Lyricorum liber* 1. *Epithalamion liber* 1. *Epigram. lib.*1. *in octauo, Argentorati apud Nicolaum Wiriot, anno Domini* 1582. *Eiuſdem Ecloga Daphnis ſeu Chriſtus patiens, in quarto. Argentorati. Verſio Tragœdiæ Phœniſſæ Euripidis, in* 8. *Argentorati, apud Nicolaum Wiriot.*1580.

Georgij *Camariotæ, Encomium in tres Hierarchas, Baſilium, Gregorium, & Chryſoſtomum: Græcè manuſcript. in bibliotheca Regia.*

Georgius *Caſſander, Marci Accij Plauti ſententias & loquendi formulas venuſtiores ex omnibus comœdijs in gratiam ſtudioſæ iuuentutis decerpſit, & breuibus ſcholijs in ſingulas comœdias adiectis illuſtrauit. Sententiæ item breues & argutæ, cum breui commentarij ſingulis ſubiecti acceſſione. Gandaui excudebat Iodocus Lambertus* 1536. *in octauo. Eiuſdem Oratio panegyrica in laudem vrbis Brugarum & ſtudiorum humanitatis atque lectionis publicæ, tunc primum in ea vrbe inſtitutæ, à R.P.D. Ioanne Albio, eiuſdem vrbis ciue, epiſcopo Cubenſi habita Brugis nonis Maij anno D.*1541. & *eodem anno Gandaui impreſſa. Tabulæ breues & expeditæ in præceptiones rhetoricas, impreſſæ primum Antuerpiæ, poſtea Pariſijs recognitæ anno* 1548. *poſtremo Coloniæ per Martinum Gymnicum* 1550. *Tabulæ præceptionum dialecticarum, quæ quam breuiſſime & pleniſſime artis methodum complectuntur in puerorum & rudium gratiam. Coloniæ primum* 1545. *impreſſæ, poſtea Pariſijs recognitæ, & poſtremo auctæ & recognitæ. Coloniæ* 1550. *Tabulæ locorum dialecticorum. Ibidem. C. Plinij Secundi libro de viris illuſtribus, qui vulgo Cornelio Nepoti inſcribitur, adiecit aliquot illuſtrium virorum geſta, qui ante Proream & cum Pompeio fuerũt, quorum nomina ſunt hæc, Euander, Latinus, Æneas, Aſcanius, M. Licinius Craſſus, M. Cato Vticenſis, C. Iulius Cæſar, M. Brutus, C. Caſſius, M. Tullius Cicero, Q. Sertorius, M. Antonius, M. Lepidus. Coloniæ excudit Gymnicus anno Domini* 1549. *Liber de viris illuſtribus continens vitas eorum qui commemorantur in ſacris biblijs vſq; ad regum hiſtoriam. Coloniæ,*



Digitized by Google

anno Domini 1550. Edidit etiam Honorij de prædeſtinatione & libero arbitrio dialogum nunquam antehac typis excuſum. Epiſtolas duas ad B. Auguſtinum de reliquijs Pelagianæ hæreſeos ad fidem vetuſti exemplaris recognitas, ſententias ex libris Auguſtini de prædeſtinatione ſanctorum, & de bono perſeuerantiæ, quibus ad ſuperiores epiſtolas reſpondetur. His addidit epiſtolam de eodem argumento. Coloniæ Syluius excudit, anno Domini 1512. B. Vigilij martyris & epiſcopi Tridentini opera edidit, inter quæ Diſputationem inter Sabellium, Fotinum, Arrium & Athanaſium nunquam ante hac integre editam ſuo authori vindicauit: ac addidit Commentarium de duabus in Chriſto naturis & vnica hypoſtaſi, aduerſus præcipuas huius ætatis hæreſes. Coloniæ, anno Domini 1555. Hymni eccleſiaſtici præſertim qui Ambroſiani dicuntur multis in locis recogniti, & multorum hymnorum acceſſione locupletati: cum ſcholijs opportunis in locis adiectis, quibus potiſſimum locutiones aliquot patrum & eccleſiaſtici ritus explicantur. Appendix de innuocando ſpiritu ſancto eiuſdem Caſſandri, Coloniæ, anno D. 1556. in quarto. Liturgica de ritu & ordine dominicæ cœnæ celebrandæ, quam celebrationem Græci Liturgiam, Latini Miſſam appellarunt, ex varijs monumentis & probatis ſcriptoribus collecta. Coloniæ apud hæredes Birkmanni 1558. Hunc libellum auctor aliquot capitum & teſtimoniorum acceſſione auctiorem reddidit, verum an ediderit poſtea ignoro. Preces eccleſiaſticæ quæ Collectæ vulgo dicuntur, ex varijs libris eccleſiaſticorum officiorum diligenter conquiſitæ & in ordinem digeſtæ, cum alijs nonnullis precationibus Collectarum ſpeciem referentibus. Coloniæ, anno Domini 1560. in decimoſexto. Ordo Romanus de officio Miſſæ. Libelli aliquot peruetuſti & authentici, continentes ordinem, quem pontifex præſertim Romanus, iam olim in celebrando officio Miſſæ obſeruare conſueuit, diuerſorum & antiquiſſimorum exemplarium manuſcriptorum diligenti inſpectione & collatione ſumma fide recogniti, & iam primum typis expreſſi. Coloniæ apud hæredes Birkmanni. Attribuitur etiam illi libellus primum Baſileæ poſtea Lutetiæ excuſus hoc titulo: De officio pij ac publicæ tranquillitatis vere amantis viri in hoc religionis diſſidio, anno Domini 1561. Idem libellus ſequenti anno editus eſt, adiecto altero libro hoc titulo, Defenſio inſontis libelli, de officio pij viri, aduerſus iniquum & importunum caſtigatorem, auctore Veranio Modeſto Pacimontano. De Baptiſmo infantum teſtimonia veterum eccleſiaſticorum ſcriptorum, qui intra 300. circiter annos à temporibus Apoſtolorum, hoc eſt ab exceſſu Ioannis Apoſtoli qui fuit annus plus paulo centeſimus à Chriſto nato, floruerunt. De origine Anabaptiſticæ ſectæ, & de auctoritate conſenſus eccleſiæ & catholicæ traditionis præfationes duæ, altera ad illuſtriſſimum principem Iuliæ, Cliuiæ, &c. Altera aduerſus anabaptiſtas, in qua oſtenditur hic baptiſmus diuinis quoque literis eſſe conſentaneus. Adiecta eſt breuis expoſitio de auctoritate conſuetudinis vniuerſalis baptizandorum infantum, & varijs ritibus baptiſmi celebrandi. Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birkmanni, anno Domini 1563. in octauo. * Eiuſdem compendium de vtraque ſpecie. Ialice extat. Eiuſdem de articulis religionis inter catholicos & proteſtantes controuerſis conſultatio ad inuictiſſimos Imperatores Auguſtos Ferdinandum I. & Maximilianum II. eius ſucceſſionem.

* Georgij Cæſij Catalogus omnium Cometarum ſecundum ſeriem annorum, à Diluuio vſque ad hunc præſentem 1579. annum conſpectorum, in octauo, Noribergæ.

Georgij Cedreni Annales, ſiue hiſtoriæ ab exordio mundi ad Iſacium Comnenum vſq; compendium: Græce & Latine editi Guilielmo Xylandro interprete, Baſileæ apud Oporinum in magno folio 1566. Additæ ſunt ab interprete, annotationes & tabellæ chronologicæ.

Georgij Celeſtini conciones duæ, altera paulo ante obitum Ioannis Marchionis Brandeburgici, in ipſius principis præſentia, altera poſtea in funere eius habita. Francofurti ad Oderam anno Domini 1571.

Georgius Chadley ſcripſit in Apocalypſim S. Ioannis lib. 1. Annotationes aliquot lib. 1. Claruit anno 1365. Baleus.

Georgij Chœroboſci de figuris poeticis, libellus Græce verſatur in Italia. Eiuſdem Onomaſticon laudatur à Stephano de vrbibus in Tamiathis.

* Georgius Cheroboſius de ſpiritibus, ſeu accentibus, in 4. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.

Georgius Choniates antidota Perſica in Græcum ſermonem tranſtulit: quem librum Diegus Hurtadus habet, Venetijs. * Eiuſdem hiſtoria incipiens inde ab Imperatore Leone qui fuit filius Alexij, in fol. M.S. in bibl. Imperat. Viennæ extat.

Cyri Georgij Chryſococcæ medici expoſitio εἰς τὴν σύνταξιν τῶν Περσῶν. Romæ ſeruatur in Vaticano.

Georgij Codonij funebris oratio in obitum Palatini principis & ducis Bipontini qui in Galliæ caſtris obijt 1569. Iunij 11. habita Neoburgi. Laugingæ 1570. German. Confutatio Papiſticæ inquiſitionis, pars prima in qua 24. articuli Ieſuitarum confutantur. Ibidem Germ.

Georgius Cælius Luſitanus, ſcripſit Epigrammata, item poema in conſecrationem Alphonſi infantis. R.E. Cardinalis. Gyraldus.

Georgius Coratius Venetus poeta celebris in lingua Italica, ſcripſit Prognen tragœdiam, & quædam alia.

Georgius Collimitius Tanſtetterus phyſicus, ſcripſit de applicatione aſtrologiæ ad medicinam, deq; conuenientia earundem. De ratione dierũ criticorum canones. Super eadem re Axiomata nouem, de diebus criticis veſtigandis ex figura cœli, & puncto tẽporis quo laborare cœpit infirmus. De naturis & proprietatibus planetarũ compendium ex Albabitio, Firmico, & Haly. Item de miniſtratione pharmacorũ & phlebotomia canones poſtremi, Iudicium tempeſtatum. De portione horaria veſtiganda,

*veſtigandæ tabula. Iudicium Albohazen Haly, de medico Aſtrologiæ imperito. Omnia excuſa Argentorati, anno 1531. Idem Vngariã deſcripſit, teſte Iacobo Ziegiero. Eiuſdem & Ioachimi Vadiani ſcholia quædam in ſecundum librum Plinianæ hiſtoriæ mundi, vbi permulti errores Plinij oſtenduntur, excuſa Baſileæ apud Henricum Petri 1531. Eiuſdem Admonitio contra opinionem futuri diluuij proximo anno Domini 1524. ex quorundam Aſtrologorum prædictionibus conceptam: libellus Germanicus Viennæ impreſſus, anno D. 1523.*

Georgij *Conſtantini* πόνημα *Conſtantinopolis & liber de ſapientia, Græcè ſeruantur apud Diegum Hurtadum.*

Georgius *Conſtantinus, Anglus, tranſtulit in vernaculam linguam Ioannis Wicleui concionem, De hominis villicatione, liber 1. claret in Germania ſenex. Baleus.*

* Georgij *Corinthij, de ſolæciſmo & barbariſmo, & de ſyntaxi, ſeu conſtructione orationis libellus. In 4. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.*

Georgij *Cracouij Pomerani elegiæ & epigrammata aliquot Græce ſcripta, Witenbergæ.*

* Georgij *Cropalij Miſſæ 5. vocũ. Venet.* 1578.

Georgius *Cruderus, ſuper Inſtitutionibus: commemoratur in Indice* I.C.

Georgij *Cruſij Harmouerenſis, Deſcriptio Bredenbergæ, quæ arx eſt in Hollandiæ cherſoneſo ſita, & nunc nouis ædificijs eleganter inſtaurata exornataq́, Argentorati, anno* 1573.

* Georgij *Cunelij facilis & expeditus modus conſtituendarum figurarum cæleſtium, ſeu vt vulgo vocant, thematum natalitiorum, ad imitationẽ præſtantiſſimorũ illorum Aſtronomorum Ioannis Stöfleri & Cypriani Leouitij, in gratiam & vtilitatem eorum, qui tabulis illis directionum & profectionum à Regiomontano conſcriptis, aliâs ad hanc doctrinam ſummè neceſſarijs deſtituũtur. in quarto Lipſiæ 1583.*

Georgij *Curionis, medicinæ profeſſoris Witenbergæ, Diſputatio, ſiue propoſitiones aliquot diſputandæ, ibidem impreſſæ.*

* Georgij *Cypri ſermones contra blaſphæmias Beuæ, in 4. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.*

Georgij *Dardani, medici Placentini, tractatus quatuor de curatione morbi Gallici. Eiuſdem annotationes centum, in ſimplicium materia. Papiæ, apud Hieronymum Bartholum, anño 1568. in 8.*

Georgius *Dartona Cretenſis Homericos deorum hymnos Latinitate donauit. Ioan. Soter excudit Salırgiaci, cum reliquis Homeri operibus Latinis, anno 1540.*

Georgij *Dietrichi Cantiones Chriſtianæ funebres Latinæ & Germanicæ. Norimbergæ, anno 1569. in octauo.*

* Georgij *Ebouffij Rerum in Gallia geſtarum, abſq́ promulgato pacis edicto, menſe Maio, 1576. Ad hunc diem inſignis, eaq́ ſuccincta narratio. in 8. Canthurij ex officina Amedæi Menalcæ.*

* Georgij *Eccardi Auguſtani propoſitiones de angelis bonis, defenſæ in ſchola Lauingana: præſide M. Philippo Halbrunnero. in 4.*

Georgius *Ederus I.C. Friſingenſis D D. Imperat. Ferdinandi & Maximiliani II. conſiliarius aulicus imperialis, ſcripſit Oeconomiam Bibliorũ, ſiue partitionum theologicarum libros quinque, quibus ſacræ ſcripturæ diſpoſitio, ſeu artificium & vis atq́ ratio, in tabulis velut ad viuum exprimitur, vt non modo abſolutiſſimam complectantur vniuerſæ theologiæ ſummam atq́ methodum (vt titulus pollicetur) ſed Commentarij etiam vice haberi queant. Additæ ſunt partitiones Catechiſmi catholici Tridentini eodem authore. Coloniæ impreſſ. anno Domini 1568. in folio. Epitome catechiſmi in tabulas digeſtum, impreſſum etiam eſt Coloniæ & Brixiæ in octauo. Idem ſcripſit catalogum rectorum & illuſtrium virorum gymnaſij Viennenſis, in quo præter elegantiſſimam temporum ſeriem, ſumma quædam continentur quaſi capita earum rerum quæ celeberrimæ huic academiæ ſub cuiuſq́ magiſtratu, memoria contigerũt digna, ab anno 1237. vſq́ ad annum 1559. Viennæ Auſtriæ excudebat Raphael Hoffhalter, añno Domini 1559. in quarto. Item, Ad rubricam Codicis de ſumma Trinitate, Orationẽm, pro fide Catholica, habitam Viennæ 1568. Budiſſinæ 1570. in octauo. Catechiſmi catholici compendium, cui acceſſit Catholica vniuerſi concilij Tridentini, de præcipuis doctrinæ Chriſtianæ articulis confeſſio. Coloniæ, anno D. 1571. Euangelica inquiſitio veræ & falſæ doctrinæ, contra impiam vulgi querelam, dicentis incertum eſſe quid cuiq́ credendum ſit: vbi oſtenditur quomodo quis de fide certus eſſe poſſit. Dillingæ, anno Domini 1573. in quarto Germanice. * Eius Methodus Catechiſmi Catholici, antea ex Decreto conſilij Tridentini ſcripti, ad parochos, nunc verò hoc ordine ita accommodati, vt nedum parochis vtilis, at publice etiam pueris in ſcholis proponi queat. 16. Lugduni. Eiuſdem & trium Iuriſconſultorum reſponſa aduerſus obiecta Papæ, de Imperatoris electione, rtaione Imperij. in folio Manuſcrip. bibliotheca Imperat.*

Georgius *Fabritius Chemnicenſis ex Miſnia Germanus carmine varia ſcripſit. Odarum ad Deum omnipotentem lib. 3. quinquaginta nouem carminum generibus, Oporinus impreſſ. Baſileæ, anno Domini 1552. Hymnorum libros 2. carmine Iambico dimetro. In primo hymni 24. de hiſtoria & meditatione mortis Chriſti. In ſecundo 27. de vſitatis feſtis & temporibus eccleſiæ continentur Oporinus excudit anno 1553. Victoriarum cæleſtiũ elegiaco carmine librum vnum: in quibus angelici, heroici & hoſtiles triumphi, ex veteri teſtamento deſumptis hiſtorijs deſcribuntur. Pietatis puerilis librum vnum elegiaco & mixtis quibuſdam carminum generibus. Oporinus eodem anno excudit. Itinerum librum vnum carmine heroico, epiſtolis ſex. Iter Romanum primum, Neapolitanum, Romanum ſecundum, Patauinum, Chemnicenſe, Argentoratenſe, Valentinus Papa Lipſiæ excudit año 1547. & Oporinus Baſileæ anno 1551. additis locorum veterum & recentiorum appellationibus.*



Digitized by Google

Epithalamiorum librum vnum Papa Lypſiæ excudit anno 1549. & 1551. chartis 4. Conſolationem ad Valentinum Grauium de morte Helenæ vxoris, idem impreßit anno 1550. Diſticha de hiſtoricis et thronographis Germanicis: Item de quibuſdã Muſicis, & ſeptem Græciæ ſapientibus, de quatuor ætatibus, de quatuor virtutibus, Argentorati Ioan. Scottus excudit anno 1546. Elegiam ad Philippum Melanchtonem De infante, qui quinto ante partum die plorauit in vtero materno, anno Domini 1551. Precationem ad Deum ſpiritum ſanctum, excuſam Lipſiæ & Norimbergæ. Vrbis Romæ deſcriptionem edidit, vno & viginti capitibus, ad optimorum authorum lectionem apprime vtilem et neceſſariam. Oporinus excudit, anno Domini 1551. octernionibus 12. Antiquitatis aliquot monumenta, ex ære, marmoribus membranisq́ veteribus deſcripſit atque collegit, & in duos libellos diſtinxit, edita Argentorati à Blaſio Fabricio, anno Domini 1540. iterum auctiora & correctiora Lipſiæ à Valentino Papa. Syntaxin Græcam eum examinatione regularum, & ordine orationis. Item de verbis anomalis. Impreßit Argentorati Wendelinus Ribelius anno 1546. octern. 8. & Vratiſlauiæ Andreas Winclerus anno Domini 1549. octern. 12. Et Pariſijs Guilielmus Morelius Scholaſticos aliquot libellos edidit. Elegantiarũ puerilium, ad conficiendas epiſtolas ex Ciceronis epiſtolis libros tres collegit, impreſſos ſæpius à Valentino Papa Lipſiæ, & ab Andrea Winclero Vratiſlauiæ. Elegantiarum poeticarum ad faciendа carmina, ex Ouidio, Tibullo, Propertio, librum vnum, diſtinctum in 217. titulos cum libello de ſyllabarum quantitate. Formularum loquendi ad vſum ſermonis communis et cotidiani, ex Plauto & Terentio libros duos. Sententias præterea Mimis ſimiles ſecundum ordinem literarum. Lipſiæ excudit Iacobus Berualdus anno 1550. Addidit autem (vt ipſe in præfatione teſtatur) Publij verſus viginti in impreßis exemplaribus hactenus deſideratos, præterea multas alias ſententias ex antiquis poetis collectas, primum ex Latinis Liuio, Ennio, Accio, Pacuuio, Lucilio, Plauto, Cæcilio, Terentio, Pomponio, Varrone, Titinnio, Laberio, Catullo, Seneca, Martiale, Auſonio. Deinde ex Græcis Euripide, Ariſtophane, Menandro, Theophraſto, Cleanthe, quorum verſiculos partim Cicero, partim alij ſcriptores Latini tranſtulerunt. Emendauit aliquot ex veteribus auctoribus, quales ſunt Terentij fabulæ, impreſſæ Argentorati apud Ribelium, cum explicatione caſtigationum, in quibus multorum locorum obſcuritas declaratur, & veterum imitatio in pleriſque oſtenditur, anno Domini 1548. Hanc eius editionem ſecuti ſunt Iodocus Vuillichius Franckfordiæ, anno Domini 1550. Item Ioachimus Camerarius Lipſiæ, qui in epiſtola ad lectorem hanc editionem Fabricianam alijs omnibus præſtare, & ſingularem laudem atque prædicationem mereri, ait, ſiue diuturnum in apparando ſtudium, & elaborationis multiplices curas, ſeu omnium vndique adiumentorum ad perfectionem operis conquirendi ingentem & ſolicitam induſtriam, ſeu in cogitando & perpendendo, & ſua conferendo cum aliorum traditis, maximam ſedulitatem, ſeu etiam in dijudicando, & diſponendo grauitatem, & quod eſt caput in reponendo, mutandoq́, & ijs quæ cognouiſſet atque vidiſſet referendo, fidem ſpectes. Virgilij opera maiora ab eodem correcta, cum annotatiunculis lectionis emendatæ, excudit Valentinus Papa Lipſiæ, anno Domini 1551. & caſtigationes in eundem poetam Ribelius edidit, Virgilij quoque interpretes Seruium, Honoratum & Tiberium Claudianum, Donatum, emendauit & vberiores edidit. In Seruium copioſum indicem, Hiobus Magdeburgus, in Donatum Fabricius collegit. Baſileæ excudit Henricus Petri anno Domini 1551. cum operibus Virgilij. Flauij Soſipatri Chariſij grammatici lib. 5. ex vetuſtis grammaticis, & collatione locorum in ipſo authore ſimilium emendauit, & primus in Germania edidit, Baſileæ ex officina Frobeniana. Breui etiam Helenium Acronem Horatij interpretem (cuius codicem manuſcriptum vetuſtißimum habet) longe emendatiorem in publicum edet. Q. Horatij Flacci poemata, ab eodem illuſtrata argumentis & caſtigationibus, Lipſiæ 1571. in octauo. Poetarum veterum eccleſiaſticorum opera Chriſtiana, & operum reliquias ac fragmenta, collegit, emendauit, digeßit, & commentario quoque expoſuit. Oporinus impreßit anno 1564. in quarto. Continentur autem illo volumine poemata Alcimi, Ambroſij, Amœni, Aratoris, Columbani, Cypriani, Damaſi, Dracontij, Drepanij, Fortunati, Gregorij, Hilarij. Hymnographorum, Iuuenci, Lactantij, Mamerti, Merobaudis, Paulini conſularis, Paulini epiſcopi Nolani, Proſperi, Prudentij, Ruſtici, Sedulij, Tertulliani, Victorini Afri, Victorini Pictauienſis, Victoris Maſilienſis. Incertorum quorundam auctorum. Virorum illuſtrium ſacræ hiſtoriæ libri nouem. Lipſiæ anno Domini 1569. Regum Aſmonæorum & Idumæorum vſque ad deuaſtationem vrbis, hiſtoriæ ſacræ liber decimus. Lipſiæ, anno Domini 1570. Rerum Miſnicarum libri ſeptem: Electorum Saxoniæ lib. 1. Marchionum Miſnenſium lib. 1. Annalium vrbis Miſniæ lib. 5. Siffridi Miſnenſis preſbyteri epitomes lib. 2. Lipſiæ curante Erneſt. Vögelino in quarto. Grammaticorum veterum libelli de proprietate & differentijs Latini ſermonis: item de verbis apud Terent. ab ipſo collecti & editi. Lipſiæ 1569. in 8. Elegantiarum ex Plauto & Terent. lib. 2. Publij mimorum & ſententiarum ex poetis antiquis ſimilium lib. 1. cum eiuſdem & Eraſmi expoſitionibus. Baſileæ 1555. Elegantiarum puerilium ex M. Tulij Ciceronis epiſtolis lib. 3. Ibidem. Georgij Fabricij Epitomes proſodiæ, & elegantiarum poeticarum liber, additis exemplis. Lipſiæ in octauo. ✝ Eius de re poetica libri 7. In 8. Pariſijs excuſi, & Lugduni de re poetica libri IV. Item Latinorum poetarũ comparationes ex Iulij Cæſaris Scaligeri Critico deſumptæ. In 16. Lugduni apud Ioan. Gaſonem 1582.

Georgius Ferrerz Iuriſcõſultus è Gallico ſermone in Latinum vertit leges quæ dicuntur, ſtatuta

*tuta magnæ chartæ,lib.1.Claruit anno Dom.1552. Baleus.*

Georgij *Fladeri interpretatio Pſalmi quarti, Germanica.Budiſſinæ 1569.in duodecimo.*

Georgij *Flori Baldini de oratione & precibus compendium, excudit Henricus Petri Baſileæ in micropreſbytico,anno 1551. Vixit anno 1500.*

Georgius *Folberius ſcripſit Epigrammata quædam,lib.1.Diuerſi generis carmina lib.1. Elegantes conciones lib.1.Claruit anno 1530.Baleus.*

Georgius *Forbergerus & Hieronym. Haluerius hiſtorias Pauli Iouij ex Latina in Germanicam linguam tranſtulere. Francofurti 1570. Idem Forb.Hiſtorias 40.annorum nempe ab anno 1493. vſque ad annum 1533.præſertim à Germanis rerum in Italia geſtarum, à Franciſco Guicciardino conſcriptas Germanice reddidit in fol. Baſileæ 1574.*

Georgij *Franciotti, medici Lucenſis, tractatus de balneo Villenſi,in agro Lucenſi poſito,impreſſus eſt Venetijs à Iuntis cum aliorum ſcriptis de balneis.*

Georgij *de Frikenhauſen aduerſus iniurioſam in ſe inuectiuam apologia.*

Georgius *Gemiſtus Pleto Conſtantinop. multa & varia Græcis literis mandauit, quæ in Italiæ bibliothecis ſeruantur,et omnia eiuſdẽ opera Diegus Hurtadus habet. Sunt autem hæc: Ad regem liber:de virtutibus lib.1.paraphraſis in demonſtrationes,epicedion in reginam Helenam,liber de generatione deorum. Aduerſus librum pro dogmate Latinorum (nimirum quod ad ſpiritum ſanctum) demonſtrationes naturales de Deo, menſium & annorum ordo,ac dierum recenſio, oracula magica ſectatorum Zoroaſtris:quæ et Pariſijs impreſſa ſunt Græcè & Latinè ſeorſim 1538.abſque nomine Græci interpretis, qui Georgius Gemiſtus eſt hiſtorica & Geographica quædam huius authoris, vt ſunt Chorographia Peloponenſi & Theſſaliæ, idem Diegus Hurtadus habet, quæ etiam extant in bibliotheca Regia. De geſtis Græcorum poſt pugnam ad Mantineam per capita tractatio, duobus libris explicata:Græcè impreſ.in Aldi officina Venetijs, deinde Latinè M.Antonio Antimacho interprete, Baſileæ apud Rob.Winter,cum alijs quibuſdam. Libellus de ijs,in quibus Ariſtoteli cum Platone non conuenit, & quod potior ſit Platonis ſententia: excuſus Venetijs apud Scotum,cum Bernardini Donati Veronenſis Paraphraſi. Libellus contra Georgij Scholarij argumenta pro Ariſtotele,Bononiæ apud S.Saluatorem,ſed imperfectus extat.Eiuſdem elegans ac breuis quatuor virtutum explicatio Adolpho Occone phyſico Augſta.interprete,excuſſa Baſileæ apud Oporinum,anno 1552. In bibl. Imperat. Viennæ habetur Gemiſti Pletonis epitome hiſtoriarum Sicularum Græ.manuſ. in 4. Eiuſdem libellus de generatione Deorum ibid.manuſc.*

Georgius *de Gemmyngen,natione Germanus, præpoſitus & canonicus Spirenſis,ſcripſit de ratione duelli lib.1.de machinis bellicis lib. 1. de cura equorum & militum lib.1. orationes quaſdam in ſynodis & alibi habitas. Annotatiunculas pro confeſſoribus, excuſas Argentinæ apud Schurerium, anno Domini 1509.Claruit anno 1494.*

* Georgij *Gengeri I.C. & aliorum trium I.C. reſponſa aduerſus obiecta Papæ,de Imperatoris electione,rationeq; Imperij. In fol. ſcript.bibl.Imper.*

* Georgij *Gothardi Thelogiæ Doctoris & Canonici Patauienſis, controuerſia de bonorum operum & ſacramentorum neceſſitate aduerſus noſtræ tempeſtatis hæreticos, duabus orationibus comprehenſa. Ingolſtadij excudebat Dauid Sartorius.*

Georgius *Greterus ex Auguſtana confeſſione & eiuſdem apologia, ac Lutheri & Melanchthonis aliorumq; ſcriptis, collegit articulos quibus complures qui Auguſtanam confeſſionem iactant aperte contradicunt. Dillingæ impreſſ. anno 1573. Germanice in quarto.*

Georgij *Hamaxurgi Orationes duæ, vna ad Hieronymum Wolphium præceptorem, vt ſuos in officia Mar. Tul. Ciceronis commentarios in publicum edat:altera Encomium Bibliothecæ Auguſtanæ ad Scholarchas: editæ cum commentarijs Wolphij in officia. Eiuſdem quoque carmen Græcum ijſdem commentarijs præfixum eſt.*

Georgius *Hartmannus Perſpectiuam, quam communem vocant, ſumma cura & diligentia emendauit & edidit, reſtituit etiam in quibus deficiebat demonſtrationibus. Petreius excudit Norimbergæ,anno Domini 1542. in quarto. Idem in epiſtola dedicatoria promittit ſe breui Opus ſuum de Vmbris in lucem editurum, quod an hactenus præſtiterit ignoro. * Eius perſpectiua,figuris illuſtrata per Paſchaſium Hamelium, Lutetiæ apud Ægidium Gourbinum 1556.*

Georgius *Hauerius aliqua Eraſmi adagia tranſtulit,non ad verbum,ſed ad phraſin Germanicam cum alijs quibuſdam Ioan. Murmellij.*

Georgius *Heniſch Bardfeldenſis & mathematicus Auguſtanus in Germanicam linguam tranſtulit hiſtoriam Contareni de bello Selimi contra Venetos. Petrus Perna impreſſit, anno Domini 1573. * Scripſit etiam epitome Geographice veteris & nouæ. In 8. Auguſtæ 1580. Item tabulas inſtitutionum aſtronomicarum confecit. Adiuncta eſt Sphera Procli cum textu Græco,è regione in latinam linguam conuerſo.4. Auguſtæ ex officina Michaelis Mangeri.*

* Georgij *Hiez Raſcinyni deſcriptio Vrbis Hieroſolymorum & omnium circumiacentium locorum in fol.M.S.*

Georgij *Hizleri Giengenſis, Tubingæ oratoriam & Græcas literas profitentis, oratio elegantiſſima de vita & obitu Leonardi Fuchſij medici clariſſimi,impreſſa Tubingæ in quarto.*

* Georgij *Honderlagij Medici opuſculum de medicina contra peſtem: & alijs præſeruatiuis pharmacis.*

Georgius *Hugo philoſophus,curator Altaiebij inferioris (cœnobium eſt D. Benedicto dicatum) iuſſu Georgij ducis Latine perſcripſit Boios, vt Auentinus teſtatur.*

Z 3

Digitized by Google

Georgius *Hermonymus Machometi vitam ex Græco in Latinum vertit: Robertus Winter excudit Baſileæ.*

Georgij *Holonij Leodienſis, Laurentias, tragœdia de martyrio conſtantiſſimi leuitæ, D. Laurentij, Romæ ſub Decio paſſi. Antuerpiæ impreſſa apud Ioannem Bellerum, anno* 1536.

Georgij *de Honeſtis Florentini, ſuper antidotario Meſuæ.*

Georgij *Ioachimi Rhetici, Medici & mathematici clariſſimi, narrationem primam de libris reuolutionum Nicolai Copernici Torannæi, quibus terram circa cœlum moueri aſſeritur, item eius encomium Boruſsiæ, Rob. Winter impreſſit Baſileæ,* 1541. *Præfationem in Arithmeticen excudit Crato Mylius Argentinæ, cum Philippi Melanchthonis declamationibus. Eius orationes de aſtronomia & geographia, & de phyſica, Norimbergæ excuſæ ſunt anno* 1542. *Ephemerides nouæ ad annum* 1551. *ab eodem exquiſita ratione & accurato ſtudio elaboratæ, ſecundum doctrinā Copernici, excuſæ ſunt, anno Domini* 1550. *chartis* 5. *Eiuſdem canon doctrinæ triangulorum ibidem excuſus eſt anno Domini* 1551. *Et denuo ſumma diligentia in* 4. *Baſileæ anno* 1580. *Recens inuentum eiuſdem qua ratione per rectarum linearum meteoroſcopica inſtrumenta* 5. *vel* 10. *pedum, obſeruationes capiantur, non minus exacte ac ſi* 100. *aut* 200. *pedum eſſent, excuſum eſt appendicis vice cum ſexto libro Pandectarum Conradi Geſneri, de geometria. Præter hæc iam edita promiſit Commentarios in Phænomena Euclidis. Commentariorum de aſtronomia li.* 9. *Tabulas angulorum & laterum triangulorum in planicie. Nouos canones in tabulas eclipſium Copernici. De Aſtronomiæ principijs lib.* 2. *Libros de eclipſibus & deſignationibus* ὑποθέσεων περὶ τῶν ἀνηλυττικῶν. *Tabulas inæquabilium motuum. Hæc quidem in editione nouarum Ephemeridum anni* 1551. *ſtudioſis promiſit: verum in epiſtola quam ad Petrum Ramum ſcripſit anno Domini* 1568. *ita de ſuis libris ſcribit. Quæ ſequuntur opera Rame partim perfeci, partim adhuc ſub incude habeo. Primò cum iudicarem à fundamentis mihi Aſtronomica & Geographica tractanda, de fabrica Canonis doctrinæ Triangulorum* 3. *libellos conſcripſi, & ex Algebraicis induſtrijs radices canonis exquiſiui. Porro minimum Canonem condidi pro vſu quotidiano, ad partes eius quæ ex centro ſeu diametri lineam centum millium. Maiorem verò pro exquiſitiori Geometrico ſcrutinio partium centies millies centenum millium. At primam Canonis ſeriem adhuc plurium partium eſſe volui, iuxta hos characteres Indicos* 100000. 10000000000. 1000000000000000. *Et omnes non tantum ad partes lineæ ambitus, & partium ſcrupula prima, ſed & ad Decades ſecundorum ſcrupulorum ſunt exquiſitæ. Labor* 12. *annorum, cum ad hos labores ſemper aliquot Arithmetici mihi alendi fuerint. Secundo conſcripſi nouem librorum opus de doctrina Triangulorum globi cum angulo recto et ſine angulo recto. Huic accedit vnicus liber decem præceptorum de Triangulis in planitie, quem ſimiliter ad nouenarium librorum numerum augere conſtitui, ſi Deus vitam dederit. Tertio hos ſubſequitur opus nouem librorum* τῶν φαινομένων. *In his primo veras rationes capiendarum obſeruationum oſtendam, quibus exacte cognoſcamus vera loca ſyderum, luminum, planetarum, cometarum, necnon omnium quæ conſpiciuntur in ſublimi, Secundo Geographica etiam exercitia, Aſtronomicis ſubiungo. In hoc opere placuit nobis quaſi per luſum varias rationes oſtendere multarum nouarum Tabularum Aſtronomicarum & Geographicarum. Demonſtro tamen quomodo per ſolam Triangulorum doctrinam, à nobis traditam, & noſtro Triangulorum Canone ſine alijs tabulis omnia non minori facilitate exquirantur. Si Mercatores & Mercatorum logiſtæ, tantum, vt apparet operæ & diligentiæ collocant in ſuas logiſticas induſtrias, quas Italicas vocant Practicas, & alias omnis generis regulas, cur nos, qui ſublimiora his tractamus, non ſimiliter etiam logiſticas noſtrarum ſupputationum induſtrias exquiſiuerimus? In hoc etiam opere exempla omnium parergorum Geometricorum Procli introducuntur. Quarto nunc primùm accedam ad hoc opus, quod & tibi in mentem venit, vt hypotheſibus artem Aſtronomicam liberem, ſolis contentus obſeruationibus. Atque vtinam haberemus omnium ætatum obſeruationes, idque iuxta noſtras capiendi obſeruationes, rationes traditas, quas omnino iudico eaſdem eſſe, quibus primi artis indagatores vſi ſunt, & talem tabularum modum exquiſiuerimus, quod non perpetua opus haberent emendatione. His ſubiungemus tabulas inæquabilium motuum, ex quibus loca ſyderum & omnia Phænomena, ſimili facilitate atque ex ipſis Ephemeridibus elicuerimus. In his omnibus ego longe iniquior ſum Ptolemæo, quam tu Euclidi, illumq́ magis flagello quàm tu Euclidem. Nam ſicut ſe habent domunculæ quas pueri luto & arena ædificant, ad Vitruuij ædificationes, ſeu palatia florentis Romæ: ita ſe habent magnæ Ptolemæi conſtructiones, quas potius maximas deſtructiones appellaueris, ad veram & ſolidam de motibus ſiderum doctrinam, quam & Ægyptiorum Aſtronomiam dixeris, qui ſuis* RADIIS, (*quos Græci per imperitiam obeliſcos vocabant*) *diuina planè mente præditi, has tractabant ſcientias, &c. Clariſſime Rame in his ſubſiſtere cogito, niſi quod Germanis meis Germanicam Aſtronomiam condo. In ea vero parte quæ eſt, de Effectibus ſiderum. Pandectas Aſtrologiæ in ordinem redigo. Sed & eius propriam condidi artem, antiquiſſimis artis fundamentis exquiſitis. Habeo etiam præ manibus nouas de rerum natura philoſophandi rationes, ex ſola naturæ contemplatione, omnibus antiquorum ſcriptis ſepoſitis. Idem in arte medica factito. Et cum plurimum Chemia delecter, ad eius artis fundamenta penetraui, vt ſeptem de ea libros delineauerim. Tot & tanta ſunt quæ tracto, & ad quæ mihi hactenus ars medica, meus Mœcenas ſumptus ſuppeditauit, &c. Hæc Rheticus ipſe, atq; magna horum*

Digitized by Google

rum librorum partem iam abſolutam ſe vidiſſe, an te quadriennium ad me ſcripſit, ornatiſſimus vir Ioannes Laſicius Polonus.

Georgius *Iodocus Benacum, carmine deſcripſit.*

Georgius *Ioye Bedfordienſis, tranſtulit ex lingua Latina in Anglicam Pſalterium Dauidicum ex Felice, Prouerbia Solomonis, Eccleſiaſten eiuſdem, Eſaiæ vaticinium, Hieremiæ prophetiam, Hortulum animæ, Melanchthonis de Coniugio librum. Zwinglium de vera & falſa religione. Scripſit præterea ſua quoque lingua, hoc eſt, Anglica, librum De labefactata eccleſia Mori. Ad priorem de Neuuenham lib. 1. Compendium paßionis Chriſti. Apologiam ad Tyndale. De cœna Domini, De Baptiſmo et Euchariſtia. Matrimonij defenſionem. Onera cæremoniarum. Commentarios in Danielem. Contra Gardineri articulos. Refutationes eorundem, & alia multa. Claruit anno Domini* 1548.

Georgius *Kraut medicus, Galeatij de S. Sophia practicam correxit, & in lucem protulit, adiecto libro in artem paruam Galeni de principijs vniuerſalibus totius medicinæ, tam theoricæ, quàm practicæ, qui ex doctrina Auicennæ & aliorum congeſtus, vt habet inſcriptio, in tabulas magna ex parte digeſtus eſt.*

* Georgius *Kuppelich, ſcripſit germanica lingua: libellum Fidei, hoc eſt, de Chriſtianæ fidei articulorum certitudine, in Biblicis ſcripturis veteris & noui Teſtamenti fundata: & ad tempora nouißimæ diei accommodata. In 8. Francofurti, anno* 1582. *Item conſolationem ex ſcripturis ſanctis: & Inſtitutionem præparationis animorum ad appropinquantem nouißimum diem: omnibus Chriſtianis his calamitoſißimis temporibus vtilem. In 8. Francofurti,* 1582.

* Georgij *Langij Hauelbergenſis cantiones aliquot nouæ quinq; & ſex vocum. 4. Francofurdiæ Marchionum impreſſæ.*

Georgij *Lapithæ Cyprij verſus morales Græci numero 319. Venetijs in bibliotheca S. Antonij extant.*

* Georgij *Latalski F. Comitis de Labiſchin Poloni oratio panegyrica, continens hiſtoriam belli inter Regem Poloniæ & Moſcum, qua Poloniæ Regi gratulatur de victoria de Moſco parta, & Liuonia recuperata. Anno 1582. Tiguri apud Froſchouerum. Adiectis epiſtolis D. Ioannis Sturmij, & D. Ioannis Guilhelm Stuckij, quibus Comiti de generoſis conatibus & præclaris ſtudijs gratulantur. Idem habet in manibus tractatus de Origine graduum ſuperiorum & inferiorum inter Principes. Perſequitur item orationem de Hæreſibus his temporibus peſtilentißimis.*

Georgij *Lauterbeci, de quæſtionibus ſeu tortura, quomodo à iudice illa vtendum ex Guidone de Suſaria, & 4. lib. Grillandi, breuis explicatio Germanica. Norimbergæ, anno* 1570.

* Georgij *Lautenbergij Differentiarum in iure lib. 2. Item definitionum ex vtroq; iure centuriæ 7. iuxta ſeriem literarum collocatæ. 8. Coloniæ.*

Georgij *Lautherij, liber de Miſſa contra Cyriacum Spangenbergium. Monaci, 1568. in 8. Eiuſdem refutatio falſæ gratulationis Iacobi Andreæ, quod concionatores & doctores ducatus Bauariæ Lutheranam doctrinam receperint, German. Monaci, anno 1569. Conciones tres: Prima vbi quærenda ſit beatitudo: Secunda de ſalutari perceptione ſacramenti corporis & ſanguinis Domini. Tertia de vera pœnitentia. Monachij* 1572.

Georgij *Lecapeni de conſtructione verborum liber, excuſus Venetijs, apud Aldum, 1526. Lecapeni & Zaridæ Andronici epiſtolæ technologumenæ,* Εκλογὴ λέξεων, *(neſcio an eiuſdem Georgij) ſeruantur in Italia Græce, in bibliotheca Regis Gallorum.*

Georgius *Leonbergerus Ratiſponenſis,* I.C. *locos aliquot ſcripſit ad omnia Virgilij opera. Liber impreſſus Ingolſtadij, anno Domini 1542. chartis 5. Eiuſdem epicedion Elegiacum in Ioachimum Romani Imperij Marſchalcum in Bappenheim, impreſſum cum Io. Agricolæ Ammonij commentarijs in libellum Galeni de inæquali intemperie, Baſileæ apud Weſthemerum. Deſcriptio Circuizæ regionis quæ ſubeſt imperio epiſcopi Friſingenſis, impreſſa cum Io. Agricolæ aphoriſmis nouo ordine digeſtis. Promiſit etiam locos Ouidianos ſe breui editurum.*

Georgius *Lætus, Ioannis Stobæi ſermones à Conrado Geſnero Latinitate donatos, in linguam Germanicam tranſtulit. Excuſos Baſileæ apud Ioan. Oporinum, anno Domini 1555. Idem Epigrammata varia eruditiſſime ſcripſit, quæ forſan aliquando in lucem venient. Floret adhuc in aula illuſtriß. principis Palatini Othonis Henrici eius vt vocant Cancellarius.*

* Georgij *Lideri Doctoris, Aureum vellus Chriſtianæ ciuitatis, de forma antiquißimæ propheticæ & apoſtolicæ eccleſiæ: qualis ea fuerit ante huius ſeculi dißidia: addita vtriuſq; ſeculi ſtatus religionis comparatione: & commonefactione de veris remedijs (vti titulus pollicetur) tollendi dißidia: quã præcedit hiſtorica narratio remediorum ſine fructu hactenus adhibitorũ, German. Ingolſtadij apud Ioannem Sartorium* 1579.

Georgius *Lieblerus Tenzlingenſis, Tubingæ phyſicæ profeſſor, Epitomen librorum Ariſtotelis phyſicorum præclaram ſcripſit, quæ Tubingæ & alibi explicari ſolet.* * *Eiuſdem oratio de cauſis corruptæ iuuentutis, habita Tubingæ, cum honores primæ laureæ 49. adoleſcentibus conferrentur. 4. Tubingæ,* 1580.

Georgius *Lilius ſcripſit Pontificum & Cæſarum Romanorum Laconica breuitate ſeriem.. Item de regibus Angliæ chronicon. Venetijs apud Michaelem Tramezinum excuſum, 1548. Idem edidit tabulam Britanniæ. Claruit anno* 1548.

Georgij *Logi, carmen elegans ad Æternam ſapientiam pro editione Nicephori Calliſti Xantopuli, ſubiungitur epiſtolæ dedicatoriæ Ioan. Langi interpretis, in hiſtoriarum Nicephori editionem. Eiuſdem extant, præfatio in Gratium poetam & carmina quædam.*



Digitized by Google

* Georgij Lyſthemij aulici concionatoris apud Electorem Saxoniæ, homiliæ quatuor de cœna Domini, quibus manifeſtum faceret Sacramentarium ſpiritum, Germanice. In 8. anno 1577. Eiuſdem armamentarium ſpirituale: refertum formulis precum, militiam ſequentibus recitandis: addita commendatione libelli, & demonſtration[e] etiam milites in caſtris beate ſiue pie viuere & mori poſſe, Germanice. In 8. Dreſdæ 1582.

Georgius Macropedius Germanus, ſcripſit comœdias & tragœdias aliquot, ex quibus apud Ioannem Gymnicum Coloniæ excuſæ ſunt, Andriſca, Hecaſtus, Rebelles, Aluta, Aſotus, Petriſcus, De paſſione Chriſti, & de Suſanna. Eiuſdem Baſſarum, & Lazarum mendicum, Hermannus de Borculo excudit Traiecti, anno Domini 1541. Eiuſdem Calendarium, verſu heroico præcipuas eccleſiæ feſtiuitates complectens ſyllabatim, Heinricus Petri excudit cum libro Hadriani Iunij de anno ac menſibus. Eiuſdem Calendarius chirometricus, itẽ computus eccleſiaſticus, cum breui calculandi ratione, edita ſunt anno 1541. Eiuſdem methodus conſcribendi epiſtolas, impreſſa eſt Francofurti, anno Domini 1568. cum Lippo Brandolino de ratione ſcribendi.

Georgius Maior ſacræ Theologiæ profeſſor, in celeber. Academia Vuitebergenſi, plurima ſcripſit, quæ Vuitebergæ edita ſunt, ex his quædam in vnum coniuncta ſunt, tomis tribus in folio, quorum primus continet Enarrationes epiſtolarum ſancti Pauli. Secundus Homilias in Epiſtolas dierum dominicorum & feſtorum. Tertius, Homilias in Euangelia dominicalia & dies feſtos. Porrò præter hæc ſeparatim edita ſunt, Commonefactio ad eccleſiam catholicam, orthodoxam, de fugiendis & execrandis blaſphemijs Samoſatenicis, Arianis, Eunomianis, & alijs, contra Blandratam, & alios nonnullos huius ſectæ renouatores. Addita eſt doctrina de ſancta Trinitate refutationis loco. Vuitebergæ per Ioannem Lufft 1569. Repetitio, & poſtrema declaratio doctrinæ de iuſtificatione hominis coram Deo. Germanice 1567. Oratio de cõfuſionibus dogmatum veteribus & recentibus in eccleſia excitatis ab hominibus Fanaticis. Enarrationes epiſtolæ ad Hebræos. Conſolatio contra terrorem mortis, Germanica. De Germanica Bibliorum interpretatione admonitio, et confutatio cauſarum ob quas eorum lectione Laicos arcent Papiſtæ, item mendaciorum quæ ſpargunt contra Lutheri translationem. Septem partes homiliarum in Euangelia Dominicalia, & dierum feſtorum. Vuiteber. apud Ioannem Lufft in octauo. Admonitio de extremo iudicio ad conſolationem fidelium & terrorem impiorum neceſſaria hiſce afflictis temporibus. Vuitebergæ in quarto Germanice. Explicatio trium ſacrorum carminum noui fœderis, Beatæ virginis, Zachariæ, & Simeonis. Vuitebergæ ann. D. 1565. in 8. Germanice. Annotationes in Iuſtini hiſtorias, quæ impreſſæ ſunt Coloniæ apud Gymnicum, anno D. 1537. & 1549. Vita patrum excuſa Vuitebergæ 1544. cum præfatione Martini Lutheri. Tabula in Rhetoricam Philippi Melanchtonis, & D. Eraſmi Roter. de Copia: impreſſa Argentorati, cum Petri Moſellani ſchematibus apud Egenolphum, & Pariſijs apud Wechelum. Elegantiores aliquot parabolæ, ex Eraſmi Roter. ſimilibus in puerorum vſum ſelectæ, & in locos communes redactæ, indicatis auctorum locis, ex quibus ſingulæ ſunt conquiſitæ, liber impreſſus Magdeburgi 1537. Sententiæ veterum poetarum, per locos communes digeſtæ, ibidem 1537. Et Argentinæ apud Ribelium, anno 1538. mox etiã Pariſijs in parua forma. De origine & authoritate verbi Dei, & quæ pontificum, patrum & conciliorum ſit authoritas admonitio: Catalogus doctorum eccleſiæ Dei à mundi initio ad noſtra tempora. Libellus excuſus primum Witenbergæ, & deinde Baſileæ, anno 1550. Refutatio horrendæ prophanationis cœnæ Domini, edita eſt Witenbergæ, chartis 26. De arbore conſanguinitatis & affinitatis regulæ eiuſdem, & tabellæ, eodem anno excuſæ Witenbergæ octern. 40. Quæſtiones rhetoricæ ex Cicerone, Quintiliano, & Philippo Melanchthone excerptæ, excuſæ ſunt cum orationibus aliquot, Tubingæ apud Morhardum 1550.

* Georgij Mayeri Monachienſis Deuotionale comprehendens in ſe pia quædam & religioſa exercitia ſiue precationes quotidie in & extra eccleſiam dicendas.

Georgij Mekardi, paſtoris eccleſiæ Euangelicæ Auguſtanæ, concio funebris habita cum funus duceretur Auguſtæ Vindelicorum D. Catharinæ comitiſſæ Ortenburgi: Item alia Concio de perſona & officio Chriſti. Auguſtæ, anno 1570. in octauo.

* Eiuſdem refutatio aliquot obiectionum vulgarium pontificiorum, Germanice in 4. cum præfatione Iacobi Andreæ. Tubingæ 1574.

* Georgij Melam aſſertio diuinæ veritatis ſub nomine libri concordiæ: aduerſus Innominati authoris conuitiæ: Germanice. In 4. Roſtochij 1583.

Georgius Merula, patria Alexandrinus, vtriuſq; linguæ eruditiſſimus, ſcripſit Ludouici Sfortiæ, ſuorumq; maiorum res geſtas multis voluminibus. Commentaria in Iuuenalem, in Statium, atque alios plures, emiſit centurias quaſdam, epiſtolarum libros multos. Eius commentarij in orationem Ciceronis pro Q. Ligario, impreſ. Baſileæ apud Rob. Winter. Et apud Oporinum, anno 1553. cum alijs diuerſorum in omnes Ciceronis orationes commentarijs. In Epiſtolam Ciceronis ad Lentulum Spintherem accurrata interpretatio: cum Commentarijs Vbertini Clerici in omnes Ciceronis Familiares epiſtolas 1495. Venetijs impreſſ. Annotationes breues & ſparſæ in Martialis epigrammata, ſuper ijs præcipue locis, quos Domitius Calderinus perperam expoſuiſſe ei viſus eſt: impreſſæ Venetijs, & ipſis Domitij commentarijs paſſim interpoſitæ 1493 Enarrationes priſcarum vocum: quæ in libris de re ruſtica Catonis, Varronis, Columellæ & Paladij inueniuntur, ordine literario: indicatis vbique locis, quibus apud illos authores leguntur: cum ijſdem authoribus excuſæ Lugduni apud Gryphium 1535. De geſtis ducum Mediolanenſium, ſiue de antiquitatibus

tatibus Vicecomitum, lib. 10. ad Ludouicum Sforꝛtiam, excuſa Romæ. Montisferrati deſcriptio, impreſſa opinor. Conflagratio Veſeui montis, ex Dione tranſlata, & impreſſa primum ab Aldo, deinde Baſileæ à Frobenio cum Suetonio, &c. Ex Dione tranſtulit vitas Cæſarum, Neruæ, Traiani, atque Adriani: quæ etiam impreſſæ ſunt. Epiſtolæ eius duæ leguntur vndecimo libro epiſtolarum Angeli Politiani. Claruit anno Domini 1494. Alexandri Aphrodiſei Problematum ſectiones 5. in Latinam linguam tranſtulit. Pariſijs excudit Ioan. Petit, anno Domini 1520.

* Georgij Methiminenſis oratio de paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti. 4. Græce, manuſcript. in bib. Imp. Viennæ.

Georgius Molitoris Nurenbergenſis, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. de paſſione Domini lib. 1. Sermones multos lib. 1. quæſtiones varias, & alia complura. Floruit anno 1484.

* Georgij de Monte maiori, excellentiſſimi poetæ, Cantio vera, Salamancæ Domingus Portonarius, 1571. Italice.

Georgij Morgenſtern Decretorum Doctoris, profeſſoris Lipſenſis, Sermones contra omnem mundi peruerſum ſtatum, Lipſiæ impreſſi à Wolfgango Monacenſi, anno D. 1501.

Georgij Mylij Bornenſis elegiarum libri duo, impreſſi Lipſiæ à Valentino Papa, anno Domini 1551.

Georgius Natta ſcripſit in 6. Decretal. de pactis. c. quamuis. Item in Clem. de verborum ſignificatione. Sæpe.

* Georgij Nicetæ epiſtolæ, de creatione hominis. 4. Ms. bib. Imp. Viennæ.

* Georgij Nicomediæ Archiepiſcopi, de cruce, quam falſo quidam Pſello aſcripſere, Græce Ms. In 4. bib. Imp. Viennæ.

Georgij Nigrini Battenburgenſis Carmen elegiacum de captiuitate Cereris. Marpugi 1555. Eiuſdem Iudæorum hoſtis, de fructibus Iudæorum Talmutiſtarum, qui noſtra ætate per Germaniam habitant, 1570. Confutatio ſecundæ Centuriæ Ioan. Naſi. Examē enchiridij Ioan. Naſi. De Iudæorum honeſtate & grauitate. Vrſellis tres hi libilli ſeparatim impreſſi ſunt 1571. Chronologia ab origine mundi ad noſtra vſq; tempora, ex ſacris Biblijs & probatis hiſtorijs deſumpta 1570. Vrſellis. De vera nobilitate & eius recto vſu, adhortatio ad nobiles adoleſcentes. Ibidem 1572. De ordinaria electione & vocatione miniſtrorum eccleſiæ, atque vnde eorum miniſterium efficax ſit. Ibidem 1573. Conciones 60. in Apocalypſim, additis figuris & earum explicatione carmine Latino & Germanico, ibidem, omnia Germanice 1573. * Eiuſdem Homiliæ quinquaginta in prophetam Danielem, Germanice, in fol. Vrſellis 1574. Stratologia aduerſus Gaſparum Francum, Germanice. In 4. Vrſellis 1574. Ignis purgatorij incertum fundamentum, certò perquiſitum, & demonſtratum ſcripturis ſanctis, Patrum, Conciliorum aliorumq; teſtimonijs: ex 14. funebribus orationibus D. Iacobi Feuchtij Suffraganei Bambergenſis, deſcriptum: vt cuiuis Catholico & Euangelico conſtet. 1. An ſit purgatorium. 2. Quid ſit. 3. Vbi ſit. 4. Cur ſit. 5. Quomodo inde animæ in cælos colligantur, Germanice. In 8. Argentinæ 1582. Eiuſdem conſolatorium ſcriptum ad afflictos Chriſtianos Colonienſes, qui ſua confeſſione à Papatu facta diſceſſione, in reformatæ eccleſiæ ſententiam iuerunt: eoq; nomine perſecutionem patiuntur, Germanice. In quarto Heidelbergæ, anno Domini 1583. Idem doctiſſimum Martini Chemnicij examen decretorum Concilij Tridentini, in linguā Germanicam tranſtulit: id colligo ex refutationis Gaſparis Franci editione.

Georgius Nothouer, ſcripſit Carmen contra Philomuſum, ſcholiaſticæ Theologiæ contemptorem.

* Georgij Obrechti I. C. Theſes pignoratitiæ propoſitæ, ad quas reſpondit Huldricus Dietrich: Quibus etiam dialogus de pignore, &c. quædam carmine complectens, adiectus eſt. 4. Argentorati excudebat Nicolaus Wyriot. Eiuſdem Oeconomia tituli C. & D. de procuratoribus & defenſoribus, anniuerſariæ diſputationis cauſa in Argentinenſiū Academia per triduum propoſita. 4. Argentinæ. Diſputatio de cōmodato. Item Antithemata ſingula ex ſingulis Pandectarum & Codicis libris deſumpta, & in Academia Argentoratenſi ad diſputandū propoſita. 4. Argentorati. Eiuſdem themata ex L. Placuit. 8. C. de Iudic. in Argentoratenſium Academia ad diſputandum propoſita. In 4. Argentorati Nicolaus Wyriot 1583.

Georgij Oldouini Cremonenſis, De primordio feliciq; ſucceſſu vrbis Venetæ lib. 3. elegiaco carmine. Elegiarum lib. 4. Epigrammatum lib. 3. Venetijs apud Franciſcum Marcolinum 1551.

* Georgij Othonis Torgenſis Melodiæ continentes introitus totius anni præcipuos, quinq; vocibus compoſitos. 8. Erphordiæ.

Georgius Præpoſitus Neoburgenſis, varia & iucunda in aſtronomia elaborauit: quæ feruntur extare Viennæ in Auſtria.

Georgius Pachymerius, qui Hieromnemon cognominatur, ſcripſit philoſophiæ compendium, quod extat in bibliotheca Medicum. Eiuſdem Epitome totius phyſicæ tractationis, fortaſſis idem liber ſuperiori, Romæ extat in Vaticana bibliotheca & expoſitio in logica. Hiſtoria. Commentarij in libros de auſcultatione naturali, ibidem ſeruantur, & apud Diegum Hurtadum Venetijs: qui etiam habet Paraphraſin huius authoris in mechanica Ariſtotelis. Paraphraſis in Dionyſium Areopagitam, Romæ in Vaticana. Epiſtolæ eius Græcæ, in quadam Italiæ bibliotheca extant. De ſex philoſophiæ definitionibus, De diuiſione philoſophiæ, De quinq; vocibus, De decem prædicamentis, Latine impreſſa Baſileæ per Ioannem Oporinum, cum Porphyrij 5. vocibus, & Ariſtotelis prædicamentis, &c. à Ioachimo Perionio verſis. Eiuſdem commentarij aut paraphraſis in libros Ethicorum extat Græcæ apud Hurtadum Mendozam. Fertur autem in omnia ferè Ariſtotelis opera paraphraſim ſcripſiſſe. Extant etiā eius 13.

Digitized by Google

*libri hiſtorici, manuſcripti, in Italia, vt opinor. Pachymerij in organum Ariſtotelis copioſæ expoſitiones Græcæ manuſcriptæ, in bibliotheca Sambuci. Eiuſdem lib. 12. Græce manuſcriptæ, paraphraſis totius philoſophiæ Ariſtotelicæ, in bibliotheca Auguſtana. In catalogo bibliothecæ Thergius nominatur. Paraphraſis eius in Areopagitam Græce, edita eſt Pariſijs cum operibus Dionyſij Areop. 1562. in 8. Eiuſdem hiſtoria & Logica problemata, Græce in bibliotheca regis Gallorum ſeruantur. Item de anima, de ſenſu, memoria, ſomno, vigilia, inſomnijs, &c. Ibidem. Eius Epitomen ſeu Paraphraſim in vniuerſam ferè Ariſtotelis philoſophiam, Philippus Bechius è Græco in Latinum conuertit. Baſileæ anno D. 1560. in folio.*

Georgij *Paneuphemi, præfecti Africæ, de Aſceteria, quæ à Catholica eccleſia defecerat in Alexandria: Græce Romæ in Vaticano.*

Georgius *Perpinianus ſcripſit quædam cõtra hæreticos.*

Georgius *de Peurbach, Germanus, ſcripſit varia: ſed quæ diligentia Andreæ Stiborij ad poſteros venerunt, ſunt: Theoricæ planetarum, opus inſigne, ſex primi libri epitomatis Almageſti tabulæ eclipſium ſuper meridiano Vienenſi, collectio tabularum primi mobilis, & quarundam noua compoſitio cum ſingulari vſu, canones aſtrolabij, introductorium in arithmeticam, extenſio organi Ptolemæi pro vſu horarum Germanicarum ad omnia climata, cum demonſtratione, canones gnomonis cum noua tabula pulcherrima, compoſitio compaßi, cum regula ad omnia climata: compoſitio nouæ virgæ viſoriæ, cum lineis & tabula noua, inſtrumentum pro veris coniunctionibus Solis et Lunæ, in quo vetus inſtrumentum de inſufficientia taxat, noua tabula, ſinus de decem minutis in decem, per multas millenarias partes, cum vſu: quæ plurimarum rerũ nouarum in aſtronomia occaſio fuit. modus componendi & demonſtrandi tabulam altitudinis Solis, modus deſcribendi horas ab occaſu in pariete, tabulæ æquationum motuum planetarum nouæ, nondũ perfectæ. tabula noua proportionis parallelorum ad gradus æquinoctialis, cum compoſitione eiuſdem. tabula noua ſtellarum fixarum. almanach perpetuum cum canonibus reduxit ad noſtra tempora. plura de quadrantibus. Calculauit & Almanach pro annis pluribus. fecit ſphæras ſolidas, & alia plura inſtrumenta. hæc ex primo ternione libri cuiuſdam Aſtronomici deſcripſimus. Elementa arithmetices practicæ, & Algorithmus de numeris integris, fractis, regulis communibus, & proportionibus. Liber excuſus Vuittenbergæ apud Ioſephum Klug anno 1536. cum elementis Geometricis ex Euclide, per Ioan. Vœgelin, cum præfationibus Philippi Melanchthonis. Theoricæ nouæ planetarum cum ſuis figuris ibidem impreſſæ, 1535. Eædem prius excuſæ erant Ingolſtadij ex caſtigatione Petri Apiani, 1528. cum figuris: & Venetijs anno 1495. cum expoſitione Franciſci Capuani de Manfredonia, apud Simonem Beuilaquam, & deinde cum eiuſdem commentarijs 1499. & 1491. apud Gulielmum de Tridino, ſine commentarijs. Vide plura in Franciſci Capuano, & in Ioannem de Sacrobuſto. Tractatus ſuper propoſitiones Ptolemæi de ſinubus & chordis, impreſſus Norimbergæ 1541. cum alijs quibuſdam. Tabulæ eclipſium, impreſſæ Viennæ Auſtriæ, ni fallor, cum Ioan. de Monteregio tabula prima mobilis. De epitome Almageſti, partim à Georg. Purbachio, partim à Ioan. de Regiomonte confecta: vide in Ioan. de Reg. Eiuſdem canones pro compoſitione & vſu gnomonis, ſeu quadrati geometrici, excuſi ſunt Norembergæ, anno Domini 1544. in 4. cum Ioan. Regimontani libello de Torqueto, Aſtrolabio armillari, &c. Et ſeorſim ibidem in folio chartis 5. anno Domini 1516.*

Georgij *Phædronis Rodochei medici, Chirurgia minor, hoc eſt, omnium vlcerum perfectæ curationis methodus, anno 1562. Halopyrgicæ ſiue Iatrochemica peſtis epidemicæ curatio. Item Chirurgia: Baſileæ cum libris Theophraſti de ſpiritibus Planetarum edita ſunt, anno 1571. in 4. Contra hunc ſcripſit Bernardus Deſſennius.*

Georgij *Pictorij Villingani, apud regiam curiam Enſisheimij ſuperioris Alſatiæ archiatri, tuendæ ſanitatis ratio, ſeptem dialogis per ſex rerum nõ naturalium ordinem conſcripta, & denuo locupletata. Eiuſdem ſucciſiuarum lectionum dialogi 9. Conuiuiorum libri tres. Henricus Petri excudit Baſileæ in octauo, anno Domini 1544. De tuenda ſanitate dialogos, idem antea anno 1549. excudit. Rei Medicæ compendium. Muſices epitome cum quinque vocibus. De cura omnium morborum. Separati ſermones. Sanitatis tuendæ methodus. Regulæ generales omnium morborum. Medicinales quæſtiones. De dæmonibus ac Epitome Magiæ ceremonialis vel Goetiæ. Et, An ſagæ mulieres igne multa ſint damnandæ. Scholia in Theodorici Vlſenij Friſij libellum de Pharmacandi comprobata ratione. Scholia in Marbodei Galli poetæ dactilothecam. Carmen in laudem molaris & cotis lapidum. De peſte & papulis puerorum, &c. Omnia hæc impreſſa Baſileæ apud Henricum Petri. De fontibus medicatis 38. Germanice. De dolore capitis præſeruatiuum & curatiuũ. Medicinæ ſimplices compoſ. ad omnes partium corporis affectus. De ratione mittendi ſanguinem & cucurbitularum vſu. ζωοτρόφιον quorundam animalium naturas & proprietates rem medicam concernentes cõtinens. Scholia in Oppiani Halieutica. Commentaria in Q. Serenum Sammonicum. De apibus, cera, melle & quæ ex his conficiuntur. Sermonum conuiuialium apprime vtilium libri decem, deque ebrietate luſus quidam. Item de ſublunarium dæmonum ortu, natura & illuſionibus, & quomodo pellendi ſint Iſagoge. Baſileæ, anno Domini 1571. in octauo. Gynæceum, in quo docetur qua ratione grauidæ multa pericula euitare queant. Germanice, Francofurti, anno Domini 1569. Phyſicarum quæſtionum Centuriæ 3. His accedunt quorundam magnorum auctorum errores, per eundem notati. Item Pantopolion contra opiniones philoſophorum, quis verus Deus, vnde Gentiles dij, &c. vna cum eccleſiæ ad*

*Chriſtum*

*Chriſtum Threnodia, cum tribus dialogis, Baſileæ per Henricum Petri, anno* 1568. *in* 8. *Opera noua, in quibus mirifica, iocos, ſalesq́, poetica, hiſtorica, & medica libris quinque complectitur. Baſileæ, anno Domini* 1569.

Georgius *diaconus magnæ (vt ait Suidas) ecclesiæ, eiusq́ archiui præpoſitus, hoc eſt, vt Græci dicunt, chartophylax, cognomento Piſides dictus, Hexaemeron carmine Iambico tribus verſuum millibus conſcripſit: & ad Heraclium regem, bellum Perſarum. Scripſit item ſoluta oratione Abarica, & encomium in Anaſtaſium, qui pro Chriſtiana pietate occiſus eſt. Georgius Piſides, ſcripſit Iambis pulcherrimis contra Monophyſitarum hæreſim, teſte Nicephoro.*

ΓΕΩΡγίου αἰνίγματα τοῦ Πισίδου, *inſcriptio trimetra Iambica libri, qui neſcio in qua Italiæ bibliotheca latet, varia opuſcula continens: de æſtate, de mari, ad eos qui leges non metuunt, de augmento, de ſenſibus noſtris, Phyſiologiam de plantis, auibus, volatilibus, natatilibus, feris, reptilibus, & herbis. De generibus animalium. De locuſta, de hirundine, de malo Punica.*

* Georgij *Protectij (ſi recte legitur) in vniuerſum Ariſtotelis organum commentarij, cum ſchematibus & figuris. In quarto. Ms. bibl. Imperatoris Viennæ.*

Georgius *Pruner ex Ruſpach, pulcherrima inſtrumenta, & libros quoſdam in aſtrorum ſcientia collectos poſt ſe reliquit, quæ Viennæ Auſtriæ in bibliotheca facultatis artium extant.*

Georgius *Pylando, Germanus, tranſtulit Hippocratis lib.* 4. *de morbis, quos Wechelus excudit Pariſijs. Idem de morbis mulierum ſcripſit. Item annulum Aſtronomicum aut ſphæricũ, excuſum Mediolani apud Vincentium Medam, anno* 1544. *quatern.* 5. *Obijt Mediolani eodem anno.*

* Georgij *Raw Muſicæ Enchiridion in ſchola Witenbergenſi congeſtum,* 1546.

Georgius *Reiſchius, Carthuſianus, ſcripſit Margaritam philoſophicam excuſ. in* 4. *ex recognitione Orontij cum appendicibus, anno* 1535. *Baſileæ. Eiuſdem (vt puto) liber artis metiendi, ſeu Geometr. praxeos, excuſus Pariſijs à Guilielmo Morelio, venit* 6. *denariolis Gallicis.*

Georgius *Relmiſius, ſcripſit rationarium Euangeliſtarum.*

Georgius *Riplay, Anglus, ſub D. Auguſt. titulo Canonicus regularis, ſcripſit Philoſophorum ſecreta. De rerũ temperaturis. Hiſtoriam compaſſionis Mariæ. Alcumiſtarum myſteria. Compendiũ Alchymiæ. Vitam D. Ioan. Brydlyngthon. Vitam D. Botulphi. De magia naturali. Theoricam quandam lib.* 1. *Concordantias Guidonis & Raimundi, lib.* 1. *Caſtellum* 12. *portarum, lib.* 1. *Hoc opus eſt de Calcinatione, Solutione, Separatione, cõiunctione, putrefactione, congelatione, multiplicatione, proiectione, & ſimilibus. Practicam Ceremoniale, lib.* 1. *Dicta Ægri, lib.* 1. *Dialogorum quoq; lib.* 1. *De lapide philoſophico, lib.* 1. *Carmina & epiſtolas, lib.* 1. *& alia. Claruit anno* 1490.

Georgij *Rithaymeri, de orbis terrarum ſitu compendium, excuſ. eſt Norimbergæ à Petreio, anno D.* 1538. *Eodem anno ab authore ſcriptum Viennæ.* **Eiuſdem Grammatica Græca. In octauo, Coloniæ* 1536.

Georgius *Rotallerus, Heſiodi opera & dies, Latine carmine elegiaco reddidit, & epigrammatum librum conſcripſit, Petrus Brubacchius excudit Francofurti, anno* 1546. *octern.* 8. *& dimidio. Idem Sophoclis fabulas tres, Alexandram, Electram, & Antigonem, carmine Latino tranſtulit. Gryphius excudit, anno* 1550. *Idem poſtea Sophoclis Tragœdias, quotquot extant, Latino carmine reddidit. Antuerpiæ Gulielmus Sylnius, anno* 1570 *in octauo.*

Georgius *Sabinus Brandeburgenſis, Philippi Melanchthonis gener, Iſocratis orationem de Concordia domi conſtituenda, & bello in Aſiam transferendo contra Barbaros, Latinam fecit: quæ excuſa eſt* 1531. *Edidit quoq; Poemata aliquot excuſa Argentorati apud Cratonem Mylium,* 1538. *Eius etiam oratio de vtilitate ſtudiorum eloquentiæ, habita in Gymnaſio Francfordienſi; inſerta eſt Philip. Melanchth. declamationibus excuſis Argentinæ apud Cratonem Mylium. Idem conſcripſit libellum de electione & coronatione Caroli V. Romano. Imperat. excuſ. Coloniæ apud Hen. Mameranũ. Item præcepta de carminibus ad veterum imitationem artificioſe componendis: impreſſa cum Mycilli ratione examinandorum verſuum, Francofurti* 1569. * *Et nuper cum ſcholijs Ioannis Schœfferi denuo excuſa Francofurti ad Viadrum, anno Domini* 1580. *Præterea Ioan. Functius in Chronicis refert eundem ſcribere, quæ & quando per ordinem Teuthonicorum militum ſint geſta, & contra infideles barbaros perpetrata.*

* Georgij *Salmuth, philoſophiæ & medicinæ doctoris, Diſputationes tres Monſpeſſuli in Gallia habitæ, anno* 78. *&* 79. *nunc Lipſiæ excuſæ, anno Domini* 1580.

Georgij *Sauromani, equitis Germani, oratio panegyrica de laudibus Maximiliani Aug. nuncupata Carolo Ferdinando: impreſſa Baſileæ apud Ioan. Frobenium, anno* 1520. *cum panegyricis aliquot veterum. Eiuſdem oratio ad principes Chriſtianos, de religione & communi concordia: impreſſa eſt Romæ, anno* 1529.

Georgij *Saxoniæ ducis Epiſtola ad Lutherũ, impreſſa Ingolſtadij, anno* 1572.

Georgius *Schaller, Germanicis Rythmis deſcripſit omnium animalium bipedum & quadrupedum naturas atque proprietates. Francofurti, anno* 1569.

* Georgij *Schezel, Caroloſtadij Anatoliæ virginis legenda, de reformatione Monaſteriorũ, item de eſu carnium tractatus, manuſcriptus in bibliotheca Imperatoris.*

Georgius *Scholarius, defenſiones pro Ariſtotele ſcripſit, à Georgio Gemiſto refutatus, vt ſupra diximus. Georgij Scholarij in quinque voces Porphyrij. Item Monodia in dormitionem S. Mar-*

Digitized by Google

ci archiepiſcopi Epheſini. Venetijs in bibliotheca ad S. Antonium manuſcripta extant Græce. * In bibl. Imperat. Viennæ habetur Georgij Scholarij de proceſſu Spiritus ſancti, & eiuſdem liber ſecundus de proceſſione Spiritus ſancti à Patre, ad Comnenum Magnum in Trapezuntio regem. Græce manuſcript. fol.

Georgij *Schrœgelij Boij Elegia* ἐγκωμιαστικὴ *in CL. vrbem Belgarum Handouerpiam, cum oda eiuſdem argumenti. Plantinus excudit in 4.*

Georgij *Schwaiger moduli aliquot ſacri cantatu elegantiſsimi. Monachij 1572. * Faſciculus ſelectiorum aliquot cantionum ſacrarum, quinq; vocum. 4. Monachij.*

* Georgius *Schumannus vertit, Michaelis Barthol. Annæburgenſis diſticha ſacra de Patriarchis & Prophetis, Apoſtolis & Euangeliſtis, De Iſraelitarum ducibus & regibus, tùm Hieroſolymitanis, tùm Samaritanis, deq; pijs ac præcipuis aliquot mulieribus. Ex Latinis nunc Græca quoque facta, & in Tetraſticha Germanica inſuper conuerſa.*

Georgius *de Selua, epiſcopus Vaurenſis, octo vitas Græcorum & Romanorū ex Plutarcho tranſtulit. Liber impreſſus, 1548. in 16. apud Ioannem de Tournes. Eiuſdem epiſtola in volumine epiſtolarum clarorum virorum habetur.*

Georgij *Seifridi medici, Genealogia principum Brandenburgenſium, Witenbergæ 1555.*

Georgij *Seifridi Sultzuelten, diarium typis excuſum.*

Georgij *Sibuti Daripini, Germani, poemata de Maximiliani Cæſaris aduentu Coloniam, Quentel Colonienſis impreſſit, anno 1505. Addita ad eundem epigrammata Iacobi Spigelij, Petri Bonomi, Nicolai Marſcalci, Heinrici Einhorni, Ioan. Murmellij, Iacobi Canteri, Bernardi Greningi, Theodorici Vlſenij, Ioannis Antonij Lucilij, Gualteri Tangerij. Idem Sibutus, ſcripſit artem memoratiuam, concionatoribus & iuriſperitis vtilem lib. 1. Vitam D. Annæ carmine lib. 1. Claruit anno 1506. Hæc eius opuſcula ſunt impreſſa.*

* Georgius *Sigelius, Theologiæ profeſſor, ſynopſin hiſtoriæ Ieſu Chriſti, quemadmodum eum ex diuina inſpiratione Sancti ſpiritus D. D. Mattheus, Marcus & Lucas deſcripſere, ſtudioſis Academiæ Altorfianæ propoſuit. Norimbergæ in forma tabulæ, anno 1583.*

Georgius *Silberſchlag, Germanice edidit concionem de extremo iudicio, atq; damnatorum pœnis & gaudio piorum, ex Cyrillo magna parte deſumptam. Erdfurdi, anno 1572.*

Georgius *Simler Wimpinenſis, ſcripſit commentarium non indoctum in comœdiam Ioannis Reuchlini præceptoris ſui, quæ inſcribitur Sergius, vel Capitis caput, impreſſum Phorcæ, 1580. Scripſit etiam obſeruationes de arte Grammatica. Item de literis Græcis & diphthongis, quemadmodū ad nos veniant. Quæ vnà excuſa ſunt Tubingæ, per Thomam Anshelmum, anno D. 1512.*

Georgij *Spintleri Regimen ſpirituale, ſeu vera præſeruatio & cura peſtis, vbi oſtenditur an, quomodo & quo fugienda ſit peſtis. German. Norimbergæ 1559. Eplicatio Germanica in 17. caput Ioan. Ibidem 1570. Conciones quadrageſimales, de pœnitentia, confeſſione, abſolutione, cœna Domini, paſſione Chriſti. Ibidem 1573. German.*

Georgij *Steinhart, Ornamentum Chriſtiani Gynæcei: explicatio Euangelij in viſitatione Mariæ virginis. Francofurti, anno 1568.*

Georgij *Syngeli hiſtoria ab Adamo ad Alexium Comnenum, Græce extant Romæ in Vaticana, & Viennæ Ms. in bib. Imp.*

Georgius *Technicus, grammaticus Græcus, numeratur inter illos authores, ex quibus ſuum Cornucopiæ Phauorinus Camers collegit.*

* Georgij *Theodorici Miſſeni, Quæſtiones Muſicæ breuiſsimæ, ex varijs collectæ. 8. Gorlicij, 1580. Eiuſdem cantiones funebres Latine & Germanice. 8. Norimbergæ per Theodoricum Gerlazium, anno 1573.*

Georgius *Trapezontius, Apoſtolicus ſecretarius, ſcripſit Rhetoricorum lib. 5. excuſ. Baſileæ apud Curionem, anno 1522. Dialecticam breuem quidem, ſed abſolutam, quæ eſt impreſſa Coloniæ apud Gymnicum, anno 1530. & rurſus ibidem, cum ſcholijs Nouiomagi, anno 1538. & mox Argentorati. Commentaria in orationes Ciceronis Philippicas: excuſa Pariſijs apud Aſcenſium, & Baſileæ cum alijs in Ciceronem commentarijs apud Rober. Winter. Et apud Oporinum, anno 1553. Comparationes Ariſtotelis & Platonis, Venetijs anno 1523. in 8. Præfert autem Ariſtotelem longo interuallo, ideoque ei pro Platone reſpondit Beſſarion. Opuſculum in locum illum Euangelij: Si volo eum manere donec veniam, quid ad te? & quod S. Ioan. Euangeliſta nondum ſit mortuus, impreſſ. Baſileæ 1543. apud Rob. Winter cum alijs quibuſdam. Eiuſdem in Cl. Ptolemæi centum ſententias commentarium, & librum de Antiſcijs, in quorum rationem fata ſua reijcit: item cur aſtrologorum iudicia plerunq; fallãt: omnia excuſa Coloniæ 1544. & Venetijs. Poſteriores duo cum Omar de natiuitatibus, anno 1525. in 8. apud Ioan. Gymnicum, cum Ioan. Pontani dialogo, quatenus credendum ſit aſtrologiæ. Tranſtulit ex Græcis in Latinum ſermonem, Cyrilli commentarios in Euangelium Ioannis, & eiuſdem Theſaurum, ſiue de Trinitate lib. 14. Rhetoricorum Ariſtotelis lib. 3. qui cum cæteris Ariſtotelicis operibus Latinis habentur. Euſebij de Euangelica præparatione libros, Almageſtum Cl. Ptolemæi, impreſſum apud Henricum Petri. Præterea tranſtulit Ariſtotelis libros, de Animalibus. Chryſoſtomi homilias in Matth. 81. poſteriores. Gregorij Niſſeni myſticam Moſaicæ vitæ enarrationem. Scripſit etiam Iſagogen & commentaria in magnam compoſitionem Ptolemæi. De diuina ſubſtantia ſecundum Ariſtotelis doctrinam. De veritate fidei Chriſtianæ. Epiſtolas in Pſalmum 44. quorum quædam extant Venetijs ad S. Antonium. Claruit anno Domini 1435.*

Georgij *Thymi Zuiccauienſis, Hymni ex varijs au-*



Digitized by Google

rijs authoribus collecti, cum melodijs Martini Agricolæ & Pauli Schalenreuteri. Impreſſi Zuiccauiæ, 1553. Eiuſdem catechiſmus Græcis carminibus ſcriptus, impreſſus Lipſiæ.

Georgij *Valaguſæ, Bononienſis, floſculi epiſtolarum Ciceronis lingua Italica expoſiti, Venetijs impreſſi apud Cominum de Tridino montis ferrati, anno Domini 1549. octern. 4.*

* Georgij *de Valentia, vide Gregorij de Valen.*

Georgius *Valla Placentinus, ſcripſit multa præclara volumina, de quibus extant ſubiecta. De orthographia lib. 1. De quantitate ſyllabarum lib. 1. de ſiguris oratorum & poetarum lib. 1. In Ciceronē de vniuerſitate lib. 1. In eundem de fato lib. 1. In topicorum lib. eiuſdem lib. 1. In rhetoricam ad Herennium lib. 1. In Iuuenalem lib. 1. de ratione differendi lib. 1. de rebus expetendis & fugiendis lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Orationes varias. Eius de expetendis & fugiendis rebus magnum eſt opus, quo hæc continentur: de philoſophia & mathematica in genere lib. 1. de arithmetica lib. 3. vbi quædam à Boetio prætermiſſa tractantur, de Muſica lib. 5. & primo de inuentione & commoditate eius. De Geometria lib. 6. in quibus elementorum Euclidis difficultates omnes fere exponuntur, vbi etiam de Mechanicis, ſpiritalibus, catoptricis, ac opticis, deq; quadrato circuli habetur. Tractatus de tota aſtrologia li. 4. in qua fabrica, vſuſq; aſtrolabij exaratur, & quæ ſignorum in exhibendis medicaminibus ſit habenda obſeruatio. De phyſiologia lib. 4. vbi & metaphyſices quædam, lectu digniſſima, de medicina lib. 7. vbi de ſimplicium natura per ordinem literarum. Problematum lib. 1. De Grammatica lib. 4. de dialectica lib. 1. de poetica lib. 1. de Rhetorica lib. 2. de morali philoſophia lib. 1. de Oeconomia, ſiue adminiſtratione domus lib. 3. in quibus de architectura, req; ruſtica ſuus eſt locus, politicum vnicum volumen, vbi de iure ciuili ac pontificio primum, mox de legibus in vniuerſum, inde de re militari agitur. De corporis commodis, & incommodis lib. 3. quorum primus totus de anima, ſecundus de corpore, tertius vero de vrinis ex Hippocrate, ac Paulo Aegineta, deq; Galeni quæſtionibus in Hippocratem. de rebus externis lib. 1. ac vltimus, vbi de gloria, amplitudine, & cæteris huiuſmodi, hæc ſummatim: ſed inſunt & alia plurima, quæ legendo licet cognoſcere. Verum eius lucubrationes ſeparatim, varijs etiam locis excuſæ ſunt. Nam liber de orthographia, vnà cum eiuſdem de epiſtolari charactere, deq; imitatione atque exercitatione præceptiunculis, Baſileæ 1541. De expedita ratione argumentandi libellus, ad Nicephori imitationem: Baſileæ apud Adamum Petrum, & Rober. Vuinter: & Coloniæ apud Soterem. Philoſophiæ moralis compendium ex Geor. Valla, Apiarius* Ber*næ excudit, de inuenta medicina, & in quot partes diſtributa ſit: Argentorati. de vrinis ibidem. De tuenda ſanitate per victum, & quæ ſecundum cuiuſq; naturam in victu ſequenda aut fugienda ſint, cum P. Aegineta de ciborum facultatibus: ibidem. de corporis partibus libellus, cum Ioan. Andernaci anatomia, Baſil. apud Rob. Vuinter, 1536, de corporis commodis & incommodis, de pulſuum differentia, Argentorati apud Hen. Sybold. cum Parthenij dialogo de anatome. de vniuerſi corporis purgatione: ibidē. de inſtitutione rhetoris lib. 2. ibidem. Commentarij in Ciceronis dialogum de oratoria partitione, Lugduni à Gryphio, et Baſileæ à Roberto Vuinter cum diuerſorum commentarijs in libros rhetoricos Ciceronis. Commentarij in Almageſtum Ptolomæi. Commentarij in quadripartitum Ptolomæi, excuſi ſunt in Italia. Porro ex Græcis Latinos fecit: Magnorū mortalium Ariſtotelis lib. 2. Nemeſij de natura hominis lib. 1. Alexandri Aphrodiſei de febrium cauſis & differentijs opuſculum, Rhazæ librum de peſte, & Pſelli de victus ratione, Procli Diadochi hipotypoſes aſtronomicarum poſitionum, Nicephori libellum de compendiaria arte differendi, Cleomedis de mundo, vel de meteoris librum. Problemata Auerrois, quæ Venetijs excudit Anto. de Strada, anno 1488.*

Georgij *Veneti Minoritæ Harmonia mundi totius.*

Georgius *Viuiennus edidit Enchiridion de verborum & rerum ſignificatione, hoc eſt titulum* XVI. *libri digeſtorum L. P. collatum cum Pandectis Florentinis & manuſcriptis exemplaribus, adiectis ſcholijs Antinomijs. Coloniæ 1570. in 8. Item D. Iuſtiniani lib. 4. Inſtitutionum iuris, multo ſuccinctiores quo facilius memoria reddantur, emendatioreſq; repreſentauit ſingulis paragraphorum initijs obſeruatis. Ibidem. Tabulas inſtitutorias in quatuor libros inſtitutionum iuris ciuilis. Partes duæ. Coloniæ anno 1571. Compendium de diuerſis regulis iuris Cæſarei. Digeſtorum libri L. titulus* XVI. *ſerie alphabetica. Ibidem.*

* Georgij *Vuald. L. I. philoſophiæ & medicinæ doctoris, de vſu terræ ſigillatæ à ſe inuentæ, contra peſtem, venena hauſta, alioſq; varios morbos Germanice. In 4. Sangalli 1582.*

Georgij *Vualteri libellus precum, in vſum eorum qui morbo alijſq; tentationibus affliguntur, addita eſt doctrina de precibus quæſtionibus aliquot comprehenſa. Lipſiæ in 8. Germ. Regulæ vitæ Chriſtianæ ordine decalogi, adiunctis ſelectiſſimis ſententijs & cauſis impulſiuis, ex verbo Dei excerptæ. Vuitebergæ 1572. Conſolationes parentum in morbo aut morte liberorum. Norimbergæ. Conſolatorius libellus. Francofurti in 12. Conſolatio peccatoris ſua peccata agnoſcentis & petentis veniam. ibidem. Conſolatio eorum qui dolent mortem amicorum, coniugū, liberorum. Ibidem. Libellus de confeſſione peccatorum. Canticum Simeonis, explicatum ad conſolationem & tollendum metum mortis. Præcipui articuli Chriſtianæ doctrinæ, quæſtionibus comprehenſi, & verbo Dei, ac Lutheri & Melanchtonis dictis declarati ac confirmati. Magdeburgi. Fons Chriſtianæ vitæ, è quo hauriantur cauſæ Chriſtianæ viuendi & reſipiſcendi à peccatis. Ibidem. Cauſæ triginta, quæ omnes Chriſtianos à peccato deterrere & ad piam atq; ſanctam vitam incitare debent. Francofurti. Omnia hæc Germ. edita ſunt. Quarta pars præcipuorum dogmatum Chriſtianæ doctrinæ. Mag-*

deburgi, anno Domini 1573. Germanice.* Quinta pars capitum doctrinæ Chriſtianæ ex verbo Dei, Lutheri & Melanchtonis ſcriptis, confirmata. Germanice in 8. Magdeburgi 1573. & anno 1574. acceſſit eiuſdem pars ſexta & poſtrema. In octauo. Magdeburgi.

Georgij Vueberi muſici, Cantiones ſacræ quatuor, quinque & ſex vocum, Germanice. Mulhuſij in Thuringia.

Georgij Vuerneri Sileſij, libri aliquot carminum editi. Item epiſtola eius, cum de fonte Smolnicio, cuius aquæ ferri conſumendi vis ineſt, tum de alijs in Pannonia vndarum miraculis. Eiuſdem liber de admirandis Hungariæ aquis, excuſus Viennæ in quarto.

Georgius Vuicelius, Germanus, ſcripſit librum pro defenſione bonorum operum, excuſum Lipſiæ apud Michael. Blum, anno Domini 1532. adhortatiunculam ad congregationem concilij, Lipſiæ impreſſ. per Nicolaum Fabrum eodem anno, & deinde per Nicolaũ Vuolrab. Confutationẽ reſponſionis Iuſti Ionæ, vna cum aſſertione bonorũ operum, Lipſiæ impreſ. per Nicolaum Fabrum, anno Domini 1533. De vera iuſtificatione, Lipſiæ apud eundẽ. De eccleſia ſanctorum, Lipſiæ apud eundem. Præconium Euangelicæ gratiæ Lipſiæ apud Melch. Lotther, & Moguntiæ apud Franciſcum Behem, anno Domini 1534. Commentariolum de arbore bona, Antichriſto, Interceſſione diuorum & ieiunio. De die mortis Dominicæ, Lipſiæ apud Valentinum Schumann, & deinde etiam apud Nicolaum Vuolrab. Orationem in Hebraicæ linguæ & leges ſcholæ puerilis, ibidem apud Nicolaum Fabrum, & mox apud Nicolaum Vuolrab. Syllabarium ſiue cõprehenſionem iocorum ex vtroque teſtamento de bonis operibus. Lipſiæ apud Melchiorem Lotther, & deinde apud Nicolaum Vuolrab. Apophraſim de voluntate Chriſtiani hominis, Lipſiæ impreſſ. per Nicolaum Fabrum, & mox per Nicolaum Vuolrab. De eccleſia Chriſtianorum contra Iuſtum Ionam, Lipſiæ impreſſ. apud Nicolaum Fabrum. Expoſitionem ſeptem pſalmorum excuſam Lipſiæ per Melchiorem Lotther. De Eucharistia iuxta ſenſum ſcripturæ ac ſanctorum patrum, Lipſiæ per eundem impreſſ. deinde per Nicolaum Vuolrab, ac mox Friburgi excuſſ. apud Ioannem Emmeum. De bonorũ operum ad iuſtitiam ſimul ac ſalutem æternam neceſſitate libellum, Lipſiæ impreſſ. apud Melchiorem Lotther, Diuorũ ex veteri teſtamento ἐκσδιήγματα, Coloniæ excuſ. per Melchiorem Noueſianum, anno Domini 1535. & mox Moguntiæ per Franciſcum Behem. De raptu epiſtolæ priuatæ, & præfixa illi criminatione contra ludum Syl. Heſſi. Expoſtulationem cum hoſte Iona, excuſam Lipſiæ per Nicolaum Fabrum & Vuolrab. Expoſitionem verbi credendi, & quot modis in ſacris literis accipiatur, Lipſiæ excuſ. apud Nicolaum Fabrum. Catechiſmum eccleſiæ, Lipſiæ per Melchiorem Lotther & Friburgi excuſum per Ioannem Emmeum, & Moguntia apud Franciſcum Behem, annõ Domini 1535. Expoſitionem in pſalmum 120. Lipſiæ apud Melchiorem Lotther. Dialogum de Concilio, impreſſum Nurenbergæ per Ioannem Petreium. De oratione, ieiunio & eleemoſyna libellum, Lipſiæ excuſ. per Melchiorem Lotther, Nicolaum Vuolrab, & deinceps Friburgi impreſſ. per Ioannem Emmeum. De pœnitentia, confeſſione & poteſtate clauium libellos duos, impreſſos Lipſiæ apud Melchiorem Lotther, Nicolaum Vuolrab, & mox Friburgi excuſum apud Ioannem Emmeum. Libellum de Euangelio Martini Lutheri & eius eccleſia. Lipſiæ impreſſum per Michaelem Blum, & Friburgi per Ioannem Emmeum excuſum anno Domini 1535. Conciones triginta excuſas Lipſiæ per Nicolaum Fabrum & Nicolaum Vuolrab impreſſ. Anno Domini 1536. Apologiam contra calumniatores, Lipſiæ per Nicolaum Fabrum, & Friburgi per Ioannem Emmeum. Reſponſionem ad ſcripta Eckerlingi nomine edita. Lipſiæ excuſam. Libellum de vera iuſtificatione, Chriſtianorum vita, & ſyncero Dei verbo, excuſum Lipſiæ apud Melchiorem Lotther. Annotationes in Biblia Vuittenbergenſium, Lipſiæ apud eundem anno Domini 1537. De obdormitione Chriſtianorum, Lipſiæ apud eundem & Friburgi per Ioannem Emmeum, item Moguntiæ apud Franciſcum Behem. Precationes excuſas Lipſiæ per Melchiorem Lotther, & Moguntiæ per Franciſcum Behem. Methodum concordiæ Eccleſiaſticæ, Lipſiæ per Nicolaum Vuolrab. Orationem de paſtoribus veris, Lipſiæ apud eundem, anno Domini 1537. Epiſtolarum libros quatuor, Lipſiæ apud Nicolaum Vuolrab. Acta Eiſlebinſia de remiſſione peccatorum, Lipſiæ apud eundem. Enarrationes Euangeliorum & Epiſtolarum Dominicalium, excuſas Lipſiæ per Nicolaum Vuolrab Moguntiæ apud Franciſcum Behem, & Coloniæ per Euchar. Ceruicornum. Enarrationes cantionum Mariæ virginis, & Zachariæ ſacerdotis, ac Simeonis Iuſti, cum tribus pſalmis Dauidicis excuſas Lipſiæ anno Domini 1537 Conqueſtionem de calamitoſo Chriſtianorum ſtatu, & epitaphia in mortem Eraſmi Roterodami. Lipſiæ apud Nicolaum Vuolrab, anno Domini 1538. De baptiſmo & Euchariſtia homilias duas, Lipſiæ apud eundem. Reiectionem Lutheraniſmi, apud eundem. Querelam euangelij contempti, apud eundem. Orationem in veterẽ Adam, excuſam Lipſiæ apud eundẽ. Martyrologion Chriſti, Lipſiæ apud eundem. Reſponſionum ad articulos Lutheri de concilio, Lipſiæ apud eundem 1538. Dialogorum lib. 3. de religionis diſſidio, Lipſiæ apud eundem, 1539. Quæſtiones catechiſticas excuſas Moguntiæ, ad D. Victorem per Franciſcum Behem. Typum eccleſiæ prioris, Moguntiæ per Iuonẽ Schœffer, & deinde per Fran. Behem, anno 1540. Hagiologiũ, ſeu de Sanctis eccleſiæ, Moguntiæ per Fran. Behem, anno 1541. Catechiſticum examen, Mogun. apud Iuo. Schœffer, et deinde apud Franciſc. Behem. Pædagogia Chriſtianæ fragmentum, ibid. apud Fran. Behem. Precationes ibidem. Catechiſmum, ibidem, 1541. Odas Chriſtianas, ibid. Propheticos ſermones 100. ibidem. Onomaſticon eccleſiæ, ibid. Idiomata lingæ ſanctæ veteris & noui

teſtamenti

teſtamenti, Moguntiæ apud eundem. Icones Chriſtiani hominis, apud eundem. Enarrationes in Haggæum prophetam apud eundem, anno 1541. Eccleſiaſticas Demegorias ac conciones euangeliorum ac epiſtolarum per totum annum, apud eundem, anno 1543. Ordinandorum examinationes, apud eundem, anno 1544. ~~Tabula Cebetis expoſitionem apud eundem, anno 1545.~~ Gratiarrm actiones ob Dei beneficia, apud eundem. Quadrageſimale apud eundem, anno 1545. Scripſit etiam minutiora quædam, vt Teſſaradecas ſuper negotio pacificationis. Theſes de fide & operibus. Item de pœnitentia. Poſitiones de Concilio, Epicedion & Epitaphium Georgij ducis Saxoniæ. Viam pacis. Dialogum de Comitijs. Aduentum Cæſaris in Germaniam, &c. Scripſit etiam præfationes in Eccleſiaſticos quoſdam authores. vtpote in D. Auguſtini librum de fide & operibus. In eiuſdem librum de vita Chriſtiana, &c. Collegit ex Auguſtino de ciuitate Dei, bona ac mala, quibus humanum genus affligitur, quæ excuſa ſunt Moguntiæ apud Fran. Behem. anno 1541. Item Chriſtianorum aliquot poetarum carmina theologica, excuſa apud eundem. Scripſit præterea de medijs quibuſdam ineundæ in Chriſtiana religione concordiæ. Dialogum de nuptijs. Caſtigationes in nouum Teſtamentum. Proloquia in hæreſes. Additiones typi eccleſiæ, & Hagiologij. Auctuarium in poſtillas de tempore. Argumenta in omnes libros Iliados Homericæ. De Polygamia lib. 3. Orationem aduerſus calumnioſum accuſatorem in genere iudiciali. Annale priuati hominis. Anacephalæoſim concionum Eccleſiaſticarum. Orationem Hodæporicam. Dialogum de eccleſiæ ſtatu. Formulas reformatorias. Compendium Grammatices. Diſticha in omnes totius anni Dominicas. Verſuum aliquot centurias. De igne purgatorio. Eccleſiæ incommodorum rationes, & alia multa. Tranſtulit è lingua Latina in Germanicam, Concionem Baſilij Magni contra fœneratores, in Pſal. 14. Concionem S. Ioan. Chryſoſtomi contra auaritiam. Et aliã contra vſurã: liber excuſus eſt Lipſiæ, apud Nicolaum Vuolrab, anno 1535. Meditationes cuiuſdam Itali in Pſalmum 31. excuſas Moguntiæ per Franc. Behemum. Dogmata eccleſiaſtica ex Auguſtino, Moguntiæ apud eundem. Eraſmi Rot. libellũ de eccleſiæ concordia, excuſum Erphurdiæ per Mattheum Maler, anno 1534. S. Cypriani concionem de morte, cum exhortatione S. Ambroſij ad mortẽ, quæ Lipſiæ anno 1536. & deinde Moguntiæ ſunt excuſa apud Fran. Behem. De miſſa veteris eccleſiæ ex Ioanne Chryſoſtomo, Moguntiæ apud eundem anno 1541. De ritu baptizandi apud veteres libellum ex bibliotheca Fuldenſi, excuſ. apud eund. Collectas dominicales: Præterea ſcripſit Præconium euangelicæ gratiæ per Chriſtum in 8. Idiomata quædam linguæ ſanctæ in ſcriptis veteris teſt. obſeruata. ibidem anno 1542. Methodum ſtudij theologici pariter & concionalis officij, Coloniæ 1552. Compendioſiſſimã deſcriptionem belli Iudaici ex Flauij Ioſephi libris concinnatam, ibid. excuſam. De libero arbitrio hominis, Chriſtiani, ibid. excuſum 1548. Epitome Romanorum pontificum à Petro vſque ad Paulum III.

* Eius inſignium locorum vtriuſq; teſtamenti comprehenſio, de abſoluta neceſsitate bonorum à fide operum: Nunc recens aucta ac emendatius reuiſa in octauo, Coloniæ, apud Adolphum Roſtium, anno 1580. Claruit anno Domini 1552.

* Georgius Zigabenus de ſeptem vocalibus ac reliquis literis conſonantibus in quarto manuſ. bib. Imperat. Viennæ.

Georgius Zingel citatur in Chryſopaſſo Eccij.

Geraldi vel Gerardi cuiuſdam præcepta chirurgica.

Gerardus Albertus, ſuper 2. Codicis de inſtitu. & ſubſtitu.

Gerardi Bergenſis medici iurati Reipublicæ Antuerpienſis, de præſeruatione & curatione morbi articularis & calculi libellus. Antuerpiæ in officina Plantini. Eiuſdem de peſtis præſeruatione.

Gerardi Bolderij medici celeberrimi liber de balneis Chalderianis in agro Veronenſi.

Gerardus de Bononia, ordinis fratrum beatæ Mariæ virginis de monte Carmeli, ſcripſit ſuper ſententias libros quatuor. Quodlibeta librum vnum. Quæſtiones ordinarias lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Et alia plura. Summam theologiæ præclaram inchoauit, quam tamen morte præuentus imperfectam dereliquit. Claruit anno 1317.

Gerardus Brianſonis, Tholoſæ minorita, theologus, ſcripſit ſuper ſententias lib. In ſeptẽ pſalmos lib. 1. Super Dionyſio de angelica hierarchia lib. 1.

Gerardi Bucoldiani pro ebrietate oratio Coloniæ dicta. Eiuſdem carmen de Muſarum in Germaniam profectione. Liber excuſus Coloniæ apud Ioannem Soterem 1529. De inuentione & amplificatione oratoria, ſeu vſu locorum lib. 3. excuſi Lugduni apud Gryphium 1534. Commentarij in orationem Ciceronis pro rege Deiotaro, excuſi Baſileæ cũ commentarijs in omnes Cic. orationes apud Oporinum, 1553. Eiuſdem narratio de puella quæ ſine potu vixit, excuſa eſt Pariſijs apud Robertũ Sthephanum. Claruit Bononiæ, anno 1535.

Gerardi Buſæi catholicus catechiſmus iuſſu G. Lindani editus Germanice. Coloniæ anno Domini 1572.

Gerardus Bututus Pariſienſis medicus, cõmentarios ſcripſit in Conſtantini monachi viaticum.

Gerardus Camiſius, ſcripſit Grammaticam, excuſam alicubi (ni fallor) in germania.

Gerardus de Campiſeo doctor iuris de quo in expoſitione tit. in vſibus feudorum.

Gerardus de Caſtris, ordinis Carmelitarũ monachus, ſcripſit de paſsione Domini lib. 1. Sermones de tempore & de ſanctis lib. 1. Quadrageſimale quoque lib. 1. Et alia quædam. Claruit anno 1470.

* Gerardus Cotius Alenſis ſcripſit quædam carmina: Multa vtilia collectanea in eius bibliotheca ſunt poſt mortem illius reperta, ſed nondum edita.

Gerardus Cremonenſis, medicus, ſcripſit Introductorium medicinæ lib. 1. Commentarium in viaticum Conſtantini monachi lib. 1. Tranſtulit canones medicinæ in Toleto de Arabico in Latinum, quos



Digitized by Google

princeps Aboali edidit. Scripſit Theoricas Planetarum ante Georgium Peurbachium, quas deinde Io. de Regio monte Dialogo contra Cremonenſia deliramenta inſcripto refutauit. Ex Arabica lingua in Latinam vertit canones Auicennæ 5. quos habemus impreſſos. Raſis practicam & Antidotarium, vt vocant, & diuiſiones. Librum Albengneſit de virtute medicinarum & ciborum, de quo ſupra, commentarios quoſdam in prognoſtica Hippocratis, qui cum Ioannicio olim excuſi ſunt, tum veteri ſimul & noua textus prognoſticorum translatione. Ars parua Cl. Galeni eodem interprete, ibidem habetur. Idem tranſtulit Ioannis Serapionis practicam medicinam, Gebri Arabis lib. 9. de aſtronomia. Item è Græco conuertit Kiranni vel Kirannidis lib. 4. de lapidibus, plantis, animalibus. Scripſit etiam quædam de Geomantia. Raph. Volater. hunc Gerardum Suelonetã vocat, ab oppido eius natali, in Cremonẽſi agro.

Gerardi à Cubalo oratoris, Feltrinæ legationis ad illuſtriſſimum ſereniſſimumq; principem Laurentium Priolum oratio. Venet. apud Gryph. 1557.

Gerardus de Cuſſaco, Gallus, Agenni in Vaſconia Carmelita, ſcripſit ad Bernhardum S. Ciriaci Cardinalem, ſermones 60. ad clerum lib. 1. Sermones 64. ad populum librum 1. Claruit anno Domini 1346.

Gerardus magnus Dauentrienſis, ſcripſit de Contractibus & vſuris lib. 1. De inſtitutione nouitiorum lib. 1. De locatione curæ paſtoralis lib. 1. De conuerſatione interna lib. 1. De regimine monialium lib. 1. De incommoditatibus matrimonij lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Contra fornicatores ſacerdotes. Et alia multa. Claruit anno Do. 1384.

Gerardus Dicæus, Lucenſis, Deliam amantem grandi volumine celebrauit carmine, & vertit Dionem.

Gerardus Dorn è Germanico in Latinum trãſtulit Theophraſti Paracelſi Philoſopiæ magnæ collectanea quædam. Chirurgiam vulnerum, cum recentium, tum veterum occultorum & manifeſtorum vulnerum. Libros duos de contracturis, Apoſtematibus, Syronibus & nodis. Lapidem metaphyſicum aut philoſophicum, qui vniuerſalis medicina vera fuit patrum antiquorum ad omnes indifferenter morbos. Librum de meteoris, de matrice, de tribus principijs lib. 2. Archidoxorum lib. 10. De præparationibus. De vexationibus Alchymiſtarum. de Cementis metallorum. De gradationibus eorundẽ. Chirurgiam minorem Bertheoneam. De cutis apertionibus. De vulnerum & vlcerum curis. De vermibus, ſerpentibus, &c. De maculis à natiuitate ortis. Scripſit etiam Chymicum artificiũ naturæ theoricum & practicum 1568. in octauo. Clauim totius philoſophiæ Chymiſticæ ad Adamum Bodenſtenium. Lugduni decimoſexto.* Per eundem, Treuiſanus de Chymico miraculo, quod lapidem philoſophiæ appellant. Dionyſius Zecharius Gallus, de eodẽ, authoritatibus varijs principũ huius artis Democriti, Gebri, Lullij, Villanouani confirmati & illuſtrati. In octauo Baſileæ apud hæredes Petri Pernæ, anno 1583. Eodem authore, de naturæ luce phyſica, ex Geneſi deſumpta, iuxta ſententiam Theophraſti Paracelſi tractatus. Cui annexa eſt modeſta quædam admonitio ad Thomam Eraſtum, philoſophum & medicum Germannum, de retractandis calumnijs et conuitijs in Paracelſum perperam in lucem datis per quatuor tomos. De noua medicina. 8. Francoforti apud Chriſtophorum Coruinum 1583.

Gerardus de Elten, natione Germanus, ſcripſit inter alia, Quæſtiones ſententiarum, lib. 1. Quæſtiones diſputatas, lib. 1. Sermones & collationes librum. 1. Varia quoq; in philoſophia lib. 1. Et alia complura. Floruit anno 1471.

Gerardi Fabri Cadurcani, oratio adhortatoria ad eccleſiarum rectores, habita Syluanecti. Pariſijs, anno 1538.

Gerardus Falkenburgius ad Nonni Dionyſiaca edita à Plantino. Lectiones varias et coniecturas ſuas addidit.

Gerardus Geldenhaurius Nouiomagus, ſcripſit Epiſtolam ad Gulielmũ Geldriæ principẽ, etc. gratulatoriam de principatuum ſuorum adeptione, & admonitoriam officij principis: cum hiſtoria Batauica impreſſam Coloniæ, anno 1541. Hiſtoriam Batauicam cum appendice de vetuſtiſſima nobilitate, regibus, ac geſtis Germanorum: impreſſam Argentorati apud Chriſtophorum Egenolphum anno D. 1530. Germaniæ inferioris hiſtorias, & loca aliquot declarata, libellus excuſus cum Bilibaldi Pirckheymeri Germania. Francofordiæ apud Egenolphum, anno 1532. Nouiomagi ciuitatis Batauorum encomium, ex Satyris ipſius, verſibus 16. Item hiſtoria & catalogus epiſcoporum Vltraiectinorum, impreſſa Marpurgi apud Egenolphum, anno 1542. cum varijs alijs rerum Germanicarum hiſtorijs. Satyræ hexametris verſibus ſcriptæ, nondum editæ. Tranſtulit etiam quædam Ioannis Marij Belgici, de miranda antiquitate regum Germaniæ. Eius epiſtolæ aliquot de hæreticis, De re euangelica, & hæreticorum pœnis: excuſæ Argentorati. Egenolphus 1529.

Gerardi Habbij, Theologiæ communis & vſitatæ compendium, per dialogum propoſitum, in quo multæ quæſtiones explicantur. Col. 1573. 8.* Einſd. ſacra Chriſti Euãgelia cũ epiſt. quæ diebus Dominicis, et alijs ferijs ſacris in eccl. orthodoxa ſunt ordinata: nunc primum per numerum in certas quaſi periodos & clauſulas clarioris intelligentiæ, ac facilioris memoriæ cauſa diſtincta, ac paucis atq; apertis hypotheſibus iam recens illuſtrata. His quoq; addita ſunt Euangelia cum epiſtolis, quibus eccleſia catholica tempore neceſſitatis atq; exequiarum ſeu funebri, per omnes ſeptimanæ ferias vtitur. 8. Coloniæ apud Petrum Horſt.

* Gerardi Iatro Cremonenſis Metaphraſis in Ianum Damaſcenum Arabem in fol. Baſileæ. 1543.

* Gerardi Iauſenij presbyteri decem de eccleſia tractatus, quibus vbi vera ſit eccleſia (vt titulus pollicetur) perſpicue oſtenditur, eiuſdemq; authoritas aſtruitur. 4. Col. apud Maternum Cholinum, 1580.

Gerardi Iſingij Hypomnema in primam cenſuram Adami Kuchenmeiſter, Maguntiæ, Franc Behem. 1544.



Digitized by Google

Gerardus *Liſtrius Rhenenſis, edidit Vltraiectinæ regionis ſeu diœceſis, quæ Bataniæ finitima eſt deſcriptionem elegantem carmine hexametro, & quorundam eiuſdem diœceſis epiſcoporũ laudes: impreſſam Marpurgi ab Egenolpho, cum varijs hiſtorijs Germanicis* 1542. *Commentarij in Deſ. Eraſmi Rot. encomium Moriæ, excuſi Baſileæ in officina Frobeniana, anno* 1552. *cum Senecæ ludo de morte Claudij, &c. Et Coloniæ apud Ioannem Soterem, anno* 1534. *Commentarij in Dialecticam Petri Hiſpani, excuſi Suollæ.* Eiuſdem extat libellus de octo figuris conſtructionis.*

Gerardus *Lorichius Hadamarius, ſcripſit theſes profeſſionis Catholicæ, vnà cum abuſionum, ſuperſtitionum, hæreſeon, & ſchiſmatum, cuique catholico fugiendorum iudicio, ad exactam eccleſiæ reformationem, liber excuſus an. Domini* 1541. *Eiuſdem liber de miſſa publica propaganda, & abuſibus tollendis, excuſus anno Domini* 1536. *in octa. Eiuſdem Monoteſſaron paſſionis Chriſti Ieſu: cum expoſitione omnigenæ orthodoxæ doctrinæ fœcunda, qua tam veritas hiſtorica, quam religionis ſinceritas declaratur, ex patrum Catholicorum ſententijs accurate corraſa. Pariſijs anno Domini* 1548.* *Eius compendium textus & gloſſematon in omnes Noui Teſtamenti libros. Coloniæ* 1541. *in folio.*

Gerardus *de Marbnys Vltraiectinus canonicus, ſcripſit dialogum de prima materia, & alium de captione vrbis Tongrenſis, & quædam alia. Claruit anno Domini* 1495. *Tritt. de ſcript. German.*

Gerardi *Mathiſij Geldrienſis* προλεγόμενα *in vniuerſam Ariſtotelis logicam, quibus generalis philoſophiæ diuiſio continetur, ad veterum ſententiam accomodatæ expoſita. Coloniæ Petrus Horſt, anno Domini* 1556. *Epitoma Ariſtoteleæ Logicæ Græcolatina. Coloniæ Petrus Horſt anno Dom.* 1569. *in octauo. Idem Ariſtotelis de rerum principijs libros quatuor, in epitomen contraxit. Coloniæ liber impreſſus eſt anno Domini* 1570. *ab authore correctus & locupletatus. Præterea Ariſtotelis librum primum de cœlo in epitomen contraxit, & analyſeos beneficio explicauit. Coloniæ Petrus Horſt* 1568. *in octauo. Scripſit etiam Commentaria in epiſtolam Pauli ad Romanos.*

Gerardi *Mazolli* I.C. *Conſiliorum decas prima Venetijs apud Ioann. Andream Valuaſſorem,* 1568. *in folio.*

Gerardus *Mercator Rupelmondanus, edidit Rationem ſcribendarum literarum Latinarũ, quas Italicas curſoriaſque vocant. Item tabulas Paleſtinæ ſiue terræ ſanctæ, Flandriæ, Europæ, Orbis vniuerſi tabulam ad vſum nauigantium accomodatam. Excudit quoque Britanniæ inſulæ tabulam, ab alio quopiam deſcriptam. Omnia elegantiſſime cælata.* * *Tabulas Geographicas Cl. Ptolomæi ad mentem authoris reſtituit & emendauit. Eiuſdem & Matthæi Beroaldi Chronologia, hoc eſt ſupputatio temporum ab initio mundi ex Eclipſibus & obſeruationibus Aſtronomicis & ſacræ ſcripturæ firmiſſimis teſtimonijs demonſtrata. In octauo Baſileæ per Thomam Guarinum.*

Gerardi *de monte: artium & theologiæ profeſſoris Coloniæ in librum S. Thomæ de Aquino, de ente & eſſentia. Eiuſdem tractatus oſtendens concordiam ſancti Thomæ, & venerabilis Alberti, in multis in quibus dicuntur eſſe contrarij.* * *Hic eſt ille (vt ex fine libri de ente & eſſentia colligitur, à quo famoſiſſimum gymnaſiũ Colonienſe quod Burſam montis vocant, ſuam primæuam ſumpſit denominationem: Præterea autem ſcripſit Textualem expoſitionem in librum Ariſtotelis de cœlo & mundo: De generatione & corruptione: In Metheorologica: In parua naturalia, Apologiam contra quendam qui Concordiam Thomæ & Alberti oppugnat. Omnia hæc ſimul edita apud Heinricum Quentelium Coloniæ. Obijt anno Domini* 1480. *Nouembris* 9.

Gerardi *Moringi de paupertate eccleſiaſtica: exhortatio ad temperantiã. Sorbona.* Idem deſcripſit vitam Auguſtini. Antuerpiæ, anno Domini* 1533.

Geradus *à Nazareth, patria Galilæus, apud Nazareth primum, deinde in Montana Nigra prope Antiochiam Eremita, epiſcopus tandem Laodicenſis, Græce & Latine doctus, ſcripſit ad Guilbelmum presbyterum, de conuerſatione ſeruorum Dei, lib.* 1. *Vitam Abbatis Heliæ, lib.* 1. *De vna Magdalena contra Græcos lib.* 1. *Ad ancillas Dei in Bethania lib.* 1. *Contra Salam templarium lib.* 1. *atq; alia. Claruit anno Domini* 1140.

Gerardi *Nennij Sledani, profeſſoris artium et linguarum in Academia Roſtochiana, Epithalamion Dauidi Chytreo ſcriptum, excuſum Roſtochij* 1553. *in quarto.*

* Gerardi *Nouiomagi de Germania inferiori hiſtoria & loca aliquot declarata. Francoforti,* 1572. *Eiuſdem hiſtoria Batauica: & de vetuſtate Germaniæ in* 4. *Eiuſdem chronicon.*

Gerardus *ordinis fratrum Prædicatorum, natione Germanus, Leodienſis, ſcripſit de doctrina cordis librum vnum. Sermones de tempore lib.* 1. *Sermones de ſanctis lib.* 1.

Gerardus *monachus cœnobij S. Quintini in inſula, ſcripſit hiſtoriam translationis coronæ & partis de cruce Domini, quas reliquias Ludouicus rex Franciæ ab imperatore Conſtantinopolitano conſequutus, tranſtulit Pariſios. Scripſit etiam beatæ Helizabeth Lantgrauiæ miracula poſt mortem lib.* 1. *Reſponſoria & cantus de eadem lib.* 1. *& quædam alia. Claruit ann D.* 1270.

Gerardus *Odonis, ordinis fratrum minorum, ſcripſit ſuper ſententias lib.* 4. *de Logica quoq; lib.* 1. *Quæſtiones varias lib.* 1. *in libros Ethicorum lib.* 10. *in philoſophia morali lib.* 2. *Hic etiam compoſuit officium ſtigmatum S. Franciſci, ordinis minorum inſtitutoris. In multos deniq; Bibliæ libros commentarios edidiſſe dicitur. In libros Ethicorum Ariſtotelis cum textu eiuſdem opus excuſum Venetijs ſtylo barbaro, anno* 1500. *Claruit anno* 1330.

Gerardi *de Riedesfordia, militis templi Domini, de expeditione Aſiatica ſub Friderico primo & ſecundo ſuſcepta, hiſtoria extat Viennæ Auſtriæ*



Digitized by Google

*apud Vuolgangum Lazium.*

* Gerardi *Rodolphi Grauienſis de literis Canonicis, videlicet formatis, pacificis, commendatitijs, ac dimiſſorijs, quibus in eccleſia primitiua ſancti patres ex generalium Conciliorum Decretis in ſacroſancta Nicæna ſynodo prius excogitatis, vſi ſunt.* 8. *Coloniæ apud Geruinum Calenium & Hæredes Ioannis Quentelij.* 1582.

* Gerardus *Rocekenius concionator Paderbornenſis collegit ſententias aliquot ex optimis authoribus editas in vſum ſuæ ſcholæ: ſcripſit etiam librum de ceremonijs papiſticis: cui oppoſuit contrarium ſcriptum Hermannus Hamelmannus.*

Gerardus *Sagarellus, doctor theologus Pariſienſis, Italus natione, ſcripſit aduerſus Minoritas lib.*1. *Cui reſpondit per Apologiam Bonauentura Franciſcorum Generalis. Claruit anno D.*1360.

Gerardus *epiſcopus Sauonenſis, ordinis fratrum eremitarum ſancti Auguſtini, patria Bergomenſis, ſcripſit ſuper ſententias lib* 4. *Quodlibeta duo lib.*1. *in Cantica canticorum lib.* 1. *in Epiſtolam ad Hebræos lib.*1. *In* VI. *Decret. de reli.do.lib.*1. *Claruit anno* 1340.

Gerardus *de Senis, natione Italus, ordinis fratrum eremitarum ſancti Auguſtini, in vtroq; iure longa exercitatione peritus, ſcripſit in primum ſententiarum lib.*1. *De contractibus & vſura lib.*1. *de Præſcriptionibus lib.*1. *Floruit anno* 1340.

Gerardus *de Solo, natione Gallus, medicus, ſcripſit in nonum ad Almanſorem lib.*1. *de Gradibus medicinæ lib.*1. *De febribus lib.*1. *& alia multa. Introductorium iuuenum, tractatus de gradibus, & libellus de febribus: excuſa in Italia. Eiuſdem ſuper primam fen primi canonis, & partem ſecundi: item ſumma de conferentibus & nocentibus. De cuſtodienda ſanitate. Commentum ſuper* 9. *Almanſoris. Aggregationes de criſi & de criticis diebus, & de prognoſticationibus. Item ſuper viaticum Conſtantini, manuſcripta extant apud Marcũ Dreſſerum.*

Gerardus *Stredam, natione Germanus, ordinis Carthuſienſium, ſcripſit ad abbatem ſancti Hadriani de Giraldi monte, de cura paſtorali lib.*1. *de decem præceptis lib.*1. *de ſeptem ſacramentis lib.*1. *ſpeculum religioſorum lib.*1. *Dialogum de virtutibus li.*1. *Dialogum de vitijs lib.*1. *Sermones de tempore li.*1. *ſermones de ſanctis lib.*1. *& quædam alia. Claruit anno Domini* 1443.

Gerardus *Theutonicus, de contractibus & vſuris, item de horis canonicis.*

Gerardi *à Turnhout Tricinia ſacrarum & aliarum cantionum, tam viua voce quam inſtrumentis commodiſſima Louanij* 1569.

Gerardi *Veluyki itinera deſerti, ſiue de Iudaicis diſciplinis & earum vanitate liber, cum nonnullis ex libris Iudæorũ de fide Chriſtiana conſentientibus, excuſus Venetijs apud Bombergum, anno Domini* 1539. *in* 4.

Gerardi *Viueri inſtitutio linguæ Gallicæ addiſcendæ, Germanice conſcripta. Coloniæ anno Domini, in octauo.*

Gerardi *Voſſij artis rhetoricæ methodus, in qua per quæſtiones præceptiones rhetoricæ tractantur. Louanij* 1571. *in* 8.

Gerardus *Vueſterburg, doctor theologiæ, Emdæ in Friſia, ſcripſit librum de purgatorio contra Colonienſes inquiſitores hæreticæ prauitatis. Item de adoratione ſacramenti. De inſigni religione Colonienſium. Idem inuenit molendinum nouum artificioſiſſimum, quod vento quidem flante ab eo impellitur, quieſcente à ſex equis facile agitur, & octo molas circumuoluit.*

Gerardus *Zutphanienſis, Germanus, ſcripſit de reformatione interiori, ſeu virium animæ lib.*1. *de aſcenſione ſpirituali lib. ſermones varios lib.*1. *Eius liber de ſpiritualibus aſcenſionibus, impreſſus eſt olim in* 8. *cum meditationibus deuotis, de vita & beneficijs Ieſu Chriſti, anonymi cuiuſdam.*

Gerardus *Zutphanienſis alius à ſuperiori, gymnaſij Colonienſis decus, ſcripſit quæſtiones ſententiarum notabiles lib.*4. *Quæſtiones etiam quodlibetarias ordinauit, in quibus multa pro eruditione diſcipulorum determinat. Alia quoq; nonnulla edidit. Claruit anno* 1400. *Tritt. de ſcript. Germ.*

Geraſini *ſermones & epiſtolæ, Græce manuſcriptæ, Venetijs ad S. Anthonium.*

Gerianus, *epiſtolæ* 2. *apud Cyprianum author cum aliquot coepiſcopis lib.*1.

Gerinus *Theologus. Benedictini profeſſionis monachus, cœnobij (vt fertur) Glaſtonienſis in Anglia ſcripſit de lege diuina lib.*1.

Germanicus *Cæſar Arati Phænomena conuerterat, cuius adhuc extant fragmenta, quæ cum fragmentis Ciceronis, Virgilij & Rufi Auieni carminibus in eadem, Græcis è regione poſitis, Ioan. Oporinus Baſileæ excudi curauit, cum Ioachimi Perionij translatione Ethicorum Ariſtot. &c. Et Heruagius cum Higino. Eiuſdem hexaſtichon lib.*1. *Anthologij Græci leguntur, & ſimiliter in* 3. *Idem orauit cauſas atque inter cætera ſtudiorum monumenta reliquit comœdias Græcas. Carmen eius quod in Auguſti Cæſaris equum compoſuit, celebrat Plinius.*

Germani *archiepiſcopi Conſtantinopolitani, &c. ſermo Græcus de terminis vitæ, extat in quadam bibliothica Italiæ. Eiuſdem* [illegible] *contra Ioannem Metropolitem Naupacti. Item* [illegible] *extant in magno Canonum volumine Ioan. Zonaræ. Encomium Deiparæ in bibliotheca regia. Eiuſdem in aliquot pſalmos Dauidicos cõmentaria, incerto interprete, extant apud Vuolgangum Lazium, hiſtoricum & medicum Viennenſem.* * *Homiliæ in virginem Mariam Græce manuſ. bib. Imper. Viennæ, in quarto.*

Germanus *Brixius Antiſſiodorenſis, canonicus Pariſiẽſis multa ſcripſit, ex quibus impreſſa ſunt Antimorus, carmen aduerſus Thomam Morũ Anglum, Pariſijs excuſum. Epiſtolæ gratulatoriæ quatuor, ibidem à Wechelo impreſſæ. Elegia in obitum Franciſci Deolini: & alia quædam carmina & epiſtolæ. Ex D. Chryſoſtomo tranſtulit dialogum de epiſcopatu & ſacerdotio, ſiue de dignitate & onere*

epiſcopi

Digitized by Google

*epiſcopi libros* 6. *Ceruicornus excudit Marpurgi, anno* 1537. *Item, Homilias octo priores in epiſtolam Pauli ad Romanos, ex eodem, excuſas Pariſijs. Item Babylam martyrem ex eodem vertit.* * *Denique tractatum de comparatione Regis & monarchæ eiuſdem Chryſoſtomi tranſtulit. Antuerpiæ Ioannes Bellerus ſub aquila aurea excudit. Scripſit epigrammata in obitum Franciſci Valeſij Francorum regis deſignati, quæ excuſa ſunt Pariſijs anno* D.1537.

Germani *Neapolitani archiepiſcopi hiſtoria eccleſiaſtica, excuſa Romæ.*

* Germani *Peyer libellus germanicus: quo prouocat & vrget reſponſum à Nicolao Selneccero, ad propoſita nec dum refutata argumenta de intellectu verborum quibus Chriſtus in ſacratiſſa illa cœna eſt vſus: ſcriptus nomine omnium Chriſtianorum verba Chriſti dextrè intelligentium, quos ille paſſim in ſuis ſcriptis, ſine ratione conuitijs inſectatur. In quarto Neapoli Nemetum anno Domini* 1582. *Eiuſdem demonſtratio: Nicolaum Selneccerum argumenta decem, de intellectu verborum Cœnæ Dominicæ ei obiecta peruertere: ac in ſumma nihil ad rem reſpondere: ac proinde teſtimonio propriæ conſcientiæ de iniuſta perditaque ſua cauſſa in hac controuerſia, euictum eſſe. Item de vera adoratione humanitatis Chriſti in vnitate perſonæ, Eccleſiæ Chriſti catholica doctrina & confeſſio aduerſus D. Selneceeri eiuſque ſociorum compilatorum Erdfurdianæ apologiæ, fraudes & repetita conuicia germanice in* 4. *Neoſtadij Nemetum, apud Matthæum Harniſch.* 1583.

* Germani *Valentis Guellij commentationes & Paralipomena in P. Virgilium Maronem. In folio Antuerpiæ apud Plantin. anno Domini* 1580.

Gerochus *Richerſpergenſis antiſtes, monachus, natione Boius, ſcripſit libros de rebus Hildebrandi & Henrici. Auentinus.*

Gerodius *in libro equorum citatur à Syluatico in Marmoro. Sunt autem verba Hieroclis quæ adducit, itaque illius nomen ita deprauatum videtur forte ab Arabibus.*

Gerſias *poeta negliens à Polluce nominatur libro nono.*

Gertrudij *practica, vide Bertrutij.*

Geruaſij *Ameni lucubratiunculæ excuſæ ſunt (Venetijs puto) in* 4.

Geruaſius *Citeſtrenſis ab vrbe in qua natus eſt nomen cepit. Hic presbyter ſcripſit de ſacerdotalis ordinis inſtructione, In Malachiam commentarios lib.* 1. *In Pſalmos Dauidis lib.* 1. *Homilias aliquot lib.* 1. *Claruit anno* 1160. *Baleus.*

Geruaſius *Dorabernenſis, ſeu Cantuarienſis, monachus Benedictinus, ſcripſit rerum in Anglia geſtarum hiſtorias. Claruit anno* D.1128.

Geruaſius *de Melkeleya compoſuit opus de arte dictandi quod vocat De ſaltu lacteo lib.* 1. *Epigrammata quædam lib.* 1. *De verſibus edendis lib.* 1. *Claruit anno* 1217.

Geruaſius *Ricobaldus Ferrarienſis, hiſtoriam pontificum ſcripſit vſq; ad ſua tempora, hoc eſt, annum Domini* 1300.

Geruaſius *Scholaſticus, patria Argentinenſis, ſcripſit in Apocalypſin Ioannis, lib.* 1. *Conciones in Euangelia, lib.* 4. *In omnes epiſtolas Pauli conciones, lib.* 14. *In epiſtolas Canonicas, lib.* 7. *Et alia. Claruit paſtor Lentisburgi anno* 1557.

Geruaſij *Sepini Salmurei Eroto pægnion lib.* 3. *ad Apollinem. Pariſijs apud Vuechelum anno Domini* 1553. * *Eiuſdem Menalcas item Alexis Ecloga ſeptima, ſyluarum libri duo decimoſexto Pariſijs.*

Geruaſius *Tilgerienſis, Henrici ſecundi Anglorum regis nepos, Guilhelmi olim Remenſis archiepiſcopi clericus, & Arelatenſis regionis Mariſcallus, hiſtoriarũ cognitioni candidus inuigilabat. Vnde Othoni quarto Romanorum imperatori charus, quod ille quoque maternum genus ab Anglica muliere duxerit, opus ſuorum Chronicorum dedicauit adſcripto titulo, De otijs imperialibus, lib.* 3. *Illuſtrationes Galfrid. Monumetenſis, lib.* 4. *De mundi deſcriptione, lib.* 1. *Opus facetiarum, ad Henricum iuniorem, lib.* 1. *De origine Burgundionum, li.* 1. *De mirabilibus orbis, lib.* 1. *Hiſtoriam terræ ſanctæ, lib.* 1. *Et alia. Claruit anno Domini* 1210. *regnante rege Ioanne. Hic ille eſt quem Lycoſtenes Tibelenſem cognominat.*

Geruaſius *Telliberienſis, citatur in Bocatij genealogia.*

Geruici *cuiuſdam de Amſterdanis oratio funebris, edita eſt.*

Geryon *Seilerus, Auguſtæ Vindelicorum medicus clariſſimus, edidit vna cum alijs eius reip. medicis libellum de peſte.*

Geſius *vel Geſſius medicus & ſophiſta celebris ex Gea Arabiæ: huius meminit Stephanus de vrbibus.*

Getulici *hiſtoriæ citantur à Suetonio. Eiuſdẽ carmina quædam extant apud Probum grammaticum, in primo Georg. Virgilij commentario. Eiuſdẽ tetraſtichon & hexaſtichon extant lib.* 3. *Anthologij Græci, & decaſtichon* 6. *lib.*

Gez *Græcus ſcripſit libros imaginum, De ſtationibus ad cultus Veneris. De quatuor ſpeculis, De imaginibus Veneris.*

* Giaconnij *Sannazari Arcadia. In* 16. *Sonettij. Italicè. In* 8. *Venet.* 1549.

Giaferi *hiſtoriographi primum volumen in quo res Iſmaeliticæ cum ſumma fide à Muhamede aut Albigend, vt vocant, ſunt ſcriptæ, cum honorifica mentione rerum Chriſtianarum, eſt apud Guilielmum Poſtellum: propter crebra nomina propria punctis charentia, interpretatu difficile opus.*

* Gigij *Arthemij Rodigini comœdia cingana Italice. In* 8. *Venet.* 1550.

Gilbertus *natione Anglicus, medicus, ſcripſit de morbis particularibus librum* 1. *item librum qui inſcribitur theſaurus pauperum. Gilberti Anglici de Anglica, commentaria in Secretarium practicæ Ioannis Iacobi, quæ apud quendã in Germania*

epiſcopo. Declamatio in Tyrannicidam. Græcè manuſc. in bibliotheca regis Gallorum.

R. Gazeli ſapientis opus de perfecto complexu, extat apud Guilielmum Poſtellum. Arabice.

Geberus, ſiue Gebrus Arabs Syntaxim Aſtronomicam, ſiue demonſtratiuum opus aſtrologiæ libris IX. De Althymia librum. De inueſtigatione veritatis librum. Scripſit & librum Fornacum, Librum pietatis ſiue miſericordiæ. Librum regni, librum perfecti magiſterij. Gebri de alchymia lib. 3. De inueſtigatione perfecti magiſterij lib. 1. excuſi ſunt Argentinæ anno Domini 1530. in fol. Cum libro trium verborum & Alexandri Magni epiſtola eadem de re. Eiuſdem ſummam perfectionis metallorum vel perfecti magiſterij metallorum lib. 2. De inuentione veritatis ſeu perfectionis metallorũ De fornacibus conſtruendis. Norimbergæ excudit Petreius anno D. 1545. in quarto cum alijs eiuſdem argumenti opuſculis. Gebri althymia ex bibliotheca Vaticana excuſa eſt in Italia. In eandem ſcripſit Ioannes Braceſcus. Præterea extat apud Gulielmum Poſtellum lingua Arabica Almageſtum Gebri opus excellens exponens rationes annorum et ſacrorum, ſecundum Iſraelitarum, Iacobitarum, Neſtorianorum & Syrorum Perſarumq́ ſacra aut feſta. Eius de Aſtronomia lib. 9. excuſi ſunt Norimbergæ à Petreio, anno Domini 1533. cum inſtrumento primi mobilis Petri Apiani. Geberi liber qui flos naturarum vocatur, impreſſus anno Domini 1473. Geberi Chymica impreſſa à Perna cum Auicennæ chymicis.

Gecellini Aparatus ſuper Clementinas, manu ſcriptus, apud Marcum Dreſſerum.

Gelaſius Papa primus, natione Afer, ſcripſit decretum Synodale lib. 1. contra Arianos lib. 2. contra Eutychen & Neſtorem lib. 5. hymnorum, inſtar Ambroſij lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Orationes plures & graues, & quædam alia. Gradualia, Alleluia, & Tractus, cum præfationibus ad miſſam congruentes ordinauit, & libros ſanctorum patrum autenticos ab apocryphis ſequeſtrauit, ſicut habetur diſt. 15. Sancta Ro. Eius decreta cum cæteris pontificijs impreſſa ſunt Coloniæ de duabus naturis in Chriſto aduerſus Eutychen & Neſtorium liber, excuſus Baſileæ apud Henr. Petri in antidoto contra hæreſes, 1528. & Tiguri apud Froſchouerũ, cum alijs veterum ſcriptis de vna perſona & duabus naturis Chriſti ſeruatoris 1571 in folio. Floruit anno Domini 496.

Gelaſij Cæſareæ Cappadocum epiſcopi ſcripta citantur apud Nicephorum lib. 7. Ecclesiaſticæ hiſtoriæ.

Gelaſium Cæſareæ Paleſtinæ epiſcopum Hieronymus multa ſcripſiſſe teſtatur, quæ tamen in lucem edere noluerit. Oratio eius in apparitionem domini citatur à Theodoreto in Eraniſtæ. Gelaſius (idem vt opinor) ſcripſit epiſtolas contra Athatium.

Gellij Bernardini Marmitæ Parmenſis, commentarij in tragœdias Senecæ, excuſi Pariſijs anno 1498. vnà cum Danielis Gaietani commentarijs in eaſdem.

Gellius hiſtoriographus, Romanæ auctor hiſtoriæ, vt ſcribit Valerius, annalium libros Gracchorum temporibus compoſuit.

Geminianus, qui & Dominicus de S. Geminiano: vide ſupra.

Geminius epiſtolæ 4. apud Cyprianũ author, cum aliquot alijs coepiſcopis lib. 1.

Geminus philoſophus, cuius alicubi meminit Proclus Diadochus, ſcripſit Iſagogen in Meteora, & in Phænomena Græce: prima extat Romæ in Vaticana, altera Venetijs.

* Geminæ muſica vnde viginti odarum Horatij melodiæ quatuor vocum ornatæ.

Gemini cuiuſdam hexaſtichon extat lib. 3. Anthologij, & libro 4. tria hexaſticha cum duobus tetraſtichis.

Gemini à Furnis verba apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Geminus Antiochenæ eccleſiæ presbyter, pauca ingenij ſui monumenta compoſuit, ſub Alexandro principe D. Hieronymus.

* Gemiſtus vide Georgius Gemiſtus Pleto.

Gemmæ Phryſij medici et mathematici apud Louanienſes, methodus arithmeticæ, impreſſa Antuerpiæ anno 1540. De locorum deſcribendorum ratione, deq́ diſtantijs eorum inueniendis: Item de vſu annuli aſtronomici, libelli impreßi ibidem cum Petri Apiani Coſmographia, 1540. Charta, ſiue mappa (vt vulgus vocat) qua continetur generalis totius orbis deſcriptio, partim ex veteribus, partim ex recentioribus collecta, & Carolo V. Aug. nuncupata: impreſſa anno 1540. Louanij. Eiuſdem libellus de principijs Aſtronomiæ & Coſmographiæ deq́ vſu globi coſmographici ab eodem editi, & de orbis diuiſione & inſulis, rebusq́ nuper inuentis. Item libellus de annuli aſtronomici vſu. Excuſi ſunt Antuerpiæ apud Ioannem Steelſium anno D. 1548. in 8. Eiuſdem demonſtrationes geometricæ de vſu radij aſtronomici, ſeu regulæ Hipparchi, excuſæ ſunt Antuerpiæ. Arithmeticæ methodus excuſa eſt Pariſijs cum annotationibus & additionibus quibuſdam Iacobi Peletarij. Eiuſdem de Aſtrolabio Catholico liber, quo latiſsime patentis inſtrumenti multiplex vſus explicatur, & quicquid vſpiam rerum mathematicarum tradi poſsit continetur. Antuerpiæ anno Domini 1556. in 8.

Genebria mulier, natione Veronenſis, tempore pij II. Romani pontificis, ſcripſit epiſtolas Latino ſermone lutulentiſsimas.

Genethlius, Genethlij filius, Paleſtinus, Petræus, ſophiſta, Minutiani & Agapeti diſcipulus: docuit Athenis, æmulus Callinici, illuſtris viri. Solerti fuit ingenio totamq́ declamationem auditam memoriter recitauit. Obijt iuuenis, annos 28. natus. Scripſit ſermones ſeu diſputationes & declamationes, inter quas eſt exul, ſemetipſum venditurus poſt Thebanum excidium. Propempticum ad amicum ſuum. Daduchum. Aſclepiadem, & Panegyricos. Suidas.

Gennadius Conſtantinopolitanæ eccleſiæ pontifex, Danielem prophetam ex integro ad verbum

commen-

commentatus expoſuit, Homilias etiam multas compoſuit. Moritur ſeniore Leone imperium tenente. Gennad. Ioan. Trittenhemius ſcribit, eum obijſſe anno ſalutis 460. nihil autem ſcriptorum ipſius ad manus ſuas perueniſſe.

Gennadius *Maſſilienſis Eccleſiæ presbyter, ſcripſit de fide ſua ad Gelaſium papam lib. 1. aduerſus Neſtorium lib. 6. aduerſus Eutychen lib. 9. aduerſus Pelagium lib. 3. aduerſus omnes hæreſes lib. 8. de illuſtribus viris lib. 1. de hæreſi mille annorum lib. 1. impreſſum eſt autem opus de illuſtribus viris eccleſiaſticis, cum quarto tomo D. Hieronymi: & cum Epiphanio de prophetis, ac Hieronymo de eccleſiaſticis ſcriptoribus, etc. Baſileæ apud Cratandrum.*

Gennadij *patriarchæ, & ſynodi Conſtantinopolitanæ epiſtola encyclia de Simonia, in totum orbē miſſa ad omnes Metropolitanos, & Papam Romanum: excuſa Baſileæ apud Ioan. Frobennium 1518. cum Petri & Gregorij Neocæſarienſis canonibus, &c. Ioan. Oecolampadio interprete. Claruit 400.*

Gennadij *Scholarij ſcripta quædam Græca, Diegus Hurtadus à Mendoza in ſua bibliotheca ſeruat, nempe de primo Dei cultu, de tempore et modo eſſentiæ intelligibilium & immortalium animarum ad illos qui ſcandalum patiuntur.*

Gennadij *Scholarij Conſtantinopolitani patriarchæ, Refutatio erroris Iudaici: & liber de fide in forma dialogi: Græce manuſcripta in biblioth. regia. Extat etiam Gennadij dialogus (quem arbitror eundem cum ſuperiore eſſe) Machometani & Chriſtiani de Trinitate, Græce & Latine editus à Braſſicano, Viennæ.* Eiuſdem homiliæ variæ in Euangelia varia de publicano & Phariſæo, de exilio Adam, de Maximiano & Maximino tyrannis in montem Cephalleniæ & in Iudam, in reſurrectionem Ieſu Chriſti. Eiuſdem de mortalibus et venialibus vt vocant peccatis, omnia Græce manuſc. duobus codicibus in. 4. In bibl. Imperat. Viennæ. Eiuſdem liber vita ſalutis inſcriptus, Baſileæ per Heinricum Petreium, 1556. ſub titulo libri Hereſeologia in folio. Eiuſdem defenſio quinq; capitum, quæ in ſancta & œcumenica Florentina Synodo continentur, de proceſſione Spiritus ſancti, de ſacrificio in azymo vel fermento. De purgatorio. De fruitione Sanctorum. De primatu Papæ. Fabio Beneuolentio Senenſi interprete. 8. Dilingæ, 1580. Gennadij Synodus Ferrarienſis contra Florentiam 1436. incboata, in quarto manuſc. bib. imp. Viennæ: & de impedimentis ἑνώσεως, id eſt, coniunctionis & vnitatis atq; etiā defectu Græcorum. in quarto. manuſcr. bib. Imp. Viennæ.*

Genſelinus *quidam doctor in iure citatur à Dominico Gemiriano & Cardin.*

Gentianus *Heruetus Aurelius, ſcripſit Orationes aliquot: Vnam ante Olynthiacarum Demoſthenis orationum prælectionem habitam. De radenda vel alenda barba tres. De aſcenſu domini. De amore in patriam. De patientia. De vitando otio. De grati animi virtute. De dignitate eccleſiaſtarum, & eorum pro dignitate inſtituendis moribus. De clandeſtinis matrimonijs. Epiſtolas duas, in quibus quomodo ſe epiſcopus Chriſtianus gerere debeat explicatur. Epigrammata aliquot. Ex Græca autem lingua in Latinam plurima ab eo translata ſunt. Baſilij magni ſermo aduerſus iraſcentes, & alius de inuidia. Plutarchi libellus: Quomodo oporteat adoleſcentem audire poemata. Sophoclis Antigone. Ioannis Grammatici Philoponi Commentarij in tres libros Ariſtotelis de anima. Alexandri Aphrodiſei libellus de fato. Quæſtiones naturales de anima, & morales. Ioannis Chriſoſtomi homiliæ in Pſalmos. Clementis Alexandrini opera, Protrepticus, pædagogi libri tres, & Stromaton libri octo. Theodoreti epiſcopi Cyri Eraniſtes ſeu Polymorphus dialogus. Hæreticorum improbarum nugarum ac fabularum compendium. Diuinorum decretorum ſeu dogmatum epitome. Commentarij in epiſtolas Pauli. Epiſtola ad Leonem primum pontificem. Θεοφιλὴς id eſt, religioſa hiſtoria. Palladij monachi Lauſiaca ſeu hiſtoria ad Lauſum. Nicolai Cabaſilæ de diuino altaris ſacrificio libellus. Maximi de Myſtagogia, hoc eſt, de introductione ad ſacra eccleſiæ myſteria ſeu ſacramenta. Diui Chryſoſtomi & Baſilij ſacrificij ſeu miſſæ ritus, ex ſacordotali Græco. Theodori Metochitæ paraphraſis in Ariſtotelis libros phyſicos. Photij Nomocanon. Opus Sexti Empirici aduerſus Mathematicos, hoc eſt aduerſus eos, qui profitentur diſciplinas. Antuerpiæ 1569. in folio.*

* Gentiletus (*prænomen ignoro*) *præſes Gratianopoli Galliæ ſcripſit commentariorum de regno & quouis principatu recte & tranquille adminiſtrando libros tres varia & multiplici eruditione refertos, contra Nicolaum Machiauellum. Excuſos in 8. Lauſannæ 1571 & rurſum in 16. ſuppreſſo auhoris nomine.*

Gentilis *Albertini I. C. conſilium in materia Feudali, in cauſa ſereniſſ. Britanniæ principis, cum ſereniſſ. eius viro: habetur inter conſilia feudalia.*

Gentilis *Fulginas, medicus, ſcripſit in Auicennam commentariorum lib. 5. contra peſtilentiam lib. 1. de febribus quoq; lib. 1. de gradibus medicinæ lib. 1. & alia quædam. Eius in Auicennam commentaria duobus Tomis impreſſa olim Papiæ, ex quibus 7. chartæ poſtremæ continent Receptas, id eſt medicamenta compoſita Gentilis ſuper prima quarti Auicennæ. Libellus de diuiſione librorum Cl. Galeni, eorumq; ordine & numero, impreſſus olim Venetijs cum Hali commentario in artem Galeni. Commentarij ſuper tractatu pulſuum magiſtri Aegidij. Venetijs 1494. cum eiuſdem Aegidij libello de vrinis per ipſummet expoſito: & Baſileæ 1529. Expoſitio ſuper tractatibus Auicennæ de lepra, & de diſlocationibus ac fracturis. Vide ſupra in Dino de Garbo, vbi Florentinus patria dicitur. Tractatus de proportionibus medicinarum commiſcendarum, & de modo inueſtigandi complexiones earum, & ad ſciendū conuenientē doſim cuiuslibet medicinæ ſolutiuæ. Impreſſus in Italia, 1485. Symphorianus Campegius addit, eum ſcripſiſſe conſiliorum in omnes morbos li. 1. Eius tactatus duo de balneis, excuſi ſunt Venetijs apud Iuntas anno Domini 1552. cum diuerſorum authorum ſcriptis de balneis.*

Digitized by Google

Gentilis *Papienſis ſcripſit Repertorium iuris.*

* Georgettæ *à Montenay emblemmata Chriſtiana. Lugd. Ioan. Martorellus* 1571.

Georgius *quidam de ſacrificijs Rhodijs, Athenæo citatur.*

Georgij *cuiuſdam Græci monachi hiſtoria tẽporum, ſiue chronica, à condito mundo vſq; ad regnum Nicephori Botaniatæ, extat manuſ. Venetijs in bibliotheca SS. Ioan. & Pauli: & apud Diegum Hurtadum Cæſaris legatum, ibidem.*

Georgij τῆς μεγάλης ἐκκλησίας στίχοι, *Romæ in Vaticana extant. Georgius quidam inter hymnorum ſacrorum auctores numeratur à Cyro Prodromo.*

Georgij *Achanthij Kelhaimanni partitiones in M. T. Ciceronis de rhethorica libros* 4. *ad C. Herenniũ, excuſæ ſunt Baſileæ apud Ioan. Oporinum* 1549. *De periculoſa & turbulenta noſtri ſeculi republica lamentatio, verſu Saphico. Venetijs* 1552.

* Georgij *Amerſeæ de incarnatione verbi, Elegia* XXV. 4. *Monachij.*

Georgij *principis ab Anhalt, præpoſiti Magdeburgenſis ac Miſnenſis oratio conſolatoria de dicto Chriſti, nemo rapiet oues meas ex manibus meis, &c. in ſynodo diœceſana Mersburgenſi recitata: excuſa eſt Lipſiæ apud Valentinũ Papam,* 1550. *Eiuſdem epithalamios concio Torgæ habita in nuptijs illuſtris D. Auguſti, ducis Saxoniæ, & Annæ Danici regis filiæ,* 1548. *die* 8. *Octob. excuſa Lipſiæ à Papa quatern.* 13. *Eiuſdem conciones* 4. *de vtraq; ſpecie ſacramenti, in quibus grauiſſimis argumentis aduerſariorum obiecta diluuntur & refutantur, impreſſæ, Lipſiæ per Vuolfgang. Guntherũ* 1551. *quatern.* 44. *Eiuſdem conſolatio ad Vuolfgangum fratrem in morbo. Eiuſd. conciones duæ de falſis prophetis, et vero vſu doctrinæ Chriſtianæ, in quibus errores Mersburgenſis epiſcopi Sidonij refellit. Eiuſdem cõciones & ſcripta omnia, complectentia ſummam veræ doctrinæ, quæ traditur in eccleſijs repurgatis: è Germanico in Latinum ſermonem conuerſa, & vtilibus ſcriptis ante non editis aucta. Vuitebergæ in fol.* 1570.* *Eiuſdem tractatus de ritu apoſtolico ordinationis vſitatæ in eccleſijs purioribus confeſſioni Auguſtanæ addictis. Eiuſdem ſententiæ de controuerſis articulis, opera & præfatione Selnecceri in lucem editus in* 8.

Georgius *Aemilius Mansfeldenſis, Germanus, edidit epigrammata elegiaca ad imagines mortis, excuſa Lugduni apud Frellonios, cum alijs quibuſdam* 1542. *Elegiacum carmen ad imagines in Apocalypſi Ioan. excuſas Francfordiæ* 1540. *apud Egenolph. cum enarratione. Extat eiuſdem de recenti inſtauratione ſcholæ Sygenſis, in ditione comitis Naſſaenſis, elegia. Querela de incendio arcis Freudenbergenſis. & oppidi vicini eiuſdem nominis, in ditione Naſſaenſi, facto* 1540. *Item oratio Dominica cum duobus Pſalmis; omnia elegiaco carmine, impreſſa Francofordiæ apud Egenolph. Scripſit etiam annotationes in Eſaiæ caput* 53. *De paſſione, morte, & reſurrectione Chriſti. In Pſal. Dauidis* 1. 2. & 12. *In euangelia natiuitatis & trinitatis. Præterea ſacra aliquot eiuſdem argumenti carmina. Quæ omnia excuſa ſunt Baſileæ,* 1550. *Euangelia etiam Dominicalia heroico carmine reddidit, adiectis breuibus argumentis. Liber excuſus Coloniæ apud Mar. Gymnicum,* 1549. *Item epiſtolas Dominicales & feſtiuales, heroico carmine, quas Ioan. Oporinus excudit vnà cum eiuſdem explicatione Euangeliorum per totum annum. Idem ſcripſit propempticon ad Melchiorem Acontium & Chriſtophorum Panonium in Sileſiã abeuntes, Vuitebergæ, Ioſephus Clug excudit,* 1537. *quat.* 4. *Itẽ epicedion Vuolfgangi comitis Hennenbergenſis bello Gallico interfecti. Vuitebergæ excuſ.* 1535. *Eiuſdem deſcriptiones ecclipſium aliquot excuſæ ſunt cum Laurentij Bonicontrij libris de rebus cœleſtibus. Claruit anno* 1559.

Georgij *Agricolæ medici Bermannus, ſiue de re metallica dialogus, excuſus Baſileæ apud Frob.* 1530. *De menſuris & ponderib. li.* 5. *Pariſijs apud Vuechelum,* 1533. *& quædam alia, à Frob. excuſa. Eiuſdem de bello aduerſus Turcam ſuſcipiendo ad Ferdinandum Vngariæ Boemiæq; regem & principes Germaniæ oratio, primum Germanice edita per Laur. Bermannum,* 1530. *deinde ab authore emendata, & vt ſcripta primum fuit Latine edita per Georgium Fabricium,* 1528. *excuſa Baſileæ à Frob. quat.* 4. *Eiuſdem de menſuris & ponderib. Ro. atq; Græcorum li.* 5. *Primus de menſuris Ro.* 2. *de menſuris Græcis.* 3 *de rerum quas metimur pondere.* 4. *de ponderib. Ro. De ponderib. Græcis. De externis menſuris & ponderib. li.* 2. *Ad ea quæ Andreas Alciatus denuo diſputauit de menſuris & ponderibus breuis defenſio. De mẽſuris quib. interualla metimur li.* 1. *De reſtituendis ponderib. atq; menſuris li.* 1. *De precio metallorum & monetis li.* 3. *Baſileæ excuſi ſunt in officina Frobenianorum,* 1550. *in fol. chartis* 91. *Eiuſdem de ortu & cauſis ſubterraneorum li.* 5. *De natura eorum quæ effluunt ex terra li.* 4. *De natura foſſilium li.* 10. *De veterib. & nouis metallis lib.* 2. *Bermannus ſiue de re metallica dialogus. Interpretatio Germ. vocum rei metallicæ, addito indice fœcundiſſimo. Ibid. excuſi* 1546. *in fol. chartis* 135. *Eiuſdem de animantibus ſubterraneis liber ibid. excuſus eſt octern.* 7. *De re metallica li.* 12. *quibus officia, inſtrumenta, machinæ, ac omnia deniq; ad metallicam ſpectantia, non modo luculentiſſime deſcribuntur, ſed & per effigies ſuis locis inſertus, adiunctis Latinis Germanicisq; appellationibus, ita ob oculos ponuntur vt clarius tradi non poſſint. Eiuſdem de animantib. ſubterraneis liber ab auctore recognitus. Baſileæ* 1556 *in fol. Iidem libri etiam Germanice ibidem editi ſunt, Philip. Becbio interp.* 1557. *De peſte lib.* 3.

Georgius *Amirucius ſcripſit de his quæ Geographiæ debent adeſſe.*

Georgij *Anſelmi Parmenſis epigrammatum lib. ſeptem excuſi ſunt Parmæ apud Franciſcum Vgoletum, anno Domini* 1526.

Georgij *Antiocheni Epiſtolæ Græcè extant Venetys ad S. Antonium.*

Georgij *Autumni Conciones tres, Germanice. Islebij, anno* 1569.

* Georgij *Bætici Heliberitanæ ſedis antiſtitis de Trinitate ſeu de fide liber, iam recens editus. In*

octauo

*Octauo Coloniæ apud Maternum Cholinum.*

Georgius *Balſamo Græcus, ſcripſit quædam carmine & ſoluta oratione. Vixit in aula Saluiati Cardinalis. Gyraldus.*

* Georgius *Barth Oſnaburgenſis, ſcripſit vulgari idiomate contra Oſiandrum: contra Iudæos, Librum item ædidit de immortalitate animæ ad regem Daniæ: Homilias aliquot de Lazaro euulgauit.*

Georgius *Benignus, Archiepiſcopus Nazarenus, ſcripſit de Dialectica magnum volumen, excuſum Romæ. Eiuſdem pro Ioanne Reuchlino defenſio, cum præfationibus Hermanni Nuenarij comitis, & Martini Groningi Bremenſis I.C. Eſt autem dialogus an Iudæorum libri, quos Talmud appellant, ſint potius ſupprimendi quàm tenendi & reſeruandi. Vexillum Chriſtianæ victoriæ, lib.1. De aſſumptione virginis matris lib.1. Et alia. Claruit anno Domini 1490.*

Georgij *Bernardi, Diuiſiones in quatuor libros Inſtitutionum. Lugduni anno Domini 1570. in octauo.*

* Georgij *Berſmanni Annæbergenſis poemata, in libros duodecim diuiſa, in octauo Lypſiæ, Typis Vogelianis.*

* Georgij *de la Bele octo miſſæ. Antuerp. 1578.*

Georgius *Binderus, Tiguri ludimagiſter, ſcripſit vernacula lingua Dramata quædam ſacra, & Huldrichi Zuinglij librum inſcriptum Subſidium, &c. in Germanicam linguam tranſtulit.*

Georgius *Birckmeier Vlmenſis indicē Theologicum compoſuit, editum Baſileæ anno 1525.*

Georgij *Bock Arlunenſis lucubrationes, iucundæ & vtiles. Excuſæ Baſileæ apud Henricum Petri.*

Georgius *Briobathus Germanus, Mathematicus inſignis, ſcripſit Theorica. Rap. Volater. lib. 21. Vrb. com. Forte Beurbachius.*

* Georgij *Bruinij, Simonis Nouellani, Franciſci Hogenbergij, De præcipuis orbis terrarum ciuitatibus cum earundem delineationibus. Liber ſecundus in folio, Coloniæ apud auctores.*

Georgij *Bruxellenſis in logicam Ariſtotelis expoſitio, per omnes organi partes, ſermone barbaro: cum additionibus quibuſdam Thomæ Bricoti, excuſa Lugduni anno Domini 1504. apud Stephanum Gueynard. Eius interpretatio in Summulas Petri Hiſpani, cum Thomæ Bricot quæſtionibus, ibidem impreſſa apud Iannot de Campis, anno Domini 1509.*

Georgius *Buchananus Schotus rudimenta grammatices Latinæ, Thomæ Linacri ex Anglico ſermone in Latinum vertit: ea Nico. Brylingerus impreſſit Baſileæ, anno 1542. Extant eius et elegantiſſima poemata: Iephtes tragœdia Lutetiæ apud Vaſcoſanum. Franciſcanus & fratres, quibus acceſſerunt varia eiuſdem & aliorum poemata. Baſileæ apud Guarinum, anno 1568. Eiuſdem Pſalmorum paraphraſis poetica, Geneuæ, Argentinæ & Antuerpiæ impreſſa in 8. & in 16.* * *Eiuſdem Baptiſtes ſiue calumnia Tragœdia, in 8. Francof. apud Wechelum. De iure regni apud Scotos Dialogus. Editio ſecunda. in 8. Edimburgi 1580. Pſalmi Dauidis ab eodem verſibus expreſſi: nunc primum modulis* IIII. V. VI. VII. VIII. *vocum à I. Seruino decantati. 4. Lugduni 1580. Rerum Scoticarum hiſtoria eodem auctore. Edimburgi in fol. 1583.*

Georgius *Bulleyn comes Rochefordiæ, & Annæ Reginæ frater in Anglico ſermone edidit Rhythmos elegantiſſimos lib.1. Obijt anno Domini 1536. Baleus.*

Georgij *Bulloci, S. Theologiæ profeſſoris, Oeconomia methodica concordantiarum ſacræ Scripturæ, Antuerpiæ apud Plantinum anno D. 1572. in folio.*

Georgij *Buſchij pictoris Erdfurtani libelli duo de nouo cometa qui anno 1572. apparere incœpit. Erdfurti 1573. Germanice in 4.*

* Georgij *Calaminij Sileſij liber de literarum origine & propagatione. Elegiarum lib.1. Lyricorum liber 1. Epithalamion liber 1. Epigram. lib.1. in octauo, Argentorati apud Nicolaum Wiriot, anno Domini 1582. Eiuſdem Ecloga Daphnis ſeu Chriſtus patiens, in quarto. Argentorati. Verſio Tragœdiæ Phœniſſæ Euripidis, in 8. Argentorati, apud Nicolaum Wiriot. 1580.*

Georgij *Camariotæ, Encomium in tres Hierarchas, Baſilium, Gregorium, & Chryſoſtomum: Græcè manuſcript. in bibliotheca Regia.*

Georgius *Caſſander, Marci Accij Plauti ſententias & loquendi formulas venuſtiores ex omnibus comœdijs in gratiam ſtudioſæ iuuentutis decerpſit, & breuibus ſcholijs in ſingulas comœdias adiectis illuſtrauit. Sententiæ item breues & argutæ, cum breui commentarij ſingulis ſubiecti acceſſione. Gandaui excudebat Iodocus Lambertus 1536. in octauo. Eiuſdem Oratio panegyrica in laudem vrbis Brugarum & ſtudiorum humanitatis atque lectionis publicæ, tunc primum in ea vrbe inſtitutæ, à R.P.D. Ioanne Albio, eiuſdem vrbis ciue, epiſcopo Cubenſi habita Brugis nonis Maij anno D. 1541. & eodem anno Gandaui impreſſa. Tabulæ breues & expeditæ in præceptiones rhetoricas, impreſſæ primum Antuerpiæ, poſtea Pariſijs recognitæ anno 1548. poſtremo Coloniæ per Martinum Gymnicum 1550. Tabulæ præceptionum dialecticarum, quæ quam breuiſſime & pleniſſime artis methodum complectuntur in puerorum & rudium gratiam. Coloniæ primum 1545. impreſſæ, poſtea Pariſijs recognitæ, & poſtremo auctæ & recognitæ. Coloniæ 1550. Tabulæ locorum dialecticorum. Ibidem. C. Plinij Secundi libro de viris illuſtribus, qui vulgo Cornelio Nepoti inſcribitur, adiecit aliquot illuſtrium virorum geſta, qui ante Procam & cum Pompeio fuerunt, quorum nomina ſunt hæc, Euander, Latinus, Æneas, Aſcanius, M. Licinius Craſſus, M. Cato Vticenſis, C. Iulius Cæſar, M. Brutus, C. Caſſius, M. Tullius Cicero, Q. Sertorius, M. Antonius, M. Lepidus. Coloniæ excudit Gymnicus anno Domini 1549. Liber de viris illuſtribus continens vitas eorum qui commemorantur in ſacris biblijs vſq; ad regum hiſtoriam. Coloniæ,*

Digitized by Google

anno Domini 1550. Edidit etiam Honorij de prædeſtinatione & libero arbitrio dialogum nunquam antehac typis excuſum. Epiſtolas duas ad B. Auguſtinum de reliquijs Pelagianæ hæreſeos ad fidem vetuſti exemplaris recognitas, ſententias ex libris Auguſtini de prædeſtinatione ſanctorum, & de bono perſeuerantiæ, quibus ad ſuperiores epiſtolas reſpondetur. His addidit epiſtolam de eodem argumento. Coloniæ Syluius excudit, anno Domini 1552. B. Vigilij martyris & epiſcopi Tridentini opera edidit, inter quæ Diſputationem inter Sabellium, Fotinum, Arrium & Athanaſium nunquam ante hac integre editam ſuo authori vindicauit: ac addidit Commentarium de duabus in Chriſto naturis & vnica hypoſtaſi, aduerſus præcipuas huius ætatis hæreſes. Coloniæ, anno Domini 1555. Hymni eccleſiaſtici præſertim qui Ambroſiani dicuntur multis in locis recogniti, & multorum hymnorum acceſſione locupletati: cum ſcholijs opportunis in locis adiectis, quibus potiſſimum locutiones aliquot patrum & eccleſiaſtici ritus explicantur. Appendix de inuocando ſpiritu ſancto eiuſdem Caſſandri, Coloniæ, anno D. 1556. in quarto. Liturgica de ritu & ordine dominicæ cœnæ celebrandæ, quam celebrationem Græci Liturgiam, Latini Miſſam appellarunt, ex varijs monumentis & probatis ſcriptoribus collecta. Coloniæ apud hæredes Birkmanni 1558. Hunc libellum autor aliquot capitum & teſtimoniorum acceſſione auctiorem reddidit, verum an ediderit poſtea ignoro. Preces eccleſiaſticæ quæ Collectæ vulgo dicuntur, ex varijs libris eccleſiaſticorum officiorum diligenter conquiſitæ & in ordinem digeſtæ, cum alijs nonnullis precationibus Collectarum ſpeciem referentibus. Coloniæ, anno Domini 1560. in decimoſexto. Ordo Romanus de officio Miſſæ. Libelli aliquot peruetuſti & authentici, continentes ordinem, quem pontifex præſertim Romanus, iam olim in celebrando officio Miſſæ obſeruare conſueuit, diuerſorum & antiquiſſimorum exemplarium manuſcriptorum diligenti inſpectione & collatione ſumma fide recogniti, & iam primum typis expreſſi. Coloniæ apud hæredes Birkmanni. Attribuitur etiam illi libellus primum Baſileæ poſtea Lutetiæ excuſus hoc titulo: De officio pij ac publicæ tranquillitatis vere amantis viri in hoc religionis diſſidio, anno Domini 1561. Idem libellus ſequenti anno editus eſt, adiecto altero libro hoc titulo, Defenſio inſontis libelli, de officio pij viri, aduerſus iniquum & importunum caſtigatorem, auctore Veranio Modeſto Pacimontano. De Baptiſmo infantum teſtimonia veterum eccleſiaſticorum ſcriptorum, qui intra 300. circiter annos à temporibus Apoſtolorum, hoc eſt ab exceſſu Ioannis Apoſtoli qui fuit annus plus paulo centeſimus à Chriſto nato, floruerunt. De origine Anabaptiſticæ ſectæ, & de auctoritate conſenſus eccleſiæ & catholicæ traditionis præfationes duæ, altera ad illuſtriſſimum principem Iuliæ, Cliuiæ, &c. Altera aduerſus anabaptiſtas, in qua oſtenditur hic baptiſmus diuinis quoque literis eſſe conſentaneus. Adiecta eſt breuis expoſitio de auctoritate conſuetudinis vniuerſalis baptizandorum infantum, & varijs ritibus baptiſmi celebrandi. Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birkmanni, anno Domini 1563. in octauo. * Eiuſdem compendium de vtraque ſpecie. Italice extat. Eiuſdem de articulis religionis inter catholicos & proteſtantes controuerſis conſultatio ad inuictiſſimos Imperatores Auguſtos Ferdinandum I. & Maximilianum II. eius ſucceſſionem.

* Georgij Cæſij Catalogus omnium Cometarum ſecundum ſeriem annorum, à Diluuio vſque ad hunc præſentem 1579. annum conſpectorum, in octauo, Noribergæ.

Georgij Cedreni Annales, ſiue hiſtoriæ ab exordio mundi ad Iſacium Comnenum vſq; compendium: Græce & Latine editi Guilielmo Xylandro interprete, Baſileæ apud Oporinum in magno folio 1566. Additæ ſunt ab interprete, annotationes & tabellæ chronologicæ.

Georgij Celeſtini conciones duæ, altera paulo ante obitum Ioannis Marchionis Brandeburgici, in ipſius principis præſentia, altera poſtea in funere eius habita. Francofurti ad Oderam anno Domini 1571.

Georgius Chadley ſcripſit in Apocalypſim S. Ioannis lib. 1. Annotationes aliquot lib. 1. Claruit anno 1365. Balæus.

Georgij Chœroboſci de figuris poeticis, libellus Græce verſatur in Italia. Eiuſdem Onomaſticon laudatur à Stephano de vrbibus in Tamiathis.

* Georgius Cheroboſius de ſpiritibus, ſeu accentibus, in 4. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.

Georgius Choniates antidota Perſica in Græcum ſermonem tranſtulit: quem librum Diegus Hurtadus habet, Venetijs. * Eiuſdem hiſtoria incipiens inde ab Imperatore Leone qui fuit filius Alexij, in fol. M.S. in bibl. Imperat. Viennæ extat.

Cyri Georgij Chryſococcæ medici expoſitio in τὴν σύνταξιν τῶν περσῶν. Romæ ſeruatur in Vaticano.

Georgij Codonij funebris oratio in obitum Palatini principis & ducis Bipontini qui in Gallia in caſtris obijt 1569. Iunij 11. habita Neoburgi. Lauingæ 1570. German. Confutatio Papiſticæ inquiſitionis, pars prima in qua 24. articuli Ieſuitarum confutantur. Ibidem Germ.

Georgius Cœlius Luſitanus, ſcripſit Epigrammata, item poema in conſecrationem Alphonſi infantis. R.E. Cardinalis. Gyraldus.

Georgius Coratius Venetus poeta celebris in lingua Italica, ſcripſit Prognen tragœdiam, & quædam alia.

Georgius Collimitius Tanſtetterus phyſicus, ſcripſit de applicatione aſtrologiæ ad medicinam, deq; conuenientia earundem. De ratione dierũ criticorum canones. Super eadem re Axiomata nouem, de diebus criticis veſtigandis ex figura cœli, & puncto tẽporis quo laborare cœpit infirmus. De naturis & proprietatibus planetarũ compendium ex Albabitio, Firmico, & Haly. Item de miniſtratione pharmacorũ & phlebotomia canones poſtremi, Iudicium tempeſtatum. De portione horaria veſtiganda,

Digitized by Google

*veſtiganda, tabula. Iudicium Albohazen Haly, de medico Aſtrologiæ imperito. Omnia excuſa Argentorati, anno 1531. Idem Vngariã deſcripſit, teſte Iacobo Zieglero. Eiuſdem & Ioachimi Vadiani ſcholia quædam in ſecundum librum Plinianæ hiſtoriæ mundi, vbi permulti errores Plinij oſtenduntur, excuſa Baſileæ apud Henricum Petri 1531. Eiuſdem Admonitio contra opinionem futuri diluuij proximo anno Domini 1524. ex quorundam Aſtrologorum prædictionibus conceptam: libellus Germanicus Viennæ impreſſus, anno D. 1522.*

Georgij *Conſtantini* πίναξ *Conſtantinopolis & liber de ſapientia, Græcè ſeruantur apud Diegum Hurtadum.*

Georgius *Conſtantinus, Anglus, tranſtulit in vernaculam linguam Ioannis Wicleui concionem, De hominis villicatione, liber 1. claret in Germania ſenex. Baleus.*

* Georgij *Corinthij, de ſolœciſmo & barbariſmo, & de ſyntaxi, ſeu conſtructione orationis libellus. In 4. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.*

Georgij *Cracouij Pomerani elegiæ & epigrammata aliquot Græce ſcripta, Witenbergæ.*

* Georgij *Cropalij Miſſæ 5. vocũ. Venet.* 1578.

Georgius *Cruderus, ſuper Inſtitutionibus: commemoratur in Indice* I.C.

Georgij *Cruſij Harmouerenſis, Deſcriptio Bredenbergæ, quæ arx eſt in Hollandiæ cherſoneſo ſita, & nunc nouis ædificijs eleganter inſtaurata exornataq́, Argentorati, anno* 1573.

* Georgij *Cunelij facilis & expeditus modus conſtituendarum figurarum cœleſtium, ſeu vt vulgo vocant, thematum natalitiorum, ad imitationẽ præſtantiſſimorũ illorum Aſtronomorum Ioannis Stöfleri & Cypriani Leouitij, in gratiam & vtilitatem eorum, qui tabulis illis directionum & profectionum à Regiomontano conſcriptis, aliâs ad hanc doctrinam ſummè neceſſarijs deſtituũtur. in quarto Lipſiæ* 1583.

Georgij *Curionis, medicinæ profeſſoris Witenbergæ, Diſputatio, ſiue propoſitiones aliquot diſputandæ, ibidem impreſſæ.*

* Georgij *Cypri ſermones contra blaſphæmias Beuæ, in 4. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.*

Georgij *Dardani, medici Placentini, tractatus quatuor de curatione morbi Gallici. Eiuſdem annotationes centum, in ſimplicium materia. Papiæ, apud Hieronymum Bartholum, añ 1568. in 8.*

Georgius *Dartona Cretenſis Homericos deorum hymnos Latinitate donauit. Ioan. Soter excudit Salingiaci, cum reliquis Homeri operibus Latinis, anno* 1540.

Georgij *Dietrichi Cantiones Chriſtianæ funebres Latinæ & Germanicæ. Norimbergæ, anno 1569. in octauo.*

* Georgij *Ebouffij Rerum in Gallia geſtarum, abſq́ promulgato pacis edicto, menſe Maio, 1576. Ad hunc diem inſignis, eaq́ ſuccincta narratio. in 8. Canthurij ex officina Amedæi Menalcæ.*

* Georgij *Eccardi Auguſtani propoſitiones de angelis bonis, defenſæ in ſchola Lauingana: præſide M. Philippo Halbrunnero. in 4.*

Georgius *Ederus I.C. Friſingenſis D D. Imperat. Ferdinandi & Maximiliani II. conſiliarius aulicus imperialis, ſcripſit Oeconomiam Bibliorũ, ſiue partitionum theologicarum libros quinque, quibus ſacræ ſcripturæ diſpoſitio, ſeu artificium & vis atq́ ratio, in tabulis velut ad viuum exprimitur, vt non modo abſolutiſſimam complectantur vniuerſæ theologiæ ſummam atq́ methodum (vt titulus pollicetur) ſed Commentarij etiam vice haberi queant. Additæ ſunt partitiones Catechiſmi catholici Tridentini eodem authore. Coloniæ impreſſ. anno Domini 1568. in folio. Epitome catechiſmi in tabulas digeſtum, impreſſum etiam eſt Coloniæ & Brixiæ in octauo. Idem ſcripſit catalogum rectorum & illuſtrium virorum gymnaſij Viennenſis, in quo præter elegantiſſimam temporum ſeriem, ſumma quædam continentur quaſi capita earum rerum quæ celeberrimæ huic academiæ ſub cuiuſq́ magiſtratu, memoria contigerũt dignæ, ab anno 1237. vſq́ ad annum 1559. Viennæ Auſtriæ excudebat Raphael Hoffhalter, añ Domini 1559. in quarto. Item, Ad rubricam Codicis de ſumma Trinitate, Orationẽm, pro fide Catholica, habitam Viennæ 1568. Budiſſinæ 1570. in octauo. Catechiſmi catholici compendium, cui acceſſit Catholica vniuerſi concilij Tridentini, de præcipuis doctrinæ Chriſtianæ articulis confeſſio. Coloniæ, anno D. 1571. Euangelica inquiſitio veræ & falſæ doctrinæ, contra impiam vulgi querelam, dicentis incertum eſſe quid cuiq́ credendum ſit: vbi oſtenditur quomodo quis de fide certus eſſe poſſit. Dillingæ, anno Domini 1573. in quarto Germanice. * Eius Methodus Catechiſmi Catholici, antea ex Decreto conſilij Tridentini ſcripti, ad parochos, nunc verò hoc ordine ita accommodati, vt nedum parochis vtilis, at publice etiam pueris in ſcholis proponi queat. 16. Lugduni. Eiuſdem & trium Iuriſconſultorum reſponſa aduerſus obiecta Papæ, de Imperatoris electione, rtaione Imperij. in folio Manuſcrip. bibliotheca Imperat.*

Georgius *Fabricius Chemnicenſis ex Miſnia Germanus carmine varia ſcripſit. Odarum ad Deum omnipotentem lib. 3. quinquaginta nouem carminum generibus, Oporinus impreſſ. Baſileæ, anno Domini 1552. Hymnorum libros 2. carmine Iambico dimetro. In primo hymni 24. de hiſtoria & meditatione mortis Chriſti. In ſecundo 27. de vſitatis feſtis & temporibus eccleſiæ continentur Oporinus excudit anno 1553. Victoriarum cœleſtiũ elegiaco carmine librum vnum: in quibus angelici, heroici & hoſtiles triumphi, ex veteri teſtamento deſumptis hiſtorijs deſcribuntur. Pietatis puerilis librum vnum elegiaco & mixtis quibuſdam carminum generibus. Oporinus eodem anno excudit. Itinerum librum vnum carmine heroico, epiſtolis ſex. Iter Romanum primum, Neapolitanum, Romanum ſecundum, Patauinum, Chemnicenſe, Argentoratenſe, Valentinus Papa Lipſiæ excudit añ 1547. & Oporinus Baſileæ anno 1551. additis locorum veterum & recentiorum appellationibus.*

*Epithalamiorum librum vnum Papa Lypſiæ excudit anno 1549. & 1551. chartis 4. Conſolationem ad Valentinum Grauium de morte Helenæ vxoris, idem impreſsit anno 1550. Diſticha de hiſtoricis et chronographis Germanicis: Item de quibuſdã Muſicis, & ſeptem Græciæ ſapientibus, de quatuor ætatibus, de quatuor virtutibus, Argentorati Ioan. Scottus excudit anno 1546. Elegiam ad Philippum Melanchtonem De infante, qui quinto ante partum die plorauit in vtero materno, anno Domini 1551. Precationem ad Deum ſpiritum ſanctum, excuſam Lipſiæ & Norimbergæ. Vrbis Romæ deſcriptionem edidit, vno & viginti capitibus, ad optimorum authorum lectionem apprime vtilem et neceſſariam. Oporinus excudit, anno Domini 1551. octernionibus 12. Antiquitatis aliquot monumenta, ex ære, marmoribus membranisq; veteribus deſcripſit atque collegit, & in duos libellos diſtinxit, edita Argentorati à Blaſio Fabricio, anno Domini 1540. iterum auctiora & correctiora Lipſiæ à Valentino Papa. Syntaxin Græcam cum examinatione regularum, & ordine orationis. Item de verbis anomalis. Impreſsit Argentorati Wendelinus Rihelius anno 1546. octern. 8. & Vratiſlauiæ Andreas Winclerus anno Domini 1549. octern. 12. Et Pariſijs Guilielmus Morelius. Scholaſticos aliquot libellos edidit. Elegantiarũ puerilium, ad conficiendas epiſtolas ex Ciceronis epiſtolis libros tres collegit, impreſſos ſæpius à Valentino Papa Lipſiæ, & ab Andrea Winclero Vratiſlauiæ. Elegantiarum poeticarum ad facienda carmina, ex Ouidio, Tibullo, Propertio, librum vnum, diſtinctum in 217. titulos cum libello de ſyllabarum quantitate. Formularum loquendi ad vſum ſermonis communis et cotidiani, ex Plauto & Terentio libros duos. Sententias præterea Mimis ſimiles ſecundum ordinem literarum. Lipſiæ excudit Iacobus Berualdus anno 1550. Addidit autem (vt ipſe in præfatione teſtatur) Publij verſus viginti in impreſsis exemplaribus hactenus deſideratos, præterea multas alias ſententias ex antiquis poetis collectas, primum ex Latinis Liuio, Ennio, Accio, Pacuuio, Lucilio, Plauto, Cæcilio, Terentio, Pomponio, Varrone, Titinnio, Laberio, Catullo, Seneca, Martiale, Auſonio. Deinde ex Græcis Euripide, Ariſtophane, Menandro, Theophraſto, Cleanthe, quorum verſiculos partim Cicero, partim alij ſcriptores Latini tranſtulerunt. Emendauit aliquot ex veteribus auctoribus, quales ſunt Terentij fabulæ, impreſſæ Argentorati apud Rihelium, cum explicatione caſtigationum, in quibus multorum locorum obſcuritas declaratur, & veterum imitatio in plerisque oſtenditur, anno Domini 1548. Hanc eius editionem ſecuti ſunt Iodocus Vuillichius Franckfordiæ, anno Domini 1550. Item Ioachimus Camerarius Lipſiæ, qui in epiſtola ad lectorem hanc editionem Fabricianam alijs omnibus præſtare, & ſingularem laudem atque prædicationem mereri, ait, ſiue diuturnum in apparando ſtudium, & elaborationis multiplices curas, ſeu omnium vndique adiumentorum ad perfectionem operis conquirendi ingentem & ſolicitam induſtriam, ſeu in cogitando & perpendendo, & ſua conferendo cum aliorum traditis, maximam ſedulitatem, ſeu etiam in dijudicando, & diſponendo grauitatem, & quod eſt caput in reponendo, mutandoq; & ijs quæ cognouiſſet atque vidiſſet referendo, fidem ſpectes. Virgilij opera maiora ab eodem correcta, cum annotatiunculis lectionis emendatæ, excudit Valentinus Papa Lipſiæ, anno Domini 1551. & caſtigationes in eundem poetam Rihelius edidit, Virgilij quoque interpretes Seruium, Honoratum & Tiberium Claudium, Donatum, emendauit & vberiores edidit. In Seruium copioſum indicem, Hiobus Magdeburgus, in Donatum Fabricius collegit. Baſileæ excudit Henricus Petri anno Domini 1551. cum operibus Virgilij. Flauij Soſipatri Chariſij grammatici lib. 5. ex vetuſtis grammaticis, & collatione locorum in ipſo authore ſimilium emendauit, & primus in Germania edidit, Baſileæ ex officina Frobeniana. Breui etiam Helenium Acronem Horatij interpretem (cuius codicem mauſcriptum vetuſtiſsimum habet) longe emendatiorem in publicum edet. Q. Horatij Flacci poemata, ab eodem illuſtrata argumentis & caſtigationibus, Lipſiæ 1571. in octauo. Poetarum veterum eccleſiaſticorum opera Chriſtiana, & operum reliquias ac fragmenta, collegit, emendauit, digeſſit, & commentario quoque expoſuit. Oporinus impreſsit anno 1564. in quarto. Continentur autem illo volumine poemata Alcimi, Ambroſij, Amœni, Aratoris, Columbani, Cypriani, Damaſi, Dracontij, Drepanij, Fortunati, Gregorij, Hilarij. Hymnographorum, Iuuenci, Lactantij, Mamerti, Merobaudis, Paulini conſularis, Paulini epiſcopi Nolani, Proſperi, Prudentij, Ruſtici, Sedulij, Tertulliani, Victorini Afri, Victorini Pictauienſis, Victoris Maſilienſis. Incertorum quorundam auctorum. Virorum illuſtrium ſacræ hiſtoriæ libri nouem. Lipſiæ anno Domini 1569. Regum Aſmonæorum & Idumæorum vſque ad deuaſtationem vrbis, hiſtoriæ ſacræ liber decimus. Lipſiæ, anno Domini 1570. Rerum Miſnicarum libri ſeptem: Electorum Saxoniæ lib. 1. Marchionum Miſnenſium lib. 1. Annalium vrbis Miſniæ lib. 2. Siffridi Miſnenſis preſbyteri epitomes lib. 2. Lipſiæ curante Ernest. Vogelino in quarto. Grammaticorum veterum libelli de proprietate & differentijs Latini ſermonis: item de verbis apud Terent. ab ipſo collecti & editi. Lipſiæ 1569. in 8. Elegantiarum ex Plauto & Terent. lib. 2. Publij mimorum & ſententiarum ex poetis antiquis ſimilium lib. 1. cum eiuſdem & Eraſmi expoſitionibus. Baſileæ 1555. Elegantiarum puerilium ex M. Tulij Ciceronis epiſtolis lib. 3. Ibidem. Georgij Fabricij Epitomes proſodiæ, & elegantiarum poeticarum liber, additis exemplis. Lipſiæ in octauo. * Eius de re poetica libri 7. In 8. Pariſijs excuſi, & Lugduni de re poetica libri I V. Item Latinorum poetarũ comparationes ex Iulij Cæſaris Scaligeri Critico deſumptæ. In 16. Lugduni apud Ioan. Gaſonem 1583.*

Georgius *Ferrerz Iuriſcõſultus è Gallico ſermone in Latinum vertit leges quæ dicuntur, ſta-*

tuta

Digitized by Google

tuta magnæ chartæ,lib.1.Claruit anno Dom.1552. Baleus.

Georgij Fladeri interpretatio Pſalmi quarti, Germanica.Budiſſinæ 1569.in duodecimo.

Georgij Flors Baldini de oratione & precibus compendium, excudit Henricus Petri Baſileæ in micropreſbytico,anno 1551. Vixit anno 1500.

Georgius Folberius ſcripſit Epigrammata quædam,lib.1.Diuerſi generis carmina lib.1. Elegantes conciones lib.1.Claruit anno 1530.Baleus.

Georgius Forbergerus & Hieronym. Halnerius hiſtorias Pauli Iouij ex Latina in Germanicam linguam tranſtulere. Francofurti 1570. Idem Forb.Hiſtorias 40.annorum nempe ab anno 1493. vſque ad annum 1533.præſertim à Germanis rerum in Italia geſtarum, à Franciſco Guicciardino conſcriptas Germanice reddidit in fol. Baſileæ 1574.

Georgij Franciotti, medici Lucenſis, tractatus de balneo Villenſi,in agro Lucenſi poſito,impreſſus eſt Venetijs à Iuntis cum aliorum ſcriptis de balneis.

Georgij de Frikenhauſen aduerſus iniurioſam in ſe inuectiuam apologia.

Georgius Gemiſtus Pleto Conſtantinop. multa & varia Græcis literis mandauit, quæ in Italiæ bibliothecis ſeruantur,et omnia eiuſdē opera Diegus Hurtadus habet. Sunt autem hæc: Ad regem liber:de virtutibus lib.1.paraphraſis in demonſtrationes,epicedion in reginam Helenam,liber de generatione deorum. Aduerſus librum pro dogmate Latinorum (nimirum quod ad ſpiritum ſanctum) demonſtrationes naturales de Deo, menſium & annorum ordo,ac dierum recenſio, oracula magica ſectatorum Zoroaſtris:quæ et Pariſijs impreſſa ſunt Græcè & Latinè ſeorſim 1538.abſque nomine Græci interpretis, qui Georgius Gemiſtus eſt hiſtorica & Geographica quædam huius authoris, vt ſunt Chorographia Peloponenſi & Theſſaliæ, idem Diegus Hurtadus habet, quæ etiam extant in bibliotheca Regia. De geſtis Græcorum poſt pugnam ad Mantineam per capita tractatio, duobus libris explicata:Græcè impreſ.in Aldi officina Venetijs, deinde Latinè M.Antonio Antimacho interprete, Baſileæ apud Rob.Winter,cum alijs quibuſdam. Libellus de ijs,in quibus Ariſtoteli cum Platone non conuenit, & quod potior ſit Platonis ſententia: excuſus Venetijs apud Scotum,cum Bernardini Donati Veronenſis Paraphraſi. Libellus contra Georgij Scholarij argumenta pro Ariſtotele,Bononiæ apud S.Saluatorem,ſed imperfectius extat.Eiuſdem elegans ac breuis quatuor virtutum explicatio Adolpho Occone phyſico Augſta.interprete,excuſſa Baſileæ apud Oporinum,anno 1552. In bibl. Imperat. Viennæ habetur Gemiſti Pletonis epitome hiſtoriarum Sicularum Græ.manuſ. in 4. Eiuſdem libellus de generatione Deorum ibid.manuſc.

Georgius de Gemmyngen,natione Germanus, præpoſitus & canonicus Spirenſis,ſcripſit de ratione duelli lib.1.de machinis bellicis lib. 1. de cura equorum & militum lib.1. orationes quaſdam in ſynodis & alibi habitas. Amotatiunculas pro confeſſoribus, excuſas Argentinæ apud Schurerium, anno Domini 1509.Claruit anno 1494.

* Georgij Gengeri I.C. & aliorum trium I.C. reſponſa aduerſus obiecta Papæ,de Imperatoris electione,rationeq; Imperij. In fol. ſcript.bibl.Imper.

* Georgij Gothardi Thelogiæ Doctoris & Canonici Patauienſis, controuerſia de bonorum operum & ſacramentorum neceſſitate aduerſus noſtræ tempeſtatis hæreticos, duabus orationibus comprehenſa. Ingolſtadij excudebat Dauid Sartorius.

Georgius Greterus ex Auguſtana confeſſione & eiuſdem apologia, ac Lutheri & Melanchthonis aliorumq; ſcriptis, collegit articulos quibus complures qui Auguſtanam confeſſionem iactant aperte contradicunt. Dillingæ impreſſ.anno 1573. Germanice in quarto.

Georgij Hamaxurgi Orationes duæ, vna ad Hieronymum Wolphium præceptorem, vt ſuos in officia Mar.Tul. Ciceronis commentarios in publicum edat:altera Encomium Bibliothecæ Auguſtanæ ad Scholarchas: editæ cum commentarijs Wolphij in officia. Eiuſdem quoque carmen Græcum ijſdem commentarijs præfixum eſt.

Georgius Hartmannus Perſpectiuam, quam communem vocant, ſumma cura & diligentia emendauit & edidit, reſtituit etiam in quibus deficiebat demonſtrationibus. Petreius excudit Norimbergæ,anno Domini 1542. in quarto. Idem in epiſtola dedicatoria promittit ſe breui Opus ſuum de Vmbris in lucem editurum, quod an hactenus præſtiterit ignoro. * Eius perſpectiua,figuris illuſtrata per Paſchaſium Hamelium, Lutetiæ apud Ægidium Gourbinum 1556.

Georgius Hanerius aliqua Eraſmi adagia tranſtulit,non ad verbum,ſed ad phraſin Germanicam cum alijs quibuſdam Ioan.Murmellij.

Georgius Heniſch Bardfeldenſis & mathematicus Auguſtanus in Germanicam linguam tranſtulit hiſtoriam Contareni de bello Selimi contra Venetos. Petrus Perna impreſſit, anno Domini 1573. * Scripſit etiam epitome Geographice veteris & nouæ. In 8. Auguſtæ 1580. Item tabulas inſtitutionum aſtronomicarum confecit. Adiuncta eſt Sphera Procli cum textu Græco,è regione in latinam linguam conuerſo.4. Auguſtæ ex officina Michaelis Mangeri.

* Georgij Hiez Raſcinyni deſcriptio Vrbis Hieroſolymorum & omnium circumiacentium locorum in fol.M.S.

Georgij Hizleri Giengenſis,Tubingæ oratoriam & Græcas literas profitentis, oratio elegantiſſima de vita & obitu Leonardi Fuchſij medici clariſſimi,impreſſa Tubingæ in quarto.

* Georgij Honderlagij Medici opuſculum de medicina contra peſtem: & alijs præſeruatiuis pharmacis.

Georgius Hugo philoſophus,curator Altaichij inferioris (cœnobium eſt D. Benedicto dicatum) iuſſu Georgij ducis Latine perſcripſit Boios, vt Auentinus teſtatur.



Digitized by Google

**Georgius *Hermonymus Machometi vitam ex Græco in Latinum vertit: Robertus Winter excudit Baſileæ.***

Georgij *Holonij Leodienſis, Laurentias, tragœdia de martyrio conſtantiſsimi leuitæ, D. Laurentij, Romæ ſub Decio paſsi. Antuerpiæ impreſſa apud Ioannem Bellerum, anno* 1536.

Georgij *de Honeſtis Florentini, ſuper antidotario Meſuæ.*

Georgij *Ioachimi Rhetici, Medici & mathematici clariſsimi, narrationem primam de libris reuolutionum Nicolai Copernici Torannæi, quibus terram circa cœlum moueri aſſeritur, item eius encomium Boruſsiæ, Rob. Winter impreſsit Baſileæ,* 1541. *Præfationem in Arithmeticen excudit Crato Mylius Argentinæ, cum Philippi Melanchthonis declamationibus. Eius orationes de aſtronomia & geographia, & de phyſica, Norimbergæ excuſæ ſunt anno* 1542. *Ephemerides nouæ ad annum* 1551. *ab eodem exquiſita ratione & accurato ſtudio elaboratæ, ſecundum doctrinā Copernici, excuſæ ſunt, anno Domini* 1550. *chartis* 5. *Eiuſdem canon doctrinæ triangulorum ibidem excuſus eſt anno Domini* 1551. *Et denuo ſumma diligentia in* 4. *Baſileæ anno* 1580. *Recens inuentum eiuſdem qua ratione per rectarum linearum meteoroſcopica inſtrumenta* 5. *vel* 10. *pedum, obſeruationes capiantur, non minus exacte ac ſi* 100. *aut* 200. *pedum eſſent, excuſum eſt appendicis vice cum ſexto libro Pandectarum Conradi Geſneri, de geometria. Præter hæc iam edita promiſit Commentarios in Phænomena Euclidis. Commentariorum de aſtronomia li.* 9. *Tabulas angulorum & laterum triangulorum in planicie. Nouos canones in tabulas eclipſium Copernici. De Aſtronomiæ principijs lib.* 2. *Libros de eclipſibus & deſignationibus* ὑποθέσεων περὶ τῶν ἀπλανητῶν. *Tabulas inæquabilium motuum. Hæc quidem in editione nouarum Ephemeridum anni* 1551. *ſtudioſis promiſit: verum in epiſtola quam ad Petrum Ramum ſcripſit anno Domini* 1568. *ita de ſuis libris ſcribit. Quæ ſequuntur opera Rame partim perfeci, partim adhuc ſub incude habeo. Primò cum iudicarem à fundamentis mihi Aſtronomica & Geographica tractanda, de fabrica Canonis doctrinæ Triangulorum* 3. *libellos conſcripſi, & ex Algebraicis induſtrijs radices canonis exquiſiui. Porro minimum Canonem condidi pro vſu quotidiano, ad partes eius quæ ex centro ſeu diametri lineam centum millium. Maiorem verò pro exquiſitiori Geometrico ſcrutinio partium centies millies centenum millium. At primam Canonis ſeriem adhuc plurium partium eſſe volui, iuxta hos characteres Indicos* 100000. 10000000000. 1000000000000000. *Et omnes non tantum ad partes lineæ ambitus, & partium ſcrupula prima, ſed & ad Decades ſecundorum ſcrupulorum ſunt exquiſitæ. Labor* 12. *annorum, cum ad hos labores ſemper aliquot Arithmetici mihi alendi fuerint. Secundo conſcripſi nouem librorum opus de doctrina Triangulorum globi cum angulo recto et ſine angulo recto. Huic accedit vnicus liber decem præceptorum de Triangulis in planitie, quem ſimiliter ad nouenarium librorum numerum augere conſtitui, ſi Deus vitam dederit. Tertio hos ſubſequitur opus nouem librorum* τῶν φαινομένων. *In his primo veras rationes capiendarum obſeruationum oſtendam, quibus exacte cognoſcamus vera loca ſyderum, luminum, planetarum, cometarum, necnon omnium quæ conſpiciuntur in ſublimi, Secundo Geographica etiam exercitia, Aſtronomicis ſubiungo. In hoc opere placuit nobis quaſi per luſum varias rationes oſtendere multarum nouarum Tabularum Aſtronomicarum & Geographicarum. Demonſtro tamen quomodo per ſolam Triangulorum doctrinam, à nobis traditam, & noſtro Triangulorum Canone ſine alijs tabulis omnia non minori facilitate exquirantur. Si Mercatores & Mercatorum logiſtæ, tantum, vt apparet operæ & diligentiæ collocant in ſuas logiſticas induſtrias, quas Italicas vocant Practicas, & alias omnis generis regulas, cur nos, qui ſublimiora his tractamus, non ſimiliter etiam logiſticas noſtrarum ſupputationum induſtrias exquiſiuerimus? In hoc etiam opere exempla omnium parergorum Geometricorum Procli introducuntur. Quarto nunc primum accedam ad hoc opus, quod & tibi in mentem venit, vt hypotheſibus artem Aſtronomicam liberem, ſolis contentus obſeruationibus. Atque vtinam haberemus omnium ætatum obſeruationes, idque iuxta noſtras capiendi obſeruationes, rationes traditas, quas omnino iudico eaſdem eſſe, quibus primi artris indagatores vſi ſunt, & talem tabularum modum exquiſiuerimus, quod non perpetua opus haberent emendatione. His ſubiungemus tabulas inæquabilium motuum, ex quibus loca ſyderum & omnia Phænomena, ſimili facilitate atque ex ipſis Ephemeridibus elicuerimus. In his omnibus ego longe iniquior ſum Ptolemæo, quam tu Euclidi, illumq́ magis flagello quàm tu Euclidem. Nam ſicut ſe habent domunculæ quas pueri luto & arena ædificant, ad Vitruuij ædificationes, ſeu palatia florentis Romæ: ita ſe habent magnæ Ptolemæi conſtructiones, quas potius maximas deſtructiones appellaueris, ad veram & ſolidam de motibus ſiderum doctrinam, quam & Ægyptiorum Aſtronomiam dixeris, qui ſuis* RADIIS, *(quos Græci per imperitiam obeliſcos vocabant) diuina planè mente præditi, has tractabant ſcientias, &c. Clariſsime Rame in his ſubſiſtere cogito, niſi quod Germanis meis Germanicam Aſtronomiam condo. In ea vero parte quæ eſt, de Effectibus ſiderum. Pandectas Aſtrologiæ in ordinem redigo. Sed & eius propriam condidi artem, antiquiſsimis artis fundamentis exquiſitis. Habeo etiam præ manibus nouas de rerum natura philoſophandi rationes, ex ſola naturæ contemplatione, omnibus antiquorum ſcriptis ſepoſitis. Idem in arte medica factito. Et cum plurimum Chemia delecter, ad eius artis fundamenta penetraui, vt ſeptem de ea libros delineauerim. Tot & tanta ſunt quæ tracto, & ad quæ mihi hactenus ars medica, meus Mæcenas ſumptus ſuppeditauit, &c. Hæc Rheticus ipſe, atq; magna horum*

Digitized by Google

*rum librorum partem iam abſolutam ſe vidiſſe, ante quadriennium ad me ſcripſit, ornatiſſimus vir Ioannes Laſicius Polonus.*

Georgius *Iodocus Benacum, carmine deſcripſit.*

Georgius *Ioye Bedfordienſis, tranſtulit ex lingua Latina in Anglicam Pſalterium Dauidicum ex Felice, Prouerbia Solomonis, Eccleſiaſten eiuſdem, Eſaiæ vaticinium, Hieremiæ prophetiam, Hortulum animæ, Melanchthonis de Coniugio librum. Zwinglium de vera & falſa religione. Scripſit præterea ſua quoque lingua, hoc eſt, Anglica, librum De labefactata eccleſia Mori. Ad priorem de Neuuenham lib. 1. Compendium paſsionis Chriſti. Apologiam ad Tyndale. De cœna Domini, De Baptiſmo et Euchariſtia. Matrimonij defenſionem. Onera cæremoniarum. Commentarios in Danielem. Contra Gardineri articulos. Refutationes eorundem, & alia multa. Claruit anno Domini* 1548.

Georgius *Kraut medicus, Galeatij de S. Sophia practicam correxit, & in lucem protulit, adiecto libro in artem paruam Galeni de principijs vniuerſalibus totius medicinæ, tam theoricæ, quàm practicæ, qui ex doctrina Auicennæ & aliorum congeſtus, vt habet inſcriptio, in tabulas magna ex parte digeſtus eſt.*

* Georgius *Kuppelich, ſcripſit germanica lingua: libellum Fidei, hoc eſt, de Chriſtianæ fidei articulorum certitudine, in Biblicis ſcripturis veteris & noui Teſtamenti fundata: & ad tempora nouiſsimæ dies accommodata. In 8. Francofurti, anno 1582. Item conſolationem ex ſcripturis ſanctis: & Inſtitutionem præparationis animorum ad appropinquantem nouiſsimum diem: omnibus Chriſtianis his calamitoſiſsimis temporibus vtilem. In 8. Francofurti, 1582.*

* Georgij *Langij Hauelbergenſis cantiones aliquot nouæ quinq; & ſex vocum. 4. Francofurdiæ Marchionum impreſſæ.*

Georgij *Lapithæ Cyprij verſus morales Græci numero 319. Venetijs in bibliotheca S. Antonij extant.*

* Georgij *Latalski F. Comitis de Labiſchin Poloni oratio panegyrica, continens hiſtoriam belli inter Regem Poloniæ & Moſcum, qua Poloniæ Regi gratulatur de victoria de Moſco parta, & Liuonia recuperata. Anno 1582. Tiguri apud Froſchouerum. Adiectis epiſtolis D. Ioannis Sturmij, & D. Ioannis Guilhelm Stuckij, quibus Comiti de generoſis conatibus & præclaris ſtudijs gratulantur. Idem habet in manibus tractatus de Origine graduum ſuperiorum & inferiorum inter Principes. Perſequitur item orationem de Hæreſibus his temporibus peſtilentiſsimis.*

Georgij *Lauterbeci, de quæſtionibus ſeu tortura, quomodo à iudice illa vtendum ex Guidone de Suſaria, & 4. lib. Grillandi, breuis explicatio Germanica. Norimbergæ, anno 1570.*

* Georgij *Lautenbergij Differentiarum in iure lib. 2. Item definitionum ex vtroq; iure centuriæ 7. iuxta ſeriem literarum collocata. 8. Coloniæ.*

Georgij *Lautherij, liber de Miſſa contra Cyriacum Spangenbergium. Monaci, 1568. in 8. Eiuſdem refutatio falſæ gratulationis Iacobi Andreæ, quod concionatores & doctores ducatus Bauariæ Lutheranam doctrinam receperint, German. Monaci, anno 1569. Conciones tres: Prima vbi quærenda ſit beatitudo: Secunda de ſalutari perceptione ſacramenti corporis & ſanguinis Domini. Tertia de vera pœnitentia. Monachij 1572.*

Georgij *Lecapeni de conſtructione verborum liber, excuſus Venetijs, apud Aldum, 1526. Lecapeni & Zaridæ Andronici epiſtolæ technologumenæ,* Ἐκλογὴ λέξεων, *(neſcio an eiuſdem Georgij) ſeruantur in Italia Græce, in bibliotheca Regis Gallorum.*

Georgius *Leonbergerus Ratiſponenſis,* I. C. *locos aliquot ſcripſit ad omnia Virgilij opera. Liber impreſſus Ingolſtadij, anno Domini 1542. chartis 5. Eiuſdem epicedion Elegiacum in Ioachimum Romani Imperij Marſchalcum in Bappenheim, impreſſum cum Io. Agricolæ Ammonij commentarijs in libellum Galeni de inæquali intemperie, Baſileæ apud Weſthemerum. Deſcriptio Circuizæ regionis quæ ſubeſt imperio epiſcopi Friſingenſis, impreſſa cum Io. Agricolæ aphoriſmis nouo ordine digeſtis. Promiſit etiam locos Ouidianos ſe breui editurum.*

Georgius *Lætus, Ioannis Stobæi ſermones à Conrado Geſnero Latinitate donatos, in linguam Germanicam tranſtulit. Excuſos Baſileæ apud Ioan. Oporinum, anno Domini 1555. Idem Epigrammata varia eruditiſsime ſcripſit, quæ forſan aliquando in lucem venient. Floret adhuc in aula illuſtriſs. principis Palatini Othonis Henrici eius vt vocant Cancellarius.*

* Georgij *Lideri Doctoris, Aureum vellus Chriſtianæ ciuitatis, de forma antiquiſsimæ propheticæ & apoſtolicæ eccleſiæ: qualis ea fuerit ante huius ſeculi diſsidia: addita vtriuſq; ſeculi ſtatus religionis comparatione: & commonefactione de veris remedijs (vti titulus pollicetur) tollendi diſsidia: quã præcedit hiſtorica narratio remediorum ſine fructu hactenus adhibitorũ, German. Ingolſtadij apud Ioannem Sartorium 1579.*

Georgius *Lieblerus Tenzlingenſis, Tubingæ phyſicæ profeſſor, Epitomen librorum Ariſtotelis phyſicorum præclaram ſcripſit, quæ Tubingæ & alibi explicari ſolet.* * *Eiuſdem oratio de cauſis corruptæ iuuentutis, habita Tubingæ, cum honores primæ laureæ 49. adoleſcentibus conferrentur. 4. Tubingæ, 1580.*

Georgius *Lilius ſcripſit Pontificum & Cæſarum Romanorum Laconica breuitate ſeriem. Item de regibus Angliæ chronicon. Venetijs apud Michaelem Tramezinum excuſum, 1548. Idem edidit tabulam Britanniæ. Claruit anno 1548.*

Georgij *Logi, carmen elegans ad Æternam ſapientiam pro editione Nicephori Calliſti Xantopuli, ſubiungitur epiſtolæ dedicatoriæ Ioan. Langi interpretis, in hiſtoriarum Nicephori editionem. Eiuſdem extant, præfatio in Gratium poetam & carmina quædam.*



Digitized by Google

* Georgij Lyſthemij aulici concionatoris apud Electorem Saxoniæ, homiliæ quatuor de cœna Domini, quibus manifeſtum faceret Sacramentarium ſpiritum, Germanice. In 8. anno 1577. Eiuſdem armamentarium ſpirituale: refertum formulis precum, militiam ſequentibus recitandis: addita commendatione libelli, & demonſtratione etiam milites in caſtris beate ſiue pie viuere & mori poſſe, Germanice. In 8. Dreſdæ 1582.

Georgius Macropedius Germanus, ſcripſit comœdias & tragœdias aliquot, ex quibus apud Ioannem Gymnicum Coloniæ excuſæ ſunt, Andriſca, Hecaſtus, Rebelles, Aluta, Aſotus, Petriſcus, De paßione Chriſti, & de Suſanna. Eiuſdem Baſſarum, & Lazarum mendicum, Hermannus de Borculo excudit Traiecti, anno Domini 1541. Eiuſdem Calendarium, verſu heroico præcipuas eccleſiæ feſtiuitates complectens ſyllabatim, Heinricus Petri excudit cum libro Hadriani Iunij de anno ac menſibus. Eiuſdem Calendarius chirometricus, itẽ computus eccleſiaſticus, cum breui calculandi ratione, edita ſunt anno 1541. Eiuſdem methodus conſcribendi epiſtolas, impreſſa eſt Francofurti, anno Domini 1568. cum Lippo Brandolino de ratione ſcribendi.

Georgius Maior ſacræ Theologiæ profeſſor, in celeber. Academia Vuitebergenſi, plurima ſcripſit, quæ Vuitebergæ edita ſunt, ex his quædam in vnum coniuncta ſunt, tomis tribus in folio, quorum primus continet Enarrationes epiſtolarum ſancti Pauli. Secundus Homilias in Epiſtolas dierum dominicorum & feſtorum. Tertius, Homilias in Euangelia dominicalia & dies feſtos. Porrò præter hæc ſeparatim edita ſunt, Commonefactio ad eccleſiam catholicam, orthodoxam, de fugiendis & execrandis blaſphemijs Samoſatenicis, Arianis, Eunomianis, & alijs, contra Blandratam, & alios nonnullos huius ſectæ renouatores. Addita eſt doctrina de ſancta Trinitate refutationis loco. Vuitebergæ per Ioannem Lufft 1569. Repetitio, & poſtrema declaratio doctrinæ de iuſtificatione hominis coram Deo. Germanice 1567. Oratio de cõfuſionibus dogmatum veteribus & recentibus in eccleſia excitatis ab hominibus Fanaticis. Enarrationes epiſtolæ ad Hebræos. Conſolatio contra terrorem mortis, Germanica. De Germanica Bibliorum interpretatione admonitio, et confutatio cauſarum ob quas eorum lectione Laicos arcent Papiſtæ, item mendaciorum quæ ſpargunt contra Lutheri translationem. Septem partes homiliarum in Euangelia Dominicalia, & dierum feſtorum. Vuiteber. apud Ioannem Lufft in octauo. Admonitio de extremo iudicio ad conſolationem fidelium & terrorem impiorum neceſſaria hiſce afflictis temporibus. Vuitebergæ in quarto Germanice. Explicatio trium ſacrorum carminum noui fœderis, Beatæ virginis, Zachariæ, & Simeonis. Vuitebergæ ann. D. 1565. in 8. Germanice. Annotationes in Iuſtini hiſtorias, quæ impreſſæ ſunt Coloniæ apud Gymnicum, anno D. 1537. & 1549. Vitæ patrum excuſa Vuitebergæ 1544. cum præfatione Martini Lutheri. Tabula in Rhetoricam Philippi Melanchtonis, & D. Eraſmi Roter. de Copia: impreſſa Argentorati, cum Petri Moſellani ſchematibus apud Egenolphum, & Pariſijs apud Wechelum. Elegantiores aliquot parabolæ, ex Eraſmi Roter. ſimilibus in puerorum vſum ſelectæ, & in locos communes redactæ, indicatis auctorum locis, ex quibus ſingulæ ſunt conquiſitæ, liber impreſſus Magdeburgi 1537. Sententiæ veterum poetarum, per locos communes digeſtæ, ibidem 1537. Et Argentinæ apud Rihelium, anno 1538. mox etiã Pariſijs in parua forma. De origine & authoritate verbi Dei, & quæ pontificum, patrum & conciliorum ſit authoritas admonitio: Catalogus doctorum eccleſiæ Dei à mundi initio ad noſtra tempora. Libellus excuſus primum Witenbergæ, & deinde Baſileæ, anno 1550. Refutatio horrendæ prophanationis cœnæ Domini, edita eſt Witenbergæ, chartis 26. De arbore conſanguinitatis & affinitatis regulæ eiuſdem, & tabellæ, eodem anno excuſæ Witenbergæ octern. 40. Quæſtiones rhetoricæ ex Cicerone, Quintiliano, & Philippo Melanchthone excerptæ, excuſæ ſunt cum orationibus aliquot, Tubingæ apud Morhardum 1550.

* Georgij Mayeri Monachienſis Deuotionale comprehendens in ſe pia quædam & religioſa exercitia ſiue precationes quotidie in & extra eccleſiam dicendas.

Georgij Mekardi, paſtoris eccleſiæ Euangelicæ Auguſtanæ, concio funebris habita cum funus duceretur Auguſtæ Vindelicorum D. Catharinæ comitiſſæ Ortenburgi: Item alia Concio de perſona & officio Chriſti. Auguſtæ, anno 1570. in octauo.

* Eiuſdem refutatio aliquot obiectionum vulgarium pontificiorum, Germanice in 4. cum præfatione Iacobi Andreæ. Tubingæ 1574.

* Georgij Melam aſſertio diuinæ veritatis ſub nomine libri concordiæ: aduerſus Innominati authoris conuitia: Germanice. In 4. Roſtochij 1583.

Georgius Merula, patria Alexandrinus, vtriuſq; linguæ eruditiſſimus, ſcripſit Ludouici Sfortiæ, ſuorumq; maiorum res geſtas multis voluminibus. Commentaria in Iuuenalem, in Statium, atque alios plures, emiſit centurias quaſdam, epiſtolarum libros multos. Eius commentarij in orationem Ciceronis pro Q. Ligario, impreſ. Baſileæ apud Rob. Winter. Et apud Oporinum, anno 1553. cum alijs diuerſorum in omnes Ciceronis orationes commentarijs. In Epiſtolam Ciceronis ad Lentulum Spintherem accurrata interpretatio: cum Commentarijs Vbertini Clerici in omnes Ciceronis Familiares epiſtolas 1495. Venetijs impreſſ. Annotationes breues & ſparſæ in Martialis epigrammata, ſuper ijs præcipue locis, quos Domitius Calderinus perperam expoſuiſſe ei viſus eſt: impreſſæ Venetijs, & ipſis Domitij commentarijs paßim interpoſitæ 1493. Enarrationes priſcarum vocum: quæ in libris de re ruſtica Catonis, Varronis, Columellæ & Paladij inueniuntur, ordine literario: indicatis vbique locis, quibus apud illos authores leguntur: cum ijſdem authoribus excuſæ Lugduni apud Gryphium 1535. De geſtis ducum Mediolanenſium, ſiue de antiquitatibus

tatibus Vicecomitum, lib. 10. ad Ludouicum Sforțiam, excuſæ Romæ. Montisferrati deſcriptio, impreſſa opinor. Conflagratio Veſeui montis, ex Dione tranſlata, & impreſſa primum ab Aldo, deinde Baſileæ à Frobenio cum Suetonio, &c. Ex Dione tranſtulit vitas Cæſarum, Neruæ, Traiani, atque Adriani: quæ etiam impreſſæ ſunt. Epiſtolæ eius duæ leguntur vndecimo libro epiſtolarum Angeli Politiani. Claruit anno Domini 1494. Alexandri Aphrodiſei Problematum ſectiones 5. in Latinam linguam tranſtulit. Pariſijs excudit Ioan. Petit, anno Domini 1520.

* Georgij Methiminenſis oratio de paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti. 4. Græce, manuſcript. in bib. Imp. Viennæ.

Georgius Molitoris Nurenbergenſis, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. de paſſione Domini lib. 1. Sermones multos lib. 1. quæſtiones varias, & alia complura. Floruit anno 1484.

* Georgij de Monte maiori, excellentiſsimi poetæ, Cantio vera, Salamancæ Domingus Portonarius, 1571. Italice.

Georgij Morgenſtern Decretorum Doctoris, profeſſoris Lipſenſis, Sermones contra omnem mundi peruerſum ſtatum, Lipſiæ impreſsi à Wolfgango Monacenſi, anno D. 1501.

Georgij Mylij Bornenſis elegiarum libri duo, impreſsi Lipſiæ à Valentino Papa, anno Domini 1551.

Georgius Natta ſcripſit in 6. Decretal. de pactis. c. quamuis. Item in Clem. de verborum ſignificatione. Sæpe.

* Georgij Nicetæ epiſtolæ, de creatione hominis. 4. Ms. bib. Imp. Viennæ.

* Georgij Nicomediæ Archiepiſcopi, de cruce, quam falſo quidam Pſello aſcripſere, Græce Ms. In 4. bib. Imp. Viennæ.

Georgij Nigrini Battenburgenſis Carmen elegiacum de captiuitate Cereris. Marpugi 1555. Eiuſdem Iudæorum hoſtis, de fructibus Iudæorum Talmutiſtarum, qui noſtra ætate per Germaniam habitant, 1570. Confutatio ſecundæ Centuriæ Ioan. Naſi. Examẽ enchiridij Ioan. Naſi. De Iudæorum honeſtate & grauitate. Vrſellis tres hi libilli ſeparatim impreſſi ſunt 1571. Chronologia ab origine mundi ad noſtra vſq; tempora, ex ſacris Biblijs & probatis hiſtorijs deſumpta 1570. Vrſellis. De vera nobilitate & eius recto vſu, adhortatio ad nobiles adoleſcentes. Ibidem 1572. De ordinaria electione & vocatione miniſtrorum eccleſiæ, atque vnde eorum miniſterium efficax ſit. Ibidem 1573. Conciones 60. in Apocalypſim, additis figuris & earum explicatione carmine Latino & Germanico, ibidem, omnia Germanice 1573. * Eiuſdem Homiliæ quinquaginta in prophetam Danielem, Germanice, in fol. Vrſellis 1574. Stratologia aduerſus Gaſparum Francum, Germanice. In 4. Vrſellis 1574. Ignis purgatorij incertum fundamentum, certò perquiſitum, & demonſtratum ſcripturis ſanctis, Patrum, Conciliorum aliorumq; teſtimonijs: ex 14. funebribus orationibus D. Iacobi Feuchtij Suffraganei Bambergenſis, deſcriptum: vt cuiuis Catholico & Euangelico conſtet. 1. An ſit purgatorium. 2. Quid ſit. 3. Vbi ſit. 4. Cur ſit. 5. Quomodo inde animæ in cælos colligantur, Germanice. In 8. Argentinæ 1582. Eiuſdem conſolatorium ſcriptum ad afflictos Chriſtianos Colonienſes, qui ſua confeſsione à Papatu facta diſceſsione, in reformatæ eccleſiæ ſententiam iuerunt: eoq; nomine perſecutionem patiuntur, Germanice. In quarto Heidelbergæ, anno Domini 1583. Idem doctiſsimum Martini Chemnicij examen decretorum Concilij Tridentini, in linguã Germanicam tranſtulit: id colligo ex refutationis Gaſparis Franci editione.

Georgius Nothouer, ſcripſit Carmen contra Philomuſum, ſcholiaſticæ Theologiæ contemptorem.

* Georgij Obrechti I. C. Theſes pignoratitiæ propoſitæ, ad quas reſpondit Huldricus Dietrich: Quibus etiam dialogus de pignore, &c. quædam carmine complectens, adiectus eſt. 4. Argentorati excudebat Nicolaus Wyriot. Eiuſdem Oeconomia tituli C. & D. de procuratoribus & defenſoribus, anniuerſariæ diſputationis cauſa in Argentinenſiũ Academia per triduum propoſita. 4. Argentinæ. Diſputatio de cõmodato. Item Antithemata ſingula ex ſingulis Pandectarum & Codicis libris deſumpta, & in Academia Argentoratenſi ad diſputandũ propoſita. 4. Argentorati. Eiuſdem themata ex L. Placuit. 8. C. de Iudic. in Argentoratenſium Academia ad diſputandum propoſita. In 4. Argentorati Nicolaus Wyriot 1583.

Georgij Oldonini Cremonenſis, De primordio felicitq; ſucceſſu vrbis Venetæ lib. 3. elegiaco carmine. Elegiarum lib. 4. Epigrammatum lib. 3. Venetijs apud Franciſcum Marcolinum 1551.

* Georgij Othonis Torgenſis Melodiæ continentes introitus totius anni præcipuos, quinq; vocibus compoſitos. 8. Erphordiæ.

Georgius Præpoſitus Neoburgenſis, varia & iucunda in aſtronomia elaborauit: quæ feruntur extare Viennæ in Auſtria.

Georgius Pachymerius, qui Hieromnemon cognominatur, ſcripſit philoſophiæ compendium, quod extat in bibliotheca Medicum. Eiuſdem Epitome totius phyſicæ tractationis, fortaſsis idem liber ſuperiori, Romæ extat in Vaticana bibliotheca & expoſitio in logica. Hiſtoria. Commentarij in libros de auſcultatione naturali, ibidem ſeruantur, & apud Diegum Hurtadum Venetijs: qui etiam habet Paraphraſin huius authoris in mechanica Ariſtotelis. Paraphraſis in Dionyſium Areopagitam, Romæ in Vaticana. Epiſtolæ eius Græcæ, in quadam Italiæ bibliotheca extant. De ſex philoſophiæ definitionibus, De diuiſione philoſophiæ, De quinq; vocibus, De decem prædicamentis, Latine impreſſa Baſileæ per Ioannem Oporinum, cum Porphyrij 5. vocibus, & Ariſtotelis prædicamentis, &c. à Ioachimo Perionio verſis. Eiuſdem commentarij aut paraphraſis in libros Ethicorum extat Græce apud Hurtadum Mendozam. Fertur autem in omnia ferè Ariſtotelis opera paraphraſim ſcripſiſſe. Extant etiã eius 13.

Digitized by Google

libri hiſtorici, manuſcripti, in Italia, vt opinor. Pachymerij in organum Ariſtotelis copioſæ expoſitiones Græcæ manuſcriptæ, in bibliotheca Sambuci. Eiuſdem lib. 12. Græce manuſcriptæ, paraphraſis totius philoſophiæ Ariſtotelicæ, in bibliotheca Auguſtana. In catalogo bibliothecæ Thergius nominatur. Paraphraſis eius in Areopagitam Græce, edita eſt Pariſijs cum operibus Dionyſij Areop. 1562. in 8. Eiuſdem hiſtoria & Logica problemata, Græce in bibliotheca regis Gallorum ſeruantur. Item de anima, de ſenſu, memoria, ſomno, vigilia, inſomnijs, &c. Ibidem. Eius Epitomen ſeu Paraphraſim in vniuerſam ferè Ariſtotelis philoſophiam, Philippus Bechius è Græco in Latinum conuertit. Baſileæ anno D. 1560. in folio.

Georgij Paneuphemi, præfecti Africæ, de Aſceteria, quæ à Catholica eccleſia defecerat in Alexandria: Græce Romæ in Vaticana.

Georgius Perpinianus ſcripſit quædam cõtra hæreticos.

Georgius de Peurbach, Germanus, ſcripſit varia: ſed quæ diligentia Andreæ Stiborij ad poſteros venerunt, ſunt: Theoricæ planetarum, opus inſigne, ſex primi libri epitomatis Almageſti tabulæ eclipſium ſuper meridiano Vienenſi, collectio tabularum primi mobilis, & quarundam noua compoſitio cum ſingulari vſu, canones aſtrolabij, introductorium in arithmeticam, extenſio organi Ptolemæi pro vſu horarum Germanicarum ad omnia climata, cum demonſtratione, canones gnomonis cum noua tabula pulcherrima, compoſitio compaſſi, cum regula ad omnia climata: compoſitio nouæ virgæ viſoriæ, cum lineis & tabula noua, inſtrumentum pro veris coniunctionibus Solis et Lunæ, in quo vetus inſtrumentum de inſufficientia taxat, noua tabula, ſinus de decem minutis in decem, per multas millenarias partes, cum vſu: quæ plurimarum rerũ nouarum in aſtronomia occaſio fuit. modus componendi & demonſtrandi tabulam altitudinis Solis, modus deſcribendi horas ab occaſu in pariete, tabulæ æquationum motuum planetarum nouæ, nondũ perfectæ. tabula noua proportionis parallelorum ad gradus æquinoctialis, cum compoſitione eiuſdem. tabula noua ſtellarum fixarum. almanach perpetuum cum canonibus reduxit ad noſtra tempora. plura de quadrantibus. Calculauit & Almanach pro annis pluribus. Fecit ſphæras ſolidas, & alia plura inſtrumenta. hæc ex primo ternione libri cuiuſdam Aſtronomici deſcripſimus. Elementa arithmetices practicæ, & Algorithmus de numeris integris, fractis, regulis communibus, & proportionibus. Liber excuſus Vuittenbergæ apud Ioſephum Klug anno 1536. cum elementis Geometricis ex Euclide, per Ioan. Vægelin, cum præfationibus Philippi Melanchthonis. Theoricæ nouæ planetarum cum ſuis figuris ibidem impreſſæ, 1535. Eædem prius excuſæ erant Ingolſtadij ex caſtigatione Petri Apiani, 1528. cum figuris: & Venetijs anno 1495. cum expoſitione Franciſci Capuani de Manfredonia, apud Simonem Beuilaquam, & deinde cum eiuſdem commentarijs 1499. & 1491. apud Gulielmum de Tridino, ſine commentarijs. Vide plura in Franciſci Capuano, & in Ioannem de Sacrobuſto. Tractatus ſuper propoſitiones Ptolemæi de ſinubus & chordis, impreſſus Norimbergæ 1541. cum alijs quibuſdam. Tabulæ eclipſium, impreſſæ Viennæ Auſtriæ, ni fallor, cum Ioan. de Monteregio tabula prima mobilis. De epitome Almageſti, partim à Georg. Purbachio, partim à Ioan. de Regiomonte confecta: vide in Ioan. de Reg. Eiuſdem canones pro compoſitione & vſu gnomonis, ſeu quadrati geometrici, excuſi ſunt Norimbergæ, anno Domini 1544. in 4. cum Ioan. Regimontani libello de Torqueto, Aſtrolabio armillari, &c. Et ſeorſim ibidem in folio chartis 5. anno Domini 1516.

Georgij Phædronis Rodochei medici, Chirurgia minor, hoc eſt, omnium vlcerum perfectæ curationis methodus, anno 1562. Halopyrgicæ ſiue Iatrochemica peſtis epidemicæ curatio. Item Chirurgia: Baſileæ cum libris Theophraſti de ſpiritibus Planetarum edita ſunt, anno 1571. in 4. Contra hunc ſcripſit Bernardus Deſſennius.

Georgij Pictorij Villingani, apud regiam curiam Enſisheimij ſuperioris Alſatiæ archiatri, tuendæ ſanitatis ratio, ſeptem dialogis per ſex rerum nõ naturalium ordinem conſcripta, & denuo locupletata. Eiuſdem ſuccißiuarum lectionum dialogi 9. Conuiuiorum libri tres. Henricus Petri excudit Baſileæ in octauo, anno Domini 1544. De tuenda ſanitate dialogos, idem antea anno 1549. excudit. Rei Medicæ compendium. Muſices epitome cum quinque vocibus. De cura omnium morborum. Separati ſermones. Sanitatis tuendæ methodus. Regulæ generales omnium morborum. Medicinales quæſtiones. De dæmonibus ac Epitome Magiæ ceremonialis vel Goetiæ. Et, An ſagæ mulieres ignis multa ſint damnandæ. Scholia in Theodorici Vlſenij Friſij libellum de Pharmacandi comprobata ratione. Scholia in Marbodei Galli poetæ dactilothecam. Carmen in laudem molaris & cotis lapidum. De peſte & papulis puerorum, &c. Omnia hæc impreſſa Baſileæ apud Henricum Petri. De fontibus medicatis 38. Germanice. De dolore capitis præſeruatiuum & curatiuũ. Medicinæ ſimplices compoſ. ad omnes partium corporis affectus. De ratione mittendi ſanguinem & cucurbitularum vſu. ζωοτρόφων quorundam animalium naturas & proprietates rem medicam concernentes cõtinens. Scholia in Oppiani Halieutica. Commentaria in Q. Serenum Sammonicum. De apibus, cera, melle & quæ ex his conficiuntur. Sermonum conuiuialium apprime vtilium libri decem, deque ebrietate luſus quidam. Item de ſublunarium dæmonum ortu, natura & illuſionibus, & quomodo pellendi ſint Iſagoge. Baſileæ, anno Domini 1571. in octauo. Gynæceum, in quo docetur qua ratione grauidæ multa pericula euitare queant. Germanice, Francofurti, anno Domini 1569. Phyſicarum quæſtionum Centuriæ 3. His accedunt quorundam magnorum auctorum errores, per eundem notati. Item Pantopolion contra opiniones philoſophorum, quis verus Deus, vnde Gentiles dij, &c. vna cum eccleſiæ ad

Chriſtum

*Chriſtum Threnodia, cum tribus dialogis, Baſileæ per Henricum Petri, anno 1568. in 8. Opera noua, in quibus mirifica, iocos, ſalesq́, poetica, hiſtorica, & medica libris quinque complectitur. Baſileæ, anno Domini 1569.*

Georgius *diaconus magnæ (vt ait Suidas) ecclesiæ, eiusq́ archiui præpoſitus, hoc eſt, vt Græci dicunt, chartophylax, cognomento Piſides dictus, Hexaemeron carmine Iambico tribus verſuum millibus conſcripſit: & ad Heraclium regem, bellum Perſarum. Scripſit item ſoluta oratione Abarica, & encomium in Anaſtaſium, qui pro Chriſtiana pietate occiſus eſt. Georgius Piſides, ſcripſit Iambis pulcherrimis contra Monophyſitarum hæreſim, teſte Nicephoro.*

ΓΕΩΡγίου αἰνίγματα τοῦ ϗ Πισίδου, *inſcriptio trimetra Iambica libri, qui neſcio in qua Italiæ bibliotheca latet, varia opuſcula continens: de æſtate, de mari, ad eos qui leges non metuunt, de augmento, de ſenſibus noſtris, Phyſiologiam de plantis, auibus, volatilibus, natatilibus, feris, reptilibus, & herbis. De generibus animalium. De locuſta, de hirundine, de malo Punica.*

* Georgij *Protectij (ſi recte legitur) in vniuerſum Ariſtotelis organum commentarij, cum ſchematibus & figuris. In quarto. Ms. bibl. Imperatoris Viennæ.*

Georgius *Pruner ex Ruſpach, pulcherrima inſtrumenta, & libros quoſdam in aſtrorum ſcientia collectos poſt ſe reliquit, quæ Viennæ Auſtriæ in bibliotheca facultatis artium extant.*

Georgius *Pylando, Germanus, tranſtulit Hippocratis lib. 4. de morbis, quos Wechelus excudit Pariſijs. Idem de morbis mulierum ſcripſit. Item annulum Aſtronomicum aut ſphæricū, excuſum Mediolani apud Vincentium Medam, anno 1544. quatern. 5. Obijt Mediolani eodem anno.*

* Georgij *Raw Muſicæ Enchiridion in ſchola Witenbergenſi congeſtum, 1546.*

Georgius *Reiſchius, Carthuſianus, ſcripſit Margaritam philoſophicam excuſ. in 4. ex recognitione Orontij cum appendicibus, anno 1535. Baſileæ. Euſdem (vt puto) liber artis metiendi, ſeu Geometr. praxeos, excuſus Pariſijs à Guilielmo Morelio, venit 6. denariolis Gallicis.*

Georgius *Relmiſius, ſcripſit rationarium Euangeliſtarum.*

Georgius *Riplay, Anglus, ſub D. Auguſt. titulo Canonicus regularis, ſcripſit Philoſophorum ſecreta. De rerū temperaturis. Hiſtoriam compaſſionis Mariæ. Alcumiſtarum myſteria. Compendiū Alchymiæ. Vitam D. Ioan. Brydlyngthon. Vitam D. Botulphi. De magia naturali. Theoricam quandam lib. 1. Concordantias Guidonis & Raimundi, lib. 1. Caſtellum 12. portarum, lib. 1. Hoc opus eſt de Calcinatione, Solutione, Separatione, coniūctione, putrefactione, congelatione, multiplicatione, proiectione, & ſimilibus. Practicam Ceremonialē, lib. 1. Dicta Ægri, lib. 1. Dialogorum quoq, lib. 1. De lapide philoſophico, lib. 1. Carmina & epiſtolas, lib. 1. & alia. Claruit anno 1490.*

Georgij *Rithaymeri, de orbis terrarum ſitu compendium, excuſ. eſt Norimbergæ à Petreio, anno D. 1538. Eodem anno ab authore ſcriptum Viennæ. *Eiuſdem Grammatica Græca. In octauo, Coloniæ 1536.*

Georgius *Rotallerus, Heſiodi opera & dies, Latine carmine elegiaco reddidit, & epigrammatum librum conſcripſit, Petrus Brubacchius excudit Francofurti, anno 1546. octern. 8. & dimidio. Idem Sophoclis fabulas tres, Alexandram, Electram, & Antigonem, carmine Latino tranſtulit. Gryphius excudit, anno 1550. Idem poſtea Sophoclis Tragœdias, quotquot extant, Latino carmine reddidit. Antuerpiæ Gulielmus Sylnius, anno 1570 in octano.*

Georgius *Sabinus Brandeburgenſis, Philippi Melanchthonis gener, Iſocratis orationem de Concordia domi conſtituenda, & bello in Aſiam transferendo contra Barbaros, Latinam fecit: quæ excuſa eſt 1531. Edidit quoq, Poemata aliquot excuſa Argentorati apud Cratonem Mylium, 1538. Eius etiam oratio de vtilitate ſtudiorum eloquentiæ, habita in Gymnaſio Francfordienſi; inſerta eſt Philip. Melanchth. declamationibus excuſis Argentinæ apud Cratonem Mylium. Idem conſcripſit libellum de electione & coronatione Caroli V. Romano. Imperat. excuſ. Coloniæ apud Hen. Mameranū. Item præcepta de carminibus ad veterum imitationem artificioſe componendis: impreſſa cum Mycilli ratione examinandorum verſuum, Francofurti 1569. * Et nuper cum ſcholijs Ioannis Schæfferi denuo excuſa Francofurti ad Viadrum, anno Domini 1580. Præterea Ioan. Functius in Chronicis refert eundem ſcribere, quæ & quando per ordinem Teuthonicorum militum ſint geſta, & contra infideles barbaros perpetrata.*

* Georgij *Salmuth, philoſophiæ & medicinæ doctoris, Diſputationes tres Monſpeſſuli in Gallia habitæ, anno 78. & 79. nunc Lipſiæ excuſæ, anno Domini 1580.*

Georgij *Sauromani, equitis Germani, oratio panegyrica de laudibus Maximiliani Aug. nuncupato Carolo Ferdinando: impreſſa Baſileæ apud Ioan. Frobenium, anno 1520. cum panegyricis aliquot veterum. Eiuſdem oratio ad principes Chriſtianos, de religione & communi concordia: impreſſa eſt Romæ, anno 1529.*

Georgij *Saxoniæ ducis Epiſtola ad Lutherū, impreſſa Ingolſtadij, anno 1572.*

Georgius *Schaller, Germanicis Rythmis deſcripſit omnium animalium bipedum & quadrupedum naturas atque proprietates. Francofurti, anno 1569.*

* Georgij *Schezel, Caroloſtadij Anatoliæ virginis legenda, de reformatione Monaſteriorū, item de eſu carnium tractatus, manuſcriptus in bibliotheca Imperatoris.*

Georgius *Scholarius, defenſiones pro Ariſtotele ſcripſit, à Georgio Gemiſto refutatus, vt ſupra diximus. Georgij Scholarij in quinque voces Porphyrij. Item Monodia in dormitionem S. Mar-*

Digitized by Google

ci archiepiſcopi Epheſini. Venetijs in bibliotheca ad S. Antonium manuſcripta extant Græce. * In bibl. Imperat. Viennæ habetur Georgij Scholarij de proceſſu Spiritus ſancti, & eiuſdem liber ſecundus de proceßione Spiritus ſancti à Patre, ad Comnenum Magnum in Trapezuntio regem. Græce manuſcript. fol.

Georgij Schrægelij Boij Elegia Ἐγκωμιαστικὰ in CL. vrbem Belgarum Handouerpiam, cum oda eiuſdem argumenti. Plantinus excudit in 4.

Georgij Schwaiger moduli aliquot ſacri cantatu elegantißimi. Monachij 1572. * Faſciculus ſelectiorum aliquot cantionum ſacrarum, quinq; vocum. 4. Monachij.

* Georgius Schumannus vertit, Michaelis Barthol. Annæburgenſis diſticha ſacra de Patriarchis & Prophetis, Apoſtolis & Euangeliſtis, De Iſraelitarum ducibus & regibus, tùm Hieroſolymitanis, tùm Samaritanis, deq; pijs ac præcipuis aliquot mulieribus. Ex Latinis nunc Græca quoque facta, & in Tetraſticha Germanica inſuper conuerſa.

Georgius de Selua, epiſcopus Vaurenſis, octo vitas Græcorum & Romanorũ ex Plutarcho tranſtulit. Liber impreſſus, 1548. in 16. apud Ioannem de Tournes. Eiuſdem epiſtola in volumine epiſtolarum clarorum virorum habetur.

Georgij Seifridi medici, Genealogia principum Brandenburgenſium, Witenbergæ 1555.

Georgij Seifridi Sultzuelten, diarium typis excuſum.

Georgij Sibuti Daripini, Germani, poemata de Maximiliani Cæſaris aduentu Coloniam, Quentel Colonienſis impreßit, anno 1505. Addita ad eundem epigrammata Iacobi Spigelij, Petri Bonomi, Nicolai Marſcalci, Heinrici Einborni, Ioan. Murmellij, Iacobi Canteri, Bernardi Greningi, Theodorici Vlſenij, Ioannis Antonij Lucilij, Gualteri Tangerij. Idem Sibutus, ſcripſit artem memoratiuam, concionatoribus & iuriſperitis vtilem lib. 1. Vitam D. Annæ carmine lib. 1. Claruit anno 1506. Hæc eius opuſcula ſunt impreſſa.

* Georgius Sigelius, Theologiæ profeſſor, ſynopſin hiſtoriæ Ieſu Chriſti, quemadmodum eum ex diuina inſpiratione Sancti ſpiritus D. D. Mattheus, Marcus & Lucas deſcripſere, ſtudioſis Academiæ Altorfianæ propoſuit. Norimbergæ in forma tabulæ, anno 1583.

Georgius Silberſchlag, Germanice edidit concionem de extremo iudicio, atq; damnatorum pœnis & gaudio piorum, ex Cyrillo magna parte deſumptam. Erdfurdi, anno 1572.

Georgius Simler Wimpinenſis, ſcripſit commentarium non indoctum in comœdiam Ioannis Reuchlini præceptoris ſui, quæ inſcribitur Sergius, vel Capitis caput, impreſſum Phorcæ, 1580. Scripſit etiam obſeruationes de arte Grammatica. Item de literis Græcis & diphthongis, quemadmodũ ad nos veniant. Quæ vnà excuſa ſunt Tubingæ, per Thomam Anshelmum, anno D. 1512.

Georgij Spintleri Regimen ſpirituale, ſeu vera præſeruatio & cura peſtis, vbi oſtenditur an, quomodo & quo fugienda ſit peſtis. German. Norimbergæ 1559. Eplicatio Germanica in 17. caput Ioan. Ibidem 1570. Conciones quadrageſimales, de pœnitentia, confeßione, abſolutione, cœna Domini, paſſione Chriſti. Ibidem 1573. German.

Georgij Steinhart, Ornamentum Chriſtiani Gynæcei: explicatio Euangelij in viſitatione Mariæ virginis. Francofurti, anno 1568.

Georgij Syngeli hiſtoriæ ab Adamo ad Alexium Comnenum, Græce extant Romæ in Vaticana, & Viennæ Ms. in bib. Imp.

Georgius Technicus, grammaticus Græcus, numeratur inter illos authores, ex quibus ſuum Cornucopiæ Phauorinus Camers collegit.

* Georgij Theodorici Miſſeni, Quæſtiones Muſicæ breuißimæ, ex varijs collectæ. 8. Gorlicij, 1580. Eiuſdem cantiones funebres Latine & Germanice. 8. Norimbergæ per Theodoricum Gerlazium, anno 1573.

Georgius Trapezontius, Apoſtolicus ſecretarius, ſcripſit Rhetoricorum lib. 5. excuſ. Baſileæ apud Curionem, anno 1522. Dialecticam breuem quidem, ſed abſolutam, quæ eſt impreſſa Coloniæ apud Gymnicum, anno 1530. & rurſus ibidem, cum ſcholijs Nouiomagi, anno 1538. & mox Argentorati. Commentaria in orationes Ciceronis Philippicas: excuſa Pariſijs apud Aſcenſium, & Baſileæ cum alijs in Ciceronem commentarijs apud Rober. Winter. Et apud Oporinum, anno 1553. Comparationes Ariſtotelis & Platonis, Venetijs anno 1523. in 8. Præfert autem Ariſtotelem longo interuallo, ideoque ei pro Platone reſpondit Beſſarion. Opuſculum in locum illum Euangelij: Si volo eum manere donec veniam, quid ad te? & quod S. Ioan. Euangeliſta nondum ſit mortuus, impreſſ. Baſileæ 1543. apud Rob. Winter cum alijs quibuſdam. Eiuſdem in Cl. Ptolemæi centum ſententias commentarium, & librum de Antiſcijs, in quorum rationem fata ſua reijcit: item cur aſtrologorum iudicia plerunq; fallãt: omnia excuſa Coloniæ 1544. & Venetijs. Poſteriores duo cum Omar de natiuitatibus, anno 1525. in 8. apud Ioan. Gymnicum, cum Ioan. Pontani dialogo, quatenus credendum ſit aſtrologiæ. Tranſtulit ex Græcis in Latinum ſermonem, Cyrilli commentarios in Euangelium Ioannis, & eiuſdem Theſaurum, ſiue de Trinitate lib. 14. Rhetoricorum Ariſtotelis lib. 3. qui cum cæteris Ariſtotelicis operibus Latinis habentur. Euſebij de Euangelica præparatione libros, Almageſtum Cl. Ptolemæi, impreſſum apud Henricum Petri. Præterea tranſtulit Ariſtotelis libros, de Animalibus. Chryſoſtomi homilias in Matth. 81. poſteriores. Gregorij Niſſeni myſticam Moſaicæ vitæ enarrationem. Scripſit etiam Iſagogen & commentaria in magnam compoſitionem Ptolemæi. De diuina ſubſtantia ſecundum Ariſtotelis doctrinam. De veritate fidei Chriſtianæ. Epiſtolas in Pſalmum 44. quorum quædam extant Venetijs ad S. Antonium. Claruit anno Domini 1435.

Georgij Thymi Zuiccauienſis, Hymni ex varijs au-

Digitized by Google

*vijs authoribus collecti, cum melodijs Martini Agricolæ & Pauli Schalen reuteri. Impreßi Zuiccauiæ, 1553. Eiuſdem catechiſmus Græcis carminibus ſcriptus, impreſſus Lipſiæ.*

Georgij *Valaguſa, Bononienſis, floſculi epiſtolarum Ciceronis lingua Italica expoſiti, Venetijs impreßi apud Cominum de Tridino montis ferrati, anno Domini 1549. octern. 4.*

* Georgij *de Valentia, vide Gregorij de Valen.*

Georgius *Valla Placentinus, ſcripſit multa præclara volumina, de quibus extant ſubiecta. De orthographia lib. 1. De quantitate ſyllabarum lib. 1. de figuris oratorum & poetarum lib. 1. In Ciceronẽ de vniuerſitate lib. 1. In eundem de fato lib. 1. In topicorum lib. eiuſdem lib. 1. In rhetoricam ad Herennium lib. 1. In Iuuenalem lib. 1. de ratione diſſerendi lib. 1. de rebus expetendis & fugiendis lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Orationes varias. Eius de expetendis & fugiendis rebus magnum eſt opus, quo hæc continentur: de philoſophia & mathematica in genere lib. 1. de arithmetica lib. 3. vbi quædam à Boetio prætermiſſa tractantur, de Muſica lib. 5. & primo de inuentione & commoditate eius. De Geometria lib. 6. in quibus elementorum Euclidis difficultates omnes fere exponuntur, vbi etiam de Mechanicis, ſpiritalibus, catoptricis, ac opticis, deq; quadrato circuli habetur. Tractatus de tota aſtrologia li. 4. in qua fabrica, vſusq; aſtrolabij exaratur, & quæ ſignorum in exhibendis medicaminibus ſit habenda obſeruatio. De phyſiologia lib. 4. vbi & metaphyſices quædam, lectu digniſſima, de medicina lib. 7. vbi de ſimplicium natura per ordinem literarum. Problematum lib. 1. De Grammatica lib. 4. de dialectica lib. 1. de poetica lib. 1. de Rhetorica lib. 2. de morali philoſophia lib. 1. de Oeconomia, ſiue adminiſtratione domus lib. 3. in quibus de architectura, req; ruſtica ſuus eſt locus, politicum vnicum volumen, vbi de iure ciuili ac pontificio primum, mox de legibus in vniuerſum, inde de re militari agitur. De corporis commodis, & incommodis lib. 3. quorum primus totus de anima, ſecundus de corpore, tertius vero de vrinis ex Hippocrate, ac Paulo Aegineta, deq; Galeni quæſtionibus in Hippocratem. de rebus externis lib. 1. ac vltimus, vbi de gloria, amplitudine, & cæteris huiuſmodi, hæc ſummatim: ſed inſunt & alia plurima, quæ legendo licet cognoſcere. Verum eius lucubrationes ſeparatim, varijs etiam locis excuſæ ſunt. Nam liber de orthographia, vnà cum eiuſdem de epiſtolari charactere, deq; imitatione atque exercitatione præceptiunculis, Baſileæ 1541. De expedita ratione argumentandi libellus, ad Nicephori imitationem: Baſileæ apud Adamum Petrum, & Rober. Vuinter: & Coloniæ apud Soterem. Philoſophiæ moralis compendium ex Geor. Valla, Apiarius Bernæ excudit, de inuenta medicina, & in quot partes diſtributa ſit: Argentorati. de vrinis ibidem. De tuenda ſanitate per victum, & quæ ſecundum cuiuſq; naturam in victu ſequenda aut fugienda ſint, cum P. Aegineta de ciborum facultatibus: ibidem. de corporis partibus libellus, cum Ioan. Andernaci anatomia, Baſil. apud Rob. Vuinter, 1536, de corporis commodis & incommodis, de pulſuum differentia, Argentorati apud Hen. Sybold. cum Parthenij dialogo de anatome. de vniuerſi corporis purgatione: ibidẽ. de inſtitutione rhetoris lib. 2. ibidem. Commentarij in Ciceronis dialogum de oratoria partitione, Lugduni à Gryphio, et Baſileæ à Roberto Vuinter cum diuerſorum commentarijs in libros rhetoricos Ciceronis. Commentarij in Almageſtum Ptolomæi. Commentarij in quadripartitum Ptolomæi, excuſi ſunt in Italia. Porro ex Græcis Latinos fecit: Magnorũ mortalium Ariſtotelis lib. 2. Nemeſij de natura hominis lib. 1. Alexandri Aphrodiſei de febrium cauſis & differentijs opuſculum, Rhazæ librum de peſte, & Pſelli de victus ratione, Procli Diadochi hipotypoſes aſtronomicarum poſitionum, Nicephori libellum de compendiaria arte diſſerendi, Cleomedis de mundo, vel de meteoris librum. Problemata Auerrois, quæ Venetijs excudit Anto. de Strada, anno 1488.*

Georgij *Veneti Minoritæ Harmonia mundi totius.*

Georgius *Viuiennus edidit Enchiridion de verborum & rerum ſignificatione, hoc eſt titulum* XVI. *libri digeſtorum L. P. collatum cum Pandectis Florentinis & manuſcriptis exemplaribus, adiectis ſcholijs Antinomijs. Coloniæ 1570. in 8. Item D. Iuſtiniani lib. 4. Inſtitutionum iuris, multo ſuccinctiores quo facilius memoria reddantur, emendatioresq; repreſentauit ſingulis paragraphorum initijs obſeruatis. Ibidem. Tabulas inſtitutorias in quatuor libros inſtitutionum iuris ciuilis. Partes duæ. Coloniæ anno 1571. Compendium de diuerſis regulis iuris Cæſarei. Digeſtorum libri L. titulus* XVI. *ſerie alphabetica. Ibidem.*

* Georgij *Vuald. L. I. philoſophiæ & medicinæ doctoris, de vſu terræ ſigillatæ à ſe inuentæ, contra peſtem, venena hauſta, alioſq; varios morbos Germanice. In 4. Sangalli 1582.*

Georgij *Vualteri libellus precum, in vſum eorum qui morbo alijſq; tentationibus affliguntur, addita eſt doctrina de precibus quæſtionibus aliquot comprehenſa. Lipſiæ in 8. Germ. Regulæ vitæ Chriſtianæ ordine decalogi, adiunctis ſelectiſſimis ſententijs & cauſis impulſiuis, ex verbo Dei excerptæ. Vuitebergæ 1572. Conſolationes parentum in morbo aut morte liberorum. Norimbergæ. Conſolatorius libellus. Francofurti in 12. Conſolatio peccatoris ſua peccata agnoſcentis & petentis veniam. ibidem. Conſolatio eorum qui dolent mortem amicorum, coniugũ, liberorum. Ibidem. Libellus de confeßione peccatorum. Canticum Simeonis, explicatum ad conſolationem & tollendum metum mortis. Præcipui articuli Chriſtianæ doctrinæ, quæſtionibus comprehenſi, & verbo Dei, ac Lutheri & Melanchtonis dictis declarati ac confirmati. Magdeburgi. Fons Chriſtianæ vitæ, è quo hauriantur cauſæ Chriſtianæ viuendi & reſipiſcendi à peccatis. Ibidem. Cauſæ triginta, quæ omnes Chriſtianos à peccato deterrere & ad piam atq; ſanctam vitam incitare debent. Francofurti. Omnia hæc Germ. edita ſunt. Quarta pars præcipuorum dogmatum Chriſtianæ doctrinæ. Mag*

deburgi, anno Domini 1573. Germanice.* Quinta pars capitum doctrinæ Chriſtianæ ex verbo Dei, Lutheri & Melanchtonis ſcriptis, confirmata. Germanice in 8. Magdeburgi 1573. & anno 1574. acceſſit eiuſdem pars ſexta & poſtrema. In octauo. Magdeburgi.

Georgij Vueberi muſici, Cantiones ſacræ quatuor, quinque & ſex vocum, Germanice. Mulhuſij in Thuringia.

Georgij Vuerneri Sileſij, libri aliquot carminum editi. Item epiſtola eius, cum de fonte Smolnicio, cuius aquæ ferri conſumendi vis ineſt, tum de alijs in Pannonia vndarum miraculis. Eiuſdem liber de admirandis Hungariæ aquis, excuſus Viennæ in quarto.

Georgius Vuicelius, Germanus, ſcripſit librum pro defenſione bonorum operum, excuſum Lipſiæ apud Michael. Blum, anno Domini 1532. adhortatiunculam ad congregationem concilij, Lipſiæ impreß. per Nicolaum Fabrum eodem anno, & deinde per Nicolaũ Vuolrab. Confutationẽ reſponſionis Iuſti Ionæ, vna cum aſſertione bonorũ operum, Lipſiæ impreſ. per Nicolaum Fabrum, anno Domini 1533. De vera iuſtificatione, Lipſiæ apud eundẽ. De eccleſia ſanctorum, Lipſiæ apud eundem. Præconium Euangelicæ gratiæ Lipſiæ apud Melch. Lotther, & Moguntiæ apud Franciſcum Behem, anno Domini 1534. Commentariolum de arbore bona, Antichriſto, Interceßione diuorum & ieiunio. De die mortis Dominicæ, Lipſiæ apud Valentinum Schumann, & deinde etiam apud Nicolaum Vuolrab. Orationem in Hebraicæ linguæ & leges ſcholæ puerilis, ibidem apud Nicolaum Fabrum, & mox apud Nicolaum Vuolrab. Syllabarium ſiue cõprehenſionem iocorum ex vtroque teſtamento de bonis operibus. Lipſiæ apud Melchiorem Lotther, & deinde apud Nicolaum Vuolrab. Apophraſim de voluntate Chriſtiani hominis, Lipſiæ impreſſ. per Nicolaum Fabrum, & mox per Nicolaum Vuolrab. De eccleſia Chriſtianorum contra Iuſtum Ionam, Lipſiæ impreſſ. apud Nicolaum Fabrum. Expoſitionem ſeptem pſalmorum excuſam Lipſiæ per Melchiorem Lotther. De Euchariſtia iuxta ſenſum ſcripturæ ac ſanctorum patrum, Lipſiæ per eundem impreſſ. deinde per Nicolaum Vuolrab, ac mox Friburgi excuſſ apud Ioannem Emmeum. De bonorũ operum ad iuſtitiam ſimul ac ſalutem æternam neceßitate libellum, Lipſiæ impreſſ. apud Melchiorem Lotther, Diuorũ ex veteri teſtamento ὑποδείγματα, Coloniæ excuſ. per Melchiorem Noueſianum, anno Domini 1535. & mox Moguntiæ per Franciſcum Behem. De raptu epiſtolæ priuatæ, & præfixa illi criminatione contra ludum Syl. Heßi. Expoſtulationem cum hoſte Iona, excuſam Lipſiæ per Nicolaum Fabrum & Vuolrab. Expoſitionem verbi credendi, & quot modis in ſacris literis accipiatur, Lipſiæ excuſ. apud Nicolaum Fabrum. Catechiſmum eccleſiæ, Lipſiæ per Melchiorem Lotther & Friburgi excuſum per Ioannem Emmeum, & Moguntiæ apud Franciſcum Behem, annõ Domini 1535. Expoſitionem in pſalmum 120. Lipſiæ apud Melchiorem Lotther. Dialogum de Concilio, impreſſum Nurenbergæ per Ioannem Petreium. De oratione, ieiunio & eleemoſyna libellum, Lipſiæ excuſ. per Melchiorem Lotther, Nicolaum Vuolrab, & deinceps Friburgi impreſſ. per Ioannem Emmeum. De pœnitentia, confeßione & poteſtate clauium libellos duos, impreſſos Lipſiæ apud Melchiorem Lotther, Nicolaum Vuolrab, & mox Friburgi excuſum apud Ioannem Emmeum. Libellum de Euangelio Martini Lutheri & eius eccleſia. Lipſiæ impreſſum per Michaelem Blum, & Friburgi per Ioannem Emmeum excuſum anno Domini 1535. Conciones triginta excuſas Lipſiæ per Nicolaum Fabrum & Nicolaum Vuolrab impreſſ. Anno Domini 1536. Apologiam contra calumniatores, Lipſiæ per Nicolaum Fabrum, & Friburgi per Ioannem Emmeum. Reſponſionem ad ſcripta Eckerlingi nomine edita. Lipſiæ excuſam. Libellum de vera iuſtificatione, Chriſtianorum vita, & ſyncero Dei verbo, excuſum Lipſiæ apud Melchiorem Lotther. Annotationes in Biblia Vuittenbergenſium, Lipſiæ apud eundem anno Domini 1537. De obdormitione Chriſtianorum, Lipſiæ apud eundem & Friburgi per Ioannem Emmeum, item Moguntiæ apud Franciſcum Behem. Precationes excuſas Lipſiæ per Melchiorem Lotther, & Moguntiæ per Franciſcum Behem. Methodum concordiæ Eccleſiaſticæ, Lipſiæ per Nicolaum Vuolrab. Orationem de paſtoribus veris, Lipſiæ apud eundem, anno Domini 1537. Epiſtolarum libros quatuor, Lipſiæ apud Nicolaum Vuolrab. Acta Eislebinſia de remißione peccatorum, Lipſiæ apud eundem. Enarrationes Euangeliorum & Epiſtolarum Dominicalium, excuſas Lipſiæ per Nicolaum Vuolrab Moguntiæ apud Franciſcum Behem, & Coloniæ per Euchar. Ceruicornum. Enarrationes cantionum Mariæ virginis, & Zachariæ ſacerdotis, ac Simeonis Iuſti, cum tribus pſalmis Dauidicis excuſas Lipſiæ anno Domini 1537 Conqueſtionem de calamitoſo Chriſtianorum ſtatu, & epitaphia in mortem Eraſmi Roterodami. Lipſiæ apud Nicolaum Vuolrab, anno Domini 1538. De baptiſmo & Euchariſtia homilias duas, Lipſiæ apud eundem. Reiectionem Lutheraniſmi, apud eundem. Querelam euangelij contempti, apud eundem. Orationem in veterẽ Adam, excuſam Lipſiæ apud eundẽ. Martyrologion Chriſti, Lipſiæ apud eundem. Reſponſionum ad articulos Lutheri de concilio, Lipſiæ apud eundem 1538. Dialogorum lib. 3. de religionis diſsidio, Lipſiæ apud eundem, 1539. Quæſtiones catechiſticas excuſas Moguntiæ, ad D. Victorem per Franciſcum Behem. Typum eccleſiæ prioris, Moguntiæ per Iuonẽ Schœffer, & deinde per Fran. Behem, anno 1540. Hagiologiũ, ſeu de Sanctis eccleſiæ, Moguntiæ per Fran. Behem, anno 1541. Catechiſticum examen, Mogun. apud Iuo. Schœffer, et deinde apud Franciſc. Behem. Pædagogia Chriſtianæ fragmentum, ibid. apud Fran. Behem. Precationes ibidem. Catechiſmum, ibidem, 1541. Odas Chriſtianas, ibid. Propheticos ſermones 100. ibidem. Onomaſticon eccleſiæ, ibid. Idiomata lingæ ſanctæ veteris & noui teſtamenti

teſtamenti, Moguntiæ apud eundem. Icones Chriſtiani hominis, apud eundem. Enarrationes in Haggæum prophetam apud eundem, anno 1541. Eccleſiaſticas Demegorias ac conciones euangeliorum ac epiſtolarum per totum annum, apud eundem, anno 1543. Ordinandorum examinationes, apud eundem, anno 1544. Tabulæ Cebetis expoſitionem apud eundem, anno 1545. Gratiarrm actiones ob Dei beneficia, apud eundem. Quadrageſimale apud eundem, anno 1545. Scripſit etiam minutiora quædam, vt Teſſaradecas ſuper negotio pacificationis. Theſes de fide & operibus. Item de pœnitentia. Poſitiones de Concilio, Epicedion & Epitaphium Georgij ducis Saxoniæ. Viam pacis. Dialogum de Comitijs. Aduentum Cæſaris in Germaniam, &c. Scripſit etiam præfationes in Eccleſiaſticos quoſdam authores. vtpote in D. Auguſtini librum de fide & operibus. In eiuſdem librum de vita Chriſtiana, &c. Collegit ex Auguſtino de ciuitate Dei, bona ac mala, quibus humanum genus affligitur, quæ excuſa ſunt Moguntiæ apud Fran. Behem. anno 1541. Item Chriſtianorum aliquot poetarum carmina theologica, excuſa apud eundem. Scripſit prætere de medijs quibuſdam ineundæ in Chriſtiana religione concordiæ. Dialogum de nuptijs. Caſtigationes in nouum Teſtamentum. Proloquia in hæreſes. Additiones typi eccleſiæ, & Hagiologij. Auctuarium in poſtillas de tempore. Argumenta in omnes libros Iliados Homericæ. De Polygamia lib. 3. Orationem aduerſus calumnioſum accuſato rem in genere iudiciali. Annale priuati hominis. Anacephalæoſim concionum Eccleſiaſticarum. Orationem Hodæporicam. Dialogum de eccleſiæ ſtatu. Formulas reformatorias. Compendium Grammatices. Diſticha in omnes totius anni Dominicas. Verſuum aliquot centurias. De igne purgatorio. Eccleſiæ incommodorum rationes, & alia multa. Tranſtulit è lingua Latina in Germanicam, Concionem Baſilij Magni contra fœneratores, in Pſal. 14. Concionem S. Ioan. Chryſoſtomi contra auaritiam. Et aliã contra vſurã: liber excuſus eſt Lipſiæ, apud Nicolaum Vuolrab, anno 1535. Meditationes cuiuſdam Itali in Pſalmum 31. excuſas Moguntiæ per Franc. Behemum. Dogmata eccleſiaſtica ex Auguſtino, Moguntiæ apud eundem. Eraſmi Rot. libellũ de eccleſiæ concordia, excuſum Erphurdiæ per Mattheum Maler, anno 1534. S. Cypriani concionem de morte, cum exhortatione S. Ambroſij ad mortẽ, quæ Lipſiæ anno 1536. & deinde Moguntiæ ſunt excuſa apud Fran. Behem. De miſſa veteris eccleſiæ ex Ioanne Chryſoſtomo, Moguntiæ apud eundem anno 1541. De ritu baptizandi apud veteres libellum ex bibliotheca Fuldenſi, excuſ. apud eund. Collectas dominicales: Præterea ſcripſit Præconium euangelicæ gratiæ per Chriſtum in 8. Idiomata quædam linguæ ſanctæ in ſcriptis veteris teſt. obſeruata. ibidem anno 1542. Methodum ſtudij theologici pariter & concionalis officij, Coloniæ 1552. Compendioſiſſimã deſcriptionem belli Iudaici ex Flauij Ioſephi libris concinnatam, ibid. excuſam. De libero arbitrio hominis, Chriſtiani, ibid. excuſum 1548. Epitome Romanorum pontificum à Petro vſque ad Paulum III.

* Eius inſignium locorum vtriuſq; teſtamenti comprehenſio, de abſoluta neceſſitate bonorum à fide operum: Nunc recens aucta ac emendatius reuiſa in octauo, Coloniæ, apud Adolphum Roſtium, anno 1580. Claruit anno Domini 1552.

* Georgius Zigabenus de ſeptem vocalibus ac reliquis literis conſonantibus in quarto manuſ. bib. Imperat. Viennæ.

Georgius Zingel citatur in Chryſopaſſo Eccij.

Geraldi vel Gerardi cuiuſdam præcepta chirurgica.

Gerardus Albertus, ſuper 2. Codicis de inſtitu. & ſubſtitu.

Gerardi Bergenſis medici iurati Reipublicæ Antuerpienſis, de præſeruatione & curatione morbi articularis & calculi libellus. Antuerpiæ in officina Plantini. Eiuſdem de peſtis præſeruatione.

Gerardi Bolderij medici celeberrimi liber de balneis Chalderianis in agro Veronenſi.

Gerardus de Bononia, ordinis fratrum beatæ Mariæ virginis de monte Carmeli, ſcripſit ſuper ſententias libros quatuor. Quodlibeta librum vnum. Quæſtiones ordinarias lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Et alia plura. Summam theologiæ præclaram inchoauit, quam tamen morte præuentus imperfectam dereliquit. Claruit anno 1317.

Gerardus Brianſonis, Tholoſæ minorita, theologus, ſcripſit ſuper ſententias lib. In ſeptẽ pſalmos lib. 1. Super Dionyſio de angelica hierarchia lib. 1.

Gerardi Bucoldiani pro ebrietate oratio Coloniæ dicta. Eiuſdem carmen de Muſarum in Germaniam profectione. Liber excuſus Coloniæ apud Ioannem Soterem 1529. De inuentione & amplificatione oratoria, ſeu vſu locorum lib. 3. excuſi Lugduni apud Gryphium 1534. Commentarij in orationem Ciceronis pro rege Deiotaro, excuſi Baſileæ cũ commentarijs in omnes Cic. orationes apud Oporinum, 1553. Eiuſdem narratio de puella quæ ſine potu vixit, excuſa eſt Pariſijs apud Robertũ Sthephanum. Claruit Bononiæ, anno 1535.

Gerardi Buſæi catholicus catechiſmus iuſſu G. Lindani editus Germanice. Coloniæ anno Domini 1572.

Gerardus Bututus Pariſienſis medicus, cõmentarios ſcripſit in Conſtantini monachi viaticum.

Gerardus Camiſius, ſcripſit Grammaticam, excuſam alicubi (ni fallor) in germania.

Gerardus de Campiſeo doctor iuris de quo in expoſitione tit. in vſibus feudorum.

Gerardus de Caſtris, ordinis Carmelitarũ monachus, ſcripſit de paſſione Domini lib. 1. Sermones de tempore & de ſanctis lib. 1. Quadrageſimale quoque lib. 1. Et alia quædam. Claruit anno 1470.

* Gerardus Cotius Alenſis ſcripſit quædam carmina: Multa vtilia collectanea in eius bibliotheca ſunt poſt mortem illius reperta, ſed nondum edita.

Gerardus Cremonenſis, medicus, ſcripſit Introductorium medicinæ lib. 1. Commentarium in viaticum Conſtantini monachi lib. 1. Tranſtulit canones medicinæ in Toleto de Arabico in Latinum, quos



Digitized by Google

princeps Aboali edidit. Scripſit Theoricas Planetarum ante Georgium Peurbachium, quas deinde Io. de Regio monte Dialogo contra Cremonenſia deliramenta inſcripto refutauit. Ex Arabica lingua in Latinam vertit canones Auicennæ 5. quos habemus impreſſos. Raſis practicam & Antidotarium, vt vocant, & diuiſiones. Librum Albengnefit de virtute medicinarum & ciborum, de quo ſupra, commentarios quoſdam in prognoſtica Hippocratis, qui cum Ioannicio olim excuſi ſunt, cum veteri ſimul & noua textus prognoſticorum translatione. Ars parua Cl. Galeni eodem interprete, ibidem habetur. Idem tranſtulit Ioannis Serapionis practicam medicinam, Gebri Arabis lib. 9. de aſtronomia. Item è Græco conuertit Kiranni vel Kirannidis lib. 4. de lapidibus, plantis, animalibus. Scripſit etiam quædam de Geomantia. Raph. Volater. hunc Gerardum Suclonetã vocat, ab oppido eius natali, in Cremonẽſi agro.

Gerardi à Cubalo oratoris, Feltrinæ legationis ad illuſtriſſimum ſereniſſimumq; principem Laurentium Priolum oratio. Venet. apud Gryph. 1557.

Gerardus de Cuſſaco, Gallus, Agenni in Vaſconia Carmelita, ſcripſit ad Bernhardum S. Ciriaci Cardinalem, ſermones 60. ad clerum lib. 1. Sermones 64. ad populum librum 1. Claruit anno Domini 1346.

Gerardus magnus Dauentrienſis, ſcripſit de Contractibus & vſuris lib. 1. De inſtitutione nouitiorum lib. 1. De locatione curæ paſtoralis lib. 1. De conuerſatione interna lib. 1. De regimine monialium lib. 1. De incommoditatibus matrimonij lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Contra fornicatores ſacerdotes. Et alia multa. Claruit anno Do. 1384.

Gerardus Dicæus, Lucenſis, Deliam amantem grandi volumine celebrauit carmine, & vertit Dionem.

Gerardus Dorn è Germanico in Latinum trãſtulit Theophraſti Paracelſi Philoſopiæ magnæ collectanea quædam. Chirurgiam vulnerum, cum recentium, tum veterum occultorum & manifeſtorum vulnerum. Libros duos de contracturis, Apoſtematibus, Syronibus & nodis. Lapidem metaphyſicum aut philoſophitum, qui vniuerſalis medicina vera fuit patrum antiquorum ad omnes indifferenter morbos. Librum de meteoris, de matrice, de tribus principijs lib. 2. Archidoxorum lib. 10. De præparationibus. De vexationibus Alchymiſtarum. de Cementis metallorum. De gradationibus eorundẽ. Chirurgiam minorem Bertheoneam. De cutis apertionibus. De vulnerum & vlcerum curis. De vermibus, ſerpentibus, &c. De maculis à natiuitate ortis. Scripſit etiam Chymicum artificiũ naturæ theoricum & practicum 1568. in octauo. Clauim totius philoſophiæ Chymiſticæ ad Adamum Bodenſtenium. Lugduni decimoſexto.* Per eundem, Treuiſanus de Chymico miraculo, quod lapidem philoſophiæ appellant. Dionyſius Zecharius Gallus, de eodẽ, authoritatibus varijs principũ huius artis Democriti, Gebri, Lullij, Villanouani confirmati & illuſtrati. In octauo Baſileæ apud hæredes Petri Pernæ, anno 1583. Eodem authore, de naturæ luce phyſica, ex Geneſi deſumpta, iuxta ſententiam Theophraſti Paracelſi tractatus. Cui annexa eſt modeſta quædam admonitio ad Thomam Eraſtum, philoſophum & medicum Germannum, de retractandis calumnijs et conuitijs in Paracelſum perperam in lucem datis per quatuor tomos. De noua medicina. 8. Francoforti apud Chriſtophorum Coruinum 1583.

Gerardus de Elten, natione Germanus, ſcripſit inter alia, Quæſtiones ſententiarum, lib. 1. Quæſtiones diſputatas, lib. 1. Sermones & collationes librum. 1. Varia quoq; in philoſophia lib. 1. Et alia complura. Floruit anno 1471.

Gerardi Fabri Caducani, oratio adhortatoria ad eccleſiarum rectores, habita Syluanecti. Pariſijs. anno 1538.

Gerardus Falkenburgius ad Nonni Dionyſiaca edita à Plantino. Lectiones varias et coniecturas ſuas addidit.

Gerardus Geldenhaurius Nouiomagus, ſcripſit Epiſtolam ad Gulielmũ Geldriæ principẽ, etc. gratulatoriam de principatuum ſuorum adeptione, & admonitoriam officij principis: cum hiſtoria Batauica impreſſam Coloniæ, anno 1541. Hiſtoriam Batauicam cum appendice de vetuſtiſſima nobilitate, regibus, ac geſtis Germanorum: impreſſam Argentorati apud Chriſtophorum Egenolphum anno D. 1530. Germaniæ inferioris hiſtorias, & loca aliquot declarata, libellus excuſus cum Bilibaldi Pirckheymeri Germania. Francofordiæ apud Egenolphum, anno 1532. Nouiomagi ciuitatis Batauorum encomium, ex Satyris ipſius, verſibus 16. Item hiſtoria & catalogus epiſcoporum Vltraiectinorum, impreſſa Marpurgi apud Egenolphum, anno 1542. cum varijs alijs rerum Germanicarum hiſtorijs. Satyræ hexametris verſibus ſcriptæ, nondum editæ. Tranſtulit etiam quædam Ioannis Marlij Belgici, de miranda antiquitate regum Germaniæ. Eius epiſtolæ aliquot de hæreticis, De re euangelica, & hæreticorum pœnis: excuſæ Argentorati. Egenolphus 1529.

Gerardi Habbij, Theologiæ communis & vſitatæ compendium, per dialogum propoſitum, in quo multæ quæſtiones explicantur. Col. 1573. 8.* Einſd. ſacra Chriſti Euãgelia cũ epiſt. quæ diebus Dominicis, et alijs ferijs ſacris in eccl. orthodoxa ſunt ordinata: nunc primum per numerum in certas quaſi periodos & clauſulas clarioris intelligentiæ, ac facilioris memoriæ cauſa diſtincta, ac paucis atq; apertis hypotheſibus iam recens illuſtrata. His quoq; addita ſunt Euangelia cum epiſtolis, quibus eccleſia catholica tempore neceſſitatis atq; exequiarum ſeu funebri, per omnes ſeptimanæ ferias vtitur. 8. Coloniæ apud Petrum Horſt.

* Gerardi Iatro Cremonenſis Metaphraſis in Ianum Damaſcenum Arabem in fol. Baſileæ. 1543.

* Gerardi Iaueſenij presbyteri decem de eccleſia tractatus, quibus vbi vera ſit eccleſia (vt titulus pollicetur) perſpicue oſtenditur, eiuſdemq; authoritas aſtruitur. 4. Col. apud Maternum Cholinum, 1580.

Gerardi Iſingij Hypomnema in primam cenſuram Adami Kuchenmeiſter, Moguntiæ, Franc. Behem. 1544.

Gerardus *Liſtrius Rhenenſis, edidit Vltraiectinæ regionis ſeu diœceſis, quæ Bataniæ finitima eſt deſcriptionem elegantem carmine hexametro, & quorundam eiuſdem diœceſis epiſcoporū laudes: impreſſam Marpurgi ab Egenolpho, cum varijs hiſtorijs Germanicis* 1542. *Commentarij in Deſ. Eraſmi Rot. encomium Moriæ, excuſi Baſileæ in officina Frobeniana, anno* 1552. *tum Senecæ ludo de morte Claudij, &c. Et Coloniæ apud Ioannem Soterem, anno* 1534. *Commentarij in Dialecticam Petri Hiſpani, excuſi Suollæ.* * *Eiuſdem extat libellus de octo figuris conſtructionis.*

Gerardus *Lorichius Hadamarius, ſcripſit theſes profeſſionis Catholicæ, vnà cum abuſionum, ſuperſtitionum, hæreſeon, & ſchiſmatum, cuique catholico fugiendorum iudicio, ad exactam eccleſiæ reformationem, liber excuſus an. Domini* 1541. *Eiuſdem liber de miſſa publica propaganda, & abuſibus tollendis, excuſus anno Domini* 1536. *in octa. Eiuſdem Monoteſſaron paſſionis Chriſti Ieſu: cum expoſitione omnigenæ orthodoxæ doctrinæ fœcunda, qua tam veritas hiſtorica, quam religionis ſinceritas declaratur, ex patrum Catholicorum ſententijs accurate corraſa. Pariſijs anno Domini* 1548. * *Eius compendium textus & gloſſematon in omnes Noui Teſtamenti libros. Coloniæ* 1541. *in folio.*

Gerardus *de Marbnys Vltraiectinus canonicus, ſcripſit dialogum de prima materia, & alium de captione vrbis Tongrenſis, & quædam alia. Claruit anno Domini* 1495. *Tritt. de ſcript. German.*

Gerardi *Mathiſij Geldrienſis* προλεγόμενα *in vniuerſam Ariſtotelis logicam, quibus generalis philoſophiæ diuiſio continetur, ad veterum ſententiam accomodatæ expoſita. Coloniæ Petrus Horſt, anno Domini* 1556. *Epitoma Ariſtoteleæ Logicæ Græcolatina. Coloniæ Petrus Horſt anno Dom.* 1569. *in octauo. Idem Ariſtotelis de rerum principijs libros quatuor, in epitomen contraxit. Coloniæ liber impreſſus eſt anno Domini* 1570. *ab authore correctus & locupletatus. Præterea Ariſtotelis librum primum de cœlo in epitomen contraxit, & analyſeos beneficio explicauit. Coloniæ Petrus Horſt* 1568. *in octauo. Scripſit etiam Commentaria in epiſtolam Pauli ad Romanos.*

Gerardi *Mazolli* I.C. *Conſiliorum decas prima Venetijs apud Ioann. Andream Valuaſſorem,* 1568. *in folio.*

Gerardus *Mercator Rupelmondanus, edidit Rationem ſcribendarum literarum Latinarū, quas Italicas curſoriaſque vocant. Item tabulas Paleſtinæ ſiue terræ ſanctæ, Flandriæ, Europæ, Orbis vniuerſi tabulam ad vſum nauigantium accomodatam. Excudit quoque Britanniæ inſulæ tabulam, ab alio quopiam deſcriptam. Omnia elegantiſſime cælata.* * *Tabulas Geographicas Cl. Ptolomæi ad mentem authoris reſtituit & emendauit. Eiuſdem & Matthæi Beroaldi Chronologia, hoc eſt ſupputatio temporum ab initio mundi ex Eclipſibus & obſeruationibus Aſtronomicis & ſacræ ſcripturæ firmiſſimis teſtimonijs demonſtrata. In octauo Baſileæ per Thomam Guarinum.*

Gerardi *de monte: artium & theologiæ profeſſoris Coloniæ in librum S. Thomæ de Aquino, de ente & eſſentia. Eiuſdem tractatus oſtendens concordiam ſancti Thomæ, & venerabilis Alberti, in multis in quibus dicuntur eſſe contrarij.* * *Hic eſt ille (vt ex fine libri de ente & eſſentia colligitur, à quo famoſiſſimum gymnaſiū Colonienſe quod Burſam montis vocant, ſuam primæuam ſumpſit denominationem: Præterea autem ſcripſit Textualem expoſitionem in librum Ariſtotelis de cœlo & mundo: De generatione & corruptione: In Metheorologica: In parua naturalia, Apologiam contra quendam qui Concordiam Thomæ & Alberti oppugnat. Omnia hæc ſimul edita apud Heinricum Quentelium Coloniæ. Obijt anno Domini* 1480. *Nouembris* 9.

Gerardi *Moringi de paupertate eccleſiaſtica: exhortatio ad temperantiā. Sorbona.* * *Idem deſcripſit vitam Auguſtini. Antuerpiæ, anno Domini* 1533.

Geradus *à Nazareth, patria Galilæus, apud Nazareth primum, deinde in Montana Nigra prope Antiochiam Eremita, epiſcopus tandem Laodicenſis, Græce & Latine doctus, ſcripſit ad Guilhelmum presbyterum, de conuerſatione ſeruorum Dei, lib.* 1. *Vitam Abbatis Heliæ, lib.* 1. *De vna Magdalena contra Græcos lib.* 1. *Ad ancillas Dei in Bethania lib.* 1. *Contra Salam templarium lib.* 1. *atq; alia. Claruit anno Domini* 1140.

Gerardi *Nennij Sledani, profeſſoris artium et linguarum in Academia Roſtochiana, Epithalamion Dauidi Chytreo ſcriptum, excuſum Roſtochij* 1553. *in quarto.*

* Gerardi *Nouiomagi de Germania inferiori hiſtoria & loca aliquot declarata. Francoforti,* 1572. *Eiuſdem hiſtoria Batauica: & de vetuſtate Germaniæ in* 4. *Eiuſdem chronicon.*

Gerardus *ordinis fratrum Prædicatorum, natione Germanus, Leodienſis, ſcripſit de doctrina cordis librum vnum. Sermones de tempore lib.* 1. *Sermones de ſanctis lib.* 1.

Gerardus *monachus cœnobij S. Quintini in inſula, ſcripſit hiſtoriam tranſlationis coronæ & partis de cruce Domini, quas reliquias Ludouicus rex Franciæ ab imperatore Conſtantinopolitano conſequutus, tranſtulit Pariſios. Scripſit etiam beatæ Helizabeth Lantgrauiæ miracula poſt mortem lib.* 1. *Reſponſoria & cantus de eadem lib.* 1. *& quædam alia. Claruit ann D.* 1270.

Gerardus *Odonis, ordinis fratrum minorum, ſcripſit ſuper ſententias lib.* 4. *de Logica quoq; lib.* 1. *Quæſtiones varias lib.* 1. *in libros Ethicorum lib.* 10. *in philoſophia morali lib.* 2. *Hic etiam compoſuit officium ſtigmatum S. Franciſci, ordinis minorum inſtitutoris. In multos deniq; Bibliæ libros commentarios edidiſſe dicitur. In libros Ethicorum Ariſtotelis cum textu eiuſdem opus excuſum Venetijs ſtylo barbaro, anno* 1500. *Claruit anno* 1330.

Gerardi *de Riedesfordia, militis templi Domini, de expeditione Aſiatica ſub Friderico primo & ſecundo ſuſcepta, hiſtoria extat Viennæ Auſtriæ*



Digitized by Google

*apud Vuolgangum Lazium.*

* Gerardi *Rodolphi Granienſis de literis Canonicis, videlicet formatis, pacificis, commendatitijs, ac dimiſſorijs, quibus in eccleſia primitiua ſancti patres ex generalium Conciliorum Decretis in ſacroſancta Nicæna ſynodo prius excogitatis, vſi ſunt.* 8. *Coloniæ apud Geruinum Calenium & Hæredes Ioannis Quentelij.* 1582.

* Gerardus *Rocekenius concionator Paderbornenſis collegit ſententias aliquot ex optimis authoribus editas in vſum ſuæ ſcholæ: ſcripſit etiam librum de ceremonijs papiſticis: cui oppoſuit contrarium ſcriptum Hermannus Hamelmannus.*

Gerardus *Sagarellus, doctor theologus Pariſienſis, Italus natione, ſcripſit aduerſus Minoritas lib.* 1. *Cui reſpondit per Apologiam Bonauentura Franciſcorum Generalis. Claruit anno D.* 1360.

Gerardus *epiſcopus Sauonenſis, ordinis fratrum eremitarum ſancti Auguſtini, patria Bergomenſis, ſcripſit ſuper ſententias lib* 4. *Quodlibeta duo lib.* 1. *in Cantica canticorum lib.* 1. *in Epiſtolam ad Hebræos lib.* 1. *In* VI. *Decret. de reli.do.lib.* 1. *Claruit anno* 1340.

Gerardus *de Senis, natione Italus, ordinis fratrum eremitarum ſancti Auguſtini, in vtroq; iure longa exercitatione peritus, ſcripſit in primum ſententiarum lib.* 1. *De contractibus & vſura lib.* 1. *de Præſcriptionibus lib.* 1. *Floruit anno* 1340.

Gerardus *de Solo, natione Gallus, medicus, ſcripſit in nonum ad Almanſorem lib.* 1. *de Gradibus medicinæ lib.* 1. *De febribus lib.* 1. *& alia multa. Introductorium iuuenum, tractatus de gradibus, & libellus de febribus: excuſa in Italia. Eiuſdem ſuper primam fen primi canonis, & partem ſecundi: item ſumma de conferentibus & nocentibus. De cuſtodienda ſanitate. Commentum ſuper* 9. *Almanſoris. Aggregationes de criſi & de criticis diebus, & de prognoſticationibus. Item ſuper viaticum Conſtantini, manuſcripta extant apud Marcū Dreſſerum.*

Gerardus *Stredam, natione Germanus, ordinis Carthuſienſium, ſcripſit ad abbatem ſancti Hadriani de Giraldi monte, de cura paſtorali lib.* 1. *de decem præceptis lib.* 1. *de ſeptem ſacramentis lib.* 1. *ſpeculum religioſorum lib.* 1. *Dialogum de virtutibus li.* 1. *Dialogum de vitijs lib.* 1. *Sermones de tempore li.* 1. *ſermones de ſanctis lib.* 1. *& quædam alia. Claruit anno Domini* 1443.

Gerardus *Theutonicus, de contractibus & vſuris, item de horis canonicis.*

Gerardi *à Turnhout Tricinia ſacrarum & aliarum cantionum, tam viua voce quam inſtrumentis commodiſſima Louanij* 1569.

Gerardi *Veluyki itinera deſerti, ſiue de Iudaicis diſciplinis & earum vanitate liber, cum nonnullis ex libris Iudæorū de fide Chriſtiana conſentientibus, excuſus Venetijs apud Bombergum, anno Domini* 1539. *in* 4.

Gerardi *Viueri inſtitutio linguæ Gallicæ addiſcendæ, Germanice conſcripta. Coloniæ anno Domini, in octauo.*

Gerardi *Voſſij artis rhetoricæ methodus, in qua per quæſtiones præceptiones rhetorices tractantur. Louanij* 1571. *in* 8.

Gerardus *Vueſterburg, doctor theologiæ, Emdæ in Friſia, ſcripſit librum de purgatorio contra Colonienſes inquiſitores hæreticæ prauitatis. Item de adoratione ſacramenti. De inſigni religione Colonienſium. Idem inuenit molendinum nouum artificioſiſſimum, quod vento quidem flante ab eo impellitur, quieſcente à ſex equis facile agitur, & octo molas circumuoluit.*

Gerardus *Zutphanienſis, Germanus, ſcripſit de reformatione interiori, ſeu virium animæ lib.* 1. *de aſcenſione ſpiritali lib. ſermones varios lib.* 1. *Eius liber de ſpiritualibus aſcenſionibus, impreſſus eſt olim in* 8. *cum meditationibus deuotis, de vita & beneficijs Ieſu Chriſti, anonymi cuiuſdam.*

Gerardus *Zutphanienſis alius à ſuperiori, gymnaſij Colonienſis decus, ſcripſit quæſtiones ſententiarum notabiles lib.* 4. *Quæſtiones etiam quodlibetarias ordinauit, in quibus multa pro eruditione diſcipulorum determinat. Alia quoq; nonnulla edidit. Claruit anno* 1400. *Tritt. de ſcript. Germ.*

Geraſini *ſermones & epiſtolæ, Græce manuſcriptæ, Venetijs ad S. Anthonium.*

Gerianus, *epiſtolæ* 2. *apud Cyprianum author cum aliquot coepiſcopis lib.* 1.

Gerinus *Theologus, Benedictini profeſſionis monachus, cœnobij (vt fertur) Glaſconienſis in Anglia ſcripſit de lege diuina lib.* 1.

Germanicus *Cæſar Arati Phænomena conuerterat, cuius adhuc extant fragmenta, quæ cum fragmentis Ciceronis, Virgilij & Rufi Auieni carminibus in eadem, Græcis è regione poſitis, Ioan. Oporinus Baſileæ excudi curauit, cum Ioachimi Perionij tranſlatione Ethicorum Ariſtot. &c. Et Hermagius cum Higino. Eiuſdem hexaſtichon lib.* 1. *Anthologij Græci leguntur, & ſimiliter in* 5. *Idem orauit cauſas atque inter cætera ſtudiorum monumenta reliquit comœdias Græcas. Carmen eius quod in Auguſti Cæſaris equum compoſuit, celebrat Plinius.*

Germani *archiepiſcopi Conſtantinopolitani, &c. ſermo Græcus de terminis vitæ, extat in quadam bibliothica Italiæ. Eiuſdem* [illegible] *contra Ioannem Metropolitem Naupacti. Item* [illegible] τοῖς παραλαυρίας τῶν πατριαρχικῶν μονῶν τίνι ἂν διαφέρειν ὀφείλουσι *extant in magno Canonum volumine Ioan. Zonaræ. Encomium Deiparæ in bibliotheca regia. Eiuſdem in aliquot pſalmos Dauidicos cōmentaria, incerto interprete, extant apud Vuolgangum Lazium, hiſtoricum & medicum Viennenſem.* * *Homiliæ in virginem Mariam Græce manuſ. bib. Imper. Viennæ, in quarto.*

Germanus *Brixius Antiſſiodorenſis, canonicus Pariſiēſis multa ſcripſit, ex quibus impreſſa ſunt Antimorus, carmen aduerſus Thomam Morū Anglum, Pariſijs excuſum. Epiſtolæ gratulatoriæ quatuor, ibidem à Wechelo impreſſæ. Elegia in obitum Franciſci Deolini: & alia quædam carmina & epiſtolæ. Ex D. Chryſoſtomo tranſtulit dialogum de epiſcopatu & ſacerdotio, ſiue de dignitate & onere*

epiſcopi

Digitized by Google

epiſcopi libros 6. Ceruicornus excudit Marpurgi, anno 1537. Item, Homilias octo priores in epiſtolam Pauli ad Romanos, ex eodem, excuſas Pariſijs. Item Babylam martyrem ex eodem vertit. * Denique tractatum de comparatione Regis & monarchæ eiuſdem Chryſoſtomi tranſtulit. Antuerpiæ Ioannes Bellerus ſub aquila aurea excudit. Scripſit epigrammata in obitum Franciſci Valeſij Francorum regis deſignati, quæ excuſa ſunt Pariſijs anno D.1537.

Germani Neapolitani archiepiſcopi hiſtoria eccleſiaſtica, excuſa Romæ.

* Germani Pyyer libellus germanicus: quo prouocat & vrget reſponſum à Nicolao Selneccero, ad propoſita nec dum refutata argumenta de intellectu verborum quibus Chriſtus in ſacratiſſa illa cœna eſt vſus: ſcriptus nomine omnium Chriſtianorum verba Chriſti dextrè intelligentium, quos ille paſſim in ſuis ſcriptis, ſine ratione conuitijs inſectatur. In quarto Neapoli Nemetum anno Domini 1582. Eiuſdem demonſtratio: Nicolaum Selneccerum argumenta decem, de intellectu verborum Cœnæ Dominicæ ei obiecta peruertere: ac in ſumma nihil ad rem reſpondere: ac proinde teſtimonio propriæ conſcientiæ de iniuſta perditaque ſua cauſſa in hac controuerſia, euictum eſſe. Item de vera adoratione humanitatis Chriſti in vnitate perſonæ, Eccleſiæ Chriſti catholica doctrina & confeſſio aduerſus D. Selneceeri eiuſque ſociorum compilatorum Erdfurdianæ apologiæ, fraudes & repetita conuicia germanice in 4. Neoſtadij Nemetum, apud Matthæum Harniſch. 1583.

* Germani Valentis Guellij commentationes & Paralipomena in P. Virgilium Maronem. In folio Antuerpiæ apud Plantin. anno Domini 1580.

Gerochus Richerſpergenſis antiſtes, monachus, notatione Boius, ſcripſit libros de rebus Hildebrandi & Henrici. Auentinus.

Gerodius in libro equorum citatur à Syluatico in Marmoro. Sunt autem verba Hieroclis quæ adducit, itaque illius nomen ita deprauatum videtur forte ab Arabibus.

Gerſias poeta negliens à Polluce nominatur libro nono.

Gertrudij practica, vide Bertrutij.

Geruaſij Ameni lucubratiunculæ excuſæ ſunt (Venetijs puto) in 4.

Geruaſius Citeſtrenſis ab vrbe in qua natus eſt nomen cepit. Hic presbyter ſcripſit de ſacerdotalis ordinis inſtructione, In Malachiam commentarios lib. 1. In Pſalmos Dauidis lib. 1. Homilias aliquot lib. 1. Claruit anno 1160. Baleus.

Geruaſius Dorabernenſis, ſeu Cantuarienſis, monachus Benedictinus, ſcripſit rerum in Anglia geſtarum hiſtorias. Claruit anno D.1128.

Geruaſius de Melkeleya compoſuit opus de arte dictandi quod vocat De ſaltu lacteo lib. 1. Epigrammata quædam lib. 1. De verſibus edendis lib. 1. Claruit anno 1217.

Geruaſius Ricobaldus Ferrarienſis, hiſtoriam pontificum ſcripſit vſq; ad ſua tempora, hoc eſt, annum Domini 1300.

Geruaſius Scholaſticus, patria Argentinenſis, ſcripſit in Apocalypſin Ioannis, lib. 1. Conciones in Euangelia, lib. 4. In omnes epiſtolas Pauli conciones, lib. 14. In epiſtolas Canonicas, lib. 7. Et alia. Claruit paſtor Lentisburgi anno 1557.

Geruaſij Sepini Salmurei Eroto pægnion lib. 3. ad Apollinem. Pariſijs apud Vuechelum anno Domini 1553. * Eiuſdem Menalcas item Alexis Ecloga ſeptima, Syluarum libri duo decimoſexto Pariſijs.

Geruaſius Tilgerienſis, Henrici ſecundi Anglorum regis nepos, Guilhelmi olim Remenſis archiepiſcopi clericus, & Arelatenſis regionis Mariſcallus, hiſtoriarũ cognitioni candidus inuigilabat. Vnde Othoni quarto Romanorum imperatori charus, quod ille quoque maternum genus ab Anglica muliere duxerit, opus ſuorum Chronicorum dedicauit adiecto titulo, De otijs imperialibus, lib. 3. Illuſtrationes Galfrid. Monumetenſis, lib. 4. De mundi deſcriptione, lib. 1. Opus facetiarum, ad Henricum iuniorem, lib. 1. De origine Burgundionum, li. 1. De mirabilibus orbis, lib. 1. Hiſtoriam terræ ſanctæ, lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1210. regnante rege Ioanne. Hic ille eſt quem Lycoſtenes Tibelenſem cognominat.

Geruaſius Tellibérienſis, citatur in Bocatij genealogia.

Geruici cuiuſdam de Amſterdanis oratio funebris, edita eſt.

Geryon Seilerus, Auguſtæ Vindelicorum medicus clariſſimus, edidit vna cum alijs eius reip. medicis libellum de peſte.

Geſius vel Geſſius medicus & ſophiſta celebris ex Gea Arabiæ: huius meminit Stephanus de vrbibus.

Getulici hiſtoriæ citantur à Suetonio. Eiuſdẽ carmina quædam extant apud Probum grammaticum, in primo Georg. Virgilij commentario. Eiuſdẽ tetraſtichon & hexaſtichon extant lib. 3. Anthologij Græci, & decaſtichon 6. lib.

Gez Græcus ſcripſit libros imaginum, De ſtationibus ad cultus Veneris, De quatuor ſpeculis, De imaginibus Veneris.

* Giaconnij Sannazari Arcadia. In 16. Sonettij. Italicè. In 8. Venet. 1549.

Giaferi hiſtoriographi primum volumen in quo res Iſmaeliticæ cum ſumma fide à Muhamede aut Albigend, vt vocant, ſunt ſcriptæ, cum honorifica mentione rerum Chriſtianarum, eſt apud Guilielmum Poſtellum: propter crebra nomina propria punctis charentia, interpretatu difficile opus.

* Gigij Arthemij Rodigini comœdia cingana Italice. In 8. Venet. 1550.

Gilbertus natione Anglicus, medicus, ſcripſit de morbis particularibus librum 1. item librum qui inſcribitur theſaurus pauperum. Gilberti Anglici de Anglica, commentaria in Secretarium practicæ Ioannis Iacobi, quæ apud quendã in Germania

manuſcripta extant. Compendium medicinæ, Lugduni ext. Baleus meminit Gilberti Leglei Anglici medici, de quo poſtea.

Gilbertum quendam, qui de menſuris & ponderibus ſcripſerit, M. Fabius Caluus Hippocratis interpretes allegat.

Gilbertus de ſecretis naturæ citatur in libro qui inſcribitur Lumen animæ.

Gilberti cuiuſdam ſermones de ſanctis manu ſcrti extant.

Gilberti cuiuſdam Cardinalis de ſoluendis metallis libri Germanice extant, videntur autem ex Latino translati eſſe.

Gilbertus Buckinghouiæ archidiaconus verſibus & proſa pleraq; compoſuit, ſub regibus Anglorum Stephano & Heinrico ſecundo, vt habet in ſuo chronico Heinricus Huntingtonus.

Gilbertus Cognatus Nozerenus, vir pius & doctus, ſcripſit Orthographiæ, Etymologiæ, Syntaxeos & Proſodiæ Latinas tabulas, excuſas cum eiuſdem argumenti alijs, inter quæ eſt copioſiſſimus dictionum index, cum ſuis accentibus, & notarum tabulis. Baſileæ apud Robertum Vuinterum, anno Domini 1542. χειροτονητῶν, ſiue ſelectarum comprobatarumque & dictionum & rerum commentarium. Lugduni Bartholomæus Melinus, anno Domini 1560. Opus Eraſmicum de Conſcribendis epiſtolis in compendium redegit. Ciceronis de Oratore, lib. 1 contraxit in epitomen, & ſcholijs illuſtrauit. Ex 11. verò Rhetoricæ tractatim decerptas orationis partes, in tabulam conſtrinxit: quibus adiunxit abſolutam totius Rhetoricæ methodum. Ibidem ab eo Vuintero, anno Domini 1544. παροιμιῶν συλλογὴν interpretatus eſt, quas Eraſmus in ſuas Chiliadas non retulit, exceptis paucis, quarum varia eſt lectio & interpretatio. Nicolaus Epiſcopius, anno Domini 1559. Eius extant præterea quædam opuſcula per quam erudita & lepida. οἰκέτης, ſiue de officio famulorum. Οἰκονομικὸς, ſiue de familiari adminiſtratione, libellus ex Ariſtotele deſumptus. In concordiæ commendationem, & diſcordiæ deteſtationem, oratio. Aduerſus rhetoricem atque eloquentiam, ad Franciſcum Floridum Sabinum oratio. De imitatione, ſententia ad Ioannem Metellum. Baſileæ Hieronymus Frobenius impreſſit magna ex parte, anno Domini 1536. Lugduni Sebaſtianus Gryphius, anno Domini 1539. Lutetiæ Vechel. anno 1540. Iterum Baſileæ Robertus Vinter, cum epiſtolis aliquot Angeli Odoni, & Phileni Lunardi elegantibus, doctis & mirè candidis, ad eundem Gilbertum Cognatum, anno D. 1540. Denuò Ioannes Oporinus anno 1547. Orationes conſolatoriæ, vna ad nobiliſſimum iuuenem Guilhelmum Merceretum diſcipulum ſuum, in morte matris. Altera, ad clariſſimum virum D Heinricum Colinæum Senatorem Dolanum in morte matris: cui eiuſdem argumenti poematis & epiſtolis de morte generoſi adoleſcentis Guilhelmi à Balma Perani diſcipuli ſui deſideratiſſimi, Baſileæ Iacobus Parcus, anno Domini 1545. Orationes duæ de Chriſti natiuitate & morte Latinè & Gallicè, cum epiſtolis aliquot clarorum virorum ad eundem Gilbertum Cognatum Nozerenum, videlicet Ioannis Baptiſtæ Kaſarij, Caroli Sigonij, Pauli Manutij Veneti, Achillis Statij Luſitani, Marci Antonij Mureti, Antonij Hermanni Gogauæ, Pauli Æmilij, Dionyſij Lambini, Theodori Zuingeri Baſilienſis, Guilhelmi Marij, & Ioannis Baptiſtæ Benemati. Venetijs Camillus Ianius anno Domini 1559. Epiſtolarum libri decem. Et illuſtrium aliquot virorum epiſtolæ ad eundem Cognatum, quæ decem alijs libris continentur. Baſileæ Henricus Felſius anno Domini 1560. in folio. Diuerſorum Philoſophorum Regum atque Ducum epiſtolæ ex Græca lingua in Latinam tranſtulit. Item conſcripſit centurias quinque epiſtolarum Laconicarum. Colligit etiam farragines duas epiſtolarum Laconicarum, quæ ab Oporino auctiores editæ ſunt, anno Domini 1534. in 16. Narrationum libri ſex, quorum primus Æſopica. Secundus poetica. Tertius, aliquot ſcriptorum eulogia. Quartus, rerum inuentores. Quintus, antiquas res cognitu neceſſarias. Sextus, Tragica & prodigioſa continet. impreſſæ Baſileæ à Iacobo Parco, anno Domini 1547. Lugduni à Ioanne Frellonio, anno Domini 1548. Geneuæ, à Ioanne Criſpino, anno Domini 1553. in minima forma 16. Burgundiæ & Galliarum deſcriptiones, vnà cum Galliæ populorum, vrbium, fluuiorum & montium, quo nomine & olim & hodie dicantur, locupletiſſimo indice. Item chronicon Sultanorum & principum Turciæ. Turcicæ claſſis expeditio, anno Domini 1558. Topographia Italicarum aliquot ciuitatum ad ampliſſimum præſulem Guilhelmum à Paupet. Genealogia comitum à Naſſou, & principum Auregiorum DD. à Chalon. Hiſtoria Reguli in qua iſtud tractatur: Conueniunt rebus nomina ſæpe ſuis, & alia quædam Baſileæ Ioannes Oporinus excudit in octauo. anno Domini 1552. Venetijs Camillus Iunius, anno Domini 1558. Vitæ Sanctorum aliquot virorum in compendium ab eo redactæ, excuſæ ab Oporino, cum Abdiæ vitis Apoſtolorum, anno Domini 1552. In Sheologia extat eius reſponſio ad quæſtionem, Vtrum ex his quæ tropicè & figuratè in Biblijs dicuntur, poſſit aliquid efficaciter probari. In ea explicantur tropi ſacræ ſcripturæ. Obſeruationum in Origenis allegorias liber vnus. Precationum liber vnus, cui præmiſit Ephemeridem hiſtoricam ſeu Calendarium, pura & illuſtri breuitate complectens capita & ſummas rerum, obſeruata ſingulorum dierum ratione. Subiunxit Apoſtolica ſymbola ſiue articulos Chriſtianæ fidei proprijs ſolidiſque ſcripturæ teſtimonijs confirmatos per eundem. Item præcepta Dei per Moyſen data, Exod. 20. & Deut. 5. collatione ſacrorum locorum per eundem interpretata. Item preculas quas Collectas vocant, quæ ſpirant adhuc Chriſtianam & catholicam eccleſiam, cum Litania veteris eccleſiæ. Iacobus Parcus. Confeſſio fidei ſuæ, ſenatoribus Dolanis exhibita. Apologeticus pro Eraſmica exomologeſi. Diſſertatio de ſacroſancta ſynaxi. τιμητὴς ſeu cenſoria virgula, libellus, quo quorundā mores notantur. διανοματῶν ſiue intellectuum liber.

Digitized by Google

liber. De pœnitentia & immenſa Dei ergà nos benignitate, φιλανθρωπία, ἡ παραίνεσις. Præmeditationum in aliquot ſcripturæ loca, liber. De cœtu publico & eccleſiaſticis ceremonijs ſiue Chriſtianorum œconomia. De vſu ſeu fine legis & Euangelij, ex Pauli ſententia σύνοψις, hoc eſt, breuis & compendiaria contemplatio. Interpretatio & Homiliæ canticorum Zachariæ, virginis Mariæ, & Simeonis. hæc omnia Vuinterus impreſſit, anno Dom. 1543. Iacobus Parcus, anno Domini 1556. in 16. Argumenta & Annotationes in vniuerſum Pſalterium elegiaco carmine redditum per Ioannem Spangebergium Herdeſſianum. Deum eſſe διαβεβαίωσις ſiue aſſertio, ex Dauidis & Pauli ſententia, aduerſus ἀθέους, homines impios ac Dei contemptores, pios acerbiſſimè vexantes. Eſt luculenta & vtilis Chriſtianæ reip. explicatio Pſalmorum XIII. & LIII. Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus, &c. Dauidicæ confeſſionis διέξοδος ſiue fuſa Pſalmi L. Miſerere m. d. ſ. m. &c. explicatio. Item Pſalmi 115. Credidi propter quod locutus ſum, &c. ἀνάκρισις, ſiue præludium ad Diui Pauli Apoſtoli, ſcriptam Romanis epiſtolam, & in ea de Pauli nomine, genere, religione, doctrina, facundia, & animi ardore, deque alijs diuinis dotibus, quibus inter cæteros longè præcelluit, tum de numero epiſtolarum & ordine. Argumenta & annotationes in eandem Diui Pauli epiſtolam carmine expreſſam, per Ægidium Delphum. Omnia hæc partim à Nicolao Epiſcopio iuniore, partim ab Ioan. Oporino impreſſa ſunt, anno Domini 1555. Obſeruationes & Animaduerſiones in aliquot Auguſtini & Hieronymi Loca, tum in Alberti Pij Carporum principis ſcriptum aduerſus Eraſmum. Ioan. Criſpinus, anno Domini 1560. Scripſit commentaria in omnes Luciani lucubrationes. Lugd. Math. Bonh. anno Domini 1560. Commentaria in Perſium. Commentaria in Galeni exhortationem ad bonas artes. De optimo dicendi genere. Et qualem oporteat eſſe medicum. Inſignium medicinæ ſententiarum collectanea. Item alia pleraque in re medica. Lugduni Paulus Miralius, anno Domini 1554. In iuriſprudentia. De legalis ſtudij ratione epiſtolæ duæ, vna ad Ioannem Metellum, altera ad Anatolium Frontinum. Sententia de diuortio Henrici octaui Angliæ regis, ad Vlrichum Zaſium. Libellus de ijs qui Romæ ius dicebant olim, deque eorum origine & poteſtate. Lugd. apud Math. Bonhomme, anno Domini 1559. De præparatorijs iudiciorum. Collatio communium locorum, hoc eſt, titulorum ſiue rubricarum, vt vocant, totius iuris. Parcus, anno Domini 1548. Ex Græcis, Latinis dedit Baſilij magni de grammatica exercitatione librum. Zenobij ſiue Zenodoti compendium veterum prouerbiorum, ex Tarreo & Didymo collectum. Argumenta epiſtolarum Pauli. E Luciano vertit Demonactis vitam. Ex Ariſtotele, œconomica. Apollinarij interpretationem Pſalmi L. verſibus heroicis. Ex Nicephoro decem Dei præcepta, & pleraque Græca epigrammata. Henricus Felſius hæc omnia impreſſit, anno Domini 1560. Ex vulgari lingua Ruſticæ gentis expoſtulationem cum vtriuſque ſtatus proceribus. Parcus, anno Domini 1547. Probatorum aliquot authorum floſculos collegit in primis vtriuſque Plinij, Ciceronis, Senecæ, Liuij, Gellij & omnium Eraſmicarum lucubrationum. Henricus Felſius, anno Domini 1560. Scripſit pleraque perquā lepida, in quibus ſunt: Conflictatio pilaria, Chorea ludicra, Paſquilli aliquot, qui habentur in duobus illis Paſquillorum tomis quos Oporinus impreſſit. Extant eius etiam ridiculæ aliquot epiſtolæ inter obſcurorum virorum epiſtolas in poſtrema editione. PP. ſui temporis conſiſtorium. Deorum Ethnicorum & PP. collatio. Modus eligendi PP. Ecmundani confeſſio. Tragœdia afflicti hominis Latinè & Gallicè. Comœdiæ duæ, vna veritatis, & Iuſtitiæ ſuppreſſæ. Altera patientis hominis. Apparitio Ioannis Franc. Aſſiſiani. Sorbonicorum ex orthodoxis authoribus Collectanea, aduerſus Ciceronianos. Vuinterus anno Domini 1545. Iacobus Parcus, anno Domini 1547. & 1557. Poematum libri quatuor. In primo inſunt primi tres Dauidis Pſalmi lyrica paraphraſi, quorum primus eſt de piorum beatitudine & impiorum infelicitate. Secundus & tertius de Chriſti paſſione & reſurrectione. Pſalmus L. heroica paraphraſi cum argumento. Ex Pſalmo 136. Ardens cœleſtis patriæ deſiderium ex profunda conſideratione, tædioque præſentis miſeriæ. Aſclepiadea adhortatio ad pœnitentiam. De Ieſu Chriſto & Maria virgine. De Chriſti natali, nece, & reſurrectione. Antitheſis Chriſti & antichriſti, & alia pleraque pia. Secundus continet varia quædam in mortem D. Eraſmi Roterod. Chriſt. Longolij, Vlrichi Zaſij, Simonis Grynæi, Sigiſmundi Gelenij, Generoſi adoleſcentis Guilhelmi à Balma Perani, Pontificum quorundam. Generoſæ Antoniæ à monte Martini, D. Ioan. à Paupet quondam vxoris. Reuerendiſſimi principis ac domini Philiberti à Rye Epiſcopi Geneuen. Nobiliſſimæ matronæ Franciſcæ à Damas, vxoris illuſtriſſ. baronis Philiberti à Balma D. de Corgenon, Perex, &c. Caroli Quinti Cæſaris Auguſti imperatoris Max. Philiberti à Chalon Aurengiæ principis. Olympiæ Fuluiæ Moratæ: & aliorum quorundam. Tertius habet Eclogam de horti laudibus, vnà cum paſtoricijs fiſtulis duabus, in farragine eclogarum, primo à Ioan. Oporino impreſſa anno Domini 1546. Comœdias duas & tragœdiam vnam, vario carmine in adoleſcentia conſcriptas. Elegiam ſatis prolixam, qua noſtri ſeculi ac vniuerſorum fermè ordinum corruptela obiter notatur. Nuceriam, ſiue de nominum conuenientia cum rebus. Laudes priuatæ & tranquillæ vitæ ad Claudium Frontinum. ἀμέθυστα ſiue de ebrietatis remedio. Ad Solem exorientem carmen. Elegiam in inuidum, & alia quædam varia. Quarto inſunt poematia & epigrammata in omnes Eraſmicas lucubrationes ligata & ſoluta oratione & in omnes Eraſmi aduerſarios. Iocus in Eraſmum, Zaſium & Glareanum. προτρεπτικὸν ad Io. à Balma Peranum adoleſcentem tum nobilitate, tum ingenij dotibus clarum, diſcipulum ſuū: et alia pleraque diuerſi argumenti ad diuerſos ſcripta.

Digitized by Google

Ioan. Oporinus excudit anno Domini 1560. vno vo
lumine quæ hactenus à varijs variè impreſſa fue-
rant, partim à Vuintero, Parco, Frobenio, Epiſco-
pio, Gryphio, & Camillo Iunio, partim ab eodem
Oporino. Emiſit cum dedicatorijs epiſtolis Antonij
Garronis commentaria in tit. de orig. Iuris. Baſileæ
impreſſa per Ioan. Oporinum anno Domini 1543.
in folio. Gregorij Trapezuntij libellum in locum.
Euangelij, Si volo eum manere, &c. Arnobij Afri
& Antonij Nebriſſenſis in aliquot Euangeliſta-
rum locos annotationes. Libellum de Chriſti ſacer-
dotio Græcè & Latinè. Formulam vitæ honeſtæ,
ſiue de quatuor virtutibus, conſarcinationem Mar-
tini Epiſcopi Dumienſis, qui in huius opuſculi,
quod hactenus Senecæ falſo inſcriptum fuit, priſti-
nam poſſeßionem reſtitutus eſt. Robertus Vuinter
impreßit anno Domini 1543. Philiberti à Chalon
Aurengiæ principis rerum geſtarum commentario-
lum Dominico Melgutio authore. Orationem Ni
colai Perrenoti à Granuella, Cæſaris locum tenen-
tis in Vuormacienſi colloquio habitam. Pugnā porco
rum P. Porcij poetæ, ſed Cognati epiſtola eſt dictio-
num quoq; à P. incipientium & ipſum poema. Hæc
omnia impreſſerunt Vuinterus anno Dom. 1543. et
Oporinus anno D. 1549. Cæſarij Arelatenſis epiſco
pi homilias quadraginta. Antonij Nebriſſenſis tres.
Ioannis Atrociani vnam. Ephrem vigintiduas. Ba-
ſileæ per Henricum Felſium, & Ioannem Herua-
gium, anno Domini 1558. & 1560. Scripſit et alia,
& quotidie doctè aliquid meditatur, ac ſcribit. Flo
ret Nozerethi in Burgundia, Anno M. D. L X.
natus annos L V. Dominus Deus noſter faxit, vt
breui abſoluat, quos adhuc præ manibus habet. vi-
delicet Libros illuſtratæ & reparatæ veteris Bur-
gundiæ, quorum argumentum ſub finem ſuæ deſcri
ptionis Burgundiæ nobis exhibuit. Hiſtoriam ſui
temporis. Commentaria in Eraſmi pleraſque lu-
cubrationes. Illuſtrißimi Aurengiæ principis Guil-
helmi à Naſſou vitam, & geſta quoque, peculiari
in libello memoriæ tradit. Deus illi vitam pro-
roget, quo hæc & alia abſoluere poßit. * Eiuſdem ex
plicationes in aliquot Iouiani Pontani Dialogos ex
charonte. Baſil. Henricus Petri 1556.

Gilbertus Crab, natione Scotus, ſcripſit ex o-
mni philoſophia, terminorum moralium libr. 1. pro
integritate Mariæ lib. 1. Ad ſuos diſcipulos lib. 1.
Obijt quadragenarius anno D. 1522.

Gilberti Ducheri Vultonis epigrammatum li
bros 5. Gryphius excudit Lugduni, 1538. Eiuſdem
ecloga impreſſa eſt Baſileæ ab Oporino.

Gilbertus Folioth, natione Anglus, canonico-
rum regularium Leceſtrienſis abbas, epiſcopus He-
refordenſis & Londinenſis ſcripſit pro cauſa Henri
ci Angliæ regis lib. 1. De executione mandati lib. 1.
Inuectiuas in Becketū lib. 1. De ſuperbia & elatio
ne lib. 1. obijt anno D. 1187.

Gilbertus Gallus, qui & Papa ſylueſter ſe-
cundus, monachus & magus, ſcripſit Regulam de
abaco computi. Ad Conſtantium abbatem libr. 1.
Horologium mirabile lib. 1. Et alia. Claruit in pon
tificatu anno Domini 1000. cum Sathan ex abyſſo
in mundum proderet. Baleus.

* Gilberti Genebrardi Theologi Pariſienſis Diui
narum Hebraicarumq; literarum profeſſoris Regij
chronographiæ, libri quatuor folio Pariſijs. Hæc
chronographia in 11. eſt diſtincta: prior eſt de ritibus
veteris populi. Poſterior recenſet hiſtorias, præſer-
timque Eccleſiaſticas complectitur. Huius poſterio-
ris autor eſt Arnoldus Pontacus Burdegalenſis. Lo
uanij Ioan. Fulerus Anglus 1572. Eiuſdem in o-
mnia opera Origenis Adamantij, & partim cum
Græca veritate collata, partim libris recens verſis
& è regia Bibliotheca depromptis aucta, folio Pa-
riſijs 1580. Eiuſdem, de Sancta Trinitate lib. 3. con
trà huius æui Trinitarios, Antitrinitarios, & An-
titheanos. Pariſijs anno 1569. In 8. Symbolum fidei
Iudæorum è. R. Moſe Ægyptio. Precationes eorun
dem pro defunctis, è libro Malizor. G. Genebrardo
interprete. Trium Rabbinorum commentaria in can
ticum canticorum Solomonis, in Latinam linguam
conſerua: cum obſeruationibus eiuſdem, Pariſijs
1570. In 4. Hebræorum breue Chronicon de mundi
ordine & temporibus ab orbe condito vſq; ad annū
Chriſti 1115. Addita ſunt Moſis Moliomonis. F. Ia-
cobi Solomonis F. & Eliæ Leuitæ ſcripta de Meſ-
ſia, omnia ab eodem trāslata. Pariſ. 1533. Ab eodem,
Pſalmi Dauidis, vulgata editione, calendario He-
bræo, Syro, Græco, Latino, argumentis & commen
tarijs genuinum & primarium Pſalmorū ſenſum,
Hebraiſmosq; locupletius quam priore editione ape
riētibus, instructi. In 8. Pariſijs, oliua Petri. L. Hu-
illius via Iacobea. 1582. Idem Chronologicæ Hebræ-
orum maiori è regione ſuam verſionem Latinam
adiecit, In 8. Baſileæ ex officina Frobeniana 1580.
Eiuſdem ad Iacobū Schegium aſſertionibus ſacris
de Deo temere immiſcentem, & tribus ipſius de S.
Trinitate libris, modo pro Sabellianis modo per Tri
nitarijs inconſtantiſſimè (vt titulus habet) obtrectā
tem, Reſponſio 8. Pariſijs.

Gilbertus quidam. Hannonius, hiſtoriogra-
phus, ſcripſit de Hannonia lib. 1.

Gilbertus de Hoylandia, natione Anglus, mo
nachus Ciſtertienſis, ſcripſit Cantica canticorum. Vi
tam diui Bernhardi, Homilias plures, & alia. Cla-
ruit anno D. 1200.

Gilbertus Legleus, ſcripſit De viribus aquarū
& ſpecierum lib. 1. Compendium Medicinæ lib. 7.
De proportionibus fiſtularum lib. 1. De iudicio pa-
tientis lib. 1. Practicam Medicinæ lib. 1. De re herba
ria lib. 1. De tuenda valetudine lib. 1. De particula
ribus morbis lib. 1. Theſaurum pauperum lib. 1. In
Prognoſtica Hippocratis librum 1. In Aphoriſmos
eiuſdem librum 1. In verſus Ægidij lib. 1. Claruit
anno 1210. Baleus. Gilberti Anglici lib. 7. de medici
nis, magno volumine manuſcripti extant apud M.
Dreſſerum: qui forte erunt G. Leglei.

Gilberti Limburgenſis medici Conciliatio A-
uicennæ cum Hippoc. & Galeno, impreſſa Lugdu-
ni à Gryphio, anno D. 1541.

Gilberti Philareti Limburgenſis Gerocomice,
hoc eſt, omnes rite educandi modus & ratio, Colo-
niæ excuſa à Gymn. anno 1545.



Digitized by Google

Gilberti *Nuuillani ecloga, impreſſa eſt Baſileæ à Ioan. Oporino in 8.*

Gilbertus *epiſcopus Pictauienſis, cognomento Porreta, ſcripſit in totum Pſalterium libr. 1. in omnes epiſtolas Pauli lib. 14. in Euangelium Ioannis lib. 1. in Boetium de Trinitate lib. 1. libros quæſtionum, &c. ſermones plures libr. 1. & quædam alia. Eius liber de Sex principijs, cum Latinis operibus Ariſtotelis (ſtatim poſt tractatum de prædicamentis) impreſſus eſt, Hermolao Barbaro interprete. Claruit anno D. 1140.*

Gilbertus *Segraphe philoſophus, ex Leyceſtrēſi patria, compoſuit Quæſtionem theologicorum lib. 1. Quodlibetorum quoq; lib. 1. Baleus.*

Gilbertus *de Senphyngham, Anglus, ex nobiliſſimo genere natus, qui Gilbertinorum ſui nominis ſectam inchoauit, ſcripſit in ſuorum gratiam Statutorum monaſticorum lib. 1. Obijt 1189.*

Gilbertus *Theologus, cognomento magnus, ex Anglorum natione, Ciſtertienſis ordinis monachus, ſcripſit pro Chriſtiano contra gentiles lib. 1. commentarios in Pſalterium. Hiſtoriam iuxta Stropum. In oraculum Cyrilli. conciones eruditiſſimas. Collectaneorum ex doctoribus lib. 1. commentarios ſcripturarum. Claruit anno D. 1280.*

Gilberti *de Tornaco Franciſcani, ſermones de diebus Dominicis, & de Feſtis. Eiuſdem Rudimentum doctrinæ. Vixit circa annum 1242.*

Gilbertus *Vrgalius, Carmelita, ſcripſit Summam quarundam legum lib. 1. De rebus etiam theologicis lib. 1. Vixit anno 1330. Baleus.*

Gilbertus *Vueſtmonaſterienſis Abbas, ſcripſit De fide Eccleſiæ contra Iudæos lib. 1. Epiſtolas ad Anſelmum lib. 1. De caſu diaboli lib. 1. De anima quoque lib. 1. Super Eſaiam prophetam lib. 1. Super Hieremiam lib. 1. In Cantica Salomonis li. 1. Homilias 47. li. 1. Ad cantorem Sagienſem lib. 1. Obijt anno 1117. Baleus.*

Gildas *Badonicus cognomento ſapiens, Banchorenſis monachus apud Britannos, ſcripſit de Britanniæ excidio lib. 1. aduerſus ſui temporis clerum. Homilias ad populum. Obijt iam nonagenarius anno Domini 580. Eius libri & ſeparatim impreſſi ſunt, vt puto, & in volumine Orthodoxographorum.*

Gildas *Cambricus poeta Britannus, ſcripſit Annales ſuæ gentis. Hiſtoriam Aruiragi contra Inae. Cambreidos carmen libris aliquot. Epithalamion Genuiſſæ. Epigrammatum lib. 6. Poemata diuerſi generis. Vertit ſtatuta Dunuallonis, Leges Molmicinas, Leges Martianas in linguā Latinam. Claruit anno D. 60.*

Gildas *Quartus Britannus monachus, ſcripſit Breuiariū Gildæ lib. 1. De mirabilibus Britanniæ lib. 1. De primis habitatoribus lib. 1. De rege Arthuro lib. 1. De ſepulchro eius incognito li. 1. De eſſe periculoſo lib. 1. De milite leonis lib. 1. De milite quadrigæ lib. 1. De Perceuallo & Lanceloto lib. 1. De Galguano & alijs lib. 1. Claruit ſenex anno 860.*

Gilgilidis *cuiuſdam liber inter alchymiſticos nominatur, non tamen impreſſum puto, quemadmodum neque Morieni.*

* Gillius *Corroſetus Pariſienſis ſcripſit libellum gallica lingua de antiquitatibus hiſtoriis, et ſingularibus vrbis Pariſiorum: quem auxit N. B. Pariſienſis. Pariſijs In 16. anno 1577.*

Gimundus *citatur in ſumma Alberti Magni.*

Giouanbattiſtæ *Palatini Ciuatini Romani de diuerſarum linguarum ac nationum literis pingendis libellus, Romæ excuſus, anno 1540.*

Giptianus *citatur in Tacuinis Ellucbaſem medici.*

Girardi *Necitoſici expoſitio ſuper libro ſimplicium medicinarum. Neapoli.*

Girardi *Ruffi commentarij in arithmeticam Boetij, typis exc.*

* Giroleni *Paraboſci comedia Hermaphrodit. Marenaio Philippo conſenti: Italice. In 8. Venetijs per Aldum.*

Giſelbertus *prepoſitus monaſterij Vueſt. in Anglia, ordinis S. Benedicti, ſcripſit contra Iudæos diſputationem, ad beatum Anshelmum epiſcopum, in Eſaiam prophetam lib. 1. & quædam alia. Floruit 1090.*

Giſelberti *gloſſæ ſuper Paulum.*

Giſla *& Richtruda Anglicæ mulieres, ad Alcuinum magiſtrum ſcripſerunt Epiſtolas conſolatorias lib. 1. Claruerunt anno 770. Baleus.*

Giſlebertus *natione Anglus, Viſimonaſterienſis cœnobij præpoſitus & abbas, ſcripſit contra Iudæos libr. 1. In Eſaiam prophetam commentaria. Item in Cantica Salomonis, ad Cantorem Sagienſem lib. 1. Sermones ac conciones plures. Claruit anno 1116.*

Giſſiberti *Horſtij Amſterodami, de turpeto et thapſia libellum, Romæ Antonius Baldus excudit, anno D. 1544. quaternionibus 2.*

Gitiadas *poeta apud Lacedemonios fuit, qui Palladis Chalciæ ſtatuam fecit, & hymnum compoſuit, quem in eius deæ celebritate canerent Lacedæmonij. Idem & cantica Dorica compoſuit.*

Glaucias *gloſſographus Hippocratis: teſte Erotiano: ab Athenæo vero citantur Glauconis γλῶσσαι.*

Glaucias *medicus aliquid de herbis conſcripſit, circa carduos diligentiſſimus, referente Plinio libr. 20. cap. 23. Idem ſequentibus etiam ſeptem libris aliquoties eundem authorem nominat.*

Glaucides *citatur ab Athenæo lib. 3. vbi de malis Cydonijs loquitur.*

Glaucippus *ſcripſit libros de rebus ſacris Athenienſium.*

Glaucon *bubleuron olus laudauit in medicina. Plinius lib. 22. cap. 22.*

Glaucon *Athenienſis Socratis auditor, ſcripſit dialogos nouem. Phedylum, Euripidem, Amintychum, Euthiam, Lyſitelem, Ariſtophanem, Cephalum, Anaxiphemum, Menexenum. Feruntur eius & alij 32. ſed ſuſpecti & ſuppoſititij.*

Glauci *Athenienſis epigrammata quædam, leguntur lib. 1. 3. & 4. Anthologij Græci.*

Glauci *Itali liber quē de poetis ac muſicis ſcri-*

Digitized by Google

tiquiꝰ compoſuit, citatur à Plutarcho in libro de Muſica. A Laertio etiã citatur Glaucus Rheginus qui Democriti ſeculo vixit.

Glaucus Locrus Opſartyticorum ſcriptor citatur ab Athenæo

Glauci libri Arabicarum antiquitatum citantur à Stephano de vrbibus.

Glaucippi orationem in Phocionem citat Plutarchus in Phocione.

Glycæi Sapÿ ſcripta citantur apud Plutarchũ in vita Demetrÿ.

Geneſippus antiquus poeta Pægnia cecinit.

Gnipho qui à Chariſio nominatur, Virgilÿ in Georgicis interpres, ſcripſit libros de ſermone Latino.

* Gnoſij Piceni Aſcolani de Geomantia, chiromantia, Phyſiognomia. Italice in 8. Venet.

Gobelinus Alemanus, Carmelita per eas regiones prouinciali, ſcripſit, dum eſſet Romani pontificis commiſſarius ad Anglos, pro ſedando quodam ſuorum fratrum ſchiſmate, ſtatuta arbitralia, lib. 1. De pœnitentijs conuicariorum lib. 1. Diſceptationes quoque lib. 1. Atq; alia. Claruit anno Domini 1305.

Godricus vel Geruaſius presbyter Transabrinus, ſcripſit Vitam & viſionem Orni lib. 1. Claruit anno 1150. Baleus.

Goccelinus Bertinianus, Gallus, monachus primum Cantuarienſis, ad fanum Auguſtini, poſtmodum Ranuſienſis, ſcripſit ad Cantuarienſes, Vitam Auguſtini Anglorum Apoſtoli lib. 2. De miraculis eiuſdem lib. 1. De eius translatione ad Anſelmum lib. 2. Vitam Laurentij archiepiſcopi lib. 1. Vitam Suuithuni epiſcopi lib. 1. Vitam Grimbaldi abbatis lib. 1. Vitam Erkenuualdij epiſcopi lib. 1. De origine S. Iuonis lib. 1. De translatione & miraculis lib. 1. Vitam Eadgithæ lib. 1. Vitam Milpurgæ lib. 1. Vitam Vuitheburgæ lib. 1. Et alia plura. Claruiſſe fertur anno D. 1110.

Godfridus Candelarius, Teutonicus, Aquiſgranenſis Carmelita, ſcripſit ſuper librum Sapientiæ libr. 1. Sermones de tempore libr. 1. Sermones de ſanctis libr. 1. Orationes ad clerum libr. 1. De conceptione Mariæ lib. 1. Pro coronatione reginæ libr. 1. Epiſtolas ad diuerſos lib. 1. Obijt anno Domini 1499.

Godfridus Cornubienſis, commentarios edidit ſuper ſententias lib. 4. Quodlibeta decem lib. 1. In Metaphyſica Ariſt. lib. 12. In Phyſica eiuſdem lib. 8. In poſteriora quoq; lib. 2. In 6. principia Gilberti li. 1. Super prædicamenta lib. 1. Contra Gerardum Bononienſem lib. 1. Claruit anno 1310. Baleus.

Godefridus Eglyn, apud Meluys iuxta Beuer lacũ prophetiã edidit de aſino coronato, explicuitq; quomodo Angliæ perturbaret regnum librum 1.

Godefridi de Fontibus Quodlibeta Sorbona.

Godefridus Maſcopius Embricenſis, diœceſeos Monaſterienſis & Oſnaburgenſis typum Embricæ edidit per Remigium Hogenburgum 1558.

Godefridus Tilmanus Carthuſiæ Pariſienſis monachus, è Græco in Latinum vertit Flauij Ioſephi vitam. Pariſijs 1548. Item Michaelis Syngeli Hieroſolymitanæ eccleſiæ presbyteri, Encomium in Dionyſium Areopagitam. Ibidem 1546. Idem Latine tranſtulit libros 3. Ioan. Damaſceni aduerſus eos qui imagines traducunt. Antuerpiæ Ioan. Steelſius 1556. Item Antiochi Pandectas S. ſcripturæ. Pariſijs anno 1543. in quarto.* Idem Allegorias & tropologias variorum in locos vtriuſq; teſtamenti ſelectiores collegit. Pariſijs 1551.

Gotofredi Torini Biturgici Ædiloquium, ſeu diſticha partibus ædium vrbanarum & ruſticarum ſuis quæq; locis aſcribenda. Item epitaphia ſeptem, de annorum aliquot paſſionibus antiquo more & ſermone veteri vietoq; conficta. Pariſijs excudit Colinæus, anno D. 1530.

Godefridus Viteberbienſis presbyter, & imperialis aulæ capellanus et notarius, ſcripſit grande volumen ad Vrbanum Papam tertium, carmine et ſoluta oratione mixtum, de mundi principio, de vniuerſo veteri & nouo teſtamento, & ætatibus mundi, temporibus, geſtis ac hiſtorijs omnibus regũ, quod vocauit Pantheon, diſtinctum in lib. 15. alius Index habet lib. 20. Claruit anno 1185. Pantheon eius impreſſum eſt Baſileæ in folio. anno 1559. In Chronicis Norimbergenſibus laus & deſcriptio Bambergæ ex illo authore ponitur.

Godfridus Vuintonienſis, ſcripſit Epigrammata Satyrica lib. 1. Nummi deſcriptionẽ lib. 1. De primatum Angliæ laudibus lib. 1. De diuerſis hominum moribus lib. 1. Diſticha moralia lib. 1. Tetraſticha moralia lib. 1. Hexaſtica moralia lib. 1. Octoſtica moralia lib. 1. Epiſtolas elegantes lib. 1. Obijt anno 1107. Baleus.

Godelbertus presbyter, ſcripſit heroico metro opus per hiſtoras & allegorias ab initio mundi vſq; ad partum virginis, diſtinctum in libros 4. Vixit anno D. 500.

* Godeſcalci Eberbachi Eclipſeos lunaris anno Domini 1573. menſe Decembri viſæ epilogiſmus, & typus, breueque de ea iuxta Ptolemei doctrinam conſcriptum prognoſticon quarto Erfurdiæ de Eclipſi ſolari anno Dom. 1574. futuræ, quarto Erphordiæ. Eiuſdem ratio Eclipſeos Lunaris, quæ anno Domini 1576. accidit, Geometricè demonſtrata, deq; effectuum ipſius exordio & ſignificatione expoſitio 4. Erdfordiæ.

Godeſcalcus de Meſchede, patria Vueſtphalus, ſcripſit quæſtiones ſententiarum lib. 4. ſermones & collationes lib. 1. quæſtiones varias diſputatas lib. 1. & alia complura. Claruit anno D. 1470.

Godeſcalcus capellanus Henrici III. Imperatoris & propoſitus Aquenſis, multas miſſæ ſequentias ſcripſit.

Godeſcalcus Colonienſis, Carmelitarum per Germaniam inferiorem prouincialis, ſcripſit Quæſtiones ſententiarum lib. 7. Determinationes quoq; lib. 1. Claruit anno D. 1370.

Godeſchalcus Hollen eremita, in 10. præcepta longos ſcripſit commentarios. Norimbergæ excudit Anto. Koberger anno D. 1497.

Godeſchalci Pratorij Grãmatica Hebræa, excuſa in

*cuſa in octauo Baſileæ. Eiuſdem Syntaxis linguæ Græcæ, in octauo.*

Godeſcalci *Stewechij Huſdani, de Particulis linguæ Latinæ lib.1. in 8. Coloniæ apud hæredes Ar. Birckmanni.*

Goduuinus *Saliſburgenſis, edidit Piarum meditationum lib.1. De tribus habitaculis lib.1. Sermones non vulgares lib.1. Claruit anno 1299. Baleus.*

Goffredus, *vel Godefridus, vel Gothefredus, ab alijs inepte Gaufredus, Gothfredus ſiue Gothfridus, idem nomen eſt.*

Goffredus *Beneuentanus de bello & duello.*

Gofredus *de Trano Apulus, vide Ganfredus.*

Goliæ *pontificis Apocalypſis antiquis, ſed facetis rythmis, edita circa annum Domini 1200. cum alijs rythmis pulcherrimis eiuſdem Goliæ: De his quæ regnant in curia Romana, De ſuis ſermonibus, De excommunicatione, Pro ſuo pileo, De ſuis prædicationibus, De planctu ſuper epiſcopis.*

Golſcherus *monachus cœnobij S. Matthiæ Apoſtoli prope Treuerim, ordinis Benedictini, in declamandis homilijs ad populum probatæ induſtriæ, ſcripſit de laudibus S. Eucharij 1. Treuirorum Archiepiſcopi lib.1. De laudibus quoq; S. Valerij lib.1 De laudibus S. Materni epiſcopi lib.1. Sermones de laudibus ſanctorum multorum lib.1. Geſta quoque Treuirorum lib.1. Alia deniq; nonnulla compoſuit quæ ad notitiam noſtræ lectionis non venerũt. Trit. de ſcript. Germ.*

Gomberti *Muſici mutteti & madrigali impreſſi ſunt Venetijs.*

Gondiſaluus *Toledo Francorum reginæ medicus, ſcripſit Lugduni, anno Domini 1508. ad filium ſuum epiſtolam, qua defendit Aſtrologiam, impreſſam Lugduni eodem anno cum Amico medicorum.*

Goneti *de Prato, Facetia loquendi, viginti & quatuor continens capitula de multiplici ſtatu mundi, anno 1496.*

Gonzalus *Fernandus Ouiedus, ſcripſit libros de rebus Indicis lingua Hiſpanica, qui poſtea etiam Italice editi ſunt.*

* Goncali *Illeſcas Doctoris, liber primus Hiſtoriæ pontificiæ ſeu Catholicæ. Duennæ apud Bernardinum de S. Domingo, 1565. Hiſpanice.*

Gordianus *ſenior, Romanorum Imperator, ſcripſit Antoniniados, hoc eſt, de Antonino Pio, verſibus diſertiſſimis libros 30. vitam, bella, publice priuatimque geſta. Præterea poemata etiam alia ſcripſit, & quidem cuncta, quæ ex Græcis Cicero traduxit.*

Gordianus *Aug. in fragmentis Gregoriani codicis allegatur.*

Gotfredus *Viterbienſis, vide Godefridus.*

Gorgias *Leontinus Rhetor, ſcripſit orationem de laudibus Helenæ, quæ cum Iſocrate Græco excuſa eſt. Item Apologiam pro Palamede, quæ Romæ extat in bibliotheca Vaticana. Eius aliquot dicta ſæpenumero à Stobæo citantur. Item à Plutarcho in Cimone.*

Gorgias *alius à Leontino, ſcripſit libros quatuor de Figuris ſententiarum, quos Rutilius Lupus in opus ſuum tranſtulit, teſte Quintiliano. Gorgias ſcripſit Onomaſticon, cuius meminit Pollux in præfatione lib.9.*

Gorgiæ *Athenienſis librum de Scortis Athenienſibus, Athenæus allegat.*

Gorgias *vir celebris reperit quædam in chirurgia. Celſus.*

Goſuinus *de Hex, patria Brabantinus, monachus Carmelitanus, epiſcopus Hieropolitanus, Traiectenſis epiſcopi vicarius in pontificalibus, declamator ſermonum popularium celeberrimus, ſcripſit de decem præceptis lib.1. Directorium perturbatæ conſcientiæ lib.1. Sermones de tempore & de ſanctis lib.2. Super ſententias lib.4. De modo prædicandi lib.1. De exemplorum copia lib.1. Quadrageſimale lib.1. Obijt anno Domini 1475. Trit. de ſcript. Germ.*

Gotfridi *Langei oratio de laudibus D. Hermidi de Lapide, in electione eius ad dignitatem officij rectoratus, extat inter 30. orationes quas Albertus de Eib collegit, numero 20. Godefridi Langei hiſtoria excidij & ruinæ Conſtantinopolitani vrbis, manuſcripta apud M. Dreſſerum.*

Gothardus *Alemanus ſcripſit ſuper Inſtitutis*

Gothifredus *Anglus hiſtoricus, nominatur inter illos, ex quibus memorabilia ſua Bapt. Fulgoſus decerpſit.*

Gotzadini *cuiuſdam cõſilia in iure, impreſſa.*

Gracchus *quidam poeta tempore Ouidij ſcripſit tragœdias, eius Thyeſtes citatur à Priſciano.*

Gracchi *Pierij Bauari extant aliquot epigrãmata, & ad eundem oda Conradi Celtis.*

Gracchorum *conciones & orationes citantur à Seruio 7. & 11. Æneid. Eorundem epiſtolæ à Chariſio.*

Græcinus, *qui Cornelium Celſum tranſcripſit citatur à Plinio libro 14. cap.2. Citatur etiam ab eodem lib.15. & 16.*

* Gramineæ *de Vigilijs artium & ſacræ Theologiæ D. Theſaurus orthodoxus, & conſenſus Eccleſiæ catholicæ, in cõtrouerſia fidei de ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, aduerſus Caluinum, & reliquos Sacramentarios, ac illos etiam qui vbiquitatem in Chriſti corpore conſtituunt. 8. Coloniæ apud Ioannem Gymnicum.*

Granius *Licinianus lib.2. citatur à Macrobio 1. Saturn. & eodem libro Granius Flaccus: & à ſexto Pomp. Granius Flaccus Licinianus.*

Granius *medicus citatur à Plinio, qui ex eo in lib.28. quædam tranſcripſit.*

Gratiadeus *monachus, ordinis S. Dominici, ſcripſit ſummam totius logicæ, & quæſtiones ſuper Phyſica magna & parua, quæ impreſſa ſunt in Italia. Idem ſcripſit ſupplementum commentariorum Thomæ Aquinatis in librum ſecundum Perihermenias Ariſtotelis. Item in ſectam Hebraicam. Nominatur etiam Io. Baptiſta Cratiadei.*

Gratiani *Auguſti epiſtola ad S. Ambroſium in quint. lib. epiſt. Ambroſij.*

B

Digitized by Google

Gratiani *Cæſaris Conſtitutiones extant in codice Theodoſij. Idem ſcripſit centonem nuptialem, quem celebrat Auſonius.*

Gratianus *monachus Bononienſis, ſiue Claſſenſis, ordinis S. Bendicti, patria Hetruſcus, ſcripſit poſt Iuonem Carnotenſem epiſcopum volumen decretorum inſigne ex veterum ſtatutis, ſanctionibus & ſcriptis, quo iuris canonici profeſſores vſque in præſens vtuntur in ſcholis, ab Eugenio papa tertio approbatum, cuius titulus eſt, Concordia diſcordantium canonum lib. 4. impreſſum Baſileæ* 1512. *cum gloßis Ioan. Teutonici, annotationibus Bartholomæi Brixienſis, diuiſionibus Archidiaconi, caſibus à Bene compoſitis, per Bar. Brix. correctis & pluribus in locis extenſis. Concordia ad Biblia: tabula marginalium gloſſularum, omnium canonũ, & conciliorum: margarita Decreti: additione in margine literarum, &c. Claruit anno* 1120.

Gratianus *Aretinus doctor iuris, citatur in Speculo in tit. de Procurat.*

Gratianus *Iunius vetus* I. C. *ſcripſit de poteſtatibus lib. 2. citatu· l. 2. ff. de offic. quæſto.*

Gratius *poeta, qui Auguſto principe floruit, ſcripſit de Venatione lib. 1. verſibus Hexametris, quem Gryphius impreßit Lugduni* 1537. *cum alijs quibuſdam.*

Gregoræ *Mythologiæ in Homeri poeſim: Eiuſdem in prophetas & Iob commentaria. Græce manuſcr. in bibliotheca Sambuci.*

τοῦ ΓΡΗγορᾶ. Πίναξ τῶν ἐκλεγέντων ἐκ τῆς καθόλου ἱστορίας ῥωμαϊκῆς λόγων. *Liber extat Romæ in Vaticana bibliotheca.*

Gregoriani *codicis fragmenta, impreſſa Baſileæ apud Henricum Petri* 1528. *& Lugduni apud G. Rouillium.*

Gregorius *Papa primus, patria Romanus, ſcripſit ad Leandrum Hiſpalenſem epiſcopum, Moralium in librum Iob* 35. *De cura paſtorali lib. 2. Dialogorum de miraculis ſanctorum lib. 4. In Cantica canticorum lib. 4. In Ezechielem Prophetam lib. 2. Homilias Euangeliorum* 40. *lib. 2. Explanationem 4. Euangeliorum bre. lib. 4. In 7. Pſalmos pœnitentiales lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 10. Rationale diuinorum lib. 1. Præmiorum no. & vet. teſt. lib. 1. De ſacramentis lib. 1. Extat eius vita à Ioanne Diacono deſcripta. Omnia eius opera typis ſimul excuſa ſunt: & ſeorſim Homiliæ triginta nouem in Homiliario Doctor. Baſileæ. expoſitio ſuper Cantica canticorum, impreſſa Pariſijs in ſole aureo vici Sorbonici* 1498. *expoſitio ſuper Ezechielem in lib. duos & homilias 22. diuiſa ibidẽ. Item epiſtolarum partes ſiue lib. 14. Expoſitio in lib. Regum, Venetijs* 1538. *Item in primum Regum, & regula paſtoralis ad Ioan. Archiepiſc. Rauennenſem, diuiſa in capita 65.* Argentorati 1496. *Omnia D. Gregorij opera excuſa ſunt Baſileæ in officina Frobeniana, anno* 1553. *Item Antuerpiæ apud hæredes Arnoldi Birckmanni, anno D.* 1572. *& Pariſijs apud Niuellium* 1571. *Claruit anno* 603. *Gregorij ad Petrum dialogi 22. religione pleni: in bibliotheca Sambuci.*

* S. Gregorij *Dialogus de vita Benedicti, Græcolatinus. Fol. manuſcriptus bibliotheca Imperatoris Viennæ.*

Gregoriorum *pontificum, primi, tertij, maioris fides, & minoris Decreta, leguntur in volumine Decretorum & quatuor Synodorum, Coloniæ nuper impreſſo.*

Gregorius *Papa* II. *patria Romanus, ſcripſit ad interrogata Iuſtiniani, reſponſionum lib. 1. contra Leonem Auguſtum lib. 1. ad Ioan. epiſcopum Conſtant. lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Claruit anno* 731.

Gregorius *Papa tertius, ſcripſit inter cætera ad Imperatores Leonem & Conſtantinum imagines ſanctorum contemnentes, commonitorium lib. 1. ad eoſdem lib. 1. contra eoſdem lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. & alia quædam. Eius aliquot ſermones ac orationes excuſæ ſunt in Italia. Floruit anno* 742.

Gregorij IX. *Decretalium lib. 5. cum concordantijs, tum ad Ius ciuile, tum ad eius interpretes: et annotationibus pluribus, impreßi Baſileæ apud Io. Amerbachium & Frobenium, anno* 1511.

* Gregorij *Papæ* XIII. *Indictio ſancti Iubilei. 8. Antuerpiæ apud Plantinum.*

Gregorij *epiſcopi bulla ad Carolum Imperatorem, quæ condemnat 14. articulos in libro, qui inſcribitur, Speculum Saxonum.*

Gregorij *ſyntagma ſynopticum philoſophiæ, Græce extat in Italia.*

Gregorij εἰς τὸ τριμερὲς ψυχῆς, *ibid.*

Gregorij *Alcidimi orationes quædam Græcæ, ibidem.*

Gregorij *Aleandri Elementale Græcũ, Gymnicus impreßit Coloniæ.*

Gregorius de *Alexandria, Italus, Auguſtinianus ſcripſit ſermones elegantes lib. 1. Atq; alia. Claruit anno* 1420.

Gregorij *Amaſei Panegyricus pro Vtinenſibus.*

Gregorius *& Leonardus Aretini, de temporibus ſuis ſcripſerunt. Volaterranus.*

Gregorij *epiſcopi in epiſtolã ad Philippenſes fragmentum: in antidoto hæreſeon, Baſileæ apud Henricum Petri excuſo* 1528.

Gregorius *Amaſeus, Fori Iulij tabulam deſcripſit, quam ab auctore ſe habuiſſe, inquit Leander in ſua Italia.*

Gregorij *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani ſermones viginti nouem, & in alio volumine octodecim: eiuſdem collectio & expoſitio* τῶν ἐμμέτρων ἱστοριῶν, *Græce extant Romæ in Vaticana bibliotheca.*

* *In bibliotheca Imp. Viennæ habentur eius orationes 14. quarũ 1. eſt de ſancto Paſchate, 2. de martyre Mamanta. Item de cœna Dominica: de Pentecoſte, de Machabæis, de S. Cypriano, de Chriſto eiusq; natiuitate, de Baſilio Magno, de S. baptiſmo, de S. Gregorio Baſilij Magni fratre, de S. Athanaſio & alijs. In 8. Græce Ms. * Eiuſdem de laude S. Gregorij in quarto ibidem Ms. In Iulianum ibidem Ms. In fol.*



Digitized by Google

Gregorius *Ariminenſis, ordinis fratrum Eremitarum ſancti Auguſtini Prior generalis, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. in Epiſtolas Pauli Apoſtoli lib. 14. in Epiſtolam Iacobi commentaria, ſermones de tempore & ſanctis. Claruit anno Domini* 1350.

Gregorius *Beticus, Iliberi epiſcopus, diuerſos mediocri ſermone tractatus compoſuit, & de fide elegantem librum. D. Hieronymus.*

* Gregorius *Berſemannus, Annæbergenſis, Ioachimi commẽtarij verſus Iambicos, de Animalium proprietate, eodem metro verſuum Latinorum expoſuit. In 4. Lipſiæ* 1579.

Gregorij *Britkopff, Konicij, Theologiæ Doctoris, Saphica de D. Catharina, De ſtricta Hieronymi vita, & multa alia carmine edita. Item præfationes in aliquot authores. Obijt Lipſiæ, anno Domini* 1529.

Gregorius *de Brindlingtona, Canonicus regularis, edidit ſuper Cantica canticorum lib. 1. De arte Muſices lib. 3. Sermones quoq; lib. 1. Baleus.*

* Gregorij *Corinthij, Vide Gregorij Metropolitani.*

Gregorius *Corteſius Cardinalis, ſcripſit de direptione vrbis Genuæ. Et aduerſus authorem, qui ſcripſit, Petrum Apoſtolum non fuiſſe Romæ.* * *Eiuſdem Epiſtolarum familiarium liber. In 4. Venetijs* 1580.

Gregorius *Patriarcha Cypri, Parœmias ordine alphabeti collegit, quæ extant Romæ in Vaticana bibliotheca, & fortaßis eadem ſunt, quas Aldus cum Græcis Æſopi fabulis, olim impreßit, ordine ſimili.*

Gregorij *Cyprij contra Beccum Ioannem Tomus ſancti ſynodi, ſiue Columna orthodoxiæ, de menſuris, de fide, de prædicamentis item.* * *Gregorij Cyprij theologi, philoſophi & oratoris eximij opera, Latine verſa à Bonauent. Vulcanio. Eius ſententiæ Græcæ ſeorſim in octauo Coloniæ excuſæ, anno* 1536.

Gregorij *diaconi, Metochitæ liber Græcus de Sancti ſpiritus proceßione: in Vaticana. Vide Metochites.*

Gregorij *epiſcopi Antiochiæ, ſermones Græci, in ſepulturam Chriſti, in Ioſephum Arimathæũ, in triduanam Domini diuinam reſurrectionem, Romæ ſeruantur.*

Gregorij *Fabri Luzcenſis, Muſices practicæ Erotematum lib. 2. Baſileæ apud Henricum Petri, anno* 1553.

Gregorij *Flugnß chirurgi Argentoratenſis, libellus Germanicus de experimentis quibuſdam chirurgicis, vnguentis alijsq; impreſſus Argentorati ab Egenolpho, cum parua chirurgia Lanfranci, Germanice reddita.*

Gregorius *Haloander, totum corpus iuris caſtigauit, & ad nouam venuſtatem redegit, nempe digeſtorum ſeu Pandectarum lib. 50. Codicis lib. 12. ex fide antiquorum exemplarium, quoad fieri potuit diligentißimè recognitos: quibus in fine operis adijciuntur, Catalogus Coſſ. eodem authore: Summulæ quædam nouellarum conſtitutionum Iuſtiniani, quas vulgus Authenticas appellat, ſparſum per nouem Codicis libros à poſteris inſertæ: excerpta Conſtitutionum Friderichi Imperatoris, quæ ſub certis alioqui titulis Codici leguntur appoſita: Notæ literarum, prout per Codicis libros legendæ ſunt: Variantes ſubinde lectiones, & notæ recogniti operis. Item nouellarum conſtitutionum Dn. Iuſtiniani, quæ extant, & vt extant, volumen Græcum, quibus adduntur Græci Canones S S. Apoſtolorum per Clementem congeſti, eadem Latine eodem Haloandro interprete. Quibus accedunt, Feudorum libri duo: & conſtitutiones Lotharij, Conradi, Friderichi ſecundi, & Henrici Imperatoris, de pace Conſtantiæ facta inter Fridericum Imperatorem & Henricum filium. Omnia Norimbergæ excuſa apud Ioan. Petreium. Cæterum Inſtitutiones eiuſdem caſtigationis Lugduni quoq; apud Ioan. Barboum impreſſæ, anno 1537. & apud Gryphium, ibidem 1536. Eadem omnia, id eſt, totũ ius ciuile, eiuſdem caſtigationis, impreſſa ſunt Pariſijs apud Carolum Guillard, circa annum 1540 per Tomos 11. Scripſit etiam Chronologiam conſulum Romanorum, quæ Chronologiæ Glareani in Liuium adiecta eſt.*

Gregorius *Heimburgius, Ureconſultus & orator, varias orationes ſcripſit pro defenſione Sigiſmundi ducis Auſtriæ, & appellationem à ſententia ſummi pontificis.*

Gregorius *Huntyngton monachus, edidit Artem intelligendi Græca lib. 1. Grãmaticæ ſummam lib. 1. Explanationes Græcorum nominum lib. 1. Attentarium quoddam lib. 1. Epiſtolas curiales lib. 1. Expoſitionem Donati lib. 1. Notulas in Priſcianum lib. 1. Imaginem mundi lib. 1. Rudimenta Grammatices lib. 1. Sententias per verſus lib. 1. Regulas verſificandi lib. 1. Claruit anno 1255. Baleus.*

Gregorij *Lagaponi elegantiæ quædam in lingua Græca, & eiuſdem opuſcula de conſtructione, ſeruantur alicubi in Italia. Sed vide ne legendum ſit Georg. Lecapenus, de quo ſupra.*

Gregorius *Laodicenſis, ſcripſit vitam Euſebij Emiſeni, item contra Manichæorum hæreſim libros aliquot, teſte Nicephoro, 6. & 9. lib. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.*

Gregorius *Lilius ſcripſit annotationes in Q. Curtium, impreſſas Compluti apud Michaelem de Ægia, in 4.*

Gregorij *Magalotti I.C. de ſaluo conductu tractatus, impreſſus Romæ in 4.*

Gregorij *Mangolt Tigurini, liber de piſcibus qui in lacu Acromo in primis, & alijs fere lacubus & fluuijs capiuntur, impreſſus Germanice à Geſneris fratribus. Idem Annales vrbis Conſtantienſis diligentißime conſcripſit, nondum editos.* * *Eiuſdem oppugnatæ vrbis Conſtantienſis ab Hiſpanis, deſcriptio, Germanice extat Ms.*

Gregorius *Meyer muſicus Symphoneta, citatur in Henrici Glareani muſica locupletißima.*

Gregorij *Metropolitani Corinthij in canones τῶν κοιμήσεων D. Virginis, & euangeliſmi: præterea*



Digitized by Google

*in feſtum dominicæ ante paſcha: id eſt, in contrectationem Thomæ, in aſſumptionem magni Dei & ſeruatoris Ieſu, & in Pentecoſten, Poema in primum feſtum venerabilis obitus Coſmæ monachi, Romæ in Vaticana bib. Græcæ ſeruantur. * Interpretationem in canones horilium terminorum ſeu finitionũ totius temporis* τῶν τριωδῶν *& magnæ ſeptimanæ: complectentem explicationem præcipuorum feſtorum totius anni, habetur in bibliotheca Imperatoris Viennæ, Græce Ms. In 4.*

Gregorius *Nazianzenus Epiſcopus, ad triginta millia verſuum omnia opera ſua compoſuit, è quibus, De morte fratris Cæſarij,* περὶ φιλοπτωχίας, *Laudes Machabæorum, Laudes Maximi Philoſophi poſt exilium reuerſi. Et liber Hexametro verſu, Virginitatis & nuptiarum contra ſe differentium. De Spiritu ſancto libr. 1. Contra Iulianum Imperatorem lib. 1. Scripſit præterea, vt refert Tritemius, Apologetici cum fugiſſet lib. 2. De natiuitate Domini lib. 1. de ſecundis Epiphanijs lib. 1. De Spiritu ſancto in die Pentecoſtes lib. 1. In ſemetipſum de agro regreſſus lib. 1. De Hieremia præſente Imperatore lib. 1. De reconciliatione monachorum lib. 1. De grandinis vaſtatione lib. 1. Contra Eunomium libros duos, Sermones etiam & homilias plures edidit, & de diuerſis materijs varios tractatus, qui ad notitiam meam non venerunt. Eius orationes 38. in Latinum tranſlatæ à Bilibaldo Pirheymero, impreſſit Baſileæ Frobenius, anno 1531. Item eiuſdem libelli vel ſermones octo, Ruffino interprete, excuſi Argentorati, anno 1508. ſunt autem hi: Apologeticus lib. 1. alius ab illo quem Bilibaldus vertit, qui breuiſſimus eſt. De natali Domini. De luminibus vel epiphanijs. De fide Nicena, de Pentecoſte & Spiritu ſancto in eccleſia Conſtantinopoli, de ſemetipſo ex agro reuerſo poſt geſta contra Maximum, de dictis Hieremiæ, præſente Imperatore, intercedente pro quodam periclitante. de reconciliatione & vnitate monachorum, de grandinis vaſtatione, tacente patre, de Arianis, quod non liceat ſemper & publice de Deo contendere: alia eſt quam Bilibaldus tranſtulit contra Arianos. Sermones in Paſcha, in dictum Matthæi, Cum conſummaſſet Ieſus ſermones hos, &c. cap. 19. laudes Cypriani martyris, de moderandis diſputationibus, de amandis pauperibus, admonitorius virginum, laudes Machabæorum, omnes Ioan. Oecolampadio interprete, excuſi ſunt olim Auguſtæ Vindelicorum, tribus libris ſeorſim impreſſis. Liber de officio epiſcopi, ſeorſim impreſſus Latine. Videtur autẽ idem quoq; ſupra poni inter tranſlatos à Bilibaldo. Eius opera quæ extant, omnia Latine itemq; Græce excuſa ſunt Baſileæ apud Ioan. Heruagium. an. 1550. Eius de pauperibus amandis & benignitate complectendis oratio, Petro Franciſco Zino interprete, cum Gregorij Niſſæ pontificis, magni Baſilij fratris, duabus in idem argumentũ orationibus, excuſa Lutetiæ apud Vaſcoſanum anno 1550. Eius Tragœdia, Chriſtus patiens, excuſa eſt Græce Pariſijs apud Wechelum, anno D. 1544. Eadem Baſileæ Latine edita eſt Sebaſtiano Guldibeck interprete. De laudibus Machabæorum, oratio Græce impreſſa eſt Pariſijs apud Morelium. Sententiarum libri tres è Græco in Latinum ſermonem tranſlati, à Ioanne Lango Sileſio, Græce & Latine ſimul excuſi ſunt Baſileæ apud Oporinum octernionibus 4. Compendium operum Gregorij Theologi, excuſum eſt Romæ, anno 1554. per D. Parthenium. Edita præterea ſunt Nazianzeni opera Pariſijs & Coloniæ, à Iacobo Billio S. Michaelis in Eremo abbate, in Latinam linguam tranſlata & ſcholijs illuſtrata, 1570 in folio. Poſtremo locupletiſſima editio, Baſileæ ex officina Heruagiana prodijt, elaborata diuturnis vigilijs, ſummaq; fide per Ioannem Lewenklaium, anno 1571. in folio, Tomis tribus. Quorum primus continet Orationes 20. cum commentarijs Eliæ Cretenſis antiſtitis: Lewenklaio interprete. Alter 32. Orationes cum epiſtolis & poematis hactenus editis, ex tranſlatione Billiana, cum eiuſdem ſcholijs. Tertius & vltimus Tomus complectitur Nazianzeni poemata ante hac non edita, Nicetæ commentarium in Gregorij ſententias. Pſelli librum de difficilium Nazianzeni locorum intellectu. Cæſarij Nazianzeni fratris germani dialogos. Omnia à Lewenklaio in Latinum ſermonem tranſcripta: cum eiuſdem annotationibus in Gregorij ſcripta, quibus lectionum varias continetur. Ad hæc Gregorij Nazianzeni orationes tres, à Iulio Gabrielio Latine redditas, & eiuſdem emendationes in omnia Nazianzeni opera, quæ Græce extant, Antuerpiæ edidit Plantinus, anno 1573. in 8. Porro Oratio de fide quæ Latine tantum eſt edita Ruffino interprete & Græce dicitur extare in Vaticana bibliotheca, integra ferè habetur inter opera D. Ambroſ. & quidem ad verbum, titulo de fide orthodoxa cõtra Arianos: tantum deeſt præfatio, quæ fortè Ruffini fuerit. Cæterum docti iudicent, vtri rectius tribuatur hoc opus. Audio præterea Venetijs ad S. Antoniũ ſeruari Dialogos Nazianzeno inſcriptos, qui fortè fuerint Cæſarij. Item panopliam dogmaticam, quæ tamen perperam, vt videtur, illi inſcripta eſt. Item Orationes contra Epicureos. Claruit anno D. 369. * In bibliotheca Imperatoris Viennæ habentur Gregorij Nazianzeni homiliæ aliquot, vt de Sanctis Machabæis, de S. Cypriano, de contemptu mundi præſentis, de Epiphania, de S. Baſilio, de baptiſmate in Epiphania, in die Paſche, in noua Dominica, in feſto Pentecoſtes, Græce Ms. in 4. ibidem. Eiuſdem de pace: oratio in funere patris præſente Baſilio magno habita: oratio in Machabæos: de Theologia: ad Heronem philoſophum ab exilio regreſſum. Metaphraſis in Eccleſiaſten, & complura alia. Græce Ms. in folio, ibidem. Epiſtolæ variæ in quarto. Eiuſdem & Niſſeni varia & vetuſtiſſima ſcripta, in Athanaſium, in Baſilium magnum, in ſacra lumina, fol. Nazianzeni Iambi 10000. de epiſcopis, de prouidentia, in patientiam, in malum, precatio ad Deum. Epitome ſtellographicus. In 8. Omnia manuſcripta in bibl. Imper. Viennæ. Eius de ſancta Pentecoſte oratio Græce & Latine, à Matthæo Greſſero. In 8. Lipſiæ 1582. Philocalia Origenis, hoc eſt, Quæſtiones illuſtriores ex vniuerſis ſcriptis*

Origenis

Origenis à Gregorio Nazianzeno & Baſilio collectas Græce: Bonauentura Vulcanius Latine vertit. Gregorij Nazianzeni cognomento Theologi, opera omnia quæ extant, nunc primum propter nouam plurimorum librorum acceſsionem in duos Tomos diſtincta: cum doctiſsimis Græcorum Nicetæ, Serronij, Pſelli, Nonni & Eliæ Cretenſis commentarijs, Iacobo Billio Prunæo interprete, & Scholiaſte. In fol. Pariſijs apud Sebaſtianum Niuellium, ſub ciconijs, via Iacobea, 1583

Gregorius Neocæſarienſis, Ponti epiſcopus, cognominatus eſt Thaumaturgus, Origenis auditor fuit: de cuius ſcriptis extat ad Origenem Panegyricus lib. 1. interpretationum in Eccleſiaſten lib. 1. & plures epiſtolæ. Eius autem epiſtola ſiue canones 11. impreſsi Baſileæ apud Ioannem Frobenium, anno 1518. cum S. Petri Canonibus, & Gennadij epiſtola, &c. Item Metaphraſis in Eccleſiaſten. Auguſtæ, & Baſileæ, (cum Olympiodoro in Eccleſiaſten, & Ariſtea de 72. interpretibus legis Hebraicæ,) Ioanne Oecolampadio interprete. In Origenem panegyricus, Romæ in Vaticana bibliotheca ſeruatur, de Anima liber ad Tatianum, extat apud Diegum Hurtadum Venetijs. Claruit anno Domini 240.

Gregorij Niſſeni epiſcopi, fratris Baſilij Magni, opera pleraque antehac nunquam viſa, de Græco in Latinum verſa, Baſileæ impreſsit Nicolaus Epiſcopius iunior, anno Domini 1562. in fol. Sunt autem hæc: Quid nomen profeſsione Chriſtiana ſibi velit, epiſtola. De oratione: in quo eſt orationis Dominicæ explicatio, liber vnus. De beatitudinibus ſuper Matth. 5. lib. 1. De ſancta Chriſti natiuitate. De ſancto Stephano proromartyre. In ſextum Pſalmum de octaua. De ſancto & ſalutari feſto Paſchæ, oratio. De aſſumptione Chriſti. De ſancta Trinitate, & quod Spiritus ſanctus ſit Deus. Tres dici deos non oportere. De differentia eſſentiæ & hypoſtaſeos. De fide: ſiue de Patre, Filio & Spiritu ſancto. In dictum Apoſtoli, Tunc etiam ipſe Filius ſubijcietur ei, qui ſubiecit ei omnia. De dormientibus oratio. De infantibus qui præmature abripiuntur. De ſancto feſto Paſchæ, & reſurrectione Domini, in diem tertium collata, oratio prima. De reſurrectione Domini, & quod nullo modo ſibi inuicem contrarij Euangeliſtæ, diuerſis modis memoriæ prodiderunt, ea quæ acciderunt in reſurrectione Emanuelis, oratio ſecunda. De ſacro feſto Paſchæ, & de reſurrectione habita in magna die Dominica, oratio tertia. De ſancto & ſalutari feſto Paſchæ, alia oratio. De aſſumptione Domini, oratio. In dictum Euangelij, Quatenus feciſtis vni ex his minimis, mihi feciſtis. De anima & reſurrectione diſputatio cum ſorore ſua Macrina. De hiſtoria ſex dierum, quibus mundus à Deo creatus eſt. De Trinitate aduerſus Iudæos, ex veteri Teſtamento delecta teſtimoniorum explicatio. De ſancto baptiſmate liber vnus. In laudem Baſilij Magni, fratris ſui, oratio. In laudem ſanctorum quadraginta martyrum orationes duæ. Oratio conſolatoria, habita in funere Pulcheriæ. De Placilla, oratio funebris. De vita beati Gregorij, miraculorum opificis. In laudes ſancti viri ac magni martyris Theodori, oratio. Oratio habita in funere Magni Meletij epiſcopi Antiochiæ. Omnia hactenus recenſita, & nunc primum edita, conuertit in Latinum ſermonem Laurentius Sifanus I. C. De imagine ſiue creatione hominis, ſupplementum Hexaemerôn Baſilij Magni fratris, liber vnus, interprete Dionyſio Romano Exiguo. Philoſophiæ libri octo, interprete Ioanne Conone Norimontano. De vita Moſi, ſiue de Vita perfecta, liber vnus, Gregorio Trapezuntio interprete. Atque hæc quidem Baſilienſi editione continentur. Præterea edidit Epiſcopius, anno Domini 1570. Niſſeni libros quindecim in Canticum Canticorum, & ad Flauianum epiſtolam, Ioanne Lewenklaio interprete. Sunt etiam ſeparatim editi hi libri Niſſeni, orationes duæ de Amandis pauperibus, cum Gregorij Nazianzeni eiuſdem argumenti oratione. Item oratio contra eos, qui caſtigationes ægre ferunt, & alia, De ijs qui Hieroſolyma adeunt. Pariſijs Græce & Latine impreſſa. Liber qui Catecheticus maior inſcribitur, Latinitate donatus, Petro Morello interprete. Ibidem impreſſus, anno Domini 1568. in octauo. De hominis opificio opus admirandum, interprete Ioanne Lewenklaio, annotationibus etiam neceſſarijs additis. Baſileæ excuſum per Ioannem Oporinum, anno Domini 1569. in octauo. Porro manuſcripti in bibliothecis ſeruantur eiuſdem libri complures, è quibus hi latent in Italiæ bibliothecis, nondum quod ſciam editi. Aduerſus Eunomium liber. In omnes Pſalmos. In Eccleſiaſten: vbi videndum, ne forte ſit is liber, qui Gregorio Neocæſarienſi inſcribitur. Contemplatio in hominis conſtitutionem, quam puto non aliam eſſe à libro de Opificio hominis: ſicut etiam in Hexaemeron: cum ipſum non in Hexaemeron ſcripſiſſe veteres aſſerant, ſed Baſilij fratris opus abſoluiſſe, addito ſcilicet libro de Opificio hominis. Commentaria in Geneſim extant Venetijs ad S. Antonium, & eadem ſe habere Alexander Braſsianus ſcribit. Oratio de vita Theodori martyris, extat in bibliotheca Ioannis Sambuci, non alia forte, quàm quæ inter opera Latina habetur. Refert etiam Nicephorus ſcripſiſſe Niſſenum non tantum contra Eunomium, ſed etiam contra Apollinarem. Epiſtola eius Canonica ad ſanctum Letoium epiſcopum Melitenæ, habetur in magno Conciliorum opere Ioannis Zonaræ. Oratio contra Eunomium, habetur in bibliolheca Regia. Præterea Pariſijs, anno Domini 1573. edita ſunt opera Niſſeni, quæ extant, omnia: additis quibuſdam, quæ nunquam antea typis excuſa ſunt. *Gregorij Niſſeni Diui patris, de Virginitate liber, Græce & Latine, interprete Ioanne Liuineio Candenſi. Additis in fine notis, quibus partim emendationum ratio redditur, partim loca quædam illuſtrantur. 4. Antuerpiæ apud Plantinum, anno Domini 1580.

Gregorij Oecomenij Grammatica Græca, extat alicubi in Italia.

Gregorij Olympiadæ expoſitio Græca in Can



Digitized by Google

*tica canticorum, & in Prouerbia, reperitur etiamnum in Italia nondum excuſa.*

Gregorij *Palamæ, archiepiſcopi Theſſalonicenſis, per fictionem perſonarum orationes duæ iudiciales, Mentis corpus accuſantis, & corporis contra ſe defendentis, itemq́ iudicum ſententia. Adrianus Turnebus Græce excudit Lutetiæ, anno 1553. in 4. Greg. Theſſalonicenſis diſputatio quædam Græce extat Venetijs ad S. Antonium.*

Gregorius *preſbyter quidam, deſcripſit vitam Gregorij Nazianzeni, quæ ex tranſlatione Bilibaldi Birckheimeri ab initio orationum eiuſdem in volumine ſupradicto impreſſa eſt.*

Gregorij *Proterdij compendium in Phyſica Græcum, ſeruatur alicubi in Italia.*

* F.Gregorius *Reiſch, Margaritham philoſophicam, hoc eſt, habituum ſeu diſciplinarũ omnium perfectiſsimam cyclopædiam, dialogiſmis primum tradidit: quam deinde Orontius Finæus Pariſienſis Mathematicus, neceſſarijs aliquot auctarijs locupletauit. 4. Baſileæ per Sebaſt. Henricpetri 1583.*

Gregorij *Scholaſtici grammatica: item*

Gregorij *epiſcopi Theſſalonicæ orationes quædam Græcæ. Ibidem.*

Gregorij *Schiltelij de hydrope morbo diſputatio*

* Gregorius *Sonderreiter, Conſtantini Imperatoris vitam, Euſebio Pamphilo epiſcopo authore, heroico carmine reddidit. In 4. liber ſcriptus in bib. Imp. Viennæ.*

Gregorij *Taurominitanæ eccleſiæ Archiepiſcopi Sicelienſis, Ceramei dicti, Homiliæ in Euangelia & aliæ, 57. manuſcriptæ extant in bibliothecis Italiæ.*

Gregorius *epiſcopus Turonenſis, ſcripſit de laude ſanctorum martyrum lib. 1. de Vita quorundam confeſſorũ lib. 2. de miraculis S Iuliani martyris lib. 1. de Miraculis ſancti Martini lib. 4. Hiſtoriam Francorum lib. 10. epitomen eiuſdem lib. 1. chronica eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 1. Claruit anno Domini 600. Scripta eius pridem edita ſunt Lutetiæ in quarto, & Coloniæ in 8. apud Martinũ Cholinum anno 1583. Separatim autem hiſtoria Francorum edita eſt primum à Badio, poſt à Guilielmo Morello: demum Baſileæ à Petro Perna cum appendice lib. 11. Extant etiam apud Wolfgangum Lazium & alibi hiſtoria eius de rebus geſtis Clodouei eiuſq́ natorum, qui primi ex regibus Francorũ fuerunt Chriſto vendicati, lib. 1. Eſt autem excerptum quoddam non ex Gregorio ſolum, ſed ex alijs ſcriptoribus fabuloſis.*

Gregorius *Tifernas, opera quædam poetica ſcripſit, & cum Guarino Veronenſe Strabonis Geographicos libros conuertit. De hoc vide Lexici Forſteri præfationem.*

* Gregorius *de Valentia D. Theologiæ Ieſuita, quædam themata ad diſputandum propoſita ſcripſit, veluti de Vera & falſa differentia veteris & nouæ legis, contra fundamentum Lutheranæ doctrinæ, à Caluino etiam receptum, & à Melanchthone, Chemnicio, Herebrando & alijs paſsim ſectarijs repetitum. In Academia Ingolſtadienſi, anno 1580. publicæ propoſita. 4. Ingolſtadij. De excellenti diuinæ gratiæ natura, & ijs quæ ad eam tum obtinendam, tum conſeruandam requiruntur, de ipſius admirabili efficacia. Ingolſtadij 1576. De iuſtitia in iudicijs ſeruanda, diſputatio theologica. De diſcernenda humanorum contractuum iuſtitia & iniuſtitia. 4. Ingolſtadij. Eiuſdem de Idololatria contra ſectariorum contumelias, diſputatio: vna cum Apologetico aduerſus Iacobum Herebrandum Lutheranum. 8. Ingolſtadij. Confutatio calumniarum, quas Herebrandus ſpongia quadam ſua complexus eſt, & in Apologeticum de Idololatria, nuper Ingolſtadij èditum, leuiter & petulanter effudit. 4. Ingolſtadij. Refutatio Apologiæ Iacobi Herebrandi Lutherani, de cauſis, cur ſuſceptum de idololatria certamen, deſerere inſtituerit. 8. Ingolſtadij, anno 1581. Eiuſdem Apologia, de S. S. Miſſæ ſacrificio, aduerſus cauillationes leuiſsimas Iacobi Herebrandi Lutherani, contra Tractatum de eodem argumento, ſuperiori anno Ingolſtadij editum. 8. Ingolſtadij, anno 1581. Eiuſdem diſputatio contra duarum ſectarum, Vbiquitariæ, & Sacramentariæ, pro vera Chriſti præſentia, non vbique, neque in cælo tantùm, ſed in cælo & in ſanctiſsimo Sacramento. Ingolſtadij ex Typographia Dauidis Sartorij, anno Domini 1582. Denique eiuſdem breuis annotatio, in admonitionem breuem à Smidelino Lutherano, nuper pro Ieſuitis, contra Caluinianos editam. In quarto Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium, anno Domini 1582. Itemque eodem præſide diſputatio, de Officio proprio Chriſti redemptoris & mediatoris, 4. Ibidem.*

* Gregorij *Weiſeri, paſtoris Perizenſis admonitiones de miſeria hominum, &c. ex patribus collectæ, Germanice, in 8.*

Gregorius *de Wintonia monachus, ſcripſit Annales ſui cœnobij lib. 1. Claruit ſenex anno 1290. Baleus.*

* Gregorius *Zechendorferus inſtitutionem Tagaullij & Hollerij de chirurgia, Germanice interpretatus. fol. Francofurti 1574.*

* Gribaldi *Mophæ Cheriani Iureconſulti, Tractatus de omni genere homicidij, videlicet de homicidio Legitimo, Caſuali, Culpoſo, Simplici, Voluntario, Doloſo & Proditorio. 8. Speyræ, 1582.*

Griffinus *Cambrius, monachus ordinis prædicatorum, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. Quæſtiones diſputatas lib. 1. Baleus.*

Griffoli *à Montepolitiano Conſilia, Caroli Capanij ſtudio excerpta & congeſta. Florentiæ, anno 1565. 4.*

Grigentini *Archiepiſcopi Tefrerum, Africa diſputatio cum Iudæo Elam Talmudiſta, manuſcripta, Gr.*

Grimundus *contra Berengarianos, pro veritate corporis Chriſti in Euchariſtia. Sorbona.*

Griualdus *Velturnæ ſiue Etruriæ præfectus ſcripſit de his quæ ſub rege Deſiderio acta ſunt.*

Gripholi *defenſiones contra Calcagninum, alicubi in Italia excuſæ ſunt.*

Grundemani *ſermones.*

Gualde-

Gualdenſis *quidam citatur in Summa Angelica, inter iuris Canonici aut Ciuilis ſcriptores.*

Gualhardus *de Rupe, Bernardi Roſergij archiepiſcopi Toloſani in magiſterio theologico ſocius, prouincialis Carmelitarum Toloſæ, ſcripſit ſermones ad Clerum, lib.1. Sermones ad populum, lib. 1. Determinationes theologiæ, lib.1. Lecturas ſcripturarum plures, lib.1. Atque alia. Claruit anno D.1440.*

Gualo *Britannus, cum quodam Odone, à Ioanne Carnotenſi epiſcopo Anglo laudatur. Hic ſcripſit Inuectiuam in monachos auaros, lib.1. Aliaque plura carmine compoſuit. Claruit anno Domini 1160.*

Gualtherius *epiſcopus Pictauienſis, ordinis Minorum, citatur inter Summiſtas, in ſumma Anglica.*

Gualtherius *de doſibus medicinarum.*

Gualtheri *(neſcio cuius) practica de qualibet ægritudine quæ per vrinam manifeſtari poteſt: manuſcripta apud M. Dreſſerum.*

Gualtherus *Albanenſis monachus, ſcripſit de libris Eccleſiæ, lib.1. Claruit anno D.1180. Baleus.*

Gualtherus *monachus, ſcripſit vitam Caroli boni Flandriorum comitis, lib.1.*

Gualtherus *Bederychuuorth, Anglus, ordinis S. Benedicti, ſcripſit Lecturas ſcholaſticas, & conciones vulgares. Vixit anno 1360.*

Gualtherus *de Bokedene, Anglus, profeſsione Dominicanus, ſcripſit quæſtiones theologiæ, li.1.*

Gualtherus *Brittæ, Anglus, Vuicleui olim diſcipulus, ſcripſit pro tollendis à clero poſſeſsionibus lib.1. Claruit anno 1390.*

✠ Gualtheri *Bruele Praxis Medicinæ theorica & empirica familiariſsima: in qua pulcherrima dilucidiſsimaq; ratione morborum internorum cognitio, eorundemq; curatio tradidit: Fol. Antuerpiæ anno 1580.*

Gualtherus *Burleus Anglus, ſcripſit commentarios in ſententiarum lib.1. in Iſagogem Porphyrij librũ vnũ, in Categorias Ariſtotelis libros tres, in Perihermenias lib.2. in Ethicorum lib.10. in Logicam Scoti lib.1. in Elenchos & Topica lib.6. in Methaphyſicam lib. 12. de vita modernorum lib. 1. in Ariſtotelem de natura li.4. in eundem de moribus. In artem Cabaliſticam Lulli. Claruit anno Domini 1330. Vide Burleus.*

Gualtheri *Burleri Angli de vitis philoſophorum, manuſcriptus liber, extat Ratiſponæ apud S. Dominicum.*

Gualtherus *Calenus, Oxonienſis Archidiaconus, ſcripſit Britannorum annales, & Epiſtolarum familiarium lib.1. Claruit anno 1120.*

Gualtherus *(aliâs Galterus) dictus de Caſtellione, oriundus ex Inſulis oppido Flandriæ, Philoſophus, Poeta et Theologus, ſcripſit carmine heroico geſta Alexandri Magni, lib.10. Renatus Beck Argentinæ impreſsit, anno Dom.1513. quater.28. Idem poema, Gualtheri Alexandreis, editum Ingolſtadij, anno Domini 1541. & poſtea Lugduni characteribus Gallicis. Quidam hoc opus non Gualthero ſed euidam Guillermo de Caſtellione adſcribunt, qui id dedicarit Gualthero epiſcopo.* ✠ *Epilogus operis contrarium teſtatur, nempe Gualtherum authorem Guillermo dedicauiſſe, vide Philippus Gualtherus.*

Gualtherus *Catchepoll, legis peritus, inter cætera ſcripſit de conſtitutionibus Angliæ lib.1.*

Gualtherus *Catton, Anglus, in Nordouicenſi Minoritarum collegio Franciſci Aſsiſiatis obſeruator ſcripſit in Sententiarum commentarios li. 4. quæſtionum lib.1. Vixit anno 1530.*

Gualtherus *de Conſtantijs genere Britannus edidit ſuper negotijs iuris lib.1. Epiſtolas ad diuerſos, lib.1. Ad Radulphum de Diceto, lib.1. Ad Hugonem Dunelmenſem, Epiſto.1. De peregrinatione Ricardi lib.1. Claruit anno 1199. Baleus.*

Gualtherus *Couentrienſis compoſuit Chronicon Britannorum lib.1. Angloſaxonum Chronicon lib.1. Annales Anglorum lib.1. Vixit regnantibus Ioanne & Henrico tertio eius filio Anglorum regibus. Baleus.*

Gualtherus *Daniel monachus, ſcripſit contra Nicolaum Monachum de conceptione Mariæ lib. 2. De virginitate Mariæ lib. 1. De vera amicitia lib.5. De onere iumentorum Auſtri lib.1. De honeſta virginis formula, li.1. Epiſtolarum volumen li. 1. Centum homilias lib.1. Centum ſententias lib.1. Super Miſſus eſt, li.1. In aliquot ſcripturæ loca li.1. Claruit anno 2170. Baleus.*

Gualtherus *duri dentis, theologus, Anglus, compoſuit Gloſſas in Euangelium Lucæ, lib.1. Atq; alia quædam.*

Gualtherus *Dyſſe Anglus, Carmelita, ſcripſit Lecturam Theologiæ lib.1. contra Lolhardos li. 1. De ſchiſmate eccleſiæ lib.1. ſermones de tempore. Sermones de ſanctis. Ex Auguſtino & Anshelmo collectaneorum lib.1. in quoſdam Pſalmos. Determinationes varias. Ad eccleſiarum præſides lib.1. Claruit anno 1404. quo etiam deceſſit.*

Gualtherus *Elueden, Anglus, ſocius aulæ de Gunnyle Cantabrigiæ, ſcripſit Calendarium cum tribus Cyclis nouendecennalibus, lib.1.*

Gualtherus *de Eueſtam monachus ſcripſit, de ſpeculatione Muſices lib.1. Claruit 1240. Baleus.*

Gualtherus *Haddonus patria Buchingamienſis, verſu edidit Epiſtolam D. Iacobi lib.1. Aliquot Matthæi capita lib. 1. Proſa verò, Exhortationes ad ſtudia lib.1. Præfationem in ius ciuile, lib.1. Ad Sudouolgianos, ora.1. In mortem M. Buceri orat.1. Orationes quaſdam Latinas quæ impreſſæ extant. Contra Hieronymum Oſorium defenſionem Euangelicæ doctrinæ ab Anglis receptæ. Claruit anno 1560. Baleus.*

Gualtherus *Hermenius Riffus, Argentinenſis, Germanico ſermone multa edidit, præſertim in re medica, anatome, pharmaceutica, & chirurgica, & in alijs diuerſis artibus, quæ partim Argentinæ, partim Francfordiæ apud Chriſtianum Egenolphũ ſunt excuſa. Gualtherus Riffus edidit aphoriſmos medicinales Ian. Diurij, adiectis & detractis neſcio quibus, vt ipſe in præfatione ſcribit. Impreſſi ſunt Argentorati in officina Knoblochiana, enchiridij*

*forma, anno Domini 1542. Tranſtulit etiam in Germanicam linguam Vitruuij libros de architectura, & cõmentaria in eoſdem ſcripſit. Petreius impreſſit Norimbergæ anno Domini 1548. in folio chartis 170. Scripſit & aliud volumen de architectura & perſpectiua, ibidem impreſſum chartis 168. Idem ſcripſit de obſtetricatu, & accidentibus ante poſt & in partu fœminis, & morbis infantium. Item de ratione victus & cibis conuenientibus in diuerſis morbis. Alberti Magni hiſtoriam animalium tranſtulit in linguam Germanicam, & alia multa eadem lingua edidit. De thermis Ferinis & earum recto vſu. De deſtillationibus. De electuarijs, confectionibus, conſeruis, &c. præparandis. De cura morbi Gallici per Guaiacum. De victus ratione & curatione tempore peſtis. Iatromathematicæ, hoc eſt medicationis accommodatæ ad aſtrologicam rationem Enchiridion. De Criſi deq; inuentione dierum Criticorum, indicatiuorum, intercadentium & vacuorũ, cum canonibus. De interpretatione ſomniorum. Fuchſij practicam in Germanicum ſermonem tranſtulit. Dioſcoridis libris à Ruellio tranſlatis imagines craſſiuſcule factas, & breues explicationes adiecit. Reformationem apothecarum Germanica lingua edidit.*

Gualtherus *Emmyngforde. Canonicus Giſburnenſis, ſcripſit Hiſtoriam Anglorum lib. 1. Chronicon Eduuardi tertij lib. 1. Sermones aliquot lib. 1. Claruit anno Domini 1347. Baleus.*

Gualtherus *Heſton carmelita, edidit Quæſtiones de Anima lib. 3. Propoſitiones quaſdam lib. 1. Vixit anno 1350. Baleus.*

Gualtherus *Hunte Anglus, & Carmelita, ſcripſit commentaria in ſententiarũ libros 4. euangeliorum enarrationes libros 4. vocabularium Latinæ linguæ. De vigore literarum lib. 1. erga doctrices mulieres lib. 1. contra fœminarum communionem lib. 1. de præcellentia Petri lib. 1. de prædeſtinatis lib. 1. de religioſorum dignitate lib. 1. de autoritate eccleſiæ libr. 1. de pontificum iuriſdictione libros 3. contra Græcorum errores lib. 1. acta Conciliorum libros 6. de proceſſu ſacri concilij lib. 1. certamina Latinorum lib. 1. de Eccleſiæ ſymbolo lib. 1. de regalitate & pauperibus Chriſti libros 3. de vniuerſali pontificum dominio librum 1. de ſtatu mendicantium lib. 1. abbreuiationes Petri Comeſtoris librum 1. exceptiones* XII. *Chronicorum libros 12. in Pariſienſem de virtutibus lib. 1. in eundem de vitijs lib. 1. lecturas Theologicas lib. & Sermones diuerſos. Obijt decrepita ætate, anno Domini 1478. Oxonij.*

Gualtherus *Hylton profeſſione Carthuſianus, compoſuit de conſolatione in tentationibus lib. 1. De tolerandis imaginibus lib. 1. De vtilitate religionis lib. 1. Scalam ſpiritualem lib. 1. contra tentationes carnis lib. 1. De communi vita, ad laicum lib. 1. Baculum contemplationis lib. 2. De Idolo cordis lib. 1. De aſcenſionibus ſpiritualibus lib. 1. De Eccleſiaſtica Muſica libr. 1. Clarniſſe fertur ſub Henrico ſexto Anglorum rege. Baleus.*

Gualtherus *Iorſius Anglus, Prædicatorũ ſeu Dominicani nominis Theologus, ſcripſit ſummam Theologiæ lib. 4. de peccato Originali lib. 1. quæſtiones varias. Claruit anno D. 1310.*

Gualtherus *Kellanue magiſter Oxonienſis, ſcripſit Quodlibeta theologica lib. 1. Determinationes quoq; lib. 1. Obijt anno 1367.*

Gualtherus *Lud Canonicus Deodatenſis, ſcripſit declarationem ſpeculi orbis, ſiue aſtrolabij Geographici, Liber impreſſus Baſileæ, cum appendice Margaritæ philoſophicæ.*

Gualtherus *Mapus, facete ſcripſit ſuper enormitatibus cleri, Apocalypſim Goliæ Pontificis, lib. 1. Prædicationem Goliæ, lib. 1. Confeſſionem eiuſdem, lib. 1. Ad malos paſtores lib. 1. Ad Chriſti ſacerdotes, lib. 1. Planctum ſuper epiſcopis, lib. 1. In Papam & Curiam, lib. 1. Carmen ebrioſorum, lib. 1. Ad impios prælatos lib. 1. Sermonem ad eoſdem lib. 1. Anathema pro pileo lib. 1. Dictamen lectionis loco lib. 1. De malis Romanæ curiæ lib. 1. De palpone & aſſentatore lib. 1. De malis monachorum lib. 1. Ad vtrunq; ſtatum lib. 1. De Thetide & Lyeo lib. 1. Diſceptationẽ nubendi lib. 1. De mundi contemptu lib. 1. De punitione peccati lib. 1. Super conuocatione cleri lib. 1. De mundi miſeria lib. 1. De fide Trinitatis lib. 1. De Maria Virgine lib. 1. Cambriæ Epitomen lib. 1. Topographiæ compendium lib. 1. Commendationes Giraldi lib. 1. In Ciſtercienſes Monachos lib. 1. Claruit anno 1210. Baleus.*

Gualtherus *Morganius Cambrici generis Britannus, Abbas, compoſuit de animalibus lib. 1. De auibus quoq; lib. 1. Carmina diuerſa lib. 1. Baleus.*

Gualtherus *Panormitanus Archiepiſcopus Anglus, ſcripſit Pro latinæ linguæ exercitijs lib. 1. Claruit anno 1177. Baleus.*

Gualtherus *Parker Cornubienſis, ſacerdos, ſcripſit Dextram partem oculi ſacerdotis lib. 1. Siniſtram partem oculi ſacerdotis lib. 1. Conciones quoque plures lib. 1. Baleus.*

Gualtherus *Recluſus, Anglus natione, ſcripſit de mundi contemptu lib. 1. de vita ſolitaria lib. 2. meditationes pias, & alia. Claruit anno D. 1280.*

Gualtherus *Teruanenſis monachus, ſcripſit ad Ioannem Morinenſem epiſcopum, Epigrammata quædam lib. 1. Chronicon quoq; lib. 1.*

Gualtherus *Tiryngton vtriuſq; iuris doctor, ſcripſit Caſus quorundã decretalium lib. 1. In quaſdam conſtitutiones lib. 1. Baleus.*

Gualtherus *Wiburne Franciſcanus, ſcripſit ad fratres ſuos Proprietates terræ lib. 1. De Maria & eius filio lib. 1. Encomiũ Chriſtiparæ lib. 1. Carmina diuerſi generis lib. 1. Baleus.*

Gualtherus *Wynterborne Sariſburienſis, monachus Dominicanus ſcripſit Quæſtionum Theologicarum lib. 1. ſermones multos. Claruit anno Domini 1305.*

Guarinus, *ab alijs Varinus ſcribitur, vide infrà, vbi de Varino Camerte loquemur, qui nomen ſuum Græcè* Βαρῖνος *ſcribit. Solent autem Itali & Galli W literæ Germanicæ, quæ valet digamma Æolicum, g conſonantem præponere, & v ſimplex ſcribere, vt Guilhelmus pro Wilhelmus.*

Guarinus

Guarinus *Veronenſis, Chryſoloræ Byzantini auditor, ſcripſit ad Leonellum principem, de differentia aſſentatoris & amici lib.1. Grammaticã quoque breuem lib.1. Comparationem Scipionis et Caij lib.1. Epiſtolarum ad diuerſos lib.1. Orationes complures lib.1. Carmina multa. Ex Plutarcho tranſtulit vitas Martij Coriolani, F. Maximi, Marcelli, Philopomœnis, T. Quintij Flamminij, Lyſandri, Syllæ, Caij Marij, Eumenis, Niciæ, M. Craſſi, Alexandri Magni, Dionis, M. Bruti, & Homeri: item Euagoræ vitam ex Iſocrate, quæ omnia cum Latinis Plutarchi vitis impreſſa ſunt. Tranſtulit etiam Plutarchi librum de educandis liberis, & alterum de comparatione hiſtoriarum Græcarum & Romanarum, cum Plutarchi Moralibus (vt vocant) impreſſos. Hic & Gregorius Tifernas Strabonis opus Geographicum olim tranſtulerunt. Guarini Veronenſis carmina de Polyſemis et vocabulorum differentijs, & alijs quibuſdam excuſa ſunt Norimbergæ apud Ioannem Petreium, anno 1551. Eiuſdem commentarij in orationem Ciceronis pro Sex. Roſcio Amerino, excuſi ſunt Baſileæ ab Oporino cum diuerſorum authorum in orationes Ciceronis commentarijs. Eiuſdem libellus de dictionibus quæ cum diphthongo ſcribuntur, impreſſus eſt ab initio breuiloqui. Regulæ grammaticales, cum libello de nominũ & verborũ differentijs, et opuſculo de diphthongis, excuſi ſunt Mediolani, an. 1492. Claruit an. 1460. Guarinus Veronenſis ſcripſit vitas Homeri, Platonis, Euagoræ, Ariſtotelis: quæ impreſſæ ſunt ſeorſim poſt vitas Plutarchi. Lugduni Gazæius.*

Guericus *abbas Igniacenſis, D. Bernardi olim diſcipulus, ſcripſit opus ſermonum de tempore & ſanctis per anni circulum, quos habuit ad fratres ſuos, epiſtolas etiam multas. Eius ſermones, per Ioannem Gagneium in lucem editi, Pariſijs anno D. 1547. in octauo. * Et iam recens ad collationem veterum exemplarium à multis & craſſis mendis repurgati, per Ioannem Coſterium, in 12. Antuerpiæ apud Philippum Nutium, anno 1580.*

Guerneri *Carthuſiani olim Coloniæ, de venerabili ſacramento miſſarumq́ valore paradoxa viginti, chartæ ſunt 4. excuſæ Coloniæ apud Petrum Quentel, anno 1535. cum Algero de Euchariſtia. Typographus in fine libelli promittit ſe alia etiam editurum huius authoris.*

Guernerus, *vſitatius Wernerus.*

* Guerrimi *Piſonis Soacij I.C. in feudorum vſus præludia, methodicè ac diligenter explicata, 8. Venetijs 1579.*

Guiardi *ſiue Godefridi epiſcopi Cameracenſis, lib. de officijs diuinis. Vixit circa annum 1277.*

Guibertus *Briſtollenſis abbas, compoſuit Hiſtoriam ſui temporis, lib.1. Sermones aliquot, lib.1. Baleus.*

Guibertus *abbas Genblacenſis, ſcripſit libros de miraculis S. Martini. Vixit circa annum 1171.*

Guiberti *de Tornaco ordinis minorum tractatus de officio epiſcopi & eccleſiæ ceremonijs, nunc primum opera Theodori Coiſfeldij editus. Coloniæ apud Adolphum Roſtium, anno 1571. Duodecimo.*

*Auctor vixit circa annum 1270.*

Guicennaſius *quidam ſcripſit de arte Falconum ſeu accipitrum, è quo nonnulla tranſtulit G. Tardiuus.*

Guido, *abbas ad fanum Dionyſij prope Pariſios, Gallus natione, ſcripſit volumina magna de vitis ſanctorum.*

Guido *monachus & abbas cœnobij de cruce ſancti Leufredi, ordinis diui Benedicti, patria Aretinus, ſcripſit inter cætera opuſcula, contra Berengarium clericum Turonenſis eccleſiæ, de corpore & ſanguine Domini lib.1. De muſica quoq; lib. 2. & alia. Claruit anno Domini 1030. Eius de Muſica libri duo, ad Theobaldum præſulem. Primus ſcriptus proſa, alter carmine partim heroico, partim trochaico rythmico. Item alius ſcriptus ad fratrem de intonatione. Nondum impreſſi, ſunt in bibliotheca Georgij Fabricij. Vixit autem hic Guido ſub Ioanne 20. Pontifice Romano circa annũ 1030. Scripſit idem contra Berengarium de ſacramento.*

Guido *de Baypho vel Bayſio Regienſis & archidiaconus Bononienſis, ſcripſit Roſarium ſuper decreto lib.3. Super decretalibus lib.5. Vocatur autem aliâs, Guido de Bayſo, cuius Commentarij in Ius canonicum impreſſi ſunt. Guidonis archidiaconi apparatus, manuſcriptus apud M. Dreſſerum. Claruit anno Domini 1290. * Eius in Decretorum volumen commentaria, Nicolai Superantij, et Petri Albignani Tretij Iureconſ. annotationibus illuſtrata ſunt, & excuſa in folio regali, Venetijs anno 1580.*

Guido *Bonatus, Italus, apud forum Liuij natus, ſcripſit Theoricas planetarum lib.1. Super aſtrologiam iudiciariam lib.10. qui impreſſi ſunt Venetijs 1506. Contra Franciſcanos lib.1. Et alia. Claruit anno 1280.*

* Guidonis *Bergomatis de balneis Transcherij oppidi Bergomatis, impreſſa cum aliorum autorum ſcriptis de ijſdem, in quarto. Bergomi anno 1582.*

Guidonis *Cameracenſis epiſcopi, Sermo de 12. ſacramentorum fructibus. Vixit circa an. 1255.*

Guido *Carthuſianus, ſcripſit de vita Hugonis Granopol. epiſcopi lib.1. de Carthuſianorum inſtitutis lib.1. epiſtolas B. Hieronymi emendauit, et in ordinem redegit. Claruit anno Domini 1137.*

Guidonis *de Cauliaco Galli chirurgiæ tractatus ſeptem cum antidotario, impreſ. Venetijs 1499. cum multis alijs libris chirurgicis, & Lugd. 1572. in 8. Eiuſdem Lapidarius, de coniunctione animalium ad ſe inuicem: de coniunctione herbarum ad ſe inuicem: de Phyſiognomia: manuſc. apud M. Dreſ. Eiuſdem formularium auxiliorũ vulnerum et vlcerum, &c. Item conſilia medica, manuſcripta habet Ioan. Schenkius medicus Friburg. Briſgoiæ.*

Guido *de Columna, Siculus natione, patria Meſſanenſis, reſtaurauit ac ſcholijs ornauit tam Dictim Cretenſem, quam Daretem Phrygium, in hiſtorijs de bello Troiano, vt habet Boſconus Burienſis in ſuo catalogo. Et ſcripſit pleniſſime quicquid in tota hiſtoria vniuerſaliter ac particulariter fuerit*

Digitized by Google

geſtum, edidítq; Chronicon magnum lib.36. De bello Troiano lib.1. De regibus ac rebus Anglorum plura tradit. Claruit anno D.1287.

Guido *Cõcordienſis epiſcopus citatur in Summa Angelica, inter Canoniti vel ciuilis iuris ſcriptores.*

Guido *Ebroiten, ordinis fratrum Prædicatorum, præter regulas Tichonij, quædam dedit documenta ad ſacræ ſcripturæ ſenſum capeſſendũ, quæ in quorundam conuentuum bibliothecis inter cætera eius opera recollecta inueniuntur. Claruit tempore Caroli ſexti Francorum regis.*

Guido *Fabricius Boderianus Syriacum contextum noui teſtamenti in Latinam linguam tranſtulit, quæ eius tranſlatio in opere Bibliorum Regiorum Antuerpiæ impreſſa eſt.*

Guido *Ferrarienſis eccleſiæ preſbyter, & epiſcopus, ſcripſit carmine opus ad Clementem papam quintum ſuper nouum & vetus teſtamentum, imitatus Petrum de Riga, quod vocauit Margaritam Bibliæ. Claruit anno Domini 1310.*

Guido *Flonochetus, patria Narbonenſis, Dominicanorum generalis magiſter, Chronicon ſcripſit lib.1. Obijt anno Domini 1452.*

Guidonis *Iuuenalis pro reformatione monaſtica defenſio, impreſſa olim Pariſijs à Dionyſio Roſe. Guidonis Iuuenalis annotationes quædam in elegantias Laurentij Vallæ, & in A. Gellij aliquot capita interpretatio reſtituta. Rob. Stephanus impreſſit Lutetiæ. Einſdem commentaria in Terentium impreſſa Lugduni 1522.*

Guidonis *Laurini Brugenſis in Iulium Cæſarem Huberti Goltzij, ſiue numiſmata Iulij Cæſaris commentationes. In catalogo officinæ Goltzianæ commemorantur.*

Guido *de Marchia, Franciſcanus, ſcripſit ad Romanum pontificem rithmicè, querelam mundi contra religionem fratrum lib.1.*

Guidonis *de monte Rocherij, Enchiridion ſacerdotum, ſeu Manipulus curatorum. Acceſſit Ritus celebrandi officium Miſſæ, pro inſtructione Nouitiorum. Venetijs & Antuerpiæ 1570.* * *Enchiridion ante CC. annos editum, nunc ſublatis mendis docti cuiuſdam Theologi diligentia priſtino nitori reſtitutum 16. Antuerpiæ apud Ioannem Bellerum, anno 1580.*

Guido *Morillonus, ſcripſit argumẽta ac ſcholia in epiſtolas Heroidum: & in Ibin Ouidij: Gryphius impreſſit, & Gymnicus Coloniæ anno D. 1543. Petrus Nannius refert Guidonem Morillonum magna fide & fruge cõmentarios in Liuium conſcripſiſſe, ac ſe illi ſæpe authorem fuiſſe, vt ſua in lucem ederet, ſed nondum perſuaſiſſe, ſperare ſe tamen, ſi ipſe in vita ſua non euulgarit, filios eius iuuenes doctiſſimos euulgaturos eſſe.*

* Guido *de Paigipſio edidit apparatum ſexti libri Decretalium: habetur in fol. & in membrana ſcriptus in bibl. Imperat. Viennæ.*

Guido *Papa Do. I.C. præſtantiſſimus ſcripſit in 1. & 2. Decret. Super omnes partes iuris ciuilis. De accuſatione & inquiſitione. De contractibus illicitis. De contractibus mercatorum. De literis compulſionalibus. Quibus caſibus habeat locum pænitentia. Clauſulas derogatorias. Conſiliorum volumina 3. typis excuſa. Conſilium de pactis tempore matrimonij, quomodò ſuccedat filia & eius filij. De ſeruitute negatoria. Deciſiones Parlamenti Delphinalis. De excuſatore ſine mandato. De inuentario conficiendo in hæreditatibus. Quomodo laici ducis Sabaudiæ poſſint trahi coram eccleſiaſtico. De præſumptionibus. De reſcriptis. Item de ſtatu Delphinali. Si quis per literas. Singularia ſuper Statutum, Si quis per literas, cum commento. Guidonis Papæ Deciſiones cum additionibus, impreſſi ſunt Francfurti anno Domini 1575. in folio. De appellationibus, & attentatis appellatione pendente tractatus. Coloniæ anno 1573.* * *Eius lectura & commentarij in librum XXX. pandectarũ, qui eſt de legatis primus: Et in Digeſti noui, ſeu XXXII. Tit. I. De re iudicata, cum argumentis & ſummarijs triplo amplius auctis, & multo emendatius & accuratius, quam olim excuſi folio, Francofurti. Item Lectura ſubtilis & aurea, vtriuſq; iuris Monarchæ, ſuper IIII. & VI. libros C. folio Francofurti anno 1580. Præterea Tractatus ſingulares & in praxi frequentiſſimi, cum annotationibus & quibuſdam additionibus D. Ioan. Thierrij Lingonenſis, iurium interpretis: nunc denuo recogniti, & ſuæ integritati reſtituti folio, Francofurti anno 1580.*

Guido *Perpinianus, patria Catalanus, ordinis fratrum B. Mariæ de monte Carmeli, Maioricenſis, Eluenſiſq; eccleſiarum epiſcopus, ſcripſit Opus tripartitũ de perfectione vitæ catholicæ, ad Ioan. Papam XXII. lib.1. ſuper ſententias lib.4. quodlibeta ſex lib.1. quæſtiones ordinarias lib.1. de concordantia euangeliſtarum lib.1. correctorium decreti lib.3. ad Cardinalem Albanen. lib.1. in libros Phyſicorum lib.8. Quæſtiones de anima lib.1. alia quoque plura. Claruit anno Domini 1330. Idem, præter ea quæ ex Tritemio citantur, edidit Reprobationes operis Catalonici, quod puto ab Arnoldo de Villanoua exijſſe lib.1. Fertur etiam ſcripſiſſe in Cantica Euangelita lib.1. ac cõmentarios in maiorem Bibliorum partem, & in multos Ariſtot. libros. Opus eius, de hæreſibus ad Cardinalem Albanenſem, Pariſijs eſt excuſum in folio, per Iodocum Badium.*

Guido *Rauennas preſbyter, hiſtoriam pontificum ſcripſit, & hiſtoriam de bello Gotthorum.*

Guido *de Suzaria, ſcripſit de actionibus cauſarum lib.1. declarationes varias. Cõmentarios in 1. & 2. ff. veteris. Tractatum de indicijs, tortura, & tormentis. Lugduni 1514.* * *Einſdem & Iulij Clari, I.C. Tractatus de iure Emphyteutico. 8. Coloniæ apud Ioannem Gymnicum 1579.*

* Guidi *Panciroli in Gymnaſio Taurinenſi conſitiorum & veſpertinarum Lectionum primarij liber primus. In folio Venetijs.*

Guido *Poſthumus Syluestris Piſaurenſis, ſcripſit elegiarum libros duos ad Leonem pontificem Max. excuſos Bononiæ per Hieronymum de Benedictis,*

Digitized by Google

*interdictis,* anno Domini 1524.

Guidonis *de Tornaco ſermones varij, forte Guiberti de Tornaco.*

* Guidi *Vbaldi è Marchionibus Montis Planiſphæriorum vniuerſalium Theorica.* 8. *Coloniæ, apud Maternum Cholinum, anno* 1579. *Eiuſdem Mechanicorum liber. In quo contexta ſunt: De libra, de vecte, de trochlea, de axe in peritrochio, de cuneo, de cochlea. In fol. Piſauri* 1579.

Guilhelmus, *nomen proprium quod Germani per digamma Æolicum Wilhelmus pronunciant. Budæus etiam Græcis literis idem prænomẽ ſuum* Ὀυιλιμος *ſcribit, melius* Βίλιμος *ſcripturus, alijs etiam Guilermus.*

Guilhelmus *quidam Theophraſtum ante Gazam barbare tranſtulit, vt ipſe Gaza in præfatione ſcribit.*

Guilhelmus *Abbas ſancti Theodorici, & poſtea monachus Clareuallenſis ſub diuo Bernardo ordinis Ciſtertienſis, ſcripſit vitam ſancti Bernardi abbatis lib.* 1. *ſpeculum fidei lib.* 1. *ænigma fidei lib.* 1. *ad Theophilum de natura animæ lib.* 1. *de contemplando Deo lib.* 1. *de natura & dignitate amoris li.* 1. *de ſacramento altaris lib.* 1. *meditationes pro nouitijs lib.* 1. *contra Petrum Abelardum lib.* 1. *in cantica canticorum imperfectum lib.* 1. *in epiſt Pauli ad Rom. lib.* 1. *& quædam alia, Claruit anno* 1140.

Guilhelmus *Abbas, ſcripſit prophetias rerum futurarum, lib.* 1. *Claruit anno* 1298. *Baleus.*

* Guilhelmi *Adolphi Scribonij Marpurgenſis, Iſagoge ſpherica methodicè propoſita* 8. *Francofurti apud Vuechelum. Eiuſdem Rerum Phiſicarum iuxta leges Logicas Methodica explicatio* 8. *Francofurti apud Vuechelum. Hæc rerum naturaliũ doctrina methodica, poſt ſecundam editionem denuo copioſiſſimè adaucta, & in tres libros diſtincta* 8. *Baſileæ ex officina hæredum Petri Pernæ.* 1583.

Guilermus *Aegidius Selandus de Vuiſſelrerek, librum ſcripſit ſuper cæleſtium motuum indagatione ſine calculo: impreſſum anno* 1494.

* Guilhelmi *Alani Angli Theol. profeſſoris Regij in Duacien. Academia lib.* 4. *De Sacramentis in genere. De Sacramento Euchariſtiæ. De ſacrificio Euchariſtiæ. Antuerp. Ioan. Foulerus. anno D.* 1576.

Guilhelmus *Albanenſis monachus ad fanum Albani martyris, tranſtulit ex Anglico ſermone in Latinum paſſionem prædicti Albani. Ad Simonẽ eius loci Abbatem. lib.* 1. *Claruit ann.* 170. *Baleus.*

Guilhelmus *Alncuuick, ex Northumbriæ comitatu natus, ordinis S. Franciſci, ſcripſit Schiſmatum elenchos. In philoſophiam naturalem lib.* 8. *lecturam ſententiarum lib.* 4. *Vixit anno* 1360.

* Guilhelmi *Alloli Angli Theſaurus Bibliorũ omnem vtriuſq; vitæ antidotum ſecundum vtriuſque inſtrumenti veritatem & hiſtoriam complectens: cui in calce acceſſit index Euangeliorũ Dominicalium, in ſeries ſuas & capita diſſectorum, paſtoribus & concionatoribus admodum vtilis, ordine alphabetico collectus in octauo, Antuerpiæ, apud Petrum Bellerum.*

Guilhelmus *Alton, quem pleriq; de Athono vocant, natione Anglus, Dominicanus monachus, ſcripſit in Eccleſiaſten, poſtillam in Matthæum, De decem virginibus lib.* 1. *Vixit anno D.* 1320.

Guilhelmus *de S. Amore, Gallus, Canonicus Beluacenſis ac Doctor Pariſienſis, videns fratrum mendicantium, præcipue prædicatorum & Minorum apertas inſanias, quod contra Chriſti Euangelium, aliud confictum, ex Ioachimi abbatis prophetijs, ac Cyrilli viſionibus produxiſſent, diuino ſpiritu plenus, cum quibuſdam alijs theologis ac legiſperitis obſtitit. Et ex hoc probans in foribus adeſſe Antichriſtum pijſſime ſcripſit, de periculis nouiſſimorum temporum lib.* 1. *Defenſorium ſcripturæ et eccleſiæ, contra pericula imminentia eccleſiæ vniuerſali per hypocritas ac pſeudoprædicatores, penetrantes domos, otioſos et curioſos Girouagos lib.* 4. *De ſignis pſeudoprophetantium lib.* 1. *Contra Bonauenturam lib.* 1. *atque alia. Claruit anno Domini* 1260. *à Romano Pontifice damnatus, ac Francia interdictus. Baleus.*

Guilhelmus *quidam, cuius cognomen ignoratur, Anglus, ſcripſit de anima, lib.* 1. *De incarnatione verbi lib.* 2. *Atq; alia. Baleus.*

Guilhelmus *Anglicus ſcripſit librum de vrina non viſa, & alia quædam ad magiam vetitam potius quàm veram eruditionem ſpectantia.*

Guilhelmus *de Anglia, ordinis Eremitarum D. Auguſtini, ſcripſit de futuris Anglorum malis. Claruit anno Domini* 1379.

Guilhelmus *Antiſiodorenſis epiſcopus, ſcripſit ſummã theologiæ, de officijs diuinis, librum vnum, & alia.*

Guilhelmus *de Aquiſgrano, Germanus, ſcripſit in Euangelium Ioannis lib.* 1. *in Canonem miſſæ lib.* 1. *de paſſione Domini lib.* 1. *quæſtiones diſputatas lib.* 1. *itinerarium terræ ſanctæ lib.* 1. *Sermones varios lib.* 1. *& alia complura. Claruit an. Domini* 1485.

Guilhelmus *Askelte, compoſuit de rebus Beruerlacenſibus, lib.* 1. *Vitam Ioannis Archiepiſcopi, lib.* 1. *De miraculis eiuſdem lib.* 1. *Claruit anno Domini* 1320. *Baleus.*

Guilhelmus *Badby, Ioannis Lancaſtriæ ducis confeſſor Carmelita, & epiſcopus tandem Vuigornienſis, vir eruditus, ſcripſit de pœnitentia lib.* 1. *Conſtitutiones quaſdam lib.* 1. *Sermones quoq; lib.* 1. *Atq; alia. Claruit anno Domini* 1380.

Guilhelmus *Baldeuyn, lingua vulgari ſcripſit Vitas & reſponſa philoſophorũ lib.* 1. *Præcepta & conſilia eorundem lib.* 1. *De Adagiorum vſu lib.* 1. *De ſimilitudinibus & prouerbijs lib.* 1. *Claruit an. Domini* 1550. *Baleus.*

Guilhelmus *Barlouue olim Canonicus, ſcripſit dialogos quoſdam lib.* 1. *Coſmographiam quoq; lib.* 1. *Claret nunc in Germ. ſenex & exul. Baleus.*

Guilhelmus *Batecumbe, ſcripſit de Sphæra concaua lib.* 1. *de fabrica & vſu eiuſdem, lib.* 1. *De operatione Aſtrolabij lib.* 1. *De Sphæra ſolida lib.* 1. *De concluſione ſophiæ librum vnum, Baleus.*

Guilhelmus *Bathonienſis, de ordine medita-*

Digitized by Google

*tium fratrum,ſcripſit non omnino indoctos ſermones lib.*1.

Guilhelmus *Bechius, Florentinus* 29. *magiſter generalis Eremitarum D. Auguſti, & epiſcopus Pheſulanus, ſcripſit in Ethica Ariſtote.lib.*10. *De iuriſdictione eccleſiæ,lib.*1. *De lege Mahumetica lib.*1. *Apologiam pro ſuo ordine lib.*1. *Sermones ad Clerum & populum lib.*2. *Quæſtiones Itinerales lib.*1. *Abreuiationes Gerardi lib.*1. *Et alia. Obijt anno Domini* 1490.

Guilhelmus *Beckley Carmelita,edidit Quodlibeta quædam, lib.*1. *De fraterculorum decimis lib.*1. *Quæſtiones ordinarias lib.*1. *Conciones quoq; varias lib.*1. *Obijt anno* 1438. *Baleus.*

Guilhelmus *Benedictus Cadurcenſis, ſcripſit in tertium Dec. de teſtamentis c. Rainutius. Liber excuſus Lugduni apud Vincent.*1571. *in folio.*

Guilhelmus *Berthon, Anglus, ſacræ Theologiæ doctor, ſcripſit determinationes in Viclenum. De Wicleui iuſta damnatione lib.*1. *Vixit anno Domini* 1381.

Guilhelmus *Bewfu, Carmelita, edidit Lecturam ſententiarum lib.*1. *Collationes varias lib.*1. *Miraculorum Mariæ lib.*1. *Speculum Eadmundi tranſtulit lib.*1. *Claruit año Domini* 1390. *Baleus.*

Guilhelmi *Bidenbachij, conſenſus Ieſuitarũ & Chriſtianorum in doctrina religionis. Vbi examinantur propoſitiones Confeſſionis Auguſtanæ, quibus D. Hierony. Torrenſis, ſumma totius Ieſuiticæ theologiæ cõplecti voluit. Tubingæ* 1568. *in* 4. *Papatus abnegatus, demonſtratio euidens, contra impudentem negationem & falſas gloriationes Papiſtarum noſtri temporis, quod ante annos* 60. *in Papatu eorum concionatores docuerint pro peccatis ex noſtris viribus nobis ſatisfaciendum eſſe. Tubingæ* 1569. *German. Concio in funere Ioan. Brentij habita & teſtamentum Ioan. Brentij* 1570. *Latine & German. Primum Euangelium, & antiquiſſima fides, atq; puriſſima eccleſia, ab Adamo vſq; ad Noe, concionibus explicata. Tubingæ, anno Domini* 1579. *Germanice.* * *Hic ſubitanea morte, de qua varij hominum ſermones fuerunt ſublatus eſt anno* 1575. *Simlerus in vita Bullingeri.*

Guilhelmus *Bigotius Lauallenſis, natione Gallus, ſcripſit Catoptron, ad emendationem iuuentutis factum carmen: epithalamion quoddam, & epigramma in empiricum, & alia quædam, excuſa Baſileæ apud Robert. Winter anno D.*1536.

Guilhelmus *Billingeſlay, ſcripſit epitomen Alchymiæ, lib.*1. *Claruit anno D.*1550. *Baleus.*

Guilhelmus *Blakeney Carmelita, ſcripſit Lecturas in cantica canticorum lib.*1. *Diſputationes ſubtiliſſimas lib.*1. *Claruit anno D.*1490. *Baleus.*

Guilhelmus *Blancus Albienſis, tranſtulit ex Græco ſermone in Latinum, Dionis Nicæi rerum Romanarum hiſtorias, à Ioan. Xiphilino in epitomen contractas. Liber excuſus eſt Pariſijs anno Domini* 1552.

* Guilhelmi *Bonidæ melodia* 4. *vocum cantionum Chriſtianarum. In* 4. *anno* 1579. *in Auernia Galliæ, Gallicè.*

Guihelmus *Bont Louanienſis, ſcripſit de contractibus mercatorum, & de caſibus ad pœnam mortis lege imponendam: & Diſputationem de vſuris, & de redditibus quædam.*

Guilhelmus *Botoner equeſtris ordinis, ſcripſit Antiquitates Anglicas lib.*3. *Epiſtolarũ aceruum lib.*1. *Collectiones Medicinales lib.*1. *Abbreuiationes doctorum lib.*1. *De Aſtrologiæ valore lib.*1. *Acta Domini Ioannis Faſtolfi lib.*1. *Claruit anno Domini* 1460. *Baleus.*

Guilhelmus *de Bongenilla, Neuſtrius, monachus Beccenſis ex diuerſis authoribus in Anglia collegit Chronicon ab anno Domini* M. *vſque ad ſuam ætatem, videlicet annũ Domini* 1288. *Quod opus vocatur, Vnus omnium lib.*6. *Et alia.*

Guilhelmus *Breton Franciſcanus, ſcripſit Vocabularium Bibliæ lib.*1. *In prologos Bibliorũ lib.*1. *In Elenchos Ariſt. lib.*2. *Quæſtiones Elenchorum lib.*2. *Grammaticalia quædam lib.*1. *In Porphyrij Iſagogen, lib.*1. *In prædicamenta Ariſtot. lib.*3. *In Perihermenias lib.*2. *In ſex principia lib.*1. *In diuiſiones Boetij, lib.*1. *In dicta Alexandri Neckam lib.*1. *Obijt anno Domini* 1356. *Baleus.*

Guilhelmi *Briconeti oratio contra Maximilianum, pro Ludoico duodecimo, impreſſa.*

Guilhelmus *Brixienſis ſcripſit practicam medicinæ.*

Guilhelmus *Brunyarde, Dominicanus, ſcripſit ſummam theologiæ lib.*1. *Diſtinctiones varias lib.*1. *Determinationes quoque lib.*1. *Claruit anno Domini* 1350. *Baleus.*

Guilhelmus *Budæus Pariſien. ſcripſit orationes & epiſtolas quàm plurimas, Elegias & epigrãmata diuerſa. Annotationes in quatuor & viginti Pandectarum ſeu Digeſtorum libros, impreſſ. Pariſijs, & Lugduni apud Gryphium. De aſſe & partibus eius lib.*5. *excuſi Pariſijs apud Aſcenſium año D.*1524. *in folio & Venetijs apud Aldum. Deinde aucti & recogniti Coloniæ apud Soterem, anno D.* 1528. *in* 8. *cum indice: adiecto etiam Breuiario de Aſſe & partibus eius per eundem Budæum, chartis* 45. *& dimidia, Lugduni anno* 1542. *in* 8. *poſtremo Pariſijs ab authore nouiſſime & recogniti & locupletati, apud Robertum Stephanum. De contemptu rerum fortuitarum liber, cum Annotationibus, Argentorati* 1529. *de tranſitu Helleniſmi ad Chriſtianiſmum liber, Pariſijs, de ſtudio literarum rectè & commodè inſtituendo, ad Franciſcum regem: item de Philologia libri duo, ad Henricum & Carolum Franciſcum, & Carolum Franciſci regis filios: impreſſi Baſileæ apud Walderum* 1533. *Eius epiſtolæ & Latinæ & Græcæ excuſæ Pariſijs apud Aſcenſium* 1521. *& Cratandrum Baſileæ* 1528. *cum annotationibus Iacobi Tuſani. Græcæ linguæ commentarij, excuſi Pariſijs, Coloniæ, & Baſileæ apud Bebelium,* 1530. *Et poſtremo ab authore accurate recogniti & plus tertia parte aucti, Pariſijs apud Robertum Stephanum anno* 1548. *Eiuſdem forenſium verborum & loquendi generum commentarius, Pariſijs apud Robertum Stephanum* 1545. *Eorundem Gallica interpretatio de foro Pariſienſi*

*ſumpta*

ſumptu, cum indice, ibidem impreſſa eſt. Eius de ponderibus & menſuris quædam, prius non viſa, cum neſcio quibus aliorum opuſculis impreſſa. Ex Græcorum ſcriptis Latina fecit, Ariſtotelis et Philonis libros de mundo, Baſileæ apud Walderum, 1533. cum Cleomede. Plutarchi opuſcula quædam moralia, nempe de placitis Philoſophorum lib. 5. de tranquillitate animi lib. 1. de fortuna Romanorũ, lib. 1. de fortuna et virtute Alexandri lib. 2. impreſ. Baſileæ apud Cratandrum, cũ Latinis aliquot Plutarchi moralibus libris. Poſtremo omnia Budæi opera tomis aliquot Baſileæ excuſa ſunt in folio. Claruit anno Dom. 1524. * Eiuſdem gallicus libellus, cui titulus: Teſtimonium temporis, ſiue doctrinæ ad Principis Inſtitutionẽ. In 8. Lugduni 1547.

Guilhelmus Budæus, alius à ſuperiore, doctor medicus: cui dialogum anatomicum Guilhelmus Chriſtianus dedicauit.

Guilhelmus Butler Franciſcanus, ſcripſit Lecturam ſententiarum lib. 4. Contra tranſlationem Anglicam, lib. 1. De Indulgentijs Papalibus lib. 1. Quæſtiones aliquot lib. 1. Claruit anno Do. 1410. Baleus.

Guilhelmus Bynham monachus ſcripſit contra Wicleui propoſitiones lib. 1. Claruit anno Domini 1370. Baleus.

Guilhelmus Byntre Carmelita, ſcripſit Lectiones in cantica Salom. lib. 1. Quæſtiones 42. ordinarias lib. 1. Determinationes Theologiæ lib. 1. Paupertatis defenſorium lib. De Diuæ virginis laude, lib. 1. De Latini ſermonis ornatu lib. 1. Sermones quoq; varios lib. 1. Obijt an. Domini 1493. Baleus.

Guilhelmus Baluſfordienſis, natione Anglicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmeli, ſcripſit lecturam quandam lib. 1. Sermones de tẽpore, lib. 1. Sermones de ſanctis, lib. 1.

Guilhelmus Campdenier, hiſtoriographus, patria Toloſanus, ſcripſit Chronicon, lib. 1.

* Guilhelmi Canderſini de oppugnatione Conſtantinop. Nigroponti. Rhodo. In fol. Baſileæ anno Domini 1556.

Guilhelmi ~~Canteri Vltraiectini Nouarum lectionum libri octo, editio tertia recens aucta.~~ Eiuſdem de ratione emendandi Græcos auctores ſyntagma. Antuerpiæ excuſ. apud Plantinum anno Domini 1571. in octauo. Euripidis tragœdiæ 19. eiuſdem opera ab infinitis mendis purgatæ ſunt, carminum omnium ratione hactenus ignota, nunc primum ab eodem prodita. Ibidem decimoſexto. Ariſtidis orationes ab eodem in linguam Latinã tranſlatæ, excuſæ Baſileæ à Petro Perna. Animaduerſiones in officia Ciceronis, apud Plantinum anno Domini 1568. * Eiuſdem opera Æſchyli Tragœdiæ VII. nunc denuo caſtigatiores editæ ſunt. In 16. Antuerpiæ, Græcè. Scripſit item in Sophoclis Tragedias VII. Caſtigationes. 8. Antuerpiæ 1580.

Guilhelmus Cantuarienſis, Anglus, monachus Benedictinus, ſcripſit de vita & paſſione Thomæ lib. 1. de viſionibus poſt mortem lib. 1. de miraculis eiuſdem lib. 1. Vixit anno Domini 1190.

Guilhelmus Caſſador, epiſcopus Algarenſis, Rotæ auditor, ſcripſit deciſiones Rotæ, Item deciſiones ſuper regulis cancellariæ.

Guilhelmus Caſtellus, ſeu Caſtalius, Gallus, Turonen. ſcripſit Sibyllinum de iudicio extremo carmen, eglogam, cui nomen Eumorphus, carmen de ſtultis mulierum votis. Dialogum in Iacobi Fabri Stapulenſis laudem, elegiarum lib. 1. epigrammatum lib. 1.

Guilhelmus Caxton, Anglus, ſcripſit mundi Chronicon, magni laboris opus, quod vocauit fructum temporum lib. 7. deſcriptionem Britanniæ li. 1. vitam Diui Eduardi, Hiſtoriam Arthuri regis. Ex Latino vero in Anglicum ſermonem tranſtulit Catalogum ſanctorum Angliæ. Claruit 1538.

Guilhelmus Cœnobita, Chronographus peritus, ſcripſit hiſtoriam Normannorum lib. 7.

Guilhelmus Chiburgus Normannus, ob Thomæ Cantuarienſis necem in Anglos ſcripſit carmine ſuper morte eiuſdem Thomæ lib. 1. Claruit anno 1170. Baleus.

Gulielmi à Choul Allobrogum præfecti, libri De caſtrametatione Romanorum: De religione Romanorum & numis antiquis, Gallico & Italico ſermone conſcripti. Lugduni apud Rouilium in folio. Inſcriptiones totius Galliæ, opus antiquum & Latinum, cum ſcholijs eiuſdem. De antiquitatibus Romanorum, Gallico ſermone. De balneis & thermis antiquorum, & exercitationibus Græcorum et Romanorum. Ferocium animalium liber Gallico et Latino ſermone.

Guilhelmus Chriſtianus Aurelius, ſcripſit libellum Gallicum, inſcriptione Philalethes, de erroribus anatomicis partium aliquot humani corporis, in vſum Chirurgorum, cum præfatione Latina ad Guilhelmum Budæum.

Gulielmus Chubbes ſcripſit inter cætera, Introductionem Logices lib. 1. Declarationem Scoti in ſecundo lib. 1. Claruit anno 1500.

Guilhelmus Cnutelius V.I.D. Conſilia ſiue reſponſa Claudij Cantiunculæ primum in lucem edidit. Coloniæ anno 1571. in folio.

Guilhelmus Coaſinus (vel Caoerſinus) Rhodiorum cancellarius, ſcripſit hiſtoriam de oppugnatione Rhodi, quam Ioan. Adelphus Argentinenſis ex Latina lingua in Germanicã tranſtulit, impreſſ. Argentorati, anno Domini 1513.

Guilhelmus Cockforde Anglus, Carmelita, ſcripſit Lecturam Theologiæ libr. 4. in Canticum Moſi. Sermones de tempore & ſanctis lib. 2. poſtillas ſcripturarum. Vixit anno Domini 1380.

Guilhelmus Codelenius commentarium Antonij Genfrei de aula Turcica Othomanicoq; imperio, è Gallica in Latinam linguam conuertit. Baſileæ anno Domini 1573.

Guilhelmus de Couches, Normañus, magnus philoſophus, ſcripſit philoſophiam vniuerſalem lib. 1. De naturis inferiorum, ſeu philoſophiam primã lib. 1. De Superiorum naturis, ſeu philoſophiam ſecundam lib. 1. Sunt autem duo magna volumina, ante multos annos impreſſa.

Guilhelmus Conuentre, natione Anglus, Car



Digitized by Google

*melitani inſtituti monachus, ſcripſit de laude Religionis lib.2. ſcutum Carmelitarum lib.3. de regula, & confirmatione lib.1. præconia virginis glorioſæ lib.1. Annales breuiores, Elucidarium fidei, Compendium hiſtoriarũ, Aduerſus peccata, & Carmina diuerſi generis. Vixit anno Domini* 1360.

Guilhelmus *Copinger, Anglus, ſcripſit de vitijs & virtutibus lib.1. Sacramentale quoq; lib.1.*

Guilhelmus *Copus, Baſilienſis medicus, inter Galeni ſcripta tranſtulit, de locis affectis lib.6. de morborum differentijs lib.1. de morborum cauſis lib.1. de ſymptomatum differentijs & cauſis lib.3. qui omnes cum Latinis Galeni operibus, varijs in locis excuſi ſunt. Item Pauli Æginetæ præcepta, Hippocratis prognoſtica.*

Guilhelmi *Cornhuyſij Baliolani, Digeſtorũ ſeu Pandectarum Iuris ciuilis Partitio & Methodus. Antuerpiæ in officina Plantini.*

Guilhelmus *de Cremona, Italus 12. magiſter generalis Eremitarũ D. Auguſtini, epiſcopus Nouarienſis, ac Romanæ eccleſiæ Cardinalis, ſcripſit, Expoſitiones Euangeliorum lib.4. Commentarios ſententiarum, lib.4. De authoritate eccleſiæ, lib.1. Orationes elegantes lib.1. Et alia. Claruit* 1340.

Guilhelmus *de Cunio, natione Gallus, ſcripſit ſuper ff. veteri lib.24. ſuper Codice quoq; lib.9. ſuper 1. & 2. Cod. De exemptionibus, De muneribus, De ſecuritate. Claruit anno Domini* 1310.

Guilhelmus *Dalton, Anglus, doctor in medicinis, ſcripſit quandam practicam lib.1.*

Guilhelmus *Dorochius iuriſconſultus opus compoſuit quod vocat ſummam auream lib.1. Tractatum de occultis lib.1. Baleus.*

Guilhelmus *Dorotheus Venetus, tranſtulit è Græco in Latinum ſermonem, commentaria Simplicij in decem Categorias Ariſtotelis, cum ſex principijs ab eodẽ authore editis 1541. excuſa Venetijs, item Alexandri Aphrodiſei in octo libros Topicorum Ariſtotelis cõmendationem 1541. Ioan. Grammatici Philoponi in 4. Ariſtotelis libros de naturali auſcultatione expoſitionem, impreſſam 1539. & 1542. Venetijs. Item Cõmentarios eiuſdem in duos libros priorum Ariſtotelis, qui impreſſi ſunt Venetijs apud Scotum, anno D. 1541. in fol. chartis 45.*

* Guilhelmi *Douiacij conſiliarij Regij in Parlamento Tholoſatum, enarratio in reſponſa Iuriſconſultorum naturalia primæ & ſecundæ partis Digeſtorum. In 4. Pariſijs: apud Sebaſtianum Niuellium, anno* 1583.

Guilhelmus *de Droreda, Anglus, libellum de iudiciorum ordine compoſuit, & fuit Oxoniæ ordinarius lector. Nomencl. I. C.*

Guilhelmi *Durandi cõmentaria in libellum Ioannis Sulpitij Verulani de moribus in menſa ſeruandis, excuſa Lugduni à Claudio Marchani, anno Domini* 1554.

Guilhelmus *Duranti, epiſcopus Miniacenſis, ſcripſit ad Ottobonum Cardinalem S. Hadriani, poſtea ſummum pontificem Hadrianum quintum, egregium opus, quod vocauit ſpeculum iuris, diſtinctum libris 3. repertorium iuris librum 1. & Rationale diuinorum lib.8. impreſſum Lugduni 1516. & 1551. & Antuerpiæ 1570. Idem ſcripſit Commentarium in ſacroſanctum Concilium Lugdunenſe, ſub Gregorio X. celebratum: excuſum Fani apud Iacobum Moſcardum 1569. in quarto. Claruit anno* 1236.

Guilhelmus *Egumonde, natione Anglus, ordinis ſancti Auguſtini, ſcripſit replicationes ſcholaſticas lib.1. Sermones ad plebem. Vixit anno Domini* 1390.

Gulielmi *Eiſengreinij Centenarij duo Hiſtoriæ eccleſiaſticæ, aduerſus nouam hiſtoriam Magdeburgenſium, quàm Matthias Illyricus & eius collegæ nuper ediderunt Monachij in folio.*

Guilhelmus *Encourt, Anglus, Dominicanus, ſcripſit Lecturam in Eccleſiaſten, lib.1. Sermones per annum lib.1.*

Guilhelmus *Elphinſton, natione Scotus, Albonenſis epiſcopus, ſcripſit Antiquitates Scotorum, & Conciliorum ſtatuta librum 1. Claruit anno Domini 1480. Laudat hunc valde Boſtonus Burienſis in magno ſcriptorum catalogo, ob ſingularem eruditionem. Vixit circa annum* 1340.

Guilhelmus *Exceſtre Canonicus, ſcripſit pro proprietate Eccleſiæ li.1. De paupertate contra fratres lib.1. De generatione Chriſti lib.1. Claruit anno 1530. Baleus.*

Gulielmus *Farellus, miniſter eccleſiæ Neocomenſis, qui primus noſtro tempore euangelium apud Allobroges annuntiauit, edidit themata quædam diſputanda Baſileæ, excuſa ibidem Latine & Germanice. Extat eiuſdem diſputatio Bernæ habita Latine, anno* 1528.

* Guiliel. *Feuguerei Rothomagenſis in Acad. Leydenſ. Theol. Profeſſoris Reſponſa ad cuiuſdam obſcuri Inquiſitoris in Zelandia deliteſcentis, de Eccleſiæ perpetuitate & notis, deq; alijs quinque eodem pertinentibus capitibus, Quæſtiones. 8. In noua Academia Lugdunenſi in Batauia. Eiuſdem propheticæ & Apoſtolicæ, id eſt, totius diuinæ ac Canonicæ ſcripturæ theſaurus: In locos communes rerum, dogmatum ſuis diuinis exemplis illuſtratorum, & phraſeôn ſcripturæ familiarium ordine alphabetico digeſtus. In folio Lauſannæ excudebat Franciſcus le Preux* 1580.

Guilhelmus *Fiſcanenſis monachus, patria Normannus, ſcripſit de officijs eccleſiaſticis lib.1. Hæc Turſtinus Abbas Glaſconienſis in Anglia, Gregorianis officijs prætulit, in quietatione multorum, anno* 1082.

Guilhelmus *Flete, ordinis Eremitarum D. Auguſtini, ſcripſit ad prouincialem eorum Epi.1. Ad doctores prouinciæ Epiſt.1. Ad fratres in communi Epiſt.1. Prædictiones ad Anglos lib.1. Epiſtolas ad diuerſos lib.1. Claruit anno 1380. Baleus.*

Guilhelmus *Foluyle, minorita, ſcripſit contra Cantabrigienſium magiſtrorum ſtatutum, Propriis induendis lib.1. Obijt anno 1384. Baleus.*

Guilhelmus *Forlean, natione Brito, ordinis S. Franciſci, ſcripſit ſuper ſententias lib.4. Quæſtiones varias lib.1. et alia plura. Vixit anno* 1470.

Guilelmi

Gulielmi Fornerij anteceſſoris Aurelij, ſelectionum libri duo. Aureliæ 1571. quarto.

Gulielmus Framigamus, Anglus Nordouolcus, ſcripſit ſoluta oratione, de continentia libros duos. De conſolatione ad Æmilianum cæcum lib. verſu hexametro & Pentametro. Laurentium, in quo D. Laurentij martyrium deſcribit heroico carmine. Ἐκπυρίτιδα ſeu incendium Sodomorum verſu item heroico. Idololatram, in quo notat carmine Choriambico gliconio eos qui numinis honorem ad idola tranſtulerunt, guloſos ventres colere Deos tradit: bibaces Bacchum, &c. Ἀρετὴν virtutem. Epigrammatum librum. Scripſit in hos libros ſcholia & commentarios Ioannes Caius Britannus.

Guilhelmi Fulconis Angli Metpomaxia ſiue ludus Geometricus. 4. Lugduni.

Guilhelmus Fulginas, monachus Franciſcanus, Bonauenturæ opera in compendium redegit. Volaterranus.

Guilhelmus Galion monachus, ſcripſit Conciones per annum lib. 2. Lecturam Theologiæ lib. 1. Diſputationes varias lib. 1. Obijt año 1507. Baleus.

Guilhelmus Gallicus, frater ordinis prædicatorum, ſcripſit librum qui dicitur Præparate.

Guilhelmi Gaudani cuiuſdam carmina, typis vulgata. Eiuſdem fabulæ impreſſæ in 4. vt habetur in indice officinæ Baſilienſis Heruagij. Forſan is qui poſt Guilhelmus Hermannus Gaudenſis nominatur.

Guilhelmus Gemeticenſis, Normannus, monachus, ſcripſit Chronicon ſuorum Normannorum lib. 1. Hiſtoriam de Anglorum regibus lib. 1. Officiariū eccleſiæ quoq; lib. 1. Claruit año 1160. Baleus.

Guilhelmus Geyneſburg, Anglus, Franciſcanus, & Wigornienſis demum epiſcopus, ſcripſit Diſceptationum ſcholaſticarū lib. 1. & Sermones ad vtrunque ſtatum. Vixit anno 1310.

Guilhelmus Gillingham, monachus, congeſſit ſcriptorum ſui ordinis lib. 1. De rebus Cantuariorum lib. 1. Claruit anno 1390. Baleus.

Guilhelmus Gnapheus Hagienſis, ſcripſit de filio prodigo Comœdiam, quæ impreſſa eſt Coloniæ apud Gymnicum 1540. Eiuſdem Tragicocomœdia Hypocriſis inſcripta, de falſa religione, ficta diſciplina, & ſupplicio, deq; pſyches calamitate, & reſtituta illi per veram pœnitentiam ſalute: impreſ. Baſileæ 1544. Eiuſdem comœdia Miſobarbarus, impreſ. Baſileæ puto. Scripſit etiam eloquentiæ triumphum carmine vario & erudito, excuſum Coloniæ apud Martinum Gymnicum, anno 1551. Idem ſcripſit vitam Ioannis Piſtorij à Worden, qui ob euangelicæ doctrinæ aſſertionem, apud Hollandos, anno 1525. exuſtus eſt. Item apologeticam orationem conſcripſit pro captiuo Wordemate: de indicto ſacerdotibus cœlibatu. Liber excuſus eſt Argentorati apud Wendelinum Rihelium, anno Domini 1546. octern. 10.

Guilhelmus Gratarolus Bergomenſis, medicus, ſcripſit librum de memoria reparanda, augenda ſeruandaq; omnimoda remedia & præceptiones continentem. Item librum de prædictione morum naturarumq; hominum facili, ex inſpectione partium corporis. Ambo excuſi Tiguri apud Andream Geſnerum octern. 10. & Baſileæ à Nicolao Epiſcopio. Prognoſtica naturalia de temporum mutatione perpetua, ordine literarum, Baſileæ à Iaco. Parco excuſa, anno D. 1552. chartis 2. Adiecta ſunt vndecim ſigna terræmotus ex Ant. Mizaldo. De thermis Rhæticis, & vallis Traſchurij agri Bergomatis librum, Venetijs impreſſ. à Iuntis, cum diuerſorum authorum ſcriptis de Balneis. Compendium de tuenda valetudine literatorum, & eorum qui magiſtratu funguntur, illorum præcipue, qui in ætate conſiſtentiæ vel ab ea parum abſunt. De notis Antichriſti. De vini natura, artificio & vſu, deq; re omni potabili. Item, de memoria reparanda conſeruandaq;. De prædictione morum naturarumq; hominum, &c. Prognoſtica. De tuenda valetudine in vniuerſum. De literatorum conſeruanda valetudine. De peſte. Theſes de peſte. Hæc omnia vno volumine impreſſa ſunt Baſileæ in 8. Scripſit Praxim medicam. Correctiones & additiones in librū Italicum falſo attributum C L. V. Gab. Fallopio, cui titulus eſt, Secreta Fallopij. Cenſuram in primum librum Alexij Pedemontani, in quo medica tractat. Modum faciendi quintam eſſentiam ſimplicem. De viribus, vſu ac miſtione aquæ ardentis. Equorum & domeſticorum aliquot animalium remedia, annis 25. vndiq; collecta. Edidit etiam cum præfatione & gloſſulis Petrum Pomponatium de cauſis occultorum effectuum, ſeu de incantationibus. Ioannem de Rupeciſſa, de extractione quintæ eſſentiæ omnium rerum, potiſſimum pro vſu medico: quem auxit optimis rebus eiuſdem aut ſimilis argumenti. Chemicorum præcipuorum volumen, cum præfationibus, prolegomenis, & obſcurorū aliquot locorum declarationibus. Idem opus denuo correxit & auxit pro ſecunda editione. Præterea aliorū opera partim dudum edita, partim nunquam ante publicata correxit, vti ſunt: Petri de Abano vel Apano libellus de venenis, ad manuſcriptum exemplar correctus: cui adiecit multa eius argumenti vtiliſſima, nec antea edita. Chirurgicus libellus per iuſta capita diſtinctus, Gallice ſcriptus ante annos 135. Scriptores qui conſilia & curationes de ſudore Anglico, annotarunt. Theatrū Galenicum Mundellæ, completum, & in meliorem ordinem redactum. Thaddæi Florentini & Guilielmi de Brixia conſilia medica. *Eiuſdem proficiſcentium ſeu magnis itineribus diuerſas terras obeuntium medicina. Coloniæ. Petrus Horſt, 1571. Veræ alchimiæ modus. In 4.

Guilhelmus Graye in patrio ſermone, ſcripſit diuerſi generis rhythmos lib. 1. Obijt anno Domini 1151. Baleus.

Guilhelmus Gregorius, natione Scotus, ſcripſit de duplici poteſtate lib. 1. elucidationes ſententiarum lib. 4. quæſtiones Veſperales lib. 1. in politica Ariſtotelis lib. 8. de triplici animæ potentia, lib. 1. de regno Chriſti æterno lib. 1. de triplici principatu lib. 1. de ſcripturæ ſenſibus lib. 3. ad vocabulare Theologicum librum vnum, collectiones Sorbo-



Digitized by Google

nicas lib.1. De diſciplina iuniorum lib.1. De ſacra ſynaxi lib.1. In Pſalterium commentarios lib.1. Sermones in Euangelia et epiſtolas per anni circuitum lib.2. Vixit anno 1527.

Guilermus Grenæ, Anglus, Carmelita, ſcripſit quaſdam collectiones, quas Hagiologum carmelitarum vocabat, lib.1. Vixit anno 1470. Baleus.

Guilhelmus Griſant, Anglicus, profeſſione medicus, ſcripſit Speculum aſtrologiæ lib.1. De quadratura circuli lib.1. De motu capitis lib.1. De magnitudine Solis lib.1. De qualitatibus aſtrorum li.1. De ſignificationibus eorundem lib.1. De vrina non viſa lib.1. De indicio patientis lib.1. De cauſa ignorantiæ lib.1. Claruit ſenex anno Domini 1350. Baleus.

Guilhelmus Grocinus, ſcripſit Grammaticam quandam lib.1. Notulas in Terentium lib.1. Contra Hoſtiolum Wicleui lib.1. Vulgaria puerorum lib.1. Iſagogicum quoddam li.1. Epiſtolas ad Eraſmum & ad alios lib.1. Claruit anno 1510. Baleus.

Guilhelmus Guarronis, vel de Vuarra, ordinis S. Franciſci, ſcripſit ſuper ſententias lib.4. quæſtiones ordinarias lib.1. In opera Ariſtotelis libros plures. Lecturas ſcholaſticas lib.1. Vixit anno Domini 1270.

Guilhelmus monachus Haffligemen, cœnobij, ordinis ſancti Benedicti, Germanus, ſcripſit ſermones non inutiles lib.1. Viſiones cuiuſdam monialis lib.1. De vita ſanctæ Lutgardis lib.1.

Guilhelmi Hamburgenſis decani, Repetitio c. Adhæc de Appellat: manuſcripta apud M. Dreſſ.

Guilhelmus Hanetonius de ordine & forma iudiciorum ſcripſit. Liber impreſſus Francofurti et Duaci, anno 1570.

Guilhelmus Hanabergus, Carmelita, edidit Quæſtiones ordinarias lib.1. Determinationes celebres lib.1. Lecturas in Theologia lib.1. Sermones quoque varios lib.1. Obijt ſenex anno Domini 1311. Baleus.

Guilhelmus Harſyk Carmelita, ſcripſit Diſtinctionum theologicarum lib.1. Claruit anno D. 1410. Baleus.

Guilhelmus Haukyns, congeſſit carmine Methodum in Matthæum lib.1. In Marcum quoq; lib.1. Annotationes in Matthæum lib.1. In Marcum annotationes lib.1. De ſacrilegio lib.1. Baleus.

Guilhelmi Herboroch Alemanni, Deciſiones Rotæ, manuſcriptæ apud M. Dreſſerum.

Guilhelmus Herbert, ſcripſit Quodlibeta quædam lib.1. In Apocalypſim Ioannis lib.1. Obijt anno 1333. Baleus.

Guilhelmus Heruye, Sudouolgius, monachus, ſcripſit Quæſtiones ordinarias lib.1. Problemata diſputata lib.1. Lecturæ ſcholaſticæ lib.1. Baleus.

Guilhelmi Hermanni Gaudenſis odarum ſylua extat. Idem fabulas aliquot Aniani ex Græcis Latinas fecit.

Guilhelmus Heyenſbery artium candidatus, exarauit Sophiſmata ſubtiliſſima li.1. Regulas conſequentiarum lib.1. De ſenſu compoſito lib.1. Dialecticam quandam lib.1. Concluſiones ſophiſticas lib.1. De prædicamentis lib.3. Regulas grammaticales lib.1. Claruit anno Domini 1380. Baleus.

Guilhelmi Hilacenſis Sermones in orationem Dominicam: citatur alicubi ſermone 33. Vixit circa annum Domini 1469.

Guilhelmus ab Hirnkofen, Arnoldi de Villa noua libellum de vini præparatione in Germanicum ſermonem tranſtulit.

Guilhelmus abbas Hirſaugienſis cœnobij, in diœceſi Spirenſi, natione Germanus, ſcripſit Conſtitutiones monachorum lib.1. De muſica & tonis li.1. De horologio lib.1. De correctione Pſalterij lib.1. Ad ſanctum Anſelmum Cantuar. epiſcop. 3. epiſtolarum ad diuerſos lib.1. & alia quædam. Claruit anno 1090. Philoſophicarum & Aſtronomicarum inſtitutionum huius authoris libros 3. Henricus Petrus excudit Baſileæ.

* Guilhelmi Holderi liber editus, hoc titulo, Caluinianus candor. Hoc eſt, de eximia pietate, fide, doctrina & modeſtia Theodori Bezæ, qui Caluiniani dogmatis faſcino (vt titulus habet) dementatus, alios etiam demẽtare conatur, admonitio altera. 4. Tubingæ, anno 1582.

Guilhelmus Holme, Anglus Franciſcanus, aliorum medicorum deflorator, ſcripſit de ſimplicibus medicinis lib.1. Claruit anno D. 1415.

Guilhelmus Horman Sariſburienſis, ſcripſit Penultimarum ſyllabarum tempora lib.1. Indices Chronicorum lib.1. Sophicos flores lib.1. Anatomiam membrorum lib.1. Herbarum ſynonyma lib.1. Collectanea diuerſorum lib.1. Farraginem plurium lib.1. De orthographia lib.1. Anatomiam corporis humani lib.2. Antiboſſicon in Whittingtonum lib.1. Vulgaria puerorum lib.1. Farraginem hiſtoriarum lib.1. De arte dictandi lib.1. Super ſecundo regis connubio lib.1. Compendiũ Guil. Malmeſbury lib.1. Faſcem rerum Britannicarum lib.1. Apothecam carminum iucundiorum lib.1. Elegiã in mortem Lilij carm.1. Apologeticon in Protonatem lib.1. In Theologiam Gabrielis Biel lib.1. Orationes & carmina lib.1. Epiſtolas ad diuerſos lib.1. In hos authores & libros, indices ſcripſit. In Catonem de re ruſtica, Tab.1. In Varronem de re ruſtica tab.1. In Columellam de re ruſtica tab.1. In Palladium de re ruſtica tab.1. In chronica Sabellici tab.1. In hiſtoriam Venetorum eiuſdem tab.1. In moralia Æſopi tab.1. Obijt anno 1535. Baleus.

Guilhelmus Hornburg, ſcripſit lecturas ſuper quartum Decretalium.

Guilhelmus Hothun Anglus, Dominicanorum per Angliam prouincialis, ſcripſit ſuper ſententias lib.4. de vnitate formarum lib.1. Lecturas ſcholaſticas. Vixit anno D. 1298.

Guilhelmus Houpellandus, patria Picardus, Boloniæ natus, ſcripſit de immortalitate animæ lib.1. Archipreſbyter tandem S. Seuerini, Pariſijs ſenex & decrepitus obijt regnante Carolo VIII.

Guilhelmus Hugh Eboracenſis, cõpoſuit Turbati hominis medicinam lib.1. Et ad Catherinã Parram reginam, quòd infantes abſq; baptiſmo decedentes, temere nõ ſunt iudicandi lib.1. Obijt 1549. Bal.

Guilhelmi

Gulielmi *Inſulani Menapij Greuibrugenſis, præpoſiti eccleſiæ D. Adalberti Aquenſis, Encomium febris quartanæ, impreſſum 1542. Baſileæ apud Ioan. Oporinum. Adiecta etiam ratione curandi febrim eandem, ex diuerſis authoribus collecta. Aula, quo libello partim refelluntur & deriuantur, partim attenuantur criminationes in aulam Æneæ Syluij & Vlderici Hutteni: Liber impreſſus Coloniæ, 1539. eiuſdem Sylua, ſeu Miſcellanea obſeruationum linguæ Latinæ, & oratio funebris in obitum D. Eraſmi Rot. impreſſa Baſileæ apud Rob. Winter. Oratio ſuaſoria ad Carolum V. Cæſarem, & Franciſcum Galliarum regem, de pace & concordia inter ipſos conſtituenda: idem excudit 1537. Guilielmi Inſulani (eiuſdem puto) dialexis de euchariſtia, excuſa Coloniæ apud Ioannem Gymnicum, anno 1542. octern. 6.*

Guilhelmus *de Ioncono, Auguſtinianus Toloſæ, ſcripſit ſuper Euangelia totius anni lib. 2. Sermones quadrageſimales lib. 1. De feſtiuitatibus ſanctorum lib. 1. Sermones quinquaginta lib. 1. Et alia. Claruit anno 1410.*

Guilhelmus *Iordan, ſcripſit contra poſitiones Vuicleui lib. 1. Pro mendicitate contra Vtredum lib. 1. Quæſtiones de conceptione lib. 1. Claruit anno 1370. Baleus.*

Guilhelmus *Iue vel Iuæus, theologicæ profeſſionis doctor, ſcripſit contra hæreſim de mendicitate Chriſti lib. 1. Lecturas Oxonij lectas lib. 1. In minores prophetas lib. 12. De Chriſti Dominio lib. 1. Sermones ad Clerum lib. 1. Determinationes quoque lib. 1. Claruit anno 1464. Baleus.*

Gulielmi *de Iunera, arbor Iuriſdictionum.*

Guilhelmus *de Kayotho, ordinis fratrum Prædicatorum, Prior prouincialis in Francia, Summam Ioannis Theuthonici, quæ confeſſorum dicitur, abbreuiauit lib. 1. Scripſit etiam Sermones diuerſos lib. 1.*

* Guilhelmi *Klebitij reſponſio ad themata Merlini Stoſſelij, Heshuſij, Cunij, de ſacra Synaxi. In 8. Bremæ 1560. Eiuſdem de fundamento ſalutis pia & vtilis admonitio, multas ſymboli Apoſtolici corruptelas detegens. Loſannæ 16. apud Ioannem Ribittum 1553. Demonſtratio theologica, in qua oſtenditur. I. Non omnem quæſtionem formatam per aduerbium Quomodo, incredulitatis eſſe argumentum. II. Modum ineffabilem quo Heshuſius ſoluit omnem nodum, multorum hæreticorum eſſe antiquum effugium. Loſannæ apud Ribittum an. 1563. Demonſtratio erroris Hesbuſiani, de præſentia Iudæ in cœna Domini iuxta deciſionem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ibidem eodem anno. Scripſit & alia quædam, &c.*

Guilhelmus *Kyngesham, Dominicanus, ſcripſit Lecturam in Eccleſiaſticum lib. 1. Sermones quoque varios lib. 1. Baleus.*

Guilhelmus *Lamarenſis, ordinis fratrum minorum, compoſuit varia in ſcripturis opuſcula, è quibus iſta feruntur. Super ſententias lib. 4. Correctorium operum Thomæ lib. 1. Additiones in Bonauenturam lib. 1. & quædam alia. Vixit anno 1208.*

Guilhelmus *Lanthonienſis genere Britannus monachus, ſcripſit vitam Roberti Betunenſis lib. 1. Claruit anno 1230. Baleus.*

Guilhelmi *Lapidani Veruiacenſis methodum dialecticam, Gryphius impreſſit Lugduni.*

Guilhelmus *Lateranenſis, citatur in chronicis Ioannis Cuſpiniani.*

Guilhelmus *Latimerus, theologus, ſcripſit ad Eraſmum epiſtolas longiſſimas lib. 1. Claruit anno 1530. Baleus.*

Guilhelmus *de monte Laudinio, abbas monaſterij Pictauienſis, ordinis D. Benedicti, ſcripſit de ſacramentis lib. 1. ſummam de caſibus lib. 1. declarationes varias ſuper Clementinas etiam, vt citatur in Summa Angelica, & alibi.*

Guilhelmi *Lemnij epiſtola ad Leuinum Lemnium patrem, qua obiter indicat, educationem in animis hominum plus efficere quàm aeris ambientis aut loci qualitatem, Antuerpiæ Martinus Nutius anno 1554.*

Guilhelmus *Lemſter Herdfordienſis, doctor ordinis mendicantium, concinnauit Collationes ſententiarum lib. 4. Quæſtiones theologiæ librum vnum. Baleus.*

Guilhelmi *Leporei Auallonenſis artem memoratiuam, Aſcenſius Pariſijs impreſſit.*

Guilhelmus *Leyceſtre, theologicæ cognitionis profeſſor, ſcripſit Homilias 287. per annum lib. 1. Speculum pœnitentiæ lib. 1. Speculum pœnitentis lib. 1. De ſacramentis eccleſiæ lib. 1. Flores ſapientiæ lib. 1. Summam breuem lib. 1. Numerale quoddam lib. 1. Summam numerorum lib. 12. Diſtinctiones Theologiæ lib. 1. Similitudinarium lib. 1. De tropis ſcripturarum lib. 1. De aduentu Domini lib. 1. Expoſitiones Euangeliorum lib. 1. Carmen alphabeticum gloſſarum lib. 1. Expoſitiones Epiſtolarum lib. 1. Super agnitione peccati lib. 1. De bonitate mulierum lib. 1. Ad quaſdā moniales lib. 1. Concordantias bibliorum lib. 1. Claruit anno 1210. Baleus.*

Guilhelmus *Lilius, Anglus, Mori olim ſodalis, cum quo vertendis Græcis epigrammatibus colluſit, ſcripſit rudimenta Grammatices lib. 1. Octo partium ſyntaxin lib. 1. de generibus nominum lib. 1. de verborum præteritis lib. 1. de formandis moribus lib. 1. Apologiam ad Whittyngtonum lib. 1. & diuerſi generis carmina & epiſtolas. Claruit anno Domini 1520. Liber eius de grammatica impreſſus Baſileæ apud Bebelium, & Cratandrum, anno Domini 1532.*

Guilhelmus *de Lincolnia, monachus Carmelita, ſcripſit XXV. Quæſtiones in magiſtrum ſententiarum, lib. 1. Oppoſitiones ſcolaſticas lib. 1. Claruit anno Domini 1360. Baleus.*

Guilhelmi *Lindani Dordraceni, qui poſtea factus epiſcopus Ruremundanus, ſe Guilhelmum Damaſum Lindanum nominauit, Panoplia Euangelica, ſiue de verbo Dei Euangelico lib. 5. Coloniæ excuſ. anno Domini 1560. in folio. Ruewardus dialogus, de animi tranquillitate vbinam inuenienda ſit: ab Hermanno Baumgartnero translatus in Germanicam linguam. Apologetica ad Germanos, pro*

religionis Catholicæ pace & concordia, cui inſerta eſt reſponſio ad codicem diuo Ferdinando Auguſto, pro confeſeſſione Auguſtana, anno Domini, 1562. ab electoribus quibuſdam oblatum, & anno Domini 1565. ab Anonymis quibuſdam defenſum. Antuerpiæ excuſ. anno Domini 1578. in quarto. Apologetici ad Germanos pro religionis Catholicæ pace atq; ſolida eccleſiarum concordia, pars altera. Ibidem anno Domini 1570. Oratio Synodica habita in ſynodo altera Reuremundenſi, & conſtitutiones ſynodales in hoc conuentu publicatæ, anno Domini 1571. Celeuſma, id eſt, exhortatio mutui operis in re eccleſiaſtica, ad preſbyteros tam ſuperioris quàm inferioris capituli Hagnonienſis. Coloniæ impreſ. anno Domini 1568. Catechiſmi Tridentini inſtitutiones ſcholaſticæ, puerorum ingenijs accommodatæ, vt in ſcholis doceri queant. Ibidem anno Domini 1571. Dubitantius dialogus, Latine ab auctore ſcriptus, & in Germanicam linguam à Iacobo Rabo tranſlatus. De ſapientia cœleſti, quidnam in piorum pectoribus operetur, ad Sophiam Lindanam Ieſu Chriſti ſponſam commentariolus. Antuerpiæ excuſ. apud Plantinum. De vera Chriſti eccleſia, vbinam locorum nunc tempeſtatis certo iuxta ac infallibiliter inuenienda, ad Georgium Maiorem, cæteroſq; Academiæ Witebergicæ theologos. Coloniæ excuſ. anno Domini 1572. in octauo. Paraphraſis in Pſalmos Dauidicos iuxta veterem Catholicæ eccleſiæ verſionem, tomus primus: qui habet decades Pſalmorum tres, Antuerpiæ apud Plantinum anno Domini 1572. in quarto. Paraphraſes in Pſalmos qui ad laudes antelucanas quotidie decantantur. Antuerpiæ ibidem anno 1573. * Eiuſdem Meditationes in aureum illum Pſalmum 118. Beati immaculati in via, quatuor libellis expoſitæ. 8. Coloniæ apud Cholinum. Speculum ſacerdotalium, orationum & meditationum cœleſtium. 12. Coloniæ. Myſticus Aquilo, ſeu declaratio Vaticinij Ieremiæ Prophetæ: Ab Aquilone pandetur malum, cum adiuncta epiſtola de eodem negotio. 8. Coloniæ apud Alectorium, anno Domini 1580. Scripſit item librum hoc titulo, De fugiendis noſtri ſeculi idolis, nouiſque ad vnum omnibus iſtorum Euangelicorum dogmatibus, nefarijsq; irreligioſorum quorundam moribus, religioſa, piaq; ad omnes vbiq; Chriſtianos pioſq; in primis Concionatores admonitio. 8. Coloniæ. Exhortatio ad reditum in catholicam eccleſiam ouiculis Chriſti, Genſiaca tempeſtate per Hollandiam & vicinum Belgium miſerè diſperſis. 4. Coloniæ. Pro varijs Tridentini concilij Decretis ſtromatum libri 3. Coloniæ Maternus Cholinus, anno Domini 1575. Stromatum pro defenſione Tridentini Decreti de traditionibus atque ſuæ panopliæ Apologeticiq; patrocinio, contra Martinum Chemnicium & alios Momos, libri tres. 8. Coloniæ ex officina Materni Cholini. De Apoſtolico virginitatis voto, atque Euangelico ſacerdotum cœlibatu, pro defenſione S. concilij Tridentini lib. 5. contra Martini Chemnicij (vt titulus habent) calumnias quas tertio ſui examinis tomo euomere & effutire non erubuit. 4. Coloniæ apud Maternum Cholinum, anno Domini 1580. Eiuſdem concordia diſcors, ſiue quærimonia catholicæ Chriſti Ieſu eccleſiæ ad Illuſtriſſ. S. Rom. Imperij principes, & alios ad vnum omnes nomine ſemichriſtianæ confeſſionis ſuæ Auguſtanæ temerè gloriantes, qua liquido ipſis demonſtrat, ſimulatam, ac verè perſonatam ipſorum concordiam, anno Domini 1580. initam, non ſolum viros facere Antichriſtianos, ſed & minimè ſolidis, imò aſyſtatis adeoque pugnantibus niti fundamentis. 8. Coloniæ in officina Birckm. 1583.

Guilhelmus Lyſſiæ Minorita compoſuit Poſtillas in Hieremiam lib. 1. In Threnos eiuſdem lib. 2. In Prophetam Baruch lib. 1. In Oſeam lib. 1. In Ioelem librum 1. In Amos librum 1. In Abdiam librum 1. In Ionam librum 1. In Micheam librum 1. In Nahum librum 1. In Abacuck librum 1. In Sophoniam librum 1. In Aggæum librum 1. In Zachariam lib. 1. In Malachiam lib. 1. Claruit circiter annum Domini 1340. Baleus.

Guilhelmi Lorchi, Germanicus libellus conſolatorius viuorum propter obitum eorum qui in Domino obdormierunt, anno 1570.

Guilhelmus Lubbenham Carmelita, ſcripſit in Ariſtotelis Poſteriora lib. 2. Quæſtiones ordinarias lib. 1. Obijt anno Domini 361. Baleus.

Guilhelmus Ludlyngton, Anglus, ſcripſit in Euangelium Matthæi, Determinationes Theologicas lib. 1. Sermones ad populum, & alia quædam. Vixit anno 1309.

Guilhelmi de Ludo Singularia quædam in iure extant. Eius textus & gloſſæ ſingulares, impreſſæ ſunt olim in quarto, cum Margarita legum.

Guilhelmus Lugdunenſis, ordinis fratrum prædicatorum, vt ferunt, eiuſdem eccleſiæ epiſcopus, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. ſummam virtutum lib. 5. ſummam vitiorum lib. 8. ſermones ad populum lib. 1. De fide & legibus, ac fide ſacramentorum lib. impreſſum olim Auguſtæ in folio.

Guilhelmus Linwode Anglus, ſcripſit in conſtitutiones prouinciæ lib. 6. ſummam cauſarum lib. 1. Vixit anno 1360.

Guilhelmi Magiſtrat. Iſagogæ therapenticæ de peſtis ſæuitia, eiuſq; curatione, & præuentione. Francofurti, anno 1572.

Guihelmus Maklesfel, inter meridionales Anglos oriundus, ſcripſit problematum lib. 1. concluſiones ordinarias lib. 1. orationes ad clerum. Vixit anno 1304.

Guilhelmus Malineus Brugenſis, Ludouici ab Auila Alcantarenſis præfecti de bello Germanico commentaria in linguam Latinam tranſtulit, quæ excuſa ſunt Antuerpiæ apud Ioannem Stelſium, anno 1550.

Guilhelmus Malmeſberienſis, Benedictinus, ſcripſit de rebus Anglicis li. 5. pontificum vitas lib. 5. hiſtorias nouellas lib. 3. vitam Dunſtani archiepiſcopi lib. 2. Antiquitates Glaſconiæ lib. 1. De gente Wydenorum lib. 1. Claruit anno 1130.

Guilhelmus

Digitized by Google

Guilhelmus *Mandagoti, Archidiaconus Nemauſenſis, & Cardinalis, ſcripſit ad Berengarium Beterenſis eccleſiæ ſuccentorem, poſtea epiſcopum, de Electione prælatorum lib.1. Expoſitionem eiuſdem lib.1. Claruit anno Domini 1300. Tractatus de electionibus nouorum prælatorum cum additionibus Boetij excuſus eſt Coloniæ, anno Domini 1573. in octauo.*

Guilhelmi *Manderſton compendioſa dialectices epitome, ab authore emendata. Eiuſdem quæſtio de futuro contingenti. Veneunt Pariſijs 3. ſolidis Gallicis. Eiuſdem (ni fallor) opuſculum quoddam in morali philoſophia impreſſum eſt.*

Guilhelmus *Mansfelde Dominicanus, ſcripſit Queſtiones ordinarias lib.1. Defenſorium Thomæ Aquinatis lib.1. Contra corruptores eiuſdem lib.1. Quæſtiones de Angelis lib.1. Quæſtiones de Anima libr. 1. Contra Henricum Gandauenſem lib.1. De comparatione ſtatuum lib.1. De decem virginibus lib.1. In vetus Teſtamentum lib.1. Poſtillas Bibliorum lib.1, Claruit anno Domini 1320. Baleus.*

Guilhelmus *de Mara, natione Neuſtrius, olim cathedralis eccleſiæ Conſtantienſis canonicus, ſcripſit multa, ex quibus extãt, Conflictus in Chimæram, in quo ſuperbiam, libidinem, atq; auaritiam inſectatus eſt. Opuſculum de ſacroſancta euchariſtia. Paraphraſis in Muſæum de Herone & Leandro, de amoribus lib.1. De laudibus lib.1. De probris li. 1. Næniarum ac epitaphiorum lib.1. De diuinis lib. 1. Ex quibus conflictus in chimæram, de tribus vitijs fugiendis, ventre, pluma & venere, impreſſus Pariſijs apud Colinæum, & apud Aſcenſium cum expoſitione Ioan: Vatelli. Paraphraſis in Muſæum, Coloniæ apud Soterem, anno Domini 1526. carmine Heroico, cum Græcis è regione: & Pariſijs apud Wechelum.*

Guilhelmus *de Mara, ordinis minorum, citatur in Summa Angelica inter theologos.*

Guilhelmus *de Mara epiſtolæ & orationes, excuſæ Pariſijs à Franciſco Regnault, anno Domini 1514.*

Guilhelmus *Delamara, Anglus, minorita, ſcripſit ſuper ſententias lib.4. Quodlibeta ſophiſtica li. 1. Correctorium Thomæ. Additiones in Bonauenturam lib. 1. Lecturas ſcholaſticas. Vixit anno Domini 1340.*

Guilhelmus *de Marſcandia muſicus, quem ſæpe adducit Franchinus.*

Guilhelmi *Marteni Dunquercæi Iure conſulti, expoſitio Elegiaca Ecphraſis in titulos, De diuerſis regulis iuris antiqui, quæ & Hetruſco & Norico codici adſcriptæ ſunt. Louanij Reinerus Velpius, 1553.*

Guilhelmi *Marij Mombofij Burgundi epigrãmatum liber. Baſileæ apud Parcum anno Domini 1556.*

Guilhelmus *Maſſet, Anglus Dominicanus, cõtexuit in ſuorum gratiam quæſtiones ordinarias. Scripſit aduerſus Henricum Gandauenſem lib.1. Contra corruptorium corruptorij lib.1. Quæſtiones de Angelis lib.1. Poſtillas Bibliorum lib.1. De decem virginibus lib.1. Vixit anno 1320.*

Guilhelmus *Maulius, cuiuſdam mendicantium ſectæ fraterculus, ſcripſit Sermones quadrageſimales lib.1.*

Guilhelmi *Mayneri, Iureconſulti commentaria in titulum Pandectarum de regulis iuris. Lugduni apud Bartholomæum Vincentium, anno 1571. folio.*

Guilhelmus *Melton, Cancellarius Eboracenſis compoſuit, De illis examinandis, qui ſacris initiari cupiunt lib.1. In Pentateuchum lib.5. In Danielem commentarios lib.1. In duodecim prophetas lib.12. In Machabæos lib.2. Sermones in Euangelia lib.1. De Muſica cæleſti lib.1. Claruit anno D. 1520. Baleus.*

Guilhelmus *monachus cœnobij S. Dionyſij Pariſien. ordinis ſancti Benedicti, natione Gallus, ſcripſit hiſtoriarum volumen lib.3. & epiſtolas plures ad diuerſos lib.1.*

* Guilielmi *Modicij, vindicatio Virgilij à calumnijs. Eiuſdem authoris epigrammata & in ſacrum annum 1575. Carmen. 8. Peruſiæ.*

Guilhelmus *de Monferrato* I.C. *ſcripſit de ſucceſſionibus regum: de pragmatica ſanctione.*

Guilermus *Morbetus Simplicij cõmentarios in quatuor libros Ariſtotelis de cælo Latinos reddidit. Opus impreſſum Venetijs 1540.*

Guilielmi *Morelij obſeruationes in libros Ciceronis de Finibus bonorum & malorum, impreſſæ Pariſijs. Fuit hic typographus Pariſien. * Tabula compendioſa de origine, ſucceſſione, ætate, & doctrina veterum philoſophorum ex Plutarcho, Laertio, Cicerone, & alijs eius generis Scriptoribus, ab eodem Morelio collecta. Cum Hier Wolfij annotationibus. 8. Baſileæ, ex officina Heruagij. Eiuſdem verborum Latinorum cum Græcis Gallicisq; coniunctorum commentarij, ex optimis quibusq; auctoribus deſcripti. 4. Geneuæ apud Antonium Chuppin.*

Guilhelmus *Myluerlay ſophiſta, ſcripſit in vniuerſalia Porphyrij lib.1. Sophiſmata quoq; lib.1. De propoſitione lib.1. Super ſex principijs lib.1. Claruit anno 1250. Baleus.*

Guilhelmus *Nannius monachus, ad S. Dionyſium Chronica regum Gallorum Latine ſcripſit. Idem Chronica ſcripſit à creatione mundi ad annũ Domini 1301. lib.1. Quod opus pulcherrimè ſcriptũ erat in Bibliotheca illuſtriſsimi Anglorum Regis Eduuardi* V I.

Guilielmus *Naſo citatur in ſumma Angelica, inter Canonici aut ciuilis iuris ſcriptores. Hic & Nazo & Naaſon vocatur.*

Guilhelmus *Northfelde, Anglus, vir eruditus, ſcripſit de differentia ſpiritus & animæ lib.1.*

Guilhelmus *Norton, Franciſcanus tabulas in Lyranum ſcripſit, quod opus vocat Repertorium Lyræ, librum vnum. Claruit anno Domini 1403. Baleus.*

Guilhelmus *Notyngham Franciſcanus, compoſuit commentarios in Longobardum libr. 4. Su-*

per Euangeliſtarum concordia lib.12. In omnes Epiſtolas Pauli lib.14. Commentarios lib.4. Sermones in Euangelia lib.2. Quæſtiones in Euangelia li.1. Vnum ex quatuor lib.1. Diſtinctiones lib.1. Pro lege Chriſtianorum lib.1. De obedientia quoq; lib.1. Quæſtiones ordinarias lib.1. Lecturas ſcripturarum lib.1. Suarum replicationum lib.1. Obijt anno 1336. Baleus.

Guilhelmus Nothus, Anglorum rex, ſcripſit de die iudicij vltimo lib.1. Leges agrarias & epiſtolas ad diuerſos. Claruit anno 1087.

Guilhelmus Occam, natione Anglus, Minorita, ſcripſit in ſententias Lombardi lib.4. Quodlibeta magna. In opera Ariſtotelis libros plures, Quæſtiones phyſicorum lib.8. Dialecticam, compendium Theologiæ, de Actibus hierarchicis lib.1. de Scientiarum ingreſſu lib.1. Apologiam, De ſacramento altaris lib.1. Opus nonaginta dierum, de Fautoribus hæreticorum lib.7. Errores Ioannis XXII. lib.1. De paupertate Apoſtolorum lib.1. & Dialogum lib.1. &c. Horum quædam impreſſa ſunt Lugduni. Claruit anno Domini 1320. *Eiuſdem de Imperatorum & Pontificum poteſtate, Lugduni anno Domini 1495. Eius quodlibeta ſeptem cum tractatu de ſacramento altaris, Argentinæ 1491.

* Guilielmi Onciaci Iuriſconſulti, Quæſtiones Academicæ. 8. Lugduni. Eiuſdem quæſtiones Iuriſphiloſophicæ, ad Sereniſſimum Carolum Emanuelem, Sabaudiæ ducem 16. Lugduni apud Antonium Gryphium 1583.

Guilhelmus Onetonus, de iure feudorum.

Guilhelmus de Oppenbach, natione Germanus, ſcripſit ſuper Sententias lib.4. Quæſtiones diſputatas lib.1. Sermones etiam, & quoſdam alios tractatus.

Guilhelmi Orem opuſculum de moneta, excuſum eſt in appendice operum Gerſonis.

Guilielmus Paccius, Alexandri filius de quo ſupra.

Guilhelmus Pachenton, natione Anglus, ſcripſit hiſtoriam Anglicæ gentis. Claruit circa annum Chriſti 1560.

Guilhelmus Paganberus, vel Pagham, ſcripſit lecturam Sententiarum lib.4. Placita Theologica lib.1. De perfectione intellectus lib.1. De notitia actuali lib.1. De veritate formali lib.1. De Ente rationis lib.1. Quæſtiones ordinarias li.1. Conciones ad plebem, & quædam alia. Vixit anno Domini 1280.

Guilhelmus de Pagula, ſcripſit Summam ſummarum lib.5. Oculum ſacerdotis dextrum lib.1. Oculum ſacerdotis ſiniſtrum lib.1. Speculum religioſorum lib.1. Speculum prælatorum lib.1. Ad Eduuardum tertium lib.1. Claruit anno 1350. Baleus.

Guilhelmi Pantini Tiletani, medici Brugenſis, Commentarij ampliſſimi in priores duos Corn. Celſi de re medica libros, & in reliquos Annotationes breuiores quidem, ſed quæ iuſti commentarij vicem, ſicuti rei difficultas requirat, explere poſſe videantur, excuſ. Baſileæ à Io. Oporino in fol.

Guilielmus Paradinus ſcripſit de antiquo ſtatu Burgundiæ librum, excuſum Baſileæ apud Oporinum, anno 1550. item Rerum ſuæ memoriæ lib.4. Lugduni impreſſus, apud Ioannem Tornæſium, anno D.1548.

Guilhelmus Parfeuis Britannus, Latine compoſuit Speculum innocuum lib.1. Claruit anno 1547 Baleus.

Guilhelmus Paruus, Nouoburgenſis, Anglus, ſcripſit de Normannis Anglorum regibus lib.1. commentarios ſcripturarum, & ſermones infinitos. Vixit anno D.1216.

Guilhelmus Parys Archidiaconus cuiuſdam in Anglia Eccleſiæ, ſcripſit commentarios in Pſalterium lib.1. Baleus.

Guilhelmus epiſcopus Pariſienſis, patria Aluernus, ſcripſit de S.Trinitate lib.1. de primo principio lib.1. de Sacramentis lib.1. cur Deus homo li.1. Summam virtutum lib.1. Summam vitiorum lib.1. De fide & legibus lib.1. De animabus humanis lib.1. De bono & malo lib.1. De vniuerſo lib.6. De profeſſione nouitiorum lib.1. De dono ſcientiæ lib.1. De operibus virtutum lib.1. De 30 remedijs tentationum lib.1. Contra pluralitatem beneficiorum lib.1. De clauſtro animæ lib.1. De Rhetorica diuina lib.1. De pœnitentia lib.1. De dæmonibus lib.1. In Pſalterium lib.1. In Prouerbia Solomonis lib.1. In Eccleſiaſten lib.1. In Cantica canticorum lib.1. In Euangelium Matthæi lib.1. Sermones varios lib.1. Epiſtolarum ad diuerſos lib.1. Claruit anno Domini 1230. & alia nonnulla, quæ ad notitiam meam minimè venerunt. Tractatus duo de collatione & pluralitate Eccleſiaſticorum beneficiorum, impreſſi Argentinæ apud Knoblouchum, 1507. Guilermi Pariſienſi epiſcopi Dialogi ſeptem de Sacramentis, Lipſiæ per Wolfgangum Monacenſem excuſi, anno 1512. & Lugduni apud hæredes Iacobi Iuntæ, anno Domini 1567. In fine libri ex ſcriptis fratris Thomæ, & Petri de Tarento ſe ſua collegiſſe fatetur.

Guilhelmi Paſtregici Veronenſis, liber de Originibus rerum: in quo agitur de ſcriptis virorum illuſtrium ordine literarum, de fundatoribus vrbium, de primis rerum nominibus, de inuentoribus rerum, de primis dignitatibus, deque magnificis inſtitutionibus. Liber excuſus Venetijs per Nicolaum de Baſcarinis, anno Domini 1547. in 8. chartis 16. & dimid.

Guilhelmi Papiri, ordinis Prædicatorum, ſermones ſuper Roſario B.Virginis.

Guilhelmus Pellicerius, epiſcopus Monſpeſſulanenſis, vir cum aliâs, tum ſtirpium & animalium, præcipue piſcium hiſtoriæ longe doctiſſimus, Plinij Nat. hiſt. emendatiſſimam editionem parauit, verum cum ſuperioribus annis obierit, quid de illa ſperandum ſit ignoramus.

Guilhelmus Pepin, Gallus, Dominicanus, ſcripſit de Sanctorum imitatione lib.1. Sermones quoq; lib.1. Expoſitionem Euangeliorum quadrageſimalium, excuſam Venetijs apud Gracioſum Perthacinum, 1569. in octauo. Super Geneſim partes duas. Item in ſeptẽ Pſalmos pœnitentiales Venetijs

anno

Digitized by Google

anno 1573. Claruit anno Domini 1510.

Guilhelmus *Peregrinus, Anglus poëta, ſcripſit Odæporicon Ricardi Regis. Floruit anno* 1200. *Baleus.*

Guilhelmus *Peralt, ſiue de Petra alta, natione Gallicus, ordinis fratrum prædicatorum, Epiſcopus Lugdunenſis, ſcripſit de eruditione religioſorum lib.1. Sermones de tempore lib.1. Sermones de ſanctis lib.1. Item commentarios de vitijs & virtutibus, qui vberem materiam concionantibus ſuppeditant, quos Iac. de Voragine poſtea in epitomen redegit. Volater. Eius ſumma virtutum ac vitiorum, impreſſa eſt Antuerpiæ* 1571. *octauo, & Venetijs,* 1557. *octauo, Tomis duobus. * Et Lugduni in* 16. *anno* 1580. *hoc titulo: Virtutum vitiorumq́ exempla ex vtriusq́ Legis promptuario excerpta, nunc duobus antiquiſſimis exemplaribus reformata.*

Guilhelmus *Perinus Dominicanus, ſub ſpecioſo Euchariſtiæ titulo, quatuor ſermones edidit. Pro magno Deo Mayzim lib.1. De papiſtica Miſſa quoq; lib.1. Vixit anno* 1556. *Baleus.*

Guilielmi *à Perno, Syracuſani, commentarij in Feuda, & in aliquot pragmaticas & priuilegia. Eiuſdem ſingularia habentur inter conſilia Feudalia.*

Guilielmi *Petri Toloſatis, Moroſophia, centum tetraſtichis, Lugduni Matthæus Bonhomme, anno* 1553.

Guilhelmus *Petroburgenſis, monachus, ſcripſit Diſtinctiones Theologiæ lib.1. Commentarios in Cantica lib.1. Homilias notabiles lib.2. Euphraſticam expoſitionem lib.1. Opus partium lib.1. Interpretationes vocabulorum lib.1. Claruit anno* 1188. *Baleus.*

Guilhelmus *Petri, Baiocenſis, Toloſæ Dominicanus, ſcripſit ſermones multos lib.1. Eratq́ Cardinalis S. Ceciliæ. Claruit anno* 1320.

Guilhelmus *Petite vel Paruus, monachus, ſcripſit hiſtoriam de geſtis Anglorum lib.5. De Anglorum regibus lib.2. In Cantica canticorum lib.1. Commentarios alios lib.1. Sermones eruditos lib.1. Claruit anno* 1200. *Baleus.*

Guilielmus *Philander Caſtilionens, ſcripſit caſtigationes atq; annotationes pauculas in duodecim lib. Inſtitutionum M. Fabij Quintiliani, ſpecimen quoddam futurorum in eoſdem commentariorum. Gryphius impreſſit Lugduni,* 1535. *Eædem cum M. F. Quintiliani libris, ſparſim adiectæ ſuis locis, ab eodem Gryphio,* 1536. *impreſſæ ſunt. Scripſit etiam annotationes in Vitruuium de architectura, excuſas Argentinæ apud Georgium Macheropœium, anno* 1550. *& prius Romæ apud Io. Andreã Doſſena Taurinenſem, anno* 1544. *& Pariſijs apud Michaelem Fezandant, anno* 1545. *Poſt ampliores apud Ioan. Tornæſium Lugduni, in* 4. *In præfatione promittit libros aliquot à ſe inchoatos abſoluturum ſe & editurum. De ſectione & polituris marmorum. De pictura & certa colorum compoſitione. De infectoria & fullonica. De figulina. De ſutrina. De vitraria. De textrina quæ radio, quæq́ lais, id eſt, ponduſculis perficitur.*

Guilhelmus *ciuis Placentinus, ſcripſit de vniuerſali medicina libros* 4. *in chirurgia lib.1. Et alia quædam. Extat eiuſdem liber de Scientia medicinali, pro perfectis præcipuè ſcriptus, qui Summa conſeruationis & curationis appellatur, & vulgo Guilielmina: item Chirurgia, impreſſa Venetijs, anno D.*1502. *apud Octauianum Scotum. Guilielmi Placentini de Saliceto, Practica manuſcripta. M. Dreſſerus.*

Guilielmus *Planeius, Cenomanus medicus, Galeni commentarios in aphoriſmos Hip. Latinitate donauit, & annotationibus illuſtrauit: excuſos Lugduni in* 8. *Idem tranſtulit ex Plutarcho conuiuium* 7. *ſapientum, item libellum de ſuperſtitione. Gryphius excudit, anno* 1552, *in octauo. Conuiuium etiam Græce additum eſt innumeris locis emendatum. Item tranſtulit Io. Chryſoſtomi libellum, Neminem ex viuis aut mortuis anathemate feriendum. Libellus excuſus eſt Lutetiæ. Emendauit etiam epiſtolas Græcas Budæi, & Græce præfatus eſt, Wechelus excudit, anno* 1540. *Conuertit quoque eaſdem, verum nondum (quod ſciam) edidit. Præterea Syneſij homilias, & omnia Philonis opera nunc transferre dicitur. * Eiuſdem ſtudio Ioannis Fernelij Ambiani vniuerſa medicina poſtremò elimata, & liber Terapeutices ſeptimus, doctiſſimis ſcholijs illuſtratus. In fol. Francofurti apud Wechelum.*

Guilielmus *Pontanus Peruſinus ſuper* 1. & 2. *Inforciati: item ſuper* 1. & 2. *Digeſti noui.*

Guilielmus *Poſtellus Barentonius, ſcripſit alphabetum, introductionem, & legendi modum, linguarum duodecim characteribus differentium: nempe Hebraicæ, Chaldaicæ, Chaldaicæ recentioris, quam à tranſitu fluminis vocant: Samaritanæ, quæ priſca Hebraica eſt: Arabicæ vel Punicæ, cuius integra Grammatica ſub compendio traditur: Indicæ, Græcæ, Georgianæ, Tzeruianæ, Hieronymianæ vel Illyricæ, Armenicæ, Latinæ. In ſingulis autem illis rariſſimas Chriſtianorum in diuerſis orbis partibus agentiũ hiſtorias habes, quibus illæ linguæ (præter Arabicam, Hebraicam & Samaritanam) ſunt in ſacrorum vſu ac grãmaticis communes. Excudit Pariſijs Dionyſius Leſtuier,* 1538. *Scripſit etiam de originibus, ſeu de Hebraicæ linguæ & gentis antiquitate, deq́ variarum linguarum affinitate librum, ibidem impreſſum. Grammaticam Arabicam, Arabicis typis eodem loco excuſam. De magiſtratibus Athenienſium librum, excuſum Baſileæ apud Io. Oporinum, anno* 1543. *Item de repub. Turcica, ad Franciſcum Gallorum regem lib.3. de Orbis terræ concordia lib.4. Baſileæ apud Oporinum, anno* 1544. Πανθενωσία *de compoſitione omnium diſsidiorum, circa æternam veritatem, aut veriſimilitudinem verſantium. Vocat autem Tubæ penultimæ ſtridorem, & ſe Heliam Pandocheum nominat, libellus excuſus ab eodem. Candelabri typici in Moſis tabernaculo iuſſu diuino expreſſi, breuis ac dilucida interpretatio, Venetijs excuſa,* 1548. *de Natiuitate mediatoris vltima, nunc futura, & toti orbi terrarum in ſingulis ratione prædicti manifeſtanda.*

Digitized by Google

Liber excuſus Baſileæ à Ioan. Oporino, anno Do. 1547. quatern. 23. Abſconditorum à conſtitutione mundi clauis, qua mens humana tam in diuinis quā in humanis pertinget ad interiora velaminis æternæ veritatis. Liber ab eodem excuſus, chartis 6. & dimid. in 16. Eiuſdē opus iuſtæ magnitudinis, quod inſcribitur, Abſcondita à conſtitutione mundi, De naturæ humanæ reſtitutione, in eam conditionem quam ante peccatum habebat, nunc adfutura in inferioribus cum magno fœnore: in quo hæc continentur, Clauis ſcripturarum, qua ad interiora itur velaminis: Oſtium apertum æterni myſterij: Septem Sigillorum libri ab agno aperti reſeratio: Euangelion æternum, ſeu naturæ & gratiæ coniugiū: ad Concilium diuinitus coactum vbinus: liber nōdum editus, extat apud Io. Oporinum, Baſileæ: aliquando in lucem edendus, cum Deus voluerit. ~~Cōmentarium in hiſtoriam Ruth.~~ Euangelium Iacobi fratris Ieſu Chriſti, de admirabili natiuitate & incunabulis virginis matris Mariæ, & ipſius Ieſu, è Græco vetuſtiſsimo codice tranſlatum. Impreſſum Baſileæ à Io. Oporino in 8. cum Theodori Bibliandri libro de vita Marci Euangeliſtæ. D~~e originibus ſeu de varia, & potiſs. orbi Latino ad hunc diem incognita, aut inconſiderata hiſtoria, cum totius Orientis, tum maximè Tartarorum, Perſarum, Turcarum & omniū Abrahami & Noachi alumnorum origines & myſteria Brachmanum retegente~~: Quod ad gentium literarumq́ quibus vtuntur rationes attinet, ex libris Noachi & Hanochi, totiusq́ auitæ traditionis à Moſis alumnis ad noſtra tempora ſeruatæ, & Chaldaicis literis conſcriptæ, à Poſtello poſteritate eruta, expoſita, atq; propoſita. Liber impreſſus ab Oporino, chartis 8. & dimid. in 8. cum tabula vnius chartæ, anno 1553. De æterno Chriſti in interioribus regno, & ſacro Petri primatu, iā ab Adamo per Noachum, Abrahamum, Moſen & Chriſtum ad nos vſq; deducto: ex Zoharis, ſeu illuſtrationis ſcripturarum ſententia tam clara, vt ſententiæ Euangelij inſtar ſit: è 72. Seniorum Moſis ſpiritu donatorum doctrina, à ſancto Simeone Iuſto primum publicè expoſita. Admirabilis Iudæorum clauſorum, ſeu 10. tribuum Iſrael, ſub Turcarum & Iſmaelitarum potentia reductarum hiſtoria. Demonſtratio, quod præcipua eius doctrinæ, quæ nomine Ariſtotelis circumfertur, placita, ſint contra ſenſum & rationem tam in mente quàm humanis & diuinis literis expreſſam ſola authoritate maxima mundi ingenia obcæcante introducta, ſummiq́ mali, id eſt, perturbatæ hactenus in vniuerſa pacis cauſa. Chauæ, ſeu Euæ matris omnium viuentium admirabiles, & ſuper omnes doctrinas mundi, ſecundum Euangelicam veteris & noui Teſtamenti veritatem amplectendæ prophetiæ, conſcriptæ à Raziele, Adami primi parentis angelo, & ex libro Behir, id eſt, lucis puriſsimæ, excerptæ. Præfixa eſt Apologia ad Chriſti veros alumnos, vt ratio tanti exponatur myſterij, &c. De admirandis numerorum Platonicorum ſecretis, & diuina virtute intelligētiæ in illis abſconditæ: Ex Platonis Pythagoræq́ præceptorum cōmentarijs. Scripſit præterea multa alia Poſtellus, quorum catalogū ad nos tranmiſit, è quo ſequentia fermè omnia deſumpta ſunt. De formidando Eliæ aduentu nunc in ſpiritu futuro, ſicut in Ioanne erat in mente ſua virtute & ſpiritu. Opus eſt compactum ex priſcis patrū 72. Moſis auditorum doctrinis, ad docendum, quod vnius ſolius Meſsiæ ſiue Chriſti opera neceſſe eſt reſtitui ea omnia, quæ Satanas deſtruxit in iſto mundo inferiori. De æterna rerum diſpoſitione opus, cōplectens & paucis exponens vniuerſi hiſtoriam, ac demonſtrans quomodo in figuratiua Geneſeos hiſtoria eſt expreſſum, non ſolum quidquid poſtea à Iudaica & Chriſtiana Repub. contingit, ſed multo maxime ibi expreſſum eſſe, quicquid in Gentili ſiue Eſauina, & quicquid in Iſmaelitica politica contigiſſe videtur, & vnquam poſtea continget. Nam hoc eſt veriſsimum, omnia in figuris contingebant illis. Verſio arboris diuinæ diſpoſitionis, ſeu diuinorum nominum ex Hebræis ante mille annos manuſcriptis, vbi oſtenditur innumerorum argumentorū fontibus, fore omnino complendam reſtitutionem omnium in virtute decimi nominis Dei, quod eſt Adonai, in quo deliteſcit intellectus potentialis, ſiue poſsibilis aut paſsibilis virtus. Liber Gallice ſcriptus de fœmineæ naturæ excellētia, in quo finaliter docet, inter cæteras ingenio & pietate ſingulari fœminas, vnā neceſſario dari Chriſto inſtar cordis cum cerebro coniunctiſsimam, quæ ſic ſuper omnes fœminas mundi poſt virginem matrem excellat, ſal[illegible] diuinitate, ſicut Chriſtus omnibus hominibus antecellit. De monarchiæ rationibus & iure, tam ex diuinis quàm ex humanis & cœleſtibus decretis conſtituto: Liber Gallice ſcriptus, oſtendens ad tollendas mundi tyrannides, nullum eſſe expeditius remedium, quàm vt iuretur ad monarchiam in eius principis verba, qui diuino, cœleſti & humano iure videbitur electus, & ſi erit in hac re ceſſator, proxime aut tertio loco ſuccedentem in ordine, etiam in munere ſucceſſorem accipiat. Volumen prophetiarum itidem Gallice ſcriptum, & ab Arabum, Syrorum, Armeniorum, aliorumq́ue populorum Orientalium ſacris, ab omnibus receptis placitis, hoc ipſum de monarchia confirmans. De Galliæ originibus, Latine ſcriptum opus, oſtendit hoc ipſum de monarchia. Eiuſdem operis paraſceue idem confirmat. Opus de ſummo Latinæ aut humanæ hiſtoriæ capite, in quo tam ex Macrobio & authoribus humanis, quam ex Moſe deſcribitur vita Iani ſeu Noachi parentis mundi, vt vniuerſus orbis ad rationem pacti ſempiterni cum eo initi, & ſeculi aurei vitam ab eo olim inſtitutam obſeruandam in vera concordia excitetur. Libellus opuſculúmue de ſumma à nobis in hac vita apprehenſibili, ad facultatem theologicam Pariſienſem. Oſtenditur autem paucis in hoc ſcripto, in nobis eſſe quatuor elementa ſpiritualia, ſicut ſunt corporalia. Mentem, quæ igni aut luci reſpondet, ſpiritum qui ſpiritui, & hæc cœlitus extrinſecúſue in nos venire, vti intellectus agens & poſsibilis. Animam autem rationalem, ſeu partem ſuperiorem, quæ rectius animi nomine vocatur, aquæ reſpondere, & ideo in aqua luſtrari & repurgari cum fide in media

torem:

torem: Harmoniam autem temperamenti humani, ſeu partem inferiorem, quæ nobis & brutis communis eſt, terræ reſpondere. Opus de orbe terrarum in duodecim ſedes primarias, ſub monarchia Chriſtianiſsima, diuidendo, & 71. præfecturis adminiſtrando. De forma Eupolitiæ ſiue reformationis opus eodem tendens, vt ſeculi aurei vitam, duce Euangelio, redeatur. Apologia pro Gallia contra eos, qui eius gloriæ detrahunt, aut ſilentio in ſuis ſcriptis, aut maledicentia: Gallica lingua ſcripta. De expeditionibus à Gallis verſus Orientem ſuſceptis liber, in quo origines, progreſſus & rerum Gallicarum conſiſtentiam retexendo, oſtenditur, qua nam ratione, poſtquam dux ratio illos capaces fecerit religionis veræ & repurgatæ, poſſit exercitus Chriſtianorum in Iſmaelitas ferri & Chriſto parare regnum. Liber Gallicus de admirandis Indiæ & noui orbis hiſtorijs, in quo exponitur ſitus paradiſi terreſtris in Oriente Syriaco poſiti, & quàm late Chriſti religio ſit noſtris ſeculis & prolata & propagata. Liber Gallicus de ſacris ritibus, potiſſimum auitæ traditionis rationes explicans. Liber de aurei ſiue futuri ſeculi doctrina, explicans duce ratione, Chriſtianæ profeſſionis compendium. Lex Gallica reuellens errorem communem Gallorum, qui Salicam ſuam primam legem pro Gallica nominant, & non agnoſcunt intra ipſum diluuium iam fuiſſe Gallos, quum ſint progenitores (teſte Solino) Vmbrorum priorum populorum mundi, & qui ab aquis ſiue imbribus diluuij dicti ſunt. Opus de Satanicæ monarchiæ deſtructione ſuper Danielis prophetiam, demonſtrans maximum peccatum mundi, quod neceſſe eſt eſſe Antichriſti ſolius, non poſſe eſſe aut fieri committiue ab alio, quam ab eo qui ſummam totius mundi authoritatem habeat, & talem impietatem nunc fore diſturbandam. Conſultatio qua ratione fieri poſſit, vt Germani penes ſe æternum habeant, faciantque imperium, ad Germaniæ Principes & gentem Germanicam. Contra atheos & omnes Euangelij euerſores demonſtratio, quod ea doctrina quam Chriſtus authoritate ſua inſtituit, non tantum eſt ſecundum naturam rationalem omnibus doctrinis mundi præferenda, ſed ex ipſis Hebræorum interpretibus ipſo Chriſto tempore ſuperioribus, videtur omnino eſſe conformis illi, quæ iam à Moſis temporibus ad Chriſti vſque tempora per veras interpretationes peruenerat. Diſcuſsio quatenus ſit aut neotericorum Iudæorum ſenſibus, aut ſeptuaginta Interpretum præſcriptioni in abſoluta & nunquam poſtea mutanda Bibliorum verſione inhærendum. De filio perditionis & ſuis aſſeclis, qui vnà cum eo eleuantur ſupra omne quod dicitur Deus, & quando corruet eius potentia. De Turcarum & cæterorum Iſmaelitarum fatis. De raris & poſteritati notandis hiſtorijs. De admirandis rebus, quæ à quinquaginta annis contigerunt, vſque ad annum ſalutis 1552. & quæ inde ad annum 1583. contingent. Vita illuſtrium noſtri ſeculi hominum, & eorum maxime, qui inueniſſe ea videntur, quæ nunquam antea cognita creduntur. Imagines cœli ad puras ſine fabulis figuras reductæ.



Zobaris opus ſuper librum Geneſeos ex Chaldæo tranſlatum, in quo innumera latent ſecreta & myſteria, ac oſtenditur priſtam priſcorum Moſis auditorum doctrinam, omnino eſſe conformem doctrinæ Euangelicæ, & reformationi Iudaicæ, à Chriſto inculcatæ & ſuo ſanguine confirmatæ. Liber Bebir ex Chaldæis tranſlatus, in quo ſucceſſus regni Chriſti videtur. Commentarius ſuper Abdiam, in quo demonſtratur, quod omnino neceſſe eſt quod Ædomi, ſiue gentilitatis impietatis addictæ & gentes & vires, tanquam Satanæ membra conficiantur à fidelibus, tam per ſacra, quam per rationalia arma, ita vt etiam ab occidentalibus (victa prius aut victricæ imperij Zarphat, hoc eſt, Gallia) fiat expeditio in terræ ſanctæ recuperationem, ad hoc vt ipſa Chriſti proprietas non tantum ſpiritualis, ſed literalis & temporalis vindicetur à fidelibus, & fiant in mundo duo loca ſacra, vnum ad Noachi ſepulchrum pro temporalibus Romæ, alterum ad ſepulchrum Adami in Syria, imò ad Adami noui Ieſu Chriſti monumenta clariſſima, vbi Orientales Chriſtiani ita certas expectant Occidentalium Chriſtianorum ſuppetias, vt olim Iudæi in Ægypto opem diuinam. Quatuor Dauidis Pſalmi ſuper lilium teſtimonij decantati, expoſiti de lilio 22. in candelabri fabrica, & maxime in ſeptem verticibus collocato, ad oſtendendum ex illis certiſſimam Chriſti per ſua membra de vniuerſo victoriam, & ad notandum quod eſt impoſſibile, vnquam ad veram & realem monarchiam perueniri in Occiduo orbe, priuſquam aut Rex Galliæ adipiſcatur imperium, aut aliquis imperator ſubigat ita Galliam, vt primæ expeditionis vires ex Gallici populi in monarchiam conducti motu aſſurgant, & ad Chriſti proprietatem aſſerendam pergant. Etſi enim in hoc conflictu totis 500. annis fuerit Occidentalis Chriſtianiſmus, tamen magis dominandi libidine quam imperium Chriſti promouendi, multi vtrinq; contenderunt. Commentaria in Apocalypſim, opus ad illuſtrationem ſpiritus & mentis conditum. Commentaria inſtituta in vniuerſos ſacræ ſcripturæ libros, in quibus ratio cum authoritate ſacra coniungitur, vt aut quælibet ſacra veritas probetur, ſecundum leges naturæ, aut quicquid contra illam à quibuſcunque dicatur aduerſarijs, deſtruatur. Præter hos autem libros, quorũ an aliqui editi ſint ignoramus, ſequentes typis excuſi extãt. De Etruriæ regionis quæ prima in orbe Europeo habitata eſt, originibus, inſtitutis, religione & moribus, & in primis de aurei ſeculi doctrina & vita præſtantiſſima, quæ in diuinationis ſacræ vſu poſita eſt, G. Poſtelli commentatio. Excuſa Florentiæ, anno 1551. in 4. De Fœnicum literis, ſeu de priſco Latinæ ac Græcæ linguæ charactere, eiuſq; antiquiſſima origine & vſu commentatiuncula: in qua oſtenditur quomodo ex vna Fœnicum lingua & Latini & Græci characteres ortum ducant, vt hac ratione excitetur Chriſtianiſmus ad primæ linguæ mundi admirationem. Excuſa Pariſijs apud Martinum Iuuenem, anno 1552. De vinculo mundi liber, in quo fidei ſumma capita naturalibus rationibus probantur. Ab eodem

Digitized by Google

*excuſus,anno 1551.Coſmographia,ſiue de vniuerſi-
tate liber.Excuſus Pariſijs apud Io.Gueullartium,
1552. Compendium de monarchia lingua Gallica
ſcriptum. Ibidem excuſum apud Sebaſt.Niuellium
1552. Syriæ deſcriptio,ſeu chorographia terræ ſan-
ctæ,cum Calendario ſecundum priſca Noachi tem-
pora reſtituto. Exponit hic liber non ſolum choro-
graphiam terræ ſanctæ, ſed quare quæ ibi tam ſub
patribus quàm tempore Chriſti contigerunt,& quo
modo rerum in toto orbe tunc futurarum, ea omnia
figuræ fuerint.Gallice excuſa ſunt Pariſijs,cum no
uo Teſtamento Gallice edito.Tabulæ in aſtronomi-
am,arithmeticam theoricam,& muſicam theoricã,
excuſæ Pariſijs,an.1552. ſingulæ ſingulis folijs. A-
brahami Patriarchæ liber Iezirah inſcriptus,id eſt
formatio,ex Hebreo in Latinum tranſlatus à Poſtel
lo,excuſus Pariſijs,an. 1552. Exponitur autem hoc
libro creationis mundi opificium, ſicut ante mundi
conſtitutionem Deus ordinauerat in ſua ſapientia,
tam æterna quàm creata,illa videlicet, quæ ab ini-
tiò & ante ſecula non tantum erat, ſed etiam crea-
ta erat,quæ à philoſophis dicitur, aut mens aut in-
tellectus, agens & poßibilis in vnum coniunctus.
Euerſio falſorum Ariſtotelis dogmatum, authore
Iuſtino martyre, Poſtello interprete, excuſa Pari-
ſijs apud Niuellium,anno 1552. Liber de Cauſis ſeu
de originibus & principijs naturæ vtriuſque,in quo
ita de æterna rerum veritate agitur, vt & autho-
ritate, & ratione, non tantum vbiuis particularis
Dei prouidentia,ſed & animorum & corporis im-
mortalitas, ex ipſius Ariſtotelis verbis recte intel-
lectis,& non detortis,demonſtretur clarißime, Po-
ſtello authore. Ab eodem excuſus. Aduexit præ-
terea idem Poſtellus ex peregrinationibus ſuis dua-
bus in Syriam,& regiones ad Orientem ſitas,quam
plurimos optimos libros, Arabice & alijs linguis
externis ſcriptos, qui à nobis ſparſim ſuo quique lo-
co indicantur. Iudicium Poſtelli de ſtella peregri-
na,quæ anno D. 1572. apparere incæpit,impreſſum
in quarto.*

Guilhelmus *Puteanus, ſcripſit defenſionem
Ioan. Meſuæ medici, Aloen aperire ora venarum,
aduerſum Ioan. Manardum, & Leon. Fuchſium,
& alios,impreſſam Lugduni, 1537. Eiuſdem libri
duo, de medicamentorum purgantium facultati-
bus,quorum prior eam facultatem, quæ à ſubſtan-
tiarum ſimilitudine ſuccos trahere & purgare me-
dicis multis dicitur, ab omnium purgantium con-
ſortio explodit: Poſterior autem omnium purgan-
tium medicamenta,veram & germanam rationem
certa methodo,atque ordine noſſe demonſtrat: Ex-
cuſi ſunt Lugduni apud Matthiam Bonhomme, an
no D.1552.in 4.*

Guilhelmi *de Quercu,theologi,mentionem fa
cit, qui Io. Trittenhemij eccleſiaſticis ſcriptoribus
appendicem adiecit.*

Guilhelmus *Radynges,Carmelita,ſcripſit E-
xaminationes Templariorum lib.1.Ordinarias quæ
ſtiones lib.1.Claruit anno 1312.Baleus.*

Guilhelmus *Rameſey Anglus,Benedictinus,
ſcripſit vitam Guthlaci Eremitæ, & Geſta ſui cœ-
nobij. Vixit anno Domini 1360.*

Guilhelmus *Realis Luuere,ſcripſit de arbore
iuriſdictionum.*

Guilhelmi *Redoani tractatus de rebus eccle-
ſiæ non alienandis. Venetijs 1572.in folio. De ſpolijs
eccleſiaſticis tractatus ( forte idem cum ſuperiore )
Romæ 1569. quarto.*

Guilhelmus *Rhieuallenſis, Anglus,monachus
Ciſtercienſis, ſcripſit Chronicorum opus. Claruiſſe
fertur anno D.1160.*

Guilhelmus *Rimſton monachus, Dialogum
ſcripſit contra Wicleuiſtas lib.1. Concluſiones ca-
tholicas lib.1.Ad quendam Anachoretam lib.1. Vi
xit anno 1390.Baleus.*

Guilhelmus *Riſhanger, monachus Benedicti
nus, compoſuit Chronicorum opus lib.1. De bellis
Lewes & Eueſham li.1.Super electione Scotorum
Regis lib.1.De Iohanne Balliolo rege lib.1.De iu-
re regis Anglorum ad Scotiam lib. 1. Continuatio-
nes Matthiæ Pariſij lib.1. Annales Eduardi 1. lib.
1.Claruit anno 1312.Baleus.*

* Guilielmi *Rodingi, Haßi,contra Impias ſcho
las Ieſuitarũ,& eos qui ſuos pueros ipſis informan-
dos committunt,ad Chriſtianos homines Oratio. 4.
Heidelbergæ apud Meyerum. Eiuſdem oratio de
Vita & morte Illuſtriß. Principis ac Domini Fri-
derici* III.*Comitis Palatini ad Rhenum. Item ora-
tio Funebris in laudem eiuſdem Friderici,&c.ha-
bita Heidelbergæ, Idib.Nouemb.4.apud Ioannem
Marſchallum Lugdunenſem.*

Guilielmi *Rondeletij,doctoris medici,& me-
dicinæ in ſchola Monſpelienſi profeſſoris regij lib.
18. de Piſcibus marinis in quibus veræ piſcium effi
gies expreſſæ ſunt,excuſi Lugduni,anno 1554.apud
Matthiam Bonhomme,in fol.chartis 156. Conti-
nentur autem his libris hæc: Primum quæ ad vni-
uerſam piſcium omnium cognitionem pertinent,li-
bris quatuor explicantur. Deinde ſequuntur ſingu-
lorum piſcium deſcriptiones,quorum ſingula gene-
ra ſingulis libris explicantur: ijs igitur comprehen-
duntur,Lati & compreßi & ſquamoſi piſces, Saxa
tiles,atq; his proximi maxima ex parte lati atq; com
preßi. Piſciculi vt aphyarum genera,& quæ his fi-
gura proxima ſunt, etiamſi magnitudine differant.
Lacertorum genera: Piſces ferè rotundi & nõ com-
preßi,ſquamoſi. His rotundiores,rubeſcentes craſ-
ſoque capite. Plani non cartilaginei. Plani cartila-
ginei. Longi. Peregrini. Cetacei, beluæ marinæ,
monſtra. Hæc ſunt genera piſcium ſanguine prædi-
torum,quibus ſubiunguntur piſces ſanguine exper-
tes. Molles & Cruſta tenui contecti. Atq; hæc in hoc
opere continentur, quibus propediem ſe additurum
promittit reliqua genera quæ ſanguine vacant,ſci-
licet,Quæ teſtacea vocantur, cõchæ ſiue vnica,ſiue
duplici teſta conſtantes. Turbinata & cochleæ,In-
ſecta & Zoophyta. Tum etiam tractabit De piſci-
bus Marinorum ſtagnorum. Lacuum magnorum.
Fluuiorum. De Paluſtribus & terrenis. De amphi
bijs. Idem auditoribus ſuis multas ſubinde doctißi-
mas,vtilißimasq; obſeruationes ſuas dictare non de
ſinit: dictauit autem hactenus Librum de compoſi-
tione*

Digitized by Google

tione medicamentorum ſecundum genera. Librum de compoſitione medicamentorum ſecundum locos affectos. Cenſuras in theriacam antidotum Andromachi. Promiſit etiam librum De formis remediorum. Commentaria in Dioſcoridem, & quędam alia, quę vt in lucem aliquando prodeant, harum rerum ſtudioſi exoptant. Eiuſdem Methodus de materia medicinali, & compoſitione medicamentorum. Patauij Hieron. de Gilbertis 1556. Eiuſdem De ponderibus, ſiue iuſta quantitate & proportione medicamentorum liber, Lugduni 1560. De cognoſcendis morbis. De morbo Gallico De febribus. Methodus curandorum omnium morborum. De compoſitione medicamentorum. Pharmacopolarum officina. De fucis. Omnia ſimul impreſſa Pariſijs in 8.

Guilhelmus Rotthuuel, Dominicanus Theologus, compoſuit commentarios in Paulum ad Romanos lib. 1. Ad Cor. lib. 2. Ad Galatas lib. 1. Ad Epheſ. lib. 1. Ad Philip. lib. 1. Ad Coloſ. lib. 1. Ad Theſ. lib. 2. Super ſententias lib. 4. Poſtillam. In Iudicum lib. 1. In Regum hiſtoriam lib. 4. In Pſalterium Dauidis lib. 1. In Eccleſiaſticum lib. 1. Conciones plures lib. 1. De principijs naturę lib. 1. De intellectu lib. 1. Quęſtiones ſcholaſticas lib. 1. Quidam putant eum claruiſſe circiter annum 1360. Baleus.

Guilhelmi Rouilij, promptuarij iconum inſigniorum à ſeculo hominũ, ſubiectis eorum vitis per compendium ex probatiſsimis authoribus deſumptis, partes duę: prima à condito mundo ad Chriſtũ, ſecunda à nato Chriſto ad noſtra vſq; tempora pertingit. Excuſus eſt hic liber ab ipſo authore Lugduni, 1553. in 4. maioris folij. Primę partis chartę ſunt 24. Secundę 32. Eiuſdem deſcriptiones iuſtitię & iniuſtitię.

Guilhelmus Roye, ſcripſit in patria lingua, inter patrem Chriſtianum, & filium contumacem, Dialogum Chriſtianũ lib. 1. Aduerſus Cardinalẽ Vuolſium lib. 1. Claruit anno 1530. Baleus.

Guilhelmus Rusbrouke, de ordine Minorũ, ſcripſit de geſtis Tartarorum lib. 1. Itinerarium Orientis lib. 1.

Guilhelmus Safontis, Toloſanus, de ordine Eremitarum D. Auguſtini, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. De trino et vno lib. 1. De idiomatum differentia lib. 1. De diuerſitate rerum lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1350.

Guilhelmi Saliceti, medici, de ſalute corporis tractatus, Lipſię impreſſus, anno D. 1495.

Guilhelmus Saliſburius Britannus vel Cambrius, ſcripſit Dictionarium Cambricę linguę li. 1. De Anglica pronunciatione lib. 1. Antiquitates & leges Houuelis lib. 1. Claruit anno 1550. Baleus.

* Guilhelmus de Saluſte Dominus de Bartas ſcripſit pręclarum opus gallicis rhytmis de creatione mundi, cui titulum dedit Septimanę. Pariſijs In 16. apud Michaelem Gadouellum. Item poematum tria volumina: In primo continentur. Iudith. Vrania ſiue Muſa cœleſtis Triumphus fidei: poema ad aduentum Reginę Nauarreę, reliqua volumina nondum vidi.

Guilhelmus de Samuco, natione Syrus ſeu Paleſtinus, Eremita montis Carmeli, Saracenorum violentia ab Acchonenſi vrbe fugatus, ad Cyprum peruenit, at tandem ſcripſit Chronicon de perditione monaſteriorum terrę ſanctę, ac de multiplicatione ſui ordinis per Europam li. 1. In regulam ſui ordinis lib. 1. Decretales religioſorum lib. 1. Super ſententias lib. 4. Vixit anno 1280.

Guilhelmus de ſancta fide, Carmelita, ſcripſit Initiationes Theologorum lib. 1. Determinationes lib. 1. De conceptione Marię lib. 1. Quodlibeta quoque lib. Sermones per annum lib. 1. Obijt anno 1372. Baleus.

* Guilhelmus Santphurdius, Luneburgen. eccleſię miniſter, edidit farraginem Biblicã carmine heroico ſcriptam: Item librũ de perpetua Eccleſię conſeruatione, itemq; concionem de angelis. Obijt 1564.

Guilielmus de Sauiniliaco, Gallus, patria Toloſanus, Carmelita, ſcripſit Decretales religioſorum lib. 1. In textum ſententiarum li. 4. Quęſtiones Sententiarum lib. 4. Expoſitionem miſſę lib. 1. Super quatuor Decretales lib. 1. Sermones per annum lib. 1. Et alia. Obijt Pariſijs anno D. 1348.

Guilhelmi Sarcerij Conciones funebres. Islebij 1568. in octauo Germanice. Eiuſdem, infernalis triſticia & luctus ſpiritus, vbi oſtenditur Satanam ſub ſpecie falſi gaudij, pleni terrore & triſtitia, omne verum gaudium turbare: vna cum explicatione Pſalmi 47. Ibidem in quarto. Item alia concio de paleſtra Chriſti & fidelium: quomodo Chriſtus cum Satana certarit eumque vicerit noſtra cauſa, &c. 1572. Victoriarum Chriſti aduerſus Satanam & omnes impios deſcriptio 1573. Herbarium ſpirituale, in quo commemorantur omnes plantę quarum in ſacris literis & ſcriptis Lutheri mentio fit, & quomodo conſiderandę ſint exponitur. Francofurti 1573. in fol.

Guilhelmus Sengham, natione Anglus, ſcripſit de fide & legibus lib. 1. de profeſsione nouitiorũ lib. 1. Annotationes ſcripturarum lib. 1. Claruit anno D. 1280.

Guilhelmus Senonenſis, archiepiſcopus, ſcripſit Contra prauam doctrinam Petri Lombardi Pariſiorum epiſcopi, qui dicebat quod Chriſtus quod homo, non eſt aliquid libr. 1. Claruit anno Domini 1160.

Guilhelmus Seyton doctor medicinę, ſcripſit De curatrice chirurgia lib. 1. Baleus.

Guilhelmus Shirburne Philoſophię & Theologię cultor, ſcripſit Quodlibeta theologica libr. 1. Claruit anno 1390. Baleus.

Guilhelmus Shirunode, ſcripſit Lecturam ſententiarum lib. 4. Diſtinctiones Theologię lib. 1. Conciones aliquot lib. 1. Obijt anno 1249. Baleus.

Guilhelmus Slade monachus, Ciſtertienſis ſectę imitator, ſcripſit Super vniuerſalia libr. 1. Quęſtiones de anima lib. 1. Quęſtiones Ethicorum libr. 10. In Phyſica Ariſtotelis libr. 8. Super ſententias lib. 4. Moralium floſculos lib. 1. Claruit anno 1380. Baleus.

Guilielmi Sooni, Auditor, ſiue Pomponius Mela diſputator, de ſitu orbis. Adiecti ſunt ad fi-



Digitized by Google

nem orbis terrarum noui incolæ. Coloniæ anno D. 1572. in 8.

Guilhelmus *Stapylhart Carmelita, ſcripſit lectiones in Eſaiam lib. 1. In Canticum Moſi libr. 1. In aliquot Pſalmos libr. 1. Sermones ad Clerum Oxon. libr. 1. De materia paupertatis libr. 1. Ordinarias quæſtiones lib. 1. Docuit Oxonij, anno* 1456. *Baleus.*

Guilhelmus *Stranefeldus, Cantianus, Carmelita, ſcripſit Hiſtoriam cœnobij ſui lib. 1. Lecturas & conciones lib. 2. Claruit anno Domini* 1390. *Baleus.*

Guilhelmus *Stubbes, Anglus, qui præ es erat Collegij Ieſu Cantabrigæ, ſcripſit introductorii Logices lib. 1. Declarationem Scoti in ſecundo lib. 1. Et alia. Claruit anno D.* 1490.

Guilhelmus *Stephanides Cantuarienſis monachus, ſcripſit De vita & paſſione Thomæ lib. 1. De viſionibus poſt mortem lib. 1. De miraculis eiuſdem lib. 1. Actus Henrici ſecundi li. 1. Claruit anno* 1190. *Baleus.*

Guilhelmus *Sudberij, monachus Vueſtmonaſterienſis, ſcripſit ſummam de proprietatibus ſanctorum lib. 1.*

Guilhelmus *Surflet, Anglus, Carmelita, ſcripſit de vitijs & virtutibus libr. 1. Conciones plures libr. 1. Obijt ad fanum Botulphi, anno Domini* 1466.

Guilhelmus *Suthampton, monachus Dominicanus, compoſuit ſuper ſententias lib. 4. Poſtillas in Eſaiam libr. 1. In moralia Gregorij lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Sermones de tempore libr. 1. Quæſtiones Theologiæ libr. 1. Claruit anno* 1340. *Baleus.*

Guilhelmus *Sutton aſtrologus, ſcripſit De iudicijs reuolutionum lib. 1. Floruit anno Dom.* 1450. *Baleus.*

Guilhelmus *Taylour, Anglus, Vuicleui diſcipulus, ſcripſit contra inuocationem ſanctorum lib. 1. & Conciones multas, Ob fidei confeſſionem Londini combuſtus eſt, anno D.* 1422.

Guiliermi *Tardiui Anicienſis, rethoricæ artis & oratoriæ facultatis compendium, typis excuſum in Gallia. Adijcitur & praxis exordiorum, ex grauiſſimis authoribus excerpta.*

Guilielmi *Tardiui de puteo ad Carolum octauum Gallorum regem liber de arte accipitrum ſeu falconum, quem tranſtulit ex Latinis libris regis Danchi (qui primus inuenit & ſcripſit artem falconum) & Moami Guillini, & Guicennaſi. Impreſ. in octauo.*

Guilhelmi *Tempelij Philoſophi Cantabrigenſis epiſtola de Dialectica P. Rami, ad Ioannem piſcatorem, vnà cum Ioannis piſcatoris ad illam epiſtolam reſponſione. octauo Francofurti apud hæredes Vuecheli* 1587.

Gulielmi *Textoris, Itinerarium terræ ſanctæ, manuſcriptum in bibliotheca Tigurina. Eiuſdem ſermo de cæna Domini, & quidam alij citantur, neſcio an impreſſi, Vixit circa annum* 1485.

Guilhelmus *Thorney, Anglus, monachus Benedictinus, ſcripſit quorundam diuorum vitas. Vixit circa annum Do.* 1334.

Guilielmus *Thorpe, Anglus, ob ſanioris fidei confeſſionem in carceres coniectus, & à Londinenſi antiſtite liberatus, ſcripſit ad impoſitos ſibi articulos lib. 1. Teſtamentum vitæ vltimum. Gloſſas in Pſalterium. In carcerem coniectus, non ſine ſuſpicione interijt. anno D.* 1407.

Guilhelmus *Thynne Chauceri opera reſtituit, ſcripſitq; Caſtigationum Chauceri lib. 1. Claruit anno* 1542. *Baleus.*

Guilhelmus *Tripolitanus, Acchonenſis cœnobij in terra ſancta, Dominicanus, ſcripſit ad Theobaldum Leodienſem poſtea Gregorium decimum, De ſtatu Saracenorum lib. 1. Claruit anno Domini* 1270.

Guilielmi de *Tulato ſuper* 2. *Digeſti veteris, Pro ſocio. l. ſocietatem. paragr. arbit.*

Guilhelmus *Turnerus, Anglus, omni bonarum literarum eruditione Latinus & Græcus, Rhetor & poeta clariſſimus, ſcripſit de naturis herbarum lib. 1. Hiſtoriam auium ſuccinctam. In Catonis diſticha moralia lib. 4. Sententiarum flores ex varijs libr. 1. Ad vnionem diſſidentium libr. 1. de arte memoratiua libr. in Publij Mimi verſiculos libr. 1. Pro inſequenda Romana vulpe libr. 1. de Miſſa papiſtica libr. 1. de Hieroſolymorum excidio libr. 1. Epigrammata diuerſa. Pro Standicio ad Papam carmen iocoſum. Epitaphium Gisberti Longolij. Tranſtulit Vrbani Regij collationem nouæ doctrinæ ad veterem, in linguam Anglicam. Claruit anno D.* 1548.

Guilhelmus *Tyndale in ſermone Britannico hæc abſolutæ pietatis opuſcula edidit. Obedientiam Chriſtiani hominis libr. 3. In Mammonis parabolam lib. 1. Practicas Prælatorum lib. 1. De Eccleſia aduerſus Morum libr. 1. Contra Mori dialogos lib. 1. Super Teſtamento Tracy lib. 1. In tria Matthæi capita lib. 1. Aduerſus Ioij calumnias lib. 1. Semitam ad ſcripturas lib. 1. In Epiſtolas Iohannis li. 3. De ſacramentis & ſignis lib. 1. De purgatorij parocho lib. 1. Præfationes Biblicas lib. 1. In linguam vernaculam tranſtulit Pentateuchum Moſi libr. 5. Ioſue Iudicum & Ruth libr. 3. Hiſtoriam regum lib. 4. Paralipomenon lib. 2. Eſdram & Nehemiam lib. 4. Prophetiam Ionæ libr. 1. Nouum Teſtamentum Chriſti lib. 27. & quædam opuſcula Lutheri & Eraſmi. Martyr inuictus occubuit anno* 1535. *Baleus.*

Guilhelmus *Tyrius, Archiepiſcopus Metropolitanus, ſcripſit Belli ſacri hiſtorias libris* 23. *quibus comprehendit ea quæ in terra ſancta ac vniuerſa penè Syria per occidentales principes Chriſtianos ad Balduini vſq; quarti regnum per annos* 84. *geſta ſunt. Liber impreſſus Baſileæ per Nicol. Brillingerum & Ioan. Oporinum, anno Domini* 1549. *Idem ſcripſit ad Bernardum Antiochenum. Epiſt. plures. Obijt anno* 1130 *Baleus.*

Guilhelmus de *Valle, de anima. Sorbona.*

Guilelmi *Varignanæ ſecreta ſublimia ad varios curandos morbos, additis nonnullis floſculis, impreſſa*

Digitized by Google

*preſſa Lugduni anno Domini 1526. Eiuſdem opera medica de curandis morbis particularibus & vniuerſalibus, febribus, apoſtem.. & vlceribus, de venenis, de faciei & totius corporis mundificatione, Henricus Petri excudit, anno Domini 1545. in octauo.*

Guilhelmi *Varronij, deciſiones de ſacramentis, Vixit anno 1172.*

Guilhelmus *de Velde, patria Gelrenſis, canonicus ordinis regularium S. Auguſtini in Francken tal, ſcripſit ſtatuta ſororum ordinis ſui lib. 1. Opus de toto vniuerſo, id eſt de mundi principio medio & fine, quod prænotauit Empyreale maius li. 24. Compendium huius operis Empyrealis minus lib. 7. Tabulas quoq; multas in diuerſis materijs non minus vtiles quàm ſubtiles. Sermones ad populum. Epigrammata & diuerſa carmina. Quædam non abijcienda in mathematica. Epiſtolas plures. Et alia nonnulla quæ ſuo tempore venient ad lucem. Claruit anno D. 1495. Tritt. de ſcript. Germ.*

Guilhelmus *Vorilonge, Gallus, minorita, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. Opus eſt Pariſijs impreſſum. Claruit anno D. 1490.*

Guilielmus *Vuellys, Anglus, monachus. Sancti Auguſtini, ſcripſit actus curioſos lib. 1. diſputationum Theologicarum libr. 1. diſtinctionum in Pſalterium lib. 1. poſtillationes Euangeliorum libr. 1. declamationum lib. 1. Obijt Linnæ, anno Domini 1421.*

Guilhelmus *Vuetley, ſcripſit commentarios in Boetium de conſolatione li. 5. De diſciplina ſcholarium lib. 1. ſuper diuiſiones eiuſdem lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos. lib. 1. Baleus.*

* Guilhelmus *Vubitakerus Anglus ex Anglico in Latinum conuertit volumen Ioannis Iuelle aduerſus Thomam Hardingum in quo* XXVII. *quæſtiones ex ſcripturis & omnium conciliorum ac patrum monumentis, diſceptantur atque explicantur. In 4. Londini.*

Guilhelmus *Vuhyte, Anglus, Vuicleui olim diſcipulus, ſcripſit de vero ſacrnmento lib. 1. de baptiſmo & confirmatione lib. 1. de Confeßione & remißione. De æqualitate iuriſdictionum. de Antichriſti ſacerdotio. de libera nubendi lege. de virginitate & coniugio, Ad Parlamentum regium lib. 1. Speculum caputiatorum. Aduerſus mendicantes. de ciborum delectu, de ceremoniarum abuſu. de feſtiuitatum obſeruatione. de ſubtrahendis decimis. de reliquijs & tumbis. de poſſeßionibus auferendis. de cultu ſacrilego. Sermonum ad plebem lib. 1. Pro fidei confeßione autem Nordouici demũ combuſtus eſt, anno D. 1428.*

Guilhelmus *Vuhittyngam, tranſtulit in Latinum ſermonem Liturgiam Geneuenſis Eccleſiæ libr. Aſſertionem Ridlæi de Euchariſtia libr. 1. Proteſtationem eiuſdem Ridlæi libr. 1. Viuit. Baleus.*

Guilhelmus *Vuickham, Eboracenſis Archiepiſcopus, ſcripſit Memoriale quoddam lib. 1. Obijt anno 1285. Baleus.*

Guilhelmus *Vuodeforde, Anglus & minorita, ſcripſit contra Vuicleui Trialogum lib 1. contra* XVIII. *articulos eiuſdem lib. 1. Aduerſus Gualterum Britte. Determinationes Oxonienſes. de Conformitate noſtra ad Chriſtum. Quæſtionũ* LXXII. *de Euchariſtia lib. 1. de Vuicleuo damnando libr. 1. pro conſeruandis cleri poſſeßionibus, &c. vixit anno Domini 1396. Libellus contra 18. articulos Vuicleui, impreſ. eſt Coloniæ, anno. 1535. cum Ænea Syluio de concilio Baſilienſi.*

Guilhelmus *Xylander Auguſtanus, Ariſtoteleæ philoſophiæ in Academia Heidelbergenſi profeſſor, plurima è Græca lingua in Latinam conuertit. Tryphiodori* ἰλίου ἅλωσιν, *Latinis hexametris ita vt verſus verſui reſpondeat: id opus iuuenis adhuc circiter 16. annos natus in ſchola Auguſtana fecit, Oporinus ipſo inſcio edidit, Verum idem opuſculum denuo heroico carmine vertit, annotationibus additis, quibus pleraq; loca corrupta reſtituuntur, multa explicantur; ſed ea verſio non eſt edita. Pſelli de quatuor diſciplinis mathematicis opuſculum, adiectis annotationibus, & carmine de philoſophia. Oporinus 1556. in octauo. Dionis hiſtoriam Romanam, cum annotationibus. Oporinus 1558. in folio. & Lugduni Rouilius in octauo. Plutarchi Parallela ſeu vitas, annotationibus additis. Heidelbergæ Ludouicus Lucius anno Domini 1561. in folio. Eas recognitas per occaſionem, vel per partes Deo volente edet. Plutarchi de Homero & audiendis poetis libellos, quos etiam annotationibus locupletibus explicauit. Cedreni hiſtoriam ab origine mundi vſque ad annum 1200. Baſileæ in magno folio Græce & Latine cum annotationibus anno Domini 1565. Marci Antonini imperatoris libros 12. de ſeipſo. Tiguri in octauo, apud Geſneros fratres. Eoſdem libros denuo recognouit et edidit, additis alijs libellis. Antonij Liberalis transformationum congerie. Phlegontis fragmento de Olympiadibus, & de admirandis, & longæuis. Antigoni hiſtorijs mirabilibus, quæ omnia Græce & Latine excudit Baſileæ Thomas Guarinus. Euripidem Latinum Philippi Melanchtonis, id eſt ex eius lectionibus negligentiſſime exceptum, correxit, addita de ſuo quæ tum deerat Hecuba. impreßit Oporinus anno Dom. 1558. & Ludou. Lucius recognitam cum Philippea Hecuba anno Domini 1561. Theocritum in octauo cum Græcis ſcholijs in 18. priora Idyllia correxit, additis ſuis in reliqua annotatiunculis 1558. Oporinus Brubachio. Euclidis ſex primos libros in linguam Teutonicam noſtram tranſtulit, typiſque & commentarijs illuſtrauit. Baſil. 1562. Plutarchi Cheronei moralia, de Græca in latinam linguã tranſcripſit. Baſil. Tho. Guarin. 1570. fol. Strabonis rerum. Geographicarum libros 17. recognouit, emendauit, & Latinos fecit, additis annotatiunculis. Baſileæ in officina Henrici Petri 1571. in folio. Stephanum itidem de vrbibus recognouit & tranſtulit. Scripſit præterea nondum quod ſciam edita. Variarum lectionum libros. Tabulas Græcæ grammaticæ abſolutißimas, Algebram. Euclidea, Geometrica & Aſtronomica varia. Ac nunc ſacros Noui Teſtamenti libros è Græca lingua in Germanicam quam accuratißime*





Digitized by Google

transfert. & annotationes adiungit. Tranſtulit etiam Diophanti libros arithmeticos nondum editos. * Inſtitutiones Aphoriſticæ Logices Ariſtotelis, rerum item Mathematicarum, breui atque facili ordine ab eodem conſcriptæ. quarto Heidelbergæ excuebat Iacobus Mylius impenſis Matthæi Harniſch. Idem Polibij 17. libros hiſtoriæ Romanæ in germanicam linguam tranſtulit in fol. Baſileæ per Sebaſtianum Henricum Petri.

* Guiſij Cardinalis quæſtiones duodecim ad græcos, in quo differant Latini à Græcis. In 8. M. S. bibl. Imper. Viennæ.

Girmundus epiſcopus Auerſanus. ſcripſit libros aliquot contra Berengarium qui Coloniæ cum Lanfranco Algero, & alijs eiuſdem argumenti ſcriptoribus impreſſi ſunt.

Gundiſaluus de Villadiego, De hæreticis & eorum pœnis. De origine dignitate ac poteſtate Cardinalium S. R. eccleſiæ, eiuſque Vicecancellarij.

* Guntherus Monachus Eluonenſis, ordinis S. Benedicti, ſcripſit & metro & proſa quædam præclara volumina, de quibus ad noticiam meam pauca peruenerunt. Extat eius volumen eleganti metro, De paſſione Sancti Cyriaci, lib. 1. & quæda n epiſtolæ. Opus de tribus vſitatis Chriſtianorum actibus, oratione, ieiunio, & eleemoſyna, continens libros 13. pro ſermonibus & collationibus publice faciendis. Impreſſum Baſil. apud Michaelem Furter 1507. in 4. Guntheri poetæ clariſſimi Ligurinus, ſeu opus de rebus geſtis Imper. Cæſaris Friderichi 1. Aug. li. 10. abſolutum. Impreſ. Argentorati in fol. cum ſcholijs Iac. Spiegel 1531.

Gybertus, vide Gilbertus.

Gybertus Longolius Vtricenſis, natione Batauus, ſcripſit ſcholia in Eraſmi libellum de ciuilitate morum puerilium, excuſa Pariſijs apud Vuechelū. Annotationes ad dilucidam claramque lectionem quindecim libris Metamorphoſeon P. Ouidij adiectas. Io. Gymnicus impreſſit Coloniæ 1534. & 1538. Annotationes in obſcura & difficilia loca rhetoricorum ad C. Herennium, ibidē impreſſa 1535. Scholia quædam in Plautum, ibidem excuſa. L. Vallæ Elegantiarum libros omnes ſcholijs quibuſdam, vbi hactenus mendoſi fuere illuſtrauit, cum alijs doctorum annotationibus, ibidem 1539. excuſ. de Apollonij Tyanei vita Philoſtrati libros, ab Alemano Rhinuccino translatos, ad Græcum exemplar emendauit, & annotationes paſſim marginibus adiecit: impreſſis 1532. cum Euſebio Contra Hieroclem. Plutarchi opuſcula aliquot moralia, hactenus non conuerſa, tranſtulit, ibidem impreſſa 1542. ſunt autem hæc: Num ſeni ſit gerenda reſpublica. de parentum erga liberos amore. cauſarum naturalium lib. 1. diſceptatio, vtrum ignis an aqua ſit vtilior. Stoicos magis mirabilia quam poetas aſſerere, de tribus reipub. generibus, monarchia, democratia, & oligarchia, de odio & inuidia. Dialogum de auibus, & earum nominibus Græcis & Latinis, & Germanicis, non minus feſtiuum quam eruditum, & ad intelligendos poetas vtilem. Tractat autē ſolum de auibus, quas pulueratrices vocant: nam inſtitutum de reliquis etiam perſcribendi mors præpediuit. ibidē impreſſum, 1544. circa finem, ſtudioſorum aliquos in eius mortē epitaphia adijciuntur: & ipſius G. Longolij carmen elegiacum, protrepticū ad bona ſtudia. Idem concilium Nicenū impreſſum Coloniæ. 1540. ex Græco in Latinum tranſtulit. Æmilij Probi vitas Græcorum imperatorum ſcholijs illuſtrauit, appoſitis locis quos probus è Thucidide vertit & tranſtulit. Liber impreſſus Coloniæ. Lexicon Græcolatinum excuſum Coloniæ à Io. Prael. 1533. in 8. adiectione vocabulorum circiter mille auxit. quæ adiectis aſteriſcis ſignata ſunt.

Gymnaſius ſuper Exodum, citatur in ſumma Alberti Magni. Forſan Primaſius legendum.

# H.

HAbakok propheta ſub impio rege Manaſſe prophetauit contra Nebuchadnezar regem Babyloniæ, qui Iehuda multa damna intulerat. Vocat prophetiam ſuam Onus, quod infauſtum ac infelix vaticinium fuerit regno Chaldæorum. Numeratur inter prophetas minores. & abſoluit ſuam prophetiam capitibus tribus. Eius vitam deſcribit Epiphanius.

H.B.P. medicus, ſcripſit annotationes breues in Dioſcoridem (quod ad notitiam ſingulorum ſimplicium attinet) ex Mathioli Senenſis commentario ſerè translatas, cum translatione Io. Ruellij, adiectis etiam figuris. Balthaſar Arnoletus excudit Lugduni in 8. anno D. 1552.

R. Haccados Iudæus (alius à R. Iuda, quem Iudæi etiam R. Haccados, id eſt ſanctum nominant) doctrina & ſpiritu prophetiæ claruiſſe dicitur, ac multa & quidem admiranda de Chriſto ſcripſiſſe, præſertim librum inſcriptum Galerazeya, id eſt reuelator ſecretorum. Vixit annis aliquot ante Chriſtum natum.

Haggai propheta. quem noſtri Haggeum vocant, excitatus fuit à ſpiritu prophetico, poſtquam populus redijt à Babylonica captiuitate: quē propheta vrgens ad reædificationē templi Dei, et minans, quandiu illius extructioni non inſtarent, nihil illis proſperè ſucceſſurum. Huius hiſtoriam Epiphanius quoq; in vitis prophetarum paucis attingit. Prophetia eius inter minores veteris Teſtamenti prophetas in duo perbreuia capitula diuiditur.

Hagnoclis Rhodij Coroniſtæ fabula, aut poemation, citatur ab Athenæo.

Haicarius, epiſcopus Cameracenſis numero decimus, ſcripſit de pœnitentia lib. 6. Claruit ſub Carolo Magno, anno D. 840. Forte Halitgarius.

Haithonus à nonnullis ſcribitur, quem ſuprà nominauimus Aitonum.

Hali filius Abbas, diſcipulus. Abimeher Moyſi filij Seiar, librum conſcripſit Regalis diſpoſitionis titulo, &c. regi cuidam nuncapatum, libris 20. à Stephano philoſophiæ diſcipulo in Antiochia ex Arabico ſermone in Latinam translatum, anno Domini 1127. cum Michaelis à Capella ſynonimis

medicis,

*medicis.Excuſum Lugduni,anno* 1523. *apud Iacobum Myt.*

Hali *Abbas, & Ioan. Serapionis compoſitio Pharmacorum, Arabice extant apud Guilelmum Poſtellum.*

Hali *filius Abenragel* Arabs,*cui aliquando Albohazen prænomen additur, præter librum completum in aſtrorum iudicijs, ſcripſit etiam librum Signalium aſtronomiæ, & tabulas proprias* 36.*capitum. Liber completus de iudicijs, ſeu fatis ſtellarum, impreſſus Venetijs apud Erhardum Ratdolt.* 1485. *Huius opera emendata,& latinius reddita, excuſa ſunt Baſileæ apud Henricum Petri, opera Stupæ.*1550. **Albohazen Arabici ſcriptoris de iudicijs aſtrorum libri octo Latine redditi, iuncto compendio duodecim domorum cæleſtium ex varijs auctoribus. Baſileæ* 1471.

Hali *Rodoham Ægyptij commentarij in artem paruam Galeni, impreſſi Venetijs cum Ioannitio. Eiuſdem commentarij in Cl. Ptolemæi Centiloquium & Quadripartitum, ibidem excuſi apud Octauium Scotum,anno Domini* 1493. *cum aliquot alijs aſtrologicis Arabum opuſculis. Scripſit etiam duo opuſcula, vnum de proiectione radiorum, & alterum de tribus natiuitatibus, quarum primam de ſeipſo fecit, quæ ſuperioribus commentarijs adiuncta ſunt.*

Halitgarij *epiſcopi quinq; libri pœnitentiales ad Ebonem epiſcopum,manuſcripti extant in bibliotheca Tigurina.*

*R.* Hama *vel Hamai filij Hanina liber Speculationis:eſt autem Cabaliſticus liber quem citant Reuchlinus,& Corn. Agrippa. Eiuſdem liber qui dicitur eloquentiſsimorum caput in cabala. Liber de reconditis Pſalmi* 19.

Hammonius *à quibuſdam aſpiratur,nos in prima litera ſine aſpiratione ponere maluimus.*

Hammularius *vel Amalarius Fortunatus, archiepiſcopus Treuerenſis, Germanus,monachus Luxouienſis, & R. E. Cardinalis,ſcripſit inter cætera, de eccleſiaſticis officijs lib.* 1. *ad Ludouicum de eadem re lib.*4. *de miniſterijs miſſæ lib.*1. *ad diuerſos epiſtolas lib.*1. *Claruit anno Dom.* 813.

Hamulus *epiſcopus Lugdunenſis in Gallia,ſcripſit opus inſigne ad Carolum,contra Iudæos. Floruit anno D.* 830.

Hamuel *quidam chymicus ſcriptor commentator ſenioris,citatur ab Hortulano philoſopho.*

Hanerdi *Gamerij Moſæi,Bucolica, ad imitationem principum poetarum Theocriti,&c. conſcripta. Antuerpiæ Plantinus* 1568. *octauo. Eiuſdem Satyra contra impudens Iacobi Andreæ Smidelini de Lutheranorum concordia mendacium. Itē Spongia aduerſus fallaces Vuolfgangi Martij ineptias. Coloniæ* 1569.

Hanibaldus *Romanus,theologiæ doctor,quem aliqui Ciſtertienſem, alij Carmelitam ſcribunt, ſcripſit Lecturam ſententiarum lib.* 4. *Quodlibeta ſcholaſtica lib.*1. *Atque alia. Claruit anno Domini* 1275.

Hanibaldus *alter,etiā Italus,profeſsione Dominicanus,ſcripſit ſuper ſententias quoq; lib.* 4. *Iſte magiſter Pariſienſis fuit.*

Hannonis *Periplus,id eſt,circumnauigatio Libyæ, impreſſa Græcè Baſileæ apud Froben. anno Domini* 1533. *cum alijs quibuſdam Græcis geographicis. Et Latine Conr. Geſnero interprete cū Ioan. Leonis Africa.*

Hanno *quidam citatur à Plinio, qui Naturalis hiſtoriæ lib.*5.*&* 18. *eius ſcriptis vſus eſt.*

Harmodij *Lepreatæ librum de legibus in Phigalia Athenæus citat.*

Harpali *ſcripta citantur à Plinio, qui ex illis quædam in librum naturalis hiſtoriæ* 18. *tranſtulit.*

Harpocration *Ælius dictus, ſophiſta, ſcripſit de ijs quæ videantur à rhetoribus ignorata eſſe: & argumenta orationum Hyperidis: Ementitam eſſe Herodoti hiſtoriam: De ordinibus ſeu aciebus apud Xenophontem: De arte rethorica: De ideis ſeu figuris,ſeu dicendi generibus. Suidas.*

Harpocration *Argiuus, Platonicus philoſophus,Cæſaris familiaris,ſcripſit commentariorum in Platonem libros* 24. *Vocabulorum Platonicorū lib.*2. *Idem.*

Harpocration,*Caius dictus,ſophiſta ſcripſit de Antiphontis figuris, de Hyperidis & Lyſiæ orationibus,& alia. Idem.*

Harpocration *Mendeſius,de placentis ſcripſit vt meminit Athenæus.*

Harpocrationis *& Cyrani liber* περὶ φυσικῶν δυνάμεων *Romæ in Vaticana.*

Harpocration, *Valerius dictus,rhetor Alexandrinus: vocabula decem Oratorum, & Floridorum collectanea,ſcripſit. Suidas. Harpocrationis Dictionarium Græcum, de dictionibus rhetorum per ordinem literarum, impreſſum eſt Venetijs apud Aldum cum Vlpiani Comment. in Demoſthenem & Baſileæ* 1527. *Eiuſdem De dictionibus Iſocratis,liber ibidem excuſus cum Iſocrate Græco.*

Hartmann *Beier quæſtiones in ſphæram Sacrobuſti. Francofurti in* 8.

Hartmannus *Dulichius,Germanus, tranſtulit è Germanico in Linguam Latinam, de veteri ac nouitio Deo, ſeu de idololatriæ oridine librum* 1. *Opus eſt impreſſum. Claruit anno Domini* 1520.

* Hartmannus *Hambergerus Tigurinus Græcæ Hebraicæq; linguæ eruditiſsimus, Decanus eccleſiarum in agro Tigurino diœceſis Vuezikonenſis ſuperioris,prudentiſsimus, Procopij Gazæi Sophiſtæ commentarios Græcos in libros Moſis, Numerorum, Deuteronomium: Item in Ioſuæ librum Iudicum: & ſecundum librum Paralipomenon Latinitati donauit. Excuſos Tiguri in fol. apud Geſneros fratres anno* 1551. *cum reliquis Procopij commentarijs.*

Hartmannus *Hartmanni I. C. & Bernardus Vurmſerus, in iudicio Cameræ imperalis & in conſiſtorio Electorum Ludouici & Friderici Palatinorum principum, collegerunt libros duos Practicarum obſeruationum. Baſileæ Thomas Guarinus,in folio.*

Hartmannus *Miles ſcripſit Annales qui citantur à Ioanne Stumpſio Helueticarum rerum ſcriptore.*

* Hartmanni *Pacifici Theſes de viuifica carne Chriſti Neoſtadij* 1580.

Hartmanni *D. Simonis E.paſtoris in Seuſelitz. I. C. Quæſtionum iuris tàm Romani quàm Saxonici,liber primus* 4.*Lipſiæ. Eiuſdem liber ſecundus in duas diuiſus partes: Quarum prior pars ſpinoſam illam feudi hæreditarij materiam: poſterior alias non minus difficiles feudorum Deciſiones continet: pleraque accuratius quàm antehac ſecundum ius tàm commune, quàm Saxonicum enucleata. quarto, Lipſiæ anno Domini* 1582.

Hartmannus *Schedel Nurenbergen.ſcripſit inter alia ex Iacobo Pergomenſi & alijs hiſtoriographis,addens nonnulla, maxime de rebus Germanorum,opus grande & inſigne, quod continet Hiſtorias temporum. Claruit anno Domini* 1494. *Hartmanni Schedelij conſilium de peſte & aliam ediciualia.*

Hartmanni *Schoepperi Panoplia omnium illiberalium artium genera continens, breuiter & dilucide confecta: Carminum liber primus cum mira varietate, rerum, vocabulorumque nouo more excogitatorum, copia. Acceſſere imagines venuſtiſſimæ, omnes omnium artificum negotiationes ad viuum repræſentantes. Francofurti anno Domini* 1568. * *Eiuſdem ſpeculum vitæ aulicæ, de admirabili fallacia & aſtutia Vulpeculæ Reinikis,libri* 4. *Nunc primum ex Idiomate Germanico latinitate donati adiectis iconibus* 12. *Francofurti* 1580.

Hartmundus *monachus monaſterij Sancti Galli,ordinis Benedictini, Rabani Mauri quondam auditor, Græce,Latine & Hebraice peritus, & Arabice non ignarus,ſcripſit tam metro quàm proſa multa præclara opuſcula. Feruntur autem ſuper quibuſdam bibliæ libris commentarij eius non abijciendi. Item epiſtolarum ad diuerſos liber* 1. *Sermones quoque, cantus, hymni, & varij in ſcripturis ſanctis tractatus, quos ſtudioſus quiſque inquirat. Claruit anno Domini* 870. *Tritt.de ſcript. Germ.*

* Hartmanni *Vodij liber, qui continet vnionem diſſidentium.*

Haryngphus *Sifridi Sinnama de Hagis Phryſiæ oriundus,qui vulgò Hermannus appellatur,ſcripſit ſuper titulos Codicis lib.* 12. *ſuper tit.ff. veteris lib.*24.*ſuper tit.ff.inforciati lib.*14.*ſuper tit.ff.noui lib.* 12. *ſuper tit.autenticorum lib.* 1. *in vſus feudorum lib.*1.*de pace conſtantiæ lib.*1.*ſuper titul.inſtitutionum lib.*4.*ſuper titul. Decretalium lib.* 5.*Floruit anno D.*1494.

Haſſo *de Contractibus manuſcript.*

Haymo *Anglus, in Cantiorum comitatu non longe à Cantuaria natus,minorita,ſcripſit Breuarium Romanum lib.*1.*in ſententiarum lib.* 4. *Sermones per annum. Vixit anno D.*1260.

Haymo *Archidiaconus Cantuarienſis,ſcripſit librum de fructu incarnationis* 1. *de ſanctorum imitatione libr.* 1. *Pugnam virtutum ac vitiorum. De quibuſdam martyribus. Floruit anno Domini* 1040.

Haymo,*monachus Floriacenſis, ſcripſit vitam Abbonis Abbatis olim Floriacenſis libr.* 1. *Claruit anno Domini* 1020. *Inuenio etiam Haiſtionem vel Haymonem, Floriacenſem monachum ſcripſiſſe hiſtoriam à Iuſtiniano ad Carolum Magnum lib.*1.

Haymo *Fuldenſis monachus, ex Angloſaxonum genere oriundus, Bedæ conſanguineus,ſcripſit commentaria in Geneſim, Exodum, Leuiticum,Numeros,Deuteronomium, Ioſue, Iudicum, Ruth,Regum,in Paralipomenon,Tobiam,Eſdram, & Nehemiam,Iudith,Iobum,Pſalterium, Cantica canticorum,in Heſter,Eſaiam,Hieremiam,Ezechielem,Danielem,Oſeam, Iobelem. Amos, Abdiam,Ionam,Micheam,Nahum, Abachuc, Sophoniam,Aggeum,Zachariam, Malachiam. Homilias in euangelia, Homilias hyemales & æſtiuales, in Matthæum,Marcum,Lucam,Ioannem,in Paulum ad Romanos, Corinthios, Galatas, Epheſios, Philippenſes,Coloſſenſes,Theſſalonicenſes, Timotheum,Titum, ad Philemonem, & Hebræos. In epiſtolas Petri,Iacobi,Ioannis, in acta apoſtolorum, in Apocalypſim Ioannis. De varietate librorum lib.*3.*De ſancta trinitate lib.* 1. *de mundi voluptate lib.*1. *Enchiridon rerum Chriſtianarum libr.*1. *Obijt apud Halberſtadienſes, vbi epiſcopatui* 13. *annis præfuit,anno Domini* 384.*Haymonis interpretatio in D. Pauli epiſtolas,excuſa eſt Pariſijs anno Domini* 1556.*Haymonis Hiſtoriæ ſacræ epitome,ſiue De Chriſtianarum rerum memoria libri decem. Coloniæ* 1573.*in* 16.

Haymo *Hirſangienſis cœnobij Prior, ſcripſit vitam & miracula Vuilhelmi abbatis Hirſangenſis:item nonnullos ſermones & homilias, quæ vt plurimum ex errore Haymoni Halberſtatenſi aſcribuntur. Tritthemius in Chronicis Hirſangenſib.*

Hayo *Hermannus, Friſius, ſcripſit epiſtolas quaſdam.*

* Haython *Armenus Ord. Præmonſtratenſis de Tartaris in fol. Eiuſdem paſſagium orientis & terræ ſanctæ. In* 4.

Hebuaber *ſcripſit commentaria in librum quendam Platonis.*

Hecatæus *Abderites philoſophus, qui & Criticus grammaticus eſt cognominatus, vt qui ea arte valeret. Fuit ſub ſucceſſoribus Alexandri. Libri eius ſunt de poeſi Homeri & Heſiodi. Hecatæi Abderitæ, Æolica, & eiuſdem primus Etymologiarum citantur à Stephano. Idem ſcripſit librum de Iudæis,de quo Suydas.*

Hecatæus *de Hyperboreis populis,proprios libros ſcripſiſſe dicitur, teſtis eſt Pius pontifex cap.*10. *in deſcriptione Aſiæ.*

Hecatæi *Eretriei ſcripta citantur apud Plutarchum in Alexandri Magni vita.*

Hecatæus *Hegeſandri filius, Mileſius, fuit Darij temporibus, eius qui Cambyſi ſucceſſit: quo tempore*



Digitized by Google

pore Dionyſius etiam Mileſius fuit Olympiade 65. hiſtoriographus. Vnde fructum cepit Herodotus Halicarnaſſæus, illo iunior. Protagoræ auditor fuit Hecatæus, ac primus ſoluta oratione hiſtoriam edidit, vt alia ſcripta Pherecydes, nam Ageſilai adulterina putantur. Suidas. Hecatæi Mileſij Aſiæ περιήγησιν & Europæ citant Athenæus & Stephanus: Citat etiam Stephan. Hecatæi Genealogiarum quartum librum: & Laertius primum de Aegyptiorum philoſophia: non addito Mileſij cognomine.

Hecatæi Thaſij hexaſtichon in 3. lib. Florilegij.

Hecatæi cuiuſdam ſcripta citantur à Plinio li b ro 5. naturalis hiſtoriæ.

Hecato Stoicus, ſcripſit de virtutibus. De bonis. De fine. De perturbationibus, Paradoxa, De vſibus, ita enim χρείας transfert Laertij interpres.

Hector Boethius, Deiodonatus, natione Scotus, ſcripſit catalogum regum Scotiæ. Deſcriptiones eiuſdem regni lib. 1. Hiſtorias Scotorum lib. 17. Aberdonenſium pontificum vitas. Eius hiſtoriæ Scotorum, excuſæ ſunt Pariſijs, anno Domini 1556. à Badio.* Earundem hiſtoriarum à prima gentis origine cum aliarū & rerū et gentiū illuſtratione nō vulgari lib. 19. Duo poſtremi huius hiſtor. lib. nunc primum emittuntur in lucem. Acceſsit & huic editioni eiuſdem Scotorum hiſtoriæ continuatio. Per Ioannem Ferrerium, Pedemontanum recens & ipſa ſcripta & edita fol. Pariſijs apud Iacobum Du puys. 1580. Floruit anno 1526.

Hector Gibaldus medicus, Gallus ſcripſit commentarios in Galeni libros de febribus, complectentes vniuerſa fere quæ ad febrium cognitionem ſpectant.

* F. Hectoris Pinti Luſitani, Hieronymiani. S. Theolog. Doct. & in Academia Conimbricenſi ſacræ ſcripturæ profeſſoris, in Danielem, Lamentationes Hieremiæ, & Nahum diuinos vates, commentarij. In octauo. Coloniæ anno 1582. Eiuſdem in Ezechielem Prophetam commentaria. 4. Antuerpiæ, apud Petrum Bellerum, anno 1582.

Hectoris Richerij Vtinenſis I. C. commentarij, ſuper 2. Digeſti noui, de Verborum obligationibus.

Hedda Vuentanus monachus, ſcripſit ad Adhelmum epiſtolarū librum vnum. Ad Eccleſiarum paſtores lib. 1. Obijt anno 704. vixit in pontificatu annos 27. Baleus

Heddius Stephanus, presbyter & monachus, ſcripſit vitam Vilfridi epiſcopi lib. 1. Vitas Eatæ et Tumberti lib. 1. Claruit anno 720. Baleus.

Hedyle poetria. Moſchines Atticæ Iamborum poetriæ filia, & Hedylogi Samij vel Athenienſis poetæ mater fuit. Athenæus libro ſeptimo aliquot verſus elegos ex Scylla eius opere allegat.

Gedyli poetæ epigrammata Athenæus duobus in locis citat. Eiuſdem tetraſtichon legitur Anthologij Planudis lib. 4. & hexaſticon lib. 6.

Hegemon Alexandrinus poeta, ex Alexandria vrbe Troiæ. Stephanus in Alexandria. Bellum Leuctricum ſcripſit, quod inter Thebanos & Lacedemonios factum fuit.

Hegemon Thaſius, Phace, hoc eſt, lenticula, cognominatus, Anagraphas hoc eſt cœnarum inſcriptiones compoſuit. Parodias item (poematis id genus eſt) ſcripſit, & primus Athenis in certamen produxit ac vicit. Scripſit etiam Gigantomachiam, & priſcam comœdiam quæ Philine inſcripta eſt. Meminerunt eius Suidas & Athenæus.

Hegeſandri Delphi opera quædā, nempe Delphi. De ſtatuis & imaginibus, Hypomnemata, frequenter ab Athenæo citantur.

Hegeſianax Alexandrinus ex Troiade oriundus, vt Stephanus perhibet, grammaticus, ſcripſit de Democriti dictione lib. De poeticis dictionibus & Troica quæ citantur ab Athenæo.

Hegeſias ſcriptor citatur apud Higinum.

Hegeſias citatur à Plinio lib. 7. & ab eodem octauo libro Hegeſias Maroneus adducitur.

Hegeſidemus citatur à Plinio lib. 9. naturalis hiſtoriæ.

Hegeſilai fabulas valere iubet Tatianus in libro contra Græcos.

Hegeſinus inſignis fuit poeta, cuius carmina citantur apud Pauſaniam in Bœoticis.

Hegeſippi Tarentini fabulas 3. citari legimus apud Athenæum: Adelphos, Opſartytica, Philetæros. Hunc Suidas ſcribit Crobylum cognominari. et ſeptimam Philippicam, quæ Demoſtheni inſcribitur, huius eſſe videri. Eius tetraſticha tria leguntur in Planudis Florilegio, duo lib. 3. & vnum lib. 6. Hegeſippo aliqui attribuunt orationem pro Haloneſo, quæ alioqui Demoſthenis eſſe creditur. Hegeſippi Palleniaca & Mileſiaca citantur à Parthenio. Stephanus quoq; in Mecyberna Hegeſippi meminit qui Palleniaca ſcripſerit.

Hegeſippus natione Iudæus, ad fidem Chriſti conuerſus, ſcripſit omnes à paſsione Domini vſq; ad ſuam ætatem hiſtorias lib. 5. item de bello Parthico. Huius hiſtorias D. Ambroſio (vt quidam volunt) interp. habemus excuſas Col. apud Ioan. Soterem.

Heidenrichi Hallenſis in Saxonia præpoſiti, liber de cura paſtorali. Scriptus anno 1137.

Hegetor, medicus, citatur à Galeno in lib. de dignoſcendis pulſibus.

Hegias Trœzenius poeta celebratur à Pauſania.

Helena Flauia Auguſta, Cœli Britannorum regis filia, ſcripſit de prouidentia Dei lib. 1. de immortalitate animæ lib. 1. de recte viuendi norma lib. 1. Monita pietatis lib. 1. Carmina Græca, & epiſtolas ad diuerſos. doctiſſ. Obijt hæc Romæ 337.

Helenus, Acron, & Modeſtus, antiqui enarratores poematum Qu. Horatij, à Volaterrano nominantur.

Helenus ſcripſit diuinationem è fiſſuris expanſæ palmæ, vtrum quis procreaturus eſſet liberos nec ne, & ſimilia. Suidas. Helenus Troius Priami filius vaticinio claruit, et dicitur ſcripſiſſe Vaticinia quædam lib. 1. Vixit anno poſt conditum mundū 2840. Ante aduentū Chriſti in carnem 1130. Baleus.

Helenus Ribetus, ſcripſit vitam Aemilij Ferreti I. C.

Heliani orationem ad Vngariæ regem, Bea-

tus Rhenanus à Iacobo Spiegelio petit in epiſtola quadam.

Helias, vide Elias.

Heliazer Garnocenſis Hebræi librum de anima citat Io. Picus in libro contra aſtrologos.

Heliconius Sophiſta Bizantius, annalium cõpendium ſcripſit, ab Adamo vſque ad Theodoſium magnum lib. 10. Suidas. Audio extare in Italia.

Heliconius aſtronomus, ſcripſit Apoteleſmatica, id eſt effectus oſtentorum, & alia multa.

Helideus medicinæ profeſſor doctiſſimus Bononiæ, compoſuit libros de medicamentis ſimplicibus & compoſitis humores euacuantibus.

Heligaſtus Sicambrorum ſcriptor, Theocali pontificis filius, hiſtoriam mirandam & ambiguam ſcripſit lib. 1. Claruit anno ante Chriſtum natum 250.

Helinandus monachus frigidi montis, ſcripſit ab exordio mundi ad ſuam vſque ætatem hiſtoriarum libros 48. De reparatione lapſi lib. 1. Sermones plures lib. 1. Epiſtolarum lib. 1. Claruit anno Domini 1069.

Helindius Auxentij diſcipulus & Symmachi ſectator, ſcripſit libellum aduerſus B. Mariæ virginis virginitatem. Vide Heluidius.

Heliodorus presbyter ſcripſit librum vnum de naturis rerum exordialium, in quo oſtendit vnũ eſſe principium, nec quicquam coæuum Deo, &c.

Heliodorus alius Antiochenus, edidit de virginitate egregium & ſanctis ſcripturis inſtructum volumen Gennad.

Heliodori Aetiopicæ hiſtoriæ libri decem, impreſſi Baſileæ apud Heruagium Græce anno Domini 1534. Iidem à Stanislao Vuarſcheiuuiczki, equite Polono latinitate donati, excuſi ſunt Baſileæ ab Oporino anno 1551. in folio.

Heliodorus Athenienſis tragicus poeta, ſcripſit ad Nicomachum ἀναλυτικὰ hoc eſt reſolutoria. Citatur à Galeno qui ea quæ de compoſitis venenis ſcripſit reprehendit: Citatur etiam ab Athenæo Heliodorus Athenienſis περὶ ἀναθημάτων: hic autem videtur is eſſe quem Plinius lib. 33. & duobus deinceps citat, qui de Athenienſium anathematis & architectonica ſcripſerit. Scripſit etiam Heliodorus medicus, Galeno ætate ſuperior, de faſcijs. Heliodori verſus Heroicos ex Proteſilao citat Stephanus in Phylace. Heliodori verſus aliquot heroicos ex libro de ſpectaculis Italicis, Stobæus citat in ſermone de Morbis.

Heliodorus Cremonenſis, Italus, Liguriæ Carmelita, ſcripſit ſuper Alberti regulam lib. 1. Pro defenſorio pietatis lib. 1. Orationes & epiſtolas lib. 1. Atque alia. Claruit anno 1470.

Heliodori Lariſſei Optica habentur Romæ in Vaticana bibliotheca, Græce. Eadem & de 7. Planetis, in bibliotheca Cardinalis Farneſij.

Heliodori προυσκιας paraphraſis in ethica Ariſtotelis, in bibliotheca H. Memmij.

Heliodori ſuper primam quinquagenam in folio manuſc. bibl. Imperat.

Heliogabali principis ad meretrices oratio elegantiſſima, vt inſcribitur, impreſſa cum Suetonio, Spartiano, & alijs hiſtoricis, Baſileæ apud Frobenium. Dicitur autem eſſe Carteromachi aut Aretini.

Helij Eobani Heſſi poematum Farragines 2. ab eodem qua fieri potuit diligentia contractæ ac editæ Halæ Sueuorum. 1539. Sunt autem hæc: Bucolicorum Idyllia 17. cum argumentis & annotationibus. Heroidum ſacrarum lib. 3. Epicedia clarorum virorum. Syluarum lib. 9. in quibus plurima & varij argumenti epigrammata ad diuerſos ſcribuntur. Vrbis Norimbergæ, & omnium eius ſpectabilium partium ac ædificiorum deſcriptio. Expeditio & victoria Vuirtenbergenſis in Sueuis, principis Heſſi. Coluthi de raptu Helenæ, & iudicio Paridis poema tion translatum. Loci Homerici inſigniores verſi: nempe, Clypeus Achillis, Martis & Veneris adulterium, Equus Troianus, Horti Alcinoi, Therſites, Vliſſes & Menelaus, Sirenes, Ate, Litæ, Equi Achillis. Eiuſdem haſta. Thamyris, Ceſtus Veneris, Moly. Nepenthes. Præcepta ſalubria carmine elegiaco ſcripta: ſiue liber de bona valetudine conſeruanda, Elegiarum libelli. Homeri Ilias Latinis verſibus heroicis reddita: excuſa Baſileæ apud Robertũ Vuinter 1540. cum Gaſparis Scheti Coruini mercatoris Antuerpiani carmine ad Eobanum. Theocriti Idyllia 36. Latino carmine per H. Eobanum reddita, impreſſa Haganoæ, 1530. & Baſileæ apud Cratandrum 1531. Ficta epiſtola Maximiliani imperatoris, qua reſpondet Carmine ad epiſtolam Italiæ ab Vlricho Hutteno ſcriptam: impreſſa ſeorſim. Poteſt autem referri ad Heroidũ epiſtolas. Salomonis Prouerbia & Eccleſiaſtes, carmine ac Paraphraſi reddita per eundem Eobanum. Pſalmi non pauci ab eodẽ carmine redditi. Precula ad Chriſtum. Liber excuſus Baſileæ apud Robertum Vuinter. Hymnus Paſchalis, quem iuuenis olim ſcripſit, ibidem impreſſus. Scholia in Bucolica & Georgica Vergilij: Baſileæ impreſſa apud Vueſthemerum. Eius epiſtolarum familiarium libri 12. quibus non modo vitæ illius, ſed & aliarum rerum deſcriptiones pulcherrimæ ſitu quoque digniſſimæ continentur, vt habet inſcriptio impreſſi poſt mortem authoris, Marpurgi Heſſorum apud Egenolphum 1543. Ab initio libri habetur elegiacum carmen Iacobi Mycilli, quo vitam Eobani deſcribit. Pſalterium Dauidis totum elegiaco carmine expreſſit, quod cum annotationibus Viti Theodori aliquoties impreſſum eſt Argentinæ apud Cratonem Mylium. Eiuſdem in Io. Murmelij tabulas de ratione faciendorum verſuum explicatio, excuſa Normbergæ apud Petreium anno 1552. in octauo. Eiuſdem Epithalamion ſeu ludus gratulatorius in nuptiis & receptione inſignium doctoratus iurium Iuſti Studæi, Francoforti excuſ. &c. anno Domini 1539. Epicedion in Eraſmum, Argentinæ, & apud Iucundum, anno 1538. Pſalterium carmine elegiaco redditum, cum alibi antea ſæpe excuſum, tum poſtremo Francofurti 1570. cum argumentis & annotationibus Viti Theodori: cui etiam acceſſit Eccleſiaſtes Solomonis eodem carmine redditus. Carmen de laude Gymnaſij literatorij Erphordenſis manuſc.

Helius Meliſſus grammaticus, præter alia complura

*plura librum compoſuit de loquendi proprietate, eu ius meminit Gellius libro decimo octauo Noctium Atticarum.*

Helizabeth *monialis abbatiſſa cœnobij Schonaugienſis ordinis S. Benedicti, ſcripſit viarum Dei vtile opus. Item de XI. M. virginum Colonienſium lib. 1. reuelationum diuerſarum lib. 2. ad fratrem ſuum Eckebertum lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. ad ſanctam Hildegardem lib. 1. et alia quædam. Claruit anno 1165.*

Helladius *Alexandrinus grammaticus, ſub Theodoſio iuniore ſcripſit de vſu omnis generis vocabulorum ordine literarum, Deſcriptionem ambitionis, Dionyſium aut Muſam, Deſcriptionē balnei Conſtantianorum, Laudem Theodoſij regis. Suidas. Lexicon eius Suidæ vocabulario coniunctum eſt, vt operis inſcriptio præ ſe fert.*

Hellanicus *Mileſius hiſtoricus, circuitum terræ & hiſtorias quaſdam literis mandauit. Suidas.*

Hellanicus *Mitylenæus hiſtoricus, filius Andromenis, cum Herodoto apud Amyntam Macedonum regem verſatus, &c. plurima tum ſoluto tum ligato ſermone ſcripſit, teſte Suida. Eius Athenæus multa ſcripta paſſim commemorat, nempe Aegyptiaca, Anabaſin in Ammonis, Deucalioneam. Gentium nomenclaturas, Hiſtorias Carneonicas, Criſes. Phoronidem.*

Hellanici *cuiuſdam ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Theſei.*

Hellanicus *citatur à Plinio 4. libro & tribus deinceps. Hellanici* Ἀτθίδος *& alibi* [illegible] *liberos. Troica, Lesbiaca, Cypriaca, Perſica. Scythas. De Lydia lib. citat Stephanus de vrbibus.*

Helleſpontius *quidam natione Gallus, ſectator Cryſanthij laudatur ab Eunapio.*

Helmandi *monachi carmen de poteſtate mortis, quæ nulli ordini aut ætati parcit, ſinguli verſus incipiunt Vado mori. Impreſſum eſt. Forſan eiuſdē qui Helinandus ſupra nominatus fuit.*

* Helmeſij *poſtilla Lat. 8. Lugduni.*

~~Helmoldi hiſtoriarum liber ſcriptus ante annos pene 400. & inſcriptus Chronica Slauorum. Inſertæ ſunt & de Romanis imperatoribus memorabiles hiſtoriæ. Editus ſtudio Sigiſmundi Schorbaij anno 1573. Francofurti.~~

Helpericus *monachus S. Galli, ordinis Benedictini, ſcripſit de computo Eccleſiaſtico lib. 1. de muſica lib 1. Claruit anno 1069.*

Helpidius *Ruſticus medicus Theodorici Gothorum regis, nobili ſtirpe natus, & Exquæſtor, ſcripſit in conſolationem ſui doloris: Triſticha hiſtoriarum Teſtamenti veteris & noui. De Chriſti Ieſu beneficijs carmen elegans. Conſolatio non extat: reliqua in Chriſtianorum poetarum volumine à G. Fabricio edita ſunt.*

Helpis *vxor Boetij ſcripſit hymnos in Apoſtolos, qui adhuc hodie extant.*

Heluidius *Auxentij diſcipulus, Symmachi imitator ſcripſit religionis quidem librum ſtudio, ſed non ſecundum ſcientiam: quo aſſerere voluit ſanctā Mariam poſt natiuitatem Domini, Ioſeph ſponſo ſuo iunctam, & ex eius conſortio filios ſuſcepiſſe, qui fratres Domini dicti ſint: cuius prauitatem arguens Hieronymus, libellum aduerſus eum edidit. Gennad.*

Heluuici *Germani libri de ſimilitudinibus rerum. Vixit anno 1365.*

Helyſei *Gibelli muſici motettæ impreſſæ ſunt Venetijs.*

* Helyſei *Rœslin medici Tabernis Alſatiæ theoria noua cœleſtium* μετεώρων *in qua ex plurium Cometarum phænomenis epilogiſtice quædam afferuntur de nouis tertiæ cuiuſdam miraculorum Sphææ circulis, polis & Axi. 4. Argent. excudebat Bernhardus Iobinus.*

Heluenor *aſtrologus ſcripſit li. de natiuitatib.*

Hemitheon *poeta libellos molliſſimos & laſciuiſſimos compoſuit, qui Sybaritici ab Ouidio & Martiale nominantur.*

* Hemingi *Cunradini Gambrinij epigrammatū hiſtoricus liber, continens encomia heroum, imperat. et ducum ſuperioribus & noſtro ſeculo, virtute bellica maxime illuſtrium, quos in arte ſua Bredenberga depingi, et verſibus partim à ſeipſo compoſitis, partim hinc inde collectis ornari curauit Hen. Ranzouius: Item de claris & fortibus aliquot viris antiquæ & nobilis familiæ Ranzouiæ, qui 400. hucuſq; annis pace et bello floruerunt 4. Antuerpiæ 1581.*

Hemoaldus *Prouidus inter Angloſaxones, ſcripſit de reb. mathematicis li. 1. Claruit 740. Baleus.*

Heniochus *mediæ comœdiæ poeta, cuius fabulæ ſunt: Trochilus, Epiclerus, Gorgones, Polypragmon, Thorricium, Polyeuctus, philetærus, bis deceptus, contra Polyeuctum. Suidas. Ab alijs nominantur etiam hæ, Apophras, id eſt dies inauſpicatus,* [illegible] *Citatur ab Athenæo & Stobæo.*

Henningus *Goeden, Hauelbergenſis I. C. ſcripſit librū de iudiciario proceſſu, extuſ. Colo. apud hæredes Arnoldi Birckman, 1553.*

Henningi *Pyrgalli Hildeſiani Threnoſtichon & alia opuſcula carmine impreſſ. Lipſiæ apud Valentinum Schumannum.*

Henrici IIII. *Cæſaris Auguſti epiſtolæ aliquot ad pontificem Romanum & alios principes, impreſſæ cum deſcriptione concilij Baſilienſis per Aeneam Syluium: & ſeparatim aliquando editæ cum eius vita ab Auentino, poſt etiam ei volumini inſerta quod Vuitechindum & alios hiſtoricos continens Baſileæ Heruagius excudit.*

Henricus *Agyleus, Conſtitutiones Nouellas ab Holoandro verſas caſtigauit, lectionumque varietatem annotauit, & ipſe quoque eaſdem tranſtulit: Item Iuſtiniani edicta, Iuſtini, Tiberij, Leonis philoſophi conſtitutiones: & vnam Zenonis. Henricus Stephanus excudit. Idem edidit, Nouellarum Iuſtiniani principis conſtitutionum ſupplementum, vnà cum Haloandri ac Scrimgeri editionum collatione. Photij nomocanonem cum commentarijs Theodori Balſamonis Latinum fecit. Oporinus impreſſit in folio.*

Henricus *de Andernaco, Germanus ordinis*

de iure iurando: ad ampliſſimum virum D. Georgium à Stetten Patricium Auguſtanum 1550. De vera hominum peccantium pœnitentia, & ampliſſima Dei erga eos miſericordia Homiliæ tres, in duo poſtrema Ionæ capita, &c. excuſæ Germ. anno 1552. De conuerſione hominis ad Deum conciones ſex in octauum caput Actorum, de conuerſione Eunuchi reginæ Aethiopum, ad generoſum & nobilem virum D. Philippum mareſchallum hæreditarium à Bappenheim anno Domini 1569. Conciones duæ in XVII. caput Matthæi, De Chriſti transfiguratione, & glorificatione fidelium in vita æterna, Item Ieſum Chriſtum eſſe verum Meſſiam 1552. De vero auxilio & liberatione ex omnibus periculis, concio ex 14. capite Matthæi 1552. De vera & conſtanti fide in omnibus periculis & tentationibus, concio ex decimoquinto capite Matthæi 1552. De cœna Domini noſtri Ieſu Chriſti, eius inſtitutione, & præparatione ad recte ſumendũ conciones 2. à Lud. Lauathero in Latinũ ſermonẽ conuerſæ 1555. De ſalute fidelium, quomodo ſcilicet ab origine ſalus hominibus per verbum Dei et ſacramenta annuntiata fuerit, 1555. De veris ſacrificijs Chriſtianorum, concio ex 13. cap. Epiſtolæ ad Hebræos 1552. De extremo iudicio conciones duæ in 25. caput Matthæi 1559. De ſummo gaudio, ſummoque luctu extremæ diei, qua Chriſtus ad iudicandum viuos & mortuos veniet & vocatis ad ſe fidelibus æternam felicitatem largietur, infideles verò repudiatos perpetuæ damnationi addicet, fidelis admonitio & conſolatio, ad N. V. Georg. Stettenum. 1371. De fine ſeculi, & iudicio venturo D. N. Ieſu Chriſti, deq; periculis noſtri huius ſeculi corruptiſſimi grauiſſimis: & qua ratione fiant innoxia pijs. Orationes duæ: quibus exponuntur verba Chriſti de fine ſeculi Matth. 25. & Danielis vaticinium de regno Papæ ac fine eius, cap. 7. deniq; Pauli verba 2. Tim. 3. de extremi ſeculi periculis, & ſcripturæ S. plenitudine & præſtantia. Baſileæ apud Oporinum 1557. De Prophetæ officio et quomodo digne adminiſtrari poſſit, Oratio, 1532. Adhortatio ad eccleſiæ Chriſti miniſtros omnes, vt abiectis controuerſijs, Chriſtum ſolũ ac verã in ipſum fidem & vitæ reſipiſcentiam concorditer & ſimpliciter prædicent: in latinam linguam translata à Ioſia Simlero 1572. De origine Machometanæ religionis, & Turcicis Imperatoribus, & eorum aduerſus Chriſtianos victorijs, libellus Matthiæ Erbij, ab illo inchoatus, à Bullingero recognitus & auctus atque editus Germanica lingua, ad generoſuum D. à Rapoltſtein, anno Domini 1566. De perſequutionibus quas eccleſia Chriſti patitur, & illarum cauſis & pœnis perſecutorum, &c. Ioſias Simlerus Latine reddidit: Ioannes Baptiſta Mullerus Gallice. anno 1573.* Homiliæ duæ conſolatoriæ in pſalmum 130. & 133. germanice in octauo Tiguri apud Froſchouerum anno 1574.

TOMVS QVARTVS. Præfatio in Biblia Latina noua, Tiguri anno ſalutis 1544. impreſſa, De operis eius inſtituto & ratione ad Chriſtianum lectorem. De omnibus ſacræ ſcripturæ libris, eorumq; præſtantia & dignitate, expoſitio ad Chriſtianum lectorem. Epitome temporum & rerum ab orbe condito, ad primum vſque annum Iothan regis Iudæ. In qua præcipue attinguntur, quæ pertinent ad ſacras literas illuſtrandas, et ad verã antiquamque religionem & eius certitudinem, progreſſum item & mutationem cognoſcendam, vna cum ſex tabulis chronicis à temporibus Iotham vſque ad excidium vrbis Hieroſolymorum, deductis, potiſſimum pertinentibus ad expoſitionem Danielis prophetæ. Daniel ſapientiſſimus Dei propheta, qui à vetuſtis Polyhiſtor, id eſt multiſcius eſt dictus, expoſitus homilijs 66. quibus non tam ſenſus prophetæ redditur, quam vſus & fructus prophetiæ oſtenditur, adeoq; omnibus in eccleſia docentibus commonſtratur, quomodo perſpicue, iuſto ordine, & cum vtilitate, populo Dei hic propheta prædicari poſſit: ad epiſcopos Angliæ anno Domini 1565. * Et anno 1579. Cui editioni acceſſit epitome temporum & rerum ab orbe condito ad excidium vſque vltimum vrbis Hieroſolymorum.

TOMVS QVINTVS. Iſaias excellentiſſimus Dei propheta, cuius teſtimonijs Chriſtus ipſe Dominus & eius Apoſtoli creberrime vſi leguntur expoſitus 190. Homilijs, quibus non tam ſenſus prophetæ redditur, quam vſus & fructus eius in eccleſia Chriſti oſtenditur: ad illuſtriſſimum principem & Dom. D. Philippum ſeniorem Haſſiæ Landgrauium 1567. Ieremias propheta expoſitus concionibus 160. Quibus perſpicue & vere docetur, quod hodie multis comitijs & conſultationibus inueniri non potuit, quomodo videlicet bellis compoſitis, tranquillitas in orbe Chriſtiano recuperari, et pax ſaluſq; publica conſeruari poſſit: ad ampliſſimum virum D. Vuolfgangum Vuaidnerum Vuormatienſem. Editæ ſunt hæ conciones diuerſis temporibus ab anno 1357. vſque ad annum 1580. Threnorum ſeu Lamentationum Ieremiæ breuis explicatio, qua cauſæ oſtenduntur interitus vrbium & regnorum, & remedia ſalutaria indicantur: ad CL. V. D. Ioannem Steigerum ampliſſimum reipublicæ Bernenſis quæſtorem. anno 1561.

TOMVS SEXTVS. In ſacroſanctum D. N. Ieſu Chriſti Euangelium ſecundum Matthæum commentariorum libri 12. ad clariſſimos viros Dominum Ioannem Habium & Diethelmum Roſtium vrbis Tigurinæ conſules 1542. In Euangelium ſecundum Marcum, commentariorum libr. 6. ad D. Chriſtophorum Froſchouerum anno Domini 1545. In euangelium ſecundum Lucam. Commentariorum lib. 9: ad ampliſſimum virum D. Ioannẽ Vuelſerum clariſſimæ vrbis Auguſtæ Vindelicorum conſulem 1546. In euangelium ſecundum Ioannem commentariorum lib. 10. ad ampliſſimum virum D. Ioan. Rodolphum Lauatherum Tigurinæ vrbis quæſtorem. 1543. In Acta Apoſtolorum commentariorum lib. 6. Quibus exponitur quæ fuerit ſanctæ eccleſiæ infantia, quæ incrementa, quæ eccleſiæ iuſtæ facies, &c. ad clariſſimum ſenatum populumq; Francofordienſem ad Mœnum 1533. Series et digeſtio temporum & rerum in actis Apoſtolorum deſcriptarum 1544.* Hi commentariorum in Acta Apo-

Digitized by Google

*Apoſtolorum libri ſex ſunt ab authore recogniti, ac denuo anno Domini* 1583. *recuſi Tiguri, in folio.*

TOMVS SEPTIMVS. *In omnes Apoſtolicas S. Pauli Apoſtoli Epiſtolas* 14. *Cōmentarij. Item in Epiſtolas Apoſtolorum Canonicas* 7. *Commentarij. Hi primum diuerſis temporibus per partes editi ſunt, & demum in vnum volumen coniuncti, anno* 1539. *& denuo anno* 1582. *In Apocalypſim Ieſu Chriſti, reuelatam quidem per Angelum Domini, viſam verò & exceptam atque conſcriptam à Ioanne Apoſtolo & Euangeliſta, Conciones* 100. 1557. *Verſæ ſunt in Germanicam linguam à Ludouico Lauathero: præterea Gallice, Anglice & Polonice extant.*

TOMVS OCTAVVS. *Perfectio Chriſtianorum, Ieſum Chriſtum D. N. à Patre cœleſti datum eſſe mundo Saluatorem, in quo fideles veluti in compendium recollecta habeant omnia, quæ ad veram pietatem diſcendam, vitamque vere beatam conſequendam & retinendam pertinent, ita vt nihil ſit opus ea aliunde colligere: ad Chriſtianiſſimum, eundemq́ potentiſſimum Francorum regem Henricum* II. *Demonſtratio,* 1551. *De ſcripturæ ſanctæ auctoritate, certitudine, firmitate, & abſoluta perfectione, deq́ Epiſcoporum, qui verbi Dei miniſtri ſunt, inſtitutione & functione, contra ſuperſtitionis tyrannidiſq́ Romanæ antiſtites: ad ſereniſſimum Angliæ regem, Henricum* VIII. *libri duo,* 1538. *De gratia Dei iuſtificante, propter Chriſtum, per ſolam fidem, abſque operibus bonis, fide interim exuberante in opera bona, lib.* 4. *ad Sereniſſ. Daniæ regem Chriſtianum,* 1554. *De origine erroris lib.* 2. *ab ipſo auctore recogniti, & aliquot locis præclare aucti. Priore agitur de Dei veri inuocatione iuſta & cultu vero, de deorum item falſorum religionibus, & ſimulachrorum cultu erroneo. Poſteriore autem libro, De inſtitutione ſacræ cœnæ Domini, & de origine & progreſſu Miſſæ Papiſticæ: contra varias ſuperſtitiones, pro religione vera, antiqua & orthodoxa: ad clariſſimos viros D. Ambroſium Blaurerum, & D. Petrum Simlerum,* 1568. *De concilijs: Quomodo Apoſtoli Chriſti Domini in primitiua eccleſia ſuum illud concilium Hieroſolymis celebrauerint, & quanto cum fructu quantaq́ cum pace. Quomodo item Romani pontifices in extrema mundi ſenecta à quingentis & amplius annis ſua concilia celebrarint, & quanto cum damno perturbationeq́ fidelium, breuis ex hiſtorijs commemoratio, in duos diſtincta libros: ad CL. V. D. Bernhardum à Chaam ampliſſimæ reipub. Tigurinæ Coſ. anno* 1560.

POLEMICA TOMVS NONVS. *Præfatio ad libros Simleri, de Æterno Dei Filio, qua reſpondetur libello Anonymo (cuius tamen auctorem quidam Oſium eſſe volunt) qui inſcribitur, Iudicium de cenſura miniſtrorum Tigurinorum & Heidelbergen. de dogmate contra adorandam Trinitatē in Polonia nuper ſparſo, anno Domini* 1568. *Ad Ioannis Fabri Vienenſis epiſcopi libellum, De admirabili noua victoria, Reſponſio, in qua diſſeritur, an religionis cauſa victi ſint Heluetij Euangelicæ profeſſionis, anno Domini* 1532. *Ad Ioannis Cochlei de Canonicæ ſcripturæ & catholicæ eccleſiæ auctoritate, libellum pro Solida ſcripturæ authoritate, tum & abſoluta eius perfectione, veraq́ catholicæ eccleſiæ dignitate, Reſponſio orthodoxa, anno Domini* 1544. *Breuis* ἀντιβολή, *ſiue reſponſio ſecunda ad maledicam implicatamq́ue Cochlei de Scripturæ & eccleſiæ auctoritate Replicam, vnà cum expoſitione, De ſancta Chriſti catholica eccleſia: ad illuſtriſſimum Principem & Dominum D. Ottonem Henricum Palatinum Rheni, &c. anno Domini* 1544. *De Anabaptiſtarum origine, progreſſu, varijs ſectis, deq́ præcipuis eorum dogmatibus, & argumentis quibus ſua probant, vnà cum accurata ſingulorum confutatione lib.* 6. *in Latinam linguam tranſlati à Ioſia Simlero: ad CL. V. D. Georgium Mullerum ampliſſimæ Reipub. Tigurinæ conſulem.*

TOMVS DECIMVS. *Apologetica expoſitio, qua oſtenditur, Tigurinæ eccleſiæ miniſtros, nullum ſequi dogma hæreticum in cœna Domini: libellis quorundam acerbis oppoſita, & ad omnes ſinceram veritatem, & ſanctam pacem amantes, Chriſti fideles placide ſcripta, anno Domini* 1556. *Confeſſio miniſtrorum eccleſiæ Tigurinæ, in qua exponitur eorum fides & doctrina veteri orthodoxæ eccleſiæ conſentiens de præcipuis capitibus religionis noſtræ, & præcipue de cœna Domini, ac reſpondetur conuitijs Lutheri, quæ effudit in ſua Breui confeſſione, edita anno Domini* 1545. *Germanice ſcriptus liber, & à Rodolpho Gualthero Latinitate donatus. Tractatio verborum Domini, In domo Patris mei manſiones multæ ſunt, ex* 14. *capite Ioannis: ad præclariſſimum virum D. Nicolaum à Diesbach, Bernenſem, an. Domini* 1562. *Reſponſio, qua oſtenditur ſententiam de Cœlo & dextera Dei, priori libello ex ſancta Scriptura & Patribus propoſitam, aduerſaria D. Ioannis Brentij ſententia, nondum eſſe euerſam, ſed adhuc firmam perſtare: ad eundem Germanice & Latine, anno Domini* 1562. *Fundamentum firmum, cui tuto fidelis quiuis inniti poteſt, &c. In hoc libro breuiter & ſimpliciter reſpondetur Brentij libro contra Petrum Martyrem & Hen. Bullingerum edito, De maieſtate Domini noſtri Ieſu Chriſti ad dexteram Dei Patris. Ad eundem Germanice & Latine, anno Domini* 1563. *Repetitio & dilucidior explicatio conſenſus veteris orthodoxæ catholicæque Chriſti eccleſiæ, in doctrina Prophetica & Apoſtolica, de inconfuſis proprietatibus naturarum Chriſti Domini, in vna indiuiſaq́ perſona permanentibus, adeoq́ de veritate carnis Chriſti, ad dexteram Dei patris in cœlo ſedentis, & non vbique præſentis. Ac altera parte huius libelli perſtringitur vltimus ille Ioan. Brentij liber inſcriptus Recognitio, anno Domini* 1564. *Ad teſtamentum Ioan. Brentij nuper publicatum, Breuis, neceſſaria & modeſta Reſponſio miniſtrorum eccleſiæ Tigurinæ, omnibus fidelibus ad iudicandum propoſita, anno Domini* 1571. *Bullæ Papiſticæ ante biennium contra Sere-*



Digitized by Google

*niſſimam Franciæ, Angliæ & Hyberniæ Reginã, Elizabetham, & contra inclytum Angliæ regnum promulgatæ Refutatio, orthodoxæq; Reginæ & vniuerſi regni Angliæ defenſio. Ad Reuerendiſſimos Angliæ Epiſcopos, Eboracenſem, Elyenſem, Sariſ-berienſem. Londini liber excuſus Latine, & in linguam Anglicam tranſlatus. Porro præter illa, quæ bis decem Tomis continentur, ſcripſit anno Domini 1530. aduerſus Anabaptiſtas libros quatuor, & librum de Annuis redditibus, Germanicá lingua, ſed Leo Iudæ libros in Latinam linguam tranſtulit, & auxit, & pene nouum opus fecit, anno Domini 1535. Verum auctor pleniſſime omnia expoſuit in poſtremis libris* VI. *aduerſus Anabaptiſtas. Edidit etiam librum, de Hebdomadibus Danielis, quem tractauit in Homilijs in Danielem. Scripſit etiam librum de Sacramentis, quem Ioannes à Laſco, cui legendum & iudicandum, auctor miſerat, in Anglia edidit, hic poſtea ab auctore integer fere tranſlatus eſt in Decades ſuas.* * *Eiuſdem reſponſio ad ſeptem accuſationis capita, quæ hodie maxima importunitate per calumnias, ſummaque cum iniuria quidam inquieti, ſcriptis ſuis in capita coaceruauit, Miniſtrorum eccleſiæ Tigurinæ: Initio idiomate Germanico edita, iam verò Latine reddita, per Ioſiam Simlerum, profeſſorem ſacrarum literarum in ſchola Tigurina. 8. Tiguri, anno Domini 1574. Floruit Tiguri vſque ad annum ætatis ſuæ* LXXI. *Obijt ibidem anno Domini 1575. 17. Septembris. Eius vitam deſcripſerunt* CL. V. *D. Ioſias Simlerus & Ioannes Guilhelmus Stuckius. Tiguri excudebat Froſchouerus, anno Domini 1575.*

Henricus *Bulloeus, ſacræ paginæ doctor Cantabrigienſis, è Græco tranſtulit in Latinum ſermonem Luciani opuſculum, de ſerpentibus ſiticuloſis lib. 1. Scripſit orationes & epiſtolas. Baleus.*

* Henricus *Buntingus, paſtor eccleſiæ Grunouenſis, in Ducatu Brunſchuicenſi, de Monetis & menſuris ſacræ ſcripturæ libellum Germanica lingua conſcripſit & edidit. In 8. Magdeburgi, anno 1583.*

Henricus *Bury Sudouoleas in Clarenſi cœnobio fratrum Eremitarum D. Auguſti. ſcripſit Lecturam ſententiarum lib. 4. Quæſtiones Theologiæ, Sermones de B. Virgine, Sermones de tempore. Claruit anno Domini 1380.*

Henricus *Cardinalis Oſtienſis, adhortante Alexandro* IIII. *in totas Decretales ſcripſit. Vola. lib. 12. Vrb. comen. Eius ſumma excuſa eſt Venetijs apud Bernardum Iuntam 1570. in folio.*

Henrici *Conſtantienſis, Horologium æternæ ſapientiæ. Vixit anno 1368.*

Henricus *Cornelius Agrippa ab Netesheim, armatæ militiæ eques auratus, ſcripſit de Occulta philoſophia lib. 3. excuſos Coloniæ, anno 1533. & deinde Lugduni apud Goteſridum & Marcellinum Beringios fratres, anno 1550. Item de incertitudine & vanitate ſcientiarum declamationem inuectiuam, vel Cynicam, qua docetur, nuſquam certi quicquam, perpetui & diuini, niſi in ſolidis Dei eloquijs atque eminentia verbi Dei latere: impreſſam Coloniæ apud Eucharium Agrippinatem, anno 1531. In artem breuem Raymundi Lullij commentaria, impreſſa Coloniæ apud Ioan. Soterem, anno 1533. Hiſtoria de duplici coronatione Caroli* V. *Romani Imperatoris apud Bononiam. Orationes decem, quarum prima eſt in prælectionem conuiuij Platonis in Ticinenſi Gymnaſio, Amoris laudem continens. 2. In prælectionem Hermetis Triſmegiſti, De poteſtate & ſapientia Dei. 3. Pro quodam doctorando. 4. Ad Metenſium dominos, cum in illorum aduocatum, ſyndicum & oratorem acceptaretur. 5. Ad Senatum Lucenburgiorum, pro dominis ſuis Metenſibus habita. 6. In ſalutatione cuiuſdam principis & epiſcopi, pro dominis Metenſibus ſcripta. 7. In ſalutatione cuiuſdam magnifici viri pro dominis Metenſibus ſcripta. 8. Per quendam aſſinem ſuum Carmelitanum, ſacræ Theologiæ baccalauream formatum, in acceptione Regentiæ, Pariſijs habita. 9. Pro filio Chriſtierni regis Daciæ, Noruegiæ, & Suetiæ, &c. in aduentu Cæſaris habita. 10. In funere D. Margaretæ Auſtriacorum & Burgundionum Principis habita. Quæ impreſſa ſunt Coloniæ apud Ioannem Soterem, anno 1535. Scripſit etiam de Præcellentia muliebris ſexus, De apparitionibus animarum. Apologiam quandam. Dialogum de homine. De originali peccato diſputabilis opinionis declamationem ad epiſcopum Cyrenenſem. Epiſtolam ad Michaelem de Arando epiſcopum S. Pauli. Claruit anno 1538.* * *Eiuſdem querela ſuper calumnia intentata. Argentinæ 1539 Omnia eius opera, quæcunq; hactenus in lucem prodierunt, vel inueniri potuerunt, in duos Tomos concinne digeſta. 8. Lugduni, 1580.*

Henricus *Coſteſay, Minorita, compoſuit Expoſitiones in Pſalterium lib. 1. Lecturam in Apocalypſim lib. 1. Commentarios maiores in eandem lib. 1. Obijt anno 1336. Baleus.*

Henricus *de Coſueldia, Germanus, ordinis Carthuſienſis, Prior domus ſanctæ Mariæ prope montem Diuæ Gertrudis in Hollandia, ſcripſit in Exodum myſtice lib. 1. In epiſtolam Pauli ad Romanos lib. 1. De tribus votis ſubſtantialibus libr. 1. Contra vitium proprietatis libr. 1. De tribus cuſtodijs monaſticis libr. 1. De inſtitutionibus nouitiorum lib. 1. Circunciſiorum myſticum lib. 1. De Sacramento altaris lib. 1. De annunciatione Dominica lib. 1. Eulogium Pauli Eremitæ lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Guilhelmi Pariſienſis epiſcopi, arduum opus de Vniuerſo corpore & incorporeo, ſeu ſpiritali, mira induſtria perluſtrans breui compendio pulchre concluſit. Claruit anno Domini 1410.*

Henricus *Crixſtede, Anglus, monachus Benedictinus, ſcripſit in regulam monachorum, librum vnum.*

Henricus *Crolachius, Gothanus, ſcripſit copioſe & diligenter de cultura Iſatidis herbæ, & eiuſdem ad tingendam lanas præparatione: liber manuſcriptus.*

Henricus

Henricus *Crompe monachus Hybernus, ſcripſit Determinationes quaſdam lib.1. Contra religioſos mendicantes lib.1. Reſponſiones ad obiecta lib. 1. Claruit anno 1392. Baleus.*

Henricus *Dandalus, de geſtis Venetorum ſcripſit hiſtoriam.*

Henricus *Daniel Dominicanus, philoſophus & medicus, compoſuit opus quod vocat Manipulum florum lib.1. De iudicijs vrinarum lib.1. Floruit anno 1379. Baleus.*

* Henrici *Decimatoris, Sylua vocabulorum & phraſium, cum ſolutæ tum ligatæ orationis ex optimis vtriuſq; linguæ autboribus congeſtæ. 8. Lipſiæ.*

Henricus *Dolendorp, Germanus, per Alemaniam inferiorem, Carmelitarum prouincialis, ſcripſit ſuper Sententias lib.4. In philoſophiam moralem lib. 10. Sermones de tempore lib.1. Sermones de ſanctis lib.1. Obijt Coloniæ, anno Domini 1366.*

Henrici *Dopelſtein, de indicio aſtrorum: item de peſtilentia tractatus.*

* Henricus *Dorpius, Monaſterienſis, ſub ſuo nomine edidit hiſtoriam, de Factione & furore Anabaptiſtarum in vrbe Monaſterienſi, quæ extat in tomo 2. Witenbergenſi Lutheri, & inde integram hiſtoriam deſcripſit libro decimo. Putatur tamen pars aliqua iſtius hiſtoriæ congeſta eſſe, à Doctore Theodoro Fabricio.*

Henricus *Dorſius ſummam Azonis hactenus deprauatiſsimam multis in locis emendauit & edidit. Venetijs excuſ. anno 1568.*

Henricus *Archiepiſcopus Ebredinenſ. vide infrà, Hein. de Seguſia.*

Henrici *Ecardi, Norimbergenſis, varia quædam poemata, excuſa ſunt Norimbergæ in officina Georgij Merckelij, anno Domini 1553. quaternionibus 9.*

Henrici *Efforben, Theologiæ doctoris Homiliæ 13. in caput 38. & 39. prophetæ Ezechielis de Gog & Magog, ſeu de Turcis. Quibus docetur imperium ſub lege Mahometis collectum, in pernitiem Chriſtianorum, vt populi Dei, tanquam inſigne flagellum, à Deo excitatum eſſe, & tunc interiturum, cum populus Dei in manus eius erit traditus. Argentinæ excuſ. apud Theodoſium Ribelium, anno 1571. Latine & Germanice.*

Henricus *de Eimbeck, dictus magiſter Engelus, patria Saxo, doctor Theologiæ. Scripſit ſuper Sententias lib.4. De logica lib.1. Vocabularium lib.1. Obijt in Saxonia, anno Domini 1430. Trit. de ſcript. Germ.*

Henrici *ab Eppendorff querela ad Deſideriũ Eraſmum Roteroda. Liber impreſſus Haganoæ, anno Domini 1531. & alia quædam. Idem Plinij libros aliquot & multa alia ex Latina lingua in Germanicam tranſtulit.*

Henricus *de Erfordia, Germanus, ſcripſit de factis memorabilibus lib.1. Summam notabilem de caſibus conſcientiæ. Sermones multos & alios diuerſos tractatus. Claruit anno 1350.*

Henricus *Eſſeburne, Dominicanus, ſcripſit in Parabolas Salomonis lib.1. In Eccleſiaſten eiuſdem lib.1. Lecturas Bibliorum lib.1. Proceſſus in Theologia lib.1. Sermones quoq; lib.1. Claruit anno 1280. Baleus.*

Henricus *Euta, ſiue Oyta, Germanus, gymnaſij Viennenſis in Auſtria decus & complantator, à principio, ſcripſit ſuper Sententias lib.4. De contractibus lib.1. De conceptione ſanctæ Mariæ lib. 1. & quoſdam Sermones. Floruit anno Domini 1390.*

Henricus *de Heyta, ſcripſit libellum de redditibus, qui annexus eſt Gerſonis etiam operibus.*

Henricus *Euticus, Francus Orientalis, ſcripſit carmine doctiſsimo ſcommata, ſeu vrbanos & lepidos iuuenum iocos, in medicina opuſcula plura. Satyram in ſophiſtas & dialecticos, & humanitatis ſtudij inimicos: in laudes beatæ virginis. Epigrammata varia & multas ornatiſsimas epiſtolas, publico ſtipendio conductus, Francofordiæ. Claruit anno Domini 1494.*

Henrici *Fabri Introductio ad Muſicam practicam, non modo præcepta, ſed exempla quoque ad vſum puerorum accommodata, quàm breuiſsime complectens. Mulhuſij Duringorum, anno Domini 1508. in 4.*

Henricus *Fabricius, Laurentij Surij Chronicon ex Latina lingua in Germanicam tranſtulit. Coloniæ 1568. in folio. Item Catechiſmum Romanæ eccleſiæ, ex maiore Catechiſmo Tridentini concilij excerptum. Ibidem.*

Henrici *Fabricij de Tabernis montanis, Gratulatio Heidelbergæ, ad Illuſtriſsimum Principem D. Caſimirum, Comitem Palatinum Rheni, &c. & Generoſiſsimam Heroinam Elizabethã, Illuſtriſs. Saxoniæ Principis Auguſti Filiam. Heidelbergæ, anno 1570.*

Henrici *Farneſij Leodienſis* V.I. *Doctoris, de Imitatione Ciceronis libellus. Antuerpiæ apud Henricum Loeum, 1571.*

Henricus *Flicker, ſcripſit compendium calculorum, ſeu proiectilium ratiocinationis, excuſum Coloniæ, anno 1550.*

Henricus *Florentinus, carmine deſcripſit potentiam Friderici primi Imperatoris. Citatur à Felice Malleolo.*

Henricus *de Frimaria, qui eſt pagus Turingiæ, prope Gotam, ſcripſit de Decem præceptis, de Perfectione ſpirituali hominis interioris, de Paſsione Domini, Sermones breues de tempore, Sermones de ſanctis, Expoſitiones decretalis illius vbi de Sacramento altaris agitur. Commentum Ethicorum, Tractatum de inſtinctibus. Omnia hæc manuſcripta in bibliotheca Turingæ habentur. Arbitror hunc eſſe eundẽ qui Henr. de Vrimaria nominatur.*
* *Tractatus de quatuor Inſtinctibus, diuino, angelico, diabolico, humano. In 8. Pariſijs apud Iacobum Badium, 1514. excuſus.*

* Henricus *Gallus muſicus, de Inſtrumento nouo. 8. Erphordiæ.*

Henricus *de Gandauo archidiaconus Tornacenſis, Germanus, ſcripſit Summam Theologiæ*

*lib.1. Super ſententias lib.4. De virginitate lib.1. Quodlibeta lib.2. De pœnitentia lib.1. In Metaphyſicam lib.4. In Phyſicorum lib.8. Et in alios Ariſtotelis libros multos. Sermones quoque varios & diuerſas in ſacra pagina lecturas. Eius ſummæ quæſtionum ordinariarũ, excuſæ ſunt Pariſijs, 1520. in fol. Claruit anno 1299.*

Henrici *de Gandino tractatus magnus de iure: manuſcriptus. M. Dreſſerus.*

Henricus *de Gauda, Germanus, ſcripſit ſuper ſententiarum lib.1. de celebratione miſſarum lib.1. Orationes varias. Quæſtiones diſputatas, & alia quædam. Vixit anno 1435.*

Henricus *de Geilenhuſen, monachus cœnobij Spanheimenſis, Gymnaſij Erfordẽſis baccalaureus, ſcripſit ad Nouitios monaſterij portæ Mariæ, ordinis S. Wilhelmi, longam & inſtructam epiſtolam de profectu & inſtitutione ſpirituali lib.1. Vitam S. Benedicti abbatis carmine elegiaco lib.1. Sermones de tempore & de ſanctis lib.1. Contra pluralitatem beneficiorum lib.1. Et quaſdam ad diuerſos epiſtolas. Obijt anno Domini 1488. Tritt. de ſcript. German.*

Henricus *Loricus, Glareanus, Heluetius, ex pago Glarona, poeta laureatus, ſcripſit multa quibus nomen ſuum poſteritati conſecrauit, quæ diuerſis locis typis excuſa ſunt, ex quibus hæc habentur. Ælij Donati methodus ſcholijs eius illuſtrata, ac eiuſdem ſubſequentibus octo tractatibus aucta. 1. de generibus nominum. 2. de nominum declinationibus. 3. de gradibus comparationis. 4. de heteroclitis. 5. de verborum coniugationibus & formis: item de defectiuis & anomalis. 6. de conſtructionis regulis & ſyntaxi. 7. de ſyllabarum quantitate, pedibus & carminum generibus. 8. de figuris opus impreſſum Tiguri apud Froſchouerum. Iſagoge in Arithmeticam, vel Epitome de Arithmeticæ practicæ ſpeciebus: impreſſa Friburgi Briſgoiæ, anno D. 1539. Deſcriptio de ſitu Heluetiæ & vicinis gentibus: de quatuor Heluetiorum pagis: pro iuſtiſſimo Heluetiorum fœdere Panegyricon: ad Maximilianum Auguſtum Panegyricon. Omnia verſibus heroicis, cum commentarijs Oſualdi Myconij doctis et vtilibus in 3. priora opuſcula. Liber impreſ. Baſileæ apud Ioan. Frobenium, anno 1519. Idem quadriennio ante apud Adamum Petrum Baſileæ, ſine Myconij commentarijs exiuerat. Iſagoge in Muſicam, impreſſa Baſileæ 1516. De geographia lib.1. ab ipſo authore tertio recognitus, impreſſus Friburgi Briſgouiæ, anno 1532. Iudicium in P. Terentij carmina, per omnes comœdias: liber impreſſus Lugduni, anno 1540. In Q. Horatium Flaccum Annotationes, impreſſæ Friburgi Briſgouiæ, anno 1539. Eædem anno 1540. ibidem cum ipſius Horatij operibus impreſſæ ſunt, adiectis vbiq; argumentis, carminum rationibus, & alijs quibuſdam. Eædem annotationes rurſus impreſſæ ſeorſim Baſileæ 1544. Annotationes in P. Ouidij Metamorphoſes, impreſſæ. Annotationes in M. T. Ciceronis librum, de Senectute, impreſſæ Baſileæ apud Brylingerum, 1544. in C. Criſpi Saluſtij, quæ adhuc extant, hiſtoriarum fragmenta, annotationes: impreſ: Baſileæ apud Cratandrum, 1538. In C. Iulij Cæſaris Commentarios annotationes, excuſæ Lugduni apud Gryphium 1540 & ab authore recognitæ & auctæ. Friburgi, anno D. 1544. octern. 9. & dimid. In T. Liuium annotationes, & Chronologia in totam Romanam hiſtoriam, impreſſa Baſileæ cum ipſo Liuio: Lugduni autem ſeorſim, anno 1542. Dionyſium Halicarnaſſæum recognouit, & annotationibus illuſtrauit: & Chronologiam temporum in Dionyſij hiſtoria comprehenſorũ adiunxit, vt ſupra diximus in Dionyſ. Elegiarum lib. 2. ad Huldrychum Zuinglium, excuſos vnà cum Muſica ipſius in 4. De arte Muſica libros aliquot doctiſſimos, excuſos Baſil. apud Henricum Petri, anno 1549. in fol. Item de ponderibus ac menſuris librum, impreſſus Baſileæ apud Iſingrinium, anno 1550. Item Annotationes in Valerium Maximum, excuſas Baſileæ ab Henrico Petri, anno 1553. cum Valerio Maximo. Præterea in Suetonium & Lucanum. Scripſit præterea annotationes in Eutropium, impreſſas Baſileæ, 1555. Henrici Glareani epiſtola ad Ioannem Hermagium, qua continetur apologia aduerſus Caroli Sigonij maledicta in ipſum: & iudicium de illius doctrina & emendationibus Liuianis. Huic præfixa eſt epiſtola Ioan. Iacobi à Ritzburg ad lectorem. Patauij Gratioſus Pertachinus, 1557.*

* Henricus *Göldlius Tigurinus, medicus paſſiuus, Germanica lingua ſcripſit Regimẽ peſtilentiæ. Itemq; medicamentum approbatum in Pleuritide, quæ peſtis quaſi ſpecies quædam eſt. Tum præterea formam medicamenti edidit, quæ paradiſi apprime cõfert: ac inſuper pretioſæ aquæ deſcriptionem contra ingentes capitis dolores, vertiginem, maniam, et apoplexiam. Quin etiam modum quo morbus Gallicus curari poteſt citra vnctiones, ſuffumigia, aut lotiones vllas, gummata naſci prohibentem, ſi morbus recens, nec prius à quoquam vnctionibus aut ſuffumigijs alijsq; modis vexatus fuerit. Omnia hæc in vno libello continentur. In 4. ſine notatione loci & temporis, excuſa.*

Henricus *Gorrichem, natione Germanus, ſcripſit Concluſiones ſententiarum lib.4. de ſuperſtitionibus lib.1. contra Huſſitas quoq; lib.1. de feſtorum celebratione lib.1. ſummarium S. Thomæ lib.1. ſermones & collationes lib.1. quæſtiones & determinationes inſuper varias, lecturas, libros & diuerſos tractatus edidit. Eiuſdem tractatus de ſuperſtitioſis quibuſdam, vt videntur, caſibus, ſeu cæremonijs eccleſiaſticis, impreſſus eſt in 4. chartis 2. & dimid. Tractatus de celebratione feſtorum, itidem in 4. excuſos, totidem chartis. Vixit anno Domini 1460.*
** Concluſiones ſententiarum cum textu Petri Lombardi impreſſæ habentur. Eiuſdem poſitiones de cœlo, & mundo Ariſtotelis, Coloniæ apud Henricum Quentel, anno 1501. Itemq; quæſtiones metaphyſicales de Ente & Eſſentia D. Thomæ. Ibidem anno 1502.*

Henrici *Grammatei libellus, de arte vaſandi, impreſſus Viennæ. Eiuſdem arithmetica Germanica cum regulis Coſ. excuſa.*

Henrici

Henrici *Grauij annotatiunculæ in Cæc. Cypriani opera, cum eiſdem impreſſa Coloniæ apud Quentel* 1544.

Henrici *Greue de Oetingen, diſputationes & explicationes paruorum logicalium, in Academia Lipſenſi.*

Henrici *de Grimma Miſniaci, Labyrinthus, in quo continentur ſermones de tempore & ſanctis.*

Henricus *Gulpen, abbas monaſterij S. Ægydij Nurenbergæ, ordinis D. Benedicti, Germanus, ſcripſit de pœnitentia lib. 1. ſuper conſecratione lib. 1. de paßione Domini lib. 1. & quædam alia. Vixit anno* 1417.

Henricus *Gundelfinger, canonicus eccleſiæ Beronenſis, ſcripſit librum de thermis Badenſibus in Heluetia, ex quo Conradus Geſnerus quædam in ſuos libros de Thermis tranſtulit. *Idem cum Fribergenſis eccleſiæ capellanus eſſet, ſcripſit Chronica, extat in 4. Ms. in bib. Imp.*

Henricus *de Hachenburg, ordinis fratrũ prædicatorum, natione Germanus, ſcripſit ſermones de tempore lib. 1. ſermones de ſanctis lib. 1.*

Henricus *de Hanna, Carmelita, ſcripſit elegantes epiſtolas lib. 1. Conciones aliquot lib. 1. Ordinationes conuentuum lib. 1. Obijt anno D.* 1299. *Baleus.*

Henricus *Harkelei, ſcripſit ſuper Magiſtrum ſententiarum lib. 4. De Tranſubſtantione lib. 1. Quæſtiones Theologiæ lib. 1. Determinationes lib. 1 Quodlibeta quoque libr. 1. Claruit anno Domini* 1396. *Baleus.*

Henricus *de Harena, natione Anglus, patria Nordonolcas, Carmelita, dictauit ſuis ſcribendarum epiſtolarum formulas, poſtea editas. Scripſitq́ de ordinationibus locorum lib. 1. Obijt Stanfordiæ, anno* 1399.

Henricus *de Haßia iunior, ordinis Carthuſienſium, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. In Geneſim lib. 1. In Exodum lib. 1. In Parabolas Solomonis lib. 1. In Apocalypſim Ioannis lib. 1. Dialogum inter epiſcopum & preſbyterum lib. 1. Sermones vtiles lib. 1. Item librum contra diſceptationes & contrarias prædicationes fratrum mendicantium, ſuper conceptione S. Mariæ virginis, & contra maculam S. Bernhardo mendaciter impoſita, impreſſum alicubi in Germania. Item regulas ad cognoſcendam differentiam inter peccatum mortale & veniale: excuſas cum Antonini opere de eruditione Confeſſorum,* 1483. *Præterea Theoricas planetarum, & alia quædam in Aſtronomia. Scripſit etiam librum de Contractibus, & de ordine cenſuum, qui Gerſonis libris annexus eſt. Idem ſcripſit explanationem ſuper orationem Dominicam. Mortuus eſt an.* 1397. *Henrici de Haßia, ſuper 4. lib. Sententiarum, de Habitudine cauſarum, & influxu naturæ ſuperioris reſpectu inferiorum: de verbo incarnato: de clauibus eccleſiaſticis ligandi & ſoluendi: de diſcretione ſpirituum: manuſcript. apud M. Dreſſe. Item Expoſitio orationis Dominicæ & Angelicæ ſalutationis, & ſuper prologum Bibliæ.*

Henricus *de Herph, ordinis fratrum minorum S. Franciſci, Germanus prouinciæ Colonien. ſcripſit volumen magnum & inſigne, de præceptis decalogi lib. 1. ſermones de temporibus lib. 1. ſermones de ſanctis lib. 1. ſermones per aduentum li. 1. de tribus partibus pœnitentiæ lib. 1. & quædam alia. Claruit anno D.* 1460.

Henricus *Holtzmullerus Modiſta, edidit libellum Latinarum & Germanicarum ſcripturarum. Baſileæ* 1551.

Henricus *Horneby Lincolnienſis, Cantabrigiæ Academiæ theologus, edidit hiſtoriam nominis Ieſu lib. 1. Hiſtoriam viſitationis Mariæ lib. 1. Claruit anno* 1510. *Baleus.*

Henricus *Howerde, Suriæ comes, Anglicis metris elucidauit Eccleſiaſten Solomonis lib. 1. Pſalmos Dauidis aliquot lib. 1. Vergilij Maronis Æneida lib. 1. Pro duce Richemundiæ lib. 1. Contra Londinenſes ciues lib. 1. Carmina iuuenilia lib. 1. Londini decollatus fuit, anno* 1547. *Baleus.*

Henricus *Huntingtonenſis, archidiaconus, hiſtoricus egregius, ſcripſit Hiſtoriam rerum Anglicarum lib. 10. Hiſtoriam breuiorem lib. 1. Seriem regum orbis lib. 1. Seriem regum Britanniæ, lib. 1. De imagine mundi lib. 1. De appetitu mundi lib. 1. De contemptu mundi lib. 1. De ſanctis Angliæ lib. 1. Super Beati immaculati lib. 1. De ſummitatibus rerum lib. 8. De origine rerum Britanniæ lib. 1. Pro ſecutiones Bedæ lib. 1. Ad conſortem Gualterum lib. 1. Epigrammatôn lib. 8. Luſus amatorios lib. 8. De herbis, aromatibus, & gemmis lib. 8. De ponderibus & menſuris lib. 2. De lege Domini ad Petroburgenſes lib. 1. Laudes Alphredi & Elfledæ lib. 1. Carmina diuerſi generis lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos lib. 1. Claruit anno* 1148. *Baleus.*

Henricus *de Huetta, Alemanus, Carmelita, ſcripſit breuiarium ſententiarum lib. 4. Quæſtiones ſcholaſticas lib. 1. Claruit anno* 1390.

* Henrici *Huſani 1. C. horarum ſuccißiuarum, ſiue imaginum Moſaicarum lib. 11. Elegiarum libri totidem. 4. Roſtochij* 1580.

Henrici *Inſtitoris, Inquiſitoris, contra Valdenſes. Item contra errores nouißimos. Contra Monarchiam Antonij Roſelli, Venetijs,* 1499. **Eiuſdem Malleus maleficarum. In 8. Francofurti, anno* 1582.

Henricus *Iſaac muſicus, citatur in muſica Glareani.*

Henricus *de Kalkar, natione Germanus, ordinis Carthuſienſis, & Prior domus S. Barbaræ in Colonia Agrippina, ſcripſit exercitatorium monachale lib. 1. Loquagium de rhetorica lib. 1. Cantuagium de muſica lib. 1. de ortu ordinis ſui lib. 1. & quædam alia. Claruit anno* 1390.

Henricus *Kaltyſen, Archiepiſcopus eccleſiarum Nydroſienſis & Cæſurienſis, ordinis fratrum Prædicatorum, patria Confluentinus, ſcripſit Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Sermones per quadrageſimum lib. 1. Super Magnificat lib. 1. Quæſtiones varias lib. 1. Collationes ad clerum, & alia complura. Floruit anno Domini* 1495.

Henrici *Knauſt I. V. D. Nidhartus, ſiue de inuidia libellus. Francofurti,* 1569. *Germanice. Idem Luciani libellum de Calumnia in Germanicam linguam tranſtulit. Ibidem. Propædia in leges & præcepta proſodiæ, facillimis verſibus memoriæ adiuuandæ gratia reddita. Erphordiæ* 1573. *in octauo. Erotemata Chriſti Phriſchbij in Inſtitutiones iuris in Germanicam linguam tranſlata. Francofurti.* * *Eiuſdem de Mahometi Turcarum Dei, ortu obſcuro & vita flagitioſa, Germanice. De Officijs eccleſiaſticis, ſeu regula diſcentium.* 8. *De ludo. Repetitio ex fontibus iuris, quid & quomodo iudicandum ſit, in controuerſijs ludorum aleæ, chartarum, & ſimilium.* 8. *Erphordiæ. Eiuſdem Tentator, Dialogus lepidiſſimus, multa pia & ſalutaria doctrina refertus.* 8. *Erphordiæ excudebat Georgius Buman. Ab eodem Numeratio graduum conſanguinitatis & affinitatis, ſecundum arborem ciuilem, collecta.* 8. *Erphordiæ excudebat Georgius Buman, anno* 1580.

Henricus *Knyghton edidit De geſtis Anglorum lib.* 1. *Baleus.*

* Henricus *Korninck Paderbornen. ſcripſit magnas concordantias in Biblia.*

Henrici *Kyſpenningij Velonenſis de meditatione mortis, & varijs, eos qui mortem lentam ſubitámue vel violentam obeunt, conſolandi modis, libri ſeptem impreſſi Coloniæ,* 1573. *in octauo.* * *Eiuſdem precationes Chriſtianæ & piæ ad recte viuendum, admonitiones ex ſacra ſcriptura & patribus ſelectæ. In decimo ſexto Coloniæ apud Arnoldum Birck.*

Henricus *de Langenſtein, dictus de Haſſia, natione Germanus, ſcripſit ſuper Sententias lib.* 4. *in Geneſim & prologum lib.* 5. *de Antichriſto & ſchiſmate lib.* 1. *De eruditione ſacerdotij lib.* 1. *De anima contémplatiua lib.* 1. *De contemplatione Speculum animæ lib.* 1. *De horis canonicis lib.* 1. *Contra Aſtrologos lib.* 1. *Super oratione Dominica lib.* 1. *Super Aue Maria lib.* 1. *Super Symbolo Apoſtolorum lib.* 1. *De contemptu mundi lib.* 1. *Contra fratrem Teloſphorum lib.* 1. *Contra quendam Wicleffitam lib.* 1. *Ad canonicos regulares lib.* 1. *De proprietate monachorum lib.* 1. *Sermones de tempore lib.* 1. *Sermones de ſanctis lib.* 1. *In Cantica canticorum lib.* 1. *Epiſtolarũ ad diuerſos lib.* 1. *Claruit anno* 1400.

Henrici *de Lubeck, ordinis Prædicatorum Quodlibetum, manuſcript. M. Dreſſerus.*

Henrici *Luytenij, ſacræ Theologiæ baccalaurei enarrationes Euangelicas Dominicalium ab Aduentu vſque ad Septuageſimam. Item Explicatio de natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex ſecundo capite D. Lucæ. Item de ſeptem donis Spiritus ſancti. De quatuor virtutibus cardinalibus. De octo beatitudinibus: cum libello De Spiritus ſancti miſſione. Antuerpiæ in officina Plantini in octauo.*

Henrici *Mamerani, Lucemburgenſis, Gratulatorium carmen in ſereniſſimi Principis Philippi Regis Angliæ, &c. aduentum in Germaniam, anno Domini* 1549. *In Angliam verò anno Domini* 1554. *In Belgicum anno Domini* 1555. *Item Epithalamium nuptiarum eiuſdem cum ſereniſſima Maria Angliæ regina. Coloniæ Iacobus Soter excudit, anno Domini* 1555. *Eiuſdem Strena Calendis Ianuarij, anno Domini* 1556. *ad patronos & amicos: Eſt autem carmen de leone & aſino. Eiuſdem carmẽ quid ſignificet apud Hiſpanos Beſo Las manus. Antuerpiæ, anno Domini* 1556. *De priſca moneta libellus. Coloniæ excuſus ab authore, anno Domini* 1551.

Henricus *Marionowenſis, Germanus, prope Pannoniam Carmelita, qui, teſte Baptiſta Mantuano, aſtrorum ac cœli ſcientia clarus erat, ſcripſit de Syderum curſu lib.* 1. *Contra Symoniacos lib.* 1. *De ordine ſuo lib.* 1. *Epiſcopus claruit anno Domini* 1440.

Henrici *de monte Martis, Summa in iuris canonici certos quoſdam titulos, numer* 62. *Forte Henrici Boyth.*

Henrici *Mediolanenſis, de Controuerſia hominis & fortunæ libri ab interitu vindicati, & cum commentarijs in lucem editi per Cyprianum à Popma. Coloniæ excuſ. anno* 1570.

Henricus *Medwall, ſcripſit de natura Comœdiam lib.* 1. *Claruit anno* 1490. *Baleus.*

Henricus *Memmius V. C. conſiliarius regius & libellorum ſupplicum magiſter in Gallia, plurimos veteres auctores manuſcriptos Græcos & Latinos collegit, quorum aliquot ſuis locis nominauimus.*

Henrici *de Merſenbach ſumma iuris.*

Henrici *Molleri, profeſſoris linguæ Hebrææ in Academia Witenbergenſi, commentarius in Malachiam prophetam, Witenbergæ excuſ. apud Ioannem Lufft, anno Domini* 1569. *Enarratio Pſalmorum Dauidis partibus tribus. Ibidem, anno Domini* 1573. *in octauo.*

Henrici *Molleri Epithalamion Dauidi Chytræo ſcriptum, excuſum, anno Domini* 1553. *Eiuſdem in nuptijs Vlrici ducis Megalburgij & Elizabethæ Danicæ reginæ, carmen Epithalamium Roſtochij impreſſum, anno Domini* 1556. *Scripſit multa alia.*

Henricus *Morley nobilis, in Anglico ſermone edidit Comœdias & Tragœdias libros plures, vitas ſectariorum lib.* 1. *Claruit ſenex, anno Domini* 1540. *Baleus.*

Henrici *Mylij, hiſtoria paſſionis Ieſu Chriſti, Græco heroico carmine reddita. Lipſiæ.*

Henricus *Mortheymenſis, Germanus, ſcripſit opus præclarum metro & proſa ad Fridericum Marchionem Myſniæ, ac ducem Saxoniæ, quod Diometromachiam nominauit. Item de virtutum & vitiorum conflictu lib.* 1. *Claruit anno Domini* 1494.

Henricus VIII. *Anglorum rex, ſcripſit ad Leonem Pontificem eius nominis* X. *Aſſertionem Sacramentorum lib.* 1. *Impreſſ. Lipſiæ* 1541. *Ad epiſtolam Lutheri lib.* 1. *De Chriſtiani hominis inſtitutione lib.* 1. *De inſtituenda pube lib.* 1. *Sententiam*

Digitized by Google

tiam de Mantuano Concilio lib. 1. de iuſto in Scotos bello lib. 1. ad duces Saxoniæ, Eraſmum Roterodamum, & alios magni nominis viros doctiſſimos, epiſtolas diſertiſſimas. Obijt anno 1547.

Henricus de Oyta, ſcripſit de contractibus redditunm annualium: liber manuſcriptus apud M. Dreſſerum. Annexus etiam eſt hic liber Gerſonis operibus. Idem ſcripſit articulos contra magiſtrum Albertum. Sermonem de omnibus ſanctis. De conceptione Mariæ, de eius natiuitate, purificatione, annuntiatione: magiſtrales tractatus de anima & potentijs eius.

Henricus de Oxonia, Anglus, Minorita, ſcripſit ſermones feriales lib. 1. Sermones dominicales lib. 1. Baleus.

Henricus Pantaleon, Baſilienſis, medicinæ doctor, poeta laureatus, hiſtoricus, & Comes Palatinus, multa & varia, Latina & vernacula lingua ſcripſit, de quibus hæc ſunt in publicum edita, Epicedia in obitus doctiſſimorum & clariſſimorum virorum, Deſiderij Eraſmi Roterodami, Ioannis Oecolampadij, Simonis Grynæi, Andreæ Caroloſtadij, Hieronymi Gemuſæi, qui omnes Baſileæ ſepulti ſunt: edidit autem ſingula hæc ſeparatim, excuſa ab Eraſmo Xilotecto, anno 1544. Scholia in Publij Syri Mimos, additos Catonis diſtichis, quæ eodē anno à Xilotecto quoq; excuſa ſunt. Epigrammata in varios auctores, eorumq; libros compoſuit cum illis edita: veluti in Grammaticam Oecolampadij & Vrbani Simonis Lemnij eglogas, Balei ſcriptores Anglicos, Palingenium, Cœlium De amplitudine miſericordiæ Dei, & alios. Philargyrus comœdia verſibus iambicis conſcripta, de Zacheo publicano Chriſtum hoſpitio excipiente: excuſa apud hæredes Cratandri, anno Domini 1546. Chronographica eccleſiaſtica, excuſa à Brylingero anno Domini 1550. Hiſtoria martyrum Galliæ, Germaniæ & Italiæ: addita hæc eſt ſecundi tomi loco, Commentario Ioannis Foxi de martyribus Angliæ: excuſa ab eodem anno Domini 1563. De peſtis præſeruatione & remedio libellus: ibidem excuſus anno Domini 1564. Proſopographiæ illuſtrium virorum Germaniæ, tomi tres ſeparatim et diuerſis temporibus editi Latine & Germanice, anno Domini 1565. & duobus ſequentibus in fol. Diarium hiſtoricum lib. 12. in folio, ab Henrico Petri anno Domini 1572. Omnium regum Galliæ vitæ verſibus elegiacis annó Domini 1574. Præterea ex Latina lingua in vernaculam Germanicam ſequentes libros tranſtulit. Ioannis Sleidani hiſtoriam anno Domini 1556. Quam etiam tribus libris continuauit Germanice & Latine: editam in officina Brylingeri anno Domini 1562. Cardani opus de varietate rerum, & eiuſdem libros de ſubtilitate prius à ſe in compendium redactos: excudit hæc Henricus Petri, anno 1557. Pauli Iouij hiſtorias, et eiuſdem ſcripta de Turcis & Moſchis: Perna excudit, anno 1560. & 1564. Martini Cromeri hiſtoriam Polonicam ab eodem excuſam, anno 1562. Sigiſmundi liberi Baronis ab Herberſtein Moſcouiam: excuſam à Brylingero anno Dom. 1563. Pet. Pauli Vergerij varios libellos, de Iubilæo: Franciſci Spieræ hiſtoriam & ſimiles. Ioannis Ludouici Viuis opus de veritate Chriſtianæ fidei: apud hæredes Brylingeri excuſum anno D. 1571. Nicolai Gillet hiſtoriam Gallicam cum Nicolao Falknero conuertit: apud eoſdem excuſ. anno D. 1572. Adhæc Naucleri hiſtoriam, & Geſneri partem ſecundam Euonymi in Germanicam linguam tranſtulit, qui libri nondum quidem editi, breui tamen volente Deo publicabuntur. Poſtremo varios auctores reſtituit, & præfationibus additis edidit, veluti Metochitæ phyſica, Rauiſij Epitheta, G. Tyrij bellum ſacrum, & alia diuerſis temporibus edita: & adhuc multa alia huius generis aſſidue molitur, quæ ſuo tempore publicabit. * Eiuſdem deſcriptio vrbis & comitatus Badenſis: atque thermarum in Ærgouia Heluetiorum. Germanicè in 4. Baſileæ anno Domini 1578. Eodem autore. Militaris ordinis Iohannitarum, Rhodiorum, aut Melitenſium Equitum, rerum memorabilium terra mariq; à ſexcentis ferè annis pro republica Chriſtiana, in Aſia, Africa, & Europa contra Barbaros, Saracenos, Arabes & Turcas fortiter geſtarum, ad præſentem vſq; 1581. annum, Hiſtoria noua, libris duodecim comprehenſa. In fol. Baſil. apud Thomam Guarinum. 1580.

Henrici de Palma, Meditationes ante & poſt celebrationem Miſſæ, & in cæteris actionibus quotidianis.

Henricus Parker Carmelita, compoſuit in Meteora Ariſtotelis lectiones 34. lib. quatuor. Dialogum diuitis ac pauperis lib. 1. De Chriſti paupertate lib. Claruit anno D. 1470. Baleus.

Henricus Penia, geſta Sophi Perſarum regis contra Turcas, anno Domini 1514. deſcripſit, Baſileæ apud Ioannem Frobenium, anno Domini 1515. cum aliquot alijs opuſculis.

* Henrici Petrei Herdeſiani Aulica vita, & oppoſita huic vita priuata. 8. Francofurti apud Feyrabend. Eiuſdem ſtudio & opera Franciſci Balduini I. Con. in libros IIII. Inſtitutionum Iuris ciuilis commentarij, in Germania antehac non excuſi, mendis iam propè innumeris ſublatis, illuſtrati ſummarijs, Græcorumq; interpretatione locupletati, cum eiuſdē Petrei præfatione, in qua editionis huius ratio exponitur, cumq; indice. In fol. Francofurti ad Mœnum, impenſis Caroli Peſnot. anno Domini 1582.

Henricus Petrus Robenſtock, Hecaſtum comœdiam tragicam in Germanicam linguam tranſtulit. Francofurti 1568.

* Henricus Pilæus Mindenſis ſcripſit contra Matthiam Bredenbachium qui librum contra doctrinam Euangelij de componendis diſſidijs ediderat.

Henricus de Piro, Colonienſis, ordinis Carthuſienſium, ſcripſit ſuper inſtituta lib. 4. ad nouitios quoque lib. 1. conſilia in diuerſis caſibus librum 1. ſermones de tempore librum 1. ſermones de ſanctis librum 1. & quædam alia. Idem ſcripſit de contractu annui cenſus cum pacto redemptionis.



Digitized by Google

*Claruit anno Domini* 1470. *Nominatur alicubi Henricus Brunonis de Piro.*

Henrici *Piſtoris theologi Pariſienſis ſequentiæ, vt vocant, de quibus in elucidatorio eccleſiaſtico.*

Henricus *Plantagenet, ſecundus eius nominis Anglorum rex, ſcripſit Legum & ſtatutorum lib. 1. ad Hadrianum IIII. pontificem, ad D. Bernhardum Clareuall. Alexandrum III. Pont. Max. Thomam Cantuarienſem, Ioan. Carnotenſem, Richardum Cantuarienſem, & alios, epiſtolas. Obijt anno D.* 1189.

Henricus *Potini, Normannus, Carmelita Rothomagenſis, & epiſcopus Philadelphienſis, Carolo Francorum regi acceptus, ſcripſit Lecturam ſententiarum Pariſijs, lib. 4. Conciones ad Clerum & populum lib. 2. Quadrageſimale coram rege Carolo lib. 1. Obijt Rothomagi anno* 1502.

Henricus *Primæus Buſchodutenſis Gymnaſiarcha apud Monaſterienſes in Germania, D. Eraſmi Roterod. de octo orationis partium conſtructione libellum ſcholijs illuſtrauit: liber impreſſus Tiguri apud Froſchouerum. * Hic tandem Embeccæ in incendio perijt.*

Henricus *cognomento Prudens, ordinis Carthuſienſium, Prior domus vallis iuxta Brugas in Flandria, ſcripſit Tetralogum deuotionis lib. 3. Claruit anno* 1484.

* Henrici *Ranzouij equitis Holſati, de conſeruanda valetudine liber, in priuatum liberorum ſuorum vſum ab ipſo conſcriptus, ac editus à Dethleuo Syluio Holſate. In quo de diæta, itinere, annis climactericis, & antidotis præſtantiſſimis, breuia et vtilia præcepta continentur. 8. Lipſiæ. Catalogus Imperatorum, Regum ac Principum, qui Aſtrologicam artem amarunt, ornarunt & exercuerunt: quibus additæ ſunt aſtrologicæ quædam prædictiones veræ ac mirabiles omnium temporum, deſumptæ ex Ioſepho, Suetonio, Tacito, Dione, Xiphilino, Cuſpiniano & alijs, ex quibus certitudo ac veritas harum diſciplinarum colligi poteſt. Adiectus eſt præterea Tractatus de annis climactericis, collecta ab Henrico Ranzouio, ac edita à Theophilo Siluio, ac denuo aucta & locupletata, an.* 1580. 8. *Lipſiæ.*

* Henrici *Ratelen Saganſis tragœdia Germanica de aureo vitulo Aaronis. In octauo, anno Domini* 1573.

Henricus *Regius Paderbornenſis, prouinciæ Saxonicæ S. Crucis alumnus, Guardianus Suerinenſis, ſcripſit Biblia alphabetica, opus & locupletius & commodius ad inuentionem quàm ſint Concordantiæ maiores, Noueſianus excudit Coloniæ, anno Domini* 1535. *in quarto, chartis* 112. *Claruit anno* 1535.

Henrici *Ribiſchij I.C. de re Turcica ad Viennam, epiſtola hiſtorialis ad Henr. Stromerum. Lipſiæ Nicolaus Faber excud.*

Henrici *Rhoti, Conciones catechiſticæ iuxta Lutheri catechiſmum. Iſlebij* 1572. *Pars altera catechiſmi. Ibidem* 1573. *Germanice.*

Henrici *Ryſſuuichij I.C. Paratitla et notæ breues in titulum de diuerſis regulis iuris antiqui, ex vetuſtiſſimis aliiſq; interpretibus concinnatæ. Adiectus eſt liber ſingularis rerum prætermiſſarum, ex varijs libris depromptus. Coloniæ* 1572. *in* 8.

* Henricus *à Riſſenberg ſcripſit Caroli IIII. Cæſaris Romani, Bohemiæ regis hiſtoriam, & epitomen rerum geſtarum ante Romani Imperij inaugurationem. In* 4.

Henricus *Sathſius, libros tres de contrarijs in ſpeciem vtriuſq; Teſtamenti locis, edendos curauit: impreſſos Coloniæ apud Ceruicornum,* 1540. *cum Honorij commentarijs in libros Salomonis.*

* Henrici *Salmuth declaratio tabulæ de tribus ordinibus, Germanicè. Lipſiæ in 4. anno D.* 1583.

Henrici *de Saxonia, Alberti Magni diſcipuli, liber de ſecretis mulierum, impreſſus Auguſtæ, año D.* 1498. *per Antonium Sorg.*

* Henricus *Stæuius Schalterlandinus, felix in ſcribendis verſibus: ſcripſit in diuerſa ſcripta doctorum epigrammata & epiſtolas ad diuerſos. Obijt Oſnaburgæ admodum ſenex, anno* 1554.

Henricus *Schoffer edidit epiſtolam conſolatoriam ad D. Franciſcum Stancarum captiuum Cracouiæ, quæ adiecta eſt orationi Ioan. Coſminij ad Iulium III. de concilio.*

* Henrici *Schorij, de analyſi & geneſi grammatica dialogi in puerorum vſum conſcripti, vbi obiter Germanicæ rudimẽta grammaticæ adumbrantur.*

Henricus *Scotus, ſcripſit Franciſci Spieræ hiſtoriam, qui ob abiuratam fidei confeſſionẽ in ſummam incidit deſperationem. Excuſam Baſil. cum doctorum aliquot virorum præfationibus,* 1550.

Henricus *de Seguſia, poſtea Cardinalis Hoſtienſis, Iuris ſummam complexus eſt. Edidit præterea Lecturas in 5. libros Decretales. Floruit año* 1255. *Summam eius ab erroribus repurgatam, & annotationibus illuſtratam, Baſileæ edidit Guarinus* 1573. *in folio.*

Henrici *Senſij ſelectæ epiſtolæ ante añs* 200. *ſcriptæ ad quoſdam religioſos, vt vocant. Dilingæ Germanice* 1569.

Henricus *de Seclim, Flandrius, poeta Gandenſis, homo doctiſſimus, Carmina ſcripſit lib. 1.*

* Henricus *Sibæus Olphemius grammaticus egregius, & grauis poeſeos cenſor ſcripſit quædam carmina & præcipue epitaphia illuſtrium aliquot virorum.*

Henricus *de Soliaco Henrici regis ex Adela nepos, monachus, ſcripſit ad Auunculum regem de inuentione corporis Arthuri lib. 1. Claruit anno D.* 1190. *Baleus.*

Henricus *Stafforde, Buckingamiæ Ducis filius in Anglicum ſermonem vertit Vtriuſq; poteſtatis differentiam lib. 1. Obijt anno* 1558. *Baleus.*

Henricus *Stain Vtinenſis præpoſitus, iureconſultus, Henrici duodecimi reguli Boiorum res geſtas temporibus ſuis literis commendauit.*

Henricus *Standicius Minorita, Aſaphenſis Epiſcopus, edidit Sermones ad vulgum lib. 1. Contra verſiones Eraſmi lib. 1. Claruit delirus ſenex anno* 1520. *Baleus.*



Digitized by Google

Henricus *Stapedius, Agrippinas, medicus Lugdunenſis, edidit Decades duas paradoxorum Laurentij Iouberti.*

Henricus *Steinbeyll, ſcripſit librum de curatione peſtilentiæ.*

Henrici *Sthenij Munderi Epithalamion Dauidi Chytreo ſcriptum, excuſum Witebergæ anno* 1553.

Henricus *Stephanus, Roberti filius, ſcripſit emendationes in Dionis Romanæ hiſtoriæ lib. 23. quæ cum ipſo Dione à patre impreſſo habentur. Ciceronianum Lexicon Græcolatinum, id eſt, Lexicon ex varijs Græcorum ſcriptorum locis à Cicerone interpretatis collectum. Additi ſunt loci Græcorum auctorum cum Ciceronis interpretationibus, anno 1557. in octauo. Epigrammata Græca ſelecta ex Anthologio, carmine interpretatus eſt. Comicorum Græcorum ſententias Latinis verſibus reddidit & annotationibus illuſtrauit, anno 1569. in duodecimo. Epiſtolam de ſuæ typographiæ ſtatu, Item quam miſera ſit veterum ſcriptorum conditio, in quorundam typographorum prela incidentium. Artis Typographicæ querimoniam, de illiteratis quibuſdam typographis, propter quos in contemptum venit. Epitaphia Græca & Latina doctorum quorundam typographorum. Theſaurum linguæ Græcæ in quo præter alia plurima vocabula in certas claſſes diſtributa ſunt multiplici deriuatorum ſerie ad primigenia, tanquam ad radices reuocata. Geneuæ anno 1572. in folio. De Atticæ linguæ, ſeu Dialecti idiomatis commentarius, editus cum duobus veteribus gloſſarijs, anno 1573. in folio. Virtutum encomia, ſiue gnomæ de virtutibus, ex poetis & philoſophis vtriuſque linguæ Græcis verſibus edidit, adiecta ſua interpretatione. Inter Latina autem carmina quædam ſunt elegantiſſima, à pauciſſimis adhuc lecta, anno Domini 1573. in 16. De abuſu linguæ Græcæ, in quibuſdam vocibus quas Latina lingua vſurpat, anno 1573. in 8. Pſalmi Dauidis metro Anacreontio & Sapphico, minima forma. Lyricorum carmina Latine reddita, in 16. Anacreontis odæ aliquot eodem metri genere expreſſæ. Annotationes in Anacreontem in 4. Herodoti, Thucididis, & Xenophontis ſcripta, eorumq́ Latinas interpretationes recognouit, & pro Herodoto Apologiam ſcripſit: Xenophonti autem orationem præfixit de coniungendis cum Marte Muſis, exemplo Xenophontis. Sexti philoſophi Phyrhoniarum hypotypoſeon libros 3. nunquam ante editos publicauit, & in Latinam linguam tranſtulit. Annotationes in Sophoclem et Euripidem: quibus variæ lectiones examinantur, & pro mendoſis emendatæ ſubſtituuntur. Addita ſunt, Tractatus de orthographia quorundam vocabulorum Sophocli cum cæteris tragicis communium: & Diſſertatio de Sophoclea imitatione Homeri. Animaduerſiones in Eraſmicas quorundam Adagiorum expoſitiones. In M. T. Ciceron. quam plurimos locos caſtigationes: partim ex eius ingenio, partim ex vetuſtiſſimo quodam & emendatiſſimo exemplari. Colloquiorum ſeu dialogorum Græcorum ſpecimen. Præterea optimos quoſque auctores Græcos, Latinos, Theologos, Medicos, Poetas, quã elegantiſſime & emendatiſſime excudit, & pleriſque annotationes adiecit. * Eiuſdem Shedsaſmatum variorum, id eſt, Obſeruationum, Emendationum, Expoſitionum, Diſquiſitionum libri 3. 8. Geneuæ. Dialogus Nizoliodidaſcalus ſiue monitor Ciceronianorum Nizoleanorum, in 8. Hypomneſes de Gallica lingua, peregrinis eam diſcentibus, neceſſariæ: quædam verò etiam ipſis Gallis multùm profuturæ. Inſperſa ſunt nonnulla, partim ad Græcam, partim ad Latinam linguam pertinentia, minimè vulgaria: quin & Gallicam patris ſui Grammaticen adauxit. 8. Geneua, anno 1582. De latinitate falſo ſuſpecta, expoſtulatio. De Plauti latinitate diſſertatio, &c. Poematij Dionyſij Alexandrini de ſitu Orbis interpretatio ad verbũ. In poemata Pub. Vergilij Maronis, nouis Scholijs illuſtrata. Schediaſma de delectu in diuerſis apud Virgiliũ lectionibus adhibendo, in 8. In poemata Q. Horatij Flacci, nouis ſcholijs & argumentis Illuſtrata. 8. Præterea ædidit fragmenta Poetarum veterum Latinorum, quorum opera non extant, Ennij, Accij, Lucilij, Laberij, Pacuuij, Abrarij, Næuij, Cæcilij, aliorumq́ multorum. Geneuæ 1564. Eiuſdem Parodiæ morales, in poetarum veterum ſententias celebriores, totidem verſibus Græcis ab eo redditas. Centonum veterum & Paradiarum vtriuſq́ linguæ exempla. 8. Geneuæ. Francofordienſe emporium, ſiue Francofordienſes nundinæ, quam varia mercium genera in hoc emporio proſtent. 8. Iuris ciuilis fontes & riui, iuriſconſultorum veterum quidam loci ex integris eorum voluminibus ante Iuſtiniani ætatem excerpti. 8. Geneuæ. Scripſit item in nouum Teſtamentum, cum interpretationibus margini adſcriptis. Omnia hæc, ſeorſim ſingula Geneuæ, temporibus diuerſis ab ipſomet autore excuſa ſunt. Apologiæ Gallicæ libri duo pro Herodoto Latino longè auctior, anno Domini 1566. Floret adhuc Geneuæ: & quotidie docte aliquid meditatur, ſcribit & excudit.*

* Henricus *Stoer hiſtor. vniuerſalem vſq́ ad annum Domini 1301. perduxit.*

Henrici *Stromeri ſermo panegyricus, Petro Moſellano dictus. Eiuſdem algorithmus linealis, excuſus Lipſiæ à Martino Lanſberg. anno Domini milleſimo quingenteſimo quinto. Eiuſdem alij aliquot libelli & diſputationes in medicina, ibidem impreſſi, vt, De morte hominis, decreta medica, de ſenectute, de peſte.*

Henricus *Saltercyenſis monachus, ſcripſit ſuper purgatorio Patricij lib. 1. De pœnis purgatorij. Vixit anno Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo. Baleus.*

Henricus *de Topelſtein medicus, de iudicio aſtrorum, de curatione peſtilentiæ, De anatomia vtriuſq́ ſexus.*

Henrici *de Veldich Turingi, hiſtoria totius Troiani belli, & Æneæ in Italia geſta, Germanis rhythmis, ante annos 450. aut eo plures deſcripta. Floruit enim ſub Hermanno Turingiæ Land-*

Digitized by Google

*grauio. Liber extat apud Georgium Fabricium.*

Henrici *Vranij compendium Hebreæ grammaticæ recognitum & auctum, Hen. Petri excudit anno 1541. octer. 6. & dimidio. Eiuſdem de ſeruilium literarum apud Hebræos vſu & officijs, de nominum diuerſitate, de mutandis punctis, de inueniendia radice, libellus impreſſus Coloniæ an. 1570. Commẽdatio Græcæ linguæ. Coloniæ 1571. octauo. Oda, ſapienti mortem velut malum aliquod nõ eſſe timendam. Coloniæ 1569. Epitome de re numaria, menſuris & ponderibus, ex Budæo, Portio, Agricola. Coloniæ 1569.*

Henricus *de Vrimaria, ordinis fratrum eremitarum. S. Auguſtini, natione Germanus, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. quodlibeta quoq; lib. 1. de decem præceptis lib. 1. flores ex collatione patrum lib. 24. de perfectione hominis lib. 1. de incarnatione verbi lib. 1. de quadruplici inſtinctu lib. 1. de exemptione lib. 1. expoſitio decret. de cele. miſ. lib. 1. ſermones de tempore lib. 1. ſermones de ſanct. lib. 1. in libros Ethicorum lib. 10. & alia multa. Additiones eius in libros Sententiarum, cum Ægidij de Roma in eoſdem commentarijs, &c, impreſſæ ſunt Coloniæ, 1513. Idem ſcripſit Expoſitionem orationis Dominicæ, & ſalutationis Angelicæ: de Nocturnis illuſionibus & remedijs, de mortificatione propriæ voluntatis: manuſcripta. M. Dreſſerus. Claruit anno Domini 1340.*

Henricus *Vruchterus Olphenius, ex Diogenis Laertij de vitis philoſophorum libris ſententias & apophthegmata excerpſit, & ſuis ſcholijs illuſtrauit, liber impreſſus Coloniæ apud Ioan. Gymnicum, anno D. 1530. octern. 10. * Edidit item carmen Heroicum Monaſterij de intemerata Mariæ virginis conceptione, & mera eiuſdẽ nati omnipotentia. Scripſit etiã literas Inuectinas & ſalſa epigrammata in Ioan. Glandorpiũ Monaſterienſem.*

Henrici *Vulpij Lingenſis in Academia Roſtochiana publici artium profeſſoris libellus, de communibus & vſitatis Arithmeticæ practicæ regulis, impreſſus Coloniæ, 1544. apud Ioan. Gymnicum. Eiuſdem libellus de minutijs phyſicis, & practicis aſtronomicæ arithmeticæ regulis, ibidem eodẽ tempore excuſus. Claruit anno 1543. * Obijt Roſtochij anno D. 1560.*

Henricus *de Werlis, ordinis fratrum minorũ, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. de poteſtate eccleſiaſtica lib. 1. ſermones quoq; varios lib. 1. & alia complura. Vixit anno 1490.*

Henricus *Wichyngham Anglus, ſcripſit in Eſaiam prophetam lib. 1. in Apocalypſim Ioannis lib. 1. ſermones de tempore & ſanctis per totum annum. De quadruplici aduentu lib. 1. de conceptione Mariæ lib. 1. deceſſit Nordouici anno 1447.*

Henrici *Wickij, I.C. De ſacramentorum natura, officijs & numero liber. Louanij 1571. 8.*

* Henricus *Withenius tractatum de Iuſtitia ex magni illius philoſophi & perfecti oratoris M. T. Ciceronis operibus collegit, & in Gallicam linguam tranſtulit. In 4. Antuerpiæ 1582.*

* Henricus *Wolphius Tigurinus, profeſſor Noui Teſtamenti in ſchola Tigurina Cl. V. Ioannis Wolphij F. paternæ pietatis & eruditionis ſtrenuus imitator: edidit parentis ſui aliquot opera præclara: & in ea eſt præfatus: quorum catalogum partim editorum, partim eorum quæ ad editionem præparauit, vide in nomine Ioannis Wolphij. Scripſit etiam carmina quædam veluti Idolopoeian D. Con. Geſneri de ſuarum Epiſtolarum editione differentis. Epigramma in Pſalterij paraphraſin, Rodolphi Lemanni: Itemq; in Inſignia Ser. Stephani regis Poloniæ. Et Epitaph. in obitum Ioſiæ Simleri. Plura quotidie meditatur.*

* Henrici *Woricheri Sententiarum textus vnà cum partitione. In fol. Baſileæ anno 1510.*

Henricus *de la Vyle doctor publicus Oxonij, ſcripſit in Ariſtotelem de Anima lib. 3. Balens.*

Henrici *Xenandri Altkirchij Epithalamion in nuptias illuſtriſsimi principis D. Iohannis Caſimiri Comitis Palatini Rheni, &c. & nobiliſsimæ Heroinæ D. Eliſæ Illuſtriſsimi Saxoniæ principis Auguſti filiæ. Heidelbergæ 1570.*

Henricus *Zellius edidit Pruſsiæ tabulã Dantiſci, & Germaniæ tabu. Argentinæ.*

Henrici *Zolners medicinalia & alia notatu digna.*

Henrici *de Zommerer, de Hæreticis.*

Hentishertus *Anglicus, ſcripſit Sophiſmatũ ſubtiliſsimorũ lib. 1. de arte Dialectica lib. 1. Grammaticæ præceptiones, & alia. Floruit anno 1380.*

Hephæſtionis *Sophiſtæ meminit Eunapius: fuit autem æqualis Epiphanij & Diophanti.*

Hephæſtion *Alexandrinus Grammaticus, enchiridia ſcripſit verſibus, metrorum differentias, de poematum perturbationibus, Comicarum dubitationum ſolutiones, item Tragicarum, & alia plurima, & de pedibus metrorum, Suidas. Eius autem enchiridion excuſum Venetijs, anno Domini 1526. Ex illo enchiridio deſumpta epitome de nouem metris, Ariſtophani Græco cum commentarijs impreſſo, præfixa eſt. Hephæſtion interpres Sophoclis Tragœdiarum, ex cuius ſcholijs aliqua verba citat Calepinus in patronymico Pelides: quanquã Scholia Græca in Sophoclem hactenus impreſſa anonyma ſunt. Enchiridion eius de poematibus & metris, excuſum Pariſijs à Guilhelmo Morelio, vænit 4. ſolidis Gallicis.*

Hephæſtionis *cuiuſdam ſcripta Athenæus citat paulo poſt medium lib. 11. quæ authorum nominibus ſuppreſsis ſibi adſcripſit.*

*Ex* Hephæſtionis *Thebani apoteleſmaticis, & aliorum veterum de nomenclatura & facultate duodecim partium Zodiaci, libellus, cum varijs aſtrologicis opuſculis opera Ioachimi Camerarij editis, & impreſsis Norimbergæ apud Ioannem Petreium, anno D. 1538.*

Hephæſtionis *Thebani* περὶ καταρχῶν, *lib. 3. ſeruantur in bibliotheca Strozæ.*

Heracléon *Epheſius, in Athenæi Dipnoſophiſtis ter aut quater citatur.*

Heracleon *Glauconis filius citatur à Stephano libri nomine non expreſſo: alibi tamen ab eodem*

*adducitur*

Digitized by Google

adducitur Heracleon in duodecimo Odyſſeæ.

Heraclides *Alexandrinus Perſicarū proprietatum ſcriptor. Laertius.*

Heraclides *Bargileites, dialecticus, ſcripſit contra Epicurum. Idem.*

Heraclides *Cilix, interpres Homeri. Camerarius.*

Heraclides *Cretenſis in libro de vrbibus Græciæ, citatur ab Apollonio in mirabilibus.*

Heraclides *Cumanus, ſcripſit Perſica libris quinque. Laertius, Eius Paraſceuaſtica & Perſis citantur ab Athenæo.*

Heraclides *Cumanus (alius à priore) orator, artes rhetoricas ſcripſit. Laertius.*

Heraclides *Herophilus, Erythræus, medicus Apollonij qui Mys cognominatur, diſcipulus, Strabonis coætaneus. Strabo 14.*

Heraclide *Lycij Sophiſtæ meminere Philoſtratus & Suidas, & poſt hos Volaterranus.*

Heraclides *Magneſius, ſcripſit Mithridatica. Idem.*

Heraclides *monachus, ſcripſit inter cætera opus inſigne, de vita & conuerſatione ſanctorum Patrum in eremo, vel in cœnobijs degentium ſub regula, cui titulus eſt Paradiſus. Claruit anno 380.*

Heraclides *Mopſeates grāmaticus ex Mopſueſtia Ciliciæ, laudatur à Stephano.*

Heraclides *Niceſius medicus, commemoratur à Laertio.*

Heraclides *Oxyrinchites, philoſophus Serapionis F. cognomento Lembus. Fuit ſub Ptolemæo VI. & fœdus cum Antiocho factum ſcripſit. Scripſit & philoſophica, & alia. Suidas. Eundem Laertius Callicianum ſiue Alexandrinum vocat, & ſex libris ſucceſſionem explicuiſſe, orationemq́ Lembeuticam, vnde & Lembus cognominatus ſit. Idem citat Heraclidem Serapionis in Epitome Satyri, & in Epitome ſucceſſionum Sotionis.*

Heraclides *Ponticus, Eutyphronis F. ex Heraclea Ponti oriundus, Speuſippi primum poſtea Ariſtotelis auditor, huius ingenij monumenta hæc à Laertio commemorantur. Dialogi, quorum quæ ad mores inſtituendos faciunt ſunt hæc: de iuſtitia tres, vnum de temperantia, de pietate, de fortitudine, communiterq́ de virtute vnum, de felicitate 1. de principio 1. de legibus 1. deq́ his affinibus 1. de nominibus 1. pacta 1. Inuitus amatoris, & Clinias 1. Naturales vero, de mente, de anima, ſeorſumq́ de anima 1. & de natura, & imaginibus ſeu ſimulachris, aduerſus Democritum, de cœlis 1. de his quæ ſunt apud inferos, de vitis 2. de cauſis morborum 1. de bono 1. aduerſus Zenonem vnum, aduerſus Metronem vnum. Grammatici vero, de Homeri & Heſiodi ætate 2. de Archilocho & Homero 2. Muſici vero de his qui apud Euripidem & Sophoclem reperiuntur 2. de muſica duo. Solutionum Homericarum 2. Theorematicus 1. de tribus tragicis 1. Figuræ 1. de poetica & poetis 1. de coniectura 1. de præſcientia 1. Heracliti enarrationes 4. in Democritum enarrationes 1. Solutionum quæ in contentionem veniunt 2. Proloquium 1. de ſpeciebus 1. Solutiones 1. monita ad Dionyſium, Rhetorici 2. de oratoris officio, ſiue Protagoras. Hiſtorici, de Pythagoreis, & de inuentis. Scripſit etiam de Geometria & de Dialectica. Tragœdias item vt Ariſtoxenus teſtatur, quas Theſpis titulo prænotauit. Allegoriæ Heraclidis in Homeri fabulas de dijs Græce olim impreſſæ ſunt ab Aldo, cum Græcis Æſopi fabulis, & Latine apud Ioannem Oporinum 1544. ex conuerſione Conradi Geſneri, adiectis etiam Græcis. Heraclidis politiæ ſiue rerumpublicarum deſcriptiones Romæ excuſæ ſunt cum Æliani varia hiſtoria, & cum eadem Latine Baſileæ Iuſto Vulteio interprete. An autem Ponticus Herac. huius libri auctor ſit, non poſſum affirmare, quum in catalogo operum eius Laertius legum quidem mentionem faciat, nuſquam autem Rerumpublicarum. Inuenio autem citari hos libros Heraclidis. Librum in quem collegit priſcos Muſicos eiuſq́ artis inuentores, citat Plutarchus in lib. de Muſica. Athenæus citat libros, de iuſtitia, de voluptate, de Muſica, de amatorijs. Laertius citat alibi libros de principatu, περὶ ἀρχῆς, in Heraclitum de natura, περὶ νήσων & περὶ νόμων, & de legibus. Clemens Alexandrinus librum de oraculis. Stephanus Heraclidem de inſulis citat, nullo addito cognomine.*

Heraclides *Ponticus alius, Heracleotes grammaticus, Didymi clariſſimi doctoris Alexandrini auditor. Hic cum Aprum Ariſtarchi diſcipulum Romæ celebrem & Didymum frequenter perſtringentem audiuiſſet: Sapphico ſiue Phalæcio verſu tres libros ſcripſit explicatu difficiles, multamq́ue dubitationem propoſitarum quæſtionum continentes, quos Leſchas ſeu Nugas appellauit. His Romam allatis & Apropoſitis, ibi manſit: ac ſcholas habuit ſub Claudio & Nerone. Scripſit & verſu heroico multa. Suidas. Huius etiam meminit Laertius & eum Pyrrhicas nugaſque compoſuiſſe refert.*

Heraclides *Ponticus, hiſtoriographus ex Odeſſo Ponti oriundus laudatur à Stephano.*

Heraclides *quidam qui de Aſtrologia ſcripſerit, à Laertio commemoratur.*

Heraclides *poetæ duo commemorantur ab eodem, quorum prior παρῳδίας, alter Epigrammata ſcripſerit. Extant autem quædam Heraclidæ Epigrammata in Græco Anthologio, in quorum vnius titulo Sinopeus cognominatur.*

Heraclidæ *Syracuſani duo huius nominis Opſartytica ſcripſerunt teſte Athenæo à quo etiā Heraclidæ Syracuſani liber περὶ θεσμῶν allegatur.*

Heraclides *Tarentinus medicus Mantiæ diſcipulus, qui poſtea Empiricorum ſectam elegit, de pharmatis & quædam alia in medicina ſcripſit. Teſtatur autē Galenus ipſum de Comptoria ſcripſiſſe, quæ deinde Crito coaceruauit. Scripſit etiam quædam de medicamentis ſimplicibus teſte Dioſcoride, & de pharmacorum apparatu & delectu. Citatur à Plinio libro 12. & eodem libro citatur Heraclides medicus tanquam diuerſus ab hoc, & libro 23. & quatuor ſequentibus. Athenæus quoq́ 3. lib.*

Digitized by Google

*Heraclides Tarentinus (inquit) in Sympoſio cucumerem vocat hedygæum.*

Heracliti *Epheſij vitam Diogenes Laertius deſcribit ab initio lib. noni, & epiſtolam Darij Hyſtaſpis filij ipſum accerſentis, cum Heracliti reſponſo addit. Vide etiam Suidam in* ἡράκλειτος, & *in prouerbio* Δηλίου κολυμβητοῦ. *Eius epiſtolæ ſex, excuſæ Venetijs apud Aldum, in Græco volumine epiſtolarũ. Scripſit hic Heraclitus librum in tres partes diuiſum, in quo de vniuerſo, de republica, & theologia differuit. Inſcribitur autem à quibuſdam hic liber de natura, alij Muſas, alij Diligens gubernaculum ad vitæ regulam, vel amuſſim, alij Morum ſententiam, quidam Ornamentum morum vnius omnium, nominant.*

Heracliti *cuiuſdam ſcripta, in quibus Heſiodum reprehendit, citantur apud Plutarchum in Camillo.*

Heracliti *Apoteleſmata, in bibliotheca Card. Carpenſis.*

Heraclitus *Halicarnaſſeus Elegiæ poeta, in quem carmen Callimachi refert Laertius.*

Heraclitus *Leſbius ſcripſit Macedonum hiſtoriam. Laertius.*

Heraclitus *poeta Lyricus, alius à ſuperioribus, ſcripſit duodecim deorum laudes. Laertius.*

Heraclius *ſub Commodi Seuerique imperio in Apoſtolum Commentarios compoſuit. Hieronymus.*

Heranciti *fabulam Xenizonta, Athenæus allegat lib.* 10.

Heræ *Capadocis medici fragmenta plurima, nobis ſalua ſunt in libris Galeni de compoſitione ſecundum locos & genera: fuit autem hic ſenior Andromacho, iunior Muſa & Menecrate, teſte Galeno.*

Hercij *cuiuſdam hexaſtichon in* 3. *libro Florilegij Græci.*

Herculanus, *cum aliquot alijs coepiſcopis, autor ſecundæ & duodecimæ epiſtolarum apud Cyprianum lib.* 1.

Herculis *Bonacoſſi de humorum exuperantium ſignis, ac ſerapijs medicamentiſque purgatorijs opportunis liber. Eiuſdem varia auxilia experimento comprobata. De compoſitione theriacæ cum eius ſubſtitutis. De modo præparandi aquam Guaiaci. De catarrhi curatione. De curatione pleuritidis, liber ex veteribus. De dyſenteria. Bononiæ anno Domini* 1553. *& alijs temporibus impreſſa.*

* Herculis *Bentiuoli comœdia Geloſo, Italice, in* 8. *Venet. per Aldum, anno* 1547.

* Herculis *Cioſani Subnonenſis in omnia P. Ouidij opera, obſeruationes, vnà cum ipſius vita. In* 8. *Antuerpiæ, Chriſtoph. Plantinus, anno Domini* 1583.

Herculis *Seueroli, de remiſſionibus litigatorũ.*

Herculis *Strozæ libri carminum, Elegiarum, Epigrammatum, excuſi ſunt in Italia.*

* Hercules *Vincemala collegij Mediolanenſis,* I. C. *Mariæ virginis ſacratiſſ. miraculorum lib.* 3. *ſcripſit. In* 4. *Mediolan. anno* 1579.

Hereas *Megarenſis, citatur apud Plutarch. in vita Theſei.*

Herebertus *de Hoſcham, Anglus ſcripſit de rebus geſtis Becketi, quem Stephanus Langton Cardinalis D. Chryſogoni in numerum ſanctorum retutulit. Vixit anno* 1183.

Herebertus *Loſinga, monachus, compoſuit Sermones octodecim lib.* 1. *De prolixitate temporũ lib.* 1. *De fine mundi lib.* 1. *Conſtitutiones Monachorum lib.* 1. *Epiſtolas ad diuerſos lib.* 1. *Ad Anſelmũ contra Sacerdotes lib.* 1. *Obijt anno* 1120. *Baleus.*

Herennius *Modeſtinus vetus* I. C. *ſcripſit reſponſorum lib.* 19. *Pandectarum lib.* 12. *Regularum lib.* 10. *differentiarum lib.* 9. *de pœnis* 4. *ſingulares* 9. *de præſcriptionibus, de inofficioſo teſtamento, de manumiſſionibus, de legatis & fideicommiſſis, de teſtamentis, de heurematicis, de enucleatis caſibus, de differentia dotis, de ritu nuptiarum. Excuſationum præterea ſex libros dicitur reliquiſſe, idem fortè opus cum eo quod de Excuſatione tutelæ & curæ, fertur de Græco vertiſſe in Latinum, ipſis Legum verbis interdum poſitis, ſi qua incurriſſent parum apta Latinitati. Alexandri Imp. ætate floruit, eiq́; familiaris & conſiliarius fuit. Verſus etiam factitauit, quorum extant in Virgilij libros argumenta, falſo quondam tributa Ouidio. Hæc Bernbardinus Rutilius, de vitis Iureconſultorum.*

Herennius *Philo* ἐν τοῖς ἰατρικοῖς, *citatur à Stephano in Dyrrachio, & in Cyrtos* ἐν τῷ περὶ ἰατρικῶν. *Herennij Philonis Biblij* περὶ διαφόρας σημασίας *per alphabetum: extat in biblioth. Strozæ.*

Herennius *Senecio, ex Bethica natus, ſcripſit Heluidij Priſci vitam, acceptis ab vxore Fannia commentarijs, cuius rei cauſa à Domitiano occiſus eſt.*

Herenus *de Boyo, natione Brito, ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmeli, ſcripſit ſuper ſententias lib.* 4. *Et varias quæſtiones.*

Herigerus *abbas Lobienſis cœnobij, ordinis ſancti Benedicti, ſcripſit dialogum inſignem ſub perſona ſui & Adelboldi, inſcriptum de diſſonantia eccleſiæ lib.* 1. *vitam S. Vrſmari metrice lib.* 1. *ad Hugonem de quæſtionibus lib.* 1. *de diuinis officijs lib.* 1. *geſta epiſcoporum Lobienſium lib.* 1. *de corpore & ſanguine Domini lib.* 1. *Et alia plura. Claruit anno* 590.

Herillus *Carthaginenſis, vel vt alij Chalcedonius, Zenonis auditor, finem ſtatuit ſcientiam: meminere eius Cicero, Plutarchus & alij. Libri eius à Laertio hi eſſe dicũtur, de Exercitatione, de Perturbationibꝰ, de Opinatione, Legumlator, Obſtetricius, Antipheron, Præceptor, Parans, Dirigens, Mercurius, Medea, dialogi quæſtionũ moralium.*

Herimbertus *quidam ſcripſit libros de rebus à Carolo Magno geſtis.*

Hermachus *Agemachi F. Mitylenæus, Epicuri ſucceſſor, ſcripſit de Empedocle epiſtolas* 22. *de diſciplinis aduerſus Platonem, item aduerſus Ariſtotelem. Laertius. Hermachi quædam citat Stobæus in ſermone de morte.*

Hermagoras

Digitized by Google

ragoras *Amphipolitanus philoſophus, ipulus. Dialogi eius ſunt: Miſocyon, id ſeu Cynicorum oſor: Vnus liber de cala- :Ecchytum, id eſt effuſum, tractat ouorum em: De ſophiſtica, ſeu ratione docendi, ad- tademicos. Suidas.*

nagoras *Tenni Aeolenſis F. cognomento ripſit rhetoricos libros quinque, de expoli- ecoro, de genere dicendi, de figuris. Romæ a cum Cæcilio ſub Cæſare Auguſto: obijt etate. Suidas.*

nagoras *Craft ab Obernburgo, edidit to- graphicam peregrinationis Pauli apoſtoli ſſa eſt Zagrabiæ 1527. et 1535.*

mannus. *Vide Haryngus.*

nannus *quidam, in ſuperiori germania, n mendicantium famoſis nequitijs opus edi ecleſiæ lachrymam vocabat lib. 2. Claruit um Domini 1370.*

mannus *Altaichij inferioris abbas, non in r Boiorum annales ſcripſit.*

mannus *de Bare, Teutonicus, I. C. de for- libellis.*

rmannus *Baumgartner, ſcripſit libellum, iritualem ſtatuam Mercurialem ſeu viæ in nſcripſit, in quo ex Bloſij ſcriptis in Germa- tranſlatis oſtendit quæ ſit via ad eccleſiam et n æternam. Dillingæ 1571. duodecimo. Idem ni dialogum Renuardum in Germanicam lin tranſtulit.*

ermannus *Bodius, collegit Vnionem diſſi- m in ſacris literis locorum, opus vtiliſſimum, um Coloniæ apud Ioannem Gymnicum, an m. 1533.*

Iermannus *Bonnus, deſcripſit ſanctorum quo m martyrum vitas, impreſſas Halæ Sueuorū, 1536. Ioannis Carionis Chronicam Latinam fe ide Carionem. Idem ſcripſit Lubeci Chronico- rum libros tres, quos Iuſtinus Goblerus Latinos fe- cit. Claruit anno Domini 1530. Hermanni Bonni Enarrationes ſuccinctæ locorum inſignium præſer- tim è Paulinis & aliorum Apoſtolorum epiſtolis de ſumptorum, quæ ſingulis diebus Dominicis proponi ſolent. Eiuſdem liber de oratione vera & Chriſtia na. Baſi. apud Epiſc. 1571. 8.* Præterea ſcripſit in multos veteris & noui teſtamenti libros, interpreta tiones accuratiſſimas: quæ nondum prodierunt: com poſuit etiam quaſdam germanicas conciones, quæ in pſalmodijs paſſim extant. Eiuſdem extat elementale in vſum puerorum ſcriptum, quod per Saxoniam in omnibus ſcholis loco Donati retinetur. In eius obi- tum Petrus Vincentinus Vratiſlauienſis epitaphiū ſcripſit quod eſt editum.*

Hermanni *Brucken Northuſiani, ordinis mino rū ſermones de ſanctis, proprij & cōmunes. Vixit an no Domini 1376.*

Hermannus *Buſchius Paſiphilus, Germanus methodum Donati octo partium orationis commen tario luculentiſſimo illuſtrauit ex Priſciano, Dio- mede, Seruio, Capro, Agretio, Phoca: liber impreſſus Baſileæ per Thomam Platerū, 1540. Eiuſdem De- cimationes Plautinæ, impreſſæ. Epiſtola prima Per- ſij Satyram explicans, impreſ. Pariſ. apud Vuech. Ars memoratiua, neſcio an publicata. Vallum hu- manitatis, liber impreſſus. In Silium Italicum anno tationes excuſæ, Baſileæ apud Thomam Vuolfium. Commentarij in primum librum Martialis, obſcæ- nis carminibus reiectis, excuſi Coloniæ. Hypanticon verſibus heroicis, antiſtiti Spirenſi, Georgio Comiti Palatino Rheni, ſuper ſolenni ſuo in Spiram vrbem introitu, dicatū, Cratander impreſſit Baſileæ, 1520. De ſingulari authoritate veteris et noui inſtrumen ti, ſacrorum eccleſiaſticorumq; teſtimoniorum farra go, in libros 2. diuiſa, & impreſſa Marpurgi, 1529. Idem ſcripſit Epigrammatum libros tres, ex quibus tertius Lipſiæ impreſſus eſt, anno Domini 1564. quatern. 11. cum diuerſorum epiſtolis carmine & ſo luta oratione ſcriptis. Extant etiam eius annotatio- nes in Perſium & Iuuenalem.* Itemq; ſcripſit in Claudianum commentaria impreſſa Coloniæ. Car- men elegiacum ad Rodolphum Languin de acerbo Ioannis Murmelij obitu: Carmen de vrbe Colonien ſi, cuius titulū fecit Florā. Lipſ. publico carmine de ſcripſit: in quod carmen ſcripſit Philip. Noueſianus Haſfurtinus commentaria. Scripſit item carmen gratulatorium de aduentu Eraſmi Coloniam: ibid. excuſum. Item Hecacoſtica ad Fredericum Traie- ctenſem epiſcopum ingredientem vrbem Dauentri am, Dauentriæ excuſa. Breuia ſcholia in Aeneida Vergiliana ſcripſit. Cum adhuc eſſet Papiſta ſcripſit de triplici pſalterio Mariæ virginis ad Ioannem Rit cum carmen doctiſſimum. Selegit quoq; vtiliores e- piſtolas Ciceronis in vſum ſcholæ Vueſaltenſis: itē dictata quædam ex prouerbijs & eccleſiaſte Salomo nis congeſſit in vſum eiuſdem ſcholæ. Edidit oratio nem ad Clerum Colonienſem valde doctam, qua ex hortatur illos ad lectionem ſcripturarum. In lucem quoq; miſit Spicilegium 35. illuſtriū philoſophorum authoritates & ſententias: item epigrammata quæ- dam in laudem D. virginis. Itē Orſeum in Tileman num Heuerlingium: Carmina de morte Guilhelmi comitis de noua Aquila. Item de agone Catherinæ: i- tem alia gratulatoria carmina.*

Hermannus *monachus in Campo, Ciſtertienſis ordinis, in diœceſi Monaſterienſi, Vueſtphalus, ſcri- pſit pro defenſione Baſilienſis concilij opuſculū. De vocibus diffinitiuis in concilio generali lib. 1. de pote ſtate papæ & concilio lib. 1. De ſchiſmate quoq; li. 1. De neutralitate li. 1. Claruit anno 1440.*

Hermannus, *comes à Nuenare, ſcripſit de ori- gine & ſedibus priſcorum Francorum, liber impreſ ſus Baſileæ, 1532. cum aliquot alijs hiſtoricis, apud Heruagium. Annotationes aliquot herbarum, cum primo tomo Herbarij Othonis Brunfelſij impreſſæ 1530. adiecta eiuſdem authoris formula quadam ex- cudendi Herbarij: quo pacto in explicandis herbarū deſcriptionibus atque viribus procedi oporteat. Idē ſcripſit de morbo ſudorio. Orationem ad Carolum V. imperatorem electum. Multas epiſtolas, quarum nonnullæ inter Reuchlini epiſtolas impreſſæ ſunt. Carmina in quibus hiſtoria mortis Ieſu Chriſti in ſe ptem horas diſtributa eſt, impreſſa Lipſiæ, anno Do*

F

Digitized by Google

*Heraclides Tarentinus (inquit) in Sympoſio encu-merem vocat hedyzæum.*

Heracliti *Epheſij vitam Diogenes Laertius deſcribit ab initio lib. noni, & epiſtolam Darij Hyſtaſpis filij ipſum accerſentis, cum Heracliti reſponſo addit. Vide etiam Suidam in* ἡράκλειτος, *& in prouerbio* Δηλίου κολυμβητοῦ. *Eius epiſtolæ ſex, excuſæ Venetijs apud Aldum, in Græco volumine epiſtolarũ. Scripſit hic Heraclitus librum in tres partes diuiſum, in quo de vniuerſo, de republica, & theologia diſſeruit. Inſcribitur autem à quibuſdam hic liber de natura, alij Muſas, alij Diligens gubernaculum ad vitæ regulam, vel amuſsim, alij Morum ſententiam, quidam Ornamentum morum vnius omnium, nominant.*

Heracliti *cuiuſdam ſcripta, in quibus Heſiodum reprehendit, citantur apud Plutarchum in Camillo.*

Heracliti *Apoteleſmata, in bibliotheca Card. Carpenſis.*

Heraclitus *Halicarnaſſeus Elegiæ poeta, in quem carmen Callimachi refert Laertius.*

Heraclitus *Leſbius ſcripſit Macedonum hiſtoriam. Laertius.*

Heraclitus *poeta Lyricus, alius à ſuperioribus, ſcripſit duodecim deorum laudes. Laertius.*

Heraclius *ſub Commodi Seueriq́ue imperio in Apoſtolum Commentarios compoſuit. Hieronymus.*

Heranciti *fabulam Xenizonta, Athenæus allegat lib. 10.*

Heræ *Capadocis medici fragmenta plurima, nobis ſalua ſunt in libris Galeni de compoſitione ſecundum locos & genera: fuit autem hic ſenior Andromacho, iunior Muſa & Menecrate, teſte Galeno.*

Hercij *cuiuſdam hexaſtichon in 3. libro Florilegij Græci.*

Herculanus, *cum aliquot alijs coepiſcopis, autor ſecundæ & duodecimæ epiſtolarum apud Cyprianum lib. 1.*

Herculis *Bonacoſſi de humorum exuperantium ſignis, ac ſerapijs medicamentiſque purgatorijs opportunis liber. Eiuſdem varia auxilia experimento comprobata. De compoſitione theriacæ cum eius ſubſtitutis. De modo præparandi aquam Guaiaci. De catarrhi curatione. De curatione pleuritidis, liber ex veteribus. De dyſenteria. Bononiæ anno Domini 1553. & alijs temporibus impreſſa.*

* Herculis *Bentiuoli comœdia Geloſo, Italice, in 8. Venet. per Aldum, anno 1547.*

* Herculis *Ciofani Subnonenſis in omnia P. Ouidij opera, obſeruationes, vnà cum ipſius vita. In 8. Antuerpiæ, Chriſtoph. Plantinus, anno Domini 1583.*

Herculis *Seueroli, de remiſsionibus litigatorũ.*

Herculis *Strozæ libri carminum, Elegiarum, Epigrammatum, excuſi ſunt in Italia.*

* Hercules *Vincemala collegij Mediolanenſis, I. C. Mariæ virginis ſacratiſs. miraculorum lib. 3. ſcripſit. In 4. Mediolan. anno 1579.*

Hereas *Megarenſis, citatur apud Plutarch. in vita Theſei.*

Herebertus *de Hoſcham, Anglus ſcripſit de rebus geſtis Becketi, quem Stephanus Langton Cardinalis D. Chryſogoni in numerum ſanctorum retulit. Vixit anno 1183.*

Herebertus *Loſinga, monachus, compoſuit Sermones octodecim lib. 1. De prolixitate temporũ lib. 1. De fine mundi lib. 1. Conſtitutiones Monachorum lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos lib. 1. Ad Anſelmũ contra Sacerdotes lib. 1. Obijt anno 1120. Baleus.*

Herennius *Modeſtinus vetus I. C. ſcripſit reſponſorum lib. 19. Pandectarum lib. 12. Regularum lib. 10. differentiarum lib. 9. de pœnis 4. ſingulares 9. de præſcriptionibus, de inofficioſo teſtamento, de manumiſsionibus, de legatis & fideicommiſsis, de teſtamentis, de heurematicis, de enucleatis caſibus, de differentia dotis, de ritu nuptiarum. Excuſationum præterea ſex libros dicitur reliquiſſe, idem fortè opus cum eo quod de Excuſatione tutelæ & curæ, fertur de Græco vertiſſe in Latinum, ipſis Legum verbis interdum poſitis, ſi qua incurriſſent parum apta Latinitati. Alexandri Imp. ætate floruit, eiq́; familiaris & conſiliarius fuit. Verſus etiam factitauit, quorum extant in Virgilij libros argumenta, falſo quondam tributa Ouidio. Hæc Bernbardinus Rutilius, de vitis Iureconſultorum.*

Herennius *Philo* ἐν τοῖς ἰατρικοῖς, *citatur à Stephano in Dyrrachio, & in Cyrtos* ἐν τῷ περὶ ἰατρικῶν. *Herennij Philonis Biblij* περὶ διάφορας σημασίας *per alphabetum: extat in biblioth. Strozæ.*

Herennius *Senecio, ex Bethica natus, ſcripſit Heluidij Priſci vitam, acceptis ab vxore Fannia commentarijs, cuius rei cauſa à Domitiano occiſus eſt.*

Herenus *de Boyo, natione Brito, ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmeli, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. Et varias quæſtiones.*

Herigerus *abbas Lobienſis cœnobij, ordinis ſancti Benedicti, ſcripſit dialogum inſignem ſub perſona ſui & Adelboldi, inſcriptum de diſſonantia eccleſiæ lib. 1. vitam S. Vrſmari metrice lib. 1. ad Hugonem de quæſtionibus lib. 1. de diuinis officijs lib. 1. geſta epiſcoporum Lobienſium lib. 1. de corpore & ſanguine Domini lib. 1. Et alia plura. Claruit anno 590.*

Herillus *Carthaginenſis, vel vt alij Chalcedonius, Zenonis auditor, finem ſtatuit ſcientiam: meminere eius Cicero, Plutarchus & alij. Libri eius à Laertio hi eſſe dicũtur, de Exercitatione, de Perturbationib⁹, de Opinatione, Legumlator, Obſtetricius, Antipheron, Præceptor, Parans, Dirigens, Mercurius, Medea, dialogi quæſtionũ moralium.*

Herimbertus *quidam ſcripſit libros de rebus à Carolo Magno geſtis.*

Hermachus *Agemachi F. Mitylenæus, Epicuri ſucceſſor, ſcripſit de Empedocle epiſtolas 22. de diſciplinis aduerſus Platonem, item aduerſus Ariſtotelem. Laertius. Hermachi quædam citat Stobæus in ſermone de morte.*

Hermagoras

Digitized by Google

*Heraclides Tarentinus (inquit) in Sympoſio cucu-merem vocat hedyzæum.*

Heracliti *Epheſij vitam Diogenes Laertius deſcribit ab initio lib. noni, & epiſtolam Darij Hyſtaſpis filij ipſum accerſentis, cum Heracliti reſponſo addit. Vide etiam Suidam in* ἡράκλειτος, *& in prouerbio* Δηλίου κολυμβητοῦ. *Eius epiſtolæ ſex, excuſæ Venetijs apud Aldum, in Græco volumine epiſtolarũ. Scripſit hic Heraclitus librum in tres partes diuiſum, in quo de vniuerſo, de republica, & theologia diſſeruit. Inſcribitur autem à quibuſdam hic liber de natura, alij Muſas, alij Diligens gubernaculum ad vitæ regulam, vel amuſsim, alij Morum ſententiam, quidam Ornamentum morum vnius omnium, nominant.*

Heracliti *cuiuſdam ſcripta, in quibus Heſiodum reprehendit, citantur apud Plutarchum in Camillo.*

Heracliti *Apoteleſmata, in bibliotheca Card. Carpenſis.*

Heraclitus *Halicarnaſſeus Elegiæ poeta, in quem carmen Callimachi refert Laertius.*

Heraclitus *Leſbius ſcripſit Macedonum hiſtoriam. Laertius.*

Heraclitus *poeta Lyricus, alius à ſuperioribus, ſcripſit duodecim deorum laudes. Laertius.*

Heraclius *ſub Commodi Seueríque imperio in Apoſtolum Commentarios compoſuit. Hieronymus.*

Heranciti *fabulam Xenizonta, Athenæus allegat lib.* 10.

Heræ *Capadocis medici fragmenta plurima, nobis ſalua ſunt in libris Galeni de compoſitione ſecundum locos & genera: fuit autem hic ſenior Andromacho, iunior Muſa & Menecrate, teſte Galeno.*

Hercij *cuiuſdam hexaſtichon in 3. libro Florilegij Græci.*

Herculanus, *cum aliquot alijs coepiſcopis, autor ſecundæ & duodecimæ epiſtolarum apud Cyprianum lib.* 1.

Herculis *Bonacoſsi de humorum exuperantium ſignis, ac ſerapijs medicamentiſque purgatorijs opportunis liber. Eiuſdem varia auxilia experimento comprobata. De compoſitione theriacæ cum eius ſubſtitutis. De modo præparandi aquam Guaiaci. De catarrhi curatione. De curatione pleuritidis, liber ex veteribus. De dyſenteria. Bononiæ anno Domini* 1553. *& alijs temporibus impreſſa.*

* Herculis *Bentiuoli comœdia Geloſo, Italice, in* 8. *Venet. per Aldum, anno* 1547.

* Herculis *Ciofani Subnonenſis in omnia P. Ouidij opera, obſeruationes, vnà cum ipſius vita. In* 8. *Antuerpiæ, Chriſtoph. Plantinus, anno Domini* 1583.

Herculis *Seueroli, de remiſsionibus litigatorũ.*

Herculis *Strozæ libri carminum, Elegiarum, Epigrammatum, excuſi ſunt in Italia.*

* Hercules *Vincemala collegij Mediolanenſis,* I. C. *Mariæ virginis ſacratiſs. miraculorum lib.* 3. *ſcripſit. In* 4. *Mediolan. anno* 1579.

Hereas *Megarenſis, citatur apud Plutarch. in vita Theſei.*

Herebertus *de Hoſcham, Anglus ſcripſit de rebus geſtis Becketi, quem Stephanus Langton Cardinalis D. Chryſogoni in numerum ſanctorum retulit. Vixit anno* 1183.

Herebertus *Loſinga, monachus, compoſuit Sermones octodecim lib.* 1. *De prolixitate temporũ lib.* 1. *De fine mundi lib.* 1. *Conſtitutiones Monachorum lib.* 1. *Epiſtolas ad diuerſos lib.* 1. *Ad Anſelmũ contra Sacerdotes lib.* 1. *Obijt anno* 1120. *Baleus.*

Herennius *Modeſtinus vetus* I. C. *ſcripſit reſponſorum lib.* 19. *Pandectarum lib.* 12. *Regularum lib.* 10. *differentiarum lib.* 9. *de pœnis* 4. *ſingulares* 9. *de præſcriptionibus, de inofficioſo teſtamento, de manumiſsionibus, de legatis & fideicommiſsis, de teſtamentis, de heurematicis, de enucleatis caſibus, de differentia dotis, de ritu nuptiarum. Excuſationum præterea ſex libros dicitur reliquiſſe, idem fortè opus cum eo quod de Excuſatione tutelæ & curæ, fertur de Græco vertiſſe in Latinum, ipſis Legum verbis interdum poſitis, ſi qua incurriſſent parum apta Latinitati. Alexandri Imp. ætate floruit, eiq́; familiaris & conſiliarius fuit. Verſus etiam factitauit, quorum extant in Virgilij libros argumenta, falſo quondam tributa Ouidio. Hæc Bernbardinus Rutilius, de vitis Iureconſultorum.*

Herennius *Philo* ἐν τοῖς ἰατρικοῖς, *citatur à Stephano in Dyrrachio, & in Cyrtos* ἐν τῷ περὶ ἰατρικῶν. *Herennij Philonis Biblij* περὶ διαφορᾶς σημασιῶν *per alphabetum: extat in biblioth. Strozæ.*

Herennius *Senecio, ex Bethica natus, ſcripſit Heluidij Priſci vitam, acceptis ab vxore Fannia commentarijs, cuius rei cauſa à Domitiano occiſus eſt.*

Herenus *de Boyo, natione Brito, ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmeli, ſcripſit ſuper ſententias lib.* 4. *Et varias quæſtiones.*

Herigerus *abbas Lobienſis cœnobij, ordinis ſancti Benedicti, ſcripſit dialogum inſignem ſub perſona ſui & Adelboldi, inſcriptum de diſſonantia eccleſiæ lib.* 1. *vitam S. Vrſmari metrice lib.* 1. *ad Hugonem de quæſtionibus lib.* 1. *de diuinis officijs lib.* 1. *geſta epiſcoporum Lobienſium lib.* 1. *de corpore & ſanguine Domini lib.* 1. *Et alia plura. Claruit anno* 590.

Herillus *Carthaginenſis, vel vt alij Chalcedonius, Zenonis auditor, finem ſtatuit ſcientiam: meminere eius Cicero, Plutarchus & alij. Libri eius à Laertio hi eſſe dicũtur, de Exercitatione, de Perturbationib9, de Opinatione, Legumlator, Obſtetricius, Antipheron, Præceptor, Parans, Dirigens, Mercurius, Medea, dialogi quæſtionũ moralium.*

Herimbertus *quidam ſcripſit libros de rebus à Carolo Magno geſtis.*

Hermachus *Agemachi F. Mitylenæus, Epicuri ſucceſſor, ſcripſit de Empedocle epiſtolas* 22. *de diſciplinis aduerſus Platonem, item aduerſus Ariſtotelem. Laertius. Hermachi quædam citat Stobæus in ſermone de morte.*

Hermagoras

Digitized by Google

de iure iurando: ad ampliſſimum virum D. Georgium à Stetten Patricium Auguſtanum 1550. De vera hominum peccantium pœnitentia, & ampliſſima Dei erga eos miſericordia Homiliæ tres, in duo poſtrema Ionæ capita, &c. excuſæ Germ. anno 1552. De conuerſione hominis ad Deum conciones ſex in octauum caput Actorum, de conuerſione Eunuchi reginæ Aethiopum, ad generoſum & nobilem virum D. Philippum mareſchallum hæreditarium à Bappenheim anno Domini 1569. Conciones duæ in XVII. caput Matthæi, De Chriſti transfiguratione, & glorificatione fidelium in vita æterna, Item Ieſum Chriſtum eſſe verum Meſſiam 1552. De vero auxilio & liberatione ex omnibus periculis, concio ex 14. capite Matthæi 1552. De vera & conſtanti fide in omnibus periculis & tentationibus, concio ex decimoquinto capite Matthæi 1552. De cœna Domini noſtri Ieſu Chriſti, eius inſtitutione, & præparatione ad recte ſumendũ conciones 2. à Lud. Lauathero in Latinũ ſermonẽ conuerſæ 1555. De ſalute fidelium, quomodo ſcilicet ab origine ſalus hominibus per verbum Dei et ſacramenta annuntiata fuerit, 1555. De veris ſacrificijs Chriſtianorum, concio ex 13. cap. Epiſtolæ ad Hebræos 1552. De extremo iudicio conciones duæ in 25. caput Matthæi 1559. De ſummo gaudio, ſummoque luctu extremæ diei, qua Chriſtus ad iudicandum viuos & mortuos veniet & vocatis ad ſe fidelibus æternam felicitatem largietur, infideles verò repudiatos perpetuæ damnationi addicet, fidelis admonitio & conſolatio, ad N. V Georg. Stettenum. 1371. De fine ſeculi, & iudicio venturo D. N. Ieſu Chriſti, deq; periculis noſtri huius ſeculi corruptiſſimi grauiſſimis: & qua ratione fiant innoxia pijs. Orationes duæ: quibus exponuntur verba Chriſti de fine ſeculi Matth. 25. & Danielis vaticinium de regno Papæ ac fine eius, cap. 7. deniq; Pauli verba 2. Tim. 3. de extremi ſeculi periculis, & ſcripturæ S. plenitudine & præſtantia. Baſileæ apud Oporinum 1557. De Prophetæ officio et quomodo digne adminiſtrari poſſit, Oratio, 1532. Adhortatio ad eccleſiæ Chriſti miniſtros omnes, vt abiectis controuerſijs, Chriſtum ſolũ ac verã in ipſum fidem & vitæ reſipiſcentiam concorditer & ſimpliciter prædicent: in latinam linguam translata à Ioſia Simlero 1572. De origine Machometanæ religionis, & Turcicis Imperatoribus, & eorum aduerſus Chriſtianos victorijs, libellus Matthiæ Erbij, ab illo inchoatus, à Bullingero recognitus & auctus atque editus Germanica lingua, ad generoſuum D. à Rapoltſtein, anno Domini 1566. De perſequutionibus quas eccleſia Chriſti patitur, & illarum cauſis & pœnis perſecutorum, &c. Ioſias Simlerus Latine reddidit: Ioannes Baptiſta Mullerus Gallice. anno 1573.* Homiliæ duæ conſolatoriæ in pſalmum 130. & 133. germanice in octauo Tiguri apud Froſchouerum anno 1574.

TOMVS QVARTVS. Præfatio in Biblia Latina noua, Tiguri anno ſalutis 1544. impreſſa, De operis eius inſtituto & ratione ad Chriſtianum lectorem. De omnibus ſacræ ſcripturæ libris, eorumq; præſtantia & dignitate, expoſitio ad Chriſtianum lectorem. Epitome temporum & rerum ab orbe condito, ad primum vſque annum Iothan regis Iudæ. In qua præcipue attinguntur, quæ pertinent ad ſacras literas illuſtrandas, et ad verã antiquamque religionem & eius certitudinem, progreſſum item & mutationem cognoſcendam, vna cum ſex tabulis chronicis à temporibus Iotham vſque ad excidium vrbis Hieroſolymorum, deductis, potiſſimum pertinentibus ad expoſitionem Danielis prophetæ. Daniel ſapientiſſimus Dei propheta, qui à vetuſtis Polyhiſtor, id eſt multiſcius eſt dictus, expoſitus homilijs 66. quibus non tam ſenſus prophetæ redditur, quam vſus & fructus prophetiæ oſtenditur, adeoq; omnibus in eccleſia docentibus commonſtratur, quomodo perſpicue, iuſto ordine, & cum vtilitate, populo Dei hic propheta prædicari poſſit: ad epiſcopos Angliæ anno Domini 1565. * Et anno 1579. Cui editioni acceſſit epitome temporum & rerum ab orbe condito ad excidium vſque vltimum vrbis Hieroſolymorum.

TOMVS QVINTVS. Iſaias excellentiſſimus Dei propheta, cuius teſtimonijs Chriſtus ipſe Dominus & eius Apoſtoli creberrime vſi leguntur expoſitus 190. Homilijs, quibus non tam ſenſus prophetæ redditur, quam vſus & fructus eius in eccleſia Chriſti oſtenditur: ad illuſtriſſimum principem & Dom. D. Philippum ſeniorem Haſſiæ Landgrauium 1567. Ieremias propheta expoſitus concionibus 160. Quibus perſpicue & vere docetur, quod hodie multis comitijs & conſultationibus inueniri non potuit, quomodo videlicet bellis compoſitis, tranquillitas in orbe Chriſtiano recuperari, et pax ſaluaq; publica conſeruari poſſit: ad ampliſſimum virum D. Vuolfgangum Vuaidnerum Vuormatienſem. Editæ ſunt hæ conciones diuerſis temporibus ab anno 1357. vſque ad annum 1580. Threnorum ſeu Lamentationum Ieremiæ breuis explicatio, qua cauſæ oſtenduntur interitus vrbium & regnorum, & remedia ſalutaria indicantur: ad CL. V. D. Ioannem Steigerum ampliſſimum reipublicæ Bernenſis quæſtorem. anno 1561.

TOMVS SEXTVS. In ſacroſanctum D. N. Ieſu Chriſti Euangelium ſecundum Matthæum commentariorum libri 12. ad clariſſimos viros Dominum Ioannem Habium & Dietbelmum Roſtium vrbis Tigurinæ conſules 1542. In Euangelium ſecundum Marcum, commentariorum libr. 6. ad D. Chriſtophorum Froſchouerum anno Domini 1545. In euangelium ſecundum Lucam. Commentariorum lib. 9: ad ampliſſimum virum D. Ioannẽ Vuelſerum clariſſimæ vrbis Auguſtæ Vindelicorum conſulem 1546. In euangelium ſecundum Ioannem commentariorum lib. 10. ad ampliſſimum virum D. Ioan. Rodolphum Lauatherum Tigurinæ vrbis quæſtorem. 1543. In Acta Apoſtolorum commentariorum lib. 6. Quibus exponitur quæ fuerit ſanctæ eccleſiæ infantia, quæ incrementa, quæ eccleſiæ iuſtæ facies, &c. ad clariſſimum ſenatum populumq; Francofordienſem ad Mœnum 1533. Series et digeſtio temporum & rerum in actis Apoſtolorum deſcriptarum 1544.* Hi commentariorum in Acta Apo-

Digitized by Google

niſſimam Franciæ, Angliæ & Hyberniæ Reginã, Elizabetham, & contra inclytum Angliæ regnum promulgatæ Refutatio, orthodoxæq́ Reginæ & vniuerſi regni Angliæ defenſio. Ad Reuerendiſſimos Angliæ Epiſcopos, Eboracenſem, Elyenſem, Sariſbertenſem. Londini liber excuſus Latine, & in linguam Anglicam tranſlatus. Porro præter illa, quæ bis decem Tomis continentur, ſcripſit anno Domini 1530. aduerſus Anabaptiſtas libros quatuor, & librum de Annuis redditibus, Germanicá lingua, ſed Leo Iudæ libros in Latinam linguam tranſtulit, & auxit, & pene nouum opus fecit, anno Domini 1535. Verum auctor pleniſſime omnia expoſuit in poſtremis libris VI. aduerſus Anabaptiſtas. Edidit etiam librum, de Hebdomadibus Danielis, quem tractauit in Homilijs in Danielem. Scripſit etiam librum de Sacramentis, quem Ioannes à Laſco, cui legendum & iudicandum, auctor miſerat, in Anglia edidit, hic poſtea ab auctore integer fere tranſlatus eſt in Decades ſuas. * Eiuſdem reſponſio ad ſeptem accuſationis capita, quæ hodie maxima importunitate per calumnias, ſummaq́ue cum iniuria quidam inquieti, ſcriptis ſuis in capita coaceruauit, Miniſtrorum eccleſiæ Tigurinæ: Initio idiomate Germanico edita, iam verò Latine reddita, per Ioſiam Simlerum, profeſſorem ſacrarum literarum in ſchola Tigurina. 8. Tiguri, anno Domini 1574. Floruit Tiguri vſque ad annum ætatis ſuæ LXXI. Obijt ibidem anno Domini 1575. 17. Septembris. Eius vitam deſcripſerunt CL. V. D. Ioſias Simlerus & Ioannes Guilhelmus Stuckius. Tiguri excudebat Froſchouerus, anno Domini 1575.

Henricus Bullocus, ſacræ paginæ doctor Cantabrigienſis, è Græco tranſtulit in Latinum ſermonem Luciani opuſculum, de ſerpentibus ſiticuloſis lib. 1. Scripſit orationes & epiſtolas. Baleus.

* Henricus Buntingus, paſtor eccleſiæ Grunoenſis, in Ducatu Brunſchuicenſi, de Monetis & menſuris ſacræ ſcripturæ libellum Germanica lingua conſcripſit & edidit. In 8. Magdeburgi, anno 1583.

Henricus Bury Sudouolcas in Clarenſi cœnobio fratrum Eremitarum D. Auguſti. ſcripſit Lecturam ſententiarum lib. 4. Quæſtiones Theologiæ, Sermones de B. Virgine, Sermones de tempore. Claruit anno Domini 1389.

Henricus Cardinalis Oſtienſis, adhortante Alexandro IIII. in totas Decretales ſcripſit. Vola. lib. 12. Vrb. comen. Eius ſumma excuſa eſt Venetijs apud Bernardum Iuntam 1570. in folio.

Henrici Conſtantienſis, Horologium æternæ ſapientiæ. Vixit anno 1368.

Henricus Cornelius Agrippa ab Netesheim, armatæ militiæ eques auratus, ſcripſit de Occulta philoſophia lib. 3. excuſos Coloniæ, anno 1533. & deinde Lugduni apud Gotefridum & Marcellinum Beringios fratres, anno 1550. Item de incertitudine & vanitate ſcientiarum declamationem inuectiuam, vel Cynicam, qua docetur, nuſquam certi quicquam, perpetui & diuini, niſi in ſolidis Dei eloquijs atque eminentia verbi Dei latere: impreſſam Coloniæ apud Eucharium Agrippinatem, anno 1531. In artem breuem Raymundi Lullij commentaria, impreſſa Coloniæ apud Ioan. Soterem, anno 1533. Hiſtoria de duplici coronatione Caroli V. Romani Imperatoris apud Bononiam. Orationes decem, quarum prima eſt in prælectionem conuiuij Platonis in Ticinenſi Gymnaſio, Amoris laudem continens. 2. In prælectionem Hermetis Triſmegiſti, De poteſtate & ſapientia Dei. 3. Pro quodam doctorando. 4. Ad Metenſium dominos, cum in illorum aduocatum, ſyndicum & oratorem acceptaretur. 5. Ad Senatum Lucenburgiorum, pro dominis ſuis Metenſibus habita. 6. In ſalutatione cuiuſdam principis & epiſcopi, pro dominis Metenſibus ſcripta. 7. In ſalutatione cuiuſdam magnifici viri pro dominis Metenſibus ſcripta. 8. Per quendam aſfinem ſuum Carmelitanum, ſacræ Theologiæ baccalauream formatum, in acceptione Regentiæ, Pariſijs habita. 9. Pro filio Chriſtierni regis Daciæ, Noruegiæ, & Suetiæ, &c. in aduentu Cæſaris habita. 10. In funere D. Margaretæ Auſtriacorum & Burgundionum Principis habita. Quæ impreſſa ſunt Coloniæ apud Ioannem Soterem, anno 1535. Scripſit etiam de Præcellentia muliebris ſexus, De apparitionibus animarum. Apologiam quandam. Dialogum de homine. De originali peccato diſputabilis opinionis declamationem ad epiſcopum Cyrenenſem. Epiſtolam ad Michaelem de Arando epiſcopum S. Pauli. Claruit anno 1538. * Eiuſdem querela ſuper calumnia intentata. Argentinæ 1539 Omnia eius opera, quæcunq hactenus in lucem prodierunt, vel inueniri potuerunt, in duos Tomos concinne digeſta. 8. Lugduni, 1580.

Henricus Coſteſay, Minorita, compoſuit Expoſitiones in Pſalterium lib. 1. Lecturam in Apocalypſim lib. 1. Commentarios maiores in eandem lib. 1. Obijt anno 1336. Baleus.

Henricus de Coſueldia, Germanus, ordinis Carthuſienſis, Prior domus ſanctæ Mariæ prope montem Diuæ Gertrudis in Hollandia, ſcripſit in Exodum myſtice lib. 1. In epiſtolam Pauli ad Romanos lib. 1. De tribus votis ſubſtantialibus libr. 1. Contra vitium proprietatis libr. 1. De tribus cuſtodijs monaſticis libr. 1. De inſtitutionibus nouitiorum lib. 1. Circumciſorium myſticum lib. 1. De Sacramento altaris lib. 1. De annunciatione Dominica lib. 1. Eulogium Pauli Eremitæ lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Guilhelmi Pariſienſis epiſcopi, arduum opus de Vniuerſo corpore & incorporeo, ſeu ſpiritali, mira induſtria perluſtrans, breui compendio pulchre concluſit. Claruit anno Domini 1410.

Henricus Crixſtede, Anglus, monachus Benedictinus, ſcripſit in regulam monachorum, librum vnum.

Henricus Crolachius, Gothanus, ſcripſit copioſe & diligenter de cultura Iſatidis herbæ, & eiuſdem ad tingendam lanas præparatione: liber manuſcriptus.



Digitized by Google

lib.1. Super ſententias lib.4. De virginitate lib.1. Quodlibeta lib.2. De pœnitentia lib.1. In Metaphyſicam lib.4. In Phyſicorum lib.8. Et in alios Ariſtotelis libros multos. Sermones quoque varios & diuerſas in ſacra pagina lecturas. Eius ſummæ quæſtionum ordinariarũ, excuſæ ſunt Pariſijs, 1520. in fol. Claruit anno 1299.

Henrici de Gandino tractatus magnus de iure: manuſcriptus. M. Dreſſerus.

Henricus de Gauda, Germanus, ſcripſit ſuper ſententiarum lib.1. de celebratione miſſarum lib.1. Orationes varias. Quæſtiones diſputatas, & alia quædam. Vixit anno 1435.

Henricus de Geilenhuſen, monachus cœnobij Spanheimenſis, Gymnaſij Erfordẽſis baccalaureus, ſcripſit ad Nouitios monaſterij portæ Mariæ, ordinis S. Wilhelmi, longam & inſtructam epiſtolam de profectu & inſtitutione ſpirituali lib.1. Vitam S. Benedicti abbatis carmine elegiaco lib.1. Sermones de tempore & de ſanctis lib.1. Contra pluralitatem beneficiorum lib.1. Et quaſdam ad diuerſos epiſtolas. Obijt anno Domini 1488. Trit. de ſcript. German.

Henricus Loricus, Glareanus, Heluetius, ex pago Glarona, poeta laureatus, ſcripſit multa quibus nomen ſuum poſteritati conſecrauit, quæ diuerſis locis typis excuſa ſunt, ex quibus hæc habentur. Ælij Donati methodus ſcholijs eius illuſtrata, ac eiuſdem ſubſequentibus octo tractatibus aucta. 1. de generibus nominum. 2. de nominum declinationibus. 3. de gradibus comparationis. 4. de heteroclitis. 5. de verborum coniugationibus & formis: item de defectiuis & anomalis. 6. de conſtructionis regulis & ſyntaxi. 7. de ſyllabarum quantitate, pedibus & carminum generibus. 8. de figuris opus impreſſum Tiguri apud Froſchouerum. Iſagoge in Arithmeticam, vel Epitome de Arithmeticæ practicæ ſpeciebus: impreſſa Friburgi Briſgoiæ, anno D. 1539. Deſcriptio de ſitu Heluetiæ & vicinis gentibus: de quatuor Heluetiorum pagis: pro iuſtiſſimo Heluetiorum fœdere Panegyricon: ad Maximilianum Auguſtum Panegyricon. Omnia verſibus heroicis, cum commentarijs Oſualdi Myconij doctis et vtilibus in 3. priora opuſcula. Liber impreſ. Baſileæ apud Ioan. Frobenium, anno 1519. Idem quadriennio ante apud Adamum Petrum Baſileæ, ſine Myconij commentarijs exiuerat. Iſagoge in Muſicam, impreſſa Baſileæ 1516. De geographia lib.1. ab ipſo authore tertio recognitus, impreſſus Friburgi Briſgouiæ, anno 1532. Iudicium in P. Terentij carmina, per omnes comœdias: liber impreſſus Lugduni, anno 1540. In Q. Horatium Flaccum Annotationes, impreſſæ Friburgi Briſgouiæ, anno 1539. Eædem anno 1540. ibidem cum ipſius Horatij operibus impreſſæ ſunt, adiectis vbiq; argumentis, carminum rationibus, & alijs quibuſdam. Eædem annotationes rurſus impreſſæ ſeorſim Baſileæ 1544. Annotationes in P. Ouidij Metamorphoſes, impreſſæ. Annotationes in M. T. Ciceronis librum, de Senectute, impreſſæ Baſileæ apud Brylingerum, 1544. in C. Criſpi Saluſtij, quæ adhuc extant, hiſtoriarum fragmenta, annotationes: impreſ: Baſileæ apud Cratandrum, 1538. In C. Iulij Cæſaris Commentarios annotationes, excuſæ Lugduni apud Gryphium 1540 & ab authore recognitæ & auctæ. Friburgi, anno D. 1544. octern. 6. & dimid. In T. Liuium annotationes, & Chronologia in totam Romanam hiſtoriam, impreſſa Baſileæ cum ipſo Liuio: Lugduni autem ſeorſim, anno 1542. Dionyſium Halicarnaſſæum recognouit, & annotationibus illuſtrauit: & Chronologiam temporum in Dionyſij hiſtoria comprehenſorũ adiunxit, vt ſupra diximus in Dionyſ. Elegiarum lib. 2. ad Huldrychum Zuinglium, excuſos vnà cum Muſica ipſius in 4. De arte Muſica libros aliquot doctiſſimos, excuſos Baſil. apud Henricum Petri, anno 1549. in fol. Item de ponderibus ac menſuris librum, impreſſus Baſileæ apud Iſingrinium, anno 1550. Item Annotationes in Valerium Maximum, excuſas Baſileæ ab Henrico Petri, anno 1553. cum Valerio Maximo. Præterea in Suetonium & Lucanum. Scripſit præterea annotationes in Eutropium, impreſſas Baſileæ, 1555. Henrici Glareani epiſtola ad Ioannem Heruagium, quæ continetur apologia aduerſus Caroli Sigonij maledicta in ipſum: & iudicium de illius doctrina & emendationibus Liuianis. Huic præfixa eſt epiſtola Ioan. Iacobi à Ritzburg ad lectorem. Patauij Gratioſus Pertachinus, 1557.

* Henricus Göldlius Tigurinus, medicus paſſiuus, Germanica lingua ſcripſit Regimẽ peſtilentiæ. Itemq; medicamentum approbatum in Pleuritide, quæ peſtis quaſi ſpecies quædam eſt. Tum præterea formam medicamenti edidit, quæ paradiſi apprime cõfert: ac inſuper pretioſæ aquæ deſcriptionem contra ingentes capitis dolores, vertiginem, maniam, et apoplexiam. Quin etiam modum quo morbus Gallicus curari poteſt citra vnctiones, ſuffumigia, aut lotiones vllas, gummata naſci prohibentem, ſi morbus recens, nec prius à quoquam vnctionibus aut ſuffumigijs alijsq; modis vexatus fuerit. Omnia hæc in vno libello continentur. In 4. ſine notatione loci & temporis, excuſa.

Henricus Gorrickem, natione Germanus, ſcripſit Concluſiones ſententiarum lib.4. de ſuperſtitionibus lib.1. contra Huſſitas quoq; lib.1. de feſtorum celebratione lib.1. ſummarium S. Thomæ lib.1. ſermones & collationes lib.1. quæſtiones & determinationes inſuper varias, lecturas, libros & diuerſos tractatus edidit. Eiuſdem tractatus de ſuperſtitioſis quibuſdam, vt videntur, caſibus, ſeu cæremonijs eccleſiaſticis, impreſſus eſt in 4. chartis 2. & dimid. Tractatus de celebratione feſtorum, itidem in 4. excuſos, totidem chartis. Vixit anno Domini 1460. * Concluſiones ſententiarum cum textu Petri Lombardi impreſſæ habentur. Eiuſdem poſitiones de cœlo, & mundo Ariſtotelis, Coloniæ apud Henricum Quentel, anno 1501. Itemq; quæſtiones metaphyſicales de Ente & Eſſentia D. Thomæ. Ibidem anno 1502.

Henrici Grammatei libellus, de arte vaſandi, impreſſus Viennæ. Eiuſdem arithmetica Germanica cum regulis Coſ. excuſa.

Henrici

Digitized by Google

Henrici Knauſt I. V. D. Nidhartus, ſiue de inuidia libellus. Francofurti, 1569. Germanice. Idem Luciani libellum de Calumnia in Germanicam linguam tranſtulit. Ibidem. Propædia in leges & præcepta proſodiæ, facillimis verſibus memoriæ adiuuandæ gratia reddita. Erphordiæ 1573. in octauo. Erotemata Chriſti Phriſbebij in Inſtitutiones iuris in Germanicam linguam tranſlata. Francofurti. * Eiuſdem de Mahometi Turcarum Dei, ortu obſcuro & vita flagitioſa, Germanice. De Officijs eccleſiaſticis, ſeu regula diſcentium. 8. De ludo. Repetitio ex fontibus iuris, quid & quomodo iudicandum ſit, in controuerſijs ludorum aleæ, chartarum, & ſimilium. 8. Erphordiæ. Eiuſdem Tentator, Dialogus lepidiſſimus, multa pia & ſalutaria doctrina refertus. 8. Erphordiæ excudebat Georgius Buman. Ab eodem Numeratio graduum conſanguinitatis & affinitatis, ſecundum arborem ciuilem, collecta. 8. Erphordiæ excudebat Georgius Buman, anno 1580.

Henricus Knyghton edidit De geſtis Anglorum lib. 1. Baleus.

* Henricus Korninck Paderbornen. ſcripſit magnas concordantias in Biblia.

Henrici Kyſpenningij Velonenſis de meditatione mortis, & varijs, eos qui mortem lentam ſubitámue vel violentam obeunt, conſolandi modis, libri ſeptem impreſſi Coloniæ, 1573. in octauo. * Eiuſdem precationes Chriſtianæ & piæ ad recte viuendum, admonitiones ex ſacra ſcriptura & patribus ſelectæ. In decimoſexto Coloniæ apud Arnoldum Birck.

Henricus de Langenſtein, dictus de Haſſia, natione Germanus, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. in Geneſim & prologum lib. 5. de Antichriſto & ſchiſmate lib. 1. De eruditione ſacerdotij lib. 1. De anima contémplatiua lib. 1. De contemplatione Speculum animæ lib. 1. De horis canonicis lib. 1. Contra Aſtrologos lib. 1. Super oratione Dominica lib. 1. Super Aue Maria lib. 1. Super Symbolo Apoſtolorum lib. 1. De contemptu mundi lib. 1. Contra fratrem Teloſphorum lib. 1. Contra quendam Wicleffitam lib. 1. Ad canonicos regulares lib. 1. De proprietate monachorum lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. In Cantica canticorum lib. 1. Epiſtolarũ ad diuerſos lib. 1. Claruit anno 1400.

Henrici de Lubeck, ordinis Prædicatorum Quodlibetum, manuſcript. M. Dreſſerus.

Henrici Luytenij, ſacræ Theologiæ baccalaurei enarrationes Euangelicas Dominicalium ab Aduentu vſque ad Septuageſimam. Item Explicatio de natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex ſecundo capite D. Lucæ. Item de ſeptem donis Spiritus ſancti. De quatuor virtutibus cardinalibus. De octo beatitudinibus: cum libello De Spiritus ſancti miſſione. Antuerpiæ in officina Plantini in octauo.

Henrici Mamerani, Lucemburgenſis, Gratulatorium carmen in ſereniſſimi Principis Philippi Regis Angliæ, &c. aduentum in Germaniam, anno Domini 1549. In Angliam verò anno Domini 1554. In Belgicum anno Domini 1555. Item Epithalamium nuptiarum eiuſdem cum ſereniſſima Maria Angliæ regina. Coloniæ Iacobus Soter excudit, anno Domini 1555. Eiuſdem Strena Calendis Ianuarij, anno Domini 1556. ad patronos & amicos: Eſt autem carmen de leone & aſino. Eiuſdem carmẽ quid ſignificet apud Hiſpanos Beſo Las manus. Antuerpiæ, anno Domini 1556. De priſca moneta libellus. Coloniæ excuſus ab authore, anno Domini 1551.

Henricus Marionowenſis, Germanus, prope Pannoniam Carmelita, qui, teſte Baptiſta Mantuano, aſtrorum ac cœli ſcientia clarus erat, ſcripſit de Syderum curſu lib. 1. Contra Symoniacos lib. 1. De ordine ſuo lib. 1. Epiſcopus claruit anno Domini 1440.

Henrici de monte Martis, Summa in iuris canonici certos quoſdam titulos, numer 62. Forte Henrici Boyth.

Henrici Mediolanenſis, de Controuerſia hominis & fortunæ libri ab interitu vindicati, & cum commentarijs in lucem editi per Cyprianum à Popma. Coloniæ excuſ. anno 1570.

Henricus Medwall, ſcripſit de natura Comœdiam lib. 1. Claruit anno 1490. Baleus.

Henricus Memmius V. C. conſiliarius regius & libellorum ſupplicum magiſter in Gallia, plurimos veteres auctores manuſcriptos Græcos & Latinos collegit, quorum aliquot ſuis locis nominauimus.

Henrici de Merſenbach ſumma iuris.

Henrici Molleri, profeſſoris linguæ Hebreæ in Academia Witenbergenſi, commentarius in Malachiam prophetam, Witenbergæ excuſ. apud Ioannem Lufft, anno Domini 1569. Enarratio Pſalmorum Dauidis partibus tribus. Ibidem, anno Domini 1573. in octauo.

Henrici Molleri Epithalamion Dauidi Chytræo ſcriptum, excuſum, anno Domini 1553. Eiuſdem in nuptijs Vlrici ducis Megalburgij & Elizabethæ Danicæ reginæ, carmen Epithalamium Roſtochij impreſſum, anno Domini 1556. Scripſit multa alia.

Henricus Morley nobilis, in Anglico ſermone edidit Comœdias & Tragœdias libros plures, vitas ſectariorum lib. 1. Claruit ſenex, anno Domini 1540. Baleus.

Henrici Mylij, hiſtoria paſſionis Ieſu Chriſti, Græco heroico carmine reddita. Lipſiæ.

Henricus Morthey menſis, Germanus, ſcripſit opus præclarum metro & proſa ad Fridericum Marchionem Myſniæ, ac ducem Saxoniæ, quod Diometromachiam nominauit. Item de virtutum & vitiorum conflictu lib. 1. Claruit anno Domini 1494.

Henricus VIII. Anglorum rex, ſcripſit ad Leonem Pontificem eius nominis X. Aſſertionem Sacramentorum lib. 1. Impreſſ. Lipſiæ 1541. Ad epiſtolam Lutheri lib. 1. De Chriſtiani hominis inſtitutione lib. 1. De inſtituenda pube lib. 1. Senten-

tiam

Claruit anno Domini 1470. Nominatur alicubi Henricus Brunonis de Piro.

Henrici Piſtoris theologi Pariſienſis ſequentiæ, vt vocant, de quibus in elucidatorio eccleſiaſtico.

Henricus Plantagenet, ſecundus eius nominis Anglorum rex, ſcripſit Legum & ſtatutorum lib. 1. ad Hadrianum IIII. pontificem, ad D. Bernhardum Clareuall. Alexandrum III. Pont. Max. Thomam Cantuarienſem, Ioan. Carnotenſem, Richardum Cantuarienſem, & alios, epiſtolas. Obijt anno D. 1189.

Henricus Potini, Normannus, Carmelita Rothomagenſis, & epiſcopus Philadelphienſis, Carolo Francorum regi acceptus, ſcripſit Lecturam ſententiarum Pariſijs, lib. 4. Conciones ad Clerum & populum lib. 2. Quadrageſimale coram rege Carolo lib. 1. Obijt Rothomagi anno 1502.

Henricus Primæus Buſchodutenſis Gymnaſiarcha apud Monaſterienſes in Germania, D. Eraſmi Roterod. de octo orationis partium conſtructione libellum ſcholijs illuſtrauit: liber impreſſus Tiguri apud Froſchouerum. * Hic tandem Embeccæ in incendio perijt.

Henricus cognomento Prudens, ordinis Carthuſienſium, Prior domus vallis iuxta Brugas in Flandria, ſcripſit Tetralogum deuotionis lib. 3. Claruit anno 1484.

* Henrici Ranzonij equitis Holſati, de conſeruanda valetudine liber, in priuatum liberorum ſuorum vſum ab ipſo conſcriptus, ac editus à Dethleuo Syluio Holſate. In quo de diæta, itinere, annis climactericis, & antidotis præſtantiſſimis, breuia et vtilia præcepta continentur. 8. Lipſiæ. Catalogus Imperatorum, Regum ac Principum, qui Aſtrologicam artem amarunt, ornarunt & exercuerunt: quibus additæ ſunt aſtrologicæ quædam prædictiones veræ ac mirabiles omnium temporum, deſumptæ ex Ioſepho, Suetonio, Tacito, Dione, Xiphilino, Cuſpiniano & alijs, ex quibus certitudo ac veritas harum diſciplinarum colligi poteſt. Adiectus eſt præterea Tractatus de annis climactericis, collecta ab Henrico Ranzonio, ac edita à Theophilo Siluio, ac denuo aucta & locupletata, an. 1580. 8. Lipſiæ.

* Henrici Rätelen Saganſis tragœdia Germanica de aureo vitulo Aaronis. In octauo, anno Domini 1573.

Henricus Regius Paderbornenſis, prouinciæ Saxonicæ S. Crucis alumnus, Guardianus Suerinenſis, ſcripſit Biblia alphabetica, opus & locupletius & commodius ad inuentionem quàm ſint Concordantiæ maiores, Noueſianus excudit Coloniæ, anno Domini 1535. in quarto, chartis 112. Claruit anno 1535.

Henrici Ribiſchij I. C. de re Turcica ad Viennam, epiſtola hiſtorialis ad Henr. Stromerum. Lipſiæ Nicolaus Faber excud.

Henrici Rhoti, Conciones catechiſticæ iuxta Lutheri catechiſmum. Iſlebij 1572. Pars altera catechiſmi. Ibidem 1573. Germanice.

Henrici Rijſuuichij I. C. Paratitla et notæ breues in titulum de diuerſis regulis iuris antiqui, ex vetuſtiſſimis alijſq; interpretibus concinnatæ. Adiectus eſt liber ſingularis rerum prætermiſſarum, ex varijs libris depromptus. Coloniæ 1572. in 8.

* Henricus à Riſſenberg ſcripſit Caroli IIII. Cæſaris Romani, Bohæmiæ regis hiſtoriam, & epitomen rerum geſtarum ante Romani Imperij inaugurationem. In 4.

Henricus Sachſius, libros tres de contrarijs in ſpeciem vtriuſq; Teſtamenti locis, edendos curauit: impreſſos Coloniæ apud Ceruicornum, 1540. cum Honorij commentarijs in libros Salomonis.

* Henrici Salmuth declaratio tabulæ de tribus ordinibus, Germanicè. Lipſiæ in 4. anno D. 1583.

Henrici de Saxonia, Alberti Magni diſcipuli, liber de ſecretis mulierum, impreſſus Auguſtæ, añ. D. 1498. per Antonium Sorg.

* Henricus Stæuius Schalterlandinus, felix in ſcribendis verſibus: ſcripſit in diuerſa ſcripta doctorum epigrammata & epiſtolas ad diuerſos. Obijt Oſnaburgæ admodum ſenex, anno 1554.

Henricus Schoffer edidit epiſtolam conſolatoriam ad D. Franciſcum Stancarum captiuum Cracouiæ, quæ adiecta eſt orationi Ioan. Coſminij ad Iulium III. de concilio.

* Henrici Schorij, de analyſi & geneſi grammatica dialogi in puerorum vſum conſcripti, vbi obiter Germanicæ rudimẽta grammaticæ adumbrantur.

Henricus Scotus, ſcripſit Franciſci Spieræ hiſtoriam, qui ob abiuratam fidei confeſſionẽ in ſummam incidit deſperationem. Excuſam Baſil. cum doctorum aliquot virorum præfationibus, 1550.

Henricus de Seguſia, poſtea Cardinalis Hoſtienſis, Iuris ſummam complexus eſt. Edidit præterea Lecturas in 5. libros Decretales. Floruit año 1255. Summam eius ab erroribus repurgatam, & annotationibus illuſtratam, Baſileæ edidit Guarinus 1573. in folio.

Henrici Senſij ſelectæ epiſtolæ ante añs 200. ſcriptæ ad quoſdam religioſos, vt vocant. Dilingæ Germanice 1569.

Henricus de Seclin, Flandrinus, poeta Gandenſis, homo doctiſſimus, Carmina ſcripſit lib. 1.

* Henricus Sibæus Olphemius grammaticus egregius, & grauis poeſeos cenſor ſcripſit quędam carmina & præcipue epitaphia illuſtrium aliquot virorum.

Henricus de Soliaco Henrici regis ex Adela nepos, monachus, ſcripſit ad Auunculum regem de inuentione corporis Arthuri lib. 1. Claruit anno D. 1190. Baleus.

Henricus Stafforde, Buckingamiæ Ducis filius in Anglicum ſermonem vertit Vtriuſq; poteſtatis differentiam lib. 1. Obijt anno 1558. Baleus.

Henricus Stain Vtinenſis præpoſitus, iureconſultus, Henrici duodecimi reguli Boiorum res geſtas temporibus ſuis literis commendauit.

Henricus Standicius Minorita, Aſaphenſis Epiſcopus, edidit Sermones ad vulgum lib. 1. Contra verſiones Eraſmi lib. 1. Claruit delirus ſenex anno 1520. Baleus.

Henricus

Digitized by Google

grauio. Liber extat apud Georgium Fabricium.

Henrici *Vranij compendium Hebreæ grammaticæ recognitum & auctum, Hen. Petri excudit anno* 1541. *octer.* 6. *& dimidio. Eiuſdem de ſeruilium literarum apud Hebræos vſu & officijs, de nominum diuerſitate, de mutandis punctis, de inueniendæ radice, libellus impreſſus Coloniæ an.* 1570. *Commẽdatio Græcæ linguæ. Coloniæ* 1571. *octauo. Oda, ſapienti mortem velut malum aliquod nõ eſſe timendam. Coloniæ* 1569. *Epitome de re numaria, menſuris & ponderibus, ex Budæo, Portio, Agricola. Coloniæ* 1569.

Henricus *de Vrimaria, ordinis fratrum eremitarum. S. Auguſtini, natione Germanus, ſcripſit ſuper ſententias lib.* 4. *quodlibeta quoq; lib.* 1. *de decem præceptis lib.* 1. *flores ex collatione patrum lib.* 24. *de perfectione hominis lib.* 1. *de incarnatione verbi lib.* 1. *de quadruplici inſtinctu lib.* 1. *de exemptione lib.* 1. *expoſitio decret. de cele. miſ. lib.* 1. *ſermones de tempore lib.* 1. *ſermones de ſanct. lib.* 1. *in libros Ethicorum lib.* 10. *& alia multa. Additiones eius in libros Sententiarum, cum Ægidij de Roma in eoſdem commentarijs, &c, impreſſæ ſunt Coloniæ,* 1513. *Idem ſcripſit Expoſitionem orationis Dominicæ, & ſalutationis Angelicæ: de Nocturnis illuſionibus & remedijs, de mortificatione propriæ voluntatis: manuſcripta. M. Dreſſerus. Claruit anno Domini* 1340.

Henricus *Vruchterus Olphenius, ex Diogenis Laertij de vitis philoſophorum libris ſententias & apophthegmata excerpſit, & ſuis ſcholijs illuſtrauit, liber impreſſus Coloniæ apud Ioan. Gymnicum, anno D.*1530. *octern.* 10. * *Edidit item carmen Heroicum Monaſterij de intemerata Mariæ virginis conceptione, & mera eiuſdẽ nati omnipotentia. Scripſit etiã literas Inuectiuas & ſalſa epigrammata in Ioan. Glandorpiũ Monaſterienſem.*

Henrici *Vulpij Lingenſis in Academia Roſtochiana publici artium profeſſoris libellus, de communibus & vſitatis Arithmeticæ practicæ regulis, impreſſus Coloniæ,* 1544. *apud Ioan. Gymnicum. Eiuſdem libellus de minutijs phyſicis, & practicis aſtronomicæ arithmeticæ regulis, ibidem eodẽ tempore excuſus. Claruit anno* 1543. * *Obijt Roſtochij anno D.*1560.

Henricus *de Werlis, ordinis fratrum minorũ, ſcripſit ſuper ſententias lib.* 4. *de poteſtate eccleſiaſtica lib.* 1. *ſermones quoq; varios lib.* 1. *& alia complura. Vixit anno* 1490.

Henricus *Wichyngham Anglus, ſcripſit in Eſaiam prophetam lib.* 1. *in Apocalypſim Ioannis lib.* 1. *ſermones de tempore & ſanctis per totum annum. De quadruplici aduentu lib.* 1. *de conceptione Mariæ lib.* 1. *deceſſit Nordouici anno* 1447.

Henrici *Wickij, I. C. De ſacramentorum natura, officijs & numero liber. Louanij* 1571. 8.

* Henricus *Withenius tractatum de Iuſtitia ex magni illius philoſophi & perfecti oratoris M. T. Ciceronis operibus collegit, & in Gallicam linguam tranſtulit. In* 4. *Antuerpiæ* 1582.

* Henricus *Wolphius Tigurinus, profeſſor Noui Teſtamenti in ſchola Tigurina Cl. V. Ioannis Wolphij F. paternæ pietatis & eruditionis ſtrenuus imitator: edidit parentis ſui aliquot opera præclara: & in ea eſt præfatus: quorum catalogum partim editorum, partim eorum quæ ad editionem præparauit, vide in nomine Ioannis Wolphij. Scripſit etiam carmina quædam veluti Idolopoeian D. Con. Geſneri de ſuarum Epiſtolarum editione differentis. Epigramma in Pſalterij paraphraſin Rodolphi Lemanni: Itemq; in Inſignia Ser. Stephani regis Poloniæ. Et Epitaph. in obitum Ioſiæ Simleri. Plura quotidie meditatur.*

* Henrici *Woricheri Sententiarum textus vnà cum partitione. In fol. Baſileæ anno* 1510.

Henricus *de la Vyle doctor publicus Oxonij, ſcripſit in Ariſtotelem de Anima lib.* 3. *Baleus.*

Henrici *Xenandri Altkirchij Epithalamion in nuptias illuſtriſſimi principis D. Iohannis Caſimiri Comitis Palatini Rheni, &c. & nobiliſſimæ Heroinæ D. Eliſæ Illuſtriſſimi Saxoniæ principis Auguſti filiæ. Heidelbergæ* 1570.

Henricus *Zellius edidit Pruſsiæ tabulã Dantiſci, & Germaniæ tabu. Argentinæ.*

Henrici *Zolners medicinalia & alia notatu digna.*

Henrici *de Zommerer, de Hæreticis.*

Hentisbertus *Anglicus, ſcripſit Sophiſmatũ ſubtiliſſimorũ lib.* 1. *de arte Dialectica lib.* 1. *Grammaticæ præceptiones, & alia. Floruit anno* 1380.

Hephæſtionis *Sophiſtæ meminit Eunapius: fuit autem æqualis Epiphanij & Diophanti.*

Hephæſtion *Alexandrinus Grammaticus, enchiridia ſcripſit verſibus, metrorum differentias, de poematum perturbationibus, Comicarum dubitationum ſolutiones, item Tragicarum, & alia plurima, & de pedibus metrorum, Suidas. Eius autem enchiridion excuſum Venetijs, anno Domini* 1526. *Ex illo enchiridio deſumpta epitome de nouem metris, Ariſtophani Græco cum commentarijs impreſſo, præfixa eſt. Hephæſtion interpres Sophoclis Tragœdiarum, ex cuius ſcholijs aliqua verba citat Calepinus in patronymico Pelides: quanquã Scholia Græca in Sophoclem hactenus impreſſa anonyma ſunt. Enchiridion eius de poematibus & metris, excuſum Pariſijs à Guilhelmo Morelio, venit* 4. *ſolidis Gallicis.*

Hephæſtionis *cuiuſdam ſcripta Athenæus citat paulo poſt medium lib.* 11. *quæ autorum nominibus ſuppreſſis ſibi adſcripſit.*

Ex Hephæſtionis *Thebani apoteleſmaticis, & aliorum veterum de nomenclatura & facultate duodecim partium Zodiaci, libellus, cum varijs aſtrologicis opuſculis opera Ioachimi Camerarij editis, & impreſſis Norimbergæ apud Ioannem Petreium, anno D.*1538.

Hephæſtionis *Thebani* περὶ καταρχῶν, *lib.* 3. *ſeruantur in bibliotheca Strozæ.*

Heracleon *Epheſius, in Athenæi Dipnoſophiſtis ter aut quater citatur.*

Heracleon *Glauconis filius citatur à Stephano libri nomine non expreſſo: alibi tamen ab eodem adducitur*

Digitized by Google

*Heraclides Tarentinus (inquit) in Sympoſio cucumerem vocat hedygæum.*

Heracliti *Epheſij vitam Diogenes Laertius deſcribit ab initio lib. noni, & epiſtolam Darij Hyſtaſpis filij ipſum accerſentis, cum Heracliti reſponſo addit. Vide etiam Suidam in* ἀμάλευτος, *& in prouerbio* Δηλίου κολυμβητοῦ. *Eius epiſtolæ ſex, excuſæ Venetijs apud Aldum, in Græco volumine epiſtolarũ. Scripſit hic Heraclitus librum in tres partes diuiſum, in quo de vniuerſo, de republica, & theologia diſſeruit. Inſcribitur autem à quibuſdam hic liber de natura, alij Muſas, alij Diligens gubernaculum ad vitæ regulam, vel amuſſim, alij Morum ſententiam, quidam Ornamentum morum vnius omnium, nominant.*

Heracliti *cuiuſdam ſcripta, in quibus Heſiodum reprehendit, citantur apud Plutarchum in Camillo.*

Heracliti *Apoteleſmata, in bibliotheca Card. Carpenſis.*

Heraclitus *Halicarnaſſeus Elegiæ poeta, in quem carmen Callimachi refert Laertius.*

Heraclitus *Leſbius ſcripſit Macedonum hiſtoriam. Laertius.*

Heraclitus *poeta Lyricus, alius à ſuperioribus, ſcripſit duodecim deorum laudes. Laertius.*

Heraclius *ſub Commodi Seueriq́ue imperio in Apoſtolum Commentarios compoſuit. Hieronymus.*

Heranciti *fabulam Xenizonta, Athenæus allegat lib. 10.*

Heræ *Capadocis medici fragmenta plurima, nobis ſalua ſunt in libris Galeni de compoſitione ſecundum locos & genera: fuit autem hic ſenior Andromacho, iunior Muſa & Menecrate, teſte Galeno.*

Hercij *cuiuſdam hexaſtichon in 3. libro Florilegij Græci.*

Herculanus, *cum aliquot alijs coepiſcopis, autor ſecundæ & duodecimæ epiſtolarum apud Cyprianum lib. 1.*

Herculis *Bonacoſſi de humorum exuperantium ſignis, ac ſerapijs medicamentiſque purgatorijs opportunis liber. Eiuſdem varia auxilia experimento comprobata. De compoſitione theriacæ cum eius ſubſtitutis. De modo præparandi aquam Guaiaci. De catarrhi curatione. De curatione pleuritidis, liber ex veteribus. De dyſenteria. Bononiæ anno Domini 1553. & alijs temporibus impreſſa.*

* Herculis *Bentiuoli comœdia Geloſo, Italice, in 8. Venet. per Aldum, anno 1547.*

* Herculis *Ciofani Subnonenſis in omnia P. Ouidij opera, obſeruationes, vnà cum ipſius vita. In 8. Antuerpiæ, Chriſtoph. Plantinus, anno Domini 1583.*

Herculis *Seueroli, de remiſſionibus litigatorũ.*

Herculis *Strozæ libri carminum, Elegiarum, Epigrammatum, excuſi ſunt in Italia.*

* Hercules *Vinceмala collegij Mediolanenſis, I. C. Mariæ virginis ſacratiſſ. miraculorum lib. 3. ſcripſit. In 4. Mediolan. anno 1579.*

Hereas *Megarenſis, citatur apud Plutarch. in vita Theſei.*

Herebertus *de Hoſcham, Anglus ſcripſit de rebus geſtis Beeketi, quem Stephanus Langton Cardinalis D. Chryſogoni in numerum ſanctorum retulit. Vixit anno 1183.*

Herebertus *Loſinga, monachus, compoſuit Sermones octodecim lib. 1. De prolixitate temporũ lib. 1. De fine mundi lib. 1. Conſtitutiones Monachorum lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos lib. 1. Ad Anſelmũ contra Sacerdotes lib. 1. Obijt anno 1120. Baleus.*

Herennius *Modeſtinus vetus I. C. ſcripſit reſponſorum lib. 19. Pandectarum lib. 12. Regularum lib. 10. differentiarum lib. 9. de pœnis 4. ſingulares 9. de præſcriptionibus, de inofficioſo teſtamento, de manumiſſionibus, de legatis & fideicommiſſis, de teſtamentis, de heurematicis, de enucleatis caſibus, de differentia dotis, de ritu nuptiarum. Excuſationum præterea ſex libros dicitur reliquiſſe, idem fortè opus cum eo quod de Excuſatione tutelæ & curæ, fertur de Græco vertiſſe in Latinum, ipſis Legum verbis interdum poſitis, ſi qua incurriſſent parum apta Latinitati. Alexandri Imp. ætate floruit, eiq́; familiaris & conſiliarius fuit. Verſus etiam factitauit, quorum extant in Virgilij libros argumenta, falſo quondam tributa Ouidio. Hæc Bernbardinus Rutilius, de vitis Iureconſultorum.*

Herennius *Philo* ἐν τοῖς ἰατρικοῖς, *citatur à Stephano in Dyrrachio, & in Cyrtos* ἐν τῷ περὶ ἰατρικῶν. *Herennij Philonis Biblij* περὶ διαφόρου σημασίας *per alphabetum: extat in biblioth. Strozæ.*

Herennius *Senecio, ex Bethica natus, ſcripſit Heluidij Priſci vitam, acceptis ab vxore Fannia commentarijs, cuius rei cauſa à Domitiano occiſus eſt.*

Herenus *de Boyo, natione Brito, ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmeli, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. Et varias quæſtiones.*

Herigerus *abbas Lobienſis cœnobij, ordinis ſancti Benedicti, ſcripſit dialogum inſignem ſub perſona ſui & Adelboldi, inſcriptum de diſſonantia eccleſiæ lib. 1. vitam S. Vrſmari metrice lib. 1. ad Hugonem de quæſtionibus lib. 1. de diuinis officijs lib. 1. geſta epiſcoporum Lobienſium lib. 1. de corpore & ſanguine Domini lib. 1. Et alia plura. Claruit anno 590.*

Herillus *Carthaginenſis, vel vt alij Chalcedonius, Zenonis auditor, finem ſtatuit ſcientiam: meminere eius Cicero, Plutarchus & alij. Libri eius à Laertio hi eſſe dicũtur, de Exercitatione, de Perturbationib⁹, de Opinatione, Legumlator, Obſtetricius, Antipheron, Præceptor, Parans, Dirigens, Mercurius, Medea, dialogi quæſtionũ moralium.*

Herimbertus *quidam ſcripſit libros de rebus à Carolo Magno geſtis.*

Hermachus *Agemachi F. Mitylenæus, Epicuri ſucceſſor, ſcripſit de Empedocle epiſtolas 22. de diſciplinis aduerſus Platonem, item aduerſus Ariſtotelem. Laertius. Hermachi quædam citat Stobæus in ſermone de morte.*



Digitized by Google

*mini 1532. cum hymnis Georgij Fabricij.*

Hermannus *Contractus comes Veringenſis, claudus, filius Volfradi comitis, Cuſpiniani monachus cœnobij ſancti Galli, ordinis Diui Benedicti, Germanus ſcripſit de muſica lib. 1. de monochordo librum 1. de ſex ætatibus mundi li. 1. de compoſitione aſtrolabij lib. 3. de vtilitate aſtrolabij lib. 1. de ecclipſibus li. 1. de cõputo lib. 1. de quadratura circuli li. 1. de cõflictu rithmimachiæ li. 1. de phyſionomia li. 1. Vitas pluriũ ſanctorũ lib. 1. Compoſuit etiam cantus et proſas pulcherrimas, è quibus eſt illa de B. virgine Maria, Salue Regina, et Alma redemptoris mater, &c. quarum copioſus eſt numerus. Tranſtulit etiam nonnulla Græcorum philoſophorum & Arabum aſtrologorum volumina in Latinum. Eius chronicon impreſ. Baſil. apud Hen. Petri, 1536. cum Euſebio, et aliquot Chronicorum ſcriptoribus. Obijt 1054.*

Hermannus *Cruſerius Campenſis, aliquot Cl. Galeni libros latinitate donauit, nempe de differentijs pulſuũ li. 4. de dignoſcendis pulſibus li. 4. de cauſis pulſuũ lib. 4. de præſagitione ex pulſibus li. 4. In primum & tertium libros Hip. de moribus vulgaribus, c mmen. 6. In lib. de ſalubri diæta, commentarium. Impreſſi ſunt omnes cum noua Galeni Latini editione, Baſil. apud Frob. Idem vitas Plutarchi trãſtulit, impreſ. Baſ. à Guarino 1573. in fol. Item Plutarchi moralia ab eodem excuſa.*

Hermannus *Dalmata, vertit in Latinũ ſermonem ex Arabico, de generatione Mahumet et nutritura li. 1. Item Chronica mendoſa & ridiculoſa Saraceno rum, de vita Mahumetis & ſucceſſorum eius. Ioan Opor. impreſſit Baſi. cũ Alcborano 1543.*

*Hermanni Figuli Hirsfeldiani, in opera Horatij Lyrica annotationes, impreſ. apud Chriſtianum Egenol. Francoforti ad Mænũ, octern. 47. an. 1546.*

Hermannus *à Folkersheim. Friſius, nobili genere natus, & omnibus ingenij corporisq; dotibus ornatiſſimus, adhuc adoleſcens in Latinam linguam conuertit Marini Proclum, editum Tiguri cum Antonini Imp. libris. Audio eum ſuperiori anno in Gallia cũ Rotomagũ peteret, vt inde in Angliã traijceret ab improbis quibuſdã latronib. trucidatum eſſe.*

* Hermannus *Germbergius ſcholæ Corbachianæ Prorector: prouerbiorum centurias 14. Quibus adiecta eſt centuria vna Somniorũ: ſuã interpretationẽ implicitã habentiũ. Itẽ, epiſtolarũ dec. 5. Græce Latineq; cong ſſit. 8. Baſi. per Seba. Henric. 1583.*

Hermanni *Hamelmanni apud Bileueldenſes eccleſiaſtæ, de traditionibus veris & falſis, deq; patribus eccleſiaſticis & eorum ſcriptis & erroribus liber ad epiſcopũ Oſnaburgenſem. Francofurti Brubachius 1555 Reſponſio ad dicta patrum, vt Auguſtini & aliorum, quæ pro ſua aſſertione quod Chriſtus homo ſit in loco Cingliani afferunt. Item: Quomodo Caluiniſtarũ liturgia, non ſit conformis liturgijs, quæ fuerunt ſemper vſitatæ in primitiua eccleſia, 1568. in 8. Eiuſdem de traditionibus Apoſtolicis & tacitis, vnà cum Prolegomenis & appendicibus, ad planiorem declarationem adiectis Baſileæ in fol. ſumptibus Sigiſm. Feirabendi. Confutatio erroris Zuingliani ex antiquis patribus, et noſtræ ætatis doctoribus Luthero, Philippo, Ebero, Brentio, &c. Vrſellis 1571. 8. tomis 4. German. Conciones tres Germ. De gaudio æternæ vitæ. 2. De nomine æternæ vitæ. 3. quomodo fideles ſe mutuo agnoſcant. Dormundi, 1572. 8. Concio contra incantatores & præſtigiatores. Henricopoli. Commentariolus de vero vſu monaſteriorũ et collegiorũ, in quo demonſtratur, nihil aliud olim fuiſſe quam ſcholas. Marpurgi, 1569.*

* *De coniugio Sacerdotum dialogus interlocutoribus ſuffraganeo & diacono, liber Tremoniæ excuſus anno D. 1552. De Synodis ex ſcriptura concludentibus. Vuittenbergæ 1554. apud Ioannem Cratonem. De Traditionibus apoſtolicis veris & falſis, liber Francofurti anno 1555. per Pet. Brubachium. Sententiæ patrum de præcipuis Auguſtanæ Confeſſionis articulis: et in primis de ſola fide iuſtificante. Marpurgi per Andream Kolbiũ anno 57. cum præfatione Philippi Melanchtonis. De vtraq; ſpecie ſententiæ patrum, hiſtoriarum, Synodorum, hymnorumq;. Item de Eccleſia & de Sacrificio Miſſæ, Tractatus aliquot Francofurti per P. Brubachium, Anno 57. De ſola fide iuſtificante ſententiæ patrũ, qui ſingulis ſeculis vixere. Vrſellis, per Nicolaum Henrici, & Roſtochij Anno 69. quæ extant etiam in libro Selnecceri de Synodis. De quadrageſima ſcriptum oppoſitum Gerardo Rodekenio, Lemgouiæ Anno 60. & contra eundem ſcriptum germanicum de vtraq; ſpecie, anno 69. æditum Islebij per Hen. Petri. Idem eodem anno excudit reſponſionem ad dicta Patrum Theodoreti, Cyrilli, Auguſtini, Fulgentij & Vigilij, quod Chriſtus ſecundum humanitatẽ in loco ſit cœli certo: adiectis Chryſoſtomi ſententijs de præſentia corporis Chriſti in Cœna Anno 70. apud Nicolaum Henricum Vrſellis. Precationes Iordani correctæ ſuper paſſionem Domini Anno 70. Item Sanctorum Patrum meditationes deuotæ, & ſuaues ſententiæ ad explicandum Dominicæ paſſionis myſterium. Marpurgi apud hæredes Colbij, Anno 70. Synodus patrum qui in eccleſia fuere, inde à tempore apoſtolorum vſq; ad Lutherum tribus partibus diſtincta. De præſentia corporis & ſanguinis in cœna dominica 71, Vuolffelbitti. De Sacramentis et miſterijs dominicæ paſſionis conciones 10. Tremoniæ, 72. excuſæ. de quatuor præcipuis anni feſtis, aliquot conciones partim Lemgouiæ, partim Roſtochij, partim Tremoniæ, partim Vuolfelbitti, et Hamburgi excuſ. diuerſis temporibus, et etiam germanice cõciones de vita æterna. Tres diſputationes habitæ in Vueſtphalia contra Anabaptiſtas Monaſterij 33. 36. et Lemgouiæ 66. Vrſellis Ni. He. 72. excudit. Chronicõ epiſc. Oſnaburg. Lemgouiæ 64. Diſputatio habita inter Herm. Hamelman. et aliquot concionatores Ibeueræ Phriſiorũ in cauſa ſacramentaria 76. et edita Lip. 77. per Ioan. Rambа. Quadripartitũ opus epitome refutationis Zuing. erroris ex præcipuorum veterũ et noſtri temporis doctorũ libris tranſcripta, germ. Eiuſdem colloquium cum Caſparo Iſelburgio corã Senatu Eſſendano de quibuſdam articulis Auguſtanæ confeſſionis: Et alterum colloquium cum Hermanno Fronen ciue coram eodem ſenatu de vbiquitate Chriſti habitum anno Domini 1572. germanice. Tremoniæ excuſum anno 1572. Item opus tripartitum: Diabolus ipſe: per eundem & Iodocũ*

Hocke-

Digitized by Google

Hermannus Vuitechindus Latinitate donauit vitas Cæſarum quot & quemadmodum apud Suidam inueniuntur. Francofurti ex officina Petri Brub. 1557. * Eiuſdē Cōformatio horologiorum in ſuperficiebus planis vtcunq; ſitis, iacentibus, erectis, reclinatis, inclinatis, & quocunq; ſpectantibus, compendiaria & facilis: cum quadrantis Horologici, et Geometrici conformatione & vſibus, ac tabulis ſinuum. 4. De ſphæra mūdi ac temporis ratione apud Chriſtianos. 8. Heidelbergæ. 1580.

Hermannus Zoeſtius, ſcripſit quædam de tempore celebrationis paſchalis. Citatur à Ioanne Stœfflero.

Hermanoctius Dettus, prænomine Alexander, I.C. ſcripſit in aliquot locos primi libri ff. noui. De acquir. poſſ. parag. adipiſcimur. De operis noui nunc l. 1. De acquir. rer. do. l. ea quæ ciuiliter parag. poſt mortem.

Hermas, cuius D. Paulus ad Roman. meminit dicitur author eſſe libri qui appellatur Paſtor, & apud quaſdam Græciæ eccleſias etiam publice legitur. Reuera vtilis liber, multiq; de eo ſcriptorum veterum vſurpauerunt teſtimonia. Sed apud Latinos pene ignotus eſt. Hieronymus. Origenes cum aliàs ſæpe, tum etiam in commentarijs ſuis ſuper Ieſum Naue, eius teſtimonium citat, meminit & Athanaſius in libro de incarnatione Chriſti, Paſtoris nuncij pœnitentiæ mandata ac ſimilitudines, in quibus apparuit & locutus eſt Hermæ, cui in principio apparuit eccleſia in figuris. Liber impreſſus Argentorati apud Io. Schottum 1522.

Hermeæ cuiuſdam librum de Apolline, Athenæus citat: & Hermeæ Curienſis Iambos, & Hermeæ Methymnæi Sicelica.

Hermeas in περιηγήσει citatur à Steph. in Chalcis.

Hermeæ philoſophi, diſcipuli Syriani, ingenium & induſtriam Suidas laudat: apud quem plura ſi libet, legito.

Hermiæ philoſophi in Phædrum Platonis cōmentariorum lib. 3. Romæ extant Græce in Vaticana biblioth. & S. Auguſtini. Hermæ Platonici hypomnema in Phædrum Platonis cùm alibi in Italia etiamnum ſeruatur, tum apud Diegum Hurtadū.

Hermeas etiam Ammonij philoſophi cognomē eſt ab hoc diuerſi.

Hermeæ hiſtoria eccleſiaſtica, Græce extat Romæ in Vaticana bibliotheca.

Hermæ Lætmatij, de inſtauranda religione li. 9. impreſſi Baſileæ ab Oporino in folio, anno Domini 1545.

Hermicus Luſitanus in epigrammatibus felix in oratione ſoluta facilis ac promptus. Eraſmus in Ciceroniano.

Herermes, vide Bartholomæi Coclitis præfationem in quintum librum ſuæ Anaſtaſis. Hermæ ſiue Hermetis, Centiloquium, ſiue centum aphoriſmi: eiuſdem liber de ſtellis Beibenijs: excuſi Venetijs, 1493. cū tripartito Ptolemæi, & Baſileæ apud Heruagium, cum Iul. Firmico, &c. Hermæ medici mathematica ad Ammonem Aegyptium, Græce ſeruantur in Italia.

Hermes Triſmegiſtus, vide Mercurium.

Hermes philoſophus Aegyptius, auditor Syriani, vide Suidam & Volaterr.

Hermes Aegyptius Platonis diſcipulus, fertur ſcripſiſſe imaginum ſiue præſtigiorum libros. De annulis lib. 1. De charactere lib. 1. De ſigillis lib. De ſole lib. 1. De imaginibus Martis lib. 1. De imaginibus Iouis lib. 1. De imaginibus Saturni librum 1. De ſeptem annulis Planetarum lib. 1. De medicinis & coniunctionibus planetarum lib. 1. De confectionibus ad capiendum animalia ſylueſtria lib. De verbo perfecto li. 1. ad Aſclepiū li. 1. De matheſi li. 2.

Hermæ Aegyptio attribuitur quidam liber continens herbas ſacras 36. horoſcoporum, Galeno teſte. Hermæ etiam attribuitur liber, de duodecim ſignis attributis, & ſeptem alijs herbis ſeptem ſtellis dicatis.

Hermeſianax Colophonius, ſcripſit libros elegiacos, amatorios, ex quibus plurimi verſus citantur ab Athenæo lib. 13.

Hermias Sozomenus, vide in Sozomeno.

Hermiæ philoſophi irriſio gentilium philoſophorum, excuſa eſt Baſileæ per Ioannem Oporinum anno Domini 1553. in 8. Græce & Latine Raphaele Seilero interprete cum Cydonij oratione de contemnenda morte.

Hermias ſcripſit de Homerica diſciplina armorum. Aelianus.

Hermici Caiadi poetæ Luſitani eclogæ, ſylua & epigrammata impreſſa ſunt.

Herminius librum Ariſtotelis de enunciatione ante Alexandrū interpretatus eſt: ſed liber eius qui peruenit ad nos, multis fragmētis eſt mutilatus.

Hermippus Athenienſis, poetæ antiquæ Comœdiæ, Myrtili Comici frater, ſcripſit fabulas XL. Volater. Hermippus in Artopolis, Cothurnis, Demotis, Hermophoris, Militibus, Parcis, Morphophoris, Theſmophoris citatur à Polluce. Hermippus [illegible] laudatur à Stephano. Præter has ab Athenæo nominantur Iambi Cercopes. μῦροι vel μῦροι φερμοφόροι.

Hermippus Berytius, è vico in mediterraneis, diſcipulus Philonis Biblij, à quo commendatus eſt Herrennio Seuero, ſub Adriano imperatore, quamuis ſeruili genere ortus, fuit valde eloquens, et multa ſcripſit Suidas. Tertullianus in libro de anima refert Hermippum Berytenſem quinque volumina ſcripſiſſe de oraculis & ſomnijs.

Hermippi Callimachij Smyrnæi opera aliquot ab Athenæo citata legimus: de Ariſtotele, de Gorgia, de Hipponacte, de legiſlatoribus, de ſeptem ſapientibus, de Iſocratis diſcipulis. Idem in libro de vita Theophraſti citatur à Laertio.

Hermippus circa omnem hiſtoriam diligentiſſimus indagator. librum de Pythagora ſcripſit ex quo nonnulla refert Ioſephus libro 1. contra Appionem. Idem ſcripſit libros de viris illuſtribus. Videtur idem eſſe cum Hermippo Callimachio. Hermippi cuiuſdā ſcripta citantur etiam apud Higinum.

Hermippi cuiuſdā hiſtorias citat Plutarchus in vita Lycurgi.

Hermo

Digitized by Google

ta ſcripſit, quæ Suidas recenſet, & Philoſtratus in ſophiſtis. Eius orationes Græcas Aldus Venetijs excudit, cū Aeſchinis & aliorum aliquot orationibus.

Herodis hemiiambia quædam leguntur apud Stobæum, in ſermone de Pueris.

Herodianus Alexandrinus grammaticus, ſcripſit de arte grammatica, vt apud Volaterranum legimus. Item vitas imperatorum à Commodo ad Gordianum, à Politiano in Latinum ſermonem traductas. Has Aldus Venetijs impreſſit Græce & Latine: Item Henricus Petri Baſileæ è regione anno 1535. Græcam ſolum excudit Vualderus Baſileæ 1530 minima forma, & Theodoricus Martinus Louanij 1525 & Vuechelus Pariſijs in quarto. Herodiani grammatica opuſcula, de magno verbo, & alia quædam διωρισμένα, in Italia extant manuſcripta in bibliotheca Strozæ. * Eius grammatica extat manuſcripta in 4. in bibl. Imp. Viennæ. Et tractatus de ſchematibus ſeu figuris in 4. ibid. manuſ. Herodiani lib. 13. de neutris ἐν τοῖς εἴδεσι, Commentarij in Apollonij librum περὶ γενῶν, συμμικτον ſcriptum Puteolis, citantur à Stephano. Herodiani hiſtoriæ de imperio poſt Marcum, vel de ſuis temporibus, multo quam ante emendatiores, Græce & Latine editæ ſunt ab Henrico Stephano, in eo volumine quo Romanæ hiſtoriæ ſcriptores varios in vnum velut corpus redegit Et Lugduni apud Sebaſtianū Gryphium 1559.

Herodici Babylonij verſus aliquot contra Grammaticos, leguntur apud Athenæum in fine libri quinti Dipnoſophiſt.

Herodici Cratetij opuſcula aliquot allegantur ab Athenæo, nempe: Comœdumena, de Paraſitis, & Symmicta hypomnema, id eſt Miſcellanea.

Herodorum Heraleoten ſemel atque iterum Athenæus citat.

Herodori liber decimus de Hercule citatur à Stephano.

Herodorus quidā græce ſcripſit Argonautica.

Herodotus Lycius de ficubus ſcripſit: Athenæus. Eundem puto, qui in re medica nonnihil ſcriptum reliquit, cuius fragmenta aliquot in Aëtij collectaneis habentur, vt de ſopore, exanthematum in febribus curatio, de tremoribus in febribus. de lumbricis, de vigilijs in febribus. Herodotus περὶ τομφῶν ἢ θεῶν citatur à Stephano. Herodotus in libro de pubertate Epicuri citatur à Laertio.

Herodotus citatur à Plinio, qui ex eo quædam in 2. 5. 7. 12 13 19. & 30. librum tranſtulit.

Herodotus Halicarnaſſeus, ſcripſit hiſtoriarum libros 9. quos Muſarum nominibus inſcripſit. Item Homeri vitam, quem cum Heſiodo 400. annis ante ſe claruiſſe, alicubi ſcribit. Hi Venetijs apud Aldum Græce impreſſi ſunt, & Baſileæ apud Heruagium ex caſtigatione Ioachimi Camerarij, vnà cum Gemiſti Plethonis de geſtis Græcorum poſt pugnam ad Mantineam. Latine autem Laur. Valla interprete, per Conradum Heresbachium recogniti exiuerunt Coloniæ anno Domini 1526. apud Euch. Ceruicornum, vnà cum Homeri vita ab Herodoto ſcripta, eodem Heresbachio interprete. Eiuſdem liber de vita Homeri, Græce cum operibus ipſius Homeri Argentorati impreſſis habetur. Claruit autem anno ab vrbe condita 300. Herodoti hiſtoriarum libri nouem ex vetuſtis exemplaribus recogniti græce apud Henricum Stephanum: et apud eundem Latine, ex Vallæ verſione ab ipſo recognita, excuſi ſunt quibus hæc acceſſere. Herodoti de vita Homeri libellus ex Cteſia excerptæ hiſtoriæ. Icones quarundam memorabiliū apud Herodotum ſtructurarum. Apologia Henrici Stephani pro Herodoto.

Heron Athenienſis rhetor, iudicia Athenis acta ſcripſit, interpretationem Dinarchi. Commentarios in Herodotum, Xenophontem & Thucididem: Selectorum nominum libros tres, Epitomen Heraclidis hiſtoriarum: De priſcis rhetoribus, & orationibus eorum, quibus vicerunt mutuo certantes. Suidas.

Heron Alexandrinus varia conſcripſit Græco ſermone. Ioa. Alexander Braſsicanus alicubi profeſſus eſt, ſe poſſidere huius authoris, περὶ βελοποιικῶν, id eſt de telorum fabrica librum. Et Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris liber eius de machinis bellicis, cū figuris eleganter deſcriptus extat. D. Diegus Hurtadus Heronis Geometrica ſeruat, & Pneumaticorum libros duos: & alium περὶ αὐτοματικῶν ποιητικῶν item de re ruſtica librum. Mechanica Romæ condita ſunt in bibliotheca Vaticana. Idem opus mirum & iucundum, neſcio quo interprete in Latinam linguam conuerſum, extare certum eſt. Pneumatica ſiue ſpiritualia inuenta in bibliothecis Italiæ manuſcripta habentur, cum figuris ducentis. Extant etiam Latine * à Federico Comandino Vrbinate ex Græco in Latinum conuerſa in quarto. Vrbini anno Dom. 1580. Geodeſia Heronis extat in bibliotheca Regia. Eiuſdem Geoponicôn libri 20. Geodeſia, Geometrumena, Mechanica, Automata, Pneumatica, Hydria, Zygia, Poliorcetica, Græce extant Romæ in Vaticana, S. Fioræ. Strozæ. Scripſit etiam definitiones Geometricorum vocabulorum, quæ Græce & Latine editæ ſunt à Conrado Daſſipodio, Argentinæ 1570. Liber de machinis bellicis, nec non liber de Geodeſia à Fran. Barocio Latinitate donati, editi ſunt Venetijs apud Fr. Franciſcum in quarto anno Domini 1572.

Ex Herondæ Synergazomenis fabula quadam ſenarius citatur Athenæo lib. 3.

Herophila, quæ & Sibylla Erythræa. Vide ἡροφίλη in Suida, & infra in Sibyllis: & in Anthropologia Volaterrani in litera E Erophila.

Herophili, aut Theſſali Galenus eſſe putat librum de diæta vel alimentis, Hippocrati adſcriptum. Eiuſdem liber de pulſibus ab eodem citatur. Meminit eius Plinius initio 29. libri.

Herophili in ſeptem pſalmos perioche, incerto interprete, extat Viennæ auſtriæ apud Vuolfgangum Lazium.

Heropythus quidam de finibus Colophoniorū ſcripſit, vt meminit Athenæus lib. 7.

Herrandus Halberſtatenſis. Vide Steph.

Herueus Brito citatur in chryſopaſſo Eccij: attribuitur autem ei à multis ſumma Logicæ Ariſtotelis, quæ ſub Thomæ Aquinatis nomine impreſſa

preſſa habetur.

Herueus *Natalis, de poteſtate Papæ.*

Heſianax *ſcripſit rerum Libycarum libros aliquot, ex quorum tertio Calpurnij Craßi, & Byſaltiæ Maſſyli regis filiæ hiſtorias Plutarchus cap.47. Parallelorum refert.*

Heſiodus *Cumanus, filius Dij, ſcripſit Theogoniam. Aſpida. Heroidum mulierum catalogum. Epicedium in quendam Batrachum. Opera item & dies. Eius poemata, quæ quidem extant, omnia Ioan. Frobenius impreßit Baſileæ cum Græcis Æſopi fabulis 1521. Latine verò & Græce ſimul è regione ad verbum, adiecta etiam tranſlatione Latino carmine, Oporinus excudit 1547. Eadem cum Græcis commentarijs impreſſa Venetijs, 1537. apud Trincauellum. Sunt autem commentarij in Opera quidem & dies, Manuelis Moſcopuli, Procli, & Ioan. Tzetzis: in Dies præterea ſolos, Ioan. Protoſpatarij peculiaris libellus. In Theogoniam, autoris innominati, quibus σχόλια tantum inſcribitur, & Ioan. Diaconi Galeni. In Aſpidem, Ioan. Diaconi Pediaſimi. Opera & dies poema Græce ſolum, Tiguri exc. cum Io. Ceporini grammatica. & Baſileæ apud Iſingrinium, cum Vlpij Franeceren. tranſlatione ligata, ſic vt verſus verſui reſpondeat. Eadem fuſius aliquanto expreßit heroico carmine Nicolaus Valla, vt Theogoniam* Boninus *Mombricius Mediolanenſis, & Aſpida Ioan. Ramus de Goes, Græcæ linguæ apud Viennam Auſtriæ profeſſor. Heſiodus in magnis Eoeis, ſiue Orientalibus citatur ab Antonio Liberali. Heſiodi poemata ab Henrico Stephano elegantißime excuſa ſunt, vna cum Homero & alijs heroici carminis poetis, in folio, grandibus literis.* Opera & dies vnà cum luculentis ennarrationibus Philippi Melancht. 8. Lipſiæ. Et Tiguri diuerſis temporibus, ex interpretatione Latina Ioannis Friſij Tigurini cum annotationibus eiuſdem. Idem tranſlatus, cum commentarijs copioſis in quarto manuſcript. in biblioth. Imperat. Viennæ extat: rurſus ibidem cum annotatiunculis in 4. M.S. Heſiodi Aſcræi opera quæ quidem exiſtant, omnia, Græcè, cum interpretatione latina è regione. Adiectis iiſdem latino carmine Elegantiß. verſ. Et genealogiæ Deorum à Pylade Brixiano deſcriptæ li.5. Acceßit nunc demum Herculis ſcutum, doctiß. carmine à Io. Ramo conuerſum 8. Lipſiæ. 1580.*

Heſſij *cuiuſdam colloquia moralia & philoſophica, excuſa Coloniæ apud Quentell.*

Heſychius *presbyter & monachus, ſcripſit opus inſigne & magnum quod ſcripſit ad Eutichianū diaconum, in Leuiticum, quod eſt impreſſum Baſileæ apud Cratandrum, corrupto nomine Iſycij. Eius etiam epiſtola ad D. Auguſtinum de fine ſeculi & aduentu Domini, numero ſeptuageſima nona inter D. Auguſtini epiſtolas extat. Eius ſermones etiam aliquot Græci, in Italiæ bibl. habentur, nempe de ſobrietate & virtute,* ἀρχὴ νουτισμοῦ ψυχῆς ἀληθεῖς ὑποθῆκαι. *Capita ducenta quæ inſcribūtur* ἀντιῤῥητικὰ καὶ εὐκτικά. *De ſobrietate hecatontas ſecunda. Claruit anno D. 490. Heſychij Orationes, liber De quiete animæ et corporis, liber De oratione, habentur Græce manuſcripti in bibliotheca Regia.*

Heſychij *Hieroſolymitani commentarij in 12. prophetas minores, Græca extant manuſcripti.*

Heſychij *Grammatici Alexandrini Lexicon Græcum, impreſſum Venetijs apud Aldum, & Haganoæ apud Anshelmum, 1521. & Baſileæ apud Cratandrum.*

Heſychij *medici Damaſceni Suidas meminit, in Iacobo medico.*

Heſychius *Mileſius. Heſychij iuridici & Sophiæ filius, ſub Anaſtaſio rege ſcripſit Onomatologon id eſt, catalogum aut tabulam celebriū in literis virorum, & chronicam hiſtoriam in ſex diaſtemata ſeu partes diuiſam, quibus Romanorū principum geſta, temporis & annorum ordine deſcribuntur, & principatus tyrannorum qui per ſingulas gentes regnarunt, & quæ circa Byzantium acta ſunt vſq; ad regnum Anaſtaſij cognomento Dicori. Nullius autem eccleſiæ doctorum in catalogo virorum diſciplinis illuſtrium meminit: vnde ſuſpicari licet eum nō Chriſtianū, ſed Græca vanitate imbutū fuiſſe Suid.*

Heſychij *cognomento Illuſtrij de his qui eruditionis fama claruerunt, liber Græce editus Antuerpiæ ex bibliotheca Sambuci, & Latine Adriano Iunio interprete.*

* Heteſenna *nobilis matrona compoſuit gallica lingua libellū de angorib. & moleſtijs quibus deditī amoribus implicantur. Excu. Pariſijs, ſine notatione temporis apud Antonium Carac.*

Hetruſci *Meſſenij hexaſtichon in tertio libro Florilegij Græci.*

Heymericus de Campo, *Germanus, ſcripſit Cōpendium quæſtionum lib.1. ſuper ſententias lib.4. De eſſe & eſſentia lib.1. Compendium diuinorum lib.4 quæſtiones varias lib.1. Sermones multos lib. 1. de anthoritate Concilij libr.1. Et alia complura. Claruit anno 1438.*

Hiceſius *de materia ſcripſit medicaminum, opinor, aut alimentorum. Nam Athenæus non procul ab initio libri ſeptimi, ſententiam eius citat de miarum piſcium cibo.*

Hiceſius *medicus citatur à Plinio, lib.20. & ſeptem ſequentibus. ab eodem quoq; lib.15. citatur Hiceſius, qui de conditura vini ſcripſerit.*

* Hidelphonſi *Archiepiſcopi Tolet. de virginitate S. Mariæ liber, M.S. cuiuſdam cod. Vet. collatione auctus & emendatus. Additus eſt & eiuſdem authoris liber de perpetua virginitate Mariæ: deq; eius parturitione cum ſermonibus XII. in Beatæ Mariæ ferijs præcipuis, ſtudio Franciſci Feuardentij. Pariſijs apud Niuellium.*

Hieracis *cuiuſdam fragmenta aliquot apud Stobæū ſeruantur: Suidas etiā Hieracis cuiuſdam meminit, qui fuerit vnus ex legatis Amphipolitarum, Athenas miſſorū, vt vrbem & regionē traderent.*

Hieremias *Brotheyel, Aſtrologus, ſcripſit multas prognoſticationes, quas vulgò practicas vocant. Vixit anno D.1551.*

Hieremias *propheta, filius Hilkijahu ſacerdotis, cœpit prophetare decimotertio anno regni Ioſiæ, vſque ad captiuitatem Babylonicā, annis ferè qua-*



Digitized by Google

draginta et vno. Prophetia eius in veteri Teſtamento, diuiditur in capita 42. Eius Threni, quatuor capita ſunt in veteri Teſtamento: ſcripſit autem has lamentationes ita, vt primus verſus incipiat ab aleph, ſecundus à beth, & ſic deinceps ordine alphabeti Hebraici per ſingula capita. Eas elegiaco carmine elegantiſſ. expreſſas ab Abrahamo Loeſchero. Ioan. Oporinus excudit.

Hieremias *Martius Auguſtanus, Nonum de omnium particularium morborum curatione tranſtulit & edidit, Argentinæ Ioſias Rihelius 1568. in octauo. Præterea Gab. Fallopij librum, de arcanis compoſitionibus, &c. ex Italica lingua in Germanicam tranſtulit. Auguſtæ Vindelicorum 1570. Item Iacobi Greuini de venenis libros ex Gallico in Latinum ſermonem conuertit. Antuerpiæ Plantinus excudit. Idem ex Gallica lingua in Germanicam tranſtulit Michaelis Noſtradami libros duos de decoratione humani corporis: item de fructibus condiendis, & conſeruandis. Auguſtæ 1572. octauo. Item Nicolai de Metri librum de curandis pleriſq; externis & internis humani corporis morbis in publicum edidit.*

Hieremias *Paduanus, ſcripſit de autoribus ſcientiarum, & libris eorum. Idem ſcribſit Epitomen ſapientiæ, ſunt autem loci communes congeſti ex ſacris & prophanis, veteribus & recentioribus, doctis & barbaris. Venetijs impreſſit Petrus Liechtenſtein. anno D. 1505. quatern 39. & dimid.*

* Hierimas *Patriarcha Cõſtantinopolitanus cenſuram Orientalis Eccleſiæ, de præcipuis noſtri ſeculi hæreticorum dogmatibus, inditij & mutuæ communionis cauſa ab orthodoxæ doctrinæ aduerſarijs ſibi non ita pridem oblatis, ad germanos Græcè conſcripſit: quam Stanislaus Socolouius Sereniſſ. Regis Stephani Poloniæ Theologus ex Græco in Latinum conuertit, ac quibuſdam annotationibus ad proprias Græcorum opiniones reſpondentibus, illuſtrauit. In folio Cracouiæ 1582. Eiuſdem & Græcarum atq; orientalium eccleſiarum iudicium & ſententia de omnibus articulis Auguſtanæ confeſſionis: germanice excuſa in 4. Ingolſtadij per Vuolfgangũ Ederum anno D. 1583.*

Hieremiæ *Schuueiglini Enchiridion de præparatione ad ſacram communionem. Norim. 1570. duodecimo. Germ.*

Hieremias *Thriuerus Brachelius, ſcripſit Cõmentaria in Hippocratis aphoriſmos, & de ſectione venæ in pleuritide. Idem ſcripſit Commentaria in Hipp. de ratione victus in morbis acutis, impreſſa Lugduni apud Beringos fratres, anno Dom. 1552. octern. 11. Item, Commentaria in artem medicam Galeni, ibidem excuſa in 16. Et in eiuſdem libros de temperamentis commentaria edita, etiam, vt puto. Aur. Corn. Celſi de ſanitate tuenda librum caſtigauit, & commentarijs illuſtrauit. Matthæus Grommius excudit Antuerpiæ, anno 1539. octern 8. Edidit etiam orationem ad ſtudioſos medicinæ, de duabus hodie medicorum ſectis ac ipſarum methodo, impreſſam Antuerpiæ apud Martinum Nucium, anno D. 1544. octern. 2. Item diſceptationem cum Ariſtotele et Galeno ſuper natura partium ſolidarum, & Argumenta multarum aliarum diſputationum, in quibus varia aſſeruntur paradoxa, hactenus incerta aut omnino incognita, excuſa Antuerpiæ anno 1543. octern. 3.*

Hierocles *philoſophus Alexandrinus, ſcripſit commentaria in aurea Pythagoræ carmina, & de prouidentia, eius commentarij in aurea Pythagoræ carmina Latinè impreſſi ſunt, interprete Aurispa, Baſileæ apud Henricum Petri 1543. De Hieroclis libro, quo Apollonium Tyaneum Domino noſtro comparare nititur, ſuprà dictum eſt in Euſebio. Fragmenta quædam ex Hieroclis Oeconomico, ex libro Quomodo erga parentes agendum ſit, & De amore fraterno, & Quomodo vtendum ſit cognatis, in Ioã. Stobæi collectaneis extant. Stephanus tradit Hieroclem oriundum ex Hyllarima oppidulo Cariæ, ex poeta factum philoſophum: ac citat alibi Hieroclem ἐν τοῖς φιλίστορσι. Hieroclis in Pythagoræ carmina, In Alcibiadem primum de prouidentia: extant in bibliotheca Strozæ.*

Hieroclem *quendam Athenæus allegat libro decimoquarto, vbi de panibus & placentis agit.*

Hieroclis *cuiuſdam capita mulomedicinæ cum Abſyrto & alijs Græcis mulomedicis, Baſileæ impreſſ. apud Vualderum.*

Hieroclis *diſputationes phyſicæ, apud Iacobum Goupylum extant.*

Hieron *Dionyſij, qui Chalcus cognominatus eſt filius, Niciæ familiaris, poemata nonnulla compoſuit, quarũ aliqua ad ſuam vſq; ætatem permanſiſſe Plutarchus ſcribit. Hic coloniæ quæ ab Athenienſibus in Italiam miſſa eſt, ductor conſtitutus, Thuriorum ciuitatem ædificauit.*

Hieronis *mechanica manuſcript. Græce, in bibliotheca R. Galliæ. Forte Heronis.*

Hieron *in Chirurgia quædam reperit. Celſus libro 7.*

Hieronis *cuiuſdam ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Themoſticlis.*

Hieron *rex citatur à Plinio, lib. 8. 15. 17. & 18. naturalis hiſtoriæ.*

Hieronymi *cuiuſdam ad Donatum epiſcopum fragmentum, de hiſtoria & paſſione Chriſti heroico verſu conſcriptum, habet Vuolfgangus Lazius Viennenſis medicus & hiſtoricus.*

Hieronymum *quendam peripateticum Athenæus allegat: & Hieronymum alium de citharœdis. item Hieronymi Rhodij hiſtoricos commentatorios, & librum de ebrietate.*

Hieronymus *Accorombonus, Eugubinus, profeſſor medicinæ practicæ Patauij, ſcripſit tractatum de catharro, impreſſum Venetijs, 1536. Item, de vſu & natura lactis, impreſſum Norimbergæ 1538. Eiuſdem tractatus de putredine, excuſus eſt Venetijs apud Andream de Ariuabenis, anno Domini 1534. Claruit anno 1536.*

Hieronymi *Aleandri Mottenſis tabulæ in grãmaticam Græcam, impreſſæ Argentorati apud Schurerium anno D. 1517. in 8.*

Hieronymi *Amaſij vaticinium carmine, orbem*

Digitized by Google

4.chart.57.& dimid. De immortalitate animæ liber excuſus à Gryphio, Lugduni, anno. D.1545.in 8.chart.10. Contradicentium medicorum liber, continens contradictiones 108. De malo recentium medicorum medendi vſu libellus, 100. errores illorum continens. Libellus de ſimplicium medicamentorum noxa & quod componere oporteat. Excuſi ſunt Venetijs anno.1545.in 8. De ſubtilitate li. 21. Primus de principijs.2. De elementis.3. De cœlo.4. De luce & lumine.5. De mixtione et mixtis imperfectis ſeu metallicis.6. De metallis.7. De lapidibus.8. De plãtis.9. De animalibus quæ ex putredine generantur. 10. De perfectis animalibus.11. De hominis neceſſitate & forma. 12. De hominis natura & temperamento.13. De ſenſibus ſenſibilibusq́ ac voluptate. 14. De anima & intellectu.15. De incerti generis aut inutilibus ſubtilitatib 16. De ſcientijs.17. De artibus artificioſisq́ rebus.18. De mirabilibus.19. De dæmonibus.20. De angelis ſeu intelligẽtijs.21. De Deo & vniuerſo. Excuſi ſunt hi libri primum Norimbergæ à Petreio in fol.an.1550. deinde Lugduni in 8. & poſtremo Baſileæ à Ludouico Lucio, anno 1554.ab auctore recogniti atque perfecti in fol. chart.172.* Et iam poſtremo ab authore plus quàm mille locis illuſtrati nonnullis etiam cum additionibus. In folio Baſileæ anno D.1582. De ſupplemento Almanach lib.1. De reſtitutione temporum & motuum lib.1. De Iudicijs geniturarum lib.1. De reuolutionibus lib.1. De exemplis centum geniturarum lib.1. Aphoriſmorum aſtronomicorum ſegmenta 7.omnia hæc excuſa ſunt Norimbergæ, anno Domini 1547.in 4.chartis 78.& dimid. Commentaria in quadripartitum Ptolemæi excuſa ab Henrico Petri 1554.in fol.* Et denuo ibidẽ 1579.quibus acceſſerunt eiuſdem Cardani de ſeptem erraticarum ſtellarum qualitatibus atq; viribus liber poſthumus: Geniturarum item XII. Exempla in fol. Baſileæ, ex officina Henric Petrina 1579. Præterea hos libros multi alij ab eo conſcripti commemorantur in libro de libris proprijs, quos breui in lucem edendos ſperamus, ſunt autem hi. De ludis, Contradictiones Auerroris & Ariſtotelis in dialecticis. De re venerea. De chiromantia. De fato. De circulis ſphæricis. De circulis. De pituita. De peſte. Super ſphæram. Super Ptolemæi Geographiam. Super Euclidem. Paraphraſis in Vitruuium. Opus perfectũ ſiue de arithmetica lib.14. De ſomnijs lib.10. Liber floridorum ſeu medicarum quæſtionum. De vrinis. De purgationibus. De morbo Gallico. Commentariorum libri 7. in quartum collectaneorum. De arcanis æternitatis. De ſupernis. De facile parabilibus. De inſtrumentis zelandinis. De vita Chriſti.lib.3. Epiſtolarum lib.3. Introductio linguæ Græcæ. De amantium conſolatione. Experimentorum liber. Vita Galeni, Methopoſcopiæ ars. Epigrammatum liber. De varietate rerum. De iudicijs aſtronomicis lib.10. Opus nouum de proportionibus numerorum, motuum, ponderum, ſonorum, aliarumq́ue rerum menſurandarum in quinque libros Digeſtum. Præterea artis magnæ ſiue de regulis Algebraicis liber 1. Item de Aliza regula liber Baſileæ apud Henricum Petri in folio. In Hippocratis prognoſtica, atque etiam in Galeni Prognoſticorum expoſitionem commẽtarij abſolutiſſimi. Ibidem anno Domini 1558. in folio. In Hippocratis de aere, aquis, & locis opus, commentarij: quibus & alia ante non impreſſa accedunt. Ibidem folio. Podagræ encomium Latine ab authore ſcriptum & in Germanicam linguam translatum, impreſſum Francofurti, in quarto. * Eiuſdem commentaria in librum Hippocratis de alimento iam primùm in lucem edita.8. Baſileæ, anno.1582. Itemq́ue opus nouum, cunctis, de ſanctitate tuenda, & vita producenda ſtudioſis apprimè neceſſarium: In quatuor libros digeſtum à Rodolpho Syluestrio Bononienſi medico eius diſcipulo, recens in lucem editum. In fol. Baſileæ anno 1582. Scripſit adhæc de cauſis, ſignis ac locis morborum, librũ vnum. In 8. Baſileæ per Sebaſtianum Henricpetri excuſum, anno 1583.

Hieronymi *Cardiani, Græci rerum Romanarum ſcriptoris, Dionyſius Halicarnaſius in præfatione meminit.*

Hieronymus *Caſtellus, Ferrarienſis, medicus & poeta, ſcripſit multa, ſed moriens teſtamento cauit ne ſua ederentur.*

Hieronymus *Chiauez, Americam deſcripſit, quæ nondum in lucem prodijt, vt Ortelius refert.*

Hieronymus *Chuchalon, ſcripſit Inuentarium in Iaſ. impreſſum cũ nouo Repertorio Baptiſtæ Ferreti. Additiones ad Philippum Decium de Regulis iuris: & ad Angelum Aretinum de maleficijs.*

Hieronymi *Cingularij Synonymorum liber impreſſus Norimbergæ, & Coloniæ.*

Hieronymi *Clarauacæi, Piceleonenſis, poeta, Feſtorum libri* XII. *Elegiarum* III. *Epigrammatum* I. *Mediolani apud Moſchenium*.1554.

* Hieronymi *Clarbachij de Chriſtiana patientia, exempla ſacræ ſcripturæ: ad conſolandum pios in calamitatibus conſtitutos collecta. Germanice In 12. Francoforti* 1582.

Hieronymus *Clocius ex Vergilij operibus verſus aliquot prouerbiales collegit. Ceremonæ* 1562. *in octauo.*

Hieronymi *Conforti, medici Brixiani libellus de vino mordaci. Brixiæ apud Thomam Bozolam* 1570.*quarto.*

Hieronymi *Craſſi Vtinenſis chirurgi tractatus de tumoribus præter naturam, de ſolutione continui, de vlceribus, Eiuſdem præfatio in Contradictiones & conciliationes medicorum Nicolai Rorarij impreſſas Venetijs*.1566.

* Hieronymi *Curitæ quinque libri priores primæ partis Annalium de Corona Aragonica Caragoæ, Georgius Corius anno Domini* 1562. *Hiſpanica. Eiuſdem 5. libri poſteriores Annalium de Corona Aragonica Caragoæ, Georgius Corius* 1562. *Hiſpanice.*

Hieronymus *Dangersheim, ſcripſit Apologiam ſacræ ſcripturæ Boemorum. Epitomen in libros ſententiarum.*

Hieronymus *Donatus Patritius Venetus, ſcripſit Orationem ad regem Luſitaniæ, & alias*

quoque

miæ regis, omniumq́ archiducum Auſtriæ, ac Habſburgenſium comitum, ex antiquis receptisq́ authoribus, Iohannes Secerius Haganoæ excudit, 1530. * Huius partim adulatoriam genealogiæ comitum Habſpurgenſium, partim incurioſam proximorum, ſupputationem exagitat Ioannes Stumphius chronicor. Heluetiæ lib. VII. cap. 12. Eiuſdem libertas Germanica, qua Germanos Gallis, neminem vero Gallum Germanis imperaſſe, probatur certiſsimis claſſicorum ſcriptorum teſtimonijs. Ioannes Scotus excudit Argentorati, anno D. 1519. Idem ſcripſit libros Auſtriados, vt de ſeipſo teſtatur.

Hieronymus Gemuſæus Heluetius, medicus & Philoſophus eruditionis præclaræ, tranſtulit Epitomen decem & ſeptem librorum Geographiæ Strabonis, incerto authore Græcè ſcriptam, in Latinum ſermonem, Baſileæ apud Valderum, 1539. cum ipſius Strabonis libris impreſſam. Præfationes doctiſsimas & prolixas ſcripſit in Græca Cl. Galeni opera, & in Almageſtum Ptolemæi Latinum, & in alios quoſdam libros: in Theophraſti opera Græca, in Ant. Fumanellum de Febribus, in Ariſtotelis opera, in quibus & cenſuram adiecit, & non pauca in Latinum vertit. Scripſit quoq; commentaria in Analytica poſteriora, nondum typis excuſa. Idem Ariſtotelis libros duos de plantis Latinos fecit, qui cum Ariſtotelis operibus Latinis Baſileæ excuſi ſunt, interpretis nomine omiſſo. Obijt Baſileæ anno 1544.

Hieronymi Gigantis Foroſempronienſis I. C. tractatus de reſidentia epiſcoporum. Venetijs, anno Domini 1548. Eiuſdem Tractatus de penſionibus eccleſiaſticis cum additionibus eiuſdem auctoris. Ibidem anno Domini 1570. Item Adnotationes in ſummam Azonis impreſſæ Lugduni annò Domini 1557. De crimine læſæ maieſtatis. * Eiuſdem conſilia: itemque reſponſa, quæ vulgò Familiaria inſcribebantur, in penſionum materia, ac de intruſo. Præcipuaq́ aliquot ſuccisiuis horis ſelecta ſingularia in matrimonali materia. In fol. Venetijs. 1579.

Hieronymi Grati I. C. Reſponſorum volumina duo: recognita ab Andrea ab Exea. Venet. 1572.

Hieronymus Groſolotius I. C. ſcripſit ſuper 2. Digeſti veteris. Si cert. petatur. l. lecta.

Hieronymus Guntius Bibracenſis, ſcripſit Epigrammata in vtraq; lingua, diuerſo etiam carminum genere. Theodori Prodromi & Nicephori Xanthopuli opera in Teſtamentum vtrunq; elaborata, magnificè, vbi quædam non rarò deerant, & ab eo qui deſcripſerat, vacua ſpacia relicta erant, papyro nimia vetuſtate tenuiter attrita, & tranſlucente, tunc deſcripta quoq; à tineis & muribus corroſa & mutilata poſtea fuerant, iambicis & heroicis Græcis inſertis, vbiq; compleuit. Itidem in Ioannis Pſelli opuſculo, Rhetoricis, Phili & Calliclis carminibus adiectis præſtitit. Cumque in his omnibus, prælo feſtinante prima editione, politicos, fermè inciuiles dixerit aliquis, verſus ferre cogeretur, in quibus ſpacia literarum vocalium, inter ſe, conuenientibus & legitimis numeris malè reſpondebant, ſecundæ editioni parauit perfectos & legitimos, ſingulis politicis eos adijciens, & aſteriſco ſuos inſigniens, vt cuiq; liberum ſit, quem volet eligere. Nonni Panopolitæ operis diuini hiatus, heroicis Græcis inſertis, ex Euangelio Diui Ioannis compleuit. In Phauorini Græcum lexicon magnum indices octodecim terniorum conſcripſit: alterum dictionum præter ordinem alphabeti poſitarum, alterum prouerbiorum vtilis argumenti & ad alia quoq́ lexica. Leontij libellum de conficienda Sphæra Arati, in Latinũ conuertit. Theonis Alexandrini commentaria Arati Apparentia ex Græco conuertit. Idem Biblia Græca excuſa Baſileæ à Brylingero 1550. cum verſione Latina Complutenſi è regione, in Græcis & in verſione emendauit ac inter ſe contulit. Claruit Baſileæ 1551.

Hieronymus Halnerius & Georgius Frobergerus Pauli Iouij hiſtorias in Germanicam linguã tranſtulere. Francofurti. Idem Cælij Curionis hiſtoriam belli Melitenſis in Germanicam linguam tranſtulit. Baſileæ 1567.

Hieronymi Hangeſt liber de proportionibus impreſſus eſt. eiuſdem etiam extat liber de cauſis.

Hieronymi ab Hangeſto antilogia aduerſus nonnullos articulos, excuſa Pariſijs à Petro Vidouæo, anno D. 1523.

Hieronymi Hauboldi, ludi rectoris Ratiſponenſis, Oratio, de ſeruo hominis arbitrio. Ratiſponæ Ioannes Burger 1570. in 8.

Hieronymus Laurentius, ſcripſit ſuper 2. Infortiati ad Senatuſconſultum Trebell.

* Hieronymi Laureti Ceruarienſis Sylua allegoriarum totius Sacræ ſcripturæ, myſticos ſenſus, & magna etiam ex parte literales complectens. 4. Venetijs.

Hieronymus Lauterbachius Laboxienſis, ſcripſit epicedion D. Remigij Albulani, excuſum Norimbergæ apud Ioannem Daubmannum, anno D. 1551.

Hieronymus Leurſius Veronenſis, Magentini commentaria in Ariſtotelis librum de interpretatione ex Ammonio breuiter decerpta, in Latinum ſermonem vertit. Liber impreſſus Venetijs, anno 1539.

Hieronymus Lopes. Vide in Franciſco Valleriola.

Hieronymus de Luca, ſcripſit de cambijs.

Hieronymi Magij, Anglarenſis, Super Inſtitutiones iuris. Lexicon iuris. Miſcellanea Μυστηγίας [illegible], ſiue odij pædiconum libr. 5. ad L. Iuliam de adult. l. Cum vir nubit. De ſepulchris & ſepeliendi ritu libri decem. De exuſtione mundi liber Baſileæ excuſ. * Eiuſdem variarum lectionum libri IIII. Venetijs Iordan. Siletti 1564.

Hieronymi Manfredi, medici & aſtrologi. Centiloquium de medicis & infirmis, impreſſum Bononiæ apud Bacielierium 1488.

Hieronymi Manfredi, De attentatis apellatione pendente, tractatus impreſſus Coloniæ 1573. in octauo, cum Guidone Papa de appellationibus. * Eiuſdem centiloquium in fol.

Hieronymi Marij Euſebius captiuus, ſiue modus pro-

Digitized by Google

*dus procedendi in Curia Romana contra Lutheranos, in quo præcipua Chriſtianæ religionis capita examinantur, trium dierum actis abſolutis, ad Bernenſem ſenatum in Heluetia, Oporinus excudit Baſileæ anno Domini 1553. in octauo, chartis 24. & dimid. Eſt autem Hieronymi Maſſarij Vincentini.*

Hieronymi *de Marliano, Inuentarium in Iaſonem.*

Hieronymi *Maſſarij Vincentini, Hebreæ linguæ Grammatica, quam tamen non edidit in publicum. Eiuſdem Germanicæ linguæ grammatica luculenta. Item Marius captiuus.*

Hieronymi *Mencelij, Enarratio hiſtoriæ tranſformationis D. N. Ieſu Chriſti, addita breui expoſitione de vltimo aduentu Chriſti, & proceſſu extremi iudicij. Iſlebij anno 1570. Germ. * Eiuſdem dominicalia præcipuorumq́ feſtorum Euangelia, Germanice in 8. Halle Saxonum. Itemq́ Homilia in dictum Chriſti Ioan. 5. Amen amen dico vobis, non poteſt filius à ſemetipſo operari. Germanice in 4. Iſlebiæ anno 1577.*

Hieronymi *Mercurialis Foroliuienſis, Artis Gymnaſticæ, apud antiquos celeberrimæ, noſtris temporibus ignoratæ, libri ſex. In quibus omnium vetuſtarum exercitationum genera, loca, modi, facultates, & quicquid deniq́ ad corporis humani exercitationes pertinet, diligenter explicatur. Venetijs apud Iuntas 1569. quarto. De morbis cutaneis & omnibus corporis humani excrementis lib. 5. ex ore Mercurialis excepti. Variarum lectionum libri quatuor: in quibus complurium, maxime vero Medicinæ ſcriptorum infinita penè loca vel corrupta reſtituuntur, vel obſcura declarantur. Cum Alexandri Tralliani epiſtola de lumbricis, nunc primũ Græce & Latine edita. Venetijs an. 1570. quarto. Eiuſdem repugnantia qua pro Galeno ſtrenue pugnatur cum Guilandini Papyro. Item Epiſtola ad Andream Marcolinum, impreſſa cum Fallopij libro de aquis medicatis. * Eius de arte Gymnaſtica libri 6. Secunda editione aucti & multis figuris ornati. 4. Pariſijs apud Iacobum de Puys. Et variarum lectionum libri 4. Multo auctiores, quintus planè nouus, in quibus multorum, maxime medicinæ ſcriptorum, penè loca infinita reſtituuntur, vel obſcura declarantur. 8. Baſileæ per Petrum Pernam. Eiuſdem de peſtilentia, in quibus de peſte in vniuerſum, præſertim vero de Veneta & Patauina, ſingulari quadam eruditione tractatur, ab Hieronymo Zancho exceptæ, & in capita diuiſæ. 4. Venetijs.*

Hieronymi *de Monte Brixienſis, de finibus regendis, ciuitatum, caſtrorum, &c. * Eiuſdem quæſtionum varias continentium materias valde ſingulares, & in foro verſantibus vtiliſsimas, liber nunc primum editus. 4. Venetijs 1580.*

Hieronymi *Montui ſermones medicinales ſex, quorum primus inſcribitur de ſectis: ſecundus de diſciplinis quæ dogmaticis neceſſariæ ſunt: tertius de dogmaticorum officio: quartus de excellentia dogmaticorum: quintus de conſilijs eorum: ſextus de ſtipendijs eorundem, excuſi Lugduni apud fratres Trechſel, anno Domini 1544. octer. 3. Eiuſdem liber de humorum differentijs, ibidem excuſus eſt. Eiuſdem medicinæ curatricis compendium, excuſum eſt Viennæ in Gallia, anno Domini 1541. Extant etiam eiuſdem libri, de ſanitate tuenda: Aphoriſmi aliquot medici in tres ſectiones diuiſi: De medica theoreſi lib. 1. De purgatione ex doctrina Græcorum Arabum & Latinorum. Anaſceues morborum tomus primus. Lugduni 1560. Viator ſeu itinerarium. De abditis naturæ. De actiua medicinæ ſcientia commentarij duo. Haloſis febrium. De chirurgicis auxilijs. De infantum morbis. Scripſit etiam quædam contra Leonardum Fuchſium.*

Hieronymi *Morani Muſica. Sorbona.*

Hieronymus *Mutius ſcripſit contra Vergerium & Ochinum, liber excuſus eſt in Italia. Idem contra Franciſcum Bettum: & multa alia, Italice.*

Hieronymus *Neapolitanus, ordinis Eremitarum D. Auguſtini, Nicolai quinti Romani pontificis olim præceptor, atque epiſcopus Calabrienſis, ſenio confectus Græcas literas didicit, ac multa è Græco in Latinum traduxit. Claruit anno Domini 1440.*

Hieronymi *Nigri Veneti, Canonici Patauini, Oratio habita in funere Lazari Bonamici an. 1552. tertio Idus Febru. Item Conſolatio ad Franciſcum Capiliſtium Patauinum in morte Hannibalis filij. Venetijs anno 1553. Item Oratio in funere Franciſci Cornelij Cardinalis quam habuit Venetijs, impreſſ. à Valgriſio in officina Eraſmiana. * Eius epiſtolarum orationumq́ liber 4. Patauij excuſus, anno vt opinor 1580.*

Hieronymus *Nugarolus Vicentinus carmina quædam ſcripſit. Gyraldus.*

Hieronymi *ab oleaſtro Luſitani, Prædicatorij ordinis, Commentaria in Moſis Pentateuchum, cum alijs eiuſdem authoris opuſculis. Antuerpiæ apud hæredes Steelſij in folio.*

Hieronymi *Oſſani Schlotheimenſis, hiſtoria excidij Hieroſolymitani declamationis vice pronunciata verſibus, in ſchola Northuſana, anno Domini 1551. Erphurdiæ excudit Geruaſius Sturmer, chartis 4.*

Hieronymi *Oſij Turingi Propheta Malachias redditus carmine. Theognis in Latinum verſus carmine. Fabellæ item Æſopi. In laudem Friderici regis Daniæ. In obitum Ioannis Stigelij. * Fabulæ Æſopi carmine hexametro ab Oſio redditæ. Witenbergæ 1564. excuſæ ſunt.*

Hieronymi *Oſorij Luſitani epiſcopi Algarbienſis, de nobilitate ciuili libri 2. Eiuſdem de nobilitate Chriſtiana lib. 3. excuſi Vliſsiponæ, anno D. 1542. & Baſileæ apud Pernam 1571. Eiuſdem de Gloria libri quinque ibidem: & Florentiæ 1552. Libri tres de religione contra Gualterum Haddonum magiſtrum libellorum ſupplicum apud clariſsimam principem Heliſabetham Angliæ reginam: vnà cum epiſtola eiuſdem ad eandem Angliæ reginam. Dillingæ anno D. 1569. in octauo. De regis inſtitutione & diſciplina lib. 8. Coloniæ an. 1572.*



Digitized by Google

* Eius epiſtolæ ad Eliſabetam Angliæ Reginam: Tertia editio prioribus emendatior. Acceßit Chriſtophori Longolij non diſsimilis argumenti oratio. 16. Dilingæ. Eiuſdem Oſorij, de vera ſapientia lib. 5. 8. Coloniæ. Itemq́ de rebus Emanuelis Regis Luſitaniæ annis ſex ac viginti, domi foriſq́ geſtis, libri 12. Quibus potißimum ea, quæ in Africa, & India bella confecit, explicantur. 8. Coloniæ, apud hæredes Arnoldi Birckmanni 1574. Paraphraſis item in Iſaiam lib. 5. 8. Coloniæ 1580. Eiuſdem de Iuſtitia cœleſti libri 10. ad Reginaldum Cardinalem Polum Archiepiſcopum Cantuarienſem. Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birckmanni 1574.

Hieronymus de Padua, natione Italus, ſcripſit libellum pulcherrimum, Ieſuida prænotatum, ad Petrum Donatum Paduanæ vrbis epiſcopum metricè, de paßione Domini. Impreſſum Viennæ in Auſtria, anno Domini 1510. in quarto. Claruit anno 1494.

Hieronymi Pardi medulla dialecticæ, excuſa anno 1547.

Hieronymus Pariſetus I.C. explicuit loca iuris ciuilis difficilia. Item vertit bonam Athenæi partem.

Hieronymi Pauli Cathalani, canonici Barcinonenſis, ex libro quem vocant practicam cancellariæ apoſtolicæ, ſententia de donatione Conſtantini, impreſſa Coloniæ cum deſcriptione Baſilienſis concilij per Æneam Syluium, anno Domini 1535. Practica Cancellariæ Apoſtolicæ, excerpta ex memorabilibus Hieron. Pauli: cui additum eſt Prouinciale omnium eccleſiarum Cathedralium vniuerſi orbis, necnon monetæ cuiuſcunque regionis nomenclatura & valor. Venetijs anno 1572. in 8.

Hieronymi Philoſophi hiſtoriæ citantur apud Plutarchum in vita Pyrrhi.

Hieronymus Præuitellus Regienſis, I.C. ſcripſit de conſanguinitate & affinitate, de peſte.

Hieronymus Queſtenbergius Miſenus, patria Fribergenſis, doctus atque diligens antiquitatis inueſtigator, De Romanis antiquitatibus aliquid reliquit, Romæ mortuus, Georgius Fabricius primo capite Romæ ſuæ.

Hieronymi Ragazonij, Commentarius in epiſtolas Ciceronis familiares. Venetijs apud Paulum Manutium 1555.

Hieronymi Regij de lingua Latina Commentarij tres. De emendata elocutione: de figurato ſermone, & de amplificanda oratione, dilucida methodo diſtincti. Venetijs anno 1568. in octauo, & poſtea Coloniæ.

Hieronymus Ritius Latinitati donauit Ficini medici, patris Marſilij Ficini, librum de peſtilentia Italice ſcriptum.

Hieronymi Rorarij Portunaonenſis oratio pro muribus aduerſus Nicolai Beſtij edictum. Auguſtæ Rheticæ Philippus Vlhardus 1548.

Hieronymus Rotta Schreckenſtein, ſcripſit libellum de principalitate Romanæ Eccleſiæ. Impreſſum Ingolſtadij apud Alexandrum Weyſſenhorn, anno 1550.

Hieronymus Rouoreus anno 1539. cum annum nonum expleuiſſet publice in gymnaſio Patauino diſputauit & perorauit, & extat eius oratio typis excuſa. Cardanus. Hunc Gyraldus Hieronymum Quercentem vocat, & diuerſa carminum opuſcula compoſuiſſe refert.

Hieronymi Rubei hiſtoriarum Rauennatum libri decem. Venetijs 1572. in folio. * Eiuſdem hiſtoria de Gotthis & Longobardis, Venetijs Aldus Manutius 1572. hæc forte in illis 10. libris comprehenſa eſt.

Hieronymi Rupei Metinenſis lucubrationes in Simonis Broſſerij naturalis philoſophiæ epitomen, quæ vice commentariorum in re alioquin varia & difficili eſſe poterunt, excuſæ Pariſijs apud Cholinæum, anno Domini 1536. & Baſileæ apud Thomam Platterum. Claruit anno 1535.

Hieronymi Ruſcellij Scholia in libros 4. de Venatione Natalis à Comitibus. Venetijs apud Aldi F. 1551. * Eiuſdem Index virorum illuſtrium, Italice Venetijs 1573.

* Hieronymus Sapcotus Anglus ad primas leges Digeſtorum de verborum & rerum ſignificatione. 4. Venetijs.

Hieronymus Sauonarola Ferrarienſis, ordinis Prædicatorum, ſcripſit quadrageſimale vnum lib. 1. ſuper Pſalmos pœnitentiales commentum, ſuper prophetas multos commentatus eſt, prophetias quoque emiſit, qua multa de hoc noſtro æuo, regnorumq́ commotione prædixit. Alia quoque multa ſcripſit. Opera eius Henricus Petri excudit. Commentatiuncula, Mahumetanorum ſectam omni ratione carere, lectu digniſsima, cum Alcorano & eius refutatione, &c. Impreſſa eſt Baſileæ apud Ioannem Oporinum. Tractatus in quo diuiduntur omnes ſcientiæ, excuſus cum Thom. Aquinatis commentarijs in Ariſtotelis libros de cœlo, Venetijs. Meditationes in Pſalmum, Miſerere mei Deus: & in Pſalmum, In te Domine ſperaui. Item expoſitionem Pſalmi, Qui regis Iſrael intende: Gryphius excudit Lugduni cum Dominicæ precationis explanatione, anno 1536. Eiuſdem compendiũ philoſophiæ totius tam naturalis quàm moralis. Opus de diuiſione, ordine, vtilitate omnium ſcientiarum. Apologeticus in poeticem, Compendium logices. Omnia ſimul excuſa ſunt Venetijs apud Iuntas, anno Domini 1542. Item Coloniæ in 8. Scripſit etiam Triumphum crucis, aduerſus ſui ſeculi ſapientes garruloſq́ ſophiſtas. Hieronymi Sauonarolæ, Dialogi quibus titulus, Solatium itineris mei. In orationem Dominicam quadruplex interpretatio. Tractatus graduum aſcendendi ad perfectionem vitæ ſpiritualis. Regulæ religioſis omnibus obſeruandæ. In Pſal. Diligam te Domine, meditatio. Tractatus de myſterio crucis. Lamentatio Chriſti ſponſæ aduerſus Pſeudoapoſtolos. Venetijs anno 1538. De ſimplicitate Chriſtianæ vitæ libri quinq́, digni qui ab omni Chriſtiano homine legantur. Coloniæ Henricus Mameranus excudit, 1550. Expoſitio orationis dominicæ: item Sermo in vigilia natiuitatis domini. Ingolſtadij 1556. Idem Italice ſcripſit libellũ contra

Aſtrolo-

Digitized by Google

Hieroſolymitanum, ad Pammachium. Aduerſus eundem, ad Theophilum. Aduerſus Origeniſtas, ad Pammachium expoſtulatio cum Ruffino, de figuratis laudibus. Aduerſus Ruffinum apologia ad Pammachium & Martellam. Aduerſus eundem liber ſecundus. Reſponſio ad duas inuectiuas Ruffini. Aduerſus Pelagianos, ad Cteſiphontem. Aduerſus eoſdem dialogi tres. Epiſtola familiaris ad Marcellam. Aduerſus Vigilantij conuitia, quatenus legendus Origenes, ad Tranquillum. Aduerſus Arianos de ſua fide. Ad Marcum de oppreſsione Origeniſtarum per Theophilum, ad Pammachium. De Pelagianis oppreſsis, ad Auguſtinum & Alypium. Ad eundem de re ſimili, rurſum ad eundem. Qui ſcripſerint de origine animæ, ad Marcellinum. De matrimonio poſt baptiſmum imputato, ad Oceanum. Quatenus adhibendæ literæ gentilium, ad Oratorē magnum. De gradibus preſbyteri & diaconi, ad Euagrium. De diſsidio Petri & Pauli, ac de mendacio, ad Auguſtinum. Inuitatio ad mutuum amorem, ad Auguſtinum. Simili de re, ad eundem. Familiaris, ad eundem. De cucurbita in Iona, ad eundem. Aduerſus calumnias æmulorū. Aduerſus Onaſum obtrectatorem librorum ſuorum. De optimo genere interpretandi, ad Pammachium. Aduerſus calumniatores emendatæ ſcripturæ ſacræ, ad Marcellam. De ſtudio diuinæ ſcripturæ ad Paulinum. In veteris teſtamenti libros à ſe verſos præfationes, nempe in Pentateuchum, in Ioſue, in libros Regum, in Paralipomena duæ præfationes, in Eſdram & Nehemiam, in Tobiam, in Iudith, in Heſter, in Iob, in eundē à ſeptuaginta verſum, ſed additis notulis, in Prouerbia Salomonis, in Eccleſiaſten, in Eſaiam, in Hieremiam, in Ezechielem, in Danielem, in duodecim prophetas, in Iohelem, in quatuor Euangelia caſtigata, ad Damaſum. De tribus quæſtionibus ad eundem, de Melchiſedech ad Euagrium, de 42. manſionibus, de veſtibus ſacerdotalibus, de terra promiſsionis, de Ephod bad, ad Marcellam, de iudicio pueri Solomonis ad Ruffinum, de Solomone & Achaz ante tempus patribus, ad Vitalem, de Tharſis in veteri teſtamento, de ordine ac titulis Pſalmorum, Emendatio Pſalterij in certis locis, de decem myſticis nominibus Dei, Quid ſint Alleluia, Amen, Maranatha, quid ſit Sela, hoc eſt diapſalma, Explanatio Pſalmorum octogeſimi noni, quadrageſimi quarti, & centeſimi viceſimi ſexti, expoſitio primæ viſionis Eſaiæ, de ſeraphim & calculo ardenti, quid ſonet Hebræis Oſanna, de prodigo filio apud Euangeliſtam, de tribus quæſtionibus ad Amandum, de quatuor quæſtionibus ad Marcellam, de blaſphemia in ſpiritum ſanctum, Ad duodecim quæſtiones Hedibiæ, ad vndecim quæſtiones Algaſiæ, in Canticū canticorum homiliæ duæ ex Origene verſæ, Expoſitio loci apud Paulum, Omnes quidem dormiemus, ſed non omnes, etc. de duabus quæſtiunculis ad Paulinum, Epiſtola familiaris ad Deſyderium, interpretatio alphabeti Hebraici, Quæſtiones ſeu traditiones Hebraicæ in Gen. Eſaias propheta iuxta tranſlationem Septuaginta, & iuxta veritatem Hebraicam, vnà cum commentarijs Hieronymi in octodecim volumina digeſtis. In Hieremiam iuxta vtranq; editionem commentariorum libri ſex, in Ezechielem iuxta vtranq; editionem lib. 14. in Danielem commentarij, in Oſee libri commentariorum tres, in Iohel lib. 1. in Amos libri tres, in Abdiam lib. 1. in Ionam librum 1. in Micheam libri duo, in Nahum lib. 1. in Habacuc libri duo, in Sophoniam lib. 1. in Aggæum lib. 1. in Zachariam libri 3. in Malachiam lib. 1. in Eccleſiaſten commentariorum lib. 1. in Euangelium Matthæi, in epiſtolam Pauli ad Galat. libri 3. in epiſtolam ad Epheſios libri 3. in epiſtolam ad Titum lib. 1. in epiſtolam ad Philemonem lib. 1. de ſpiritu ſancto lib. 1. Didymi, interprete Hieronymo. Nomina Hebraica ſecundum ordinem literarum ex Philone. Chronica Euſebij, Hieronymo interprete, vna cum his quæ ipſe adiecit Hieronymus, & poſt hunc Proſper, & alij nonnulli. In Hieremiam homiliæ 14. in Ezechielem tredecim, ab Hieronymo verſæ. Homiliæ in Lucam trigintanouem ab Hieronymo tranſlatæ: in epiſtolam Pauli ad Roman. commentariorum Origenis libri decem, Hieronymo interprete. Vetus teſtamentum omne Hebraicæ reddidit veritati. Pſalterium bis correxit ex editiooe Septuaginta. Prouerbia Salomonis & Eccleſiaſten ex Hebraica veritate tranſtulit. Secundus ordo τὰ ἀμφιβόλα notha continet, vt ſunt aliquot epiſtolæ. Præfatiuncula in Baruch, in Machabæorum libros præfationes duæ, Traditiones Hebraicæ in libros Regum, & Paralipomenon. Loca ex actis apoſtolorum. Symbolum fidei ad Damaſum. Symbolum fidei ad Cyrillum, in Geneſim homiliæ 17. ex Origene verſæ, in Exodum homiliæ 13. in Leuiticum homiliæ 17. in Numeros homiliæ 28. in Ieſum Naue homiliæ 26. in libros Iudicum homiliæ 9. Commentariorum in Iob libri tres, in Matthæum homiliæ 36. Origenis. Duæ præfationes in Pſalterium. Duæ præfationes in prouerbia Salomonis. Tertius ordo, continens Pſeudepigrapha, & ea tamen docta, vt eſt Præfatio in Iob. Præfatio in Marcum, Lucam, Ioannem. In lamentationes Hieremiæ libri 3. in prouerbia Salomonis lib. 3. in Euangelium Marci commentarius, de virginitate ad Demetriadem, ad Geruntij filias de contēnenda hæreditate. conſolatio in aduerſis ad Marcellā, conſolatio exilij, conſolatio ægrotantis, de viro perfecto, de cognitione diuinæ legis, de tribus virtutibus, de aſſumptione Deiparæ virginis. Eadem de re ſermo, de honorandis parentibus, de ſeptem gradibus eccleſiæ, de laude virginitatis, de membris Dei, de cereo paſchali, de vera circumciſione, de celebratione paſchæ, quæ eadem extat inter epiſtolas Auguſt. in Suſannam lapſam, ad Euagrium obiurgatio. De Chriſto militando, de decem tentationibus Iſraelitarum. Expoſitio Pſalmi 41. Expoſitio Pſalmi 117. De muſicis organis, de reſurrectione Domini, de natiuitate Chriſti, de epiphania Domini ſermo, de quadrageſima, de eſu agni, de reſurrectione Domini, de vinculis Petri, de obſeruatione vigiliarum. Qui Æthiopem, Exhortatio, de pœnitentia, de generibus leprarum, de filio prodigo. In Cantica canticorum homiliæ 4.

Commen-

Digitized by Google

*theologiæ Dilingæ: edidit Confeſſionem Auguſtinianam: in libros quatuor diſtributam, & certis capitibus locorum theologicorum, qui ſunt hodie ſcitu digniſſimi compræhenſam, ex omnibus B. Auguſtini libris in vnum opus redactam. Dilingæ anno 1569. in folio.*

Hieronymus *Tortus, ſcripſit conſiliam pro Florentinis, de occiſo Cardinale: coniunctum Conſilijs Antonij de Butrio.*

Hieronymus *Tragus, Germanus, ſcripſit Germano ſermone Herbarium doctiſſimum ac elegantiſſimum. Diſſertationes ac cenſuras aliquot ſuper herbis nonnullis, quæ cum primo Tomo Herbarij Othonis Brunfelſij impreſſæ ſunt. Idem ſcripſit librum Germanicum de alimentis, impreſſum Argentorati, anno Domini 1550. quatern. 34. Eiuſdem ſtirpium hiſtoriam, Dauid Kyberus Argentinenſis ex Germanica lingua in Latinam optima fide pure & eleganter conuertit. Liber impreſſus Argentinæ, anno Domini 1552. 4. chartis 166. cum indicibus ſex, & addito libello Benedicti Textoris de differentijs ſtirpium. Eiuſdem imagines ſtirpium abſque deſcriptionibus, ibidem excuſæ ſunt, in 4. 1553. Præterea ſcripſit Regimen curatiuum contra dolorem capitis, Germanice. De morbis puerorum.*

* Hieronymi *Tuæleri, de peregrinatione & agro Neapolitano libri duo, omnibus peregrinantibus vtiles. In 8. Argentorati.*

Hieronymi *Tungerſcheimi de Ochſenfurt, theologiæ doctoris, concluſiones cum rationibus ad partes ſummæ theologiæ Thomæ Aquinatis, impreſſæ Lipſiæ anno Domini 1516. per Wolffgangum Monacenſem.*

Hieronymus *Vairlenius, Syluius S. Ignatij Antiochiæ archiepiſcopi Epiſtolas in Latinam linguã tranſtulit: & breuiſſima in eaſdem ſcholia adiecit. Antuerpiæ exc. Plantinus in 8.*

Hieronymi *Vehi, de re Lutherana ad Georgium Saxoniæ ducẽ. Triumphus Boemicus ad Maximilianum Imperatorem.*

Hieronymus *Vereus, ſcripſit in 1. Infortiati, de vulg. & pup. ſubſti. Super 2. Digeſti noui de verborum obligationibus.*

* Hieronymi *Verrutij, Nouum lexicon iuris vtriuſq; ſupra omnes omnium editiones ex authoribus tum Græcis tum Latinis, innumeris ferè dictionibus locupletatum. In folio Lutetiæ Pariſ.*

Hieronymi *Welleri Fribergenſis, theologiæ doctoris, in epiſtolas dominicales expoſitio, impreſſa Argentorati à Cratone Mylio, & Norimbergæ à Montano & Neubero. Eiuſdem ſcripta aliquot conſolatoria Lipſiæ excuſa à Valentino Papa. Eiuſdem libellus de officio politico, eccleſiaſtico, & œconomico, excuſus Norimbergæ à Montano & Neubero. Idem edidit & locupletauit breues enarrationes Lutheri, in Pſalmos 22. & 13. & in aliquot Pſalmos ipſe commentatus eſt. Eiuſdem Explicatio in primum librum Samuelis, excuſa Francofurti anno Domini 155. in folio. Breuis enarratio duarum epiſtolarum D. Petri, & aliquot Pſalmorum. Lipſiæ apud Erneſtum Vœgelinum in octauo, anno Domini 1567. Explicatio Pſalmi 32. de paſſione & reſurrectione Chriſti, de primo præcepto, de his qui ſubitanea morte obeunt. Lipſia apud Vœgelinum anno Domini 1568. Germanice. Enarratio paſſionis Chriſti, aliquot pſalmorum & hiſtoriarum, ex vitis Martyrum atque inſignium ſcripturæ dictorum. Addita eſt confeſſio eiuſdem, de ſcriptis Martini Lutheri & Philippi Melanththonis. Acceſſerunt Epicedia in obitum auctoris, Lipſiæ, an. D. 1573. in octauo.*

Hieronymus *Vuildenbergius Aurimontanus ſcripſit naturalis philoſophiæ in Phyſicam Ariſtotelis epitomen: in quo continentur Phyſicorum lib. 8. de cœlo lib. 4. de Generatione 2. Meteororum 4. de Anima tres. Liber excuſus Baſileæ apud Ioan. Oporinum. anno Domini 1544. Scripſit etiam Rationalis & moralis philoſophiæ epitomen, excuſam Baſileæ apud eundem anno Domini 1530. Claruit anno 1542.*

Hieronymus *Vittichius, ſumma capita Chriſtianæ doctrinæ ex Pſalmis collegit, et erotematum forma edidit, Norimbergæ 1568. Germanice.*

Hieronymus *Wolphius Oetingenſis, ex Græco in Latinum ſermonem tranſtulit Iſocratis orationes omnes, numero 21. cum nouem eiuſdem epiſtolis, additis annotationibus ac difficiliorum vocabulorum interpretationibus. Argumentis in ſingulas orationes. Gnomologijs ex omnibus orationibus Iſocratis, item vita Iſocratis, ex Plutarcho, Philoſtrato, Dionyſio Halicarnaſſeo, ab eodem tranſlata. Excuſa ſunt hæc Baſileæ apud Ioannem Oporinum, anno Domini 1549. Tranſtulit etiam Demoſthenis oratorum Græciæ principis opera, quæ ad noſtram vſque ætatem peruenerunt omnia, quæ cum Vlpiani Rhetoris commentarijs ab eodem conuerſis, impreſſa etiam ab Oporino tomis quinque, anno 1550. Et eodem anno orationes ſeorſim Venetijs excu. ſunt in 8. tomis 3. Idem tranſlationem Iſocratis recognouit. Tranſtulit quoq; Æſchinis & Dinarchi orationes Demoſtheni aduerſarias, quas Opori. nunc ſub prælo habet cum Demoſth. ab eo recognito in 8. Inſtituit etiam iamdiu iuſtos in vtrumq; authorem commentarios, quos vt breui abſoluat ſtudioſi linguæ græcæ exoptant. Audio quoq; eundem tranſtuliſſe Græca quædam commentaria in quadripartitum Ptolemæi, quæ Baſileæ edita ſunt. Recognouit etiam denuo Iſocratem, & annotationibus nouis atq; eruditis illuſtrauit. Baſileæ Græce & Latine in folio. Tranſtulit etiam in Latinam linguam Ioannis Zonaræ & Nicetæ Acuminati Choniatæ atque Nicephori Gregoræ hiſtorias, quas ſingulas ſeparatim Oporinus excudit Græce & Latine in magno folio. Scripſit & Aſtrologica quædam, de vero & licito Aſtrologiæ vſu, impreſſa cum Ephemeridibus Leouitij, & Londini in quarto, an. D. 1558. Commentarios in M. Tulij Ciceronis libros de officijs, impreſſos primum ab Oporino in quarto: denuo vero ab auctore recogniti & aucti, additis eiuſdem breuibus ſcholijs in Catonẽ, Lælium, & Paradoxa, & Somnium Scipionis, in officina Hermagij excuſi ſunt.*

Iſocratis

Hilarius Epiſcopus Arelatenſis, ſcripſit inter alia vitam ſancti Honorati epiſcopi lib.1. Homilias pene infinitas, & quædam alia. Claruit anno Domini 440.

Hilarius Bithynius, pictor ſimul & philoſophus laudatur ab Eunapio.

Hilarius Epiſcopus Pictauienſis, ſcripſit de Trinitate contra Arrianos lib.12. contra Conſtantium hæreticum lib.1. ad Conſtantium Imperatorem lib. 2. contra Auxentium Arrianum lib.1. Epiſtolam ad Apram filiam. De ſynodis contra Arrianos lib. 1. In Pſalmum Dauidis commentariorum lib. 2. In Euangelium Matth. lib.1. Hæc impreſſa ſunt Pariſijs apud Aſcenſium, anno 1510. Mox Baſileæ apud Frobenium, anno 1535. ex emendatione Eraſmi, cui editioni additus eſt liber de Patris & Filij vnitate, qui tamen Hilarij non eſt, ſed ex eius libris collecta rapſodia, idem liber etiam impreſſus eſt Baſileæ apud Hen. Petri, anno 1526. cum varijs aliorũ theologorum ſcriptis contra hæreticos. Scripſit præterea contra Dioſcorum lib.1. contra Valentem & Vrſatium lib.1. Defenſionem catholicæ fidei lib.1. Contra Arrianos lib.1. Myſteriorum lib.1. de Hæreſibus lib.1. Hymnorum lib.1. In librum Iob lib.1. In Cantica canticorum lib.1. Chronica. In Pſalmũ Beati immaculati tractatus 22. & alia quæ hodie deſiderãtur. Claruit ſub Valentiniano Imp. ſub quo reuerſus ab exilio, obijt anno 371.

Hilarij epiſtola ad D. Auguſtinum, numero LXXXVIII. inter D. Auguſtini epiſtolas. Item alia de reliquijs Pelagianæ hæreſeos, tom.7. operum Auguſtini. Quis hic Hilarius fuerit ignoro, ſed tamen non eſſe à Pictauienſi Hilario ſcriptas, facile oſtendi poteſt.

Hilarij Cantiunculæ carmen præfixum eſt enarrationibus Amati in Dioſcoridem.

Hilarij Corteſij cuiuſdam epigrammata extãt, impreſſa ni fallor.

Hilarij Epiſcopi, ad Germaniæ primæ & ſecundæ epiſcopos, contra hæreſes lucubratiunculæ, extant apud W. Lazium Medicum & hiſtoricũ Viennenſem. Forte liber De concilijs.

Hilarij cuiuſdam in omnes hymnos eccleſiaſticos expoſitio, & in omnes ſequentias, vt vocant, excuſa eſt Coloniæ, anno 1494.

* Hilarij Byrckmayr Landiſhutani, commentariolus de arte apodemica, ſeu vera peregrinandi ratione. Ingolſtadij ex officina Sartorij.

Hilarius quidam Romanus diaconus, ſcripſit libellos de hæreticis rebaptizandis, quorum meminit D. Hieronymus in dialogo contra Luciferianos. Eraſmus & Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Magdeburgenſis auctores perperam Hieronymi verba ad Hilarium Pictauienſem referunt.

Hilda Herenica, natione Angla, ſcripſit aduerſus Agilbertum Pariſienſem, Viſiſaxonum epiſcopum, lib.1. Meditationes pias. Floruit anno Domini 684.

Hildebertus epiſcopus Cenomanenſis, & Thuronenſis, poſtmodum archiepiſcopus, ſcripſit eleganti metro expoſitionem ſuper toto miſſæ officio. De ſuo exilio lib.1. De miſeria huius vitæ lib.1. De Sacramento altaris lib.1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Hymnorum & orationum diuerſo metro lib.1. Epitaphium Berengarij, ſui quondam præceptoris, verſibus quinquaginta duobus comprehendit. Claruit anno D.1090.

Hildefonſus Toletanæ ſedis poſt ſanctum Eugenium epiſcopus, ſcripſit de ſancta Trinitate lib.1. De cognitione baptiſmi lib.1. De imbecillitate propria lib.1. De progreſſu ſpiritalis deſerti lib.1. De virginitate S. Mariæ lib.1. Hymnorum diuerſi generis lib.1. Sermones varios lib.1. Annotationes actionis diurnæ lib.1. Epigrammata multa lib.1. Annotationum in ſacris lib.1. De miſſa quoq; lib.1. Annotationum in ſacramentis lib.1. Epiſtolarum ad diuerſos lib.1. & alia complura.

Hildegardis abbatiſſa, cœnobij ſancti Ruperti, ordinis D. Benedicti, ex comitatu Spanheimenſi, ſcripſit in regulam S. Benedicti lib.1. Triginta quæſtionum lib.1. Vitam S. Ruperti confeſſoris lib.1. Vitam S. Diſibodi epiſcopi libr.1. Homilias 58. In Euangelijs lib.1. De ſacramento altaris lib.1. Scinias grande volumen lib.1. Vitas meritorum lib. 3. ſimplicis medicinæ lib.1. Compoſitæ medicinæ lib.1. Diuinorum operum lib.1. Ad Colonienſes lib.1. Ad Treuirenſes lib.1. Exhortatorium ſecularium lib.1. Ad ſorores ſuas lib.1. Ad monachos griſeos lib.1. Carmina diuerſa lib.1. Et ſancto Bernardo epiſt.1. Epiſtolarum ad diuerſos 135. lib.1. Claruit anno 1180.

S. Hildegardis de Pinguia, phyſicorum lib.4. de elementorum, fluminum aliquot Germaniæ, metallorum, leguminum, fruticum, herbarum, arborũ, arbuſtorum, piſcium, volatilium, & animantium terræ naturis & operationibus. Ioannes Schottus Argentinæ, 1544. excudit cum Trotulæ, Octauiani & aliorum libris.

Hildegaſtus philoſophus, & vates Francorum doctiſſimus, carmine Heroico Sunonis regis vitam ſcripſit lib.1. Claruit anno 240.

Hildouinus abbas Lobienſis monaſterij, ordi. S. Benedicti, ſcripſit geſta abbatum Lobienſium lib. 1. Sermones ad fratres lib.1. & quædam alia. Claruit anno 920.

Hilduinus abbas monaſterij S. Dionyſij Parienſis, ordinis Benedicti, ſcripſit ad Ludouicum Imperatorem vtroq; ſtylo, vitam S. Dionyſij lib.2. Et quædam alia. Claruit anno 840.

* Hillebrandus Grothuſius Vſſlemenſis, ſcripſit & edidit quædam Epicedia.

R. Hillel Hebræus, citatur à Paulo Fagio in Capitulis Patrũ. Floruit, vt in Talmud legitur, ante templi ſecundi euerſionem centum annis: magnæ auctoritatis doctor, & qui diſcipulos 80. habuit.

Hilus quidam librum de Dijs gentilium conſcripſit.

Himilco citatur apud Pliniũ, qui in lib.5. Naturalis hiſtoriæ quædam ex eo tranſtulit.

Himerius Sophiſta, Bithynius, vixit cum Iuliano Apoſtata. Declamationes verò Himerij, Polemonis, & quorundam aliorum, excuſæ ſunt ab Hen-

Digitized by Google

Democrito, quem inſanire putabant. Hippocratis ad Abderitas, ad Philopœmenem. Ad Dionyſium. Ad Damagetum. Ad Philopœmenem iterum. Ad Cratenam herbarium, vt ſimplicia meditamina collecta mittat. Ad Damagetum alia prolixa. Democriti ad Hippocratem. Huic epiſtolæ ſtatim poſtponitur libellus de Inſania, in quo citat & librum de Satro morbo à ſe ſcriptum, & quintum epidemiorum. Hippocratis ad Democritum. Ad eundem de belleboriſmo, ad filium Theſſalum. Democriti ad Hippocratem de natura humana, Hippocratis ad Demetrium regem præceptum ſalubre. Athenienſium decretum in Hippocratis honorem & immunitatem. De ſimulachro genij Hippocratis ſuper tumulum apparentis. Theſſali Hippocratis filij oratio, quæ legatio dicitur, habita in Senatu Athenienſi, cum patriæ excidium deprecaretur. De ſeptimeſtri partu, fragmentum nothum & imperfectum. Adiectæ ſunt eidem editioni ad finem gloſſæ, ſiue obſcuriores apud Hippocratem dictiones alphabeti ordine per Galenum expoſitæ. Alios autem ſex huius nominis medicos Suidas refert, omnes Coos, ex eadem familia, & medicinæ ſcriptores: vnum noſtri Hippocratis auum paternum, duos ex Theſſalo & Dracone filijs nepotes, duos Thymbræi filios, & vltimum Praxianactis filium. Cæterum hexecontabibli nomine, omnes ſexaginta Hippocratis libros comprehendit Suidas: totidem enim, aut circiter, habemus, etſi minima illa opuſculorum aliquot initia nō adnumerentur. Porrò Hippocratis duæ epiſtolæ in principio Marcelli medici, à Frobenio Baſileæ excuſi. Hippocratis breuiſſimam diætam per ſingulos anni menſes, Schottus excudit Argentorati, 1544. cum Trotula, Hildegardi, &c. De medicamentis purgatorijs libellus, nuper inuentus, & excuſus Baſileæ apud Robertum Winter. Epiſtolæ eius Græcæ etiam in volumine epiſtolarum, quod Aldus olim excudit, habentur. Hippocratis opera Latina Iano Cornario interprete, Baſileæ euulgata ſunt nuper in officina Frobeniana, ex eiuſdem Iani Corn. recognitione in 8. duobus Tomis. Eiuſdem epiſtolæ Rainutio Florentino interprete, excuſæ ſunt Baſileæ ab Oporino, in Farragine epiſtolarum Laconicarum. Eiuſdem libellus de Hominis ſtructura editus eſt Venetijs, anno 1552. in 4. apud Gryphium, cum Meletio, Polemone, Diocle, Melampo, Nicolao Petreio Corcyræo interprete. Eiuſdem aphoriſmi cum commentarijs Fuchſij, excuſi ſunt in 4. ab Oporino. Aphoriſmorum genuina lectio ac fidelis interpretatio, Græce & Latine per Ioan. Moriſotum ab eodem excuſa eſt. De inſomnijs liber cum quinto aphoriſmo Græce caſtigatus & explicatus per Iuſtum Velſium, ab eodem excuſus. De natura hominis cum commentarijs Euſtathij Quercetani ibidem excuſus eſt. *Eius aphoriſmi cum commentarijs Iac. Hollerij, & ſcholijs Ioannis Liebantij. 8. 1582. excuſi. Itemq; coaca præſagia, opus plus diuinū, & veræ medicinæ tanquā theſaurus, cum interpretatione & commentarijs Iacobi Hollerij Stempani. Nunc primum Deſiderij Iacotij Vadoperani opera in lucem editis: eiuſdem Iacotij commentariorum ad idem opus lib. 13. In quibus ſymptomatum omnium, quæ in ægris apparent cauſæ, vires, & ſignificationes demonſtrantur. In folio, Lugduni, anno 1580.

Hippocratis cuiuſdam ſcripta Græca in mulomedicina, cum Abſyrio & alijs, Baſileæ apud Walderum excuſa.

Hippocratis ſententia de mulieribus caſtigandis, apud Ioannem Stobæum, de Præceptis nuptialibus.

Hippodami Pythagorei fragmenta aliquot in Ioan. Stobæi Collectaneis extant.

Hippolytus ſcripſit commentarios in viſiones Danielis, & in Prouerbia Solomonis. Item rationem paſchæ, temporumq; canones, vſq; ad primum annum Alexandri Imp. & Euſebio, qui ſuper eodem paſcha canonem decem & nouem annorum compoſuit, occaſionem dedit. Scripſit etiam commentarios in Hexaemeron, & in Exodū, & in Canticum canticorum, in Geneſim, & in Zachariam, de Pſalmis, in Eſaiam, de Daniele, de Apocalypſi, de Prouerbijs, de Eccleſiaſt. de Saule, de Phytoniſſa, de Antichriſto, de Reſurrectione, contra Marcionem, de Paſcha aduerſum omnes hæreſes, Proſomilias, id eſt, colloquia, de laude Domini Saluatoris, in qua præſente Origene, ſe loqui in eccleſia ſignificat, in huius æmulationem, &c. Hippolyti de Apoſtolorum peregrinatione & martyrio libellus, in Biblioth. H. Memmij. Hippolyti epiſcopi & martyris oratio. De conſummatione mundi, ac de Antichriſto, & ſecundo aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti, Latine edita eſt Pariſijs, 1557. Ioanne Pico interprete. *Et Germanice, anno 1582. Monaci.

* Hippolyti Bonacoſſæ, I.C. Ferrarienſis, communes doctorum iuris vtriuſque criminales opiniones, vſu receptæ, & ordine alphabetico conſcriptæ. 4. Venetijs, 1579. Quæſtionum criminaliū: in quibus ordine alphabetico ferè omnia diſcutiuntur dubia, quæ in iudicijs ſtatutorum cauſa ſuboriri ſolent: pars ſecunda. 4. Venetijs, 1583. Eiuſdem tractatus de ſeruis & famulis, vbi famulatus materia theorice & practice applicatur. 4. Venetijs. Itemq; tractatus remiſſorius alphabeticus cautelarum iuris. 4. Venetijs. Adhæc Aureum repertorium alphabeticum, De præſumptionibus. 4. Venetijs.

Hippolyti Brylli de Lendenaria, opuſculum de vermibus, impreſſum Venetijs in officina Eraſmiana 1540.

Hippolytus Capilupus, Mantuanus, multa eleganter Latino & Hetruſco carmine ſcripſit. *Eius carmina Antuerpiæ apud Plantinum ſunt excuſa. In quarto.

Hippolytus Fantonius vel Fontotius Delphicus Peruſinus, minorita, ſcripſit & habuit orationē de laudibus liberalium artium. Patauij Iacobus Fabrianus 1553. Item Metricæ artis methodum, & parergon de punctis, Venetijs 1542.

Hippolyti de Marſilijs, Iuriſperiti opera omnia impreſſa ſunt. Seorſim autem citata reperiuntur, in primum ff. no. de re iudi. l. de vnoq. in primum Cod. de prob. in ſecundum Cod. de rapt. virg. l. 1. Conſilia,

Conſi-

Digitized by Google

*Conſilia criminalia. de fideiuſſoribus. Practica iuris. De quæſtionibus. De ſiccarijs, & de parricidis. Et de fal. & l. vnica. de republi. in C. de proba. & tract. Nona ſingularia, & alia. Impreſſa ſunt etiam eius Conſilia (quibus omnia ferè continentur, quæ ad reorum defenſiones pertinent.) Venetijs, anno Domini, 1573. in quarto.* * *Eiuſdem tractatus Banditorum. Bononiæ, 1580.*

Hippolyti *Papæ Romani expoſitio in Apocalypſim D. Ioannis, Græce extat apud Ioan. Oporinum, nondum excuſa.*

Hippolyti *Riminaldi, Ferrarienſis Iureconſulti clariſſimi, in libros inſtitutionum imperialium Commentarij, docti iuxta & elegantes. Lugduni apud Sebaſtianum Bartholomæum Honoratum, anno 1555. Eiuſdem Commentaria in primam Digeſti veteris partem, cum ſummarijs eiuſdem, & indice. Venetijs apud Franciſcũ de Portonarijs 1570. in folio.* * *Eiuſdem Conſiliorum liber primus, ſecundus & tertius, nunc primum in lucem editi. Adeo perſpicue & erudite diſputata, & explicata omnia, vt omnibus in vtroq; foro verſantibus maximo vſui ſint futura. Folio, Venetijs ex officina Damiani Zenari, 1580.*

* Hippolyti *Sabini miſſæ. Venetijs, 1575.*

Hippolyti *Salniani, Typhernatis medici Romani, de Aquatilibus liber primus: impreſſus Romæ in authoris ædibus, anno Domini 1557. in folio magnæ chartæ cum iconibus centum; æri eleganter inſculptis.*

Hippolyti *Thebani, de cognatione Chriſti lucubratiuncula, ex opere eius Chronico decerpta, Græce extat Romæ in bibliotheca Vaticana. Fortaßis idem hic epiſcopus eſt, de quo iam diximus ex D. Hieron.*

Hippolytus *Thebanus conſcripſit Chronicon, ex quo Ioannes Sambucus deſumpſit & tractauit libellum de ortu & cognatione Virginis Mariæ. Patauij Gratioſus Pertachinus 1556.*

Hipponactis *Epheſij poetæ ſenarios aliquoties profert Ioan. Stobæus. Athenæus etiam eius Parodiam & Synonyma citat. Vide Suidam. Primo & ſecundo Iamborum citatur à Polluce.*

Hippoſthenis *ſenarius apud Stobæum in ſermone de Superbia: quanquam in alijs exemplaribus Hippothoontis legitur.*

Hippoſtratus *in libello de Minoe citatur à Phlegonte Tralliano.*

Hippothoontis *ſenarij de inuidia apud Stobæum in ſermone eiuſdem argumenti: item*

Hippothoi *cuiuſdam verſus aliquoties ab eodem citantur.*

Hipis *Rhegynus, qui Perſarum temporibus claruit, ſcripſit Parodian & Choliambon. Scripſit & Siculorum geſta, quæ poſtea Myes in compendium redegit. Scripſit item Italica et Sicelica libris quinq; & Argolica libris tribus. Item chronica libris quinq; & inſuper alia.*

Hirnerius, *vide Wernherus.*

Hirtij *epiſtola ad Ciceronem legitur lib. 15. epiſtolarum ad Atticum.*

Hiſtri (*aliàs Iſtri, ſine aſpiratione*) *inſignem de tragœdia librum aliquoties in recentiorum ſcriptis citatum legimus tanquam adhuc extet. Citatur & ab Higino. Vide Ambroſij Calepini Dictionarium in Calathis ciuitate.*

* Holoandri *in Ius ciuile titulos, & Iuriſp. nomenclatura. In folio.*

Homar, *aliâs Omar, vel Aomar, aſtronomus inſignis, ſcripſit librum de natiuitatibus & interrogationibus, in quo de natiuitate, de morte, de fortuna cæterisq; rebus artificioſe tractat. Liber eſt impreſſus Venetijs, anno 1503.*

Homerus *Poeta tragicus iunior, patria Byzantius, ſcripſit tragœdias 67. apud Ptolemæum, vnus è ſeptem, qui Pleiades nominantur. Hunc Heſiodi poetæ æqualem fuiſſe dicunt, licet nonnulli primum affirment. Hæc Tzetzes Lycophronis interpres.*

Homeri *& Heſiodi certamen, nunc primum luce donatum. H. Stephanus edidit 1573. cum Matronis & aliorum parodijs.*

Homeri *poemata Græca, nempe Ilias, Odyſſea, Hymni, & Batrachomyomachia, Venetijs apud Aldum excuſa ſunt, item Florentiæ, & Argent. apud Cephalæum, anno 1534. & 1525. vnà cum vita Homeri per Herodotum, Plutarchũ, & Dionem. Ilias autem & Odyſſea ſeorſim Louanij exiuere, maiuſculis verſuum interuallis: item Baſileæ apud Heruagium in paruo folio, adiectis commentarijs Græcis ad ſuos vbiq; verſus. Batrachomyomachia etiã cum Æſopi fabulis à Frobenijs excuſa eſt. Plinius tradit, Homerum de Acocorum gente priuatim volumina condidiſſe, cui aſtipulatur Pius etiam Pontifex cap. 10. in deſcriptione Aſiæ. Eadem paulo ante commemorata Homeri opera Græce & Latine è regione, ex diuerſis doctiſſimorum virorum tranſlationibus, thematibus verborum difficiliorũ paſſim per margines aſſignatis, excuſa ſunt Baſileæ apud Nicolaum Brylingerum, anno Domini 1551. in folio. Porrò Ilias ab Eobano Heſſo Latino carmine expreſſa, & Odyſſea itidem à Simone Lemnio, excuſa eſt apud Ioannem Oporinum, Baſileæ, 1549. Homeri poemata Græce excuſa ſunt Pariſijs apud Adrianum Turnebum, anno 1554. in 8. typis regijs. Eadem Romæ anno 1550. excuſa ſunt cum commentarijs Euſtathij. Item Baſileæ. Porrò elegantiſſime Homeri poemata cum alijs poetis Græcis heroici carminis principibus, excudit Henricus Stephanus in folio grandibus literis. Fertur Homerus præter ea quæ hodie extant plura alia poemata ſcripſiſſe, è quibus enumerãtur hæc à Gyraldo, Amazonia, Iliâs parua, νόστοι, Epicichlides, Iambi, Gruum pugna, Aranearum certamen, Ceramis, Amphiarai deſcenſus, Pægnia, Siciliæ captiuitas, Epithalamium, Cypria, Epigonus, Margites.* * *In Homeri Odyſſeam Monodiæ & Prologi, extant in 4. manuſcript. in bibliotheca Imperatoris Viennæ. Odyſſea cum quibuſdam ſcholijs, in folio, ibidem. Itemq; Ilias cum ſcholijs marginalibus et interlinearibus, in folio, manuſcript. ibidem. In Iliada expoſitio etymologica, in quarto, manuſcripta.*

Digitized by Google

Homeri libri aliquot cum commentarijs, auctoris incerti. In folio manuſcript. Batrachomyomachia & Galeomyomachia, cum annotationibus, anonymi cuiuſdam. In 4. Omnia hæc in bibl. Imperatoris Viennæ.

* Homeri Herpol, cantiones textum Euangeliorum exprimentes. 1565.

Homerus Sellius cognominatus, ſcripſit pægnia, hymnos de perſonis comicis, & Menandri fabularum argumenta.

Honetor, in libro, cui titulus eſt, An pecunioſum oporteat eſſe ſapientem, citatur à Laertio in Platone.

Honofrius de Florẽtia, Italus, profeſſione Auguſtinianus, Florentinæq; eccleſiæ archiepiſcopus, ſcripſit ſuper Euangelia lib. 4. In Acta Apoſtolorũ lib. 1. Sermones ad vtrumq; ſtatum lib. 1. & alia. Claruit anno 1430.

Honoratus epiſtolæ 2. & 4. & 12. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiſcopis lib. 1.

Honorati à Tucca verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Honoratus Bonhor, ſcripſit de bello & duello.

Honoratus Conſtantinæ Africæ ciuitatis Epiſcopus, ſcripſit ad Arcadium quendam, qui pro confeſſione fidei Catholicæ exulabat, Epiſtolam ad labores pro Chriſto ferendos hortatoriam. Gennad.

Honoratus Draco I.C. ſcripſit elementa iuris ciuilis carmine, item de iuris pudentiæ ſtudio & laudibus ſyluam. Louanij excudit Martinus Rotarius, anno 1552.

Honoratus Faſitellus, ſcripſit inſigne poema ad heroinam Piſcariæ.

Honoratus Maßilienſis epiſcopus, ſcripſit multa ad fidei ſanioris propagationem, & maxime contra Hæreticorum peruerſitatem, qui ſuo tempore Chriſti eccleſiam inuaſerant. Gennad.

Honorius Auguſtodunenſis eccleſiæ preſbyter & ſcholaſticus, ſcripſit opus valde neceſſariũ de Chriſto, de eccleſia, & de futura vita, quod vocauit Elucidarium, diſtinctum in lib. 3. De libero arbitrio lib. 1. Sigillum ſanctæ Mariæ lib. 1. Speculum eccleſiæ, ſiue ſermonum lib. 1. Offendiculum de ſacerdotibus lib. 1. Summam hiſtoriarum lib. 1. Gemmam animæ, de officijs diuinis lib. 6. De imagine mundi lib. 2. In Cantica canticorum lib. 1. De luminaribus eccleſiæ, ſiue ſcriptoribus eccleſiaſticis libr. 1. De corpore Domini libr. 1. In hexameron lib. 1. De Deo & vita æterna lib. 1. De anima lib. 1. Scalam cœli de gradibus viſionum lib. 1. Clauem phyſicæ de naturis rerum lib. 1. De toto Pſalterio lib. 1. In Euangelia homiliarum lib. 1. De Papa & Imperatore lib. 1. Dialogum ex opuſculis Auguſt. lib. 1. Refectionem menſium de feſtis lib. 1. Pabulum vitæ de ſanctis lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Huius libri de imagine mundi, De eccleſiæ lum. De temporibus, Matheſis, de philoſophia mundi lib. 4. De affectibus ſolis, de ætatibus mundi, Chronic. & de hæreſibus, impreßi ſunt Baſileæ apud hæredes Cratandri, anno 1544. Commentarij in libros Solomonis, nunquam antea viſi, & nunc primum excuſi Coloniæ apud Cernicornium, anno 1540. cum tribus libris Oppoſitorum in ſpeciem vtriuſque Teſtamenti locorum, authoris innominati. Verum quidam adſcribunt de Imagine mundi libros duos, Anshelmo Cantuarienſi. Honorij Auguſtodunenſis Chronicon, maius opus (nam epitome illius excuſa tantum eſt) manuſcriptum, nondumq; euulgatum, habet Wolfgangus Lazius medicus & hiſtoricus Viennenſis. Claruit Honorius anno D. 1120. *Honorij Chronica, quæ continet hiſtorias ab initio mundi. In folio, manuſcript. eſt in bibl. Imp. Viennæ. Eiuſdem Honorij Solitarij Auguſtodunenſis, Synopſis mundi, ſiue de Imagine mundi lib. 3. ante annos 463. ſcripti. Quorum tertius hactenus nunquam viſus, iam verò vnà cum prioribus ex vetuſto manuſcripto codice luce donatus prodijt. 8. Spiræ, anno D. 1583.

Honorij Cæſaris aliquid in Codice Theodoſij habetur.

Honorij Traumani, ducis Germani, ad milites ſuos oratio pulcherrima, ex Germanico ſermone in Latinum conuerſa, excuſa eſt anno Domini 1553. quatern. 2.

Horatij Augerij à Monte ſancto, de Sanguinis miſſione lib. 3. Venetijs 1570. in octauo. * Eiuſdem Epiſtolarum medicinalium lib. 12. 4. Auguſtæ Taurinorum.

Horatius Deſulo, citatur à Plinio libro Naturalis hiſtoriæ decimo.

* Horatius Diola Bononienſis, Franciſcanorum ordinis Chronicon, à Marco Liſbonenſi lingua Portugalica conſcriptum, in Italicam tranſtulit. In 4. Brixiæ, 1582.

Horatius Limanus, Galeni aliquos libros, Venetijs impreſſos cum cæteris Galeni operibus in officina Iuntarum, anno Domini 1550. Latinitate donauit, nempe, de ſophiſmatis quæ in verbis contingunt. An qualitates incorporeæ ſint. An animal ſit id quod in vtero eſt.

Horatij Luth de Calio I.C. annotationes marginales in Concilij Tridentini canones & decreta. Antuerpiæ apud Plantinum 1570.

* Horatius Mandoſius Romanus, Conſilia Ludouici de Ponte Romani, ſuis additionibus illuſtrauit, & priſtino ſuo nitori reſtituit. Fol. Francof.

Horatius Romanus, Nicolai quinti Romanorum pontificis precibus defatigatus, primus fuit qui Homeri Iliadem è Græco in Latinum ſermonem transferret.

Horatius Tuſcanella, collegit Ciceroniana epitheta, antitheta & adiuncta: libellus excuſus in Italia & Antuerpiæ apud Plantinum. Idem Catulli, Tibulli, Propertij, & Cornelij Galli opera in indicis ordinem adduxit & diſpoſuit: quibus accedunt etiam alia documenta admodum accommodata. Baſileæ, anno 1569. *Eiuſdem Dictionariolum Latinogræcogallicum, iam recens poſt omnium editiones excuſum, nec non infinitis pene dictionibus adauctum. 8. Apud Guilielmum Laimarium, anno Domini 1582.

Hormiſda Papa, natione Campanus, ſcripſit decretum

Digitized by Google

* Huberti *Scuteputæi*, *Inſtitutio beatæ vitæ è puris ſacrarum literarum ac orthodoxorum patrum fontibus concinnata. Antuerpiæ* Ioan. *Bellerus an.* 1570. *in* 12. *Eiuſdem, Flores ſelecti ex omnibus Gregorij magni operibus, Pariſijs* 1572. *in* 16. *Eiuſdem In ſententias locorum communium, L. Annæi Senecæ vtriuſq; Philoſophi & Poetæ*, 16. *Antuerpiæ, apud Bellerum. Idem Iſidori iunioris Hiſpalenſis epiſcopi ſententiarum de bono libros tres caſtigatos edidit. Antuerpiæ apud Ioannem Bellerum*, 1566.

Huberti *Suſannæi Sueßionenſis Dictionariū Ciceronianum, in quo definitiones plurimæ, & vocabulorum multorum interpretationes continentur impreſſum Venetijs & Pariſijs, venditur* 2. *ſolidis Gallicis. Eiuſdem Epigrammatum libellus, Ludorum libri, Carmen de reſurrectione* D. N. *Ieſu Chriſti, quo animorum immortalitas validis ſcripturæ teſtimonijs aſſeritur. Collectanea in contextum totius artis verſificatoriæ, quam Ioannes Deſpauterius carmine complexus eſt. Adiectum eſt Epithalamium quoddam, Ecloga Syluius inſcripta & carminum farrago: Collectanea vberrima in Deſpauterij figuras. Scholia in Virgilij Moretum. Omnia hæc excuſa ſunt Pariſijs. Emendauit etiam Quantitates Alexandri de villa Dei, multis expunctis, et quæ omiſſa erant ab authore additis, libellus ibidē excuſus venditur* 18. *denariolis Gallicis. Europæ lamentatio carmine. Lugduni* 1538.

Huberti *Thomæ Leodij* cōmentariolus de Germaniæ *inferioris populis, vt Tungris, Eburonibus, & alijs: vtilis ad hiſtoriam Cæſaris de bello Gallico recte intelligendam, Ribelius Argentorati excuditi* 1541. *Claruit anno D.* 1540.

* Hubertus *Velleius hiſtoriam vniuerſalem Io. Laziardi ab An. D.* 1497. *vſque ad annum* 1527. *perduxit.*

Hubertus *Vualtherus Sariſburienſis epiſcopus compoſuit Conſtitutiones ſynodales lib.* 1. *In coronationem regis lib.* 1. *Inuectiones in Gyraldum Romæ lib.* 1. *Epiſtolas & ſermones lib.* 1. *Obijt anno Domini* 1205. *Baleus.*

Hucarius *ad Fanū Germani in Cornubia, Leuita, Anglus, ſtudioſe in compendium redegit, Egberti Eboracenſis archiepiſcopi opus, De conſtitutionibus eccleſiæ lib.* 1. *Scripſit etiam Exceptiones quaſdam lib.* 1. *Homilias centum et decem. Claruit anno* 1040. *Baleus.*

Hugbaldus *nomen proprium apud Germanos ab alijs Huguualdus ſcribitur.*

Hugbaldus *monachus Eluonenſis cœnobij ordinis S. Benedicti, Gallus, conſcripſit ad Carolum Caluum imperatorem mirabile opus* 136. *verſuum, in quo omnia verba ab vna litera* C. *incipiunt: vt, Carmina clariſonæ caluis cantate camenæ: cui titulum fecit, de laude caluorum lib.* 1. *de arte muſica lib.* 1. *geſta ſancti Lebuini lib.* 1. *epiſtolarum ad diuerſos lib.* 1. *Vitas etiam multorum ſanctorum deſcripſit, & cantus in honorem ipſorum dulci & regulari melodia compoſuit. Eius egloga de caluis, impreſſa Baſileæ apud Nicolaum Lampertor, anno Dom.* 1516. *& rurſum anno Domini* 1546. *apud Io. Parentum. Claruit* 880.

Hugonis *de ſanctuario & tabernaculo Dei liber, extat Viennæ Auſtriæ apud Vuolfgangum Lazium.*

* *M.* Hugonis *dialogus de creatione mundi in* 8. *manuſcript. bib. Imper. Viennæ.*

Hugo Argentoratenſis, *ordinis fratrum prædicatorum, ſcripſit in ſententias lib.* 4. *Theologicæ veritatis compendium lib.* 6. *Sermones multos, Quodlibeta, Quæſtiones, Diſputationes, & varias in diuinos libros explanationes: vixit circa annum Domini* 1296.

Hugo *Babetus, ſcripſit eclogam in mortem nobilis pueri Guilhelmi è Balma Peranti, excuſam Baſileæ ab Oporino cum Burgundia Gilberti cognati.*

Hugo *Barchinonenſis, ordinis prædicatorum, eccleſiæ Rom. tituli S. Sabinæ preſbyter Cardinalis, ſcripſit in Geneſ. lib.* 1. *In Exodum lib.* 1. *In Leuiticum lib.* 1. *In Numeros lib.* 1. *In Deuteronomium lib.* 1. *In Ioſue lib. In Iudicum lib.* 1. *In librum Ruth lib.* 1. *In Regum lib.* 4. *In Paralipomen. lib.* 2. *In Eſdram et Nehemiam lib.* 3. *In Tobiam lib.* 1. *In Iudith lib.* 1. *In Heſter lib.* 1. *In librum Iob lib.* 1. *In Pſalterium lib.* 1. *In Prouerbia lib.* 1. *In Eccleſiaſt. lib.* 1. *In Cantica canticorum lib.* 1. *In librum ſapientiæ lib.* 1. *In Eccleſiaſticum lib.* 1. *In Eſaiam prophetam lib.* 1. *In Hieremiam lib.* 3. *In Ezechielem lib.* 1. *In Danielem lib.* 1. *In* 12. *prophetas minores lib.* 12. *In libros Machabæorum lib.* 2. *In euangelium Matthæi lib.* 1. *In euangelium Lucæ lib.* 1. *In euangelium Ioannis lib.* 1. *In epiſtolas apoſtoli Pauli lib.* 14. *In Actus apoſtolorum lib.* 1. *In epiſtolas canonicas lib.* 7. *In Apocalypſin Ioannis lib.* 1. *ſummam de caſibus lib.* 1. *Huius Hugonis expoſitionē in Pſalmos egregiam, videmus Alexandro de Ales Venetijs impreſſam per ſuppoſitam, vniuerſis ſcriptis libris per Germaniam & Galliam renitentibus. Floruit autem Hugo anno Domi.* 1240. *Hugonis* 1. *Cardinalis ordinis prædicatorum, Speculum ſacerdotum & eccleſiæ, Lugduni excudit Guilhelmus Rouilius* 1554. *Eiuſdem Compendium theologicæ veritatis, habens ſeptem libros partiales, manuſcriptum apud Mart. Dreſſerum extat. Hic eſt primus poſtillator bibliorum, copioſius ſcribens ſuper omnes libros ſententiarum, de cuius tractatibus & poſtillis poſtea multi multa hauſerunt.*

* Hugo *Blotius vir doctiſſimus, Bibliothecæ Imperatoriæ duorum Impp. Maximiliani* II. *& Rodolphi* II. *præfectus digniſſimus: habuit & ſcripſit orationem diſertam & oratoriam in duorum iuuenum Adriani Friſij Tigurini & Laurentij Eiſleri patricij Viennenſis virtute & doctrina præſtantium, homicidas. Imperatoriæ Bibliothecæ inſtructiſſimæ, maiorem partem Indicis opera ſui amanuenſis Adriani Friſij ad nos miſit: vnde hanc Epitomen locupletauimus: ab eiuſdem humanitate reliqua quæ deſiderantur, expectamus. Præterea opus præclarū de commodiſſimo bibliothecæ Imperatoriæ vſu, ab eodem Adriano Friſio inchoatum adornat: præſtitit item alia in re literaria, mihi nunc ignota. Floret Viennæ Auſtriæ.*



Digitized by Google

Hugo *Sotonagina, Archidiaconus Eboracenſis Eccleſiæ, ſcripſit de vera amicitia lib.1. Diſtinctiones metrorum lib.1. Balem.*

Hugo *Snethus, monachus Dominicanus, ſcripſit de Arte prædicãdi lib.1. Sermones etiam plures lib.1.*

Hugo *Vercellen, citatur in ſumma Angelica, inter ſcriptores in iure canonico, vel ciuili: & ibidem neſcio quis Hugo nominatur, qui multas gloſſas ſcripſerit in Decretum.*

Hugo *de Verneco, Gallus Narbonenſis, Amiliani cœnobij Carmelita, magiſter Pariſienſis, ſcripſit opus ſententiarum lib.4. Determinationes quoque lib.1. Obijt Pariſijs, anno Domini 1340. Ioannes Triſſa.*

Hugo *presbyter & monachus S. Victoris Pariſienſis, ordinis canonicorum regularium Auguſtini, & abbas, natione Saxo, ſcripſit ſummam ſententiarum ſuarum lib.1. De anima Chriſti lib.1. De ſacramentis lib.12. Didaſcalion lib.6. De arra animæ lib.1. De modo orandi lib.1. de laude charitatis lib.1. De inſtitutione nouitiorum lib.1. In regulam S. Auguſtini lib.1. De myſtica arca Noe lib.5. In Eccleſiaſten hom.16. lib.1. In Cantica canticorum lib.1. In Threnos Hieremiæ lib.1. In Hierarchias Dionyſij lib.14. De laude patrum lib.1. De perpetua virginitate S. Mariæ lib.1. Super Magnificat lib.1. ſuper Tota pulchra es lib.1. De amore ſponſi & ſponſæ lib.1. De medicina animæ lib.1. De meditatione lib.1. De incarnatione verbi lib.1. De ſapientia Chriſti lib.1. De vanitate mundi lib.1. De ſubſtantia dilectionis lib.1. De ſeptem donis Spiritus ſancti lib.1. De diſciplina lib.1. In quinq; libros Moſis lib.1. De myſterijs eccleſiæ lib.1. De ſpiritu & anima lib.1. De oratione Dominica. lib.2. De confeſſione lib.1. In Ezechielem prophetam lib.1. Epitoma philoſophiæ lib.1. In quoſdam Pſalm. lib.1. De nuptijs & concupiſcentia lib.1. De natura Dei ſimplici lib.1. De triplici voluntate in Chriſto lib.1. De poteſtate & voluntate Dei lib.1. De ſacra ſcriptura lib.2. De natura animalium lib.1. De contemplatione lib. epiſtolarum ad diuerſos lib.1. ſermones etiam compoſuit plures, & alios diuerſos varioſq; tractatus. Omnia eius opera in Italia impreſſa ſunt, ſeorſim autem lib.1. De Trinitate, Idiota, de ſtatu religioſorum, de clauſtro animæ, & allegoriæ in vtrunq; Teſtam. De inſtitutione verò nouitiorum li. de operibus trium dierum, Soliloquium de arra animæ, de laude charitatis, de modo orandi, expoſitiones orationis dominicæ, de quinq; ſeptenis, de donis ſancti Spiritus, ſimul excuſi ſunt Pariſijs apud Henricum Stephanum, anno 1506. didaſcalion verò impreſſum cum vocabulario Vueneeslai Branck, anno 1483. Tritemius hunc Hugonem, Dionyſium etiam Areopagitam expoſuiſſe memorat. Clarnit anno 1130.*

* Hugo *Vinearum ſodalis, hiſtoriam ſcripſit vniuerſalem ab orbe condito vſq; ad annum Domini 1360.*

Hugo *Vurley Anglus, Nordouicenſis cœnobij Carmelita, ſcripſit figuras hiſtoriarum, Commentarios in Matthæum, collationes* XVIII. *determinationes* XCVI. *Quæſtiones ordinarias, placita Theologica, Lectiones ſcripturarum, ſermones varios. Vixit anno 1344.*

Hugo *Vuhyte Anglus, profeßione Benedictinus monachus, ſcripſit hiſtoriam Petroburgenſem luculentißimam.*

Hugolinus *patriarcha Conſtantinopolitanus, ordinis fratrum eremitarum ſancti Auguſtini, ſcripſit ſuper ſententias lib.4. quodlibetorum lib.1. de differentia idiomatum lib.1. ſermones de tempore, Sermones de ſanctis, librum 1. Vixit anno Domini 1250.*

Hugolinus *de la Fontana, gloſſator iuris ciuilis. Ioan. Fichardus Hugolinum quendam in vitis iureconſultorum commemorat cum Bulgaro, & alijs, quorum nulla omnino (inquit) monumenta extant.*

Hugolini *de monte Catino Phyſici, librum de balneorum Italiæ proprietatibus & virtutibus, Iſti impreſſerant Venetijs, anno D. 1553. cum diuerſorum authorum ſcriptis de balneis.*

Hugolinus *quidam comœdias aliquas ſcripſit, ex quibus Albertus de Eyb in Margarita ſua aliquot ſententias affert.*

Hugotionem, *qui de animalibus aliquid ſcripſerit, nominat Steuchus cap.11. ſuper Leuiticum annotationum, vnà cum* Alberto *Magno.*

Huldricus *vel Hudalricus, epiſcopus Auguſtanus. ſcripſit aduerſus Nicolaum Papam primum quod ſacrificulis coniuges interdixerit lib.1. Vueſſemerus.*

Huldrici *Baronis, à Leukirco, certa experimenta contra quoſuis hoſtes, præcipue vero Chriſtiani nominis & fidei aduerſarios, ex ſcripturis ad conſolationem piorum, & peccatorum emendationem collecta. Monachij 1569. in quarto, Germanice.*

Huldrici *Campelli de Rætia antiqua & alpina libri duo: quorum priore regio ipſa & oppidorum, arcium, pagorum, montium, fluminum, &c. loca & ſitus, veteres familiæ, reſpublicæ & gentis mores: poſteriore vero res geſtæ memoratu digne deſcribuntur. Breui in lucem edendi.*

* Huldrici *Cini Campani commentaria, ad L. Eius. ff. de rebus creditis. conſultatio habita per eundem pro defenſione filiæ Senatoris nuptæ Doctori. Eiuſdem ad 1. contractus ff. de regulis iuris, Lutetiæ Pariſiorum. 1580.*

* Huldrici *fabri Rhæti protrepticon carmen, de reſurrectione domini. Eiuſdem Panegyris ad generoſum Barronem à Bolheim, in quarto ſcripta, Viennæ Auſtriæ 1526.*

Huldrici *Fabricij Iuriſconſulti, Proceſſus iudiciarius, cum præfatione Iuſtini Gobleri, in qua et de eiuſdem Fabricij vita & moribus nonnulla.*

* *Vlrichi Hurgant manuale curatorum in quarto Argentinæ 1520.*

Huldrichus *Huttenus, eques Francus, Germanus, multa audacter & libere in Pontificios Romanenſes dixit & ſcripſit; multa etiam in principes & magiſtratus ciuitatum. Eius opera poetica ex diuerſis*

Digitized by Google

Miſſæ libelli apologia. Aduerſus Hieronymũ Emſerum canonis Miſſæ aſſertorem, Antibolon. Ad Fridolinum Lindouerum Bremgartenſem concionatorem, ſuper publica de gratia per Chriſtum hallucinatione Expoſtulatio. Chriſtiana & orthodoxa prudentiſs. Tigurinorum Coſ. totiusq; Senatus reſponſio, ad Conſtantienſem epiſcopum, de Idolis & Miſſa. Ad Valentinum Comparem archigrammateum Vranienſem reſponſio, de Euangelio, Doctoribus, vel patrum authoritate, de Imaginibus, & Purgatorio. Iſagoge in Euangelicam doctrinam, à prudentiſsimo Tigurinorum Senatu cunctis eccleſiarum tam in vrbe, quàm in agro miniſtris exhibita, vt ea inſtructi Euangelium pure prædicent. Quo pacto ingenui adoleſcentes formandi ſint, præceptiones. Paſtor, quo docetur quibus notis veri paſtores à falſis diſcerni poſſunt, & quid de vtriuſque ſit ſtatuendum. De duplici iuſtitia, diuina & humana, liber vnus. De delectu & libero ciborum eſu, de offendiculo item & ſcandalo liber: de caſta, intemerata ſemperq; virgine Maria, ſermo. Anamnema de prouidentia Dei, ad illuſtrimum Cattorum principem. Tomus ſecundus continet τὰ πολεμικὰ, id eſt, pugnas quæ ipſi cum aduerſarijs ſuis interceſſerunt, vt eſt, in Catabaptiſtarum ſtrophas elenchus. Eccleſiaſtes, id eſt, de ratione & officio concionandi liber, contra Catabaptiſtarum ſeditioſas conciones conſcriptus. De baptiſmo & eius prima inſtitutione, anabaptiſmo, & pædobaptiſmo, id eſt, paruulorum & infantium baptiſmo liber, diuiſus in tres tractatus. Ad Balthazaris Huebmeier Pacimontani libellum de baptiſmo editum reſponſio. Ad Petrum Gynoræum epiſtola, in qua de Fabro, Eccio, & Balthazare Catabaptiſta quædam comperies. De peccato originali declaratio, ad Vrbanum Rhegium. De tumultuum & ſeditionum authoribus, & quinam ſeditioſi meritò dicendi ſint, qua deniq; via ad Chriſtianam pacem cõmode perueniri poſsit. Ad Matthæum Albertum Rutlingenſium Eccleſiaſten, de cœna Dominica. De vera & falſa religione Commentarius, ad Franciſcum Galliarum regem. Subſidium ſiue Coronis de Euchariſtia. Ad Io. Bugenhagij Pomerani epiſtolam, cõtra nouum errorem, vt ille ſcripſerat, reſponſio: qua Euchariſtiæ negotium & Chriſti verba, Hoc eſt corpus meum declarantur. Ad Theobaldi Billicani epiſtolam reſponſio, eiuſdem argumenti. Ad Vrbanũ Rhegium epiſtola, ſuper eadem re. De cœna Domini plana breuisq; inſtitutio, in ſimplicium quorundam vſum conſcripta, ne argutis aliorum fallacijs decipiantur. Epiſtola ad celeberrimã quãdam Germaniæ ciuitatem, quæ tam ipſius quàm Oecolampadij ſcriptis aditum ad ſe præcluſerat. Ad libellum doctoris Io. Struthionis de cœna Domini contra ſe ſcriptũ reſponſio. Reſponſio breuis ad epiſtolam ſatis longam amici cuiuſdam haud vulgaris, in qua de Euchariſtia quæſtio tractatur. Amica Exegeſis, id eſt, expoſitio Euchariſtiæ negotij ad M. Lutherum. Ad M. Lutheri ſermonem in Witenbergenſi eccleſia pro ſubſtantialis corporis & ſanguinis Chriſti in ſacramento aſſertione, contra Suuermeros aut fanaticos publice habitum, pia & amica apologia ſeu reſponſio. Orthodoxa reſponſio, qua Chriſti verba, Hoc eſt corpus meum quod pro vobis traditur, veterem ac vnicum ſenſum perpetuò retinere: & Mar. Lutherum vltimo ſuo ſcripto de Sacramento, nec ſuũ nec pontificis ſenſum docuiſſe, aut confirmaſſe, docetur. Ad Mar. Lutheri librum, quem is Confeſsionem dixit, reſponſio. Ad Confeſsionem Mar. Lutheri reſponſio. Sermo primus Bernæ habitus, fidei ſuæ confeſsionem, & eiuſdem expoſitionem continens: tractat autem expoſitionem totius ſymboli Apoſtolici, & multa obiter de corporis Dominici natura, deque Euchariſtia diſſerit. Sermo vltimus, quem apud Bernenſes de conſtantia habuit. Ratio fidei ad Carolum quintum Romanorum Imperatorem. Epiſtola ad Illuſtriſsimos Germaniæ Principes Auguſtæ congregatos, de Eccij conuitijs. Chriſtianæ fidei breuis & clara expoſitio ad Franciſcum Galliarum Regem ſcripta, paulò ante mortem eius. Ad Ioannis Eccij Heluetiorum Legatis Badenæ agentibus tranſmiſſam epiſtolam, Chriſtiana reſponſio, qua Zuinglio intentatæ calumniæ diluuntur. Ad eiuſdem epiſtolam & nouem pagorum Heluetiæ conſilium Frowenfeldæ initum, breuis & extemporanea reſponſio, Tigurino Senatui exhibita S. P. Q. Tigurini ad Ioannem Eccium epiſtola ſaluum conductum ipſi promittens, adiuncto ſimul Huldrici Zuinglij epiſtolio. Ad duodecim Heluetiorum pagos, omneſque fœderis eiuſdem ſocios, de Badenſi Diſputatione epiſtola. Ad Ioannis Eccij propoſitiones ſeptem, reſponſio prima. Ad Ioannis Eccij falſas & impias reſponſiones, in Badenſi diſputatione proditas, reſponſio ſecunda. Ad Ioannis Fabri μὴ ἀποσταλεῖσαν ἐπιστολήν, id eſt, nunquam tranſmiſſam epiſtolam, Reſponſio. Altera ad Ioannem Fabrum epiſtola, qua ad Fabri ſcriptum, quo Zuinglij ad duodecim Heluetiorum pagos, epiſtolam inſectatus eſt, reſpondetur. Tertia ad Ioannem Fabrum reſponſio, libellum ipſius mendaciorum pleniſsimum, quem Nouitates dixit, confutans. Ad vniuerſos Chriſti fideles epiſtola, vt impium Fabri conatum, quo non nuper modò conſcriptis libris, verum etiam noui Teſtamenti codicibus incendium molitur, caueant. Quo pacto mendaciorum doli, quibus hoc ſeculum noſtrum ſcatet, caueri poſsint, breuis, ſed exacta inſtitutio. Acta diſputationis primæ, quæ R. D. Conſtantienſis epiſcopi Legatis cum Huldrico Zuinglio, & inter alios complures Tigurinæ ditionis miniſtros extitit, anno Domini 1523. menſe Ianuario. Acta diſputationis ſecundæ, quæ coram vniuerſo Tigurinorum Senatu & verbi miniſtris circiter quingentis tranſacta eſt, anno eodem, menſe Octobri. Tomus tertius, ea quæ in Geneſim, Exodum, Eſaiam, Ieremiam Prophetas, partim ex ore illius excepta, partim ab illo conſcripta ſunt, vnà cum Pſalterio Latinitate donato, continet. De farragine Annotationum in Geneſim & Exodum, ſupra diximus in Gaſparo Megandro. Pſalterium ab Huldrico Zuinglio ex Hebraica veritate ſermone Latino donatum. Complanationis Iſaiæ prophetæ fœtura prima, cum Apolo-

tribuitur. Inter orationes Demoſthenis,quæ de conuentis cum Alexandro inſcribitur, Libanio videtur Hyperidem authorem ſapere. Athenæus eius orationes tres allegat,Deliacam,Contra Demadẽ, Contra Demoſthenem, & apud Ioan. Stobæum etiam aliquot eius verba & fragmenta referuntur. Eiuſdem ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Demoſthenis.Hyperidis fragmenta quædam orationũ extant apud Paulum Bornemiza epiſcopum in Hungaria.

Hyperochi cuiuſdam poetæ, Κυμαϊκά, id eſt, hiſtoria Cumana,citatur ab Athenæo lib.12.

Hypſæi cuiuſdam ſcripta ſemel & iterum Athenæus citat in ſuis Collectaneis.

Hypſicrates citatur à Varrone libro quarto de lingua Latina.

Hypſiclis anaphorica Græcè extant Romæ in Vaticana biblioth.& S.Fioræ.Eadem Latine excuſa ſunt cum elementis Euclidis Latinis editione Campani. * Hypſiclis expoſitiones in 11.libros Euclidis per Barthol.Zamb.verſi, in folio.

# I.

IAbes author Arabs, vt videtur,in Tacuinis Elluchaſem medici citatur.

Iacobatij Cardinalis liber de concilio excuſus eſt alicubi in Italia.

Iacchus citatur apud Plinium, qui in lib. 37. quædam ex eo tranſtulit.

* Magiſtri Iacobellij,de diſpenſatione ſacramentorum libellus,cum alijs opuſculis in 4. ſcriptus, in charta,bibl.Imper.Viennæ. Eiuſdem liber de communione in 4.manuſcrip.ibidem.

Iacobinus à S.Georgio iuriſperitus, ſcripſit ſuper 1.& 2. ff. veteris in primum & ſecundum Codicis.ſuper feudis, De legatis officialibus,caſtris,caſtellanis,et confœderatis,de inueſtitura & eius clauſulis. Eiuſdẽ comment.ſuper C.& ff.impreſſa ſunt Lugduni,anno Domini 1521.Super feudis impreſſ. in octauo.

Iacobini Malafoſſij Enarratio ſuper primum ſententiarum D.Ioannis Scoti,in qua 150. contradictiones Scoti diſſoluuntur.Patauij 1560.fol.

Iacobus apoſtolus, qui appellatur frater Domini,cognomento Iuſtus,poſt paſſionem Domini ab apoſtolis Hieroſolymorum epiſcopus ordinatus, vnam tantum ſcripſit epiſtolam, quæ de ſeptem Catholicis eſt. Hieronymus Iacobi fratris Dom. Proteuangelion,hiſtoriam de natiuitate ſeu incunabulis Mariæ & Chriſti,Guilielmus Poſtellus ex Græca lingua in Latinam tranſtulit. Oporinus excudit cum ſcholijs Theodori Bibliandri.

Iacobus I.C.Vide in Treboniano.

Rabbi Iacob ſcripſit libros quatuor Thurim, quorum primus inſcribitur Sebah, ſecundus Daa vel Dia, tertius Ebenhazer, & quartus Hoſchen banniſpat.

Iacobi monachi ſermones quidam Græci in Italiæ bibliothecis ſeruantur, nempe in conceptionẽ diuæ Mariæ,de 12.tribubus Iſrael. Iterum in conceptionem & generationem, in ſancta ſanctorum, Εἰς τὴν ἔξοδον τοῦ ναοῦ, καὶ εἰς τὰ ἑξῆς. Εἰς τὸν χαιρετισμόν, &c.

Iacobi Acontij Tridentini, De methodo, hoc eſt,de recta inueſtigandarum tradendarumq́ſcientiarum ratione liber. Baſileæ apud P. Pernam 1558. in octauo. * Et denuo multò quàm ante hac caſtigatior. Geneuæ in 8.anno 1582. Eiuſdem Satanæ ſtratagematum lib.8. Quibus acceſſit eruditiſſima epiſtola de ratione edendorum librorum ad Ioannem Wolfium.Ibidem 1565.Item Ars muniendorum oppidorum Italice primo deſcripta & poſtea in Latinam linguam tranſlata: Præterea libri de Dialectica,cœpti quidem ſcribi ſed vt arbitror non abſoluti.Obijt in Anglia,ni fallor,an.1566.

Iacobus Actiolus inter noſtri temporis poetas à Gyraldo laudatur.

Iacobi Ægidij, additiones in Bartolum de teſtium reprobatione.

* Iacobi Ænetij expoſitio Pſalmi 14. 8. Lipſiæ.

Iacobus de Aiallo Neapolitanus quædam in iure ſcripſit,de iure adh.& ſubſidij.

Iacobellus,quære Iacobus Miſnenſis.

Iacobus de Al.I.C.præceptor Hoſtienſis,citatur à Ioan.Andreæ.

Iacobi Alaxini medicæ aliquot diſceptationes,excuſæ Pariſijs apud Wechelum.

Iacobus de Albegana I.C.cuius meminit Abbas,in c.quæris extra de ætate,&c.

Iacobi Alegreti Forlimienſis bucolicum carmen non indoctum extat.Blondus.

Iacobi Alkindi philoſophi liber de gradibus medicaminum compoſitorum, impreſſus Argentorati, 1531. cum Tacuinis ſanitatis Elluchaſem,&c. Alkindi etiam de radijs ſtellicis opus in magia extat. De naturæ ſecretis lib.1.

Iacobi Allindi Senonenſis expoſitio in deciſiones quæſtionum M. Guilielmi Occami ſuper poteſtate ſummi pontificis.Pariſijs Claudius Cheualonius 1536.

Iacobus Almain monachus de poteſtate Papæ contra Caietanum, 1514.Coloniæ.

Iacobus de Altauilla, Germanus, patria Rinougenſis,ſcripſit ſuper Sententias lib.4. Quæſtiones quoque varias lib.1.Claruit anno 1360.

Iacobus Aluarotus Patauinus, ſcripſit commentaria ſuper Feudis, quæ impreſſa ſunt Francofurti 1570. in folio: à multis ac varijs mendis repurgata. Eius ſcripta ſine prænomine citãtur in ff.Vet. de pactis. l. reſcriptum. parag. ſi quis. Item conſilia eiuſdem. Claruit anno 1453.

Iacobus Andreæ D. Præpoſitus & cancellarius Academiæ Tubingenſis,multa Latina & Germanica lingua conſcripſit, è quibus, hæc mihi nota ſunt. Diſputationes in Academia Tubingenſi propoſitæ diuerſis temporibus, De Trinitate, de iuſtificatione, de conſilijs, de ſacramentis, de euangelio, de perſona Chriſti, de vnione perſonali in Chriſto, & idiomatum communicatione, veraq́ præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in cœna. De duabus naturis in Chriſto, & earundem idiomatum communicatione. De viribus humanis, ſeu de libero arbitrio.

Digitized by Google

per ff. veteri lib.12. ſuper ff. infortiati lib.14. de excuſationibus lib.1. Diſputationes varias lib.1. De dilationibus in l.1.ff. Si quis cautio. De exceptionibus. De expendio. De poſitionibus. De poſitionibus & interrogationibus. Eius commentarij ſuper 1. & 2. ff. Veteris, non impreſſi, habentur Brixiæ in domo Gabiani. Claruit autem anno 1300.

Iacobi *Achonenſis epiſcopi hiſtoriam orientalem, citat auctor libri qui inſcribitur Hortus ſanitatis. Citatur etiam alibi liber de vita Mariæ Ongienſis.*

Iacobi *Artiſiani Latinæ Grammaticæ prima rudimenta, impreſſa Lutetiæ à Richardo Britanno, anno Domini 1551.*

Iacobus *Aſaa, de primogenitura.*

* Iacobi *Auberti Vindonis de Metallorum ortu & cauſis contra chimiſtas breuis, & dilucida explicatio. 8. Lugduni apud Ioannem Berion. Eiuſdem duæ Apologeticæ reſponſiones ad Ioſephum Quercetanum. In priore de Paracelſicorum Ladano & calcinatis cancrorum oculis, diſſeritur: In poſteriore chemiam eſſe vanam oſtendit. 8. Lugduni. Itemque progymnaſmata in Ioan. Fernelij Med. librũ de abditis rerum naturalium & medicamentorum cauſis: quibus adduntur quorundam grauiſſimorum morborum curationes. 8. Baſileæ.*

* Iacobus *Augubaris Decanus ſcripſit de indulgentijs contra Weſſelum.*

Iacobus *Aurelianenſis I. C. ſcripſit in libros Feudorum, de quo Alnorotus in prœmio.*

Iacobus *Baldeuini, ſcripſit ſuper Codice lib. 12. ſuper ff. veteri lib. 24. ſuper ff. nouo lib. 12. ſuper ff. infortiati lib. 14. teſte Tritemio. Verum Fichardus in Iureconſultorum vitis, nullum eum poſt ſe ſcriptum reliquiſſe, ſed per Odofredi diſcipuli ſui ſcripta potiſsimum in memoria remanſiſſe refert. Claruit anno 1240.*

Iacobi *Baſilij Marcheti, Deſpotæ Sami, breuis & vera narratio de Morini quod Terouanam vocant, atq; Hedini expugnatione, deque prælio apud Rentiacum, & omnibus ad hunc vſque diem vario euentu inter Cæſarianos & Gallos geſtis. Antuerpiæ Ioannes Bellerus 1555.*

Iacobi *Bauni ars ſcribendi.*

Iacobus *de Bayſio I. C. frater Guidonis Archidiaconi.*

Iacobi *Bedroti Pludentini, natione Germani, viri Græcæ & Latinæ linguæ doctiſsimi, qui magna laude vtriuſque linguæ opt. quoſque autores Argentinæ ante annos 12. profeſſus, immatura morte præreptus eſt, præfatio extat in hiſtoriam Flori, & in Athenæi Sympoſiaca, quæ cum Chriſtiano Herlino caſtigauit. Idem in Latinam linguam tranſtulit libellum de imaginibus à miniſtris Argentinenſis eccleſiæ conſcriptum. Liber excuſus eſt Argentinæ in 4. Claruit anno 1534.*

Iacobus *de Beluiſio, ſcripſit in authenticis lib. 1. de vſu feudorum lib. 1. additiones in nouellis lib. 1. & diſputationes varias, & alia multa. ſepties libros Feudorũ publice prælegit, & in alios demum Commentarios conſcripſit: præterea practicam iudiciariam in Criminalibus, & librum quæſtionum edidit. Inuenio præterea huius authoris allegari ſcripta, De excommunicatione, Practicam iuris, in 6. Decret. de foro compet. c. Romana parag. contrahentes. Floruit anno 1270. * Eius aurea practica criminalis ex recognitione Arnoldi Baert. 8. Coloniæ apud Maternum Cholinum.*

Iacobus *Berengarius Carpenſis, ſcripſit tractatum de fractura Cranei, excuſum Venetijs anno domini 1535.*

Iacobus *Bergomas. Vide Iacobus Philippus Berg.*

* Iacobi *Berertæ Patritij Papienſis, Pontificij, Cæſareiq; Iuris conſultiſsimi conſiliorum, ſiue reſponſorum liber primus. In folio Venetijs, 1582.*

Iacobi *Beſſoni Galli, Delphinatis mathematici ingenioſiſsimi, de abſoluta ratione extrahendi olea & aquas è medicamentis ſimplicibus: liber editus. Vide eiuſdem Geometrica, & Mechanica quædam manuſcripta. * Eiuſdem theatrum inſtrumentorum & machinarum, cum Franciſci Beroaldi figurarum declaratione demonſtratiua. Lugduni Bartholomæus Vincentius, anno 1578. In folio regali excudit.*

Iacobi *Beurlini oratio de incarnatione filij Dei, Tubingæ habita, & ibidem cum alijs orationibus impreſſa, 1557.*

Iacobus *Biffrons municeps Samadeni in valle Engadina, anno Domini 1552. catechiſmum religionis Chriſtianæ è Germanico ſermone tranſtulit in vernaculum Rhetorum, quem Romanum appellant Rheti Heluetijs confœderati, Italico affinem, ſed valde corruptum, quo ante ipſum ſcribere nemo ſolebat. Libellus eodem anno impreſſus eſt Puſclauij apud Rhetos. Scripſit epiſtolam de operibus lactarijs.*

Iacobus *Billius S. Michaelis in Eremo abbas, omnia opera Gregorij Nazianzeni Latina fecit, & his ſcholia adiecit, Pariſijs apud Claudium Fremys, & Coloniæ apud Ioannem Birckmanũ 1570. in folio. * Eiuſdem Anthologia ſacra ex probatiſsimis vtriuſq; linguæ patribus collecta, atq; obſtichis verſibus comprehenſa. Pariſ. Nicolaus Chreſnen, 1575. Collegit etiam locutionum Græcarum in communes locos per alphabeti ordinem digeſtarum volumen. 8. Pariſijs apud Nicolaum Chreſnen.*

Iacobi *Blanchoni Veceſsienſis aduerſus Ludouicum Beneuentanum abbatem Seleſtenſem defenſionum liber, in quo varij generis quæſtiones cognitu non indignæ explicantur. Excuſ. Lugduni apud Ioannem Tornæſium, 1550. Eiuſdem de ſummo hominis bono libri 2. ibidem excuſi ſunt in 4. Extemporanei luſus, ſiue Epigrammata. Toloſæ 1542. Idẽ vertit in Latinam linguam Naphſi Philelogi* μεγγίλματα, *& in ea ſcripſit commentarios. Lugduni excudit Tornæſius, anno 1553.*

* Iacobus *Boſſæus, Indicem continuauit materiarum, ac I. V. deciſionum, quæ in ſingulis 7. partiturum gloſsis continentur. Salmanticæ excudebat Andreas de Portonarijs, 1565.*

Iacobus *Boiour, ſcripſit ſchematiſmos axiomatum*

Digitized by Google

uicornus Coloniæ 1553. Extant etiam eius Scholia in Dionyſij deſcriptionem orbis, & in Arati aſtronomicon, cum eiſdem authoribus, impreſſa Baſileæ apud Thomam Wolfium, 1534. & Bebelium 1523. Eiuſdem compendium Hebraicæ grammaticæ manuſcriptum extat Tiguri.

Iacobus Ceratinus Lexicon Græcum auxit, excuſum Baſileæ apud Frobenium, 1524. Scripſit de literarum ſono.

Iacobi de Ceſſolis, ordinis Prædicatorum, ludus Schacorum, ſeu regimen morum ac humani generis.

* Iac. Cheyneri ab Arnage Analyſis in 14. libros Ariſt. de prima ſeu diuina philoſophia. 8. Duaci.

* Iacobi Chriſtmanni Ioanniſbergenſis Alphabetum Arabicum, cum Iſagoge ſcribendi, legendiq; Arabice. In 4. Neapoli Nemetum, anno Domini 1582.

Iacobus Ciſtertienſis cognomine ac natione Anglicus, monachus, ſcripſit in Cantica canticorum lib. 1. Lecturas ſcholaſticas lib. 1. Conciones Euangeliorum lib. 1. Claruit anno Domini 1270. Baleus.

Iacobus de Cluſa ordinis Carthuſiani, theologiæ profeſſor, ſcripſit tractatum de apparitionibus animarum poſt exitum à corporibus, & de earundem receptaculis. Impreſſum in oppido Burgdorf, in folio anno 1475.

* Iacobi Cneſpelij Flaconienſis prognoſticon aſtrologicum anni 1583. Germanicè. In 4. Lipſiæ.

R. Iacob Cohe, & R. Iſhac Commentarius inſcriptus Explanatio nominis ſancti.

Iacobus Columbi de Regio, doctor iuris, laudatur ab Aluaroto in proœmio feudorum.

Iacobus Concenatius, I.C. Bartoli commentaria in duodecim Codicis libros à capite vſq; ad calcem ab innumeris mendis expurgauit, & Locorum communium & obſcuriorum interpretationes in margine adiecit. Baſileæ in officina Frobeniana. Idem ſcripſit Quæſtionum iuris ſingularium libros 4. in quibus cauſarum forenſium apices, iudiciorum difficillimi nodi, ac ἀντινομιῶν diſſolutiones reſoluuntur. Lugduni Guilielmus Rouillius anno Domini 1556.

Iacobus Cornerus Apellem comœdiam de calumniatoribus & delatoribus à Mycillo ſcriptam Germanice reddidit. Francofurti 1569.

Iacobus Cornetanus Soldanellæ herbæ volumine dicato laudes eius hepaticis prædicauit.

Iacobus Cornicius phyſicus in Emda vrbe Friſiæ, ſcripſit dialogum prophylacticum aduerſus peſtiferæ luis contagia, excuſum Witebergæ anno Domini 1551. in 8. Item librum de morbi Gallici remedio per radicem Chynam. Item compendium rei medicæ forma dialogi.

Iacobus Crellius ſcripſit Græco carmine argumenta in omnes veteris ac noui teſtamenti libros.

Iacobus Cremonenſis, Archimedis lucubrationes mathematicas cum Eutocij Aſcalonitæ commentarijs Latinitate donauit, editas Baſileæ, vt ſuprà eſt dictum.

Iacobi à Cruce Bononienſis annotata in Ouidium, Vergilium, Perſium, Lucanum, Papinij ſyluas, Senecæ tragœdias, Horatium, Martialem, Silium Italicum, Ciceronis epiſtolas familiares, Rhetoricas Ciceronis, Salluſtij Catilinam & Iugurtham, Titũ Liuium, Valer. Maximum, Suetonium, Epiſtolas Plinij, Tuſculanas quæſtiones, Gellium & Donatum, eiuſdem Iacobi prælectio in Liuium & Siliũ Italicum, prælectio in Boetium Seuerinum, prælectio in Iuuenalem & Valerium Maximum: Aſcenſius Pariſijs cum quibuſdam alijs excudit olim.

Iacobus Cruquius bonarum literarum profeſſor publicus Brugis. Horatij Satyrarum lib. 2. ex antiquiſſimis 11. codicibus manuſcriptis cum antiquis commentarijs, infinitis locis expurgauit & clarius explicauit: præterea ſua in eoſdem libros commentaria addidit. Antuerpiæ excudit Plantinus, 1573. in 8. * Scripſit item enarrationem in M.T. Ciceronis orationem pro T. Annio Milone. 4. Antuerpiæ, apud Chriſtophorum Plantinum, anno Domini 1582.

Iacobus Cuiatius Iuriſconſultorum omnium poſterioris ætatis facile princeps, ſcripſit Notas in Titulos ſiue fragmenta Vlpiani, Iulij Pauli ſententias, & libros 4. inſtitutionum. Item Commentarios in Titulum de Vſucapionibus, de teſtamentis, de pactis, de reſtitutionibus. & alios pleroſq; qui Lugduni impreſſi ſunt apud Ioannem Tornæſium, anno Domini 1559. Scripſit & in libros tres poſteriores Codicis, de verborum obligationibus, de preſcriptionibus. Ioannes Torneſius excudit, anno Domini 1562. De excuſationibus tutorum. G. Rouillius Lugduni. De feudis, &c. Sennetonus Lugduni. In nouellas Iuſtiniani expoſitionem. Ad Africanum tractatus V. excudit idem. Quibus omnibus commentarijs inſerti ſunt libri 11. obſeruationum, quibus veterum auctorum loca plurima emendantur & explicantur. Ad Africanum reliqui tractatus: 6. 7. 8. & 9. Obſeruationum libri XII. XIII. & XIIII. Ibidem anno Domini 1573. in folio. Paratitla in libros L. digeſtorum, & libros XII. codicis. Lugduni apud Rouillium, & Coloniæ anno Domini 1570. à Gualthero Fabricio, à quo etiam eiuſdem expoſitio Nouellarum excuſa eſt. Vertit ex Græco libros LX. βασιλικῶν, & Codicem Theodoſianum veterum I.C. fragmenta ampliora & emendatiora edidit. Lugduni apud Rouillium. Scripſit & alia quædam, hodieque in reſtituenda & illuſtranda veteri Iuris prudentia totus eſt. * Eius in Iulij Pauli receptarum ſententiarũ ad filium lib. 5. Interpretationes. 8. Coloniæ apud Ioannem Gymnicum excuſæ. Eiuſdem commentarij ad varios digeſtorum I.C. Titulos Coloniæ. 8. apud Ioannem Gymnicum. Eiuſdem conſultationum liber ſingularis recens in lucem editus. Itemq; commentarij ad tres poſtremos libros codicis D. Chriſtiani, ex poſtrema auctoris recognitione. 8. Coloniæ apud Ioan. Gymnicum.

Iacobi Curionis dialogus, in quo primum de umbratico illo medicinæ genere agitur quod in ſcholis ad diſputandum non ad medendum comparatum

videri

Digitized by Google

nymi. Deinde Canones ſiue tabulæ argumentorum in omnes epiſtolas Pauli. Canones ad articulos fidei ex epiſtolis Pauli confirmandos. Canones contra hæreſes. Commentarij in epiſtolas catholicas. Iacobi 1. Petri 2. Ioannis 3. Iudæ 1. impreſſi Baſileæ apud Cratandrum, 1527. Quincuplex Pſalterium. Gallicum, Romanum, Hebraicum, Vetus, Conciliatum: excuſum Pariſijs apud Henricum Stephanum, anno 1513. Contemplationes idiotæ, impreſſæ Lugduni apud Paganum. Argumenta ſcripſit in epiſtolas vndecim Ignatij Antiocheni antiſtitis, & vnam beati Polycarpi: liber impreſſus Baſileæ 1520. apud Adamum Petri. Eiuſdem de tribus Magdalenis, & de vnica Magdalena liber impreſſus. Ioannis Damaſceni de orthodoxa fide libri 4. Ia. Fabro interprete, impreſſi ſunt Pariſijs apud Hen. Stephanũ, anno 1570.

* Iacobi *Feldij Auguſtiniani conciones in Euangelia & epiſtolas, quæ per totam quadrageſimam in eccleſijs proponi ſolent è tabulis collectæ, auctæ vero per Ægidium Topiarium Flandrum Lugduni Guiliel. Rouillius 1568.*

Iacobus *Ferdinandi Barienſis, ſcripſit libellũ de remigine à peſte præſeruatiuo, impreſſum Craconiæ, anno D. 1543.*

Iacobi *fratris præpoſiti Auguſtiniani, Hiſtoria vtriuſq; captiuitatis impreſſa.*

Iacobi *Feuchtij Defenſio articulorum Bauaricorum aduerſus Lucam Oſiandrum. Ingolſtadij 1572. Germanice. Item Monachij 1573. * Scripſit item Refutationem 20 cauſarum ob quas quidam hodie nolunt eſſe catholici. Germanice: & alia in 8. Coloniæ anno 1583.*

* Iacobi *Florij modulorum aliquot tam ſacrorũ quam prophanorũ cum tribus vocibus liber vnus. 4. Louanij 1574.*

Iacobi *Follizij, Edinburgenſis calamitoſæ peſtis elega deploratio, & alia plura poematia, impreſſa Pariſijs apud Gormuntium.*

Iacobi *Fontani iudicis appellationum populi Rhodienſis, de expugnatione Rhodi epiſtola ad Adrianum* VI. *Pont. max. impreſſ. Baſileæ 1538. cum Iacobi Sadoleti oratione de bello Turcis inferendo, & alijs quibuſdam, apud Thomam Platterum. Belli Rhodij hiſtoria tribus libris conſcripta, impreſſa Lutetiæ apud Kuechelum. Eiuſdem ſcholia in Iuſtiniani Codicem, et in Conſtitutiones Bonifacij & Clementis. Vita Ioannis 22. ex varijs authoribus collecta: Lutetiæ edita ſunt.*

Iacobus *Forliuienſis, philoſophus & medicus, ſcripſit de extenſione graduum forma. libr. 1. in primum canonem Auicennæ libr. 1. in Aphoriſ. Hippocratis libr. 1. in tegni quoque libr. 1. & quædam alia. Eius Commentarij ſuper aphoriſmos Hippocratis, in primi Canonis Auicennæ Fen duas, in librum Thechnæ Galeni: impreſſi ſunt Venetijs 1490. Commentarij in tres libros Artis paruæ Galeni, cum quæſtionibus in eoſdem numero 91. Papiæ olim ſeorſim impreſſi ſunt. Expoſitio ſuper primo Canonis Auicennæ, cum quæſtionibus 60. impreſſa Papiæ. Eiuſdem expoſitio in Auicennæ aureum capitulum de generatione embryi, cum quæſtionibus ſuper idem, excuſa eſt Venetijs apud heredes Octauiani Scoti, anno Domini 1518. in folio cum Dino, in idem, & in librum Hippocratis de natura fœtus. Claruit anno 1430.*

Iacobus *Foſcarenus, patricius Venetus, tranſtulit Pſelli introductionem in ſex philoſophiæ modos. Eiuſdem compendium quinque vocum & decem prædicamentorum. Item Blemmidæ commentariolum de quinque vocibus cur non plures neque pauciores his: Et Georgij Pachimerij de 6. philoſophiæ definitionibus & de 5. vocibus & 10. prædicamentis, è Græco tranſtulit. Liber impreſſus Venetijs Græce & Latine apud fratres de Sabio, anno Dom. 1532. octern. 8. Et Latine ſolum Baſileæ apud Oporinum.*

Iacobi *Frachæi Sallignienſis Borbonij, Comædia noſtri temporis imaginem ad viuum exprimens, eleganti carmine deſcripta, impreſſa Lugduni à Gryphio anno D. 1550.*

Iacobi *Fraidang. Biblia laicorum, in quib. præcipuæ hiſtoriæ vtriuſq; teſtamenti breuiter deſcribuntur & explicantur rythmis Germanicis. Addita eſt adnotatio Septenarij numeri ex biblicis libris & hiſtorijs fide dignis. Francofurti 1569.*

Iacobi *Fregij exempla logiſticarum ſupputationum. Norimbergæ 1569. Germ.*

Iacobi *Gandenſis Dominicani paſſio Ieſu Chriſti magiſtralis, impreſſa eſt.*

Iacobus *Gaſſotus ſcripſit de via (ex Gallia) Conſtantinopolim, vt Petrus Bellonius citat.*

Iacobi *Gengeri conſilium de peſtis regimine, præſeruatione & cura, Philippus Vlhardus excudit Auguſtæ 1535. Sunt autem capita 27. Claruit anno 1534.*

Iacobus *epiſcopus Genuenſis, vel Ianuenſis, ordinis fratrum Prædicatorum, ſcripſit volumen magnum de vita & geſtis multorum ſanctorum, quod vocauit Legendam auream, ſiue ſpeculum ſanctorum. vulgo dicitur Legenda ſeu hiſtoria Lombardica. item Mariale de ſancta Maria libr. 1. chronicam Genuenſium lib. 1. de opuſculis S. Auguſtini libr. 1. ſermones de tempore libr. 1. ſermones de ſanctis libr. 1. ſermones quadrageſimales libr. 1. ſermones de ſancta Maria lib. 1. De vitis ſanctorum lectionarius impreſſus Vlmæ per Ioannem Zeiner. Vixit anno 1290.*

Iacobus *de S. Georgio, ſcripſit ſuper Pandectas & Codicem. Vide Iacobinus de S. Georgio.*

Iacobus *Gentilis, de ordine iudiciorum.*

Iacobi *Geuſchelij Vitodurani Troporum & ſchematum ſacræ ſcripturæ lib. 7. Baſileæ Henricus Petri.*

Iacobus *Girardus Treuorchianus, Titulos totius Cæſarei iuris & pontificij per tabulas iuxta literarum ordinem ſeiunctim digeſſit: lectionumq; varietatibus, & ſcholijs illuſtrauit: è regione poſitis librorum indicibus ac numeris, cum eorundem tum ipſorum quoq; titulorum: inſcripſit autem librum Anchoram titulorum vtriuſq; iuris.*

Iacobus *Gislenus Thalaſſius, breuiſſimum dis*

lectio

Digitized by Google

Iacobi Heinrichmanni Reſponſorum tomi 3. Eorundem Conſiliorum appendix & Summaria. Dillingæ 1566. in fol.

Iacobi Herbrandi Diſputationes in Tubingenſi Academia habitæ, De noua religione ſeu fide contra errores & blaſphemias papiſtarum. De ſacræ ſcripturæ canonicæ auctoritate, De electione & prædeſtinatione diuina. Contra Purgatorium. De ſcriptoribus eccleſiaſticis quos Patres vocant, eorumque auctoritate. De miraculis. De magia, ex cap. 7. Exod. Quæ & vbi vera Dei eccleſia ſub regno Pontificio ſuperioribus temporibus fuerit, & etiamnum hodie ſit. De Gratia. De Catholica & catholicis. De traditionibus. De indulgentijs. De ſacrificijs Leuiticis. De miſſa pontificia. * De ſanctorum inuocatione. De coniugio & cœlibatu ſacerdotũ. De integri ſacramenti cœnæ Dominicæ vſu. De libris vtriusq; Teſtamenti vere canonicis 4. Tubingæ. de S. S. Scripturæ interpretatione, anno 1582. de Antichriſto diſputatio altera, qua reſpondetur prolixo Hageri Friburgenſis tractatui, de eodem argumenti genere ſcripto: anno 1582. Diſputatio de ordinaria loci ſucceſſione, de promiſsione Abrahæ facta, huiusq; iuſtificatione ex Geneſeos 12. & 15. cap. de Melchiſedech ex Geneſi 14. Et epiſtola ad Hebræos 7. cap. Diſputatio de hæreticis an vltimo ſint afficiendi ſupplicio, de neceſsitate & contingentia, de precatione, de erroribus pontificiorum, quos habent de Eccleſia, De catholicæ eccleſiæ autoritate & vnitate, item alia diſputatio de eccleſia ſancta & catholica, Diſputatio de multiplici pontificiorũ Doctorum idolomania, aduerſus conuitia Georgij de Valentia, Ieſuitæ Ingolſtad. Hyperaſpiſtes diſputationis de præcatione, & ſpongia contra aſpergines Apologiæ, de Adoratione, eiusq; ſpeciebus, Apologia Hyperaſpiſtis et refutatio defenſionis apologiæ pontificiæ quæ contra Hyperaſpiſtẽ è ſchola Friburgenſi prodijt per propoſitiones. Spongia aduerſus aſpergines Apologetici Gregorij de Valẽtia Ieſuitæ, interia de Pontificiorũ Doctorũ idolomania, pro diſputatione propoſita. Omnes ſeparatim impræſſæ Tubingæ in quarto. Eiuſdem concio ex nono capite Zachariæ de veteri & noua fide, ibidem impreſſa Germanice 1569. Oratio funebris de vita & morte Brentij. Epicedia doctorum virorum 1570. Eiuſdẽ Compendium theologiæ quæſtionibus methodi tractatum, * quod à Matrino Cruſio grecè verſum, in 4 Vuitenbergæ 1582. Epitome compendij Theologiæ, ex illo in vſum tyronum exſcripta 8. Tubingæ apud Georgium Gruppenbachium 1582. Tubingæ 1573 in 4. Item comment. in quinq; libros Moſis. Eiuſdem refutatio defenſionis aſſertionum Ieſuiticarum de Eccleſia Chriſti, hoc anno edita 4. Tubingæ apud Gruppenbachium. explicatio cauſarum iuſtiſſimarum, cur cum Gregorio de Valentia, Hiſpano, Ieſuita Ingolſtadienſi de mortuorum inuocatione, panis conſecrati, imaginum, ſtatuarum, Reliquiarumq; adoratione, plus quàm Ethnica pontificiorum doctorũ idololatria, amplius non ſit diſputandum 4. Tubingæ. Eiuſdẽ homilia germanica de puero Ieſu in 4. Tubingæ 1582. homilia de academicæ Tubingenſis anno Iubileo 20. Februarij celebrato, germanice Tubingæ per Alexadrum Hockium. Eiuſdem concio de Ieiunio Tubingæ in 4. per Alexandrum Hockium germ. Itemq; actus & renunciatio Doctorum Theologiæ, continens, 1. Orationem de ſeptem eius nominis Clemẽtibus, pontificibus Romanis, habitam. 2. Conceſsionem licentiæ. 3. Problemata doctorum Theologica, tum ab eis recitata. 4. Carmina gratulatoria 5. Quibus omnibus præmiſſa eſt præfatio, de Eccleſia Chriſti in terris 4. Tubingæ. Eodem authore apologia duarum diſputationum ſuarũ de Antichriſto, et refutatio reſponſionis Michaelis Hageri aduerſus poſteriorem de Antichriſto diſputationem 4. Tubingæ apud Georgiũ Gruppenbach anno 1583.

Iacobus Hertelius Curienſis, Narciſcus, comicorum Græcorum numero L. quorum opera integra non extant, ſententias quæ ſuperſunt collegit, & in certos locos diſpoſitas Græce & Latine edidit. Baſileæ anno Domini 1560. in 8. Idem collegit Martini Lutheri Allegoriarum, Typorum veteris Teſtamenti lib. 2. Baſileæ anno Domini in 8. Sententiarum moralium libr. 8. Græca poemata quæ à Chriſto nato ſcripta ſunt: Item Chriſtianæ poeſeos librum ni fallor, & quædam alia. * Theognidis Megarenſis ſententias elegiacas & aliorum poetarum Phocylidis, Pythagoræ, Solonis, &c. vertit ad verbum Lipſiæ. 1580.

Iacobi Herculei De conuerſione & iuſtificatione hominis peccatoris liber. Item quomodo homo iuſtificatus adeptam iuſtitiam conſeruare & vitam æternam addipiſci poſsit. Ingolſtadij 1573. in quarto.

Iacobi Hieronymi Carthuſiani, Feſtales conciones, Pariſijs apud Cheualonium 1538.

Iacobi Hochſtrati Colonienſis Dominicani Contra octo Lutheranorum blaſphemias. De fide & operibus. De purgatorio Coloniæ 1525.

Iacobus Hollerius Stempanus, ſcripſit de materia chirurgica librum, impreſſum Pariſijs apud Vuechelum, anno Domini 1543. Idem liber excuſus eſt cum Tagaultij Ambiani de chirurgica inſtitutione libr. 5. Lugduni à Gulielmo Rouillio anno Domini 1547. & Tiguri à Geſneris fratribus, cum alijs diuerſis de chirurgia authoribus, anno Domini 1555. Eiuſdem de morbis internis libri duo, illuſtrati eiuſdem auctoris ſcholijs & obſeruationibus antea non excuſis. Item Ludouici Dureti in eundem aduerſarijs, & Antonij Valerij exercitationibus. Eiuſdem Hollerij de Febribus, de Peſte, de Remedijs κατὰ τόπους in Galeni libros. Omnia Antonij Valerij opera caſtigatoria et auctiora. Pariſijs anno 1571. octauo. & Venetijs anno 1572. Galeni librum de remedijs paratu facilibus enarrauit publice, vnde tranſlatio Andernaci eſt emẽdata et annotatiunculis illſtrata. * Eiuſdem in Aphoriſmos Hippocratis commentarij ſeptem, recens per Ioan. Liebantiũ, Diuionenſem Pariſienſem medicũ in lucẽ editi: eiuſdẽq; ſcholijs illuſtrati 8. Pariſ. apud Iac. de Puys

Digitized by Google

*nolphum.1536. & Pariſijs apud Cauellat an. 1554. Scripſit & arithmeticam Germanicè, & de virga viſoria, vt vocant, et alia quædam, impreſſa ibidem anno 1531. Claruit anno 1530.* **Eiuſdem Geometria Germanica In 4. edita.*

Iacobi *Kleiſt Pomerani, Feudalium concluſionum decades quatuor, quibus inſigniora doctrinæ de iure feudorum beneficiorum capita explicantur. Francofurti 1568. in octauo.*

Iacobi *Laberi, Formulæ communes loquendi in puerorum vſum, ex varijs optimiſque auctoribus conſcriptæ: addito exercitio breui ſacrarum & moralium ſententiarum. Norimbergæ 1572. Forte Lacheri erit.*

Iacobum *Labinium et Iacobum Turbelinum aliquid in Muſica ſcriptum reliquiſſe puto. Nam Iacobus Faber in præfatione ſuper elementa ſua muſicalia, clariſſimis veterum Muſicorum enumeratis ſubiungit: inter quos duos præceptores meos Iacobū Labinium & Iacobum Turbelinum annumero, tanquam ea arte poſteritati victuros.*

Iacobi *Labitti I.C, Index legum omnium quæ in Pandectis continentur. In quo ſingulæ ad ſingulos Iureconſuliorū libros, ex quibus deſumptæ ſunt, vt earum monet inſcriptio, referuntur. Item locorū omnium quibus Iureconſulti, in Pandectis, Iuſtinianeo Codice, & inſtitutionum libris, ac nouellis conſtitutionibus citantur. Poſtremo indicis vſus. Venet. apud Iordan. Zilletum 1556. in 4.*

Iacobi *Lacheri, libellus precum, cui additæ ſunt quæſtiones confeſſuris proponendæ. Regenſpurgi 1568. & 1571. Germ. Conſideratio ſex partium Chriſtianæ doctrinæ, & quæſtiones nonnullæ de Euangelio, peccato, & peccatorum remiſſione. Norimbergæ 1568. Germ. in octauo.*

* Iacobus *Laingeus Scotus Doctor Sorbonicus Pariſijs ſcripſit de vita, doctrina & obitu Martini Lutheri & Ioannis Caluini aliorumque aliquot noui Euangelij miniſtrorum, quilibet ex Gallico in Latinum ſermonem & nuper in Germanicam linguam eſt translatus. In 4. Ingolſtadij anno Domini 1582.*

Iacobi *Latomi de trium linguarum & ſtudij theologici ratione dialogi duo, impreſſi in Germania: item de confeſſione ſecreta liber, excuſus Baſileæ 1525. cum alijs quibuſdam. Scripſit præterea contra articulos M. Lutheri. Reſponſionem ad libellum à Luthero emiſſum, pro articulis à Theologis Louanienſibus damnatis. de primatu Pōtificis aduerſus Lutherum. de varijs quæſtionum generibus, quibus certat eccleſia intus & foris. de eccleſia. de ratione obligandi humanæ legis. de confeſſione ſecreta. Ad belleborum Ioannis Oecolompadij reſponſio. de fide & operibus de monachorum inſtitutis, votis & obligationibus. de trium linguarum & ſtudij theologici ratione dialogus. Pro dialogo de tribus linguis apologia. aduerſus librum D. Eraſmi de ſarcienda eccleſiæ concordia. confutationum aduerſus Guilielmū Tindalum libri 3. de matrimonio. de quibuſdam articulis in eccleſia controuerſis. diſputatio quodlibetica tribus quæſtionibus abſoluta. Hæc omnia excuſa ſunt Louanij, anno 1550. apud Bartholomeum Grauium. Claruit anno 1520.*

Iacobus *Latomus iunior, triginta Pſalmos Dauidis in quibus ſeptem ſunt quos vocant Pœnitentiales, in carmen conuertit. Opor. Baſileæ exc. 1555. in 8. Item alios Pſalmos carmine edidit, excuſus Antuerpiæ à Plantino 1571.*

Iacobus *Lebetius Ferrarienſis, canonicus regularis Diui Auguſtini, ordinis S. Saluatoris Bononiæ: ſcripſit poematia quædam & epigrammata, nondum edita.*

* Iacobus *Ledeſima ſocietatis Ieſu de diuinis ſcripturis, quauis paſſim lingua non legendis ſimul & de ſacrificio Miſſæ, Hebraica tantum, Græca, aut Latina lingua celebrando. In 8. Coloniæ apud Geruinum Calenium & hæredes Quentelij anno 1574.*

Iacobi *Lenſuheri liber de dignitate iuris ciuilis, impreſſus Lutetiæ 1542.*

Iacobus *de Laude, ordinis minorum, in ſumma Angelica numeratur inter Summiſtas.*

Iacobus *Locher Philomuſus. Germanus, ſcripſit compendium rhetorices ex Tulliano theſauro deductum. Syntaxim de componenda oratione ſunebri. Renatus Beck excudit Argentinæ, anno 1518. Item Epodion de morte Plutonis & reliquorum dæmonum. Carmen de nocte, vino, & muliere. Dialogum ſuper eminentia quatuor doctorum eccleſiæ, Grægorij, Hieronymi, Auguſtini, Ambroſij, verſibus ſexcentis. Liber impreſſus. Idem ſcripſit annotationes in Fulgentij Mythologias, quibus affectata verba & loca obſcuriora declarantur, cum ipſis mythologijs impreſſas Auguſtæ anno D. 1521. in folio. Scripſit etiam Ludicrum de ſene amato, Antica tegoriam, Defenſionem poetices, Næniam de morte Sigiſmundi archiducis Auſtriæ. De annunciatione angelica. De cometa. Item ſcripſit ſcholia in orationem Ciceronis pro Milone excuſa Baſileæ ab Oporino cum diuerſorum authorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs, anno Domini 1553. Claruit anno 1510.*

Iacobus *Lodoicus Strebæus, Rhemenſis, natione Gallus, ſcripſit nuper de verborum electione & collatione oratoria libros duos: Robertus Vuinter excudit Baſileæ anno Domini 1539. Scripſit præterea doctiſſ. commentaria in Ciceronis libros de Oratore ad Q. Fratrem. De Oratore perfecto ad Brutum, in Partitiones oratorias, quæ excuſa ſunt Baſileæ à Roberto Vuinter, anno Domini 1541. in folio, cum diuerſorum authorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs. M. Fabij Quintiliani 2. 3. & quintum librum Partitionum oratoriarum in compendium redegit, quod Pariſijs excudit Thomas Richardus. Ariſtotelis & Xenophontis œconomica in Latinam linguam conuertit, ac annotationes adiecit. Liber excuſus Pariſijs à Vaſcoſano, anno Domini 1544. quatern. 12. Item Politica Ariſtotelis ab eo conuerſa idem excudit anno Domini 1542. quatern. 41. & dimid. Cum animaduerſionibus, in Ioan. Perionij translationis priores tres libros. Præter hos etiam ex Ariſtote-*

Digitized by Google

Libro ſecundo acceßit etiam centuria quinta eiuſdem authoris, nunc primum conſcripta C. caſus Iudicibus arbitrarios continens ad quotidianum vſum in forenſibus negotijs perutilis, cum ſummarijs & indice locupletiſſimo, opera Rochi Craneueldij aucto et congeſto. fol. Francofurti ad Mœnum. Omnia eius opera Lugduni ſunt excuſa in folio, anno Domini 1583.

Iacobus Merlinus theologiæ doctor, in vnum volumen congeßit concilia omnia, generalia & prouincialia, tum illis, quæ Iſidorus olim congeſſerat, multa adiecit. Coloniæ excudit Quentel tomis 3. Idē ſcripſit apologiam pro Origine lib. 1. Et alia contra iſtum ſuos dialogos ſcripſit Chriſtianus Maſſeus, Cameracenus. Maſſeus.

Iacobus Meyerus Balliolanus, ſcripſit Chronica Flandriæ: Ioan. Petreius excudit Norimbergæ anno 1538. Et Antuerpiæ Ioannes Steelſius anno Domini 1568. Item Epiſtolas de viris illuſtribus librum. 1. Et alia.

Iacobus Micyllus Argentoratenſ. vir in bonis literis & vtraq; lingua doctiß. ſcripſit epigrammata varia, Græca & Latina, & alia quædam excuſ. Vuitenbergæ 1542. epigrammata in Icones imperatorum, impreſſ. Argent. & deinde Lugduni. Epigrammata quædam Græca, impreſſa Baſileæ cum alijs quibuſdam Græcis carminibus 1538. apud Heruag. Annotationes edidit in Io. Bocatij Genealogiam Deorum apud eundem excuſas. Ad P. V. Martialis obſcuriores aliquot locos ſcholia per margines adiecit: excuſus eſt liber ab eodem Heruagio, & à Froſchouero nuper Tiguri. Luciani opera aliquot Latinitate donauit, adiectis etiam ſcholijs, quæ cum omnibus Luciani ſcriptis, per varios interpretes traductis, Francofurti apud Egenolphū impreſſa ſunt. Eiuſdem rationem examinandorum verſuum, ad vſum & exercitationem puerorum compoſitam, idem Egenolphus excudit Francoforti, & de re metrica lib. 3. 1539. Item Calendarium. Scripſit praeterea de ruina arcis veteris Heydelbergenſis, quæ facta eſt anno 1537. ad Ioachimum Camerarium carmine elegiaco, præfixis aliquot carminibus, quæ eius ruinæ annum ac diem oſtendunt. Auxit etiam Philippi Melanchtonis Grammaticam, excuſam abſque eius nomine Francofordiæ apud Egenolphum, anno 1540. Præterea ſcripſit annotationes in omnes Ouidij libros excepta metamorphoſi, addidit tamen quædam commentarijs Raphaelis Regij in metamorphoſin, Baſileæ excudit Heruagius. Item in Lucanum poetam annotationes edidit, excuſas Francofordiæ ab Egenolpho anno Domini 1551. Terentianū Maurum de metris emendauit, & vbi corruptum aliquid aut omiſſum eſſe videbatur aſteriſcos adiecit, & lectionis diuerſitatem in margine notauit. Liber ab eodem excuſus eſt anno Domini 1532 quater. 12. Elegia de duobus falconibus & pica, item epigrammata de eiſdem, excuſa ibidem anno Domini 1539. Eiuſdem arithmeticam logiſticam Oporinus impreſſit.* Eiuſdem de Euripidis vita ex diuerſis authoribus collecta: Item de Tragœdia et eius partibus. Prolegomena quædam. Baſileæ in folio apud Oporinum 1562. cum Euripide Græcolatino. Claruit anno Do. 1551.

Iacobi Midden Dorpij Theologi & iuris periti officiorum ſcholaſticorum libri duo. quorum prior docentis, poſterior auditorum officia complectitur Coloniæ apud Maternum Cholinum 1570. Academiarum orbis totius Chriſtiani lib. 2. quibus præter earum inſtitutionem & progreßiones, Noachi poſt diluuium, & ſanctißimorum Apoſtolorum in Europam aduentus, & Coloniæ deſcribuntur. Ibidem anno 1572. in 8.

Iacobus Milichius, Friburgenſis Briſgauiæ, mathematum ac philoſophiæ profeſſor in ſchola Vitenbergenſi, ſcripſit commentarios in ſecundum librum Plinij de hiſtoria mundi, qui ab ipſo recogniti Halæ Sueuorum apud Petrum Brubachium impreſſi ſunt, anno 1536. recuſi ſæpius poſtea, etiam Pariſijs. Adiecta eſt in fine oratio de dignitate aſtrologiæ ab ipſo dicta in promotione magiſtrorum. Item de vita Galeni oratio Philippi Melanchtonis declamationibus inſerta: & alia de vtilitate dialectices, ijſdem adiecta. Scripſit etiam orationem de cordis partibus & motibus. Quæſtionem vtrum potus intra ſitim continendus ſit, an largius rigandum corpus. Claruit anno 1551.

Iacobi minoris Hebræi prologus in Moſen, extat impreſſus.

Iacobus Miſnenſis quem quidam Iacobellum vocant Ioan. Hußi ſocius, ſcripſit de communione ſub vtraq; ſpecie.

Iacobi Moderni muſici liber mottetarum excuſus eſt Lugduni.

Iacobus de Moguntia, Germanus ſcripſit Chronicon de ſuis temporibus lib. 1. Et claruit anno Domini 1310. Ioannes Nauclerus.

Iacobus Montanus Spirenſis, ſcripſit de paßione Chriſti, carmine elegiaco lib. 4. impreſſos Baſileæ apud Heruagium. Eiuſdem hymni per dies feſtos totius anni vario carminum genere, impreßi ſunt Coloniæ & Monaſterij. Eiuſdem Heros Tarſenſis de vita D. Pauli carmine heroico, liber excuſus in 4. Item caſtigationes in Ambroſij Calepini Lexicon, vnà cum Calepini dictionario excuſæ Coloniæ, apud Ioannem Prael, anno Domini 1538.* Idem ſcripſit odas Spirituales vario carmine, vbi Sanctos paßim celebrat. Saphyca autem ibidem de Aduentu, Natiuitate, Epiphania, Conceptione Chriſti, Mariæ purificatione, Annunciatione et viſitatione. Item de Chriſti cruce, paßione & reſurrectione, in cœlum aſcenſione: de mißione Spiritus S. & de Sacramento corporis Chriſti &c. Idem conſcripſit vitam illuſtris Dominæ Elizabethæ Hungarorum regis filiæ, ſtylo elegantißimo, anno 11. Monaſterij, huic libro & Odis præfixit commendatorium Epigramma, Murmelius. In vſum Sholarum ſcripſit Latinæ conſtructionis Theſaurū: emiſit quoque collectanea latinæ loquutionis doctißima. Item centuriam Epiſtolarium formularum ædidit, quæ omnia Coloniæ ſunt excuſa. Hernordiæ vitam in domo fratrum tranſegit.

Iacobus Mugiaßin, filius, ſcripſit grammaticē linguæ

Digitized by Google

lingua Samaritanæ ex Oriente à Poſtello allatam. In grammaticis Hebraicis (inquit Poſtellus) nihil habeo præcioſius vno Samaritanæ grammatices, hoc eſt vere Hebraicæ libro, à ſacerdote Iacob filio Mugiaßin olim ſcripto: in quo poſitis exemplis Samaritanis Arabice & Arabica methodo explicatur grammatica Hebræa priſca.

Iacobus *Mycreus Rhetus* epiſtolas aliquot ſelectiores Baſilij Magni antea non verſas è Græco in Latinum tranſtulit. Excuſas Pariſijs venduntur ſolido Gallico.

Iacobi *Naclanti epiſcopi Clodienſis* opera omnia Venetijs apud Iuntas in folio anno 1567. Eiuſdem opus doctum ac reſolutum, in quatuor tractatus ſeu quæſtiones diſſectum. De creatione rerum, Immortalitate animæ, Contingentia in vniuerſo, Vigore infinito in primo principio: ex naturali lumine & Peripatetico fonte. Venetijs impreſſ. 1557. in octauo. Scripturæ medulla. Venetijs annno 1561. in 4.

Iacobi *Nariguani Iuriſconſulti*, De oratore ciuiliter inſtituendo: liber impreſſus Toloſæ apud Guidonem Bondeuillæum 1554.

Iacobus de *Nigris* ſcripſit in ff. veteris, de officio eius. l. mandata. & l. & ſi prætor. & l. cognitio. Item de offic. aſſeſſ. conſiliarij. Et rurſus in eundem locum, l. omne officium. Item l. liberti, & l. ſi eadem l. diem functo. Et in 2. ff. vet. Si certum petatur l. 1. Et in 2. Inforciati, de legatis l. 1.

Iacobi *Noguera* libri duo de eccleſia Chriſti, impreßi Dillingæ in folio. Docuit Theologiam Viennæ.

Iacobi de *Nouarinis* Enarrata in l. vnicam, de profeſſoribus, & in vrbe Conſtant. Libri 12. Lugduni 1558. in 4.

Iacobus *Nouarius Ferrarienſis* poeta noſtri temporis, laudatur à Gyraldo.

Iacobi de *Nouello Veneti* I. C. Practica & theorica cauſarum criminalium Lugduni Ioan. Temporalis excudit. Eiuſdem Regulæ iuris cum fallentijs. De concordia, pace & treuga & eorum priuilegijs. De iure protbomiſeos. Regularum liber ſecundus. Francofurti.

Iacobus *Obrecht* Belga citatur in muſica Glareani.

* Iacobi *Oethei* medicinæ doctoris inſtitutio de vero vſu medicinæ, eiuſq; abuſu: deq; conſeruanda valetudine. Germ. 8. Dillingæ 1574.

Iacobi *Oliuarij* ſcholia in Ioannis Vrſini medici proſopopœiam animalium, excuſa ſunt Viennæ in Gallia, anno Domini 1541. in 4.

Iacobus *Omphalius Andernacenſis*, natione Germanus. I. C. doctißimus, ſcripſit commentarios in M. T. Ciceronis orationes tres, pro A. Cecinna, pro lege Manilia, in L. Piſonem, impreßi ſunt Baſileæ apud Robertum Vuinter, in volumine commentariorum ſuper omnes Ciceronis orationes, & apud Oporinum 1553. Eiuſdem Nomologia, Lutetiæ impreſ. Itē de elocutionis imitatione ac apparatu lib. 1. impreßit Froben, Baſil. 1537. Idem etiam de officio & poteſtate principis in Repub. bene & ſancte gerenda li. 2. edidit, Baſil. apud Opor. 1550. et de vſurpatione legum. & eorum ſtudijs qui iuriſprudentiæ profeßionem ſibi ſumunt. li. 8. ibid. & eodem anno excuſos. De ciuili Politia li. 3. Colon. 1563. in folio. Claruit 1551.

Iacobus *Ottherus Nemetenſis*, Ioannis Geyler Keyſerſpergij concionatoris Argentinenſis Nauiculam, ſiue ſpeculum fatuorum collegit, cui adiecta eſt eiuſdē Geyleri vitæ deſcriptio per Bea. Rhenanum. Liber impreſſus Argentorati, 1513. Sermones Ioan. Keyſerſpergij de oratione Dom. ab eodem collecti, impreßi ſunt Argint. 1516. Idem ſcripſit germanica lingua explicationem primi li. Moſis: editam Haganoæ 1528. 4. Claruit 1509.

Iacobi *Pacini Bononienſis*, de tenuis humoris febrem facientis ante purgationem per artem in craſſatione: nec non Græcorum ſuper hoc cum Arabibus conciliatione, peracuta diſceptatio. His pleraque alia ad medicam artem ſpectantia adiecta ſunt. Eiuſdem quæſitum, num in morbis iuxta Hippocratem & Galenum cauſa continens concedatur.

* Iacobus *Paix Auguſtanus* organiſta Lauginganſis edidit librum tabulaturæ organi fiſtularum. in fol. Laugingæ 1583.

Iacobi *Palæologi Chij* de Ripetano iudicio Romæ, & de damnatione optimorum & innocentißimorum hominum temporibus Pauli quarti.

Iacobus *Pamelius* Canonicus Brugenſis ſacræ theologiæ licentiatus edidit Micrologum de eccleſiaſticis obſeruationibus. Antuerpiæ Plantinus in 8. excudit. Scripſit etiam Catalogum commentatorum veterum ſelectiorum in vniuerſa Biblia, editum cū Caßiodori libro inſtitutionis diuinarum lectionum. Antuerpiæ apud Plantinum. Item annotationes in Cyprianum, quæ operibus illius ſparſim interiectæ ſunt. Antuerpiæ in officina Steelſij 1568.* Eiuſdem Liturgica Latinorū duobus tomis digeſta, hoc eſt de ritu ſacrificij miſſæ à Chriſto, Apoſtolis & patribus obſernatæ. Cum Ambroſianis collectis, miſſa, præfationibus, ac Miſſa Moſarabæ, in Hiſpanijs vſitata. Colon. Geruinus et hæredes Quentel 1571.

Iacobus *Papa*, Ipranus, carmine quædā edidit.

Iacobus *Parē* vel *Perez*, vide Iacob. de Valēt.

Iacobi de *Paradiſo* theologi, ordinis Carthuſienſis tractatus de animabus à corporibus exutis, excuſus eſt Baſileæ in 4. chartis 5. Eiuſdem de veritate dicenda aut tacenda liber eſt impreſſus in folio. Collatio pro diuinæ ſcientiæ commendatione. Inuenio etiam Iacobi Carthuſienſis lecturam ſuper primum & ſecundum ſententiarum, quam eiuſdem auctoris eſſe arbitror.

Iacobi de *Partibus* opera quædam in re medica, impreſſa ſunt in Italia, & Lugduni 1496. apud Ioan. Trechſel. Commentarij in quartam Fen primi Auicennæ, excuſi. Ex Io. Meſuæ operibus tabulam congeßit, ipſe ſummulam inſcribit, medicaminum compoſitorum, ſecundum ordinem alphabeti, & affectuum ſingulorum quibus illa medentur. Habetur excuſa in appendice operum Meſuæ. In Alexandri iatri Tralliani Sophiſtæ libros gloſſam reliquit interlinearem. Auicenna cum Iacobi de Partibus expoſitione ſunt tres magni tomi.

Digitized by Google

Iacobi *Paſſauantij additiones in commentarios Thomæ de Valois in Auguſt. de ciuitate Dei, excuſæ ſunt olim cum iiſdem commentarijs in folio.*

Iacobi *Peletarij Cenomani, medici & mathematici, commentarij tres. 1. De dimenſione circuli. 2. De contactu linearum: & de duabus lineis in eodē plano neq; paralellis, neq; concurrentibus. 3. de conſtitutionibus horoſcopi. Baſileæ apud Oporinum anno 1563. in folio. De conciliatione locorum Galeni ſectiones duæ. De peſte libellus. Demonſtrationes in Euclidem. Algebra Latine et Gallice. Tabulæ aſtronomicæ nondum editæ, vti & alia plura Mathematica, poetica, medica. Oratio in funere Henrici* VIII. *Angl. Regis Lut. habita. Cohortatio pacificatoria ad principes Chriſtianos. Eiuſdem annotationes in Arithmeticam Gemmæ Friſij: item compendium de fractionibus aſtronomicis: & de cognoſcendis per memoriam calendis, idibus, nonis, feſtis mobilibus, & loco Solis & Lunæ in Zodiaco: Pariſijs impreſſit Guilielmus Cauellat, anno 1549.*

Iacobus *Peluſius Caſtrenſis Præmislienſis, leges ſeu ſtatuta ac priuilegia regni Poloniæ hactenus diſperſa ac ſibi pugnantia in ordinem digeſſit & conciliauit, ita vt vna lex ſit de quouis negotio: & Poloniæ imo verò optimæ reipublicæ forma omnibus ſuis partibus deſcripta appareat. Additæ ſunt etiam præfationes & commentaria ex regum decretis, conſuetudinibus regni, varijsq; ſcriptoribus ſeu legiſlatoribus conflata. Diuiduntur omnes leges in libros 6. Primus eſt de perſonis, de rege & magiſtratibus regni, de militibus, de mercatoribus, opificibus & agricolis, item de ſeruis, vagis, & mendicis, de Iudæis & paganis. Secundus de rebus fiſci regij. Tertius de rebus ſpiritualium & ſecularium. Quartus de actionibus terreſtris iudicij. Quintus de ducatibus regno vnitis, fœderatis & externis, item de pace & obedientia, ac de legationibus. Sextus de re militari. Excuſum eſt hoc opus Cracouiæ anno Domini 1553. in folio chartis 253. Verum propter præfationes ab authore additas opera epiſcoporum ſuppreſſum eſt. Obijt author Cracouiæ circa initium anni 1554.*

Iacobus *Philippus Bergomenſis, ordinis fratrum Eremitarum ſancti Auguſtini, ſcripſit opus hiſtoriarum ab initio mundi, vſque ad annum Domini 1486. quod vocauit ſupplementum chronicorum, in libros 15. diuiſum. Excuſum eſt hoc opus Pariſijs eruditorum quorundam opera diligentiſſime repurgatum, addita etiam acceſſione breui, quæ noſtrorum temporum hiſtorias ab anno Domini 1500. ad annum 1535. complectitur. Vænit 40. ſolidis Gallicis. Idem author ſcripſit librum de præclaris & electis mulieribus. Claruit anno 1494.*

Iacobus *Philippi Friburgenſis & Baſilienſis theologus, ſcripſit librum de reformatione ſacerdotum, ſermones ſacros infinitos. Idē ſcripſit libellum qui præcordiale ſacerdotum inſcribitur, & alia quædam. Claruit anno Domini 1495.*

Iacobi *Philippi Portij, Conſiliorum libri quatuor. Summaria ſingulis reſponſis adiecta ſunt. Venetijs primum excuſ. anno Dom. 1568. deinde Francofurti anno 1569. in folio.*

* Iacobus *Philomuſus, vide Iacobus Locher Philomuſus.*

Iacobi *Picolomini Cardinalis Papien. epiſtolæ elegantiſſimæ, rerumq; reconditarum refertiſſimæ, & variarum hiſtoriarum, vnacum luculentiſſimis commentarijs res geſtas ſui temporis continentibus. excuſa Mediolani anno Domini 1521.*

Iacobi *Poggij hiſtoria de origine & rebus geſtis Florentinorum, libris 8. deſcripta, extat in bibliotheca Card. Crymani prope Venetias. Vide in Poggio.*

Iacobi *Præfecti Natini de diuerſis vini generibus liber. Venetijs anno Domini 1559. in octauo.*

Iacobi *Præpoſiti prioris Antuerpienſis, hiſtoria vtriuſq; captiuitatis propter verbum Dei.*

Iacobus *Predianus, vir ſua ætate in hiſtorijs peritus, compoſuit hiſtoriam quandam librum vnū. Iacobus Meyer.*

Iacobi *Publicij Florentini, ad Tarentinum Hiſpaniæ ducem artis epiſtolandi, breuis libellus. Eiuſdem panegyricus ad eundem principem. Epitome artis rhetoricæ. Ars memoratiua.*

Iacobus *Comes Purliliarum, ſcripſit de generoſa liberorum educatione opuſculum, impreſ. Baſileæ apud Robertum Vuinter. 1541. cum alijs diuerſorū eiuſdem argumenti libellis. Eiuſdem de re militari lib. 2. ad ætatis noſtræ bellandi rationem apprime vtiles ac neceſſarij, impreſſi Baſileæ apud eundem, anno 1537. Clarit anno 1480.*

Iacobi *de Puteo, diſputatio in materia mutationis monetarum. Habetur in tract. Alberti Bruni de augmento.* Eiuſdem deciſiones in tres libros diuiſæ, & nunc primum ad vtilitatem eorum qui in foro verſantur in lucem editæ, in folio. Coloniæ anno Domini 1582.*

* Iacobi *Rabus* Theologi *Bauarici, &c. ad Ioannis Sturmij* Antipappos *amica* συζήτησις *4. Ingolſtadij. Eiuſdem aduerſus theſes contra ſacra reliquiarum miracula. Argentinæ publice diſputatas, ſuccincta velitatio. Vide infra de Ioanne Iacobo Rabo, neſcio an ſit idem.*

* Iacobus *Ramelius in opera D. Cypriani annotationes. fol. Pariſijs.*

Iacobi *Rammingi liber Germanicus, Qua ratione iuriſdictionum & prædiorum proprietates, et feuda renouanda ſint. Item de Regiſtratura, ædificijs, architectis & adminiſtratoribus, &c. Heidelbergæ 1571.*

Iacobus *de Rauenna, Lotharingus, ſcripſit in Codicem libros 9. ſuper ff. veteri lib. 14. ſuper ff. nouo lib. 12. ſuper digeſtis infortiati lib. 14. diſputationes varias in iure. Multa ſimpliciter tradita à maioribus, reduxit ad dialecticum arguendi modum: vt per Cynum in l. quicunq; C. de ſeruis fug. Claruit anno Domini 1300.*

Iacobus *Ratz ſcripſit propoſitiones contra Iudæos & Iudaizantes Chriſtianos excuſas Halæ Sueuorum, anno Domini 2546. in quarto. Idem ſcripſit de clandeſtinis matrimonijs. Item de ieiunio libellum Germanicum excuſum Argentinæ, anno Domini 1554. in 8.*

Iacobus

Digitized by Google

Iacobus Rebuffus, ſcripſit ſuper tribus libris Codicis.

Iacobi Regij epiſtola ad Maximilianum Imperatorem, in qua non pauca de reformatione eccleſiæ tractantur, excuſa eſt Coloniæ in Faſciculo Ortuini Gratij.

Iacobi à Regio conſilia medica.

* Iacobi Regnarti Flandri, Muſici S.C.M. Imperatoris Rodolphi Secundi cantionum Italicarum quinque vocum lib 2. In 4. Norimbergæ 1581. Item cantiones motetæ appellatæ ex veteri & nouo Teſtamento collectæ, quatuor vocum. in 4. Norimbergæ. Adhæc compoſuit ſacras aliquot cantiones, quas motetas vulgus appellat quinque & ſex vocum 4. Monachij. Eiuſdem ſuauiſſimarum Germanicarū cantionum trium vocum tomus primus: ſecundus: & tertius, Norimbergæ.

Iacobus Reimolanus, Flandrius, Cœnobij Gandenſis Carmelita, Mathematicus, rhetor ac poeta, ſcripſit Odas de S. Ioachim lib. 1. Epitalamium ad Boſcium lib. 1. Idyllion de bono coniugali lib. 1. Epiſtolas carmine lib. 2. Vitam D. Ioachim lib. 1. De puritate Mariæ lib. 1. Epigrammata quædam lib. 1. Iſagogen ad ſententias lib. 1. Exhortationes Chriſtianorum lib. 1. Epiſtolas ac poemata lib. 1. Atque alia. Obijt tandem Romæ, anno Domini 1508. Hunc in ſuis ſcriptis extulerunt Giguinus, Tritemius, ac Badius.

* Iacobi Reineri nouæ cantiones germanicæ 4. et 5. vocum: & viuæ voci & muſicis inſtrumentis accomodatæ. 4. Monaci 1581. Eiuſd. liber cantionum ſacrarum quinq; & ſex vocum. 4. Monachii.

Iacobus Renaldus I.C. quædam ſcripſit ſuper 2. Codicis.

Iacobi Renardi Anteceſſoris Duacæni de auctoritate prudentum liber ſingularis. Antuerpiæ apud Plantinum in octauo. Eiuſdem ad leges 12. tabularum liber ſingularis. Item variorum, ſiue de iuris ambiguitatibus lib. 5. Brugis in officina Goltziana, in octauo. Eiuſdem Protribunalium liber ſingularis. De præiudicijs lib. 2. Coniectaneorum lib. 7. De iure librorum liber ſingularis. Hi commemorantur in indice officinæ Goltzianæ 1565. propediem excudendi. Commentarius ad titulum Pandectarum, de diuerſis regulis iuris. Antuerpiæ apud Plantinum, 1568. in octauo.

Iacobus de Rhegio, Italus, prouinciæ Venetiarum Carmelita, Hebraice, Græce, & Latine peritus, ſcripſit Sermones per Quadrageſimam optimos, lib. 1. Orationes & epiſtolas lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1490. Tritemius de laude Carmelitarum.

* Iacobi Rickij ab Arnueyler de Vnione prolium tractatus nouus, in quo omnes ferè quæſtiones quæ etiam ad illam materiam pertinent, legibus & rationibus iuris validiſſimis probantur & pertractantur, diſtinctus in decem capita. In octauo. Coloniæ apud Gymnicum.

Iacobi Ritij in Pauli Veneti Logica expoſitiones & quæſtiones.

Iacobus Roſetus Rincauienſis, ſcripſit carmen aduerſus Philomuſum, Theologos ſcholaſticos lacerantem.

Iacobus Rubertus Vitodurenſis, doctiſſimus iuuenis, ſcripſit orationes & epiſtolas aliquot eruditione ſingulari refertas. In Demoſthenem inſtituerat annotationes, & quædam alia, quæ immatura morte ſubreptus imperfecta reliquit. Vixit noſtra ætate, ante annos plus minus 18. mortuus.

Iacobus Rueff, vrbis Tigurinæ chirurgus, catalogum ſcripſit, quo continentur medicorum ferè omnium & aſtrologorum nomina cum figuris. Edidit & Germanice ephemerides, ſiue calendaria, vt vocant: et comœdiam de Vuilhelmo Thello, fœderis Heluetici authore: quæ excuſa eſt. Quatuor item alias fabulas Germanicis metris compoſuit, quæ inſcribuntur: De felici & infelici ſtatu fœderis Heluetici: de vinea Domini, quæ acta eſt Tiguri 1539. poſtridie pentecoſtes. de ſtupro Paulinæ, nobili ac pudiciſſimæ matronæ Romanæ, dolo ſacerdotum in æde Iſidis illato, cuius meminit Ioſephus libro 18. Antiquitatum, & Hegeſippus li. 2. de excidio Hieroſolymorum cap. 14. De paſſione Domini commœdia, ex quatuor Euangeliſtis, perpaucis præter hiſtoriam expreſſam adiectis. Scripſit & interpretationes oſtentorum aliquot. Eiuſdem de conceptu & generatione hominis & ijs quæ circa hæc potiſſimum conſyderantur lib. 6. excuſi Tiguri apud Froſchouerum an. Domini 1554. in quarto. Germanice & Latine per Vuolfgangum Hallerum. Claruit anno Domini 1554. Tiguri.

Iacobi Rufini carmen doctiſſimum de horrendo obitu Bartholomæi Eliæ Patauini, eiuſdemq; vxoris luctu in funere trium natarum, excuſum Venetijs anno D. 1553. ſeſquicharta, in quarto.

* D. Iacobi Rungij generalis Superintendentis Eccleſiarum Dei in Pomerania occidentali, Confeſſio Eccleſiarum Pomeraniæ de vera præſentia corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti in Sacramento cœnæ: ad diſputandum publice propoſita, in Academia Gryphiſuualdenſi, octa. Vuitebergæ 1582.

Iacobus Sadoletus epiſcopus Carpentoratenſis, vir doctiſſimus, ſcripſit de pueris recte ac liberaliter inſtituendis, impreſſ. Baſileæ apud Rob. Vuinter 1538. cum Eraſmi Roterodami opuſculo de Ciuilitate morum: item Argentinæ apud Ioannem Albertum anno 1535. Eius de laudibus philoſophiæ liber impreſſus Baſileæ apud Brylingerum. De regno Hungariæ ab hoſtibus Turcis oppreſſo & capto, Homilia, item Baſileæ, cum Alcorano apud Ioannem Oporinum. Oratio adhortatoria de bello Turcis inferendo, ad Ludouicum Gallorum regem, impreſſa ibidem apud Thomam Platerum 1538. Commentariorum in epiſtolam ad Romanos libri tres. Lugduni apud Gryphium (qui & alia pleraq; eius opera excudit) anno Domini 1536. Interpretatio eius in pſalmos, Miſerere mei Deus, & Deus vlti num, &c. item Hom 2 altera de morte Frederici Fregoſij Cardinalis, altera de Vngaria à Turcis capta: ibidē impreſſæ ſunt. Epiſtola ad Ioan. Sturmium. impreſſa Argentorati apud Ribeliū, cum Sturmij epiſtolis.

Digitized by Google

*De emendatione eccleſ. epiſt. ad S.P.Q. Geneuenſem, qua in obedientiam Rom. Pontificis eos reducere conatur impreſſa Argent. apud Ribelium, 1539. c Ioan. Caluini reſponſione. Eius quoq; epiſtolarũ 16. ad Paulum Sadoletum epiſtolarum lib. 1. exſi ſunt Lugduni à Gryphio 1550. in octauo. Adiecta eſt eiuſdem vita per Antonium Florebellum. Sadoletus in Catalogis ſcriptorum in iure citatur, ſuper tit. de Confeſſis. Eiuſdem poemata Curtius & Laocoon excuſa ſunt Lipſiæ apud Valentinum Papam anno Domini 1549.* * *Eiuſdem & Ioachimi Camerarij philoſophicæ conſolationes & meditationes in aduerſis. Francofurti apud Vuechelum.*

Iacobus *Salodorenſis ſcripſit libros aliquot carminum: citatur à Felici Malleolo.*

Iacobi *Sannazarij opera omnia carmine ſcripta, excuſa Lugduni apud Gryphium anno Domini 1537. & Baſileæ apud Oporinum.* * *Et Venetijs in octauo per Aldum anno Domini 1535. Eius Arcadia Italice excuſa Lugduni anno 1544.*

Iacobus *presbyter cognomento Sapiens, Neſibenæ Perſarum ciuitatis epiſcopus, vnus ex numero ſub Maximiniano perſecutore confeſſorum, & eorum qui in Nicena ſynodo Arianam peruerſitatem homouſiou oppoſitione damnauerunt, ſcripſit de fide aduerſus omnes hæreſes, de charitate generali, de ieiunio, de oratione, de dilectione erga proximum ſpeciali, de reſurrectione, de vita poſt mortem, de humilitate, de pœnitentia, de ſatisfactione, de virginitate, de aſcenſu animæ, de circuncifione, de azymi benedictione: de Chriſto quod filius Dei ſit, & conſubſtantialis patri: de caſtitate aduerſus gentes, de conſtructione tabernaculi, de gentium conuerſatione, de regno Perſarum, de perſecutione Chriſtianorum. Compoſuit & Chronicon minoris quidem Græcorum curioſitatis, ſed maioris fiduciæ. Moritur Conſtantij temporibus, ſecundum Gennadium. Tritemius verò eum claruiſſe ait anno Domini 330.*

* Iacobus *Scæpperus. Vide Iacobus Schepperus.*

Iacobus *Schegkius Schorndorfenſis. Germanus, publicus in Academia Tubingenſi philoſophiæ profeſſor, vir vtraque lingua doctiſſimus ſcripſit philoſophiæ naturalis, ſiue Acroamatum Ariſtotelis omnes diſputationes, ac vniuerſam tractationem, li. 2. quibus & ſcholia ſiue annotationes in locos obſcuros adiecit, & Erotemata huius ſcientiæ propria, quæ velut epitome ſunt præcedentium librorum: in eorum gratiam qui primum Phyſicis operam dare incipiunt: opus impreſſum Tubingæ apud Vlricum Morhardum, anno Domini 1538. Ex Ariſtotele de Anima lib. 3. Græcis, & è prolixis Simplicij commentarijs, breues excerpſit interpretationes Græcas: excuſas Baſileæ apud Heruagium, anno Domini 1544. Item Alexandri Aphrodiſei librum de mixtione interpretatus eſt, impreſſum Tubingæ. Item de cauſa continente librum ibid. impreſſum anno Domini 1540. De animæ principatu dialogum. Ariſtotelis & Galeni rationes proferens, quibus ille cordi, hic cerebro principatum attribuit: impreſſum Tubingæ apud Morhardum, anno Domini 1542. cum Ioannis Velcurionis commentarijs in vniuerſam Phyſicam. Ariſtotelis librum de lineis inſecabilibus Latinum fecit: quæ translatio in vltima editione omnium Ariſtotelis librorum Baſileæ publicata habetur. Theognidis Megarenſis ſententias elegiacas Latino carmine expreſſit, excuſas Baſileæ apud Ioannem Oporinum, vnà cum Eliæ Vineti verſione ad verbum. Extant eiuſdem etiam commentarij in Ariſtotelis phyſica, Parua naturalia, & Ethica, Baſileæ excuſa apud Ioannem Heruagium. Idem Ariani Nicomedienſis de Epicteti philoſophi diſſertationibus lib. 4. in Latinam linguam tranſtulit, & annotationes addidit, Ioannes Oporinus Baſileæ excudit in quarto, anno Domini 1554. Græce & Latine. Scripſit præterea (vt audio) libros de anima, ſiue de immortalitate animæ, item de demonſtratione: quæ vt breui edantur, bonarum artium ſtudioſi exoptant. De cauſa continente medicorum liber, quo docet, eam eſſe in morbis: refellens opinionem ſcriptoris cuiuſdam anonymi, qui eam prorſus in morbis nullam eſſe contendit. Baſileæ. De demonſtratione libri quindecim, qui ſunt loco luculentiſſimi commentarij in duos poſteriorum analyticorum Ariſtotelis libros. Baſileæ anno Domini 1564. in folio. Commentaria cum annotatis & repetitionibus quibuſdam, in Organi Ariſtotelis libros ad artis partẽ Analyticã pertinentes, in li. Prædicabiliũ, in li. Prædicamentorum, in li. Perihermenias, in li. duos Analyticorum priorum. Tubingæ anno Domini 1570. in folio. Commentarij in ſeptimum & octauum librum Topicorum Ariſtotelis, quibus perfecta & abſoluta definiendi ars tractatur & exponitur. Ibid. anno Domini 1556. in quarto. Aduerſus Antitrinitarios lib. 2. De vna perſona & duabus naturis Chriſti. Ibidem in quarto. Reſponſio ad libellum Anonymi interpretis libri ſui de vna perſona & duabus naturis in Chriſto. Ibidem anno Domini 1566. in quarto. Reſponſum ad Simonis Simonij libellum quo conatus eſt librum de vna perſona & duabus naturis in Chriſto refellere. Reſpondetur etiam Eraſto quo explicatur Schegkium non conſentire cum Eraſto, Tubingæ anno 1568. in quarto. Prodromus Antiſimonij 1571. Anatome reſponſi Simonij ad Prodromum anno 1572. Antiſimonius, in quo refelluntur ſupra CCC. errores Simonij, quibus ſuum librum Antiſcheggianorum referſit. Eiuſdem Apologeticus, oppoſitus calumniæ G. Genebrardi, qua Scheggium in quodam ſcripto Sabellianiſmi accuſat, anno Domini 1573. in quarto. Scripſit etiam quedam contra C L. V. Petrum Ramum.* * *Eiuſdem pars prima Organi Ariſtotelis eaq; analytica 7. tractatibus expoſita 8. Baſileæ per Euſebium Epiſcopium. Itemq; de plaſtica Seminis facultate libr. tres. Eiuſdem de calido & humido liber vnus. De primo Sanguificationis inſtrumento lib. 1. 8. Argentorati excudebantur apud Bern. Iobinum.*

Iacobi *Schenck enarratio in epiſtolam D. Pauli ad Titum in Academia Lipſenſi publice prælecta, & ibidem impreſſa à Nicolao Vuolrab, anno Domini 1542. Eiuſdem Poſtilla totius anni ab eodem excuſa eſt. Tractatio contra ſcortationẽ. Edidit & alia*

& modus procedendi, ac puniendi maleficos abunde continentur. Hac poſtrema editione per F. Raphaelem Maſſeum ſummo ſtudio illuſtratus. in 8. Venetijs, anno 1579. Vixit anno Domini 1494.

Iacobus de Strada, Mantuanus, antiquarius, Lugduni anno Domini 1553. edidit epitomen Theſauri antiquitatum, hoc eſt, IMPP. Rom. Orientalium & Occidentalium iconum, ex antiquis numiſmatibus quàm fideliſſimè delineatarum. Tiguri excudebat Andreas Geſnerus, anno Domini 1572. Promittit autem in præfatione etiam alterum Tomum in quo aucrſæ nummorum imagines contineantur, & in præfatione multa oſtendit quæ præter cæteros antè ipſum huius argumenti editos libros, tum diligentius maioriq; fide & iudicio, tum copioſius præſtiterit. Promittit præterea integrum opus aliquot Tomis abſoluendum de vitis imperatorum cum imaginibus. Scripſit etiam ſcholia in Pontani librum de immanitate, vt ipſe de ſe teſtatur.

Iacobus de Stralen, Germanus, ſcripſit in Apocalypſin Ioannis lib. 1. Vixit anno D. 1490.

Iacobi Straſburgi carmen de beata migratione ex hac vita in cœlum. Pariſijs in octauo.

Iacobus Straus, eccleſiaſtes Iſennati in Turingia, doctor, ſcripſit Germanice, ſuper verba Pauli 1. Cor. 11. Probet ſeipſum homo & ita de pane comedat & de calice bibat. Item de vera confeſſione & pœnitentia cum refutatione tyrannidis fictæ confeſſionis. Impreſſi ſeparatim in quarto. Claruit anno Domini 1523.

Iacobus Stuart Scotorum rex, qui poſtea Robertus tertius à quibuſdam appellatus eſt, ſcripſit in exilio ſuo carminum lib. 1. compoſuit (muſicus enim inſignis erat) cantilenas multas, & alia. Claruit anno 1436. quo à ſuis etiam occiſus eſt.

* Iacobi Stupperi Herzelenſis, Flandri poemata. in 16. Antuerpiæ apud Ioannem Bellerum.

Iacobi Suederici Cuſtodis Miſnenſis, Franciſcani, De origine religioſorum. Vixit anno Domini 1439.

Iacobus Syluius Ambianus, medicus, inſignis, Gallus, ſcripſit de ordinis ratione in legendis Hippocratis & Galeni libris, opuſculum impreſſum Pariſijs apud Wechelum anno 1539. & Baſileæ. Galeni libros aliquot, Scholijs adiectis illuſtrauit: nonnullis & tabulas quaſdam iſagogicas præfixit. Impreſſi ſunt Pariſijs apud Wechelum, ſinguli ſeorſim, vt hic ſubijciuntur: Cl. Galeni commentarium in Hippocratis librum de natura humana, de temperamentis libri tres, cum libello de inæquali intemperie, de naturalibus facultatibus lib. 3. cum epitome in eoſdem. Introductio in pulſus ad Theutram. De pulſuum vſu. De motu muſculorum lib. 2. De vſu partium lib. 17. De alimentorum facultatibus lib. 3. cum libello de attenuante victus ratione. Methodum quoq; ſex librorum Galeni de differentijs & morborum & ſymptomatum, in tabellas ſex paulò fuſius, ne breuitas obſcura Lectorem remoretur & fallat, ſcripſit. Item de ſignis omnibus medicis, hoc eſt ſalubribus, inſalubribus, & neutris, Commentarium omnino neceſſarium medico futuro: impreſſum Pariſijs apud Wechelum, 1539. Eiuſdem Methodus medicamenta componendi, ex ſimplicibus, quatuor libris diſtributa, impreſſa Pariſijs apud Wechelum 1541. De medicamentorum ſimplicium delectu, præparationibus, miſtionis modo lib. 3. impreſſi Pariſijs apud Iacobum Gaſellum, 1542. & Lugduni apud Ioannem Tornæſium, anno 1548. in 16. in linguā Gallicam Iſagoge, Item Grammatica Latinogallica: opus excuſum Pariſijs apud Rob. Stephanum, anno 1531. Eiuſdem morborum internorum curatio breui Methodo comprehenſa, ex Galeno præcipuè & M. Gatinaria, excuſa eſt Venetijs apud Vincentium Valgriſium, anno 1548. octer. 10. & dimid. Et Tiguri apud Geſner. fratres, anno D. 1554. in 8. cum alijs in enchiridio rei medicæ. Eiuſdem depulſio vaeſani cuiuſdam calumniarum in Hippocratis Galeniq; rationem anatomicā, excuſa eſt Pariſijs, anno D. 1551. Eiuſdem interpretatio canonum vniuerſalium ſimplicium medicinarum Meſue, atq; antidotarij, in quo & ponderum varietatem annotauit, impreſſa eſt Venetijs cum operibus Meſue, anno D. 1549. Ioan. Meſue libri tres ab eo Latinitate donati, excuſi ſunt Pariſijs, anno 1542. Inſtitutiones anatomicæ. Venetijs 1572. octauo. De febribus cōmentarius ex libris aliquot Hippocratis & Galeni parte plurima ſelectus. In Galeni de differentijs febrium cōmentarium. Item in Hippocratis elementa. De menſibus mulierum & hominis generatione. Quæſtio de vini exhibitione in febribus. Obſeruationes quædam in varijs corporibus ſecandis. In quinq; libros Galeni priores de locis affectis, & in libros aliquot de morborum & ſymptomatum differentijs & cauſis, commentarij manuſcripti. Obijt anno ſalutis 1555.

* Iacobus Tabureau Gallicè ſcripſit dialogos de fuga vitiorum & ſtudio virtutis. Pariſijs apud Gabrielem Buon, 1572. Item quædam poetica amatoria, quoq; Gallicè Pariſijs apud Nicolaum Cheſman, anno 1574.

Iacobi Theodori Tabernomontani, methodus certa expertaq; curandi morbum lateralem. Item methodus curandi peſtem. Item Conſilium de curanda febri peſtilentiali, cum dolore capitis, & ſimilibus ſymptomatibus. Heidelbergæ 1573. German.

* Eiuſdem practica de præcauenda peſte tam adultis quàm Iunioribus, tam pauperib. quàm diuitibus accōmodata. In 8. Germ. Neapoli Nemetum 1582.

Iacobus de Theramo, vel Tranenſis, canonicus Aprucinus, & archidiaconus Auerſanus, ſcripſit dialogum de redemptione generis humani, Belial vulgariter nuncupatum, quem vocauit Conſolationem peccatorum lib. 1. In Clementinis dicitur ſcripſiſſe lib. 1. & quædam alia. Vixit anno 1390. Idem ſcripſit librum Monarchialem Papæ, quem Carolus Molinæus blaſphemum librum nominat.

Iacobus de Theſſalonica, ordinis fratrum Prædicatorum ſcripſit opus inſigne, de moribus hominum, & offitijs nobilium ac popularium, materiam præferens. De ludo ſchacorum lib. 4. ſermones varios lib. 1. & alia.

* Iacobi

Digitized by Google

cum additionibus Gallinarij. Epitome rerum ſiue Imperatorum Germanic. opus impreſſum Baſileæ apud Hernag. 1532. cum Witichindi Saxonis hiſtoria, & alijs pluribus. Idem ſcripſit Excuſationem ad Iulium II. Pontificem, ad inſtantiam fratrum Auguſtinenſium, quod ſcripſerit Auguſtinum non fuiſſe monachum aut fratrem mendecantem. Librum de vita & moribus epiſcoporum, aliorumq́ prælatorum & principum, excuſum Argentinæ, año Domini 1512. quatern. 4. De hymnorum & ſequentiarum authoribus, generibuſq́ carminum quæ in hymnis inueniuntur, libellum impreſſum ſeſquicharta. Poſtillam breuem in ſymbolum Athanaſij. Prothimologiam de bono modo prædicandi. De faciliori puerorum inſtitutione. Epigrammatum librum. Carmen heroicum ad Eberhardum ducem Wirtenbergenſem. Contra frarem Penſantem manus, conceptionem Dei genetricis & Baſilienſe concilium impugnantem, epiſtolas aliquot. Epiſtolas multas ex perſona Palatini comitis, & epiſcopi Spirenſis, ac aliorum. Ad rempub. Argentinenſem lib. 2. in quorum priore Argentinam & cæteras Rheni ciuitates nunquam Gallis fuiſſe ſubiectas validis argumentis oſtendit: in ſecundo reipublicæ inſtituendæ præcepta tradit: impreſſos Argentinæ chartis 4. Orationem de annunciatione dominica, ibidem excuſam. Philippicam, in laudem principis Palatini dialogos ſex, excuſos Argentinæ anno Domini 1498. quatern. 2. & dimid. Orationes contra inuaſores ſacerdotum, Pro immunitate eccleſiaſtica, ad Cardinalem Tornacenſem, ad Raimundum nuncium indulgentiarum. Ad gymnoſophiſtas Heidelbergenſes de S. Catharina. Ad eoſdem de ſpiritu ſancto, De aſſumptione diuæ Parthenices, ad Synodos, Wormacienſem, Spirenſem, Schletſtatenſem, & alias complures: ſcripſit quoque vitam Diętheri archiepiſcopi Moguntini, vt Spiegelius teſtatur. Floruit apud Nemetes, anno 1494.

* Iacobi Zabarellæ Patauini opera logica, in folio, Venetijs.

Iacobus Zenus, patricius Venetus, ſcripſit de geſtis ſummorum pontificum lib. 1. Et quædam alia. Claruit anno 1477.

Iacobus Zieglerus Landauus, Bauarus, librũ ſcripſit de conſtructione ſolidæ ſpheræ, cum ſcholijs in opuſculum Procli de ſphæra: & de canonica per ſphæram operatione, & de hemicyclio Beroſi. Impreſſum eſt Baſileæ apud Walderum, 1536. In C. Plinij de Naturali hiſtoria librum ſecundum commentarium, quo difficultates Plinianæ, præſertim aſtronomicæ, omnes tolluntur: item Organum, quo catholica ſiderum, vt apud Plin. eſt, mira arte docetur: excuſum Baſileæ apud Henr. Petri año 1531. cum alijs. Edidit etiam Terræ ſanctæ, quam Palæſtinam nominãt, Syriæ, Arabiæ, Ægypti, & Schondiæ doctiſſimam deſcriptionem, vnà cum ſingulis tabulis earundem regionum topographicis, Item Holmiæ, planè regiæ vrbis, calamitoſiſſimam cladem, cuius titulus eſt: Chriſtierni ſecundi regis Danmarchiæ crudelitas, perpetrata in proceres Suetiæ, & populum Holmenſem, volumen impreſſ. Argentorati apud Wend. Ribelium anno D. 1536. cum alia deſcriptione Terræ ſanctæ iuxta ordinem alphabeti, ad ſcripturam proximè directa, authore Wolphgango Weiſſenburgio. Scripſit etiam lib. de rebus Indicis. Item, Conceptionum in Geneſim & Exod. commentaria. Super arbitrio humano exempla & ſcripturas. Tractatum de raptu Pauli Apoſtoli in tertium cœlum, ex epiſtola ad Corinthios. De ſolenni feſto Paſchæ. In hiſtoriam Iudith elucubrationem, & Chronographicam cenſuram. Hæc vnà cum alijs quibuſdam libellis impreſſa ſunt Baſileæ apud Oporinum, anno Domini 1548. Idem ſcripſit aduerſus Iacobi Stunicæ maledicentiam pro Germania libellum excuſum Baſileæ, anno Domini 1523. in octauo. Acta Papalia nondum euulgata. Commentaria in Saphеam. Contra Waldenſes libros quinque. Et quædam alia. Claruit anno Domini 1549. quo etiam fatis conceſſit.

# Iacobus Zochi, ſcripſit in quartum Decretalium, Qui filij ſint legitimi. c. per venerabilem: & in quintum de pœnitentia & remiſſione. c. omnis.

Iacobi Zouitij Brædani (aliâs Drieſchari, vel à Triturbis) natione Zelandi, comœdia Ruth ex vetere teſtamento, excuſa Antuerpiæ aud Michaelem Hillenium, anno Domini, 1533. Item ouis perdita, comœdia ſacra ex nouo teſtamento, excuſa apud Ioannem Gymnicum Coloniæ anno Domini 1539. item Didaſcalus comœdia, impreſſa Antuerpiæ anno Domini 1540. Claruit anno Domini 1539.

Iaderis à Midila confeſſoris & martyris verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptiſandis.

Iaffredi Cherienſis I.C. Semita recta, id eſt tractatus plurimarum deciſionum, per modum concluſionum: qui ſemita recta cauſidicorum & iudicum appellatur, Iaffredi Lanfranci Deciſionum Centuriæ quinque cum ſextæ fragmento, impreſſæ Francofurti anno D. 1573. in folio.

Iamblichus libertinus, ſcripſit Babylonica, ſiue de amore Rhodini & Sinonidis lib. 39. Et de Zobara eunucho, amatore pulcherrimæ Meſoptæ.

Iamblichus alius ex Chalcide Syriæ philoſophus, Porphyrij diſcipulus, ſcripſit librum de myſterijs Ægyptiorum, Chaldæorum, & Aſſyriorum, qui Græce ſeruatur in multis Italiæ bibliothecis. Idem Latine, Marſilio Ficino paraphraſte, excuſus eſt Venetijs apud Aldum, & Baſileæ apud Bebelium. 1532. & Lugduni apud Ioan. Tornæſium año 1549. in 16. cum Mercurij Triſmegiſti & Procli libris quibuſdam. Scripſit etiam de Pythagorica ſecta lib. 3. qui cum Simplicij commentarijs Romæ in bibliotheca Vaticana habentur. Item protrepticas orationes, quas Ioan. Alexander Braſſicanus ſe in poſſeſſione ſua habuiſſe memorat. Eius multa fragmenta, præcipuè ex epiſtolis ad Sopatrum & Dexippum: paſſim in Ioannis Stobæi Collectaneis citantur. Iamblici de Pythagorica ſecta lib. 3. De fato liber, Quomodo precibus Deus concilietur. Logi 4. Item Adhortatorius ad philoſophiam. De communi mathematica ſcientia. Reſponſio aduerſus

v. Boiſſar. dij … p. 250.

# de Zochis, vide eius Recollectas sup. 1. partem Decretal. in MS.

Ianus Lacinius Calaber Pſychroneus Minorita edidit pretioſam margaritam nouellam, de theſauro ac pretioſiſſimo philoſophorum lapide, artis huius diuinæ typum ac methodum, ab authore collectam ex Arnoldo, Raimundo, Raſi, Alberto & Michaele Scoto. Liber excuſus eſt Venetijs apud Aldum, anno 1546. in octauo. In præfatione promittit methodum in omnes libros Raimundi Lulli.

* Iani Lemutij carmina. 8. Antuerpiæ.

* Ianus Maugin dictus L'Angeuin ſcripſit Gallice Speculum & Inſtitutionum principis. Pariſijs apud Ioannem Rouellum 1573.

* Ian. Melleri Pallmerij Commentarius Spicilegiorum primus. Quibus pleraq; Salluſtij, Lucretij, Plauti, Terentij, Propertij, Petronij Arbitri, tum fragmenta apud Marcellum: multa Cornelij Taciti: quædam etiam Catulli, & aliorum ſcriptorum, aliâs conclamata tentantur primum, aut impari auſu atque ſucceſſu tentata iam ante, cum dijs volentibus emaculantur.

Iani Pagnini ſcholia in libros Tuſculanarum quæſtionum Ciceronis, anno 1544. Baſileæ apud Ioannem Oporinum impreſſa.

Iani Pannonij Quinqueecceleſienſis Epiſcopi Sylua panegyrica, & epigrammata quædam, excuſ. Baſileæ apud Ioannem Frobenium, anno D. 1518. Eiuſdem poemata excuſa ſunt Venetijs apud Gualterium Scotum, anno 1552. in 8. cum Lazari Bonamici carminibus nonnullis. Item Baſileæ ab Oporino in 8. chartis 16. Sunt autem hæc. Ad Guarinum Veronenſem Panegyricus. Ad Iacobum Ant. Marcellum Venetum Panegyricus. Ad Fridericum III. Imp. pro pacanda Italia carmen. Diomedis & Glauci congreſſus, ex Homeri 6. Iliados Latino carmine redditus. Elegiarum liber vnus. Epigrammata. Additæ ſunt his elegiæ duæ Baptiſtæ Guarini iunioris ad Ianum Pannonium. Eiuſdem Panegyrici duo, & Epigrammata vltra omnes editiones alias à Ioanne Sambuco edita Patauij. Et Viennæ 1569.

Ianus Parrhaſius Conſentinus, natione Italus, ſcripſit compendium rhetoricæ ex optimis vtriuſq; linguæ authoribus excerptum, quod Rob. Winter primum impreſ. Baſil. anno 1539. Item commentaria doctiſſima in opus Claudiani de raptu Proſerpinæ, excuſ. Pariſ. anno 1517. et nuper Baſileæ apud Robertum Winter. Annotationes quaſdam in Metamorphoſin Ouidij, & Horatij artem poeticam, excuſ. typis. Eiuſdem ſcripta quædam nondum vulgata breui proditura Franciſcus Robertellus nuper ſcripſit, & quædam ab eo edita nondum excuſa, Conſentiæ apud eruditos quoſdam haberi. Claruit anno 1500. Eius liber de rebus per epiſtolam quæſitis, editus eſt ab Henr. Stephano.

Iani Pinthij hiſtoria epiſcoporum Tridentinorum excuſa eſt in Italia.

Ianus à Suola eques & I. C. ſcripſit alphabetum theologicum, ſiue tropos vtriuſq; teſtamenti, à Dionyſio Areopagita, Gregorio Magno, alijſq; veterum, ſumma fide collectos & explicatos ordine alphabetico. Item Genethliacon mundi poema heroicum. Excuſa ſunt hæc Haganoæ à Secerio 1531. in 4. chartis 14. Auctor initio Alphabeti nomen ſuum non appoſuit, ſed initio Genethliaci mundi.

Ianus Theſeus Caſoperus, ſcripſit carmine elegantiſſimo Amorum lib. 2. Elegiarum & Epigrammata lib. 4. excuſos Venetijs.

Ianus Vitalis Panormitanus, ſcripſit hymnos in diuinam Trinitatem, quos Ioannes Oporinus excudit Baſileæ, cum alijs quibuſdam. Item, Triumphum Ferdinandi Franciſci Danali Aquinatis, magni Piſchariæ marchionis: Lachrymas in eundem ducem: excuſ. Romæ. Archangeli poema, excuſ. Baſileæ apud Rob. Winter, cum diuerſis aliorum poematijs. Extant et epigrammata quedã eius, impreſſa. Theratoryſion eius etiã excuſ. Rom. 1514. Eiuſdem de elementis, pietate erga Remp. Hymnus de pace, ibidem. Eiuſdẽ meditationes Pſal. 51. Epithalamiũ Chriſti & eccleſiæ. Paraphraſes in Pſal. De profundis clamaui, & Deus miſereatur noſtri, Bononiæ impreſſit Anſelm. Giaccarellus octern. 5.

Iaſon Argiuus hiſtoricus fuit, cuius librum de ſatriſicijs Alexandri in Alexandria, Athenæus citat lib. 14. Iaſon vitam Græciæ ſcripſit libris quatuor. Stephanus.

Iaſonis Claud. cuiuſdam præludia Feudalia extant.

Iaſon Cyrenæus quinq; libris complexus eſt res geſtas Iudæ Machabæi. 2. Machab. 2.

Iaſon de Mayno, patria Mediolanenſis, ſcripſit orationem quam Romæ coram Alexandro Papa ſexto (quæ & impreſſa circumfertur) habuiſſe dicitur, item ſuper tit. de acti. in inſtitutis lib. 1. ſuper Codice quoq; lib. 9. ſuper ff. varia ſcripſit li. 50. orationes & epiſtolas, & quædam alia. item ſuper totum Ius ciuile Commentarios, qui omnes ſimul impreſſi reperiuntur: Conſilia tantum ſeorſim exierunt. Expoſitio tituli de Actionibus, excuſ. Lug. 1536. Commentarij ſuper Codice, Digeſto veteri, & Infortiato, circa ann. 1500. partim Venetijs, partim Papiæ excuſi ſunt. Eius ad sereniſſimum Maximil. Rom. regem, in ipſius & Auguſtæ Blanchæ Mariæ nuptijs Epithalamion, proſa oratione: impreſſ. Pariſijs apud Aſcenſium, cum orationibus Philippi Beroaldi, &c. Claruit anno Domini 1519. quo & Papiæ obijt. Iaſonis commentaria in Ius ciuile cum ſolidis doctorum inſignium annotationibus, nouiſſime ex vetuſtis exemplaribus ſumma fide & diligentia caſtigata, natalíq; ſuo ſplendori tandem reſtituta, Venetijs excuſ. anno 1568. in fol. Regali.

Iaſon de Nores, Cyprius, edidit ex quotidianis Tryphonis Cabrielij ſermonibus, interpretationem in epiſtolam Q. Horatij Flacci de arte poetica. Idem collegit ex tribus libris Ciceronis de oratore, breuem & diſtinctam ſummam præceptorum de arte dicendi. Præterea edidit, tractationem Tryphonis Cabrielij de ſpærica ratione. Omnia hæc ſimul impreſſa ſunt Venetijs apud Aldi filios, anno Domini 1553. octern. 22.

Iaſonis Pratenſis Zyricei, natione Germani, liber de ſterilitate arcenda & progignendis liberis anno 1531. impreſſus Antuerpiæ apud Michaelem Hillenium.

Digitized by Google

*Habentur & cum Clementis Recognitionibus tres eius epiſtolæ impreſſæ, & eædem, ni fallor, cum pontificum decretis Coloniæ impreſſis. Claruit anno Domini* 417.

Innocentius *Papa tertius, natione Campanus Lotharius ante vocatus, ſcripſit de vtilitate humanæ conditionis lib.* 2. *in ſeptem pſalmos pœnitentiales lib.* 1. *de officio miſſæ lib.* 2. *de ſacramento baptiſmi li.* 1. *de clauſtro animæ lib.* 1. *decretales antiquas lib.* 1. *ſermones plures lib.* 1. *Epiſtolarum ad diuerſos lib.* 1. *Claruit anno* 1200. *Eius libri ſex, de ſacro altaris myſterio, excuſi Lipſiæ in Germania, anno* 1534. *& Antuerpiæ apud Ioannem Steelſium* 1550

Innocentius *Papa quartus, Synibaldus ante vocatus, natione Italus, ſcripſit de poteſtate eccleſiaſti. lib.* 1. *apparatum ſuper decretalibus lib.* 5. *regulam Clariſſarum lib.* 1. *autenticas quoq; lib.* 1. *epiſtolarum ad diuerſos lib.* 1. *Eius gloſſæ ſuper Decretal. cum Margarita Baldi, impreſſæ Lugduni.* 1525 *Citatur et Lectura eius ſuper Decretal. item ſuper ſexto Decretal. & ſuper vno quoq; titulo. Eiuſdē exceptionum tractatus impreſſus eſt olim in* 4. *chartis* 2. *& dimid. Commentaria eius in quinq; libros Decretalium: nec non in Decretales per eundem editas: nuper à Petro Vendrameo ad veterum & recentiorum exemplarium fidem collata, & ab innumeris erroribus repurgata, cum annotationibus quā plurimis Iuriſconſultorum, &c. edita ſunt Venetijs* 1570. *in quarto, & Francofurti in folio cum nouis Summarijs, Indice peculiari, & Margarita Baldi de Vbaldis. Claruit anno* 1250.

Innocentius *quintus, vide Petrus de Tharantaſia.*

Innocentij *octaui Pont. max. epiſtolia duo leguntur in* 8. *libro Angeli Politiani: alterū, quo gratias agit Politiano & ducentos aureos mittit pro Herodiani conuerſi didicatione: alterum ad Laurentium Mediceem, in commendationem Politiani.* * *Eius epiſtolæ variæ Latine manuſcript. in fol. aſſeruantur in bib. Imp. Viennæ.*

* Innocentij *Papæ IX. epiſtolæ variæ Latine. In fol. manuſcript. in bib. Imp. Viennæ.*

Ioabas *ſcripſit de Aſſyrijs, fatetur autem ſe à Beroſo ſumpſiſſe hiſtoriam, vera eſſe quæ ab eo dicuntur teſtificans. Clemens Strom.* 1.

Ioachimus *Hebraicum nomen, Græce ſonat Anaſtaſium.*

Ioachim *abbas Florenſis cœnobij, ordinis ſancti Benedicti, ex Calabria oriundus, ſcripſit in Hieremiam prophetam lib.* 1. *In Danielem prophetam lib.* 1. *In Euangelium Ioannis lib.* 1. *In Apocalypſim Ioannis lib.* 8. *Ad Henricum ſextum lib.* 1. *De ſeptem ſigillis lib.* 1. *Pſalterium decem chordarum lib.* 3. *Concordiæ lib.* 5. *de* 15. *Pontificibus lib.* 1. *De futuris temporibus lib.* 1. *epiſtolarum ad diuerſos lib.* 1. *Alia quoq; multa edidit, maxime contra Iudæos, & alios fidei catholicæ aduerſarios. Tractatus autē quem ſcripſit contra Petrum Lombardum epiſcopū Pariſien. in concilio generali damnatus eſt, vt patet in principio decretalium, Damnamus. Idem ſcripſit, De veteris & noui Teſtamenti concordantia. In Eſaiam. In Cyrillum de magnis tribulationibus & eccleſiæ ſtatu. Quædam eius prophetiæ Italice editæ ſunt Bononiæ anno* 1515. *& Venetijs pleraq;.* * *Eius in Ieremiam prophetam interpretatio, plurimis referta vaticinijs, quorum nonnulla iam euentu comprobata, certam de reliquis in poſterum fidē faciunt.* 8. *Coloniæ apud Alectorium* 1575. *Claruit anno* 1200.

* Ioachimi *abbatis Staingadenſis Tabula quadripartita ſuper quatuor hominum nouiſſimis, &c. tribus folijs. Ingolſtadij ex officina Sartorij.*

* Ioachimus *Axonius de ventis. In forma tabulæ. Antuerpiæ.*

Ioachimus *Baudiſſius edidit Bernhardi de Gordonio tractatum de conſeruatione vitæ humanæ. Lipſiæ* 1570.

* Iochimi *Belitz Biblicarum precationum libellus Germanice. In* 8. *Francofurti ad Viadrum, anno* 1564.

Ioachimi *à Beuſt I.V.D. Chriſtiadum libellus, quo hiſtoria Euangelica ſuccincta ratione carminibus & figuris elegantiſſimis comprehenditur, ad Auguſtum ducem Saxoniæ electorem,* 1571. *Witebergæ octauo. Idem libellus recognitus & auctus ſequenti anno ibidem denuo editus eſt.* * *Eiuſdem lectura in Titulum digeſti Veteris, De iureiurando. Excudebat Ioan. Crato. Folio,* 1579.

Ioachimus *à Burck muſicus, ſymbolū Mulhuſinus Apoſt. Nicenū, Canticum Ambroſij & Auguſtini, ac verba inſtitutionis cœnæ Dominicæ quatuor vocum harmonijs reddidit. Mulhuſij in quarto. Idem hiſtoriam paſſionis Chriſti figuratis muſicis modis expreſſit. Erdfurti,* 1573. *Item ſacras cantiones ex veteri & nouo Teſtamento in vſum eccleſiarum compoſuit, quarum Tomi duo editi ſunt Norimbergæ, anno Domini* 1573. * *Idem cantiones quadraginta Germanice de ſancto matrimonio Ludouici Helmboldi, quatuor vocibus viuis & organicis, concinendas compoſuit, excuſ. Mulhuſij in* 8. *anno* 1583.

Ioachimus *Camerarius Pabepergenſis, natione Germanus, vir ſolide doctus Græce & Latine, in literis humanioribus & tota prope philoſophia, eximium Germaniæ noſtræ decus, ſcripſit præcepta vitæ puerilis ſermone ſoluto, præcepta decoris puerilis, carmine elegiaco. De gymnaſijs, ſiue exercitijs & ludis puerorum Dialogum. Hæc vnà excuſ. ſunt Baſileæ apud Robert. Winter, anno* 1541. *& Lipſiæ anno* 1544. *octern.* 6. *Erratum, ſiue apologiam ad amicū. Æolia, ſiue de ventis opuſculum elegiacum, cum tribus figuris de ordine, ſitu & nominibus ventorum. Phænomena, id eſt, ſiderum & ſtellarum deſcriptiones, verſibus elegis. Prognoſtica tempeſtatum, elegis. Epigrammata aliquot de ratione victus per* 4. *anni partes, ſingulos menſes, & poſt inciſam venam. De operibus quæ fieri ſolent per* 12. *menſes. Diſticha varia, & facetiſſima, quæ à Græco conuertit. Hæc ſimul excuſ. ibidem, anno* 1536. *Elegias hodæporicas quinq;. Metallariā, Dyringiacam, & Encomium vitæ ruſticæ, Nemetum, Saxonicam, Plumbariam, Elegiam, Vangionicam do mor-*

Digitized by Google

de re equeſtri. Scripſit etiam ipſe Hippocomicum. Item librum de numiſmatis Græcorum & Latinorum; quæ omnia ſimal excuſa ſunt Tubingæ in 8. Præter hæc ſcripſit quæ nondum edita ſunt. Imperatorum Romanorum Pammetrum. Platonis Epinomidem ſiue de Aſtrologia. Progymnaſmata vtriuſq; linguæ. Quæſtionũ nuptialium libros duos. Commentarios in Homerum. Commentarios in Sophoclem Quæſtiones Homericas. Libros problematum. Camerarij Notatio figurarum orationis, & mutatæ ſimplicis elocutionis in Apoſtolicis ſcriptis ad perſpiciendam de intellecto ſermone ſententiam authorum, 1556. in 8. Decem orationes funebres de Illuſtriſſimo duce Saxoniæ, principe electore Mauritio, quibus addita eſt vndecima, de obitu Alexandri, illuſtriß. Principis electoris Auguſti, Ducis Saxoniæ filij. Lipſiæ, 1569. Libellus gnomologicus, id eſt, bonarum vtiliumque ſententiarum generalem expoſitionem Græcam Latinamq; continens, ad puerilem ille quidem inſtitutionem accommodatus, ſed qui tamen adultioribus quoq; opportunus eſſe poſſit. Lipſiæ. De verſibus Comicis, & in Plauti comœdias annotationes ab ipſo recognitæ & auctæ. Baſileæ 1568. Diſticha ſacra atque moralia, item præcepta honeſtatis. Argentinæ 1568. Plutarchi libellus de virtute morali Latinus, itemq; adiunctorum ſcriptorum Græce editorum interpretatio Latina, vnà cum explicatione præcipuorum locorum & rerum neceſſariarum enarratione. Lipſiæ 1570. De Græcis Latiniſq; numerorũ notis, & præterea Sarracenicis ſeu Indicis, cum indicio elementorum eius, quam Logiſticen vocant (quæ eſt methodus conficiendarum rationum) & vocabulorum artis interpretatione, &c. Acceſſerunt explicatiunculæ Arithmetices Nicomachi. Aphtonij libellus progymnaſmatum, in ſermonem Latinum conuerſus, Græco ſcripto, & exemplis compluribus additis. Lipſiæ 1571. Notatio figurarum ſermonis in libris quatuor Euangeliorum, & indicata verborum ſignificatio, & orationis ſententia 1572. Xenophontis de Cyri vita lib. 8. & alia quædam eiuſdem auctoris ſcripta ab eo in Latinum ſermonem conuerſa, explicationibus alicubi additis: Pariſijs 1572. in quarto. M. Antonij Flaminij epiſtolas aliquot Norimbergæ edidit. Epitaphium Georgio Fabricio ſcriptum. Notatio figurarum orationis in Apoſtolicis ſcriptis. Acceſſere in librum πράξεων & Ἀποκαλύψεως ſimiles annotationes 1573. Homiliæ, qui ſunt ſermones habiti de ijs, quæ in Chriſtianis eccleſijs leguntur congregato populo diebus feſtis exerpta ex ſcriptis Euangelicis, Græco ſermone conſcriptæ, & Latina expoſitione addita. Lipſiæ 1573. in 4. Chronologia ſecundum Græcorum rationem temporibus expoſitis, in Latinum ſermonem è Nicephoro conuerſa, & explicata. Addita eſt Narratio Camerarij de Synodo Nicena: acceßit & noua enumeratio Oecumenicarum ſynodorum. Baſileæ apud Oporinum in folio: & denuo Lipſiæ apud Voegelinum in 4. Threnorum Ieremiæ & Pſalmorum aliquot carmina, ab ipſo compoſita, & edita cum Pſalmis VII. qui pœnitentiæ titulo celebrantur, ab authore non nominato Iambico trimetro verſu tranſlatis. Lipſiæ 1573. Oratio an ab euentu facta iudicanda ſit. Claruit anno 1573.* Per eundem Formulæ precum ſumptæ ex lectionibus, quæ vſitato more in eccleſijs leguntur, commonefacientes de præcipuis doctrinæ partibus conſcriptæ. 8. Lipſiæ 1574. Idem epiſtolas ad ſe ſcriptas à Philippo Melanchthone ſuo cum proœmio ad Electorem Saxoniæ, euulgauit. Eiuſdem verſus Iambici, de Animalium proprietate. Expoſiti nunc primum eodem metro verſuum Latinorum, à Gregorio Berſmanno Annæbergenſi. 4. Lipſiæ. Commentarius de generibus diuinationum, ac Græcis Latiniſq; vocabulis. 8. Lipſiæ. De natura & affectionibus dæmonum libelli duo. De eorum, qui cometæ appellãtur, nominibus, natura, cauſis, ſignificatione. Cum hiſtoriarum memorabilium illuſtriumq; exemplorum additione. In 8. Lipſiæ. De re ruſtica opuſcula nõnulla, lectu cum iucunda, tum vtilia, iam primum partim compoſita, partim edita. 4. Norimbergæ. Hiſtoriæ Ieſu Chriſti filij Dei nati in terra, matre ſanctiſſima ſemper Virgine Maria ſummatim relata expoſitio. Itemq; eorum quæ de Apoſtolis Ieſu Chriſti ſingulatim commemorari poſſe recte & vtiliter viſa ſunt. 8. Lipſiæ, anno 1581. Eiuſdem epiſtolarum familiarium lib. 6. nunc primum poſt ipſius obitum, ſingulari ſtudio à filijs editi. 8. Francofurti apud hæredes Andreæ Wecheli.

Ioachimi Curei Freiſtadienſis, philoſophi & medici in vrbe Glogouienſi, Gentis Sileſiæ annales, complectentes hiſtoriam de origine, propagatione & migrationibus gentis, & recitationem præcipuorum euentuum qui in eccleſia & republica, vſq; ad necem Ludouici Hungariæ & Boemiæ regis, acciderunt. Contexti ex antiquitate ſacra & Ethnica, & ex ſcriptis recentioribus. Witenbergæ 1571. in folio. Eiuſdem libellus Phyſicus, de natura & differentijs colorum, ſonorum, odorum, ſaporum, & qualitatum tangibilium, recitans rationem qua res eadem à ſenſibus comprehenduntur & iudicantur. Witenbergæ 1572. 8. *Eiuſdem exegeſis perſpicua & ferme integra controuerſiæ de ſacra Cœna, ſcripta vt priuatim conſcientias piorũ erudiat, & ſubiecta iudicio ſociorum confeßionis Auguſtanæ. 8. Heidelbergæ.

Ioachimus Fortius, Ringelbergius, Antuerpianus, ſcripſit librum de ratione ſtudij. Elegantias de proprio vſu & differentijs quarundam vocum apud Latinos. Libellum de vſu vocum quæ non flectuntur. De conſcribendis verſibus. Elementa Grãmaticæ Græcæ. Dialecticam. Tabulas Dialecticas. Rhetoricam, & quæ ad eam ſpectant. De figuris & vitijs orationis. De formis dicendi. De periodis. Synonyma. De ſphæra. Inſtitutionum Aſtronomicarum lib. 3. Coſmographiam. Librum de tempore. Optica. Chaos mathematicum. Arithmeticam. De horoſcopo. De Aſtrologia & Geomantia. De vrina non viſa. De interpretatione ſomniorum. Experimenta. Librum de homine, &c. Hæc omnia ſimul excuſa ſunt Lugduni apud Gryphium, anno 1538. Et apud Ant. Vincentium. Et Baſileæ apud Weſt-



Google

Ramum, ibidem excuſa eſt chartis 6. & dimid. anno 1547. Ad Henricum Galliæ regem cæteroſque Chriſtianæ religionis principes oratio in Petrum Aretinum. Item alia oratio de laudibus B. Ioannis Baptiſtæ, ſimul excuſæ ſunt Pariſijs octern. 5. anno 1551. Oratio de laudibus Dionyſij Briconeti epiſcopi Macloníenſis, ibidem excuſa eſt. Baſilij hexaemeron ab eodem tranſlatum, ibidem excuſum eſt, anno Domini 1552. Viuit noſtra ætate, & multa adhuc præclara ingenij ſui monumenta poſteris relicturus ſperatur. Claruit anno Domini 1551. Idem in Latinum linguam tranſtulit Dionyſij Areopagitæ opera omnia quæ extant, cum eiuſdem vita, & ſcholijs incerti auctoris in librum de Eccleſiaſtica hierarchia. Item Ignatij atque Polycarpi epiſtolas. Pariſijs impreſſa hæc ſunt, & Coloniæ apud hæredes Birckmanni, 1557. Scripſit De ſanctorum virorum, qui Patriarchæ ab eccleſia appellantur, rebus geſtis ac vitis librum, Coloniæ apud hæredes Birckmanni, 1555. * De vita rebusq; geſtis Chriſti, item de vita Virginis & Apoſtolorum. Coloniæ Theodor. Gramineus impreſ. 1571. Eius Topicorum theologicorum libri duo: vbi in poſterioribus agitur de ijs, quæ hodie ab hæreticis (vt titulus habet) defenduntur. Coloniæ apud Mattenum Cholinum, anno 1559. excuſi. ~~Scripſit item de Romanorum et Græcorum magiſtratibus lib. 3. Pariſijs Carolus Perier, 1560.~~

Ioachimi Schilleri Herderenſis, natione Germani, de peſte Britannica liber, excuſus Baſileæ apud Henr. Petri, cum libro Alexandri Benedicti de Peſte, anno 1531.

Ioachimi Staubij Conciones funebres duæ de Summa conſolatione fidelium cum cruce premuntur, & beato piorum obitu, habitæ in funere Doctoris Æmilij, & Melchioris Acontij Mulhuſij, Germanice.

Ioachimus Struppius Gelhuſenſis medicus ſcripſit librum eruditum de Peſte, lingua Germanica. * Conſenſus celebriorum medicorum, hiſtoricorum & philoſophorum, ſuper ſecretiſſ. ac præcioſiſſ. quibuſdam medicinis exoticis, primumq; ſuper MVMIA, eiq; cognatis, maxime in Ægypto, Iudæa, Arabia, &c. olim vſitatiſſimis. Tractatus primi periocha. Vbi Mumiæ genuinæ ad Pyramides ex concameratis cœmiterijs Ægyptiacis erutæ, VERVM EXEMPLAR, inter multa millia, vt carum valde, ſic venuſtiſſimum, ſimul & vetuſtiſſimum, annis circiter 2000. reconditur cum admiratione, coram aſpiciendum exhibetur. Francofurti ad Mœnum per Nicolaum Baſſeum in 4. Scripſit librum Germanicum de rebus ad reducendum reformandumq; neceſſarijs: corporum animarumq; ſaluti conducibilibus. Francofurti ad Mœnum, excudebat Ioannes Schmid in 4.

Ioachimus Vadianus, natione Heluetius, medicinæ doctor, poeta & orator, in lucem edidit Carmen de laudibus Cæſarum Friderici III. patris, & filij Maximiliani. Epitaphium Rudolphi epiſcopi Herbipolenſis, &c. Liber excuſus Argentinæ apud Ioannem Pruſz, anno Domini 1514. Æglogam, cui titulus Fauſtus, contra inuidos quoſdam, Elegiam de Vadianorum familiæ inſignibus, à Sigiſmundo I. Romanorum rege donatis, ad Melchiorem fratrem, anno 1517. Elegiam qua certamen ſuum cum morte deſcribit: & Oden in laudem Dominicæ reſurrectionis, Viennæ publicæ dictatam, anno 1510. ibidem impreſſam, cum Arbogaſti Strub Glaroneſij Heluetij orationibus, & verſibus quibuſdam. Syluas de laudibus patriæ, ni fallor, inſcriptas. De poetica & carminis ratione librum ad Melchiorem Vadianum fratrem, excuſum Viennæ Auſtriæ, anno 1518. Commentaria in libros tres Pomponij Melæ de orbis ſitu, impreſſa primum Viennæ Auſtriæ, anno 1518. deinde Pariſijs, 1530. Adiectis præterea locis aliquot ex Commentarijs ſummatim repetitis, & obiter explicatis: in quibus Ioannes Camers in Enarrationibus ſuis in Solinum ab eo diſſenſerat. Item epiſtola ad Rodolphum Agricolam Rhetum iuniorem ſcripta, vbi explicatur locus apud Plinium de Dodrante & Pygmæis, de longitudine Gabbaris, & quid ſit vncia apud eundem. Locus Perſij ex Sat. 1. Si coſtam longo, &c. De Antipodibus multa, de lacu Acronio & Veneto. Locus Lucani ex lib. 6. de Dorio. Locus Virgilij ex primo Georgicorum, de vertice Auſtrino. Hæc deinceps Baſileæ etiam excuſa ſunt apud Cratandrum. Scholia in ſecundum C. Plinij librum Naturalis hiſtoriæ, impreſſa Baſileæ apud Henricum Petri, cum Iacobi Ziegleri commentarijs in eundem librum. Epitome trium terræ partium, Aſiæ, Africæ & Europæ, compendiariam locorum deſcriptionem continens: præcipue quidem, quorum in Actis Lucas, paſſim autem Euangeliſtæ & Apoſtoli meminere. Opus impreſſum Tiguri, anno 1534. Idem opus ab authore recognitum, ibidem excuſum eſt in octauo, additis quibuſdam tabellis geographicis, anno Domini 1548. Aphoriſmorum libros ſex, De conſideratione Euchariſtiæ, De ſententijs videlicet ſuper hac re controuerſis, De Sacramentis antiquis & nouis, deq; verbo, ſymbolis & rebus: item de vero veri corporis Domini eſu, de Tranſubſtantiationis dogmate, & veritate corporis Chriſti humani. Præterea qualis fuerit ritus cœnæ veteribus: rurſus per quos, quomodo, & quibus temporibus is ceremoniarum acceſſione auctus atque immutatus ſit: opus impreſſum Tiguri apud Froſchouerum, anno Domini 1536. Orthodoxam & eruditam epiſtolam, qua explicat quæſtionem, An corpus Chriſti propter coniunctionem cum verbo inſeparabilem, alienas à corpore conditiones ſibi ſumat. Impreſſam Tiguri, anno Domini 1539. Ad D. Ioannem Zuiccium Conſtantienſis eccleſiæ paſtorem epiſtolam: in qua poſt explicatas in Chriſto naturas diuerſas, & perſonam ex diuerſis naturis vnam, Ieſum Seruatorem noſtrum, vel in gloria veram eſſe creaturam, tum oraculis ſcripturarum ſacroſanctis, tum interpretum orthodoxorum authoritate docetur & demonſtratur. Præterea Antilogiam, ad D. Gaſparis Schuenckfeldij argumenta, in libellum, qui ab eo Summarium inſcriptus eſt, collectam: quibus Chriſtum Dominum in gloria re-

ceptum

ſio & propagatio. Quæ virtus & efficacia eccleſiaſtici miniſterij. Breuis explicatio articuli fidei de deſcenſu Chriſti ad inferna. Cur afflictionibus eccleſia Dei exerceatur. Cõgreſſus eccleſiaſticos ſedulo cuſtodiendos & tuendos eſſe. Epitome hiſtoriæ de Iudaici regni excidio, & de quibus nos admonet ex hiſtoria. Prophetia de Iudæorum abiectione & Gentium electione & vocatione. Liber excuſus à Brubachio 1553. octern. 12. Claruit anno 1551.

Ioannis *Agricolæ Hammonij, Germani, ſcholia copioſa in Therapeuticam methodum Cl. Galeni impreſſa Auguſtæ Vindelicorum 1534. item in Galeni libros ſex de locis affectis commentarij, impreſſi Norimbergæ anno 1537. & commentarij in librum G. de inæquali intemperie. Index copioſiſſimus ſimplicium pharmacorum omnium à Dioſcoride proditorum, ſecundum capita & libros, ordine alphabeti. Concordantiæ in authores præcipuos ſimplicium medicamentorum: in quibus primo ſtatim aſpectu deprehenditur, nũ aliquo, & in quo loco ſimplex quodq; deſcripſerit Dioſcorides, Galenus, & Serapio: iuxta ordinem literarum, ad ſcholiomagiſta quendam enumeratio cauſarum, cur in Therapeuticam methodum Galeni ſcholia ſcripſerit. Epiſtola ad Iacobum Gengerum Halenſem medicum, de vna theriaca, de parabolanis hominibus, deq; moderatione ſtudiorum & alijs quibuſdam. Liber impreſſus Baſileæ apud Vueſthemerum 1538. cum Georgij Leonbergeri epicedio, ad Ioachimum imperij Rom. Marſchalcum in Bappenheim. Libri ſeptem aphoriſmorum Hippocratis iuxta literarũ ordinẽ recitati, quo argumentum quoduis medicũ, ſtatim & primo obtuitu poſſit ad oculos reuocari: Quibus appoſita eſt perbreuis vbiq; enarratio Galeni, aut Oribaſij, aut vbi ita viſum erat, vtriuſq; mixta. Liber ſextus Epidemiorum Hippocratis, ex tranſlatione L. Fuchſij, eodem ordine, atque etiam difficiliorum ſcruporum breuibus expoſitiunculis atque annotatiunculis enarratus. Idem liber iuxta ſupradictum literarum ordinem & filum veteris tranſlationis congeſtus, nonnullius fortaſſis vſus, eo quod hæc fere Laconicum authorem ita referat, vt verbum verbo reddi & transferri Latine curauerit. Omnia ductu & auſpicijs Ioan. Agricolæ Am. His accedit Circknizæ regionis deſcriptio per Georgium Leonbergerum: liber impreſſus Norimbergæ 1573. Liber de herbis veterum & recentiorum ordine alphabeti, impreſſus Baſileæ apud Vueſthemerum. Nicolai Alexandrini de compoſitione medicamentorum ſecundum locos liber, impreſſus primum in Germania, deinde Venetijs, apud Andream Arriuabenum, vterq; cum ſcholijs Agricolæ Ammonij. Floruit anno 1537.*

Ioannes *Agricola Iſlebius edidit commentaria in euang. Lucæ.* Idem collegit adagia germanica trecenta, eaq; explicauit germanice Norbergæ, anno 1529. Hæc poſtea renouauit & auxit 459 adagijs, vt iam extarent adagia germanicorum 750. in 8. Vuiten. 1582. Refutauit etiam explicationem Pſal. 19. Thomæ Munzeri, germanice, anno Domini 1525.*

Ioannes *Aguſellius, de Proteſtationibus.*

Ioannis *Aiſtetenſis epiſcopi epiſtolæ duæ non multum poſt ſynodum Baſilienſem conſcriptæ, de rebus grauibus & minime à controuerſijs horum temporum alienis, excuſæ ſunt Auguſtæ cum Vita Amerbachij præfatione & epiſtola tertia Carthuſiani cuiuſdam, octern. 4. & dimid.*

Ioannis *Albertini Valleſienſis de eccleſiaſtica vnione exhortatio: Item de cœna Domini. Eiuſdem oratio de modo inquirendi pacem: impreſſa Gebennæ à Vuigando Koln.*

Ioannes *Albertus Burerius ſcripſit caſtigationes quaſdam in P. Vellei Paterculi hiſtoriæ Romanæ duo volumina. Frobenius excudit Baſileæ 1520.*

Ioannes *Albertus Vuidmeſtadius, I. C. Theologiam Mahometis & epitomen Alcorani ab alijs tranſlatas, typis imprimi curauit, & annotationes adiecit. Idem in præfatiuncula pollicetur, ſe propediem editurum Alcorani libros 4. à ſe conuerſos. Roberti Ketenenſis enim tranſlationem, epitomen ſolum eſſe. Liber impreſſus Norimbergæ 1543.*

Ioannes *Alberti Vuimpinæi excurſiones defenſiuæ de concordia Hippocraticorum & Paracelſiſtarum, cum appendice quid medico ſit faciendum. Monachij 1569. octauo.*

Ioannis *Alburgenſis, diſpoſitio argumentorum & annotationes in Ciceronis Catonem maiorem, exceptæ ex prælectionibus Dauidis Chytræi. Roſtochij 1572.*

Ioannes *Alcock Anglus, Elyenſis epiſcopus, ſcripſit homilias ad vulgum lib. 1. abbatiam ſpiritus ſancti lib. 1. de monte perfectionis lib. 1. in pſalmos pœnitentiales lib. 1. meditationes pias, & alia. Claruit anno 1490.*

Ioannes *Aldar hiſtoriographus, ſcripſit de Scotis & hybernis lib. 1. Baleus.*

Ioannes *Aldeburgus, Flandriæ Carmelita, ſcripſit de formalitatibus librum vnum. De ſufficientia ſyllogiſmorum librum vnum. De ſenſu & ſenſato lib. 2. Et alia Arnoldus Boſcius.*

Ioannes *Aldriſius carmine ſcripſit ad Gulhelmum Homannum librum vnum. Epigrammatũ quoque librum vnum. Claruit anno Domini 1530. Baleus.*

Ioannes de *Alerio, natione Tholoſanus, ordinis beatæ Mariæ de monte Carmeli, ſcripſit ſuper ſententias libros quatuor. Lecturam in Eccleſiaſticum librum vnum & alia plura. Floruit anno 1321.*

Ioannes de *Ales ſcripſit pſalterium virginis in quo omnes pſalmos corrupit, & ad virginem Mariam conuertit, impreſſum nuper cum præfatione Ioannis Brentij.*

Ioannes *Alesbius, conſiliarius Regius, ſcripſit vitam Nicolai Boerij, editam in principio Deciſionum.*

Ioannes *Alexander Braſſicanus, vir de bonis literis optime meritus, multos ante id tempus nunquam excuſos authores typographis publicandos exhibuit, quorum pleriſq; præfationes ſuas adiunxit: vt opera Eucherij, Græca Geoponica Conſtantini, Saluiani epiſcopi librum de vero iudicio & prouidentia*

*cham. Venetijs anno* 1574. *Italice.*

Ioannis *Andreæ Hieronymianus, id eſt de vita morte & prodigijs Hieronymi, excuſus in* 8.

Ioannes *Andreas Secabos, Italus, patria Veronenſis, Carmelita, Doctor Bononiæ, ac poeta Laureatus, in Pariſiorum Lutetia primus bonas literas docuit, & ſcripſit orationũ coram Pontifice Romano, librum vnum. Epiſtolas Rhetoricas lib.* 1. *Diuerſi generis carmina lib.* 1. *Morales eruditiones lib.* 1. *Atque alia. Claruit anno Domini* 1489. *Huius enarrant laudes Gaguinus, Fauſtus, Burellus & Boſcius. Iulianus Gaſart.*

Ioannes *Angelus Bauarus ex Aichen, ſcripſit libellum de correctione calendarij. Supputauit Ephemerides plures, & varia prognoſtica. Tabulam æquationum motuum planetarum Georgij Peurbachij dum abſoluere conabatur, obijt Viennæ, anno Domini* 1512. *Eius aſtrolabium planum in tabulis continens qualibet hora atque minuto æquationes domorum cœli, moram nati in vtero matris, cum tractatu natiuitatum, & de horis inæquabilibus pro quolibet climate mundi. Ioannes Emericus excudit Venetijs* 1494.

Ioannes *Angelus Odonus, natione Italus, ſcripſit epiſtolas aliquot ad Gilbertum Cognatum, quæ impreſſæ ſunt Baſileæ apud Rob. Vuinter. Claruit anno* 1530.

* Ioannes *Anglicus Pontifex olim Romanus eius nominis ſeptimus, vel vt alij volunt octauus mulier erat, ſcripſitq; Negromantica quædem lib.* 1. *Obijt anno* 857. *Baleus.*

Ioannes *natione Anglicus, vir in medicinis empiricus, ſcripſit de morbis particularibus librum vnum: & dictus eſt ille liber Roſa Anglicana. Eſt autem practica medicinæ à capite ad pedes, ab vniuerſalibus morbis ad particulares procedens. Liber impreſſus Venetijs apud Scotum* 1516.

Ioannis *Anglici Theologi roſarium beatæ virginis de quatuor eius feſtiuitatibus, Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, Aſſumptionis.*

Ioannes *Anglorũ rex, Henrici ſecundi iunior filius, ſcripſit pro republica ſua legum lib.* 1. *ad Innocentium contra Barones, & epiſtolas ad magni nominis viros doctiſſimas. Claruit anno* 1271. *quo etiã veneno per Ciſtertienſem monachum ſublatus eſt.*

Ioannes *Annius Viterbienſis, Italus natione, ordinis Dominicani, theologus, antiquitatum illuſtrator præcipuus, ſcripſit ad Ferdinandum Hiſpaniarum regem, de antiquitatibus Italiæ lib.* 1. *De nouem inſtitutionibus lib.* 1. *In Vertumnum Propertij librum vnum. In Aequiuoca Xenophontis librum vnum. In Fabium de aureo ſeculo lib.* 1. *Cõmentarios in Myrſilum librum vnum. Super Catonis fragmenta librum vnum. In itinerarium Antonini lib.* 1. *In Sempronium de Italia lib.* 1. *In Archilochum de temporibus lib.* 1. *Super Metaſthenem li. vnum. De Hiſpaniæ regibus lib.* 1. *Chronographiã Etruriæ lib.* 1. *In Philonis breuiarium lib.* 2. *In Beroſum de temporibus lib.* 5. *In ſupplementa Manethonis lib* 1. *Ad quadraginta quæſtiones Thomæ Anglij lib.* 1. *Commentarios in omnem hiſtoriam ſacram libros plurimos. In Geneſim ad literam librum vnum. In Deuteronomium librum vnum. Commentarios in pſalterium lib.* 1. *Commentarios in Eſaiam librum vnum. In prophetas maiores libros quatuor. In prophetas minores libros duodecim. Super epiſtolas Pauli libros quatuordecim. In Apocalypſin ad Sixtum librum vnum. Topographiam inſignem lib.* 1. *Emendationes Chronicorum librum vnum. De diuinis literis librum vnum. De origine philoſophorum & literarum lib.* 1. *Reſolutiones quaſdam lib.* 1. *Hiſtoriam Etruſcam lib.* 1. *Chronographiam contra Euſebium lib.* 1. *& alia. Claruit anno Domini,* 1490. *Paulo de Campo fulgoſo D. Sixti Cardinali à conſuetis colloquijs. Eius commentaria in Archilochi de temporibus epitomen, Xenophontis Æquiuoca, Beroſum, Manethonem, Metaſthenem, Philonem de temporibus, Fabium Pictorem, Myrſilum Lesbium, M. Catonis fragmenta de originibus, Antonini itinerarium, C. Sempronium, Propertium de Vertumno ſiue Iano. Omnia hæc ſimul excuſa ſunt Antuerpiæ apud Ioannem Steelſium anno Domini* 1552. *in* 8. *Præterea ſcripſit de primis temporibus, & quatuor ac viginti regibus Hiſpaniæ, & eius antiquitate librum vnum. De antiquitate & rebus Etruriæ librum vnum. De Etruſca ſimul & Italica chronographia librum vnum. Quæſtiones de Thuſcia librum vnum.*

* Ioannis *Anonij Magini Patauini ephemerides cœleſtium motuum ad annos* 40. *ab anno Domini,* 1581. *vſq; ad annum* 1620. *ſecundum Copernici hypotheſes, Prutenicoſq; canones, atq; iuxta Gregorianam anni correctionem accuratiſſime ſupputatæ, ad longitudinem Gr.* 32. 36. *ſub qua inclyta vrbs Venetiarum ſita eſt. Addita eſt diuſdem in Stadium animaduerſio, qua errores eius quam plurimi perpenduntur.* 4. *Venetijs anno Domini* 1582.

Ioannis *Antiochenæ eccleſiæ presbyter, Euſebij Emiſeni, Diodoriq; ſectator, multa componere dicitur, de quibus* περὶ εἱμαρμένης *tantum legi. Hieron. Vide Ioannes Chryſoſtomus.*

Ioannis *Antiocheni epiſcopi epiſtolæ quædam Græce extant ad S. Antonium: habentur etiam in actis Epheſini Concilij, & in appendice operũ Cyril.*

Ioannes *presbyter Antiochenus ſcripſit contra Acephalos, qui vnam tantum in Chriſto naturam aſſerunt: meminit huius Gennadius. Claruit tempore Zenonis Auguſti.*

Ioannes *Antonius, Burgus, Mantuanus, carmina multa ſcripſit, ſed non edita. Gyraldus.*

Ioannes *Antonius Campanus, epiſcopus Aretinus, ſcripſit opus de fugienda ingratitudine. De Thraſymeni lacus excellentia. De Diana elegias. Celebrauit ſuis carminibus Syluiam & Surianam. Scripſit orationem habitam in funere Calixti Pontificis. De regendo præterea magiſtratu opus. De dignitate matrimonij. Orationem funebrem habitam in funere Cardinalis Crotoniatum: Orationes de S. Stephano, & de ſpiritu ſancto. Scripſit etiam de vita & rebus geſtis Andreæ Brachij Peruſini, Italice olim militiæ imperatoris fortiſſimi, libros ſex, excuſos Baſileæ apud Brylingerum,* 1545. *Claruit* 1477.

nuncupati.8.Venetijs anno Domini 1570.

Ioannes Arboreus Laudunenſis, theologus Pariſienſis edidit commentaria in quinq; voces Porphyrij, in Ariſtotelis Categorias, & librum de interpretatione, in tota Phyſica. Item Theoſophiæ tomos duos, qui complectuntur vtriuſq; Teſtamenti difficiliorum locorum expoſitionem lib.19. volumen excuſum Pariſijs. Commentaria in cantica canticorum & in Eccleſiaſticen, impreſ. Pariſijs apud Colinæū. 1537. In Solomonis Prouerbia. Pariſijs apud Io. Roigni 1549. Eadem commentaria in Prouerbia, Eccleſiaſten, & Cantica, ſimul impreſ. ſunt in fol. 1553. ab eodem Roigneo. In quatuor Euangeliſtas, Pariſ. apud eundem, anno 1551. Eiuſdem contemplationes idiotæ, de amore diuino, de virgine Maria, de vera patientia, de continuo conflictu carnis & animæ, de innocentia perdita, de morte: excuſæ Pariſijs venduntur 2. ſolidis Gallicis. Methodus confeſſionis cōpendiaria in gratiam puerorū, venditur ſolido Gallico Parænesis ſeu exhortatio ad pœnitentiā ad quendam peccatorem, qui primo differt pœnitentiam agere vſq; in ſenectutem, ſecundo non vult alienum reſtituere, tertio non vult inimico parcere, quarto non vult quædam peccata occulta confiteri ſacerdoti, quinto dicit ſe à Deo induratum ideoq; non poſſe declinare à malo & facere bonum, ſexto deſperat propter peccata ſua miſericordiā à Deo conſequi poſſe. Lib. exc. Pariſ. venditur 6. ſolid. Gallicis. Eiuſd. dialectica exc. Lugd. apud Ant. Vincentium. 8.

Ioannes Archicantor Romanus, ſcripſit librum de modulandi & legendi ritu. De Anglorum ſynodo lib. 1. de eorundem fide lib. 1. de ſynodo Romana lib. 1. Claruit 679.

Ioannis Archimedici opus compendiarium de affectibus omnibus certis & incertis, & eorum cura: Græce manuſcriptum ſeruatur in bibliotheca Regis Gallorum.

* Ioannis Arcis ab Otalora ſumma nobilitatis Hiſpanicæ & immunitatis regiorum tributorum. Salmanticæ Ioannes Baptiſta de Terra noua, anno Domini 1570.

Ioannes Arculanus Veronenſis, ſcripſit expoſitionem noni libri Rhazæ ad Almanſorem, paucis exceptis capitulis ab eo morte præueniente non explanatis: Liber impreſſus Venetijs, anno Do. 1493. Eiuſdem commentarius ſuper quartam Fen Auicennæ impreſſus.

Ioannes Ardernus de Neuuarco chirurgus, ſcripſit Practicam chirurgiæ lib. 1. Claruit anno D. 1370. Baleus.

Ioannis Arelatani liber de ſecundis nuptijs, impreſſus Lugduni.

Ioannes Aretinus Romanæ eccleſiæ ſubdiaconus, Athanaſij Alexandrini vitæ è pluribus locis collectæ librum edidit, teſte Volaterrano.

Ioannes Argenterius Caſtellonouenſis, profeſſor rei medicæ Piſis, ſcripſit de conſultationibus medicis, ſiue de collegiandi ratione librum, excuſum Florentiæ apud Torrentinum anno D. 1551. & Pariſijs apud Martinum Iuuenem 1557. Item librum de erroribus veterum medicorum, ibidem excuſum anno Domini 1553. in fol. Præterea de ſomno & putrefactione contra Ariſtotelem libellos nondum editos. Item gloſſemata in Aphoriſmos Hippocratis & alia plura. Commentarios tres in artem medicinalem Galeni. Monte regali, ex officina Torrentiniana 1566. in folio. De ſomno & vigilia, de ſpiritibus & calido natiuo, libros duos, in quibus multæ veterum ſcriptorum ac recentium ſententiæ expenduntur. Pariſijs apud Morelium in 4.

Ioannes Argyropylus Conſtantinopolitanus, ex Ariſtotele conuertit Prædicamenta, Poſteriorum analyticorum lib. 2. de naturali auſcultatione lib. 8. de cœlo lib. 4. qui & ſeorſim Venetijs impreſſi ſunt, anno 1516. Ethicorum ad Nicomachum li. 10. qui cum Latinis operibus Ariſtotelicis Baſileæ editis habentur.

Ioannes Argyropylus iunior Græcus, Ariſtotelis librum de interpretatione vertit.

Ioannis Argyropyli de Imp. Ioanne Monodia Gr. manuſc. in bibliotheca Regis Gallorum. Conſolatio ad Imp. Conſtantinopolitanū. De regno. Comparatio antiquorum principum & noui imp. Ibid.

Ioannes Arnoldus Bergellanus, ſcripſit de Chalcographiæ inuentione encomion, carmine elegiaco, impreſſum in Germania.

Ioannis Arnolletti poematia quædam, Fides, ſpes, charitas, threnodia, &c. Rob. Vuinter excudit Baſileæ in libello variorum poematum.

Ioannes de Arnono I C ſcripſit Practicam, cautelas, Soliloquia, Dialogos, Commentarios, ſingularia ad ſtatuta regni Neopolitani. Eius ſoliloquia, epitomata, Problemata, dialogi, commentarij, Practica iudiciaria, Differentiæ, Topica, Singularia, & Cautelæ iuris ex diuino & humano iure excerpta, & per Auguſtinum Ferentillum reſtitutæ: exc. Venet. apud Guerreos fratres 1571 in octauo.

Ioannes Artopœus ſcripſit duo colloquia, alterum ſenſus & rationis, alterum adulationis & paupertatis: quibus viua humanæ vitæ imago exprimitur. Scripſit præterea de arbore ſcientiæ ac eruditionis, orationem doctiſſimam. Hæc vnà excuſa ſunt Baſil. apud Ioan. Oporinum, 1547. item Mineruæ apotheoſin, ab eodem excuſam, 1551. Idem ſcripſit annotationes & indicem in Similia D. Eraſmi, excuſas Friburgi 1544.

Ioannis Arquerij Burdegalenſis Dictionariū theologicum excuſum in folio. Forte idem eſt qui poſt Ioan. Sagittarius nominatur.

Ioannes de Arundine, Germanus, epiſcopus Vsbiten. ſcripſit in librum Sapientiæ lib. 1. in epiſt. Pauli ad Roman. lib. 1. in Beati immaculati lib. 1. ſermones de tempore lib. 1. ſermones de ſanctis lib. 1. & quædam alia. Claruit 1490.

Ioannes Aſtoe Anglus, Ioannis Vuicleui diſcipulus, ſcripſit contra vſurpationes cleri lib. 1. de recto vſu ſacramenti lib. 1. rationem ſuæ fidei lib. 1. contra mendicitatem otioſam lib. 1. & alia. Claruit anno 1382. quo etiam ad perpetuos carceres damnatus eſt.

Ioannes Aſhuarbij Anglus, Vuicleui diſcipulus, ſcripſit determinationes ſcholaſticas, ordinarias quæſtio-

Digitized by Google

ſenſu medicorum in curandis morbis libri 4. eiuſdem de conſenſu medicorum in cognoſcendis ſimplicibus liber, excuſi Venetijs circa annum 1552.

Ioannis Baccan I.C. Singularia & cautelæ.

Ioannes Baccontborpe Anglus, & Carmelita, ſcripſit in Magiſtrum ſententiarum lib. 4. quæſtiones ordinarias, Compendium legis Chriſti, Placita theologica lib. 4. determinationes lib. 1. in Metaphyſicam Ariſtotelis lib. 12. in Ethica eiuſdem lib. 10. in politica lib. 8. in libros de anima lib. 3. in Meteora libr. 4. de cœlo & mundo libr. 4. de generatione & corruptione libr. 2. de ſenſu & ſenſato libr. 2. de memoria & reminiſcentia libr. 2. de ſomno & vigilia lib. 2. de longitudine & breuitate vitæ lib. 2. in Phyſica Ariſtotelis lib. 8. in Elenchos eiuſdem libr. 2 in Topica libr. 4. in poſteriora lib. 2. in priora libr. 2. in Peribermenias libr. 2. in prædicamenta lib. 3. ſophiſmata quoque libr. 1. de Sphæra iudiciali lib. 1. de multiplicatione ſpecierum libr. 1. de conceptione Mariæ lib. 3. ſpeculum Carmelitarum libr. 1. in regulam eorundem libr. 1. compendium iurium eorundem libr. 1. tractatum de ſuo ordine. De paupertate Chriſti lib. 1 commentaria in Geneſim. Exodum, Leuiticum, Deuteronomion, in Ioſue, Iudicum, Ruth, libros Regum, in Paralipomenon, Eſdram & Nehemiam, in Tobiam, Iudith, Heſter, Iobum, Pſalterium, Prouerbia Solomonis, in Eccleſiaſten, Cantica canticorum, in librum Sapientiæ. Eccleſiaſticum. ſuper Eſaiam, Hieremiam, in Threnos eiuſdem, in librum Baruch, in Ezechielem, Danielem, & minores prophetas omnes. ſuper Machabæos. in Euangelium Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. in Paulum ad Romanos, Corinthios, Galatas, Epheſios, Philippenſes, Coloſſenſes, Theſſalonicenſes, Timotheum, Titum, Philemonem, ad Hebræos. Rurſus in Paulum libros 14. in Acta Apoſtolorum. in epiſtolas Canonicas in Apocalypſin Ioannis. in Auguſtinum de ciuitate Dei lib. 23. in eundem de Trinitate. in Anshelmum de incarnatione verbi lib. 1. in eundem cur Deus homo lib. 2. ſermones varios lib. 2. de æternitate Dei libr. 1. de fide & baptiſmo lib. 1. de dignitate eccleſiæ lib. 1. contra idololatriam libr. 1. contra Iudæos libr. 1. de potentijs animæ lib. 1 de perfectione iuſtitiæ libr. 1. compendium Chriſtianæ pietatis libros quatuor, de Aſtrorum ſcientia lib. 1. contra artes magicas librum 1 in canones pontificum librum 1 de iuriſdictione clauſtralium lib. 1. contra vanitates ſeculi lib. 1. Claruit anno Domini 1346.

Ioannes Bacontborpe, Anglus, Carmelita, vtriuſq; iuris ac theologiæ Pariſienſis Doctor, iuxta vetus poetæ dictum, Ingenio magnus, corpore paruus erat. Hic præter ea quæ ex meo catalogo recenſet Lycoſthenes, etiam ſcripſit de aduentu Meſſiæ libr. 1. De Iudæorum perfidia librum 1. Regulas Chriſtianæ fidei lib. 1. Concordiam Chriſti & prophetarum libr. 1. De ceſſatione legalium libr. 1. De præceptis & conſilijs lib. 1 De peccatis & remedijs lib. 1. De generali iudicio lib. 1 Poſtillationes in Lucam lib. 1 Sermones notabiles lib. 1. Alterum opus de conceptione lib. 1. De motu animalium lib. 1. De potentijs animæ quæſtiones libr. 1. De ſenſu & ſenſibili lib. 2. Contra Ioannem de Poliaco lib. 1. De vocali in cœlo laude lib. 1. De non ducenda fratris relicta libr. 1. Atque alia. Obijſſe fertur anno Domini 1346. Londini ſepultus. Huius opus in ſententias, bis eſt impreſſum Pariſijs, tandemque Mediolani ac Venetijs. Compendium legis Chriſti, ac quodlibeta. Venetijs quoque.

Ioannes Bampton, Carmelita, ſcripſit opus octo quæſtionum; De veritate propoſitionum libr. 1. Lecturas ſcholaſticas in Theol. lib. 1. Claruit anno 1340. Baleus.

Ioannes Baldus, patria Genuenſis. Dominicanus, ſcripſit Catholicon, vocabulare lib. 1. Quæſtiones animæ ad ſpiritum lib. 1. De ratione paſchæ lib. 1. De modo ſignificandi lib. 1. Poſtillam in Ioannem lib. 1 Et alia. Claruit anno Domini 1294. Iacobus Bergomas.

Ioannes Baleus Sudouolca, Anglus ſcripſit Faſciculum rerum ſcitu dignarum lib. 4. ſcriptores ab Helia libr. 2. ſcriptores ex Bertoldo libr. 6. additiones ad Triteminum libr. 1. collectiones Germanicas libr. 1. collectiones Gallicas libr. 1. collectiones Anglicas libr. 1. ex diuerſis Bibliothecis collectaneorum libr. 1. catalogum generalium librum 1. bellum ſpirituale. Caſtellum pacis libr. 1. ad Hullienſem ſynodum libr. 1. ad Paleonydorum appendices libr. 1. Hiſtoriam Patronatus libr. 1. hiſtoriam Simonis Angli libr. 1. hiſtoriam Franchi Itali libr. 1. in præfationem faſtorum Mantuan. Anglorum Heliades lib. 2. Britanniæ ſcriptores lib 6. in tres Vualdeni tomos, indices. Vitam diui Ioannis Baptiſtæ lib. 14. comœdiam de Chriſto duodenni. Comœdias de baptiſmo & tentatione duas. De Lazaro reſuſcitato vnam. De pontificum conſilio vnam. De Simone leproſo vnam. De cœna Domini & pedum lotione vnam. De Chriſti paſſione duas. De ſepultura & reſurrectione duas. De ſectis papiſticis libros duos. Contra Momos & Zoilos libr. 2. de Proditionibus papiſtarum libr. 2. in verbi peruerſores libr. 1. pro Ioanne Anglorum rege libros 2. de Thomæ Pecketi impoſturis librum 1. de promiſſionibus diuinis lib. 1. de prædicatione Ioannis libr. 1. de Chriſti tentatione libr. 1. de corruptis Dei legibus lib. 1. de amoris imagine lib. 1. tranſtulit etiam Pammachij tragœdiam libris 4. ſcripſit etiam Britannico ſermone in Apocalypſin Ioannis libr. 3 aduerſus impoſtorem Standicium libr. 1. contra iurandi conſuetudinem libr. 1 de homine peccati libros 2. de myſterio iniquitatis libr. 1. contra Pſeudochriſtos libr. 1. vitam Ioannis Oldecaſtel libr. 1. acta Anglicorum cœlibum libros 2. dialogorum libr. 1. cantiones Chriſtianas Contra Balhamitas libr. 1. apologiam pro Barnes libr. 1. pro Gray contra Smyth. libr. 1. ad exhortationem papiſticam librum 1. agones Annæ Askeuuæ libr. 2. ad Elizabetham reginam, Facetias & iocos. De hebdomada coram Deo. Epitome Chronicorum. De bello Vuicleui contra papiſtas Epiſcoporum Alchoranum. Tranſtulit ex Anglico in Latinum ſermonem, examinationem Gulhelmi Therpe. & ex Latino in Anglicum. Apolo-

Ioannis Baptiſtæ Suſij libellus de miſsione ſanguinis, in quo oſtendit, in quibus nam hodie medici, contra Hippocratis & Galeni ſententiam peccent circa phlebotomiam. Baſileæ apud P. Pernã. Audio etiam aliquid ab eo editum contra Trincauellam et Veſalium. Libros Galeni in capita ſecuit, & argumenta aſcripſit in ſecunda Iuntarum editione. Idem (vt arbitror) Italice ſcripſit de iniuſtitia duelli.

Ioannis Baptiſtæ Theodoſij, medici Bononienſis, medicinales epiſtolæ 88. excuſæ ſunt Baſileæ apud Nicolaum Epiſcopium iuniorem in 8.

Ioannes Baptiſta Vergerius Polæ epiſcopus. Petri Pauli epiſcopi Iuſtinopolitani frater, ſcripſit Paraphraſim luculentam in Pſalmum Beati immaculati in via, &c. Item tractatum de auaritia miniſtrorum eccleſiæ Papiſticæ. Obijt ante aliquot annos in Iſtria veneno clam è medio ſublatus.

Ioannes Baptiſta Verinus, edidit libellum de varijs picturis literarum.

Ioannes Baptiſta Zilletus in lucem edidit tractatus de teſtibus probandis vel reprobandis variorum authorum, Venet. 1568. in 4. Conſilia de cauſis vltimarum voluntatum, ſucceſsionum, dotium, & legitimationum, ex præſtantiſsimis & veteribus et nouis I.C. collecta. Volumen primũ, Venet. in folio. * & volumẽ ſecundum: cum acceſsione conſiliorum pro regno Portugaliæ exaratorum fol. Venet. 1581. Commentaria primæ partis D. Petri Follerij, ſuper conſtitutionibus, capitulis pragmaticis, et ritibus regni, edidit, & ſummaria adiecit. Venet. 1568. in fol. Scripſit etiam additiones in Philippum Decium de regulis: Iuris item in Practicam Io. Petri de Ferrarijs & in Practicam Rob. Marantæ. Repertorium Feudale. Iuriſconſultorum recentiorum vitas. Indicem librorum omnium Iuris tam pontificij quã Cæſarei. Omnia Venetijs publicata. Summaria & repertoria in Paridis de Puteo tractatum ſuper reaſſumptione inſtrumentorum. Conſiliorum in cauſis criminalibus recens editorum, ex excellentiſsimis quibuſq; Iurecõſultis veteribus ac nouis volumina collegit. Tomus ſecundus editus Venet. 1571. in fol.

Ioannes Barath patria Hannonien. cœnobij Valencenarum Carmelita, & doctor Pariſien. ſcripſit De reuelatione diuinorũ li. 1. Lecturã ſententiarũ li. 4. Determinationes theologiæ li. 1. poſtillã in Apocalypſ. li. 1. In Paul. ad Heb. li. 1. Introitũ ſententiarũ Pariſ. li. 1. Præconia ſacræ voluntatis lib. 1. In laudẽ Canonis ſacri lib. 1. Quæſtiones ordinarias li. 1. Collationes ſynodales li. 1. De vtilitate ſcripturæ lib. 1. Compendium Vualdeni lib. 1. De temporis ſui malis lib. 1. Quadrageſimale quoq; lib. Atq; alia. Claruit 1426. Valencenſis bibliotheca.

Ioannis poetæ Barbucali epigramma de conflagratione Beryti, & alia multa, habentur in Florilegio Græco, libro 1 3 4. & ſexto.

Ioannes Baretus Linnæ in Nordouolgia ex honeſta familia natus, Carmelita verus Dei cultor relucente Dei veritate aliquandiu fuit, verum poſtea ad vomitum redijt Scripſit reformationes Io. Triſſæ lib. 1. Annotationes aliquot in Paul. li. 1. In Canonicam Ioan. primam lib. 1. Orationes ad Clerum lib. 1. Homilias quaſdam Anglicas lib. 1. Ad Vuatſonũ in carcerem, Epiſt. 1 Claruit 1556. Baleus.

Ioannes Barnyngham Anglus, ex Gippenſuicenſi Suldouocarum comitatu, collegio Carmelita, ſcripſit commentarios in textum ſententiarum li. 4. quæſtiones ordinarias lib. 1. de enormitate peccati li. 1. Claruit apud Anglos anno 1448.

Ioannis de Barro magici ſuperſtitioſi libri Pariſijs combuſti ſunt.

Ioannis Bartholomæi medici, libellus poematum, in honorem illuſtriſsimi Domini. D. Alberti Baronis à Laſco editus. Gorlizij anno 1571.

Ioannes Bartholomæus Marlianus, patricius Mediolanẽſ. ſcripſit de topographia antiquæ Romæ li 7. cuius Epitomen Thom. Platt. impreſ. Baſ. 1538. cum Pomponio Læto de antiquitatibus Romæ, & libello P. Victoris de locis Romæ, Gryphius etiã excudit Lugduni, & Romæ impreſ. eſt 1534. & nuper iterum ibidem, auctus & recognitus, cum imaginibus, & deinde rurſum Baſil. apud Ioan Oporin. etiam cum imaginibus, an. 1550. Claruit anno Do. 1540.

Ioannes Bartholus Pariſienſis in appendice ad ſcriptores Ioan. Tritemij, miris laudibus celebratur: ſed nihil ab eo ſcriptum commemoratur.

Ioannes Baruuyck Franciſcanus ſcripſit Commentarios ſenientiarum lib. 4. Ordinarias quæſtiones lib. 1. Quæſtiones de formis lib. 1. Lecturas ſcholaſticas lib. 1. Super Aſtrologorum prognoſticis lib. 1. Claruit anno 1340. Baleus.

Ioannis de Barros decas prima & ſecunda Aſiæ, edita Italice.

Ioannis Bartholomæi de Scarampis I.C. Conſilia ſex habentur inter Conſilia Alberti Bruni.

Ioannes Baſadona patricius Venetus, ſcripſit dialogos 5. Primum De veriori mortalium fine ac fœlicitate. II. De intellectuali natura Dei ac diuina ſapientia. III. De ſingularium ac rerum omnium cognitione ab intellectu diuino. IIII. De admirabili Dei prouidentia & mortalium cura V. De diuina electorum prædeſtinatione. Venetijs excudit Ioannes Tatiunus, anno 1518. in 4.

Ioannes Baſilius, ſcripſit de laudibus medicinæ, & alia quædam.

Ioannes Baſingus in lucem emiſit Grammaticam Græcam lib. 1 De concordia Euangeliorum li. 1. Conciones eruditas lib. 1. Claruit anno D. 1552. Baleus

Ioannis Baſij Friſij, paradoxarum diſputationum Iuris Ciuilis lib. 4. in quibus dubiæ & ambiguæ iuriſconſultorum traditiones, reſponſaq́ inter ſe repugnantia, in iudicium & examen reuocantur, æquaq; lance ponderantur, atq; reconciliantur. Nunc primum, in vſum ſtudioſorum legalis militiæ, ſingulari ſtudio & ſummis vigilijs æditi.

Ioannes Baſolus quidam ſcripſit ſuper 4. Sen. Liber impreſſus.

Ioannes Bate Anglus, Carmel. ſcripſit de conſtructione partium orationis li. 1. Super vniuerſalia lib. 1. Super prædicamenta lib. 3. in ſex principia lib. 1. de anima quæſtiones lib. 1. Pro introitu ſententiarum



Google

*Apoſtolorum acta, per Ioannem Gagneium theologum collecta ſunt, excuſa Pariſijs apud Carolum Perier, anno 1552.*

Ioannis *Benedicti annotationes in vetus & nouum Teſtamentum. Pariſijs.*

* *Ioannis Benedicti theologi Pariſienſis, forte idem cum priore, index ampliſs. inſignium ſententiarum, quæ à D. Ioanne Chryſoſtomo in ſuis lucubrationibus præclare dictæ ſunt. Pariſijs Guilielmus Merlin & Sebaſt. Niuellius, 1570. In fol. cũ operibus Chryſoſt. ſuis tomis diuiſis.*

* Ioannis *Benedicti F. Introductiones Dialecticæ, nouiter impreſſæ, diligentia fratris Auguſtini Comba. 8. Pariſijs apud Niuellium.*

* Ioannes *Benignus in orationes quaſdam Ciceronis commentaria ſcripſit. Baſileæ per Oporinum, anno* 1553.

* Ioannis *Berberij Vallanienſis, I. C. præclariſſimi, Aurea practica Viatorium vtriuſq. Iuris inſcripta. 8. Coloniæ apud Ioan. Gymnicum, 1579.*

Ioannis *Bercenali compendiũ diuini amoris.*

Ioannis *Berkelaer à ſylua ducali Dictionarium Germanicolatinum, cum diuerſis orationum formulis. Antuerpiæ, 1556.*

* Ioannis *Bernardini Brancæ, ad quædam Iuris ciuilis reſponſa, commentaria.*

Ioannis *Bernardini in Dioſcoridem medicaminum index.*

Ioannis *Bernardi Diaz de Luco, Hiſpani, Practica criminalis canonica, in qua omnia ferè flagitia quæ à clericis committi poſſunt, cum eorum pœnis deſcribuntur. Guilielmus Rouillius impreſſit Lugduni, anno 1554. Eadem Practica criminalis canonica cum annotationibus Ioannis Heluetij. Antuerpiæ excuſ.* 1568.

Ioannes *Bernardus Felicianus Venetus, vir Græce & Latine eruditus, multa tranſtulit ex Græcis medicis, philoſophis & theologis: & præſertim Catenam illam auream (vt vocant) ſiue Oecumenij interpretationem Græcam in Acta Apoſtolorũ, & Epiſtolas catholicas, excuſam Baſileæ ab Iſingrinio anno 1552. in 8. & à Iordane Zilleto Venetijs, anno 1556. Et ex Cl. Galeno libros de Hippocratis et Platonis decretis. De anatome matricis lib. 1. De fœtuum formatione li. 1. impreſſi ſunt Baſileæ apud Cratandrum ſeorſim: deinde cum omnibus Galeni Latinis operibus, ibidem apud Frobeniũ, & Venetijs. Pauli Æginetæ librum ſextum de Chirurgia tranſtulit, quoniam is in prima Baſilienſi verſione omiſſus erat: vbi deinde ſeorſim excuſus apud Bebeliũ, anno 1533. reliquo operi additus eſt. Alexandri Aphrodiſienſis explanationem in primum librum priorum Reſolutoriorũ Ariſtotelis Latinam fecit: quæ tranſlatio Venetijs impreſſa eſt, anno D. 1543. apud Hieronymum Scotum. Ariſtotelis Ethicorum ad Nicomachum lib. 10. cum Euſtratij, Aſpaſij, Michaelis Epheſij, nonnullorumq. aliorum Græcorum explanationibus nuper Latinitate donati ab eodẽ, adiecta eiuſdem præfatione doctiſſima: in qua compendio quaſi quodam, partim quid proponat his in libris Ariſtoteles, & quo ordine progrediatur: partim eius doctrinam non modo à Chriſtiana pietate non diſcrepare, ſed admodum vtilem quoq. eſſe, declaratur: opus impreſſum Venetijs primum, anno 1541. apud hæredes Lucæ Anto. Iuntæ Florentinis deinde Baſileæ apud Ioan. Oporinum. Idem libros aliquot Galeni excuſos Venetijs in officina Iuntarum, anno 1550. partim iam primum tranſtulit, partim à ſe olim tranſlatos recognouit, veluti ſunt: De vuluæ diſſectione liber. De Hippocratis & Platonis decretis lib. 9. quorum primum in ſecunda editione prius deſideratum adiecit, ſed abſque principio, cæteros recognouit. De fetuum formatione Commentarij 3. In librum Hippocratis de ijs, quæ in medicatrina fiunt, nouis quibuſdam picturis illuſtrati. In librum Hippocratis de fracturis commentarij tres. In librum eiuſdem de articulis commentarij quatuor. De ſemine lib. 2. De ſeptimeſtri partu. Præterea tranſtulit Ariſtotelis de hiſtoria animalium lib. 10. Eiuſdem de Xenophane, Zenone & Gorgia librum emendauit & tranſtulit, Iuntæ excuderunt Venetijs, anno 1552. cum Ariſtotelis & Auerrois operibus. Porphyrij de abſtinentia animalium libri, ab eodem tranſlati, ibidem, ni fallor excuſi ſunt. Claruit anno 1546.*

Ioannis *Bernardi Gualandi de vero iudicio & prouidentia Dei. Florentiæ 1562. in 8.*

Ioannis *Bernardi Sauonenſis Eremitani, vocabuliſta eccleſiaſticus, quem ſe ex Papia & Mammetrecto collegiſſe ait. Venetijs impreſ. eſt per Franciſcum Bindonum, anno 1535.*

Ioannes *Bertachinus de Firmo, iurecõſultus, ſcripſit Repertorium vtriuſq. iuris lib. 3. quæſtiones varias. Eius Repertorium olim auctum opera Ioannis Thierry, poſtea Æmilij Mariæ Manoleſſi diligentia adeo cumulatum, vt ſtudioſus nihil amplius deſiderare queat, editum eſt Venetijs apud Beuilaquam, anno D. 1570. in quarto. Idem doctiſſimorum virorũ induſtria & labore ab innumeris mendis repurgatum, Baſileæ excuderunt Frobenij fratres, anno 1573. in folio.*

Ioannis *de Bertelaria medici, liber inſcriptus, Sic ars deluditur arte.*

Ioannes *Bertram Nuenburgenſis, Germanus, ſcripſit in prologum Bibliæ lib. 1. Collationes multas ad clerum lib. 1. De valore miſſarum lib. 1. Quæſtiones varias. Et quædam alia. Claruit anno Domini 1494.*

Ioannes *Beſton, Anglus, Lymenſis cœnobij ad Carmelitas olim præpoſitus, ſcripſit compendium Theologiæ moralis lib. 1. Ordinarias quæſtiones lib. 1. Super vniuerſalibus Holcoth lib. 1. Rudimenta logices lib. 1. Sermones in Euangelia lib. 1. Sermones in epiſtolas lib. 1. Claruit anno Dom. 1428. quo etiam obijt.*

Ioannis *de Bethatz, Faſciculus medicinæ impreſſus Venetijs per fratres de Forliuio, 1491.*

Ioannis *Betſij ſuper Decalogum. Mortuus eſt, anno* 1476.

Ioannes *de Beuerlaco, doctor Oxonienſis, anglus, ſcripſit Quæſtiones ſententiarum lib. 4. Et Cantabrigia.*

Ioannes

Digitized by Google

titiones. Ibidem anno 1572. Eiuſdem conſilia ad diuerſas frequentioresq́; cauſas in foro verſari cõſuetas. Fol. Venetijs, 1579.

Ioannes Boniatus, edidit cum ſua præfatione Enchiridion iuris, inſtar imperialium inſtitutionũ, continens præcipua fermè totius iuris prudentiæ capita, quæ in vaſto Iuris oceano agitantur. Heidelbergæ 1570.

Ioannis à Bononia, de æterna Dei prædeſtinatione & reprobatione, liber. Louanij, anno D. 1554. in folio.

Ioannes Bæſenſtein, Germanus, libellũ grammaticum Hebraicæ linguæ ſcripſit, qui & impreſſus habetur: aliàs cognomen eius ſcriptum inuenio, Beſchenſtein. Claruit anno 1524.

Ioannes Beſianus Cremonenſis, I.C. Azonis & Curſij præceptor, ſcripſit in Pandectas lib. 1. quem Odofredus ventoſam ſummulam vocat. Item ſuper C. lecturam. Claruit anno 1200.

Ioannes Bokingham ſcholaſticæ Theologiæ doctor, antiquus, & apud Oxonienſes multi ac magni nominis, ſcripſit in Longobardum quæſtiones ſententiarum lib. 4. Ordinarias diſceptationes lib. 1. Quæſtionum ſententiarum opus erat Pariſijs impreſſum, anno Domini 1505. Londinenſis bibliotheca.

* Ioannis Bonderij rerum Theologicarum controuerſarum compendium. Antuerpiæ Ioãnes Steelſius, 1562.

* Ioannis Borcholten Luneburgenſis, commentaria in titulum 34. libri 4. Codicis, qui inſcribitur de Vſuris. 4. Helmſtadij, anno 1583. Eiuſdem commentaria in titulum 14. libri 2. Pandectarum, qui inſcribitur de Pactis. 4. Helmſtadij, anno Domini 1583.

Ioannis de Borma medici liber Dietarum.

Ioannes Borough rector eccleſiæ de Collingham compoſuit de Sacramentis & ſacramentalibus opus, quod vocat Pupillam oculi lib. 10. Homilias quoq; lib. 1. Floruit 1386. Baleus.

Ioannis Boſchæi liber de dicæogamia, impreſſus eſt Pariſijs.

Ioannes Boſeus Codega, ſcripſit ſuper 2. Decretalium.

Ioannes Botleſham Dominicanus & tandem epiſcopus Roffenſis, ſcripſit Sermones ante Regem factos lib. 1. Diſputationes ſcholaſticas lib. 1. Claruit anno 1388. Baleus.

Ioannes Botrell Carmelita, cõpoſuit ſummus Logicales lib. 1. De vtilitate Logices lib. 1. Claruit anno 1400. Baleus.

* Ioannis Bonlæſe, ad myſticos ſcripturæ ſenſus varia dictionum ſignificatio, cum demonſtratione 70. hebdomadum Dan. 9. Pariſijs apud Dionyſium Vallenſem, 1575.

Ioannes Boulierius emiſit Ciceronis orationes cum ſuis caſtigationibus, & marginalibus annotationibus. Lugduni Frellonius, anno 1560. Eiuſdem quædam orationes (ni fallor) excuſæ ſunt.

Ioannes Bourchier Anglus, eques auratus, ſcripſit Chronicorum Ioannis Froſſardi lib. 4. Et comœdias quaſdam. Claruit anno 1523.

Ioannis Boutillier liber, cui titulus, Summa ruralis, quem Ioan. de Gradibus I.C. quam plurimis Iuriſconſultorum auctoritatibus ex Pandectis exornauit. Pariſijs Ioannes Petit 1512.

Ioannis Boſinenſis epiſcopi, ſumma confeſſorum. Vixit anno 1255.

Ioannis Braccij Mediolanenſis, Chirurgia.

Ioannis Braceſci de Alchymia dialogi duo, quorum prior genuinam Gebri ſententiam, alter Lulli explicat. Excuſi ſunt Venetijs à Ioltto in 8. Italice, & Norimbergæ à Petreio Latine, in 4.

Ioannes Bracherius, ſuper 1. ff. noui, De verborum ſignificatione.

Ioannes Brãmart Aquenſis, Germanus, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. Sermones varios lib. 1.

Ioannes Bradfordus in Lancaſtriæ comitatu, & Manceſtria villa ex honeſtis parentibus ortus, ſcripſit De vera reſipiſcentia lib. 1. De electione Dei lib. 1. De malis ex Miſſa audita li. 1. De cruce ferenda lib. 1. De ſuis precationibus lib. 1. In orationem Dominicam lib. 1. Super præceptis Decalogi lib. 1. De Chriſti diuinitate lib. 1. De cœna Domini lib. 1. De ſuis examinationibus lib. 1. Colloquia cũ pſeudodoctoribus lib. 1. Quod Papa ſit Antichriſtus lib. 1. Ad quatuor vrbes li. 1. Meditationes mortis lib. 1. Tranſtulit in Anglicum ſermonem Artopœum De lege & Euangelio. Chryſoſt. de oratione lib. 1. Locos communes Melanchthonis lib. 1. Crematus fuit Londini 1555. Baleus.

Ioannes Brandmullerus, Baſilienſis eccleſiæ miniſter, ſcripſit Conciones funebres centum ex vetere, & octoginta ex nouo Teſtamento. Baſileæ edidit P. Perna 1572. in 8. Dialogos 12. explicationem ſymboli Apoſtolici, Germanice in 4. * Eiuſdem conciones nuptiales 40. ex vetere Teſtamento, & 20. ex nouo.

* Ioannis Bruni Cybimenſis Pannonij epithalamia in nuptias Caroli IX. Regis Galliarũ & Reginæ Elizabethæ Cæſaris Max. II. filiæ nuptias in 4. Heidelbergæ.

Ioannis de Breitenbach, profeſſoris Lipſenſ. additiones ad Lecturam Ioannis Andreæ ſuper arborem conſanguinitatis & affinitatis, Lipſiæ Wolf. Monacenſis excudit, anno D. 1508. Eiuſdem de conceptione B. Virginis replica contra doctorem Frickenhuſium.

Ioannes Brentius, Germanus, multos, vtriuſq; Teſtamenti libros enarrauit, ſcripſit autem libellum caſuum quorundam matrimonialium, impreſſum Baſileæ apud Weſthemerum 1536. cum præfatione D. Martini Lutheri. Item commentarium in Exodum Moſi, impreſſum Halæ Sueuorum apud Petrum Brubachium, anno 1539. Commentarium in Leuiticum, impreſſum Francofurti, 1542. Commentaria in librum Hiob, impreſſa Haganoæ 1572. apud Secerium. In Amos prophetam, commentarium impreſſum. Audio etiam aliquid in Eccleſiaſten ab eo ſcriptum Germanice, quod deinde ab alio quodam Latinitate donatum ſit, in epiſtolam Pauli ad Philemonẽ, & in hiſtoriam Eſther cõmentariolum excuſum

Ioannis Brodæi commentarij doctiſſimi in epigrammata Græca, excuſi ſunt Baſileæ, anno Domini 1549. in officina Frobeniana. Eiuſdem Annotationes in Oppiani Kynegeticō lib. 4. Q. Calabri Paralipomenon Homeri lib. 14. Coluthū de Helenæ raptu, excuſæ ab Heruagio. Eiuſdem Obſeruationes ſiue variæ lectiones ab Oporino impreſſæ in 8. Item in Euripidem annotationes, ab eodem, in folio. Item in Dioſcoridem.

Ioannes de Bromyard, ordinis fratrum prædicatorum, ſcripſit ſummam prædicantium lib. 1. ſummam iuris mortalis lib. 1. ſermones de tempore lib. 1 ſermones de ſanctis lib. 1.

Ioannis Brucherij Trecen. in carmen Baptiſtæ Mantuani de fortuna Franciſci Gonzagæ, commentarius impreſſus, cum reliquis in Baptiſtæ opera commentarijs. Eiuſdem commentarius in ſeptem Græciæ ſapientum dicta & in Catonem, Lutetiæ impreſſus.

Ioannes Brunellus, ſcripſit de ſponſalibus in 1. decretal. de electione 1. licet euitanda. in 5. decretal. de homicidio, c. 1. de poteſtate legati, & in eodem tractatu de Cardinalibus.

Ioannes de Brunoſto, ſummiſta citatur ab Aluoroto.

Ioannes de Bruxellis, ordinis Canonicorum regularium S. Auguſtini, ſcripſit Roſetum exercitiorum ſpiritualium, & ſacrarum meditationum lib. 2. & de Illuſtribus viris ſui ordinis lib. 1. Vixit anno 1495.

Ioannes de Bruyno, Bruxellenſis, Carmelita, ſcripſit lecturam ſententiarum in Paulum lib. 2. In eccleſiaſt. lib. 1. Super ſententias quoq; lib. 4. Arnoldus Boſcius.

Ioannes Bruyrinus Campegius Auerrois collectaneorum ſectiones tres, ſecundo, ſexto & ſeptimo Colliget libris reſpondentes, in Latinum ſermonem conuertit. Venetijs excuderunt Iuntæ cum reliquis Auerrois operibus, anno 1553.

Ioannes Bucius Ænicola, Europæ totius luculentam deſcriptionem effinxit ad formam virginis. Wechelus excudit Pariſijs in tabula duarum chartarum, altera tantum facie impreſſa, vt liceat affigi ad parietem.

Ioannis Bugenhagij Pomerani in librum Pſalmorum interpretatio, impreſſ. Baſileæ apud Adamum Petri, anno 1524. Pſalterium Dauidis, & integri loci ſacræ doctrinæ, ex omnibus Prophetis, cum quibuſdam alijs pijs Canticis: hæc Latine conuerſa ab eodem, excuſa ſunt Witenbergæ, an. 1544. Annotationes in epiſtolas Pauli ad Galatas, Epheſios, Philippenſes, Coloſſenſes, vtranque ad Theſſalonicenſes, ad Timotheum, vtranq; ad Titum, Philemonem, & Hebræos: excuſa apud Adamum Petri, anno 1525. Publica confeſſio ex Chriſti inſtitutione de Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti, qua ſuæ fidei de cœna Domini reddit rationem. Alexander Weyſſenhorn impreſſit Auguſtæ Vindelicorum, anno 1529. Contra nouum errorem de Sacramento corporis & ſanguinis Dom. noſtri Ieſu Chriſti epiſtola, eadem German. impreſſa Witenbergæ, 1525. Epiſtola ad fideles in Anglia. Annotationes in Deuteronom. In Samuelem Prophetam, id eſt, duos libros Regum. Hiſtoriam paſſi Chriſti & glorificati ex Euangeliſtis conciliatā, cum annotationibus: Adamus Petri excudit Baſileæ, anno 1524. Expoſitiones in Ionam prophetam, Witenbergæ apud Vitum Creutzer, anno 1550. Claruit anno eodem. * Eiuſdem extat epiſtola Chriſtiana ad generoſiſſimam matronā Annam ducîſſam Stetinenſem, Germanica. In 4.

* Ioannis Buiſonij (ſi recte legitur) Harmonia Hiſtoria ac harmonia Euangelica, ſeu vita D. Ieſu quatuor Euangeliſtis in vnum hiſtoriæ corpus congeſtis, adiectis ſuis locis ordinis & conſenſus ratione. 8. Romæ.

Ioannis Bunderij à Gandano, compendium concertationis huius ſeculi ſapientum ac Theologorum ſuper erroribus moderni temporis, excuſ. Pariſijs, anno Domini 1549. apud Viuantium Gautherotium, in octauo, chartis 34. * His acceſſit Collatio quatuor doctorum, veluti Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini & Gregorij, ſuper 30. articulos ab Hæreticis Modernis agitatos. In 16. Pariſijs. Scutum Orthodoxæ fidei, aduerſus quaſcunque controuerſas hæreſes. Antuerpiæ excuſum, anno Domini 1569.

Ioannis Burchardi liber ceremoniarum impreſ. Romæ in fol. * Eiuſdem ordo miſſæ pro informatione venerabilium ſacerdotum, vnà cum Ioannis de Turrecremata libro, de aqua benedicta. In 8. Romæ Antonius Bladus, 1559.

* Ioannis Buræi Scoti, confutatio reſponſionis Guilielmi Witakeri, ad rationes decem, quibus fretus Edmundus Campianus Anglus, Ieſuita, certamen Anglicanæ eccleſiæ miniſtris obtulit in cauſa fidei. In 8. Pariſijs apud Thomam Brumenium, in clauſo Brunello, ſub ſigno oliuæ.

Ioannes Burgenſ. monachus Benedictinus, ſcripſit Anglorum annales. Claruit circa annum Domini 1200.

Ioannis de Burgundia tractatus de peſte.

Ioannis Buridani Logica impreſſa. Eiuſdem extant Quæſtiones in libros Ethicorum Ariſtot.

Ioannes Bury Auguſtinianus, ſcripſit contra Reginaldum Pecock lib. 2. In Lucam commentarios lib. 1. Lecturas ſcripturarum lib. 1. Quæſtiones & ſermones lib. 2. Claruit anno Domini 1460. Baleus.

Ioannis Buſcoducenſis, Calendarium perpetuum parieti affigendum. Antuerpiæ 1572.

Ioannis Buſſlebij, Speculum virginum, rythmis Germanicis. Erdfurdij.

* Ioannes Buſchmannus Lubecenſis, Carmine deſcripſit vrbem Hannouerenſem. Emiſit quoque Elegiam anno 39. Witenbergæ ad Ennonem Comitem Phriſiæ. Et anno 47. vertit ſcholæ Salernitanæ regimen ſanitatis in Germanicos rythmos.

Ioannis Buſmanni poemata quædam impreſſ. Witenbergæ 1537.

Ioannes à ſacro Buſto, vide infra in Ioan. S.

*Poſtremo promittit hiſtoriam Norduicenſem et caſtigationem operum Galeni. Cæterum quo conſilio ſingula ſcripſerit, & quænam ex his & vbi in publicum edita ſint, diligenter ab ipſo exponitur in libro de ſuis libris, edito Londini, anno Domini 1570. per Guiliel. Sereſium, è quo ſingula ſtudioſi petere poterunt. Claruit in Anglia, anno Domini 1570. annum agens ætatis LX.*

Ioannis *Calamei tabula regionis Biturigum excuſa Lugduni apud Gryphium.*

Ioannis *Calceati de paßione Chriſti liber, impreſſus Lugduni apud Parmenterium, anno Domini 1538.*

Ioannes *Calderia phyſicus, ſcripſit concordantias poetarum, philoſophorum, et theologorum, quæ ex antiquo exemplari authoris impreſſæ ſunt Venetijs anno 1547. octern. 24. Elocutio barbara eſt, opus eti ãipſum indiligenter et deprauate excuſum.*

Ioannes *Caldermus, patria Bononienſis, ſcripſit Repertoriũ iuris lib. 1. Deciſiones, conſilia multa lib. 1. Conſilia eius impreſſa ſunt, item Repertorium iuris, anno 1474. Inuenio præterea hæc eius ſcripta citari: Diſputatio, Quæritur, quam allegat Feli. in c. graue in 2. de offi. ord. de cenſura eccleſiaſtica, de interdicto eccleſiaſtico, in proœmium decretal. in 1. decretal. de reſcriptis c. in noſtra. & c. mandatum. & c. ab excommunicato in eundem. de electio. c. ſuper eodem. & c. cum in iure. Et in 2. decretal. de appellatio. c. ex parte tua. Item de ord. cog. c. 1. intelleximus, & c. ſuper ſpoliatione. Item de cauſa poſſeſ. & proprij c. cum dilectus. Item de probatio c. poſt ceſſationem. Item de teſti. cog. c. dilectorum. Et in 3. decretal. de coha. ele. & mul. c. veſtra. & de conceßion. præben. c. cum in veſtris. & c. poſtulaſtis. et de rebus eccleſ. c. ſi quis preſbyterorum. Item de donationibus c. propter eius. Et in 5. decretal. de raptoribus c. de illis. & de vſuris c. nauiganti. Eius tabula continens auctoritates & ſententias Bibliorum, prout in compilationibus decretorum et decretalium inducuntur, ſecundum ordinem alphabeti, emendata à Thoma Dormbergio Memmingo, Spirenſis ciuitatis conſule, Spiræ excuſa eſt à Petro Drach, anno 1481. Claruit anno 1340.*

* Ioannis *Caletæ Commentarij in 4. Euangelia, bibl. Imper. Viennæ manuſc.*

Ioannes *Calphurnius Brixien. ſcripſit interpretationem in Heautontimorumenon Terentij, impreſſam Baſileæ apud Frobeniũ, cum Donati commentarijs, & Venetijs apud Scotum 1545.*

Ioannes *Caluinus Nouiodunenſis, eccleſiæ Geneuenſis miniſter, & inter theologos noſtri temporis præcipui nominis, plurima ſcripſit Latino et Gallico ſermone, è quorum numero ſunt. Inſtitutiones Chriſtianæ religionis, ſæpius editæ & auctæ, poſtremo tamen anno 1559. in libros quatuor digeſtæ, certisq; capitibus diſtinctæ, ad aptißimam methodum: auctæ etiam tam magna acceßione vt propemodũ opus nouum haberi poßit. Editum autem eſt opus hoc in fol. & in 8. Latine, Gallice, Italice, Germanice. Commentarij in Geneſ. In quatuor alios Moſis libros, in Harmoniæ formam digeſti. Tertium editi in folio, Geneuæ anno 1583. In librum Ioſue. In omnes Pſalmos. In Iſaiam. In tres Euangeliſtas in formam Harmoniæ digeſti. In Ioannem. In Acta Apoſtolorum. In omnes Pauli epiſtolas. In epiſtolam ad Hebræos. In Canonicas Petri, Ioannis, Iacobi, & Iudæ. Prælectiones. In Ieremiam. In Danielem. In XX. capita Ezechielis. In duodecim quos vocant minores Prophetas. Conciones exceptæ dum publicæ concionaretur, & Gallica lingua editæ. In librum Iob. In decem legis præcepta. In Pſal. CXIX. In Canticum regis Ezechiæ ex XXXVIII. Iſaiæ. In aliquot capita Harmoniæ trium Euangeliſtarum. In X. & XI. caput prioris ad Corinthios. In Epiſtolam ad Galatas. In epiſtolam ad Epheſios. In epiſtolam ad Timotheum & Titum. Item conciones aliquot de Chriſti Natiuitate, Paßione, Morte, Reſurrectione, & in cælos Aſcenſu. Conciones in cœtu publico (quam vulgo vocant Congregationem) habitæ de Prouidentia & æterna Dei electione. Conciones quatuor noſtris temporibus perutiles: hæ Latine quoque editæ ſunt. Opuſcula varia ſeparatim edita, & poſtea in vnum volumen collecta per Nic. Gallaſium. Pſychopannychia, qua refellitur quorundam imperitorum error, qui animas poſt mortem vſq; ad vltimum iudicium dormire putant. Epiſtolæ duæ, prior, de fugiendis impiorum illicitis ſacris, & puritate Chriſtianæ religionis obſeruanda. Altera, De Chriſtiani hominis officio in ſacerdotijs Papalis eccleſiæ vel adminiſtrandis vel abijciendis. Iacobi Sadoleti Romani Cardinalis epiſtola ad Senatum populumq; Geneuenſem, qua in obedientiam Rom. Pontificis eos reducere conatur. Cum Ioannis Caluini ad eam epiſtolam reſponſione. De cœna Domini. Epinicion Chriſto cantatum Calendis Ianuarij, anno Domini 1541. Catechiſmus eccleſiæ Geneuenſis hoc eſt Formula erudiendi pueros in doctrina Chriſti. Formula ſacramentorum adminiſtrandorum in vſum eccleſiæ Geneuenſis conſcripta. Defenſio ſanæ & orthodoxæ Doctrinæ, de ſeruitute & liberatione humani arbitrij, aduerſus Calumnias Alberti Pighij Campenſis. Admonitio paterna Pauli III. Romani Pontif. ad inuictißimum Cæſarem Carolum V. Cum ſcholijs Ioannis Caluini in eandem epiſtolam. Articuli à facultate ſacræ theologiæ Pariſienſi determinati ſuper materijs fidei noſtræ, hodie controuerſis, cum Antidoto. De neceßitate reformandæ eccleſiæ, ad Cæſarẽ Carolum V. & principes, aliosq; ordines, Spiræ imperij conuentum agentes. Breuis inſtructio muniendis fidelibus aduerſus errores ſectæ Anabaptiſticæ. Item, aduerſus fanaticam & furioſam ſectam Libertinorum, qui ſe Spirituales vocant. Item, Epiſtola ad fideles qui degunt Rotomagi, aduerſus Franciſcanum quendam Libertinorum erroris ſectatorem. Admonitio qua oſtenditur quam in rem Chriſtianæ reipub. foret, ſanctorum corpora & reliquias velut in inuentarium redigi: quæ tam in Italia quàm in Gallia, Germania, Hiſpania cæriſq; regionibus habentur. De vitandis ſuperſtitionibus, quæ cum ſincera fidei confeßione pugnant. Item excuſatio aduerſus Pſeudonicodemos.*

*Claruit anno D.1404.Ioannes Groſſius.*

Ioannis *Campeſtri oratio quædam laudatoria,excuſa eſt in quarto.*

Ioannes *Campezius,ſcripſit ſuper 2.ff. veteris. Item de ſtatutis excludentibus fœminas. Vide Ioan.Campegius.*

Ioannes *Campeſten. ordinis beatæ Mariæ de monte Carmeli,natione Anglicus,ſcripſit ſermones de tempore lib.1.ſermones de ſanctis lib.1.*

Ioannes *Capolus, ſcripſit ſuper omnes libros ſententiarum.*

Ioannes *Campuſbellus,natione Scotus,ſcripſit de rebus geſtis Scotorum claruiſſe fertur ãno 1260.*

Ioannes *Canappe, medicus, Latine reddidit Galeni librum de oſſibus.*

Ioannes *Candidus de Aquileia,quædam ſcripſit quæ excuſa ſunt in Italia.*

* Ioannis *Candidi de Cœna Domini veritas Catholica, in gratiam ſtudioſæ iuuentutis methodicè tractata. Heidelbergæ excuſa per Ioannem Meier. in 8.1579.*

Ioannes *Canon, ſiue canonicus cognomento, minorita,ſcripſit lecturam ſententiarũ lib.4. Diſputationes ordinarias lib.1.in Ariſtot. phyſica lib. 8. quæſtiones dialectices lib.1. Vixit anno 1320.*

Ioannis *Cantacuzeni Imperatoris Conſtantinopolitani, qui aſſumpto monachi habitu Ioſaph monachus eſt cognominatus, contra Saracenorum hæreſim, pro Chriſtiana religione Apologiæ quatuor: eiuſdem contra Mahometem orationes quatuor: Græce, & Latine Rod. Gualthero Tigurino interprete, Baſileæ apud Oporin. excuſ. 1543. cum Alcorano,&c. Extant eiuſdem etiam contra Iudæos orationes, ſiue libri aliquot, nondum excuſi, quos propediem Ioan.Oporinus in lucem dabit, volente Deo. Contradictiones aduerſus Procorum Cydonem, Alia capita contradictoria in eundem: Græce extant Romæ in Palatina bibliotheca Paraphraſis in quinque libros Ethicorum Ariſtotelis, ſeruatur Græce Venetijs, in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli. Claruit circa annum Domini 1360.*

Ioannes *Cantianus, ſcripſit de caſibus iuris, lib.2. Rubricas quoq; lib.1. Claruit anno Domini 1247. Baleus.*

Ioannis *Cantuarienſis archiepiſcopi perſpectiuæ communis libri tres, figuris per L. Gauricum emendati & diſtincti. Venetijs, anno 1504. apud Ioan. Baptiſtam Seſſam, & iam poſtremo correcti & figuris illuſtrati. In 4. Coloniæ 1578.*

Ioannes *Capgraue, Anglus, B. Auguſtini ordinis monachus,ſcripſit commentarios in Geneſim, Exodum, Leuiticum, Numeros, Deuter. in hiſtoriam Ioſuæ, in libros Regum, in Pſalterium, in Danielem, ſuper 4. Euangelia, in epiſtolas Pauli & Acta apoſtolorum, in Apocalypſ. Ioannis, ſuper ſententias lib.4. determinationes theologiæ, catalogũ ſanctorum Angliæ, Orationes ad Clerum, ſermones per annum, atq; alia. Claruit anno 1464.*

Ioannes *Capnion, aliâs Reuchlin, natione Germanus, ex Phorcen oppido Sueuiæ, trium linguarum Hebraicæ, Græcæ & Latinæ interpres, ſcripſit ad epiſcopum Wangionum Camerarium Dalburgi, Dialogum, in quo omnia ſecreta philoſophiæ Græcæ, Hebraicæ, & Chriſtianorum portentifica verba explicat, quem præſcripſit Capnion, vel de verbo mirifico lib.3. De præexercitamentis rhetoris lib.1. De diuerſitate quatuor idiomatum Græcæ linguæ lib.1. Orationem funebrem in mortem Rudolphi Agricolæ, epigrammaton & elegiarum lib.1. epiſtolas quoq; & orationes ſcholaſticas ſine numero plures. multa præterea vtilitati noſtræ communiè Græco in Latinum vertit opuſcula, Vt Xenophontis apologiam pro Socrate, Neſtorium hæreticum, confeſſionem Cypriani, Proclum de beata virgine, Luciani aliquot mortuorum dialogos, eiuſdem dialogũ de concilio Deorum, monomachiam Iliados Homeri de Paridis & Menelai duello in lingua German. metricè, Epiphanium de vita & morte prophetarum: maximum Tyrium Platonicum philoſophum in oratione, Si Deus fecit bona, vnde venient mala. Defenſionem cõtra calumniatores ſuos Colonienſ. liber impreſſ. Epiſtolas complures, quarum meminit etiam Ludouicus Vives, in libro ſuo de ſcribendis epiſtolis. ex Athanaſio vertit librum de Varijs quæſtionibus, & annotationes adiecit: item opuſculum in Pſal. eiuſdem. Progymnaſmata iambis trimetris ſcripta, quæ cum cõmentario Georgij Simler Phorcæ, 1508. apud Thom. Anshel. excuſa ſunt. Breuiloquiũ, id eſt Dictionarium ſingulas voces Latinas breuiter explicans per ordinem alphabeti: impreſ. Baſil. apud Amerbachium, 1480. Canticum Ioſephi, Eſopei dictum catinus argenteus, continens ſententias morales, Latinate donauit: qui liber excuſ. eſt apud Thomam Anshel. Tubingæ. Prius autem Hebraice tantum exiuerat Conſtantinopo. in officina Gerſonis filij Moſeh, ſub imperio Salymon Cæſaris, anno vndecimo regni eius. In ſeptem Pſal. pœnitentiales Hebraicos interpretationem de verbo ad verbum, & ſuper eiſdem commentariolos: liber impreſ. Tubingæ apud eundem, 1512. Rudimenta Hebraica, impreſſa Phorcæ, apud Thomam Anshel. 1506. de accentibus & orthographia linguæ Heb. lib.3. Cardinali Adriano dicatos, impreſ. Haganoæ apud Thomam Anshelmum, 1518. De verbo mirifico lib.3. impreſſ. Coloniæ, & alibi. De arte Cabaliſtica li.3. impreſſos Haganoæ apud Thomam Anshelm. 1517. De arte concionandi libellum ad D. Petrum præpoſitum in Denckendorff, impreſſ. Baſil. cum eiuſdem argumenti libellis, anno 1540. apud Balthaſar. Laſium. Claruit anno 1494.*

Ioannes *de Capiſtrano Aprucij oppido, ordinis fratrum minorum, Bernardini Senenſis olim diſcipulus, ſcripſit de cupiditate lib. 3. contra Huſſitas lib.1. ſermones varios lib.1. de paſſione Domini li. 1. epiſtolas nonnullas. Et quædam alia.* * *Veluti De papæ, Concilij, ſiue Eccleſiæ auctoritate, opus nunc primum excuſum. Eiuſdem Speculum Clericorum, & Defenſorium tertij ordinis D. Franciſci, 4. Venetijs. Eius vita à monachis Viennenſibus conficta in 4. Viennæ Auſtriæ excuſa, anno 1523. Vixit anno 1450.*

Ioannes

Ioannis Cellarij Gnoſtopolitæ in literas Heb. introductio.

Ioannis Cellarij Landaui theologi iudicium de Martino Luthero ſcriptum, anno D. 1520.

Ioannis Cementarij Cathol. humanæ vitæ & mortis deſcriptio, Solodori Germanice. Eiuſdem de pugna trium fortium armatorum, hominis, ſatanæ, & Dei: item quæ cauſa ſit quod multi ſeipſos hoc tempore morte afficiunt. Baſileæ 1570. Germanice. * Eiuſdem Mercator Spiritualis in locum Matthæi 13. de acquirenda precioſa margarita æternæ ſalutis. Germanice in 8. Baſileæ apud Leonhartum Oſtem, anno 1583.

* Ioannis Cephali Ferrarienſis, in celeberrimo gymnaſio Patauino, veſpertinarum lectionum interpretis ſummi ac primarij: Conſiliorum ſiue reſponſorum iuris volumen, libris quatuor diſtinctum, in folio, Francoforti apud Sigiſmundum Feyrabent anno 1579. Et ſinguli libri ſeorſim excuſi Venetijs temporibus diuerſis. Eiuſdem conſiliorum ſiue reſponſorum Iuris liber quintus, Nunc recens in lucem æditus. In quo permulta in iure inter eximios iuris profeſſores controuerſa, ita dilucidè enucleantur, vt vix quidquam, aut ne vix quidem in ijs deſiderari poſſit. In fol. Venetijs. Anno 1582.

Ioannis Cepiani Auenionenſis, ſcholia in Ioannis Macri libellum de proſperis Gallorum ſucceſſibus & eiuſdem Panegyricum. Pariſijs 1555.

* Ioannis Ceramei in Euangelia quatuor conciones, & Homiliæ, folio bibl. Imperatoris Viennæ, manuſcripta.

Ioannis epiſcopi Ceruienſis, Chirurgia quæ denominatur, Filia principis: manuſcripta. Mattheus Dreſſerus.

Ioannes Chappuis, Raimundi ſummam ſacramentorum eccleſiaſticorum Commentarijs & gloſſis explanauit. Venetijs 1568.

Ioannes Charax Grammaticus, allegatur in Græco libro Varini Camertis, quem Cornucopiæ inſcripſit: & puto aliquid eius adhuc extare.

Ioannis Charetani cuiuſdam & aliorum experimenta continentur in libello quodam de chirurgia, neſcio cuius authoris, German. impreſſo Francofordiæ apud Egenolphum, anno D. 1534.

Ioannis Chartophylacis τῆς πρώτης ἰουστινιανῆς & totius Bulgariæ, cognomento Pediaſimi, liber Græcus de nuptijs, extat Romæ in Vaticana bibliotheca. Synopſis de menſione & partitione terræ, ſeruatur alicubi in Italia, priuatæ quædam enarrationes in Cleomedis locos aliquot obſcuriores Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris, & Venetijs ad S. Antonium. Ibidem habetur liber eius de laboribus Herculis. Eiuſdem compendium Geometriæ in bibliotheca Regia. Liber de dimenſione terræ Græce ſeruatur in Auguſtana bibliotheca.

Ioannes de Chatabrigis doctor antiquus, enumeratur in nomenclatura Iureconſultorum.

Ioannes Chaundeler, ſcripſit de ſtatu naturæ humanæ lib. 1. Laudes Bathoniæ ac Welliæ lib. 1. De laudibus Thomæ Beckingtoni lib. 1. Geſta Guilhelmi Wickami lib. 1. Epiſtolarum opus lib. 1. Claruit anno Domini 1460. Baleus.

Ioannes Checus, eques auratus, patria Catabrigienſis, tranſtulit ex Græco ſermone D. Io. Chryſoſt. homilias contra obſeruatores nouilunij, de dormientibus in Chriſto, de prouidentia Dei homilias 3. de fato homilias 3. Idem tranſtulit in linguam Latinam librum Thomæ Crammeri Anglice ſcriptum de ſacramentis. Excuſus eſt Londini 1553. Item ex Græca lingua in Latinam tranſtulit, Demoſthenis Olynthiacas, Philippicas, contra Leptinem, & aduerſarias orationes Demoſthenis & Æſchinis, Ioſephum, Leonis Imperat. librum de apparatu bellico. Impreſſum Baſileæ. Euripidis & Sophoclis quædam. Aſceticum Maximi monachi. Ariſtotelem de anima. Præterea ſcripſit librum de pronuntiatione Græcæ linguæ, Commentaria in Pſalmum Domine probaſti, Panegyricum in natiuitatem Edoardi principis. Correctiones quaſdam Herodoti, Thucididis, Platonis, Demoſthenis, & Xenophontis lib. plurimos. Damnum ex ſeditione lib. 1. An liceat nubere poſt diuortium lib. 1. In Pſalmum 139. De eucharistiæ Sacramento lib. 1. Epitaphiorum lib. 1. Super obitu Buceri lib. 1. De ludimagiſtrorum officio lib. 1. Introductionem Grammatices lib. 1. In obitũ Antonij Denei lib. 1. De fide iuſtificante lib. 1. De aqua luſtrali, cineribus & palmis ad Wintonienſem lib. 1. Collegitq́ dicta Parliamenti ſuper re Eucharistica lib. 1. Claruit anno 1554.

Ioannes Chelmeſton Anglus, ex Eboracēſi comitatu oriundus, ſcripſit quæſtiones ordinarias lib. 1. determinationes theologicas lib. 1. ſermones & collationes, ac alia multa. Claruit anno 1290.

Ioannis Cheradami cuiuſdam præfationes Græcæ in nouem Ariſtophanis comœdias, ſingulæ in ſingulas: excuſæ Pariſijs apud Gormuntiũ, cum ipſis comœdijs.

Ioannes de Chiniueto, Gallus, doctor Metenſis, Carmelita, ſcripſit Speculum inſtitutionis ordinis ſui lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Quadrageſimale quoq; lib. 1. Atq; alia. Claruit anno Domini 1340. Tritemius in laude Carmelitarum.

Ioannis Choreandri Vera & aurea ars bene moriendi, vbi quam ſimpliciſſime explicantur duo articuli fidei noſtræ de reſurrectione carnis & vita æterna, Magdeburgi in octauo, Germanice.

Ioannis à Choul dialogus in quo hæc ſunt animalia, Formica, Muſca, Papilio, Aranea. Eiuſdem alter de Antiquitate. Item hiſtoria quercus & deſcriptio montis Pilati in Gallia. Lugduni impreſſa.

Ioannes Chriſtoferſonus, Lancaſtrienſis, epiſcopus Ciceſtrienſis, ſcripſit patrio ſermone Obedientiæ exhortationem lib. 1. E Græco in Latinum tranſtulit Philonem Iudæum: De mundi fabricatione lib. 1. De decem præceptis lib. 1. De principe deligendo lib. 1. De officio iudicis lib. 1. Tranſtulit etiam in Latinam linguam hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſcriptores Græcos, Euſebium Pamphili, Socratem, Theodoretum, Hermiam, Euagrium. Coloniæ apud hæredes Birkmanni, anno 1570. Claruit añ. 1556. Baleus.

Ioannes

xander Braßicanus ſe in bibliotheca ſua habere teſtatur. Plura de hoc ſcriptore, vita, moribus, ac libris eius, vide apud Suidam. Floruit autem, vt ſcribit Tritemius, anno Domini 411. Ioannis Chryſoſtomi orationes de prouidentia, de auaritia, de ingluuie, de anima, de pulchritudine & vxore, de diuitijs & paupertate, de eccleſia Dei non contemnenda, & myſterijs, de humilitate animi, de aduerſa valetudine. Excuſæ ſunt Baſileæ ab Oporino Græce & Latine, Martino Cromero & Vito Amerpachio interpretibus. Eiuſdem homilia quod neminem viuentem aut etiam vita functum, anathemate diriſque inſectationibus inſectari oporteat, Græce & Latine excuſa eſt Pariſijs, Guilielmo Plancio interprete. Eiuſdem ſermones 4. de patientia Iob, & 10. de pœnitentia Lilio Tifernate interprete, excuſæ ſunt Lipſiæ anno 1538. De laudibus D. Pauli homiliæ 7. excuſæ ſunt Latine cum operibus Bedæ. Homiliæ quædam ante non excuſ. editæ ſunt Coloniæ cum homilijs Maximi Taurinenſis anno 1536. Omnia vero opera eius Baſileæ à Frobenio emendatiora quàm ante excuſa ſunt, anno Domini 1547. Ioannis Chryſoſtomi Græce hæc ſeruantur in bibliotheca Regia. Homiliæ in Geneſim 30. De ſacerdotio orationes ſex. Aliæ homiliæ in Geneſim. Sermones qui dicuntur Margaritæ. Homiliæ quæ dicuntur ἀνδριάντες. Homiliæ in Euangelia. Interpretatio in Matthæum. Epiſtola ad Cyriacum epiſcopum. Interpretatio in Eſaiam. In epiſtolam ad Corinthios. Orationes ſex in Iudæos. Orationes de adoratione crucis. Sermones de pœnitentia, de ieiunio, de ficu arida, de eleemoſyna, de proditione, de cruce et latrone. Oratio Parænetica ad Theodorum epiſcopum. Epiſtolæ eius ſeruantur Venetijs ad S. Antonium, & multæ apud Ioan. Sambucum. Protheoria in Pſalmos. D. I. Chryſoſtomi & Baſilij ſacrificij ſeu miſſæ ritus ex ſacerdotali Græco in Latinam linguam tranſtulit Gentianus Heruetus: Venetijs excudit Bruciolus 1548. Opera eius poſt alias editiones rurſus edita ſunt Pariſijs apud Guilielmum Morlin, 1570. in folio. Innumeris locis (vt titulus pollicetur) ad collationem exemplariorum vtriuſque linguæ, nunc primum reſtituta & aucta Philippi Montani opera. * In biblioth. Imp. Viennæ Græce manuſc. habentur Chryſoſtomi omnia ferè opera ſupra commemorata: & præterea quæ in ſuperiori catalogo non habentur, de Abrahamo concio nondum edita, & de edicto, cenſuq; Imperatoris Augusti in 4. de exilio Adam, deq; bonis & malis mulieribus: commentarius in Pſalmos in 8. In eandem Imperatoris bibliothecam ex Ioannis Sambuci tranſlatæ ſunt, de operibus Chryſoſtomi manuſc. homiliæ in ficum infructuoſam arborem: de pœnitentia, & temperantia, & virginitate: in Petrum & Eliam de precatione: de muliercula Cananea: in meretricem & phariſæum, in proditionem Iudæ Iſcariotæ, in Ioſephum: de continentia & modeſtia, &c. in folio. Eiuſdem ibidem manuſ. extat, in decem virginum hiſtoriã in 4. Item homiliæ in Pentecoſten, in natalem Chriſti in 4. in Euangelium S. Matthæi homiliæ, & enarrationes eleganter ſcriptæ, fol. variæ homiliæ in varios ſanctos et martyres, in Mamantem, Nicetam, Dionyſium Areopagitam, Eulampium & Ecilam, in Euangeliſtam Lucam, in Demetrium, Lucianum, Stephanum iuniorem, Ambroſium, &c. Præterea in Catharinam martyrem, et matrem Mariam, cum homilia in phariſæum & publicanum: interpoſito encomio Gregorij Rhetoris, in Zachariam & Elizabetham, de Ioanne Baptiſta fol. Contra Iudæos homiliæ duæ, contra Eunoimum quinque. Variæ homiliæ, quarum plurimæ nondum ſunt editæ: in Timotheum, in peregrinationem Flauiani Epiſcopi, Exhortatio ad populum de Tolerantia & Conſtantia, & alia ad fortiter ferendas minas: concio, quod peccatum, mortem & triſtitiam in vitam attulerit, de non iurando, de vitando iuramento, in calamitatem ciuitatis Antiochiæ, fol. Eiuſdem homiliæ & explicationes in vetus Teſtamentum, fol. Explicatio orationis dominicæ, in 4. in Simeonis canticum, & Gabrielis ſalutationem, homiliæ, 4. Rurſum eius de virginitate opus inſigne: vbi multa præclarè de nuptijs & matrimonio, fol. In ſynodum Epiſcoporum: rurſum in apoſtolum Petrum, in Eſaiam prophetam, in Lazarum, in Epigraphen 50. Pſalmi. Summa γνωμῶν ſiue ſententiarum theologicarum, in 4. habentur bibl. manuſc. Imper. Viennæ. Libri duo de orando Deum Græce editi ſunt Coloniæ 1573. & Antuerpiæ 1579. Idem tractatus de modo ſupplicandi Deo, Italice editus Venetijs in 8. 1544. Eius aduerſus gentes demonſtratio, quod Chriſtus ſit Deus, 12. Ingolſtadij anno Domini 1579. Et de virginitate liber, Græce & Latine nunc primum editus: interprete Ioanne Liuineio Gandenſi, in 4. Antuerpiæ ex officina Plantini anno Dom. 1579. Eiuſdem orationes duæ, vnà in principes apoſtolorum Petrum & Paulum, eorundemque glorioſiſſimum martyrium: altera in ſanctos duodecim apoſtolos, Græce recens Romæ in lucem prolatæ, nunc verò in Germania primum excuſæ, 8. Coloniæ anno 1582. Item D. Ioannis Chryſoſtomi de comparatione Regis & Monarchæ, Germano Brixio interprete. Antuerpiæ Ioannes Bellerus ſub aquila aurea excudit. Eiuſdem libellum quòd nemo læditur niſi à ſemetipſo. Antuerpiæ Ioannes Bellerus anno Domini 1564. impreßit. Denique omnia, quæ ad hunc vſque diem extant, opera, nunc recens aucta, et multo diligentius quam antea caſtigatiora, in folio. Pariſijs apud Seb. Niuellium, anno 1579.

Ioannes Chryſoſtomus Soldus, ſcripſit vitam Saluſtij hiſtorici, & ſummam hiſtoriæ belli Iugurthini à Saluſtio deſcripti, quam & Aſcenſius ſuis annotationibus in Saluſtium, Pariſijs ab ipſo excuſum, appoſuit.

Ioannes Chryſoſtomus Zanchus, Bergomas, Baſilij Zanchi frater, ſcripſit libros tres de origine Orobiorum, ſiue Cenomanorum, ad Petrum Bembum: & Panegyricum ad Carolum V. Imperatorem, eleganti ſtilo.

Ioannes Chylmarke Martonenſis collegij ad Iſidis vadum ſocius, mathematicus, ſcripſit De actione elementorum lib. 1. De motu lib. 1. De alte-

ratione

rum. De 21. articulis anabaptiſtarum. Ad Iuſtum Ionam de miſſa contra Lutherum. Ad regem Scotiæ contra Aleſium & Melanchtonem. De authoritate conciliorum. Contra catechiſmum Moibani. Contra Araneas Moryſini Angli. Contra Ioannem Sturmium de conſilio cardinalium delectorum. Relationem compendioſam ad regem. Epiſtolam ad principes & ſtatus partis catholicæ. Philippicas 4. contra Melanchtonem. Contra eiuſdem apologiam, & Confutationem Didymi Fauentini. De matrimonio regis Angliæ. Defenſionem Roffenſis epiſcopi & Mori. Propoſitiones 153. aduerſus 70. propoſitiones Lutheri contra Antinomos. Libellum Vtrum is qui non eſt ab epiſcopo aliquo conſecratus, Euchariſtiam per verba conſecrationis conficere queat. Colloquium cum Luthero habitum Wormatiæ. An liceat duas habere vxores ſimul. De vera eccleſia. De ordinatione epiſcoporum & presbyterorum & de euchariſtiæ conſecratione. Philippicam quintam. Contra 18. articulos Witebergenſium de peccato originali, & 21. de fide iuſtificante. Defenſionem ceremoniarum eccleſiæ contra tres libellos Ambroſij Moibani. Quadruplicem rationem concordiæ ſuper confeſſione Auguſtana. De inuocatione ſanctorum eorumq́ interceſſione, & de reliquijs imaginibusq́ eorundem, contra Bullingerum. Hiſtoriam de vita Theodorici regis Oſtrogothorum & Italiæ. De modo & vſu orandi antiquo. Miſcellaneorum lib. 3. qui diuerſos continent tractatus 30. Conſiderationem de concordiæ tractatu contra duo ſcripta Lutheranorum. Replicam in Muſculi Anticochlæum, & in Antibolen Bullingeri, atque in quædam ſcripta Buceri. In Nycticoracem noui euangelij. De veneratione reliquiarum, contra Caluinum. De interim contra eundem. De ſeditioſis appendices 3. ad librum Bruni. Hiſtoriæ Huſſitarum libr. 12. ~~Philippicam 7. in Melanchtonem.~~ Speculum antiquæ deuotionis circa miſſam. Rudimenta Muſicæ & Geometriæ, in quibus vrbis Norimbergenſis laus continetur. Commentationem in meteora Ariſtotelis. Exhortatio ad Germaniam de inuocatione ſanctorum. Reſponſio ad ſingula puncta Confeſſionis Proteſtantium principum Auguſtæ exhibitæ. Diſcuſſio omnium confeſſionis & apologiæ Auguſtanæ articulorum.

* Eius & Arnoldi Veſalienſis quadruplex conſideratio ſuper confeſſione Auguſtana proteſtantium quorundam. anno 1544. forte idem liber cum eo qui ſupra notatus, de quadruplici ratione concordiæ ſuper confeſſione Auguſtana. Eius item de actis & ſcriptis Martini Lutheri hiſtoriam ab anno 1517. vſque ad annum 1546. in Germanicam linguam tranſtulit Ioannes Chriſtophorus Hûber in 4. Ingolſtadij 1582. Scripſit etiam de reſolutione Imperat. Caroli V. ratione Interim. Omnia hæc diuerſis in locis, plurima tamen Moguntiæ excuſa ſunt. Obijt Viennæ anno Domini 1552.

* Ioannes Cocinus nouam vniuerſi iuris diſtributionem à Ioanne Bodino in tabula adumbratum dialogo explicauit. In 8. Pragæ in officina Georgij Nigrini 1581.

Ioannis de Coconato I. C. Conſilium in materia feudali, habetur inter Conſilia feudalia Bruni.

Ioannes Cogelerus verbi diuini miniſter Stetini, imagines elegantiſſimas & quæ multum lucis ad intelligendos doctrinæ Chriſtianæ locos adferre poſſunt, partim ex Melanthonis prælectionibus partim ex patrum ſcriptis collegit, & edidit. Witenbergæ 1561. Idem ſcripſit explicationem obiectionum, quæ in epiſtolis Dominicalibus occurrere poſſunt, ita accuratam vt integræ enarrationis vice fungi poſſit. Francofurti apud Nicolaum Baſſum anno 1571. Item Obiectiones & ſolutiones in epiſtolam D. Pauli ad Galatas. Witebergæ anno D. 1564.

Ioannes Coletus, Anglus, ſcripſit de puerili inſtitutione lib. 1. de moribus componendis lib. 1. enarrationum in Paulum lib. 14. in Prouerbia Salomonis lib. 1. in Euangelium Matth. lib. 1. de reformidatione Chriſti lib. 1. in ſymbolum fidei lib. 1. in precationem dominicam lib. 1. conciones ordinarias lib. 1. conciones extraordinarias lib. 1. Breuiloquiū dictorum Chriſti. Diſputationem contra Eraſmum Roterod. Obijt anno D. 1519.

Ioannes Collæus, Carmelita, latine ſcripſit de laudibus Apoſtolorum lib. 1. De Chriſti paſſione lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos lib. 1. Sermones aliquot lib. 1. Claruit anno 1440. Baleus.

Ioannis de Colonia Agrippina, ordinis minorum, quæſtiones Magiſtrales in Scoti volumina, ſententiarum, quodlibetorum, metaphyſices, de anima, & poſteriorum, excuſæ Baſileæ apud Adam Petri, año 1510. Eiuſdem extat poſtilla æſtiualis & hyemalis.

Ioannes Colton, ſcripſit de cauſa Schiſmatis lib. 1. De remedio eiuſdem lib. 1. Claruit año 1410. Baleus.

Ioannes Columbinus, ſcripſit carmē contra Philomuſum, ſcholaſticos theologos contemnentem.

Ioannis Columbini, epiſcopi Almirenſis, ſuffraganei, de ſacramento Confirmationis inſtructio, & exhortatio, Germ. Dillingæ 1572. in 8.

Ioannes de Columna, patria Romanus, ordinis fratrum prædicatorum, archiepiſcopus Meſſanenſis, ſcripſit mare hiſtoriarum lib. 10. epiſtolas ad diuerſos lib. 1. & quædam alia.

Ioannis Columberij locorum communium liber ſecundum alphabetum, qui inſcribitur Scala cœli, Vlmæ impreſſus per Ioannem Zainer, anno Domini 1480.

* Ioannis de Combis Minoritæ Compendium totius theologicæ Veritatis. Item annotationes, cum D. Bonauenturæ Theologalium terminorum declaratione. Lugduni Guilielmus Rouilius 1560.

Ioannis Comitis, Sacrenſis epiſtola ſcripta ab Epheſo ad reges, qua docet, quid egerit vbi ſynodus conuenit, habetur in Cyrilli libro Apologetico, pro 12. anathematiſmis.

Ioannes ex Comitibus, Catechiſmum concilij Tridentini, in 4. libros, certaq́ue capita diſtribuit, & ſummarijs capitum, pluribuſq́ue ad marginem

ſcripturæ

Digitized by Google

* Ioannes *Crato Padenbornenſis, muſicum libellum euulgauit.*

Ioannes *Crato, Vratiſlauienſis medicus, ſcripſit Methodum therapeuticam ex Galeni & Ioannis Montani ſententia. Item Ideam Hippocraticã, & Methodum de humore melancholico: quæ omnia excudit Baſileæ Oporinus. Eiuſdem elegia de angelis, & 6. Pſalmus Dauidis carmine redditus excuſa ſunt Lipſiæ, anno 1550. Idem ſcripſit in Galeni libros methodi medendi Periochen methodicam, in qua perſpicua breuitate quæ obſcura ſunt explicantur, & quæ reprehenſionẽ habuerunt confirmantur. Analogiſmum ſiue demonſtrationem, quomodo ex generali methodo, exercitatio ſiue ſingulorum morborum curatio petenda ſit. Epiſtolam qua recte Galenum legendi ratio oſtenditur. Ioannis Baptiſtæ Montani conſilia prius edita correxit & integra fere centuria auxit. Eiuſdem Montani in Rhaſis 9. lectiones prius editas emendauit & auxit. Libros de putredine contagioneue & peſtilentibus morbis, Item de arte deſtillandi, id eſt, extrahendi ſpiritũ naturalem è plantis, earum partibus, & productis, præ manibus habuit, qui an editi ſint ignoro. Viuit in aula Imperatoris Maximiliani duorum iam Impp. medicus. * Eiuſdem admonitio de palpitatione cordis. in 4. manuſcript. Eiuſdem oratio funebris de Diuo Maximiliano II. Imperatore Cæſare Auguſto. in 8. Francofurti apud Wechelum.*

Ioannis *Cregelij Walſrodenſis de victoria eccleſiæ, elegia, Wittenbergæ impreſſa.*

Ioannis *Conchij Animaduerſiones in Officia Ciceronis. Apud Plantinum.* 1568.

Ioannes *Cremonenſis, Italus, ſacerdos, in bonis authoribus fœliciter verſatus, ſcripſit ſui temporis hiſtoriam lib. 1. Abbas Vrſpergenſis & Nauclerus. * Eiuſdem Theorica planetarum. in folio. Venetijs* 1518.

Ioannes *Creſſye, Carmelita, Mariæ Chriſtiparæ Magnas edidit laudes lib. 1. Homiliaſq; per annum lib. 1. Claruit anno 1450. Baleus.*

Ioannes *Creſtonus, Placentinus, Italus natione, Carmelita & doctor Papienſis, Græce ac Latine peritus, ſcripſit Lexicon Græcum lib. 1. Vocabulare Latinum lib. 1. Grammaticam Græcam lib. 1. Orationes & epiſtolas lib. 1. Pſalterium è Græco in Latinum tranſtulit, ad Ludouicum Donatum, epiſcopum Bergomenſem. Claruit anno Domini 1480. Huius eruditionem commendat Guilhelmus Tardiuus, Bonus Accurſius, Franciſcus Philelphus, ac Ptolemæus Spagnolus. Eiuſq; opera ſunt impreſſa. Tritemius in laude Carmelitarum.*

Ioannes *Cringingerus edidit tabulam Bohemiæ, Miſniæ, Turingiæ, & collateralium regionũ, impreſſam Pragæ, 1568.*

Ioannes *Criſpanus, ſcripſit ſuper Conſtitutiones & pragmaticas Regni Siciliæ.*

Ioannes *Criſpinus Atrebas collegit & in publicum edidit Actiones & monumenta eorum qui à Wiclefo & Huſſo ad noſtram hanc ætatem pro Chriſto mortui ſunt. Geneuæ 1560.*

Ioannes *Criſpus de Montibus, ſcripſit in Arborem actionum Inſtit. * Item de Naxo inſula expugnata à Turca. in fol. Baſileæ 1556.*

Ioannis *Croneri Concio de quadraginta duobus pueris qui Heliſeo illuſerunt: Mulhuſij Turingorum 1570. Germanice. Item de Coniugio ex 14. capit. Iudicum. Conciones 18. de hiſtoria diluuij. Erdfurti. Germanice 1568.*

Ioannes *Crottus, de Monteferrato, ſcripſit ſuper Tit. primi ff. veteris de inſtitia & iure. l. omnes populi in 2. ff. veter. de condi. tritic. l. in hac. & l. quod certo loco. in primum ff. noui de re iud. l. Pomponius. parag. cum quis: & ibidem. de vſucapio. l. ſi is qui pro emptione. ſuper 2. ff. noui. in primum infortiati. R. ſoluto matri. l. ſi conſtante. in ſecundum infortiati. de legatis 1. l. nemo poteſt. & ibidem, de legatis 1. l. 1. & rurſus de legatis. 3. l. re coniuncti. Idem ſcripſit de conſtitutionibus c. 1. de reſcriptis c. 1. de teſtamentis c. * Eiuſdem conſiliorum libri tres cum argumentis & ſummarijs. in folio. Venetijs 1579.*

Ioannis *Croti Rubeani, Hallenſis Canonici, Apologia contra calumniatores Alberti Moguntini Epiſcopi.*

Ioannes *Cruceus Picardus, ſcripſit Paraphraſim in Tit. de actionibus. de quintuplici ſubſtitutione libellum, Teſtandi methodum, de litera Pythagoræ: quæ omnia Gryphius coniuncta excudit Lugduni, 1536.*

Ioannes *Cuba, medicus olim Francofordiæ ad Mœnum, de ſimplicibus medicamentis Germanice ſcripſit, quem librum poſtea Eucharius Rhodion pater, & eiuſdem vrbis medicus emendauit & auxit, cum aliâs tum inſerto paſſim Hieronymi Brunsuicenſis libro de liquoribus deſtillatis. Idem, aut propemodum idem, opus eſſe puto quod nuper Theodoricus Dorſtenius Botanici titulo Latinum dedit, ſed multis locis auctius. Impreſſa ſunt hæc volumina aliquoties ab Egenolpho cum imaginibus.*

Ioannes *Cuelliacus, ſcripſit in Porphyrij prædicabilia: liber excuſus eſt Pariſijs, anno 1539. in conſtitutione artis logicæ, liber ibidem excuſus, anno 1540.*

Ioannes *Culmannus Gœppingeſis, indicem in omnes Hippocratis libros copioſiſſimum vtiliſſimumq; confecit: in ſingulos quoq; Hippocratis libros argumenta fecit. Viuit in aula Wirtembergica Illuſtriſſ. princip. medicus.*

Ioannis *Culſameri Ratio triplicis doctrinæ.*

* Ioannis *Cunonis ſermo conſolatorius ex dicto S. Ioannis Apocalypſeos: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. 8. Magdeburgi Germanice anno* 1578.

Ioannes *Curio Berkenſis recognouit & auxit Opuſculum ſcholæ Salernitanæ & enarrationes Arnoldi Nouicomenſis in illud. Francofurti impreſſerunt hæredes Egenolphi 1557.*

Ioannis *Curopalati compendium hiſtoriarum, incipiens à morte Nicephori regis, vſq; ad regnum Iſaacij Commeni: liber eſt Græcus, & ſeruatur in bibliot. Italiæ, & Venetijs nuper impreſſ. 1570. fol.*

à Græco

*Aduerſus eos, qui imagines traducunt, in linguam Latinam tranſlati à Godefrido Tilmanno. Antuerpiæ* 1556. * *Ioannis Damaſceni opera, multò quàm antehac vnquam auctiora, magnaq́ ex parte nunc de integro conuerſa, per Iacobum Billium Prunæũ S. Michaelis in eremo cœnobiarcham. Folio Pariſiis* 1577. *Bibliotheca Imp. Viennæ habet Damaſceni concionem de magno ſabbatho contra Manichæos. De virginitate. Dialecticam octaichon, tractans varia theologica: iunctis eiuſdẽ hymnis in reſurrectionem cum vniuerſa theologia in Biblijs cõprehenſa. Omnia Græce Ms. In* 4.

Ioannes *de Dambaco, quæ eſt villa Thuringiæ, ordinis Dominicani, ſcripſit librum de gratia. Tractatum de ingrato cõmodo ſacerdotum. De ſenſibilibus delitijs paradiſi. Librum puellarum, manu ſcript. M. Dreſſerus.*

Ioannes *Danck de Saxonia, natione Germanus, ſcripſit canones Eclipſales lib.* 1. *Canones tabularum lib.* 1. *De aſtrolabio lib.* 1. *De incenſionibus lib.* 1. *Claruit anno* 1330.

Ioannis *Danitzeri de arborum inſitione liber Germanicus.*

Ioannes *Dantiſcus, ſcripſit Soteria verſibus heroicis, ad Sigiſmundum de Eberſtein equitem auratum, feliciter à Moſcis reuerſum: impreſſa Cracouiæ. De Sigiſmundi Poloniæ regis victoria parta contra Vayeuodam Moldaniæ, libellus impreſſus Baſileæ apud Frobenium. Eiuſdem de noſtrorũ temporum calamitatibus ſylua elegiaco carmine conſcripta, excuſa eſt Coloniæ, anno* 1530. *ſeſquicharta, in* 8. *Claruit anno* 1531.

Ioannes *Dantzius Aſtenſis, natione Germanus, ſcripſit Tabulam ſimplicium medicamentorũ, quæ apud Dioſcoridem & Galenum ſunt. His accedunt dialogi quatuor de facultatibus ſimplicium in genere, deq́ iis tum ratione, tum experientia inueſtigandis: quæ ſunt abſoluta Epitome vndecim librorum Galeni de facultatibus ſimplicium medicamentorum. Opus impreſſum Baſileæ apud Henr. Petri, anno D.* 1543. *Idem ſcripſit tabulas in canones vniuerſales Ioannes Meſue, cum Iacobi Syluij annotationibus in eoſdem, & quam plurimis ex Galeni libris de ſimplicium medicamentorum facultatibus. Idem Dioſcoridem Germanice reddidit, qui & cum figuris publicatus eſt. Obijt Francofurti circa annum* 1546.

Ioannis *Darcij Venuſini poema cui titulus Canes. Eiuſdem Epiſtola Deidamiæ ad Achillem Elegiaco carmine, cum aliquot Epigrammatis. Pariſijs Colinæus* 1543.

Ioannes *à Dart* I.C. *Super* 2. *Codicis. Quæ ſit longa conſuet. l.ij.*

Ioannes *Daſtinus alcumiſta, compoſuit ſuper Arte Alcumiſtica lib.* 1. *Viſiones adhuc alias lib.* 1. *Secreta Secretorum lib.* 1. *Speculum philoſophorum lib.* 1. *Sapientem Aurinum lib.* 1.

Ioannes *Datus, de Imola, natione Italus, profeſſione Auguſtianus, atq; tandem epiſcopus Imolenſis, ſcripſit in priora Ariſtotelis lib.* 2. *In poſteriora eiuſdem lib.* 2. *De potentijs animæ lib.* 1. *De attributis in diuinis lib.* 1. *In Auguſtinum contra Fauſtum lib.* 1. *In eundem de Trinitate lib.* 1. *Et alia. Claruit anno* 1420. *Ambroſius Choriolanus.*

Ioannis *à Dauentria exegeſis Euangelicæ veritatis. Liber impreſſus, ſcripta contra Lutherum varia.*

Ioannes *Dauienus, Alexandri Aphrodiſiei problemata illuſtrauit, quæ Neobarius nuper excudit Pariſijs.*

Ioannes *Dedecus, Anglus, magiſter Oxonienſis, ſcripſit in Ethica Ariſtotelis lib.* 10. *Ioannes Lelandus.*

Ioannis *Dee Londinenſis, de Prædeſtinationibus quibuſdam naturæ virtutibus* Προπαιδεύματα ἀφοριστικά. *Hen. Sutonius Londini cudebat* 1558. *in* 4. *Eiuſdem Monas, hieroglyphica. Antuerpiæ apud Syluium,* 1564. *in* 4. *Speculum vnitatis, Apologia pro Rogerio Bachone Anglo,* 1557. *Aphoriſmi ad Pariſienſes,* 1562. *Aphoriſmi propædeumatici, impreſſi Londini,* 1558.

Ioannes *Deirus, Septentrionalium Angliæ partium magiſter inſignis, ſcripſit Peram ſpiritualium lib.* 4. *Super hiſtorijs ſcripturæ lib.* 1. *Baleus.*

* Ioannis *Delphij, de Poteſtate pontificis & notis eccleſiæ.* 8. *Coloniæ.*

Ioannis *Demarati Ambianatis Paronomaſia & diſcriminale lexicon, quadrifidis præcipue differentijs nominum ſubſtantiuorum, adiectiuorũ, verborum ſimplicium & compoſitorum diſtinctum, cũ Homœomeria & abundantia verborum. Venit Pariſijs ſolidis* 3. & 6. *denariolis Gallicis. Eiuſdem opuſculum peri archôn grãmatices, ibidem excuſum venditur* 10. *denariolis.*

Ioannis *Demerlierij, de Linearum rectarum per quadratum Geometricum dimenſionibus. Pariſijs* 1563. *in* 4.

Ioannes *Denckius, ſcripſit quædam, quæ extant ſaputo. Epiſtola eius ad Oecolampadium cum epiſtolis Zuinglij & Oecolampadij excuſa eſt.*

Ioannes *Dencok, ordinis fratrum S. Auguſtini, ex Saxonia oriundus, ſcripſit ſuper Sententias lib.* 4. *Quæſtiones variorum poſitionum Pragæ diſputatas lib.* 1. *Sermones de tempore & ſanctis lib.* 2. *Epiſtolarum ad diuerſos li.* 1. *Claruit anno Domini* 1360. *Tritt.*

Ioannes *de Deo, Hiſpanus, ſcripſit ſummam cauillationum lib.* 7. *Aliam prænotatam iudicium lib.* 4. *Tabulam decreti lib.* 2. *Tabulam decretalium lib.* 1. *Concordantiam decreti & decretal. lib.* 1. *Quæſtiones varias. Idem ſcripſit ſuper nouis & veteribus decretalibus. De diſpenſationibus ſecundum diuerſos perſonatus & dignitates. Librum pœnitentialem conſtantem aliquot tractatibus.* 1. *de confeſſione generali.* 2. *de pœnæ impoſitione.* 3. *de origine peccatorum.* 4. *qualiter confeſſor ſe habeat ad confitentem.* 5. *de pœna perſonarum, quæ ſunt in dignitatibus, in ſtatu ſpirituali.* 6. *de his qui ſunt in ſtatu ſeculari.* 7. *de pœna religioſorum, & vtilitate pœnæ: de differentia peccatorũ mortalium & venialiũ & quomodo vitentur peccata. Liber Ms. M. Dreſſerus. Claruit Bononiæ circa annum* 1240.

Ioannes

ne & Germanice multa, ex quibus ſunt homiliæ, opus excuſum. Tomi quatuor, neſcio cuius operis. Super Aggeum commentarius, impreſſus Coloniæ, 1538. apud Ioannem Soterem. De primatu Petri, ſiue Pontificis, aduerſus Lutherum: liber impreſſus Coloniæ, epiſtola de ratione ſtudiorum ſuorum ſcripta & impreſſa Ingolſtadij, 1543. ad Sigiſmundum Poloniæ regem, de ſacrificio Miſſæ contra Lutheranos lib. 2. impreſſi 1526. de Miſſa libri 3. impreſſi Coloniæ apud Quentelum. epiſtola quædam, excuſa Auguſtæ 1529. Enchiridion locorum communium aduerſus Lutherum & alios, cum annotationibus P. Tilmanni, impreſſum Ingolſtadij, an. 1535. Chryſopaſſus, ſiue de prædeſtinatione centuriæ ſex, impreſſæ Auguſtæ Vindelicorum 1514. Poſtillæ, ſiue homiliæ de tempore & de ſanctis. Germanico ſermone tribus tomis conſcriptæ & editæ poſtremò ab authore, anno 1530. Ingolſtadij 1531. epiſtola ad Heluetios Germanice ſcripta, de fide Lutherana & Huldrycho Zuinglio, &c. impreſſa in oppido Landshut. Claruit anno Domini 1546. Idem ſcripſit apologiam aduerſus Bucerum, de actis in comitijs Ratiſponæ, & apologiam pro Contareno, excuſas Coloniæ, anno Domini 1542. Excuſationem ad Philippi Melanchthonis de theologica diſputatione Lipſica. De iuramentis. De celebratione paſchatis. De primatu Papæ. Elementariū dialecticæ. Comment. in 8. libros phyſicorum Ariſtotelis, excuſa Auguſtæ anno Domini 1518. chart 56. in folio. Commentaria in 4. libros de cœlo, in duos de generatione, in 4. meteororum, ibidem excuſa anno 1519. chartis 63. Commentarios in libros de anima. De ſenſu & ſenſato. De memoria & reminiſcentia: De ſomno & vigilia. De longitudine & breuitate vitæ, ibidem excuſos, anno Domini 1520. chartis 40. Ioannis Eccij Oratio funebris, in obitum D. Ioannis à Vuirſberg, Decani Eiſtettenſis, 1537. * Eius poſtilla etiam Latine tribus tomis: quibus acceſſit quartus de ſeptem ſacramentis Lutetiæ apud Gabrielē Beton. 1566.

Ioannes de Eedenberg, Flamingus, ordinis prædicatorum, ſcripſit lecturam ſuper ſententias, poſtillas ſuper tota Biblia.

Ioannes Edæus genere Vuallus patria Herefordenſis, Franciſcanus, compoſuit commentarios in Longobardum lib. 4. In Logicam Ariſtotelis li. 1. In Phyſica eiuſdem lib. 8. Lexicon originalium lib. 1. Faſciculum virtutum ac vitiorum lib. 1. Lecturam in Apocalypſin lib. 1. Conciones varias li. 1. Mortuus eſt anno 1406. Baleus.

Ioannes Eden Coſmographus & alchimiſta, ſcripſit de nauigationibus Portugalenſium librum 1. Tranſtulit Petrum Martyrem Anglerienſem de inſulis nuper inuentis lib. 1. Claruit anno 1556. Bal.

* Ioannis Edoardi du Monin, Burgundionis Cyani, miſcellaneorum poeticorum aduerſaria, in octauo Pariſijs.

Ioannes Eligerus de Gonderſleuen, natione Germanus, ſcripſit de cōpoſitione aſtrolabij librum vnum, de vtilitate aſtrolabij librum vnum, de vtilitate quadrantis librum vnum, de magnete quoque libros duos, de aſtrogemetro librū vnū. Et alia plura. Claruit anno 1350.

Ioannes Elinus patria Nordouolgianus, Carmelita, compoſuit in Apocalypſin librum vnum. Ad vulgum conciones librum vnum. Quodlibetales quæſtiones librum vnum. Lecturas ſcripturarum librum vnum. Obijt anno 1379. Baleus.

Ioannis Elij Monaſterienſis Rectoris, odæ ſpirituales, liber impreſſus: ſic enim habet catalogus officinæ Heruagij. * Eiuſdem quadam carmina ad Iuuentutem, veluti de pace & alia, ex officina Zuifeliana.

Ioannis Eliſij medici de balneis totius Campaniæ, item Aenariæ inſulæ, eiuſdemque mirabili incendio, Neapoli impreſſus liber, & Venetijs à Iuntis, cum diuerſorum authorum ſcriptis de balneis. Idem de curatione morbi gallici ſcripſit contra barbaros & vulgares empyricos.

* Ioannis Engerdi Neapolitani Orilani Turingi poetæ laureati, & poetices in alma Ingolſtadienſi Academia profeſſoris ordinarij, Poematum pars prima: Tum Catecheſim Catholicam, & inſtitutionem Chriſtianæ pietatis: tum alia ſacra, Natalitia & funebria continens. 8. Ingolſtadij, anno Domini 1582. Eiuſdem Almæ Ingolſtadienſis Academiæ Tomus primus, in ſeptem diuiſus partes. Quarum prima Acclamationes poeticas. II. Cancellarios & Procancellarios ampliſſimos. III. Principes illuſtriſſimos. IIII. Comites illuſtres. V. Barones generoſos. VI. Archiepiſcopos & Epiſcopos Reuerendiſſimos. VII. Profeſſores SS. Theologiæ Venerandos complectitur: Inchoatos primum à Valentino Rotmaro P. Laur. Iam verò poſt immaturum ipſius obitum accurate fideliterque abſolutus. 4. Ingolſtadij, anno Domini 1581. Parentalia anniuerſaria D. Simoni Thaddeo Eccio optimæ recordationis & debitæ gratitudinis ergò facta. 4. Ingolſtadij. Paraphraſis Pſalmi 90. Qui eſt oratio Moſis viri Dei, & expreſſa ærumnoſæ mortalium vitæ imago ac ſpeculum heroicis verſibus expoſita. 4. Ingolſtadij apud Wolffgangum Ederum. Epeneſis duarum illuſtrium Germaniæ familiarum, Dominorum videlicet Comitum Montfortiorum & Fuggerorum, ex multis fide dignis authoribus conſcripta. Eiuſdem proſodia Germanica: de condendis rythmis Germanicis. In octauo Ingolſtadij, anno 1583.

Ioannes epiſcopus Carnotenſis, ſcripſit contra monachos mendicantes.

* Ioannis Epiſcopi Chemenſis ſuffraganei Saltzburgenſis onus Eccleſiæ, admiranda quædam & ſtupenda continens de ſeptem ſtatibus Eccleſiæ. In folio Coloniæ, 1583.

Ioannis Epiſcopi Conſtantinopolitani, cōmentaria in epiſtolas D. Pauli Apoſtoli, & eas præcipue quæ ad Philemonem ab illo ſcriptæ ſunt, Mutiano Scholaſtico interprete, extāt Viennæ Auſtriæ apud Wolf. Lazium.

Ioannis Epiſcopi Romani liber, aut potius epiſtola de duabus Chriſti naturis aduerſus Eutychianiſtas, apud Henricum Petri Baſileæ excuſa anno 1528.



Google

multa, ex quibus circumferuntur commentarij ſuper inſtituta, excuſi Lugduni, anno Domini 1534. ſuper primum & ſecundum codicis, de fide & operibus, liber impreſſus Coloniæ apud Quentel. aduerſus doctorem Balthaſarum Pacimontanum, anabaptiſtarum noſtri ſeculi primum autorem, orthodoxæ fidei catholica defenſio, impreſſa Lipſiæ. De victoria parta inter Heluetios libellus Germanicus, quē Henricus Bullingerus mendacij publico ſcripto arguit. Redargutio ſex articulorum Huldr. Zuinglij. exhibita Badenæ in Heluetia, in publica diſputatione, anno Domini 1526. liber Germanicus, eodem anno impreſſus Tubingæ. epiſtola Germanica Dialogi inſtar compoſita, ad Huldrichum Zuinglium, qua eum redarguit, quod in diſputatione Badenæ non appareat. De Euchariſtia libellus impreſſus Coloniæ, anno Domini 1537. de lege Moſcuitarum, Baſileæ. Idem ſcripſit ad præſulem Tridentinum de bello Turcis inferendo. Orationem de origine, potentia ac tyrannide Turcarum, ad Henricum VIII. Angliæ regem Londini publice habitam. Impreſſa ſunt hæc Coloniæ, anno Domini 1535. in Faſciculo Ortuini Gratij. Opus homiliarum Coloniæ impreſſum, in folio, anno Domini 1541. De poteſtate Papæ contra Lutherum. Item quare ſectæ Lutheranæ non adhæreat. Opus aduerſus noua quædam dogmata Martini Lutheri. Romæ, anno Domini 1522 in folio. Idem ſcripſit malleum hæreticorum lib. 6. Sermones de Euchariſtia lib. 1. De victoria aduerſus Turcas lib. 1. Pro cœlibatu contra coniugium libr. 1. De patientia lib. 1. De baptiſmo paruulorum libr. 1. Orationes funebres lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1536. Balthaſar Vuerlinus. * Eiuſdem Breuiarium in Iuſtiniani Imperatoris Codicem, nunc demum illuſtratum & à mendis repurgatum. Acceſſit Tractatus Dom. Bartholi de inſignibus & armis, & repetitio in materia Torturarum ſeu quæſtionum, in folio Regali Lugduni. Homiliæ in Ioelem prophetam, 8. Pariſijs. Miſſa Euangelica. In 8. Adhæc ſcripſit de miſeria vitæ humanæ, deq; mundi contemptu homilias. XXXIV.

Ioannes *Faber Mechlinienſis, ſcripſit contra Alciati ſententiam in quæſtione, vtrum iuramentum ſeruandum ſit, ſi iurans non alienare fundum dotalem, poſtea cum iureiurando contraueniat. Coloniæ, 1569.*

Ioannis *Fabri Vuerdenſis de recta pronunciatione. Item de arte metrica.*

Ioannes *de Fabriano, Italus, ordinis Eremitarum D. Auguſtini, inter cætera ſcripſit Expoſitiones Euangeliorum lib. 4. De concordia Platonis ad ſcripturam lib. 1. In Ethica Ariſtotelis lib. 10. In politica eiuſdem lib. 8. Et alia. Claruit anno D. 1340. Ambroſius Choriolanus.*

Ioannis *de Fabrica, ordinis minorum, tractatus de indulgentijs pro animabus in purgatorio.*

Ioannis *Fabricij Bolandi libri 10. de motu Monaſterienſi, Elegiaco carmine ſcripti. Coloniæ apud Gymnicum, 1541. Idem Pſalterium Dauidis Lyrico carmine reddidit.*

Ioannes *Fabricius Germanus, ex Berkema Alſatiæ inferioris natus, ſcripſit diſpoſitiones in epiſtolas Iacobi, Petri, Ioannis & alias canonicas. Ac carmine hiſtoriam Vuilhelmi Thellij, ad Conradum Pellicanum. Eius elegia de Thellio inſcio auctore Bernæ deprauate excuſa eſt. Præterea edidit De differentijs animalium quadrupedum ſecundum locos communes librum ad animalium cognitionem vtilem. Impreſſum apud Geſneros fratres, 1555. Poematum librum ibidem impreſſum. De prouidentia Dei dialogum à Froſchouero excuſum. Orationem qua docetur Concilium Tridentinum ſine ſcelere à Chriſtianis hominibus frequentari non poſſe. Apud Opor. in quarto. Defenſionem iuſtam pro Chriſti Eccleſia, aduerſus improbas Fontidonij & Cardin. Hiſpanorum, pro concilio Tridentino calumnias. Geneuæ, 1565. in 8. Item Germanice Explicationē Symboli, et in 1 cap. Abacuk. Tiguri. * item carmen ad Ioannem Friſium.*

Ioannis *Fagioli, additiones & appoſtillæ ſuper Conſtitutionibus & pragmaticis regni Siciliæ.*

Ioannis *Faſoli De ſummarij cognitione.*

Ioannes *de Faucona vel Fantona, inter canonici vel ciuilis iuris ſcriptores, in Summa Angel. citatur.*

Ioannes *Fauentinus præmiſit aliquod breue ſcriptum decreto, in quo explicat differentias inter Decretum, Canones, Decretales, Conſilium, et Præceptum, & ponit originalia concilia & diuiſiones decreti. Lib. manuſcriptus. M. Dreſſerus.*

Ioannes *de Fauentia, Franciſcanorum Guardianus Parchienſis in regno & inſula Cypri, ſcripſit vitam Petri Thomæ Patriarchæ Conſtantinopolitani, Carmelitæ, lib. 1. Claruit anno D. 1370. Ioannes Baleus.*

Ioannes *de Fauno ordinis Prædicatorum, Lombardus, ſcripſit ſummam iuris, Tabulam ſuper Decretales. Manuſc. Dreſſerus. Forte Ioannes de Faucona.*

Ioannes *Faxioli, ſcripſit ſummam, cuius meminit Aluorotus in proœmio Feudorum.*

Ioannes *Felde ciuis Londinenſis, ſcripſit ad articulos à Moro, Roffenſi, Raſtello, impoſitos Reſponſiones eruditas lib. 1. De ſeruo hominis arbitrio lib. 1. Contra quoſdam Pſeudomonachos lib. 1. Epiſtolas ad Frithum & alios lib. 1. Patriarum legum collectiones lib. 1. Obijt anno 1456. Baleus.*

Ioannes *Feldner Germanus, varia & iucunda in Aſtronomia elaborauit Viennæ Auſtriæ.*

Ioannes *de Felicitate I.C. ſcripſit ſuper Inſtituta.*

Ioannes *Felton Homiliarij vel concionatoris nomen accepit, ſcripſit Sermones Dominicales 56. Alphabetum Theologicum lib. 1. Lecturas ſcripturarum lib. 1. Claruit anno 1440. Baleus.*

Ioannes *Feralds, ſcripſit de priuilegijs regum Franciæ.*

Ioannis *Ferinarij Inſtitutiones Chriſtianæ, interrogationibus & reſponſionibus vſitatis in Catechetica methodo ita explicatæ, vt breuem ſed integram hypotypoſim doctrinæ purioris complectantur, in Academia Vuitebergenſi traditæ. Vuitebergæ, anno Domini 1571. octauo.*

*Item in epiſtolam ad Romanos. Singula hæc ſeparatim impreſſa Lugduni apud Vincentium. Commentaria in Geneſim Latina, & poſtea in Germanicam linguam translata à Ioan. Flaminio. Annotationes in Exodum, Numeros, Deuteronomiũ, librum Ioſue, librum Iudicum. Coloniæ, anno Domini 1571. Epitome ſermonum Dominicalium, Ioan. Feri, edita à Ioan. à Via Coloniæ, anno D. 1571. Additæ ſunt Feri conciones in threnos Ieremiæ. Explicatio hiſtoriæ Iobi in 114. conciones diſtributa. Coloniæ, anno 1571. octauo Latine, & in folio German In Eſdram & Nehemiam conciones Germanice in quarto Moguntiæ. Examen ordinandorum : ad quæſtiones ſacrorum ordinum candidatis proponi conſuetas aptæ & piæ reſponſiones. Lugduni Guilielmus Rouilius, 1555.*

Ioannes *Fiberius, ſeu Caſtorius, Anglus, Viſimonaſterienſis collegij monachus, ſcripſit Annales Anglorum.*

Ioannis *Fichardi Francofurtenſis Perioche vitarum recentiorum iure conſultorum, ab Irnerio vſque ad Huldrichum Zaſium : præterea indices duo omnium ſcriptorum in iure tam Pontificio quã Ciuili, à veteribus & recentioribus Iureconſultis adhæc noſtra vſque tempora editorum, per Ioannem Neuizanum, Lud. Gomeſsium, & Ioan. Fichardum collecti, Ioannes Oporinus impreſsit Baſileæ, vna cum veterum Iureconſultorum vitis per Bernardinum Rutilium deſcriptis, & eiuſdem Decuria. Ex Cl. Galeni libris Græcis Latinitate donauit, de libris proprijs, de ordine librorum ſuorum, de præſagijs ex inſomnijs, quomodo morbum ſimulantes ſint deprehendendi. De exercitatione paruæ pilæ, Conſilium in morbo Comitiali. Cratander primum excudit Baſileæ, anno 1531. * Eiuſdem tractatus Cautelarum omnium iureconſultorum, qui hactenus cautelarum materiam ex profeſſo tractarunt. Opus iuris conſultis, potiſsimum autem Aduocatis pragmaticis, cauſidicis, atq; omnib. in foro verſantibus, non minus neceſſarium, quàm vtile, et frugiferum. Cum præfatione, de recto, & vero vſu cautelarum. In fol Francofurti 1580.*

* Ioannis *Fierij Andouerpiani, de Flatibus humanum corpus moleſtantibus, commentarius nonus ac ſingularis. In quo flatuum natura, cauſæ, & ſymptomata deſcribuntur, eorumq; remedia facili, et expedita methodo indicantur. 8. Antuerpiæ apud Henricum Henricium 1582.*

Ioannes *Filpotus illuſtris generis homo, ſtripſit Hebraicas epiſtolas lib. 1. De proprietate linguarum lib. 1. Diſputationem ſynodicam lib. 1. Suas examinationes lib. 1. Apologiam aduerſus Arrianum lib. 1. De vero Chriſtiani ſacrificio lib. 1. Tranſtulit in linguam vulgarem, Homilias Caluini lib. 1. Chryſoſtomum contra hæreſes lib. 1. Combuſtus fuit anno 1555. Baleus.*

Ioannis *Findeling Antilutheranus.*

Ioannes *Fiſcher Anglus, Roffenſis epiſcopus ſcripſit in ſeptem Pſalmos pœnitentiales libr. 1. homilias ad plebem. aduerſus XLI. Lutheri articulos lib. 1. contra captiuitatem Babylonicam lib. 1. confutationes Lutheri. Pro Miſſa, contra Ocolampadium. Defenſionem ſacerdotij, Conuulſionem Veleni. Precationum lib. 1. pro vna Magdalena contra Fab. lib. 3. contra Clichthoueum pro eadem lib. 1. pro defenſione regis in Lutherum lib. 1. de matrimonio eiuſdem lib. 1. de VII. ſacramentis lib. 1. pro Lutheri damnatione lib. 1. anno Domini 1535. capite ſenex truncatus eſt.*

Ioannis *Flamingi, Boppardienſis presbyteri, ad Chriſtum crucifixum epigramma, in libello epitaphiorum quem Ioannes Adelphus collegit.*

Ioannis *Flaminij vitæ prædicatorum. Bononiæ, 1529 in 4.*

Ioannes *Flaminius Commentaria Ioan. Feri ex Latina lingua in Germanicam tranſtulit.*

Ioannes *Flasborienſis ſcripſit hiſtorica quędam, citatur à Nauclero fol. 765.*

Ioannes *Flete Vueſtmonaſterienſis cœnobij presbyter. De fundatione ſui cœnobij & eccleſiæ, congeſsit Inſigne Chronicon lib. 1. Homilias aliquot lib. 1. Baleus.*

Ioannes *Fleiſcherus Ariſtotelis & Vitellianis doctrinam de Iribus, certa methodo comprehendit, & neceſſarijs demonſtrationibus auxit. Vuitebergæ, 1571. octauo.*

* Ioannæ *Floræ narrationes amatoriæ : de pœnis quas Venus contemptoribus veri amoris irrogat. Gallicè Lugduni.*

Ioannes *Florianus in Latinam linguam conuertit Ioannis Leonis Africani de totius Africæ deſcriptione lib 9. Antuerpiæ, 1556. & Tiguri apud Geſneros fratres.*

Ioannis *Fœniſecæ quadratum ſapientiæ, continens in ſe ſeptem artes liberales veterum: circulos Bibliæ 4. in quibus metaphiſica Moſaica. Commentaria horum. Philoſophia de moribus. Algorithmus ſubalternus. Phyſica Medicina ſubalterna. Liber impreſſus Auguſtæ Vindelicorum, anno D. 1515 in 4. chartis 5. cum varijs figuris. Eiuſdem epiſtolium quo explicat rationem Pſychomachiæ Prudentij, ibidem, excuſum eſt cum Prudentio, anno 1560.*

Ioannes *Folsham Nordouolcas, Anglus, Carmelita, ſcripſit Iſagogen Metaphiſices, Quæſtiones Theologiæ, Moralitates rerum. De arte prædicandi, De matrimonio, Flores ex Chryſoſtomo, Collationes per annum, in Anshelmũ indices. Obijt Nordouici, anno 1348.*

Ioannis *de Fonte, ordinis minorum, lectoris in monte Peſſulano, concluſiones ſupra libros 4. ſententiarum.*

Ioannes *de Forda in prouincia Deuoniorum abbas Fordenſis cœnobij Ciſtertienſis ordinis, ſcripſit Homilias 120. lib. 1. Super Threnos Hieremiæ lib. 1. Introductorium eorundem li. 1. De triplici cruce lib. 1. Vitam Vuolfrici presbyteri lib. 1. Sermones duodecim lib. 1. De contemptoribus mundi lib. 1. Expoſitionem in Hieremiam lib. 1. Acta quædam regis Ioannis lib. 1. Claruit anno 1210. Baleus.*

Ioannes *Forſterus Auguſtanus, theologiæ doctor & profeſſor Hebreæ linguæ in Academia*

*Vuite-*

Digitized by Google

max. de canonizatione Bonauenturæ de Balneo regio, qua oſtendit illum mereri vt inter ſanctos referatur, impreſſ. in Italia. Ioannis Franciſci de Panis, baculus paſtoralis.

Ioannes Franciſcus Picus Mirandula, Galeotti Pici filius, Græce & Latine doctiſsimus, multos libros ipſe conſcripſit, & quæ patruus imperfecta reliquerat, ea collegit, & abſoluta typographis tradidit. Scripſit autem de rerum prænotione libros 9. pro veritate religionis contra ſuperſtitionis vanitates. De morte Chriſti & propria cogitanda libros 3. de ſtudio diuinæ & humanæ philoſophiæ libr. 2. de diuini amoris imaginatione ad Maximilianum Cæſarem. de vita Ioan. Pici patrui librum, in quo copioſe de eruditione ipſius, ac ſcriptis tum abſolutis tum inchoatis ab eo, diſſerit. Defenſionem opuſculi quod patruus ſcripſerat de ente & vno, ad Ant. Fauentini quartam epiſtolam. Iuſtini philoſobi & martyris ſermonem admonitorium gentium, ex Græco tranſtulit. excuſum Baſileæ apud Henricum Petri, anno Domini 1551. cum alijs vetuſtiſsimorum quorundam authorum opuſculis. Declarationem cap. In Chriſto pater, & Chriſtus in nobis, quod ex octauo de Trinitate lib.. Hilarij ſumptum eſt, & poſitum à Gratiano in decret. de conſe. diſt. 2. Stauroſtichon, poema Heroicum de myſterijs Dominicæ crucis, nuper in German. delapſis. De fide & ordine credendi theoremata, ad Iulium II. pont. max. Epiſtolarum lib. 4. in quibus cum ipſis Ioan. F. Pici, tum aliorum aliquot ſuæ ætatis doctorum leguntur epiſtolæ. Scripſit præterea hiſtoriā ſuorum temporum vniuerſam. De prouidentia librum, excuſ. in Italia. De dialectica ad filium lib. 5. Hymnos carmine hexametro. Dialogum de ſerena conſcientia. Tranſtulit è Græco ſermone Theophraſti librum de igne. Hymni Heroici & opus de prouidentia, Baſileæ, apud Heruag. Examen vanitatis doctrinæ gentium, & veritatis Chriſtianæ diſciplinæ, lib. 6. conſcriptum: quorum tribus omnem philoſophorum ſectam vniuerſim, reliquis Ariſtotelicam, & Ariſtotel. armis particulatim impugnat, &c. Opus excuſum Mirandulæ 1520. In eius fine habetur epiſtola, omnia huius authoris opera recenſens. De appetitu primæ materiæ lib. 1. de elementis lib. 1. de imitatione ſtili liber ad P. Bembum, quem ſcripſit Rom. anno 1512. Item Petri Bembi de imitatione liber: opus impreſ. Baſil. apud Ioan Frob. anno 1518. Eius epiſtolæ duæ ad Santem Pagnium, excuſæ ſunt in principio Bibliorum à Sante translatorum. De immortalitate animæ docta & arguta digreſsio, excuſa eſt Pariſ. anno 1541. in 4. cum Ioan. Ferrerij libro de Entelechia. De reformandis moribus oratio, excuſa eſt Coloniæ, in Faſciculo rerum expetendarum & fugiendarum. Ioannis Franc. Pici opera omnia, nunc primum reſtituta & in vnum corpus redacta, Baſil. excuſa ſunt in officina Hen. Petri 1573. vna cum operibus Ioannis Pici.

Ioannis Franciſci Poggij, de poteſtate Papæ et concilij.

Ioannes Franciſcus Ponzinibius, Placentinus, ſcripſit de ſtatu. quando res dicatur habere originem à contractu. De lamijs. De excellentia vtriuſque iuris.

Ioannis Franciſci Purpurati opera in Iure, impreſſa, Eiuſdem commentarij ſeorſim impreſſi anno D. 1531.

Ioannes Franciſcus Quintianus Stoa, ſcripſit Threnos in mortem regis Galliarum: impreſſi ſunt. Eiuſdem diſticha in omnes fabulas P. Ouidij Metamorphoſeon. Elegia & Monodia, quibus deflet Philippum Beroaldum. Threni & Monodia in reginæ Annæ immaturum fatum, & regis Scotiæ epitaphia cum Monodia: liber impreſſus. Diſticha in Metamorphoſim Robert. Vuinter impreſſit, cum Bartholomæi Bolognini & Franciſci Nigri compendijs in eandem. Tragœdiam de paſsione Domini Theandrothanatos inſcriptam. Oporin. excudit Baſileæ: cum alijs Dramatibus ſacris. Idem ſcripſit Syluam in laudem Marini Becichemi. Epographias ſex diuerſis in locis excuſas, eas poſtea recognouit & auxit additis etiam duabus alijs. Orpheos lib. 3. Theandrogeneſim odam, cum Propboneſi & Presbyridio ſuo in natiuitatem Domini. Theanaſtaſim ſyluam in domini reſurrectionem cui addita eſt Agathembaſis & Theoanabaſis. Theocriſim tragœdiam, cum threnodia in vltimum iudicium, & Parthenoclea at Orphnilogia in laudem D. virginis. Paracleſim ad Ludouicum XII. Galliarum regem, & aliam in obitum Beroaldi. Cleopolim Syluam in gloriam vrbis Pariſiorum. Orationes duas in Horatij & Plauti prælectionibus. Atque hæc quidem ſunt impreſſa, quæ verò ad annum Domini 1548. conſcripſit nondum tamen edidit, ſunt hæc: Mirandorum libr. 30. in quibus naturæ totius miranda à mundi incunabulis ad noſtram vſque ætatem comprehenduntur. Epographiæ octo recognita. Exemplorum muliebrium lib. 6. Q. Curtius ſuæ integritati reſtitutus. Libri octo de Veneris & Martis concubitu. Grippi 10. de omnibus numeris, ad imitationem ludicri Auſoniani. Monoſyllabarum lib. 5. Lucernæ 20. in totidem libros noctium Atticarum Gellij. Geographiæ lib. 30. per quos omnium regionum, vrbium, fluminum, montium, ſyluarumque vetuſta nomina edocentur, & quo nunc nomine appellentur, cum erroribus eorum, qui aliquid de geographia ſcripſerunt. Commentaria in Iulium Solinum. Ephemerides 20. in quibus oſtenditur quas mendas incurrerint qui hactenus quicquam elucubrarunt. Dialogi 3. Videlicet, quantum à diuite pauper diſtet. Quantum noua ingenia veteribus cedant. Quantum præſtet pulchro nomine nuncupari. Diariorum libri 12. in duodecim menſes ſeiuncti, menſibus in ſuos dies capitulatim digeſtis. Ludicrorum libri 2. Publicorum errorum libri tres Endecaſyllabon in mortem Eraſmi. Annotationes in Caprum & Agretium. Citationes omnium poetarum, cum adnotamentis & ſcholijs. De literarum pronunciatione libr. 1. De ſyllabarum pronuntiatione libr. 1. De dictionum tenore lib. 1. Ortographiæ veteris libr. 1. Orthographiæ nouæ libr. 2. Encomium vrbis Venetiarum. Linologiæ lib. 6. In quibus à ſeminio ad chartarum vſq.

vſum

Digitized by Google

vſum omnia quæ de lino fiunt deſcribuntur. Quintij & Polyphylæ hiſtoriæ. Dubitationum lib.3. De diſsidio authorum li.2. Parallelicarum hiſtoriarum lib.2. Myſticorum lib.4. Chriſtianarum metamorphorſeon lib.8. Vita D. Quintiani Aruernorum epiſcopi. Facetiarum li 2. Tetraſticha in omnes Pontifices & Cæſares. De omnibus metris lib.5. De accentu lib.1. De figuris poeticis lib.2. Dichronia in diphtongos. Myrmecomyomachia. De inſtitutione poetica lib.1. De eiuſdem venuſtate lib.1. Apologia pro poetis. Hectoridos li.3. Minutiarum lib.3. De membrorum priuilegiis. Præterea ſcribit ſe in depopulatione Ticinenſi amiſiſſe hos libros: Heracleæ lib.12. Plinianorum ſtudiorum 3. Criſis 4. Vigilias in Laurentium Vallam. In quibus animalia homini concordent. lib.2. Noctiſorgium in Vibium Sequeſtrum. Proprietatum lib.2. Nouorum inuentorum 2. Quæ hiſtoriarum loca numeris concordent & congruant. De Aruernis lib.1. Prognoſticorum lib.3 Epigrammatum lib.5. Næniarum lib.2. in quibus 200 virorum illuſtrium epitaphia continentur. Itinerarij lib.4. Tragœdias quarum hi ſunt tituli: Innocentes, Pompeius, Cæſar, Marius, Nero, Tullius, Buſiris, Sophocles, Homerus, Hippolitus, Lycus, Sylla, Cato, Alexander, Icarus. Comœdias quinq; Lesbiam, Cerannos, Furtiuos, Sorores, Conſobrinos.

Ioannes Franciſcus de Ripa I.C. ſcripſit lecturas, liber impreſſus in Gallia.

Ioannis Franciſci Rotæ Philoſophi ac medici Bononienſis, de introducendis Græcorum medicamentibus liber: commentarius ſane in Galeni librum primum de compoſitione medicamentorum per genera. Bononiæ, an. 1553. De tormentariorũ vulnerum natura & curatione liber. Ibidem. Floruit anno Domini 1554.

Ioannis Franciſci Scaglioni, commentarij in ritus magnæ curiæ vicariæ regni Neapolitani. Itẽ in conſtitutionem de ceſsione bonorum.

* Ioannis Franciſci Straparolæ facetæ noctes: quibus acceſſerunt aliquot fabulæ & ænigmata, ex Italico in gallicum idioma tranſlata per Ioannem Louean. Pariſijs apud Matarinum Martinũ 1573.

* Ioannis Franciſci Vlmi medici Brixiani, de certa ratione iudicandi ex vrinis, lib 4. Venetijs.

* Ioannis Franci Ephemeris meteorologica anni 1581.16. Antuerpiæ.

Ioannis Friburgenſis Summa maior, vel ſumma prædicatorum, ex cuius ſcriptis multa ſumpſit qui ſummam rudium edidit. Impreſſa Reutlingæ per Ioannem Othmar, anno Domini 1487. Eiuſdem, Summa confeſsionis ſeu confeſſorum, manuſcripta.

Ioannis Friderici, Saxoniæ electoris, & Philippi Landgrauij Haſsiæ, commemoratio cauſarum ſuſceptæ iuſtæ et neceſſariæ defenſionis, contra Henricum iuniorem Brunſuicenſem, edita anno Domini 1542.

Ioannis Friderici Celeſtini concio & explicatio Pſalmi 85. habita Altenburgi durante colloquio 1570. Eiuſdem iudiciũ de præfatione Ioannis Pfeffingeri in qua de præſentibus controuerſijs religionis noſtræ agitur. Ienæ anno 1570. Eiuſdem anatomia papatus cum præcipuorum argumentorum quibus Papiſtæ, Turcæ & aliæ ſectæ vtuntur, confutatione. Regenſpurgi anno 1569. in 4 partes duæ. Omnia Germ. Aduerſus Caſparum Francum apoſtatam liber German. quo cauſas defectionis eius ad papatum confutat. De ſcholis liber, cur multis in locis diſsipatæ ſint, & quomodo reſtitui poſsint. Argent. 1568. Germ. De iudicando ſpiritu ſacramentario li. Germ. Reſponſio ad Blaſphemos libellos Ioan. à Via Caſpari Macri, & Ioannis Naſi quartam centuriã 1571. Vrſellis in quarto Germ.

Ioannis Friderici Lumnij Strena Euangelica de vita & paſsione Chriſti. Carmine, Antuer. apud Plantinum, 1568. in 8. Eiuſdem libri duo de extremo Dei iudicio & Indorũ vocatione. Ven. 1569. 4.

* Theſauri Chriſtiani hominis ex D. Aurelij Auguſtini Hipp. Epiſcopi ſcriptis collecti, lib. 2. de contemptu diuitiarum lib.1. de flagello Dei, vel de medicina animæ lib 1. 8. Leodij, anno 1582.

* Ioannes Friſius Tigurinus, quo non alius fuit formator iuuentutis felicior ſiue mores et pietas ſpectentur ſiue literæ, (ſic de eo ſcribit. V. Clar. Sigiſ. Gelenius in epiſtola, qua Friſio epigrammatum græcorum libros 7. dedicauit) præter labores, quos in pulueribus & clamoribus ſcholarum & pomeridianarum & antemeridiem magnos & continuos ſuperauit Maturini Corderij vtiliſsimum opus Latinogallicum, de corrupti ſermonis emendatione, Latino germ. reddidit: quod impreſſum eſt Baſileæ apud Vueſthemerũ. Carmen Ioannis Sulpitij Verulani de moribus & ciuilitate puerorum germanice eſt interpretatus: & ſingula diſticha rhythmis germanice expreſſit. Tiguri excudebat Froſchouerus an. 1562. Catonis diſticha moralia germanice ita reddidit, vt pueri facile & latinam & germanicam linguam vna eademq; opera condiſcant: atque epitomẽ in ſingula diſticha cum rhythmis germanicis permutauit. Tiguri apud Froſchouerum anno 1561. Selectis aliquot ex Ciceronis epiſtolis, ad pueros in latinã lingua exercendos: adiecit interpretationem germanicam. His adiectæ ſunt ſententiæ vtiliſsimæ Ioannis Ludouici viuis de ratione ſtudiorum. Tiguri excudebat Froſchouerus 1562. Eiuſdem in P. Vergilij Maronis Bucolica & Georgica annotationes: item que difficilium vocabulorum interpretatio germanica. Tiguri excudebat Froſchouerus anno 1561. & denuo ſæpe annis diuerſis inſequentibus. Compendium Grammaticæ Græcæ Iacobi Ceporini caſtigauit & auxit, adiectis iis quæ maxime deſiderabantur. Tiguri apud Froſchouerum anno 1560. Heſiodi opera & dies vertit in latinam linguam qua interpretatione verbum verbo quam propriiſsime redditur: et ſcholia Iacobi Ceporini in Heſiodi opera & dies auxit: in quibus dictiones & ſententiæ quædã obſcuriores, atq; obiter græcorum carminum ratio declarantur: inſertis quibuſdam ex græcorum commentariis. Tiguri apud Froſchouerum anno 1562. Totius muſicæ breue compendium compoſuit, quod primum in tabula edidit: & deinde libelli forma, Guilhelmo Alexandro & Veſpaſiano à Freiberg.



Digitized by Google

Aduerſus eos, qui imagines traducunt, in linguam Latinam tranſlati à Godefrido Tilmanno. Antuerpiæ 1556. * Ioannis Damaſceni opera, multò quàm antehac vnquam auctiora, magnaq́ ex parte nunc de integro conuerſa, per Iacobum Billium Prunæũ S. Michaelis in eremo cœnobiarcham. Folio Pariſijs 1577. Bibliotheca Imp. Viennæ habet Damaſceni concionem de magno ſabbatho contra Manichæos. De virginitate. Dialecticam octaichon, tractans varia theologica: iunctis eiuſdẽ hymnis in reſurrectionem cum vniuerſa theologia in Biblijs cõprehenſa. Omnia Græce Ms. In 4.

Ioannes de Dambaco, quæ eſt villa Thuringiæ, ordinis Dominicani, ſcripſit librum de gratia. Tractatum de ingrato cõmodo ſacerdotum. De ſenſibilibus delitijs paradiſi. Librum puellarum, manu ſcript. M. Dreſſerus.

Ioannes Danck de Saxonia, natione Germanus, ſcripſit canones Eclipſales lib. 1. Canones tabularum lib. 1. De aſtrolabio lib. 1. De incenſionibus lib. 1. Claruit anno 1330.

Ioannis Danitzeri de arborum inſitione liber Germanicus.

Ioannes Dantiſcus, ſcripſit Soteria verſibus heroicis, ad Sigiſmundum de Eberſtein equitem auratum, feliciter à Moſcis reuerſum: impreſſa Craconiæ. De Sigiſmundi Poloniæ regis victoria parta contra Vayeuodam Moldauiæ, libellus impreſſus Baſileæ apud Frobenium. Eiuſdem de noſtrorũ temporum calamitatibus ſylua elegiaco carmine conſcripta, excuſa eſt Coloniæ, anno 1530. ſeſquicharta, in 8. Claruit anno 1531.

Ioannes Dantzius Aſtenſis, natione Germanus, ſcripſit Tabulam ſimplicium medicamentorũ, quæ apud Dioſcoridem & Galenum ſunt. His accedunt dialogi quatuor de facultatibus ſimplicium in genere, deq́ ijs tum ratione, tum experientia inueſtigandis: quæ ſunt abſoluta Epitome vndecim librorum Galeni de facultatibus ſimplicium medicamentorum. Opus impreſſum Baſileæ apud Henr. Petri, anno D. 1543. Idem ſcripſit tabulas in canones vniuerſales Ioannes Meſue, cum Iacobi Syluij annotationibus in eoſdem, & quam plurimis ex Galeni libris de ſimplicium medicamentorum facultatibus. Idem Dioſcoridem Germanice reddidit, qui & cum figuris publicatus eſt. Obijt Francofurti circa annum 1546.

Ioannis Darcij Venuſini poema cui titulus Canes. Eiuſdem Epiſtola Deidamiæ ad Achillem Elegiaco carmine, cum aliquot Epigrammatis. Pariſijs Colinæus 1543.

Ioannes à Dart I. C. Super 2. Codicis. Quæ ſit longa conſuet. l. ij.

Ioannes Daſtinus alcumiſta, compoſuit ſuper Arte Alcumiſtica lib. 1. Viſiones adhuc alias lib. 1. Secreta Secretorum lib. 1. Speculum philoſophorum lib. 1. Sapientem Aurinum lib. 1.

Ioannes Datus, de Imola, natione Italus, profeſſione Auguſtianus, atq; tandem epiſcopus Imolenſis, ſcripſit in priora Ariſtotelis lib. 2. In poſteriora eiuſdem lib. 2. De potentijs animæ lib. 1. De attributis in diuinis lib. 1. In Auguſtinum contra Fauſtum lib. 1. In eundem de Trinitate lib. 1. Et alia. Claruit anno 1420. Ambroſius Choriolanus.

Ioannis à Dauentria exegeſis Euangelicæ veritatis. Liber impreſſus, ſcripta contra Lutherum varia.

Ioannes Dauienus, Alexandri Aphrodiſiei problemata illuſtrauit, quæ Neobarius nuper excudit Pariſijs.

Ioannes Dedecus, Anglus, magiſter Oxonienſis, ſcripſit in Ethica Ariſtotelis lib. 10. Ioannes Lelandus.

Ioannis Dee Londinenſis, de Prædeſtinationibus quibuſdam naturæ virtutibus Προπαιδεύματα ἀφοριστικά. Hen. Sutonus Londini cudebat 1558. in 4. Eiuſdem Monas, hieroglyphica. Antuerpiæ apud Syluium, 1564. in 4. Speculum vnitatis, Apologia pro Rogerio Bachone Anglo, 1557. Aphoriſmi ad Pariſienſes, 1562. Aphoriſmi propædeumatici, impreſſi Londini, 1558.

Ioannes Deirus, Septentrionalium Angliæ partium magiſter inſignis, ſcripſit Peram ſpiritualium lib. 4. Super hiſtorijs ſcripturæ lib. 1. Baleus.

* Ioannis Delphij, de Poteſtate pontificis & notis eccleſiæ. 8. Coloniæ.

Ioannis Demarati Ambianatis Paronomaſia & diſcriminale lexicon, quadrifidis præcipue differentijs nominum ſubſtantiuorum, adiectiuorũ, verborum ſimplicium & compoſitorum diſtinctum, cũ Homœomeria & abundantia verborum. Venit Pariſijs ſolidis 3. & 6. denariolis Gallicis. Eiuſdem opuſculum peri archôn grãmatices, ibidem excuſum venditur 10. denariolis.

Ioannis Demerlierij, de Linearum rectarum per quadratum Geometricum dimenſionibus. Pariſijs 1563. in 4.

Ioannes Denckius, ſcripſit quædam, quæ extare puto. Epiſtola eius ad Oecolampadium cum epiſtolis Zuinglij & Oecolampadij excuſa eſt.

Ioannes Dencok, ordinis fratrum S. Auguſtini, ex Saxonia oriundus, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. Quæſtiones variorum poſitionum Pragæ diſputatas lib. 1. Sermones de tempore & ſanctis lib. 2. Epiſtolarum ad diuerſos li. 1. Claruit anno Domini 1360. Tritt.

Ioannes de Deo, Hiſpanus, ſcripſit ſummam cauillationum lib. 7. Aliam prænotatam iudicium lib. 4. Tabulam decreti lib. 2. Tabulam decretalium lib. 1. Concordantiam decreti & decretal. lib. 1. Quæſtiones varias. Idem ſcripſit ſuper nouis & veteribus decretalibus. De diſpenſationibus ſecundum diuerſos perſonatus & dignitates. Librum pœnitentialem conſtantem aliquot tractatibus. 1. de confeſſione generali. 2. de pœnæ impoſitione. 3. de origine peccatorum. 4. qualiter confeſſor ſe habeat ad confitentem. 5. de pœna perſonarum, quæ ſunt in dignitatibus, in ſtatu ſpirituali. 6. de his qui ſunt in ſtatu ſeculari. 7. de pœna religioſorum, & vtilitate pœnæ: de differentia peccatorũ mortalium & venaliũ & quomodo vitentur peccata. Liber Ms. M. Dreſſerus. Claruit Bononiæ circa annum 1240.

Ioannes

Ioannis *Donati à Fina Sangrenſis, Enchiridion concluſionum & regularum vtriuſq; iuris, diuiſum in quinq; libros, in quibus tractatur. 1. De contractibus. 2. De vltimis voluntatibus. 3. De indicijs. 4. De criminalibus. 5. De cõmunibus. Venetijs 1573. in 8. & Francofurti in 8.*

Ioannis *de Dondis, phyſici, Paduani ciuis, Fabrica aſtrarij, ſiue opus Planetarum, in quo inſtrumenta ad motus eorum facilius percipiendos conficere docet: & diuiditur in duas partes. Prima docet componere ipſum opus ſeu inſtrumentum: ſecunda eſt de doctrina aptandi opus poſt completam ipſius compoſitionem, ac etiam conſiderandi ea quæ ſciri poterunt & cognoſci per ipſum bene rectum. Eiuſdem liber de fontibus calidis agri Patauini impreſſus eſt Venetijs à Iuntis anno 1553. cum diuerſorum authorum ſcriptis de balneis.*

* Ioannis *Doneri libellus precum ex Pſalterio Dauidis, Germanice. In duodecimo Francofurti, anno 1582.*

Ioannes *Dornſtein, ordinis S. Auguſtini, ſcripſit quæſtiones ſententiarum lib. 1. De vitijs linguæ lib. 1. Sermones de tempore & de ſanctis lib. 2. De cognitione angelorum, Conſolatorium contra mortis metum. Vixit anno 1457.*

Ioannis *Dorpij, ſuper ſummulas Ioannis Buridani.*

* Ioannis *Doxopatris explicatio Hermogenis de Ideis, id eſt, formis & charecteribus ſtyli. In quarto manuſcrip. biblioth. Imp. Viennæ. Eiuſdem de Rhetorica. In folio.*

Ioannes *Draconites, natione Germanus, profeſſor theologiæ Marpurgi, ſacros aliquot veteris Teſtamenti libros ex Hebræo tranſtulit, & ſuccinctis commentarijs explicauit, ex quibus hæc ſunt, Commentarius in Pſalmos aliquot, & capitula Geneſeos de Chriſti regno: excuſa Marpurgi, 1537. in officina Egenolphi. Pſalterium ex Hebræo verſum cum ſcholijs ſeorſim adiunctis, ibidem, anno 1543. Commentarius in Danielem ex Hebræo verſum, cum oratione & indice, ibidem excuſus, 1544. In Pſalmum 112. Laudate Dominum omnes gentes, enarrationes, excuſæ Ratiſbonæ apud Ioãnem Kol. anno 1541. Sunt & Germanice quædam eius nomine edita, quorum hic nulla mentio. Commentaria Euangeliorum de Ieſu Chriſto filio Dei libri duo, quorum primo continentur Euangelia ab aduentu vſque ad Aſcenſionem: altero, ab aſcenſione vſq; ad aduentum. Catechiſmus præterea adiectus eſt. Excuſa Baſileæ apud Robertum Winter. Idem ſcripſit Commentaria in Obadiam, & Pſalmum 137. excuſa anno 1538. Item commentaria in Ioelem. In diuerſos Prophetas interpretationes, impreſſas Roſtochij. Amos prophetam ex Hebræo in Latinum conuertit. Edidit etiam orationes funebres. In obitum Eobani Heßi, ſuper illud 1. Theſſ. 4. Ne doleatis. In obitum Gerardi Nouiomagi ſuper illud 1. Corinth. 15. Chriſtus reſurrexit à mortuis. In obitum doctoris Nicolai Magni. In obitum doctoris Martini Lutheri. In obitum Elizabethæ Blanconentiæ. Item Orationem in peſte ſuper illud Iob 19. Scio quod redemptor meus viuit. De Catechiſmo ſuper Euangelium Marc. 10. De Euangelico concionatore. De officio principis & cõcionatoris. De victoria principis ſuper Pſalmũ 149. De Chriſtiana fide ſuper verbum Dei fundata: ad Bremenſes. Defenſionem coniugij ſacerdotalis ex ſcripturis. Defenſionem concionatorum Euangelicorum ad Colonienſes. Contra Eberardum Billicum. De numeris oratorijs librum. Carminum librum. Claruit anno 1554. Roſtochij. Poſtilla per annum 1545 in folio. Ioannes Draconites Prouerbiorum Solomonis textui Hebraico ſubiecit quatuor aliarũ linguarum verſiones, & annotationes: idem in aliquot prophetis præſtitit.*

Ioannes *Drenlerus recognouit & edidit Conſilia, & paraphraſes feudales Sigiſmundi Loffredi, Francofurti, 1573.*

Ioannis *Driborck ſuper quinq; libros Decretalium: liber manuſcriptus M. Dreſſerus.*

Ioannes *Driconus ex illuſtri Anglorum familia procreatus, theologus & philoſophus, ſcripſit cõtra ſeductores fratres lib. 1. De tribus principijs lib. 1. De relatione quoq; lib. 1. De principijs theologicis lib. 1. Concluſiones ſcholaſticas lib. 1. Clarus anno 1260. Baleus.*

Ioannis *Droſæi Samariani I. C. grammaticæ quadrilinguis partitiones, in gratiam puerorum excuſæ ſunt Pariſijs à Wechelo, anno 1544. in 4. Latinæ, Græcæ, Gallicæ & Hebraicæ linguæ. Eiuſdẽ methodus Iuſtinianea, vbi totum ius explicat grammatice, dialectice & rhetorice, excuſa Pariſijs, anno 1545. in 8.*

Ioannis *Driedonis, de gratia & libero arbitrio liber, impreſſus Louanij 1536. De concordia liberi arbitrij & prædeſtinationis, de captiuitate & redemptione humani generis, de ſcriptis eccleſiaſticis lib. 4. ibidem impreſſ.*

Ioannes *Dryander, natione Germanus, ſcripſit Anatomen capitis humani, in Marpurgenſi Academia publice ab ipſo exhibitã: vbi et excuſus eſt liber cum figuris, 1536. Annuli aſtronomici ſtructuram atq; explicationem, excuſam Marpurgi, 1537. Diſputationem quandam medicam, typis excuſam. Cylindri aſtronomici inſtrumenti explicationem Germanicem, editam Marpurgi, 1537. Sphæræ materialis ſiue globi cæleſtis explicationem Germanicam, ibidem impreſſam. Coſmographiæ introductionem, cum quibuſdam Geometriæ ac aſtronomiæ principijs, ad eam rem neceſſarijs: liber excuſus Ingolſtadij primum, deinde Coloniæ apud hæredes Gymnici, 1544. Aſtronomiæ atque coſmographiæ inſtrumentum vnà cum canonibus. Pinxit duos globos aſtriferos, figuris & circulis egregie ornatos. De horologiorum ſolarium varia compoſitione librum excuſum Marpurgi apud Egenolphum, anno 1543. Idem edidit libellum Germanicum de thermis Emſenſibus, non procul à Confluentia ſitis, excuſum anno 1535. chartis 4. Librum Petri Aponenſis de Venenis recognouit & edidit, qui excuſus eſt Marpurgi, anno Domini 1537. Abrhami Iudæi libellus itidem recognitus, eodem anno ibidem excuſus*

Digitized by Google

*ne & Germanice multa, ex quibus ſunt homiliæ, opus excuſum. Tomi quatuor, neſcio cuius operis. Super Aggeum commentarius, impreſſus Coloniæ, 1538. apud Ioannem Soterem. De primatu Petri, ſiue Pontifitis, aduerſus Lutherum: liber impreſſus Coloniæ, epiſtola de ratione ſtudiorum ſuorum ſcripta & impreſſa Ingolſtadij, 1543. ad Sigiſmundum Poloniæ regem, de ſacrificio Miſſæ contra Lutheranos lib. 2. impreßi 1526. de Miſſa libri 3. impreßi Coloniæ apud Quentelum. epiſtola quædam, excuſa Auguſtæ 1529. Enchiridion locorum communium aduerſus Lutherum & alios, cum annotationibus P. Tilmanni, impreſſum Ingolſtadij, an. 1535. Chryſopaſſus, ſiue de prædeſtinatione centuriæ ſex, impreſſæ Auguſtæ Vindelicorum 1514. Poſtillæ, ſiue homiliæ de tempore & de ſanctis. Germanico ſermone tribus tomis conſcriptæ & editæ poſtremò ab authore, anno 1530. Ingolſtadij 1531. epiſtola ad Heluetios Germanice ſcripta, de fide Lutherana & Huldryco Zuinglio, &c. impreſſa in oppido Landshut. Claruit anno Domini 1546. Idem ſcripſit apologiam aduerſus Bucerum, de actis in comitijs Ratiſponæ, & apologiam pro Contareno, excuſas Coloniæ, anno Domini 1542. Excuſationem ad Philippi Melanchthonis de theologica diſputatione Lipſica. De iuramentis. De celebratione paſchatis. De primatu Papæ. Elementarium dialecticæ. Comment. in 8. libros phyſicorum Ariſtotelis, excuſa Auguſtæ anno Domini 1518. chart 56. in folio. Commentaria in 4. libros de cœlo, in duos de generatione, in 4. meteororum, ibidem excuſa anno 1519. chartis 63. Commentarios in libros de anima. De ſenſu & ſenſato. De memoria & reminiſcentia: De ſomno & vigilia. De longitudine & breuitate vitæ, ibidem excuſos, anno Domini 1520. chartis 40. Ioannis Eccij Oratio funebris, in obitum D. Ioannis à Vuirſberg, Decani Eiſtettenſis, 1537. * Eius poſtilla etiam Latine tribus tomis: quibus acceßit quartus de ſeptem ſacramentis Lutetiæ apud Gabrielē Beton. 1566.*

Ioannes de *Eedenberg, Flamingus, ordinis prædicatorum, ſcripſit lecturam ſuper ſententias, poſtillas ſuper tota Biblia.*

Ioannes *Edæus genere Vuallus patria Herefordenſis, Franciſcanus, compoſuit commentarios in Longobardum lib. 4. In Logicam Ariſtotelis li. 1. In Phyſicam eiuſdem lib. 8. Lexicon originalium lib. 1. Faſciculum virtutum ac vitiorum lib. 1. Lecturam in Apocalypſin lib. 1. Conciones varias li. 1. Mortuus eſt anno 1406.* Baleus.

Ioannes *Eden Coſmographus & alchimiſta, ſcripſit de nauigationibus Portugalenſium librum 1. Tranſtulit Petrum Martyrem Anglerienſem de inſulis nuper inuentis lib. 1. Claruit anno 1556. Bal.*

* Ioannis *Edoards du Monin, Burgundionis Cyani, miſcellaneorum poeticorum aduerſaria, in octauo Pariſijs.*

Ioannes *Eligerus de Gondersleuen, natione Germanus, ſcripſit de cōpoſitione aſtrolabij librum vnum, de vtilitate aſtrolabij librum vnum, de vtilitate quadrantis librum vnum, de magnete quoque libros duos, de aſtrogemetro librū vnū. Et alia plura. Claruit anno 1350.*

Ioannes *Elinus patria Nordonolgianus, Carmelita, compoſuit in Apocalypſin librum vnum. Ad vulgum conciones librum vnum. Quodlibetales quæſtiones librum vnum. Lecturas ſcripturarum librum vnum. Obijt anno 1379. Baleus.*

Ioannis *Elij Monaſterienſis Rectoris, odæ ſpirituales, liber impreſſus: ſic enim habet catalogus officinæ Heruagij. * Eiuſdem quædam carmina ad iuuentutem, veluti de pace & alia, ex officina Zuiſeliana.*

Ioannis *Eliſij medici de balneis totius Campaniæ, item Aenariæ inſulæ, eiuſdemque mirabili incendio, Neapoli impreſſus liber, & Venetijs à Iuntis, cum diuerſorum authorum ſcriptis de balneis. Idem de curatione morbi gallici ſcripſit contra barbaros & vulgares empyricos.*

* Ioannis *Engerds Neapolitani Orilani Turingi poetæ laureati, & poetices in alma Ingolſtadienſi Academia profeſſoris ordinarij, Poematum pars prima: Tum Catecheſim Catholicam, & inſtitutionem Chriſtianæ pietatis: tum alia ſacra, Natalitia & funebria continens. 8. Ingolſtadij, anno Domini 1582. Eiuſdem Almæ Ingolſtadienſis Academiæ Tomus primus, in ſeptem diuiſus partes. Quarum prima Acclamationes poeticas. II. Cancellarios & Procancellarios ampliſsimos. III. Principes illuſtriſsimos. IIII. Comites illuſtres. V. Barones generoſos. VI. Archiepiſcopos & Epiſcopos Reuerendiſsimos. VII. Profeſſores S S. Theologiæ Venerandos complectitur: Inchoatos primum à Valentino Rotmaro P. Laur. Iam verò poſt immaturum ipſius obitum accurate fideliterque abſolutos. 4. Ingolſtadij, anno Domini 1581. Parentalia anniuerſaria D. Simoni Thaddeo Eccio optime commendationis & debitæ gratitudinis ergò facta. 4. Ingolſtadij. Paraphraſis Pſalmi 90. Qui eſt oratio Moſis viri Dei, & expreſſa ærumnoſæ mortalium vitæ imago ac ſpeculum heroicis verſibus expoſita. 4. Ingolſtadij apud Wolffgangum Ederum. Epeneſis duarum illuſtrium Germaniæ familiarum, Dominorum videlicet Comitum Montfortiorum & Fuggerorum, ex multis fide dignis authoribus conſcripta. Eiuſdem proſodia Germanica: de cudendis rythmis Germanicis. In octauo Ingolſtadij, anno 1583.*

Ioannes *epiſcopus Carnotenſis, ſcripſit contra monachos mendicantes.*

* Ioannis *Epiſcopi Chemenſis ſuffraganei Saltzburgenſis onus Eccleſiæ, admiranda quædam & ſtupenda continens de ſeptem ſtatibus Eccleſiæ. In folio Coloniæ, 1583.*

Ioannis *Epiſcopi Conſtantinopolitani, commentaria in epiſtolas D. Pauli Apoſtoli, & eas præcipue quæ ad Philemonem ab illo ſcriptæ ſunt, Mutiano Scholaſtico interprete, extāt Viennæ Auſtriæ apud Wolf. Lazium.*

Ioannis *Epiſcopi Romani liber, aut potius epiſtola de duabus Chriſti naturis aduerſus Eutychianiſtas, apud Henricum Petri Baſileæ excuſa anno 1528.*

Ioannis

multa, ex quibus circumferuntur commentarij ſuper inſtituta, excuſi Lugduni, anno Domini 1534. ſuper primum & ſecundum codicis. de fide & operibus, liber impreſſus Coloniæ apud Quentel. aduerſus doctorem Balthaſarum Pacimontanum, anabaptiſtarum noſtri ſeculi primum autorem, orthodoxæ fidei catholica defenſio, impreſſa Lipſiæ. De victoria parta inter Heluetios libellus Germanicus, quē Henricus Bullingerus mendacij publico ſcripto arguit. Redargutio ſex articulorum Huldr. Zuinglij, exhibita Badenæ in Heluetia, in publica diſputatione, anno Domini 1526. liber Germanicus, eodem anno impreſſus Tubingæ. epiſtola Germanica Dialogi inſtar compoſita, ad Huldrichum Zuinglium, qua eum redarguit, quod in diſputatione Badenæ non appareat. De Euchariſtia libellus impreſſus Coloniæ, anno Domini 1537. de lege Moſcuitarum, Baſileæ. Idem ſcripſit ad præſulem Tridentinum de bello Turcis inferendo. Orationem de origine, potentia ac tyrannide Turcarum, ad Henricum VIII. Angliæ regem Londini publice habitam. Impreſſa ſunt hæc Coloniæ, anno Domini 1535. in Faſciculo Ortuini Gratij. Opus homiliarum Coloniæ impreſſum, in folio, anno Domini 1541. De poteſtate Papæ contra Lutherum. Item quare ſecta Lutheranæ non adhæreat. Opus aduerſus noua quædam dogmata Martini Lutheri. Romæ, anno Domini 1522 in folio. Idem ſcripſit malleum hæreticorum lib. 6. Sermones de Euchariſtia lib. 1. De victoria aduerſus Turcas lib. 1. Pro cœlibatu contra coniugium libr. 1. De patientia lib. 1. De baptiſmo paruulorum libr. 1. Orationes funebres lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1536. Balthaſar Vuerlinus. * Eiuſdem Breuiarium in Iuſtiniani Imperatoris Codicem, nunc demum illuſtratum & à mendis repurgatum. Acceſſit Tractatus Dom. Bartholi de inſignibus & armis, & repetitio in materia Torturarum ſeu quæſtionum, in folio Regali Lugduni. Homiliæ in Ioelem prophetam, 8. Pariſijs. Miſſa Euangelica. In 8. Adhæc ſcripſit de miſeria vitæ humanæ, deq; mundi contemptu homilias. XXXIV.

Ioannes *Faber Mechlinienſis, ſcripſit contra Alciati ſententiam in quæſtione, vtrum iuramentum ſeruandum ſit, ſi iurans non alienare fundum dotalem, poſtea cum iureiurando contraueniat. Coloniæ, 1569.*

Ioannis *Fabri Vuerdenſis de recta pronunciatione. Item de arte metrica.*

Ioannes *de Fabriano, Italus, ordinis Eremitarum D. Auguſtini, inter cætera ſcripſit Expoſitiones Euangeliorum lib. 4. De concordia Platonis ad ſcripturam lib. 1. In Ethica Ariſtotelis lib. 10. In politica eiuſdem lib. 8. Et alia. Claruit anno D. 1340. Ambroſius Choriolanus.*

Ioannis *de Fabrica, ordinis minorum, tractatus de indulgentijs pro animabus in purgatorio.*

Ioannis *Fabricij Bolandi libri 10. de motu Monaſterienſi, Elegiaco carmine ſcripti. Coloniæ apud Gymnicum, 1541. Idem Pſalterium Dauidis Lyrico carmine reddidit.*

Ioannes *Fabricius Germanus, ex Berkema Alſatiæ inferioris natus, ſcripſit diſpoſitiones in epiſtolas Iacobi, Petri, Ioannis & alias canonicas. Ac carmine hiſtoriam Vuilhelmi Thellij, ad Conradum Pellicanum. Eius elegia de Thellio inſcio auctore Bernæ deprauate excuſa eſt. Præterea edidit De differentijs animalium quadrupedum ſecundum locos communes librum ad animalium cognitionem vtilem. Impreſſum apud Geſneros fratres, 1555. Poematum librum ibidem impreſſum. De prouidentia Dei dialogum à Froſchouero excuſum. Orationem qua docetur Concilium Tridentinum ſine ſcelere à Chriſtianis hominibus frequentari non poſſe. Apud Opor. in quarto. Defenſionem iuſtam pro Chriſti Eccleſia, aduerſus improbas Fontidonij & Cardin. Hiſpanorum, pro concilio Tridentino calumnias. Geneuæ, 1565. in 8. Item Germanice Explicationē Symboli, et in 1 cap. Abacuk. Tiguri. * item carmen ad Ioannem Friſium.*

Ioannis *Fagioli, additiones & appoſtillæ ſuper Conſtitutionibus & pragmaticis regni Siciliæ.*

Ioannis *Faſoli De ſummarij cognitione.*

Ioannes *de Faucona vel Fantona, inter canonici vel ciuilis iuris ſcriptores, in Summa Angel. citatur.*

Ioannes *Fauentinus præmiſit aliquod breue ſcriptum decreto, in quo explicat differentiam inter Decretum, Canones, Decretales, Conſilium, et Præceptum, & ponit originalia concilia & diuiſiones decreti. Lib. manuſcriptus. M. Dreſſerus.*

Ioannes *de Fauentia, Franciſcanorum Guardianus Parchienſis in regno & inſula Cypri, ſcripſit vitam Petri Thomæ Patriarchæ Conſtantinopolitani, Carmelitæ, lib. 1. Claruit anno D. 1370. Ioannes Baleus.*

Ioannes *de Fauno ordinis Prædicatorum, Lombardus, ſcripſit ſummam iuris, Tabulam ſuper Decretales. Manuſc. Dreſſerus. Forte Ioannes de Faucona.*

Ioannes *Faxioli, ſcripſit ſummam, cuius meminit Aluorotus in proœmio Feudorum.*

Ioannes *Felde ciuis Londinenſis, ſcripſit ad articulos à Moro, Roffenſi, Kaſtello, impoſitos Reſponſiones eruditas lib. 1. De ſeruo hominis arbitrio lib. 1. Contra quoſdam Pſeudomonachos lib. 1. Epiſtolas ad Frithum & alios lib. 1. Patriarum legum collectiones lib. 1. Obijt anno 1456. Baleus.*

Ioannes *Feldner Germanus, varia & iucunda in Aſtronomia elaborauit Viennæ Auſtriæ.*

Ioannes *de Felicitate I. C. ſcripſit ſuper Inſtitut.*

Ioannes *Felton Homiliarij vel concionatoris nomen accepit, ſcripſit Sermones Dominicales 56. Alphabetum Theologicum lib. 1. Lecturas ſcripturarum lib. 1. Claruit anno 1440. Baleus.*

Ioannes *Feralds, ſcripſit de priuilegijs regum Franciæ.*

Ioannis *Ferinarij Inſtitutiones Chriſtianæ, interrogationibus & reſponſionibus vſitatis in Catechetica methodo ita explicatæ, vt breuem ſed integram hypotypoſim doctrinæ purioris complectantur, in Academia Vuitebergenſi traditæ. Vuitebergæ, anno Domini 1571. octauo.*

*Item in epiſtolam ad Romanos. Singula hæc ſeparatim impreſſa Lugduni apud Vincentium. Commentaria in Geneſim Latina, & poſtea in Germanicam linguam translata à Ioan. Flaminio. Annotationes in Exodum, Numeros, Deuteronomium, librum Ioſue, librum Iudicum. Coloniæ, anno Domini 1571. Epitome ſermonum Dominicalium, Ioan. Feri. edita à Ioan. à Via Coloniæ, anno D. 1571. Additæ ſunt Feri conciones in threnos Ieremiæ. Explicatio hiſtoriæ Iobi in 114. conciones diſtributa. Coloniæ, anno 1571. octauo Latine, & in folio German In Eſdram & Nehemiam conciones Germanice in quarto Moguntiæ. Examen ordinandorum: ad quæſtiones ſacrorum ordinum candidatis proponi conſuetas aptæ & piæ reſponſiones. Lugduni Guilielmus Rouilius, 1555.*

Ioannes *Fiberius, ſeu Caſtorius, Anglus, Viſimonaſterienſis collegij monachus, ſcripſit Annales Anglorum.*

Ioannis *Fichardi Francofurtenſis Perioche vitarum recentiorum iure conſultorum, ab Irnerio vſque ad Huldrichum Zaſium: præterea indices duo omnium ſcriptorum in iure tam Pontificio quã Ciuili, à veteribus & recentioribus Iureconſultis adhæc noſtra vſque tempora editorum, per Ioannem Neuizanum, Lud. Gomeſſium, & Ioan. Fichardum collecti. Ioannes Oporinus impreſſit Baſileæ, vna cum veterum Iureconſultorum vitis per Bernardinum Rutilium deſcriptis, & eiuſdem Decuria. Ex Cl. Galeni libris Græcis Latinitate donauit, de libris proprijs, de ordine librorum ſuorum, de præſagijs ex inſomnijs, quomodo morbum ſimulantes ſint deprehendendi. De exercitatione paruæ pilæ, Conſilium in morbo Comitiali. Cratander primum excudit Baſileæ, anno 1531.* *Eiuſdem tractatus Cautelarum omnium iureconſultorum, qui hactenus cautelarum materiam ex profeſſo tractarunt. Opus iuris conſultis, potiſſimum autem Aduocatis pragmaticis, cauſidicis, atq; omnib. in foro verſantibus, non minus neceſſarium, quàm vtile, et frugiferum. Cum præfatione, de recto, & vero vſu cautelarum. In fol. Francofurti 1580.*

* Ioannis *Fierij Andouerpiani, de Flatibus humanum corpus moleſtantibus, commentarius nouus ac ſingularis. In quo flatuum natura, cauſæ, & ſymptomata deſcribuntur, eorumq; remedia facili, et expedita methodo indicantur. 8. Antuerpiæ apud Henricum Henricium 1582.*

Ioannes *Filpotus illuſtris generis homo, ſcripſit Hebraicas epiſtolas lib. 1. De proprietate linguarum lib. 1. Diſputationem ſynodicam lib. 1. Suas examinationes lib. 1. Apologiam aduerſus Arrianum lib. 1. De vero Chriſtiani ſacrificio lib. 1. Tranſtulit in linguam vulgarem, Homilias Caluini lib. 1. Chryſoſtomum contra hæreſes lib. 1. Combuſtus fuit anno 1555. Baleus.*

Ioannis *Findeling Antilutheranus.*

Ioannes *Fiſcher Anglus, Roffenſis epiſcopus ſcripſit in ſeptem Pſalmos pœnitentiales libr. 1. homilias ad plebem. aduerſus XLI. Lutheri articulos lib. 1. contra captiuitatem Babylonicam lib. 1. confutationes Lutheri. Pro Miſſa, contra Oecolampadium. Defenſionem ſacerdotij, Conuulſionem Veleni. Precationum lib. 1. pro vna Magdalena contra Fab. lib. 3. contra Clichthoueum pro eadem lib. 1. pro defenſione regis in Lutherum lib. 1. de matrimonio eiuſdem lib. 1. de VII. ſacramentis lib. 1. pro Lutheri damnatione lib. 1. anno Domini 1535. capite ſenex truncatus eſt.*

Ioannis *Flamingi, Boppardienſis presbyteri, ad Chriſtum crucifixum epigramma, in libello epitaphiorum quem Ioannes Adelphus collegit.*

Ioannis *Flaminij vitæ prædicatorum. Bononiæ, 1529 in 4.*

Ioannes *Flaminius Commentaria Ioan. Feri ex Latina lingua in Germanicam tranſtulit.*

Ioannes *Flasborienſis ſcripſit hiſtorica quædam, citatur à Nauclero fol. 765.*

Ioannes *Flete Veſtmonaſterienſis cœnobij presbyter. De fundatione ſui cœnobij & eccleſiæ, congeſſit Inſigne Chronicon lib. 1. Homilias aliquot lib. 1. Baleus.*

Ioannes *Fleiſcherus Ariſtotelis & Vitellionis doctrinam de Iribus, certa methodo comprehendit, & neceſſarijs demonſtrationibus auxit. Vuitebergæ, 1571. octauo.*

* Ioannæ *Floræ narrationes amatoriæ: de pœnis quas Venus contemptoribus veri amoris irrogat. Gallicè Lugduni.*

Ioannes *Florianus in Latinam linguam conuertit Ioannis Leonis Africani de totius Africæ deſcriptione lib 9. Antuerpiæ, 1556. & Tiguri apud Geſneros fratres.*

Ioannis *Fœniſecæ quadratum ſapientiæ, continens in ſe ſeptem artes liberales veterum: circulos Bibliæ 4. in quibus metaphiſica Moſaica. Commentaria horum. Philoſophia de moribus. Algorithmus ſubalternus. Phyſica Medicina ſubalterna. Liber impreſſus Auguſtæ Vindelicorum, anno D. 1515 in 4. chartis 5. cum varijs figuris. Eiuſdem epiſtolium quo explicat rationem Pſychomachiæ Prudentij, ibidem, excuſum eſt cum Prudentio, anno 1560.*

Ioannes *Folsham Nordouoleas, Anglus, Carmelita, ſcripſit Iſagogen Metaphiſices, Quæſtiones Theologiæ, Moralitates rerum. De arte prædicandi. De matrimonio, Flores ex Chryſoſtomo, Collationes per annum, in Anshelmũ indices. Obijt Nordouici, anno 1348.*

Ioannis *de Fonte, ordinis minorum, lectoris in monte Peſſulano, concluſiones ſupra libros 4. ſententiarum.*

Ioannes *de Forda in prouincia Deuoniorum abbas Fordenſis cœnobij Ciſtertienſis ordinis, ſcripſit Homilias 120. lib. 1. Super Threnos Hieremiæ lib. 1. Introductorium eorundem li. 1. De triplici cruce lib. 1. Vitam Vuolfrici presbyteri lib. 1. Sermones duodecim lib. 1. De contemptoribus mundi lib. 1. Expoſitionem in Hieremiam lib. 1. Acta quædam regis Ioannis lib. 1. Claruit anno 1210. Baleus.*

Ioannes *Forſterus Auguſtanus, theologiæ doctor & profeſſor Hebreæ linguæ in Academia Vuite-*

dominijs in Aſchaun & Vuildennuart &c. fratribus dicatum: in qua editione priori acceſſerunt, omnia Horatij carminum genera: item heroica, elegiaca, &c. quatuor vocibus ad æquales, in ſtudioſorum adoleſcentum gratiam compoſita. Liber excuſus à Froſchouero anno 1554. Laudes honeſtæ matrisfamiliâs ex Prouerb. 31. cap. carmine germanico complexus eſt: qui hymnos cum Pſalterio germanico & cæteris ſacris cantionibus Tiguri in 16. eſt impreſſus, ſæpius annis diuerſis, & poſtremo anno 1578. Epigramma item in poculum ventroſum & patulum quod Germani (quia formam capitis rotundi habet) Cephale vocant: eoq; noſtri ſeculi intemperantia adumbratur: germanicis rythmis ſcripſit. Tiguri excudeb. Froſchouerus. Dictionarij Roberti Stephani epitomen Latinogallicum, ab eodem Rob. Steph. excuſus, vbi voces nudæ locutionibus omiſſis in puerorum vtilitatem continentur, interpretatione germanica auxit: ita vt ex vno libro, eoq; non magno tres linguas addiſcere liceat. Baſil. excuſ. Opus ingens Dictionarium Latinogermanicum locupletiſſimum conſcripſit, quod à Froſchouero plus decies excuſum in folio. Poſtremæ editioni acceſſerunt prænomina Romana, & rei numariæ, menſurarum & ponderum vocabula. Eiuſdem nouum dictionariolum puerorum Latinogermanicum: Et viciſſim ex illo Germanicum Latinum à Io. Hertbero concinnatum: cui acceſſerunt rerum nomenclaturæ per claſſes digeſtæ multo copioſiſſime. Tiguri excudebat Froſchouerus anno 1556. Et denuo ſæpius temporibus diuerſis in 4. Tranſtulit in linguam Germanicam ex Commentarijs Henrici Bullingeri In Ioannis euangelium de iuſtificatione: Eiuſdem alium tractatum ex commentarijs in Matthæum de reſurrectione vernaculo ſermone interpretatus eſt, excuſ. Tiguri. Bibliothecam Hebraicorum librorum locupletiſſimam Venetijs à Bombergo emens vnà Tatiani & Theophili Alexandrini libros contra gentes manuſcriptos, ex Italia aduexit, & Tiguri excudi curauit. Deniq; vt fuit Hebraicarum literarum amantiſſimus ſcientiſſimusq; de Biblijs Hebraicis libros ad interpretandum difficiliores, Latine quam propriiſſime vertit: nempe librum Iobi, pſalmos Dauidis, Prouerbia Solomonis, Canticum canticorum libellum Ruth, Ieremiæ lamentationes: Eccleſiaſten: Eſter: prophetas maiores, Eſa. Iere. & Ezech. Poſtremo Prophetas minores omnes: quam ſuam interpretationem octo voluminibus comprehenſam à ſuis aliq. diſcipulis è regione textus Hebraici à Roberto Stephano in 16. Pariſijs excuſi litera bene picta, quæ expedite legi poſſit, deſcribi curauit: anno 1550. exemplaria & autographa Ioannes Iacobus Friſius F. aſſeruat. Fuit autem Ioan. Friſius, clariſſ. viro Conrado Geſnero (vt ipſe de illo in ſua bibliotheca Tiguri anno 1545. excuſa ſcribit) amicitiæ iure coniunctiſſimus: Et Galliam anno 1533. cum illo ingreſſus, cum aliquot annos bonas literas Lutetiæ Pariſiorum hauſiſſet, publico diligentiæ ac eruditionis ſuæ teſtimonio in celeberrima eius vrbis Academia ornatus, in Germaniam rediјt: ac Baſileæ primum optimos vtriuſq; linguæ authores aliquandiu profeſſus, inde Tigurum reuocatus eſt: vbi cum per annos 27. gymnaſio puerorum in vrbe Tigurina diligentiſſime præfuiſſet anno Domini 1565. labore exhauſto, fatis conceſſit, anno ætatis ſuæ 60.

* Ioannes Frith Anglus, Londinenſis, ſcripſit contra purgatorium lib. 3. ſubſidium contra Raſtel lib. 1. de fide Euchariſtiæ lib. 1. de cœna Domini contra Morum lib. 1. de ſua examinatione lib. 1. ad imitatores Euangelij lib. 1. Speculum de cognitione ſui ipſius lib. 1. ſuper teſtamento Tracij lib. 1. Tranſtulit de reuelatione Antichriſti lib. 1. Antitheſin Chriſti ad Papam lib. 1. & alia propter fidei ſuæ confeſſionem damnatus eſt ad ignem Londini anno 1533.

* Ioannes Frolich librum Friderici Griſonis de arte equeſtri ex Italico in Germanicum ſermonem tranſtulit. Auguſtæ 1566.

Ioannis Froſchij opuſculum rerum Muſicarũ, totam eius negotij rationem mira induſtria & breuitate complectens, publicatum Argentorati 1535. Eiuſdem de origine & principijs naturalibus impreſſionum in ſingulis aeris regionibus naſcentium maxime vero ignitarum lucentiumq; ſignificationibus, liber excuſ. 1532.

Ioannes Froſſardus, Hannonius, ſcripſit rerum ſuo tempore geſtarum libros quatuor. De Philippa regina lib. 1. Claruit anno Domini 1400. Vide ſupra Froſſard.

Ioannes Frumentarius Anglus, monachus Benedictinus, ſcripſit ad Gloceſtriæ ducem de rebus diuerſis libros plures, et commentarios ſcripturarum. Vixit, 1440.

Ioannis Funckij Norimbergenſis Chronologia, hoc eſt, omnium temporum & annorum ab initio mundi, vſq; ad annum à nato Chriſto 1553. computatio: in qua methodice enumerantur omnium populorum, regnorum memorabilium origines & ſucceſſiones: item omnes eorum reges, quando quiſq; cœperit, quandiu regnarit, quid dignum memoria geſſerit: quis ſtatus populi Dei fuerit: ac quemadmodum translata ſint imperia à populo in populum. Eiuſdem in Chronologiam ſuam commentariorum li. 10. In quibus cum ordinis obſeruati in chronologia ſuis locis ratio redditur: tum difficilia quædam ſacroſanctæ ſcripturæ loca, commode explicantur. Adiunctis obiter ijs hiſtorijs quæ in ipſo chronologiæ opere aſcribi nequiuerunt, verum tamen multas ob cauſas neceſſariæ videbantur. Excuſa ſunt hæc primum in Pruſſia, deinde Baſileæ ab Oporino in quarto maioris folij chart. 114. anno 1554. & Vuitebergæ 1570. in folio. Idem author ſcripſit vitam Viti Theodorici, impreſſam Norimbergæ. Item commentaria in Apocalypſim Ioannis, & vitam Andreæ Oſiandri, quæ breui ipſum in publicum editurũ ſperamus. Enarrationes in pſalm. 9. & 103. Germanice. Vera narratio de exordio controuerſiæ Oſiandri & declaratio de iuſtificatione. Claruit anno 1554. in Pruſſia.

* Ioannes Fueßlin ciuis Tigurinus ſcripſit libr. Germanica lingua aduerſus Hieronymum Gebulerum defendentem eccleſiam Romanam, eiusq; confictas ceremonias. Tiguri in 4. anno Domini 1524.

cum

cum præfatione Huldrici Zuinglij.

* Ioannes Fuſt, natione Germanus ſcripſit ſermones de tempore lib.1. ſermones de ſanctis lib.1. ſermones feriales per quadrageſimam lib.1. Claruit ſub Carolo 4. Imp.

Ioannes Gabriel orator Senenſis, clauſulas quaſdam ex familiaribus epiſtolis Ciceronis excerpſit, ac generatim digeſſit. Robertus Vuinter excudit Baſileæ, 1541.

* Ioannis Gebelij D. medicinæ, διαγραφὴ thermalium aquarum apud Hermunduros ſitarum, propè Annæbergum & Vuolckenſteinium, in duos diſtincta libros. Cui acceſſit appendix Thermarum Germaniæ. In octauo. Lipſiæ per Ioannem Steinman.

Ioannes Godeſden Anglus ſcripſit Roſam Anglicam lib.1. practicas medicinæ lib.1.

Ioannes Gagneius theologus, ſcripſit ſcholia in quatuor Chriſti euangelia & acta Apoſtolorum, ex Græcis Latiniſq; commentatoribus ſelectiſſima quæque colligens, quæ à Ioanne Benedicto emendata atq; excuſa ſunt Pariſijs apud Carolum Perier, anno 1552. Commentaria in epiſtolas Pauli ibidem impreſſa. Idem pſalmos Dauidis 75. in lyricos verſus ſeruata eccleſiaſticæ verſionis veritate redegit, Pariſijs excudit Nicolaus Diues, anno 1547. Item edidit hendecaſyllabon de ſacro Chriſti corpore in eucharistia. Præterea ex Diuionenſi bibliotheca Alcimum Auitum: & ex Barbarenſi Cl. Marium Victorem, poetas Chriſtianos edidit, Lugduni 1536. impreſſos per Melchiorem & Caſparem Trechſel fratres. Primaſium in omnes epiſtolas Pauli edidit, & eundem in gratiam regis Franciſci in linguam Gallicam tranſtulit. Itemq; libros quoſdam Tertulliani, & Guerrici ſermones, & alia.

* Ioannis Gaileri diſputatio de ſummo iure & æquitate ex decimo capite lib.5. Ethicorum Ariſtotelis deprompta, quam ſub præſidio M. Friderici Martini Dialecticæ profeſſoris habuit. In quarto Ingolſtadij.

* Ioannis Gailkircher tabulæ ſeu partitiones Catechetica, ſummam religionis Chriſtianæ perſpicue & orthodoxe complectentes. Ingolſtadij. Eiuſdem Theſes de hæredibus inſtituendis. De Teſtamentis ordinandis. Item Theſes 50. de Teſtamento militari. Theſes de tranſactionibus. Theſes quinquaginta de liberis & poſthumis hæredibus inſtituendis vel exhæredandis vel præteritis. In quarto Ingolſtadij apud Sartorium.

Ioannes Galli collegit deciſiones Parlamenti Pariſienſis, quæ editæ ſunt cum annotationibus Caroli Molinæi.* Eiuſd. Erphordiani hymnorum lib. 8. Erfurdiæ excudebat Georgius Bauman. Eiuſdem pietatis Chriſtianæ enchiridion poeticum Erfordiæ. Itemq; doctrinæ de de cœna Domini ſimplex methodus locq; confeſſionis edita: Erfurdiæ.

Ioannes Galenſis Anglus, ſcripſit librum de origine & progreſſu & fine Mahumeti, & quadruplici reprobatione prophetiæ eius. Excuſum Argentorati apud Iacobum Iucundum, anno Domini 1550. Georgius Fabricius, qui eum in diſſipatis bibliothecis inuentum edidit, in præfatione, & alios eius authoris libros à Trittemio & Iacobo Philippo Bergomate omiſſos recenſet, vt de vita & moribus philoſophorum lib.10. Collationum ſeu locorum communium ex ſacris prophaniſq; auctoribus lib.7. Argentorati à Iacobo Iucundo anno 1550. & Pariſijs 1516. Vide Ioannem Valenſem.

Ioannes Galendi I.C. laudatur in ſpeculo, & à Ioan. Andreæ, in c. quam ſit. de Elect.

Ioannes Galliculus, de muſica & compoſitione cantus, libellos edidit Lipſiæ impreſſos 1520. & Vuitenbergæ 1548.

Ioannes de Ganduno, vide Ioan. de Ianduno.

Ioannis Ganiueti ordinis minorum in conuentu Viennenſi. Amicus medicorum, liber impreſſus Lugduni in quarto, anno 1508. cum opuſculo quod Cœli enarrant à principio eius inſcribitur, & cum abbreuiatione Abrahæ Auenezræ de luminaribus & diebus criticis, & aſtrologia Hippocratis. Omnium chartæ ſunt 16.

Ioannis Garcæi Meteorologia, & tabellæ quæ totam meteororum doctrinam complectuntur. Vuitenbergæ anno 1568. Eiuſdem liber de ſtatu animarum ſeparatarum à corpore ad extremum vſque iudicium, Vuitenbergæ anno 1568. Germanice: & Norimbergæ, anno 1571. De officio & poteſtate fidelium eccleſiæ miniſtrorum anno Domini 1567. Germanice.

* Collatio ſummi pontificis, veteris & noui Teſtamenti. Cui addita eſt commonefactio de arca fœderis. 8. Lipſiæ. Eiuſdem Aſtrologiæ methodus, tradens ſecundum Ptolomæi doctrinam exactiſſimam facilimańq; genituras qualeſcunq; iudicandi rationē, ex probatiſſimorum artificum monumentis: Natiuitatibus inſuper CCCC. circiter hominum cuiuſcunq; ordinis noſtri ſeculi illuſtratata: In lucem nunc primum edita, in honorem illuſtriſſimi principis Auguſti Saxoniæ Electoris. Acceſſit etiam Oſualdi Schreckenfuchſij mathematum nouum opus, nobiliſſimarum gentium Calendaria eruditiſſime demonſtrans, vna cum inſtrumentis ad eam rem neceſſarijs: opera antehac nuſquā viſa cum indice vtiliſſimo. In folio. Baſileæ ex officina Henricpetrina.

Ioannis Garetij Teſtimonia patrum de corporis Chriſti præſentia in Euchariſtia, deque Miſſa Antuerpiæ anno Domini 1563. ex ſecunda editione. Item mortuos viuorum precibus adiuuari ex ſanctis patribus aſſertio. Antuerpiæ Plantinus in decimoſexto. Eiuſdem de ſanctorum inuocatione liber, in quo orthodoxorum patrum teſtimonijs aſſeritur apoſtolicam eſſe traditionem, ſanctorū animas poſt mortem in cœleſti gloria Angelis eſſe ſimiles, noſtra non ignorare, pro nobis orare, à Deo exaudiri, & à nobis inuocandos. Gandaui anno Domini 1570. In octauo.

Ioannes Garlandius, Grammaticus & poeta ſcripſit de dictionibus obſcuris lib.1. De accentu lib. 1. Myſteriorum Eccleſiæ lib.1. Vnum omnium lib.1. Satyricum opus lib.1. De miraculis D. Mariæ li.1. Epithalamion eiuſdem lib.1. Opus ſynonymorum

Digitized by Google

lib.1. Æquinoctorum opus lib.1. Computum & tabulam lib 1. Ortolanum lib.1, Cornutum, ſiue diſticha lib.1. De pœnitentia lib.1. Auream gemmam lib.1. Claruit 1040. Baleus.

Ioannis de Garlandia Cornutus, ſiue diſticha hexametra moralia & cum interpretatione. Liber excuſus olim Haganoæ 1489.

Ioannis Garlandij Angli compendium Alchymiæ, cum dictionario eiuſdem artis, atq; de metallorum tinctura præparationeq;, de Salium aluminumque varietate.

Ioannes Garronis, iuriſconſultus, ſcripſit de ſec.imp. De menſuris et cuius authoritate fiant. De ſuitate & extraneitate.

Ioannis Garzonis Bononienſis libri duo, de rebus Saxoniæ, Turingiæ, Libonotriæ, Miſniæ: cum præfatione Eraſmi Stellæ, excuſi Baſileæ à Frobenio, anno 1518.

Ioannes Gaſcoyne, Anglus, ſcripſit vitam magni Hieronymi lib.1. Aduerſus Vuicleui dogmata lib.1. Vixit anno 1381.

* Ioannis Gaſpari loci communes Theologici ad conſenſum Catholicæ Eccleſiæ ex Sacræ ſcripturæ & Sanctorum Patrum teſtimonijs collecti, cum argumentis aduerſariorum & confutationibus eorundem. & cum materiarum indice. Pariſijs Sebaſtianus Niuellius. 1573.

Ioannes Gaſtius Briſacenſis, miniſter eccleſiæ Baſilienſis, natione Germanus, ſcripſit Parabolarũ ſiue ſimilitudinum ac diſſimilitudinum librum ex ſanctis patribus collectum, & impreſſum Baſileæ anno 1544. collegit ex D. Auguſtini Hipponenſis epiſcopi operibus in vtrunq; Teſtamentum commentaria, impreſſa Baſileæ apud Heruagium 1542. De virginitatis cuſtodia, ſtupri vindicta, vxorum in viros pietate & perfidia: de ſcortationis ſcelere, eiuſq; pœna: de moribus ac virtutibus variarum gentium lib.4. excuſos Baſileæ apud Robert. Vuinter, anno 1544. Anabaptiſtarum hiſtoriam, multo quam ante edita, auctiorem. Ioa. Oecolampadij pias aliquot conciones, in Pſalmos 73.74.75.76.77.78. item libellum de inuocatione ſanctorum contra Fabrum Conſtantienſem, concionem ad puellos, &c. ex ore Ioannis Oecolampadij olim exceptas, Latinitate donauit. His accedunt hiſtoriæ tres, vna de ſacerdote ſubmerſo, altera de ſacerdote ſuſpenſo, tertia de ruſtico decollato: liber excuſus Baſileæ apud Rob. Vuinter 1544. Ioannis Oecolampadij Germanica expoſitio in Threnos Hieremiæ, ab ore concionantis excepta per eundem, & in lucem edita, Baſileæ 1545. apud eundem. Conuiualium ſermonum tomos 2. apud Brylingerum 1550. propediem in lucem daturus etiam tertium & quartum eiuſdem argumenti tomum. Epigrammatum libros duos ex Chriſtianis poetis collectos, cum ſcholijs Ioan. Suſenbroti, apud Brylingerum, 1543. in orationem Dominicam meditationes ex patribus decerptas, Rob. Vuinter excudit, 1543. in Euangelia Dominicalia locos communes. Vueſthemerus, 1540. in Margaritam theologicam à Spangenbergio collectam. Scholia ex patribus decerpta, apud Veſthemerum 1544. in pandectas Brunfelſij exempla adiecta, Brylin. 1551. Scholia in nouum Teſtamentum Græcum, ex patribus, in margines adiecta, Baſileæ per M. Harſcher: Flores ex Liuianis operibus decerptos in vſum puerorum, per Vueſthemerũ 1546. Concordantias Bibliorum innumeris locis corruptas recognouit, emendauit, ac reſtituit Heruagius excudebat 1551. Operum Hieronymi epitomen, nudam ſcripturarum interpretationem complectentem, conſcribere cœpit. Idem edidit annotationes Oecolampadij ex ore eius exceptas, In Geneſim, anno 1540. à Bebelio excuſas. In prophetas, Oſeam, Ioelem, Amos, Abdiam, Ionam, Micheam, anno 1535. à Cratandro excuſas. Eiuſdem enarrationes in euangelium Ioannis anno 1535. ab eodem excuſ. In Matthæi capita aliquot, conciones populares, Lib. quod miſſa non ſit ſacrificium. Quod imagines quæ ad cultum proſtant ſint tollendæ è templis, anno 1536. ibidem excuſa. Explanationes in epiſtolam ad Hebræos excuſas, anno 1534. Argentorati. Sermones in epiſtolam ad Coloſſenſes, item in pſalmos aliquot excuſos Bernæ, anno 1546. Collegit etiam alia quædam Oecolampadij nondum edita. Elucidatorium poeticum contractius fecit. excuſum 1541. à Brylingero. Opus hiſtoriarum edidit, in quo multa ſcitu & admiratione digna continentur, excuſ. Baſil. à Vueſthemero 1541. Obijt Baſileæ ante biennium.

Ioannes Gatiſdene (Anglicum alij appellant) medicus & philoſophus, compoſuit opus quod vocat Roſam Anglicam lib.1. De regimine acutorum lib.1. De ſimplicibus medicinis lib.1. De digerentibus et euacuantibus lib.1. De inſtrumentis ſuæ artis lib.1. Quid pro quo lib.1. De flebotomia lib.1. Practicen medicinæ lib.1. Pro dietarijs lib.1. Claruit anno Domini 1320. Baleus.

Ioannes Gauducius, ſuper 2. infortiati. De legatis tertio. l. Re coniuncti.

Ioannis Gaufredi Lectura, vel Collectarius ſuper decretale.

Ioannes Gauuer, natione Germanus, Carmelita ſcripſit ſuper ſententias lib.4. in Exodum quoq; lib.1. Concordantiam Euangeliſtarum lib.1. Sermones de tempore lib.1. Sermones de Sanctis lib.1. quadrageſimale triplex lib.3. & alia complura. Claruit anno 1440.

Ioannes Gazulus quidam neſcio quid Aſtronomicum ſcripſit: nominatur enim in Tabulis directionum Ioan. de Monteregio.

Ioannis Geiler de Keiſerſp. natione Germanus ſcripſit ſermones ad populum lib.1. Orationes varias ad clerum lib.1. & quædam alia. Magnis hic ſumptibus & labore diuturno collegit opera Ioan. Gerſon, quorum multa ex Gallia tandem ad nos perduxit, diuiſaq; ea in tres partes ordine pulcherrimo, ac tabula vtili admodum confecta, impreſſuræ deſtinauit. Eius ſermones & varij tractatus, excuſi Argent. apud Io. Gruninger, 1518. Eius Nauicola fatuorum 1510. Nauicula pœnitentiæ, Peregrinatio, Oratio Dominica, Fragmenta paſſionis. Omnia ibidem excuſa. Idem ſcripſit de communicandis his qui vltimo ſupplicio afficiuntur lib.1. De amouendis concubinis etiamſi vterq; continere decreuerit lib.1.

De hoc

defenſionem. Lectiones ſuper Marcum propſitiones de ſenſu literali ſacræ ſcripturæ, & de cauſis errantium. De communione laicorum ſub vtraque ſpecie de probatione ſpirituum. De examinatione doctrinarum, epiſtola ad patrem Oſualdum Carthuſienſem, epiſtola ad ſtudentes Collegij Nauarræ, quid & qualiter ſtudere debeat nouus theologiæ auditor, et contra curioſitatem ſtudentium. Epiſtola ad eoſdem, an monachus pro ſtudio lectionis poſſit ſe ſubtrahere à diuinis, epiſtola de ſtudio religioſorum, de libris quorundam caute legendis, de diſtinctione verarum viſionum à falſis, trilogium aſtrologiæ theologizatæ, contra ſuperſtitioſam obſeruationem dierum, præſertim Innocentam, contra ſuperſtitionem cuiuſdam medici ſculpentis imaginem leonis contra obſeruationem dierum quoad opera, de erroribus circa artem magicam, & articulis reprobatis. Propoſitiones contra aſſertiones Matthæi Grabon, in cauſa fidei. De vera religione & perfectione. Cardinalis Cameracenſis reſponſio ſuper eiſdem. Fratris Matthæi Grabon concluſiones, contra quas ſcripſit Io. Gerſon, contra ſectam ſe flagellantium. Epiſtola miſſa Vincentio ordinis prædicatorrm de eadem ſecta. Contra proprietarios regulæ S. Auguſt. In 2. tomo ſunt. Opuſcula ad mores accomodata: Regulæ morales, quibus aliquot loci communes explicantur, de vitijs animi, & de ſacramentis. Compendium theologiæ, quod complectitur aliquas materias communes ad fidem & doctrinam catholicam ſpectantes, eidem Cancellario adſcriptum, ſed apparet eius non eſſe. Primus autem eius tractatus eſt, de expoſitione articulorum fidei, ſecundus, de decem præceptis legis, & eorum expoſitione, tertius, de ſeptem ſacramentis eccleſiæ, quartus, de ſeptem virtutibus, quintus de ſeptem petitionibus contentis in oratione Dominica, ſextus, de ſeptem donis ſpiritus ſancti, ſeptimus, de octo beatitudinibus, octauus, de vitijs tam naturæ quam voluntatis: ſiue de ſeptem vitijs capitalibus. De peccato in ſpiritum ſanctum, & diuerſis ipſius peccati acceptionibus, de peccato veniali, an primi motus ſint peccata, de natura delectationis, & an ſit peccatum, vtrum conſenſus in delectationem, ſit ſemper peccatum, an conſenſus in actum ſit peccatum, de intentione ac fine actionis, de natura & qualitate conſcientiæ, de natura, qualitate, & numero circumſtantiarum, de peccati actualis & venialis diuerſis nominibus ac effectibus, aliæ peccati differentiæ, ex opere, ore, corde, & hæc omnia continentur in compendio Theologiæ. Opuſculum tripartitum, de præceptis decalogi, de confeſſione, & de arte moriendi. De cognitione venialium peccatorum et mortalium. De arte audiendi confeſſiones. De confeſſione molliciei. De remedio contra recidiuum. De ſtatuto Carthuſienſium, quod in mortali certo confeſſus remittatur, auiſamentum pro modo confeſſionis in religionibus non lapſis audiendi, de modis excommunicationum, & irregularitatum, & abſolutionis ab eis, notabile de primis motibus, & de conſenſu, de abſolutione confeſſionis ſacramentalis. De abſolutione defuncti Carthuſienſis. De moderata caſuum reſeruatione. Epiſtola ſuper eodem. De poteſtate ligandi atque ſoluendi, dialogus. Reſolutio ſuper caſu quodam de irregularitate, de contemptu clauium, & materia excommunicationum & irregularitatum, de cordis induratione, de indulgentijs, multarum breuium & vtilium quæſtionum reſolutiones, de correctione proximi. De paruulis ad Chriſtum trahendis. De contractibus, de ſimonia. De ſolicitudine eccleſiaſticorum. De teſtamento condendo. Epiſtola ſuper teſtamento librorum ſuorum. Epiſtola ad Carthuſienſes ſuper acceleratione ſuffragiorum poſt mortem oblatorum. De anniuerſario, quod ſibi procurauit in eccleſia S. Paulli in Lugduno, teſtamentum quotidianum peregrini, id eſt, ipſius Ioannis Gerſon. Teſtamentum eiuſdem, verſibus hexametris. Epiſtola conſolatoria ſuper morte fratris ad fratrem. De præparatione ad miſſam, & pollutione nocturna. De pollutione diurna, dialogus de cœlibatu eccleſiaſticorum. Carmen contra pulchritudinem corporis, contra impugnantes ordinem Carthuſienſem, propter paucitatem oraculorum, et non confirmationem, de non eſu carnium apud Carthuſ. de temperantia in cibo & potu & veſtibus prælatorum, Sermo de vita clericorum. Sermo in cœna domini pro humilitate, carmen contra tumidum cor, Sermo de pœnitentia, Sermo de dominio Euangelico, carmen de voluntaria paupertate, ſermo ad eccleſiaſticorum cautelam & eruditionẽ, ſermo de reſurrectione Chriſti, ſermo in Concilio Remenſi. De bono paſtore, de viſitatione prælatorum, vel cura curatorum, ſermo de quatuor domibus, ſermo de omnibus ſanctis. Exultabunt ſancti in gloria, alius de eiſdem. Beati qui lugent, &c. de eiſdem. Exultate quoniam merces veſtra de eiſdem, Videns Ieſus turbas, ſermo in die natiuitatis Domini, ſermo in dominica in ſeptuageſima, ſermo de conceptione beatæ virginis, ſermo de beato Bernardo, ſermo in die S. Ludouici Francorum regis, carmen optatiuum, vt lilia creſcant, ſermo de oratione in concilio Conſtantienſi. Sermo de Spiritu ſancto, de verbis Domini, Venite ad me omnes, cauſæ propter quas voluit dimittere Cancellariam, recommendatio licenciandorum in decretis, tractatus de nobilitate, epiſtolam ad Papam Martinum nomine regis Franciæ, de conſiderationibus, quas debet habere princeps. Dialogus duorum militum Franci & Angli, de puella olim in Francia equitante in armis, cuius editio Io. de Gerſon aſcribitur, ſed magis apparet ſtylus magiſtri H. de Gorckheim. de mirabili victoria cuiuſdam puellæ de poſtfœtantes receptæ in ducem belli exercitus regis Francorum contra Anglos. In 3. tomo, ad myſticam vitam ſeu contemplationem accomodati tractatus: de conſolatione theologiæ lib. 4. dialogus apologeticus, in quo Volucer & Monicus colloquuntur. Carmina nonnulla. Ioſephina carmina, id eſt, hiſtoria Ioſephi ſponſi Mariæ, ſermo in natiuitate B. virginis, carmen de differenti immunitate à peccato Chriſti & matris ſuæ, centilogium de conceptibus animæ, ſenſuum, mentis, voluntatis, &c. de vita ſpirituali animæ ſiue ſex lectiones, centilogium de impulſibus bonis & prauis, quibus nunc potentes deponuntur, nunc exaltantur humiles, de myſtica theologia ſpe-

citur. Omnia ſimul excuſ. Baſileæ, impenſis Ioan. Opor. apud Iacobum Parcum, anno 1550. Extat eiuſdem carmen de conſuetudine Valliſiorum, nondum in lucem editum.

Ioannis *Gilloti de Iuriſdictione & imperio libri duo. Eiuſdem Iſagoge in iuris ciuilis ſanctionẽ. Pariſijs, anno* 1538.

Ioannis *Giouanni theologi, De ſchiſmate, ſiue de Eccleſiaſticæ vnitatis diuiſione liber vnus, in duodecim capita ſectus, in quibus multa noſtris his temporibus accommodata continentur. Louanij in octauo.*

Ioannis *Girardi Diuionenſis Stichoſtratia, Epigrammatum centuriæ duæ: impreſſa ſunt Lugduni apud Matthiam Bonhomme. Metamorphoſis nouem ſororum, excuſa Lugduni à Theobaldo Pagano, anno D.* 1550.

* ~~Ioannis *Glandorpij Monaſterienſis annotationes in Ciceronis epiſtolas, quæ vulgo Familiares, rectius ad familiares, appellantur, editæ ſtudio Reineri Reineccij Steinhemij. 8. Baſileæ. Familiæ Iuliæ gentis, inter Romanas familias neutiquam poſtremæ, in quibus C. Iulij Tullij, & C. Iulij Cæſares regnarunt, ad dexterius veterum monumenta cognoſcenda, concinnatæ.*~~ *Item diſtichorum Prouerbialium liber elegantiſſimus. 8. Baſileæ, per Sebaſtianum Henricpetri.* ~~*Eiuſdem annotationes in C. Iulij Cæſaris, & Hircij vel Opij de bello Gallico, ciuili, Alexandrino, Africano, & Hiſpanienſi commentariorum libros. Editæ ſtudio Reineri Reineccij. 8. Lipſiæ. Sylua carmine elegiaco in enarrationem commentariorum C. Iulij Cæſaris de bello Gallico & ciuili. Edita anno 1551. De familia Antoniorum ſcriptum eruditum, editum anno 1556.*~~ *Scripſit item Epigrammata & varia carmina, nondum edita. Obijt anno* 1564.

Ioannes *Glodeſton, Anglus, Carmelita, ſcripſit Quodlibeta varia lib. 2. Determinationes Theolog. lib. 1. Quæſtiones ordinarias lib. 1. Diſputationes ſententiarum lib. 1. In Euangelium Matth. & Ioan. Moralitates in Matthæũ. Moralitates in Pſalterium. In Canonicam Ioãnis. Diuiſiones ſermonũ. Sermones de tempore. Sermones de ſanctis. Orationes ad clerum. In magiſtrum ſententiarum lib. 3. & alia multa. Vixit anno* 1320.

Ioannis *Glogouienſis, in ſphæram Ioannis de Sacro buſto expoſitio. Item computus chiromentialis eiuſdem, Cracouiæ excuſus, anno D.* 1513. *Eiuſdem in Donati minoris Grammaticam ingens declaratio. Lipſiæ impreſſa, anno D.* 1510. *per Iacobum Thanner.*

Ioannes *Gluel, Germanus, Carmelita, ſcripſit volumen de origine & profectu ordinis ſui, quod inſcripſit Speculum Carmelitarum: item ſermones de tempore lib. 1. Quadrageſimale lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1.*

Ioannes *Glycys Logotheta, domeſticus Andronici Palæologi, librum ſcripſit de legatione ſua in Armeniam, quã cum Metochite obiuit. Niceph. Gregoras lib. 6. Hic poſtea factus eſt Patriarcha Cõſtantinopolitanus, vt idem refert lib. 7. & poſtremo reſignato patriarchatu in Cyriotiſſæ monaſterio obijt. Quare hunc eſſe arbitror Cyriũ Ioan. Glycerũ, qui iam ſequitur.*

*Cyri* Ioannis *Glyceri patriarchæ Conſtantinopolitani Technologia de recta conſtructione octo partium orationis, & de Orthographia opuſculum: extant Græce in bibliotheca quadam Italiæ. Ioannis Glycæ Chronicon ab exordio mundi vſque ad Caloioannem Comnenum, Theologicum & Phyſicum opus, non minus quàm hiſtoricum. In bibliotheca Auguſtana. Arbitror idem eſſe Chronicon quod Michaelis Glycæ nomine editum eſt à Leunclaio. Glycæ explicatio obſcurorum locorum ſacræ ſcripturæ: ibidem.*

Ioannes *de Gmunden, qui claruit Viennæ in Auſtria, ſcripſit (quæ adhuc Viennæ in bibliotheca Facultatis artium extant) Tabulas de planetarum motibus, & luminarium eclipſibus ad meridianum Viennenſem. Calendarium ad multos annos vtile, tabulas varias de parte proportionali. Canones in tabulam tabularum. Libellum de arte calculandi in minutijs phyſicis. Tractatum ſinuum. Æquatorium motuum planetarum ex Campano tranſſumptum, compoſitionem aſtrolabij, & vtilitates eiuſdem, & quorundam aliorum inſtrumentorum. Claruit anno* 1406.

Ioannes *Gnandus Auenion.* I. C. *ſcripſit de moneta.*

Ioannis *Gnyphæi confutatio doctrinæ Ieſuitarum de Sacramento. Marpur.* 1571. *Confutatio Catechiſmi Caniſij editi Dilling. anno* 1570. *Enchiridion ſex præcipuorum capitum catechiſmi ex Patribus collectum Baſil.* 1580. *Libellus precũ, in quo ſingulis ſtatibus ſeu conditionibus hominum peculiares preces ſunt accommodatæ. Omnia Germ.*

Ioannes *Goechius Pupperus, de Brabãtia, preſbyter Mechlinienſis, vir pius atq; eruditus, ſcripſit apologeticon aduerſus Dominicanũ, de ſcholaſticorum ſcriptis lib. 1. Dialogũ ſuper 4. erroribus lib. 1. de religionibus factitijs li. 1. de libertate Chriſtiana lib. 1. de gratia & fide lib. 1. de ſcripturæ ſacræ dignitate lib. 1. de merito & dono lib. 1. de bonis operibus lib. 1. de inſtitutione generis humani lib. 1. de reparatione per Chriſtum lib. 1. de ſtatu animæ poſt vitam lib. 1. & alia Obijt anno* 1475. *Hic olim erat Weſſelo Groningenſi familiaris, opuſcula eius ſunt impreſſa. Ioan. Goechij preſbyteri Mechlinienſis epiſtola Apologetica aduerſus quendã Prædicatorũ ordinis, declarans quid de ſcholaſticorũ ſcriptis, votis & obligationibus cenſendum atq; tenendum ſit. Dialogus de 4. erroribus circa Euangelicã legem exortis: de votis & religionibus factitijs, ſiue de libertate Chriſtianæ religionis concluſiones nouem: De libertate Chriſtiana. Quæ omnia in Germania ſunt excuſa. Claruit anno* 1490.

Ioannes *Godardus Benardinæ ſectæ, matheſeos ſtudioſus, ſcripſit de triplici modo computandi lib. 1. De rebus Mathematicis lib. 1. Claruit anno* 1250. *Baleus.*

Ioannes *Godfrid de Odernheim, Oppenheimenſis eccleſiæ miniſter, ſcripſit ſermones de tempore ac*

Digitized by Google

Ioannis Grammatici diſtichon in 4. libro Florilegij Graci.

Ioannis Grammatici Characis quædam extāt de encliticis, Græce, vide Io. Charax.

Ioannes Grammaticus dictus eſt etiam, qui aliâs Ioan. Tzetzes, de quo infrà.

Ioannes Grāmaticus opus ſcripſit quod vocabat, Integumenta. Super Ouidij Metamorph. lib. 1. De arte metrica lib. 1. Compendium Grammatices lib. 1. Carmina quædam lib. 1. Baleus.

Ioannes Grandiſonus, ſeu Grantſon, Anglus natione, epiſcopus Iſcanus, vel vt præſenti vtar nomine, Exceſtrienſis, ſcripſit de vitis ſanctorum lib. 1. Atque alia. Obijt anno Domini 1369. Ioannes Lelandus.

* Ioannis Granij liber, De anima D. Philippi Melanchthonis in diagrammata methodica digeſtus. Fol. Witenbergæ.

Ioannis de Graſsis iuriſperiti Arbor iudiciorū de ſubſtantialibus procuratoris, de ceſsione.

Ioannes Grawer Carmelita, ſcripſit in textum ſententiarum lib. 4. In Exodum. De concordantia Euangeliſtarum. Sermones de tempore & ſanctis, & quædam alia. Claruit concilij Baſilienſis temporibus, anno videlicet 1440.

Ioannes Graye, Anglus, epiſcopus Nordouitenſis, ſcripſit opus hiſtoriarum, quod Schalechronicon vocare voluit, & nonnulla alia. Claruit anno D. 1200.

Ioannis Gregorij Macri Szepſij poetæ eximij de vera gloria libellus carmine heroico conditus, in promotione baccalaureorum publice ab ipſo authore in illuſtriſsima Academia Cracouienſi, 1562. recitatus. Cracouiæ impreſ. Laza. Andreæ.

Ioannis Grentij forma publicarum precum, finitis ſacris concionibus recitandarum. Norimbergæ, 1568. Germanice.

Ioannes Griffyn Britannus genere, Ciſtercienſis ordinis primò, Latine ſcripſit ſuper Euangelia & Epiſtolas per anni circuitum, conciones æſtiuales lib. 1. Conciones hyemales lib. 1. Factus eſt tandem verbi diuini fidus præco. Claruit anno D. 1550. Baleus.

Ioannis Grilli I. C. Gloſſæ ſuper conſtitutionibus regni Siciliæ.

Ioannis Grilli Abiuratio multorum errorum hæreticorum publice & ſponte edita. Eiuſdem epiſtola, qua cauſæ reuerſionis ad fidem catholicam exponuntur. Venetijs, 1568.

Ioannis Griſoni Additiones & Apoſtillæ ſuper conſtitutionibus, capitulis & pragmaticis regni Siciliæ.

Ioannes Gritſch, Baſilienſis, ordinis fratrum Minorum, ſcripſit ſermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Sermones per quadrageſimam lib. 1. De paſsione Domini lib. 1. & quædam alia. Quadrageſimale eius impreſſum eſt, anno Domini 1477. in folio, per Ioannem Wiener. Vixit anno 1430.

Ioannis Gropperi Inſtitutio catholica, elementa Chriſtianæ pietatis ſuccincta breuitate complectens. Item Iſagoge ad pleniorem cognitionem vniuerſæ religionis catholicæ. Antuerpiæ Ioan. Latius 1556. & Coloniæ 1554. in 16. De veritate corporis & ſanguinis Chriſti. Coloniæ 1560. in 4. *De huius in religione inconſtantia, præter Sleidani hiſtoriam lib. 15. anni 1543. vide epiſtolam Pauli IIII. Pontificis Maximi ad ipſum Gropperum Cardinalem deſignatum, anno Domini 1556. perſcriptam: quæ excuſa eſt Argentorati in 4. apud Nicolaum Viriot, anno 1581. Itemq; ibidem lege eiuſdem Pontificis iudicium de hoc ſcripto ſacramentario: vbi Pontificis verba hæc ſunt, Scimus quàm multa in illo opere ſint partim leuia, partim contraria, partim non vera, &c.

Ioannes cognomento Groſſus, Carmelita, patria Tholoſanus, ſcripſit opus præclarum, quod ordinis Carmelitani inſtitutionem & progreſſum continens, vocatur Viridarium. Feruntur & eius ſermones lib. 1. & quædam alia. Claruit anno Domini 1400.

Ioannes Gualenſis, natione Anglus, Franciſcanæ profeſsionis theologus, ſcripſit de regimine vitæ humanæ lib. 7. Ordinarium vitæ religioſæ. De ordinatione vniuerſali. De virtutibus antiquorū. Manipulum florum. Dicta philoſophorum. Hiſtoriarū memorabilium collectanea. In Apocalypſim Ioānis. Lecturam ſententiarum lib. 4. Lecturas ſcripturarum. Sermones de tempore & de ſanctis. De diuerſis materijs lib. 15. Claruit anno 1300.

Ioannes Gualenſis, Anglus, cognomento Iunior, ſcripſit lecturam ſententiarum lib. 4. diſceptationum vel diſputationum lib. 1. Vixit anno Domini 1346.

Ioannis Gualtheri Bidencapij Epithalamium Conrado Matthæo Alfeldiano ſcriptum, excuſum Marpurgi in 4. chart. 1.

* Ioannis Gueuelij cantus choralis. Norimbergæ, 1575.

Ioannes Gubernator Gedinienſis, Claudij Paradini & Gabrielis Simeonis ſymbola (tanquam emblemata Alciati altera) è Gallico Latina fecit. Antuerpiæ 1563. in 16.

Ioannes Guent, Cambricæ regionis alumnus, monachus, ſcripſit Commentarios ſententiarum lib. 4. Quæſtiones diſputatas lib. 1. Obijt anno 1348. Baleus.

Ioannis Guidiccionus poeta Hetruſ. laudatur à Gyraldo.

Ioannis Guilielmi Altiſbeck, Quodlibeta.

Ioannis Guilielmi Kirchofij, liber Germanicus continens iocoſas hiſtorias ad pellendam triſtitiam. Francofurti, 1573.

* Ioannis Guilielmi Neonobelli, Ienenſis, ad nobiliſsimum virum D. Henricum à Gunteroda ſcriptum. 8. Baſileæ.

Ioannis Guilielmi Saxonum ducis, ſcriptum quo ratio redditur, cur exercitum in Gallias duxerit. Germanice 1568. in 4.

* Ioannes Guilielmus Stuckius, Patricius Tigurinus, magna cum laude ſacras literas in patria hodie docens, ſcripſit in Arriani hiſtorici & philoſophi

Google

loſophi ponti Euxini & maris Erythræi periplum, ſcholia quæ luculentam regionum, gentium, inſularum, oppidorum, fluminũ, mercium cæterarumq́ rerum memorabilium vtriuſq; Peripli deſcriptionem continent, ex accurata veterum ac recentiorũ authorum collatione: addita præter loca, quæ ſolers Luſitanorum penetrauit nauigatio, omnium cùm oppidorum, quæ Danubius irrigat, tùm fluuiorum, qui in eum deuoluuntur, diligenti & iucunda obſeruatione: præterea ipſius Ponti chorographica tabula. Eundemq́ authorem è Græco ſermone in Latinum vertit, plurimisq́ mendis repurgauit. Lugduni apud Bartholomæum Vincentium, anno 1577. Eiuſdem Epigrammata & epitaphia impreſſa cum operibus & vitis authorum, quos verſibus celebrauit. Habuit orationem funebrem in obitum Reuerendi viri Henrici Bullingeri, Tigurinæ eccleſiæ paſtoris, quam Tiguri excudebat Froſchouerus, anno Domini 1575. Vitam clariſſimi viri D. Ioſiæ Simleri Tigurini, S. Theologiæ in ſchola Tigurina profeſſoris fideliſſimi, deſcripſit. Tiguri excudebat Chriſtophorus Froſchouerus, anno Domini 3577. Confecit item Antiquitatum conuiuialium libros tres. In quibus Hebræorum, Græcorum, Romanorum, aliarumque nationum antiqua conuiuiorum genera, necnon mores, conſuetudines, ritus, ceremoniæque conuiuiales atque etiam aliæ explicantur, & cum ijs, quæ hodie cùm apud Chriſtianos, tùm apud alias gentes à Chriſtiano nomine alienas in vſu ſunt, conferuntur: multa Grammatica, phyſica, medica, ethica, œconomica, politica, philoſophica denique atque hiſtorica, cognitu iucunda ſimul & vtilia tractantur: plurima ſacrorum prophanorumque authorum, veterum loca obſcura illuſtrantur, corrupta emendantur: denique deſperatus deploratusque noſtrorum temporum luxus atque luxuria graui cenſura damnatur. Tiguri excudebat Chriſtophorus Froſchouerus, anno Domini 1582. Eiuſdem epiſtola ad Georgium comitem Labiſcanum gratulatoria. Impreſſa cum Panegyrica oratione comitis Labiſcani. Floret Tiguri.

Ioannes *Guineth ſacrificus, ſcripſit contra Ioannem Frith, opus quod vocat, Confutationem primæ partis libr. 1. Claruit anno 1548. Baleus.*

Ioannes *Guinterius Andernacus, natione Germanus, linguæ Græcæ apud Argentorat. profeſſor, multa è Græcis authoribus, præcipue verò Galeno, à ſe conuerſa edidit, vt ſunt: de Anatomicis adminiſtrationibus lib. 9. De conſtitutione artis medicæ. De theriaca ad Piſonem. De pulſibus ad medicinæ candidatos. Introductio ſeu medicus. De ſectis ad medicinæ candidatos. De præſagijs ex inſomnijs. Hippocratis liber de victus ratione priuatorum, cum Galeni commentario. Polybij de victus ratione libellus. De ſemine, Galeni lib. 2. adiectis caſtigationibus Græci exemplaris. De facultatum naturalium ſubſtantia. Quod animi mores corporis temperaturam ſequantur. De elementis. De propriorum animi cuiuſque affectuum agnitione & remedio. De optima corporis humani conſtitutione. De bono corporis habitu. De plenitudine. De atra bile. De tumoribus præter naturam. In librum Hippocratis de Natura hominis commentarij duo. De antidotis lib. 2. Præfatio in methodum medendi Galeni ad Glauconem, ſeorſim Græce Pariſijs excuſa, vbi conqueritur de medicinæ veteris interitu. Pauli Æginetæ lib. 6. qui ſummam rei medicæ complectutur, ex nouiſſima tranſlatione ipſius, commentarijs etiam illuſtrati, excuſi ſunt Argentinæ apud Ribeliũ, anno Domini 1542. Anatomicarum inſtitutionum ſecundum Galeni ſententiam, ad candidatos medicinæ lib. 4. Impreſſi Baſileæ apud Robertum Winter, anno 1536. cum opuſculo Georgij Vallæ de Partibus humani corporis. Deinde recogniti & aucti per Andream Veſalium, Venetijs in decimoſexto. De victus & medicinæ ratione, cum alio, tum peſtilentiæ tempore obſeruanda. Wendel impreßit Argentorati, anno 1542. Idem tranſtulit Galeni librum de totius morbi temporibus, excuſum Venetijs à Iuntis, anno Domini 1550. cum reliquis Galeni operibus. Scripſit etiam de medicina veteri & noua tum cognoſcenda tum facienda Commentarios 2. Baſileæ apud Henricum Petri, anno Domini 1571. in folio. De balneis & aquis medicatis Dialogos tres. De peſte. De compoſitione medicamentorum & vſu eorundem. De humorum præparatione. Cõmentaria Oribaſij in Hippocratis aphoriſmos ipſe primus edidit.*

Ioannes *Guldener, Germanus Coloniæ Carmelita & Pariſiorum doctor, ſcripſit ſermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Sermones per aduentum lib. 1. Quadrageſimale quoq; lib. 1. Collationes feriales lib. 1. Claruit anno 1340. ac Bruxellæ tandem obijt. Ioannes Triſſa.*

* Ioannis *Gaulerij aduocati Placentini repetitionum allegationumq́ nouum commentarium. Folio Salmanticæ.*

* Ioannis *Guntberi Poſtillæ Latinitate donatæ. Lugduni Iacobus Boyerius, 1557.*

Ioannes *Guntborpe Decanus Wellenſis Eccleſiæ, ſcripſit epiſtolas ad diuerſos lib. 1. Orationes elegantes lib. 1. Diuerſi generis carmina. lib. 1. Claruit anno 1470. Baleus.*

* Ioannis *Entmanni libellus Germanicus, de probandis metallis, & alijs alchymicis artibus. In 8. Francofurti, anno 1574. Eiuſdem de dimenſione agrorum.*

Ioannis *Habermanni, vide Ioan. Auenarij.*

* Ioannes *Hagemannus Monaſterienſis, ſcripſit commentariũ in Aulularíam Plauti: deinde in epiſtolas Ciceronis ſelectas à Bruſchio. Romæ obijt, vbi erat præpoſitus bibliothecæ Vaticanæ.*

Ioannes *Hagen, aliâs de Indagine, natione Germanus, ordinis Carthuſienſium, ſcripſit de laudibus paupertatis lib. 1. De vita religioſorum lib. 1. De caſu religionis lib. 1. de vita adoleſcentulorum lib. 1. de humilitate & ſuperbia lib. 1. de ornatu interiori lib. 1. de acceſſu ad nouum hominem lib. 1. de gratia & libero arbitrio lib. 1. de correptione & gratia Dei lib. 1. de natura & gratia lib. 1. de perſeuerãtia lib. 1. de ſpiritu, corpore & anima lib. 1. de mandatis prælatorum lib. 1. de charitate lib. 1. de dilectione*



Digitized by Google

Dei Lib. 1. de meditatione lib. 1. de inquiſitione ſummi boni lib. 1. contra errores Bohemorum lib. 1. ad epiſcopum Ratiſpon. contra eoſdem lib. 4. Ad Marchionem Brandenburg. lib. 1. Ad vniuerſitatē Erdford. lib. 1. In regulam S. Benedicti lib. 1. de cauendis doctrinis peregrinis lib. 1. de cognitione futurorū lib. 1. de viſione Tundali lib. 1. de viſione Danielis cap. 7. lib. 1. de apparitione cuiuſdam defunctæ lib. 1. de futuris prodigijs lib. 1. de planctu ſolitarij lib. 1. de cruciatu contra hæreticos lib. 1. de auferibilitate ſponſi ab eccleſia lib. 1. de tempore ſchiſmatis lib. 1. de authoritate papæ in concilio lib. 1. de poteſtate eccleſiaſtica lib. 1. de correctione fraterna lib. 1. de paruulis non baptizatis lib. 1. de iudice contra conſcientiam iudicante lib. 1. contra flagellatores lib. 1. an ſine profeſſione religioſus lib. 1. de ieiunio quintæ feriæ lib. 1. de iuſto & iniuſto bello lib. 1. de doctrina eccl. lib. 1. de auditione miſſarum lib. 1. cōtra Ioan. Kanneman lib. 2. de vita ſpiritali lib. 1. de diſcretione cogitationum lib. 1. de vera & falſa pœnitentia lib. 1. de modo confitendi lib. 1. de audiendis confeſſionibus lib. 1. de ſpiritali arte memoratiua lib. 1. de quatuor ſenſibus ſcripturæ lib. 1. de contemplatione lib. 1. de interdicto lib. 1. in dedicatione ſermones quinq; lib. 1. ad Rodolphum epiſcopum Lauantinum lib. 1. de falſis prophetis lib. 1. de communione ſub vtraq; ſpecie lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. ſermones quoq; varios lib. 1. in Regum quadruplici ſenſu lib. 1. In multos deniq; libros Bibliæ commentarios elegantes compoſuit, alioſq; tractatus & quæſtionum ſolutiones pene innumeras & inſignes. Eius autem Chiromantia, Phyſiognomia ex aſpectu membrorum hominis: Periaxiomata de faciebus ſignorum, quid in vnaquaq; domo efficiat in natis ſol: Canones aſtrologici de iudicijs ægritudinum aſtrologiæ naturalis, complexionum notitia iuxta dominium Planetarum, excuſa ſunt Argentorati apud Ioan. Schottum, anno 1534. Et poſtea Lugduni apud Tornæſium in 8. Eiuſdem hi quoq; libri manuſcripti à M. Dreſſero annotati ſunt. Prologus ſuper Biblia. De cōmendatione ſacræ ſcripturæ, de multiplici ſenſu, & de regulis exponendi eam. Super 5. lib. Moſis, Expoſitio quadruplex: item quæſtiones, cum breui promiſſione ſententiæ & intentionis cuiuſlibet catalogi, quas ſi profundius ſcrutatus quis fuerit inueniet quandam medullam expoſitionis Hebræ. & catholicorum, in ſenſu literali & myſtico. Super Ioſue quadruplex ſenſus, diuiſio ſingulorum catholicorum eiuſdem libri, & quæſtiones. Super Iudith quadruplex expoſitio. Prima expoſitio eius de beata Virgine, deinde talis quadruplex expoſitio cum quæſtionibus. Super Iudicum, Ruth, Regum et Paralipomenon, ſuper ſingulos libros quadruplex expoſitio, item diuiſiones & quæſtiones eorundem. Super Eſdra, ſuper populum eius cum quæſtionibus. Super Neemia & Eſdræ 2. quadruplex explanatio. Super 3. & 4. Eſdræ expoſitio, non tamen per ſingula capita. Item explanatio literalis, & excerptum textus per omnia capitula, cum ſpeciali ſenſu in margine. Tobiæ quadruplex expoſitio. Heſther quadruplex expoſitio cum quæſtionibus. Item alia quadruplex expoſitio cum quæſtionibus. Expoſitio huius libri de beata Virgine. Iob literalis expoſitio plena cum quæſtionibus. Breuis expoſitio litera ex ſcripturis latior, præcipue tropologica. Allegorica plena, & altera Anagogica eiuſdem libri. Pſalterium cum annexis Canticis quadruplici ſenſu expoſitum. Quæſtiones ſuper Pſalterium. Prouerbiorum expoſitio, mixtim poſitiones quadruplicis ſenſus non ſeorſim vt in alijs. Eorundem expoſitio Tropologica & Anagogica. Eccleſiaſtici quadruplex expoſitio cum quæſtionibus. Cantica canticorum quadruplici ſenſu primum expoſita. Eorundem expoſitio de beata Virgine triplex, & præterea octaua expoſitio moralis. Sapientiæ liber quadruplex ſenſus, & quæſtiones. Item multiplex explanatio & quæſtiones & diuiſiones. Eſaiæ mixtim expoſitiones Hebræorum & Catholicorum. Ieremiæ quadruplex expoſitio cum quæſtionibus. Threnorum quadruplex expoſitio, & quinta de paſſione Chriſti. Quæſtiones ſuper ſenſum literalem. Baruch quadruplex expoſitio cum quæſtionibus. Ezechielis quadruplex expoſitio cum quæſtionibus. Myſtica expoſitio illius viſionum. Anagogia plenius poſita. Literalis expoſitio huius viſionis & figuræ. Daniel quadruplex expoſitio cum quæſtionibus. Duodecim Prophetarum myſticorum quadruplex expoſitio. Eorundem diuiſiones & quæſtiones. Expoſitiones omnium Prologorum & Prophetarum totius Bibliæ. Breuis expoſitio omnium Prophetarum & maiorum & minorum. Expoſitio ſuper Ionam & Abdiam ſpiritualis. Expoſitio quadruplex figurarum veteris & noui Teſtamenti. Machab. expoſitiones cum quæſtionibus. Eorūdem librorum breuis expoſitio. Alia breuiſſima expoſitio tantum ſpiritualis. Matthæi quadruplex expoſitio. Lucæ quadruplex ſpiritualis expoſitio. Quæſtiones ſuper eundem. Euangelij Ioannis quadruplex expoſitio, & alia literalis cum quæſtionibus. Epiſtolarū Pauli ad Romanos, Corinthios, Galatas, Epheſios, Philippenſes, Timotheum, Titum, Philemonem, Hebræos quadruplex expoſitio cum quæſtionibus. Actorum Apoſtolicorum quadruplex expoſitio, & præterea alia myſtica. Apocalypſis Ioannis decuplici ſenſu expoſita. Canonicarum epiſtolarum quadruplex expoſitio. Declaratio eius ſuper quadruplici expoſitione ſua totius Bibliæ, quare expoſita ſint multa myſtice, quæ fidem ædificant, & quomodo hoc fieri poſſit, & quomodo multa intelligenda ſint ſane in expoſitionibus ſuis. Excuſat etiam ſe de hoc, quod aliquando in ſcribendo poſuit non ſuum nomen, ſed in plurali nos. Tractatus circa paſſionem Domini in paſcha. Summarius totius theologiæ. Expoſitio officij defunctorum. Item canticorum, quæ cantantur apud Carthuſianos. Item hymnorum conſuetorum apud eoſdem Carthuſianos. Donatus ſpiritualis, ſenſus myſticus ſecūdum ordinem Donati Grammatici, vbi deuota omnia docetur, de aſcenſu in ſpiritalem perfectionē. De prophetis & differentia eorum. De laude diuina. Vocabularius duplex terminorū ſacræ Theologiæ. Tractatus de contemplatione. De celebratione feſtorum.

De ex-

De expoſitione ſacræ ſcripturæ. Inſtructio cuiuſquilibet prædicare. De modo ſtudendi & quadruplici ſenſu ſcripturæ. Tractatus de indulgentijs in ordinem Carth. Expoſitio Pſal. pœnitentialium, Imago Viti. Compaſſio Mariæ. Alloquium de IX. gladijs, De veritate dicenda. De via profeſſionis. De ſtatu religioſorum, & maximè quoad eorũ proprietatem, & de expoſitione profeſſionis. Tractat. de Viſionib. Tractatus de feſto. De ortu & origine ſententiarũ & de modo ſtudendi. De arte numerandi nõ phyſicali quidẽ ſed ſpirituali, quomodo quis ſe exerceat in operib. Dei ad acquirendam deuotionẽ & timorem Dei. Multa excerpta eius quæ fecit ex diuiſione librorum doctorum. Tractatus duo de myſtica Theologia. De modo abſoluendi. De ſepultura. De caſibus renaſcentis. De modo renaſcẽdi. De oratione & Pſalmodia. De tranſitu de vna religione ad aliã. De diuerſis ſtatibus in ordine Carthu. De redditis à Donatis. Colloquiũ hominis ſuos defectus deflentis. Colloquiũ de ſanctiſsima trinitate. De vita Chriſtiana qualiter quis bene debeat. De gratiarũ actione. De Chorea quomodo permittenda ſit, quomodo non. De cauſis reſignationis prælaturæ & curæ paſtoralis. De vita & regimine Clericorum & paſtorum. De ceſſatione dominiorũ quomodo ſint ſeruanda. De confirmatione ordinis Carthuſ. Chronica triplex. Scripta ſuper ſtatuta Carthuſ. & ordinationes capitis generalis. De varijs dubijs in ordine Carth. Expoſitio eiuſdẽ priuilegij apoſtolici pro Carth. pro excommunicatis nõ vitandis. Tractatus de Irregularitate. De caſibus contingẽtibus, de quibus dialecticorũ ratione, miraculorum. De electione in ordine Carthuſ. Speculum nouitiorũ. Priuilegiorum Carthuſ. expoſitio breuis. Item eorundẽ expoſitio longa. Formæ abſoluendi in confeſsione multiplici. Declamationes ſuper vita ſpirituũ. De ornatu interiori. De acceſſu ad nouum hominem. De gratia & liberalibus artibus. De meditatione deuota & qualiter fiat. De dilectione Dei & proximi. De mandatis ſuperiorum & de meditatione eorũ. Planctus ſuper religioſos male viuentes. De vita adoleſcentulorum vt proficiatur in melius. De gradibus ſuperbiæ & humilitatis. Breuis & ſufficiens modus confitendi, iu eum ſtatum hominũ. De doctrina Eccleſiæ & quomodo ſit infallibilis & certa. De vita religioſa quomodo debeat eſſe & dirigi. De vera pecunia acquirenda & cuſtodienda. De inquiſitione ſummi boni vt feliciter inueniatur. De ſpiritu & corpore quomodo. De corruptione hominis & gratia Dei quomodo ſtant. De natura & gratia Dei quomodo ſtant ſimpliciter. De perſeuerantia quomodo ſit ſeruanda, quæ etiam ſola ſaluat. Breuis expoſitio ſuper preces quæ fiunt in odine Carthuſ. De prælaturis & dignitatibus & ſi liceat appetere eas. De fratria communicatione. De paruulis fidelium qui caſu moriuntur ante baptiſmum. De iudice quomodo non poſsit iudicare contra conſcientiam. Expoſitio viſionis Danielis. Vtrum Papa & eius legati ſuſcipiendi ſint vt auctoritate in concilijs præſideant. De vita ſpirituali & de multis quæſtionibus vtilibus. De auditione Miſſæ & de viſione Tundali & de alijs quomodo fiant. De voto abſtinendi à piſcibus & carnibus. An licitum ſit religioſis concedere ius ad bella. An licitum ædificare altaria in Eccleſia ſine conſenſu plebani. An infirmus monachus poſsit manducare carnes. De apparitione mulieris defunctæ & de prodigijs varijs. An ſponſus Eccleſiæ poſsit illi auferri. Tempore ſchiſmatis qualiter ſe habeat homo adhærendo vel non. De ortu & origine cogitationum & affectionum cordis. De futuris prodigijs cognitione & cauſa eorum. De peregrinis doctrinis cognoſcendis & præcauendis. Planctus ſolitarij ſuper varijs peccatis hominũ & de inſurgentibus varijs modis contra ſedem apoſtolicam. De cruciata doctrina contra hæreticos, anno Domini 1467. De cognitione futurorum & ſomniorum. De paupertate & laude eius ac differentia. Tractatus ad petitionem Marchionis Brandeburgenſis ſcriptus ſuper erroribus hæreticorum. Breuis regula viuendi. Tractatus de ſacramento altaris. Tractatus de intentione, merito & præmio. De eleemoſyna quomodo quis eam primo ſibi ipſam dare debeat. De peccati periculo. De venditione frumentorum. De agricultura corporali & ſpirituali. De poteſtate vicariorum in ordine Carthuſ. De indulgentijs. Tractatus de creatore & creaturis, & quomodo per eiuſmodi homo venire debeat ad regenerationem ſui, ac myſticarum doctrinarum. De ſpirituali profectu. De fide catholica & armatura eius, & varijs pugnis hæreticorum, paganorum, Iudæorum. De fraudibus hominum & remedijs contra eas. De mendicatione religioſorum. De via ſecuriori ad ſalutem. De excommunicatis pro violenta manu in clericos. De eſu carnium in ordine ſancti Benedicti. Regimen præcipuum de inquiſitione veræ vitæ & ſalutis. Conſolatio religioſorũ. Intellectus religioſorum. Informatio religioſorum per bonum prælatum. Plures breues quæſtiones pro religioſis. De libero arbitrio & prædeſtinatione. Tractatus de gaudio ſanctorum in cœlo, ibi referuntur rara, pulchra, vtilia, & probabilia. De receptaculis eorum. De mortuis & de pœnis eorum. De ſuffragijs. De aduentu Domini ad iudicium. De loco inocentium qui decedunt in ſolo originali peccato, & de pacis ſtatu eorum. De vita Epiſcoporum. An quis poſsit eſſe perfectus ſine profeſsione religionis. De ſpiritualibus aſcenſionibus & deſcenſionibus. De bona voluntate. Expoſitio ſymboli Apoſtolorum. Aſcenſus mentis in Deum per veſtigium creaturarum. Peculiaria officia Miſſæ. De diuerſis. De Trinitate. De Spiritu ſancto. Tractatus de laudibus beatæ Virginis. Tractatus vtilis de charitate Dei & proximi quomodo acquiritur & augetur, & de diuerſis cauſis mortis, & impedimentis. Breue ſoliloquium animæ deuotæ ad Deum. Forma gratiarum actionis qualiter homo ſemper debeat gratias agere Deo. De gradibus humilitatis & mititatis. De perfectione & modo offerendi filios ad Monaſterium & de ingreſſu religionis. Expoſitio officij Miſſæ. De negligentijs in miſsis contingentibus, & de remedijs earum, & de pœna pro eis. Expoſitio ſuper octo verſus pſalterij qui debent æquipollere pſalterio.



Digitized by Google

Expoſitio ſuper angelica ſalutatione. Expoſitio ſuper Dominicam orationem cum quæſtionibus. De tentationibus & conſolationibus & remedijs contra eaſdem. De meditatione cordis. De ſimplicitate & ſtabilitate ac mundificatione cordis. De directione cordis. De illuminatione cordis. De arca ſpirituali. De origine, differentia, diſcuſſione, vtilitate & periculo cogitationum. De ædificatione ſpiritualis domus, breuiter in corde ſancto, & primum quomodo fiat. De ignorantia ſapienti, & appetitionibus, de docta ignorantia. De ſpirituali aſcenſu in Deum. De Beatiſſima trinitate et vnitate in Deo. De appropriatis perſonarum. De imagine & ſimilitudine Dei. De diſciplina morum. De perſecutione toleranda. De mortalitate non timenda. De cauſis perſecutionum & malorum. De bono patientiæ. De cælo. De inuidia. De præparatione ad martyrium. De fide ſpirituali & charitate tota Theologia bonus tractatus. De ſolatio medicorum & aliorum operariorum, quomodo licite accipiantur. Quando peccata ſint venialia aut mortalia. De viſione Dei. De Chriſti nobilitate & gratia. De primo principio & eius effectibus & ſcrutinio ſcripturarum. De regimine ſanitatis maximè ſpiritualium clericorum. De multiplici cruore. De cordis prauitate. De iure plebanorum & religioſorum quomodo mutuam habeant concordiam. De nugamento habituum, differentia, diminutione, & ceſſatione eorum. De anno Iubilæo, & de plenarijs indulgentijs. De reformatione Eccleſiæ in capite & membris. An liceat propter paupertatis releuationem recipere ad monaſteria, & de vſura in redemptione. De laudibus ordinis Carthuſ. De excitatione mentis ad deuotionem & excuſſione torporis. De reformatione religioſorum, & modo practicandi. De arte præparandi ſe ad mortem. Dialogus inter animā & hominem. An Maria virgo permanſerit in corpore. De libris ſuſcipiendis & legendis, & de ordine illorum. De diſcretione & cognitione illorum motuum cordis. De turbationibus Eccleſiæ. De ſacramento altaris. Soliloquium ad Deum vnum & trinum. Secretum ad Deum colloquium. Soliloquium ad B. Virginem. De tota Biblia. Tractatus de duabus ciuitatibus, de veritate & de libero arbitrio. De caſu Angeli. De prædeſtinatione quomodo ſtet cum libero arbitrio. De paucitate iuſtorum. De animæ prauitate. Quædam dubia præcipuè de iure patronatus. De perfectione vitæ Chriſtianæ. De contractibus emptionis & redemptionis. De negociatione ſe numiſmate ſpirituali. De pœna reorum ad mortem adiudicatorum. De elargitione eleemoſynarum. De moneta temporali. Conſiderationes circa Iudæos. De incarnatione verbi. De ſimilitudinibus. Igniculus deuotionis. De myſtica Theologia. De offenſa in Deum, & de eius remiſſione. De regimine prælati in religione. De religionibus. De omnibus ſtatibus, Spiritualium videlicet Papæ, Cardinalium, Epiſcoporum bonus tractatus. De contractibus varijs. De ſynodis & de concilio generali. De cenſuris quando abrogantur, & de filijs hæreticorum. De reddendo debito coniugi & de modo. De fraterna correctione & recta prædicatione. De communione ſub vtraque ſpecie. De beneficijs monachorum, & quid iuris habeant. De infeudatione decimarum, & quando laici illas habere poſſint. De veneratione decimarum & quomodo tractentur. De vita ſpirituali & reformatione hæreſium & errorum. De nobilitate & in quo conſiſtat verè. De quæſtionibus quando ſuſpecti examinantur pœnis vt confiteantur. De diſtributionibus quotidianis quæ dantur intereſſentibus alijs. Actore non probante reus quomodo abſoluatur. De ſimonia in beneficio, & de promiſſione futuri beneficij. Pulchra de vita Eccleſiaſticorum virorum. De corporibus quæ ſurrexerunt cum Chriſto. De proprietate Monachorum. Expoſitio ſuper duo decreta Baſilienſis concilij, videlicet de excommunicatis non vitandis, & de annatis non ſoluendis. De beata trinitate. Summaria & breuis expoſitio priuilegiorum ordinis Carthuſ. De conſideratione ſui & eorum quæ ad ſe pertinent. Modus viuendi ſanctè & religioſè in fide Chriſtiana. De vita Chriſtiana & modo viuendi Chriſtianorum. De cognitione ſuiipſius. De modo perueniendi ad perfectionem, ex ſtatutis Carthuſ. & de exercitijs eorundem. Declaratio ſuper cruciatas quæ fiunt contra Turcas. De priuilegio Friderici Imperatoris dato ſcholaribus. De audiendis confeſſionibus, & de forma abſoluendi. De multis periculis prælatorum, ex peccatis ſubditorum & aliunde. Quibus modis aliorum peccata & defectus poſſint vitari licitè. De vitando ſcandalo. De emendatione. De periculis religioſorum in temporalibus. De cupiditate emendi temporalia. De reſignatione curæ paſtoralis ad quendam prælatum, & eſt Dialogus, defenſorium ipſius, vbi ponuntur quatuor modi iudicandi & quædam Apologia. De modo reformandi moniales. De reſtitutionibus, cenſuris & iuriſdictione Eccleſiæ. Auiſamentum prælatorum quo ad regimen ſubditorum præſertim in canonibus perplexis & confuſis. Scripta aliqua circa electionem regis Bohemiæ. De iuriſdictione Eccleſiaſtica, de participantibus excōmunicatis. Item de excommunicatis vitandis vel non vitandis. De poteſtate Eccleſiaſtica. De anima ac viribus, operationibusq; eius. De multiplici vita animæ. De officio Miſſæ. De honeſtate tenenda, & inhoneſtate vitanda. De affectionibus. De vita Epiſcoporum. Speculum Epiſcoporum. Tractatus rectè viuendi. De ornatu mulierum contra prophetias prophanas huius temporis. De ſpirituali ſacerdote, & de ſpirituali celebratione. De abſolutione plenaria. Breuis expoſitio regulæ S. Benedicti. De anno Iubilæo. Speculum Monialium. Regulæ intelligendi ſanctā ſcripturam. De primarijs precibus, an licitæ ſint. De Tyranno & rectore bono. De myſticatione & ſignificatione ſuſceptionis habitus, conuerſationis, & ceremonialium religioſorum præcipuè Carthuſ. De forma ſuſceptionis & profeſſionis. Tractatus de viſionibus. Quomodo plebani vel Eccleſiæ rectores alicuius communitatis ſe habeant ad publicos peccatores, quomodo ad cenſuras Eccleſiaſticas. De peregrinantibus. De irregularitate quam Clericus contra

Idem Henrichi Bullingeri primum & ſecundum ſermonem Decadis tertiæ in Germanicam linguam tranſtulit, libellus excuſus in 8. Idem integrum opus Decadum Bullingeri in linguam Germanicam conuertit. Collegit etiam ex decretis Canonicis ſententias, quibus diſcere eſt, quid de pleriſque in eccleſia hodie controuerſis capitibus ſentiendum ſit. Tiguri 1572. in 8. Obijt Bernæ 1575.

* Ioannes Hallerus Bernenſis, Ioannis Halleri Tigurini filius, ſcripſit Epitaphium in obitum D. Bullingeri, Tiguri excuſum 1575.

Ioannes Hamboys Anglus, muſicus inſignis, ſcripſit de arte canendi lib. 1. & compoſuit cantiones diuerſi generis dulciſſimas. Claruit anno 1470.

Ioannis Haneri prophetia vetus ac noua, hoc eſt vera ſcripturæ interpretatio, de ſyncera cognitione Chriſti, deq́ recta in illum fide: Liber impreſ. Lipſiæ 1541.

Ioannes Hannibal de Canonicis, Bononienſis, ſcripſit in primum ff. noui, de acquir. rerum dom. l. poſt contractum.

Ioannes Hantuillenſis, cognomento Architrenius, ſcripſit de Anglorum antiquitatibus libros 16. carmine, quod opus propter materiam Architrenium inſcripſit. Item epigrammata multa, de antiquitatibus autem libri impreſſi ſunt.

* Ioannis Haoloandri analyſis, ſeu reſolutiones nouæ inſtitutionum imperialium, propter tyrones Iuris ciuilis ſcientiæ χυματικῶς delineatæ, folio.

Ioannes Harding, natione Anglus, ſcripſit de Scoticorum regum ad Anglorum monarchiam ſubmiſſione, Chronicorum opus, vſq́ ad Henrici quarti tempora. Claruit anno 1461. Ioannes Hardinge vir illuſtris, ſcripſit Chronicorum opus lib. 2. Scotiæ deſcriptionem breuem lib. 1. Baleus.

Ioannes Harnodius Marſus, Latine ſcripſit Stephanium tragœdiam. Gyraldus.

Ioannes Hartungus, Prolegomena ſiue annotationes doctiſſimas, ſcripſit in tres priores Odyſſeæ Homericæ rhapſodias, impreſſa Francofurti apud Egenolphum, anno 1539. Tranſtulit etiam in Latinum ex Græco ſermonem, Apologiam Græcorum de igne purgatorio, exhibitam in Concilio Baſilienſi, excuſam cum Martini Lutheri enarrationibus in Euangelia dominicalia, Baſileæ apud Heruagium, anno 1546. Item Apollonij argonauticorum libros quatuor, excuſos ibidem apud Ioannem Oporinum, anno 1550. Lexicon Græcolatinum innumeris vocibus adiectis locupletauit, impreſſum Baſileæ ab Henrico Petri, anno 1551. in Strabone etiam Græce & Latine ab eodem excuſo plurima loca, miſere deprauata prius, reſtituit: id quod in Ariſtotelis quoque operibus ab Iſingrinio excuſis præſtitit, & Stephano propediem ex Oporini officina proditura (ſi Deus voluerit) præſtitit. Expectamus ab eodem iampridem cœptas in totam Homeri Odyſſeam annotationes. Decuriæ locorum quorundam memorabilium, ex optimis quibuſq́ auctoribus cum Græcis tum Latinis excerptorum: editæ ſunt ni fallor quatuor, & quinta & ſexta editioni paratæ. Chiliades locorum Homericorum. Docet tum latine Græcas literas quamuis iam ſenex in Friburgenſi Academia, 1573.

Ioannes Haſelbergius à Reychenaw, edidit tabulam quam expeditionis Turcicæ titulo inſcripſit. Antuerpiæ Ioannes Liefrinck excudit.

Ioannis Haſenbergij Boemi luſus & carmina in Lutherum. Regiorum liberorum Ferdinandi magiſter fuit.

Ioannis Haſentöder Chronica Germanicis rythmis conſcripta. Regiomonte 1569. quarto.

Ioannes Hasfurt Virdungus, natione Germanus, ſcripſit nouam medicinæ methodum, qua ex mathematica ratione curandi rationem oſtendit. Liber impreſſus Ettelingæ, anno 1532. & Haganoæ. Claruit anno Domini 1534.

Ioannis Haſalani libri Quæſtionum caſualiũ. Vixit anno Domini 1345.

* Ioannis Haſleri Bernenſis Ph. M. de logiſtica medica (hoc eſt, & morborum & compoſitorum medicamentorũ qualitatum gradus, purgantiumq́ doſes atque proprietates inueſtigandi, ratione apodictica) problematis nouem abſolutæ liber vnus. Auguſtæ. 4. Eiuſdem tabula aphoriſtica, vniuerſam cùm ſimplicium tùm quoque mixtorum ſyllogiſmorum γένεσιν, duobus & viginti capitibus ab Ariſtotele pertractatam, dilucida breuitate complectens. 4. Auguſtæ.

* Ioannes Hauinckhorſtius Monaſterien. ſcripſit quædã tum Græca tum Latina epigrammata.

Ioannes de Hayda, compoſuit vitam Malchi Monachi lib. 1. Formam vitæ honeſtæ lib. 1. De Iona propheta lib. 1. Paſſionem D. Laurentij lib. 1. Epiſtola ad diuerſos lib. 1. Baleus.

Ioannes Hayles, illuſtris generis homo, propueris inſtituendis edidit Introductiones quaſdam lib. 1. Claruit anno 1548. Baleus.

Ioannes Hayton Anglus, ſcripſit annotationes in Matthæum Euangeliſtam, in Lucam, Ioannem, in Paulum ad Corinthios, ad Hebræos, in canonicam Ioannis. Annotationes in eandem. in Apocalypſim 46. lectiones. Sermones de tempore & de ſanctis. quæſtiones theologiæ. Summam de virtutibus. Claruit Lyncolniæ, anno D. 1428.

* Ioannis Hederici S. Theologiæ Doctoris ſacrorum poematum libri 5. Qui ſunt: Hiſtoriæ ſalutaris lib. 2. appellationum filij Dei lib. 1. Carminum lib. 2. in octauo. Gorlicij. Eiuſdem præcepta de virtutibus ad omnis ætatis homines pertinentibus ab Iſocrate ad Demonicum, ad Nicoclem, & in Nicocle ſcripta, è Græco verſibus reddita, & additis ad ſingula annotationibus. Itemq́ eodem autore Examinatio capitum Doctrinæ Fratrum, vt haberi volunt, in Bohemia & Morauia, vulgò Picardorum ſeu Waldenſium, ſeu Boleſlauienſium, quibus ab Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis, publicè priuatimq́ diſſentire eos demonſtratur. Attinguntur inter alia, in hoc ſcripto, pleræq́ à Sacramentarijs motæ Diſputationes, & contra illas animi piorum ſimplici veritate præmuniuntur. 8. Francof. Marchionum. Eiuſdem Poematum libri quatuor. 1. Vaticiniorum. 2. Elegiarum Lugubrium. 3. Carminum



Digitized by Google

*De officio pij et vere pacis amantis viri liber. Antuerpiæ Plantinus. Commentarius in priorem B. Pauli ad Timotheum epiſtolam. Item in priorem B. Petri Canonicam. Louanij 1568. in octauo. Commentarius in Euangelium ſecundum Matthæum. Ibidem 1572. octauo. Catechiſmus Heſſelij Latinus, Louanij, 1571. octauo.*

Ioannes *Hentenius Mechlinienſis Hieronymianus, interpretatus eſt commentaria in 4. Euangelia ex Chryſoſtomo, & alijs veterum ſcriptis collecta per Euthymum Zygadenum. Liber impreſſus Louanij, ex officina Rutgeri Reſcij, 1544. Idem vertit Aretham & Oecumenium, ibidem impreſſos anno 1545.*

Ioannes *Heywode, muſicus & poeta inſignis, ſcripſit de vulgaribus Anglorum prouerbijs libros duos. Claruit Londini, anno 1548.*

Ioannis *Hieronymi, Cardinalis Albani in Bartolum lucubrationes. Venetijs, 1571. in folio. De donatione Conſtantini ac poteſtate et dignitate papæ. Diſputatio de immunitate eccleſiæ, Conſiliorum volumen 1.*

Ioannes *Hieroſolymorum epiſcopus, ſcripſit in obtrectatores ſtudij ſui librum, in quo oſtendit ſe Origenis ingenium, non fidem ſecutum. Gennad. ſcripſit & epiſtolas quaſdam ad diuerſos, & quædam alia. Claruit anno Domini 400. Ioannes Hieroſolymorum epiſcopus 44. ad Capraſium, anno Domini 412. Græce ſcripſit de inſtitutione primorum monachorum lib. 3. Epiſtolas hortatorias lib. 1. In obtrectatores ſui ſtudij lib. 1. In hoc eius vltimo opere Hieronymo, Epiphanio et alijs ſatisfacere volens, oſtendit ſe Origenis ingenium, non fidem eſſe ſecutum. Obijt anno 432. pridie idus Ianuarij. Primum eius opus ab Aymerico patriarcha Antiocheno è Græco in Latinum eſt tranſlatum, ac Venetijs tandem impreſſum.*

Ioannes *Hieroſolymitanus patriarcha, Arabice ſcripſit vitam Ioannis Damaſceni lib. 1. Ex Baſilio & Paulino methodum lib. 1. Claruiſſe fertur, anno 770. Primum opus Ioannes Oecolampadius in Latinum tranſtulit, impreſſum eſt, Ioannes de Molinis.*

Ioannes *Hildeshemenſis, natione Germanus, Carmelita, ſcripſit de tribus ſanctis regibus lib. 1. Chronicam hiſtoriarum libr. 1. Defenſorium ſui ordinis libr. 1. De monſtris in eccleſia lib. 1. De fonte vitæ lib. 1. De antichriſto lib. 1. Contra Iudæos lib. 1. In turpia pingentem libr. 1. Epiſtolarum octoginta lib. 1. Sermones varios lib. 1. et quædam alia. Claruit anno 1270.*

Ioannes *Hiltenius ante annos 60. vixit Iſenaci in Turingia, vaticinatus eſt de rebus plurimis, quædam ſcripſit. Citatur à Iobo Fincelio in libro de prodigijs, & ab Illyrico in teſtibus veritatis.*

Ioannes *de Hiſdinio, ſcripſit in Euangelium Marci lib. 1. In Euangelium Ioannis lib. 1. In epiſtolam ad Romanos lib. 1. In epiſtolas ad Corinthios lib. 2. In epiſtolam ad Galatas lib. 1. In epiſtolam ad Epheſios lib. 1. In epiſtolam ad Philippenſes libr. 1. In epiſtolam ad Coloſſenſes libr. 1. In epiſtolas ad Theſſalonicenſes lib. 2. In epiſtolas ad Timotheum lib. 2. In epiſtolam ad Titum lib. 1. In epiſtolam ad Philemonem lib. 1. In epiſtolam ad Hebræos lib. 1. de annunciatione dominica lib. 1. ſermones aliquos lib. 1. & alia multa. Claruit anno 1350.*

Ioannes *Hiſpalenſis, Alchabitij Iſagogen ad magiſterium iudiciorum aſtrorum barbaro ſtilo Latinum fecit. Vide ſuprà in Alchabitio. Eiuſdem epitome totius aſtrologiæ nunc primum edita, cum præfatione Ioachimi Helleri contra aſtrologiæ aduerſarios, excuſa eſt Norimbergæ à Montano & Neubero, anno Domini 1548. in 4. chart. 24. Vixit hic author (vt Hellerus teſtatur) ante annos 400. ac pleroſque Arabicos aſtrologos in Latinum ſermonem vertit, quorum non contemnendam farraginem idem apud ſe adhuc delitéſcere ſcribit.*

Ioannes *Hiſpalenſis, præter ea quæ ex catalogo Lycoſtenes recenſet, ſcripſit ſecreta ſecretorum lib. 1. Weſaliæ in bibliotheca.*

Ioannis *Hiſpani lectura ſuper decretalibus, citatur à Ioanne Andreæ in proœmio Speculi.*

Ioannes *Hocherus Magdalenenſis apud Oxonium collegij magiſter, ſcripſit Introductionem in Rhetoricam lib. 1. Comœdiam ſcilicet Piſcatorem lib. 1. De vero crucifixo, carm. 1. Docta epigrammata lib. 1. Obijt anno 1541. Bales.*

Ioannes *Hochſtratus quidam, ſcripſit de preſbyteris, & neſcio quam Apologiam, & Cabalæ deſtructionem: qui libri ſunt impreſſi alicubi in Germania. Vixit anno 1515.*

Ioannis *Hofferi Coburgenſis Icones catecheſeos & virtutum ac vitiorum illuſtratæ numeris. Item hiſtoria paßionis Domini noſtri Ieſu Chriſti effigiata. Witebergæ, 1560.*

Ioannis *Hofmani theologiæ profeſſoris, & epiſcopi Miſnenſis, eius nominis quarti, de officio miſſæ & omnium actionum in miſſa libri ſex, ad illuſtres principes, dominos Marchiones Miſnenſes. Eiuſdem quæſtiones theologicæ, cum ſuis ſolutionibus, nondum impreſſæ. Interfuit hic epiſcopus Concilio Conſtantienſi.*

Ioannes *Hofmeiſter, Auguſtiniani ordinis monachus, & eccleſiaſtes Colmarienſis, ſcripſit in Euangelia Dominicalia, per totum annum, item de ſanctis ſermones. Locos communes. Impreſſa ſunt hæc Ingolſtadij apud Alexandrum Weyſſenhorn, anno 1549. & 1551. Eiuſdem Homiliæ in Euangelia Dominicalia, & Feſtorum dierum. Quibus annexæ ſunt malæ artes hæreticorum à S. Patribus exquiſitißime deſcriptæ, & ab eodem Hofmeiſtero collectæ. Pariſijs apud M. Sonnium, 1567. octauo. Eiuſdem Commentaria in duodecim priora capita Actuum Apoſtolicorum, in Enchiridij forma nunc denuo impreſſa Pariſijs, 1568. Eiuſdem Commentaria in Marcum & Lucam. Coloniæ, 1572. Aſſertio, Verbum Dei carnē factum, hoc eſt, Ieſum Chriſtum ſeruatorem noſtrum eccleſiæ ſuæ vnicum propitiatorium ac perpetuū eſſe ſacrificium. Eiuſdem Expoſitio precum ac ceremoniarum quarum vſus in quotidiano ſacro. Antuerpiæ Ioannes Steelſius 1552. Et Pariſijs Sebaſtianus Niuellius āño 1573.*

*Caueant*

Google

terpres ſacrarum literarum,ſcripſit lecturam ſolennem in Pſalterium lib.1. Arnoldus Boſcius.

Ioannes Huſerus Germanus, ac Baſilienſis eccleſiæ miniſter,digeſſit indicem in opera Chryſoſtomi, Frobenianæ editionis. Claruit anno Domini 1530.

Ioannes Huß,quem Concilium Conſtantienſe incendio damnauit, ſcripſit librum de vnitate eccleſiæ,excuſum Baſileæ anno 1520. Diuiditur in capita 23.quorum argumenta leges in bibliotheca Geſneri magno volumine. Eiuſdem etiam opuſcula alia, impreſſa Argentorati,cum appendice Othonis Brunfelſij ſunt hæc: de anatomia, ſiue de ſingulis membris in corpore Antichriſti lib.1.de myſterijs iniquitatis antichriſti fragmentum 1.de reuelatione Chriſti & Antichriſti fragmentum ſecundum, de abolendis ſectis & traditionibus hominum lib.1. de vnitate eccleſiæ et ſchiſmate vitando lib.1.diſtinctus in capita ſeptem alius à ſuperiori,licet eadem ſit inſcriptio,niſi quod hic additur de ſchiſmate vitando: alter autem ſimpliciter vel de eccleſia, vel de vnitate eccleſiæ inſcribitur. De Euangelica perfectione li.1. de pernicie traditionum humanarum, fragmenta 3. De regno,populo,vita,& moribus antichriſti lib.1. fragmentorum collectanea quædam cum indice ſingulorum capitum, commentarius in Apocalypſim, ante centum annos editus,& impreſſus Vuittenbergæ adeſpotos,id eſt ſine authoris nomine, anno Domini 1528. Scripſiſſe fertur, præter ea quæ nos impreſſa vidimus: ſermones ad populum plures,et commentarios in Oſee & Ezechielem prophetas. Eiuſdem epiſtolæ excuſæ ſunt Vuittenbergæ cum præfatione Lutheri,in 8.chartis 20. Ioannis Hußi opera quæ extant omnia impreſſa ſunt Norimbergæ in officina Montani & Neuberi,anno 1558.in folio, tomis duobus, quorum primo hæc continentur. Hiſtoria de actis & martyrio Ioannis Huß. Explicatio Symboli,Decalogi,Orationis Dominicæ, cum alijs quibuſdam ſcriptis,de peccato mortali, de Matrimonio,de cognitione & dilectione Dei, de tribus hoſtibus hominis, & ſeptem peccatis mortalibus, de Sacramento corporis & ſanguinis domini, quæ omnia in carcere in gratiam cuſtodum compoſuit. De ſanguine Chriſti ſub ſpecie vini à laicis ſumendo, quæſtio conſcripta priuſquam in carcerem Conſtantiæ conijceretur. De ſufficientia legis Chriſti ad regendam eccleſiam,ſermo de fidei ſuæ elucidatione, &c. de verbis, Pax huic domui. Alius ſermo de pace. Epiſtolæ 68. Ioan. Huß & aliorum,ſub tempus concilij Conſtantienſis ſcriptæ. Narratio de initijs & progreſſu certaminum Ioan. Huß cum factione Pontificia. Tenor appellationis ab Archiepiſcopo Pragenſi ad papam,contra conbuſtionem librorum Ioa. Wiclef. Epiſtolæ ſcriptæ quo tempore Hus per excommunicationem Praga abierat. De libris hæreticorum legendis. Actus pro defenſione libri Ioan. Vuiclef de trinitate. Replica contra Anglicum Ioannē Stokes Vuicleſi calumniatorem. Defenſio quorundam articulorum Ioan. Vuicleſi. De ablatione bonorum temporalium à clericis. Ioannes Hus de decimis. Replica contra occultum aduerſarium. Replica contra prædicatorem Plenenſem. Quæſtio de arguendo clero pro concione. De quinq; officijs ſacerdotis. Determinatio quæſtionis cum ſuo tractatulo de omni ſanguine Chriſti glorificato. Tractatus de corpore Chriſti. Tractatus de tribus dubijs factis in Holomutz. Quæſtio de credere. Bulla indulgentiarum papæ Ioannis XXIII. pro ſubſidio contra Ladiſlaum regem Apuliæ. Alia bulla commiſſarijs data,de erectione crucis contra Ladiſlaum. Quæſtio de indulgentijs, ſiue de cruciata papæ Ioannis XXIII. Contra Bullam Papæ Ioannis XXIII. Opuſculum de ſex erroribus compilatum et parietibus Bethleemiticis inſcriptū. Tractatus de eccleſia pronuntiatus publice in conuente Pragenſi. Reſponſio ad ſcripta M. Stephani Paletz theologiæ doctoris. Reſponſio ad ſcripta M. Staniſlai de Znoyma D. theologiæ. Refutatio ſcripti octo doctorum theologiæ. Repetitio M. Ioannis Ieſſenetz doctoris iuris canonici pro defenſione cauſæ M. Ioannis Hus. Liber de Antichriſto & membrorum eius anatomia. Liber de regno,populo,vita & moribus Antichriſti. De ſacerdotum & monachorum abhorrenda abominatione deſolationis in eccleſia Chriſti: huic ſcripto acceſſerunt in hac editione reliqua capita omnia à 46. ad finem vſq;. De abolendis ſectis & traditionibus hominum. De pernicie traditionum humanarum. De vnitate eccleſiæ & ſchiſmate. De Euangelica perfectione. De myſterio iniquitatis fragmentum. De reuelatione Chriſti & Antichriſti fragmentum ſecundum alia quædam fragmenta. Porrò ſecundi tomi libri ſunt. Hiſtoria geſtorum Chriſti, ex quatuor Euangeliſtis in vnum collecta, & ſecundum tres annos prædicationis eius diſtincta. Hiſtoria paſſionis Chriſti, ex quatuor Euangeliſtis collecta,& ſcholijs illuſtrata. Conciones Synodicæ. Sermones 28. Explicatio in 7. priora capita 1. epiſt. S. Pauli ad Corinth. In epiſtolas apoſtolorum canonicas ſeptem commentarij. Enarratio Pſalmi 109. & nouem ſequentium pſal. De corpore Chriſti in ſacramento altaris,quod non creetur neq; incipiat eſſe,contra craſſos papiſtarum errores. De adoratione & contra imaginum adorationem. Narratio hiſtorica de condemnatione & ſupplicio Hußi. Carmen Hußi de cœna Domini. Narrationes duæ de M. Hieronymo Pragenſi. Poggij epiſtola de eodem. Sermo habitus in Bethlehem à quodā pio in memoriam martyrum Hußi & Hieronymi. Aſſertio communionis ſub vtraque ſpecie vniuerſitatis Pragenſis. Reuocatio cuiuſdam Petri monachi Pragenſis. Teſtimonium vniuerſitatis Oxonienſis de doctrina & vita Io. Vuiclef.

Ioannes Huttichius,ſcripſit Argentinæ Compendium de Romanis imperatoribus, ibidem excuſum,vna cum imaginibus ad imagines veterum numiſmatum expreſſis,apud Vuolfgangum Cephaleum,anno 1526.

Ioannis Huxari epiſtola ad quoſdam pios ſacerdotes: Videtur ſcripta circa annum 1443.

Ioannes Hylton, Minorita Franciſcanus,ſcripſit de paupertate fratrum lib.1. De ſtatu minorum lib.1. Ordinarias quæſtiones lib.1. Obijt anno 1376. Baleus.

Ioannes

Ioannes de *Hyda, Vuintonienſis monachus, ſcripſit vitã patientis Iobi li.1. Homilias quaſdam librum 1. Baleus.*

Ioannes *de Hynton, ſophiſta ſuo tempore maximus, Oxonij, ſcripſit fallatias lib.1. Londinenſis bibliotheca.*

Ioannis *Hypati natione Itali, editio in ſecundum tertium & quartum Topicorum libros: item ad Andronicum regem, qui interrogauerat de dialectica: Eiuſdem editio de materia & conſtitutione ſyllogiſmorum, methodus rhetorica per ſynopſin, id eſt compendium, Græce extat Romæ in Vaticana bibliotheca, & Diegus Hurtadus varia huius ſcriptoris dialectica opuſcula habet.*

Ioannes *Iacobus Ammianus, Tigurinus multis annis Latinas literas & dicendi artes Tiguri docuit, edidit in vſum ſcholæ elementa artium dicendi, libellum phraſium rhetoricarum, vtrunq; excudit Froſchouerus in 8. Obijt 1573.*

* Ioannis *Iacobi Boiſſarti Veſuntini poemata: Epigram. libri tres. Eleg. libri 8. Epiſtolarum lib.3. Baſileæ.*

* Ioannes *Iacobus Bumannus Tigurinus, Theodoreti libros de prouidentia Dei in Germanicam linguã tranſtulit, Baſileæ impreſſos.*

Ioannis *Iacobi Cancellarij medicorum montis Peſſulani, Secretarium practicæ, manuſcriptum extat apud Occonem medicum. Præterea quidam Ioannes Iacobus de Montepeſſulano, ſcripſit tractatum de peſte: arbitror autem eundem eſſe cum ſuperiore. Et forte hic eſt Ioannes Iacobus Gallus qui Theſaurarium medicinæ ſcripſit.*

Ioannes *Iacobus de Canibus, iuriſperitus, ſcripſit de modo ſtudendi in iure: item de iniurijs & damno dato, vel Repreſſaliorũ librum 1. item de executionibus vltimarum voluntatum de tabellionibus. De ludo haſtarum.*

Ioannes *Iacobus Friſius, Ioannis Friſij Tigurini F. ex hac Epitome ſcriptorum omnis generis nouum Nomenclatorem confecit ſecundum artium genera in certos titulos digeſtum. * Eſt autem hic Nomenclator Bibliothecæ altera pars methodica, complectens omnis generis ſcriptorum libros 21. In quibus authorum opera, ſecundum artes & diſciplinas, earumq; titulos & locos communes diſponuntur: nomina vero operibus præfixa ordine alphabetico recenſentur. Idem epitomen Bibliothecæ Ioſiæ Simleri, priorem nempe partem Bibliothecæ (quæ ratione diſpoſitionis authorum Alphabetica: reſpectu vero Enumerationis operum ſiue librorum, Rhapſodica nuncupari poteſt) aliquot mille tam priorum quam nouorum authorum opuſculis: cum ex indicibus Francoforten. nundinarum: tum præcipue ex inſtructiſſima Imperatoris bibliotheca Viennenſi Auſtriæ, fauore & liberalitate clariſſ. viri Hugonis Blotij S.C.M. Rhodolphi II. Bibliothecarij locupletauit. Excuſ. Tiguri apud Chriſtophorũ Froſchouerum, 1583. Antehac in ſchola Tigurina artis diſſerendi præcepta iuuentuti publice declarans: Iodoci Willichij Dialecticæ partem poſteriorem κριτικὼ, & rhetoricæ eiuſdem omnia præcepta, in tabulas methodicas redegit. Artis diſſerendi præceptorum ſummam ex doctiſſ. viri Ioannis Sturmij libris logicis collegit: additis exemplis ad imitandum facillimis, quibus totius artis vſus in tractanda quæſtione tam ſimplici quam coniuncta ex omnium Dialecticorum locorũ ductu & admonitu demonſtratur. Ioannis Ludouici Viuis librum octauum de artibus, qui eſt de diſputatione breuiter reſoluit. In M.T.Cic. lib.3. de officijs, prælectiones Dialecticas & Ethicas conſtripſit. Ἀποχηματισμοὺς & dialecticam analyſin in cl. v. Cornelij Val. Vltraiectini libellum de philoſophia morali notauit: additis tabulis ſummam & diſtributionẽ virtutum et vitiorum ob oculos ponentibus. In M. T. Ciceronis orationes pro Archia poeta, & pro M. Marcel. prælectiones conſignauit, quibus artificium rhetoricum iuuentuti monſtrabat. Poſtea ad ſacrarum literarum profeſſionem tranſlatus, ſcripſit orationem de officio doctoris eccleſiæ, quam et iam publicè recitauit. Sermones itẽ quos habuit ad miniſtros eccleſiarum ex agro Tigurino in vrbem ad diem Caroli aduenientes. 1. de dignitate miniſtrorum verbi Dei, & cauſis contemptus eorundem. 2. de ſeruanda concordia miniſtrorum eccleſiæ 3. Scripturæ ſanctæ lectionem aſſiduam miniſtris eccleſiarum neceſſariã eſſe. 4. miniſtros eccleſiæ, vt profeſſione ſic vita non oportere mundanos eſſe. Adhæc prælectiones ſuas quotidianas, nempe in Moſis Leuiticũ librũ, Num. et Deut. conſcripſit: deniq; compendiũ examinis theologici confecit. Quæ theologica omnia ex cl. theologi Petri Martyris et aliorũ complurium, patrum atq; doctiſſ. theologorum veterũ et recentiorum monumentis partim editis partim manuſ. collecta methodice propoſuit. Eiuſd. rhytmicum carmen breuiſſimum Hebraica lingua in obitum R. viri Hen. Bullingeri et ſucceſſionem R. Gualtheri cum illius vita impreſ. Idem aliud prolixius Hebr. lingua carmẽ rhytmicum de vita & obitu cl. viri Ioan. Halleri Bernen. eccleſiæ paſtoris exarauit. Viuit Tiguri annum agens ætatis 36 anno 1583.*

Ioannis *Iacobi Gabiani Roman. victoria carmine heroico deſcripta & impreſſa 4. chart. 6. 1550. Eiuſd. officiũ D. Columbani abbatis et laudes eiuſdem carmine, Mediolani. 4. 1548. Item Tetraſticha ſanctorum, Diſticha de moribus, Chriſtiana oratio, & ad Theotocon elegia, excuſa ſunt in 4.*

Ioannes *Iacobi natione Gallus, ſcripſit de morbis particularibus lib. qui intitulatur theſaurarium medicinæ.*

Ioannes *Iacobus Grynæus hiſtoriã eccl. Euſebij, Ruffini, Socratis, Theodoreti, Euagrij et Dorothei, ex fide Græcorum codicum illuſtrauit, & chronographia, ac lectionis ſacræ hiſtoria luculenta exornauit. Baſil. ex officina Epiſcopij. Idem Irenei opera capitum argumentis & variæ lectionis obſeruatione illuſtrauit. Ibidem, 1571.* Eiuſdem epitomes ſacrorum bibliorum pars prima, complectens veteris Teſtamenti tum librorum tum capitum argumenta in gratiam theologiæ ſtudioſorum conſcripta. 8. Baſil. Enarratio breuis pſal. 133. 110. 19. tradita in Academia Baſil. 8. Geneuæ. Idem ſcripſit In Haggæum prophetam luculentiſſimum commentarium*



Digitized by Google

Itemq́ Hypomnemata in Habacuci prophetæ librũ, de prouidentia Dei.8.Baſil.typis Oporinianis 1582. Ab eodem chronologia breuis Euangelicæ hiſtoriæ logiciq́ artificij in epiſtola Apoſtoli Pauli ad Romanos, declaratio, edita, 8. Baſileæ ex officina Sebaſtiani Henricpetri. Σκιαγραφία ſacræ theologiæ, ſecundum tres methodi formas, ſinthesin, analyſin & definitionem, delineata, et ſtudioſis ſacrarum literarum in Baſilienſi Theologico Gymnaſio propoſita. Additæ ſunt theſes theologicæ 60, complectentes præcipua quædam Religionis noſtræ capita, & totidem de ſtudio theologiæ. 4. Baſileæ. Eiuſdem Synopſis hiſtoriæ hominis, ſeu de prima hominis origine, eiuſdemq́ corruptione, reconciliatione cum Deo et æterna ſalute, theſes 200. diſputatæ in Academia Baſilienſi. Aliæ theſes de charactere Chriſtianorum, ſeu de fidei, ſpei, & charitatis doctrina è S. Biblijs deprõptæ. 8. Baſileæ. Eiuſdem libellus conſolatorius tempore peſtis germanicus, 8. Baſileæ 1583. Floret Baſil. ibiq́ magno cum fructu & concurſu auditorum ſacras literas docet, & quotidie docte aliquid meditatur & ſcribit.

* Ioannis *Iacobi Halleri Tigurini Vuolf. Halleri F.* epicedion Græcum in obitum D.H. Bullingeri cum eius vita excuſum. Idem adornat in ſua officina literaria globum materialem terreſtrem raræ magnitudinis, ſequutus generalem illam omniumq́ perfectiſsimam Gerardi Mercatoris deſcriptionem: cui infixæ quoq́ ſunt ex ſtellarum fixarum collegio inſigniores diuerſæ magnitudinis, primæ omnes, ſecundæ plæræq́, tertiæ & quartæ plures: ita vt vno quaſi intuitu geminum tam cœleſtem quam terreſtrem globum contemplari liceat. Diameter eius cũ proportionata horizontis latitudine ſex pedum eſt, altitudo vero cum ſua baſi decem. Quia vero nondũ abſolutus eſt, & ſubinde occurrunt quæ huic operi lucem afferre poterunt, pleniorem omnium & ſingularũ eius partium deſcriptionem in poſterum exarabimus.

Ioannes *Iacobus Huggelius*, ſcripſit de ſalutaribus germaniæ balneis librum Germanicum.

Ioannis *Iacobi de Leonardis I.C.* conſilia quatuor habẽtur in volumine Conſiliorũ Alberti Bruni. Eiuſd. audio extare libros aliquot de re militari.

Ioannes *Iacobus Manlius*, ſcripſit luminare maius, &c. Lib. excuſ. Lug. cum Quirico de Auguſtis, &c. 1528.

* Ioannes *Iacobus Nuſchelerus* Doct. medicinæ Euonymi ſeu de remedijs ſecretis Conradi Geſneri partem ſecundam è Latino in germanicum ſermonem tranſtulit, excuſam Sangalli, anno Domini 1583.

* Ioannis *Iacobi Nietheimer V. M.* doctoris inſtitutio de curanda peſte ex libris Theophraſti Paracelſi conſcripta germ. 8. Argentinæ, anno Domini 1583.

Ioannis *Iacobi Rhabus* ad Ludouicum patrem pro fide catholica, ac ſuo ad eum acceſſu epiſtola apologetica, Coloniæ. Eiuſd. admonitio ad conterraneos ſuos catholicos Vlmenſes ne ſe à Romana eccleſia abduci patiantur. Ger. Confutatio concionis 26. Ianuarij 1579. Argent. habitæ de officio epiſcopi, & inſtructio quomodo Chriſtianus epiſcopus ſe gerere debeat his temporibus. Ger. Concilij Tridentini decreta in Germanicam linguam tranſtulit & argumenta addidit. Colon. Aletheuticus pro veritatis ac catholicæ Luthericæ defenſione aduerſus porcos recentes Albimontios Colon. 1569. Reſponſio ad quæſtionẽ, quomodo catholicus ſalua conſcientia ſæpius communicare poſſit. Colon. 1568, Germ. De miraculis ſanctorum in papatu, contra Ioan. Marpachium, 157. In hunc editus eſt Nycticorax, lib. germanicus rythmicus authoris anonymi, ſed eruditi & in poeſi feliciter verſati: in quo eum ex alluſione nominis Rabi et narratione vitæ diſſolutæ æquiparat ſpeciei corui corno: eiuſq́ defectionis ad Ieſuitas, impietatisq́ in parentem occaſio detegitur, excuſus in 8. anno 1570.

Ioannes *Iacobus Weker Baſilienſis*, medicus Colmarienſis confecit tabulas medicinæ theoricæ et practicæ impreſſas Baſileæ in folio. Idem Aloij Pedemontani libros ex Italica lingua in Latinam tranſtulit, atq́ etiam in germanicam.* Eiuſdem oratoriæ artis præcepta ex Ariſtotele, Hermogene, Cicerone, Quintiliano cæteriſq́ probatioribus authoribus collecta, in tabularum formam redacta ac methodice digeſta. 8. Baſileæ 1582. Ab eodem organum logicũ ex Ariſtotele potiſsimum alijsq́ varijs authoribus collectum, in tabularum formam redactum, ac methodice digeſtum, 8. Baſileæ excudebat Euſebius Epiſcopius. Eiuſdem Antidotarium generale nunc primum congeſtum. 4. Baſileæ apud Euſeb. Epiſcopiũ. Itemq́ antidotarium ſpeciale ex optimis authoribus congeſtum 4. Baſileæ. apud Euſeb. Epiſcopium. Libellus de varijs artificioſis craſibus olei & vini germanice. Adhæc de ſecretis libri 17. ex varijs authoribus collecti, methodiceq́ digeſti. 8. Baſileæ anno 1582.

Ioannis *de Iandumo*, Gadanenſis, Peripatetici; quæſtiones in libros Phyſicorum Ariſtotelis quas edidit Pariſijs, recognitæ, cum tribus quæſtionibus Heliæ Hebræi Cretenſis philoſophi ac medici, annexis, de primo motore, de efficientia mundi, de eſſe, eſſentiã, & vno &c. cum annotationes nonnullæ in plurima Commentarij loca, per ſingulos ſparſim libros Phyſicorum notatu digniſsima: opus impreſſum eſt Venetijs, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexto ab eodem Helia Creten. caſtigatum, Florentiæ, anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quinto. Eiuſd. commentarij in duodecim libros metaphyſicorum Ariſtotelis, impreſſi Venetijs. Quæſtiones in tres libros Ariſtotelis de anima, excuſæ Vicentiæ, anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto. In libros de cœlo & mundo Ariſtotelis, opus excuſum in Italia. Scripſit & in alios quoſdam Ariſtotelis libros.

Ioannis *de Ianua* ordinis Prædicatorum ſumma dicta Catholicon, impreſſa olim in magno folio.

Ioannis *Iannenſis* rei grammatices libri quatuor extant apud Gilbertum Cognatum.

Ioannis

Eiuſdem de D. Nicolao Smyrnæ epiſcopo ſermonem. Item breuem commentariolum memorabilis facti ſereniß. principis Maximiliani Bohemiæ regis, &c. Opor. excudit Baſil. 1554. in 16. cum alijs diuerſorum epiſtolis.* Idem Andreæ Fricij Modreuij de bello contra infideles conſilia prudentia, è Latino in Hiſpanicum ſermonem tranſtulit. Manuſ. in bibliotheca Imperat.

Ioannes Iuſti Lansbergij Bauari, Carthuſiani enarrationes in euangelia & epiſtolas, impreſſæ ſunt Coloniæ, anno Domini 1541. Diuini amoris pharetra, varijs orationibus, ignitiſque aſpirationibus referta. Item Ieſu Chriſti ad animam fidelem alloquium. Louanij, 1572. duodecimo. Eiuſdem opera minora impreſſa Coloniæ apud Noueſianũ 1554. Sunt autem hæc: Homiliæ 56. de paßione Domini. Theoremata & conciones 27. de beneficijs Chriſti, et malefactis quæ pro his à nobis recepit. Elucidatio in paßionis textum. Demonſtratio veræ religionis Dialogi inter militem Lutheranum & Ioannem monachum. Speculum Chriſtianæ perfectionis. Conciones Pareneticæ 91. Euſdem ſermones in præcipuis anni feſtiuitatibus impreßi Coloniæ 1536. In omnes Dominicales epiſtolas & euangelia paraphraſes & exegeſes. Antuerpiæ 1570. in octauo.* Eiuſdem exercitia ſpiritualia deuotißimis roſarijs & alijs precationibus diſtincta. fol. Venetijs. Item enchiridion militiæ Chriſtianæ. 16. Antuerpiæ apud Lucam Bellerum. Itemq́ enchiridion vitæ ſpiritualis ad perfectionem inſtituens. Pariſ. Michael de Roignij. 1573.

Ioannes Iuuenalis Vrſinus, ſcripſit ſuper Digeſti veteris de iur. om. iud l. imperium.

Ioannes Kaczchius collegit quædam ex Galeno ad ſanitatem conſeruandam, excuſa Lipſiæ per Michaelem Blum, 1549.

Ioannes Kanneman, ordinis fratrum minorum, natione Germanus, ſcripſit defenſorium ſui libri. 1. De paßione Domini lib. 1. Sermones varios li. 1. Quæſtiones quaſdam lib. 1. & alia complura. Vixit anno 1460.

Ioannes de Karthan, aliâs Kethan, natione Alemannus, ſcripſit Faſciculum medicinæ li. 1. De venenis lib. 1. De anatomia & vrinis lib. 1. Eius faſciculus medicinæ impreſſus Venetijs, 1495.

* Ioannis Keiſerbergeri ſpeculum conſolatoriũ in morte parentum aut cognatorum, amicorumq́. Germ. in 8. Baſileæ 1583.

* Ioannis Kekkij decretorum doctoris, monachi Tegernſenſis, ſyluula ſacrorum ſermonum. 8. impreſſa in monaſterio Tegernſenſi.

* Ioannis Kener catechiſmus germmanice in 8. Argentinæ 1574.

Ioannis Kentmanni medici Dresdenſis doctiſſimi obſeruationes in duas centurias ſtirpium, quarum imagines (pleraſq́ hactenus non publicatas à quoquam) partim in Italia, partim in alijs nationibus collectas, ad viuum expreßit, nondum editæ. Eiuſdem liber Germanicus de peſte impreſſus Dreſdæ per Nic. Vuolrab. 1553. in 4. & Vuitenb. 1568. Nomenclatura ſexcentarum herbarum quas illuſtriß. princ. ſuo erudite depictas in vnum volumen congeßit. Calculorum qui in corporis ac membris hominum innaſcuntur genera 12. depicta deſcriptaq́ cum hiſtorijs ſingulorum admirandis. Tiguri apud Geſneros fratres. Nomenclatura rerum foßilium quæ in Miſnia præcipue & in alijs quoq́ regionibus inueniuntur. Ibidem.

Ioannes Kent vel Cayleg compoſuit carmine & proſa, de rebus ſacris lib. 1. De herbarum naturis lib. 1. De animalibus lib. 1. De re medica lib. 1. De Goetia ac theurgia lib. 1. Tabulas aſtronomiæ lib. 1. Claruit 1482. Baleus.

Ioannes Kenyngale Carmelita, ſcripſit conciones 12 paſchales lib. 1. In Ariſt. de animalibus lib. 1. De ſuo itinere ac legatione li. 1. Obijt 1451. Baleus.

Ioannes Keſſelerus Gyslingenſis presbyter, natione Sueuus, ſcripſit de laudibus diui Nicolai epiſcopi, carmine Saphico. Item de ſancto Andrea Apoſtolo, eodem carminis genere. Vixit 1495.

Ioannes Keuſnerus, vide Ioan. Kueſnerus.

Ioannes Killynguuorth philoſophus, aſtronomus ac medicus inſignis, edidit de iudicijs aſtronomiæ lib. 1. Tabulas aſtronomicas lib. 1. De crepuſculis lib. 1. de aſcenſionibus nubium lib. 1. Arithmeticum opus lib. 1. Algoriſmum quoque lib. 1. Claruit 1360 Baleus.

* Ioannis à Kitlz Baronis de vera communione corporis & ſanguinis Chriſti Domini noſtri, qua vere credentes in cœna myſtica fruuntur, orthodoxa & ſolida ex verbo Dei deſumpta aſſertio. In octauo. Tiguri.

Ioannis Klangi tractatus de febribus, manuſcriptus. Marcus Dreſſerus.

Ioannis Knefelij Laubenſis cantiones dulciſſimæ numero 32. quinq́, ſex & ſeptem vocum, ita factæ, vt tum humanæ voci tum muſicis inſtrumentis aptæ eſſe poßint. Norimbergæ apud Gerlazenum, 1571.* Eiuſdẽ cantus choralis muſicis numeris 5. vocum iuclusus, eo ordine quo per totum anni curriculũ præcipuis diebus feſtis in eccleſia cantari ſolet, 4. Norimbergæ per Gerlachium.

Ioannes Knipsbouius ſcripſit contra Andreã Oſiandrum de iuſtificatione hominis.

Ioannes Knoxus Scotus, Anglice ſcripſit ad Londinenſes & alios lib. 1. Ad euangelij profeſſores lib. 2. Qualiter ſit orandum lib. 1. In pſalmum ad matrem lib. 1. Contra miſſam Papiſticam lib. Doctrinale Miſſantium lib. 1. De fide Euchariſtiæ epiſt. 1. ad Eccleſias afflictas epiſt. 1. Ad Scotiæ reginam Mariam epiſtolam vnam. Conſilium in his anguſtijs epiſt. 1. Buccinæ afflatum primũ lib. 1. Appellationẽ à ſententia Cleri lib. 1. Ad populares Scotiæ lib. 1. Floruit 1558. Baleus.

Ioannis Kœlner de Vuanchel I. C. ſummaria & concluſiones tam gloſſarum quam doctorum circa ſextum decretal. in florentißimo ſtudio Colonienſi collecta anno 1463. Item ſummaria & concluſiones in Clementinas, impreſſæ Coloniæ per Io. Kelhof Lubecenſem 1484

Ioannis Kœſ tractatus de iuſtificatione.

Ioannes Komberak, ſcripſit congeſtorum arti

ficuſa

*Nicephori Calliſti Xantopuli eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 18. è Græco in Latinum ſermonem tranſtulit. Ioan. Oporinus excudit anno Domini 1553. cum indice chart. 252. Adiecta ſunt etiam ab eo alicubi breuia ſcholia in difficiliores Nicephori locos. Idem Gregorij Nazianzeni ſententiarum lib. 3. è Græco in Latinum vertit, libellus ab eodem excuſus Græce & Latine in 8. chartis 4. Idem opera Iuſtini Martyris tranſtulit & annotationes adiecit. Baſileæ in fol. Scripſit etiam contra Staphylum à quo hæreſeos damnatus fuerat quod Chriſtum ſecundum carnem creaturam negaſſet.*

Ioannes *de Lanshem Vuormacienſis, ordinis Sancti Auguſtini monachus Kiſgartenſis, ſcripſit de inſtitutione & vtilitate fraternitatis roſarij D. Mariæ. Speculum miſſæ, ſpeculum nouiſſimorum, Arram æternæ ſalutis, & alia. Vixit anno Domini 1495.*

* Ioannes *Lapæus Einbeccenſis prophetias D. Martini Lutheri ex ipſius ſcriptis collegit & edidit Germ. Vrſellis in 4. per Nicolaum Henricum 1578. eiuſdem libellus ſententiarum ſacræ ſcripturæ pro catechiſandis, Germ. In 8. Ienæ anno 1577.*

Ioannes *de Lapide, Germanus, ordinis Carthuſienſis, domus Baſilienſis, ſcripſit quæ extant, introductorium grammaticæ lib. 1. Dialogum de arte punctandi lib. 1. De propoſitionibus exponibilibus tract. 1. de arte diſſoluendi ſophiſtica argumenta tract. 1. explicationem omnium librorum logicæ Ariſtotelis, lib. 1. explicationem librorum phyſicæ eiuſdem libr. 1. ſex librorum Metaphiſicæ eiuſdem lib. 1. De his quæ ad dignum ſacerdotem exiguntur tract. 1. reſolutorium dubiorum circa miſſam occurrentium tract. 1. ſummarium paſſionis Ieſu Chriſti tract. 1. De aſcenſione Domini inter ſermones Meſfret. ſerm. 1. in ſermones Meffret de concipione immac. virg. tract. 1. ſermones tam ad clerum quam ad populum plurimos. Orationes & epiſtolas varias lib. 1. Multos præterea diuerſorum autorum libros per tractatus & capitula diſtinxit, ſingulis argumenta præmittens, quibus quæ in illis ſit ſcribentis intentio dilucide poſſit agnoſci. è quibus ſunt libri Ciceronis de officijs, de amicitia, de ſenectute, de ſomnio Scipionis: item libri logicæ Ariſtotelis, libri eiuſdem de anima, & libri Metaphyſicæ, item libri Effrem. diaconi, libri Ioannis Chryſoſtomi de compunctione cordis, libri diui Auguſtini de contritione cordis. liber epiſtolarum eiuſdem & omnes ferè libri ſancti Ambroſij epiſcopi. Explicationem eius in quinque voces Porphyrij, & omnes libros logicæ Ariſtotelis, & in Gilb. Porretanum de ſex principijs, cum tractatu de propoſitionibus exponibilibus, & altero de arte ſoluendi importunas ſophiſtarum argumentationes, Ioannes Amerbachius impreſſit Baſileæ, vno volumine. Eiuſdem reſolutorium dubiorum circa miſſarum celebrationem occurrentium, excuſum eſt Baſileæ à Ioanne Frobenio, anno Domini 1492. in 8. chart. 5. Claruit anno 1494.*

Ioannes *Laſcaris, qui & Ianum ſe vocat.* *vide A. Ianus.*

Ioannes *de Laſo, Baro Polonus, vir ſingularis eruditionis & pietatis, ſcripſit libellum de Cœna Domini, in quo explicat genuinam ſententiam verborum, Accipite, hoc eſt corpus meum. Eius breuis & dilucida de ſacramentis eccleſiæ Chriſti tractatio, in qua & fons ipſe, & ratio totius Sacramentariæ noſtri temporis controuerſiæ paucis exponitur: naturaque ac vis Sacramentorum compendio & perſpicue explicatur, excuſa Londini per Stephanum Myerdmannum, anno Domini 1552. octernionibus 22. & dimid. Epiſtola eiuſdem continens in ſe ſummam controuerſiæ cœnæ Domini breuiter explicatam, impreſſa eſt Londini, anno Domini 1551. cum libello Heinrichi Bullingeri de ſacramentis ab eodem edito. Confeſſio de noſtra cum Chriſto domino communione & corporis item ſui in cœna exhibitione, ad miniſtros eccleſiarum Friſiæ orientalis, excuſa eſt, charta 1. Epiſtola ad Bremenſis eccleſiæ miniſtros, itidem excuſa. Contra Mennonem Catabaptiſtarum principem libellus impreſſus Bonnæ in 8. chartis 10. De recta eccleſiarum inſtituendarum ratione epiſtolæ 3. excuſæ in 8. Epiſtola ad regem Poloniæ Sigiſmundum, eius ſenatum & omnes regni ordines, in qua doctrinæ miniſterij fidem, ac nominis ſui exiſtimationem, contra Vueſtphali, Timanni, & Pomerani, qui eum erronem appellarant, calumnias vindicat, anno Domini 1556. Purgationem miniſtrorum in eccleſijs peregrinis Francofurti, qua demonſtrat ipſorum doctrinam de Chriſti Domini in cœna ſua præſentia non pugnare cum Auguſtana confeſſione, vt aduerſarij eos accuſabant: deinde quamuis id facerēt, non ideo tamen damnandos, ſi poſſint diſſenſionem ſuam ab illa verbo Dei approbare, anno Domini 1557. Reſponſio ad virulentam calumnijſque ac mendacijs conſarcinatam Ioachimi Vueſtphali epiſtolam, qua purgationem eccleſiarum peregrinarum Francofurti conuellere conatur.* Deſcripſit item Eduardi Sexti Rgis Angliæ formā ac rationem totam eccleſiaſtici miniſterij, in peregrinorum maxime Germanorum eccleſia. Obijt anno D. 1560.*

Ioannes *Laſicius Polonus, vir pius & eruditus, errores nouorum Samoſathenianorum & Arianorum lingua Polonica erudite & ſolide vt audio confutauit: Scripſit etiam Latine de eadem controuerſia ad Andream Duditium.*

Ioannes *Lathbery Rheadingenſis cœnobij Franciſcanus, ſcripſit Commentarios in Hieremiam lib. 1. In Lamentationes eiuſdem lib. 1. Super Acta Apoſtolorum lib. 1. Alphabetum morale lib. 1. Explicationem Pſalmorum lib. 1. Lectiones ſcripturarum lib. 1. Diſtinctiones Theologie lib. 1. Conciones varias li. 1. Claruit anno Domini 1460. Baleus.*

Ioannes *Latomus Berganus ex Germanica lingua in Latinam tranſtulit Quadrageſimalia duo Ioannis Feri.*

Ioannis *Lauterbach Enchiridion veteris & noui Teſtamenti libr. 7. comprehenſum: in quo vtriuſque inſtrumenti hiſtoriarum & doctrinarum argumenta doctiſſimis concinnata diſtichis comprehendit.*

Digitized by Google

manice munuſcript. extant apud Gaſparum Vuolphium medicum.

Ioannes Leuita Romanus, ſcripſit vitam Gregorij Magni PP.

Ioannes Leuuenkalius in vtraq; lingua exercitatiſſimus, quamuis adhuc iuuenis, multa eruditionis & diligentiæ ſuæ teſtimonia in publicum edidit. Nempe Epigramma de nuptijs Illuſtriſſimi herois Ioannis Caſimiri, Friderici VII. Viri. F. Palantis Rhenanæ principis, duciſq; Boiorum et Illuſtriſ. Heroniæ Elizabethæ Auguſti VII. viri F. Saxonum, Miſnorum, Turingorum principis. Baſileæ anno 1570 De conſolatione libri duo, quorum prior ipſius eſt, alter Plutarchianus, ipſius opera in Latinam linguam tranſcriptus. Prodierunt ex officina Oporini. anno 1565. Nyſſeni liber de hominis opificio. Edidit idem, anno 1567. Xenophontis opera de integro Latinam in linguam conuerſa. Edidit Thomas Guarinus Baſileæ, anno 1568. Nyſſeni libri 15. in Canticum canticorum & ad Flauianum epiſtola. Edidit Epiſcopius Baſileæ, anno 1570. Claudij Cardinalis Guiſani duodecim quæſtiones & Græcorum ad eas reſponſiones: ex ipſius interpretatione. Item Commentarius de Moſcorum bellis aduerſus finitimos geſtis, ab annis iam LXX. quibus antea per Europam obſcuri paulatim innotuerunt. Ambo iuncta ſunt Commentarijs rerum Moſcouitarum Sigiſmundi Baronis Heberſteinij. Ex Officina Oporiniana anno Domini 1572. Operum Nazianzeni tomi tres. Horum primo continentur. Vita Nazianzeni ab ipſomet deſcripta 2000. verſuum, nunquam hactenus editorum: orationes Nazianzeni XIX. cum totidem Eliæ Cretenſis antiſtitis hactenus incogniti commentariorum libris: oratio in honorem teſtium, & aduerſus Arianos, de libris manuſcriptis eruta: omnia nunc primum per Leuuenkalium Latinam in lingua deſcripta. Altero continentur XXXII. orationes eiuſdem, cum Nicetæ Serronij in aliquas commentarijs, Nonni in duas aduerſus Iulianum inuectiuas enarrationibus, epiſtolis & poematibus Nazianzeni prius editis Iacobo Billio interprete. Tertio comprehenditur liber Cygneorum Nazianzeni carminum, qui ſupra 7000. verſuum antea non editorum complectitur: Pſelli de difficilium Nazianzeni locorum in VI. orationibus, intellectu librum: Cæſarij germani fratris Nazianzeni, Dialogos quatuor, omnia per Leuuenkalium conuerſa & nunc primum edita. Annotationes in Nazianzenum. Ex officina Heruagiana per epiſcopium, anno Domini 1571. Michaelis Glycæ Siculi annales ab origine mundi, Græce perſcriptos, vſque ad Ioannem Comnenum imperatorem. Conſtantini Manaſſis Chronicon itidem Græce ſcriptum, cum hiſtoriæ Byzantinæ ſupplemento. Libri ſunt hactenus typis expreſſi, anno Domini 1572. in octauo. Idem præ manibus habet breui edendos: Origenis Philocaliæ libros duos, à ſe conuerſos. Poemata Nazianzeni Græce & Latine, partim è manuſcriptis libris inſigniter emendata, partim nunquam edita, cum antiquis & elegantibus ſcholijs Græcis, in vſum ſcholarum Chriſtianarum. His adiungitur Carminum ſacrorum liber Græcolatinus, ab ipſo ante X. annos ſcriptus. * Idē Apomazaris de ſignificantibus et euentis ſomniorum ſecundum Indorum Perſarum & Ægytiorum doctrinam, è Græco in Latinum tranſtulit, & inde in Gallicum: Francofurti apud Wichelum. Eiuſdem LX librorum Βασιλικῶν Ecloga ſiue Synopoſis, hactenus deſiderata, nunc vero ab ipſo authore edita. Item Nouellarum antehac non publicatarum liber quibus interpretis annotationes adiunctæ ſunt, fol. Baſil. per Euſebium Epiſcopum.

* Ioannis Liebaultij Medici Pariſienſis Theſaurus ſanitatis paratū facilis, ex varijs authoribus ſelectus 1.6 Pariſ. apud Iacob. du Puys. Idem de ſanitate fœcunditate & morbis mulierum lib. 3. latine ſcripſit qui in Gallicū linguam ſunt translati. Et Pariſ. excuſ. in 8 apud Iacob. de Puteo 1582. Eiuſdem tres libri de elegantia et ornatu corporis humani ex Latino in Gallicum verſi. In 8. Pariſ. 1582. Itemq; commentarios ſeptem in Hippocraticis aphoriſmos Iacobi Hollerij in lucem edidit ſuiſq; ſcholijs illuſtrauit. In 8. Pariſ. apud Iacobum de Puteo.

Ioannes de Lingnano Mediolanenſis, ſcripſit ſuper Clementinis librum 1. & quædam alia. Eius autem nomine citantur ſuper 2. Decret. De amicitia, De bello & duello, De pluralitate beneficiorum, De cenſura eccleſiaſtica, De horis canonicis, De interdictio eccleſiaſtico, De repreſſalijs, diſputatio de ſecreto, alia de permutatione. Item lectura ſuper primo, ſecundo & tertio decretal.

Ioannes de Lignerijs, philoſophus & aſtronomus, ſcripſit canones primi mobilis libr. 1. tabulas eiuſdem lib. 1. de Sphæra quoque lib. 1. Claruit anno 1350.

Ioannis Lindholtz de Munchberg in parua naturalia explicatio, ſeu breuiloquium, impreſſum Lipſiæ à Vuofgango Monacenſe, anno Dom. 1501. & Francoforti, 1509.

Ioannes Lithocomius, ſcripſit erotemata grammatices.

* Ioannes Liuineius Gandenſis è Græco in Latinum ſermonem vertit librum de virginitate Ioannis Chryſoſtomi, & cum cōtextu græco edidit. In 4 Antuerpiæ ex officina Plantini 1579.

Ioannes Ludouicus Braſſicanus, natione Germanus, ſcripſit Commentaria in Angeli Politiani Nutricia, impreſſa Norimbergæ apud Ioan. Petreium, 1538. item Carmen hodœporicum Pannonicum ad Ioachimum Camerarium, quo deſcribit iter ſuum ex Tubinga in Pannoniam, exc. Argentorati, 1541. cum elegijs Hodœporicis Ioachimi Camerarij, apud Cratonem Mylium. Commentaria in Ciceronis lib. 3. de Legibus & Inſtitutiones in titulum totum. ff. de re militari. Idem cœpit quædam de armaturis conſcribere, ſed immatura morte præuentus nō abſoluit, verum fragmenta horum aliquando ſe editurum Vuolfgangus Lazius pollicetur. Clar. 1538.

Ioannis Lodouici Viualdi, ordinis Prædicatorum liber de veritate contritionis, impreſſus olim in octauo.

Ioannis Ludouici Hauuenreuteri [illegible] epiſtola

ſtolarum Ioannis Sturmij Claſsicarum et Academicarum Argentorati, 1571. quarto. Adagia claſsi. ſcholis Argentinenſibus digeſta. Ibidem, 1573. Eiuſdem theſes de natura & eſſentia ratiocinationis. itē aliæ de elementis, in quarto, Argentorati.

Ioannes Ludouicus, Vines Valentinus, natio Hiſpanus, ſcripſit de ratione ſtudij puerilis epiſtolas duas, quibus abſolutiſsimam ingenuorum adoleſcentium & puellarum inſtitutionem doctiſsima breuitate complectitur. Introductionem ad veram ſapientiam. Satellitium animi, ſiue ſymbola, ad omnem totius vitæ, maxime principum inſtructionem mirè conducentia: quæ opuſcula ſunt impreſſa Baſileæ apud Robert. Vuinter, anno 1537. & Lugduni apud Trechſel, anno 1532. De conſcribendis epiſtolis libellum, impreſſum anno 1536. cum Eraſmi Roter. compendio eiuſdem argumenti, & Coloniæ apue Gymnicum. Latinæ linguæ exercitationem quæ ibidem excuſa, anno 1538. et 1541. cum alijs eius opuſculis. *Et ſeorſim in 8. Noribergæ anno 1583. Ioannis Thomæ Fregij notis, ex præſtantiſsimis quibusq; autoribus deſumptis, illuſtrata. Præterea ſcripſit In Bucolica Vergilij interpretationem, excuſam apud Rob. Vuinter, anno 1389. de ſomno & vigilia librum, quem excudit Frobenius Baſileæ, anno 1521. Rhethoricæ, ſiue de recte dicendi ratione libros tres, item de Conſultatione lib. 1. Rob. Vuinter Baſileæ, 1537. & Gymnicus Coloniæ. De corruptis artibus ac tradendis diſciplinis libros 20. excuſos Antuerpiæ apud Mich. Hellenium, anno 1531. Brugis 1531. Coloniæ apud Gymnicum 1532. & alibi. Librum contra Pſeudodialecticos, excuſum Seleſtadij, apud Lazarum Schurerium. De virtute fucata librum excuſum. De anima & vita libros tres, Baſileæ apud Rob. Vuinter, anno 1538. Declamationes ſex: De præſenti ſtatu Europæ, & bello Turcico, diuerſa opuſcula, impreſſa Baſileæ apud Vuinterum, anno 1538. De concordia & diſcordia in humano genere libros 4. de pacificatione lib. 1. de Chriſtianorum vita miſerrima ſub Turca lib. 1. impreſſa Lugduni, anno 1532. de ſubuentione pauperum, ſiue de humanis neceſsitatibus, libros 2. ibidem impreſſos, anno 1532. & Pariſijs apud Colin. 1530. Sacrum diurnum de ſudore Chriſti, Concionem de noſtro & Chriſti ſudore. Meditationem de paſsione Chriſti in Pſalmum 37. ibidem excuſa. De inſtitutione fœminæ Chriſtianæ libros tres, Baſileæ apud Robert. Vuinter, anno Domini 1538. De officio mariti librum, ab eodem excuſum. item. Excitationes animi in Deum, Præparationem animi ad orandum, commentaria in orationem Dominicam, Precationes & meditationes quotidianas ac generales: quæ ſimul excuſa ſunt apud eundem, anno 1540. *& exercitationes animi in Deum ſeorſim Lugduni Antonius Gryphius excudit, anno 1565. de veritate fidei Chriſtianæ libros 5. excuſos Baſileæ apud Ioannem Oporinum, anno 1543. & 1544. Commentaria in Aurelium Auguſtinum de ciuitate Dei. impreſſa apud Frobenium, anno Domini 1522. Argumenta in pleroſq; libros Philoſophiæ Ariſtotelis, (in Oporini potiſſ. gratiam collecta, cum is Ariſtotelicorum operum Latine ſimul edendorum conſilium primus cæpiſſet) cum ipſis operibus Ariſtotelis impreſſa Baſileæ. Ttranſtulit etiam Iſocratis duas, Areopagiticā & Nicoclem, impreſſas Baſileæ apud Rober. Vuinter, anno 1538. cum alijs quibuſdam eius opuſculis. Scripſit præterea vſum linguæ Latinæ. De communione rerum, De ſudore. Progymnaſmata. Item deſcriptionem temporum & rerum Romanarum ſub Ioannis Vuarſeuij nomine Louanij editam, paucis mutatis, 1534. Libellum de charitate Dei & proximi, nondum editum. Deſideratur etiam Farrago Epiſtolarum eius, & quædam alia, quæ fortaſsis dante Deo aliquando publicabuntur. Idem ſcripſit de proſperis & aduerſis. Epiſtolam ad Henricū VIII. Angliæ regem de Franciſco Gallorum rege à Cæſare capto. Item aliam de pace inter Cæſarem & Galliæ regem, deque optimo regni ſtatu. De tempore quo natus eſt Chriſtus. Clypei Chriſti deſcriptionem. Triumphū Chriſti, Orationē deiparæ. Veritatem fucatā. Animā ſenis. Initia ſectarum & laudes philoſophiæ: Fabulā de homine. Præfationē in Georgica Vergilij. Item in Ciceronem de legibus. Genethliacon Chriſti. Ædes legum. Pompeium fugientem. Claruit anno 1540. Epiſtolæ eius ſelectiores opera Simonis Virrepæi editæ ſunt Antuerpiæ, anno Dom. 1577. Omnia eius opera quotquot in lucem edita voluit præter commentaria in Auguſtinum de Ciuitate Dei, duobus tomis edita ſunt Baſileæ apud Epiſcopium iuniorem anno 1555. in folio. In his præter ea quæ commemorauimus quædam continentur.

* Ioannis Lobarti Boruſsi commentarij in artem poeticam Horatij, confecti ex ſcolis Ioan. Sturmij 8. Argentorati excudebat Nicolaus Vuiriot. Eiuſdē opera & ſtudio commentarij in M. T. Ciceronis Tuſculanam primam confecti ex ſcholijs Ioannis Sturmij in eandem editi, Argentorati apud Bernardum Iobinum anno 1575.

Ioannes epiſcopus Lombarien. Germanus, patria Baſilienſis edidit ſuper Sententias lib 4. ſermones diuerſos, & quædam alia. Multas præterea orationes & collationes feciſſe dicitur ad clerum, & coram ſummo Pontifice, ac cœtu Cardinalium, nondum, quod ſciam, editas.

* Ioannis Lonai Boſcij Medicin. & Mathemat. profeſſoris Ingolſtadienſis theſes CXXI. concordiæ medicorum & phyſicorum, de humano conceptu, atque fœtus corporatura, incremento, animatione, mora in vtero, ac natiuitate: Præterea de Centauris, Satyris atque monſtris reliquis, & dæmonum concubitu 4. Ingolſtadij Wolfgangus Eder anno Domini 1582. Eiuſdem de curatione podagræ germanice in octauo Ingolſtadij, anno Domini 1582.

Ioannes Lonicerus, Germanus, multa & ſuo marte ſcripſit, & è Græcis vertit, vt ſunt hæc: Catechesis de bona Dei voluntate erga quemuis Chriſtianum, deque ſanctorum cultu & inuocatione: liber impreſſus, Methodus Græcæ grammatices, excuſa Baſileæ apud Vueſthemerū, anno Domini 1536. & recognita ac locupleta, anno Domini 1540.

*Francfordiæ apud Egenolphum. Artis dicendi methodus ex optimis vtriuſque linguæ authoribus deprompta: item Demoſthenis oratio funebris, Græcæ linguæ encomium, Concio Cyri Perſarum regis ex ſecundo Cyripædiæ apud Xenophontem: Concio Cleocriti, è ſecundo* ἑλληνικῶν *eiuſdem: Vueſthemerus excudit Baſileæ, anno Domini* 1536. *Scholia in Dioſcoridis libros de materia medica, cum nomenclaturis Græcis, Latinis, Germanicis & Hebraicis: liber impreſſus, anno Domini* 1543. *Francofurti.* ~~*Compendia librorum aliquot Ariſtot. nempe de phyſica auſcultatione, De generatione & corruptione, De longitudine & breuitate vitæ, De vita & morte animalium, De anima, De moribus ad Nicomachum. Encomion philoſophiæ naturalis. Epithalamium Græcum in Iuſti Studæi gratiam, cum Latina verſione Eobani Heſſi: Egenolphus excudit Marpurgi, anno Domini 1540.*~~ *Demoſthenis oratio de claſſibus, ſiue* περὶ συμμοριῶν *Græca, & Latina eodem interprete, cum philoſophiæ encomio, Robertus Vuinter impreſſit Baſileæ, anno Domini* 1537. *Iſocratis orationes ab eo translatæ & recognitæ, cum vita eiuſdem ex Plutarcho, Philoſtrato, & Dionyſio Halicarnaſſ. impreſſæ Marpurgi, anno* 1540. *In Pauli ad Romanos epiſtolam Exegeſis veteris cuiuſpiam Theologi, (cuius nomen expreſſ. in Græco exemplari non erat, quanquam Theoduli nomen in primo quaternione lacerato additum eſſet, his verbis,* κύριε μνήσθητι θεοδούλου*) eodem interprete, ex Græcis Theologis deſumpta: Rober. Vuinter excudit Baſileæ, anno Domini* 1537. *Theophylacti enarrationes in omnes D. Pauli epiſtolas, et in prophetas aliquot minores, Latinitate donauit. Nicandri Theriaca et Alexipharmaca tranſtulit ſermone ſoluto, & ſcholia adiecit. Soter impreſſit Coloniæ, anno Do.* 1531. *Pindari Olympia, Pythia, Nemea, Iſtmia, ab eodem Latine verſa oratione proſa, impreſſa Baſileæ apud Cratandrum, anno Do.* 1528. *Eadem deinde translatio adhibitis enarrationibus, è Græcis ſcholijs, & doctiſſimis vtriuſq; linguæ authoribus, deſumptis, ibidem impreſſa eſt, anno* 1535. *Lycurgi aduerſus Leocratem orationem è Græco in Latinum ſermonem tranſtulit, excuſam Baſileæ apud Ioan. Oporinum, cum Demoſthenis oratione de Pace. Idem in Latinam linguam conuertit Sophoclis Aiacem flagelliferum. Callimachi hymnos Iouem et Apollinem Latinis verſibus reddidit. Scripſit etiam Genethliacon Vuilhelmo iuniori Cattborum principi. Epithalamion Græcum & Latinum Creucero. Orationem funebrem Ioanni Ficino Heſſiæ cancellario. Omnia hæc impreſſa ſunt. Item commentaria Græca in Pſalmum* 118. *ni fallor, quæ nunc Baſileæ excuduntur in octauo. Præterea totum Pſalterium ex integro conuertit addita etiam exegeſi. Magentinum in analytica Ariſtotelis tranſtulit, & compendium in meteorologiam Ariſtotelis conſcripſit. Floret Marpurgi, anno D.* 1554.

Ioannes *Longouallius, ſcripſit ſuper* 1. *Digeſti veteris, De iur. om. iud. L. imperium.*

* Ioannis *Lopezij de Palatios Ruuios allegatio in materia hæreſis in* 4. *Romæ, anno* 1581.

Ioannis *de Lopis Repetitio l. ſi pater. de hered. inſtitu. liber impreſſus, anno D.* 1536.

Ioannis *Lorchij Hadamarij, natione Germani ænigmatum libellus ex varijs authoribus cum ſacris tum profanis congeſtus, & carmine redditus, impreſſ. Marpurgi, anno* 1540. *apud Egenolphum. Eccleſiaſticus ab eo carmine redditus, excuſus Francoforti apud eundem. Iobus patientiæ ſpectaculum, in Comœdiam & actum Comicum redactus, excuſus Marpurgi in officina Egenolphi, anno Domini* 1543. *Eiuſdem catalogus iuriſconſultorum veterum, quotquot aut vita aut ſcriptis celebres ſunt, elegis eleganter deſcriptus, excuſus eſt Baſileæ à Ioanne Oporin. anno Domini* 1545. *in* 4. *chartis* 6. *Additis etiam recentioribus iuriſconſultis per Matthæum Gribaldum. Item elegia de lupo, excuſa Ingolſtadij, anno D.* 1548.

* Ioannes *Loueau facetas noctes, iunctis aliquot fabulis & ænigmatibus ex Italico in Gallicum idioma tranſtulit. Pariſijs apud Maturinum Martinum* 1573.

Ioannes *Loue Vuigornienſis, ordinis S. Auguſtini, ſcripſit ſermonum librum ad regem Henricum eius nominis ſextum, Conciones per annum, Collectiones temporum, Diſputationes Theologicas. Vixit anno* 1436.

Ioannes *Loney vel Loueye, Carmelita, ſcripſit De Spiritus ſancti miſſione li.* 1. *Lecturas ſolennes quoq; lib.* 1. *Claruit anno* 1390. *Baleus.*

Ioannes *Lubicenſis, ſcripſit de antichriſti aduentu & de Meſſia Iudæorum.*

Ioannis *Lucæ de Pontremulo, lectura ſuper Decretalibus.*

Ioannis *Lucernæ Sũmula in quartũ decretaliũ.*

Ioannis *Luc Burgundi Epigrammata Baſileæ Iacobus Parcus impreſſit anno* 1556.

Ioannis *Lucidi Samoſathei, de emendationibus temporum ab orbe condito vſq; ad hanc ætatem noſtram, iuxta veram ac rectam chronographiam, ex antiquis & probatiſſimis authoribus, liber impreſſus Venetijs,* 1537. *apud Lucam Anto. Iuntam. Inſunt autem hæc: Emendationes temporum ab orbe condito, Canones in tabulam perpetuam temporum, De vero die paſſionis Chriſti, Epitome emendationis calendarij Romani.*

* Ioannis *Lucienbergij iuris cãdidati, P. Virgilij Maronis, poetarum optimi, Æneis inclyta, in regiã Tragicomœdiam. Heroicis verſibus vbiq; ſeruatis* 4. *Francofurti. Eiuſdem theſaurus poeticus in quinque Claſſes diuiſus: Quibus omnium vocabulorum quantitates pulcherrimæ oſtenduntur dilucideq; ex auctoritate veterum probatiſſimorumq; poetarum demonſtrantur* 4. *Baſil. Item Methodica inſtructio cõponendi omnis generis verſus carmina, & odas, in tres diuiſa partes* 4. *Baſil. per Samuelem Regium.*

Ioannes *Lucilius Santritter Heilbronnenſis, D. Alphonſi aſtronomi tabulas in ordinem facillimum redegit, & tabulas aliquot ipſe addidit cum quibuſdam regulis. Scripſit etiam librum de iudicijs natiuitatum. Hæc in ſua officina excudit etiam Venetijs, anno* 1494.

*Heroicis verſibus expreſſa.* 8. *Witebergæ. Carmina de rebus diuinis ſcripta.* 8. *Eius operum pars* 1. 8. *Witebergæ. Omnia opera in vnum volumen digeſta.* 8. *Witteberg æ anno* 1582.

Ioannes *Maior, Hadyngtonenſ. natione Scotus, ſcripſit deciſiones ſententiarum lib.* 4. *Sophiſticalia Pariſienſia. Placita Theologica. Commentarios in Matth. Hiſtoriarum maioris Britan. lib.* 6. *Caxtonum Anglum tranſtulit lib.* 7. *Claruit Pariſ. anno* 1520. *Eius hiſtoria maioris Britanniæ, id eſt, tam Angliæ quàm Scotiæ, è veterum monumentis concinnata, excuſ. Pariſ. apud Aſcenſ. Ioan. Maioris Glagornenſis, citatur in Chryſopaſſo Ioan. Eccij. Io. Maioris comment. in ſententias, exc. ſunt Pariſ.*

Ioannes *Mahuſius Aldernardenſis, ſcripſit epitomen annotationum Eraſmi in nouum Teſtamentum, excuſam Antuerpiæ, anno* 1538. *in* 8.

Ioannes *Maire Belga, ſcripſit ſermone Gallico Galliæ illuſtrationem, & de rebus Troiæ excellentibus, cum tractatu de hæreſibus & concilijs, & hiſtoria de principe Syab Iſmail nominato Sophi: opus excuſum eſt Lugdun.* 1528. *apud Anto. de Ry.*

* Ioannis *Malſij poſtilla Germanica.* 8. *Helmſtadij, anno* 1581.

Ioannes *Manardus, medicus Ferrarienſ. ſcripſit Epiſtolarum medicinalium libros* 20. *in folio, typis excuſos. Annotationes & cenſuras in medicamina ſimplicia & compoſita Meſuæ excuſas Baſileæ apud Bebelium, anno* 1535. *& apud Iſingrin. anno* 1540. *Annotationes & Cenſuram eius in medicamina ſimplicia compoſita Meſuæ: item in primũ Artis paruæ Galeni librum Commentaria, Bebelius impreßit Baſileæ* 1536. *Cæterum prima pars horum Commentariorum apud Cratandrum prius Baſileæ impreſſa eſt, cum Pſello de victus ratione. Claruit anno* 1521. *Forte de Montenilla.*

Ioannes *de Mandeuyle, Anglus, armatæ militiæ eques auratus, ſcripſit Itinerarium ſuum* 33. *annorum, manuſcriptum habet M. Dreſſerus. De mirabilibus mundi lib.* 1. *Obijt Leodij, anno Domini* 1372.

Ioannes *Mandnith, Anglus, aſtrologus atque theologus, ſcripſit tabulas aſtronomicas, lib.* 1. *De corda recta & vmbra lib.* 1. *De doctrina theologica lib.* 1. *Claruit anno* 1340.

* Ioannis *Manlij locorum communium collectanea permultos annos, tùm ex lectionibus D. Philippi Melanchtonis, tùm ex aliorum doctiſſimorum virorum relationibus excerpta, & in ordinem ab eodem redacta, iamq́ poſtremum recognita: cum præfatione D. Simonis Sulceri Academiæ Baſilienſis Rectoris.* 8. 1582.

Ioannes *Marbek muſicus inſignis, in vulgarem ſermonem tranſtulit maiores concordantias bibliorum lib.* 1. *Claruit anno* 1550. *Baleus.*

Ioannes *Marcellus, Regiomontanus, collegit ſcripta publice propoſita profeſſoribus in academia Witenbergenſi, liber excuſus Witenbergæ, anno Domini* 1553. *apud hæredes Petri Seitzi, in octauo, chartis* 62. *Extat etiam oratio eius de Moyſe feriente petram, excuſa Tomo tertio declamationum Philippi Melanchthonis. Obijt Witenbergæ die natali D.N. Ieſu Chriſti, inchoante annum* 1552.

Ioannes *Marcheley Chordiger, ſcripſit ſuper Mariæ conceptione lib.* 1. *Quæſtiones quoq; lib.* 1. *Obijt anno* 1376. *Baleus.*

Ioannes *de Marchinellis, patria Leodienſis Carmelita, ſcripſit de pugna ſpirituali lib.* 1. *Ad omnes hominum ſtatus lib.* 3. *De vitijs ac virtutibus lib.* 1. *Sermones ad populum lib.* 1. *Quæſtiones theologiæ lib.* 1. *Et alia. Claruit anno D.* 1410.

Ioannes *Mardeley, ſcripſit de glorioſo Eduardi Somerſetenſ. principis in Angliam reditu. De Scotorum ingratitudine lib.* 1. *Claruit anno Domini* 1548.

Ioannes *Marfelde philoſophus & medicus, ſcripſit Praxim medicinæ lib.* 1. *Baleus.*

Ioannis *Mariæ Catanei, in C. Plinij Cecilij Sec. epiſtolarum lib.* 10. *& Panegyricum, enarrationes, impreſſæ Venetijs* 1500. *Idem Aphthonij progymnaſmata ex Græcis Latina fecit: Ioan. Frobenius excudit Baſileæ,* 1521. *& Wechelus Pariſijs anno* 1531. *Eiuſdem poemata Genua, & Gothifredi ac Boemundi expeditio ſeu bellum ſacrum, à Gyraldo commemorantur. Claruit anno* 1500.

Ioannis *Mariæ de Monte, nunc Iulij* III. *Rom. pont. oratio, deſcripta eſt in actis concilij Tridentini.*

* Ioannis *Mariæ Monticelli de Bobio D. Aureum repertorium de teſtibus in materijs ciuilibus, & criminalibus titulorum ordine digeſtum & ordinatum. Acceßit eiuſdem praxis criminalis. in quarto. Venetijs.*

Ioannes *Maria Polutianus, Italus, Carmelita, doctor Bononienſis, vir facundus, ſcripſit Vitam D. Alberti Drepanenſis lib.* 1. *Miracula eiuſdem lib.* 1. *Vexillum Carmelitarum lib.* 1. *Marenagiũ eiuſdem lib.* 1. *Sermones per quadrageſimam lib.* 1. *Orationes & epiſtolas lib.* 1. *Atq; alia. Claruit anno Domini* 1498. *Iulianus Haſart. Opuſcula eius omnia Venetijs ſunt impreſſa.*

Ioannes *Maria Riminaldus, Ferrarienſis, ſcripſit ſuper* 1. *&* 2. *Digeſti veteris: & ſuper* 1. *&* 2. *Codicis. Obijt anno* 1496. * *Eiuſdem & Iacobi à Riminaldis Ferrarienſium, conciliorum volumẽ primum, ſecundum, tertium & quartum. Quibus acceſſerunt Hippoliti Riminaldi annotationes. In folio. Venetijs anno* 1579.

Ioannis *Mariæ Roßi Motetorũ liber primus quinq; vocum. Venetijs* 1567.

Ioannis *Mariæ, de Tholoſanis, additiones ad Ioannis Lucidi emendationes temporum. Item breuis emendatio calendarij Romani pro paſchate rite celebrando, ad concilium Tridentinum directa. Impreſſa ſunt hæc cum Ioan. Lucidi emendatione temporum. Ioannis Mariæ, neſcio an eiuſdem libellus de maxima ſolis declinatione.*

Ioannes *Maria Tricaelius Aquinas, lexicon Græcolatinum impreſſum Ferrariæ, anno Domini* 1510. *emendauit & auxit: lunulis per margines adiecta notauit. Præterea ſuo marte confecit Latinogræcum lexicon, excuſum chartis* 39.



Digitized by Google

libellus pro coniugibus: item de Chriſtiana oeconomia, & mundo matronæ Chriſtianæ. Ibidem 1568. De vita Lutheri liber Germanicus, 1573. De ſapientia, Iuſtitia, Sanctificatione. Germanice, in 8. * Eiuſdē inſtitutio de catechiſmi Lutheri declaratione miniſtrorum Ioachimicæ vallis Germanicè. In octauo. Norimbergæ per Theodoricum Gerlachum, anno 1574.

Ioannis Maulborni Bruxellenſis, abbatis Liriacenſis, Roſetum exercitiorum ſpiritualium & ſacrarum meditationum, in quo eſt materia prædicabilis per totum annum. Aſcenſius impreſſit Pariſijs, anno 1510.

Ioannis Mauritij Dolani, præfecturæ Burgundiæ ſenatoris, repetitio l. vnicæ. C. quo loco mulieres munera ſubire ſoleāt. Gryphius excudit Lugduni, 1538. De reſtitutione in integrum. *Tractatus planè aureus, omnia quæ in hac materia ſcitu digna ſunt complexus: folio. Francofurti apud Sigiſmundum Feyrabent.

Ioannis Mauri commentarius in diſticha P. Fauſti Andrelini, excuſus Lugduni à Pagano, anno Domini 1535.

Ioannes Mearus monachus, Benedictinus contexuit Lecturam ſententiarum lib. 4. Conciones plures lib. 1. Baleus.

Ioannes de Mechlinia, Germanus, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. in Pſalterium lib. 1. quæſtiones varias lib. 1. ſermones & collationes lib. 1. & alia complura. Eiuſdem commentaria in parua naturalia Ariſtotelis, excuſa ſunt Coloniæ, anno Domini 1498. ab Henrico Quentel. Sectator fuit Alberti vt & Ioannes Tymæus. Vixit anno 1460.

Ioannis Melberi, de Geroldshouen, vocabularius prædicantium, dictus veriloquus, ex ſermonibus Iodoci Eichmanni de Calba, prædicatoris Heidelbergenſis. Liber excuſus Argentinæ in 4. apud Knoblauchium.

Ioannis Menæ liber inſcriptus Laſrezientas, cum commentarijs Commendatarij profeſſoris Græci Salamanticæ, in folio. Hunc Menam Viues Hiſpanum poetam nominauit: ac Patrarcha Hetruſco ab Hiſpanis comparatur.

Ioannes Mennlin citatur in Chronicis Ioan. Cuſpiniani. Manlius.

Ioannis Mencellij Lipſenſis, de perpetua doctrina regni Chriſti & eccleſiæ, diſputatio. Lipſiæ excuſa, apud Valentinum Papam, anno 1549.

Ioannis Menſingi Prouincialis Dominicani in Saxonia, De iudicio eccleſiæ, De ſacrificio Miſſæ, De dignitate operum, Apologiæ contra Ioannē Frichanſium, & Eberhardum Widenſether. Libri in Lutherum, Ambſdorfium, Culſamerum.

Ioannes Menſingus, ſcripſit defenſionem Miſſæ contra Lutheranos.

Ioannis Mercerij I. V. D. Opinionum & obſeruationum lib. 2. Biturigibus anno 1573. in 8.

Ioannes Mercerus Vticenſis, tranſtulit Hermenopuli procheiron & Ori Apollinis hieroglyphica & obſeruationes adiecit, Wechelus Pariſ. excud. āno 1548. in 4. Græce & Latine. Idem magna cum laude Hebræas literas Pariſijs docuit, ac ſcripſit Tabulas grammaticas linguæ Chaldeæ. * Quæ & Syriaca dicitur: multa interim de Rabinico et Thalmudico ſtylo traduntur: editas Pariſijs in quarto. Commentarios in librum Iob, editos Geneuæ apud Euſtathium Vignon, anno 1573. in folio. In Solomonis Prouerbia, Eccleſiaſten & Canticum canticorum. Ibidem. Scripſit & alia quædam nondum edita. Obijt ſuperioribus annis, ſub finem belli Gallici. * Eiuſdem Commentarij in prophetas quinque priores inter eos qui minores vocantur. Quibus adiuncti ſunt aliorum etiam & veterum & recentium commentarij ab eodem excerpti, folio. Eiuſdem & Anthonij Ceuallerij, & B. Cornelij Bertrami Theſaurus linguæ ſanctæ, ſiue lexicon Hebraicum, ordine & copia cæteris ante hac editis anteferendum, in folio. Lugduni per Bartholomeum Vincentium.

Ioannes Mercianus Chronographus, ſcripſit de Merciorum regibus lib. 1. Claruit anno D. 1150. Baleus.

Ioannes Mercurius Morsheimerus, ſcripſit de laudibus autumni carmen elegiacum. Claruit Heidelbergæ, anno 1552.

Ioannes de Meriſco Grammaticus, edidit de varijs metrorum menſuris lib. 1. Genera verborum & nominum lib. 1. Baleus.

Ioannis Meſuæ opera Lugduni impreſſa cum Antidotario Nicolai, & ratione medendi Cophonis & Summula Iacobi de Partibus. Canones vniuerſales de correctione medicamentorum purgantium, & de purgatione in genere, in aphoriſmos digeſti. de ſimplicibus pharmacis purgantibus liber, in cuius prima parte agitur de illis quæ purgant abſque veneni ſuſpicione, in ſecunda verò de vehementibus & noxijs. Eius etiam de re medica lib. 3. Iacobo Syluio medico interprete, excuſi ſunt Pariſijs apud Wechel. in folio, anno 1544. chartis 47. Claruit anno 1158. Andreas Bellunenſis duos Meſues commemorat, ſeniorem cuius libri Arabice non extant, & poſteriorem noſtris notum, cuius libros negat ſe apud Arabes inuenire potuiſſe.

Ioannis Metelli Sequani mentio fit ab Antonio Auguſtino Hiſpano.

Ioannis Metropolitani Epheſi ſcripta quædam extant Græce in Vaticana bibliotheca Romæ, nempe Verſus varij. Epiſtolæ variæ 77. Sermones varij 14. ſermo compoſitus ex diuerſis canonibus apoſtolicis, & ſynodicis, & alijs Scripturæ ſententijs.

Ioannis Metropolitæ Ruſſiæ ad Archiepiſcopum Rom. epiſtola, qua fidei ſuæ rationem reddidit, & Rom. eccleſiæ multos errores reprehendit, inſerta eſt hiſtoriæ Moſcouiticæ Sigiſmundi Liberi Baronis, exc. Baſileæ apud Ioan. Oporinum, anno 1551. Extat etiam in bibliotheca Regia Græca epiſtola Ioannis Metropolitæ Ruſſiæ ad Clementem Papam Rom.

Ioannis cuiuſdam Metropolitæ Ruſſiæ, qui propheta dictus eſt, Canones recitantur etiam in eadem hiſtoria.

Ioannis Metzleri, Ger. prima Gramm. Græcæ

is rudimenta, Secerius excudit Hag. 1534. cum nimibus Pythagoræ Græcis, & Latine expoſitis. notationes eius in libellum Ciceronis de ſenectu npreſ. ſunt item Hagan. & alibi. Idem in Lati linguam tranſtulit Plutarchi libellum de libe- um inſtitutione. Francofurti anno 1554. Græ- atine.

Ioannis à Meyen Bergizonij, in Vergilij Ma- s opera, cum annotationibus doctiſſimorum vi- um. 8. Venetijs.

Ioannis Michaelis liber de inſtituendo admo- do͂q paſtore, Anno D. 1564. in 8. Oratio de lau- uriſprudentiæ.

Ioannis Michaelis Alberti, Carrarienſis, de o- bus ingenijs augendæ memoriæ libellus impreſ Bononiæ, anno 1591. in 4. chartis 3.

Ioannis Michaelis Bruti oratio de rebus à Ca V. Cæſare Rom. Imperatore geſtis, Antuerpiæ . Bellerus, anno 1555. M. T. Ciceronis oratio- ab eodem emendatarum volumina tria: qui- acceſſerunt breues animaduerſiones ex doctiſſi- um hominum commentarijs. Lugduni apud An ium Gryphium anno 1570. in 8. Eiuſdem Ana- n Comment. Cæſaris, & Hiſtoria quædam bre dendа ſperamus. Claruit Viennæ 1573. * Idem egit epiſtolas clarorum virorum. Impreſſ. Lug- i apud hæredes Sebaſtiani Gryphij 1561.

Ioannes Michael, Germanus, Budorenſis, Ve ijs anno 1499. Rabi Abrabæ Zacuti almanach etuum ſe emendatum, interpolatum, & auctum rimi curauit.

Ioannis Michaelis Sauonarolæ in medicinam cticam introductio, ſiue de compoſitione medici- um liber: item catalogus, continens tam ſimpli m quàm compoſitorum medicamentorum no- iclaturas, vſum, & ſummam: libelli impreſſi gentinæ 1533. cum Bertrutij introductione in dicinam practicam, & Bartholomæi de Monta- na artificio componendi medicamina. Sauona- æ phyſici apud Leonellum Marchionem Eſten- , de omnibus balneis, liber impreſſus Venetijs a- l Chriſtoph. de Penſis. Item de arte conficiendi am vitæ ſimplicem et compoſitam, de͂q eius ad- abili virtute ad conſeruandam ſanitatem, et ad erſas humani corporis ægritudines curandas, li- lus impreſſus Haganoæ, 1532. apud Valent. Ko- m. Eius practica impreſſa Venetijs, 1497. apud auianum Scotum. Item Canonica de febribus. mma de pulſibus, de vrinis, de egeſtionibus, de o- ibus Italiæ balneis, Tractatus de vermibus, ex- ſa Venetijs, 1498. apud eundem. Idem ſcripſit li- um de Phyſiognomia quem vna cum libro de bal is Theodorus Gaza in Græcam linguam tradu- , vt auctor refert in libro de balneis.

Ioannis Milij Cato Græcolatinus. Præcipua riſtianæ pietatis capita, &c. Lipſiæ 1568.

Ioannis Milis Repertorium, impreſſum Baſil. ud Nicolaum Keſler, 1488.

Ioannis Millei Boij, Sylui gniaci magni aqua- m ſyluarum͂q omnium Francicarum quæſtoris, axis criminis perſequendi elegantibus figuris illu ſtrata, extenſa Pariſ. venditur 12. ſolidis Gal. 1550.

Ioannis de Minda, ſupra epiſtolas dominica- les, à prima dominica aduentus, vſ͂q ad Pentecoſtē.

Ioannis Miſnenſis decani, tractatus moriendi diuiſus in partes tres. Idem paſſionem domini ex e- uangeliſtis collegit.

Ioannis Miſenenſis epiſcopi Quadripartitum opus, in quo multa pulchra & rara incidentalia & acceſſoria tractantur, principaliter tamen agitur in prima parte de oratione in ſe, in 2. de oratione domi nica, in 3. de horis canonicis, & continet de eis 140. dubia, in 4. de adorationibus. Liber manuſcriptus M. Dreſſerus.

Ioannes Miramanda Toloſanus, profeſſione Auguſtinianus, ſcripſit ſuper primo Sententiarum lib. 2. In Euangelium Matthæi lib. 1. De quatuor virtutibus lib. 1. Et alia. Claruit anno Dom. 1340. Nicolaus Bertrandus.

Ioannis de Miza plebani Pragenſis, eccleſiæ S. Galli, inhibitiones ſacramenti Euchariſtiæ col- lectæ, anno 1393.

Ioannes Moibanus Medicus Auguſtanus, Dioſcoridis ὑλικά in linguam Latinam converte- re cœpit, ſed morte præuentus opus non perfecit, ve rum Conradus Geſnerus eo ante obitum ab ipſo id poſtulante, abſoluit librum & edidit Argentinæ anno 1565.

Ioannes Molanus, Louanij S. Theol. profeſſo- ris Regij Vſuardi martyrologium auxit & annota- tionibus illuſtrauit. Louanij, año D. 1568. & 1573. Idem edidit librum de picturis & imaginibus ſa- cris: item Reſponſionem Quodlibeticā ad tres quæ- ſtiones, &c. Louanij apud Hieronymum Welleum anno Domini 1570. in 8. * Eiuſdem Indiculus Sanctorum Belgij.

Ioannes de Molinis, Gallus, Patria Narbo- nenſis, Carmelita, doctor ſcripſit ſpeculum hiſtoria- le ſeu ordinis lib. 10. Conciones quinque lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1360. Tritemius. Specu lum eius Venetijs eſt impreſſum.

Ioannis Monachi ſcriptoris Græci quædam extant, nempe Iambica, Hiſtoriæ, ex quibus vitam Alexandri Bartholomæus Coſpus Latinam fecit. Ex eiuſdem ſcriptis vitam Diocletiani tranſtulit Ioan. Coſpus Bononienſis. Idem ſcripſit colloquium animæ & corporis. Vide Ioan. Zonaras. * Ioannis Monachi hiſtoria de gentibus interioris Æthiopiæ, in qua beatorum Barlaam ac Ioaſaph vita deſcri- bitur. liber in folio Manuſcriptus bibl. Imperat. Ioannis Monachi & preſbyteri Damaſceni, expo- ſitio orthodoxæ fidei, 4. M. S. bibl. Imper. Viennæ.

Ioannis Monachi montis Sinai, Sermones ex- ercitatorij, Græce manuſcripti. * Ioannis & Da- nielis Monachorum de monte Sinai meditationes ſpirituales Græce M. S. bibl. Imperat. Viennæ.

Ioannes Monachus, ſcripſit ſuper ſexto De- cretaliū, & habentur Annotationes eius cum ipſo textu impreſſæ. Ioan. monachus Cardinalis citatur in Summa Augelica.

* Ioannis Monachi I. C. Defenſorium Iuris in quo exceptiones rei conuenti continentur. 8. Colon.



Digitized by Google

Ioannis monachi liber de exceptionibus, in Iuris ſcientia.

Ioannes Monachus S. Albani prope Moguntiam, natione Germanus, Chronicon ſcripſit, lib. 1. Tritemius in Compendio.

Ioannis Monachi Placentini verſio Erotematum Conſtant. Laſcaris, grammatici Græci, impreſſa Mediolani anno 1480. cum præfatione Bonaccurſij Piſani.

Ioannes Mone, Anglus natione, in Gallico ſermone, valde eleganter edidit de arte amandi lib. 1. Claruit anno 1360. Baleus.

* Ioannes Monhemius, ſcripſit Catechiſmum ex Eraſmi ſcriptis collectum, poſtea Chriſtianum admodum, quē refutare voluerunt Colonienſes Theologi, ſed illis multi reſponderunt pro Monhemio. Viuit adhuc in regimine Scholaſtico Duſſeldorpij vir integer & pius, & hactenus multa ſcripſit Herm. Hamelman.

Ioannes Monhemius, natione Germanus. vide ſupra Ioan. Eruerueldēn Monhemius.

Ioannis Monlueij epiſcopi Valentini Regis Gallorum legati, Reformatio, reſtitutioq́ Cleri Valentini, & Dyenſis. Lutetiæ Vaſcoſanus añō 1558. Eiuſdem oratio habita in comitijs ordinum regni Poloniæ, qua hortatur vt ducem Andium Regem eligant, &c. edita anno 1573. in quarto.

Ioannis Monſeni Amſterdamenſis, obſcurorum aliquot ſacræ ſcripturæ locorum per alias eiuſdem diuinæ ſcripturæ ſententias clariores luculentiſsima interpretatio. Coloniæ Ioannes Ruremundanus, anno 1540.

Ioannis Moeſch, artium & ſacræ theologiæ profeſſoris, & prædicatoris in eccleſia maiori Baſilienſi tractatulus compendioſus de horis canonicis dicendis, impreſſus eſt Baſileæ in octauo per Ioannem de Beſikein, & Auguſtæ, anno 1489.

Ioannes Montaigne iuriſperitus, ſcripſit de digamia, de Parlamentis, & eorum authoritate ac præcedentia: cum additionibus Nicolai Boerij, & ſimiliter de magni conſilij authoritate, &c.

Ioannis Montani medici Pariſienſis prælectiones doctiſsimæ in multos Galeni libros ab ipſo exceptæ, apud Caſparum Wolfium Tigurinum & nonnullos alios ipſius auditores ſeruantur.

Ioannes de Monte ferrato, ſcripſit ſuper pragmatica ſanctione, cum gloſſa & eius commentario.

Ioannes de Montemerlo, inter canonici vel ciuilis iuris ſcriptores citatur in Summa Angelica. Alij nominant de Monte murlo, doctorē canonum.

Ioannis de Monte, Ieſuis, ſeu vita IeſuChriſti carmine. Lutetiæ, Nicolaus de la Barre.

Ioannes de Regio monte, natione Germanus, ſcripſit Kalendarium nouū, quo promuntur coniunctiones veræ atq; oppoſitiones luminarium, itemq́ eclipſes eorundem figuratæ, loca luminarium vera quotidie, horarum tam æquinoctialium quàm temporaliū diſcrimina duplici inſtrumento ad quaſuis dubitationes, ac alia plurima ſcitu iucundiſsima. Ephemerides quas vulgo vocant Almanach, ad 32. annos futuros. Cōmentaria magna in coſmographiā Ptolemæi: vbi exponitur fabrica vſusq; inſtrumēti Meteoroſcopij, quo Ptolemæus ipſe vniuerſos ferme numeros totius operis ſui elicuit. Præterea deſcriptionem ſphæræ armillaris, vnà cū tota habitabili in plano. Commentariolum contra Iacobi Angeli Florentini traductionem ad arbitros mittendum. Theonis Alexandrini defenſionem in ſex voluminibus contra Georgiū Trapezuntium. Commentariolum, quo cōmonſtrantur placita Campani [illegible] editione elementorum Geometricorum reijcienda. de quinq; corporibus æqui lateris, quæ vulgo regularia nuncupantur, quæ videlicet eorū locum impleant corporalem, & quæ non: contra commentatorem Ariſtot. Auerroem. Cōmentaria in lib. Archimedis, eos qui Eutocij expoſitione carent. de directionibus contra Archidiaconū Parmen. de diſtinctione domiciliorum cœli, contra Campanum & Ioan. Gazulum Raguſinum. de motu octauæ ſphæræ contra Thebit, ſuosq́ ſectatores. Problemata aſtronomica, ad Almageſtum totum ſpectantia. de cometæ magnitudine, remotioneq́ à terra. de loco eius vero, &c. problemata Geometrica omnimoda. Radij viſorij multorum generū cum vſibus ſuis. De ponderibus & aquæductibus cum figurationibus inſtrumentorum ad eas res neceſſariorum. De ſpeculis vſtorijs. in officina fabrili aſtrarium in continuo tractatu eſt, opus planè pro miraculo ſpectandum. Ioan. de Monteregio opera quædam excu. Norim. 1533. Canon in Ephemerides, Canones ſuper Albione, aſtrolabio, torqueto, & quadrato geometrico. Commentarij in aliquot Archimedis geometræ libros: videlicet de Conalibus & ſpiralibus, De lineis ſphæralibus, De quadratura parabolæ. De arenæ numero. Compoſitio tabularum ſinuum: quibus adiectæ ſunt Tabulæ ſinuum duplices, eiuſdem authoris: Io. Petreius excu. Norimb. 1541. de triangulis omnimodis lib. 5. cum alijs quibuſdam ſimilis argumenti libellis, Norimb. apud Io. Petreiū 1533. Tabula primi mobilis, cum Canonibus ſiue problematibus ſuis, & expoſitionibus eorundem, impreſſa cum Tabulis eclipſium Georgij Peurbachij. Diſputationes contra Gerardi Cremonen. deliramenta in Planetarum theoricas ab illo ſcriptas, excu. Venetijs. Epitome in Cl. Ptolemæi magnā compoſitionem, continens propoſitiones & annotationes, quibus totum Almageſtum dilucida & breui doctrina ita declaratur & exponitur, vt mediocri quoq; indole & eruditione præditi ſine negotio intelligere poſſint: opus excuſ. Baſil. apud Hen. Petri, 1543. cum præfatione Hieron. Gemuſæi, qua totius Aſtronomiæ laus continetur, & huius compendij authores cōmendantur. Tabulæ directionū per Lucam Gauricum caſtigatæ, cum plerisq; additionibus, ac nouis tabellis, & compendiolo eiuſdē Gaurici. opus excuſ. Venetijs apud Luc. Anton. Iuntam, 1524. Meteoroſcopium, excuſum Marpurgi, 1537. cum alijs quibuſdā. item Calendarium ab anno 1475. vſq; ad annum 1531. excuſum. Eiuſdē libellus de cometa, impreſſ. Baſil. apud Oporinū cum Ziegleri conceptionibus in Geneſim. * Eiuſdem de Baculo aſtronomico & obſeruationibus Cometarum. In 4. Oratio introductoria in omnes

in omnes ſcientias Mathematicas & elementa Euclidis. In 4. Additiones in Antonium Montulonum. Applicatio Aſtronomiæ ad medicinam, German. Claruit autem anno Domini 1477.

Ioannes Montonius ſcripſit promptuarium vtriuſq; iuris duobus voluminibus, ordine alphabet.

Ioannis de Monteuilla, Angli, peregrinationũ in terram ſanctam & aliarum experientiarum li. 5. in quibus multa videntur ineſſe fabuloſa. Eiuſdem lib. 5. Experientiarum è Latina & Gallica lingua in Germanicam tranſlati ſunt ab Othone Demeringo Metenſi Canonico: impreſſi argentorati à Ioanne Knoblocho, 1507.

Ioannis Montholonij, Eduenſis, Promptuariũ diuini iuris, & vtriuſq; humani, Pontificij & Cæſarei, celebriores eiuſdem diuini iuris & hiſtorias & ſententias, humanis iuribus tum annotatas tum elucidatas, ſub alphabetica ſerie complectens. Liber excuſus Pariſijs, venditur 50. ſolidis Gallicis.

Ioannis de Morauia, ordinis Prædicatorum ſermones quadrageſimales.

Ioannes Moriſotus, medicus Dolanus, ſcripſiſſe ſe affirmat, in Catalogo Colloquijs ſuis adiecto & edito. De vera literarum & acentuum origine lib. 2. De octo partium orationis lib. 1. Dialecticam in tabulas digeſtam. Rhetoricam per tabulas. Orationes duodecim, nempe in laudem trium linguarũ vnam, Galli gallinacei vnam, Vnionis vnam, R. Cardinalis Franciſci Turonenſis vnam. D. Dionyſij ex Michaele Syngello vnam, Hippocratis 1. Suaſorias ad Ieſum naſciturum duas. Ex Demoſthene tres, nempe Philippicam primam, de pace, Olynthiacam primam, pro Demonacte philoſopho vnam. De Arithmetica lib. 4. Epiſtolarum lib. 3. Colloquiorum lib. 4. Horarum ſucciſiuarum lib. 10. Herculanæ hiſtoriæ lib. 17. De poetica lib. 3. De Parechemete contra Ciceronis calumniatores lib. paradoxa Ciceronis adnotata & Græce verſa. Hippocratis Aphoriſmorum genuinam lectionem, & fidelem interpretationem, quam etiam adnotationibus illuſtrauit. Epitomen in libros Galeni de Elementis. Librorum Galeni de temperamentis, ac libelli quoque de inæquali temperie epitomen, Græce primum deinde Latine conſcriptam. De decubitu ex Mathematica ſententia lib. quem incredibili labore recognouit, & mox Latinitate donauit. Commentaria Græca in Hippocratẽ de aere, aqua, locis, & de flatibus. De compendioſa medendi ratione lib. 3. Reconcinnationem problematum Ariſtotelis, & in eadem commentaria Græca. Dialogos quatuor Ionice deſcriptos. Prouerbia. Quo iudicio legendus ſit Maro lib. 1. De cæcitate lib. 3. De diuitijs lib. 2. De otio lib. 1. De morte lib. 1. De vera hominis philoſophia lib. 3. Carmine verò ſcripſit Ethologiam, Eclogas 10. Eclogas aucupatorias 6. Ortali ad Catullum [illegible]. Apologiam Egnatij, Canidias. Ibin. Carminum lib. 7. nempe Natalia, Laudes, Sales, Infortunia, Vltiones, Nænias, Tumulos. Herculeidos lib. 2. Odyſſeæ primum. Heſiodi opera & dies. Didus tragœdiam. Epigrammatum Chriſtianorum lib. 5. De vita D. Antonij lib. 4. quod opus Antoniada inſcripſit. Eius colloquiorum lib. 4. Baſileæ excuſi ſunt apud Ioannem Oporinum, anno D. 1550. Interpretatio in Aphoriſmos Hippocratis, & Annotationes in Cornelium Celſum, item Trium Galeni librorum, de Diebus decretorijs epitome: ſimul excuſa ſunt Baſileæ apud Ioannem Oporinum, anno 1547. Marci Tullij Ciceronis Paradoxa recognouit, & Græce vertit, additis Annotationibus, quibus & recognitionis ratio exponitur, & loci aliquot difficiliores explicantur. Libellus Baſileæ ab eodem excuſus, anno Domini 1547. Claruit anno 1551.

* Ioannis Moſellani, Eccleſiæ quæ eſt in Gaylndorff, miniſtri, pia & ſuccincta reſponſio ad præcipua argumenta M. Cyriaci Spangenbergij, de Peccato originali. Conſcripta anno 1581. Menſe Auguſto. 4. Tubingæ 1582.

Ioannis Moris, Neapolitani, ſecretarij apoſtolici, Apologia mulierum carmine ſcripta, in viros probroſos, excuſa in thermis Antonianis, oppidi Badenſis, per Renatum Beck, anno 1511.

* Ioannes Moulins Doctor medicinæ, tranſtulit in Gallicam linguam Commentaria Petri Andreæ Matthioli in 6. lib. Dioſcoridis medicinales. Lugduni excudit Guilhelmus Rouilius in folio, anno Domini 1579.

Ioannis Mouton, muſici Motteti, excuſi Lugd.

Ioannis Mulini Saltzburgenſis, ſcribendarum epiſtolarum Compendiolum, impreſſum Baſileæ ab Oporino.

Ioannes Multiuallis, ſcripſit continuationem Chronicorum Euſebij, poſt Matthæum & Matthiã Palmerios.

Ioannes Multon, Carmelita, ſcripſit Latine ſermones 90. per annum lib. 1. Claruit 1400. Baleus.

Ioannes Muntz ex Plabeirn, ſcripſit Prognoſtica à ſtellis ſumpta, quæ ſuo tempore præ alijs omnibus in precio erant. Obijt anno 1503.

Ioannes de Muris, Anglus, vt fertur, bonarũ literarum magiſter, vt homines iuſtitiam ſequẽtur, prophetiam edidit lib. 1. De Arithmetica ſpeculatione lib. 2. Ioannis de Muris, Arithmeticæ ſpeculatiuæ lib. 2. emendatos, & exemplis formisq; nouis declaratos: Iuo Schœffer excudit Moguntiæ, 1538. Eiuſdem de Muſica practica tractatus, in quem epitomen ſcripſit Proſdocimus Patauinus.

Ioannes Murmellius Ruremudenſis, ſcripſit multa, inter quæ Iſagoge in prædicamenta Ariſtotelis, impreſſa Coloniæ cum dialectica Cæſarij. Sententiæ, ſeu verſus ſententioſi ex elegijs Tibulli, Catulli, Propertij, & Ouidij decerptæ, ſingulæ cum breui inſcriptione argumenti, Georgius Rhau excudit Witenbergæ, anno 1533. Tabulæ Grammatices, impreſſæ Pariſijs apud Wechelum. Tabulæ in artis componendorum verſuum rudimenta, ibidem excuſæ, & Argentinæ apud Iacobum Iucundium, 1583. Tabularum opuſcula tria in epitomen redacta, impreſſa Lugduni, 1542. Nucleus, Papa. Libellus de Arte verſificatoria, & alius de generibus nominũ item Commentarij, ſiue ecphraſis ſimul & ſcholia in A. Perſij Satyras. Singula ſeorſim exiuerunt



Digitized by Google

Coloniæ ex oſſitina Gymnici. Hi commentarij in Perſium antea quoque ibidem apud Ceruicornum excuſi fuerant, 1534. cum Hermanni Buſchij epiſtola. Commentarij in libros quinq; Seuerini Boetij de Conſolatione philoſophiæ, partim Ioannis Murmellij, partim Rodolphi Agricolæ, excuſi Coloniæ apud Ceruicornum, 1535. Claruit anno 1513. Commentarij duo in D. Hieronymi epiſtolam ad Nicium Aquileienſis eccleſiæ hypodiaconum. Eiuſdem ex epiſtolis D. Hieronymi liber ſelectarum epiſtolarum. Coloniæ, 1505. *Scripſit etiam adiecta explicatione ſua, carmine de compoſitis verborum libros duos ad Ludolphum Heringium, qui cum aliquoties ante annos 50. fuerint excuſi, denuo editi ſunt nuper Monaſterij cum præfatione Bernardi Lingij. Scholia item in Cypriani carmen de ligno ſalutiferæ crucis. Scholia in verſilogum Mancinelli. Argumenta in Bucolica Mantuani. Scripſit etiam quatuor libros elegiarum Moralium, & duos libros didaſcalicos. In quorum altero agit de Artibus, altero Parænesis ad ingenuarum artium ſtudia continetur. Collegit etiã memorabiles aliquot clauſulas ex Iuuenale. Item edidit protrepticôn poetantium. Adhæc ſcripſit ſcoparium ad profligendum Barbariem è ſcholis, librũ apprime eruditũ. Scripſit Eclogas año 1504. in quibus bis Hammonenſem vrbem carmine celebrat. Edidit quoque anno 1502. Sapphyco carmine deſcriptionem vrbis Monaſterienſis. Fecit in ſalutationes Angelicas carmen, & in Florea diuæ Virginis Mariæ ſerta pæan triplex. Item in laudem Caroli Geldriæ ducis Caroleia carmina varij generis. Epigrammata eius quædam ad Philippum de Horde Monaſterienſem præpoſitum, prodiêre Monaſterij, anno 1510. & Dauentriæ alia quædam parænetica, anno 1516. prodierunt, quo etiam tempore ſcripſit laudem de Reuchlino. Præterea condidit in multorum librorum commendationem varia & doctiſſima Epigrammata: nec non libellum de Hymnis Eccleſiaſticis. Collegit etiam ex Hieronymo ſententias: ſcripſit quoq; commentaria in Prudentium, & in Ruſticum Angeli Politiani, & in eiuſdem Syluam. Fuit Monaſterij per annos 21. corrector Timanni, & per trienniũ Rector ſcholæ Lutgerianæ. Tandem decimo quarto poſt 1500. anno, venit Alcmariam, ibiq; inſtructa ſchola clarebat, ſed incendio redactus ad paupertatem, venit Dauentriam, anno 1516. vbi poſtea anno ſequenti 2. Octobris obijt non ſine ſuſpicione veneni, vt hoc Buſchius in Epitaphio conqueritur, atque id Roſtochij & Monaſterij dixerat Hermannus Hinrekingus, qui adfuerat morienti. Scripſit quoque de eius morte Henricus Bers. Reliquit autem Murmelius vxorem & filiolum in paupertate. Herman. Hamelman.

Ioannis *Muſcopij, Metanaſtæ epithalamium in nuptijs Simonis Roſtij, & Margarethæ Antonij Turleri filiæ, excuſum Lipſiæ, anno 1548.*

Ioannes *Muſterus, ſcripſit ſuper 1. Digeſti veteris de ſtatu hominum, l. ij. Cum igitur.*

Ioannis *Mutij Arellij Mantuani, hymnus in Ioannem Baptiſtam, Elegiæ & Epigrammata commemorantur à Gyralde & Mutius poema, quod non perfecit, à ſuis ciuibus occiſus cum intemperantius ſe gereret.*

Ioannes de *Mylbach, natione Germanus, ſcripſit in epiſtolas Pauli lib. 13. Sermones varios lib. 1. In laudibus S. Hieronymi lib. 1. Quæſtiones diuerſas, & alia quædam.*

* Ioannis *Mylij opera commentarij doctiſſimi, Andreæ Gerardi Hyperij in epiſtolas D. Pauli ad Timotheum, Titum, Philemonem, & D. Iudæ in lucem editi ſunt. Tiguri apud Chriſtop. Froſchouerum, 1582.*

Ioannes *Mylis vtriuſq; iuris doctor, ſcripſit Repertorium Canonici iuris lib. 1. Baleus.*

Ioannes *Myluerton, Anglus, ex Briſtollenſi Carmelitarum cœnobio theologus, ſcripſit cõtra Reginaldum Pecock Sermones per annum, Symbolum ſuæ fidei. De paupertate Chriſti, librum 64. epiſtolarũ ad diuerſos. Et alia multa. Obijt Londini, anno 1486.*

Ioannis *Myricæ paraphraſis in aphoriſ. Hippocratis, edenda Baſileæ.*

Ioannis *Myrinæ, Louanienſis, De coniugio Chriſtiano ſermonum lib. 3. carmine heroico. Eiuſdem Epithalamium in nuptijs Georgij Guilhel. Sichingi.*

Ioannis *Naſci muſici, Lamentationes Hieremiæ ad æquales, cum Paſſione, & Benedictus. Venetijs, anno 1564.*

Ioannis *Naß ſeu Naſi Catechiſmus Catholicus, Ingolſtadij, anno 1569. in octauo. Eiuſdem Centuriæ mendaciorum inſignium, quæ ab Euangelicis ſcriptæ ſunt. Ingolſtadij, anno 1569. in 8. Eiuſdem ſex conciones, Prima de Matrimonio. II. De vita monaſtica. III. De vitijs vtriuſq; vitæ. IIII. Explicatio orationis Dominicæ. V. De diſcrimine veteris & nouæ fidei. VI. Summa præcipuorum capitum fidei Chriſtianæ. Ingolſtadij. Eiuſdem conciones duæ de fructibus & proprietatibus veteris & nouæ fidei, & de præcipuis capitibus veteris Chriſtianiſmi. Concio initio noui anni habita, in qua verus vſus orationis Dominicæ exponitur. Item alia in 8. cap. Matth. de Tempeſtate à Chriſto excitata, ſedata. Conciones 12. de Sacramento altaris. Item 5. de Temperantia & æterna morte. Antigratulatio contra Iacobi Andreæ gratulationem, quod concionatores ducatus Bauarici Lutherani facti ſint. Centuria quarta Euangelicarum veritatum contra Fideric. Cæleſtini Pantheon. Centuria quinta Euangelicarum veritatum, in qua Lutheri vita deſcribitur, contra Cyriacum Spangenbergium, & Ioan. Mattheſium. Singula hæc Ingolſtadij Germanice edita in octauo. Item de Veſtimento nuptiali conciones 3. Conciones catholicæ 65. in octauo. De Naſi aſino, eiusq; vero titulo contra G. Nigrinum reſponſio, 1571. Poſtilla minor à Paſchate vſq; ad Aduentum, 1567. Ingolſtadij octauo, Germanice. Sex conciones familiares ſeu domeſticæ iam ſecundo editæ 1571. Concio ex Matth. 8. De victoria maritima contra Turcam, 1572. Poſtilla minor ab Aduentu vſq; ad Paſcha, 1572. * Eiuſdem breuis de cœna*

Domini

Digitized by Google

Dominica tractatus, vnico ſermone ſolidas quinmaginta aduerſariarum obiectionum confutatioes comprehendens, ac perſpicue declarans verba Chriſti hoc Euchariſtiæ ſacramentum ſub vtraque ſpecie inſtituentis. Primum ab eodem authore collectus & Germanice editus, iam verò Latinitate donatus à Fr. Ioan. Dominico Heſſo. 8. Ingolſtadij.

Ioannes Neomagus, vide Io. Nouiomagus.

Ioannes Nider ordinis fratrum Prædicatorũ, Germanus, ſcripſit de Contractibus mercatorum li. De lepra morali lib. 1. De præceptis decalogi lib. De formicis moraliter lib. 5. De conſolatione timoratæ conſcientiæ lib. 1. Speculum perfectionis lib. 1. Sermones de tẽpore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Quadrageſimale lib. 1. & alia complura. Libri de formicis, impreſ. Argentinæ apud Ioan. Schotum, anno 1516. Eiuſdem præceptoriũ, impreſ. olim Vlmæ in fol. Claruit anno 1420.

Ioannis Naucleri præpoſiti Tubingenſis Chronica, ſuccinctim comprehendentia res memorabiles ſeculorum omnium, ac gentium, ab initio mundi vſque ad annum Chriſti nati, 1500. cum Auctario Nicolai Baſelij ab anno Domini 1501. in annum 1514. & Appendice noua, curſim memorante res interim geſtas, ab anno 1515. vſq; in annum poſt Chriſtum natum 1544. rhapſodis partim Conrado Tigemanno, partim Bartholomæo Laurente. Opus excuſum Coloniæ apud Petrum Quentel, 1544.* Ad huius authoris Chronologiam adiecit nuper Paralipomena monachus quidam Colonienſis, qui Surrianũ ſe nominat, Scurram ſe vocauerit rectius. Nam vtrum ſeriam agat, an ſcurretur, non ſatis apparet: tam impudenter res manifeſte veras calumniatur ac deprauat, &c. Ga. Peucerus in præfatione lib. 5. Chronici Carionis.

Ioannes de Neapoli, ordinis Prædicatorum, theologiæ ſcriptor, citatur in Summa Angelica.

Ioannis Nenij, Orthographiæ ratio ſcriptorũ auctoritate conſtans. Item Index complectens Græcorum & Latinorum vocabulorum rectam pronunciationem. Antuerpiæ, 1572. Eiuſdem de Humanæ ſtultitiæ triumpho.

Ioannes Neritius, ſcripſit ſuper Rub. ſecundi decretal. de re iudicata. c. 1. Et ſuper Rub. tertij decret. c. Raynutius.

Ioannis Neſij Florentini, Oraculum de nouo ſeculo.

S. Ioannis Neſteutæ, quædam ex Canonico Græce extant Romæ in Vaticana bibliotheca.* Ioannis Neſteutæ Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, Canones conciliorum: & opuſculum de vitijs, manuſcriptum in bibliotheca Imperatoris Viennæ. In quarto.

Ioannes Neuizanus I.C. ſcripſit Syluam nuptialem, & Indicem ſcriptorum in vtroq; iure, quem auxit Lud. Gomeſsius, & poſtremò Ioã. Fichardus. Idem ſcripſit additiones in Rolandinam. Item Conſilia edita aliquoties, & nuper multis locis caſtigata. Venetijs 1573. in folio.

Ioannis de Nibach, Sermones in feſtis ſanctorum.

Naucler[illegible] vir alias bonus [illegible] ſpiriti, [illegible] ſub[illegible] [illegible] [illegible] videri[illegible]: Oſian. C. 1. [illegible] p. 73.

Ioannis Niceni liber contra Armenios de rebus fidei, Græce ſeruatur Romæ in bibliotheca Vaticana.

* Ioannes Nicodomus Sammaxentinus, libris 9. Franciſci Patricij de Inſtitutione Reipub. argumenta in ſingulos titulos, & authorum locos in margine aſcripſit. In decimoſexto Pariſijs, anno Domini 1580.

Ioannes Nicolaus Arelatanus, ſcripſit in 1. Codicis de ſecundis nuptijs. De hæreticis & eorum pœnis. Ambo hi libri excuſi ſunt Lugduni anno 1536. Adnotationes in librum Alciati de Præſumptionibus.

Ioannis Nicolai Delphinatis, De iure patronatus.

Ioannes Nicolaus Gimonteus I.C. ſcripſit de beneficijs eccleſiaſticis, & horum collatione, pluralitate & diſpenſatione ſuper ijſdem & permutatione, de gratijs & expectatiuis.

Ioannis Nicolai Stupani, Rheti, Oratio de Cœlij ſecundi Curionis vita atq; obitu, Baſileæ, anno Domini 1576. in quarto. Eiuſdem nouum Galeni Theatrum, nondum editum. Ex Italico tranſlata. Franciſci Patricij dialogi X. De ratione ſcribendæ legendæque hiſtoriæ. Baſileæ excuſ. apud Sixtum Henricpetri. Alexandri Picolhominei, De ſphæra lib. 4. De cognoſcendis ſtellis fixis lib. 1. De aquæ & terræ magnitudine lib. 1. Theoricarum Planetarum libri 2. Ibidem apud Petrum Pernam excuſi. Pandulphi Collenutij hiſtoriæ Neapolitanæ libri 5. Ibidem. Item Ioannis Petri Contareni hiſtoria de bello nuper Venetijs à Selimo II. Turcarum Imperatore illato. Ibidem in quarto. * Eiuſdem de Holometri fabrica & vſu, inſtrumento Geometrico, olim ab Abele Fullonio inuento, nunc verò ipſius Stupani opera, ſermone Latino ita explicato, vt ad omnis generis dimenſiones inueſtigandas & regiones deſcribendas vtiliſsimum ſimul facillimumq; eſſe queat. Acceſsit etiam Federi Delphini iucundiſsima diſputatio de æſtu maris & motu octauæ Sphæræ. Folio Baſileæ per Petrum Pernam. Floret noſtra ætate, docens in inclyta Baſilienſi Academia.

* Ioannes Nider, Theologiæ profeſſor, Sermones de tempore. Item de ſanctis, Item quadrageſimale. Simul Vlmæ impreſſa ſunt apud Zachariam Zainer. Scripſit etiam librũ vnum Formicarij, qui tractat de maleficis & eorum deceptionibus, 8. Francofurti, anno 1582.

Ioannis Niſæi tabulæ locorum communium theologicorum Philip. Melanchthonis, impreſſæ ab Oporino in folio.

Ioannes abbas monaſterij Niuicellenſis, ſcripſit Bibliorum ac canonũ concordantias lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Epiſtolas & quæſtiones varias.

Ioannes Noayelge doctor iuris, laudatur à Bruno in inſtitutionibus de obligationibus, quæ ex debito naſc.

Ioannes Noblet, Carmelita, natione Gallus, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. In epiſtolas canoni-

cas lib.7. Centiloquium ænigmatum lib.1. Sermones varios lib.1. Et alia complura. In multos prætere a Bibliæ libros commentarios mirificos & elegantiſsimos ſcripſiſſe dicitur.

* Ioannis Nopelij collegij D. Suniberti in Cæſaris Inſula Decani opera & ſtudio, Confeſsio Ambroſiana in libros quatuor digeſta, quibus continetur, quid de ijs fidei Chriſtianæ dogmatibus, quæ hodie in controverſiã vocantur, ante annos mille & ducentos B. Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis, & totius Eccleſiæ Occidentalis lumen clariſsimum, ſenſerit. Ex omnibus eiuſdem Ambroſij Operibus bona fide collecti, & perſpicua methodo diſpoſiti.

Ioannes Normannus, ſcripſit rerum geſtarum ab exordio mundi vſq; ad ſua tempora hiſtorias, nondum euulgatas.

Ioannes de Norhamptona, Anglus, Carmelita, mathematicus peritus, compoſuit annulum philoſophicum, eius artifex primus, quem eccleſiaſticũ rite voces, qui perpetui Almanac (vt vocant) vicem ſuppleat, aliaq; plura fecit. Claruit anno 1350. Hunc ſpecioſo tractatu elucidauit Richardus Maydeſton, doctor eiuſdem profeſsionis, fecit canones in eundem lib.1.

Ioannes de Notho ordinis Minorum Siculus, theologiæ ſcriptor, citatur in ſumma Angelica.

Ioannis de Nouadomo tractatus de confeſsionibus, chartis duobus. Eiuſdem (ni fallor) de Conſtitutionibus humani corporis libellus, excuſus Cracoviæ apud Hieronymum Vietorem, anno Domini 1524.

Ioannis Nouillei Iouiſuilli liber, cui titulus, Hora. Hac autem hora æger & irrequietus animus ſanitati, paci, & quieti reſtituitur. Pariſijs Chriſtianus Wechelus impreſsit, 1537.

Ioannes Nouiomagus, aliâs Neomagus, natione Germanus, ſcripſit ſcholia in Dialecticam Georg. Trapezuntij: Fran. Gryphius excudit Pariſijs, anno 1537. Eiuſdem Arithmetica, ſiue de numeris lib.2. excuſi Pariſijs apud Wechelum, & Coloniæ. Vertit etiam ex Græco in Latinum, libres 8. Cl. Ptolemæi de Geographia: & in eoſdem indicem compoſuit. Scripſit etiam in quoſdam Ariſtotelis libros.

* Ioannis Nouiſpani Aſcenſij ſylua nuptialis in octauo.

Ioannes Oecolampadius, Vuinſpergenſis, eruditione & pietate præſtantiſsimus theologus, ſcripſit multa, varijs in locis ſeparatim impreſſa, quæ nos in certas claſſes digeſta ſubijciemus. EXEGETICA. In Geneſim annotationes ex ore Oecolampadij in ſchola publica interpretantis exceptæ, excuſæ Baſileæ apud Bebelium, anno Domini 1536. Exegemata in librum Iob, apud Henricum Petri an. Domini 1532. In Eſaiam commentariorum lib.6, apud Cratandrum anno Domini 1525. In Ieremiam commentariorum lib.3. Item in Threnos Ieremiæ enarrationes. Argentinæ apud Matthiam Apiarium, anno Domini 1533. cum præfatione Capitonis. In Threnos Ieremiæ homiliæ germanicæ, translatæ etiam in latinam linguam. In Ezechielem commentarius per Capitonem editus, & excuſus Argentorati apud Matthiam Apiarium, cum epiſtola Grynæi de morte Oecolampadij, & vita ipſius per Capitonem deſcripta. Expoſitio primi capitis prophetæ Ezechielis, de officio magiſtratus & ſubditorum, edita Germanice, anno Domini 1527. eſt autem multo copioſior quàm Latina quæ cum integris commentarijs habetur. In Danielem commentariorum lib. 2. apud Bebelium, anno Domini 1530. In Hoſeam, Ioelem, Amos, Abdiam, Ionam, & duo capita Micheæ, Annotationes excuſæ apud Cratandrum, anno Domini 1535. In poſtremos tres prophetas Haggæum, Zachariam & Malachiam commentarius, apud eundem, anno Domini 1527. Idem Germanice quoq; editus eſt. Conciones in aliquot Pſalmos, ex ore concionantis exceptæ, & in latinum ſermonem verſæ, apud Robertum Vuinter, an. Domini 1544. Conciones in totum Pſalterium, Ezechielem, Danielem, à Gaſtio collectæ ſed nondum publicatæ. Enarrationes in Euangelium Matthæi Cratander excudit anno Domini 1536. Annotationes in Euangelium Ioannis. Idem anno Domini 1535. In epiſtolã ad Romanos annotationes Baſileæ prælecta & ab auctore recognitæ: apud eundem excuſæ, anno Do. 1526. Explanationes in epiſtolam ad Hebræos, vt ex ore prælegentis exceptæ per quoſdam ex auditoribus digeſtæ. Ribelius excudit Argentorati, anno Dom. 1534. Demegoriæ, id eſt, conciones XXI. in epiſtolam Ioannis primam, excuſæ à Cratandro, anno 1524. Eaſdem in germanicam linguam conuertit & edidit Gaſpar Hedio. DIDASCALICA. Quod non ſit oneroſa Chriſtianis confeſsio, παράδοξον Auguſtæ Vindelicorum, anno 1521. De ritu paſchali ad Capitonem, Baſileæ in quarto. Ad ſacrarum literarum lectionem exhortatio. Liber de genuino ſenſu verborum Domini, Hoc eſt corpus meum, ex vetuſtiſsimis doctoribus. Idem germanice editus Lud. Hetzero interprete. De diſcrimine verbi interni et externi. De dignitate Euchariſtiæ ſermones duo, quorum prior habitus eſt in die S. Thomæ, lecto Euangelio Ioãnis 21. Secundus in vigilia natalis. De non habendo pauperum delectu, ſermo, in epiſtolarum volumine excuſus. De gaudio reſurrectionis ſermo, in quo de myſterio tridui contra Sophiſtas. Sermo in verba Thomæ Dominus meus, & Deus meus, in quo de vera paupertate tractatur. Sermo de Euchariſtia, quem iuuenis ſcripſit: excuſus à Cratandro, anno 1521. Sermo de paſsione Domini. Sermo de venerando & laudando Deo in Maria. Sermo de interceſsione diuorum contra Fabrum. Oratio ad Clerum Auguſtanum, de expoſtulatione Chriſti cum Petro ablutionem pedum recuſante: habetur lib.1. epiſtolarum. Conciones populares in aliquot loca noui Teſtamenti: impreſſæ cum Enarrationibus in Matthæum. Concio ad puellos cum expoſitione ſymboli Apoſtolici. Oratio habita anno 1526. Oratio habita coram Senatu Baſilienſi, de Reducenda excommunicatione Apoſtolica. Oratio ſynodica. Concio Bernæ in diſputatione habita. Concio de Cantico Simeonis. Conciones nondum editæ, in Euangelium Marci: in epiſtolam ad Coloſſenſes, item per totum annum, collecta à Gaſtio. Libellus

quod

Digitized by Google

ris ciuilis & canonici, maximam adferens boni & æqui cognitionem. explicatio l. Diffamari C. De ingenu. manu. De executoribus item vltimarum voluntatum: libellus ibidem excuſus, eodem tempore: & Pariſijs apud Wechelum. De copia verborũ & rerum in iure ciuili, non ex deſultorijs commentatorum adſertionibus, ſed ex conſtantiſſimis iuriſconſultorum ſententijs, indices, ſecũdum boni & æqui rationem concinnati, omnibus in Repub. functionem ſuſcipientibus, cum in ſcholis, tum in foro deſeruientes: opus excuſum Coloniæ apud Ioannem Gymnicum, 1542. Reſtauratio politiæ orbis Rom. liber ibidem excuſus. Index Digeſtorum, ibidem. Eiuſdem Adſertiones ex iure & æquitate de his rebus ſine quibus neque iudicia rectè conſtitui, neque publica tranquillitas retineri poteſt. Item confutatio erroris pernicioſi, quo petitur hæreditas ex beneficiarijs ditionibus publici iuris. Liber impreſſus Marpurgi apud Andream Colbium, anno Domini 1531. octern. 12. & dimid. cum reſponſo iuris Ludouici à Gozadinis. Antinomiæ de diuerſis regulis iuris antiqui, nona Antinomiarum explicatio. Francofurti, 1568. Claruit Marpurgi, 1554.

Ioannes Oldus in patrium ſermonem vertit multa, præcipue in D. Paulum ad Epheſios, Philippenſes, Coloſſenſes, Theſſalonicenſes, Timotheum, Titum, Philemonem & Hebræos. Eraſmi paraphraſes lib. 10. In epiſtolas canonicas lib. 7. Homilias de Antichriſto Gualtheri lib. 1. De vera obedientia Gardineri lib. 1. Compoſuit etiam confeſſionem antiquæ fidei lib. 1. Viuit nunc. Baleus.

* Ioannis Olearij S. Theologiæ D. & Hebrææ linguæ profeſſoris in illuſtri Academia Iulia, explicatio quæſtionis, an tempore neceſſitatis, cœnam, vel à Pontificio, vel à Caluiniano paſtore quis bona conſcientia poſsit accipere. Additum eſt Encomion libri Cõcordiæ, aduerſus quendam ὁμοιομάστιγα. 8. 1582. Eiuſdem Theſis de incarnatione verbi, quæ eſt ἐλεγκτικὴ aduerſus Anabaptiſtas. Qua Memmnonis & D.P. Carnem Chriſti non ex Maria Virgine, ſed ex ſubſtantia τοῦ λόγου ortam, aſſeuerantium, præſtigiæ refutantur. 4. Helmſtadij, anno Domini 1581.

Ioannes Olney, Anglus, monachus Carthuſienſis, ſcripſit de miraculis D. Mariæ lib. 5. & Meditationes ſolitarias. Vixit anno 1250.

Ioannes de S. Omero ex Nordouolgiæ comitatu oriundus, monachus, ſcripſit Norfolcianæ deſcriptionis impugnationem lib. 1. Claruit circiter annum 1216. Baleus.

Ioannes Opizo, ſcripſit ſuper 1. ff. veteris, nondum impreſſus.

Ioannes Oporinus Baſilienſis, natione Germanus, ex Latinæ Græcæque linguæ profeſſore temporum iniuria factus typographus, intra paucos annos aut excudit ipſe plurimos, optimos & rariſsimos libros, aut excudi per alios curauit; idq; quam caſtigatiſsime. Scholia ſcripſit in priora aliquot capita C. Iulij Solini Polyhiſtoris, excuſa cum Solino & Pomponio Mela Baſileæ apud Robertum Winter. Scholia in libros Tuſculanarum quæſtionum Ciceronis, anno 1544. impreſſa ab ipſo authore. Iuuenis collegerat in omnes Demoſthenis orationes, ex diuerſis doctorũ lucubrationibus annotata quædam, quæ aliqua ſaltem ex parte, videlicet ad orationem vſq; de falſo teſtimonio in Aphobum, excuſa ſunt cum Demoſthene apud Heruagium Baſileæ: reliqua apud ipſum adhuc manuſcripta ſeruantur (quemadmodum & propriorum nominum ex diuerſis opt. quorumq; authorum ſcriptis Onomaſticon, magno ſtudio annis iam aliquot ab eo collectũ) per occaſionem in publicum edenda. Collegit quoq; eodem inſtituto, in Laurentij Vallæ elegantiarum libros, diuerſorum doctorum cenſuras, iuſtæ magnitudinis libellum: item Annotationes & Commentaria diuerſorum in omnia M.T. Ciceronis opera, ſeorſim tamen excuſis primum ijs quæ ad Orationes, dein quæ ad Rhetoricos libros, poſt in Philoſophicos, & Epiſtolas tam Familiares, quàm ad Atticum & Q. Fratrem attinebant: quæ quidẽ & in Italia, Galliaq;, & Baſileæ ſemel atq; iterum ſunt excuſa. Eandem operam in Plinij quoq; Natur. hiſtoria, & quibuſdam alijs claſsicis ſcriptoribus inchoatam, breui (ſi Deus volet) & abſoluet, & publico ſtudioſorum vſui communicabit. Quin & Bucolicorum Latinorum authores, quotquot à Vergilij ætate ad noſtra vſq; tempora eo poematis genere ſunt vſi, collegit: quorum Tomum primum iampridem edidit, breui daturus & alterum, id quod & in recentioribus Comicis & Tragicis, tam ſacris quàm prophanis, itemq; Satyrographis, & in vniuerſum poetis omnibus vno aliquando volumine coniungendis, ſedulò curat. Plutarchi vitarum epitomen, prius à Dario Tiberto equite Ceſænate conſcriptã, ita ab innumeris, quibus ſcatebat mendis, repurgauit, vt facilius ei fuerit de integro eam ex Plutarcho colligere: id quod ei in Pauſaniæ Atticis & Corinthiacis à Domitio Calderino olim conuerſis, in Arriano de rebus geſtis Alexandri Magni à B. Facio Latinitate donato, Themiſtio ab Hermo, Tucidide & Herodoto à L. Valla Latine verſis, & iſt recognitis accidit. Annotationes ipſius in Tuſculanas Cic. quæſtiones, vnà cum alijs excuſæ ſunt, mutato tamen nomine. è Græcis conuertit quædam ex Theocriti Scholiaſte, in Xenophonte à Birkeimero inchoata ſuppleuit. Heſiodi quæ extant opera ad verbum expreſſit, adiectis etiam Annotationibus, quas tamen nondum in publicum emiſit: quemadmodum & quas in totam Homeri Iliada ex Euſtathio & alijs Græcorum Latinorumq; ſcholijs, item quas in Melam, & poetas aliquot Latinos à ſe iuuene prælectos collegit, necdum ſub limam reuocauit. Ariſtotelis opera primus omnium, vt quæ quidem Græce extabant, Latine etiam coniungi atque legi à pluribus poſſent, partim ſua ipſius, partim aliorum ad hoc ope vſus, curauit: collecto etiam locuplete tam Græci quàm Latini exemplaris rerum & verborum memorabilium Indice: quam operam prius etiam in Platone Græco, & Polluce, & Cælij Rhodigini antiquis lectionibus, & Hermolai in Plinium caſtigationibus, ac pluribus alijs Baſileæ editis præſtiterat: nec ceſſat etiamnum præſtare in optimos

ſunt 3. Idus Martij, 1574. Argentinæ in 4. Eiuſdem Defenſiones duæ, quibus Ioannis Sturmij Rectoris Antipappis duobus reſpondetur, Maiori & Epitomico. 4. Tubingæ. Item Defenſionis 4. partes 3. priores, pro eccleſijs Auguſtanæ Confeſsionis, & pro libro Concordiæ. Cum præfatione miniſtrorum eccleſiæ Argentinenſis. 4. Tubingæ.

Ioannis Parceualij, profeſsione Carthuſienſis, compendium diuini amoris, excuſum Pariſijs apud Wechelum. Claruit anno 1450.

Ioannis à Pariſijs Chirurgi, Chirurgia noua. Vide ne forte ſit Ioannis Tagautij.

Ioannes Pariſienſis, Dominicanus, natione Gallus, ſcripſit de Antichriſto & eius temporibus lib. 1. Commentarios ſententiarum lib. 4. De verbo impanato ad Guidonem lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1310. Hic poſuit remanere panem in altari poſt conſecrationem, vt habet Ioannes Baconthorpius in 4. ſententiarum, diſtinctione 8. Quæſt. 5. Ioannes Baleus.

Ioannes Parkins Anglus, in iure poſitiuo humano eruditus, ad iuuenum informationem in ea facultate neceſſariam contexuit explanationem XI. capitum. Io. Baleus.

Ioannes Parckhurſtus vir doctiſſimus, epigrãmata plurima adiecit ad calcem Diſtichorum Ioannis Schepreui in nonum Teſtamentum, quæ auxit et emendauit: congeſſit quoq; Ludicra ſeu Epigrammata iuuenilia lib. 1. *Eiuſdem carmen in Ioannis Friſij Tigurini Dictionarium Latinogermanicum, & alia ad eundem. Floruit 1573. Nordonici epiſcopus. Obijt in Anglia.

Ioannes de Parma, ex Bononiæ finibus oriundus, ordinis fratrum Minorum miniſter generalis, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. De conuerſatione religioſarum lib. 2. Vixit anno 1260.

Ioannes Paruus, ſcripſit aſſertiones quaſdam contra quas ſcripſit ſermonem Ioannes Gerſon. Claruit autem anno 1426.

Ioannes Paſchal, Anglus, ex Sudouolcarum natus familia, profeſsione Carmelita, ſcripſit Homilias 67. De tempore, homilias 80. De ſanctis. De Chriſti paſsione lib. 1. Conciones annuas, lectiones ſcripturarum, & diſputationes complures. Obijt apud Landauenſes, anno 1361.

Ioannis Paſeti muſici, madrigali excuſi.

Ioannis à Paſtura explicatio Pſalterij Dauidici. Louanij, 1560. in 8.

Ioannis Decani & Canonici Patauienſis in Germania epiſtolæ duæ, an ſtatui & dignitati Eccleſiaſticorum magis conducat, admittere ſynodum nationalem, piam & liberam, quàm decernere bello: impreſſæ in Germania, anno 1540. Videtur idem eſſe cum Roberto Mosbaim, cuius etiam huius argumenti quædam ſunt edita, & extant inter Miſcellaneas epiſtolas ad Fridericum Nauſeam Epiſcopum Viennenſem, huiuſcemodi quædam authoris huius.

Ioannes de S. Paulo, natione Gallus, ſcripſit de morbis particularibus lib. 1. De ſimplicibus lib. 1. & alia quædam. Item Breuiarium manuſcriptum in bibliotheca Ioan. Dryandri medici. Eiuſdẽ Medicina practica. Quidam non Gallum ſed Salernitanum vocant.

* Ioannes Paulus Ierrarius epitaphium in obitum D. Bullingeri ſcripſit.

Ioannis Pauli Lancelotti Inſtitutionum Iuris Canonici lib. 4. vna cum interpretationibus, quas Gloſſas vocant. Venetijs 1570. 4. Item Lugduni apud Rouillium 1571. Iidem libri ab illuſtribus viris in aula Romana recogniti, & Canonum, Decretorum, ac Legum indicio & annotatiunculis operi Hieronymi Eleni I.C. illuſtrati, impreſſi ſunt Antuerpiæ à Plantino, in 8. *Et Lugduni in 4. cũ gloſſis. Quibus loca omnia, vnde contextus deſumptus eſt, indicantur, pleraq; declarantur, nõnulla per concilium Tridentinum hodie immutata, adnotantur.

* Ioannis Pauli Palanterij expoſitio in primum Ariſtotelis poſt. volumen. 8. Venetijs.

* Ioannes Patriarcha contra Papatum, in 4. manuſcript. bib. Imp. Viennæ.

Ioannis Pauli Pernumia Patauini, philoſophia naturalis ordine definitiuo tradita. Patauij apud Simonem Calignanum, in folio.

* Ioannes Paulus Zangmaiſter, opera Laurentij Iouberti Pharmacopœam in lucẽ edidit. 8. Lugduni, anno 1579.

Ioannes Peckam, Anglus, Franciſcanorum inſtituti monachus, ſcripſit commentarios ſententiarum lib. 4. Aduerſus incipientem lib. 1. In Cantica canticorum lib. 1. Collectaneorum Biblicorũ lib. 5. Apologiam. Statuta ſynodalia. Perſpectiuam communem. De officio Trinitatis lib. 1. Scripturarum locos communes. De perfectione Euangelica lib. 1. De corpore Chriſti lib. 1. Et alia multa. Obijt Cantuariæ anno 1292. Videtur idem eſſe cum proxime ſequente.

Ioannis Pechani Cantuarienſis eccleſiæ Archipræſulis, Collectaneum Bibliorum, quinque libris ſententias diuinæ ſcripturæ ad certos titulos ſeu locos communes redigens, Melchior Nouesianus excudit Coloniæ, anno 1541. Collectarium ſententiarum Bibliorum Pariſijs, 1514. Ioan. Frellon.

Ioannes Pediaſimus. Vide Io. Charthophylax.

Ioannis Pedionei Rheti, Epicedium in Simonem Grynæum, vnâ cum Epitaphijs quibuſdam, Robertus Winter excudit Baſileæ, anno 1541. Extat eiuſdem carmen de bello Germanico, Ingolſtadij, niſi fallor, excuſum, 1549. Eiuſdem hymnorum librum & odas 7. Item orationem de Ciceronis & eloquentiæ laudibus, Ingolſtadij excudit Alexander Wiſſenhorn, anno Domini 1550. Item de claris oratoribus lib. 2. & elegiæ duæ ab eodẽ excuſa ſunt, anno 1548.

Ioannis Pedij Tethingeri ludimagiſtri Friburgenſis, Claſmata declinationum, item de præteritis & ſupinis verborum, &c. Liber impreſſus Friburgi, 1543. in 8. chartis 6.

Ioannis Pelliſonis Condrienſis rudimenta prima Latinæ Grammatices, excuſa Lugduni apud Sebaſt. Gryphium, 1531. & Lutetiæ apud Robertum Stephanũ, qui & reliqua Pelliſonis impreſſit.

Modus

Digitized by Google

*Modus examinandæ conſtructionis in oratione, apud eoſdem impreſſus. Deſpanterianæ grammatices epitome, apud eoſdem impreſſa. Idem opus inſcribitur aliâs, contextus vniuerſæ Grãmatices Deſpanterianæ, à Ioan. Pelliſone authore recognitus & auctus. Oratio in laudem Cardinalis Turnonij, excuſa apud Gryphium, anno 1534. Claruit anno Domini 1529.*

Ioannis *Pelſers examen chirurgorum.*

Ioannes *Pena, Monſterijs prouinciæ Narbonenſis non procul Aquis Sextijs oriundus, annos natus 27. Mathematicas artes Lutetiæ profeſſus eſt, regis auctoramento, Euclidis Opticis à ſe conuerſis de Græco, ac multis demonſtrationibus locupletatis, præfixit Encomium Optices, in quo iucundiſſimæ diſceptationes & in primis arduæ, De epicyclis, eccentricis, abſidibus, apogijs & perigeis orbium & ſyderum, de quiete terræ & motu, omniumque parallaxeos, ex artis principijs excogitatis nouis argumentis expediuntur. Catoptrica necnon Muſica iam octingentos annos amiſſa, neque dum Latina facta, innumeris mendoſa, lacera, luxataq; locis, luculentiſſimis adiectis demonſtrationibus priſtino nitori reſtituit. Spherica Theodoſij Latio donauit. Eius meditationes in Heronis mechanica, & lucubrationes ad 15. libros Geometricos Euclidis, in eoſdem methodus noua nondum lucem viderunt, morte præreptus, 1559. Cætera Wechelus impreſſit in quarto.*

Ioannis *Peregrini Petroſelani, conuiualium ſermonum liber, iocis ac ſalibus non impudicis, neque laſciuis refertus: quibus admixtæ ſunt nonnunquam iucundæ & veræ narrationes, eaq; omnia ex varijs cum veterum tum recentium monumentis decerpta. Impreſſa Baſileæ apud Weſthemerum, anno 1542. vnà cum Fortianis quæſtionibus, in quibus varia Italorum ingenia explicantur, &c. Claruit anno 1541.*

Ioannes *Perennius Burenſis, natione Germanus, ſcripſit elegias de aliquot parabolis noui Teſtamenti, quæ excuſæ ſunt Witenbergæ.*

* Ioannis *Perellij Xiueríenſis Germani, Dialogus de Catholica doctrina, de rebus ſocietatis Ieſu aduerſus Rodingum Haſſum. 8. Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium. Eiuſdem Theſſaurus piarum & Chriſtianarum inſtitutionum in Catholicæ iuuentutis, præſertim verò Sodalitatis Deiparæ virginis editus. 8. Ingolſtadij, 1580.*

Ioannes *Perellus, natione Gallus, Theodori Gazæ librum, de Menſibus Atticis Latinum fecit, cui adiunxit explicationem de ratione Lunæ & epactarum, ſecundum Gazam, cum tabula perfecti ambitus annorum intercalarium, vel anni intercalaris Attici. Rober. Winter excudit Baſileæ, anno 1536. adiecto etiam Græco Theodori libello. Claruit anno 1535.*

* Ioannes *Peringius Burecenſis, Collegit ex tribus Laurentij Vallæ, de vero bono libris ad puerorum vtilitatem, quaſdam familiares orationes quotidiano ſermone accommodatas, adiecta enarratione locorũ difficillium, adiunctaq; exhortatione pro iuuentute ad linguam ſacram. Diuiniſſima cãtica ex veteri & noua lege, id eſt, Biblijs euulgauit, adiecto & ſuo & Tunicij Epigrãmate: omnia ſunt partim Coloniæ, partim Monaſterij excuſa. Recudi quoq; curauit Monaſterij per Zuiuelium primã partem Pſalterij ex editione Iacobi Stapulenſis, non ſolùm præmiſſo ſuo, & Tunicij epigrãmate, ſed etiam prolixa præfatione ad Timannum Rectorem, quem ibi ampliſſime commendat. Scripſit in multorum aliorum ſcripta Epigrammata commendatoria, vt in Buſchij triplex Pſalterium Mariæ virginis carmine ſcriptum. In Timanni phyſicam, in Grãmaticam Perotti. Collegit quoque ſelectiores epiſtolas Plinij præmiſſa præfatione. Dicitur mortuus eſſe in patria Buricenæ vltra Rhenum à regione Weſaliæ vrbis. Herman. Hamelman.*

Ioannis *de Peruſio Deſcriptio terræ ſanctæ, cum tabula alphabetica omnium locorum. Extat manuſcripta in biblioth. Grataroli. Fuit monachus & in illis locis vixit.*

Ioannes *Peſſelius Tylanus. Vide in Ioan. Piſcatorio.*

Ioannis *Petrei Admonitio, ne fides habeatur clamoribus Flaccianorum damnantium Miſnicas eccleſias, ſed vt ipſorum contentiones & rixæ caueantur. Witenbergæ, Germanice, 1571. Explicatio Pſalm. 91. Lipſiæ Germanice.*

Ioannes *Petrucius Peruſinus* I.C.

Ioannis *Petri Arluni commentatio, Vinúmne mixtum an meracum obnoxijs iuncturarum doloribus magis conueniat, edita.*

Ioannes *Petrus Bracchus Placentinus traduxit duas Demoſthenis orationes, & Luciani dialogos quoſdam. Præterea quædam ſcripſit carmine, & quædam ad ius ciuile pertinentia.*

Ioannis *Petri Cermenati Mediolanẽſis rapſodia de recta regnorum ac rerumpub. adminiſtratione, deq; principum moribus. Lugduni Ludouicus et Carolus Peſnot fratres, 1561.*

Ioannis *Petri Contareni, hiſtoria de bello nuper Venetijs à Selimo* II. *Turcarum Imperatore illato, Italice primũ ſcripta & edita, & poſtea in Latinum ſermonem conuerſa à Ioanne Nicolao Stupano. Eiuſdem Europæ totius, partis Aſiæ, ac littorum Africe deſcriptio.*

Ioannis *Petri Craſſi epiſcopi Viterbienſis, Epiſtolæ duæ impreſſæ in volumine epiſtolarum clarorum virorum.*

Ioannis *Petri de Ferrarijs, de Papia, iuris vtriuſque practica, impreſſa Lugd. apud Steph. Gueynard* 1515. *Eadem practica illuſtrata additionibus Franciſci de Curte: additis etiam rerum ſummis à Ioan. Ricio Veneto, Francof. impreſſa eſt 1570. *Recens verò Ioan. Antonij Maſueri Caramunenſis innumeris acceſſionibus locupletata, adiectis ſuis locis receptarum ſententiarum forenſium quæſtionum, & deciſionum centurijs, cum indice duplici. Fol. Coloniæ apud Geruinum Calenium, &c.*

Ioannis *Petri Merendæ, Brixiani, de euacuatione liber impreſſus. Eiuſdem de ratione victus in morbis cõmentarium. Ioan. Opor. ſub prælo habet.*



Digitized by Google

Ioannis Petri Paſeutij Bodiani, artis metricæ tractatus. Eiuſdem de cõponenda epiſtola tractatus cum capite vno de punctis, & altero de accentibus. Eiuſdem de ſtyli imitatione tractatus: omnia hæc Romæ excuſa ſunt, anno Domini 1517. in 4. Et Venetijs apud Auguſtinum Mediolanenſem, 1544. addito tractatu, De dignitate, copia, pedibus in oratione ſeruandis.

Ioannes Petrus Pherettus Rauennas, epiſcopus Mylenſis, multa iuuenis ſoluta oratione & carmine varij generis perſcripſit.

Ioannes Petrus Valla, Georgij Vallæ Placentini filius, præfatus eſt in opus patris de Expetendis et fugiendis rebus. Succidanea medicamina, vulgo adſcripta Galeno, Latina fecit, quæ impreſſa habentur ex eius interpretatione. Commentarios ſcripſit in Comœdias Plauti, vt à patre interpretante didicerat: impreſſos Venetijs, 1521. cum Bernardi Saraceni quoque commentarijs, & Pij Bononien. obſeruationibus.

Ioannis Petri Zuengel, liber formularum Germanicus, 1568. Francofurti in folio.

Ioannes Petſan, ſcripſit de Perſpectiua, liber impreſſus.

* Ioannis Petterſtam, Chronica Holſatiæ & Stiriæ, Germanice. Francofurti, 1557.

Ioannis Pezibram Boemi, tractatus de ſeptem ſacramentis & ceremonijs eccleſiæ, excuſus cum hiſtoria Boemica Ioannis Cochlæi. Eiuſdem liber de articulis Wiclephi, & de fidei profeßione, & alia quædam eiuſdem argumenti allegantur à Cochlæo in hiſtoria Hußi.

Ioannes Pfeffinger, Lipſenſis eccleſiæ paſtor, ſcripſit de gradibus & vocatione miniſtrorum in eccleſia Dei, concluſiones ad diſputandum propoſitas, & excuſas Lipſiæ, anno 1550. apud Valentinum Papam. Item de capite 5. Matthæi concluſiones, cum confeßione doctrinæ & fidei: libellus ab eodem excuſus, eodem anno. Idem edidit librum Germanicum de Adiaphoris. Item alium contra dolos & fraudes, quibus diuinam veritatem quidam labefactare conantur. Præterea librum conſolationum deſumptarum ex verbo Dei. Item concionem in funere Iuſti Menij habitam. Witenbergæ, 1569. * Eiuſdem methodica enarratio vniuerſæ hiſtoriæ Ieſu Chriſti, additis formulis precum: emendata ab authore paulo ante ſuum ex hac vita exitum: & per Ioannem Salmutenſem edita, Germanice. In 8. Lipſiæ, anno 1582.

Ioannis Pfefferkorn, baptizati Iudæi, Speculum adhortationis Iudaicæ ad Chriſtum, impreſſum Coloniæ. Fuit inter aduerſarios optimi viri Ioannis Reuchlini.

Ioannes Pfeffer de Widenberg, natione Francus Orientalis, ſcripſit opus inſigne ſuper epiſtolis Pauli, quod publice lectum vocauit Directorium ſacerdotale lib. 13. & alia complura. Vixit anno Domini 1490.

Ioannes Phernandus, natione Germanus, ſcripſit de S. Ioanne Baptiſta lib. 1. Orationes multas & varias lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Carmina & Epigrammata plura. Item horas ſanctæ Crucis, & compaßionis S. Mariæ virginis eleganti carmine, quæ Pariſijs impreſſa circumferuntur. Vixit 1494.

Ioannes Philadelphienſis, Lydus, ſcripſit de menſibus lib. 1. & alium de ſignis tempeſtatum, & mathematica nonnulla ad Gabrielem quendam hyparchum. Suidas.

Ioannis Philippi Ingraßiæ Siculi, Rachelbutenſis, De tumoribus præter naturã, tomus primus, ex Græcis & Arabibus. Impreſſus Neapoli, 1553. Promittũtur etiam ſex alij tomi. Eiuſdem Quæſtio de purgatione per medicamentum, atq; obiter etiam de ſanguinis mißione, an ſexta morbi die fieri poſſint, &c. Eiuſdem Enarratio & curatio caſus Illuſtrißimi ducis Terræ nouæ: è quibus tum penetrantis in thorace vulneris, tum fiſtulæ curandæ methodus eluceſcit: cum nonnullis alijs quæſtionibus, de victus ratione in morbis, & de veterinaria medicina. Venetijs, 1568. in 4. Iatrologia eiuſdem ibidem apud Gryphium in 16.

Ioannes Philippus de Lignamine Meſſanenſis Siculus, ſcripſit ad Sixtum Papam IIII. De vnoquoq; cibo & potu, vtili homini, & nocino & eorum primis qualitatibus.

Ioannis Philonij Dugonis Chriſtianarum inſtitutionum libr. 4. in quibus ad mores Chriſto & homine Chriſtiano dignos, pacemq; & vnitatem eccleſiæ eleganter, erudite, modeſte euocantur ſummi & infimi. Alexander Wiſſenhorn excudit Auguſtæ Vindelicorum, anno 1538. Vide in Ioanne Dugone Philonio.

Ioannes Phreas Britannus, vertit Syneſium de caluitio. Impreſſa eſt hæc verſio Baſileæ apud Io. Frobenium, cum Moria Eraſmi.

Ioannes Picardus, citatur in Chryſopaſſo Ioan. Eccij.

Ioannis Picardi Confitendi formula excuſa Pariſijs à Petro Vidoueo, anno 1544.

Ioannis Picardi Touteriani, De priſca Celtopædia lib. 5. quibus admiranda priſcorum Gallorum doctrina & eruditio oſtenditur. Matthæus Dauid Pariſijs, 1556.

Ioannes Pictamienſis antiſtes, natione Anglus ſcripſit inuectiuas in Thomam Becketum, & defenſionem Henrici II. Anglorum regis. Claruit anno 1181.

Ioannes Picus, comes Mirandulanus, &c. ſcripſit multa, ex quibus extant: Heptaplus ſuper principium Geneſis. item Nongentæ concluſiones philoſophicæ. Apologia. Item ſuper Pſalm. lib. 1. & alia. Eius opera impreſſa Argentinæ, anno 1504. ſunt hæc: Heptaplus de opere ſex dierum Geneſeos, ſeptemplici varia enarratione compoſitus, & in totidem capita diſtinctus. Deprecatoria ad Deum elegiaco carmine. Apologia tredecim quæſtionũ, quæ inter 900. concluſiones eius continentur. Tractatus de ente & vno. Oratio de hominis dignitate, epiſtolæ plures. Diſputationum aduerſus aſtrologos lib. 12. Concluſiones nongentæ in omni genere ſcientiarum, quas olim Ioa. Picus iuuenili ardore impulſus

Romæ

dum veritatem carnis ſuæ, veram humanam aſſumpſiſſe creaturam: Simul etiam exentiuntur loci, qui ſecus ac diuerſum ſonare videntur. Libellus excuſus eſt Auguſtæ ab Hen. Steiner, anno 1544. in 8. chartis 3. Claruit anno 1554.

Ioannis Piſtorij, de vera curandæ peſtis ratione lib. 1. Francofurti per Hieronymum Feyrabend, 1568. in octauo.

Ioannis Piſtorij à Worden, primi exuſti apud Hollandos ob Euangelium, vita & diſputationes cum Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis habitæ, potiſſimum ſuper coniugio ſacerdotali & hominum decretis, per Gul. Gnapheum. Item oratio apologetica pro captiuo Wordenate de indicto ſacerdotibus cœlibatu. Excuſa ſunt Argentinæ.

Ioannis Piſtoris abbatis cuiuſdam dialogus de fato & fortuna, cui nomen Paracletus.

Ioannis Pithſani Cantuarienſis archiepiſcopi liber de Oculo morali, diſtinctus in 15. capita. Forſan idem cum Ioanne Pethſan.

Ioannes Placentinus, Germanus natione, ſcripſit Catalogum epiſcoporum Tungrenſium lib. 1. Iacobus Meier.

Ioannes Placotomus ſcripſit commentaria in libellum Eobani Heſsi, de Tuenda bona valetudine. Excuſa Francfordiæ apud Egenolphū. Eiuſdem liber de Cereuiſia, & propoſitiones de ebrietate & de cauſa continente, editæ cum commentarijs in Eobani librum de Tuenda bona valetudine. Ratio docendi iuuentutem à primo inſtitutionis anno, vſque dum in Academias tranſmitti commode poſſit. Tradit autem gradus præceptorum, exemplorum & exercitiorum per quos pueri rectiſſime & breuiſſime ad mediocrem vtriuſq; linguæ & generalem philoſophiæ moralis potiſſimum cognitionem cum pietate perduci poſſint. Libellus excuſus Lipſiæ in officina Voegeliana 1566. in 8. Eiuſdem de cauſa contemptus medicinæ. Examē ſententiæ Leonhardi Fuchſij in ſecundo libro ipſius medicinæ inſtitutionum proditæ. De deſtillationibus Chymicis. De temperamentis ſandalorum & Camphoræ. Pharmacopœæ compendium. Diſpenſatorium vſitatiſſimorū hoc tempore medicamentorum deſcriptiones continens. Aphoriſmi Hippocratis in locos communes ordine doctrinæ compoſitiuæ in vſum tyronum medicinæ digeſti. Sententiæ præcipue ex Cornelio Celſo. Thomata contra verſores medicinæ in linguam Germanicam.

Ioannes Plaeth, natione Germanus, ſcripſit ſuper primo c. Decretalium lib. 1. Contra Bohemos lib. 1. Quæſtiones ſententiarum lib. 1. Sermones plures. Quæſtiones varias, & quædam alia. Claruit anno 1430.

Ioannes Plagiarius de Senis, inter iuris ciuilis vel canonici ſcriptores citatur in Summa Angelica.

* Ioannis Planerij Febrium omnium ſimplicium diuiſio, & compoſitio, ex Galeno & Auicenna excerpta, & in arbores, vt facilius intelligatur, redacta. 4. Venetijs.

* Ioannis à Planis Siculi, Lima ſeu Dictionarium poeticum, vbi de accentibus, de ſyllabis, de nominum verborumq; incrementis, multiſque regulis adiectis Ciceronis, Quintiliani ac Seruij, ex Vergilio & Poetarum fabulis collectis, agitur, quarto, Venetijs.

Ioannes Plantagenet, Anglorum rex, Henrici ſecundi iunior filius, ſcripſit Leges Reipub. Anglicanæ lib. 1. Leges Hybernenſium lib. 1. Chartam libertatū Angliæ lib. 1. Statuta regalia lib. 1. Ad barones de ſua victoria epiſt. 1. Ad Ciſtercienſes monachos epiſt. 1. Ad monachos Burienſes epiſt. 10. Ad monachos D. Albani epiſt. 1. Ad Epiſcopum Wintonienſem epiſt. 1. Ad matrem Alienoram epiſt. 1. Ad Cantuarienſes pro Grayo epiſt. 1. Ad Innocentium contra Stephanum epiſt. 1. Comminatorias ad eundem epiſt. 2. De ſua ſubmiſſione epiſt. 1. Super charta obligatoria epiſt. 1. Conceſſionem inueſtiturarum epiſt. 1. Ad Epiſcopos Angliæ epiſt. 1. Ad Richardum Londinenſem epiſt. 1. Ad Vicecomites Angliæ epiſt. 1. Ad Stephanum Cantuarienſem epiſt. 4. Ad Philippum Francorum regem epiſt. 1. Ad Northumbriæ comitem epiſt. 1. Ad Clerum Wigornienſem epiſt. 1. Ad regni magnates epiſt. plures. Ad Guilhelmum Londinenſem epiſt. 1. Ad Euſtachium Elygenſem epiſt. 1. Ad Papam contra Barones epiſt. 1. Ad Londinenſes pro pretore epiſt. 1. Ad Hyppeſuicenſes epiſt. 1. Ad Dunuuicenſes epiſt. 1. Ad Nordouicenſes epiſt. 1. Obijt veneno ſublatus, anno 1217. Baleus.

Ioannes de Platea Bononienſis, citatur in ſumma Angelica. Commentarij eius ſuper Inſtit. impreſſi ſunt Lugduni & Tridini, 1519. item ſuper tribus libris Codicis. Lugduni, 1528.

Ioannis Plateari, Salernitani, practica breuis, impreſſa Venetijs apud Octauian. Scotum, 1497. cum operibus Ioannis Serapionis. Item liber de medicamentis ſimplicibus, ordine alphabeti, impreſſus Lugduni, cum Nicolai præpoſiti Diſpenſario, vt vocant.

Ioannes Plough, patria Notinganienſis, ſcripſit aduerſus Porcarium Apologiam pro Proteſtantibus lib. 1. Contra mitratos in regno Papiſtico lib. 1. Tragicæ tubæ ſonitum. Super aduerbijs Euchariſticis. Vixit Baſileæ, anno 1558. Baleus.

Ioannes Poblatio, ſcripſit de vſu aſtrolabij.

Ioannes de Podio, Gallus, Inquiſitor Toloſanus, ſcripſit Chronicon lib. 1. Et alia quædam. Nicolaus Bertrandus.

Ioannis Polanci theologi ſocietatis Ieſu, Directorium ad confeſſarij ac confitentis munus recte obeundum. Item de frequenti vſu Euchariſtiæ Antuerpiæ Ioan. Withagius, anno 1556. & Venetijs, 1554.

Ioannes Pole, Anglus, ſcripſit vitam S. Walpurgi virginis, ac de miraculis eiuſdem. Claruit anno 1430.

Ioannes Poleſtede, Sudouolcas, Carmelita, ſcripſit Commentarios ſententiarum libr. 4. In Ariſtotelis Phyſica libr. 8. Conciones per annum. Indices in Auguſtinum. Obijt Eboraci, anno Domini 1541.

Ioannes

* Ioannis Priſæi Defenſio hiſtoriæ Britanicæ. in quarto. Londini.

Ioannis Pſelli verſus aliquot Græci in tres ſanctos Hierarchas, Chryſoſtomum, Gregorium, & Baſilium. Item in ſeptem ſanctas ſynodos: impreßi cum Cyri Theodori Prodromi epigrammatis. Baſileæ.

Ioannes Pulcher Schuandorfenſis, in lucem edidit faſcitulum tricimiorum Chriſtiani Hollandi Monachij, 1573.

Ioannes Pullanus Eboracenſis, ſcripſit contra quoſdam Arrianos lib. 1. Tranſtulit in Anglica metra compte ac nitide, Eccleſiaſten Salomonis lib. 1. Hiſtoriam Suſannæ lib. 1. Hiſtoriam Iudith lib. 1. Hiſtoriam Heſter lib. 1. Teſtamenta 12. patriarcharum lib. In Germania nunc viuit. Bal.

Ioannis Pupperi de libertate Chriſtiana liber, impreſſus.

Ioannes Purney, Anglus, Wicleui olim diſcipulus, ſcripſit de oratione ſoli Deo dirigenda lib. 1. Concordiam ſcripturarum & canonum de obliquo ſtatu cleri. De libera verbi functione. Symbolum ſuæ fidei. Pro doctrina Wicleui. Reuocationem ſeptem articulorum. Commentarium in Apocalypſim. De Euchariſtiæ profanatione. Contra cleri iniuſtas poſſeßiones. In Antichriſti ſynagogam. De vero ſacramentorum vſu. De verbi diuini efficacia. De poteſtate clauium. De votis & mendicitate. De miniſtrorum correctione. Claruit anno Domini 1421.

Ioannes Eyke Hiſtoricus, Latine compoſuit de Regibus Angloſaxonum lib. 1. De regibus ex Danis lib. 1. Claruit anno 1115. Baleus.

Ioannes Pyrrhus Anglobermæus Iureconſultus Aurelienſis, ſcripſit Additiones ad Petrum Rebuffum in tres libros Codicis. Tractatum Suitatis, qui citatur à Fichardo in vita Angeli Peruſini. Perijt vitiatis hauſtu pulueris præcordijs, quo tempore arx Mediolani de cœlo tacta eſt, oppreßis 120. cuſtodibus. Alciatus in Parerg. hæc quoque Pyrrhi recenſentur in Indice librorum iuris. De magiſtratibus Romanis. Item de regulis iuris. Comment. in Conſuetudines Aurelianenſes. Super 2. ff. veteris. Si cert. petatur. l. lecta. & de actionibus empt. l. ſi iactum retis. Item ſuper 2. ff. noui. l. 4. Parag. Cato. De donatione mutua inter virum & vxorem.

Ioannis Pyſienſis ordinis Prædicatorum, Lectura ſuper omnes libros ſententiarum, contra corruptorium B. Thomæ. De tranſſubſtantiatione panis & vini in ſacramento. De vnitate eſſe & eſſentiæ in creaturis. De aduentu Antichriſti. Manuſcripta apud M. Dreß.

Ioannes Quinquarboreus, Auicennæ libri tertij, Fen ſecundam, quæ eſt de ægritudinibus neruorum, ex Hebraica Latinam fecit. Pariſijs apud Maternum Iuuenem 1570. in octauo. Item libri tertij Fen primæ tractatum quartum, in quo ſcribit de ægritudinibus capitis & noxa multa illarum in functionibus ſenſus & moderaminis, ſiue partis rectricis. Ibidem anno 1572. Eiuſdem Grammatica Hebræa in 4. (ni fallor) excuſa.

Ioannes Quintianus medicus, Italus, Galeni ſcripta nonnulla de diebus criticis redarguit. Claruit Venetijs, anno Domini 1546.

Ioannis Quintini theologi ſermones dominicales excerpti ex doctore de Aquevilla, impreßi Pariſijs & emendati à Ludouico Vaſario.

Ioannes Quintinus Heduus, natione Gallus, Chriſtianæ ciuitatis ariſtocratiam edidit, qua deſcriptio pontificij & regij imperij continetur, in ca. Nouit. de Iud. Obiter etiam hic aliquid annotatum in reſponſum Vlpiani de mero & miſto imperio. Wechelus excudit Pariſijs. Eiuſdem exegeſis concilij cuiuſdam generalis, in vno beneficiorum multitudinem vetantis. 3. lib. Decret. Gregorianarum, cap. 8. Tit. 5. ibidem excuſa. Melitæ inſulæ deſcriptio, impreſſa Lugduni apud Gryphium 1536. & Pariſijs apud Wechelum. Tractatus de ventis & nautica buxula ventorum indice, ibidem impreſſus apud Wechelum. Scholia in Tertulliani librum de præſcriptionibus hæreticorum Pariſijs 1561. in 4. Commentarij in canon. Apoſtolor. & ſynodũ Gangrenſem. Ibidem.

Ioannis Renerij ecloga quædam excuſa eſt Baſileæ ab Oporino.

Ioannes Reneriſus medicus, Practicam Dionyſij Fontanoni, edidit, & ſingulis capitum initijs, morborum cauſas & ſigna ex Galeno, Paulo Ægineta, atque Ætio adiecit.

Ioannis Ragij Æſticampiani Luſatij Germani, Sapphicum carmẽ ad ſtudioſos eloquentiæ, cum doctorum virorum epigrammatibus. Nicolai Weidemani, Hieronymi, Vlrici Hutteni, Viti Werleri Valeriani Sifridi. Idem edidit præcepta Grammatica. In Martianum Capellam præfatus eſt, & in quaſdam Plauti comœdias. In libros oratorios Ciceronis. Scripſit Phalatium in librum Wimpfeling. De integritate.

Ioannes de Raguſio, ordinis fratrum prædicatorum, ſcripſit opus inſtructum ad patres concilij Baſilienſis, contra Hußitas lib. 1. Vixit anno 14[illegible]. Scripſit etiam de communione Laicorum ſub vtraque ſpecie lib. 1. Arnoldus Boſcius.

Ioannes Raimundus Conſtantini Hermenopuli epitomati iuris à Bernardo Rey tranſlato, adiecit indices duos, & breues annotationes. Liber excuſus Lugduni anno Domini 1549. in 8.

Ioannes Rainaudus, vel Rainaldus, ſcripſit Comprenſorium feudale, ſuper rub. & c. imperialem de probi. aliena. per Fridericum. De origine iuris. De menſuris. De monetis & ipſarum valore. De nobilitate. De ſuitate.

Ioannis Rainerij oratio de ciuitatis recta inſtitutione, deq; reipub. tranquillitate & gloria ſeruanda, & de Lugdunenſis vrbis origine, deq; eiuſdem laudibus, dignitate atq; præſtantia: excuſa Lugduni apud fratres Trechſel. 1531. De Remundi Peliſonis ac vrbis Camberij laudibus oratio, impreſſa ibidem apud Gryphium. Scholia in libros elegantiarum Laur. Vallæ, cum eiſdem impreſſa Baſileæ.

Ioannes abbas Raitenſis, ſcripſit commendationem Ioannis Scholaſtici, & Climacis, libri ab eo editi,

Digitized by Google

*melodias odarum Georgij Fabricij, quibus omnia apud Latinos carminum genera comprehendit, & ad vſum ſcholarum ex eccleſiaſticis & prophanis poetis ad ſingulas odas annotauit. Lipſiæ excudit Wolfgangus Guntherus, anno D.1554.*

Ioannis *regis Portugalliæ epiſtola legitur libro 10. epiſtolarum Ang. Politiani.*

Ioannes *Rhellicanus Tigurinus, Gaſparis Megandri catechiſmum è Germanico Latinum fecit, vt ſuprà dixi. Homeri vitam ex Plutarcho Latinitate donauit, & annotationes marginibus adiecit: in fine carmen Stockhornias, quo deſcribit iter animi gratia factum per montem eius nominis in agro Bernenſi. Rob. Winter excudit Baſileæ 1537. in C. Iulij Cæſaris & A. Hirtij ſeu Opij commentaria de bello Gallico, Ciuili, Pompeiano, Alexandrino, Africano & Hiſpanienſi, annotationes, in quibus multa contextus loca partim exemplariorum collatione, partim coniecturis emendantur: impreſſæ Baſileæ, 1543. Eiuſdem carmen quo Tigurum alloquitur, præfixum eſt anotationibus Zumglij in euangeliſtas. Item aliud de Bibliotheca Bernenſi additum eſt annotationibus Megandri in epiſtolam ad Galatas. Item carmen de tribus Badenæ ob euangelium decollatis. Claruit anno Domini 1538.*

Ioannes *Rheſus, patria Vallus, Cambrus vel Britannus, eques auratus, pro ſuis Britannis plura aduerſus Polydorum Vergilium ſcripſit latine, præſertim opus cui pro titulo addidit, Fidem Hiſtoriæ Britannicæ, Contra calumniantem Polydorum lib.1. Pro rege Arthuro lib.1. De varijs antiquitatibus lib.1. Tractatum de Euchariſtia lib.1. Claruit anno 1550. Baleus.*

* Ioannis *à Riberteria Turonenſis, Topicon Iuris, libri quatuor, quibus ad ciuilis philoſophiæ ſtudium facilis patet aditus. His accedit liber, quo diſputandi in iure forma continetur, variæq; & quotidianæ iuris quæſtiones deciduntur. 8. Pariſijs.*

Ioannes *Ribittus, natione Gallus, tranſtulit opuſcula quædam Xenophontis, quæ hactenus Latine reddita non habebantur, nempe Sympoſium, de repub. Athenienſium, de vectigalibus, & Hipparchicum. Ea cum reliquis Latinitate donatis operibus Xenophontis, Iſingrinius Baſileæ excudit. Item locos aliquot communes ſacros ex vtroq; Teſtamento & plurimis veterum Græcorum, collectos ab Antonio quodam monacho, Latinos fecit, excuſos Tiguri apud Froſchouerum, anno Domini 1546. Eiuſdem explanatio loci ad Hebræos 7. Lex nihil perfecit, excuſa Baſileæ apud Iacobum Parcum anno Domini 1554. Eiuſdem diſputatio, an Iudas proditor cœnæ Dominicæ interfuerit Baſileæ in 8. Epigrammata Cyri Theodori Prodromi in Latinū tranſtulit. Geneuæ excudit Criſpinus.*

Ioannis *Richardi Oſanæi, I. C. & Imperialis Cameræ Iudicij aſſeſſoris, Diſputatio canonica de decimis. Ingolſtadij. 1572.* * *Idem D. Viglij Zuichemi Prælectiones in Titulum Pandectarum, de rebus creditis, & ad titulum Codicis Iuſtinianei, de edicti D. Adriani tollendo, in gratiam ſtudioſorū luce donauit. 8. Coloniæ, anno 1582.*

Ioannes *Richardus I. C. & mathematicus Argentinenſis. Philippi Melanchtonis declamationes optimo ordine in tres tomos diſtinxit, & edidit. Argentorati, anno 1570. Idem edidit Lud. Bebionis Erotemata in libros Inſtitutionum. Argentinæ, anno D.1571.*

Ioannis *Richij Annoueriaceni carmen heroicum, de nuptijs Waldecenſis Volradi & Anaſtaſiæ comitis Schwarzeburgenſis filiæ, res geſtas quorundam comitum Waldecenſium complectens. Item pſalmi 31. Paraphraſis elegiaca, liber impreſſus Marpurgi in 4. chartis 5. Eiuſdem epitaphia duorum Lotharingiæ ducum adiecta ſunt deſcriptioni Galliæ Gilberti Cognati. Eiuſdem carmen propempticum D. Franciſco à Stiten in Liuoniam abeunti, excuſum Marpurgi, anno 1546.*

Ioannes *Ricius Venetus I. C. doctiſsimas rerum ſummas practicæ Ioannis Petri de Ferrarijs adiecit. Francofurti, anno 1570.*

Ioannes *Rideuall, Franciſcanus, vel vt alij volunt Auguſtinianus, ſcripſit ſuper Pſalterium lib.1. In Cantica Canticorum lib.1. In Euangelium Ioannis lib.1. In Epiſtolas Pauli lib.14. In Auguſtinum de ciuitate Dei libr.12. In Mythologicon Fulgentij lib.3. In Valerium ad Rufinum lib.1. In Ouidij Metamorphoſim lib.1. Quæſtiones 8. ordinarias lib.1. De non ducenda vxore lib.1. Sermones per annum lib.1. Lecturas ſcripturarum lib.1. Claruit anno 1330. Baleus.*

* Ioannis *Riochi ordinis minorū compendium, temporum & hiſtoriarum eccleſiaſticarum ab aſcenſione Chriſti, vſque ad noſtra tempora. 8. Pariſijs anno 1579.*

Ioannes *de Rippa in Sententias manuſcriptus in Sorbona & apud M. Dreſſerum.*

Ioannes *de Ripolis, theologiæ ſcriptor, citatur in ſumma Angelica.*

Ioannis *Riuij Atthendorienſis Caſtigationes plurimorum ex Terentio locorum, in quibus obiter quidam explicati ſunt: Io. Gymnicus impreſſit Coloniæ, 1532. Caſtigationes locorum quorundam ex Bruto M. T. Ciceronis, & ex Oratore, & epiſtolis familiaribus eiuſdem, adiecta nonnullorum explicatione: Io. Soter excudit Salingiaci, 1537. Caſtigationes aliquot locorum Saluſtij, Item librorum Ciceronis de Officijs, de amicitia, de ſenectute. Deſcriptio Marienbergi, impreſ. Lipſiæ, anno D.1541. De inſtaurata renouataq; doctrina eccleſiaſtica libellus, ibidem impreſſus. De ijs diſciplinis, quæ de ſermone agunt, vt ſunt Grammatica, Dialectica, Rhetorica, libri 18. exc. Lipſiæ, anno 1543. & Baſileæ apud Ioan. Oporinum 1551. De familiari cuiuſque genio, ſeu de præſidio angelico libellus impreſſus Lipſiæ. De conſcientia lib.3. Aſſertio communionis ſub vtraq; ſpecie, contenta quatuor epiſtolis ad Io. Fabianum. Epiſtola, de ſola fide, de ſpectris & apparitionibus vmbrarum, ſeu de veteri ſuperſtitione lib.1. De conſilio Dei in celando myſterio redemptionis humanæ libri tres, excuſi Baſileæ apud Io. Opor. 1545. Quo pacto ſe iuuentus in hiſce religionis diſsidijs gerere debeat lib.2. impreſsi Baſi-*

leæ

Digitized by Google

ſileæ 1546. De ſtultitia mortalium in procraſtinanda correctione vitæ. de Conſolandis ægrotantibus, iiſdemq́ ad mortem animandis liber: de erroribus Pontificiorum, ſeu de abuſibus eccleſiaſticis: item excuſa Baſileæ, anno 1546. de ſeculi noſtri felicitate, & hominum erga Dei beneficia ingratitudine lib. 1. de titulo & inſcriptione ſalutiferæ crucis, libellus: de perpetuo conflictu piorum cum carne, mundo, diabolo, ſeu de luctu Chriſtiana: de officio paſtorali miniſtrorum eccleſiæ in pagis. De vero erga Deum amore: libri excuſi Baſileæ, año 1548. de perpetuo in terris gaudio piorum, libellus excuſus Baſileæ apud eundem, anno 1551. Opera eius theologica ſimul impreſſa ſunt vno volumine ab Oporino, in folio. * Adhæc ſcripſit de Schematibus ac figuris, & Grammaticis & Rethoricis, tractatum, qui Rethoricæ ab eo conſcriptæ, eſt liber ſecundus. in 8. Heidelbergæ per Iacobum Mylium. Eiuſdem ſtudio & opera, Locorum communium philoſophicorum, quibus veluti Græcæ Latinæq́ linguæ ſcriptorum, explicationis ratio & via, eiuſq́ vnà vſus in antiquiſſimo laudatiſſimoq́ priſcæ memoriæ Herodoto retexto, præeundo demonſtratur, Tomus primus: quo continentur Loci τῆς λογικῆς, Grammatici, Dialectici, Rhetorici. In folio. Glauchæ, ſuburbio Salinarum Saxonicarum.

Ioannes de Riuoforti, Gallus, Carmelita, ſcripſit Lecturam ſententiarum libr. 4. Quodlibeta quoque lib. 1. Determinationes lib. 1. De ſacramento altaris lib. 1. Atque alia. Claruit anno Domini 1400. Nicolaus Genton.

Ioannis Roberti anteceſſoris Aurelij, receptæ Iuris ciuilis lectionis libri duo. Aureliæ, anno D. 1571. in quarto.

Ioannes Robyns, Anglus, aſtronomus peritus, ſcripſit commentarium de Cometis, lib. 1. Ex bibliotheca regis.

Ioannis de Rochefort, tractatus Gallicus ad eccleſiam Gallicanam Argentorati, cuius ſe membrum fatetur, de ſacramento cœnæ, & præſentia corporis Chriſti, in quo eorum qui corporalem præſentiam ſtatuunt argumenta 13. ordine refutat, libellus excuſus in octauo. chartis ſeptem, anno Domini 1547.

Ioannes Rochus, de Papia, Italus, Auguſtinianus, ſcripſit de aduentu Domini lib. 1. pro tempore quadrageſimali lib. 1. Et alia. Mature tandem obijt, generalis obſeruantium ordinis ſui paſtor, anno Domini 1471. Ætatis anno 74. Iacobus Bergomenſis.

Ioannes Rode, abbas monaſterij ſancti Matthiæ Treueris, ordinis diui Benedicti, ſcripſit pro reformatione monachorum conſtitutiones vtiles lib. 1. De qualitate abbatis lib. 1. Vixit anno 1439.

Ioannes Rodericus Caſtelli Albi Luſitanus, ſcripſit in duos libros priores Dioſcoridis exegemata: vbi ſingulis capitibus Dioſcoridis philologiam præponit, id eſt nomenclaturas ſimplicium in varijs linguis, Hiſpanica, Luſitanica, Germanica, Teutonica (ſic Germaniæ inferioris linguam vocat) & Gallica Italicaq́ interdum: deinde iudicium quoq́ ſuum quod ad res ipſas ſingulis capitibus ſubiungit, Liber excuſus Antuerpiæ apud viduam Martini Cæſaris, anno D. 1536. in folio. chart. 30. Hic ſe poſtea Amatum nominauit.

Ioannes Roditon, monachus Anglicanus ex Benedictinorum inſtituto, ſcripſit in librum ſententiarum 4. replicationes ſcholaſticas. determinationes theologiæ. Vixit anno D. 1370.

* Ioannis Rodij, ſecundi Rocuſani admonitio de peſte. In 8. anno 1583. excuſa. Eiuſdem tractatus de liuore crimine diabolico. Item deſcriptio damni ex horrenda tempeſtate pago Rokhuſano illati, omnia Germanicè, in quarto. Erfordiæ anno Domini 1582.

* Ioannis Rodolphi Bygelij Tigurini poemata varia: velut Samſonis hiſtoria, de voto Nazir. In Ocni effigiem. De tribus Gratijs, In nuptias amicorum. De columbis. De armatura Chriſtiani militis. In funeribus illuſtrium virorum. Ad ſuos fautores & amicos. De ſuo natali. De origine Heluetiæ. Deniqueſeriem & ordinem conſulum Reipub. Tigurinæ tetraſtichis deſcripſit. Tiguri excudebat Froſchouerus, anno 1580.

Ioannes Rodophanta, miniſter eccleſiæ Marpurgenſis, edidit commentarios in Ioelem, excuſos Marpurgi anno Domini 1536. Idem aliquot apologias contra Papiſtas diuulgauit.

Ioannes Rogerius de Mota, ſcripſit ſuper 1. Digeſti veteris, De iudicijs. Super 1. Infortiati de teſtamentis. De pactis. Super 1. Codicis. Super 2. Decretalium, De cauſ. poſ. & propr.

Ioannes Rogerius Trocheus, De officio iudicis in cauſis capitalibus ex bono & æquo decidendis. De differentia iudiciorum bonæ fidei & ſtricti iuris.

Ioannes Rogers, tranſtulit omnes veteris ac noui teſtamenti libros in linguam Anglicam, ſcripſit hiſtorias à condito mundo ad ſua vſque tempora. item Indices Bibliorum. Claruit anno Domini 1548.

Ioannis de Roias libri aliquot de vſu & compoſitione aſtrolabij excuſi ſunt Pariſijs in quarto, apud Vaſcoſanum.

Ioannis Rokizanæ Boemi, Ioannis Huſſi diſcipuli, tractatus de ſeptem ſacramentis & cæremonijs eccleſiæ ſiue de non ſcriptis traditionibus excuſus eſt Moguntiæ cum hiſtoria Huſſitica Ioannis Cochlæi, & Lugduni apud Sebaſtianum de Honoratis, anno Domini 1558. Eiuſdem cum Pragenſi decano coram rege & ſtatibus illius inclyti regni diſceptatio, facta anno Domini 1465. IIII. Nonas Februarij, de quibuſdam articulis religionis, in qua diſceptatione partium ſtudio & clamoribus ſuperiores ſunt Decanus & ſui. Contra Rokizan ſcripſerunt epiſtolas aliquot Ioan. Capiſtranus & Franciſcus de Toleto.

Ioannes diaconus eccleſiæ Romanæ, ſcripſit ad Ioannem Papam ſeptimum vitam S. Gregorij Papæ primi lib. 4. & quædam alia. Claruit anno Domini 870.

Ioannis Romani Cremonenſis Caſalini Ma-

Digitized by Google

*ioritani Somnium. Eiuſdem Carminum liber. Lugdani Petrus Luccius princeps, 1540.*

Ioannes *Ronchegallus Gioldus, Ferrarienſis, ſcripſit in tit. Inſtitutionum, de bonorum poſſeſſio. & in 1. Digeſti noui, De duobus reis.*

Ioannis *Roſæ Commentarius in reliquias Academicarum quæſtionum M. Tullij Ciceronis, & eiuſdem quinque libros de finibus bonorum & malorum. Francofurti, 1571. * Eiuſdem Oratio de vita æterna. in octauo.*

Ioannis *de Roſellis Epularium nouum, de præparatione diuerſorum ciborum, condimentorum, &c. Italice.*

Ioannes *Roſſus Werwicenſis, Guideniti cliniaccola, ſcripſit de Academijs Britannicis librum, & in Matheſi quædam nobis ignota. Claruit circa annum Domini* 1290.

* Ioannes *Rotgerus Monaſterienſis ſcripſit elegidion in librum Marmellij.*

Ioannis *Royardi, ordinis fratrum minorum Oldenordenſis, id eſt è veteribus Neruijs, homiliæ in omnes epiſtolas dominicales iuxta literam, excuſæ ſunt Antuerpiæ à Ioan. Steelſio, anno Domini 1538. in 8. tomis duobus, quorum vnus hyemalem alter æſtiuam partẽ complectitur. Eiuſdem homiliæ per annum (neſcio an aliæ à ſuperioribus) excuſæ ſunt Lugduni, 1573. in 8.*

Ioannes *Rubus Hannonius, Harmoniam quatuor Euangeliſtarum in vnum hiſtoriæ corpus congeſſit: adiecta ſuis locis ordinis ac conſenſus ratione. Coloniæ, 1572. octauo.*

Ioannis *Ruellij medici Sueſſionenſis, natione Galli, de natura ſtirpium libri tres, impreſſi Lutetiæ apud Colinæum, & Baſileæ in officina Frobeniana, anno 1537. Pedacij Dioſcoridis de medica materia lib. 6. Ioanne Ruellio interprete, ab ipſo recogniti, impreſſi Baſileæ apud Iſingrinium, 1539. Actuarij de medicamentorum compoſitione liber, eodem interprete, impreſſus Pariſijs, & Baſileæ apud Rober. Winter. Scribonij Largi de compoſitione medicamentorum liber, eiuſdem opera à ſitu vindicatus, & impreſſus Baſileæ apud Cratandrum, 1529. Ex Abſyrto & alijs collecti veterinariæ medicinæ libri duo, eodem interprete, impreſſi Pariſijs apud Simonem Colinæum, 1530. Claruit anno 1536.*

Ioannes *Rufus, monachus Dominicanus, ſcripſit de Pontificibus Romanis lib. 1. De imperatoribus quoq; lib. 1. Annales ſuæ patriæ lib. 1. Clarŭit circa annum 1290. Baleus.*

* Ioannis *Rungij Pomerani de præcipuis viſus ſymptomatis eorumq́; cauſis phyſica & medica contemplatio. in 4. Baſileæ.*

Ioannes *de Rupe ſciſſa, ordinis fratrum Minorum, ſcripſit in vinculis ad quendam cardinalẽ, Reuelationes ſuas lib. 1. ſuper ſententias quoq; lib. 4. Scripſit etiã oraculum Cyrilli lib. 1. In vinculis diu apud ſuos manſit, quod prædixerit eccleſiæ deſolationem futurã. Ex Albienſi bibliotheca. Ioannis de Rupe ſciſſa, De conſideratione quintæ eſſentiæ rerum omnium opus egregium duobus libris diſtinctum, editum eſt Baſil. 1561. Vixit circa annũ 1240.*

Ioannes *de Rupella, ordinis fratrum Minorũ, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. ſummam virtutum & vitiorum lib. 1. De anima quoque lib. 1. Vixit anno* 1250.

Ioannis *Ruſbachij opera omnia ſunt excuſa Coloniæ apud hæredes Quenteli, anno Dom. 1552. Sunt autẽ hæc. Summa vitæ ſpiritualis. Speculum ſalutis æternæ. De tabernaculo Moſis. De præcipuis virtutibus tractatus. De fide & iudicio libellus. De quatuor tentationibus. De ſeptẽ cuſtodijs. De ſeptem gradibus amoris. De nuptijs ſpiritualibus lib. 3. De perfectione filiorum Dei. Regnum amantium Deum. De vera contemplatione. Epiſtolæ & cantiones. Claruit anno 1381.*

Ioannis *Ruſberi de ornatu ſpiritualium nuptiarum lib. 3. Primus de ornatu vitæ moralis & actiuæ. Secundus de ornatu vitæ ſpiritualis & affectiuæ. Tertius de ornatu vitæ ſupereſſentialis & contemplatiuæ. Excuſi Pariſijs in officina Colinæi, venduntur 3. ſolidis Gallicis.*

Ioannes *Ruſbrock, Prior canonicorum regularium Viridis Vallis in Brabantia, natione Germanus, ſcripſit patrio ſermone ad ædificationẽ ſimplicium quædam opuſcula, quæ per alium poſt eius mortem in Latinum conuerſa feruntur. De ornatu nuptiarum ſpiritualium lib. 3. De profectu religioſorum lib. 1. Epiſtolas exhortatorias lib. 1. Et quædam alia. Claruit anno 1390. Eius opera omnia Coloniæ Latine excuſa ſunt in folio. Laurentio Surio interprete, anno 1552.*

Ioannis *de Ruſſel commentarius ſuper cantica canticorum nondum impreſſus.*

Ioannes *Ruthenus, Conſtadianus aut Gnoſtopolitanus, Corpus emendatæ ſtructuræ Latini ſermonis libris ſex à Thoma Linacro conſcriptum, in typos aliquot luculentiſſimos contraxit. Liber excuſus à Ioan. Oporino, anno Domini 1554. in folio chart. 15. Eiuſdem tabulæ locorum communium præcipuorum veteris & noui teſtamenti, ab eodem excuſi. Idem Ioannis Francfordiani aurei compendij veteris ſimul ac noui teſtamenti libros quinque in certas tabulas digeſſit. Claruit anno 1554.*

Ioannes *Ryckes Euangelij luce apprehenſi in Anglica lingua, ſcripſit Imaginem diuini amoris lib. 1. Contra Papiſtarum blaſphemias lib. 1. Tranſtulit item, Othonis Brunfelſij Prognoſticon lib. Obijt anno 1536. Baleus.*

Ioannis *Ryſen lectura ſuper 1. 2. 3. & 4. Decretalium.*

Ioannis *Sabinenſis epiſcopi ſermones de ſanctis. In Pſalmos.*

Ioannes *Sacranius, ſcripſit de erroribus Ruthenorum.*

Ioannis *de Sacrobuſto liber de ſphæra, impreſſus Wittenbergæ, & olim Venetijs, cum additionibus quibuſdam. Eiuſdem autoris computus, anni & menſium deſcriptionem continens, ſimul excuſi in Germania, cum præfatione Philippi Melancht. Et Pariſijs apud Gulielmum Richardum, anno Domini 1543. Ioannes Halifax, ſeu de ſacro Boſco, Anglus, præter ſpheram, ſcripſit Algoriſmum*

quoque

*teria feudali, habetur inter conſilia Bruni.*

Ioannes *de ſancto Georgio Bononienſis. I.C. allegatur ſæpe à Domin. Geminiano.*

Ioannes *Sadoletus, ſcripſit ſuper ſecundo Infortiati. ſuper tit. de legatis* 1. *l. hæc verba. &* 1. *l.* 3. *Super* 1. *ff. noui. De confeßis.*

Ioannes *Sapidus Seleſtadienſis, natione Germanus, ſcripſit epigrammata quædam, & Epitaphia cum aliorum, tum Ioan. Oecolampadij, quæ Argentorati excuſa ſunt. eius Anabion, ſiue Lazarus rediuiuus, Comœdia noua et ſacra, Argentorati, anno Domini* 1539. *impreſſa eſt apud Cratonem Mylium. Et conſolatio de morte Alberti Marchionis Badenſis, ad Guilbelmum Bœcklinum præfectum Rubeaquenſem, impreſſa Argentinæ* 1544. *Floruit Argentorati.*

Ioannis *ſapientißimi, Synopſis philoſophiæ: item Compendia quædam de theologia, & de meteoris Græce extant Romæ in Pontificia bibliotheca.*

Ioannes *Saporta, ſuper* 1. *Infortiati de iniuſto & rup. teſt.*

Ioannes *Saracenus quidam nomine, tranſtulit omnes libros Dionſij martyris, excuſos Coloniæ,* 1536. *cum commentarijs Dionyſij Carthuſiani in eoſdem, apud Quentel.*

Ioannes *Saresberienſis natione Anglus, epiſcopus Carnotenſis, ſcripſit Policraticum, ſiue de nugis curialium & veſtigijs philoſophorum libr.* 8. *quos imprimi curauit Conſtantinus Frandin, anno Domini* 1513. *in Gallijs. Scripſit præterea opus pœnitentiale. Res geſtas Becketi. Obiurgatoriam cleri. Entheticum carmine. de membris conſpirantibus. de tyrannorum exitu. Epiſtolas, Architrenium, Vitam Thomæ Cantuarienſis: quem librum non alium arbitror à rebus geſtis Beketi, id enim fuit Thomæ Cant. cognomen atq; varij generis carmina. Claruit anno* 1182. *quo etiam obijt.*

Ioannes *Sartorius, Germanus, patria Hollandus, Hebraice, Græce & Latine peritus, ſcripſit Centurias ſyntaxeos lib.* 1. *Grammaticam quandam lib.* 1. *Selectarum orationum familiarium lib.* 1. *Sylnulam vocabulorum libr.* 1. *Aſſertiones fidei lib.* 1. *Ad Satanæ ſatellitium lib.* 1. *De fide ad Crocum lib.* 1. *De fide iuſtificante lib.* 1. *De fide Euchariſtiæ libr.* 1. *Obſeruationes in Matthæum lib.* 1. *Annotationes ſcripturarum lib.* 1. *Ab Hebræo in Latinum tranſtulit omnes minores prophetas, fecitque Annotationes in eoſdem, Aliaq; tranſtulit. Claruit anno Do.* 1550.

Ioannis *Saſceridis Vuermenhuſani Odarum ſiue Carminum ſacrorum libri nouem. Quinq; priores Dauidicorum, ſextus Biblicorum, reliqui tres recentium. Eiuſdem carmen ſeculare pro eccleſia. Oporinus* 1557. *in* 8. *Epicedion in obitum Chriſtiani* III. *Danorum regis, in* 4.

Ioannes *Sauigneus, ſcripſit annotationes in Franciſci Patricij Senenſis de regno regisq; inſtitutione libros nouem, excuſos Pariſijs cum ipſo authore, anno D.* 1519.

Ioannes *Sauromanus, Sileſius, Symbolum apoſtolicum, Orationem dominicam, Decalogum, è Baptiſmi ſacramento, de Cœna Domini, carmine reddidit. Lipſiæ impreſſa. Idem Æſchylum in Latinam linguam conuerterit, qui breui ab Oporino in publicum edetur.*

Ioannes *de Saxo, ordinis fratrum Minorum, ſcripſit ſammam iuris lib.* 1. *ſermones de tempore lib.* 1. *ſermones de ſanctis lib.* 1. *Vide Ioan. de Saxonia. Ioan. Saxon ſcripſit ſuper conſuetudines Turonenſes. Vixit anno* 1350.

Ioannes *de Saxonia, ordinis fratrum Minorum, natione Germanus, ſcripſit ſummam de caſibus lib.* 1. *Vixit anno* 1340.

Ioannes *Saxonius Hatteſtedius, ſcripſit commentariolum ad Titi Liuij Patauini hiſtoriarum ab vrbe condita librum* XXI. *&* XXII. *de ſecundo bello Punico: impreſſum Baſileæ apud Ioan Oporinum, an.* 1547. *Eius aſſertio de gloßis Accurſianis, & Bartoli conſiliumq; doctorum commentarijs, abſque eis ius ciuile intelligi rectè non poſſe: excuſa eſt Baſileæ apud I. Oporinum, anno* 1548. *commentarius in orationem Ciceronis pro Sextio Roſcio Amerino, item oratio de vtilitate ſtudij dicendi: item alia de obſeruandis legibus ſimul excuſa ſunt Baſileæ apud Ioan. Oporinum.*

Ioannes *Saxonius, alius à ſuperiore, ſcripſit expoſitionem in Alchabiti librum de iudicijs aſtrorum impreſſam Venetijs, anno* 1491.

* Ioannis *Scalci Antuerpiani Xenium Euangelicum quatenus ad ſacrarũ ſcripturarum normam, benè beateq; cuilibet vita ſit inſtituenda ac moderanda. Antuer. apud Antonium Tilenum Brecb.* 1579.

* Ioannis *Scapulæ Lexicon Græcolatinum nouum, in quo ex primitiuorum & ſimplicium fontibus deriuata atq; compoſita ordine non minus naturali, quam Alphabetico, breuiter & dilucide deducuntur. In fol. Baſil. ex officina. Hernagiana.*

* Ioannis *Tchechſij electoris Palatini concionatoris Aulici homilia germanica Bonnæ* 20. *Ianuarij anno* 1583. *coram archiepiſcopo, Colonienſi habita in* 4. *Heidelbergæ.* 1583.

Ioannis *Schuuarti concio funebris, impreſſa Mulhuſij apud Turingos* 1567.

Ioannis *Scheizlichij Germanica admonitio contra falſos prophetas* 1570.

Ioannis *Schelhameri miniſtri Euangelij Chriſti in templo Laurentiano Norimbergæ, Hiſtoria ſupplicij duorum martyrum Laurentij & Polycarpi heroico carmine conſcripta. Norimber.* 1570.

Ioannes *Schubelius, Euclidis ſex libros priores de Geometricis principijs, vna cum demonſtrationibus propoſitionum abſque literarum notis elaborauit, excuſos Baſileæ per Heruagium, anno Do.* 1550. *Idem ſcripſit artem Cos ſeu regulas Algebræ, excuſas Baſileæ cum demonſtrationibus in* 6. *libros Euclidis, & Pariſijs ſeparatim. Præterea Iacobi Fabri Stapulenſis epitomen in arithmeticam Boetij emendauit, atque exempla, figuras & breues explicationes adiecit: Liber excuſus eſt Baſileæ ab Henrico Petri, anno* 1553. *in* 8. *Præterea Euclidis libros ſeptimum, octauũ, & nonum in Germanicam linguam*

Digitized by Google

roli magni, Dionyſij martyris libros Latinos fecit: qui cum Dionyſij Carthuſiani commentarijs excuſi ſunt Coloniæ,1536. Eſt Mailroſius.

Ioannes Scylax Conſtantinopolitanus, ſcripſit de Imperatoribus Conſtantinopolitanis. Raph. Volaterranus.

Ioannis Sebaſtiani Poemata Tridentina. Venetijs,1564. in 8.

Ioannis Secceruitij poetices profeſſoris in Academia Tubingenſi, Oratio quædam cum alijs eiuſdem Academiæ profeſſorum orationibus edita eſt, anno D.1557. *Idem Amos prophetam Latino carmine reddidit in 4. Baſileæ excudebat Oporinus anno 1558.

Ioannis Sekeruitij Vratislauienſis duæ elegiæ fictitiæ, Iacobi ad Eſau fratrem, & reſponſoria Eſau ad Iacobum, excuſæ Vuitenbergæ, anno 1550. chartis 2.

* Ioannis Seceliotæ chronica ſynopoſis 4. M.S. bib. Imp. Viennæ.

Ioannis Secundi Hagienſis Baſia, impreſſa Lugduni apud Gryphium,1539. Eiuſdem opera impreſſa ſunt Traiecti Batauorum, 1541. in 8. chart. 21. Sunt autem hæc: Elegiarum libri. 3. Funerum lib.1. Epigrammatum li 1. Baſiorum lib.1. Epiſtolarum lib.2. Odarum lib.1. Syluarum lib.1. Scripſit et alia nonnulla quæ à typographo, quod in principes quoſdam (vt ait) acerbius dicta viderentur, omiſſa ſunt. Ad finem additur Adriani Marij in mortem Ioannis Secundi, Nænia.

Ioannis Secundi Hagienſis Regia pecunia, ſcholijs Petri Pigatij illuſtrata, impreſſa Lugduni à Claudio Marchant,1552.

Ioannes Segobienſis, Hiſpanus, librum Mahumetis, quem vocant Alchoran, in noſtram linguam de nouo conuertit, & ineptias eius veris ac viuis rationibus & argumentis exploſit. Æneas Syluius in Europa ſua, cap. 42. Citatur etiam in Chronicis Io. Cuſpiniani. Idem ſcripſit duo magno volumina de actis concilij Baſilienſis, quæ ſeruantur Baſileæ manuſcripta. Præterea collegit concordantias partium orationis indeclinabilium in Biblijs, quæ cum maioribus concordantijs impreſſæ habentur.

Ioannes Seguarde rhetor ac poeta ſcripſit Metriſtenchiridion lib.1. Cathemetron li.1 Decretum Appollinis lib.1 De miſeria hominis lib.1. Carmina diuerſi generis lib.1. Epiſtolas ad diuerſos lib.1. Claruit anno 1414. Baleus.

Ioannis Seicij Fagini pro Conrado Vuimpina oratio, in defenſionem ſacræ theologiæ, Lipſiæ habita.

Ioannes de Selua iuriſperitus, ſcripſit de beneficio, & de iureiurando.

* Ioannis Selyphi Lampegryphij oratio funebris de Ioanne iuniore Popelio pro Rege Boiemiæ. Viennæ Caſpar Stanihofer.1572.

Ioannes Semeca, Halberſtatenſis, primus auſus gloſſare decretum, quod ante eum nemo, & poſt eum nullus excellentius fecit, teſte Alberto Crancio. Hic Clementi IIII. pontifici ſe opponens decimas per Galliam & Germaniam exigenti, excommunicatus eſt. Obijt anno Dom.1269.

Ioannes filius Serapionis, medicus, de ſimplicibus medicinis mira conſcripſit, & totam practicam medicinæ compleuit: Antidotarium etiam celeberrimum compilauit: volumen impreſſ. Argent.1531. apud Georgium Vlricher. Eiuſdem practica dicta breuiarium, & Synonyma, ſiue Arabicorum vocabulorum explicationes ordine alphabeti, quæ in pauci differunt à Synonymis Raſis: item librum de ſimplici medicina: Octauianus Scotus impreſſit Venetijs 1497. cum Ioã. Platearij practica & Baſil. per Hen. Petri 1543. Ioan. Serapionis practica, Andrea Alpago Bellunenſi medico & philoſopho idiomatis Arabici peritiſſimo interprete. Eiuſdem Serapionis commentaria de facultatibus ſimplicium medicamentorum, Abrahamo Iudæo & Simone Ianuenſi interpretibus: Excuſa ſunt hæc Venetijs à Iuntis,1550. in fol. Claruit Leonis imperatoris tempore, circa annum videlicet Do.742.

Ioannes Sermoneta medicus, ſcripſit quæſtiones in aphoriſmos Hippocratis, & in Techne Galeni. vtrunq; opus impreſſum in Italia. Claruit Bononiæ, anno 1430.

Ioannes Serranus collegit Dictionarium Latinogermanicum, quo ſingulæ voces Latinæ, Germanice ſimpliciter interpretantur: impreſſum Norimbergæ, anno D.1539. Eiuſdem ſynonymorum libellus ex optimis Latinæ & Græcæ linguæ ſcriptoribus congeſtus, ibidem excuſus eſt, anno Domini 1552.

* Ioannis Serrani Viuarienſis noua interpretatio in Platonis opera, quæ extant, omnia, perpetuis eiuſdem notis illuſtrata: quibus & methodus & doctrinæ ſumma breuiter & perſpicue indicatur. Folio. Geneuæ excudebat Henricus Stephanus. Eiuſdem Pſalmorum Dauidis aliquot Metaphraſis Græca, adiuncta è regione paraphraſi Latina G. Buchanani. Precationes eiuſdem Græcolatinæ, quæ ad ſingulorum Pſalmorũ argumentum ſunt accommodatæ.16. Geneuæ apud Hen. Stephanũ. Itemq; commentarius in Solomonis Eccleſiaſtem 8. Geneuæ.

Ioannes Seruilius edidit dictionarium Latinogræcogermanicum pro Germanis inferioribus. Item De rebus pace belloq; magnifice geſtis. Antuerpiæ 1368. Geldrogallicam coniurationem, impreſſ. Auguſtæ 1544. in 8. De mirandis antiquorum operibus, opibus & veteris æui rebus magnifice geſtis li. 3. Antuerpiæ exc. apud Vuithagium 1569.

* Ioannis Seruini cantiones excuſæ 1578. Item Pſalmos Dauidis, à G. Buchanano verſibus expreſſos modulis, 4.5.6.7. & 8. vocum decantant. In 4. Lugduni 1580.

Ioannes Setonus Cantabrigenſis, ſcripſit Entemata dialectices, impreſſa Londini anno 1545. Vixit anno 1538.

Ioannes Seuerle vtriuſq; iuris profeſſor, congeſſit Lecturas ordinarias lib. plures. Lecturam extraordinariam lib.1. Baleus.

Ioannes Sharpe philoſophus et theologus, ſcripſit. Contra Vuicleuiſtas lib.1. De orationibus ſanctorũ li.1. De ſuffragijs viatorũ li.1. De vniuerſalibus

Germanicam, Gallicam & Italicam linguam tranſlati, & ſæpe varijsq; in locis excuſi. Eorundem librorum epitome, Geneuæ excuſa eſt. Scripſit etiam de Monarchijs elegantem libellum excuſum Argentinæ in 8. Obijt Argentinæ, 1556.

Ioannes *Sloley Auguſtinianus, ſcripſit Sermones per annum lib. 1. Quæſtiones varias lib. 1. Mortuus eſt anno 1477. Baleus.*

* Ioannis *Sluperij habitus & effigies cum epigrammatibus omnium ferè gentium. Antuerpiæ Ægydius Radæus 1572.*

Ioannes *Smyth, aliâs faber ferrarius dictus, compoſuit De expolitione thematis lib. 1. Claruit anno 1540. Baleus.*

Ioannes *Sommerfelt, Germanus, Cracouiæ ſcripſit argumenta Latinæ editionis epiſtol. Libanij.*

Ioannes *Somer Franciſcanus, compoſuit Calendarij caſtigationes lib. 1. Tertium Calendarij li. 1. Aſtrorum canones lib. 1. De facultate metrica libr. 1. De quantitate anni lib. 1. Claruit anno Domini 1300. Baleus.*

Ioannes *Someretō, Anglus, Dominicanus Nordouicenſis cœnobij, ſcripſit ſermones per annum libr. 1. Londinenſis bibliotheca.*

Ioannes *Sommerus Pirnenſis, profeſſor in ſchola Claudiopolitana, quædam Paradoxa ſcripſit, in ſacra theologia, vt opinor.*

Ioannes *vir ſolis, vel Sonneman, Alemanus natione, cœnobij Caſſelenſis in Haſſia Carmelita, ſcripſit de decem præceptis lib. 1. Super Apoſtol. ſymbolo lib. 1. De præparatione cordis libr. 1. Contra ſuperſtitiones lib. 1. De contractibus lib. 1. Contra receptiones cenſuum lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Atq; alia. Claruit 1460. Iacobus Vuimphelingius.*

Ioannis *de Sophia Patauini liber Antidotorū. Eiuſdem conſilium contra ſterilitatem. Practica medicinæ in 180. capitula diſtincta.*

Ioannes *Soreth, Normannus, Carmelita, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. ſermones varios, lib. 1. in regulam ordinis ſui lib. 1. in eandem maius commentum lib. 1. conſtitutiones ordinauit lib. 1. Contra adulteros lib. 1. Epiſtolas ad Franciſcanos li. 1. & alia. Obijt Andegaui anno 1471.*

* Ioannis *Sorez Epiſcopi Conimbricenſis, commentaria in Marcum & Lucam Euangeliſtas 8. Pariſijs apud Sebaſtianum Niuellium.*

Ioannis *Sotealli, ſumma Pontificalium & ſynodalium conſtitutionum, in locos communes, redacta. Louanij apud Petrum Zangrium, anno 1570. in octauo. Eiuſdem &* Horatij *Lucij I.C. Annotationes Marginales in Concilij Tridentini canones & decreta. Antuerpiæ apud Plantinum, anno 1571. in octauo.*

* Ioannes *Soteres Græca Epigrammata veterū collegit, in 4. 1544.*

Ioannes *Souule Carmelita Londinenſis, ſcripſit Sermones ex Paulo lib. 1. Diuiſiones thematum lib. 1. Conciones per annum lib. 1. Obijt anno 1508. Baleus.*

Ioannes *Spangenbergius Herdeſſianus, verbi diuini præco Northuſiæ. Pſalterium carmine elegiaco reddidit. Liber excuſus Francofordiæ. Catechiſmum maiorem Martini Lutheri per quæſtiones explicauit, & Poſtillam Latinam: vtrunque opus excuſum Francofordiæ. Eiuſdem Margarita theologica, præcipuos locos doctrinæ Chriſtianæ per quæſtiones breuiter ac ordine explicans: Liber excuſus Baſileæ, apud Vueſthemerum anno Domini 1544. Sermones item de tempore & de ſanctis per circuitum totius anni: de Matrimonio liber, & alia multa, lingua Germanica. Scripſit etiam quæſtiones Muſicæ, excuſas Norimbergæ apud Ioannem Petreiū. Idem ſcripſit expoſitionem in epiſtolas ab aduentu ad paſcha, per erotemata, excuſam Madeburgi, anno Domini 1546. in octauo. Item aliam à paſchate ad aduentum, excuſ. Vuitebergæ. Præterea edidit conciones funebres 15. item 60. themata veteris teſtamenti quibus hæc conciones applicari poſſent, liber ab authore Germanice ſcriptus & à Reinhardo Lorichio Hadamario Latinitate donatus, excuſus eſt Francofordiæ ab Egenolpho, anno Domini 1548. in 8. eiuſdem erotemata grammaticæ, dialecticæ rhetoricæ, excuſa ſunt anno Dom. 1545. in 8. Actificioſæ memoriæ libellus, anno Domini 1571. Vitebergæ in octauo. Explicationes Euangeliorum & epiſtolarum, quæ dominicis diebus more vſitato proponi in eccleſia populo ſolent, in tabulas ſuccinctas et ad memoriam admodum vtiles redactæ, vna cum tabulis euangeliorum de ſanctis. Baſileæ apud Ioannem Oporinum in folio, anno Domini 1564. & Erfordiæ anno 1572. in 8. Eiuſdem Poſtilla Germanica anno 1544. Lipſiæ. Expoſitio German. duodecim hymnorum qui in eccleſia canuntur Vitebergæ, anno 1545.*

Ioannis *Spangher Practica procedendi contra hæreticos, impreſſa cum Malleo maleficarum.*

* Ioannis *Spechti in obitum nobiliſſimi Herois D. Ioan. Georgij à Schopach elegia 4. Argent.*

* Ioannis *à Spira, fortalitium fidei. Vixit anno 1438.*

* Ioannes *Spithouius Moaſterienſis, profeſſor phyſices in ſchola Haffnienſi in Dania eruditam edidit orationem excuſam Roſtochij, de vita & morte Doctoris Medici Iacobi Bordingij.*

* Ioannis *Spondani ſtudio & opera Ariſtotelis organum Græcolatinum, nouiſſime conuerſum & emendatum, nec non annotatiunculis marginalibus illuſtratum 8. Baſileæ 1583.*

* Ioannis *Sporiſchij ab Ottenbachow, Medicinæ Doctoris, Idea Medici: cum tractatu de ſymptomatibus crudeliſſimis, quæ ſcarificationi, et cucurbitularum vſui Brunæ incolis in Marchionatu Morauiæ ſuperuenerūt. Et, de febre Epidemia, anni 1580. Franc. 8. 1582. Eiuſdem Epitome medicinæ practicæ, tyronibus conſcripta 8. Vuiteberg. anno 1582.*

* Ioannes *Sporre Germanus Carmelita Treuerenſis, colligit ex diuerſis autoribus, de caſibus matrimonialibus opus notabile, lib. 1. Arnold. Boſcius.*

Ioannes *Spreter multa German. edidit. De ſacra ſcriptura. De vera Chriſtiana et fictitia antichriſtiana*

aliquot, excuſos Lipſiæ apud Valentinum Papam. anno 1548. & 1550. Eiuſdē prognoſtica anni 1536. ex lunari ecclipſi, item anno 1537. ex ſolari ecclipſi. item anno 1551. ex lunari ecclipſi, & eiuſdem anni de ſolis ecclipſi. Epicedion in mortem Annæ coniugis comitis Philippi à Naſſa ſcriptū 1538. Ecloga Iolas de Carolo Imperatore ſcripta anno 1543. Carmen Panegyricum de Ioanne Baptiſta, in Ienenſi Academia ſcriptum 1549. Omnia hæc impreſſa ſunt. Eiuſdem oratio de Machabæis & alia de vita D. Hieronymi, impreſſæ in tertio tomo declamationum Melanchtonis. Habet nunc in manibus Faſtorum lib. quos vt aliquando abſolutos in lucem edat bonarum artium ſtudioſi exoptant. Floret Ienæ anno 1554. Eiuſdem poematum libri nouem, diuerſis temporibus Ienæ ſeparatim editi ſunt. Explicatio in libellū Philippi Melanchtonis de anima. Mulhuſij Turingorum, anno 1570. 8.* Eiuſdem commentarij docti, breues et ſuccincti in P. Vergilij Maronis quatuor libros Georgicorum. 8. Mulhuſij excudebat Georgius Hanzſch. Eius poematū volumen primum ex recenſione Adami Siberi. 8. Ienæ excuſum anno Domini 1580.

~~Ioannis Stobæi phyſica Græca nondum euulgata, extant in Italia apud Rodolphum Vincentiæ Cardinalem hoc tempore.~~ Eiuſdem Collectanea ſententiarum ex varijs prophanis authoribus Græcis per locos digeſta, excuſa Venetijs per Bartholomaū Zanettum, anno 1535. & Tiguri apud Froſchouerū aliquot mendorum millibus ſublatis per Conradum Geſnerum, vna cum eiuſdem Latina interpretatione è regione anno 1543. Eadem anno 1550. Baſileæ per Oporinum excuſa ſunt ſumptibus Froſchoueri recognita ad Græca exemplaria. Et ibidem Germanice Georgio Læto interprete. * ~~Eiuſdem eclogarum libri duo, interprete Guilhelmo Cantero. Antuerpiæ apud Chriſtophorum Plantinum impreſſi anno 1575.~~

Ioannis de Stobniza, Poloni, introductio in Ptolomæi coſmographiam cum longitudinibus & latitudinibus regionum et ciuitatum celebriorum, impreſſa Cracouiæ per Hieronymum Vietorem, anno Domini 1519.

Ioannes Stockes Sudberienſis, ordinis Dominicanorum, ſcripſit contra Carmelitas, pro ſui ordinis dignitate. Ad rationes Hornebij lib. 1. Vixit anno 1373.

Ioannis Stœfleri Iuſtingenſis, opus ephemeridum à capite anni Chriſti 1532. in alios viginti proxime ſubſequentes, ad veterum imitationem accuratiſſimo calculo elaboratum, & excuſum Tubingæ, 1533. item variorum aſtrolabiorum compoſitionis ſeu fabricæ lib. 2. cum explanatione vſuum eorundem, ex poſtrema authoris recognitione: Petrus Iordan excudit Moguntiæ, anno 1535. in Procli Diadochi ſphæram mundi commentarius, excuſus Tubingæ 1534. Calendarium Romanum magnum impreſſum à Iacobo Kœbelio, anno 1518. in folio, chartis 66. Tabulæ aſtronomicæ impreſſæ Tubingæ apud Thomam Anshelmum, anno 1514. in folio, chartis 12. Eiuſdem Coſmographicæ aliquot deſcriptiones de ſphæra coſmographica, hoc eſt, de globi terreſtris artificioſa ſtructura. De dupliti terræ proiectione in planum, hoc eſt, qua ratione commodius chartæ coſmographicæ quas mappas mundi vocant deſignari queant. Edita hæc ſunt à Ioanne Dryandro Marpurgi anno 1537.* Eiuſdem de dimenſione per aſtrolabium & quadrantem, germanice. Coniunctionum & oppoſitionum ſupputatio. Ciclorum antiquorum redargutio, Ecclipſium prædictio, in folio.

Ioannis Stolni liber de baptiſmo puerorum. Coloniæ 1559. 8.

Ioannis Stolſij, Vuittebergenſis, oratio de Ionatha filio Saulis excuſa eſt Erfordiæ in 3. tomo declamationum Philippi Melanchtonis. Eiuſdem Somnium Lutheri, cui reſpondit Ioach. Camerarius, qui oblique hoc ſomnio carpebatur.

Ioannes Stoune monachus Benedictinus Baſilienſi ſynodo interfuit ſcripſitq́ acta eius concilij li. 1. Diſputationes ſolennes lib. 1. collectionesq́ varias lib. 1. Claruit 1440. Baleus.

Ioannis Stramburgi, de ratione diſcendi docendiq́ iuris.

Ioannes Straſelius vir doctiſſimus Lutetiæ per annos plus minus ſex & viginti Regius Græcæ linguæ profeſſor, multa, vt audio, ſcripſit, nondum edita, ſed pleraq́ paucis exceptis ἀτελῆ, quæq́ non vulgarem deſcriptorē requirant. Huius explanationem in aurea carmina Pythagoræ Franciſcus Thorius in lucem edidit. Pariſ. 1562. in 4.

Ioannis Stratij Belgæ, oratio gratulatoria ad Leonoram Galliæ reginam, de eius matrimonio cum Franciſco Gallorum rege impreſ. eſt Baſileæ ab Io. Oporino cum Burgundia Gilberti Cognati.

Ioannes Stuckey monachus Benedictinus, ſcripſit lecturam ſententiarum li. 4. Commentarius ſcripturæ lib. 1 Sermones per annum li. 1. Baleus.

Ioannes Stumpff, verbi miniſter in agro Tigurino, germanico ſermone deſcripſit vniuerſale concilium Conſtantienſe. excuſum Tiguri apud Froſchouerum, anno 1541. Scripſit etiam Heluetiæ hiſtoriā Germanicam, cum tabulis locorum exquiſitiſſime pictis. Deſcribit autem obiter etiam Germaniam, Galliam & Italiam. Opus duobus tomis excuſum, Tiguri. Idem edidit epitomen hiſtoriæ Heluetiæ excuſam ibidem, anno 1554. in 8. Floret anno 1573. Hiſtoriam Henrici quarti imperatoris Germanice. Libellum de nouiſſimo iudicio, &c. Lud. Lauateri Sacrament. hiſtoriam in linguam Germanicam tranſtulit.

Ioannes Sturmius, Germanus, ſcripſit multa, è quibus ſunt: De literarum ludis recte aperiendis liber, impreſſus diuerſis locis 1539. & 1543. De amiſſa dicendi ratione, & quomodo ea recuperanda ſit lib. 2. Partitionum dialecticarum lib. 2. De demonſtratione lib 1. qui dialecticarum partitionum eſt tertius: impreſſus eſt anno Domini 1543. in partitiones oratorias Ciceronis Dialogi quatuor apud Crateū Mylium impreſſi 1539. Luctus ad Ioach. Camerarium, cum epitaphiis Ioan. Sapidi: libellus excuſus, anno 1542. Eiuſdem & Bartholomæi Latomi amicorum epiſtolæ duæ, de diſſidio periculoq́ Germaniæ

& pe

narias quæſtiones lib.1. Obijt anno Domini 1473. Baleus.

Ioannes Sunaſham Carmelita epiſcopus Bangorienſis, ſcripſit contra Vuicleuiſtas lib.1. Concionum ſuarum lib.1. Vixit 1392. Baleus.

Ioannes Schuueigerus D. Auguſtini Meditationes, Soliloquia & manuale in Germanicam linguam tranſtulit. Coloniæ 1571.8.

Ioannis Syluij Egrani contra calumniatores apologia, in qua D. Annam nupſiſſe Cleophæ & Salomæ (id quod vulgo ſentiunt) euangelicis & probatiſſimis teſtimonijs refellitur. Lipſiæ anno 1518. Apologetica reſponſio contra dogmata, quæ in Egranum inuulgata ſunt, impreſſa Vuittenber. anno D. 1518. Eiuſdem diſſertatio de fide & operibus, ſcripta & edita Chemnicij.

Ioannis Syluij Inſulenſis medicinam Valentianis facientis. De morbi articularij curatione tractatus quatuor. Eiuſdem de morbo Gallico declamatio, Louanij in diſputationibus ſolemnibus habita, anno 1557. decimo octauo calendis Ianuarij. Antuerpiæ in officina Plantini in 8. Tabulæ Pharmacorum Puerorum priuatæ collocutiones. Antuerpiæ apud Plantinum 1568. in 8.

Ioannis Tabienſis ordinis Prædicatorum ſumma quæ Tabiena, & ſumma ſummarum appellatur recognita & argumentis in ſingulos titulos aucta, Venetijs 1569. in 4.

Ioannes Taceſphale, natione Anglicus, Carmelita, ſuper Sententias ſcripſit lib.4. in Apocal. Ioannis lib.1. ſermones de tempore lib.1. ſermones de ſanctis lib.1. & quædam alia.

Ioannis Tagautij Ambiani, medici, de Chirurgica inſtitutione lib.6. excuſi Pariſijs apud Vuechelum, anno 1543. De medicamentis purgantibus lib. 2. in gratiam Pharmacopiæ candidatorum, editi Pariſijs apud Galeotum à Prato 1537. Eius inſtitutionum chirurgicarum lib.5. cum ſexto Iacobi Hollerij de materia chirurgica, excuſi ſunt Lugduni à Guilielmo Gazeio, anno Do. 1547. in octauo, & Tiguri anno Domini 1555. apud Geſneros fratres in folio, cum diuerſorum ſcriptis de chirurgia. Eiuſdem metaphraſis in Guidonem de Cauliaco excuſa eſt Pariſijs ni fallor Claruit Lutetiæ anno 1537.

Ioannes Tagautius ſuperioris filius, in omni philoſophia egregie verſatus, quædam vt audio ſcripſit raræ eruditionis opera, quæ tamen morte præuētus adhuc iuuenis edere non potuit. Extat eius protrepticum carmen ad S.P.Q. Geneuenſem, quo oppidi ſitum præterea deſcribit, iunctum hiſtoriæ martyrum à Criſpino editæ.

* Ioannis Taiſnerij opus mathematicum impreſſum Coloniæ anno 1562. in folio. De anuli ſphærici fabrica lib.3. Antuerpiæ anno 1560. in 4. Aſtrologiæ iudiciariæ Iſagogæ. Coloniæ 1559. in 8.* Opus Mathematicum denuo excuſum Coloniæ in folio, apud Theodorum Bauminum anno Domini 1583 cū hoc titulo libri & elogio authoris. Opus mathematicum octo libros complectens, innumeris propemodū figuris idealibus manuum & phyſiognomiæ, alijsq; adornatum, authore D. Ioan. Taiſnerio Hannonio, Mathematico expertiſſimo, iuris vtriuſque D. peritiſſimo, poetæ laureato celeberrimo, muſico excellentiſſimo, &c. Eiuſdem opuſculum de natura & effectibus magnetis, de motu continuo. Coloniæ in quarto apud Birckman. 1562.

Ioannes Talaugernus monachus Benedictinus contexuit commentarios in Longobardum lib. 4. Claruit 1448. Baleus.

Ioannis Tamari Chirurgia, quæ dicitur theſaurus pauperum.

Ioannes de Tambacho. Germanus, ordinis fratrum prædicatorum, ſcripſit opus grande, quod vocauit conſolationem theologiæ, in lib.15. diuiſum de ſenſibilibus delitijs paradiſi lib.1. Sermonum lib.1. & quædam alia. Claruit 1360.

Ioannes Tanetos monachus Benedictin. Cantuarienſis eccleſiæ ad fanum Seruatoris præcentor, ſcripſit de officijs Cantuarienſis eccleſiæ lib. 1. De quorundam ſanctorum vitis lib.1. Claruit anno Domini 1330. Baleus.

Ioannes Tartaijs, Anglus, Oxonienſis ſophiſta ſcripſit Summulas logicas librum vnum. Quæſtiones varias lib.1. Suppoſitiones lib.1. Obligationes li. 1. Problemata lib.1. Conſequentias lib.1. Et alia. Oxonij bibliotheca.

Ioannis Tauernerij, de purgatorio animarum poſt hanc vitam expiandarum. Item de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in ſacramento altaris. Pariſijs 1551.8.

Ioannis Tauleri exercitia ſuper vita & paſſione ſaluatoris Ieſu Chriſti, ex idiomate germanico in Latinum verſa per Laurent. Surium Lubecenſem Lugduni excudit Sebaſtianus Bartholomæus Honoratus cum exercitijs Eſchij 1556.

Ioannis Taygeti & multorum præſtantium poetarum carmina. Brixiæ 1566. in 8.

Ioannis Tecelij pro indulgentijs pontificijs.

Ioannis Tecleri theologiæ licentiati Nuptiæ Dauidis & Michol, comœdia Germanica anno 1572.4.

Ioannes de Terra rubea, contra rebelles.

Ioannes de Teneramunda, ordinis Carthuſienſis ſcripſit de notitia Dei lib.1. De natura et lapſu hominis lib.1. De reparatione lapſi lib.1. De amore Dei lib 1. De gaudio hominis lib.1. De ſacramento altaris lib 1. De fide Chriſtiana li.1. De honore Dei lib.1. De conceptione ſanctæ Mariæ lib.1.

Ioannis Tettelbachij, aureum ornamentum, hoc eſt Martini Lutheri catechiſmus in erotemata redactus & explicatus, Germanice 1568. Ratiſponæ & Franc. 1571.

Ioannes Tettbingerus Tubingenſis, quatuor bella Vuirtenberg. quæ ante multos etiam annos, vſque ad hodiernum diem in ea regione geſta ſunt, heroico carmine diligenter deſcripſit. Floruit Pfullendorfi, 1534.

Ioannes nomine & natione Teutbonicus ordinis Prædicatorum. Friburgo oriundus, epiſcopus Boſſinenſis in Hungaria, ſcripſit ſummam confeſſorum lib.5. & Apparatum circa textum Decreti. Tabulam ſecundum ordinem alphabeti ſuper ſum-

maui

mani Raymundi: item ſuper apparatum Raymundi, & quæ ad declarationem textus & apparatus eiuſdem ſummæ vtilia ſunt. De quæſtionibus caſualibus libellum ſpecialem. Confeſsionale de modo audiendi confratres, & modo interrogandi ſecundum diuerſos ſtatus et vitia. Manuſcripta omnia. M. Dreſſerus. Nominatur etiam Gloſſator Decreti. Quærendum an idem ſit Ioannes Fribergenſis, qui etiam ſummam confeſſorum ſcripſit.

Ioannes *Theodoricus*, Bellouacus, ſcripſit apertionem de mihi & nihil tum ſcribendis tum proferendis, excuſam Pariſijs à Roberto Stephano, 1540. in 8. Idem ſcripſit annotationes in Vallæ elegantias excuſas Pariſijs & Baſileæ apud Balthazarem Lazium anno 1541. cum diuerſorum in eaſdem annotationibus ac cenſuris.

Ioannes *Theophilus* vertit aliquot libros Chryſoſtomi, quos Rob. Vuinter excudit Baſileæ 1540. Sunt autem hi: De patientia & conſummatione huius ſeculi. De ſecundo aduentu Domini. De æternis iuſtorum gaudijs, & malorum pœnis. De ſilentio, &c. Idem vertit Cyrilli Alexandrini expoſitionem ſymboli Niceni, quæ habetur quarto tomo operum Cyrilli.

Ioannes *Teukesberi* Anglus occidentalis, ſcripſit ſophiſmatum elenchos, de raritate & denſitate. De altercationibus, & opus chiromantiæ. Claruit anno 1350.

Ioannes *Thanetes* Anglus, monachus Benedictinus, ſcripſit de officijs eccleſiæ Cantuarienſis. Vixit 1330.

* Ioannis *Thierrij* Lingonenſis iurium interpretis annotationes & additiones in tractatus ſingulares Guidonis Papæ, nunc denuo recognitos & ſuæ integritati reſtitutos in folio. Francoforti anno Domini 1580. excudeb. Sig. Feyrab.

Ioannes *Tholoſus*, Germanus, ex Francia orientali, ſcripſiſſe fertur epiſtolas elegantes lib. 1. & quædam in mathematica. Claruit Ratiſponæ anno 1454.

Ioannis *Thomaſſini* Panegyricus de ciuitate Lingonum, impreſ. Pariſijs apud Vuechelum.

Ioannes *Thomas Freigius* iuris vtriuſq; D. trium artium logicarum Grammaticæ Dialecticæ & Rhetoricæ breues ſchematiſmos ex optimis authoribus confecit. Baſileæ excudit Henricus Petri 1569. Idem ſcripſit Paraleipomena in hiſtoriam Aemilij et Ferroni, ad annum vſque 1569. Ibidem impreſſa. Partitiones iuris vtriuſq; hoc eſt omnium iuris tam Ciuilis quam Canonici materiarum in tabulas aptā digeſtionem. Quibus adiectæ ſunt partitiones feudales ex Zaſij epitome deductæ. Ibidem anno 1571. Methodicam actionis iuris repetitionem, ad ordinem Iuriſconſulti Triboniani inſtitutam, cum præfatione ſua edidit. Baſileæ anno 1569. * Eiuſdem Paratitla ſeu ſynopſis pandectarum iuris ciuilis. 8. Baſileæ per Sebaſtianum Heinricpetri 1583. Quæſtiones geometricæ & Stereometricæ in Euclidis & Rami στοιχείωσιν. Ibidem anno eodem. Per eundem M. T. Ciceronis orationes omnes, perpetuis notis logicis, arithmeticis, ethicis, politicis, hiſtoricis, antiquitatis, illuſtratæ, & in tres tomos diuiſæ. 8. Baſileæ ex officina hæredum Petri Pernæ anno 1583. Eiuſdem Pædagogus, hoc eſt libellus oſtendens qua ratione prima artium initia pueris quam facilime tradi poſſint. 8. Baſileæ per Sebaſtianum Henricpetri. Rectoratus per Gymnaſij Altorfiani ſcholarchas ex Senatus Norimbergenſis decreto demandatus. Cui ſubiecta eſt typica delineatio ipſius Gymnaſij prælectionum 4. Norimbergæ. Eius Grammatica Græca ad vſum puerorum in epitomen redacta. in octauo Norimbergæ. Quæſtiones logicæ & ethicæ. in octauo, Baſileæ per Sebaſtianum Henricpetri. Item de logica iureconſultorum libri duo in 8. Baſileæ per Sebaſtianū Henricpetri 1582 Scripſit etiam orationem de laude & authoribus politicæ doctrinæ: Quæſtiones œconomicas ex Xenophonte; quæſtiones politicas ex Ariſtotele. Eius quæſtiones λογικαὶ καὶ ἠθικαί: Logicæ & ethicæ cum analyſi logica, ethica & politica in quindecim orationes Ciceronis. 8. Baſileæ per Heinricpetri. Orationes in Gymnaſio Altorfiano partim à rectore ipſo recitatæ, partim adoleſcentibus recitādæ traditæ 8. Norimbergæ. Quæſtiones phyſicæ, in quibus methodus doctrinam phyſicam legitime docendi deſcribendiq; rudi Minerua deſcripta eſt, libris 36. in octauo Baſileæ. Hiſtoriæ ſynopſis, ſeu prælectionum hiſtoricarum in Altorfiano Norimbergenſium Gymnaſio delineatio. 8. Baſileæ per Henricpetri. Idem Martini Forbiſſeri Angli de nauigatione in regiones Occidentis & Septemtrionis narrationem hiſtoricam ex Gallico ſermone in Latinum tranſtu in 8. ~~Hiſtoria de bello Africano in quo Sebaſtianus ſereniſsimus Portugalliæ rex perijt ad diem 4. Auguſti anno 1578. vna cum ortu & familia regum qui noſtro tempore in illis Africæ regionibus imperium tenuerunt, ex Luſitano ſermone primo in Gallicum inde ab hoc authore in Latinum translata~~. 8. Norimbergæ. ~~Eiuſdem quæſtiones Iuſtinianæ, in inſtitutiones iuris ciuilis, cum analyſi logica & politica aliquot conſiliorum Zaſij. 8. Baſileæ per Sebaſtianum Henricpetri.~~ " Eius denique Zaſius, hoc eſt in 1578.
pandectas iuris ciuilis commentarij, à clariſsimo Vdalrico Zaſio olim diffuſe tractati, multisq; apodicticis aucti. Acceſſerunt & textus Florentinus, infinitæ diſtinctiones ſeu partitiones Axiomata, Syllogiſmi &c. cum germanica verborum interpretatione, & titulorum pandect. continuatione noua. fol. Baſileæ per Sebaſt. Henricpetri. Obijt vir doctiſsimus in gymnaſio Altorfiano, 1582.

* Ioannis *Thomæ de Marinis* Capuani I. C. clariſſimi de generibus & qualitate Feudorum, tractatus, ordine & vtilitate nonus, ac ſummopere neceſſarius. Ab innumeris mendis, quibus ſcatebat, diligentiſsime recognitus. 8. Coloniæ 1582.

Ioannes *Thoresbius*, theologus & vtriuſq; iuris doctor, epiſcopus Eboracenſis, ſcripſit contra ordines mendicantium, Proceſſum quendam lib. 1. Pro docendis laicis lib. 1. Ad eccleſiarum paſtores lib. 1. Obijt 1374.

Ioannes *Thorpe*, Anglus, ex Nordouicen. Carmelita gio ſophiſta, ſcripſit Conſequentiarum canones. Sophiſmatum labyrinthos, & Lecturam in

Digitized by Google

*Apocalypſim. Obijt Nordouici, anno Domini* 1440.

Ioannes *Thurotz Pannonius, ſcripſit chronicam Hungariæ lib.3. & quædam alia. Floruit anno Domini* 1494.

Ioannis *Ticinenſis epiſtolæ & problemata.*

Ioannes *Tieſſenbach medicus Auguſtanus cũ alijs eius reipublicæ archiatris conſilium de peſte ſcripſit.*

Ioannes *Tierrus Lingonenſis, ſcripſit de fuga, de feudis, Conſilium de ferijs, Conſilium de baſtardis, id eſt, ſpurijs. Idem repertorium Ioannis Berrachini auxit, Venetijs editum anno Domini* 1570.

Ioannes *Tilberius Anglus, deſcripſit rerum in Anglia geſtarum hiſtorias. Claruit anno Domini* 1190.

Ioannes *Tilius, Engoliſmenſis, editione adornauit apoſtolorum canones & concilia 13. quæ Neobarius Pariſijs impreſsit, anno Domini 1540. in 4. chartis 30. Promittit & alium tomum in quo ſanctorum epiſtolæ Græcæ continentur. Idem ſcripſit chronicon de regibus Francorum à Faramundo vſque ad Henr. ſecundum excuſum Pariſijs apud Vaſcoſanum, cum hiſtoria Pauli Aemilij. Fertũr etiam ediſſe librum Caroli magni contra imaginum cultum.*

* Ioannis *Tilmanni explicatio epiſtolæ Pauli ad Galatas. 8. Helmſtadij.*

Ioannes *Timannus Amſterodamus, paſtor Bremenſis, edidit Farraginem ſententiarum conſentientium in vera & catholica doctrina, de cœna Domini, &c. 1555. in 8.*

Ioannes *Tinctoris, Colonienſis, ſcripſit diſſenſiones Thomæ & Scoti lib. 1. quæſtiones ſententiarum lib. 1. collationes quoq; varias, & quædam alia. Vixit, 1470.*

Ioannes *Tinctoris, patria Brabantinus, ex ciuitate Niuellenſi oriundus, & ibidem canonicus, doctor vtriuſq; iuris, regis Ferdinandi Neapolitani quondam archicapellanus & cantor, ſcripſit in muſica de arte contrapunctis libros 3. Item de tonis lib. 1. De origine quoq; Muſicæ lib. 1. Epiſtolas complures. Figuram vnam depinxit in qua omnes vetuſtiſsimos Muſicos comprehendit, & Ieſum Chriſtũ ſummum cantorem, dixit. Claruit anno Domini 1495. Trit. Germ.*

Ioannes *Tipitotus genere admodum nobilis, compoſuit ad Patauienſes Orat. 1. Ad Pium ſecundum Papam Orat. 1. Ad purpuratos patres, Orat. 1. Epiſtolas ad diuerſos li. 1. In vernaculam linguam tranſtulit orationes elegantes Pub. Cornelij, & Cai Flaminij. De vera nobilitate lib. 2. Tullium de amicitia lib. 1. Ciceronem de ſenectute lib. 1. Mortuus eſt anno 1471. Baleus.*

Ioannis *Tisleni collectanea quædam, impreſſa Lugduni 1543. commentaria in epiſtolas Ciceronis ad Qu. fratrem, ibidem & eodem tempore impreſſa apud Mich. Parmenterium. Commentaria in Ciceronis orationes pro A. Cecinna, M. Cælio, & C. Rabirio Poſthumo, impreſſa Baſileæ cum commentarijs diuerſorum in omnes Ciceronis orationes, apud Robertum Vuinter.*

Ioannes *Tiſsyngion Franciſcanus, ſcripſit contra confeſsionem Vuiclefi lib. 1. Scutum pro Eucharistiæ defenſione lib. 1. Pro auriculari confeſsione li. 1. De ſacramentis lib. 1. Certamina ſcholaſtica lib. 1. Obijt 1395. Baleus.*

Ioannis *Tolati de Vochenberg. Margarita medicinæ Germanice ſcripta.*

Ioannes *Toletanus Archiepiſcopus, citatur in ſumma Alberti Magni.*

Ioannis *Tolzij expoſitio, quæ ſit vera cauſa ſeditionum noſtri ſeculi. Eiuſdem Tropi biblici.*

Ioannes *Tompſon Anglus, Carmelita, ſcripſit lecturam ſententiarum lib. 4. moralitates ſcripturæ. In Eccleſiaſt. Poſtillationes in Ioan. Sermones de tempore & ſanctis. Quadrageſimale. Conciones ad clerum. De mirabilibus mundi. Abbreuiationes doctorum, & alia. Claruit apud Vigornienſes, anno* 1380.

Ioannes *Toneys, Anglus, ordinis S. Auguſtini monachus, ſcripſit rudimenta Grammatices. De quãtitate ſyllabarum. De compoſitione carminum. Certamina ſcholaſtica. Concionum lib. 2. & alia. Claruit anno* 1490.

Ioannes *de Tornamira, Gallus, ſcripſit ſuper nonum ad Almanſ. lib. 1. de febribus lib. 1. Commentarium ſuper Galenum de interioribus lib. 1. & alia quædam. Practica eius, ſiue Commentarius in 9. ad Almanſ. typis excuſus eſt. Libellus Iſagogicus ad Practicam medicinæ, habetur. impreſſus in calce practicæ Valeſci de Taranta 1506. Eiuſdem practica cũ tractatu de febribus, excuſ. eſt Venetijs à Luca Anton. Iunta, 1521. quat. 16. in folio.*

Ioannes *Torsby, Eboracenſis Archiepiſcopus, cnoſcripſit catechiſmum doctrinæ Chriſtianæ lib. 1. Proceſſum contra fratres mendicantes* [illegible]*. 1. Ad eccleſiarum paſtores lib. 1. Baleus.*

Ioannes *Tortellius, natione Aretinus, ſcripſit commentariorum grammaticæ lib. 2. in dialecticam lib. 1. epiſtolas diuerſas lib. 1. & alia plura, Athanaſij Alexandrini vitam ad Eugenium pontificem in Latinum tranſtulit, & Appianum hiſtoricum ad verbum interpretatus eſt.* Eiuſdem de orthographia & lima Georgij Vallæ, in folio. Claruit* 1420.

Ioannis *Toſſarij Aquilouicani. paraphraſes in omnes Prophetas maiores & minores. Baſileæ apud Oporinum in folio.*

Ioannes *Triſſa, Gallus, patria Nemauſenſis, Carmelita & doctor, ſcripſit lecturam ſententiarum lib. 4. Lecturas ſcripturarum lib. 1. Catalogum Pariſienſium magiſtrorum lib. 1. De magiſtris generalibus lib. 1. Acta capitulorum lib. 1. et alia quędã. Obijt Nemauſi, 1363. Iulianus Haſſart.*

Ioannes *Abbas Spanheimenſis Trittbemius, ſcripſit præter catalogũ ſcriptorum eccleſiaſticorũ, etiam ſtatuta eiuſdem capituli lib. 1. de viſitatione monachorum lib. 1. de modo ſeruandi capitulum lib. 1. in regulam S. Benedicti lib. 2. exhortationum vel homiliarum ad monachos lib. 2. De tentationibus clauſtralium & remedijs earum lib. 2. de vita ſacer*

dotum

Digitized by Google

*abbas) ſcripſit ad Arſenium, in regulam ſancti Benedicti lib.1. in Pſalterium totum lib.1. in Euangelia dominicalia quæſtiones lib.1. in Euangel. de ſanctis quæſtiones lib.1. de aqua benedicta lib.1. de ſalute animæ lib.1. ſermones de tempore lib.1. ſermones de ſanctis li.1. Lecturam ſuper Decreto, ſeu Auream turrim Decretorum. Contemplationes deuotiſſimas, & librum de authoritate Eccleſiæ.* * *Eius commentaria in regulam Benedicti, Coloniæ excu. Gerninus Calenius & hæredes Quentelij, anno 1575. Quæſtiones de tempore & ſanctis, impreſſit Stephanus Gueynard Lugduni anno 1509. Liber de aqua benedicta. 8. Romæ apud Antonium Bladum, anno 1559. In Gratiani Decretorum 1. commentarij, Ioannis Boërij præſidis Burdigalenſis annotationibus & ſummis locupletati. Lugduni Claudius Seruaniub, 1555. Eiuſdem in 1. & 11. Decretorum volumen cauſarum comm. cum annotationibus eiuſdem Boërij. Impreſſ. ibid. In Decretum index. Impreſſ. vt ſupra. Eiuſdem in tractatum de pœnitentia comment. Lugduni anno eodem. Eiuſdem de conſecratione comment. cum additionibus & ſummarijs eiuſdem Boerij. Lugduni vt ſupra. Claruit anno 1460.*

Ioannis *Tuſtini Vogeſo Lotharingi ad Guilielmum Samgræum Mecœnatem ſuum, in epiſtolas M. T. Ciceronis ad Q. Fratrem commentaria.*

Ioannis *Tylney Nordouicenſis Carmelita, ſcripſit poſtillam in Apocalypſim Ioannis, Compendium ſententiarum, & alia. Vixit anno 1430.*

Ioannes *de Thynmouth, ſacerdos, collegit Auream hiſtoriam lib.3. Sanctilogium edidit lib. 1. Opus ſeruorum Dei lib.1. Martyrologij appendices lib.1. Expoſitiones in Geneſim lib.1. In Exodum lib. 1. In Leuiticum lib.1. In Numerum lib.1. In Deuteronomium lib.1. Super Ioſue lib.1. Super Iudicum lib.1. Super Regum lib. 4. Super Apocalypſim lib. 1. Lectionarium Eccleſiæ lib.1. Claruit anno Dom. 1366. Baleus.*

Ioannes *Thyſſyngton Anglus, minorita, ſcripſit contra Vicleui confeſſionem. De ſacramentis lib.1. De confeſſione auriculari, & alia. Vixit anno 1392.*

Ioannes *Tythleshale, Carmelita, ſcripſit in Magiſtrum ſententiarum lib. 4. Determinationes in theologica lib.1. In Apocalypſim ſancti Ioannis lib.1. Prælectiones Bibliorum lib.1. Sermones de tempore lib.1. Sermones de ſanctis lib.1. Claruit anno 1354. Baleus.*

Ioannes *Tzezes, Grammaticus, ſcripſit Græce variarum hiſtoriarum librum verſibus politicis, quem cum Pauli Laciſij Veronenſis verſione è regione excu. Ioan. Oporin. Baſileæ anno 1546. cum præfatione Nicolai Gerbelij: in qua de operis huius præſtantia, ac vtriuſq; Tzezis, Iſaaci & Ioannis, vita diſſerit. Scripſit etiam ad Auguſtam in Homeri poema* ἐξήγησιν, μετάφρασιν ἰαμβικοῖς στίχοις *continentē. Deinde in Heſiodi opera quæ extant, commentariolum, impreſſum Baſileæ apud Ioan. Oporinum an. 1543. vnà cum textu Heſiodi Græco, & interpretatione Latina ad verbum, etc. Eius autem epigrammata quædam Baſileæ excuſa ſunt cum Heraclide Pontico.* * *Tzezis paraphraſis in Iliada Homeri, in folio, Manuſcripta extat in bibl. Imperat. Viennæ. Eiuſdem hiſtoriæ variæ non editæ in 4. Item hiſtoria de ijs quæ ante & poſt Troiam acta ſunt, cum interpretationibus Hermogenij & Sophiſtici, in 4. Manuſcripta bibl. Imper. Viennæ Auſtriæ. Eiuſdem allegoriæ, & ſcholia in Homerum in 4. Eiuſdem de orthographia opus in 4. In duos libros Iliados Homeri commentaria in 4. Eiuſdem commentarij in priora & poſteriora Analytica Ariſtotelis in folio. Manuſcripti in bibliotheca Imperat. Viennæ. Caruit anno 1176.*

Ioannes *Valdeſius, Secretarius Regis Neapolitani, ſcripſit dialogos Charontem & Mercurium, impreſſos Italice. Item conſiderationes pias & doctas itidem excuſas. Item in Pſalmos aliquot, In Euangelium Matthæi & Ioannis, & quædam alia.*

Ioannes *Valeis, natione Anglicus, Minorita, ſcripſit ſummam collationum lib.7. ſuper ſententias lib.4. de ordinatione vitæ lib.1. manipulum florum lib.1. in Apocalypſin Ioannis lib.1. ſermones varios lib.1. de diuerſis materijs lib.1. de cæteris nihil reperi. Eius de regimine vitæ humanæ ſumma, ſeu Margarita doctorum, id eſt, loci communes ad omne propoſitum, cum indice locupletiſſ. impreſſi Lugduni, anno 1511. Ioannes Valeis vel Valenſis aut Galenſis, ſcripſit Communiloquium ſeu collationum li. 7. Compendiloquium de vitis illuſtrium philoſophorum. Breuiloquium de philoſophia ſiue ſapientia ſanctorū. Breuiloquium de virtutibus 4. Cardinalibus antiquorum principum et philoſophorum. Ordinarium ſiue Alphabetum vitæ religioſæ, cuius prima pars Dictarium inſcribitur, ſecunda Locarium, tertia Itinerarium. Impreſſa ſunt hæc Venetijs primum, deinde Lugduni, anno 1511. in char. 78. Claruit anno 1270.*

Ioannis *Vallenſis liber poematiorum & epigrammatum.*

Ioannis *Valuerdi Hamuſeenſis, de animi & corporis ſanitate tuenda libellus, ad Hieronymum Verallum Cardinalem, excuſus eſt Lutetiæ, anno 1552. in officina Roberti Stephani. Anatomia Italico ſermone ſcripta, cum figuris Veſalij. Eadem Latine Antuerpiæ.*

Ioannes *Vara ſuper conſtitutiones, capitula et pragmaticas regni Siciliæ.*

Ioannis *Varenakrij Tractatus de Sacramentis. Vixit anno 1446.*

Ioannis *Varennij Mechlinienſis Syntaxis linguæ Græcæ, excuſa Baſileæ apud Rob. Winter an. 1536. cum Ioachimi Camerarij annotatiunculis, & rurſum apud Ioannem Oporinum, anno 1550. Eiuſdem de proſodijs Græcorum, libellus excuſus eſt Pariſijs, anno D. 1544. in 8. apud Wechelum, cum Emanuelis Moſcopuli libello de ijſdem. Claruit anno 1532. Louanij.*

Ioannes *Varro, ſeu Guarna, præceptor Scoti, ſcripſit quædam non edita.*

Ioannis *Vaſei Flandri Chronicon Hiſpaniæ.*

Pars

Digitized by Google

Medicæ laureæ candidatorum inſtitutæ. Pariſijs impreſſæ apud Federicum Morellum, anno 1560. Oratio de obitu Caroli V. Ibidem 1559.

* Ioannes Veterus: in conſilia Petri Anthonij, complectentia, conſilia criminalia, De contractibus inter viuos, de iudicijs, de poſſeſſorio, de dotibus, de vltimis voluntatibus, in folio. Francofurti apud Feyrabent.

Ioannis à Via defenſio & aſſertio iugis eccleſiæ ſacrificij, contra calumnias Iacobi Andreæ Smidelmi, Coloniæ apud Cholinum in octauo. Eiuſdem Chriſtiana admonitio & inſtructio ad Bauariam qua ratione errores qui hodie paßim ſparguntur ex verbo Dei agnoſcendi & fugiendi ſint. Germanice Monachij. Eiuſdem Epitome ſermonum Dominicalium Ioan. Feri. Col. 1571. * Idem precationes Ioannis Feri Latinitate donauit. Lugduni Petrus Michael, anno 1570. impreſſ. Et quartam partem hiſtoriæ ſanctorum à Laurentio Surio Latine editam, in Germanicam linguam tranſtulit: quæ pars complectitur Iulium & Auguſtum menſes, in fol. Monaci anno 1578.

Ioannes de Vicomercato, ſuper 1. Codicis, De edendo.

* Ioannis Vigandi inſtitutio Chriſtianæ religionis ex Sidonio & decretis concilij Moguntini collecta, Excuſa eſt Moguntiæ anno 1550.

Ioannis de Vigo Genuenſis, prima pars Practicæ chirurgiæ quæ inſcribitur Copioſa, impreſſa Lugduni anno Domini 1519. Deinde eius ſecunda pars Lugduni anno Domini 1518. Floruit Iulij ſecundi Pontif. Maxim. temporibus, cuius chirurgus fuit.

Ioannis Viguerij inſtitutiones theologicæ excuſæ ſunt Pariſijs anno Domini 1553. Commentaria in D. Pauli epiſtolam ad Rom. Venetijs primum excuſa 1571. cum eiuſdem inſtitutionibus ad Chriſtianam theologiam. De conſolatione agonizantiũ liber. Antuerpiæ apud Bellerum anno 1554. * Eadem opera Pariſijs & Lugduni nuper ſplendidiori titulo & elogio autoris ſunt excuſa in hunc modum. Ioannis Viguerij Granatenſis, eruditißimi viri, apud Tholoſam Prædicatorum ordini adſcripti, Sacræ Theologiæ Doctoris, ac profeſſoris in eiuſdem ciuitatis Academia, Inſtitutiones ad naturalem & Chriſtianam philoſophiam, maximè verò ad Scholaſticam Theologiam ſacrarum literarum, vniuerſaliumq́; Conciliorum authoritate & Doctorum Eccleſiaſticorum, præſertim D. Thomæ Aquinatis eruditione confirmatæ, Eccleſiaſtis omnibusq́; animarum curam gerentibus admodum neceſſariæ, In folio Pariſijs anno 1582. Com. D. Pauli ad Romanos epiſtola, in quibus omnes ferè hæreſes noſtri temporis confutat. Lugduni Guilielmus Rouillius, anno 1571. Opuſculum de conſolatione agonizantium: cum elucidatione Miſſæ. Lugduni Guilielmus Rouillius, 1569.

Ioannes Villanus ſcripſit vulgari lingua Chronica Florentinorum, citatur à Bapt. Fulgoſo.

Ioannis de Villa abbatis Poſtillæ ſuper Euangelia Dominicalia & Epiſtolas totius anni: manuſcriptæ. Melchior Dreſſerus.

Ioannes de Villemat de Sfortia, iuriſperitus, ſcripſit ſuper 2. ff. v. de ſicar. De acquiſitionibus poſſeſſ. & dominij.

Ioannes de Vineta, Armoricus Brito, Carmelitarum per Franciam prouincialis, ſcripſit Chronicon ſui ordinis lib. 1. Vitas trium Mariarum lib. 1. Annotationes in Regum lib. 4. De officijs diuinis lib. 1. Conciones ſynodales lib. 1. Determinationes quoque lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1348. Ioannes Triſſa.

Ioannis Virdungi Hasfurdij, tabulæ reſolutæ de ſupputandis ſyderum motibus, excuſæ ſunt Norimbergæ à Ioan. Petreio anno Domini 1542. in quarto. Eiuſdem Prognoſticon ſuper ſtupendis & prius non viſis Planetarum coniunctionibus magnis, anno Domini 1524. futuris. Editum anno D. 1521. Oppenheimij. Eiuſdem quædam alia prognoſtica Germanice edita ſunt.

* Ioannis Viſceri Diſputatio de vſu atque officio ſplenis in homine. in 4. Tubingæ apud Georgium Gruppenbachium.

Ioannes de Viſchijs, ſcripſit de immunitate eccleſiæ.

Ioannes Viſorius Cenomanus, ſcripſit Commentarios in Topica Ciceronis ad Trebatium. Eiuſdem de inuentione & iudicio dialectices libri 2 excuſi Baſileæ cum dialecticis quibuſdam authoris incerti progymnaſmatis, apud Robertum Winter.

Ioannes Vitalis Cardinalis in Speculo morali. Vixit anno 1311.

Ioannes Vitoduranus monachus ordinis fratrum minorum, ſcripſit hiſtoriam ſuorum temporum, quam repetijt ab anno Domini 1215. vſque ad annum 1348.

Ioannis Vinaldi de vera contritione liber impreſſus Pariſijs apud Ambroſ. Girault anno Domini 1564.

* Ioannis Viuiani Valentini Eccleſiaſtis, ſiue, Regis Solomonis Sermonum, Paraphraſis poetica explicatio. Antuerpiæ C. Plantinus.

Ioannes Klimmerius libros Lanfranci, Guimundi, Algeri, Adelmanni, & Iuonis de veritate corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtiæ ſacramento, à mendis repurgauit, & in vno volumine coniunctos edidit. Louanij anno 1561. in octauo. Idem ſcripſit quomodo eccleſia quiete in hac vita pergere poßit.

Ioannes Vlpius, Franckerenſis Friſius, Heſiodi opera & dies carmine reddidit, ita vt ſingulos Græcos verſus ſingulis Latin. exprimeret, Michael Iſingrinius impreßit anno Domini 1540. in 8. Græcis & Latinis è regione poßitis. Scripſit & collectanea quædam Prouerbiorum quæ in chiliadibus Eraſmi non habentur. Item ad Henr. Saxoniæ ducem elegiam gratulatoriam: & alia quædam imperfecta ob immaturum eius obitum.

Ioannes Vochs, Colonienſis, opuſculum de omni peſtilentia, & diuturna peſte morbi Gallici ſcripſit, impreſſum in Germania 1537.

Ioannis Vœgelin Heilpronnenſis, introductio

*veritatis Illyrici in editione 2. fol. 260: quomodo fuerit damnatus Magun. & ante noſtra tempora reclamauerit Papæ. Eius paradoxorum condemnatio edita. in fol.*

Ioannis *Weſelij Anthologia, id eſt, Farrago ſenentioſorũ verſuum, ex operibus Baptiſtæ Mantuani in ordinem alphabeticum digeſta: annexæ ſunt circa finem duæ ſyluulæ lectu iucundæ & vtiles. Norimbergæ anno* 1571.

Ioannes *Wichingham Franciſcanus, ſcripſit ſermones de tempore lib.1. Diſputationes quoq; lib. 1. Claruit* 1362. *Baleus.*

Ioannes *Wicleuus, natione Anglus, ſcripſit multa volumina ad Chriſtianæ reipub. vtilitatem, ex quibus ſunt. Dialogorum lib.4. ſermones in epiſtolas lib.4. ſermones in Euangelia li.3. De religione perfectorum lib.3. De ſermone Domini in monte lib.3. De Chriſto & Antichriſto lib.2. De fide & perfidia lib.2. De eccleſia & eius membris li.2. De Antichriſto & eius membris lib.2. De diabolo & eius membris lib.2. De dominis & ſeruis lib.2. Dialogum veritatis & mendacij. Confeſſionem de Euchariſtia lib.1. determinationes de Euchariſtia. Grammaticæ tropos. Abſtractiones Logicales. Logicam de aggregatis. De vniuerſo reali. De formis Idæalibus. De eſſe Idæali quorumlibet. De eſſe in ſuo prolixo. De eſſe intelligibili. Logicam de ſingulis. De phyſica naturali. De vna communis generis eſſentia. De eſſentia accidentium. De neceſſitate futurorũ. De materia cœleſtium. De temporis quiditate & ampliatione. Metaphyſicam vulgarẽ & nouellam lib.12. De centro infiniti. De fonte errorum. Categorias Theologicas. De ordinatione eccleſiæ. De ſtipendijs miniſtrorũ. De compoſitione hominis. De incarnatione verbi. De humanitate Chriſti. De abominatione deſolationis. De diabolo millenario. De lege diuina. Gloſſas ſcripturarum, nouellas, vulgares ac manuales. De ciuili dominio ac diuino lib.2. De terno amoris vinculo. Contra ſuos aduerſarios lib.6. De pontifice Rom. & eius nequitijs lib.2. De origine ſectarum, ac earũ perfidia li.2. in regulã minoritarum. De quatuor ſectis nouellis. Dialogum de fratribus. contra mendacitatem validam. Speculum de Antichriſto. Speculũ militantis eccleſiæ. Articulorum ſuorũ lib.1. in Matth. Euangeliſtæ cap.23. De conuerſatione eccleſiaſticorum. De epiſcoporum erroribus. De XXXIII. erroribus curatorum.* De *perfectione Euangelica.* De *veritate ſcripturæ. ſupplementum Trialogi. excuſationes ad Vrbanũ. conſtitutiones eccleſiæ. aduerſus conſilium terremotus. ſcholia ſcripturarum.* De *gradibus cleri.* De *clericorum ordinatione.* De *cura paſtorali.* De *pœnitẽtia.* De *Hypocriſi.* De *blaſphemia.* De *ſimonia ſacerdotum.* De *ſolutione Sathanæ. concordantias doctorum.* De *ſtatuendis per plebẽ paſtoribus.* De *purgatorio in orationem dominicam.* De *precationibus ſacris.* De *orationis efficacia. in cap. 17. Ioan.* De *Chriſtianorũ villicatione.* De *non alio Chriſto expectando.* De *clauiũ poteſtate & vſu lib. 2.* De *confeſſione Latinorum.* De *remiſſione fraterna.* De *baptiſmo Chriſtianorũ.* De *fenſionem aduerſus impios.* De *cenſura eccleſiaſtica.* De *bullis Papalib.* De *Apoſtaſia à Chriſto.* De *obedientia prælatorum.* De *quintuplici Euangelio.* De *quaternario doctorum.* De *quiditate hoſtiæ conſecratæ.* De *ordine Chriſtiano. Lectiones in* Danielem. *Lectiones in Apocalypſ. Ioan. aduerſus Monachum de S. Albano, Petrum Stocles, monachum* Dulnelmenſem *lib. 3.* De *clericis poſſeſſionarijs.* De *ritibus ſacramentorum.* De *Eccleſia vera & Catholica.* De *prænaricatione mandatorum.* De *ſtatu innocentiæ lib. 2.* De *vnico ſalutis agno.* De VII. *donis ſpiritus ſancti.* De *fide ſacramentorum.* De *religioſis priuatis.* De *ſacerdotio Chriſti, & Leuitico lib.2.* De *peruerſo Antichriſti dogmate.* De *vnitate Chriſti, atq; alia non pauca, quæ præterea à Ioan. Baleo numerantur in eius vita. Obijt in ſua parœcia (poſt longum exilium) de Luterwort, anno* 1387. *Verum eius corpus anno* 1428. *à Martino* V. *pontifice exhumatum atq; publice exuſtum eſt. Articuli* 18. *Ioan. Wiclefi impugnati à Wilhemo Widefordio, impreſſi cum deſcriptione concilij Baſilien. per Æneam Syluium: & ibidem aliæ propoſitiones eiuſdem ex ipſius libris excerptæ, damnatæq; Oxoniæ, Londini, & Conſtantiæ in Concilio: item rationes, cur damnati ſint ipſius & Ioãnis Huß ſequacis eius articuli. *Eius dialogorũ libri 4. de rebus ſacris, alicubi Impreſſi in quarto, anno* Domini 1525. *Et lectiones in Apocalypſin, manuſcriptæ aſſeruantur in bibl. Imperat. Viennæ in 4.*

Ioannis *Widman medici libellus de vſu thermarum ferinarum.*

Ioannis *Wieri medici, de Scorbuto, ſiue Scorbutica paſſione Epitome.* De *præſtigijs dæmonum & incantationibus ac veneficijs lib.5. ſecundo editi Baſileæ, ab auctore recogniti ac valde aucti in.8. Medicarum obſeruationum lib.1. in 4.* * De *ira morbo, & eiuſdem curatione Philoſophica, Medica, & Theologica liber 8. Baſileæ ex officina Oporiniana. Eiuſdem de Lamijs liber: Item de commentitijs ieiunijs. Eius de præſtigijs* Dæmonum, *& incantationibus ac Veneficijs libri ſex, poſtrema editione quarta, aucti & recogniti. 4. Baſileæ ex officina Oporiniana, anno* 1580.

Ioannis *Wigandi concionatoris Mansfeldenſis, de neutralibus & medijs libellus vtilis & neceſſarius, excuſ. eſt anno* 1552. *Francof. à Brubach in 8. De confeſſione in doctrina diuina, & neceſſarijs factis. Ienæ. Methodus doctrinæ Chriſtianæ ſicut in eccleſia Magdeburgenſi traditur. Francofurti, anno* 1569. *Confutatio Arianorum ſeu Antitrinitariorum Geneuæ. De communicatione Idiomatum. Poſtilla Latina, & in Germanicam linguam tranſlata per Chriſtoph. Obenhin. De homine integro, corrupto, ornato, glorificato & de vicinis rebus. Rationes, cur hæc propoſitio: Peccatum originis eſt corrupta natura: in controuerſia cum Manichæis conſiſtere nequeat. Pſalmorum* 145. *&* 147. *breuis explicatio, tradita Ienæ. De imagine Dei in homine & larua ſatanæ. Ienæ anno* 1573. *In duodecim minores prophetas explicatio. Baſileæ per Paulum Quecum* 1566. *in.8. De erroribus Georgij*

*Maioris*

Ioannes *Witlich Colonienſis, ſcripſit in textũ ſententiarum lib. 4. & Lectiones in omnes epiſtolas Paulinas. Claruit anno* 1400.

Ioannes *Witlingus, ſcripſit in ſuo exilio Explicationem Pſalm. 94. Deus vltionum, & 130. De profundis, impreſſam Baſileæ, anno 1550. Vide in Ioan. Brentio, is enim author eſt huius explicationis, atq; ſub hoc nomine fictitio certas ob cauſas tum temporis publicauit.*

Ioannes *Witus Wintonienſis Epiſcopus, Antichriſti Romani terrificus miniſter, cõpoſuit Diacoſiomartyrion lib. 1. Epigrammata quoq; lib. 1. Vixit anno 1557. Baleus.*

Ioannis *Witzpfennig Vinea medicinæ, liber ante annos complures ſcriptus Viennæ in Auſtria, rudi ſtylo, vtilis tamen & eruditus. Extat in bibliotheca Ioan. Dryandri.*

* Ioannis *Vultei Epigrammatum lib. 4. & Xenia in 8.*

Ioannis *Woenuſij legatio veteris ac nouæ Academiæ ad Maximilianum II. Rom. Imp. in quarto excuſa.*

* Ioannis *Wolfgangi Freymonij, Symphonia iuris vtriuſq; Chronologica, in qua non modo omnium Pontificum, Imperatorum, Conſulum Romanorum, Iuriſperitorum nomina, ſucceſsiones, ætates, mores, temporaque concurrentia in vnum corpus redacta, Hiſtoriarum Lectoribus vel in tabula ſpectanda proponuntur, ſed quod ab vno quoq; in vtroq; iure conſtitutum ſit oſtenditur, &c. Fol. Francofurti apud Feyrabend. Eiuſdem obſeruationum iuridicarum crepundia ex octginta, plus minus humanioris literaturæ floſculis in textibus & gloſsis iuris paſſim occurrentibus congeſta, & in lucem prolata. 8. Monachij, 1576.*

* Ioannis *Wolkmeri epitome vtriuſq; Muſices actiua in 4. 1538.*

* Ioannes *Wolphius de Tabernis Montanis* I.V.L. *Phil. Lud. Palatini & Caroli March. Bad. conſiliarius, Arcis hiſtoricæ penum cum ſua præfatione edidit. Baſileæ ex officina Petri Pernæ, anno D. 1579. tomis duobus in 8.*

Ioannes *Wolphius Tigurinus, collegit Indicem Græcorum nominũ, quæ ad Geographiam pertinent, ex Ptolemæo, Pauſania, Stephano, Strabone, Euſtathio, & nonnullis alijs. Idem excudi curauit, additis præfationibus ſuis Petri Martyris Vermilij Diſputationem de cœna Domini in Anglia habitam, & eiuſdem librum de Sacramento Euchariſtiæ, Tiguri excuderunt Andreas Geſnerus & Rodophus Wiſſebachius. Confeſsionem Anglicam & quoſdã alios libellos ex Latino ſermone in Germanicum tranſtulit. Præterea ſcripſit, Præconem Euangelicum ſiue de officio concionatoris ſacri orationem. De ſabbatho libellum Germanicum. Commentaria in 14. vltima capita ſecundi libri Melachim, addita Commentarijs in primum totum, & ſecundi capita 11. Commentaria in Nehemiam. * De Chriſtiana perſeuerantia commendationis conſolatoriæ, ad N. captiuos fratres lib. 1. Omnia hæc excuſa ſunt Tiguri apud Froſchouerum. Scripſit etiã Commentarios in Eſdram, in librum Eſther, in Ionam prophetam. Conſiderationes domeſticas in 4. librum Moſis, Sermones & Conciones in Deuteronomium, librum Ioſue, Iudicum, Heſther, Ruth. In Pſalmos, Eſdram, Prophetas Ionam, Nahum, Ioelem, Prælectiones & repetitiones in Eccleſiaſten Solomonis. Item Conciones in Matthæum, Ioannem, & Acta Apoſtolorum memorialia, in Marcum & Lucam. Conciones matutinas & veſpertinas in Acta Apoſtolorum. Conciones in epiſtolas D. Pauli ad Philippenſes, Coloſſenſes, Theſſalonicenſes, Timotheum, Philemonem. In D. Petri & Ioannis Epiſtolas, & Variarum concionum volumen. Præfationem in Pſal. 109. Item libellos de conferendis Bibliorum tranſlationibus. De conficiendis ſuccinctis comment. in Biblia. De Eccleſia militante vbi in his terris reperienda ſit. De conſtitutione ſcholæ Tigurinæ. De petra ſalutis. Scripſit etiam locorum communium ex lectionibus quotidianis collectorum volumen, & librum epiſtolarum. Librum orationum. Decadum D. Henr. Bullingeri conciones 8. tranſtulit in ſermonem Germanicum, & Plutarchi vitam Dionis è Græco in Latinum. Item Iſagogen Germanicam in ſtudia Iuris ciuilis. Comment. in Aphtonium, in lib. 2. Epiſtol. Fam. Cicer. in eiuſdem orat. 3. pro Archia. Onomaſticon phyſicum, & Topologicum Onomaſt. Palæſtinæ. Hæc omnia partim in priuatum vſum conſcripta, partim editioni parata, in eius bibliotheca, à filio ipſius Henrico ſeruantur. Obijt anno 1582. Eccleſiæ Tigurinæ ad collegium virginum paſtor ordinarius, vir pius & doctus multisque donis ornatiſsimus.*

Ioannis *Wolphij Herburgenſis, natione Germani, rudimenta Arithmetices, quæ adhuc adoleſcens conſcripſit. Excuſa Francofurti apud Egenolphum, anno 1534. cum Ioannis Vœgelin elementali Geomemetrico: & Argentorati, 1540. Claruit anno 1527.*

Ioannis *Vulteij Remenſis, natione Galli, epigrammatum libri duo, impreſsi Lugduni apud Sebaſtianum Gryphium, anno 1536. Claruit Lugduni 1536.*

Ioannis *Vunſchelburgenſis, Theologiæ doctoris, Germani, De ſignis & miraculis falſis liber, non dum impreſſus. Vixit circa annum Domini 1400. Recenſet in eo aliquot fallacias auarorum ſacerdotum, vt de imagine Chriſti ſudante. De rubigine in manubrio cryſtallino pro ſanguine Chriſti, Cracouiæ adorato. De reſina ex lignea imagine defluente, & eodem modo pro Chriſti ſanguine habita. De ſacerdote Boemico qui ſuo ſanguine ad decipiendum populum tinxit oſtiam. De ementito ſanguine Chriſti in Welſnag oppido Saxoniæ, cuius cauſa eum librum ſcripſit. Idem ſcripſit librum de ſuperſtitionibus. Vir vt apparet interger & amans eccleſiaſticæ veritatis.*

Ioannes *Vurotham Londinenſis, Carmelita, ſcripſit in textum ſententiarum libr. 4. In Cantica canticorum. Sermones de tempore, ſanctis, & Quadrageſimales. Sermones de ſancta Maria virgine*



Digitized by Google

Iodocus *Badius Aſcenſius, Gandenſis, natione Germanus, ſcripſit opus metricum inſigne contra vitia, quod vocauit Syluam moralem. Contra Vincentium lib.1. Pſalterium Mariæ ſapphicis lib. 1. De grammatica lib.1. Epigrammatum lib.1. Epiſtolas varias, & alia complura, ex quibus habetur in epiſtolarum compoſitionem. Compendium Iſagogitum, breue & facile: item in epiſtolas Ciceronis Familiares interpretationem, cum Compendio Iſagogico in eaſdem: excuſæ Mediolani, 1519. in Ciceronis Philippicas ſcholia, excuſa in officina ipſius Pariſijs, 1529. cum Maturantij, Philippi Beroaldi, & Georg. Trapezuntij commentarijs. Commentarij in Ciceronis libros Officiorum, de Amicitia, de Senectute, & Paradoxa: excuſi apud ipſum authorem, Lugduni 1514. In libros Rheticorum ad Herennium, commentarij Pariſijs impreſſi. Expoſitio in hiſtorias C. Criſpi Saluſtij, & reliqua opuſcula hiſtoriarum, quæ cum illis hactenus imprimi ſolita ſunt. Commentarij in Horatij poemata. Commentarij & argumenta in Perſij Satyras, cum Ioan. Britannici in eaſdem commentarijs. Commentarij in Terentij fabulas, Lugduni, 1522. Commentarij in Valer. Maximi exempla, ex officina eius publicata Pariſijs. In M. F. Quintiliani inſtitutiones oratorias commentarij, ibidem excuſi. Annotationes in Euangelicam hiſtoriam Iuuenci: Weſthemerus excudit Baſileæ, cum Cælio Sedulio. In Philippi Beroaldi Næniam de paſſione Domini. Commentarij in Bapt. Mantuani opera, cum eiſdem impreſſi. In Angeli Politiani Epiſtolarum & Miſcellaneorum libros ſcholia, 1519. Epitome, id eſt, compendia in ſingula capita librorum ſex Elegantiarum Lauren. Vallæ, & ſubinde explanationes in eadem: impreſſa Argentorati apud Matthiam Schurerium, 1512. cum Lima Mancinelli. Syluæ morales, ex diuerſis poetis collectæ per Aſcenſium, & interpretationes eius illuſtratæ, impreſſæ Lugduni apud Ioan. Trechſel, 1492. Sunt autem lib. 12. ex Vergilio, Odis Horatij, Perſio, Iuuenale, Ennio, Baptiſta Mantuano, Sulpitio de moribus, Moralibus Catonis, & Alani parabolis, ſecundum locos concinnati. Idem Badius Henrici Glareani in Liuium Chronologiam in ordinem alphabeticum redegit, ſingatis vbique Olympiadum & vrbis conditæ annis, liber impreſſus Baſileæ apud Iſingrinium, anno 1540. Claruit Pariſijs, anno 1526. Commentarij in Theocriti Bucolica à Philetico Latinitate donata. Pariſijs, 1503. Io. Petit.* * Aſcenſij commentarij in Æneida Vergilij habentur in bib. Imp. in folio.

Iodocus *Beyſſelius, natione Germanus, ſcripſit Dialogum de optimo genere muſicorũ, de Chriſtiano ambitu lib.1. Epitomen ſtimuli amoris lib.1. De roſacea Mariæ corona lib.1. Roſarium metricum lib.1. De roſarij myſterijs lib.1. Roſarium de Sacramento altaris lib.1. Geſta Flandrenſium lib.1. Orationes elegantiſſimas. Epiſtolas quoque plures, carmina & epigrammata multa, & quædam alia. Claruit anno 1454.*

Iodocus *de Calue, natione Germanus, ſcripſit Aquiſgrani ſermones varios lib.1. Vocabularium prædicantium lib.1. & varios tractatus. Vixit anno 1480.*

Iodoci *Caſtneri Epicedion de obitu incomparabilis viri D. Henrici Loriti Glareani: & in eundem epigrammata quædam funebria. Baſileæ apud Oporinum, 1563. in 4.*

Iodocus *Clichthoueus Neoportuen. ſcripſit in Auguſtini Dathi elegantias commentarium. In introductionem Arithmeticam Seuerini Boetij cõmentarium. De praxi numerandi compendium. In Ioannem Damaſcenum commentarium. De vera nobilitate librum eximium. In paraphraſim phyſices Ariſtotelis ſcholia. In introductionem paratam in phyſicen Ariſtotelis commentarium. In introductionem paratam in libros metaphyſices Ariſtotelis commentarium. In introductionem elaboratam in Ethica Ariſtotelis commentarium. Iacobi Fabri Theorica planetarum elucidauit commentarijs. Artem ſupputandi tam per calculos, quàm per notas Arithmeticas, ſuis regulis eleganter expreſſam, excuſam cum Iacobi Fabri introductione in Arithmeticam Boetij & Iordani. Introductiones in ſingulas Dialecticæ partes, Ioan. Paruus excudit Pariſiis, 1537. & Mich. Vaſcoſanus, 1534. Scholia in paraphraſes Fabri Stapulenſis ſuper Ariſtotelis tota fere naturali philoſophia, impreſſa cum iiſdem Pariſijs, 1533. Fertur etiam ſuper Ethicis & Politicis commentarios edidiſſe, qui habeantur impreſſi. Compendium veritatis, impreſſum. Sermones, excuſi Coloniæ apud Petrum Quentel. Libros quatuor commentariorum in eam partem Euangelij Ioannis, ſuper quam totidem libri Cyrilli interciderunt. Propugnaculum eccleſiæ contra Lutheranos, liber impreſſus, alius ab Antiluthero. Antilutherum. Decreta concilij Senonenſis. De ſacramento Euchariſtiæ contra Ioannem Oecolampadium. Improbationem quorundam articulorum Lutheri. De laudibus trium antiquorum patrum. De veneratione ſanctorum. Dobello & pace. De puritate conceptionis B. Mariæ. De dignitate annunciationis B. Mariæ. De myſtica numerorum ſignificatione. De vera nobilitate. De vita & moribus ſacerdotum. Do officio regis. De neceſſitate peccati Adæ. De laudibus S. Ludouici & Cæciliæ. De laude monaſticæ religionis. De doctrina moriendi. Omnia Pariſijs apud Simonem Colinæũ excuſa. Idem ſcripſit Homilias de tempore & ſanctis per totum annum, impreſſas Coloniæ apud Colinæum, anno 1572. octauo.*

Iodoci *Dambouderij Brugenſis Iureconſulti clariſſimi, Enchiridion rerum criminalium vulgo Practica, opus celebre & elegans, atq; adeo prætoribus proprætoribus, conſulibus proconſulibus, magiſtratibus reliquisq; iuſtitiarijs ac officiarijs vtile & neceſſariũ. Lugduni impreſſit Sebaſtianus Bartholomæus Honoratus, 1555. Idem opus poſtea recognitum & additionibus illuſtratum. Antuerpiæ impreſſit Ioannes Bellerus, additis nonnullis iconibus materiæ ſubiectæ conuenientibus. Praxis rerum ciuilium. Venetijs, 1568. in quarto. Parænſes Chriſtianæ, ſiue loci communes ex vtroque Teſtamento*

Iodoci Trutetter Iſenacenſis theologi, Sum-
mula totius logicæ, impreſſa Erphordiæ, anno Do-
mini 1501. in 4.

Iodocus Valerens Q. Calabri poeſin dereliɛto-
rum ab Homero, & Coluthi Thebani de raptu He-
lenæ poemation Latinitate donauit. Gryphius ex-
cudit Lugduni, anno 1541. Item Phornuti de natu-
ra deorum librum, impreſſum Baſileæ.

Iodocus Willichius Reſellianus, natione Ger
manus, multos edidit eruditos ſanè libros, ex quibus
à me viſi ſunt, Erotematum Dialecticeslib. 2. A-
rithmeticæ lib. 3. Proſodia Latina, cui nonnulla de
modulatione oratoria acceſſerunt: excuſa Lipſiæ,
anno 1539. De pronunciatione Rhetorica liber.
Scholia in Vergilij Bucolica, Weſthemerus excu-
dit Baſileæ, anno 1540. Annotationes in Bucolica
& Georgica Vergilij, impreſſæ cum operibus Ver-
gilij, Baſileæ apud Brylingerum, anno 1545. Com-
mentarij in Georgica Vergilij, ſeorſim excuſi Baſi-
leæ apud Weſthemerũ, anno 1539. adiunctis etiam
poetæ carminibus, cum epiſtola nuncupatoria, ſcri-
pta anno 1538. ad D. Ioachimum II. Marchionem
Brandenburgenſem, qua rei ruſticæ laudes perſe-
quitur. Commentarius anatomicus, in quo eſt o-
mnium partium corporis humani diligens enume-
ratio. Item de locuſtis Dialogus, impreſſus Argen-
torati, anno 1544. Obſeruationes in Lactantium
de opificio Dei, excuſæ Argentorati apud Crato-
nem Mylium. Commentaria in vtranque ad Timo-
theum Pauli epiſtolam, impreſſa ibidem, anno 1542.
Expoſitionem in Euangelia, quæ vſitato more die-
bus Dominicis & feſtis proponuntur, impreſſæ Ba-
ſileæ apud Weſthemerum, anno 1544. In Hagge-
um commentaria, impreſſa Baſileæ apud Weſthe-
merum, anno 1546. Commentaria in Vergilij opu-
ſcula de re Hortenſi, & Epigrammata Ethica, cum
eius ſcholijs poſterioribus in Vergilij Bucolica, im
preſſa Baſileæ apud Ioãnem Oporinum, anno 1550.
Orthographiæ inſtitutiones, excuſæ Baſileæ apud
Iacobum Parcum, anno 1550. Præterea ſcripſit Iſa-
gogen in Ariſtotelis, Alberti Magni, & Pontani
meteora libris 3. Francofurti ad Viadrum apud Io-
annem Sciurum, anno 1549. vnà cum his ibidem e-
ditis: Omnium artium & diſciplinarum informan-
darum opuſculum, de formando ſtudio in quolibet
artium & prophanarum genere libellum, de pro-
nunciatione Rhetorica, & Quæſtiones de pronun-
ciatione, experimenta Publij Vergilij: Commenta-
riolum de verborum copia, præſertim ex Ariſtote-
le & Cicerone, Chronologiam in Æneida Vergi-
lij. Totius Catecheſeos Chriſtianæ expoſitionem, in
Ionam Prophetam ecphraſim compendioſiſſimam.
Eiuſdem Chronologia in Vergilij Æneida. Item
Dialyſis in eiuſdem Georgica, excuſa ſunt Fran-
cofurti ad Viadrum. Eiuſdem commentaria in Cor
nelium Tacitum de Germania, item explicationes
de Zytho Succino Sueuo fluuio, ibidem ſunt edita.
Commentariolum in Eunuchum Terentij, excuſum
Lugduni, cum Ioannis Ericij annotationibus in ean
dem fabulam. Eiuſdem erotemata rhetorica. Item
in rhetoricam ad Alexandrum erotemata. Præte-
rea Magirica. Compendium artium, in quo non diſ-
ſerit de rebus, ſed omnium rerum prima tantum ca
pita recenſet: nõdum quod ſciam editum. Præterea
edita ſunt eius commentaria in Abdiam prophetã:
in vtranq; epiſtolã ad Theſſalonicenſes. Obijt Fran-
cofordiæ annos abhinc duos vel tres.

* Iodoci Willichij, Iodoci F. ſcriptum in funere
coniugis electoris Brandeburgici. In 4. Francofor-
diæ ad Oderam, anno 1579.

Iodoci Winshemij, Chriſtiani pœnitentis con-
feſſio, per Adamum Petri excuſa Baſileæ, 1529. Flo
ruit anno 1519.

Ioel Propheta permulta ſuper Hieruſalem
prophetauit, & de conſummatione gentium. Pro-
phetia eius in vetere Teſtamento, tribus capiti-
bus diuiſa, oſtendit quanta mala orbi immineant,
præſertim Iudæis ob multa, grauiaque peccata: &
poſt multa, prænunciat etiam myſteria de regno
Chriſti, & miſſionem Spiritus ſancti pulchre de-
ſcribit.

Iolas Bithynus, materiam medicam tracta-
uit, ſed imperfecte, vt refert Dioſcorides. A Pli-
nio Iollas vbique per l. duplex ſcribitur, & citatur
libro 12. 13. 20. & ſeptem ſequentibus, & 33. 34. 35.
In Nicandri Theriacorum ſcholijs Iolaus pro Iola
legitur.

Ionas Aurelianenſis epiſcopus librum ſcripſit
pro imaginibus contra Claudium Taurinenſem, e-
ditum inter hæreſeologa. Poſtea etiam ſeparatim
Coloniæ, 1554. & Antuerpiæ apud Plantinum in
decimoſexto.

R. Ionæ gloſſæ in Thalmudicos libros R. Al-
pes, cum eiſdem impreſſæ Venetijs.

R. Ionæ Gerundenſis liber timoris Dei.

Ionas propheta Niniuen miſſus, cuius prophe
tiæ capita tria habentur in vetere Teſtamento.

Ionas monachus & diſcipulus ſancti Colum-
bani abbatis, natione Scotus, ſcripſit vitam ſancti
Columbani lib. 1. Vitam ſancti Attalæ monachi
lib. 1. Vitam ſancti Euſtaſij abbatis lib. 1. Claruit
anno 630.

Ionas abbas, ſcripſit vitam S. Vulfranni epi-
ſcopi. Vixit anno 729.

Ionæ Graſſeri, miniſtri eccleſiæ Baſilienſis, Ho
miliæ duæ ex 21. cap. Lucæ, de vltimo & glorioſo
aduentu Chriſti ad iudicium. Baſileæ apud Sam.
Konig, 1573. Germanice.

* Ionas Hombergerus Fridſlarienſis S. Theolo-
giæ Doctor, Vehiculum ſacrum peregrinantis, hoc
eſt, Chriſtianæ religionis præcipuos locos, ex paruo
corpore doctrinæ Matthæi Iudicis depromptos,
plano carmine reddidit. 8. Heidelbergæ, anno Do-
mini 1582.

Ionæ Philogneſais (ſi modo non eſt fictum no-
men.) Practica practicarum, hoc eſt, certa prædictio,
in plures annos, &c. Ingolſtadij Germanice, anno
Domini 1571.

Ionæ Philologi Dialogos aliquot in ſtudioſæ
iuuentutis informationem, Ioannes Schœffer excu-
dit Moguntiæ, 1539. Idem M. Fabij Quintil. libro-
rum epitomen concinnauit, à Weſthemero excu-
ſam Ba-

Digitized by Google

ſam Baſileæ. Medicas definitiones Galeni operibus adiunctas ex Græcis Latinas fecit, ſeorſim excuſas Pariſijs apud Colinæum, 1528. deinde Baſileæ cum cæteris Galenicis.

Ionathas Vzielis filius, totum vetus inſtrumẽtum in Chaldæam vertit linguam, Hebræi Targum id eſt translationem vocant, maximæ apud eos authoritatis. Sunt qui Targum Hieroſolymitanum ei tribuant. Ionatham quidam putant eſſe Theodotionem qui biblia Græce reddidit: idem enim fere eſt Græcis Theodotion quod Ionathas Hebræis. Scripſit paraphraſim in tota Biblia, quamuis in legem raro reperiatur eius paraphraſis: in prophetas ni fallor, Venetijs excuſa eſt: & apud Robertum Stephanum in quinq; è prophetis minoribus. Multa de Ionatha ſcribit Galatinus lib. 1. cap. 3.

Ionatham quidam nominant eum prophetam qui in libris regum Nathan nominatur, ſcripſit autem (vt refert Hieronymus) Dauidis ac Solomonis res geſtas, qui tamen eius libri non extant.

Ionathæ epiſtola ad Spartiatas legitur apud Ioſephum in libris Antiquitatum Iud.

Ionicus Sardianus medicus laudatur valde ab Eunapio.

Ion Chius, tragicus & Lyricus, & philoſophus, filius Orthimenis cognomento Xuthi. Fabulas eius eſſe tradunt alij 12. alij 30. alij 40. Scripſit et de meteoris, & compoſitas orationes. Hunc Ariſtophanes per iocum Aæum, quaſi abſq; ouibus appellat. Tragœdias edere cœpit Olympiade 82. Suidas. Citantur autem ab Athenæo eius fabulæ Agamemnon, Epidemiæ, Euritides, Laertes, Omphale, Phœnix aut Cæneus, Phœnix ſecundus, Phruri. Elegia. De Chio. Idem in Magna fabula citatur à Polluce. in Trigammis à Clemente. Meminit huius ſcripti Suidas, Ionis inquit Triagmi, Principium mei ſermonis omnia tria, &c. Plutarchus quoq; Ionis auctoritate vtitur in Pericle, & eius tetraſtichon legitur in 3. Anthologiæ Planudis.

Iophon Athenienſis tragicus, Germanus, Sophoclis tragici, fabulas edidit 50. quarum eſt Achilles, Telephus, Actæon, Perſis, Dexamenus, vel Perſarum ſuſceptor, Bacchæ, Pentheus. Suidas. Clemens citat Iophonem Comicum in Aulœdis Satyricis.

Iorach quidem, qui de animalibus ſcripſerit, citatur ab Alberto, qui hunc ſæpe mentiri ſcribit.

Iordani Bucci I.C. Conſilium de validitate teſtamenti, & pactis dotis. Incipit: Et quamuis pro quinto, &c.

Iordanus citatur in Tacuinis Elluchaſem medici.

Iordanus ordinis fratrum S. Auguſtini de eremo, natione Germanus, Magdeburgenſis, ſcripſit in Apocalypſin Ioannis lib. 1. apologiam ordinis ſui li. 1. De paſſione Domini lib. 1. ſermones de tempore, lib. 1. ſermones de ſanctis lib. 1. quadrageſimale lib. 1. quæſtiones varias lib. 1. & alia multa. Eius theoremata & documenta 254. in articulos paſſionis dominicæ, in partes 7. iuxta horas canonicas diuiſa, impreſſa ſunt olim in 4. chartis 17. et iterum in 8. chartis 9. Claruit anno 1410.

Iordanus ordinis Prædicatorum, natione Germanus, ex officio Prioratus ad fratres ſui ordinis ſcripſit exhortatorias epiſtolas plures, ſermones ad populum lib. 2. De ordinis inſtitutione lib. 1. Vixit anno 1210.

Iordani Nemorarij, de ponderibus propoſitiones tredecim, & earundem demonſtrationes, multarumq; rerũ rationes, Ioannes Petreius excudit Norimbergæ, 1533. elementa arithmetica, & Data Arithmetica. Vide in Fran. Maurolyco, quadripartitum numerorum, opus varijs ſcatens argutijs. demonſtratio aſtrolabij. Planiſphærium, cum Arato Græco commentarijs Theonis explicato, &c. Baſileæ, 1536. apud Vualderum. Iordani arithmeticæ lib. 10. cum commentarijs ſeu demonſtrationibus, Ia. Fabri Stapulenſis, excuſi ſunt Pariſijs, anno Domini 1496. in folio. Iordanes de natura ſpeculorum, manuſcriptus extat apud M. Dreſſerum.

Iordanus ex monacho epiſcopus Gotthorum, ſcripſit hiſtoriarum lib 2. in quorũ primo recenſuit geſta Romanorum: in ſecundo vero originem & geſta Gotthorum, vſq; ad finem regni ipſorum. In libris excuſis nominatur Iornandes Caſtalio. Excuſa eſt hiſtoria eius Gotthica, ſiue Getica, Auguſtæ Vindelicorum cum Paulo diacono de geſtis Longobardorum, 1515. & Baſileæ in officina Frobeniana cum Procopio & alijs quibuſdam. Claruit anno Domini 530.

Iordani Canonici Oſnabrugenſis de prærogatiua Romani imperij, ad Iacobum de Columna Cardinalem.

R. Ioſeph Albo ſcripſit librum radicum, cui quidam titulum Cabalæ præfixerunt, quamuis ille magis Ethica commentetur quam anagogica. Reuchlinus.

* Ioſephi Angles Valentini, flores Theologicarum quæſtionum. in quartum librum Sententiarum 8. Antuerpiæ.

Ioſephus Antiochenus, vetuſtiſſimus author, ſcripſit ſpeculum perfectæ militiæ primitiuæ eccleſiæ lib. 1. Cætera non vidi. Claruiſſe fertur anno 130. Philippus Ribotus.

Ioſephi Bergomi Mirandulani oratio de republica Chriſtianæ ratione. Venetijs 1550. in 4.

R. Ioſeph Cæcus ſcripſit paraphraſim Chaldaicã in aliquot libros ſacros, Multis annis poſt Chriſtum vixit, atrociſſimus hoſtis Chriſtiani nominis.

Ioſeph Cumiæ Siculi Catinenſis in ritus magnæ curiæ regiæ ac totius regni Siciliæ curiarum, commentaria, praxisq; ſuper eiuſdem magnæ regiæ curiæ ritibus. fol. Venetijs. Itemq; in regni Siciliæ capitulum: Si aliquem, de ſucceſſione feudalium, repetitio, ſeu commentarij. fol. Catinæ. Eiuſdem practica ſyndicatus cum theorica. 8. Venetijs.

Ioſeph Deuonius, Iſcanus, ſeu Exceſtrenſis ſcripſit carmine opus quod Antiocheidem appellauit de bello Troiano lib. 6. carmine heroico. Claruit anno 1173.

* Ioſephi Indi nauigationes. in fol. Baſileæ 1532.

Ioſephi Ludouici ab Aſiſio deciſionum Peruſi

narum cauſarum & prouinciæ Vmbriæ pars ſecunda 4. Venetijs. Communes concluſiones lib. 1. in fol. Venetijs 1581. Eiuſdem deciſionum ſeu definitionum cauſarum Peruſinarum & prouinciæ Vmbriæ, pars prima. Venetijs apud Damianum Zenarum 1572. 4.

* Ioſephi Quercetani de curandis vulneribus, quæ Sclopetorum & ſimilium tormentorum ictibus acciderunt liber. 8. Lugduni apud Ioan. Berium.

* Ioſephi Quercetani, Armeniaci D. Ad Iacobi Auberti Vindonis de ortu & cauſis metallorum contra Chymicos explicationem, breuis reſponſio. 8. Lugduni apud Ioannem Lertorium.

* Ioſephi Raconditæ epitome Rhetoricæ Hermogenianæ in fol. manuſ. bib. Imp. Viennæ.

Ioſephus Iudæus, vide in Flauio Ioſepho.

Ioſephi cuiuſdam monachi Scythici, collationes duæ habentur cum Ioan. Caſsiani collationibus vltimæ: eſt autem vna de amicitia vera, altera de diffiniendo, id eſt promittendo, vel non diffiniendo.

Ioſeph quidam ſcripſit Hebraice Iccarim, id eſt fundamentorum ſeu articulorum fidei librum: impreſſus eſt cum Talmud.

R. Ioſephi Caſtilienſis liber, qui inſcribitur porta lucis in latinam linguam ex Hebræa translatus à Paulo Ritio, eiuſdem libris inſertus eſt. Item alius Hortus nucis.

R. Ioſeph minor bar Abraham Caſtilienſis ciuis Salernitanus, quo nemo de arte Cabaliſtica ſcripſit artificioſius, diſtinctius, lucidius, tria huius facultatis volumina ſtudioſe molitus eſt. Reuchlinus.

R. Ioſephi filij Carnitolis portæ iuſtitiæ.

Ioſeph Eſopeus, vide in Io. Capnione.

Ioſephi Grunbekij, natione Germani, de Mentulagra, ſiue morbo Gallico liber impreſſus, 1503.

Ioſeph Hebræus, naturalis magiæ ſcriptor. Vide in Zoroaſtre.

* Ioſephus Horlenius Segenenſis ſcripſit duos libros epigrammatum monaſterij excuſos. Idem excerpſit quaſdem ex Eraſmi libris ſententias, quas adiectis doctorum epiſtolis ad ſe, euulgauit. Scripſit etiā erudita diſticha de paſsione Domini & eius fructu percipiendo. Commentarium in triumphum Chriſti carmine heroico conſcriptum per Macarium Mutium Italum Poetam excellentē, Coloniæ excuſum. Scripſit item commentaria in epiſtolam Cypriani ad Donatū. Decē quoq; præcepta eleganti elegia reddidit, & vnumquodq; præceptum diſticho abſoluit. In multorum ſcripta commendatoria epigrammata ſcripſit. Obijt monaſterij anno 1521. teſte. Herm. Hamelm.

Ioſeph Leuites, vide Barnabas.

Ioſephi Moinardi Vercellenſis Iuriſconſulti interpretationes Rubricarū Codicis Iuſtiniani. Venetijs 1571. 8.

Ioſephus Munſterus, ſcripſit de primordijs & incrementis Luneburgenſium & Lubecenſium hiſtorias, Coſmographico operi per Sebaſtianum Munſterum inſertas.

R. Ioſeph Nimuki, ſcripſit commentarios in libros aliquot Thalmudicos R. Alphes, cum eiſdem impreſſos Venetijs.

Ioſephi Pacatij iudicium, Num recte dictum ſit à concionatoribus, Nihil nobis tribuas, nihil nobis auferas.

Ioſephi Rhacendytæ opera quædam Græca extant in Italia, nempe varia philoſophica apud D. Diegum Hurtadum, quæ eadem habentur Romæ in bibliotheca Pontificia, & inſuper, Synopſis vel epitome in rhetoricam, Logicam, & totam philoſophiā Ariſtotelis, & in quatuor mathemata. Boetij dialectica in Græcum ſermonem tranſlata.

* Ioſephi Rodellæ ſermones nuptiales, conuiuales & funebres Venet. 1548. 8. Italicè.

Ioſephus Scaliger I. Cæſaris F. ſcripſit in Varronem de lingua Latina Coniectanea. Impreſſa Lutetiæ apud Robertum Stephanum, in octauo. Præterea euulgauit P. Virgilij Maronis appendicem, cum ſupplemento multorum antehac nunquam excuſorum poematum veterum poetarum: additis in eandem appendicem commentarijs & caſtigationibus. Lugduni anno Domini, 1573 in octauo. Idem coniectanea in Varronem recognouit & appendice auxit & in eiuſdem lib. de re ruſtica notas edidit, excudit Henricus Stephanus cum Varronis operibus quæ ſuperſunt. Auſonij quoque poemata emendauit & illuſtrauit, edita nuper Lugduni. * Adhæc Catulli, Tibulli, Propertij, poemata recenſuit, et in eoſdem caſtigationum librum ſcripſit. Nona editio, Antuerpiæ 1582. Eiuſdē in libros 20. M. Verrij Flacci quæ extant, & Sexti Pompei Feſti de verborum ſignificationibus, caſtigationes. 8. Lutetiæ.

* Ioſephi Stephani Valentini de adoratione pedum Romani Pontificis diſputatio. Item: de coronatione & eleuatione Rom. pontificis 8. Venetijs.

Ioſephij Struthij Poſnanienſis Sphygmicæ artis iam mille ducentos annos perditæ et deſideratæ libri quinq;, impreſsi Baſileæ ab Oporino. Idem vertit libros perperam Galeno inſcriptos de aſtrologia, ſeu Prognoſtica de infirmorum decubitu ex mathematica ſcientia. De vrinis, qui cum reliquis Galeni operibus impreſsi ſunt. Fertur totum Galenum à principio interpretandum ſuſcepiſſe. Docuit olim Patauij, 1555. vixit Poſnaniæ.

Ioſephus Studites inter ſacrorū hymnorum ſcriptores enumeratur à Cyro Theod. Prodromo.

Ioſephus Tectander Cracouienſis tranſtulit Galenum de venæ ſectione aduerſus Eriſiſtrateos. Venetijs apud Iuntas cum reliquis Galeni operibus, 1550. Nicandri Alexipharmaca cum interprete.

Ioſephus Valdanius Brixienſis, ſcripſit dialogos duos de mixtione. Procli librum de motu conuertit & ſcholijs illuſtrauit. Baſileæ Perna impreſsit.

* Ioſephi Zerlini Clodienſis inſtitutiones harmoniæ. Venet. 1573. Eiuſd. Mutetæ D. Cipriani 1563. Venet. De vera anni forma, ſiue de recta eius emendatione. 4. Venetijs.

Ioſiæ Seidelij Querfurdenſis carmina quædam impreſſa ſunt cū poematibus Brunonis Seidelij fratris. Baſileæ apud Oporinum 1554.

Ioſias Simlerus Tigurinus ſacras literas magna cum laude docuit in patria, ſcripſit de principijs aſtro-

Digitized by Google

Iodſniaſius, *vide in Chalcidio ſupra.*

Iouitæ *Rapicij Brixiani, de numero oratorio & de periodis libri quinque, Argentinæ impreſſi, anno Domini* 1568. *Eiuſdem epiſtolæ aliquot impreſſæ in volumine epiſtolarum clarorum virorum. Pariſijs anno Domini* 1556. *Pſalmi aliquot carmine redditi. Eiuſdem Teſtamentum, Iunta impreſſit, anno* 1552.

Iphicratis *ſcripta citantur apud Plutarchum, in vita Pelopidæ. Scripſit autem artem inſtruendarum acierum, vt Ælianus refert.*

Irenæus *Lugdunenſis epiſcopus, ſcripſit aduerſum gentes volumen breue lib.* 1. *De monarchia Dei, ſiue quod Deus non ſit conditor malorum librũ vnum. De diſciplina librum vnum. De Ogdoade librum vnum. Ad Blaſtum de ſchiſmate librum* 1. *de Paſcha ad Victorem papam librum vnum. Contra hæreſes libros quinque. De prædicatione Apoſtolica librum.* 1. *Variorum tractatuum librum vnum. Scripſit etiam ad Florinum epiſcopũ ab eccleſia prolapſum. Eius autem eruditiſſimum opus in quinque libros digeſtum, in quibus mire retegit & confutat veterum hæreſeon impias ac portentoſas opiniones, Valentini præcipue & ſimilium, ex vetuſtiſſimorũ codicum collatione, quantum licuit emendatum, opera Deſ. Eraſmi Rot. correctis ijs quæ prius ſuffugerant, excuſum Baſileæ in officina Frobeniana,* 1534. *Floruit potiſſimum Commodi Imperatoris temporibus, vel ſecundum Tritemium, anno Chriſti* 175. *D. Irenæi Græci ſcriptoris eruditiſſ. epiſcopi Lugdunenſis, lib.* 5. *Aduerſus hæreſes, accuratius quam ante emendati, additis Græcis quæ reperiri potuerunt, opera & diligentia Nicolai Galaſij, vna cum annotationibus eiuſdem, & ſummis ſingulis capitibus præfixis, quibus pleniſſime declaratur quicquid in ijs præcipuum eſt. Geneuæ anno Domini* 1570. *in folio.*

Irenæi *ab Vlulis confeſſoris verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.*

Irenæus *de Atticorum vſu citatur ab Vrbano Grammatico.*

Irnerius, *aliàs Guarnerius, qui primis Bononiæ ius ciuile profiteri cœpit, non gloſſas tantum interlineares legibus appoſuit, ſed & Autenticas (ſic vocant) ex ipſo Autenticorum Iuſtiniani Imperatoris volumine, quàm breuiſſime iuxta ſententiam tantum deſumptas, legibus codicis eiuſdem Iuſtiniani inſeruit. Exceſſit è viuis circiter annum* 1190.

Iſaac *ex monacho Antiochenæ eccleſiæ presbyter, ſcripſit Syro ſermone ad imitationem ſancti Effrem contra Neſtorianos & Eutych. lib.* 2. *exhortatorium vitæ ſpiritalis lib.* 1. *De pugna vitiorum li.* 1. *De acceſſu ad Deum lib.* 1. *De difficultate virtutum lib.* 1. *Dialogum de profectu ſpiritali lib.* 1. *De ordine monaſticæ vitæ lib.* 1. *De humilitate li.* 1. *De tribus ordinibus proficientium lib.* 1. *De ſolitudine monachorum lib.* 1. *De diuerſis tentationibus lib.* 1. *De informatione nouitiorum lib.* 1. *De pœnitentia lib.* 1. *carmen elegiacum ſuper Antiochiæ deſolatione lib.* 1. *Homilias plures ad populum. Eius ſermones* λόγοι τινὲς *Græce extant Romæ in Vaticana, quorum vnus inſcribitur, de ijs quæ faciunt vt quis Deo appropinquet. Et nimirum hic idem eſt Iſaac, quem Trittemius commemorat, cum opuſculo eius de acceſſu ad Deum.*

Iſaac *ſcripſit de ſancta trinitate, & de incarnatione Domini, librum obſcuriſſimæ diſputationis, &c. Gennadius.*

Iſaac *patris in Scythico eremo commorantis homiliæ duæ, vna de qualitate orationis, altera de eiuſdem iugitate, extant in Collationibus Ioa. Caſſiani.*

Iſaac *Narbonenſis citatur à Pico.*

R. Iſhac *& R. Iacob Cohe, commentarius, inſcriptus, explanatio nominis ſancti.*

R. Iſhac *ben Schola, magnæ apud Iudæos authoritatis, ſcripſit in Pſalterium.*

Iſaac *ben Sulaimen, citatur à Ioan. Serapione: vide Iſacius fil. Chun.*

Iſaach *Beimiram medicus, Salomonis medici filius, floruit etiam anno Chriſti,* 1070. *Ioan. Serapionis ſeculo multa ſcripſit, & inter cætera in medicinis, de febribus, de vrina, de diætis, de ſtomacho pulchros tractatus compoſuit: in philoſophia vero de diffinitionibus, de elementis libros quoſdam edidit, Symph. Champerius. Iſaaci Iudæi de diætis vniuerſalibus & particularibus libri* 2. *hoc eſt, de victus ſalubris ratione & alimentorum facultatibus Baſileæ ex officina Sixti Henricpetri,* 1571. *octauo. Iſaac Iſraelitæ medici Viaticum quod Græce vertit Conſtans Memphitæ medici F. Græce manuſcriptum ſeruatur in bibliotheca regis Gallorum.*

R. Iſhac *Arama in Geneſim ſcripſit. Eius verba citat P. Galatinus lib.* 3.

Iſaac *monachi ſcholium Græcum in primam figuram deſcriptionis in plano, & carmina de duodecim ventis, Diegus Hurtadus Venetijs habet. Varia eius aſtronomica Græce, & inter cætera Apparatus aſtrolabij, extant Romæ in bibl. Vaticana.*

* *Eiuſdem Scholia in Euclidis elementorũ Geometriæ, ſex priores libros, per Cunradum Daſypodium in latinum ſermonem tranſlata & in lucem édita* 8. *Argentorati.* * *Iſaaci Monachi liber Mathematicus de planetis, in quarto. Man. ſcript. bib. Imp. Viennæ.*

Iſaac *monachi Argyri methodus Geodæſiæ, id eſt terræ diuiſionis, extat Græce apud eundem D. Hurtadum. Præterea alibi in Italia, addito Argyri cognomine, extant: Solutio quæſtionis cuiuſdã Palameticæ,* τῆς παλαμικῆς. *Encomion martyris Demetrij, & in hoc dictum: Hæc præcipio vobis, vt ametis vos mutuo. Iſaac monachi aſtronomica habentur ad S. Antonium & Auguſtæ Vindelicorum. Inuenio etiam in Catalogo Antonianæ bibliothecæ Iſaac monachi de dimenſione agrorum: De ratione metiendi plana & ſolida. De oppoſitione & coniunctione ſolis & Lunæ, & circulis Solaribus & Lunaribus. Item Iſaac Argentarij diſciplinam rationabilium ſolarium. Iſaaci* τοῦ ἀργύρου *methodus inueniendi latera quantitatum irrationalium* τετραγώνων *extat in bibliotheca regia. Et ibid. de triangulis rectangulis liber. De metris poeticis, in bib. Io. Sabuci.*

Iſhac

duplici alphabeto, vbi ſit exoratio pro indulgentia peccatorum: Item oratio pro correctione vitæ, ad deflendum peccata. Inſcribuntur autem Synonyma, nõ ex identitate ſignificati per diuerſa vocabula, ſed ex identitate ſententiæ per diuerſas clauſulas & propoſitiones expreſſæ. * Eius ſententiarum de bono libri tres, caſtigati & editi per Hubertum Scutteputæum canonicum in Bethlehem propè Louaniũ. Eiuſdem de contemptu mundi libellus. Antuerpiæ Ioannes Bellerus anno 1564. Iſidori Sancti, Hiſpalenſis epiſcopi, opera omnia quæ extant, partim aliquando virorum doctiſſimorum laboribus edita, partim nunc primum exſcripta & caſtigata per Margarinum de la Bigne, Theologum doctorem Pariſienſem. In folio, Pariſijs.

Iſidori Peluſiotæ, epiſtolæ centum & triginta Græcæ, extant Romæ in Vaticana: item Schedæ & hiſtoriæ diuerſæ, ibidem. Eundem refert Suidas epiſtolas 3000. conſcripſiſſe quibus ſacra explicauit myſteria.

Iſiodrus rhetor Pergamenus citatur à Laertio in Zenone quem interpres Heſidorum nominat.

Iſidorus de Iſolanis de imperio militantis Eccleſiæ.

* Iſidori Cardinalis Ruteni de capta Conſtantinopoli in folio. Baſileæ per Ludouicum Lucium Stellam, 1556.

Iſidori Theſſalonicæ epiſcopi homiliæ Græcæ in Euangelium Lucæ, Romæ ſeruantur in Vaticana bibliotheca.

Iſigonus citatur à Plinio lib. 7. & 12 naturalis hiſtoriæ. Iſigoni liber de aquis ſeruatur Floren.

Iſmenias citatur ab eodem lib. 36.

Iſocratis orationes Græcæ, impreſſæ Haganoæ apud Secerium, 1533. & prius Venetijs apud Aldũ, vna cum epiſtolis quibuſdam eiuſdem: quæ etiam in Græco volumine epiſtolarum diuerſorum veterum quod idem Aldus olim impreſſit, habentur. Nuper etiam Venetiis prodierunt omnia Iſocratis ſcripta Græca, ex officina Farrea. Eadem Latine Ioanne Lonicero interprete, excuſa Francofordiæ apud Egenolphũ. Baſileæ verò ex verſione Hieronymi Vuolfij Oetingenſis, adiectis eiuſdem Annotationibus et Gnomologijs apud Ioannem Oporinum, anno 1549. Sunt autem Iſocratis opera hæc numero 22. ad Demonicum parænesis. De regno Nicocles, ſiue Cyprius. Euagoras. Encomium Helenæ. Buſiris. Sophiſta, Panegyricus. Plataicus. Areopagiticus. Panathenaicus. Philippicus. De pace. Archidamus. De permutatione. De iugo. Aegineticus, Trapeziticus. Paragraphicus. Aduerſus Lochiten. Aduerſus Euthynum. Epiſtolæ nouem. Eadem omnia Græce & Latine à Hieronymo Vuolphio recognita, edita ſunt in octauo & in folio, ni fallor. Iſocratis ſententiæ Græcolatinæ in 8. Baſileæ 1572. Orationes aliquot Iſocratis à Vito Amerbachio tranſlatæ excuſæ ſunt ab Oporino, anno Domini 1554. in octauo. * Iſocratis Orationes in membrana, picturis illuſtrata, ſcriptæ. Sunt autem paræneſes ad dæmonicum. Nicocles, Euagoras. Encomium Helenæ. Buſiris. Sophiſta. panegyricus. Plataicus. Areopagiticus. Panathenaicus Philippicus. de pace. Archidamus. de permutatione de iugo, Aegineticus, Trapeziticus. Paragraphicus aduerſus Lochiten, aduerſus Euthynum, in folio. manuſc. bib. Imp. Viennæ.

Iſocrates Ampelæ philoſophi F. in Ponto natus diſcipulus & ſucceſſor maioris Iſocratis. Hic cũ Theodecte oratore & Tragico, & Theopompo Chio & Erythræo Naucratita in Mauſoli funere de eloquentia certauit. Orationes eius ſunt 5. Amphyctionica: Hortatoria: Philippo ſepulchrum non eſſe faciendum: De migratione. De ſua republica.

Iſocrates tertius Ciceronis temporibus floruit, huius autem eſſe paræneſim ad Demonicum ex Dionyſio Halicarn. probat Marcus Antonius Muretus lib 1. cap. 1. Variarum lectionum.

Iſota Nouarula virgo Veronenſis doctiſſima præter epiſtolas latiniſſimas ad Nicolaum V. et Pium, pontifices ſcriptas, compoſuit dialogum etiam, in quo diſputat, qui prius aut magis, Adam aut Eua peccarit. Fulgoſ. lib. 8 cap. 3. memorabilium.

Iſraelis Achazij liber Germanicus de ſancta eccleſiarum & Reipublicæ reformatione, in quo cum de dogmatibus præcipuis religionis agitur, tum etiã de coniugio & diuortio Baſileæ 1568.

Iſraelita quidam medicus, citatur in Grabadini Meſuei.

Iſter, vel Hiſtrus, citatur ab Hygino. Vide Ethicus Hiſter.

Iſtrus Callimachius ſcripſit antigraphas, Attica, Argolica, Ptolemaidem, quæ omnia paſſim ab Athenæo citantur.

Iſtri cuiuſdam ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Theſei. Iſter vel Iſtrus Calatianus ex Calata maritima vrbe Ponti, egregium librum de Tragœdia ſcripſit. Stephanus. Ab eo citantur Iſtri quartus Iliacorum, item de Colonijs Aegyptiorum, cuius libri etiam Clemens meminit Strom. 1. Eundem citant Suidas ἐν τρίτῳ ἀτάκτων, & Porphyrius de abſt. ab animatis, ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν κρητικῶν θυσιῶν.

Iſuardus monachus ordinis S. Benedicti natione Gallus iuſſu Caroli imperatoris magni poſt Euſebium, Hieron. & Bedam ex ſcripturis veterum comportauit geſta & paſſiones ſanctorum martyrũ, confeſſorum & virginum in vnum, quod nos ſolemus vocare martyrologium li. 1. Claruit 770.

Iuba rex in Africa, celebrauit inter alia herbam Euphorbium. Plin. lib. 25. cap. 7. Iubæ regis hiſtoriam theatricam, & Lybiæ deſcriptionem, Athenæus allegat, vide Ἰόβας apud Suidam.

Iubæ duos libros de Aſſyrijs à Beroſo acceptos laudat Tatianus. Eiuſdem hiſtoriæ Romanæ librũ primum citat Steph. Phyſiologiam Fulgentius.

Iuba hiſtoricus Græcus, ſcripſit rerum Africanarum libros aliquot, ex quorum tertio Plutarchus in Parallelis minoribus, Diomedis et filiæ Calliroe hiſtoriam deprompſit. Eius quoq; ſcripta citantur ab eodem, in Romulo.

Iudæus quidam medicus citatur in Tacuinis Elluchaſem, item à Ioanne Meſue in Grabadin, & Ioan. filio Serapionis. Habetur & interpres quidam Ptolemæi hoc nomine.

Iudæ

tiæ, Geldriæ & aliarum partium inferiorum, lib. plurimos. Et alia. Obijt in ſuo cœnobio Angiæ, anno D.1525. Ioan. Baleus.

Iuliani Iabolei Sabaudiæ principum Genealogia. Lugduni 1560. Ita habet Index bibliothecæ Oporin. dubito tamen an Taboetij legendum ſit.

Iuliani Laodicenſis Apoteleſmata in bibliotheca Carpenſi.

Iuliani à Marcellina verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Iulianus Patricius Nouellas conſtitutiones Imp. Iuſtiniani trãſtulit. Impreſſæ Brugis, cum ſcholijs incerti authoris.

Iuliani Pomerij contra Iudæos libri tres, ad Eruigium regem, impreſſi Baſileæ apud Henricum Petri, cum alijs veterum Theologorum opuſculis, anno 1551.

Iulianus Salentinus, Siculus natione, Auguſtinianorum 26. magiſter generalis, ſcripſit de ſenſu compoſito lib. 1. De medio demonſtrationis lib 1. De ſophiſmatum regulis lib. 1. Terminos naturales lib. 1. Atq; commentarios plures. Claruit anno Domini 1430. Ambroſius Coriolanus.

Iulianus Taboetius I.C. ſcripſit de quadruplicis monarchiæ primis auctoribus & magiſtratibus, in miſcellaneo diuini & humani iuris corpore diſperſis Ephemerides hiſtoricas. Topicam diuini iuris in diſciplinam & enchiridium contracti, methodum. Methodicas periphraſes Chriſtianis Aphoriſmis inſtructas, in decem Moſis oracula. De republica & lingua Francica ac Gothica, deque diuerſis ordinibus Gallorum, &c. Hæc omnia Lugduni impreſſit Theobaldus Paganus, 1559. Item Actiones forenſes, impreſſas ibidem apud Gryphium, anno Do. 1541.

Iuliani à Telepte verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Iulij cuiuſdam verſus hexametros ex poemate in Bacchum, & patriam, citat Stobæus.

Iulius Africanus, cuius quinq; de temporibus extant volumina, ſub imperatore M. Aurelio Antonino, legationem pro inſtauratione vrbis Emmaus ſuſcepit. Huius eſt epiſtola ad Origenem ſuper Quæſtiones Suſannæ, &c. et altera ad Ariſtidem, in qua ſuper diaphonia, quæ videtur eſſe in genealogia Saluatoris apud Matthæum & Lucam, pleniſſimè diſputat. Hæc Diuus Hieronymus. Tritemius præter ſuperiora teſtatur eum ſcripſiſſe, De ſancta Trinitate, De circuncíſione, De Attalo, De paſcha, De ſabbato, & alia plura ſibi ignota. Abdiæ Babilonij de hiſtoria certaminis apoſtolici libri decem Iulio Africano interprete, opera Vuolfgangi Lazij in lucem editi, excuſi ſunt ab Oporino, anno D.1551. in folio. Claruit anno 220.

Iulius vrbis Romæ epiſcopus, ſcripſit ad Dionyſium quendam de incarnatione Chriſti Domini epiſtolam vnam, &c. Gennad.

Iulij Papæ decreta cum cæteris Pontificum decretis impreſſa ſunt Coloniæ.

Iulij Papæ epiſtola increpatoria ad orientales epiſcopos, pro cauſis Athanaſij, & exceſſibus contra Romanam eccleſiam, habetur cum Latinis operibus Athanaſij, item reſcriptum contra Orientales pro Athanaſio & cæteris, ibidem.

Iulius Alexandrinus, medicus Tridentinus, & Cæſarius primarius, ſcripſit Galeni 64. enantiomaton librum: item Galeni encomium. Iuntæ impreſſerunt Venetijs, anno Domini 1548. in octauo, chartis 22. & dimid. Idem tranſtulit ex Galeno librum aduerſus Lycum, quod nihil in eo aphoriſmo Hippocrates peccarit, cuius initium eſt, Qui creſcũt, plurimum habent caloris innati. Librum contra ea quæ à Iuliano in Hippocratis aphoriſmos dicta ſunt. Librum de ſuccorum bonitate & vitio. Excuſi ſunt hi libri Venetijs apud Iuntas cum cæteris Galeni operibus, anno Domini 1550. Tranſtulit etiam Actuarij Ioannis libros duos de actionibus & affectibus ſpiritus animalis, huiuſque nutritione, impreſſos Venetijs in quarto, anno Domini 1554. cum eiuſdem Actuarij methodo medendi. Idem ſcripſit Galeni Encomium. Eiuſdem contra Argenterium & Reinerum Solenandrum, ſcripta quædam prodierunt. Item Pædotrophia carmine. Tiguri impreſſa, anno 1559. in octauo. Item medicus ſiue de medicina liber doctiſſimus, ibidem 1557. in 4. * Eiuſdem ſalubrium ſiue de ſanitate tuenda. Libri triginta tres: ad Maximilianum II. Inuictiſſ. Romanum imperatorem Auguſtum, fol. Coloniæ Agrip. apud Geruinum Calenium & hæredes Quentelios. Eiuſdem arbitror Iulij Alexandrini à Neuſtain in Galeni præcipua Scripta Annotationes, quæ Commentariorum loco eſſe poſſunt. In fol. Baſil. apud Pet. Pernã.

Iulius Antonius M. Antonij filius, ſcripſit verſu heroico Diomedeas libris duodecim.

Iulius Aquila vetus I. C. ſcripſit Reſponſorũ lib. 1. item de cultura vitium ſingularem librum, teſte Columella.

Iulius Aterianus hiſtoricus, ſcripſit Victorini (qui ex triginta tyrannorum numero fuit) vitam, vt refert Trebellius Pollio.

Iulius Atticus libros de agricultura ſcripſit.

Iulius Ballinus celebrium totius orbis vrbiũ icones edidit, cum earundem breui hiſtorica enarratione, Italica lingua.

Iulij Barbarani, Promptuarium rerum electarum, in re præſertim Romana. Venetijs, 1569. in quarto.

Iulius Baſſus, qui Græce de medicina ſcripſit, citatur à Plinio lib. 20. & ſeptem ſequentibus, item 33. & 34. Naturalis hiſtoriæ.

Iulius Britannus, ſuper 2. Decretaliũ, De probationibus, c. poſt ceſſionem.

* Iulij Cæſaris Bulengeri Iuliodunenſis ioci 4. Lutetiæ. anno 1581.

* Iulij Cæſaris Barbeti Paduani, nouæ tabulæ Muſicæ teſtudinariæ hexachordæ, & Septachordæ 1582. Eiuſdem practica arithmetica, germanice in 16. Argentinæ 1583.

Iulij Cæſaris Scaligeri, de cauſis linguæ Latinæ libri tredecim, excuſi Lugduni apud Gryphium, 1540. De comicis dimenſionibus, ibidem excuſa, anno 1539. Heroes, & oratio in partu filij habita, libri

ibidem

Digitized by Google

tranſtulit Ariſtotelis libellum de lineis inſecabilibus (nunquam antea nec Græce nec Latine impreſſum) vna cum Georgij Pachimerij ea de re compendio hactenus falſò Ariſtoteli aſcripto. Liber impreſ. eſt Venetijs à Iuntis, anno Dom. 1551. cum reliquis Ariſtot. & Auerrois etiam operibus. Idem tranſtulit libros aliquot Galeni impreſſos Venetijs à Iuntis cum reliquis Galeni operibus, anno Dom. 1550. Sunt autem hi: De præcognitione. De ſubſtitutis medicinis. De purgantium medicamentorum facultate. Quos purgare conueniat, quibus medicamentis & quo tempore: hic libellus eſt cap. 23. & 24. libri ſeptimi collectionum medicinalium Oribaſij. De theriaca ad Piſonem. De vſu theriacæ ad Pamphilianum. De antidotis libri duo. An ſanguinis in arterijs natura contineatur. De hiſtoria philoſophica. De melancholia ex Galeno, Rufo & Poſſidonio ca. 9. lib. 6. Ætij. De cura Icteri. De cura lapidis. Quæſita in Hippocratem.

Iulius Marathus, Octauiani Augusti libertus, patroni ſui vitam deſcripſit, teſte Suetonio.

Iulij Materni tragœdias, Medeam, Thyeſtem & Catonem commemorat Corn. Tacitus in dialogo de oratoribus. Forte Iulij Firmici Materni.

Iulius Mauritianus, vetus I.C. ſcripſit ad leges, vel de legibus libros ſex.

Iulius Mediolanenſis, edidit ſermones Italicos, quos quadrageſimales vocat, impreſſos Baſileæ.

Iulius Modeſtus in ſecundo quæſtionum confuſarum citatur à Gellio lib. 3. cap. 9. Eundem citat Macrobius 1. Satur.

Iulij Montani veteris ſcriptoris fragmenta quædam apparent in libris P. Criniti.

Iulij Obſequentis ab anno vrbis conditæ quingenteſimoquinto, prodigiorum liber imperfectus, impreſſus Pariſijs apud Rob. Stephanum, cum C. Plinij Secundi libro de viris illuſt. &c. Libellum ſuæ integritati ita ex Liuio, Dionyſio, Oroſio, Eutropio, ac alijs Romanorum hiſtorijs reſtituit Conradus Lycoſthenes Rubeaquenſis, vt temporis iniuria nihil planè interijſſe videatur.

* Iul. Pacij I.C. in L. frater à fratre. D. de conditione indebiti. Commentarius. 8. Geneuæ.

Iulius Palamedes Adrienſis medicus, indicem copioſiſſimum & vtiliſſimum in omnes Auicennæ libros confecit. * Eiuſdem tabula in Ariſtotelis Auerroisq; opera. Venetiis Vincen. Valgriſ. 1572.

Iulij Paridis nomine in V. E. inſcripta eſt epitome in decimum librum Valerij Maximi memorabilium exemplorum, quæ vulgo C. Titi Probi nomine inſcribitur.

Iulij Pauli Patauini, ſententiarum receptarum libri quinque impreſſi Baſileæ ab Henrico Petro cum Theodoſij codice. Alia quoq; plurima ſcripſit, quæ Bernhardinus Rutilius in vita ipſius commemorat.

Iulij Pflugi, Numbergenſis epiſcopi, in obitum Petri Moſellani præceptoris ſui oratio impreſſa Lipſiæ & Baſileæ. Eiuſdem epiſtolæ ad Eraſmum Roterodamum & Iacobum Sadoletum in epiſtolarum Sadoleti & Eraſmi libris leguntur. Eiuſdem de republica Germaniæ, ſeu de imperio conſtituendo liber impreſſus Antuerpiæ & Coloniæ, anno Domini 1562.

Iulius Pogianus, S. Ioannis Chryſoſtomi librũ de virginitate conuertit. Antuerpiæ Plantinus in decimoſexto.

Iulius Pollux, Naucratita genere, ſcripſit Vocabularium decem libris, quibus ſanè quæ de eodem dici vario modo ſolent, collegit. Præterea locutiones, ſiue dicendi formulas. Declamationes, Epithalamium in Commodum Cæſarem, in laudem vrbis Romæ orationem. Tubicinem, ſeu certamen Muſicum. Contra Socratem, contra Sinopenſes. Totius Græciæ celebrationem. De Arcadia, & alia. Suidas. Vide in Iulio Sophiſta. Iulij Pollucis vocabularium Græcum, impreſſum Venetijs apud Aldum, & Florentiæ apud Bernardum Iuntam, 1520. cum Stephano de vrbibus: & Baſileæ apud Rob. Vuinter, cum præfatione Simonis Grynæi ad ludimagiſtros, quibus hoc opus commendat, 1536. à Ioanne Oporino diligenter emendatum ac tribus locupletiſſimis indicibus auctum. Idem Onomaſticon Latine quoque ab eodem Vuintero impreſſum eſt, Rodol. Gualthero interprete. * Græcum Onomaſtici exemplar Bonauentura Vulcanius Brugenſis ex veteri codice manuſcripto Bibliothecæ Auguſtanæ, caſtigauit.

* Iulij Polmarij, Conſtantini medici Pariſienſis, de morbis contagioſis li. 7. 4. Pariſ. apud Dionyſium Du. Val.

Iulius Põpon. Fortunatus in carmina, Colum.

Iulij Pomponij Sabini Grammatici in omnia, quæ quidem extant, P. Vergilij opera, Commentarij, varia multarum rerum cognitione referti, impreſſi Baſil. apud Ioan. Oporin. 1544. Idem ſcripſit Itinerarium Scythicum, cuius ipſe mentionem fecit libro primo commentariorum in Georgica.

Iulij Pomponij Secundi, tragici poetæ, mentionem facit Fab. Quintil. lib. 10. cap. 1.

Iulius Pontius Moreletus, in tragœdia componenda ornatus, & feſtiuus, & plenus in carmine, laudatur à Gyraldo.

Iulius Quercens, ſcripſit in Hexaemeron.

Iulij Renaldi liber primus Madrigalium quatuor quinq; & ſex vocum: cum duobus dialogis ſeptem vocum. Venetijs 1567.

Iulius Rondinellus I.C. ſcripſit ſuper 1. Codicis de edendo. De inſtrumentorum editione.

Iulij Rufiniani liber de figuris ſententiarum & elocutionis, de ſchematis lexeos, de ſchematis dianœas, impreſ. Baſil. in officina Frobeniana 1521. cum alijs veterum aliquot eiuſdem argumenti libris, & Lugduni apud Gryphium. Itemq; apud Robertum Stephanum.

* Iulij Rugderij Protonotarij, & ſecretarij Apoſtolici, Abbatis Lamutarum & Theologi, opuſcula theologica. 1. De libris Canonicis. 2. De ſenſibus ſcripturæ ſacræ. 3. De auditore Theologiæ. 4. De quæſtionibus. 5. De Rhetorica facultate. 4. Vent. 1581.

Iulij ſophiſtæ liber, epitome gloſſarum Pamphili de conſuetudine Attica, Suidæ operi dictionario annexus eſt.

Iulij

Iſter *ſcriptor quidam citatur apud Higinum. Vide Hiſtrum.*

Iuſtinianus *epiſcopus Valentinus, inter cætera compoſuit ad quendam Ruſticum nomine, de quinque quæſtionibus lib. 1. & quædam alia. Claruit anno 540.*

Fl. Iuſtinianus *Imperator, contrà hæreticos volumen clariſſimum edidit, & Romanas leges amplius quàm in duobus millibus libris iacentes per manus Ioannis patricij, Theophili ac Dorothei conſulum mirabili breuitate correxit, & in 12. Codicis & Digeſtorum libros collegit. Quatuor etiam Inſtitutionū libros compoſuit, in quibus nucleus legum comprehenditur & exponitur. Nouas quoque leges quas ipſe ſtatuerat, in vnum volumen redegit. Prætereà feruntur eius epitome legum lib. 1. de incarnatione Domini contra Eutych. lib. 5. aduerſum epiſcopos Africanos lib. 1. Hæc Tritemius. Dn. Iuſtiniani principis volumen Nouellarum conſtitutionum, Norimbergæ editum per Ioannem Petreium, Gregorius Haloander Zuiccauienſis primus in lucem Græce exire curauit: & cum Latina earum tranſlatio prius plane corrupta, mutila & barbara eſſet, ipſe nouam ad Græci exemplaris fidem tranſlationem addidit. De legibus ruſticis Iuſtiniani, liber Græce & Latine impreſſus, cum annotationibus Fr. Balduini, Lutetiæ. Iuſtiniani imperatoris Pandectæ Piſanæ (vt vocant) & Nouellæ conſtitutiones Græcæ, adiectis omnibus illis quæ in Haloandri codicibus deſiderabantur, excuſæ ſunt Flor. à Torrētino.* Iuſtiniani Sacratiſſimi principis PP. A. Iuris enucleati ex omni vetere iure collecti Digeſtorum ſeu pandectarum libri quinquaginta, cum breuiſſimis doctiſſimorum quorundam I.C. annotationibus in margine adſcriptis, quibus plerię loci vel reſtituuntur, vel diligentius explicantur: opera & diligentia L. Charonæ iuriſconſulti, folio. Antuerpiæ, ex officina Plantini. Codicis Iuſtiniani epitome in octauo M.S. bib. Imp. Viennæ.*

Iuſtiniani *Iuſtini Tiberij & Leonis Nouellæ Conſtitutiones Græce emendatiores editæ ab Henrico Scrimgero cum præfatione anno Domini 1558. apud Henr. Stephanum: Latine Coloniæ, poſtea etiam Baſileæ ab Oporino in quarto, ex interpretatione Agylæi,*

Iuſtini *iunioris, Romanorum imperatoris, de fide Chriſtiana & concordia eiuſdem ſcriptum extat apud Nicephorum lib. 17. eccleſiaſt. hiſtoriæ.*

Iuſtinus *ex philoſopho conuerſus ad catholicam fidem, ſcripſit pro fidei noſtræ defenſione contra gentes ad Anton. lib. 1. de anima lib. 1. ad Aurelium contrà gentes lib. 1. Pſaltes prænotatum lib. 1. item aduerſum gentes lib. 1 contrà Triphonem Iudæum lib. 1. Caſtigationum contra gentes lib. 1. Contra Martionem lib. 1. de monarchia Dei lib. 1. contra omnes hæreſes lib. 1. Iuſtini philoſophi & martyris admonitorius gentium lib. 1. Eius Traductio Latina, Ioanne Franciſco Pico Mirandulæ domino interprete, impreſſa eſt Baſileæ anno Domini 1528. ab Henrico Petro, & iterum anno Domini 1551. cum alijs quibuſdam vetuſtiſſimorum thologorum opuſculis. Sermo paræneticus ad Græcos, ſiue contrà gentiles Græcos, Excuſ. eſt Græce Pariſijs apud Guillardum. Moralis quædam eius oratio, extat Græce in Italia. Omnia opera ſimul impreſſa Græce Pariſijs apud Robertum Steph. Eadem Latine impreſſa ſunt Gelenio interprete, Baſileæ in officina Frobeniana. Sunt autem hæc: Ad Zenam & Soranum epiſtola. Sermo exhortatorius ad gentes. Colloquiū cum Tryphone Iudæo. Apologia pro Chriſtianis ad ſenatum Romanum. Apologia altera pro Chriſtianis ad Ælium Adrianum & Antoninum Pium imperatores. Expoſitio fidei de recta confeſſione, ſiue de ſancta & coeſſentiali Trinitate. Confutatio dogmatum aliquot Ariſtotelicorum. Quæſtiones Chriſtianæ ad Gentiles, & Gentilium reſponſiones, earumque confutationes. Reſponſiones ad orthodoxos de quibuſdam neceſſarijs quæſtionibus. Quæſtiones Græcanicæ ſiue Gentiles, ad Chriſtianos, de incorporeo, & de Deo, deque reſurrectione mortuorum. Prætereà eadem omnia denuo Baſileæ edita ſunt ex Ioannis Langi tranſlatione, cum eiuſdem commentarijs. Iuſtini philoſophi & martyris opuſcula quædam theologica habet bibliotheca Imperatoris Viennæ M.S. in 8.*

Iuſtini *cuiuſdam ſcripta Suidæ dictionario Græco acceſſere. Claruit anno 150.*

Iuſtini *ex Trogo Pompeio hiſtoria, fideliſſima recognitione priſtinæ veritati reſtituta per Georgium Maiorem, cuius operam Philip. Melanch. quoq; in præfatiuncula commendat: Adiectis præterea & monarchijs ad calcem libri, vnde quibus & quandiu quiſq; regum imperarit, deprehendere facile eſt: Ioā. Gymnicus excudit Coloniæ 1543. Primum autem hanc hiſtoriam excuderat Aldus, inſcriptam De externis hiſtorijs: deinde Henricus Petrus Baſileæ, à Ioanne Sichardo ad varia exemplaria recognitam, & Iſingrinius ibidem cum ſcholijs: & Gryphius Lugduni 1542. Extant in hunc authorem Prolegomena Conradi Lycoſthenis Rubeaquenſis, quæ propediem, volente Deo, in lucem prodibunt.*

Iuſtinus *Goblerus Goarinus I.C. ſcripſit annotationes in Baſilij Magni orationem pareneticam, impreſſam Baſileæ, anno Domini 1537. Eiuſdē proſographiarum lib. 4. in quibus perſonarum illuſtrium deſcriptiones aliquot ſeu imagines ex optimis quibuſdam authoribus ſelectæ continentur: impreſſi Moguntinæ 1537. Pilei iuriſconſulti opus de ciuilium atq; criminalium cauſarum iudicij. Item ſummam Othonis de ordine iudiciario emendauit & auxit. Ioan. Opor. impreſſit Baſileæ. Caroli V. imper. de capitalibus iudicijs conſtitutio, Germanice primum euulgata, & ab eodem in Latinum verſa, & æquo commentario aucta: item eiuſdem Caroli V. Conſtitutio de pace publica tenenda, Vuormaciæ edita, atque è Germanica lingua eodem interprete in Latinam traducta: item in l. Reſpiciendum. ff. de pœnis ſuccincta ad æquitatis commendationē explanatio, eodem authore: hæc ſimul coniuncta Ioan. Opor. excudit Baſileæ. Lubeci Chronicorum lib. 3. ab Hermanno Bonno primum Germanice notati, deinde à Iuſtino Goblero in Latinum verſi, & euulgati Baſileæ, vnà*

è Græco Ælianum de Varia hiſtoria, & rerumpublicarum deſcriptiones ex Heraclide, in Latinum ſermonem tranſtulit: liber impreſſus Baſileæ apud Ioannem Oporinum, anno D.1548. Item Polyæni ſtratagematum ad D D. Antoninum & Verum Imperatores lib.8. quibus ampliſ. fœcundiſſimaque rei militaris doctrina continetur: excuſi Baſileæ apud eundem, anno 1550. Conuertit præterea epiſtolas Græcas ab Aldo quondam Venetijs excuſas, & in Dione libros aliquot, qui Lutetiæ Græce ſunt excuſi, & quædam alia nondum edita. Scripſit orationem de humilitate nondum excuſam. Monoſticha in omnia capita veteris & noui Teſtamenti, excuſa Marpurgi.

Iuuenalis à Coſta forti Foſſanenſis I. C. Commentaria in quinq; titulos Inſtitutionum Iuſtiniani, De obligationibus. Quibus modis re cõtrahatur obligatio. De verborum obligationibus. De duobus reis ſtipul. & promit. De fideiuſſoribus, Lugduni Theobaldus Paganus, 1548.

Iuuenalis Hieroſolymitani Epiſcopi ſcripta citantur à Nicephoro, libro ſecundo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

Iuuentius Cælius, citatur à Baptiſta Fulgoſo inter illos ſcriptores, è quibus exempla ſua collegit.

Iuuentius comicus laudatur à Varrone lib.6. de lingua Latina.

Iuuencus presbyter, natione Hiſpanus, ſcripſit carmine de quatuor Euangelijs lib.4. De ſacramentis lib.2. Euangelica eius hiſtoria, additis argumentis & commentarijs in eandem, excuſa eſt Baſileæ, anno 1541. Et poſtea rurſus ab Oporino ex recognitione G. Fabricij cum alijs Chriſtianorum poetarum operibus. Claruit anno 530.

## K.

Kacebras quidam citatur à Ioanne filio Serapionis.

Kaminti epiſcopi Aruſienſis, Regimen ſanitatis per circulum anni.

Kareuu vel Karreye, Anglus, doctor Oxonij, ſcripſit ſuper ſententias lib.4. In poſteriora Ariſtotelis lib.2. Oxonij bibliotheca.

Kebius Corinius Britannus, Cornubiæ Ducis filius, ſcripſit ad Hilarium Pictauienſem Epiſt. plures. Claruit anno 380. Baleus.

Keiſerſpergij Sermones & varij tractatus, Argentinæ, in folio, anno 1521. excuſi. Vide Ioannes Geyler, &c.

Kempo quidam Theſſalienſis Hollandiæ, ſcripſit in ſecundam partem doctrinalis, vt vocant, Alexandri. Liber impreſſus.

Kennethus Scotorum rex, Alpini regis filius, ſcripſit Breuiarium antiquarum legum, quibus in foris per Angliam Iureconſulti vtuntur. Claruit anno Domini 855.

Kentigerus Elguenſis, ſcripſit manuale ſuorũ miniſteriorum, de obedientia hominis lib.1. Claruit anno Domini 560.

Kiliani Leib de ſacræ ſcripturæ diſſonis tranſlationibus, libellus nuper impreſſus.

Kiliani Lectura ſuper quartum ſententiarum. M. Dreſſerus.

Kilianus Martyr, Scotus monachus, ſcripſit contra peregrinos cultus lib.1. Martyrium paſſus eſt, anno 689. Baleus.

Kiramides naturalis magiæ ſcriptor. Vide in Zoroaſtre.

Kiranis (vel vt alij ſcribunt Kiranides, Kiranus, Caranus) ſcripſit quædam Arabice de facultatibus magicis & medicis ſtirpium quarundam, lapidum & animalium lib. 4. quos Gerardus Cremonenſis Latinos fecit barbara dictione.

## L.

Labeonis ſcripta citantur apud Fulgentium in Mythol.

Laberius mimographus, qui vixit temporibus Iulij Cæſaris, ſcripſit mimos, & fabulas. Mimorum eius fragmenta quædam extant apud Macrobium. Citatur etiam à Chariſio. Laberius comicus, in Aquis, Ariete, Augure, Caculis, Creteſi, Thuſca. Feruntur etiam eius ſcripta, Vermes, Cancer, & Mimus extare. Præterea citatur à Nonio in Annalibus, Aquis calidis, Belocuſtria, Carcere, Catulario, Centenario, Cithera, Colace, Compitalibus, Cophino, Cropio, Fullonico vel forte [illegible], Gallis, Imagine, Lacu auerno, Nuptijs, Panilico, Paupertate, Sedigito, Scylace, Sororibus, Thuſco, Virgine. A Gellio autem in Alexandrea, Cacomemnone, Colorato, Necromantia, Naca, Reſtione vel Rectore, Salinatore mimo, Saturnalibus, Scriptore, Staminarijs. A Macrobio autem in Ephebo. Quotquot verò extant Mimi Laberij excuſi ſunt ab Henrico Stephano cum veterum poetarum Latinorum fragmentis.

Labienus orator & declamator quidam apud Senecam nominatur: quanquam aliqui Labienum legant. Idem ſcripſit rhetoricorum libros, quos inimici eius in contemptum exuſſerunt.

Lachares Athenienſis ſophiſta, diſcipulus Heracleonis ſophiſtæ Athen. vir pius, &c. ſcripſit De cœlo & commate & periodo, diſputationis: Hiſtoriam ſecundum Cornutum ſeu de Cornuto: Loca ſelecta ex oratoribus ordine alphabetico. Floruit ſub Martiano & Leone Imp. Suidas.

Lachi abbreuiator Auicennæ, citatur à Bellunenſe.

Lactantius vel Luctatius Placidus Grammaticus doctiſſimus, ſcripſit Commentarium in libros Thebaidũ Statij, excuſum Venetijs 1508. Scripſit etiam in Achilleida commentarios qui nondum editi ſunt. Extant etiam Ouidianæ metamorphoſeos fabularum argumenta, eodem authore collecta, quæ Ouidianæ interſeri ſolent. Hæc aliqui L. Cælio, Lactantio Firmiano attribuunt. In Catalogo quodam librorum veterum manuſcriptorum nominantur Placidi Grammatici gloſſæ per Alphabetum lib.1. Citatur etiam ab Hermolao in Plinianis caſtig.

Digitized by Google

caſtigationibus Placidius, qui de Plautinis vocibus ſcripſerit.

Lacydes Alexandri Cyrenæi philoſophus, nouæ Academiæ author, philoſophica ſcripſit, & de natura. Suidas.

* Ladislaus Macoult Apophtegmata complurium Regum, Imperatorum ſiue ducum militiæ, & Philoſophorum ex Latino in Gallicum ſermonem tranſtulit. Pariſijs, anno 1543.

Ladislaus Suntheimus, Germanus, ſcripſit de lingua vulgari per ſuperiorem Germaniam. Item hiſtoriarum collectanea.

Ladislai Veteſij Pannonij, oratio ad Sixtum III. Pontific. nomine Matthiæ Vng. & Boemorum regis habita, & impreſſa Romæ.

Ladislai Vngariæ regis, oratio de Nicolai V. Pontificis laudibus, legitur inter orationes ab Alberto de Eyb collectas, quarta ordine.

Lælius antiquus poeta, ſcripſit erotopægnia, eius meminerunt Gellius, Auſonius, Priſcianus, quamuis plærique codices corrupte erotopægnia habeant.

Lælij, qui Varronis præceptor fuit, librum de proloquijs citat Gellius lib. 16. cap. 8. Verum is L. Ælius Gallus à Cicerone nominatur. *Cuiacius L. Ælium Stilonem Varronis præceptorem fuiſſe ſcribit obſeruat. lib. 3. cap. 36. quidam C. Ælium nominant.

Lælius Capilupus Mantuanus, Latino & Italico carmine quædam ſcripſit, è quibus editum vidi Centonem Vergilianum de monachis.

Lælij Felicis ad Q. Mutium liber primus citatur à Gellio lib. 15. cap. 27. Meminit autem Labeonis.

Lælij Iordani epiſcopi Acernenſis, Tractatus de maioribus, rerumq́; capitalium epiſcoporum cauſis ad Papam deferendis, & Romanæ ſedis origine atq; auctoritate. Venetijs, 1572. in 4.

Lælius Præconinus inſignis grãmaticus, ſcripſit varias ad nobiliſſimos quoſq; orationes, quarum meminit Tranquillus cap. 2. de Illuſt. Gram.

Lælius Sozinus Senenſis, Mariani celeberrimi I.C. filius, de ſingulis fere dogmatibus religionis multa diſputauit, & ſcripſit, nihil tamen ipſe in publicum edidit: at Samoſateniani noſtræ ætatis eum inter principes ſuæ hæreſeos nominant, ac dicitur illius eſſe, impia interpretatio in primum caput Ioannis abſq; nomine authoris ab illis edita.

Lælij Taurelij Fanenſis, I.C. Enarratio, Ad Gallum & legem Velleam, Ad Catonem & Paulũ. De militijs ex caſu. Excuſa ſunt Baſileæ ab Ioanne Oporino.

Lælius Tifernas, vertit homilias Chryſoſtomi de patientia, & pœnitentia. Vide infra Lilius Tifernas.

Læuinus Macer, antiquus poeta, alicubi à Gram. citatur.

Læuini Torrentij S. Romanæ eccleſiæ protonotarij, archidiaconi Leodienſis, Poemata ſacra. Antuerpiæ, 1572. in quarto. * Eiuſdem in C. Suetonij Tranquilli XII. Cæſares commentarij. 8. Antuerpiæ, ex officina Chriſtoph. Plantini. Itemq; de bello Turcico liber. quarto, Antuerpiæ apud Plantinum.

* Læuinos reliquos, vide Leuin.

Lais, citatur apud Plinium, libro 28. Naturalis hiſtoriæ.

Lallus de Tuſcia Neapolitanus, ſcripſit ſuper Conſtitut. regni Siciliæ.

Lambertus abbas Haſungenſis, monachus Benedictinus, Chronicon ſcripſit lib. 1. Tritemius in compendio.

* Lambertus de Beuſſen præpoſitus ad S. Ioannem Oſnaburgenſem, Chronicon Hermanni de Lerbeken reſtitui & augeri curauit.

* Lambertus Danæus Gallus, fideliſſime laborans in vinea Domini, paucorum annorum ſpacio ſcripſit multa erudita opuſcula philoſophica et theologica Chriſtiana: veluti ſunt Elenchi hæreticorũ, vbi facili methodo explicatur, qua ratione hæreticorum paralogiſmi deprehendi & ſolui poſſint. Geneuæ apud Euſtachium Vignon, anno 1573. Geographiæ poeticæ, id eſt, vniuerſæ terræ deſcriptionis, ex optimis ac vetuſtiſſimis quibusq; Latinis poetis libri 4. 8. Geneuæ. Phyſica Chriſtiana, ſiue de rerum creatarum cognitione & vſu, diſputatio è ſacræ ſcripturæ fontibus hauſta, & deſcripta. 8. Geneuæ apud Petrum Satandreanum. Phyſices Chriſtianæ pars altera, ſiue de rerum creatarum natura. 8. Geneuæ. De veneficis, quos olim ſortilegos, nunc autem vulgò Sortiarios vocant, Dialogus. In quo quæ de hoc augmento quæri ſolent, explicantur. 8. apud Euſtachium Vignon. Ethicæ Chriſtianæ libri tres. 8. apud Vignon. Eiuſdem Tractatus duo: primus de amicitia Chriſtiana: Secundus de ludo aleæ 8. Geneuæ. Eiuſdem Harmonia, ſiue tabulæ in Salomonis Prouerbia & Eccleſiaſten, editæ cum Mercerini eoſdem libros commentarijs. Methodus ſacræ ſcripturæ in publicis tum prælectionibus tum concionibus vtiliter atque intelligenter tractandæ. Quæ Praxi, id eſt, aliquot exemplis & perpetuo in epiſtolã Pauli ad Philemonem cõmentario illuſtratur. 8. Danæi in D. Pauli priorem epiſtolam ad Timotheum commentarius. 8. Geneuæ apud Euſtachium Vignon. Per eundem Paratitla in D. Auguſtini tomos duos præcipuos, nimirum ſextum & ſeptimum. 8. Geneuæ apud Iacobum Stoer. D. Aurelij Auguſtini enchiridion ad Laurentium, ſiue ſumma & præcipua totius religionis capita: Liber vtiliſſimus ijs omnibus, qui breuiſſimam Auguſtinianæ doctrinæ epitomen ex ipſo Auguſtino, & quidem iam ſene, habere volunt, multis mendis & gloſſematis, quibus antea ſcatebat, ex veteri manuſcripto repurgatus, & commentarijs illuſtratus. In 8. Geneuæ excuſus apud Euſtachium Vignon. D. Aurelij Auguſtini librum de Hæreſibus ad Quoduult Deum emendauit, commentarijs illuſtrauit: & hæreſes ab orbe condito ad inſtitutum Papiſmum & Mahumetiſmum ab Auguſtino prætermiſſas addidit. In eodem opere arborem confecit hæreſeon, ex qua quomodo aliæ ex alijs natæ ſint & propagatæ, & vt ſæpe vna quædam hydra plura capita pro-



Digitized by Google

duxerit, perſpicue docetur. Addidit præterea pij cuiuſdam viri tractatum de Eccleſia, vbi quibus ſenſerit gradibus illa in Papiſticum tyrannidem inciderit oſtenditur. Geneuæ apud Euſt. Vignon. anno Domini 1576. Scripſit præterea Tractatum de Antichriſto, recens editum, in quo Antichriſtiani regni locus, tempus, forma, miniſtri, fulcimenta, progreſſio, & tandem exilium & interitus ex verbo Dei deſcribitur, explicatis ſimul aliquot difficilibus & obſcuris locis Danielis & Apocalypſeos. Additis quoq; ad finem ſcriptis quibuſdam vetuſtiſſimorum epiſcoporum, monachorum, & aliorū contra ipſius tyrannidem, in octauo Geneuæ apud Euſtachium Vignon. Eiuſdem neceſſaria reſponſio, ad inſidioſū L. Oſiandri ſcriptū, quod pia & fidelis ad eccleſias Gallicas & Belgicas admonitio inſcribitur. Item ſalutaris precautio ad eaſdem Gallicas et Belgicas eccleſias, in octauo Geneuæ apud Euſtathium Vignon. Ad nouas Gulielmi Genebrardi doctoris Pariſienſis calumnias, quibus tum orthodoxam Euangeliorum omnium de Sancta trinitate doctrinam traducit: tum etiam horrendum Valentini Gentilis errorem tuetur ac renouat: Reſponſio ad libellum ab anonymo quodā libertino recens editum, hoc titulo, De externa ſeu viſibili Dei eccleſia, vbi illa reperiri poſſit, et quæ nam vera ſit, &c. ſeu potius aduerſus externam & viſibilem eccleſiam. in octauo Geneuæ apud Euſtathium Vignon. anno Domini 1582. Examen libri de duabus in Chriſto naturis, de earum hipoſtatica vnione et varia, quæ ex illa vnione ſequitur, communicatione à Martino Kemnitio conſcripti, in octauo Geneuæ apud Vignon. Reſponſio triplex, de tribus grauiſſimis & hoc tempore maxime vexatis quæſtionibus, I. De Sacra Domini cœna. II. De maieſtate hominis Chriſti. III. De non damnandis Dei eccleſijs, nec auditis nec vocatis. Ad fratres Tubingenſes, & triplex eorum ſcriptum. Addita eſt eiuſdem Danæi ad N. Selneccerum epiſtola. 8. Geneuæ. Apologia ſeu vera orthodoxa, orthodoxæ Patrum ſententiæ interpretatio, de adoratione carnis Domini Ieſu Chriſti. Octauo Antuerpiæ apud Ægidium Rad. anno Domini 1582. Demonſtratio Antitheſis, ſeu repugnantium theſium doctrinæ Iacobi Andreæ, de perſona Chriſti, ex illius theſibus collecta. Octauo Lugduni Bat. anno Domini 1581. Breuis, modeſta & neceſſaria reſponſio, ad Nicolai Selnecceri librum, qui inſcribitur, Neceſſaria & breuis repetitio, in quo Exegeſis Saxonica oppugnatur. Octauo Geneuæ. Antioſiander, ſiue Apologia Chriſtiana, ſimul & neceſſaria, in qua tum Heluetica Eccleſiæ, & quæ cum ijs in fidei confeſſione conſentiunt: tum etiam earum vera de S. Domini noſtri Ieſu Chriſti cœna ſententia defenditur aduerſus iniuſtam Lucæ Oſiandri condemnationē. Octauo Geneuæ. Explicatio orationis Dominicæ: Eiuſdemq́ue theſes, quibus tota de oratione doctrina comprehenditur. 8. Geneuæ, anno Domini 1582.

* Lamberti Gruteri explanatio in Clementina, hoc eſt, in Beati Clementis Romani, &c. opera. Coloniæ apud Ioannem Birkmannum, anno Domini 1570.

Lambertus Gualtherus, ſcripſit in opera Clementis Romani emendationes, & explicationes locorum difficillium. Coloniæ excudit Ioannes Birkmannus, 1569.

Lambertus Hortenſius, Montfortius, Seceſſionum ciuilium Vltraiectinarum, & bellorū, vſq; ad epiſcopatus tranſlationem ad Burgūdos, ſcripſit lib. 7. excuſ. Baſileæ apud Oporinum, anno 1546. Item Tumultuum Anabaptiſtarum lib. 1. impreſſum ibidem, anno Domini 1548. Eiuſdem de bello Germanico libri quinque, excuſi Baſileæ in quarto. In Vergilium commentarij, ibidem excuſi in folio. * Eius Enarrationibus doctiſſimis atque vtiliſſimis in 12. Vergilij Aeneidos libros, aliorum etiam explanationes, atque lucubrationes, nunquam antehac ita viſæ, acceſſere. Folio ex officina Henricpetrina, 1579.

Lambertus Leodienſis monachus S. Benedicti, ſcripſit vitam Heriberti Colonienſis Archiepiſcopi lib. 2. Hymnorum vario carminis genere lib. 1. epigrammatum lib. 1. Vixit anno 1460.

Lambertus de Legia, ordinis S. Benedicti monachus, ſcripſit de vita ac miraculis S. Matthiæ Apoſtoli carmine. De ſancto Agricio lib. 1. Vixit anno D. 1480.

Lamberti cuiuſdam commentarius de anima, impreſſus.

* Lamberti Ludolphi Pythopœi Dauentrienſis oratio de philoſophiæ vtilitate ad plurimorum ſacræ ſcripturæ locorum pleniorem & certiorem explicationem, ſcripta & ab ipſo auctore habita. Quarto Heidelbergæ. Ab eodem epitaphium Zachariæ Vrſini Theologi clariſſimi, ſcriptum. 4. Neapoli Nemetum, anno 1583.

Lamberti de Monte, quæſtio magiſtralis, oſtendens per authoritates ſcripturæ diuinæ, quid iuxta ſaniorem doctorum ſententiam probabilius dici poſſit de ſaluatione Ariſtotelis Stagiritæ.

* Lambertus de Monte Domini, forte idem cum ſuperiore, ſcripſit in octo libros Ariſtotelis phyſicorum. Coloniæ Quentel, anno Domini 1502. excudebat. Itemq́ue in libros Ariſtotelis de Anima. Coloniæ, 1508.

Lambertus de Ramponibus I.C. ſcripſit ſuper ff. &c. meminit eius Ioan. Andreas in c. ſi pater. De teſtam. in VI. Eiuſdem de conſilijs habendis per officiales, cum addi. Barth.

Lamberti à Salinis diſtinctiones quæſtionum in D. Iuſtiniani Codicis libros, opera Viti Polanti in lucem editæ. Acceſſit etiam eiuſdem auctoris fragmentum diſtinctionum ad 8. 9. 10. 11. 12. 13. 15. 16. 19. 20. 21. & 22. Pandectarum libros. Heidelbergæ, 1571. in 8.

Lamberti Schafnaburgenſis hiſtoria de Germorum rebus præclare olim geſtis, itemq́ue rerum aliarum memoratu digniſſimarum perbreuis Annotatio, ab exordio mundi repetita. Marbardus excudit

Digitized by Google

cum celebrat Clemens Marotus in ſuis Epitaphijs.

Laomedontis Tardoni de iuſtitia & laudibus D. Inonis, ad ſedem Apoſtolicam libellus, excuſus eſt Romæ.

Lapus Biragus Florentinus Dionyſij Halicarnaſſei lib. 11. Antiquitatum Latinitate donauit. ex Parallelis Plutar. tranſtulit vitas Theſei, Romuli, Lycurgi, Numæ Pompilij, Solonis, Themiſtoclis, Camilli, Periclis, Phocionis, Catonis Vticenſis, Publicolæ, Artaxerxis, & Arati, quæ cum reliquis excuſæ ſunt.

Lapus de Caſtellione, abbas S. Miniaris, ſcripſit allegationum ſuarum lib. 1. Super Clementinis lib. 1. & alia complura. Citatur in ſumma Angelica. Allegationes eius impreſſæ ſunt, ſcripſit etiam Additiones in Friderici Petrutij librum de pluralitate beneficiorum. Præterea citatur eius ſcriptum de Hoſpitalarijs, de canonica poteſtate & quarta, conſilium circa inquiſitores & nuntios apoſtolicos, quòd ſunt exempti à iuriſdictione ordinaria. Claruit anno 1340. Allegationes D. Lapi, ab innumeris prope erroribus caſtigatæ à Bernardino Zanchinio Florentino additis inſuper quamplurimis allegationibus, ſeu conſilijs eiuſdem, quæ in alijs editionibus non habentur. Florentiæ, anno 1568. in octauo. Et Venetijs à Quintiliano Mandoſio recognitæ & auctæ, 1571.

Larbre Batailes de bello & duello.

Largij Deſignatiani epiſtolium ad filos ſuos, in principio Marcelli medici.

Largij Licinij Ciceromaſtix, citatur à Gellio lib. 17. cap. 1.

Largus poeta fuit temporibus Auguſti Cæſaris, cuius meminit Ouidius, de Antenore ipſum ſcripſiſſe referens.

Laſus Charbini Hermionen. primus de Muſica librum ſcripſit, & dithyrambum in certamen produxit, & contentioſos ſermones inſtituit. Suidas.

Latini Pacati, & Drepani panegyricus Theodoſio Aug. Romæ dictus, cum alijs multis panegyricis Baſileæ apud Frobenium excuſus.

Laudinus eques Hieroſolymitanus, Maumetis Turcorum Imperatoris epiſtolas ex Syro & Græco ſermone in linguam Latinam tranſtulit, excuſas cum Symmachi epiſtolis Argentinæ apud Schottum, anno Domini 1510. Et Baſileæ apud Frobenium, anno Domini 1549. item apud Ioannem Oporinum in farragine epiſtolarum Laconicarum, anno 1554.

Laudunus. Vide Guilielmum de Monte Lauduno.

Laureæ Tullij, M. T. Ciceronis liberti, epigrãmata de aquis Academiæ Ciceronis, extat apud Plinium in Naturali hiſtoria. Eiuſdem ferũtur etiam quædam Græca epigrammata extare.

* Laurentini Medicei comœdia, quæ Aridoſio vocatur. In 8. Italice.

S. Laurentij presbyteri, Nouarum homiliæ duæ, vna de patientia, altera de eleemoſyna, impreſſæ Pariſijs à Vaſcoſano, anno 1532.

Laurentius Abſtemius, ſcripſit libros quoſdã obſcurorum locorum ad Guidum Vbaldum ducem. Eiuſdem Hecatomythion, id eſt, centum fabulæ Latinæ, ab ipſo confictæ, ad Octanianum Vbaldinum, cum Æſopi & alijs diuerſorum fabulis impreſſa, Argentinæ apud Knoblauchium, anno 1522. *Scripſit item Præfationem in Se. Aurelij Victoris de vitis Imp. Venetijs apud Aldum & Argentinæ, anno 1505. & Baſileæ, anno 1530.

Laurentius Acarzeres Luſitanus, quædam carmina ſcripſit, teſte Gyraldo.

Laurentius Agricola Vitoduranus, ſcripſit libros aliquot de re militari. Claruit 1555.

Laurentius Albertus, ſcriſit contra Heidelbergenſem Catechiſmum, ad Spirenſes, Wormatienſes & Landauienſes, admonitionem de cauendo vicino Zuinglianiſmo. Abſurda Lutheranorum. Ingolſtadij 1570. Germanice. Tertulliani librum de Præſcript. hæret. in Germanicam linguam conuertit & ad noſtra tempora accommodauit. Dillingæ 1572. Scripſit etiam grammaticam Germanicæ linguæ, excuſam Auguſtæ, 1573.

Laurentius Anglicus, ſcripſit contra Pſeudoprophetas lib. 1. In defenſionem Guilhelmi de S. Amore lib. 1. Claruit anno 1260.

Laurentius Aquitanus, ſcripſit vario metrorũ genere atq; proſa, ad Romanum de Ynli Cardinalem, Enchiridion in laudem virginis Mariæ li. 10. Atq; alia. Claruiſſe putatur anno D. 1310. Nordonici bibliotheca.

* R. Laurentij de la Barre labore & induſtria, caſtigata eſt hiſtoria Chriſtiana veterũ Patrum, in qua omnium ferè eorum, qui à tempore Apoſtolorum viguerunt, & pro Chriſti eccleſia militauerũt, acta, tempora, ac rerum Eccleſiaſticarum ſtatus, tanquam in ſpeculo verè Chriſtiano, demonſtrantur. In fol. Pariſijs apud Michaelem Sonnium, via Iacobea, anno 1583.

Laurentius Belus Romanus, I. C. ſuper L. Nemo C. de Sacroſan. eccleſijs. Item ſuper Decret. 13. q. 3. c. nullus mortuus. De mortuis cœmiterijs reſtituendis.

Laurentij Bertolini, tractatus de Balneo Corſennæ, impreſſus eſt Venetijs à Iuntis, anno Domini 1533. cum diuerſorum authorum ſcriptis de Balneis.

Laurentij Boneti Atrebatis, Inſtitutiones vtriuſque linguæ, Orthographiam, Etymologiam, Proſodiam, & partem Syntaxeos, cum octo orationis partibus complectentes. Antuerpiæ, anno 1572. in octauo.

Laurentius Bonicontrius, Miniatenſis, ſcripſit Faſtorum lib. 1. Rerum naturalium & diuinarum, ſiue de rebus cœleſtibus lib. 3. heroico verſu excuſos Baſileæ apud Robertum Winter, anno 1540. Acceſſerunt & eclipſium Solis ac Lunæ annis aliquot viſarum vſque ad poſtremam anni 1540. deſcriptiones per Philippum Melanchthonem, Ioannem Stigelium, M. Acontium, Ioachimum Camerarium, & Georgium Æmylium. Extant eiuſdem etiam commentaria in Manilij poetæ Aſtronomica, Baſileæ apud Ioannem Oporinum. impreſſa Bononiæ,

interpretatione lib. excuſ. in 8. ibidem. Indicem in Forſteri Lexicon Hebraicum confecit. Atque hæc cum religionis cauſa in Germania exularet, edidit, quid deinceps patriæ reſtitutus ſcripſerit ignoro. Docet nunc ſacras literas in celeberrima Oxonienſi Academia.

* Laurentius Hyperius Andreæ Gerardi clar. vir. filius quædam opuſcula erudita philoſophica & theologica parentis ſui euulgauit, & in ea præfatus eſt, excuſa Baſileæ, Marpurgi, Tiguri & alibi quæ in nomine Andreæ Hyperi recenſentur.

Laurentij Iouberti * Valentini Delphin. philoſophi & Medici Regij, academiæ Moſpelienſis regij protodidaſcali, Cancellarij & Iudicis, Paradoxarum demonſtrationum medicinalium Decas vna, cum declamatione, qua illud paradoxon interpretatur. Nutricionē vincere naturam. Lugduni apud Lodouicum & Carolum Penot. 1561. * Eiuſdem oratio de præſidijs futuri excellentis medici. In 8. Geneuæ anno 1580. Eiuſdem operum Latinorum Tomus primus, cui ſubiectus eſt Tomus ſecundus, nunc primum in lucem editus. In fol. Lugduni, anno 1582. Medicinæ practicæ priores libri 3. Acceſſit eiuſdem Iſagoge Therapeutices methodi, De affectibus pilorum & cutis, præſertim capitis: de affectibus internis partium Thoracis, tractatus alter. in 16. Lugduni. Item de peſte liber 1. Impreſſ. apud Ioan. Frellonium. 1567. Eiuſdem Pharmacopœa, opera Ioan. Pauli Zangmaiſteri in lucem edita. in 8. Lugduni.

Laurentius Italus, Dorobernenſis in Anglia Archipræſul, ſcripſit de Obſeruatione Paſchæ lib. 1. Obijt anno 619.

Laurentius Iuſtinianus, natione Venetus, ſcripſit lignum vitæ lib. 1. De diſciplina monaſtica lib. 1. De connubio verbi & animæ lib. 1. De agone Chriſti lib. 1. De interiori conflictu lib. 1. De complanctu eccleſiæ lib. 1. De ſacramento altaris lib. 1. De vita ſolitaria lib. De contemptu mundi lib. 1. De ſermone Domini in cœna lib. 1. De officio paſtorali lib. 1. De obedientia quoq; lib. 1. De gradibus perfectionis lib. 1. ſermones 40. lib. 1. Eius vitam Bernhardus Iuſtinianus nepos ipſius luculenter deſcripſit. Claruit anno 1410. Laurentij Iuſtiniani Protopatriarchæ Veneti opera, inſignibus acceſſionibus locupletata, excuſa ſunt Lugduni apud Iuntas, 1568. in folio. * Eius libellus de diſciplina cōuerſationis monaſticæ. Louanij apud Petrum Zangrium, anno 1576. excuſus.

Laurentij Kirchouij Roſtochienſis, Interpretatio duorum priorum titulorum, de Edendo, & In ius vocando lib. 2. C. tradita in Academia Roſtochienſi. Francofurti, 1572. quarto. * Receptarum ſententiarum, ſiue communium opinionum & concluſionum I. C. centuriæ octo, folio Francofurti. Eiuſdem Reſponſorum ſiue Conſiliorum Iuris, atq; aliorum quorundam illuſtrium Iuriſperitorum & Vniuerſitatum, varijs, & quidem arduis grauiſſimiſq; ſuper caſibus, acerrimo iudicio conſcriptorum, Tomus quintus, folio. Francofurti, ex officina hæredum Chriſtiani Egenolphi.

Laurentius Laurentianus Florentinus, vertit commentariorum Galeni in Hippocratis prædictiones lib. 3. qui cum reliquis Latinis Galeni operibus Baſileæ publicati ſunt: item, Artem paruam Galeni, & de differentijs febrium libros duos, qui Pariſijs impreſſi ſunt, 1539. Claruit anno 1500.

Laurentius Lippius Collenſis, Oppiani poetæ halieuticon, ſiue de piſcibus, libros quinq; Latinos fecit verſibus hexametris, ad Laurentium Medicem. Eiuſdem diſticha vltra centum, de rebus varijs, Iacobus Camerlander excudit Argentorati, 1534. cum Pauli Iouij libro de piſcibus, &c.

Laurentij Ludouici Leoberi ſiue Leobergenſis, compendium Etymologiæ & Syntaxis in vſum Gorlicenſis gymnaſij editum Gorlitij, 1572. * Idem doctrinam & certamen Synodi Epheſinæ recitatum à ſe, euulgauit. in 4. Gorlitij anno 1582. Eiuſdem ſtudio Leonhardi Krentzenij coniecturæ de Impendentibus in eccleſia & Imperijs horum temporum mutationibus & calamitatibus, publicatæ. in 4. Gorlitij.

Laurentij Maioli Geneuenſis liber de gradibus medicinarum, impreſſus Venetijs, anno 1497. Eiuſdē epiphyllides in dialecticis, impreſſ. ni fallor.

Laurentij Matheſij Concio funebris habita in funere D. Ioannis Pfeffingeri, in qua eius vita deſcribitur. Lipſiæ 1573. Germanice.

* Laurentij Mederi Noribergenſis, liber Germanicus de ratione negociandi ſiue contrahendi. Noribergæ, anno 1558. excuſus.

Laurentij Medicis epiſtola, lib. 10. epiſtolarū Angeli Politiani.

Laurentius Minorita, cōcionator vehemens, ſcripſit Poſtillas æſtiuales lib. 1. Poſtillas hiemales lib. 1. Weſaliæ bibliotheca.

Laurentius Mollerus I. C. ſcripſit Caſus legales Decretalium. Tractatum de modo & ratione argumentandi ex iure & legibus. Arborem iudiciorum, ſiue de iudicijs librum, in quo omnia quæ ad iudiciorum & practicæ forenſis cognitionem requiruntur, in modum arboris redacta ſunt. Epitomen de Feudis, ex omnibus Feudiſtis collectam. Hiſtoriam archiepiſcopatus Moguntinenſis cum ſuis ſuffraganeis, qui ſunt, Argentoraten. Halberſtadienſis, Aichſtettenſis, Conſtantienſis, Spirenſis, Hildeſheimenſis, Auguſtanus, Wormatienſis, Paderbornenſis, Curienſis, Werdenſis, & Wirtzburgenſis: totum opus in tres tomos diuiſum eſt. Reſolutiones iuris. Deciſiones & conſilia cameræ imperialis, à D. Daniele Capitone aſſeſſore cameræ collecta in ordinem optimum redegit, & editioni parauit. Similiter librum Hieronymi Mangariæ Itali de arbore conſanguinitatis & affinitatis, nunquam publicatum, è veteri bibliotheca deſcriptum editioni parauit: & paratus cum hæc tum alia plura propria ſcripta & veterum à ſe recognita in publicum opportunitate data edere.

Laurentij Mondanarij Villa, poemation impreſſ. Baſil. apud Rober. Winter, cum varijs recentiorum poëtarum opuſculis. Miſcellanea diſticha ad vitæ inſtitutionem. Antuerpiæ Plantinus in 8.

Laurentij

& vero bono libri tres, de libero arbitrio ad Garſan epiſcopum Illerden. Et hactenus de illis Laurent. Vallæ ſcriptis, quæ Hen. Petrus Baſileæ vno volumine excudit. Scripſit præterea de geſtis Ferdinandi Aragonum regis, quæ hiſtoria Pariſijs excuſa eſt. Item, vt Tritemius refert, librum epiſtolarum. & in Fabij Quintil. oratoriarum inſtitutionũ lib. 12. commentaria. Elegantiarum libri cum alibi excuſi ſunt, tum apud Gymnicum cum ſcholijs Gyberti Longolij, & aliorum doctorum annotationibus 1539. & Baſileæ apud Brylingerum cum iiſdẽ, & Ioan. Rænerij annotationibus, &c. Dialectica quoq; eius ſeorſim excuſa ſunt Pariſ. apud Colinæũ anno 1530. Annotationes item in nouum Teſtamentum ſeorſim Baſileæ 1541. & de libero arbitrio, & de voluptate ſeorſim. Homeri Ilias ex Laur. Vallæ tranſlatione, excuſa Lugduni apud Gryph. 1541. Herodoti Halicarnaſſei libri nouem hiſtoriarum, Laur. Valla interprete, excuſi vt ſupra dixi. Thucydidis hiſtoriographi lib. 8. ab ipſo conuerſi. Vide infrà. Æſopi fabulas 33. Latinas fecit. impreſſ. ſunt Baſileæ cum alijs Æſopi & aliorum fabulis Latinis. Claruit anno 1410.

Laurentius *Ventura de ratione conficiendi lapidis philoſophici. Huic acceſſerunt eiuſdem argumenti lib. 1. & ex ſpeculo Vincentij lib. 2. Baſileæ, anno 1571.*

Laurentij à *Villauincentio Xereſani, doctoris theologi Auguſtiniani eremitæ libri tres, De œconomia ſacra circa pauperum curam à Chriſto inſtituta, Apoſtolis tradita, & in vniuerſa eccleſia inde ad noſtra vſque tempora perpetua religione obſeruata, cum quarundam propoſitionum, quæ huic ſacræ œconomiæ aduerſantur, confutatione. Antuerpiæ in officina Plantini, in octauo, & Pariſ. 1564. Eiuſdem Phraſes ſcripturæ ſacræ omnibus qui ſcripturas ſacras publice profitentur, vel priuatim intelligere optant, vel ad populum concionantur in eccleſijs: admodũ vtiles, Antuerp. in officina Steelſiana anno 1571. * Eiuſdem de recte formando ſtudio Theologico lib. 4. ac de formandis ſacris concionibus libri 3. omnes collecti, & reſtituti, in 8. Coloniæ per Hæredes Arnoldi Birckmanni. Itemque Conciones in Euangelia & epiſtolas, quæ feſtis diebus totius anni proponi ſolent, nunc plurimum auctæ per Ægidium Topiarium Flandrum. Lugduni, Guilielmus Rouillius, 1568.*

Lauri *Gorgerij, De caſtellano & imperatore exercitus, & de bello: ſermone Italico. Leop. Dikij. Eiuſdem ordo iudiciarius.*

Lauſus *Præpoſitus, ſcripſit ſanctorum monachorum vitas, teſte Nicephoro.*

Lazari *Bayſij, natione Galli, Annotationes in legem 2. de captiuis & poſtliminio reuerſis, in quibus tractatur de re nauali. Annotationes in tractatum de auro & argento legato, quibus veſtimentorum & vaſculorum genera explicantur, impreſſæ Baſileæ apud Frobenium 1537.*

Lazari *Bonamici Baſſanatis, Itali, profeſſoris Patauini, epiſtolæ carminæ ſcriptæ ad Vrſinum Velium Sileſium, ad Donatum Rullum Venetum, ad Altenerium Augarum Veronenſem, ad Carolum Capellum & Matthæum Dandalum Venetos, ad Diegum Mendozam Hiſpanum, ad Fridericum Fregoſium Genuenſem. ex his prima ad Vrſinum eſt edita, Eiuſdem alia quædã carmina excuſa ſunt Venetijs. Eiuſdem epiſtolæ quindecim cum aliorum clarorum virorum epiſtolis impreſſæ ſunt, Venetijs & Lutetiæ Pariſiorum. Floruit Patauij anno D. 1553.*

Leander *epiſcopus Hiſpalenſis, cum propter fidem catholicam eſſet ab Arianis relegatus in exilium, ſcripſit aduerſum hæreticos lib. 2. contra inſtituta Arianorum lib. 1. de virginitate ad Florentinam lib. 1. orationes duplici editione in Pſal. lib. 1. de contemptu mortis ad fratrem lib. 1. de ſacrificiorum laude lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Idem ſcripſit librum de baptiſmo ad S. Gregorium Papam: quem (vt arbitror) Mattheus Dreſſerus habet. Claruit anno 540.*

Leander *Albertus, Bononienſis, ordinis Prædicatorum, edidit Latinè Ephemerides ad aduentu Ludouici regis Franciæ, ad annum 1552. Opuſculum de ſepultura diui Dominici. De viris illuſtribus ordinis Prædicatorum lib. 3. Commentaria hiſtoriarum Caroli ducis Burgundiæ. Vitam Ioannis Bentiuoli 11. Italicè etiam edidit libros 62. hiſtoriarum ciuitatis Bononienſis. Deſcriptionem totius Italiæ, vbi continetur ſitus eius, origo, & ciuitatum caſtellorumq́; dominationes cum priſcis & recentibus nominibus, & conſuetudinibus populorum, & regionum conditionibus. Item hominum in ea illuſtrium cõmemoratio, montes, lacus, flumina, fontes, balnea, mineræ, cum mirabilibus ſingulorũ operibus. Opus magnum Italicè excuſum, Bononiæ 1550. in folio, & poſteæ Latinè Coloniæ ãno 1567.*

Leander *Mileſius, citatur à Laertio.*

Leander *Nicanor in Metonomaſijs, citatur à Stephano de Vrbibus.*

Lechbertus *Abbas ordinis Canonicorum regularium D. Auguſtini, ſcripſit Explanationes Pſalmorum lib. 1. Commentarios quoque alios lib. 1. Claruit anno 1210. Baleus.*

Lenæus *Pompei Magni libertus, qui Romæ in Carinis ad Telluris ædem docuit Grammaticã,*
" *Saluſtium acerba ſatyra in gratiam heri ſui lacera-*
" *uit, laſtaurum & lurconem, & nebulonem, popi-*
" *nemq́; appellans.*

Leo *papa primus, alias magnus vocatus, natione Tuſcus, ſcripſit contra Eutychen preſbyterum lib. 2. De ſymbolo Niceno lib. Ad Leonem Auguſtum lib. 1. Ad inquiſitiones Ianuarij epiſcopi lib. 1. De paſſione Domini homilias 24. Homilias multas ad populum lib. 1. Ad Flauianum epiſcopum contra Eutychen lib. 1. Ad Turibium epiſcopum contra Priſcillum lib. 1. Ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum lib. 1. Ad Anaſtaſium epiſcopum Theſſalonicenſem lib. 1. Epiſtolarum multarum ad diuerſos lib. 1. Eius epiſtola ad Flauianum impreſſa eſt cum operibus Fulgentij & Maxentij, Coloniæ 1526. Epiſtolæ eius vel decreta Apoſtolica numero nonaginta ſeptem, impreſſa ſunt Coloniæ in volumine*

Digitized by Google

*Eſaiam Prophetam ex ſacris ſcriptoribus Græcis, & Latinis confecta, aduerſus aliquot commentaria, & interpretationes quaſdam ex Rabinorum ſcrinijs compilatas, in folio Salmanticæ, 1570.*

Leonis Ceſani *Conſilium de venditione perfecta, de extunſando notario à falſo.*

Leonis Hebr. *Medici, de amore dialogi tres, Venet. 1564.* * *Et Italice ibidem apud Nicolaum Beccilaqua, anno 1573.*

Leo *Iudæ, Eccleſiæ Tigurinæ miniſter, ex ore H. Zuinglij annotationes in Geneſin & Exodum, item in quatuor Euangeliſtas, paſsionis Dominicæ hiſtoriam, ac in epiſtolas Pauli ad Rom. Cor. Philip. Coloſſ. Theſſ. & in Iacobi epiſtolam, Annotationes excepit, quæ in folio Tiguri denuo excuſæ, anno 1581. Præterea opus articulorum ſiue concluſionum H. Zuinglij è Germanico Latinum reddidit: quod cum reliquis Zuinglij operibus habetur, & ſeorſim Tiguri excuſum eſt 1535. Catechiſmum maiorem & minorem Germanice ſcripſit, diſtributum in vices interrogandi ac reſpondendi: impreſſos ibidem. Veteris teſtamenti libros Hebraicos, ſimplici & pura dictione è ſacra Hebræorum lingua, conſultis ſimul orthodoxis interpretibus, in Latinam tranſtulit, fide & religione ſumma. Paſsim autem per tota Biblia adnotationes, & variæ lectiones marginibus adijciuntur. Froſchouerus excudit Tiguri 1543. Hiſtoriam paſsionis Domini noſtri ex quatuor Euangeliſtis coniunctam, clara & ſimplici expoſitione Germanice ſcripſit, impreſſam Tiguri. Deſ. Eraſmi paraphraſes in nouum Teſtamentum, in Germanicum ſermonem vertit, adiecta declaratione in apocalypſin Ioannis per D. Conradum Pellicanum, ibidem excuſas. Antea quoque tota Biblia Germanice reddiderat, ad Hebraicam veritatem cum Iudæo quodam diligenter collata, quæ item Tiguri edita ſunt. Claruit apud Tigurinos anno 1540. Scripſit etiam Germanice de ſepultura, reſurrectione et aſcenſione Chriſti, & miſsione Spiritus ſancti. Zuinglij Antibolon contra Empſerum, de vera & falſa religione, de prouidentia, Ad Chriſtianum regem, in Germanicam linguam conuertit. Bullingeri librum contra Anabaptiſtas Latinitate donauit.*

Leonis *Nolani quæſtionum ſiue problematum liber impreſſus.*

Leonis *Rogani Commentaria de pulſibus, in quibus omnium accuratiſsime pulſuum artem prodidit. Neapoli.*

Leonis *Scholaſtici Byzantij liber de diuinis & reprobis, extat in Italia.*

Leonis *Speluncani ars notariæ.*

Leo *Suauius Theophraſti Paracelſi compendium, ex optimis quibuſque eius libris collegit. Scholia item ſcripſit in libros quatuor de vita longa. Vitam Paracelſi. Catalogum operum & librorum eius. Baſileæ hæc omnia ſimul impreſſa ſunt à Perna, 1568.*

Leo *natione Tuſcus & Imp. epiſtolarum ſub Emanuele Græcorum principe interpres, ſcripſit de præuaricationibus Græcorum lib. 1. Contra errores Græcorum lib. 1. Claruit 1170.*

Leobini *cuiuſdam liber de mandatis apoſto-licis, impreſſus Pariſijs.*

Leodegarij *à Quercu enarrationes in oratio-nem Ciceronis pro M. Cælio, & primam Agra-riam, excuſæ ſunt Baſileæ ab Oporino, anno 155[illegible] cum diuerſorum in omnes orationes Ciceronis com-mentarijs. Eiuſdem annotationes in Ciceronem [illegible] optimo genere oratorũ, excuſæ ſunt. Animaduerſio-nes in P. Rami Rullianos commentarios, Pariſijs [illegible] 4. Flores epigrammatum ex optimis quibuſq; auto-ribus excerpti: continentur duobus tomis, quos im-preſsit Petrus Begnin Lutetiæ 1555. Idem ſcripſit librum Epigrammatum ab eodem impreſſum. Item ſuper l. ff. veteris, Si pars hære. peta. L. Antiqui. Epitome in Ruellium de ſtirpibus. Volatilium greſsibilium, piſcium, et placentarum magis frequentium nomina. Dialogum academicum de negligendis iuris interpretibus. Anticategoriam in quoſdam ſciolos qui ſuperiorem dialogum criminati ſunt. Deplorationem obitus Ioan. Coraſij, & Epitaphium Caroli Valeſij ducis Aureliæ. Toloſæ 1545.*

Leodriſius *Cribellus ſoluta oratione ac metro claruit in Italia, cum Franciſco Philelfo. Æneas Syluius in deſcriptione Europæ, ca. 49. Idem ex Græco ſermone in Latinum tranſtulit epiſtolã D. Chryſoſt. ad Cyriacum epiſcopum exulem, vt ipſe de ſe refert in epiſtola ad Æneam Syluium. Idem Sfortiæ & Franciſci filij hiſtoriam Latine conſcripſit, vt refert Paulus Iouius.*

Leonardi *cuiuſdam monachi Quadrageſimale, impreſſum in Italia.*

Leonardus *Aretinus, ſcripſit inter cætera dialogorum inſigne opus, vitam Ariſt. lib. 1. De vita Ciceronis lib. 1. Libellum de diſputationum exercitationisq; ſtudiorum vſu, adeoq; neceſsitate in litterarum genere quolibet: Henr. Petri Baſileæ excudit, 1536. Rhetorica, typis excuſa. Libellum contra hypocritas, impreſſum cum Baſilien. Concilio Æneæ Syluij. Dialogum de moribus, excuſ. cum Iacobi Fabri paraphraſi Moralium Ariſt. introductionem in Ariſtot. ad Eudemum moralia, cum Latinis operibus Ariſtot. edita. Commentaria in Oeconomica Ariſt. impreſſ. Pariſijs apud Aſcenſium. Hiſtoriam de geſtis Roman. impreſſ. Commentarium rerum ſuo tempore in Italia geſtarum, ſiue de rebus Italicis: librum de rebus Græcis, Gryphius excudit Lugd. 1539. Hiſtoriam belli Gotthorum, vel de bello Italico contra Gotthos, impr. Baſileæ apud Hernag. 1531. cum Procopio & alijs. Hiſtoriam Floren. vel de geſtis & laudibus Florentiæ, vnde multa Antoninus archiepiſcopus tranſtulit in ſua Chronica. Raph. Volateranus eum edidiſſe ſcribit Græcum libellum de republica Florentinorum, vt viri Latini non admodum inelegantem. De bello Punico lib. 2. quorum prior bellũ inter Romanos et Carthaginenſes primum continet, hactenus apud Liuium deſideratum: alter ſeditionem militis conductitij, & populorum Africæ à Carthaginenſibus defectionem. Bellum item Illyricum et Gallicum, quæ & ipſa apud Liuium deſiderantur. Philippus Vlhardus excudit Auguſtæ Vindelicorum, anno D. 1537.*

Eſaiam Prophetam ex ſacris ſcriptoribus Græcis, & Latinis confecta, aduerſus aliquot commentaria, & interpretationes quaſdam ex Rabinorum ſcrinijs compilatas, in folio Salmanticæ, 1570.

Leonis Ceſani Conſilium de venditione perfecta, de excuſando notario à falſo.

Leonis Hebr. Medici, de amore dialogi tres, Venet. 1564. * Et Italice ibidem apud Nicolaum Beccilaqua, anno 1573.

Leo Iudæ, Eccleſiæ Tigurinæ miniſter, ex ore H. Zuinglij annotationes in Geneſin & Exodum, item in quatuor Euangeliſtas, paſsionis Dominicæ hiſtoriam, ac in epiſtolas Pauli ad Rom. Cor. Philip. Coloſſ. Theſſ. & in Iacobi epiſtolam, Annotationes excepit, quæ in folio Tiguri denuo excuſæ, anno 1581. Præterea opus articulorum ſiue concluſionum H. Zuinglij è Germanico Latinum reddidit: quod cum reliquis Zuinglij operibus habetur, & ſeorſim Tiguri excuſum eſt 1535. Catechiſmum maiorem & minorem Germanice ſcripſit, diſtributum in vices interrogandi ac reſpondendi: impreſſos ibidem. Veteris teſtamenti libros Hebraicos, ſimplici & pura dictione è ſacra Hebræorum lingua, conſultis ſimul orthodoxis interpretibus, in Latinam tranſtulit, fide & religione ſumma. Paſsim autem per tota Biblia adnotationes, & variæ lectiones marginibus adijciuntur. Froſchouerus excudit Tiguri 1543. Hiſtoriam paſsionis Domini noſtri ex quatuor Euangeliſtis coniunctam, clara & ſimplici expoſitione Germanice ſcripſit, impreſſam Tiguri. Deſ. Eraſmi paraphraſes in nouum Teſtamentum, in Germanicum ſermonem vertit, adiecta declaratione in apocalypſin Ioannis per D. Conradum Pellicanum, ibidem excuſas. Antea quoque tota Biblia Germanice reddiderat, ad Hebraicam veritatem cum Iudæo quodam diligenter collata, quæ item Tiguri edita ſunt. Claruit apud Tigurinos anno 1540. Scripſit etiam Germanice de ſepultura, reſurrectione et aſcenſione Chriſti, & miſsione Spiritus ſancti. Zuinglij Antibolon contra Empſerum, de vera & falſa religione, de prouidentia, Ad Chriſtianum regem, in Germanicam linguam conuertit. Bullingeri librum contra Anabaptiſtas Latinitate donauit.

Leonis Nolani quæſtionum ſiue problematum liber impreſſus.

Leonis Rogani Commentaria de pulſibus, in quibus omnium accuratiſsime pulſuum artem prodidit. Neapoli.

Leonis Scholaſtici Byzantij liber de diuinis & reprobis, extat in Italia.

Leonis Speluncani ars notariæ.

Leo Suauius Theophraſti Paracelſi compendium, ex optimis quibuſque eius libris collegit. Scholia item ſcripſit in libros quatuor de vita longa. Vitam Paracelſi. Catalogum operum & librorum eius. Baſileæ hæc omnia ſimul impreſſa ſunt à Perna, 1568.

Leo natione Tuſcus ſ Imp. epiſtolarum ſub Emanuele Græcorum principe interpres, ſcripſit de præuaricationibus Græcorum lib. 1. Contra errores Græcorum lib. 1. Claruit 1170.

Leobini cuiuſdam liber de mandatis apoſtolicis, impreſſus Pariſijs.

Leodegarij à Quercu enarrationes in orationem Ciceronis pro M. Cælio, & primam Agrariam, excuſæ ſunt Baſileæ ab Oporino, anno 1552. cum diuerſorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs. Eiuſdem annotationes in Ciceronem de optimo genere oratorũ, excuſæ ſunt. Animaduerſiones in P. Rami Rullianos commentarios, Pariſijs 4. Flores epigrammatum ex optimis quibuſq; authoribus excerpti: continentur duobus tomis, quos impreſsit Petrus Begnin Lutetiæ 1555. Idem ſcripſit librum Epigrammatum ab eodem impreſſum. Item ſuper l. ff. veteris, Si pars hære. peta. L. Antiqui Epitome in Ruellium de ſtirpibus. Volatilium greſsibilium, piſcium, et placentarum magis frequentium nomina. Dialogum academicum de negligendis iuris interpretibus. Anticategoriam in quoſdam ſciolos qui ſuperiorem dialogum criminati ſunt. Deplorationem obitus Ioan. Coraſij, & Epitaphium Caroli Valeſij ducis Aureliæ. Toloſæ 1545.

Leodriſius Cribellus ſoluta oratione ac metro claruit in Italia, cum Franciſco Philelfo. Æneas Syluius in deſcriptione Europæ, ca. 49. Idem ex Græco ſermone in Latinum tranſtulit epiſtolã D. Chryſoſt. ad Cyriacum epiſcopum exulem, vt ipſe de ſe refert in epiſtola ad Æneam Syluium. Item Sfortiæ & Franciſci filij hiſtoriam Latine conſcripſit, vt refert Paulus Iouius.

Leonardi cuiuſdam monachi Quadrageſimale, impreſſum in Italia.

Leonardus Aretinus, ſcripſit inter cætera dialogorum inſigne opus, vitam Ariſt. lib. 1. De vita Ciceronis lib. 1. Libellum de diſputationum exercitationiſq; ſtudiorum vſu, adeoq; neceſsitate in literarum genere quolibet: Henr. Petri Baſileæ excudit, 1536. Rhetorica, typis excuſa. Libellum contra hypocritas, impreſſum cum Baſilien. Concilio Æneæ Syluij. Dialogum de moribus, excuſ. cum Iacobi Fabri paraphraſi Moralium Ariſt. introductionem in Ariſtot. ad Eudemum moralia, cum Leonis operibus Ariſtot. edita. Commentaria in Oeconomica Ariſt. impreſſ. Pariſijs apud Aſcenſium. Hiſtoriam de geſtis Roman. impreſſ. Commentarium rerum ſuo tempore in Italia geſtarum, ſiue de rebus Italicis: librum de rebus Græcis, Gryphius excudit Lugd. 1539. Hiſtoriam belli Gotthorum, vel de bello Italico contra Gotthos, impr. Baſileæ apud Heruag. 1531. cum Procopio & alijs. Hiſtoriam Florent. vel de geſtis & laudibus Florentiæ, vnde multa Antoninus archiepiſcopus tranſtulit in ſua Chronica. Raph. Volateranus eum edidiſſe ſcribit Græcum libellum de republica Florentinorum, & vt Latini non admodum inelegantem. De bello Punico lib. 2. quorum prior bellũ inter Romanos et Carthaginenſes primum continet, hactenus apud Liuium deſideratum: alter ſeditionem militum conductitij, & populorum Africæ à Carthaginenſibus defectionem. Bellum item Illyricum et Gallicum, quæ & ipſa apud Liuium deſiderantur. Philippus Vlhardus excudit Auguſtæ Vindelicorum, anno D. 1537.

Digitized by Google

Eſaiam Prophetam ex ſacris ſcriptoribus Græcis, & Latinis confecta, aduerſus aliquot commentaria, & interpretationes quaſdam ex Rabinorum ſcriptis compilatas, in folio Salmanticæ, 1570.

Leonis Ceſani Conſilium de venditione perfecta, de excuſando notario à falſo.

Leonis Hebr. Medici, de amore dialogi tres, Venet. 1564. * Et Italice ibidem apud Nicolaum Beccilaqua, anno 1573.

Leo Iudæ, Eccleſiæ Tigurinæ miniſter, ex ore H. Zuinglij annotationes in Geneſin & Exodum, item in quatuor Euangeliſtas, paßionis Dominicæ hiſtoriam, ac in epiſtolas Pauli ad Rom. Cor. Philip. Coloſſ. Theſſ. & in Iacobi epiſtolam, Annotationes excepit, quæ in folio Tiguri denuo excuſæ, anno 1581. Præterea opus articulorum ſiue concluſionum H. Zuinglij è Germanico Latinum reddidit: quod cum reliquis Zuinglij operibus habetur, & ſeorſim Tiguri excuſum eſt 1535. Catechiſmum maiorem & minorem Germanice ſcripſit, diſtributum in vices interrogandi ac reſpondendi: impreſſos ibidem. Veteris teſtamenti libros Hebraicos, ſimplici & pura dictione è ſacra Hebræorum lingua, conſultis ſimul orthodoxis interpretibus, in Latinam tranſtulit, fide & religione ſumma. Paßim autem per tota Biblia adnotationes, & variæ lectiones marginibus adijciuntur. Froſchouerus excudit Tiguri 1543. Hiſtoriam paßionis Domini noſtri ex quatuor Euangeliſtis coniunctam, clara & ſimplici expoſitione Germanice ſcripſit, impreſſam Tiguri. Deſ. Eraſmi paraphraſes in nouum Teſtamentum, in Germanicum ſermonem vertit, adiecta declaratione in apocalypſin Ioannis per D. Conradum Pellicanum, ibidem excuſas. Antea quoque tota Biblia Germanice reddiderat, ad Hebraicam veritatem cum Iudæo quodam diligenter collata, quæ item Tiguri edita ſunt. Claruit apud Tigurinos anno 1540. Scripſit etiam Germanice de ſepultura, reſurrectione et aſcenſione Chriſti, & miſsione Spiritus ſancti. Zuinglij Antibolon contra Empſerum, de vera & falſa religione, de prouidentia, Ad Chriſtianum regem, in Germanicam linguam conuertit. Bullingeri librum contra Anabaptiſtas Latinitate donauit.

Leonis Nolani quæſtionum ſiue problematum liber impreſſus.

Leonis Rogani Commentaria de pulſibus, in quibus omnium accuratiſsime pulſuum artem prodidit. Neapoli.

Leonis Scholaſtici Byzantij liber de diuinis & reprobis, extat in Italia.

Leonis Speluncani ars notariæ.

Leo Suauius Theophraſti Paracelſi compendium, ex optimis quibuſque eius libris collegit. Scholia item ſcripſit in libros quatuor de vita longa. Vitam Paracelſi. Catalogum operum & librorum eius. Baſileæ hæc omnia ſimul impreſſa ſunt à Perna, 1568.

Leo natione Tuſcus & Imp. epiſtolarum ſub Emanuele Græcorum principe interpres, ſcripſit de præuaricationibus Græcorum lib. 1. Contra errores Græcorum lib. 1. Claruit 1170.

Leobini cuiuſdam liber de mandatis apoſtolicis, impreſſus Pariſijs.

Leodegarij à Quercu enarrationes in orationem Ciceronis pro M. Cælio, & primam Agrariam, excuſæ ſunt Baſileæ ab Oporino, anno 1553. cum diuerſorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs. Eiuſdem annotationes in Ciceronem de optimo genere oratorū, excuſæ ſunt. Animaduerſiones in P. Rami Rullianos commentarios, Pariſijs 54. Flores epigrammatum ex optimis quibuſq; authoribus excerpti: continentur duobus tomis, quos impreßit Petrus Begnin Lutetiæ 1555. Idem ſcripſit librum Epigrammatum ab eodem impreſſum. Item ſuper l. ff. veteris, Si pars hære. peta. L. Antiqui Epitome in Ruellium de ſtirpibus. Volatilium greßibilium, piſcium, et placentarum magis frequentium nomina. Dialogum academicum de negligendis iuris interpretibus. Anticategoriam in quoſdam ſciolos qui ſuperiorem dialogum criminati ſunt. Deplorationem obitus Ioan. Coraſij, & Epitaphium Caroli Valeſij ducis Aureliæ. Toloſæ 1545.

Leodriſius Cribellus ſoluta oratione ac metro claruit in Italia, cum Franciſco Philelfo. Æneas Syluius in deſcriptione Europæ, ca. 49. Idem ex Græco ſermone in Latinum tranſtulit epiſtolā D. Chryſoſt. ad Cyriacum epiſcopum exulem, vt ipſe de ſe refert in epiſtola ad Æneam Syluium. Item Sfortiæ & Franciſci filij hiſtoriam Latine conſcripſit, vt refert Paulus Iouius.

Leonardi cuiuſdam monachi Quadrageſimale, impreſſum in Italia.

Leonardus Aretinus, ſcripſit inter cætera dialogorum inſigne opus, vitam Ariſt. lib. 1. De vita Ciceronis lib. 1. Libellum de diſputationum exercitationisq; ſtudiorum vſu, adeoq; neceßitate in literarum genere quolibet: Henr. Petri Baſileæ excudit, 1536. Rhetorica, typis excuſa. Libellum contra hypocritas, impreſſum cum Baſilien. Concilio Æneæ Syluij. Dialogum de moribus, excuſ. cum Iacobi Fabri paraphraſi Moralium Ariſt. introductionem in Ariſtot. ad Eudemum moralia, cum Latinis operibus Ariſtot. edita. Commentaria in Oeconomica Ariſt. impreſſ. Pariſijs apud Aſcenſium. Hiſtoriam de geſtis Roman. impreſſ. Commentarium rerum ſuo tempore in Italia geſtarum, ſiue de rebus Italicis: librum de rebus Græcis, Gryphius excudit Lugd. 1539. Hiſtoriam belli Gotthorum, vel de bello Italico contra Gotthos, impr. Baſileæ apud Hernag. 1531. cum Procopio & alijs. Hiſtoriam Florent. vel de geſtis & laudibus Florentiæ, vnde multa Antoninus archiepiſcopus tranſtulit in ſua Chronica. Raph. Volaterranus eum edidiſſe ſcribit Græcum libellum de republica Florentinorum, vt viri Latini non admodum inelegantem. De bello Punico lib. 2. quorum prior bellū inter Romanos et Carthaginenſes primum continet, hactenus apud Liuium deſideratum: alter ſeditionem militis conductitij, & populorum Africæ à Carthaginenſibus defectionem. Bellum item Illyricum et Gallicum, quæ & ipſa apud Liuium deſiderantur. Philippus Vlhardus excudit Auguſtæ Vindelicorum, anno D. 1537.

*Eſaiam Prophetam ex ſacris ſcriptoribus Græcis, & Latinis confecta, aduerſus aliquot commentaria, & interpretationes quaſdam ex Rabinorum ſcriniis compilatas, in folio Salmanticæ*, 1570.

Leonis *Ceſani* Conſilium de venditione perfecta, de excuſando notario à falſo.

Leonis Hebr. *Medici, de amore dialogi tres, Venet.* 1564. * *Et Italice ibidem apud Nicolaum Beccilaqua, anno* 1573.

Leo *Iudæ, Eccleſiæ Tigurinæ miniſter, ex ore H. Zuinglij annotationes in Geneſin & Exodum, item in quatuor Euangeliſtas, paßionis Dominicæ hiſtoriam, ac in epiſtolas Pauli ad Rom. Cor. Philip. Coloſſ. Theſſ. & in Iacobi epiſtolam, Annotationes excepit, quæ in folio Tiguri denuo excuſæ, anno* 1581. *Præterea opus articulorum ſiue concluſionum H. Zuinglij è Germanico Latinum reddidit: quod cum reliquis Zuinglij operibus habetur, & ſeorſim Tiguri excuſum eſt* 1535. *Catechiſmum maiorem & minorem Germanice ſcripſit, diſtributum in vices interrogandi ac reſpondendi: impreſſos ibidem. Veteris teſtamenti libros Hebraicos, ſimplici & pura dictione è ſacra Hebræorum lingua, conſultis ſimul orthodoxis interpretibus, in Latinam tranſtulit, fide & religione ſumma. Paßim autem per tota Biblia adnotationes, & variæ lectiones marginibus adijciuntur. Froſchouerus excudit Tiguri* 1543. *Hiſtoriam paßionis Domini noſtri ex quatuor Euangeliſtis coniunctam, clara & ſimplici expoſitione Germanice ſcripſit, impreſſam Tiguri. Deſ. Eraſmi paraphraſes in nouum Teſtamentum, in Germanicum ſermonem vertit, adiecta declaratione in apocalypſin Ioannis per D. Conradum Pellicanum, ibidem excuſas. Antea quoque tota Biblia Germanice reddiderat, ad Hebraicam veritatem cum Iudæo quodam diligenter collata, quæ item Tiguri edita ſunt.* Claruit *apud Tigurinos anno* 1540. *Scripſit etiam Germanice de ſepultura, reſurrectione et aſcenſione Chriſti, & miſſione Spiritus ſancti. Zuinglij Antibolon contra Empſerum, de vera & falſa religione, de prouidentia, Ad Chriſtianum regem, in Germanicam linguam conuertit. Bullingeri librum contra Anabaptiſtas Latinitate donauit.*

Leonis *Nolani quæſtionum ſiue problematum liber impreſſus.*

Leonis *Rogani Commentaria de pulſibus, in quibus omnium accuratiſſime pulſuum artem prodidit. Neapoli.*

Leonis *Scholaſtici Byzantij liber de diuinis & reprobis, extat in Italia.*

Leonis *Speluncani ars notariæ.*

Leo *Suauius Theophraſti Paracelſi compendium, ex optimis quibuſque eius libris collegit. Scholia item ſcripſit in libros quatuor de vita longa. Vitam Paracelſi. Catalogum operum & librorum eius. Baſileæ hæc omnia ſimul impreſſa ſunt à Perna*, 1568.

Leo *natione Tuſcus, Imp. epiſtolarum ſub Emanuele Græcorum principe interpres, ſcripſit de præuaricationibus Græcorum lib. 1. Contra errores Græcorum lib. 1. Claruit* 1170.

Leobini *cuiuſdam liber de mandatis apoſtolicis, impreſſus Pariſijs.*

Leodegarij *à Quercu enarrationes in orationem Ciceronis pro M. Cælio, & primam Agrariam, excuſæ ſunt Baſileæ ab Oporino, anno* 1553. *cum diuerſorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs. Eiuſdem annotationes in Ciceronem de optimo genere oratorũ, excuſæ ſunt. Animaduerſiones in P. Rami Rullianos commentarios, Pariſijs* 4. *Flores epigrammatum ex optimis quibuſq; authoribus excerpti: continentur duobus tomis, quos impreßit Petrus Begnin Lutetiæ* 1555. *Idem ſcripſit librum Epigrammatum ab eodem impreſſum. Item ſuper l. ff. veteris, Si pars hære. peta. L. Antiqui Epitome in Ruellium de ſtirpibus. Volatilium greßibilium, piſcium, et placentarum magis frequentium nomina. Dialogum academicum de negligendis iuris interpretibus. Anticategoriam in quoſdam ſciolos qui ſuperiorem dialogum criminati ſunt. Deplorationem obitus Ioan. Coraſij, & Epitaphium Caroli Valeſij ducis Aureliæ. Toloſæ* 1545.

Leodriſius *Cribellus ſoluta oratione ac metro clarnit in Italia, cum Franciſco Philelfo. Æneas Syluius in deſcriptione Europæ, ca.* 49. *Idem ex Græco ſermone in Latinum tranſtulit epiſtolã D. Chryſoſt. ad Cyriacum epiſcopum exulem, vt ipſe de ſe refert in epiſtola ad Æneam Syluium. Item Sfortiæ & Franciſci filij hiſtoriam Latine conſcripſit, vt refert Paulus Iouius.*

Leonardi *cuiuſdam monachi Quadrageſimale, impreſſum in Italia.*

Leonardus *Aretinus, ſcripſit inter cætera dialogorum inſigne opus, vitam Ariſt. lib. 1. De vita Ciceronis lib. 1. Libellum de diſputationum exercitationisq; ſtudiorum vſu, adeoq; neceßitate in literarum genere quolibet: Henr. Petri Baſileæ excudit*, 1536. *Rhetorica, typis excuſa. Libellum contra hypocritas, impreſſum cum Baſilien. Concilio Æneæ Syluij. Dialogum de moribus, excuſ. cum Iacobi Fabri paraphraſi Moralium Ariſt. introductionem in Ariſtot. ad Eudemum moralia, cum Latinis operibus Ariſtot. edita. Commentaria in Oeconomica Ariſt. impreſſ. Pariſijs apud Aſcenſium. Hiſtoriam de geſtis Roman. impreſſ. Commentarium rerum ſuo tempore in Italia geſtarum, ſiue de rebus Italicis: librum de rebus Græcis, Gryphius excudit Lugd.* 1539. *Hiſtoriam belli Gotthorum, vel de bello Italico contra Gotthos, impr. Baſileæ apud Heruag.* 1531. *cum Procopio & alijs. Hiſtoriam Florent. vel de geſtis & laudibus Florentiæ, vnde multa Antoninus archiepiſcopus tranſtulit in ſua Chronica. Raph. Volateranus eum edidiſſe ſcribit Græcum libellum de republica Florentinorum, vt vix Latini non admodum inelegantem. De bello Punico lib. 2. quorum prior bellũ inter Romanos et Carthaginenſes primum continet, hactenus apud Liuium deſideratum: alter ſeditionem militum conductitij, & populorum Africæ à Carthaginenſibus defectionem. Bellum item Illyricum et Gallicum, quæ & ipſa apud Liuium deſiderantur. Philippus Ulhardus excudit Auguſtæ Vindelicorum, anno D.* 1537.

duxerit, perſpicue docetur. Addidit præterea pij cuiuſdam viri tractatum de Eccleſia, vbi quibus ſenſerit gradibus illa in Papiſticum tyrannidem inciderit oſtenditur. Geneuæ apud Euſt. Vignon. anno Domini 1576. Scripſit præterea Tractatum de Antichriſto, recens editum, in quo Antichriſtiani regni locus, tempus, forma, miniſtri, fulcimenta, progreſſio, & tandem exilium & interitus ex verbo Dei deſcribitur, explicatis ſimul aliquot difficilibus & obſcuris locis Danielis & Apocalypſeos. Additis quoq; ad finem ſcriptis quibuſdam vetuſtiſſimorum epiſcoporum, monachorum, & aliorũ contra ipſius tyrannidem, in octauo Geneuæ apud Euſtachium Vig..on. Eiuſdem neceſſaria reſponſio, ad inſidioſũ L. Oſi..dri ſcriptũ, quod pia & fidelis ad eccleſias Gallicas & Belgicas admonitio inſcribitur. Item ſalutaris precautio ad eaſdem Gallicas et Belgicas eccleſias, in octauo Geneuæ apud Euſtathium Vignon. Ad nouas Gulielmi Genebrardi doctoris Pariſienſis calumnias, quibus tum orthodoxam Euangeliorum omnium de Sancta trinitate doctrinam traducit: tum etiam horrendum Valentini Gentilis errorem tuetur ac renouat: Reſponſio ad libellum ab anonymo quodã libertino recens editum, hoc titulo, De externa ſeu viſibili Dei eccleſia, vbi illa reperiri poſſit, et quæ nam vera ſit, &c. ſeu potius aduerſus externam & viſibilem eccleſiam. in octauo Geneuæ apud Euſtathium Vignon. anno Domini 1582. Examen libri de duabus in Chriſto naturis, de earum hypoſtatica vnione et varia, quæ ex illa vnione ſequitur, communicatione à Martino Kemnitio conſcripti, in octauo Geneuæ apud Vignon. Reſponſio triplex, de tribus grauiſſimis & hoc tempore maxime vexatis quæſtionibus, I. De Sacra Domini cœna. II. De maieſtate hominis Chriſti. III. De non damnandis Dei eccleſijs, nec auditis nec vocatis. Ad fratres Tubingenſes, & triplex eorum ſcriptum. Addita eſt eiuſdem Danæi ad N. Selneccerum epiſtola. 8. Geneuæ. Apologia ſeu vera orthodoxa, orthodoxæ Patrum ſententiæ interpretatio, de adoratione carnis Domini Ieſu Chriſti. Octauo Antuerpiæ apud Ægidium Rad. anno Domini 1582. Demonſtratio Antitheſis, ſeu repugnantium theſium doctrinæ Iacobi Andreæ, de perſona Chriſti, ex illius theſibus collecta. Octauo Lugduni Bat. anno Domini 1581. Breuis, modeſta & neceſſaria reſponſio, ad Nicolai Selnecceri librum, qui inſcribitur, Neceſſaria & breuis repetitio, in quo Exegeſis Saxonica oppugnatur. Octauo Geneuæ. Antioſiander, ſiue Apologia Chriſtiana, ſimul & neceſſaria, in qua tum Helueticæ Eccleſiæ, & quæ cum ijs in fidei confeſſione conſentiunt: tum etiam earum vera de S. Domini noſtri Ieſu Chriſti cœna ſententia defenditur aduerſus iniuſtam Lucæ Oſiandri condemnationẽ. Octauo Geneuæ. Explicatio orationis Dominicæ: Eiuſdemque theſes, quibus tota de oratione doctrina comprehenditur. 8. Geneuæ, anno Domini 1582.

* Lamberti Gruteri explanatio in Clementina, hoc eſt, in Beati Clementis Romani, &c. opera. Coloniæ apud Ioannem Birkmannum, anno Domini 1570.

Lambertus Gualtherus, ſcripſit in opera Clementis Romani emendationes, & explicationes locorum difficillium. Coloniæ excudit Ioannes Birkmannus, 1569.

Lambertus Hortenſius, Montfortius, Seceſſionum ciuilium Vltraiectinarum, & bellorũ, vſq; ad epiſcopatus tranſlationem ad Burgũdos, ſcripſ. lib. 7. excuſ. Baſileæ apud Oporinum, anno 1546. Item Tumultuum Anabaptiſtarum lib. 1. impreſſum ibidem, anno Domini 1548. Eiuſdem de bello Germanico libri quinque, excuſi Baſileæ in quarto. In Vergilium commentarij, ibidem excuſi in folio. * Eius Enarrationibus doctiſſimis atque vtiliſſimis in 12. Vergilij Aeneidos libros, aliorum etiam explanationes, atque lucubrationes, nunquam antehac ita viſæ, acceſſere. Folio ex officina Henricpetrina, 1579.

Lambertus Leodienſis monachus S. Benedicti, ſcripſit vitam Heriberti Colonienſis Archiepiſcopi lib. 2. Hymnorum vario carminis genere lib. 1. epigrammatum lib. 1. Vixit anno 1460.

Lambertus de Legia, ordinis S. Benedicti monachus, ſcripſit de vita ac miraculis S. Matthiæ Apoſtoli carmine. De ſancto Agricio lib. 1. Vixit anno D. 1480.

Lamberti cuiuſdam commentarius de anima, impreſſus.

* Lamberti Ludolphi Pythopœi Dauentrienſis oratio de philoſophiæ vtilitate ad plurimorum ſacræ ſcripturæ locorum pleniorem & certiorem explicationem, ſcripta & ab ipſo authore habita. Quarto Heidelbergæ. Ab eodem epitaphium Zachariæ Vrſini Theologi clariſſimi, ſcriptum. 4. Neapoli Nemetum, anno 1583.

Lamberti de Monte, quæſtio magiſtralis, oſtendens per authoritates ſcripturæ diuinæ, quid iuxta ſaniorem doctorum ſententiam probabilius dici poſſit de ſaluatione Ariſtotelis Stagiritæ.

* Lambertus de Monte Domini, forte idem cum ſuperiore, ſcripſit in octo libros Ariſtotelis phyſicorum. Coloniæ Quentel, anno Domini 1502. excudebat. Itemque in libros Ariſtotelis de Anima. Coloniæ, 1508.

Lambertus de Ramponibus I.C. ſcripſit ſuper ff. &c. meminit eius Ioan. Andreas in c. ſi pater. De teſtam. in VI. Eiuſdem de conſilijs habendis per officiales, cum addi. Barth.

Lamberti à Salinis diſtinctiones quæſtionum in D. Iuſtiniani Codicis libros, opera Viti Polanti in lucem editæ. Acceſſit etiam eiuſdem authoris fragmentum diſtinctionum ad 8. 9. 10. 11. 12. 13. 15. 16. 19. 20. 21. & 22. Pandectarum libros. Heidelbergæ, 1571. in 8.

Lamberti Schafnaburgenſis hiſtoria de Germanorum rebus præclare olim geſtis, itemque rerum aliarum memoratu digniſſimarum perbreuis Annotatio, ab exordio mundi repetita. Morhardus excudit

excudit Tubingæ, anno 1533. Citatur alicubi Lambertus Herſueldenſis de rebus Germanorum: quem non alium ab hoc eſſe opinor.

* Lamberti Schenckelij Tabulæ declinationum & coniugationum Latinarum & Græcarum. Antuerpiæ apud Antonium Tilenium.

* Lambertus Sileſius, è Græco in Latinum ſermonem conuertit D. Iuſtini philoſophi et Martyris Chriſti operum, Tomos 3. Baſileæ, anno 1565. apud Frobenium.

* Lamfraticus contra primarium Catholicæ ecclesiæ aduerſarium, manuſcriptus liber, bibliotheca Imperatoris.

Lamfridus Monachus, ſcripſit Vitam Swithunni epiſcopi lib. 1. Miracula eiuſdem lib. 1. Vixit anno 980. Baleus.

Laminthius Mileſius, poeta elegiograph. compoſuit poema in ſuam Lyden diuerſo genere carminis, vt refert Athenæus.

* Lampadani in Pſalmos Dauidis prolegomena, quarto, manuſcript. in bibliotheca Imperatoris Viennæ.

Lampadij Luneburgenſis compendium Muſices tam figurati quàm plani cantus, ad formam dialogi, ex eruditis Muſicorum ſcriptis congeſtum, adiectis etiam regulis de concordantiarum & componendi cantus artificio, ſummatim omnia Muſices præcepta pulcherrimis exemplis illuſtrata, ſuccincte & ſimpliciter complectens, &c. Apiarius excudit Bernæ 1541.

Lampertinus de Ramponibus, ſcripſit ſuper Codice lib. 9. ſuper ff. veteri lib. 24. ſuper ff. nouo lib. 12. ſuper ff. inforciati lib. 14. & quædam alia. Claruit anno 1310.

Lamprias Plutarchi Chæronei filius, compoſuit tabulam ſcriptorum patris ſui de omni Græca et Ramana hiſtoria. Suidas. Fertur extare in Italia.

Lamprocles dithyramborum ſcriptor, citatur ab Athenæo.

Lancelotus quidam hiſtoricus, ſcripſit fabuloſam, & hiſtoriam amatoriam.

Lancelloti Corradi Laudenſis I. C. Practica, cuius titulus, Prætoriū & curiale breuiarium. Eiuſdem de Decurionibus. De duello: neſcio an peculiares libelli, an capita quædam practicæ.

Lancelotus Decius, Iureconſultus, ſcripſit ſuper totum Ius ciuile commentarios, qui habentur impreſſi. Super Codice, & aliâs in 2. Cod. in 1. & 2. ff. veter. & in Rub. 1. ff. vet. de iuſt. & iure. l. Vt vim in 1. & 2. Infor.

Lancelotus Ridley, Cantuarienſis, ſcripſit commentarios in Ioſue, in Paulum ad Epheſios, & ad Philippenſes, ad Coloſſenſes. In poſteriores Ioannis epiſtolas. In Canonicam Iudæ. Claruit anno Domini 1548.

* Lanciloti (cuiuſdam) Grammaticæ inſtitutiones libris 16. editæ in fol.

Lancilotus Galiaula, ſcripſit in 2. ff. noui. de verbo. obliga. l. 1. Idē ſcripſit in L. Gallus: in l. Centurio. De vulg. & pup. ſubſtit. Item diſputationem habitam Valentiæ cum Ioanne Rugerio de Mota, quod cauſa dominij ſit voluntas ſubnixa traditione, & non ipſa poſſeſſ.

* Lancilloti Galliæ Iuriſconſulti in conſuetudinem Alexandrinam, probibentem, maritum vltra certum modum vxori relinquere, Commentarium. In 4. Alexandriæ.

Lancilotus Politus, edidit Subſtitutionum tractat. 40. librum de officio aduocati. in Ru. 1. Cod. de iu. iur. l. quinq; pedum.

Lancinus Curtius ſcripſit epigrammatum decades, excuſas Mediolani apud Rocbum & Ambroſium de Valle, anno 1521.

* Landinius Hieroſolymitanus eques, epiſtolas Turci collegit: excuſas in quarto Lugduni, anno D. 1520.

Landulphus ordinis minorum ſcriptor theologiæ, citatur in ſumma Angelica. Scripſit autem ſuper ſecundum ſententiarum.

Landulphus de Columna Romanus, ſcripſit hiſtoriam pontificum, & haud diu poſt Vincentium Belluacenſem, hiſtoriam ab initio mundi vſque ad ſua tempora. Claruit anno 1330.

Lanfranci Balbi deciſiones in iure impreſ.

Lanfrancus archiepiſcopus Cantuarienſ. natione Italus, Mediolanenſis, ſcripſit in epiſt. Pauli apoſtoli omnes lib. 14. In Pſalteriū cōmentariorum lib. 1. Aduerſus Berengariū lib. 1. Geſta Guilielmi comitis lib. 1. Claruit anno 1060. Eius autem liber de Eucbariſtiæ ſacramento contra Berengariū, Baſileæ apud Hen. Petri excuſus eſt, cum Philaſtrij catalogo hæreſeon, & iterum cum alijs veterum theologorum opuſculis, anno 1551.

Lanfranci Gypſi Lugienſis, Antiparadoxorum liber vnus, in quo ea fere omnia improbantur, quæ Andreas Alciatus in primo paradoxorum ſuorum libro, aduerſus communes ſentētias propoſuit. Fuit Conſiliarius & præfectus pretorio Ferrarienſis principis.

Lanfranci Mediolanenſis parua & magna chirurgia, quas ſcripſit Pariſiis ſub Philip. rege Gallorum, impreſſæ Venetijs, anno 1499. cum multis diuerſorum chirurgicis ſcriptis, & Lugduni apud Paganum.

Lanfrancus de Oriano, Iureconſultus, ſcripſit repetitionem, quoniam contra. De proba. in 2. Decret. lib. 1. ſuper Cle. de verb. ſig. lib. 1. in c. diſpendioſam, de iudi. in Clem. lib. 1. Repet. c. Rainutius. De teſta. in 3. Decretal. lib. 1. De lege admonendi, de in reiu. lib. 1. De interpretatione ſtatutorum lib. 1. l. centurio. de vul. & pu. ſubſti. lib. 1. Repen. Ru. in 2. Decret. de cam. poſ. & pro. li. 1. de appellationibus: Repetitionem in Rub. de teſtamentis. c. Raynaldus. in 3. Decretal. Conſilium de petitione compromiſſi, poſt litem conteſtatam. Defenſorium iuris, cum additionibus Benedicti de Vadis. Lanfranci Aurea practica iudiciaria, ſuper caput, quoniam, de probationibus conſcripta: inſertis Benedicti Vadij & Celſi Hugonis annotationibus, per D. Gabrielē Saraxnam repurgata, impreſ. Coloniæ, 1572. in 8.

Longæus nobilis Gallus, cuius prænomē ignoro, ſcripſit præclarum opus de re militari, Gallice.

*eum celebrat Clemens Marotus in ſuis Epitaphijs.*

Laomedontis *Tardoni de iuſtitia & laudibus D. Iuonis, ad ſedem Apoſtolicam libellus, excuſus eſt Romæ.*

Lapus *Biragus Florentinus Dionyſij Halicarnaſſei lib. 11. Antiquitatum Latinitate donauit. ex Parallelis Plutar. tranſtulit vitas Theſei, Romuli, Lycurgi, Numæ Pompilij, Solonis, Themiſtoclis, Camilli, Periclis, Phocionis, Catonis Vticenſis, Publicolæ, Artaxerxis, & Arati, quæ cum reliquis excuſæ ſunt.*

Lapus de *Caſtellione, abbas S. Miniaris, ſcripſit allegationum ſuarum lib. 1. Super Clementinis lib. 1. & alia complura. Citatur in ſumma Angelica. Allegationes eius impreſſæ ſunt, ſcripſit etiam Additiones in Friderici Petrutij librum de pluralitate beneficiorum. Præterea citatur eius ſcriptum de Hoſpitalarijs, de canonica poteſtate & quarta, conſilium circa inquiſitores & nuntios apoſtolicos, quòd ſunt exempti à iuriſdictione ordinaria. Claruit anno 1340. Allegationes D. Lapi, ab innumeris prope erroribus caſtigatæ à Bernardino Zanchi nio Florentino additis inſuper quam plurimis allegationibus, ſeu conſilijs eiuſdem, quæ in alijs editionibus non habentur. Florentiæ, anno 1568. in octauo. Et Venetijs à Quintiliano Mandoſio recognitæ & auctæ, 1571.*

Larbre *Batailes de bello & duello.*

Largij *Deſignatiani epiſtolium ad filos ſuos, in principio Marcelli medici.*

Largij *Licinij Ciceromaſtix, citatur à Gellio lib. 17. cap. 1.*

Largus *poeta fuit temporibus Auguſti Cæſaris, cuius meminit Ouidius, de Antenore ipſum ſcripſiſſe referens.*

Laſus *Charbini Hermionen. primus de Muſica librum ſcripſit, & dithyrambum in certamen produxit, & contentioſos ſermones inſtituit. Suidas.*

Latini *Pacati, & Drepani panegyricus Theodoſio Aug. Romæ dictus, cum alijs multis panegyricis Baſileæ apud Frobenium excuſus.*

Laudinus *eques Hieroſolymitanus, Maumetis Turcorum Imperatoris epiſtolas ex Syro & Græco ſermone in linguam Latinam tranſtulit, excuſas cum Symmachi epiſtolis Argentinæ apud Schottum, anno Domini 1510. Et Baſileæ apud Frobenium, anno Domini 1549. item apud Ioannem Oporinum in farragine epiſtolarum Laconicarum, anno 1554.*

Laudunus. *Vide Guilielmum de Monte Lauduno.*

Laureæ *Tullij, M. T. Ciceronis liberti, epigrãmata de aquis Academiæ Ciceronis, extat apud Plinium in Naturali hiſtoria. Eiuſdem ferũtur etiam quædam Græca epigrammata extare.*

* Laurentini *Medicei comœdia, quæ Aridoſio vocatur. In 8. Italice.*

S. Laurentij *presbyteri, Nouarum homiliæ duæ, vna de patientia, altera de eleemoſyna, impreſſæ Pariſijs à Vaſcoſano, anno 1532.*

Laurentius *Abſtemius, ſcripſit libros quoſdã obſcurorum locorum ad Guidum Vbaldum ducem. Eiuſdem Hecatomythion, id eſt, centum fabulæ Latinæ, ab ipſo confictæ, ad Octanianum Vbaldinum, cum Æſopi & alijs diuerſorum fabulis impreſſ., Argentinæ apud Knoblauchium, anno 1521. *Scripſit item Præfationem in Se. Aurelij Victoris de vitis Imp. Venetijs apud Aldum & Argentinæ, anno 1505. & Baſileæ, anno 1530.*

Laurentius *Acarzeres Luſitanus, quædam carmina ſcripſit, teſte Gyraldo.*

Laurentius *Agricola Vitoduranus, ſcripſit libros aliquot de re militari. Claruit 1555.*

Laurentius *Albertus, ſcripſit contra Heidelbergenſem Catechiſmum, ad Spirenſes, Wormatienſes & Landauienſes, admonitionem de cauendo vicino Zuinglianiſmo. Abſurda Lutheranorum. Ingolſtadij 1570. Germanice. Tertulliani librum de Præſcript. hæret. in Germanicam linguam conuertit & ad noſtra tempora accommodauit. Dilingæ 1572. Scripſit etiam grammaticam Germanicæ linguæ, excuſam Auguſtæ, 1573.*

Laurentius *Anglicus, ſcripſit contra Pſeudoprophetas lib. 1. In defenſionem Guilhelmi de S. Amore lib. 1. Claruit anno 1260.*

Laurentius *Aquitanus, ſcripſit vario metrũ genere atq; proſa, ad Romanum de Ynli Cardinalem, Enchiridion in laudem virginis Mariæ li. 10. Atq; alia. Claruiſſe putatur anno D. 1310. Nordeniici bibliotheca.*

* R. Laurentij *de la Barre labore & induſtria, caſtigata eſt hiſtoria Chriſtiana veterũ Patrum, in qua omnium ferè eorum, qui à tempore Apoſtolorum viguerunt, & pro Chriſti eccleſia militauerũt, acta, tempora, ac rerum Eccleſiaſticarum ſtatus, tanquam in ſpeculo verè Chriſtiano, demonſtratur. In fol. Pariſijs apud Michaelem Sonnium, via Iacobea, anno 1583.*

Laurentius *Belus Romanus, I. C. ſuper L. Nemo C. de Sacroſan. eccleſijs. Item ſuper Decret. 12. q. 3. c. nullus mortuus. De mortuis cœmiterijs reſtituendis.*

Laurentij *Bertolini, tractatus de Balneis Corſennæ, impreſſus eſt Venetijs à Iuntis, anno Domini 1533. cum diuerſorum authorum ſcriptis de Balneis.*

Laurentij *Boneti Atrebatis, Inſtitutiones vtriuſque linguæ, Orthographiam, Etymologiam, Proſodiam, & partem Syntaxeos, cum octo orationis partibus complectentes. Antuerpiæ, anno 1572. in octauo.*

Laurentius *Bonicontrius, Miniatenſis, ſcripſit Faſtorum lib. 1. Rerum naturalium & diuinarum, ſiue de rebus cœleſtibus lib. 3. heroico verſu excuſos Baſileæ apud Robertum Winter, anno 1540. Acceſſerunt & eclipſium Solis ac Lunæ annis aliquot viſarum vſque ad poſtremam anni 1540. deſcriptiones per Philippum Melanchthonem, Ioannem Stigelium, M. Acontium, Ioachimum Camerarium, & Georgium Æmylium. Extant eiuſdem etiam commentaria in Manilij poetæ Aſtronomica, Baſileæ apud Ioannem Oporinum. impreſſa Bononiæ,*

*interpretatione lib. excuſ. in 8. ibidem. Indicem in Forſteri Lexicon Hebraicum confecit. Atque hæc cum religionis cauſa in Germania exularet, edidit, quid deinceps patriæ reſtitutus ſcripſerit ignoro. Docet nunc ſacras literas in celeberrima Oxonienſi Academia.*

* Laurentiûs *Hyperius Andreæ Gerardi clar. vir. filius quædam opuſcula erudita philoſophica & theologica parentis ſui euulgauit, & in ea præfatus eſt, excuſa Baſileæ, Marpurgi, Tiguri & alibi quæ in nomine Andreæ Hyperi recenſentur.*

Laurentij *Iouberti * Valentini Delphin. philoſophi & Medici Regij, academiæ Moſpelienſis regij protodidaſcali, Cancellarij & Iudicis, Paradoxarum demonſtrationum medicinalium Decas vna, cum declamatione, qua illud paradoxon interpretatur. Nutricionē vincere naturam. Lugduni apud Lodouicum & Carolum Penot.* 1561. * *Eiuſdem oratio de præſidijs futuri excellentis medici. In 8. Geneuæ anno 1580. Eiuſdem operum Latinorum Tomus primus, cui ſubiectus eſt Tomus ſecundus, nunc primum in lucem editus. In fol. Lugduni, anno 1582. Medicinæ practicæ priores libri 3. Acceßit eiuſdem Iſagoge Therapeutices methodi, De affectibus pilorum & cutis, præſertim capitis: de affectibus internis partium Thoracis, tractatus alter. in 16. Lugduni. Item de peſte liber 1. Impreſſ. apud Ioan. Frellonium. 1567. Eiuſdem Pharmacopœa, opera Ioan. Pauli Zangmaiſteri in lucem edita. in 8. Lugduni.*

Laurentius *Italus, Dorobernenſis in Anglia Archipræſul, ſcripſit de Obſeruatione Paſchæ lib. 1. Obijt anno 619.*

Laurentius *Iuſtinianus, natione Venetus, ſcripſit lignum vitæ lib. 1. De diſciplina monaſtica lib. 1. De connubio verbi & animæ lib. 1. De agone Chriſti lib. 1. De interiori conflictu lib. 1. De complanctu eccleſiæ lib. 1. De ſacramento altaris lib. 1. De vita ſolitaria lib. De contemptu mundi lib. 1. De ſermone Domini in cœna lib. 1. De officio paſtorali lib. 1. De obedientia quoq; lib. 1. De gradibus perfectionis lib. 1. ſermones 40. lib. 1. Eius vitam Bernhardus Iuſtinianus nepos ipſius luculenter deſcripſit. Claruit anno 1410. Laurentij Iuſtiniani Protopatriarchæ Veneti opera, inſignibus acceßionibus locupletata, excuſa ſunt Lugduni apud Iuntas, 1568. in folio. * Eius libellus de diſciplina cōuerſationis monaſticæ. Louanij apud Petrum Zangrium, anno 1576. excuſus.*

Laurentij *Kirchouij Roſtochienſis, Interpretatio duorum priorum titulorum, de Edendo, & In ius vocando lib. 2. C. tradita in Academia Roſtochienſi. Francofurti, 1572. quarto. * Receptarum ſententiarum, ſiue communium opinionum & concluſionum* I. C. *centuriæ octo, folio Francofurti. Eiuſdem Reſponſorum ſiue Conſiliorum Iuris, atq; aliorum quorundam illuſtrium Iuriſperitorum & Vniuerſitatum, varijs, & quidem arduis grauiſſimisq; ſuper caſibus, acerrimo iudicio conſcriptorum, Tomus quintus, folio. Francofurti, ex officina hæredum Chriſtiani Egenolphi.*

Laurentius *Laurentianus Florentinus, ... commentariorum Galeni in Hippocratis prædictiones lib. 3. qui cum reliquis Latinis Galeni operibus Baſileæ publicati ſunt: item, Artem paruam Galeni, & de differentijs febrium libros duos, qui Pariſijs impreßi ſunt, 1539. Claruit anno 1500.*

Laurentius *Lippius Collenſis, Oppiani poetæ halieuticon, ſiue de piſcibus, libros quinq; Latinos fecit verſibus hexametris, ad Laurentium Medicem. Eiuſdem diſticha vltra centum, de rebus varijs, Iacobus Camerlander excudit Argentorati, 1534. cum Pauli Iouij libro de piſcibus, &c.*

Laurentij *Ludouici Leoberi ſiue Leobergenſis, compendium Etymologiæ & Syntaxis in vſum Gorlicenſis gymnaſij editum Gorlitij, 1572. * Idem doctrinam & certamen Synodi Epheſinæ recitatum à ſe, euulgauit. in 4. Gorlitij anno 1582. Eiuſdem ſtudio Leonhardi Krentzenij coniecturæ de Impendentibus in eccleſia & Imperijs horum temporum mutationibus & calamitatibus, publicatæ. in 4. Gorlicij.*

Laurentij *Maioli Geneuenſis liber de gradibus medicinarum, impreſſus Venetijs, anno 1497. Eiuſdē epiphyllides in dialecticis, impreſſ. ni fallor.*

Laurentij *Matheſij Concio funebris habita in funere D. Ioannis Pfeffingeri, in qua eius vita deſcribitur. Lipſiæ 1573. Germanice.*

* Laurentij *Mederi Noribergenſis, liber Germanicus de ratione negociandi ſiue contrahendi. Norибergæ, anno 1558. excuſus.*

Laurentij *Medicis epiſtola, lib. 10. epiſtolarū Angeli Politiani.*

Laurentius *Minorita, cōcionator vehemens, ſcripſit Poſtillas æſtiuales lib. 1. Poſtillas hiemales lib. 1. Weſaliæ bibliotheca.*

Laurentius *Mollerus I. C. ſcripſit Caſus legales Decretalium. Tractatum de modo & ratione argumentandi ex iure & legibus. Arborem iudiciorum, ſiue de iudicijs librum, in quo omnia quæ ad iudiciorum & practicæ forenſis cognitionem requiruntur, in modum arboris redacta ſunt. Epitomen de Feudis, ex omnibus Feudiſtis collectam. Hiſtoriam archiepiſcopatus Moguntinenſis cum ſuis ſuffraganeis, qui ſunt, Argentoraten. Halberſtadienſis, Aichſtettenſis, Conſtantienſis, Spirenſis, Hildeſheimenſis, Auguſtanus, Wormatienſis, Paderbornenſis, Curienſis, Werdenſis, & Wirtzburgenſis: totum opus in tres tomos diuiſum eſt. Reſolutiones iuris. Deciſiones & conſilia cameræ imperialis, à D. Daniele Capitone aſſeſſore cameræ collecta in ordinem optimum redegit, & editioni parauit. Similiter librum Hieronymi Mangariæ Itali de arbore conſanguinitatis & affinitatis, nunquam publicatum, è veteri bibliotheca deſcriptum editioni parauit: & paratus cum hæc tum alia plura propria ſcripta & veterum à ſe recognita in publicum opportunitate data edere.*

Laurentij *Mondanarij Villa, poemation impreſſ. Baſil. apud Rober. Winter, cum varijs recentiorum poëtarum opuſculis. Miſcellanea diſticha ad vitæ inſtitutionem. Antuerpiæ Plantinus in 8.*

Laurentij

& vero bono libri tres, de libero arbitrio ad Garſan epiſcopum Illerden. Et hactenus de illis Laurent. Vallæ ſcriptis, quæ Hen. Petrus Baſileæ vno volumine excudit. Scripſit præterea de geſtis Ferdinandi Aragonum regis, quæ hiſtoria Pariſijs excuſa eſt. Item, vt Tritemius refert, librum epiſtolarum. & in Fabij Quintil. oratoriarum inſtitutionũ lib.12. commentaria. Elegantiarum libri cum alibi excuſi ſunt, tum apud Gymnicum cum ſcholijs Gyberti Longolij, & aliorum doctorum annotationibus 1539. & Baſileæ apud Brylingerum cum iiſdẽ, & Ioan. Ræerij annotationibus, &c. Dialectica quoq; eius ſeorſim excuſa ſunt Pariſ. apud Colinæũ anno 1530. Annotationes item in nouum Teſtamentum ſeorſim Baſileæ 1541. & de libero arbitrio, & de voluptate ſeorſim. Homeri Ilias ex Laur. Vallæ tranſlatione, excuſa Lugduni apud Gryph. 1541. Herodoti Halicarnaſſei libri nouem hiſtoriarum, Laur. Valla interprete, excuſi vt ſupra dixi. Thucydidis hiſtoriographi lib. 8. ab ipſo conuerſi. Vide infrà. Æſopi fabulas 33. Latinas fecit. impreſſ. ſunt Baſileæ cum alijs Æſopi & aliorum fabulis Latinis. Claruit anno 1410.

Laurentius *Ventura de ratione conficiendi lapidis philoſophici. Huic acceſſerunt eiuſdem argumenti lib.1. & ex ſpeculo Vincentij lib.2. Baſileæ, anno 1571.*

Laurentij *à Villauincentio Xereſani, doctoris theologi Auguſtiniani eremitæ libri tres, De œconomia ſacra circa pauperum curam à Chriſto inſtituta, Apoſtolis tradita, & in vniuerſa eccleſia inde ad noſtra vſque tempora perpetua religione obſeruata, cum quarundam propoſitionum, quæ huic ſacræ œconomiæ aduerſantur, confutatione. Antuerpiæ in officina Plantini, in octauo, & Pariſ. 1564. Eiuſdem Phraſes ſcripturæ ſacræ omnibus qui ſcripturas ſacras publicè profitentur, vel priuatim intelligere optant, vel ad populum concionantur in eccleſijs: admodũ vtiles, Antuerp. in officina Steelſiana anno 1571. * Eiuſdem de rectè formando ſtudio Theologico lib.4. ac de formandis ſacris concionibus libri 3. omnes collecti, & reſtituti, in 8. Coloniæ per Hæredes Arnoldi Birckmanni. Itemque Conciones in Euangelia & epiſtolas, quæ feſtis diebus totius anni proponi ſolent, nunc plurimum auctæ per Ægidium Topiarium Flandrum. Lugduni, Guilielmus Rouillius, 1568.*

Lauri *Gorgerij, De caſtellano & imperatore exercitus, & de bello: ſermone Italico. Leop. Dikij. Eiuſdem ordo iudiciarius.*

Lauſus *Præpoſitus, ſcripſit ſanctorum monachorum vitas, teſte Nicephoro.*

Lazari *Bayſij, natione Galli, Annotationes in legem 2. de captiuis & poſtliminio reuerſis, in quibus tractatur de re nauali. Annotationes in tractatum de auro & argento legato, quibus veſtimentorum & vaſculorum genera explicantur, impreſſæ Baſileæ apud Frobenium 1537.*

Lazari *Bonamici Baſſanatis, Itali, profeſſoris Patauini, epiſtolæ carminæ ſcriptæ ad Vrſinum Velium Sileſium, ad Donatum Rullum Venetum, ad Altenerium Augarum Veronenſem, ad Carolum Capellum & Matthæum Dandalum Venetos, ad Diegum Mendozam Hiſpanum, ad Fridericum Fregoſium Genuenſem. ex his prima ad Vrſinum eſt edita, Eiuſdem alia quædã carmina excuſa ſunt Venetijs. Eiuſdem epiſtolæ quindecim cum aliorum clarorum virorum epiſtolis impreſſæ ſunt, Venetijs & Lutetiæ Pariſiorum. Floruit Patauij anno D.1553.*

Leander *epiſcopus Hiſpalenſis, cum propter fidem catholicam eſſet ab Arianis relegatus in exilium, ſcripſit aduerſum hæreticos lib.2. contra inſtituta Arianorum lib.1. de virginitate ad Florentinam lib.1. orationes duplici editione in Pſal. lib.1. de contemptu mortis ad fratrem lib.1. de ſacrificiorum laude lib.1. epiſtolarum ad diuerſos lib.1. Idem ſcripſit librum de baptiſmo ad S. Gregorium Papam: quem (vt arbitror) Mattheus Dreſſerus habet. Claruit anno 540.*

Leander *Albertus, Bononienſis, ordinis Prædicatorum, edidit Latinè Ephemerides ad aduentum Ludouici regis Franciæ, ad annum 1552. Opuſculum de ſepultura diui Dominici. De viris illuſtribus ordinis Prædicatorum lib.3. Commentaria hiſtoriarum Caroli ducis Burgundiæ. Vitam Ioannis Bentiuoli 11. Italicè etiam edidit libros 62. hiſtoriarum ciuitatis Bononienſis. Deſcriptionem totius Italiæ, vbi continetur ſitus eius, origo, & ciuitatum caſtellorumq́; dominationes cum priſcis & recentibus nominibus, & conſuetudinibus populorum, & regionum conditionibus. Item hominum in ea illuſtrium cõmemoratio, montes, lacus, flumina, fontes, balnea, mineræ, cum mirabilibus ſingulorũ operibus. Opus magnum Italicè excuſum, Bononiæ 1550. in folio, & poſteæ Latinè Coloniæ año 1567.*

Leander *Mileſius, citatur à Laertio.*

Leander *Nicanor in Metonomaſijs, citatur à Stephano de Vrbibus.*

Lechbertus *Abbas ordinis Canonicorum regularium D. Auguſtini, ſcripſit Explanationes Pſalmorum lib.1. Commentarios quoque alios lib.1. Claruit anno 1210. Baleus.*

Lenæus *Pompei Magni libertus, qui Romæ in Carinis ad Telluris ædem docuit Grammaticã, "Saluſtium acerba ſatyra in gratiam herisſui lacerauit, laſtaurum & lurconem, & nebulonem popinonemq́; appellans.*

Leo *papa primus, alias magnus vocatus, natione Tuſcus, ſcripſit contra Eutychen preſbyterum lib.2. De ſymbolo Niceno lib. Ad Leonem Auguſtum lib.1. Ad inquiſitiones Ianuarij epiſcopi lib.1. De paßione Domini homilias 24. Homilias multas ad populum lib.1. Ad Flauianum epiſcopum contra Eutychen lib.1. Ad Turibium epiſcopum contra Priſcillum lib.1. Ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum lib.1. Ad Anaſtaſium epiſcopum Theſſalonicenſem lib.1. Epiſtolarum multarum ad diuerſos lib.1. Eius epiſtola ad Flauianum impreſſa eſt cum operibus Fulgentij & Maxentij, Coloniæ 1526. Epiſtolæ eius vel decreta Apoſtolica numero nonaginta ſeptem, impreſſa ſunt Coloniæ in volumine*

Digitized by Google

Eſaiam Prophetam ex ſacris ſcriptoribus Græcis, & Latinis confecta, aduerſus aliquot commentaria, & interpretationes quaſdam ex Rabinorum ſcrinijs compilatas, in folio Salmanticæ, 1570.

Leonis Ceſani Conſilium de venditione perfecta, de excuſando notario à falſo.

Leonis Hebr. Medici, de amore dialogi tres, Venet. 1564. * Et Italice ibidem apud Nicolaum Beccilaqua, anno 1573.

Leo Iudæ, Eccleſiæ Tigurinæ miniſter, ex ore H. Zuinglij annotationes in Geneſin & Exodum, item in quatuor Euangeliſtas, paſsionis Dominicæ hiſtoriam, ac in epiſtolas Pauli ad Rom. Cor. Philip. Coloſſ. Theſſ. & in Iacobi epiſtolam, Annotationes excepit, quæ in folio Tiguri denuo excuſæ, anno 1581. Præterea opus articulorum ſiue concluſionum H. Zuinglij è Germanico Latinum reddidit: quod cum reliquis Zuinglij operibus habetur, & ſeorſim Tiguri excuſum eſt 1535. Catechiſmum maiorem & minorem Germanice ſcripſit, diſtributum in vices interrogandi ac reſpondendi: impreſſos ibidem. Veteris teſtamenti libros Hebraicos, ſimplici & pura dictione è ſacra Hebræorum lingua, conſultis ſimul orthodoxis interpretibus, in Latinam tranſtulit, fide & religione ſumma. Paſsim autem per tota Biblia adnotationes, & variæ lectiones marginibus adijciuntur. Froſchouerus excudit Tiguri 1543. Hiſtoriam paſsionis Domini noſtri ex quatuor Euangeliſtis coniunctam, clara & ſimplici expoſitione Germanice ſcripſit, impreſſam Tiguri. Deſ. Eraſmi paraphraſes in nouum Teſtamentum, in Germanicum ſermonem vertit, adiecta declaratione in apocalypſin Ioannis per D. Conradum Pellicanum, ibidem excuſas. Antea quoque tota Biblia Germanice reddiderat, ad Hebraicam veritatem cum Iudæo quodam diligenter collata, quæ item Tiguri edita ſunt. Claruit apud Tigurinos anno 1540. Scripſit etiam Germanice de ſepultura, reſurrectione et aſcenſione Chriſti, & miſsione Spiritus ſancti. Zuinglij Antibolon contra Empſerum, de vera & falſa religione, de prouidentia, Ad Chriſtianum regem, in Germanicam linguam conuertit. Bullingeri librum contra Anabaptiſtas Latinitate donauit.

Leonis Nolani quæſtionum ſiue problematum liber impreſſus.

Leonis Rogani Commentaria de pulſibus, in quibus omnium accuratiſsime pulſuum artem prodidit. Neapoli.

Leonis Scholaſtici Byzantij liber de diuinis & reprobis, extat in Italia.

Leonis Speluncani ars notariæ.

Leo Suauius Theophraſti Paracelſi compendium, ex optimis quibuſque eius libris collegit. Scholia item ſcripſit in libros quatuor de vita longa. Vitam Paracelſi. Catalogum operum & librorum eius. Baſileæ hæc omnia ſimul impreſſa ſunt à Perna, 1568.

Leo natione Tuſcus, Imp. epiſtolarum ſub Emanuele Græcorum principe interpres, ſcripſit de præuaricationibus Græcorum lib. 1. Contra errores Græcorum lib. 1. Claruit 1170.

Leobini cuiuſdam liber de mandatis apoſtolicis, impreſſus Pariſijs.

Leodegarij à Quercu enarrationes in orationem Ciceronis pro M. Cælio, & primam Agrariam, excuſæ ſunt Baſileæ ab Oporino, anno 1553. cum diuerſorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs. Eiuſdem annotationes in Ciceronem de optimo genere oratorũ, excuſæ ſunt. Animaduerſiones in P. Rami Rullianos commentarios, Pariſijs in 4. Flores epigrammatum ex optimis quibuſq; autoribus excerpti: continentur duobus tomis, quos impreſsit Petrus Begnin Lutetiæ 1555. Idem ſcripſit librum Epigrammatum ab eodem impreſſum. Item ſuper l. ff. veteris, Si pars hære. peta. L. Antiqui. Epitome in Ruellium de ſtirpibus. Volatilium greſsibilium, piſcium, et placentarum magis frequentium nomina. Dialogum academicum de negligendis iuris interpretibus. Anticategoriam in quoſdam ſciolos qui ſuperiorem dialogum criminati ſunt. Deplorationem obitus Ioan. Coraſij, & Epitaphium Caroli Valeſij ducis Aureliæ. Toloſæ 1545.

Leodriſius Cribellus ſoluta oratione ac metro claruit in Italia, cum Franciſco Philelfo. Æneas Syluius in deſcriptione Europæ, ca. 49. Idem ex Græco ſermone in Latinum tranſtulit epiſtolã D. Chryſoſt. ad Cyriacum epiſcopum exulem, vt ipſe de ſe refert in epiſtola ad Æneam Syluium. Item Sfortiæ & Franciſci filij hiſtoriam Latine conſcripſit, vt refert Paulus Iouius.

Leonardi cuiuſdam monachi Quadrageſimale, impreſſum in Italia.

Leonardus Aretinus, ſcripſit inter cætera dialogorum inſigne opus, vitam Ariſt. lib. 1. De vita Ciceronis lib. 1. Libellum de diſputationum exercitationisq; ſtudiorum vſu, adeoq; neceſsitate in literarum genere quolibet: Henr. Petri Baſileæ excudit, 1536. Rhetorica, typis excuſa. Libellum contra hypocritas, impreſſum cum Baſilien. Concilio Æneæ Syluij. Dialogum de moribus, excuſ. cum Iacobi Fabri paraphraſi Moralium Ariſt. introductionem in Ariſtot. ad Eudemum moralia, cum Latinis operibus Ariſtot. edita. Commentaria in Oeconomica Ariſt. impreſſ. Pariſijs apud Aſcenſium. Hiſtoriam de geſtis Roman. impreſſ. Commentarium rerum ſuo tempore in Italia geſtarum, ſiue de rebus Italicis: librum de rebus Græcis, Gryphius excudit Lugd. 1539. Hiſtoriam belli Gotthorum, vel de bello Italico contra Gotthos, impr. Baſileæ apud Heruag. 1531. cum Procopio & alijs. Hiſtoriam Floren. vel de geſtis & laudibus Florentiæ, vnde multa Antoninus archiepiſcopus tranſtulit in ſua Chronica. Raph. Volateranus eum ediďiſſe ſcribit Græcum libellum de republica Florentinorum, vt viri Latini non admodum inelegantem. De bello Punico lib. 2. quorum prior belli inter Romanos et Carthaginenſes primum continet, hactenus apud Liuium deſideratum: alter ſeditionem militis conductitij, & populorum Africæ à Carthaginenſibus defectionem. Bellum item Illyricum et Gallicum, quæ & ipſa apud Liuium deſiderantur. Philippus Vlhardus excudit Auguſtæ Vindelicorum, anno D. 1537.

*dem impreſſæ. Paradoxorum medicinæ libri 3. in quibus multa à nemine hactenus prodita, Arabum ætatisq́ noſtræ medicorum errata confutantur: & obiter Sebaſtiano Montuo medico Riuorienſi reſpondetur: Bebellius excudit Baſileæ, anno 1535. Apologiæ tres: quarum prima aduerſus Gulielmum Putaneum docet, Aloen aperire ora venarum 2. aduerſus Sebaſtianum Montuum nonnulla paradoxorum capita defendit. 3. aduerſus Hieremiam Thriuerium, in internis inflammationibus, pleuritide præſertim, è directo partis affectæ ſanguinem mittendum eſſe. Item explicationes aliquot paradoxorum: Rob. Winter excudit Baſileæ, 1538. De hiſtoria ſtirpium commentarij inſignes, adiectis earundem viuis plus quàm quingentis imaginibus, nunquam antea ad naturæ imitationem artificioſius effictis: item ſuccincta vocum difficilium & obſcurarum paßim in eo opere occurrentium explicatio: Iſingrinius excudit Baſileæ, 1542. Hippocratis aphoriſmorum ſectiones ſeptem, è Græco in Latinum ſermonem conuertit, & luculentißimis commentarijs illuſtrauit: adiectis Annotationibus, in quibus quotquot ſunt in Galeni Commentarijs loci difficiles, ad vnguem explicantur: Ioannes Oporinus excudit Baſileæ, 1544. Vertit etiam aliquot Epidemiorum libros Hippocratis, & commentarios adiecit, qui iam olim impreßi ſunt. Eius quoque aduerſus Chriſtiani Egenolphi typographi Francofortani calumnias reſponſio, excuſa eſt Baſileæ, anno Domini 1545. item Cornarius furens, ibidem excuſus apud Eraſmum Xylotectum. Idem ſcripſit Apologiam aduerſus Gualterum Ryffium excuſam Baſileæ, anno Domini 1544. Difficilium aliquot quæſtionum & hodie paßim controuerſarum explicationum lib. 4. auctos & recognitos, ibidem excuſos año Domini 1540. Nicolai antidota vertit & annotationibus illuſtrauit. Annotationes quoque ſcripſit in libros Galeni de tuenda valetudine excuſas Tubingæ, anno Domini 1541. In eiuſdem libros de differentijs febrium & locis affectis commentaria, Pariſijs excuſa anno Domini 1554. In eiuſdem de morbis libros commentaria excuſa ſunt. Item in libros de medicinis ſimplicibus. Præterea libros quinque de medendi ratione recognouit & auxit, additis tribus libris chirurgicis. Baſileæ impreßit Oporinus. Item methodum ad medicinam perueniendi ſiue compendium medicinæ, omnino nouum, idem impreßit. Adhæc de compoſitione medicamentorum lib. 4. auctos & recognitos, adiecto etiam qui antea deſiderabatur Diſpenſatorio, vt vocant, idem Oporinus ſub prælo habet. Plantarum effigies è Leonharto Fuchſio, quinque diuerſis linguis redditas, Balthaſſar Arnoulletus excudit Lugduni, anno Domini 1551. De oculorum remedijs libellus Germanicus. An morbifica aliqua ſit de Galeni ſententia cauſa continens. Quæſtiones medicæ de peſte. Item nondum edita. Commentarij in methodum medendi. Hippocratis Epidemiorum libri tranſlati, & in ordinem alphabeti redacti. Commentaria in Galeni lib. 3. de Temperamentis. Compendium anatomiæ. Præterea duos alios tomos hiſtoriæ ſtirpium, prima adiecit, in quibus omnibus plures quam duodecim in vnum ſunt centuriæ. Obijt Tubingæ, anno 1566.*

* Leonardi *Gorecij, equitis Poloni, Deſcriptio belli Iuoniæ, Voiuodæ Valachiæ, quod anno 1574 cum Selymo II. Turcarum imperatore geſſit. Fracofurti, apud Andream Wechelum.*

Leonardi *Grieb oratio ad Leonem X. in Heluetijs, excuſa eſt in 4.*

Leonardus *quidam de gemmis ſcripſit, excuſus cum Macro.*

Leonardi *Iacchini Emporienſis, medici Florentini & Piſis medicinæ profeſſoris, liber de numero & entitate indicationum, impreſſus. Tractatum aduerſus Auicennam, Meſuen, & vulgares medicos omnes, Gryphius excudit Lugduni 1540. cum alijs nouæ Academiæ Florentinæ opuſculis. Galeni de præcognitione libellum ab eodem conuerſum, & commentario explanatum, idem excudit. Oratio apologetica, præcognitionem ex medicina vt plurimum certam eſſe, ſi nihil delinquatur. Commentaria eruditißima in nonum librum Raſis, de partium morbis, opera ac diligentia Hieronymi Donzellini emendata ac perpolita. Eiuſdem libri, Præcognoſcendi Methodus, De rationali curandi arte, De acutorum morborum curatione, Quæſtiones naturales, Omnia impreſſa Baſileæ apud Petrũ Pernam, anno 1563. in 4.*

Leonardi *Iacobi Northuſiani, Calbienſis eccleſiæ paſtoris, Enchiridion præcipuorum locorum ſacræ ſcripturæ, ex orthodoxis patribus illuſtratorum. Lipſiæ excudit Papa, año Domini 1551. chart. 9. Eiuſdem ſcholia in paruum catechiſmum Lutheri idem impreßit.*

Leonardus *Iuſtinianus Venetus ex Plutarcho tranſtulit vitas Cimonis & L. Luculli, quæ cum cæteris Latinis Plutarchi Parallelis impreſſæ habentur. Scripſit & orationem funebrem in laudem Caroli Zeni. * Idem narrationem de vita S. Nicolai è Græco in Latinum vertit. in 4. Venetijs per Aldum, anno 1502.*

Leonardus *Ketnerus Hereſbringienſis tres D. Auguſtini conciones contra ebrietatem communiter reddidit. Pariſijs Martinus Iuuenis impreßit, anno D. 1553.*

* Leonardi *Krentzhemij Coniecturæ de impendentibus in Eccleſia & imperijs horum temporum mutationibus & calamitatibus. Sumptæ ex collatione annorum atq́ euentuum veteris ac noui Teſtamenti, primæ & vltimæ monarchiæ: numerorum in Daniele & Apocalypſi. Publicatæ ſtudio Laurentij Ludouici Leobergenſis. 4. Gorlicij. Eiuſdem Krentzhemij doctrinæ de Cœna Domini orthodoxa expoſitio comprehenſa quatuor Homilijs. in 8. Gorlitzij.*

* Leonardi *Lechneri Atheſini Motetta Sacra 4. 5. & 6. vocum, ita compoſitæ, vt non ſolum viua voce cantari, ſed etiam ad omnis generis inſtrumenta adhiberi poßint. In quarto Norimbergæ, in officina hæredum Gerlachij. His Motettis, quatuor quinque & ſex vocum, addita etiam motetta*

8. vocum

Digitized by Google

*rum ac crurum dracunculis, de ſtrumis, de atheromatibus & meliceride, de mammarum fiſtulis, de cancris mammarum, chirurgia cancri, de mamilla indurata.*

Leonidæ *Alexandrini carmina anathematica,* [illegible] *numero 32. habentur in Florilegio Græco, lib.6. Leonidæ Tarentini epigrammata ſeptem in diuerſis libris eiuſdem Florilegij extant: & Leonidæ ſimpliciter citra aliud cognomen, epigrammata circiter octoginta quinq;, & apud Stobæum in laude mortis ſenarij quinque. Athenæus allegat Leonidæ cuiuſdam Atthidem, ſiue Atticam hiſtoriam: apud eundem Leonides Eleus Grammaticus, vnus eſt ex Dipnoſophiſtis.*

Leonides *Byzantius ſcripſit de piſcibus ſoluta oratione.*

* Leontis *Sapientis oraculum ſeu reſponſum alterum: libellus, varijs imaginibus ornatus. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.*

Leontei *hexaſtichon Græcum libro primo Florilegij.*

Leontium *adoleſcentula Græca, ſcripſit contra Theophraſtum, teſte Fulgoſo lib.8. cap.3. memorabilium.*

* Leontij *de hæreſibus hiſtoria, in quarto. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.*

Leontij *Conſtantinopolitani liber de duplici in Chriſto natura, contra hæreſim Monophyſitarum, Græce manuſcriptus extat. * Eiuſdem contra philoſophum Arrianum diſputatio. in 4. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.*

Leontij *ſcholaſtici epigrammata Græca octodecim in Florilegio Planudis habentur, lib.3. & 4. & Leontij, ſine alio cognomine, quatuor.*

Leontius *Epiſcopus Nicopol. ſcripſit hiſtoriã ſancti Ioannis Eleemoſynarij, quam manuſcriptam habet Wolfgangus Lazius medicus & hiſtoricus Viennenſis. Claruit anno 610.*

Leontij *Antiocheni hæretici meminit Suidas contra quem ſcripſerit Photius.*

Leontius *monachus qui ſub Zenone vixit laudatur ab eodem.*

Leontij *item duo alter Tripolitanus epiſcopus, Myſus natione, alter Antiochenus Arianus, à Suida commemorantur.*

Leontius *I.C. Vide Tribonianum, in Geoponicis, quæ Conſtantino tribuuntur, adferuntur quædam ex Leontio.*

Leontij *cuiuſdam liber, in quo aliquot fabulæ poetarum enarrantur, à quibuſdam citatur.*

Leontij *Mechanici de confectione ſphæræ Arati libellus Græcus, impreſſus cum Græco Arato, quem Aldus Venetijs, & Walderus Baſileæ excuderunt.*

Leophanes *citatur à Theophraſto libro 2. de cauſis plantarum cap.6. Videtur autem de agricultura ſcripſiſſe.*

Leophontis *Heracleopolitæ ſcripta citantur apud Fulgentium in Mytholog.*

Leopoldus *de Auſtria edidit quædam in aſtrologia. Leopoldi ducatus Auſtriæ filij de aſtrorum ſcientia compilatio decem continens tractatus, excuſa eſt Auguſtæ Vindelicorum apud Erhardum Ratdolt in 4. chart. 27. & dimidia, anno Domini 1489.*

Leopoldi *Dickij I.C. paracleſis ad omnes Chriſticolas in modum concionis, vt errorum pedicis illaqueatos corrigant, &c. cum epiſtola nuncupatoria ad Matthæum Cardinalem Saltzburgenſem, impreſſa in Germania.*

Leoprandus *quidam ſcriptor, citatur in hiſtoria Vngarica Antonij Bonfinij.*

Leoſthenes *Caluander ſententias proſas e diuerſis ſcriptoribus in communem puerorum vſum collegit iuxta ordinem alphabeti, vt quæque ſententiæ incipiunt: authorum autem nomina non adſcripſit. Gryphius excudit Lugduni, 1541. cum ſententijs & prouerbijs ex poetis Latinis per anonymum quendam collectis.*

Leotrophides *Dithyramborum poeta fuit, tam pallidus & tenuis, vt in prouerbium abierit Leotrophide tenuior.*

Lentuuardinus *theologus, Anglus natione, ſcripſit in epiſtolas Pauli lib. plures. Ioannes Frumentarius.*

Lepidi, *ſeu Leſpidos (vtroque enim modo legitur) libri hiſtoricæ epitome citantur à Steph.*

Leporius *preſbyter & monachus, Pelagiani erroris ſectator primum, poſtea reſipiſcens, ſcripſit correctorium aduerſus hæreſim lib.1. & quædam alia. Eius palinodia, & confeſſio orthodoxa de incarnatione Chriſti, legitur in primo libro Caßiani de incarnatione: cuius Gennadius quoq; meminit. Claruit anno 430.*

Lerrandus *diaconus, apud Trittemium male legitur, pro Ferrandus.*

Lesbonax *Mitylinæus philoſophus, ſub Auguſto, pater Potamonis philoſophi, ſcripſit plurima philoſophica. Suidas.*

Lesbonactis περὶ χημάτων *lib.1. ſeruatur in bibliotheca Strozæ. Eiuſdē Orationes excud. Aldus.*

Leſcherij *Rhetorica pro conficiendis epiſtolis accommodata, excuſa Coloniæ, anno Domini, 1490.*

Leſthides *poëta heroicus clariſſimus regis Eumenis commilito, vt & Pithoas hiſtoricus & Menander meditus. Suidas.*

Lethbertus *Anglus, ſcripſit Enarrationes Pſalmorum, ac Lecturas ſcripturarum. Claruit anno 1210. Vide Lechbertus.*

Leuceas *Argiuus, poeta non ignobilis, teſte Pauſania, de gentibus earum inſtitutis ac moribus carmina permulta compoſuit.*

Leucippus *Eleates, ſiue vt alijs placet Abderites, aut Mileſius, Zenonis Eleatæ auditor atomorum primus inuentor, Theophraſto teſte ſcripſit Magnum Diacoſmum, qui aliâs Democrito inſcribitur. Laertius.*

Leucij *à Thabeſte verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.*

Leucon *Haguſius Peloponneſiacis temporibus fuit. Fabulæ eius ſunt, Aſinus vtifer, & Phra-*

tarch

tores. Poſteriorem harum citat Athenæus lib.8.

R.Leui ben Gerſon, ſcripſit Hebraicos commentarios in libros Ioſue, Iudicum, Samuelis, et Regum: in Pſalmos, Prouerbia Salomonis, Iob, et Danielem. Daniel Bombergus excudit Venetijs. Audio hunc eſſe recentiſſimum inter Hebræorum Rabinos.

Leuinus Scotorum Archiepiſcopus & martyr dicitur contexuiſſe Homilias aliquot lib.1. Claruit anno 1007. Baleus.

Leuini Algoet Deſcriptio terrarum ſeptentrionalium.

* Leuinus Apollonius Gandobriganus, ſcripſit de regno Peruſino tertia parte noui orbis: Itemque de nauigatione Gallorum in regionem Floridam dictam: deq; eorum horrenda clade, quàm anno 1565. ab Hiſpanis acceperunt. Latine & Germanice per Nicolaum Hönigèr. In folio Baſileæ anno 1583.

Leuinus Brechtus, minorita Louanienſis, ſcripſit illuſtrium aliquot martyrum hiſtorias carmine & proſa, excuſas Louanij apud Martinum Rotarium, anno Domini 1551. Eiuſdem Silua piorum carminum impreſſa Louanij, anno 1555. in octauo, chartis 23.

Leuini Cotmanni Gandaui in Nozerethum Burgundiæ ſuperioris oppidum Gilberti Cognati natale ſolum ab eodem deſcriptum carmen. Eiuſdem aliud in effigiem Gilberti Cognati. Baſileæ impreßit Oporinus 1552.

Leuini Crucij Aldinardini florilegium procerum linguæ Latinæ. Eiuſdem Threnodia in temeraria quorundam iudicia, Antuerpiæ Symon Cocus, anno 1548.

Leuini Lemnij medici Ziriҫæi libelli tres perelegantes & feſtiui omnibus artium candidatis apprime vtiles. Primus de aſtrologia, in quo obiter indicat, quid illa veri, quid ficti falſiq; habeat, & quatenus arti ſit habenda fides: in quo deniq; multæ amœniſſimæque cauſæ explicantur, tum prouerbij origo, Quarta luna nati. Secundus de præfixo cuique vitæ termino. Tertius de honeſto animi & corporis oblectamento, & quæ exercitatio homini libero potiſſimum conueniat: obiter de frugalitate & victus temperantia ac rerum ruſticarum amœnitate. Antuerpiæ Martinus Nutzius, 1554. Eiuſdem ſimilitudinum ac parabolarum, quæ in Biblijs ex herbis atq; arboribus deſumuntur, explicatio. Antuerpiæ 1569. De occultis naturæ miraculis ac varijs rerum documentis, probabili ratione atque artificiali coniectura explicatis lib.4. Antuerpiæ anno 1564. De habitu & conſtitutione totius corporis quam κρᾶσιν vocant, * triuiales complexionem: lib.11. 8. Erphordiæ anno Domini 1582. Et Venetijs anno Domini 1564. Italice, apud Dominicum Nicolinum.

Libanius Antiochenus ſophiſta, ſub Iuliano apoſtata vſque ad Theodoſium maiorem, Phaſganij F. diſcipulus Diophantis, Scripſit infinita, inter quæ Conſtantij Imper. encomium: aliud in Iulianum, Declamationes oratorias, Epiſtolas. Fuit temporibus Baſilij & Gregorij. Suidas. Eius λόγοι καὶ ἐκφράσεις numero triginta nouem excuſæ ſunt Ferrariæ, anno Domini 1517. Seruantur etiam in Italia ἐκφράσεις ſeptemdecim quæ an aliæ ſint à prioribus ignoro. Plurimæ quoque orationes et declamationes Libanij ſeruantur in Auguſtana bibliotheca. Declamationes eiuſdem olim Romæ typis impreſſæ ſunt ſatis craſſo volumine: & præter illas aliæ duodecim Venetijs manuſcriptæ habentur. Oratio de ſeditione ciuitatis ſuæ ad Theodoſium magnum, impreſſa eſt cum orationibus Ariſtidis. Tres Declamationes Latine Eraſmo interprete excuſæ ſunt à Frobenio et Cratandro. Argumenta in orationes Demoſthenis cum eiſdem impreſſa ſunt. Libellus de ſcribendis epiſtolis ex Græco tranſlatus Pontico Virunio interprete cum quibuſdam alijs impreſſus eſt. Epiſtolarum characteres Wolfgango Anemœcio interprete, Oporinus excudit in 16. Ad Baſiliū magnum epiſtolæ 12. & Baſilij decem ad Libanium, impreſſæ ſunt cum operibus Baſilij. Eaſdem Græce Aldus excudit cum multis diuerſorum Græcorum epiſtolis. Præter has extant ſupra 400. in Italia manuſcriptæ. Quædam etiam epiſtolæ eiuſdem latinitate donatæ per Franciſcum Zambicarium Bononienſem, & emendatæ per Ioannem Summerfelt, ac argumentis illuſtratæ, impreſſæ ſunt Cracouiæ, anno Domini 1504. Libanij epiſtolarum libri duo excuſi ſunt Pariſiis à Morelio Græce. * Eius epiſtolæ & declamationes, in folio. M.S. bibl. Imperat. Viennæ. Eiuſdem reſponſio Achillis ad Vlyſſem, eiuſdemq; legatione ad Antiochenos. in quarto. M.S. bibl. Imperat. Viennæ. Itemq; aliæ epiſtolæ, nondum in lucem editæ. M.S. bibl. Imperatoris Viennæ. in folio.

* S.Liberati preſbyteri breuiarium in cauſis Neſtorianorum. M.S. bibl. Imperat.

Liberij Papæ Decreta, ſiue Reſcripta duo ad Athanaſium & Ægyptiorum epiſcopos, de oppreſſionibus Arianorum, cum Athanaſij operibus habentur: item in volumine Coloniæ publicato, quod Pontificum Decreta continet: item cum Clementis Recognitionibus Baſileæ impreßis.

Liberti epiſcopi Gericenſis collectio de crucibus ſiue de ſignis crucis, quæ ſuo tempore & aliâs apparuerunt, & quid ſignificent impreſſa.

* Liberti Houthen Leodij Ethica vitæ ratio, ſeu, moralia vitæ inſtituendæ præcepta: Senarijs acatalectis comprehenſa: in octauo. Antuerpiæ, anno D. 1579.

Liboſus epiſtolæ 4. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiſcopus lib.1.

Liboſi ab Agra verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Licentij epiſtola ad D. Auguſtinum, numero 40. inter D. Auguſtini epiſtolas.

Licentij poetæ, natione Afri. patria Hipponenſis, carmina quædam ad Auguſtinum leguntur, quæ à noſtris Grammaticis in magno precio habita ſunt, præcipueq; eius de Proteo verſus commendantur, &c. Petrus Crinitus.

Licinianus Carthaginis Spartariæ epiſcopus,

ſcripſit de ſacramento baptiſmatis lib.1. ad Eutropium abbatem epiſtolarum lib.1. ad diuerſos quoq; epiſtolarum lib.1. & quædam alia. Claruit 590.

Licinius *Imbrex, vetus comœdiarum ſcriptor, qui à Volcatio poeta quarto ordine inter comicos poetas collocatus eſt. Eius fabula Neæra citatur à Gellio.*

Licinius *Macer vetus annalium Romanorũ ſcriptor numeratur. Idem præter hiſtoriam Romanam ſcripſit orationem pro Thuſcis.*

Licinius *Mutianus citatur à Plinio libro tertio & quatuor ſequentibus naturalis hiſtoriæ.*

Licti *à Gemellis confeſſoris verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.*

Licymnius *Chius ſcriptor Græcus, citatur ab Athenæo lib.13.*

Ligurinus *quidam neſcio quid carmine ſcripſiſſe fertur, præterea hiſtoriam de Friderico Barbaroſſa Cæſare Argentinæ excuſam, & lib. de rebus Germanicis nondũ impreſſum. Citatur in Chronicis I. Cuſpinian. Vide Gunthlerus L.*

Lilius *Ægidius Liberius, Tifernas, Philonis Iudæi operum volumina quatuor Latinitate donauit. Item Dionem de regno, & aliquot libros Chryſoſtomi, quæ Romæ extant in pontificis Max. bibliotheca.*

Lilij *Tifernatis Epitome in Herodotum, in bibliotheca Sambuci.*

Lilius *Gregorius Gyraldus Ferrarienſis, ſcripſit de Muſis ſyntagma. Herculis vitam. Sepulchralia & de vario ſepeliendi antiquorum ritu. De nauigijs: nauium inuentu, earum generibus, & de nauigandi ratione. De annis, menſibus, diebus, horis. Calendarium Græce & Latine. Græcorum & Latinorum poetarum vitas, dialogos decem. Parænesim aduerſus ingratos, & remedium de crimine ingrati & nomine vitando. De poetis noſtrorum temporum dialogos duos. Epiſtolam heroico carmine de direptione vrbis. Progymnaſmata aduerſus literas & literatos. De Dijs gentium ſyntagmata 17. opus varia & multiplici eruditione refertum. Antiquorum ænigmata & Pythagoræ ſymbola. Commentarios in Moretum Vergilij. De numeris Græcorum. De vaſis quæ ad Deorum ſacrificia & eorum ceremonias pertinent. Dialogiſmos triginta ſuarum quarundam annotationum. Hymnos heroico carmine conſcriptos. Epithalamia. Simeonis Sethi medici Antiochenſis libellum* περὶ τροφῶν δυνάμεως*, hoc eſt de facultate cibariorum, corruptum emendauit ac in Latinam linguam tranſtulit. Obijt ante annos complures Ferrariæ ſenex cum multis annis arthritide laboraſſet. Porro ſcripta eius pleraq; Baſileæ excuſa ſunt, reliqua Venetijs.* * *Eius operum quæ extant omnium non minus eruditæ, quam elegantis literaturæ, ſtudioſis & expetitorũ haćtenus & deinceps expetendorum Tomi duo, in fol. Baſileæ apud Thom. Guarinum.*

Lilij *Vicentini Declamatio de miſerijs humanæ vitæ. Latine primum edita, & nuper in Germanicam linguam tranſlata per Andream Horndorſum.*

Linus *primus poſt beatum Petrum Romanæ vrbis epiſcopus, natione Tuſcus, ſcripſit Græco ſermone ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli vno die paſſorum martyrium lib.1. & quaſdam epiſtolas. Eius libri duo de paſſione SS. Petri & Pauli excuſi ſunt Pariſijs in fine commentariorum la Fabri ſuper epiſtolas Pauli. Claruit anno 70.*

Linus *Chalcidenſis (Plutarchus non ab oppido ſed inſula Eubœenſem nominat) Apollinis & Terpſichores F. vel Amphimari & Vraniæ, primus fertur è Phœnice literas in Græciam deportaſſe, fuiſſe item Herculis magiſter, & Lyricæ muſæ princeps author. Suidas. Plutarchus ex Heraclide refert hunc lamentationes & fletus carmine condidiſſe. Linus Mercurio muſaque Vrania genitus ſcripſit mundi generationem. Solis & Lunæ curſus, animalium & fructuum generationes: huic autem operi ſuo fecit initium* Ην ποτὲ τοι χρόνος ἵνα ἐν ᾧ ἅμα παντ' ἐπεφύκει. *Laertius. Decem heroici verſus Lini poetæ leguntur apud Stobæum in ſermone de prudentia, quorum vltimi tres deſumpti feruntur ex libro eius de natura mundi: & in ſermone de Spe, diſtichon eius citatur.*

Linus *hiſtoricus Oechaliotes, citatur à Stephano.*

Linus *Thebanus iunior Chalcidenſi. Suidas.*

Lippi *Brandolini Aurelij Auguſtiniani eremitæ, paradoxa Chriſtiana, excuſa Baſileæ, 1543. Eiuſdem de humanæ vitæ conditione, & toleranda corporis ægritudine, ad Matth. Coruinum Hungariæ regem Dialogus, ibidem impreſſus. item aliquot eius carmina de morte Platinæ, in fine operũ ipſius Platinæ leguntur. Præterea de ratione ſcribendi libri tres, in quibus Rhetoricæ præcepta à dicendi ratione ad rationem ſcribendi transfert. Excuſi Baſileæ apud Ioannem Oporinum, anno D. 1549. & Coloniæ, anno 1573.*

Liſiardus *epiſcopus, Gallus, homo eruditus, compoſuit vitam Arnulphi Sueſſonenſis epiſcopi lib.1. Et alia. Iacobus Meier.*

Litorij *Beneuentani fragmenta quædam Græca de curandis equis, cum Abſyrthi mulomedicina habentur.*

Liuius *Andronicus, quem quidam L. Liuium nominant citatur à Nonio in Achille, Ægyſtho, Aiace, Andromeda, Antiopa, Equo Troiano, Hermiona, Odyſſea, Terero, à Varrone in Teucro, à Macrobio in Helena, à Sexto Pompeio, in Odyſſea vetere, Annalium libris, Centauris, Gladiolo, Lydio, Virgine.*

* Liuij *Vincentini, de fugacitate, miſeria, & inconſtantia vitæ, declamatio. Antuerpiæ Ioannes Bellerus, anno 1564.*

Lobon *Argiuus in libro de poetis citatur à Laertio.*

Locuſtus *auctor, vt videtur, chymicus citatur ab Hortulano philoſopho.*

* Lofranci *(ſi recte legitur) Offuſij Germani Philomatis, de diuina aſtrorum facultate, in larnatam aſtrologiam. fol. Pariſijs.*

Logadij

Logadij *medici biera medicamentũ purgans, deſcribitur ab Aetio.*

Lollianus *Epheſinus ſophiſta, diſcipulus Iſaiæ Aſſyrij, ſub Adriano Cæſare multa ſcripſit. Suidas.*

Lollij *Hexaſtichon habetur libro 3. Florilegij Græci.*

Lollius *Vrbicus hiſtoriographus, Diadumeni Imperatoris Macrini filij deſcripſit vitam & geſta, item hiſtoriam ſuorum temporum, teſte Lampridio.*

Lombardi *Aſſuici epiſtola & dialogus de diſpoſitione ſuæ vitæ ad Franc. Petrarcham extat.*

Lombardus *de Siricho Pataiunus, ſcripſit Supplementum ad opus Fr. Petrarchæ de viris illuſtribus, cum eiuſdem operibus impreſſum.*

Longinus *Caſſius philoſophus, Porphyrij magiſter, vir magna doctrina & acri iudicio. Fuit ſub Aureliano Imp. ab eoq; occiſus eſt, per cauſam conſpirationis cum Zenobia Odenati vxore. Scripſit de Oratione, contra Phidiam. Dubitationes Homericas, Vtrum Philoſophus fuerit Homerus. Problemata Homeri, & ſolutiones, libris duobus. Quæ nã contra hiſtoriarum fidem tanquam hiſtorica enarrent grammatici? De vocabulis apud Homerum multa ſignificantibus lib. 4. Atticorum vocabulorum editiones lib. 2. ordine alphabetico. Vocabula Antimachi & Heracleonis atq; alia multa. Suidas. Euius etiam Dictionario acceſſerunt quæ Longinus iſte de dictionibus alphabeti ordine ſcripſerat.*

Longiniani *ad D. Auguſtinum epiſtola, habetur cum ipſius Auguſtini epiſtolis, numero viceſima prima.*

Longouallius *Ricardus auditor in Senatu Pariſienſi, repetiuit l. Imperium ff. de iuriſdict. om. Iud.*

Longeuile *Normannus, theologus, inter cætera ſcripſit Commentarios in 12. prophetas lib. 12. Ioãnes Lelandus.*

Longulanus *citatur à Plinio lib. 35. naturalis hiſtoriæ.*

Longus *quidam ſcripſit ποιμενικὰ id eſt, Paſtoralia, quæ adhuc Græce extant in Italia. Longi amatorij lib. 4. in bibliotheca Strozæ.*

Lotharius *Rex fertur ſcripſiſſe leges Alemannorum quæ hodie publice extant, impreſſæ ab Henrico Petri.*

Lotharius, *vide Innocentius tertius.*

* Lotharius *Philoponus de magorum demonomania Ioannis* Bodini *libros quatuor è gallico in latinum transtulit. In 4. Baſileæ per Thomam Guarinum. 1579.*

Loxus *in phiſiognomiam Palæmonis, citatur in libro inſcripto Lumen animæ, & ab Alberto libro primo de animalibus.*

Lucas *medicus Antiochenſis, Græci ſermonis non ignarus, ſectator apoſtoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes, ſcripſit Euangelium, ſicut audierat. Acta vero apoſtolorum, ſicut viderat, compoſuit. Vixit 84. annos. Epiphanius in vitis Euangeliſtarum, apud quem plura.*

Lucæ *dicunt quidam eſſe epiſtolam ad Laodicenſes aliàs Paulo inſcriptam.*

Lucæ *monachi & presbyteri ſermo ad virgines Græcus, extat in Italia.*

Lucæ *monachi parecbolæ, & expoſitio Euangeliorum, liber Græcus manuſcriptus, Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris.*

Lucas *abbas montis S. Cornelij, ordinis D. Benedicti, ſcripſit in Cantica canticorum lib. 1. Sermones & epiſtolas plures. Claruit anno 1130.*

Lucæ *Bacmeiſteri libellus de modo concionãdi, continens ſimplicem informationem eorum, qui ad munus docendi publice in eccleſia aliquando accedent. Roſtochij apud Iacobum Lucium, 1570. in octauo.* Eiuſdem breuis & ſimplex explicatio, In hiſtoriam paſſionis, mortis & reſurrectionis D. N. Ieſu Chriſti, à quatuor euangeliſtis deſcriptam in 8. Roſtochij.*

Lucas *Bathodius Argentinenſis, ſcripſit inſtitutiones grammaticas, excuſas Argentorati, anno Domini 1525. in 4.*

Lucas *Bernardus Brixianus vertit Chryſoſtomi homilias octoginta.*

Lucæ *Bertelli Algieriæ deſcriptio.*

Lucas *Boſdenus Carmelita, ſcripſit in ſex principia Gilberti lib. 1. Super Philoſophiam naturalem lib. 8. Quæſtiones Theologiæ lib. 1. Vixit anno 1340. Baleus.*

* Lucas *Copus hiſtoriam Auguſtanæ confeſſionis à Dauide Chytræo conſcriptam in gallicam linguam transtulit. in 4. Antuerpiæ apud Arnoldum Coningum. anno 1582.*

Lucas *Craſſus ſcripſit ſuper 1. & 2. Infortiati.*

* Lucæ *Edenbergeri quondam Electoris Saxoniæ præceptoris, cantiones piæ, domeſticæ, in 8. Frãcoforti apud Chriſt. Rabum germanice, anno 1583.*

Lucas *Gauricus Neapolitanus, caſtigauit Alfonſi regis Caſtellæ, & Eliſabet reginæ tabulas aſtronomicas, Ioan. de Monteregio tabulas directionum, Ioan. Blanchini tabulas, Laurentij Bonincontri libros de rebus cœleſtibus: plerisq; etiam aliquid de ſuo adiecit. Eiuſdem annotationes in Cl. Ptolemæi Almageſtum, typis excuſæ ephemerides per eundem caſtigatæ. Eiuſdem ſchemata & prædictiones vſque ad annum 1552. & Iſagoge in totam fere aſtrologiam. De ventis, &c. Item fragmenta quædam breuiſſima de aeris qualite, ex Theophilo. Quid Lunæ peragrationes portendant, ex Hephæſtionis Thebani iudicijs. De conceptu natorum & ſeptimeſtri partu, ex Valente Antiocheno: opus excuſum Venetijs, anno 1523. Idem librum Homar de natiuitatibus caſtigauit & additiones quaſdam tum ſuas, tum ex Abenragele & Firmico adiecit: item annuas, menſtras ac diurnas progreſſiones Apheticorum quinque locorum examinauit. Liber impreſſus Venetijs, in 4. anno Domini 1525. Abrahami Iudæi de natiuitatibus tractatum caſtigauit, in ordinem redegit, atq; annotationibus etiam illuſtrauit. Liber excuſus Romæ impenſis Valerij Dorici, anno Domini 1545. Edidit etiam Tractatum aſtrologicum, in quo agitur de præteritis multorum hominum accidentibus per proprias eorum genituras ad vnguem examinatis, Venetijs excudit Curtius*



Digitized by Google

Troianus, anno Domini 1552. Calendarium eccleſiaſticum nouum, ex ſacris literis probatisq́ ſanctorum patrum ſynodis excerptum, iuxta omnipotentis Dei mandata in veteri Teſtamento Moſi data, in quo agitur de vera paſchatis & feſtorum mobilium celebratione, 2000. annorum interſtitio duraturum. Liber excuſus Venetijs apud Iuntas, anno Domini 1552. in 4. Item De eclipſi miraculoſa in paſſione Domini obſeruata, de anno, menſe, die, hora conceptionis, natiuitatis, paſſionis, reſurrectionis, Domini noſtri Ieſu Chriſti, liber impreſſus Pariſijs in officina Wecheli, anno Domini 1553. in 4. chartis 3. & dimid. Claruit Romæ & Venetijs circa annum Domini 1552. Epiſcopatu donatus à Paulo III. Pontifice. *L. Glaurici Geophonenſis Epiſcopi Ciuitatenſis Aſtronomi & Aſtrologi præſtantiſſimi opera, quæ quidem extant omnia, iam pridem à ſuo vindicata interitu, & priſtina reſtituta nitori. Fol. Baſileæ, ex officina Henricpetrina.

Lucas de Graſijs citatur in Summa Angelica, inter ſcriptores Iuris can. vel ciuilis.

Lucas ordinis fratrum minorum, Italus, ex Padua oriundus, ſcripſit ſermones de tempore li. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. alia quoq́ nonnulla.

Lucas Loſſius ſcripſit annotationes ſcholaſticas in Euangelia dominicalia, & ea quæ feſtis diebus leguntur in eccleſia per totum annum. Adiecit etiam in ſingula Euangelia diſticha argumenta, doctrinas ſumarias, locos & obiectiones cum ſolutionibus Dialecticis. Liber excuſus Francofordiæ apud Egenolphum, anno 1551. Idem catecheſim Græce collegit in ſchola Lunebergenſi, anno Domini 1545. Item catecheſis Latine planiſſimam expoſitionem ſcripſit. Obiectiones in catechiſmum puerorum cum ſolutionibus Francofurti excudit Egenolphus. Hiſtoriam paſſionis mortis & reſurrectionis Dominicæ quæſtionibus & obiectionibus explicauit: liber ab eodem excuſus cum figuris, anno Domini 1552. Erotemata Dialecticæ & Rhetoricæ Philippi Melanchthonis & præceptionum Eraſmi de vtraq́ copia verborum & rerum, ad vſum ſcholarum ediſcenda, ibidem excuſa apud Brubachium anno 1552. Explicatio in Grammaticam Melanchtonis eodem authore edita eſt. Claruit Luneburgi, anno Domini 1550. Eiuſdem Erotemata Muſicæ practicæ ex probatis auctoribus ſelecta. Norimbergæ, apud Theod. Gerlazenum. Pſalmorum Dauidis enarratio, in qua explicantur Pſalmorum tituli, argumenta, phraſes, principales doctrinæ, obiectiones, aliaq́ multa, quæ ad ſcolaſticã admonitionem ſunt neceſſaria, in tres quinquagenas diſtincta. Francofurti in folio. Quæſtiones in Euangelia Dominicalia & præcipuorum feſtorum. Francofurti in octauo. Commentarij in Alcuini libros de Trinitate. Conſolatio ſuper obitu parentũ. Francofurti, 1568. Germanice. Fabellæ aliquot lepidiſſimæ, & enarrationes iocoſæ, carmine elegiaco redditæ, additæ fabulis Æſopicis. Francofurti 1571. De pacificatione & concordia inter illuſtres principes.

* Lucæ Loſſij ſenioris epitome Bibliorum ſacrorum vtriuſq́ Teſtamenti, continens breuiter inſigniores ac maxime in illis memorabiles narrationes, hiſtorias, loca & dicta prophetica & apoſtolica, breuibus pleraque ſcholijs, mira dexteritate illuſtrata & diſtincta. 8. Francofurti ad Mœnum apud hæredes Chriſtophori Egenolphi. Lucæ Loſſij Luneburg. Pſalmodia, hoc eſt, cantica ſacra, veteris eccleſiæ ſelecta, quo ordine & melodijs per totius anni circulũ, cantari vſitate ſolent in templis, de Deo de filio eius Ieſu Chriſto, de regno ipſius, doctrina, vita, paſſione, & aſcenſione, & de Spiritu ſancto, item de ſanctis & eorum in Chriſtum fide & cruce. 8. Witenbergæ.

Lucæ Maini Pædagogia Chriſtiana Latine & Germanice. Lipſiæ.

* Lucæ Maij paſtoris eccleſiæ Rotenburgenſis, in Pſalmum 85. Homiliæ ſex, Homilia funebris in dictum S. Pauli ad Philippen. 1. Cupio diſſolui. Alia homilia in eiuſdem dictum ad Corinthios cap. 15. De reſurrectione mortuorum. Idem veterum doctorum Tertulliani & Cypriani doctrinam de patientia Chriſtiana in Germanicam linguam tranſtulit. omnia Germanice excuſa in 8. Smalcaldiæ, anno 1581. & 1582.

* Lucæ Monachi & Gregorij Nazianzeni ad virgines & Monachos tractatus. Quarto, Ms. bibl. Imp. Viennæ.

Lucas Opilio Colceſtriæ, vt ferunt in Eſſexia natus, poeta, ſcripſit aduerſus veritatis oſores libellos aliquot. Claruit anno 1554. Baleus.

Lucæ Oſiandri ſumma Turcicæ religionis & eius confutatio Germanica. Tubingæ. Eiuſdem confutatio refutationis Georgij Lautherij, qua gratulationem Iacobi Andreæ refutare conatus eſt. Germanice, ibidem. Apologia aduerſus mendacia, calumnias & conuitia Ioannis Naſi, quæ ille falſo impingit in ſuis centurijs Auguſtanæ confeſſioni, eamq́ profitentibus. Tubingæ, 1569. Germanice in quarto. Reſponſio ad 37. articulos Ieſuitarum, quos in Germania pijs, quibus perſecutionem inferunt, obijciunt. Ibidem, 1571. Germanice. Quid ſentiendum ſit de repetitione doctrinæ de cœna Domini, Dreſdæ publicata, itẽ admonitio de cauendo Zuingliano errore. Germanice. Explicatio breuis in quinque libros Moſis. Tubingæ 1573. in 4. *Eiuſdem in omnes reliquos veteris Teſtamenti libros iuxta vulgatam tranſlationem ad Hebræam veritatem emendatio: & breuis, vtilis & perſpicua explicatio: inſertis etiam præcipuis locis communibus, in lectione obſeruandis: nempe in librum Ioſue, Iudicum, Samuelis, Regum, & Paralipomenon. 4. Tubingæ, anno 1577. Scriptorum canonicorum omnium, ab Eſdra vſque ad Prophetas. 4. Tubingæ excudebat Georgius Gruppenbachius, anno 1578. In Iſaiam, Ieremiam & Threnos Ieremiæ. 4. Tubingæ excudebat Georgius Gruppenbachius, anno 1579. In Pſalmos Dauidis. 8. Witenbergæ, anno 1580. Scripſit quoq́ in S. Pauli Apoſtoli epiſtolas omnes quotquot extãt commentarios. In 4. Tubingæ apud Georgiũ Gruppenbachium, anno 1582. Eiuſdem inſtitutio Chriſtianæ religionis. 8. Tubingæ, apud Georgium Gruppenbachium, anno 1582. Latine, Germanice & Gallice,

n,ſtis vita. Amores imagines. Toxaris, ſiue de amicitia. Lucius, ſiue aſinus. Iupiter confutatus. Iupiter Tragœdus. Somnium, ſeu Gallus. Icaromenippus, ſiue Hypernephelus. Bis accuſatus, ſeu fora. De paraſito, ſiue quod ars ſit paraſitica. Anatharſis, ſeu de gymnaſijs. De luctu rhetorũ præceptor, Philopſeudes, ſiue incredulus. Hippias, ſeu balneum. Allocutio, ſeu Bacchis. Præfatio, ſeu Hercules Gallicus. De electro, ſeu cygnis. Muſcæ encomium. Sermo aduerſus indoctum librorum copia tumentem. De non temere credendo calumniæ. Pſeudologiſta, ſiue de apophrade, id eſt, die atro. De domo Macrobij. Patriæ encomion. De dipſadibus. Diſſertatio cum Heſiodo. Nauigium, ſeu vota. Tragopodagra. Ocypus. Dialogi meretricij quindecim. De morte peregrini. Fugitiui. Saturnalia, in quibus dialogus eſt ſacerdotis & Saturni: cui ſubnectitur Chronoſolon, id eſt, Saturnalium legumlator. Saturnales epiſtolæ 4. Sympoſium, vel Lapithæ. De Syria dea. Demoſthenis encomion. Deorum concilium. Cynicus pſeudologiſta. Philopatris, ſeu qui docetur. Charidemus, ſiue de pulchritudine. Nero, ſiue de foſſione Iſthmi. Palinurus. Virtus dea. Omnibus iſtis argumenta per Iacobum Mycillum præfixa ſunt in editione Latina Egenolphi. Vixit ſub Traiano Cæſare, & à canibus diſcerptus interijt.

Lucifer *Caralitanus epiſcopus, & e. cõtra Conſtantinum ſcripſit librum, eique legendum miſit, ac non multo poſt ſub Iuliano principe Caralas reuerſus, Valentiniano regnante obijt. Hieronymus. Luciferi Caralitani epiſcopi opera edita ſunt à Ioanne Tilio Lutetiæ in octauo, apud G. Morellij hæredes,* 1567.

Lucillius *poeta antiquus, Satyrarum apud Latinos author fuit, de quo multa leges apud Quintilianum. Gel. lib. 2. & Volat. lib. 17. Vrb. com. Floruit autem ſecundi belli Punici temporibus. Scripſit autem Satyrarum lib. 30. Epodos hymnos. Fragmenta eius impreſſa ſunt ab H. Steph. cum aliorum poetarum Lat. fragmentis.*

Lucillij *Græci poetæ epigrãmata quinq; leguntur in primo Florilegij libro, & in ſecũdo ſex ſupra centum, in ſexto & ſeptimo ſingula.*

Lucillius *Theon, & Sophocleus, Sophoclis interpretes, citantur ab Ambroſio Calepino in Endymione.*

Lucillus *Philaltheus, Simplicij commentaria in 8. libros Ariſtotelis Stagiritæ de phyſico auditu Latina fecit. Scotus impreſſit Venetijs, anno Domini 1543. Idem vertit Alexandri Aphrodiſiei commentarium in Ariſtotelis librum de Senſibus atque his quæ cadunt in ſenſum, vel de ſenſuum inſtrumentis, & ipſum quoque Ariſtotelis textum antea citra delectum verborum à multis in Latinum conuerſum, vt ipſe præfatur, de integro tranſtulit. Liber excuſus Venetijs, anno Domini 1544. in folio, apud Hieronymum Scotum. In præfatione de ſe ſcribit Lucillius hic, quod ſuperiori tempore multa nullo ſtyli delectu ediderit, & multos Ariſtotelis interpretes verterit impolito ſermone, & barbaris vbique admixtis vocabulis: nunc vero primum in hoc opere Latinitatem & elegantiam ad ipſius. Ciceronis imitationem ſe obſeruaſſe. Idem ſcripſit Conſiliorum tomos duos de grauiſſimis morbis. De methodo recitandi curas, ad vſum eorum, qui laurea Doct. inſigniri cupiunt. Promittit Theoricen & practicem medendi. Commentarios de prognoſticis Hippocratis.*

Lucillius *Tarrhæus Apollonij interpres, in miſcellan. Politiani citatur.*

Lucius *poſt Athanaſium Arianæ partis epiſcopus, ſolennes de paſcha epiſtolas ſcripſit, & paucos variarum hypotheſeon libellos. Hieron.*

Lucij *Papæ decreta, cum cæteris Pontificijs impreſſa.*

Lucius *epiſtolæ 4. apud Cyprianum autho, cum aliquot alijs coepiſcopis lib. 1.*

Lucius *quidam, in hiſtoriarum lectione vir diligens, ſcripſit hiſtoriam Tungrenſium lib. 1. Amandus Zierixcenſis.*

Lucius *Actius, vel vt alij Accius, vel Attius, Tragicus poeta citatur à Varrone, In Bruto, Philoctete, Carmine Priami, Tragœdijs. Item à Feſto in Amphitryone, Bacchis, Chryſippo, Diomede, Helenibus, Ione, Menalippo, Neoptolemo, Oenomao, Phinidis ſiue Phœniſſis, Añali. 27. A Nonio autem in Achille, Ægiſtho, Æneadis ſeu Decio, Agamemnonidibus, Alcmæone, Alpheſibæa, Andromeda, Andromache, Antemeridis. Antigona, Armorum iudicio, Aſtyanacte, Athamante, Atreo, Clytemnæſtra, Conciliatrice, Deiphobo, Demetrio, Dulorestе, Epigonis quæ fabula alibi male Erigona vel Erigone inſcribitur,* Ἐπιναυσίμαχα. *Euryſace, Ilione, Medea exule, Meleagro, Mirmidonibus, Nyctegreſia, Nyptra, Paride, Pelopidis, Pragmaticon libri, Prometheo, Putatoribus, Staſiaſtis, Telepho, Tereo, Thebaide, Troadibus.*

Lucius *Ælius, Gallus citatur à Varrone, & à Feſto lib. 1. & 2. ſignificationum verborum, quæ ad ius pertinent. Vide Ælius Gallus.*

Lucius *Afranius. Vide in A litera Afranius, nam quidam Lucium alij Marcum nominant.*

Lucij *Alexandrini epiſcopi, Arriani, ſermo dictus in Paſchate, citatur in Concilio Lateranenſi ſub Martino PP. I.*

L. Anneus *Seneca, Cordubenſis, philoſophus, ſcripſit multa, cuius quæ hodie extant omnia opera, per Deſiderium Eraſmum emendata ad vetuſtos codices, cum eiuſdem & Beati Rhenani ſcholijs, illius in bonam partem operis, huius in ludum de morte Claudij Cæſaris: Ioannes Hernagius excudit Baſileæ, anno 1537. Sunt autem hæc: Ad Ebutium de beneficentia lib. 6. De inſtitutione vitæ ad Lucilium lib. 21. Epiſtolæ 124. De diuina prouidentia, ad eundem lib. 1. De paupertate lib. 1. De remedijs fortuitorum ad Gallionem lib. 1. De ira ad Nouatum libr. 3. De Clementia ad Neronem libr. 2. De vita beata, ad Gallionem fratrem libr. 2. De tranquillitate vitæ ad Serenum libr. 2. De breuitate vitæ ad Paulinum lib. 1. De conſolatione fratris ad Polybium. De conſolatione ad Martiam liber. De conſolatione ad Albinam, ſiue Elbiam matrem lib. 1.*

lib. 1. naturalium quæſtionum lib. 7. declamationum lib. 10. complectentes per epitomen argumenta 74. Suaſoriarum & controuerſiarum lib. 6. in quibus Declamationes 35. de morte Claudij ludus nuper repertus, & elegantiſſimis beati Rhenani commentarijs enarratus. Oratio ad Neronem. Cæterum falſo Senecæ tribuuntur, de quatuor virtutibus moralibus liber 1. Epiſtolæ Senecæ ad Paulum, & Pauli ad Senecam. Mimi Publiani, cum alijs aliquot ſententijs. Intercidit magna pars Declamationum eius: item liber de terræmotu, quem ipſe citat in naturalibus quæſtionibus: Liber de copia. Libri complures de ritibus ſacrorum Ethnicorum: de ſtudijs moralibus liber 1. &, quod in ſapientem non cadat iniuria lib. 1. Item de matrimonio lib. 1. De ludis lib. 1. Claruit ſub Nerone, à quo interfectus eſt. Eius declamationes aliquot cum Rodolphi Agricolæ commentarijs, Bebelius excudit Baſileæ anno Domini 1529. Audio etiam alicubi extare librum Senecæ attributum de notis, ſiue arte ſcribendi per notas. Eius verò Tragœdiæ decem, impreſſæ Baſileæ apud Henric. Petri, anno 1529. & à Gryphio Lugduni, 1538. & Venetijs, cum commentarijs Gellij Bernardini Marmitæ, & Danielis Gaietani: quarum inſcriptiones ſunt: Hercules furens, Thyeſtes, Thebais, Hippolytus, Oedipus, Troas Medea, Agamemnon, Octauia, Hercules Oeteus. Quanquam alium à ſuperiore Seneca, harum autorem fuiſſe quidam ſuſpicantur. * Lucij Annæi Senecæ opera omnia, Cœlij ſecundi Curionis vigilantiſſima cura caſtigata, & in nouam prorſus faciem, nimirum propriam & ſuam nouiſſime notata. Folio Pariſijs.

Lucij ab Auaſafa verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Lucij Apulei Afri Madaurenſis philoſophi, Platonici opera, quæ extãt, excuſa Baſileæ apud H. Petri, 1533. ſunt hæc: metamorphoſeos, ſiue de aſino aureo lib. 11. Floridorum lib. 4. de dogmate Platonis lib. 1. de philoſophia lib. 1. de Deo Socratis lib. 1. Apologiæ, ſiue defenſionis magiæ pro ſeipſo orationes duæ. liber de mũdo ex illo verſus, qui Ariſtoteli tribuitur. Habetur etiamnum in Aldina editione Aſclepius, dialogus Mercurij Triſmegiſti Apuleio interprete, & Græcus liber Iſagogicus Platonicæ philoſophiæ. Scripſit præterea, quæ interciderunt, de Conuiuialibus quæſtionibus, de piſcibus, de gemitu animalium, epigrãmata, et Hermagoram. Petrus Crinitus alicubi teſtatur, cũ aliqua Platonis vertiſſe. L. Apulei liber de medicaminibus herbarum, impreſſus Tiguri; vide in Gabriele Humelbergio. Libellum etiam de Betonica, Apuleio adſcribunt: qui tamen à pleriſq; Antonio Muſæ tribuitur. Libri de aſino aureo ſeorſim excuſi ſunt Pariſijs apud Ioan. Paruum, 1510. & alibi cum Philippi Beroaldi commentarijs, argumenta in omnes Apul. lib. Raph. Volat. li. 13. Anthropologiæ ſuæ ſcripſit. L. Apuleius. In apologia meminit ſe libros de piſcibus Græce ſcripſiſſe & alios Latine: addit etiam, conſcribere ſe de particulis omnium animalium, deq; ſitu earũ, numero & cauſis. Fulgentius citat Apulei de Republ. lib. Eiuſdem de ſyllogiſmo categorico libellus editus eſt inter Caſſiodori orbem diſciplinarum à Sichardo. Baſileæ in 4.

Lucius Aquila allegatur apud Plin. lib. 2. Naturalis hiſtoriæ.

* L. Aretinus de Gotthico bello.

Lucius Aruntius, qui Græce de aſtris ſcripſit, citatur ab eodem lib. 18. Naturalis hiſtoriæ.

Lucius Atteius Capito ab eodem Plinio lib. 3. allegatur.

Lucij Bellantij Senen. phyſici liber de aſtrologica veritate, & in diſputationes Io. Pici aduerſus aſtrologos reſponſiones, impreſſæ, anno 1498. Florentiæ.

Lucij à Caſtragalba verba apud Cyprianum in ſententijs epiſc. de hæreticis baptizandis.

Lucius Cælius Arrianus medicus, ſcripſit celerum & tardarum paſſionum libros, qui nunc Cælij Aureliani nomine circumferuntur: vt V. CL. Adrianus Iunius aſſerit.

Lucius Cælius Antipater, ſcripſit libros Annalium, qui citantur ſæpe à Grammaticis Gellio, Nonio, Feſto, Macrobio, Chariſio: Meminere huius Cicero, Varro, Plinius. Refert autem Cicero ipſum ſcripſiſſe bellum Punicum ad Lælium.

L. Cælius Firmianus Lactantius, Arnobij rhetoris quondam auditor, ſcripſit de diuinis inſtitutionibus contra gentes lib. 1. De origine erroris lib. 1. De falſa ſapientia lib. 1. De vera ſapientia lib. 1. De iuſtitia ad Conſtantinum lib. 1. De vero cultu lib. 1. De beata vita lib. 1. De ira Dei ad Donatũ lib. 2. De opificio Dei, vel formatione hominis li. 1. ad Aſclepiadem lib. 2. de perſequutione lib. 1. epiſtolarum ad Probum lib. 4. epiſtolarum ad Seuerũ li. 2. Sympoſion hexametro verſu li. 1. epitomen librorum 7. de inſtitut. diuinis contra gentes li. 1. Grammaticus inſcriptus li. 1. de Paradiſo Elegiam, aliâs Phœnix lib. 1. Hodæporicon de Africa vſq; ad Nicomediam hexametris verſibus. ad Demetrianum auditorem ſuum epiſtolarũ li. 2. Eius opera impreſſa Venetijs, 1497. & Lugduni apud Gryphium, & Baſil. apud Cratandrum, 1532. & Coloniæ apud Petrum Quentel, 1544. Cæterum ex eius operibus hæc tantũ extant: diuinarum inſtitutionum lib. 7. de ira Dei lib. 1. de opificio Dei li. 1. epitome in libros ſuos, acephalos. Phœnix. carmen de paſcha, vel de die reſurrectionis Domini. carmen de paſſione Domini. In quæ omnia ſcripſit doctiſſimos cõmentarios Xyſtus Betuleius Auguſtanus. Liber de opificio Dei per Eraſmum recognitus, & ſcholijs illuſtratus, ſeorſim editus Baſileæ apud Frobenium, 1529. De erratis quibuſdam L. Cælij Lactantij, vide apud Fr. Floridum Sabinum lib. 2. cap. 4. Succiſiuarum lect. Claruit anno 320. Opera Lactantij excuſa ſunt Baſileæ in folio cum cõmentarijs Betulei: & Antuerpiæ à Plantino in 8. ſtudio Michaelis Thomaſij emendata, cum notis eiuſdem, & Græcarum vocum Latina interpretatione, 1570.

Lucius Calphurnius Piſo, qui primum legem repetundarum tulit, ſcripſit Annales, teſte Cicerone. Lucius Piſo citatur à Plin. 3. 8. 12. & sex ſequen

tibus.28.29.33.& 34. *Naturalis hiſtoriæ libro.*

* L.Charondæ, *corpus iuris ciuilis abſque gloſſis, cum annotationibus in margine adſcriptis, doctiſſimorum virorum. Fol. Antuerpiæ apud Plantinum,* 1579.

Lucij *Chriſtophori Bætiti, canonici Agrigentini, Lucubratio de numeralium nominum ratione quatenus ad elocutionem Latinam attinet. De viris Latinitate præclaris in Hiſpania natis. De quibuſdam ciuitatis Agrigentinæ antiquitatum enarrationibus, &c. Liber impreſſus.*

Lucius Cintius, *Alimentus, De comitijs. De conſulum poteſtate: Myſtagogicon: De officio Iuriſconſulti: De verbis priſcis, citatur à Sexto Pompeio.*

Lucius *Cintius, ſcripſit rerum Rom. hiſtorias, teſte Liuio.*

Lucij *Claudij Enſis de precatione Dominica lib.2. Oratio de laudibus ſacerdotij, Elegia in Lactoranæ vrbis commendationem.* ~~*Concertatio de formæ præſtantia puellarum Aueniononſium aduerſus Pariſianas.*~~ *Oratio pro Republica Carpentoractenſi. Tholoſæ Euſtachius Mareſchallus, anno* 1522.

Lucij *Cornelij Balbi epiſtolæ quædam ad Ciceronem, habentur cum epiſtolis ad Atticum libro 8. & 9.*

Lucius *Corn. Sylla, ſcripſit ad L. Lucullum rerum à ſe geſtarum commentarium.*

Lucius *Craßitius Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Paſides, mox Pauſa, commentario Smyrnæ edito maxime inclaruit. De quo Suetonius cap.17. De Gram. illuſt.*

Lucij *Craßi Romani oratoris pro Licinia virgine defenſio: Item laudatio Q. Cæpionis. Eiuſdem actiones in Cn. Domitium cenſorem collegam ſuũ: & in C. Carbonem. Horum omnium mentionem facit Cicero in Bruto.*

Lucij *Cuſpidij teſtamentum, & contractus venditionis antiquis Romanorum temporibus initus, vnà cum alijs vetuſtis monumentis, impreſſum Baſileæ.*

Lucij *Domitij Brutonij Conturſini Lucani, facetiarum exemplorumque lib.7. compoſiti Alphabeti ordine ſecundum capita (quorum 215.) impreſſi Romæ à Ia. Mazochio ternionibus 36. in folio. Eſt opus copioſum & varium multitudine exemplorum.*

Lucius *Faunus edidit librum de antiquitatibus vrbis Romæ, quas ab antiquis nouisq́ authoribus exceptas, ſumma breuitate ordineq́ diſpoſuit, Venetijs excudit Tramezinus, anno D. 1546. in 8. char.20. Idem Blondi Romam inſtauratam, Italiam illuſtratam, Romam triumphantem, in Italicum ſermonem conuertit.*

Lucij *Feneſtellæ de magiſtratibus ſacerdotijsque Romanorum libellus, excuſus Baſileæ apud Curionem & Bryllingerum, 1539. Item Coloniæ apud Eucharium Ceruicornum, 1538. Eſt autem Dominici Flocci Florentini, eiusq́ nomine tandem editus Antuerpiæ, in 8. apud Plantinum.*

Lucij *Feneſtellæ, qui Tiberij Cæſaris tempore vixit, meminit Plinius libro 33. cap.1. Plutarchus in vita Syllæ, A. Gellius & Vlpianus lib.1. ff. de officio Quæſtoris, tit.4. Fuit autem nobilis hiſtoriæ ſcriptor.*

Lucius *Florus, ſcripſit Titi Liuij hiſtoriarum ab vrbe condita epitomē ſecundum ſingulos libros: item rerum Romanarum ab vrbe condita ad Auguſti tempora lib.4. excuſ. Venetijs apud Aldum, cum Polybij hiſtoriarum libris quinq. Nic. Perotto interprete, 1521. & Argentorati apud Heruagium, 1528. cum annotationibus Ioan. Camertis, quibus commentarij vice in vniuerſam hiſtoriæ Romanæ ſyluam vti liceat: & rurſus ab eodem Baſileæ, cum Sexti Ruffi epitome hiſtoriæ Romanæ, 1532. item Coloniæ, 1537. apud Gymnicum.*

* L.Honorati *Draconis Nicæenſis in Senatu Pedemõtano ſenatoris, inſtitutionum Imperialium metrica epitome. 16. Lugduni, anno* 1581.

Lucius *Io. Scopa, Italus, edidit Grammaticam ſiue Collectanea grammatica, impreſſa Venetijs. Eiuſdem Spicilegium, ſiue Latinoitalicum dictionarium, in duas partes diuiſum, ibidem excuſum 1542. Item Collectanea in diuerſos autorum locos, impreſſa. Claruit anno 1512.*

Lucius *Iulius Cæſar citatur à Sexto Pomp.*

Lucij *Metelli Scipionis ſcripta citantur à Plinio libro Naturalis hiſtoriæ octauo.*

L.Iunius *Moderatus* Columella, *ſcripſit de vniuerſa re ruſtica lib. 13. Impreſſos Lugduni apud Gryphium, 1535. cum* Catonis, *Varronis & Palladij libris eiuſdem argumenti: item Baſileæ apud Heruagium.*

Lucius *Morineus, Siculus natione, ſcripſit de epiſcoporum redditunm computo lib.1. Et alia. Damianus à Goes.*

Lucius *Octacilius Pilitus, Pompeij Magni patrisq́ eius res geſtas deſcripſit. Huius vitam deſcribit Suetonius, de claris rhetor. cap.2.*

L.Luceij *Q. filij epiſtola ad* Cic. *lib.5. Familiarium* Cic. *epiſtolarum.*

Lucij *Pauli Roſelli, Flores legum.*

Lucij *Phoſphori epiſcopi Signini epiſtolæ leguntur lib.3. epiſtolarum Angeli Politiani.*

Lucius *Pius Coilli filius vnicus, Cæſaris Marci Antonini Veri authoritate Britãnis poſt mortẽ patris imperabat, ſcripſit ad Eleutherium Romanũ Pontificẽ, Pro induendo Chriſtianiſmo, epiſt.1. Pro catholicis doctoribus epiſt.1. Floruit 179. Balæus.*

Lucius *Pomponius in Decima citatur à Sexto. Pomp. Quære Pomponius.*

Lucius *Quintilius Varus citatur à Sexto Pompeio. L. Vari carmina quædam leguntur in Macrobij lib. Saturnaliorum.*

Lucius *Siſenna citatur à Sexto Pompeio. Citantur etiam paßim Siſennæ hiſtoriæ à Nonio.*

Lucius *Sylla Felix, ſcripſit libros rerum à ſe geſtarum, quorum ſecundum citat Gellius libro primo, cap.12.*

Lucius *Grammaticus, Tarrhæus, ex Tarrha Cretæ oppido, ſcripſit vt Stephanus de vrbibus re-*

*ferto*

ſpirituale, & preces, ab eodem Germanice reddita, 1571.

Ludouicus Bologninus, ſcripſit in legem 2. ff. vet. Si certum petatur. Et in 1. ff. noui. de acquir. poſſ. l. naturaliter. parag. nihil commune. Item in R. de acqui. rerum do. l. ea quæ ciuiliter. item in R. de oper. noui nunc. l. qui viam. & ibidem l. ſi finita. parag. Iulianus R. de dam. infec. Præterea edidit conſilia, de indulgentijs tam plenarijs quam ſimplicibus, interpretationum partes duas: de mutatione ſtatus eccleſiaſtum commentaria in conſtitutiones regni.

Ludouici Bonacioli Ferrarienſis medici, Enneas muliebris impreſſa eſt in Italia. Enneadis huius tria prima capita de vteri partiumq́ eius conſtructione, Argentinæ ſeparatim edita ſunt.

Ludouicus de Bononia, quædam ſcripſit de gentibus meridionalibus: Sigiſmundus Grym impreſſit Auguſtæ Vindel.

Ludouici Borbonij, Principis Condæi, Literæ ad Carolum IX. Galliæ regem, quibus eius fidem implorat, & imminens toti regno ob violatas pacis conditiones periculum denuntiat. Eiuſdem Teſtificatio cauſarum quæ eum arma ſumere coegerunt. Item Formula iuris iurandi quo omnes qui ſub ſe militabant, obſtrinxit. Acceſſere his Literæ Reginæ Nauarræ ad Regem Galliæ, Reginam Angliæ, & alios quoſdam principes, quibus iuſtas cauſas exponit, cur ſeſe principi Condæo iunxerit. Item Breuis narratio cædis in eundem Ludouic. Borbonium, ſumma cum perfidia & crudelitate perpetratæ, prælio inter vtranque aciem Gallicam commiſſo. Varia varijs linguis ſcripta in eundē epitaphia. Liber impreſſus in 8.

Ludouicus Brunus, Italus, ſcripſit carmine doctiſſimo de coronatione Maximiliani regis lib. 1. Claruit anno 1494.

Ludouicus Buccaferrei Bononienſis lectiones in quartum meteororum Ariſtotelis librum Venetijs, 1563. in fol. Eiuſdem in primum phyſicorū comment. ibidem. Item in libros de generatione & corruptione commentaria, à Io. Carolo Saraceno nunc primum caſtigata. Ibidem, 1571 fol.

Ludouicus Burcheſius, ſiue Burgeſius, Sen. ſcripſit in 1. ff. vet. de iudicijs. l. 1. & de arbitris, ibidem.

Ludouicus Cairlion, ſeu vrbis legionum, Britannus, aſtronomus peritus ac doctor in medicinis, ſcripſit De eclipſi Lunari ac Solari libr. 1. Tabulas eclipſium lib. 1. Canones eclipſium lib. 1. Tabulas vmbrarum lib. 1. Fragmenta aſtronomica lib. 1. Atq; alia. Claruit Londini, anno Dom. 1480. Robertus Recorde.

* Ludouicus Carbo ſcripſit de pacificatione & dilectione inimicorū iniuriarumq́ remiſſione cum appendice, de amore & concordia fraterna, in quarto Florentinæ anno 1583.

Ludouicus Carion Brugenſis collegit & reſtituit C. Saluſtij Criſpi hiſtoriarum libr. 6. Antuerpiæ anno Domini 1573. in octauo. * vna cum annotationibus & ſcholijs octauo. Eiuſdem in librum de orthographia Magni Aurelij Caſſiodori Senatoris I. C. emendatio & editio 8. Antuerpiæ. Itemque antiquarum lectionum commentarij III. 8. Antuerpiæ apud Plantinum.

Ludouicus Caronda I. C. Pariſienſis, ſcripſit ſuper 1. ff. noui in titul. ed verbor. oblig. ſcholia. De iuriſdictione & imperio. De reſtituenda & in artem redigenda iuris prudentia. Πιθανῶν ſiue veriſimilium lib. 3. Adnotationes in leges antiquas à Zapo collecta.

Ludouicus Carbo, Ferrarienſis, Gazæ diſcipulus, Ferrariæ Græcas & Latinas literas docuit, plurima cum ſoluta oratione tum verſu conſcripſit. Eius oratio de artibus liberalibus ad Leonellum Eſtenſem citatur à Gyraldo.

Ludouici Carrerij practica, in repetitione l. 2. C. quo. appella. non recipiant.

Ludouici Carreti epiſtola ad Iudæos, quæ inſcribitur liber viſorum diuinorum, qua eos ad reſipiſcentiam inuitat, validiſſimiſq́ rationibus Chriſtianam aſſerit veritatem. Impreſſa Pariſijs Hebraice & Latine in officina Vuecheli, 1554.

Ludouicus Caruaialus monachus, ſcripſit apologiam contra Eraſmum. Item Dulcorationem amarulentiarum Eraſmicæ reſponſionis, excuſam Pariſijs. Eiuſdem de reſtituta Theologia liber vnus. Coloniæ 1545. quarto.

Ludouicus Caſteluetrus Mutinenſis, excellens poeta, Latino & Italico carmine ſcripſit quædam de poetica, quæ tamen non ſunt publicata. Obijt in Rhetia, 1571.* Rhytmos Petrarchæ expoſuit Italice in 4. Baſileæ 1582. excuſos. Idem poeticam Ariſtotelis in linguam Italicam conuertit, expoſuit, & ſecundum autographum atq; mentem autoris emendauit. Italice Baſileæ excuſam 1582.

Ludouicus Cato Ferrarienſis I. C. ſcripſit ſuper primam Codicis, Familiæ erciſcundæ. l. filium quem habentem: & ſuper 2. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. l. 1 cum pro eo.

Ludouici Charenſij Toſetti Introductorium in artem medicam practicam lib. fol. 8. Docuit hic auctor publice Patauij practicam medicinam, ab anno D. 1520. vſq; ad annum 1539.

Ludouici Choronelli, Phiſicæ perſcrutationes. Lugduni.

Ludouici Clomari ſuper 2. ff. veteris de iureiurando. l. admonendi.

Ludouici Cœlij Rhodigini lectionum antiquarum lib. 30. recogniti ab auctore, atq; ita locupletati, vt tertia plus parte auctiores ſint redditi. impreſſi Baſileæ in officina Frobeniana, 1542. & 1551. Eiuſdem annotationes quædam in Ouidij metamorphoſin habentur impreſſæ.

Ludouicus Cœlius Calcagninus tranſtulit Ariſtotelis librum de coloribus, qui habetur impreſſus Baſileæ cum cæteris Ariſtotelis operibus Latinis. vide ſupra Cœl. Calcagninum.

Ludouicus Coradus de Auſtria, Mantuanus tranſtulit Philothei medici, quem alij Theophilum vocant, commentaria in aphoriſmos Hippocratis, excuſa 1549. Venetijs apud Cominum de Tridino in 8. chart. 12 & dimid. cum indice.

* Ludouici Daſeri illuſtriſſimi ducis Vuitebergenſi

Ludouicus *Hezer, ſcripſit libellum contra vſum imaginum in templis, latine, verum abſq; auctoris nomine editum. Idem Prophetas maiores atq; minores ex Hebræa in Germanicam linguam tranſtulit.*

Ludouici *Hilleſenij Andernaci, Oratio gratulatoria ad Reuerendum in Chriſto principem & Dominum, D. Salentinum electum archiepiſcopũ Colonienſem, Maternus Cholinus, Coloniæ,* 1568, *in octauo. Meditationes rerum diuinarum in Pſalmos quindecim. De cõſolatione iuſtorum libri tres. Item elegia de morte hominis iuſti conſolatoria. Ibidem* 1572. *duodecimo.* * *Ludouici Hilleſſenij Andernaci, monumenta ſacrarũ antiquitatum, patriarcharum, Regum, prophetarum, et virorum verè illuſtrium Veteris Teſtamenti, imaginibus ære inſculptis & elogijs apparata atq; inſcripta* 8. *Antuerpiæ apud Plantinum.*

Ludouicus *Kaerlion Britannus genere, theologus, mathematicus & philoſohus, compoſuit Lecturam Sententiarum lib.* 4. *Lecturam theologiæ lib.* 1. *De eclipſi Solis & Lunæ lib.* 1. *Tabulas eclipſium lib.* 1. *De tabulis vmbrarum lib.* 1. *Fragmenta aſtronomica lib.* 1. *Obijt an.* 1369. *Baleus.*

Ludouici *Lanæ Brixienſis, Iuriſconſulti clariſſimi, equitisq; aurati, Enchiridion de teſtamentorum formulis, in quo teſtamenti nuncupatiui, & in ſcriptis quod clauſum appellant, certiſſima norma traditur. Venet. apud Zilletum,* 1569. *in* 4.

Ludouici *Lazarelli poetæ Chriſtiani ad Ferdinandum regem dialogus, cui titulus Crater Hermetis, excuſus Pariſijs à Hen. Stephano.* 1505. *in* 4.

Ludouicus *Lauaterus, Tigurinus, Henrici Bullingeri ſoceri ſui de cœna Domini ſermones duos ex Germanica lingua in Latinam tranſtulit. Froſchouerus excudit Tiguri, an. D.* 1553. *Idem Procopij commentaria Græca in libros Regum* 1. 2. & 4. *item in primum Paralipomenon Latinitati donauit, cum reliquis Procopij commentarijs excuſa à Geſneris fratribus. Præterea ſcripſit, De ritibus & inſtitutis eccleſiæ Tigurinæ libellum, excuſum in* 8. *Hiſtoriam de origine & progreſſu controuerſiæ ſacramentariæ de cœna Domini, ab anno D.* 1524. *vſque ad annum* 1563. *deductam. Latine apud Froſchouerum in* 4. *Eadem hiſtoria locupletior prodijt Germanice Io. Stumpfio Interprete, in* 8. *De ſpectris, Lemuribus, & magnis atque inſolitis fragoribus, varijſque præſagitionibus, quæ plerunque obitum hominum, magnas clades, mutationéſque imperiorum præcedunt: lib. Germ. editum Tiguri apud Froſchouerum, & Latine Geneuæ apud Io. Criſpinum.* * *Idem liber conuerſus eſt in linguam quoq; Gallicam & Italicam. Cometarum catalogum, excuſum Tiguri apud Geſnerum. De peſtilentia conciones* 2. *in quibus oſtenditur vnde ſit peſtis, & quare immittatur, item quo pacto ſe gerere debeant qui illo morbo corripiantur. Germ. Acceſſit Cypriani ſermo de mortalitate vel peſte in linguam Germanicam ab eodem conuerſus. De caritate annonæ & fame conciones* 3. *quæ & Germanice editæ ſunt, & in Latinam linguam conuerſæ, & commentarijs in Ezechielem inſertæ, ſed ordine aliquantum mutato. Commentarios in Prouerbia Salomonis, excuſos à Froſchouero, in quarto & in folio. Cõmentarios in librum Ioſue ab eodem excu. in* 4. & *in folio. Homilias ſiue commentarios in Ezechielem prophetam, Geneuæ apud Io. Criſpinum, in folio. In primum & ſecundum librum Paralipomenon commentaria, additis tabulis genealogiarum. Tiguri,* 1572. *in folio. Henrici Bullingeri Homilias in Apocalypſim in linguam Germanicam conuertit. excuſas in folio & in* 8. *Item tractatum Bullingeri ſuper hæc verba* 14. *cap Ioannis, In domo patris mei manſiones multæ ſunt, &c.* * *Scripſit adhæc concionem de fide Iobi, quæ Germanice excuſa eſt Tiguri in* 8. *aliam de patientia, ex* 5. *cap. epiſtolæ Iacobi, quæ ibidem eſt impreſſa. Vitam Henrici Bullingeri Germanicè euulgauit, cui addita eſt Refutatio Ioſiæ Simleri calumniarum Iacobi Andreæ, contra reſponſionem miniſtrorum eccleſiæ Tigurinæ editarum, à Lauatero conuerſa in linguam Germanicam. Explicationem in octo proſtrema capita commentarijs Petri Martyris in Geneſim additam. Eiuſdem in Iobum* 141. *homiliæ Germanicæ in folio publicè extant. Apologiam miniſtrorum eccleſiæ Tigurinæ contra Iacobum Smidelinum ex Latina in Germanicam linguam conuertit. Vitam Conradi Pellicani edidit in fol. vt operibus ipſius adiungi poßit. Librum Ruth* 28. *homilijs expoſuit Latinè quæ in linguã Italicam verſæ ſunt à Ioanne Martio. Librum Heſter* 47. *homilijs expoſitũ edidit Germanicè omnia impreſſa ſunt apud Froſchouerum Tiguri. Floret adhuc Tiguri, & aßidue in explicatione ſacrarũ literarũ laborat.*

Ludouici *Lopadij rudimenta Græca linguæ, impreſſa Baſileæ.*

* Ludouici *Maiorani Clypeus militantis eccleſiæ, ſeu de vero Dei cultu, lib.* 3. 8. *Antuer. Eiuſdem oratio, ad Patres in cõcilio Triden.* 4. *Dilingæ,* 1563.

* Ludouici *Marmellij liber tertius ſeu volumẽ ſecundum primæ partis deſcriptionis Africæ generalis, Granati* 1573. *Hiſpanicè.*

Ludouicus *Maſurius Neruius tranſtulit in carmen Gallicum libros quatuor priores Æneidos Vergilianæ, quibus addidit Poematium Latinũ de Exilio ſuo à Galliarũ finibus. Pariſijs, Carolus Langelier,* 1554. *Babylon, ſiue Babylonicæ tyrannidis euerſio, ex Gallico in Latinum ſermonem conuerſa. Geneuæ,* 1569 *in* 4. * *Eius poemata ſecundò edita ab authore ipſo recognita, & nouis aucta* 16. *Baſi.* 1579.

Ludouici *Milichij Poema de concilio Deorũ, in quo diſputãt cur tã pauci homines ſeneſcãt: in* 4.

Ludouici *Montalti de reprobatione ſententiæ Pilati.*

Ludouici *Mariæ Sfortiæ ducis epiſtola ad Politianum, lib.* 11. *Politiani epiſtolarum habetur.*

* Ludouici *de Molina de Hiſpanorum primogenijs lib.* 4. *Cõpluti Andreas de Angulo* 1573. *tom.* 11.

Ludouici *Nogarolæ comitis cum Hieronymo Fracaſtorio dialogus de Nili incremento, excuſus Venetijs apud Vincentium Valgriſium, anno Do.* 1552. *in quarto, chartis* 10. & *dimid. Idem Platonicas quæ-*

Digitized by Google

ſcribitur. Index balneorum S. Pancratij Vallis Tranſcherianæ agri Bergomatis, impreſſus Venetijs à Iuntis, anno D. 1553. cum diuerſorum authorum ſcriptis de balneis.

* Ludouici Zanti Parmenſis, & Ludouici Lanæ Brixenſis, I. C. reſponſa ſiue conſilia ad nobilem, & in foro frequentem, Teſtamentorum materiam, octauo, Coloniæ Agripinæ, apud Theodorum Baumium.

Luitperti Moguntinenſis archiepiſcopi epiſtola ad Ludouicum Imperatorem extat in catalogo teſtium veritatis.

Luitprandi Ticinenſis eccleſiæ Leuitæ, rerum ab Europæ Imperatoribus ac regibus geſtarum libri 6. excuſi Pariſijs, & Baſileæ 1532. Quidam hunc Lintbrandum nominant.

Lupercus Berytius, grammaticus, ſcripſit de Atticis dictionibus, quæ Suidæ dictionario inſertæ ſunt. Floruit paulò ante tempora Claudij ſecundi Cæſaris & alia multa edidit, quæ Suidas enumerat.

Lupoldus de Bebenberg, epiſcopus Bambergenſis, edidit librum de Germanorum veterum principum zelo & feruore in Chriſtianam religionem, Deique miniſtros, ad Rodolphum ducem Saxoniæ: excuſum Baſileæ 1497. apud Ioannem Bergman de Olpe & Pariſijs 1540. item librum de translatione imperij, excuſum. Inuenio etiam citari librum eius De iuribus imperij, quem eundem cum priori arbitror. Claruit anno 1340.

Lupoldi Buſſij Explicatio Pſalmi 147. Germanica. Francofurti 1568.

Lupoldi Secundi titulotenus Auſtriæ ducis fragmentum, de initijs principum Auſtriæ ſiue Marchionum Orientalium, vſq. ad patrem ſuum Heinricum, primum ſcilicet Auſtriæ ducem, extat Viennæ Auſtriæ apud Vuolfg. Lazium.

Lupus de Olueto, Hiſpanus, ſcripſit ex dictis ſancti Hieronymi regulam ordinis ſui lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. & quædam alia. Claruit anno Do. milleſimo quadringenteſimo vigeſimo.

Lupus quiſpiam ex homilia Hieronymo attributa de obſeruatione vigiliarum, bonam partẽ tranſcripſit in regulam monachorum, &c. Eraſm. Roterodam.

Lupus Seruatus presbyter, ad quem Rabanus abbas Fuldenſis octo libros in epiſtolam Pauli Apoſtoli ad Romanos ſcripſiſſe legitur, ſcripſi de tribus quæſtionibus lib. 1. & quaſdam epiſtolas. Vixit anno D. 850.

Lyceas Naucratites, ſcripſit Ægyptiaca. Athenæus. Lyceas citatur à Plinio lib. 36. Nat. hiſt.

Lycenen quendam ſcripſiſſe de piſcibus Apuleius memorat: niſi fortè nomen deprauatum eſt.

Lycis, ſiue Lycus, perſtringitur vt frigidus poeta ab Ariſtophane.

Lycon Iaſenſis de Pythagora, citatur ab Athenæo.

Lycophron Chalcidenſis ex Eubœa, filius Ariclis: adoptione verò Lyci Rhegini, grammaticus, & poeta tragicus, vnus de ſeptem qui Pleias appellantur. Tragœdiæ eius ſunt, Æolus, Andromeda, Aletes, Æolides, Elephenor, Hercules, Supplices, Hyppolytus, Caſſandris, Laius, Marathonij, Nauplius, Oedipus prior & poſterior, Orphanus, Proteus, Pelopidæ, Socij, Telegonus, Chryſippus. Ex his diaſceue ſeu hiſtorica narratio eſt Nauplius. Scripſit & Alexandram obſcurum illud poema. Suidas. Porrò Laertius refert ipſum quoque ſcripſiſſe Satyram Menedemum inſcriptam in qua Menedemum philoſophum laudat. Athenæus citat Lycophronis Drama Satyricum, & librum de Comœdia. Ex huius fabulis noſtra ætate publicè extat Alexandra. * Lycophron Chalcidenſis Grammaticus & poeta Tragicus, cum commentarijs, in quarto manuſcriptus in bibliotheca Impreſ. Viennæ ... tragedia, Alexandra inſcripta, & in eam Iſacij Tzezis fratris Ioannis commentarij copioſi, in fol. M.S. bib. Imp. Viennæ.

Lycurgus Lycophronis F. Athenienſis, vnus è decem oratoribus, ſcripſit orationes quindecim, vt perhibent: harum inſcriptiones apud Suidam hæ ſunt: contra Ariſtogitonem, contra Autolycum, contra Leocratem, contra Lycophronem duæ, contra Paſielem, contra Menæchmum (hunc Plutarchus Meneſæchmum nominat. Pollux verò citat orationem contra Meneſemnum) contra Demadem: Apologia aduerſus eundem: pro relatis rationibus: aduerſus Pſelyriam: aduerſus oracula, de vectigalibus, de religione, de ſacerdotio. Scripſit etiam epiſtolas & quædam alia.

Lycus, qui & Butheras, Rheginus, hiſtoricus, pater Lycophronis tragici, ſub Alexandri ſucceſſoribus vixit, inſidijs appetitus Demetrij Phalerei. Scripſit hiſtoriam Lybiæ, & de Sicilia. Suidas. Idem ſcribit Lycophronem huius Lyci adoptiuum tantum filium fuiſſe. Citatur à Stephano Lycus ἐν τῷ περὶ Ἀλεξάνδρου.

Lyci medici fragmentum de cataplaſmatis cum alijs, tum eo quod ex fermento fit, extat apud Ætium.

Lydij Catti Rauennatis poetæ opera, impreſſa Romæ opinor.

Lynceus Samius Grammaticus memoratur à Suida. Athenæus citat eius Ægyptiaca, Apomnemoneumata Apophtegmata, epiſtolam ad Diagoram, Centaurum, obſonatricem artem, de Menandro.

Lyſaniæ liber de ſcriptoribus Iamborum, citatur ab Athenæo.

Lyſias Cephali Syracuſani filius, Athenienſis, vnus è decem oratoribus, orationes fertur ſcripſiſſe, 325. ex his autem legitimas eſſe ducentas triginta. Plutarchus ex Dionyſij & Cecilij authoritate aſſerit. Suidas 300. eius orationes germanas eſſe perhibet. Scripſit præterea præcepta dicendi, laudationes & oratione funebres, & Socratis apologiam, & epiſtolas ſeptem, vnam pragmaticã, reliquas amatorias.

Lyſimachi ... citat Athenæus.

Lyſimachi hiſtorici fragmentum de Iudæis legitur libro 1. Ioſephi contra Appionem. Lyſimachum

*menta quædam extant cum Abſyrto. De hoc Athenæus ſcribit, quod terram continentem ter obiuerit, ſola farina ſicca ſine potu victitans.*

Mago *Afer, ſcripſit Phœnicum lingua Geor. lib.29. quos deinde Caſsius Dionyſius Vticenſis in Græcam linguam transferens, Sextilio prætori miſit. Eoſdem in ſex libros contraxit Diophanes Bythynus, & ad Deiotarum regem miſit. Magonis ſcripta citantur à Plinio 23. & quatuor deinceps libris naturalis hiſtoriæ.*

Mahazer *quidam medicus Arabs à Ioanne Serapione citatur.*

Mehomet, *aliâs Mahumet, apud Græcos Μωάμεθ, ſcripſit Alcoranum, quo velut authentico legũ diuinarum codice Agareni & Turcæ, aliiq; Chriſto aduerſantes populi reguntur. Habetur etiam apud Chriſtianos, Arabicè ſcriptus, & Baſileæ excuſus eſt in Latinam linguam transfuſus, cum refutationibus diuerſorum ſcriptorum, &c. apud Ioan. Oporinum, anno* 1542.

Mahometis *Magni Turcarum imperatoris, epiſtolæ ad diuerſos, Syriaca, Græca & Scythica lingua conſcriptæ, perq; Landinum equitem Hieroſolymitanum Latinitati donatæ, excuſæ ſunt Baſileæ cum epiſtolis Symmachi à Frobenio, & in farragine epiſtolarum Laconicarum à Ioanne Oporino.*

Mahometis *Aracenſis, qui & Albategnius nominatur, liber de motu ſtellarum, ex obſeruationibus tum proprijs, tum Ptolemæi, cum demonſtrationibus & additionibus Ioannis Regiomontani, excuſus eſt Norimbergæ à Petreio,* 1537.

Maiduldus *Scotus, ſcripſit de Paſchæ obſeruatione. Claruit* 690.

Maior *Arabius, ſophiſta, ſcripſit de ſtatibus libros* 13. *Suidas.*

Maioriani *Salentini epitaphia in Argyropolum & Beſſarionem, item Laſcaris è Græco conuerſum, leguntur in imaginibus Pauli Iouij.*

D. Maioriani *A. legum nouellarum liber, impreſſus Baſileæ cum Codice Theodoſij, anno Domini,* 1528.

Malachi, *vt ſcribunt Hebræi, vel Malachiæ prophetæ capita quatuor extant in veteri Teſtamento. Citatur ab Euangeliſtis in teſtimonium veritatis. Oſtendit enim quam inutiles fuerint ſacerdotes legales, ducitq; nos ad vnicum illum & verum ſacerdotem Chriſtum. Vide Epiphanium in vitis Prophetarum.*

Malachias *celebs, epiſcopus Coneretbenſis, ſcripſit inſtitutorum communium librum vnum. Legum cœlibatus lib.1. Nouarum traditionum lib.1. Ad D. Bernardum epiſtolas plures. Obijt anno Domini* 1148. *Baleus.*

Malachiæ *Hibernici, ordinis minorum, libellus ſeptem peccatorum mortalium venena, eorumq; remedia deſcribens, excuſus eſt Pariſijs. Conciones. Vixit anno* 1310.

Malacus *ſcripſit de finibus Siphniorum. Athen.*

Malchion *Antiochenæ eccleſiæ presbyter, ſcripſit contra Paulum Samoſatanum, & epiſtolam grandem ex perſona ſynodi ad Dionyſium Papam. Claruit* 270.

Malchus *Byzantius ſophiſta, ſcripſit hiſtoriã à regno Conſtantini ad Anaſtaſium vſque, &c. Vide Suidam.*

Malcolmus *ſecundus Scotorum rex, condidit leges municipiales lib.1. Ab aulicis quibuſdam nocte trucidatus fuit, anno Domini* 1040. *Baleus.*

Mallius *vel Mamilius vel Manilius vel Manlius citatur aliquoties à Varrone in libris de lingua Latina.*

Mallius *citatur à Macrobio lib.1. Satur.*

* Mamerani *Lucenburgenſis (neſcio an Henrici an vero Nicolai) confeſsio delictorum vocalis ſeu priuata ad aures ſacerdotis anno Domini* 1555. *in octauo. Eiuſdem de cauſa calamitatum huius temporis edidit,* 1546.

Mamertini *gratiarum actio de conſulatu ſuo Iuliano Imperatori, item Panegyricus Maximiano auguſto dictus, in quo Diocletiani quoq; laudes continentur, qui cum Maximiano imperauit. Eiuſdem genethliacus Maximiani Aug. in eius natali dictus, in quo rurſus multa ſunt in Diocletiani laudem, excuſa ſunt Baſileæ apud Io. Frob.* 1528. *cum multis aliorum Panegyricis.*

Mammotrectus *ſuper terminos bibliorum.*

Manæchmus *Alopeconneſius, philoſophus, Platonicus, ſcripſit philoſophica, & in Platonis rempublicam lib.3.*

Manechmus *Sycionius, Alcibij ſiue Alcibiadis filius, hiſtoricus, fuit ſub ſucceſſoribus Alexandri, ſcripſit hiſtoriam Alexandri Magni. Suidas.*

Manaethos *Mendes, ſacerdos Ægypti ſcripſit quomodo præparanda ſint cyphi, id eſt, ſuffumigia. Suidas.*

Manaethos *ex Dioſpoli Ægypti aut Sebennita, ſcripſit phyſiologica apoteleſmatica verſibus, & alia quædam aſtronomica. Suidas apud quem inſcribitur* μάνεθως: *aliâs Manethon ſine diphthongo. Manethonis Apoteleſmaticus liber extat Græce, alicubi in Italia. Manethonis ſacerdotis Ægyptiorum de regibus Ægyptiorum libellus anguſtior charta dimidia: impreſſ. Baſileæ cum Myrſilo, Beroſo, &c. Multa de hoc ſcriptore, & fragmenta aliqua ex Ægyptiacis ipſius libris, vide apud Ioſephum lib.1. contra Appionem. Manethonis ſupplementa ad Beroſum cum Io. Annij commentarijs. excuſa ſunt Antuerpiæ anno* 1553. *apud Io. Steel. Manethos Sebennites citatur à Plutarcho in de Iſide: item à Porphyrio de Abſt anim.* ἐν τῷ περὶ ἀρχαϊσμοῦ καὶ εὐσεβείας. *A Laertio in naturalium epitome. Manethonis apoteleſmatica carmine ſcripta extare dicuntur in Florentina bibliotheca.*

Manaſſe *quidam Chronica Græca conſcripſit, quæ Venet. manuſ. extant. Manaſſe Cyri Conſtantini Synopſis, vel hiſtoria Chronica politicis ſcripta verſibus, extat Græce Romæ, & apud Dieg. Hurtadum Venet. Eandem in linguam Latinam conuerſit & edita eſt à Io. Leuuenklaio. Vide Conſtantinum Manaſſem.*

Mandagoti *cuiuſdam iuriſperiti liber de Electionibus*

*[illegible]zmibus, impreſſus.*

Manes *à quo Manichæorum hæreſis nomen ac cepit, Cubricus alio nomine appellatus, quatuor libros ſuis ſectatoribus tradidit, quorum vnum Myſteria, alterum Euangelium: tertium Theſaurum: poſtremum Capita nominauit. Tradunt autem hos libros nõ ab ipſo Manete conſcriptos eſſe, ſed à Budda qui & Terebinthus nominatus eſt.*

Manetho, *vide ſuperius Manethos.*

Manichæi *epiſtola ad Marcellum, extat in Epiphanij Panarijs.*

Manilius *Antiochenus, Vide Marcus Manilius.*

Manilij *Index fabularum Plauti citatur à Gellio lib. 3. cap. 3.*

Manilius *Senator, maximis nobilis doctrinis doctore nullo, laudatur à Plinio.*

Manilius *Creſtus de hymnis deorum, citatur à Fulgentio de antiqu. verb. interp.*

Manilius *Rhallus Cretenſium epiſcopus factus à Leone* X. *Papa, carmine Latino & Græco complura ſcripſit.*

Manilius *Sura, citatur à Plinio* 8. 10. 17. 18. *&* 19. *lib. Naturalis hiſtoriæ.*

+ * Manſuerij I.C. *Galli practica Forenſis in* 8. *anno* 1546. *Pariſijs.*

Manthaneus *epiſtolæ* 2. *apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiſcopis lib.* 1.

Mantias *medicus Herophili ſectator, pharmaca plurima ſcripſit, & libros* περὶ τῶν κατὰ ἰατρεῖον, *ſiue de officina medici. Galenus.*

Manuel *Bryennius, ſcripſit harmonicorum libros* 3 *qui extant Venetijs apud D. Hurtadum.*

Manuel *Caleca ſcripſit librum Græcũ, quo continentur ſcripturæ cõcordes. Item de fide, ſeu de principijs catholicæ fidei iuxta traditionem diuinæ ſcripturæ & catholicorum eccleſiæ doctorum.*

Manuelis *Chryſoloræ Erotemata, id eſt, Grãmatica Græca, impreſ. Argent. apud Knoblau.* 1516. *& Pariſijs apud Wechelum, cum Latina verſione è regione. Eiuſdem epiſtolæ Græcæ extant in bibliotheca Medicum Florẽtiæ. Liber Græcus de antiqua & noua Roma, alicubi in Italia ſeruatur.*

Manuelis *Comneni aſtronomica varia, ſeruantur in Vaticana bibliotheca.*

Manuelis *Cretenſis in imagines Philoſtrati* ὑπομνήματα, *& in alium quendam ſimiliter. Item ſchedia ſummi philoſophorum latent in Italia.*

Manuelis *Moſchopuli eclogæ Atticarum dictionum, ſiue elegantiæ Atticæ, excuſæ Venetijs ab Aldo. Item Grammaticæ Græcæ methodus, Baſileæ apud Walderum* 1549. *cum duobus libris Grammaticæ Gazæ. De conſtructione nominum ac verborum, & de accentibus: liber impreſſus Venetijs.* 1527. *Eius item commentarij in Heſiodi opera & dies, impreſſi Venetijs cum Procli commentarijs in eadem, &c.* 1537. *apud Ioan. Franciſcum Trincauellum. Protoſchedia Moſchopuli, extant Græce alicubi in Italia. Collectanea vocabulorũ iuxta ordinem alphabeti, ex imaginibus Philoſtrati, ibidem extant. Commentatio in quadranguli inuentionem, ſeruatur in bibliotheca Diegi Hurtadi Venetijs. Synopſis eius in vitam Euripidis, & commentatiuncula de idolo, impreſſæ ſunt ab initio Græci Euripidis. Eius libellus de ratione examinandæ conſtructionis, excuſus eſt Pariſijs in officina Roberti Stephani. Emanuelis Moſchopuli liber* περὶ προσῳδίας *in bibliotheca Ioannis Sambuci. * Et in bliotheca Imp. Viennæ Auſtriæ, cum hic liber, tum alij eiuſdem libri in* 4. *manuſcript. Extant præterea Moſchopuli, d[e] dialectis doctrina, præpoſita introductione aliqua grammatica, & adnexo Ariſtotele de virtutibus in quarto. Manuſcript. bibliot. Imp. Viennæ. Moſcopuli Erotemata dialectica in quarto. Eiuſdem ſchedia in quarto. Manuſcr. bibl. Imperat. Viennæ. Sophoclis Aiax flagellifer,* Electra *cum ſcholijs Moſcopuli in quarto, manuſcript. bibliotheca Imperat. Viennæ. Moſchopuli Canones aliquot in quarto. Ms. bib. Imperat. Viennæ.*

Manuelis *Palæologi Imperatoris in Gallia peregrinantis, ſermo apologeticus per capita* 156. *ad Latinum quendam Pariſijs agentem, qui in figura ſyllogiſmi ad eum ſcripſerat: quibus oſtendit Manuels quod ſyllogiſmus eius phyſicus ſit, & à modo theologis obſeruato alienus. Græce ſeruatur Romæ in Vaticana. Eiuſdem epiſtolæ, ibidem.*

Maphæus *Vegius, patria Laudenſis, ſcripſit de perſeuerantia lib. 7. In Pſalmos pœnitentiales lib.* 1. *In laudibus diuæ Monychæ matris D. Auguſtini lib.* 1. *Epigrammata plura lib.* 1. *De re militari. Dialogum qui dicitur Philalethes, id eſt, de amore veritatis: Epiſtolas multas. Æneidi Vergilianæ librum decimumtertium addidit, qui vnà cum reliquis Vergilij libris imprimi ſolet. Liber hymnorum ab eo ſcriptus, excuſus eſt, vt puto. De educatione puerorum & claris eorum moribus. lib. 6. per capita diuiſi, impreſſi Baſileæ apud Rob. Winter, anno* 1541. *cũ L. Vitruuij Roſcij & aliorum eiuſdem argumenti opuſculis. Eiuſdem liber de ſignificatione verborum in iure ciuili, excuſus eſt Vincentiæ* 2477. *Claruit anno* 1430.

Marbodus *Britannus, Epiſcopus Redonenſis in Armorica Britannia, bonarum literarum magiſter eruditus erat. Qui, vt teſtis eſt Gyraldus Cambrienſis li. 4. cap. 16. Eccleſiaſtici ſpeculi, colores rhetoricos tam verborum quam ſententiarum exornationes verſibus egregijs declarauit. Hic ſcripſit Epigrammata ſententioſa lib.* 1. *Paſſionem Thebeorum metrice lib.* 1 *In Cantica canticorum lib.* 1. *De lapidibus & gemmis lib.* 1. *Iſtum inter poetas numerat Lilius Gyraldus, quod hexametris verſibus plura ediderit. Claruit anno Domini* 1150. *Ioan. Baleus. Vide Merboldus.*

Marcellinus *Brigantius, homo Anglus, Suithberti vitam ſcripſit librum vnum. Claruit anno* 780. *Baleus.*

Marcellini *Papæ decreta, cum reliquis pontificijs, impreſſa Coloniæ. Epiſtolæ eius duæ, cum recognitionibus Clementis habentur.*

Marcellini *epiſtola ad D. Auguſtinum, qua de certitudine fidei Chriſtianæ dubius inquirit, extat cum D. Auguſtini epiſtolis, numero quarta.*

+ vide Manoldi, ord. S. Francisci: summam Juris secundum Alphabetum in membr. MS.

Digitized by Google

Marcellini commentarios Græcos in Hermogenem de ſtatibus, Aldus excudit Venetijs, cum aliorum commentarijs in eiuſdem Hermogenis opera. Lucubratio Marcellini de vita Thucydidis, & orationis eius forma, impreſſa ab initio Thucydidis Græci, vide Ammianus Marcell.

Marcellini Comitis V.C. Chronicon, quod rerum Orientalium in eccleſia geſtarum hiſtoriam vſque ad Iuſtiniani tempora ab Euſebio & Hieronymo proſequitur. Pariſijs excudit Wechelus, anno D. 1546. in 8. chartis 4. Omnino hic author alius eſt ab Ammiano Marcellino, quippe qui ferè 200. annis poſt illum vixit.

Marcelli Papæ decreta, cum cæteris pontificijs impreſſa Coloniæ. Epiſtola eius vnà cum recognitionibus Clementis, impreſſa eſt Baſileæ.

Marcelli epiſtola ad Ciceronem, legitur lib. 4. Familiarium Ciceronis epiſtolarum.

Marcellus I. C. antiquus, notas ſcripſit in Iulianum.

Marcellus epiſtolæ 4. apud Cyprianum autor, cum aliquot alijs coepiſcopis lib. 1.

Marcelli epiſtolæ duæ ad Manichæum, & fides eiuſdem, in Latina Baſilienſi editione operum Epiphanij, extat.

Marcellus Bonus, collegit Gloſſas ſuper ſacris conſtitutionibus regni Siciliæ, ac ſuper ritibus magnæ curiæ vicariæ: & ſingularia, 151. ſuper ff. & Cod. Lugduni, 1556. in octauo.

Marcelli Donati, Mantuani, medici philoſophi & equitis, tractatus de variolis & morbillis à nullo antea editus. Eiuſdem de radice purgante, quã Mechiocan vocant. Mantuæ apud Philoponos fratres, 1568. quarto.

Marcellus Pergamenus rhetor librum edidit, qui inſcribitur Adrianus, aut de regno. Suidas.

Marcellus Sidites medicus ſub M. Antonio, ſcripſit verſibus heroicis libros medicos 42. Suidas. Eius liber de piſcibus, heroicis verſibus 196. in Strozæ bibliotheca extat.

Marcelli medici fragmentum de lycanthropia, extat in libris Aetij.

Marcelli de medicamentis empiricis, phyſicis, ac rationabilibus, à capite ad pedes, liber ante 1200. plus minus annos ſcriptus, Baſileæ prodijt ex officina Frobeniana 1536. ex emendationibus Iani Cornarij, adiectis aliquot Galeni libris, per eundem Ianum Cornarium Latinitate donatis, Marcelli Empirici liber cum alijs medicorum ſcriptis editus eſt ab Hen. Stephano.

Marcellus Ancyranus epiſcopus, ſub Conſtante & Conſtantino principibus floruit, multaq; diuerſarum hypotheſeon ſcripſit volumina, & maximè aduerſum Arianos. Feruntur contra hunc Aſterij et Apollinarij libri, Sabellianæ eum hæreſis arguentes. D. Hieronymus.

Marcellus, Marci vrbis Romæ præfecti filius, Symonis Magi quondam diſcipulus, ſcripſit rogantibus Chriſtianis, De conflictu Petri & Simonis lib. 1. Ad ſanctos Nereum & Achilleum lib. 1. De actibus Petri & Pauli lib. 1. De artibus Simonis lib. 1. De obitu ſanctæ Petronellæ lib. 1. De paſſione ſanctæ Fœliculæ lib. 1. De paſſione S. Nicomedis lib. 1. Alia quoq; de ſanctorum geſtis edidit. Claruit anno Domini 50.

Marcerius Anglus, hiſtoriographus non contemnendus, ſcripſit Chronicorum opus lib. 1. De iſto Ioannes Baconthorpius ſcribit in prologo quarti libri ſententiarum, quæſt. 10. Io. Baleus.

Marchos quidam chymicus ſcriptor citatur à Seniore Zadith.

Marculphus monachus collegit formulas contractuum & actionum ſecundum leges Romanas, Gothicam & Salicam. quæ in quibuſdam antiquis Galliæ bibliothecis extant.

Marcelli Palingenij Stellati poetæ Zodiacus vitæ, hoc eſt, de hominis vita, ſtudio ac moribus optime inſtituendis lib. 12. opus mirè eruditum, planeq; philoſophicum, primum in Italia, deinde Baſileæ excuſum, 1537. apud Rob. Winter.

Marcellus Vergilius, Secretarius Florentinus, Ped. Dioſcoridis de medica materia lib. 5. & vnum de venenis Latinos fecit, & commentarios item doctiſſimos adiecit. Ioan. Soter excudit Coloniæ 1529. adiecto etiam Græco textu è regione Latinæ verſionis, & ſeorſim ſubiuncto Hermolai Barbari corollario. Tranſlatio hæc ſeorſim quoque excuſa eſt Venetijs, & alibi. Eiuſdem de militiæ laudibus oratio, dicta Florentiæ: Ioan. Frobenius excudit Baſileæ anno 1518.

Marcelli à Lama verba apud Cyprianũ, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Marciani, vide Martiani.

Marcionis hæretici Euangelium, in Epiphanij de hæreſibus lib. 1. tomo 3.

Marcion Smyrnæus de ſimplicibus affectibus ſcripſit, teſte Plinio.

Marcocus Taniolenſis, numeratur inter illos ſcriptores, ex quorum libris exempla ſua Baptiſta Fulgoſius collegit.

Marci Tribuni plebis oratio ad plebem, impreſſa Pariſijs cum Salluſtio, commentarijs illuſtrata, apud Aſcenſium.

Marcus Euangeliſta, diſcipulus & interpres Petri, iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus, breue ſcripſit Euangelium, &c. plura apud D. Hieron. Sophronij de Euangeliſtarum vita interpretem. Eius Euangelium, iuxta Suidam, titulos habet 48. cap. 36. Eius vitam ex probatioribus authoribus collectam deſcripſit Theodorus Bibliander, vnà cum Proteuangelio D. Iacobi editum Baſileæ, 1551. Tradunt D. Marcum ſcripſiſſe Barnabæ apoſtoli vitam, quam Beda è Græco in Latinum tranſtulerit.

Marcus quidam monachus, Nili atque Theodoreti coætaneus, ſcripſit vniuerſalium affectionum libros 8. Item alios 32. vt refert Nicephorus libro 14. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Marcus quidam hymnorum ſacrorum ſcriptor laudatur à Cyro Theodoro Prodromo.

Marcus Actius Plautus, ſcripſit comœdias multas, quarum viginti impreſſæ Venetijs apud Aldum



Digitized by Google

*& Lugduni apud Gryph.1535. Item cum Cōmentarijs Bernardi Saraceni, & Ioan. Petri Vallæ, at obſeruationibus Pij Bonon. Venetijs 1516. apud Laz. Soardum. Comœdiarum nomina: Amphitruo, Aſinaria, Aulularia, Captiui duo, Curculio, Baſina, Ciſtellaria, Epidicus, Bacchides, Moſtellaria, Menæchmi, Miles, Mercator, Pſeudolus, Pœnulus, Perſa, Rudens, Stichus, Trinummus, Truculentus. Eædem cū annotationibus Gilberti Longolij, excuſ. ſunt etiam Coloniæ apud Gymnicum, & Baſileæ apud Heruagium, anno 1551. ex caſtigatione Ioachimi Camerarij, cum Annotationibus quoq; eiuſdē: & anno 1568. à Sambuco & alijs recognitæ. Variæ lectiones, annotationesq́ in hac editione ſeorſim editæ ſunt. Planti comœdiarum, quæ amiſſæ ſunt 41. hæc ſunt nomina, vt à Georgio Fabricio in caſtigationibus Terentij citantur, additis auctorum, à quibus adducuntur teſtimonijs. Acariſtudium, Addictus, Agricus, Ambroicus, Anus, Artamon, (Artemona) Aſtraba. (Straba etiam legitur mendoſe vt videtur) Bacchari, Bœotia, Cæcus ſiue Prædones, Calciolus, Carbonaria, Chryſalus, Colax, Commorientes, Cōdalium, Cornicularia, Dyſcolus, Fœneratricius, Fretum, Friuolaris, Fugitiui, Geſtio, Hortulus, Lenones, Gemini, Lepargus, Medicus, Mœchus, Neruolaria, Patina, Paraſitus piger, Phagon, Phaſma, Plotinus, Saturio, Scematicus, Sitelitergum, Trigemini, Vaccias, Vidularia. Præter illa fabularum nomina quædam etiam alia annotat doctiſſimus vir Ioachimus Camerarius, quæ à Grammaticis Latinis commemorari ſcribit. Sunt autem hæc: Plocinona, Siſennaria, Phaſina, Hortulus, Perſæ, Cæcus, Prædones, Captiui. (alia hæc fuit, quàm quæ extat, cuius eſt nomen Captiui duo,) Anus, Bis compreſſa, Bœotia, ἄγροικος, Fretum, Baccaria, Caciſtus, Cornix & Cornicula, eadem videtur cum Cornicularia, quæ ſupra poſita eſt. Plauti Comœdiæ 20. olim à Camerario emendatæ: nunc verò plus quàm 200. verſibus ex VV. CC. additis ſuo quodammodo nitori reſtitutæ: opera Ioannis Sambuci, C. Langij. Adr. Turnebi. Adr. Iunij et aliorum doctorum virorum obſeruationibus. Antuerpiæ Plantinus in 16. M. Accij Plauti Aulularia, à mendis vindicata, & ſuper hæc doctiſſimis ſcholijs hinc inde ex veterum & neotericorum annotationibus collectis: ante à Mauritio Sydelio illuſtrata, nunc verò Rhetoricis argumentis & breuioribus nouis ſcholijs aucta à Stephano Riccio. Lipſiæ 8 anno 1569. Plauti nomine edita eſt Lutetiæ à Roberto Stephano in octauo, anno 1463. Comœdia Querulus, quæ alterius eſt authoris, & eius quidem longè poſterioris. Præter fabularum nomina à CL. VV. Camerario & Fabricio adnotata, hæc in Nonio adnotauit Adr. Iunius, Acriſionem, Plotium, exiſtimo autem Plotium eſſe, quam Plocinona Camerarius vocat, Plotinum Fabricius, ſi modo hinc non eſt mendum. Item quæ Geſtio nominatur Fabricio, Varrone Ceſtio nuncupatur libro 6. de Lingua Latina. Dicitur etiam Achilles Statius, vir doctiſſimus, habere comœdiam Plauti hactenus non editam, Philodoxium.*

Marcus *Æmilius citatur apud Plinium libro nono, Naturalis hiſtoriæ.*

* Marci *Æmilij oratio Lepidi ad po. Rom. in fol. bibl. Imp.*

Marcus *Æmilius Scaurus, ſcripſit tragœdiam Atreum, propter quam à Tiberio Imperatore neci adactus eſt.*

Marci *Agrippæ Oratio magnifica, & maximo ciuium digna, de tabulis omnibus ſigniſque publicandis, extabat Plinij ætate, qui id teſtatur libro 35. cap. 4. Idem libro 3. 4. 5. & 6. quibus Geographiam complectitur, Agrippam ſæpe citat. M. Agrippæ ſcripta citantur à Plinio 18. libro Naturalis hiſtoriæ.*

S. Marcus *Anachoretes ſcilicet Calo Chriſtianus, verſus ex Græca lingua in Latinam, pro pueris bene inſtituendis. In 8. Niſſæ Sleſiorum, anno D. 1555.*

M. Angeli *Patriſanctæ, Dialogus Oſci & Volſci.*

Marci *Alofreſant prognoſticon, ab anno Domini 1525. ad annum 1550.*

Marcus *Anneus Lucanus, Cordubenſis, L. Annei Senecæ ex fratre nepos, diuerſa poemata ſcripſit adoleſcens. Poſtremo loco Pharſaliam ardenti animo aggreſſus, non perfecit: primos tres libros tantū cum Polla vxore correxit, ſeptem reliquos, ſi vixiſſet emendaturus. In his ordinem ſequitur, quo res geſtæ ſunt. Eius autem Pharſalia, ſeu de bello ciuili lib. 10. excuſi Venetijs apud Aldum, & Coloniæ apud Gymnicum, anno 1537. & alibi etiam cum Ioan. Sulpitij Verulani commentarijs.*

Marci *Antonij Tribuni P. R. epiſtola ad Ciceronem, lib. 10. ad Atticum.*

Marci *Antonij Coſ. epiſtola ad Ciceronem lib. 14. ad Atticum.*

Marci *Antonij Imperatoris epiſtola ad Hyrcanum, & edicta duo ad Tyrios, referuntur lib. 14. Antiquitatū Ioſephi. M. Antonius Imperator filio ſuo in Imperio ſucceſſori inſtitutionis imperialis librum à ſe compoſitum reliquit, qui omnis generis exemplorum & diſciplinæ plenus fuiſſe dicitur. Nicephorus in hiſtoria Eccleſiaſtica.*

Marcus *Antonius Antimathus, Italus, ſcripſit orationem de laudibus Græcarum literarum. Tranſtulit Gemiſti Phletonis lib 2. De geſtis Græcorum poſt pugnam ad Mantineam, Dionyſij Halicarnaſſei præcepta de oratione panegyrica, nuptiali, natalitia & epithalamijs: item Demetrij Phalerei præcepta de membris & inciſis, de periodis, de componendis epiſtolis, de characteribus dicendi: ac Polyæni de re militari præfationem: omnia ſimul excuſa ſunt Baſileæ apud Robertum Winter, anno Do. 1540. Scripſit etiam epigrammatum Græcorum libros octo, & alia quædam ſoluta oratione Græce, nondum, quod ſciam, in lucem edita. Claruit Ferrariæ, anno 1544.*

Marci *Antonij Bauariæ iuriſperiti conſilia, typis vulgata. Scripſit etiam ſuper 5. tit. Inſtitutionum in 2. Infortiati, de legatis 1. l. cum filio. de iureiurando. de mora.* Eius ſuper Inſtitutiones commentaria excudit in fol. Vincentius de Portonarijs.*

Digitized by Google

Marci *Antonij Bellarm, ſuper* 1. *ff. veteris. De of. eius cui, &c. Item ſuper* 2. *Infortiati De legatis.*

Marci *Antonij Blanci, Patauini Iureconſulti Practica. Item ad legem Corn. de ſicarijs. De compromiſsis tractat. De iudicij homicidij ex propoſito commiſsi.*

Marcus *Antonius Cainus Mediolanenſis, ſcripſit in aliquot Iuſtinianei codicis titulos ſummarias annotationes, impreſſas Francofordiæ, anno* 1544.

Marcus *Antonius Caſanoua, ſcripſit Elogia priſcorum heroum Romanorum, & quædam alia carmine. Eius elogium extat apud Iouium.*

Marcus *Antonius Gnyphus inſignis Grãmaticus, natione Gallus, ſcripſit multa, etſi Atteius Philologus duo tantum volumina de Latino ſermone reliquiſſe eum tradat. Nam cætera ſcripta diſcipulorum eius eſſe, non ipſius, putauit Sueton.*

Marcus *Antonius Coccius Sabellicus hiſtoriã & geſta Venetorum lib.* 33. *edidit, item Rhapſodiæ hiſtoricæ Enneades vndecim. His accedit D. Gaſparis Hedionis hiſtorica ſynopſis, qua huius authoris inſtitutum ſumma fide & diligentia ad annũ* 1538. *perſequitur. Eiuſdem quoq; exemplorum ethnicorum & Chriſtianorum, per omnes gentes omnibus ſeculis, factis dictisue inſignium, lib.* 10. *argumentis diſtincti, ſicut Valerij Maximi, Heruagius excudit Baſileæ,* 1538. *Libri autem exemplorum ſeorſim excuſi ſunt alibi, & deinceps Baſileæ apud Henricum Petri. Eius etiam opera aliquot impreſſa Venetijs,* 1502. *apud Albertinum de Liſona ſunt hæc: Epiſtolarum Familiarium lib.* 12 *in quibus & aliorum aliquot doctorũ epiſtolæ habentur. Orationes* 12. *De ſitu Venetæ vrbis libri* 3. *De Venetis magiſtratibus lib.* 1. *De prætoris officio lib.* 1. *De reparatione Latinæ linguæ lib.* 2. *De officio ſcribæ lib.* 1. *De vetuſtate Aquileiæ lib.* 6. *Poemata. Genethliacum Venetæ vrbis. De apparatu eiuſdem. De Vincentiæ ortu & vetuſtate. De Italiæ tumultu. De Corio-lani luctu. De munitione Sontiaca. De cæde Sontiaca. De incendio Carnico. De Barione cymba, vel in naufragium cymbæ Petr. De origine Hunni, aliâs Vtini. De rerum artiumq; inuentoribus. De laudibus Deiparæ virginis Elegiæ* 13. *Annotationes priores in Plinium, Liuium, Valerium Maximum, Lucanum, Papinium, Catullum, Poſteriores, rurſus in Plinium, Ciceronem, Lucanum, & Flaccum, qui Argonautica ſcripſit. Aſcenſius impreſsit Pariſijs cum alijs quibuſdam. Interpratio paraphraſtica in Suetonium Tranquillum: & annotamenta plurima, Pariſijs excuſa, & Baſileæ apud Henricũ Petri, cum ipſo Suetonij textu. Floruit autem Sabellicus, anno* 1494.

Marci *Antonij Conſtantij Louanienſis liber de Euchariſtia, excuſus Lutetiæ, anno* 1553.

Marcus *Antonius Flaminius, Italus natione, ſcripſit paraphraſin in duodecimum librum Ariſtotelis de prima philoſophia: Robertus Winter excudit Baſileæ, anno Domini* 1537. *cum Ioannis Velcurionis compendio de anima. Item Pſalmi aliquot & hymni ſacri, elegantiſsimo carmine expreſsi, editi in Italia, & Baſileæ apud Oporinum. Eiuſdem commentaria in Pſalterium vel paraphraſin, Venetijs excudit Aldus, anno Domini* 1545. *in octauo. Eiuſdem carmina de rebus diuinis, excuſ. ſunt in Gallia, Baſileæ item cum hymnis Fabricij, & Tiguri apud Froſchouerum. Eiuſdem carminum libri* 4. *ad Franciſcum Turrianum. Item liber quintus ad Alexandrum Farneſium. Paraphraſis in* 30 *Pſalmos. Sacrorum carminum libellus longè copioſior quàm ante. Omnia ſimul impreſſa Florentiæ, anno* 1552. *& Luſtochij in* 8. *circa annum D.* 1576. *Epiſtolæ aliquot de veritate doctrinæ eruditæ & ſanctitate religionis in Latinum ex Italico ſermone conuerſæ. Editæ à Camerario Norimbergæ,* 1571.

Marcus *Antonius à Falconibus, natione Italus multa vertiſſe ex Græcis fertur, nondum quod ſciam edita.*

Marcus *Antonius Maioragius, Mediolanenſis, ſcripſit contra Cælium Calcagninum pro defenſione Ciceronis. Eius reprehenſionum libri duo contra Marium Nizolium, quibus acceſsit Recuſatio omnium eorum, quæ Nizolius in deciſionibus eiuſdem Maioragij tanquam male poſita notauit, excuſi ſunt Mediolani, anno Domini* 1549. *Commentarij ipſius in Ciceronis Oratorem, Baſileæ excuſa ſunt apud Ioannem Oporinum, anno Domini* 1551. *Eiuſdem oratio habita in nuptijs Iacobi Philippi Sacci, qua ſeni quoq; vxorem eſſe ducendam ſuadet, excuſa eſt Mediolani à Caluo, anno Domini* 1540. *Declamatio in aleatores ab eodem edita Antiparadoxa. Oratio de mutatione nominis. Ea omnia partim in Italia, partim in Germania ſunt excuſa. Paraphraſis, in quatuor libros Ariſtotelis de cœlo, & duos de generatione & corruptione, excuſa eſt Baſileæ ab Oporino, anno Domini* 1554. *in folio. Præterea pollicetur libros, De modo proficiendi in ſtudijs, De officio parentum & filiorum. De riſu oratorio & vrbano. Commentarios in duos priores libros Georgicorum Vergilij. Orationes duodecim diuerſorum argumentorum, quibus nondum extremam manum addiderit. Quatuor præfationes, aliaq; nonnulla opuſcula nondum perfecta. Floret noſtra ætate, & plura immortalitate digna quotidie conſcribit. Explanationes in tres libros Ariſtotelis de arte dicendi, quas ipſe Latinos fecit, impreſſæ Venetijs, anno Domini* 1572. *in folio.*

Marcus *Antonius de Maraſcotis, ſcripſit in* 6. *Decretalium de conſtitutionibus cap.* 1.

Marcus *Antonius Mantua, quære Marcus Mantua.*

Marci *Antonij Mareſchalci, Bononienſis, Diſcurſus ad naturalia principia, vnà cum expoſitione proœmij de phyſico auditu. Veronæ, anno Domini* 1570 *quarto.*

Marci *Antonij Montiſiani, Geminianenſis, medici Florentini Quæſtiones medicinales* 24. *Prima de cane rabido, aduerſus Auicennam, Albertum, Leonicenum, pro Ariſtotele & Theodoro Gaza. Secunda aduerſus Gazam, qui* 1. *hiſt. anim. cap.* 17. *inquit: Iecur ſupra ſeptum poſitum eſt à dextero latere* 3. *Aduerſus Plinium qui Ariſtoteli aſcribit retro moram habere pedes.* 4. *Contra Leoniceni caſtigationes*

Digitized by Google

tiones in Tegni.5.De cauſa continente contra Leonicenum.6. Stoicorum opinio de cauſa continente. 7.Methodicorum opinio de cauſa continente.8.De cauſa continente contra Fuchſium.9.De cauſa continente aduerſus Curtium.10.Contra Leonicenum in caſtigatione de phlegmone cum plenitudine.11. Contra Leonicenum qui III. Tegni pro maiora legit minora.12.De febre & eius cauſa contra Fuchſium.13.De febris ſubiecto contra Fuchſium et Curtium.14. An morbus poßit eſſe ſubſtantia contra Fuchſium & Curtium.15.Febris an ſit paßio calida & ſicca contra Curtium.16.An calor extraneus in eſſentiales differentias diſſecetur.17. De ſanguinis mißione in febre putrida aduerſus Curtium & Andream Thurinum.18.De medicinæ ſubiecto aduerſus Manardum.19. De medicinæ definitione. 20. De ſano & ſalubri aduerſus Manardum.21. De Aromate ex Manardo.22.Exanthematis ſignificatio, aduerſus Manardum & Fuchſium.23. De conuulſione & ruptione, aduerſus Manardum & Fuchſium. 24. An primi principesq́ mittendi ſanguinis ſcopi, ſint morbi magnitudo, & laborantis robur.

Marci *Antonij Mureti Lemouicis Iuuenilia Lutetiæ excudit Ambroſius à Porta.Oratio eiuſdẽ de ſtudij theologici præſtantia, excuſa eſt à Vaſtoſano. Eiuſdem annotationes in Andriam & Eunuchum Terentij ab eodem excuſæ ſunt.Quintus Ethicorum Ariſtotelis ab eo verſus & annotationibus illuſtratus eſt Toloſæ.Floruit anno 1554. Idem Terentium locis prope innumerabilibus emendauit, ac argumenta in ſingulas comœdias & annotationes addidit, quibus tum correctionum magna ex parte ratio redditur, tum loci obſcuriores explicantur. Venetijs apud P.Manutium,1555.in 8.Scripſit etiam annotationes in Horatium,Catullum,Tibullum, Propertium, Philippicas Ciceronis & in Catilinã orationes, quæ omnia Venetijs in Aldi officina excuſa ſunt.~~Item variarum lectionum lib.8. Venetijs apud Zilletum anno 1559.in quarto.~~Orationum volumen primum, Venetijs apud Marcum Amadorum cum eiuſdem interpretatione quinti libri Ethicorum anno 1571. Oratio habita in funere Pij V. Pont.Max.Venetijs,anno 1572. Orationes tres de ſtudijs literarum Venetijs habitæ. Venetijs anno 1575.* Eiuſdem epiſtolæ lectu digniſſimæ in octauo Coloniæ excuſæ.Itemq́ hymni ſacri & alia quædam poemata.*

* Marci *Antonij Mureti* I.C. & *ciuis Romani oratio habita Romæ in funere Caroli* IX. *Gallorũ regis 1574.excuſa.*

Marcus *Antonius Natta, Aſtenſis, ſuper 2.codicis, Eiuſdem conſiliorum volumina 3.De Deo libri 15.impreßi Venetijs in officina Aldi.De locutione Dei oratio in Academia Veneta excuſ.Conſiliorum tomus quartus editus Venetijs anno 1572. in folio. De paßione Domini lib.7. in dialogo ſcript.Monteregali in folio.Orationes Venetijs, anno 1560.in quarto.*

Marci *Antonij Palmyreni ſcholia in Academicas quæſtiones, quæ Luculli titulum præferunt, impreſſa Baſileæ apud Ioannem Oporinum, anno 1544.*

* Marci *Antonij Paſſeri cognomento Gennæ in tres libros Ariſtotelis de anima exactißimi commentarij, Iacobi Pratellij, & Ioannis Caroli Sarraceni diligentia recogniti fol.Venetijs.*

Marci *Antonij Pordenoni Madrigalium lib. 2.quinque vocum, Venetijs apud Gardanum anno Domini 1567.*

Marcus *Antonius Triumuir librum ſcripſit de ſua ebrietate, vt Plinius teſtatur libro decimoquarto cap.22.*

Marci *Antonij Zimaræ Sanctipetrinatis philoſophi, theoremata, ſeu memorabilium propoſitionum limitationes 129. cum additionibus authoris, excuſæ Venetijs anno 1539.problemata varia 104. impreſſa Baſileæ apud Robertum Winter, cum quibuſdam Ariſtotelis Auerrois & Alexandri Aphrodiſ.problematis. Tabulam dilucidationum in dicta Ariſtotelis & Auerrois, vbi verba & ſententiæ vtriuſq́ per omnes philoſophiæ partes ordine alphabeti breuiter proponuntur, cum indicatione locorum, in quibus ipſi authores de rebus quæſitis copioſius pertractant: Scotus impreßit Venetijs, anno 1537.M.Antonij Zimaræ ſolutiones contra dictionum in dictis Ariſtotelis & Auerrois in vnum collectas, & in ordinem redactas, iuxta librorum Ariſtotelis & Auerrois contextus, Iuntæ impreſ.Venetijs anno 1552.cum Auerrois operibus. Vide in Auerroe.Claruit 1523.*

Marci *Apicij voluptuarij Suidas meminit, ſed nihil ab eo ſcriptum refert.*

Marci *Argentarij multa epigrammata paßim in Florilegio Græco habemus, & aliquando Argentarius tantum, ſine prænomine ſcribitur.*

Marcus *Atilius, vide Atilius.*

Marcus *Aurelius Caßiodorus monachus, & abbas cœnobij apud vrbem Rauennatenſ.* ~~*ſcripſit variarum ſeu Epiſtolarum lib.12. quos Mariangelus Accurſius edidit.*~~ *De ratione animæ lib.1.in totum Pſalt.lib.1. inſtitutionum diuinarum lectionũ li.2.in Cantica canticorum li.1. inſtitutionem ſecularium lib.8.hiſtoriam tripartitam comportauit li. 12.catalogum conſulum Romanorum lib.1.De etymologijs lib.1. ſacerdotem prænotatum lib.1. De ſchematibus & tropis lib.1. memoriale ſcripturarum lib.1. De orthographia lib.1.complexiones in Apocal. lib.1.in epiſtolas canonicas lib.7. in actus Apoſt.li.1.Eius orbis liberalium diſciplinarum, typis excuſus.Rhetoricæ eius compendium Vuechel. impreßit Pariſijs. Compendium de quatuor mathematicis diſciplinis, ibidem excuſum.Expoſitio quoque ſuper Pſalterium, publicata eſt. De anima liber, excuſus Baſileæ apud Robertum Vuinter, cum Philippi Melanchtonis libro de anima.Eius Chronicon etiam impreſſum* Baſileæ *apud Henr.Pet.cũ Euſebij & aliorum hiſtorijs Chronicis: Sunt autẽ tabulæ, quibus Conſulum Romanorum ſeries oſtenditur.Vide B.Rhenanum in præfatione in Procopium & alios hiſtoricos.Claruit anno 575.Caßiodori Chronicon cum commentarijs Io. Cuſpiniani,*



Digitized by Google

*Oporinus impreſſit in folio. Inſtitutionum diuinarum libri à Plantino impreſſi ſunt.*

Marcus *Aurelius Olympius, Nemeſianus, patria Carthaginen. poeta nobiliſ. ſcripſit* κυνηγετικὰ, ἰξευτικὰ, *&* ἁλιευτικά. *Meminit eius Flauius Vopiſcus. Vide plura apud Crinitum & Gyraldum de vitis poetarum. Cynegetica eius, in quibus præcipue de canibus & equis docet, & Bucolicorum eclogas 4. amatorias, Gryphius excudit Lugd. 1537. cum Gratio de venatione, &c. & Aldus anno 1534. Eiuſdē liber de aucupio latet, vt fertur, Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris.* * *Eius Bucolica, cum Diomedis Guidalotti Bononienſis commentarijs excuſa ſunt Bononiæ, anno 1504. Floruit autem ſub Numeriano & Diocletiano imperatoribus.*

Marcus *Auſias Valentinus carmine Hiſpanico multa eleganter ſcripſiſſe fertur, ſic vt illi tantum tribuant Hiſpani quantū Itali ſuo Petrarchæ.*

Marcus *Bauius poeta, quem Virgilius in Bucolicis notat, in Cappadocia moritur. Euſebius in Chronicis.*

Marcus *Beneuentanus, monachus Celeſtinus, ſcripſit de æquinoctijs aduerſus Albertū Pighium dialogos impreſſos Romæ in 4.*

* Marci *Beumleri eccleſiæ Tigarinæ alumni, analyſis Dialectica M. T. Ciceronis Catonis Maioris, ſiue dialogi de ſenectute, ad methodum P. Rami accommodata. Eiuſdem analyſis Logica M. T. Ciceronis Iulij, ſiue de Amicitia dialogi, ad eandem methodum Petri Rami accommodata. In 8. Spiræ Nemetum, anno 1583.*

Marcus *Brutus epiſtolas quaſdam Græce ſcripſit, quo tempore ipſe et Caſſius mortuo Cæſare bellum cum Dolabella gerunt: quas quidam Mithridates diſperſas collegit, vt ipſe præfatur. Aldus impreſſit Venetijs, cum cæteris diuerſorum Græcis epiſtolis. Eaſdem in Latinam linguam à Rainutio Florentino tranſlatas, Oporinus Baſileæ impreſſit anno Domini 1554. In farragine epiſtolarum Laconicarum. Idem fertur etiam libros de officijs ſcripſiſſe. Eiuſdem epiſtolæ 7. Latinæ ad Ciceronem, habentur in libro epiſtolarum Ciceronis ad Brutum, & vna in appendice eiuſdem libri. M. Bruti & C. Caſſij prætoris ad M. Antonium conſulem Epiſtolæ 2. libro vndecimo familiarium Ciceronis epiſtolarum extant.*

Marcus *Caballus Anconitanus, ſcripſit epigrammata Latina & Hetruſca.*

Marcus *Calidius citatur à Feſto.*

Marci *Cælij Oratio pro ſe apud populum, citatur à Feſto.*

Marci *Cælij epiſtolæ 18. ad Ciceronem extant, ex quibus totus liber octauus familiarium Ciceronis epiſtolarum conficitur.*

Marci *Cittæ I. C. De vrbe Mediolanenſi libellus. Item carmen de eadem vrbe. Mediolani apud Moſchenium 1554.*

Marcus *Cato, vide M. Portius Cato.*

Marcum *Cluuium Rufum hiſtoricum, diuitijs & eloquentia clarum, ſub Nerone, citat Corn. Tacitus lib. 17.*

Marcus *Cornutus citatur à Fulgentio.*

Marci *epiſcopi liber ad Nicolaum quendam extat Græce in Italia.*

S. Marci *Eremitæ Gnomæ Græcæ de lege ſpirituali, item de ijs qui ſe putant iuſtificari ex operibus: impreſſæ Haganoæ, 1531. cum tranſlatione Vincentij Obſopœi. Meminit earum idem Vincentius in præfatione Maximi in Hecatontades. 4. de charitate. Marci Eremitæ opuſcula conuerſa per Ioannem Picum, Pariſijs anno 1563. in 8.*

Marcus *Fabius Caluus Rauennas, omnia Hippocratis opera vertit, & ſcripſit ſimulacrum antiquæ vrbis Romæ, ad Clementem 7. Excuſum Romæ, anno 1532.*

Marcus *Fabius Quintilianus, Inſtitutionum Oratoriarum lib. 16. ſcripſit, vnà cum declamationibus aliquot, varijs in locis excuſas, ſed ex recognitione Ioachimi Camerarij, & Ioan. Sichardi, aliorumq́ doctorum, item expoſitione præcipuorum locorum libri primi & ſecundi per eundem Camerarium, & annotatiunculis doctorum in reliquorum quoque librorum locis difficilioribus. Coloniæ apud Gymnicum, & Baſileæ apud Brylingerum, anno 1550. item Lugd. apud Gryphium, anno 1536. cum Guilielmi Philandri caſtigationibus ſparſim adiectis.* * *Eius declamationes, quæ ex 388. ſuperſunt, 145. ex vetere exemplari reſtitutæ. In octauo Lutetiæ.*

Marcus *F. Quintilian. in fine ſexti & ſeptimi libri citat librum de cauſis corruptæ eloquentiæ, qui dicitur eſſe in bibliotheca quadam Lutetiæ, ſed exeſis literis vt legi non poſſit.*

Marcus *Fabius Victorinus: vide Marium.*

* Marci *Fratæ diſcurſus de nobilitate, de vita nobilis, & de principe. Venetijs in 8. Italice.*

Marci *Frytſchij Laubani, Hexapolenſis, De meteoris liber methodo conſcriptus: item Catalogus prodigiorum atq; oſtentorum. Norimbergæ an. 1555. in octauo.*

Marcus *Fuluius Nobilior, libros faſtorū condidit, poſuit, eoſq́ in æde Muſarum & Herculis poſuit. Macrobius & Volaterranus.*

* M. *Fundani, phraſes poeticæ ſeu floſculi poeticæ facundiæ, cum duplici indice: vno Latinorum vocabulorum, altero Gallicorum. In 16. apud Guilhelmum Laimarium, anno 1582.*

Marci *Furij Bibaculi meminit Sueton. de claris grammaticis, & P. Crinitus de poetis Latinis, vide Gyraldum de poetis Latinis.*

Marci *Gatinariæ medicinæ expoſitio in nonum Rhazæ ad Almanſorem, de curandis morbis à capite ad pedes, excuſa Lugd. 1532. apud Vincent. de Portonarijs, cum Blaſij Cæſaris Landulphi, & Sebaſt. Aquilani libellis de febribus, ac eiuſdem Aquilani de morbo Gallico: deinde Baſileæ apud Henricum Petri 1537.*

Marci *de Grandual apologia de Magdal. impreſſus Pariſijs.*

* Marci *Guaccij hiſtoriæ de omnibus rebus in mundo geſtis, et memoria dignis, ab anno 1524. vſq; ad præſentem hunc. Venetijs 1546. in 8. Italice.*



Digitized by Google

D.Marci *Heremitæ capitula de lege ſpiritali, Vincentio Obſopœo interprete, excudit Baſil. Henricus Petri, cum alijs veterum Theologorum opuſculis, anno* 1551.

Marci *Hieronymi Vidæ Cremonenſis poetæ et Albæ epiſcopi, opera poetica, impreſſa Lugd. apud Gryph.* 1537. *& eodem anno Baſileæ apud Robert. Winter. Sunt autem hæc: Chriſtiados, hoc eſt, de Chriſti vita, geſtis, ac morte lib. 6. De arte poetica lib. 3. De bombycum cura ac vſu lib. 2. De ludo ſcachorum li. 1. Hymni, Odæ, Bucolica, epiſtola ad Ioan. Matthæum Gybertum.*

Marcus *Hopperus Baſilien. D. Andreæ presbyteri concionem de ſalutatione Angelica è Græco ſermone in Latinum tranſtulit, excuſam Baſileæ apud Henric. Petri cum alijs quibuſdam orthodoxis ſcriptoribus, anno* 1550. *Tranſtulit etiam 15. librum Euſebij de præparatione Euangelica, excuſum cum Euſebij operibus apud eundem. Scripſit præterea præfationes in Damaſcenum, Euſebium, & Strabonem.*

Marci *Iunij Bruti Commentarij citantur à Varrone de lingua Latina.*

Marci *Iunioris, aliâs Pompei, hexaſtichon lib. 1. Florilegij Græci.*

Marci *Leonelli Fauentini de Victorijs, de ægritudinibus infantium liber, impreſſus 1544. apud Geor. Rhuffnerum. Vide in Leonello Fauentino.*

Marci *Lepidi Imp. & Pont. Max. epiſtola ad Senatum plebemq́ Romanam, libr. 10. familiarium Ciceronis epiſtolarum. Eiuſdem ad Ciceronem epiſtola, ibidem.*

* Marcus *Liſbonenſis ſcripſit Chronica ordinis Franciſcanorum: de vita, morte, miraculis S. Franciſci, eiuſq́ diſcipulorum, & ſocietatis, lingua Portugalica: quod opus Diegus Nauarrus, in Hiſpanicum, & Horatius Diola Bononienſis, in Italicum ſermonem, tranſtulerunt. In 4. Brix. 1582.*

* Marci *Lombardi ex Iudaiſmo conuerſi, Confeſſio fidei Chriſtianæ, edita in 4. Italice.*

Marci *à Machari verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis bap.*

Marcus *Manilius Antiochenus, aſtrologus et poeta, aſtrologiæ præcepta primus verſibus Latinis deſcripſit, & Auguſto dedicauit: teſte Plinio lib. 37. & Volater. lib. 17. Eius Aſtronomicon verſibus heroicis ad Auguſtum Cæſarem libri 5. impreſſi Venetijs apud Aldum, cum Iulio Firmico & alijs aſtronomicis: & Baſileæ apud Heruagium, cum eodem Firmico.* * *Et Lugduni apud Ioannem Tornæſium, anno 1566. Extant in eundem commentaria Laurentij Bonicontrij.*

Marcus *Mantua, Benauidius, Patauinus, iureconſultus celeberrimus, plurima ſcripſit, quæ Venetijs & Patauij edita ſunt. Nempe Collectanea in ordinarias partes iuris, matutinas, & veſpertinas. Super 1. & 2. ff. veteris, lecturæ veteres & nouæ. Super 1. & 2. Codicis lecturæ veteres & nouæ. Collectanea ſuper ff. v. Infort. ff. nou. & C. Lecturæ ſuper Decretalibus. Obſeruationum legalium lib. 10. Styli ſacri palatij Apoſtolici, & curiæ Romanæ centuria. Conſiliorum volumina duo. Colloquia ſeu dialogos iuris. Apophtegmata ducenta.* * *Vltra 500. alias impreſſa Venetijs, anno 1545. in 8. Enchiridion. Practica. Cautelæ. Vitæ recentiorum Iuriſconſultorum. Æquilibrium ſcholaſticorum. Baſſanellus. Theſeus quo explicantur leges & tituli de annuis legatis, de alimentis & cibarijs legat. de auro & argent. leg. de condi. & demon. de mcen. rui. nauf. ff. de iuriſd. omn. iud. De concilio dialogus. Polymathia, ſeu de multijuga doctrina. De regulis iuris. Iſagogicus. De priuilegijs militaribus. De criminibus. De iure protomiſeos. De argumentis tollendis. De fauoribus libertatis, liberationis, pupilli. De legitima filiorum quanta & qualis ſit, deque maiore annorum 14. efficaciter obligando, atq́ de iure protomixeos. G. Rouillius impreſſit Lugd. anno 1548. Catalogus virorum illuſtrium qui vel ſcripſerunt, vel iuriſprudentiam docuerunt in academijs, & quo tempore floruerint, ordine alphabetico. Adiectis controuerſiis quibuſdam Patauij, an. 1555. Dialogiſmus ſiue Gloſſarium iuris ſermoneſque Socratici, rerum ſane variarum. Venetijs, anno 1572. in folio.*

Marci *Marulli Spalatenſis Euangeliſtarium, ſub fidei, ſpei & charitatis titulis in ſeptem libros partitum: impreſſum Coloniæ, 1532. cum Meginhardi libro de fide. Marulli Epigrammata typis excuſa ſunt. De religioſe viuendi inſtitutione lib. 6. per exempla ex veteri, nouoq́ teſtamento collecta, ex authoribus quoque D. Hieronymo preſbytero, Gregorio pontifice Maximo, Euſebio Cæſarienſi, Ioan. Caſſiano, nonnullisq́ alijs qui vitas conſcripſere ſanctorum: digeſta per capita ſiue locos communes 70. Petrus Quentel excudit Coloniæ, & Ioannes Soter Salingiaci, anno 1540. & Baſileæ Adam Petri, anno 1513.* * *Et in 8. Antuerpiæ infinitis mendis repurgati, per Ioannem Foulerum Briſtolienſem, anno circiter 1579. Et Germanice Hermanno Baumgarter, ciue Auguſtano interprete. In octauo Dillingæ, anno 1582. Eiuſdem 50. parabolæ. Coloniæ in 8. anno 1529.*

Marci *Menartij Decretalium Pentateuchus in epitomen reuocatus.*

* M. Marci *Menningi Superattendentis in vrbe Brema, Scriptum quo oſtenditur, quomodo verba cœnæ Dominicæ Sacramentarij inuoluant, & peruertant, olim Senatui vrbis Bremæ exhibitum. Cui opponuntur duæ reſponſiones D. Martini Chemnitij, & D. M. Valentini Schaebtij profeſſoris in Academia, & Concionatoris in Eccleſia vrbis Roſarum. 8. Lipſiæ anno 1581.*

Marci *Mercatoris Salinenſis orationes duæ, vna de laudibus D. Lucæ, altera funebris in Æmilium Ferretum, excuſæ Lugduni à Matthia Bonhomme, anno 1551.*

Marci *Meſſalæ auguris libros citat Gellius libro 13. cap. 14. & Feneſtella ex eodem in præfatione libelli de Magiſtratibus Romanis.*

~~Marcus *Molinus edidit Ioan. Baptiſtæ Egnatij exemplorum libros.*~~

Marcus *Monachus et diſcipulus S. Benedicti,*



Digitized by Google

ſcripſit poſt beatum Gregorium Papam, heroico carmine, vitam S. Benedicti lib. 1. & quædam alia. Claruit anno 610. Vide ne hic idem ſit cum M. Eremita, de quo ſupra dictum eſt.

B. patris Marci de pœnitentia ſermones octo, & alij ſermones diuerſi, Romæ extant Græce: & Opus monaſticum, ibidem.

Marcus Muſurus, Cretenſis, ſcripſit epigrammata aliquot, præcipuè in Græcos libros per Nicolaum Blaſtum Venetijs impreſſos, circa annum D. 1500. Item præfationes aliquas proſa, vt in Etymologicon Græcum, & cætera.

Marcus Nenianus Flander, Gerardimontanus, carmine ſcripſit de plantarum viribus, Louanij, anno 1563.

Marcus de Oddis Patauinus, cum Romulo Fabio Florentino, ea quæ in Ariſtotelis & Auerrois operibus Ioannes Baptiſta Bagolinus morte præuentus emendare non potuit, abſoluit & caſtigauit. Addidit etiam præfationem, qua editionis operum Ariſtotelis & Auerrois rationem reddit. Iuntæ impreſſerunt Venetijs. Idem Odi de Oddis parentis ſui libros edidit, & apologiam adiecit, pro germana ac nondum explicata Ariſtotelis & Galeni ſententia de putredine, aduerſus Argenterium. Venetijs apud Meieros fratres, anno 1570. 4.

Marcus Pacuuius poeta vetuſtiſſimus, citatur à Nonio, Feſto, Gellio, Macrobio in his fabulis, Antiopa. Armorum iudicio. Atalanta. Chryſe. Duloreſte. Hermione. Iliona. Medo vel Medea. Niptris. Paulo. Peribœa. Tantalo. Teucro. Præterea in Mercatore & Tarentilla, à Varrone. Fragmenta carminum Pacuuij, impreſſa ſunt ab Henrico Stephano cum reliquorum Latinorum poetarum fragmentis.

Marci Papæ decreta, cum reliquis impreſſa ſunt Coloniæ. Eius de miſſione capitulorum Niceni Concilij Athanaſio & omnibus Ægyptiorum epiſcopis, habentur cum Athanaſij operibus. Item cum recognitionibus Clementis Baſileæ impreſſis, epiſtola 1.

Marcus Pfeiffer præſes diſputationis medicæ, De lacte.

Marci de Peruſio Iureconſulti Conſilium, An petitio compromiſſi ex forma ſtatuti poſſit peti poſt litem conteſtatam. Impreſſum in fine tractatus Lanfranchi de Oriano de arbitris.

Marcus Portius Cato Cenſorius, ſcripſit Originum libros, quorum ſeptem à grammaticis citantur. De re militari. Commentaria iuris ciuilis. Epiſtolas. Carmen de moribus. De re ruſtica. Orationes centum & quinquaginta, de quibus hæ inſcriptiones leguntur apud Gellium, Feſtum, Nonium, Macrobium. In Marcum Acilium quarta. In Annium. De Achæis. De ædilibus vitio creatis. In Marcum Cæcilium. In Marcum Cælium. Si ſe Cælius Tribunum plebis appellaſſet. Pro ſe contra Caſſium. In Cornelium apud populum. De Carthaginenſi bello. De dote. De falſis pugnis. In Marcum Fuluium Nobiliorem, cum ediſſertauit eius cenſuram. In Lucium Furium. Ad milites contra Galbam. De Letorio vel Lætoria lege. In Quintum Minutium Thermum. De Ptolemæo contra Thermum. In Oppium. In Lucium Veturium de ſacrilegio commiſſo. Pro Lucio Cæſetio. In Panſam. De decem hominibus. De ſuis virtutibus. De moribus Claudij Neronis. De præda militum diuidunda. Numantiæ ad equites. De ſpolijs ne figerentur niſi quæ de hoſtibus. Ne quis Conſul bis fieret. Ne imperium ſit veteri vbi nouus venerit. Ædiles plebi ſacroſanctos eſſe. De tribunis militum. Pro Rhodienſibus. Contra Tiberium exulem. Pro Lucio Turio contra Cneum Gellium. De ſacrificio commiſſo: fortè eadem in Veturium de ſacrilegio commiſſo. In diſuaſione ne lex Bæbia derogaretur. De fœneratione legis Iuniæ. In ſuaſione ne legi Orchiæ derogaretur. In ſuaſione legis Voconiæ. In diſuaſione de rege Attalo, & vectigalibus Aſiæ. Ad lites Cenſorias. De coniuratione. In diſertatione conſulatus. In conſulatu. De re Hiſtriæ militari. De ſignis & tabulis. Apud equites. De Auguribus. De Indigitibus. De fundo oleario. Porrò ex omnibus Catonis ſcriptis integer tantum ſupereſt liber de re ruſtica ab Aldo, & à Roberto Stephano ex Petri Victorij emendatione impreſſus. Circumferuntur etiam quædam fragmenta ex libro Originum de gentibus Italiæ, impreſſa cum Beroſo, Myrſilo & alijs quibuſdam. Oratio de lege Oppia contra Lucium Valerium (ex Liuio vt arbitror deſumpta) Pariſijs à Wechelo edita eſt.

Marcus Cato Marci filius, egregios de iuris diſciplina libros reliquit. Gellius libro 13. cap. 18. Huius fortè eſt regula Catoniana, ad quam Vlpianus librum ſingularem ſcripſit.

Marcus Cato, Marci nepos, multas Orationes ad exemplum aui ſcriptas reliquit. Gellius lib. 13. cap. 18.

Marcus Salindienus Saturnini tyranni vitam conſcripſit.

Marcus Scaurus libros de vita rebusq́ ſuis geſtis compoſuit.

Marci Stephani à Vigerono, Petragorici Iureconſulti in florentiſſima Auenionenſi Academia, Alphabetum legale, teneræ & rudi legum iuuentuti vtiliſſimum & frugi. Item Dialogi tres de materia legitima obligationum & furtorum. Item Orationum liber, inter quas eſt vna in commendationem funeris Æmilij Ferreti, Epigrammatū quoque liber. Auenione impreſ. Bartholomæus Bonhomme, anno 1555.

Marci Tatij Alpini, ad Wolffg. Anemœcium præceptorem ſuum epiſtola elegiaca, impreſſa ad calcem ſcholiorum Anemœcij in bucolica. Eiuſdem epiſtola ad Wolffg. Hung. I.C. in qua furtum per lancem & licium conceptū quid ſit, aliter quàm hactenus explicauit. Impreſſa Baſileæ anno 1545. à Ioan. Oporino, in 4. * Idem ſtratagemata Romanorum Iulij Frontini in Germanicam linguam tranſtulit. In folio Francofurti per Paulum Reffelerum, anno 1578.

Marcus Terentius Varro plurimos et doctiſſi-

mos

Digitized by Google

*nos libros compoſuit, quorum catalogum olim D. Hieronym. conſcripſit, Varroni Origenem conferens, verum hunc temporum iniuria amiſimus, ſed nuper vir doctiſſimus Vertranius Maurus vitam Varronis conſcripſit, & librorum eius inſcriptiones ex Cicerone, Gellio, Pompeio, Nonio, Fulgentio, Lactantio, Seruio, Macrobio, Auguſtino, Acrone, Porphyrione, Priſciano, collegit, ſunt autem hæ. Antiquitatum libri quadraginta & vnus, opere in duo volumina diſpertito, quorum alterum inſcriptum fuit titulo Rerum humanarum, quod Plinius nuncupat Humanarum antiquitatum. De ijs libri fuere 25. quorum Senos Varro quatuor dedit partibus: ſex primis de hominibus, ſecundis ſex de locis, tertijs de temporibus, ſex quartis de rebus ſcripſit. Vnus autem ſingularis ante omnes poſitus, qui de omnibus loqueretur. Singulos porro ex ſenis proprio nomine inſcriptos ex Macrobio conſtat. Alterum volumen C. Cæſari dicatum titulũ habuit Rerum diuinarum, in hoc theologiam Rom. ciuitatis 16. libris explicauit. Nam totius operis initio vnico libro poſito, qui de omnibus tractaret, ſequentes tres priores inſcripti ſunt de hominibus: alteri tres de locis: tertij de temporibus: quarti de ſacris: poſtremi tres de Dijs, primus de Dijs certis, ſecundus de Dijs incertis, vltimus de Dijs ſelectis. Cæterorum etiam librorum quiſq; proprio nomine donatus fuit. Præterea extra volumen antiquitatum ſcripſit Varro, de cultu Deorum libellum. De vita populi Romani li. 4. quorum Nonius meminit, vbi in quibuſdam exemplaribus mendoſe legitur, de vita patrum. De tribubus. De Auguribus. Hebdomades vel de imaginibus. De proprietate ſcriptorum. De comœdijs Plautinis. Ad Libonem. De gente populi Romani.* Διφθέραι *in quibus quid à quaq; gente fuerit inductum ſcribit. De pontificalibus. Myſtagogorum libri. Plautinarum quæſtionum lib. De compoſitione Satyrarum. De poetis. De officio Senatus habendi, ad Cn. Pomp. Epiſtolicarum quæſtionum lib. De Scænicis Originibus lib. 3. De diſciplinarũ lib. De Geometria liber ad M. Cælium Rufum. De Arithmetica libellus hodie quoq; ſuperſtes in bibliotheca Rodolphi Cardinalis.* Περὶ πλέτυ. *De rerum natura. De republica lib. 20. Rhetoricorum vel vt Vertranius cenſet Theologicorum. De philoſophia. Epiſtolarum libri. De æſtuarijs.* Ηρακλείδιον. Πιστολογραφία. *De familijs Troianis, quem eundem cum ſuperiori cenſet Vertranius Catus. De admirandis rebus, ſiue mirabilium. Tres proxime enumerati libri, vno volumine incluſi, & generali nomine hiſtorici inſcripti ſunt. Capys vel de liberis educandis, Logiſtoricus.* Περὶ παιδοποιίας. *Papus ſeu de indigitamentis. Oreſtes vel de Inſania. Siſenna ſeu de hiſtoria. Pius vel de pace. Marius ſeu de fortuna* περὶ τύχης. *Satyræ quas quidam Cynicas ipſe Menippeas appellauit, de quibus quædam oratione proſa, quædam verſu ſcriptæ fuere. Ex his fuerũt libri qui ſequuntur. Væ victis, ſiue* Περὶ φιλονεικίας. *De lege Menia. Vinalia ſiue* Περὶ ἀφροδισίων. *Eudæmones. Quinquatria. Ephemeris. Eccleſia.* Περὶ φθοραιχέσιν, *quæ & Coſmotoryna inſcribitur. Teſtamentũ* περὶ διαθήκης. *Marcipor.* Εθος ἢ νόμος. *Antiquo tecti. Andabatæ. Hippocion. Meleagri. Eumenides. Virgulta diuina. Seſquiulyſſes.* Γεροντοδιδάσκαλος. *Columna Herculis. Hercules Socraticus. Serranus ſeu* περὶ ἀρχαιρεσιῶν. *Modus eſt matulæ ſiue* περὶ μέθης. *De ludis theatralibus. De gradibus* περὶ κεραυνοῦ. ἔνος πρὸς λύρας. *Bimachus, vel Bimarg. vel* κατάκρισις, περὶ τρόπων τρόπος. *Myſteria. Parmeno. Agatho. Marcopolis ſiue* περὶ ἀρχῆς. Γνῶθι σεαυτόν. *Titonius ſiue* περὶ γήρως. *Hecatombæ ſiue* περὶ θυσιῶν. *Duloreſtes. Achaica. Flexibulæ ſiue* περὶ ὑπαρχιῶν. *Promethei thirſus. Tanaquil.* Ὀνίναυσι μαχή. *Cras credo hodie nihil. Deſultorius ſeu* περὶ τρυφῆς. *Iunius* περὶ τοῦ γράφειν. περὶ αἱρέσεων. *Synephæbius vel* περὶ ἐμμονῆς. *Accinius. Terent. Noprandia apud Nonium vbi tamen Iunius legit Admiranda. Pranſum paratũ. Pſeudulus Apollo, ſiue* περὶ θεῶν ἀπαντήσεως. *Iunius legit* ματαιώσεως. *Turnebus* ἀναγνώσεως. *Caprinum prælium, vel* περὶ ἡδονῆς. *Iunius* περὶ ἰδονῆς *legit. Gemini. Aiax. Præneſte. Phœbus. Andromeda. Armorum iudicium. Oedypus. Thyeſtes. Sardi venales.* Ανθρωπόργια περὶ γενεθλιῶν. *Iunius legit* ἀνθρωπόπολις, περὶ γενεθλιακῆς. *Sexageſimus, Iunio Sexageſis. Longe fuit qui non fugit. Modius: qui forte idem eſt cum illo, Modus eſt matulæ.* κυνοδοξία περὶ φόνου. *Iunius,* περὶ φθόνου. Αμα μιν ἰδὼν ἢ περὶ μαρτυρίας, *vel vt Iunius legit,* Αμμετμιτρῶς, περὶ φιλαργυρίας. *Seraparectes. Baiæ Cygnus* περὶ ταφῆς. *Mutuum muli ſcabunt, vel* περὶ ἀφορισμοῦ, *aut* περὶ ἀγορασμοῦ. *Mæonius. Autumedo. Aborigenes ſeu* περὶ ἀνθρώπων φύσεως. *Manius, qui liber forte idẽ eſt cum Mæonio.* Λογομαχία. *Effractio.* Εως ποτὲ περὶ ὡρῶν. Παπία πάππου ἢ περὶ ἐγκωμίων, *aut vt Iun. legit Papia, papæ* Περὶ λέξεων. Αλλος οὗτος Ἡρακλῆς. *Neſcis quid veſper ſerus vehat. Octogeſimus vel Octogeſis,* περὶ νομισμάτων. *Tripalus vel* περὶ ἀρρενοτύπων. Περὶ ἔχοντος ταριχείας, Τάφη Μενίππου, *vel vut Iunius cenſet,* Περὶ ἔχοντα τὴν γαῖαν. *De officio mariti.* Περὶ ὕδωρ κρυῶν. Δὶς παῖδες οἱ γέροντες. *Ex Demetric. Sciamachia,* περὶ τύφου, *quæ etiam* κριομαχία, *perperam inſcribitur.* Περὶ ἐδεσμάτων, *carmine liber conſcriptus de lautitijs & cibis peregrinis: pro quo fortaſſe apud Nonium legitur,* Περὶ ἐδεσμάτων. *Troclites, Trifilius, vel Trifolius, ſiue* περὶ ἀρετῆς καὶ φύσεως. *Iunius emendat Trioditis trypilio.* Περὶ ἀρετῆς κυήσεως, *vel* περὶ ἀρεστῆς κυήσεως. Περὶ ἐνταφίων, *vel* περὶ ἐπιταφίων, *aut vt Iun.* ἐπιτάφιον ἢ θὲς περὶ τάφου. Επὶ τύφου ὑμμύρον, περὶ ἐνετηρίας: *alijs tamen placet legere* ἐνετηρίας. *Antipater Antropopuli forte* Ανθρωπόπολις. Περὶ εἰσαγωγῆς. *Iunius mauult* περὶ ἐξαγωγῆς. Αιτία. Ευρυτιλοπὶς τοπονία ἢ περὶ καθηκόντων. *Iunius emendat:* ἱερατὴ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ τῶν γεγαμηκότων. *Rerũ Ruſticarũ li. 3. Primus de agricultura ad Fundaniam vxorem. Alter de re pecuaria, ad D. Turranium Nigrum. Tertius, De villaticis paſtionibus, ad Q. Pinium vicinum & amicũ ſuum. Hoc opus ſolum ex tot libris Varronis integrum ad noſtram ætatem peruenit: editi ſunt aliquoties hi libri cum alibi tum ab Aldo, & à Roberto Stephano ex emendatione P. Victorij. De lingua Latina libri 24. quorum pars quoq; extat, & cum N. Perotti Cornucopiæ primum excuſa eſt, ſed longe emendatior Romæ ex bibliotheca Antonij Auguſtini, & poſtea Lugduni, cum cenſura & notis Marci Vertranij Mauri, anno Domini 1563.*



Digitized by Google

Marci *Terentij Varronis opera quæ ſuperſunt. In libros de lingua Latina coniectanea Ioſephi Scaligeri, recognita & appendice aucta. In libros de re ruſtica notæ eiuſdē Scalig. ante non editæ. His adiuncti fuerunt Adriani Turnebi, commentarij in libros de lingua Latina, cum emendationibus Ant. Auguſtini. Item Petri Victorij caſtigationes in libros de re ruſtica. Henr. Stephanus excudit, 1573.*

Marcus *Toletanus librum Spurium Galeni de motibus manifeſtis & obſcuris, ex Græca in Arabicam linguam tranſlatum à Ioannitio rurſus ex Arabico Latinum fecit.*

* M. *Tribuni plebis ad plebem oratio. In folio, edita in biblioth. Imp.*

Marci *Tullij Ciceronis opera, primus excudit Aldus Venetijs, deinde Cratander Baſileæ, poſtea Heruagius, ibidem quatuor tomis diſtincta, ad vetuſtiſsimorum codicum collationem multis locis vltra ſuperiores editiones reſtituta, & Robertus Stephanus Pariſijs 1539. ex P. Victorij codicibus, elegantiſsimis characteribus: & Ribelius Argentorati, 1540. ex emendatione Ioannis Sturmij, poſt poſtremam Naugerianam & Victorianam correctionem, ita vt Aldinæ editioni omnia & paginarum & verſuum numero atq; longitudine reſpondeant. Paulus Manutius Aldi filius eodē anno et ſequente, Venetijs (præter Rhetorica impreſſa 1533.) omnia de integro Ciceronis opera excudit. Primo tomo Heruagianæ æditionis continentur, vita Ciceronis ex Liuio. Ad C. Herennium Rhetoricorum lib. 4. De inuentione, quæ & vetus Rhetorica, lib. 2. Topicorum ad Trebatium lib. 1. De partitione oratoria dialogus 1. De oratore ad Q. Fratrem libri 3. Brutus, ſiue de claris oratoribus lib. 1. Orator ad M. Brutum, vel de perfecto oratore lib. 1. De optimo genere oratorum præfatio quædam. Æſchinis contra Cteſiphontem de coronatione Demoſthenis accuſatio, & Demoſthenis defenſio, Leonardo Aretino interprete: nam Ciceronis traductio intercidit. Secundo tomo hæc ſunt. Demoſthenis & Ciceronis comparationes ex Quintiliano & Plutarcho. Orationes 57. pro P. Quintio, pro S. Roſcio Amerino, pro Q. Roſcio Comœdo, cum ſex ſequentibus in C. Verrem accuſationibus, pro M. Fonteio oratio mutilata, pro A. Cecinna, pro lege Manilia ad P. Romanum, pro Aulo Cluentio Habito, pro lege Agraria contra P. Seruilium Rullum Trib. pleb. in Senatu ad P. R. pro C. Rabirio perduellionis reo ad Quirites, in L. Catilinam inuectiuæ, pro L. Murena, pro L. Flacco, pro P. Sylla, pro A. Licinio Archia poeta, ad equites Romanos antequam iret in exilium, ad Quirites poſt reditum ſuum, poſt reditum in Senatu, pro domo ſua ad pontifices, de aruſpicum reſponſis in Senatu, pro C. Plancio, pro P. Seſtio, in Vatinium, pro M. Cælio, pro L. Cornelio Balbo, de prouincijs conſularibus, in L. Piſonem imperfecta, pro T. Annio Milone, pro C. Rabirio Poſthumio, pro M. Marcello, pro Q. Ligario ad C. Cæſarem, pro rege Deiotaro ad Cæſarem, in M. Antonium Philippicæ. C. Criſpi Saluſtij in Cic. oratio, M. T. Ciceronis recriminatio. Tomi tertij opera. Interpretationes Græcarum dictionum atque locutionum, quæ in Ciceronis ſcriptis reperiuntur: Epiſtolarum familiarium libri 16. quibus & aliorum epiſtolæ interſeruntur. Epiſtolarum ad T. Pomponium Atticum lib. 16. Vita T. P. Attici per Corn. Nepotem. Tomi quarti catalogus. M. T. Ciceronis ex Plutarcho vita, Achille Philerote Bocchio interprete. Academicarum quæſtionum liber primus imperfectus, & quartus: colloquuntur autem Cicero, Atticus, & M. Varro. De finibus bonorum & malorum ad Brutum lib. 5. præcipuè ex Platonis ſententia. Tuſculanarum quæſtionum ad M. Brutum lib. 5. Primus inſcribitur de contemnenda morte. Secundus de tolerando dolore. Tertius de ægritudine lenienda. Quartus de reliquis animi perturbationibus. Quintus ad beatè viuendum virtutem ſeipſa eſſe contentam. De natura deorum lib. 3. in quibus nihil aſſeritur, ſed philoſophorum ſententiæ in medio ponuntur, colloquentibus C. Cotta, C. Velleio Senatore, Q. Lucilio Balbo Stoico, & Cicerone Academico. De diuinatione, ſiue ſcientia rerum futurarum lib. 2. De Fato, & de enunciationibus, quæ vocantur δυνατά, liber mancus. De legibus lib. 3. Dialogo conſcripti, ad imitationem Platonis. De officijs ad M. filium lib. 3. Lælius, ſeu de amicitia dialogus. Cato maior, ſeu de ſenectute dialogus. Paradoxa ſex ad M. Brutum, ex ſententia Stoicorum, & Socratica, qualia M. Cato Bruti auunculus ſæpe tractare ſolebat. De vniuerſitate liber, ex Timæo Platonis conuerſus. Q. Ciceronis de petitione conſulatus ad M. Tullium fratrem liber. Appendix de re militari incerto autore, quanquam vulgo Ciceroni tribuatur. Fragmentum interpretationis in Arati phænomena, quod ab eo adhuc adoleſcente emiſſum conſtat. Circumfertur etiam Synonymorum quidam libellus cum epiſtolio Ciceronis ad L. Veturium, pſeudepigraphus, vt apparet, impreſſus. M. T. Ciceronis libros de gloria, vita beata, & quaſdam orationes hactenus non viſas, Beatus Rhenanus in epiſtola impreſſa cum libris eius de rebus Germanicis, ab amico quodam tanquam apud ipſum extantes, petit. M. Tullij Ciceronis opera quæ iniuria temporum interciderunt, ex citatione plurimorum authorum collecta, hæc ſunt. Orationes numero 16. Pro Q. Gallio ambitus reo. Pro M. Æmilio Scauro ambitus reo, vna: pro eodem repetundarum reo altera. Pro C. Cornelio duæ. Pro L. Vareno. Pro Tullio. Pro P. Oppio. Pro Fundanio. Pro C. Muſtio. Pro Acilio duæ. Contra concionem Q. Cæcilij Metelli. In Clodium & Curionem. De imperio Cn. Pompeij Epiſtolarum libri 24. ad Hirtium libri 9. Ad Brutum 8. Ad Pompeium 4. Ad Panſam 3. Ad Cæſarem Dictatorem 3. Ad Cæſarem iuniorem 3. Ad Cornelium Nepotem 2. Ad Ciceronem filium 2. Ad Caluum. Ad Cærelliam. Ad Herodem epiſtolæ Græcæ. Philoſophici lib. 14. De republica 6. Academicarum quæſtionum vltimi 3. De gloria 2. De conſolatione 1. Hortenſius 1. Catulus 1. Verſa ex Græcis. Accuſatio Æſchinis. Defenſio Demoſthenis. Protagoras Platonis. Oeconomicus Xenophontis. Varij lib.*

*De con-*

*De conſulatu ſuo, libri tres heroico carmine conſcripti. Commentarius conſulatus ſui Græcus. Poema ſeu* [illegible] *ad Cæſarem. De iure ciuili in artem redigendo. De re militari. De augurijs. Prognoſtica. Topothesia Baiarum, & Puteolorum. Iocularis libellus. De orthographia. M. Tullij Ciceronis opera ex editione Dionisij Lambini Lutetiæ impreſſa ſunt. Poſt hunc Matthæus Dreſſerus Erphordenſis annotationes melioris lectionis paßim per complures libros Ciceronis ex manuſcriptis codicibus excerpſit, quas breui in lucem edendas ſperamus. M. Ciceronis Officia cum Animaduerſionibus Ioan. Couchij, Corn. Valerij, Guiliel. Canteri, & annotationibus Lambini. Apud Plantinum, 1568. *Seorſim eius epiſtolarum familiarium libri 16. ex Chriſtophori Longolij eloquentißimi Oratoris caſtigationibus recogniti, multoq́ quam ante hac nunquã emendatius in lucem editis cum illuſtrium virorũ marginalibus, explicationibus, & annotationibus. in 8. Coloniæ excudebat Petrus Horſt. Itemq́ de officijs libri 3. Cato Maior, Lælius, Paradoxa Stoicorum, Somnium Scipionis: Omnia ex poſtrema doctiß. virorum recognitione quàm emendatißima. in 8. Antuerpiæ.*

Marcus *Valerius Coruinus pro Liburnia citatur à Feſto. Et alibi M. Valerius Meſſala augur.*

Marci *Valerij Martialis epigrammatum lib. 14. impreßi Venetijs ab Aldo, Lugduni, Antuerpiæ à Plantino & alibi, etiam cum commentarijs: & Baſileæ apud Heruagium, cum annotationibus Micylli. poſtremò Tiguri ex repurgatione Geſneri, in locos digeſta. Vixit Romæ ſub Domitiano & Nerua Cæſaribus.*

Marcus *Verrius Flaccus, Grammaticus & præceptor nepotum Auguſti Cæſaris, ſcripſit Rerum memoria dignarum libros aliquot. Saturnum. De obſcuris Catonis. De verborum ſignificatione. De orthographia. Epiſtolas. Carmina. Vitam eius breuiter deſcribit Suetonius lib. de Grammaticis. Libros Verrij Flacci, De verborum ſignificatione, Sex. Pompeius Feſtus in breuiorem formam redegit, cuius Epitomen hodie mancam & laceram habemus: cum qua Venetijs, 1560. excuſa ſunt fragmenta quædam Verrij.*

Marci *à Weida Dominicani, Explicatio orationis Dominicæ. Coloniæ, anno Domini 1573. Germanice.*

Marcus *Vertranius Maurus libros Varronis de lingua Latina recenſuit, & cenſuram ac notas addidit. Lugduni apud Gryphium, 1563. in octauo. Scripſit de iure liberorum librum ſingularem. Lugduni, 1558. in quarto. Item in Corn. Tacitum annotationes, ibidem editas.*

Marci *Vigerij S. Mariæ trans Tyberim presbyteri, in Decachordum Chriſtianum ad Iul. Pont. max. lib. 2. impreßi. * Pariſijs anno 1517.*

Marcus *Vigerius epiſcopus Senogallienſis, ſcripſit dialogum de tollendis abuſibus eccleſiæ. * Item Tractatum de Antichriſto.*

Marci *Vitruuij de architectura lib. 10. impreßi Venetijs, anno 1511. ex caſtigatione Ioan. Iocundi, cum figuris & indice: & Florentiæ apud hæredes Philippi Iuntæ, 1522. cum Iulio Frontino de aquæductibus vrbis Romæ. Ratio architecturæ antiquæ ex Vitruuio & alijs veteribus decerpta, primum Hiſpanicè edita autore Iacobo Sacredo, deinde Gallicè Pariſijs apud Colinæum cum figuris. Vitruuij liber de hexagonis, heptagonis, & id genus, anno Domini 1494. inuentus in cœnobio quodam ad Bobium oppidum. Raph. Volaterranus Geographiæ libr. 4. Libri de architectura Latine quoque editi ſunt Argentinæ in quarto. Item Venetijs in folio, anno 1567. multis figuris & deſcriptionibus aucti. Ibidem quoque Italice editi ſunt. Norimbergæ vero Germanice cum commentarijs Gualtheri Riffi.*

* Marci *Wagneri Frimarienſis Theologi & hiſtorici, de nobilitatis origine & ſpeculo: aduerſus coaxationes ranunculi Nicodemi Friſchlini qui ſibi titulum P. L. Comitis Palatini Cæſarei attribuit. Germanice. in 4. Magdeburgi anno Domini 1580.*

Mardochæi *nomine epiſtolam quandam ad Alexandrum manuſcriptam, vidiſſe ſe Conr. Geſnerus in Bibliotheca ſua teſtatur. Hunc putant nonnulli ſcripſiſſe librum Eſther, hiſtoriam veteris Teſtamenti. Extat & inter Thalmudica Mardochæi ſcriptum de ritibus Iudæorum.*

Mares [illegible] *citatur à Stephano in Mauritania.*

Mares *epiſcopus Bithynicæ Chalcedonis in Iulianum inuehitur, apud Suidam: quem, ſi libet, conſule.*

* Margarini *de la Bigne D. Pariſienſis, Sacra Bibliotheca Sanctorum patrum ſupra ducentos, qua continentur illorum de rebus diuinis opera omnia, & fragmenta, quæ partim nunquam hactenus, partim ita, vt rarò iam extarent, excuſa, vel ab hæreticis corrupta: Nunc primùm ſacræ facultatis Theologiæ Pariſienſis cenſura in perfectißimum opus coaluerunt. Diſtincta in tomos octo: Epiſtolarum, Hiſtoriarum, Moralium, Liturgiarum, Diſputationum contra hæreſes commentariorum, Homiliarum, Pœmatumq́ ſacrorum mixtim & Tractatuum in penè ſingula, & fidei Chriſtianæ & ſcripturæ ſacræ loca: illuſtrata virorum Doctißimorum ſcholijs obſeruationibus, &c. Per eundem Margarinum Theologum Pariſienſem. in folio, Pariſijs anno Domini 1579. Eiuſdem appendix Bibliothecæ ſanctorum Patrum varia de Deo & rebus diuinis complectens opuſcula & fragmenta, omnia nunc primum, vel ex manuſcriptis excerpta codicibus vel meliori forma edita & illuſtrata. in folio Pariſijs 1580.*

* Mariæ *cuiuſdam ſororis Moyſi liber, alchymiſticus puto, circunfertur manuſcriptus.*

* Mariæ *B. Virginis Pſalterium, in tria roſaria diſpertitum, adiunctis alijs nonnullis de eadem Virgine precatiunculis, multo ſtudio ex antiquorum ſcriptis collectis. 16. excuſum Tegernſæ.*

Mariangeli *Accurſij diatribæ excuſæ ſunt Romæ apud Marcellum Argenteum, anno Domi-*

ni 1514. in folio. Vide in Accurſio Mariangelo.

Marianus monachus Fuldenſis ordinis ſancti Benedicti, natione Scotus, ſcripſit ab initio mundi vſq; ad ſua tempora Chronicam inſignem lib. 3. de concordantia Euangeliſtarum lib. 1. de computo quoq; lib. 1. Emendationes Dionyſij, Annotationes ſcripturarum. De cyclo paſchali. Algorithmum. Breuiarium in Lucam. Epiſtolas hortatorias. Chronicon eius editum eſt Baſileæ. Obijt Moguntiæ, anno 1086.

Mariani Sancti Barolitani, natione Itali, medici noſtra ætate Venetijs experientia clariſſ. opera quædam impreſſa Venet. apud Iuntas, 1543. nempe, commentaria in Auicennæ textum de apoſtematibus calidis, de contuſione & attritione, de caſu & offenſione, de caluariæ curatione, compendium in Chirurgia. libellus de lapide renum, ſeorſim quoq; excuſus Pariſijs apud Wechelum. libellus aureus de lapide veſicæ per inciſionem extrahendo, cum figuris inſtrumentorum. libellus quid ditatiuus de modo examinandi medicos chirurgicos. Oratio de laudibus medicinæ. In præfatione inuehitur aduerſus recentiores medicos Græcæ linguæ ſtudioſos, & Auicennam defendit. Stilus rudis eſt ac barbarus. Eius Compendium Chirurgiæ. De capitis læſionibus à Chirurgio curandis. De calculo renum & veſicæ, eiuſq; cauſis ſignis & curatione. De lapide veſicæ per inciſionem extrahendo. De modo examinandi medicos chirurgicos: Impreſſa ſunt Tiguri apud Geſneros fratres in opere chirurgico. Claruit anno Domini 1544.

Marianus Marci Cauſidici F. ſcripſit libros plurimos. Metaphraſim Theocriti iambis, 3150. Metaphraſim Apollonij Argonauticorū iambis, 5608. Metaphraſim Callimachi Hecales, Hymnorum & Cauſarum, & Epigrammatum iambis 6810. Metaphraſim Arati, iambis 1340. Metaphraſim Nicandri Theriacorum, iambis 1370. & alias multas metaphraſes. Vixit ſub Imp. Anaſtaſio. Suidas.

Mariani Scholaſtici epigrammata 6. extant lib. 4. Florilegij Græci.

Marianus Sozinus maior, & alter iunior, ſiue nepos illius, eiuſdem nominis, ambo iuriſperiti fuere in Italia. Scripta eius hæc citantur: Fallentiæ, impreſſæ, Repertorium nouum. conſiliorum volumina 4. in 2. infortiati de legatis 1. l. ſciendum ſuper 1. ff. ver. lectura ſuper Decretal. de iuramento calumniæ. de for. com. in 2. Decr. de libel. obla. de mutuis petit. de litis conteſta. in 3. Decr. ſuper Rub. & ne cleri. vel mon. c. ſententia Maria. in 5. de accuſatione. c. veniens. & de homicidio. c. ad audientiam. Item de inſtantia, in c. venerabil. de iudi. de teſtibus poſt publicationem fraternitatis. de viſitatione. Vide Æneam Syluium in fine capitis 55. deſcriptionis Europæ. Marianus Sozinus ſenior, ſcripſit tractatus plures elegantes & copioſos. Repetitiones multorum capitulorum varia doctrina refertas, quæ omnia in vnum volumen redacta, ſub eius nomine circumferuntur. Scripſit etiam ſuper totum corpus iuris canonici, verum hæc latitant adhuc in Muſæis quorundam doctorū. Edidit conſilia quàm plura, quorum non pauca inſerta ſunt conſilijs Bartholomæi eius filij, in primo volumine. * Eiuſdem in aliquot ſingulares & in praxi lucroſiſſimos titulos Decretalium commentarij: cum additionibus præſtantiſſimi Iuriſconſulti, Bartol. Socini, eius filij. in fol. Francofurti anno 1583.

Marianus Sozinus iunior ſenioris Mariani nepos I.C. hac noſtra ætate omnium celeberrimus, docuit olim Senis, Piſis, deinde Patauij annos quam plurimos, poſtremo Bononiam honorificentiſſime reuocatus, ſumma cum laude iam à multis annis ibi profitetur. Scripſit ſuper 1. & 2. Infor. Super 1. & 2. ff. no. ſatis copioſe in modum repetitionis. Item edidit Rub. ff. ſolu. matri. Rub. l. 2. & l. cum filio de legat. & para. Cato. Et l. Stipulatus. ff. de verb. oblig. Item duo magna conſiliorum volumina Venetijs impreſſa. Parat etiam editioni (vt audio) tertium volumen conſiliorum. Eius commentaria in quatuor lecturas veſpertinas, in celebrioribus Italiæ gymnaſijs prælecta excuſa ſunt Venetijs. āno 1566. in folio. Mariani Sozini ac Bartholomæi filij, Senenſium, volumina quatuor, Franciſci Pepij ſolidis appendicibus ornata, annotationibus illuſtrata & aucta. Venetijs, 1572. in folio.

Marianus, natione Romanus, patria Zinizanenſis, ordinis eremitarum S. Auguſtini, theologus conſultiſſimus, ac totius ordinis generalis Prior, &c. Quanta huius viri doctrina, quanta eloquentiæ vis ac maieſtas fuerit, partim ex ſermonibus, partim ex epiſtolis & orationibus à ſe erudítiſſimè editis quiſque dilucidè elicere poteſt. ſcripſit ſermones varios, & orationum lib. 1. epiſtolarum lib. 1. Claruit anno 1500.

* Marianus Victorius Reatinus Epiſcopus Amerinus, opera D. Hieronymi omnia quæ reperiri potuerunt: ex antiquis exemplaribus ſingulari diligentia magnoq; labore emendauit, atq; argumentis & ſcholijs illuſtrauit. In fol. Pariſ. vt opinor 1580.

Mariæ Sypontini oratio, neſcio cuius argumenti, excuſa eſt in Italia.

Marini Barletij Scodrenſis ſacerdotis, de vita, moribus, ac rebus geſtis, præcipuè aduerſus Turcas, Georgij Caſtrioti Epirotarū principis (qui propter celeberrima facinora Scanderbegas, id eſt Alexander dominus vel magnus cognominatus fuit) libri tredecim, eleganter conſcripti: Crato Mylius excudit Argentorati, 1537. * Eiuſdem (arbitror, etſi Index bibl. Imperat. Martinum Barletum vocet) de expugnatione Scodræ vrbis, à Turcis, libri tres in fol. Baſil. per Lud. Lucium Stellam 1556.

Marini Becichemi Scodrenſis opera quædam impreſſa feruntur: nempe, Prælectio in Plinium excuſa Lutetiæ, cum alijs, &c. ratio ſcribendarum epiſtolarum, impreſſa Baſileæ, 1541. apud Oporinum caſtigationes eius in libros Ciceronis de oratore, de Inuentione, & in Rhetorica ad Herennium. Rob. Winter excud. Baſi. 1541. cum cōmentarijs diuerſorum in omnes Ciceronis libros de Arte rhetorica.

Marini de Carantanico Gloſſæ ſuper conſtitutionibus regni Siciliæ, & ritibus magnæ curiæ vicariæ.

Marinus

Digitized by Google

Marinus Frecia de ſubfeudis baronum & inueſtituris feudorum.

Marinus Neapolitanus philoſophus & rhetor, diſcipulus & ſucceſſor Procli, vitam eius proſa & verſibus conſcripſit, quæ etiamnum extat. Vide plura apud Suidam, qui duobus proximis locis Marini meminit. Marini liber de vita Procli Græce & Latine editus eſt Tiguri apud Geſneros fratres, cum Antonini Imperatoris libro.

Marini philoſophi προθεωρία in Euclidem in bibliotheca Henrici Memmij. In Euclidis data, in Vaticana & Strozæ: neſcio an idem opus cum protheoria.

Marini anatomicorum commentariorum meminit Galenus lib.2. anatomicarum adminiſtrationum, & eos imperfectos & obſcuros nominat.

Marinus de Porta ſuper conſtitutionibus regni Siciliæ.

Marinus Sanutus, patricius Venetus, ſcripſit de magiſtratibus Venetis lib.1. de vitis principum Venet. librum 1. de bello Gallico libros quoſdam & Latine & vulgariter, & alia quædam. de huius viri ſcriptis vide præfationem Aldi in opera Angeli Politiani.

Marinus Tyrius, libros de Geographia ſcripſit, vnde ſua Ptolemæus mutuo accepit, qui eum ſæpe interpolat & corrigit. Volat.lib.17. Vrb.com.

Marius Æquicolus, vir nobilis, Italus, eques auratus, ſcripſit pro Baptiſta Mantuano, Defenſorium in Sycophantas lib.1. Item de opportunitate librum impreſſum, in quarto. Item de Natura, & de Amore. Claruit 1510. Stephanus Baſſignanas.

Marij Arcadis Narnienſis ad l.1.C. de edendo interpretatio noua. Lugduni Gryphius, 1543.

* Marij Equicolæ Aluelani de natura amoris, emendatus per Thomam Fazellum Porcaccium. Venetijs Gabriel Giolitus 1563. Italicè.

Marius Galeota Monaſteratij princeps, vertit aliquot orationes Gregorij Nazianzeni: & neſcio quæ opuſcula Plutarchi.

Marius Maximus principes Romanos deſcripſit. Raph. Volaterranus. Politianus intercidiſſe conqueritur.

Marij Nizolij Brixellenſis obſeruationes in Ciceronem, ordine literarum digeſtæ, quibus omnis vera Latine loquendi ratio, & quot quibuſq; modis vnaquæque vox diſtingui variariq; poſſit, per exempla Ciceronis planè demonſtratur: liber, qui omnium grammaticorum vicem vnus cumulatè, præſtet, & ad quam quaſi normam ſi cuncta eorum præcepta requirantur ac dirigantur, facilè verâne ſint, an falſa, appareat. Denique omnibus bene dicendi atq; eloquentiæ Latinæ ſtudioſis ſummæ vtilis ac neceſſarius, diligentiſſima cura ac maximis laboribus collectus. Acceſſit præterea diuerſarum Ciceronis editionum collatio, qua ceu Theſei filo in ſingulis locis inquirendis, vti commodiſſime ac citra negotium licebit. Robertus Winter excudit Baſileæ, 1530. & rurſus anno 1541. adiectis etiam illis vocabulis quæ Baſilius Zanchus poſt Nizolium ex Cicerone collegerat. Et Heruagius demum anno Domini 1548. cum magna acceſſione verborum Ciceronis, per Cælium Secundum Curionem.

Marij Nizolij de veris principijs & vera ratione philoſophandi contra pſeudophiloſophos libri 4. impreſſi Parmæ, anno Domini 1553. Idem tranſtulit Galeni explanationem obſoletarum vocum Hippocratis. Liber ab eo accurate recognitus, excuſus eſt Venetijs à Iuntis cum operibus Galeni, anno Domini 1550. Quædam etiam ſcripſit contra M. Ant. Maioragium.

Marius Oliuetanus, Italus, Laſciuum carmen Romæ agens, florenti ætate edidit. Quod tandem excuſat Baptiſta Mantuanus, dum ſenex grauiora atq; ſanctiora ſcriberet. Ex ſyluis Baptiſtæ.

Marius Philelfus, Franciſci Philelfi ſupra dicti filius, eques auratus (quales noſtri milites appellant) & laureatus poeta, ſcripſit inter cætera opus præclarum præceptorum Artis rhetoricæ, diſtinctum in lib.3. Orationes elegantes lib.1. Epiſtolarum ad diuerſos lib.1. cantilenas & rhythmos. Sed & alia multa metro & proſa compoſuit, quæ ad me non venerunt. Claruit anno 1480.

Marij Plotij veteris grammatici ſcripta nondum in vulgus edita, citantur ab Adriano Iunio in Annotat. in Heſychium: & à Cuiatio in Obſeruationibus.

Marius Podianus librum ſcripſit de aduentu Pauli III. Papæ Peruſiam, & pompa qua exceptus eſt.

Marij Ruſtici librum Domitius Calderinus, cæteris incognitũ, ſe gloriabatur è Gallia attuliſſe: qui tamen codex, ne extincto quidem illo, vnquam apparuit. Angelus Politianus in præfatione in Suetonium.

Marius Salomonius Albertiſchus, eques Romanus, Baptiſtæ Caccialupi auditor, in gratiam Iulij medices Cardinalis inſtituit diſputationem ſuper lege Gallus in ff. Tit. de liberis & poſthumis, quam publice exegit in magno Cardinalium 22. Epiſcoporum, iureconſultorum, & omnis generis doctorum conuentu. poſteaq; in iuſtos commentarios redactam edidit. Hortatu Leonis X. pontificis, iam ſenex inceperat in libros ff. exactiorem interpretationem conſcribere, iamque in librum 1. abſoluerat, cum morte interceptus perijt. ſcripſit præterea repetitiones & tractatus aliquot, quæ vulgo impreſſa habentur. Item commentaria de probationibus, & libros de principatu ad Leonem X. plura Ioan. Fichardus in eius vita. Eius commentarioli in librum Pandectarum iuris, cum pulcherrimis annotationibus, & inter cætera verus & hactenus non perceptus ſenſus l.1. de iuſt. & iure. Tractatus de bono & æquo ab alijs non explicitus, Repetitio in l. vt vim item in l. omnes populi, conciliatis veterum & nouellorum iuriſconſultorum traditionibus, commentariorum lib.6. Tractatus de voluntario & inuoluntario. Vera enarratio in l.1. & l. penul. de conſtit. princ. Similiter & in l.1. de Senatoribus, & in ſequentes legum titulos vſque in finem: à Cratandro excuſa Baſileæ, 1530. In l. Gallus, & in para. Reſponſa prudentum paradoxa:

Digitized by Google

ibidem eodem tempora excuſa. Citatur quoque ſcri
ptum eius de origine iuris l.1.& 2. & commenta-
rius peculiaris in 1.ff.vet.vſque tt. de officio aſſeſ-
ſoris, incluſiue.

Marius *Sergius. Vide in Seruio.*

Marius *Victorinus Afer D.Hieronymi præ-
ceptor, ab alijs M.Fabius Victorinus nominatur,
conuerſus ad fidem Chriſti in ſenectute ſua, ſcripſit
contra Arianos lib.2. de ſancta Trinitate lib.1.con
tra hæreticos lib.1. De homouſio quoque lib.1. De
Trinitate hymnorum lib.1.in epiſtolas apoſtoli Pau
li lib.14.& quædam alia. Libros contra Arium &
hymnos, Henricus Petri excudit Baſileæ,1528.cum
varijs aliorum opuſculis contra hæreticos. Item in
Hæreſeologia. Præterea eiuſdem confutatorium
Candidi Ariani de generatione diuina, excudit O-
porinus cum Ziegleri Conceptionibus in Geneſim,
anno 1548. Eiuſdem hiſtoriæ Machabeorum lib.1.
carmine ſcriptus, cum Chriſtianorum poetarum ve
terum operibus editus eſt Baſileæ, anno 1562. Eius
commentarij in Ciceronis rhetoricam veterem, ſiue
de inuentione lib.2. impreſſi Venet. 1500. & Co-
loniæ apud Gymnicum 1535. ex caſtigatione Gyber
ti Longolij, cum eiuſdem Gyberti annotationibus
in obſcuros locos rhetoricorum ad Herennium, &
Pariſijs,1537. apud Rob.Stephanum. Poſtremo Ba
ſileæ,1541. à Roberto Winter, cum cõmentarijs di-
uerſorum in omnes rhetoricos Ciceronis libros. Ex-
tat etiam Porphyrij Iſagoge, ex tranſlatione Victo-
rini, cum Boetij cõmentarijs. Eiuſdem (vt opinor)
Marij Victorini grammatici & rhetoris de enun-
ciatione literarum, orthographia & ratione carmi
num ſiue metris comicis libri 4. excuſi Baſil. apud
Adam Petri, cum Rhemnio Palæmone, & alijs an-
tiquis Grammaticis,1527. ijdem libri integriores e-
diti ſunt à Camerario Tubingæ,1537. in 4. Extant
& eius in poetica commentarij exquiſitæ frugis, ſi
integri & non mutili à ſtudioſis haberentur. Cla-
ruit anno 360.*

Marlandes *ſcriptor citatur apud Fulgentium
in Mytholog.*

* Marlini *Cocaij Mauaronicorum opus. Venet.
Iacobus Simbenius,1572.*

Marmaridij *Babylonij Magi meminit Plinius
lib.30.cap.1.*

* Marphorij *& Paſquilli dialogus de horũ tem
porum ſtatu. in fol. M.S. bibl. Imperat.*

Marpſias *orator fuit garrulus & turbulentus.
Suidas.*

Marquardi *Raſi Practica. Matth. Dreſſerus.*

Marquardus *de Suſanis Vtinenſis, De cœliba
tu. De Iudæis & alijs infidelibus. Venetijs, 1558.
in quarto.*

Marſilius *Andreaſius Mantuanus, ſcripſit Ita
lico ſermone orationem doctiſſimam de amplitudi
ne miſericordiæ Dei, quam in Latinum ſermonem
conuerſam, excudit Oporinus Baſileæ, anno 1550.*

Marſilij *Phyſica, commentarij de generatione
& corruptione, Opus de religione Chriſtiana: libri
ſunt impreſ. in Italia, haud ſcio an vnius authoris.
Concio tamen, phyſica & commentarios de genera
tione eſſe Marſilij de Ingen, de quo inferius.*

Marſilius *Ficinus, patria Florentinus, ſcripſit
multa præclara opuſcula, de quibus feruntur: Theo
logia notabilis lib.1. de intellectu & intelligentia
lib.1. in conuiuium Platonis lib.1. epiſtolarum lib.
plures. de triplici vita lib.3. Apologia, in qua agi-
tur de medicina & aſtrologia, quòd ad ſacerdotes
pertineant: & de vita mundi, deq; magia & magis,
qui Chriſtum ſtatim natum ſalutarunt. Item anti-
dotum Epidemiorum & præſeruationum ſecundæ
valetudinis: Cratander excudit Baſileæ, anno 1532.
eiuſdem opus de triplici vita, de voluptate lib.1. de
ſole & lumine lib.2. Apologia in librum ſuum de
lumine. libellus de Magis. quod neceſſaria ſit ſecu-
ritas & tranquillitas animi: vno volumine excuſa
ſunt Venetijs, apud Aldum. de animorum immor-
talitate & æterna felicitate lib.18. ad Laurentium
Medicen, typis excuſi. Epiſtolarum volumen iu-
ſtum, impreſſum in Italia, & olim in Germania.
Theologia naturalis, typis excuſa. epiſtola Verita-
tis de inſtitutione principis ad Cardinalem Riariũ.
oratio Chriſtiani gregis ad Xyſtum pontificẽ Rom.
declamatiuncula ad genus humanum de vitæ inſti-
tutione, de officijs. oratio ad Deũ theologica. Hæc
Thomas Wolff. excudit Baſil.1519. E Græco autẽ
tranſtulit in Latinum: librum Xenocratis Platoni
ci de morte, ad Petrum Medicen. ad Ioannem Ca-
ualcantem, Speuſippi, Alcinoi, & Pythagoræ opuſ-
cula traduxit. Dionyſium martyrem de myſtica
theologia & diuinis nominibus, quæ tranſlatio ex-
cuſa eſt Coloniæ, 1536. cum Dionyſij Carthuſiani
commentarijs in omnes libros Dionyſ. martyris: &
Venetijs,1528. Latinè & Græcè cum commentarijs
per ipſum Ficinum adiectis. item Plotinum, quem
doctiſſimis inſuper commentarijs enarrauit. Plato-
nis opera omnia Latina fecit, & illuſtrauit argu-
mentis, quæ compendiorum quoque & commenta-
riorum vicẽ præſtant: impreſſa Baſileæ in officina
Frobeniana, ex recognitione Simonis Grinæi. Æ-
neæ Platonici Theophraſtum, cuius ſupra memini-
mus. ex Athenagoræ philoſophi Græco libro de re-
ſurrectione ſummam in duo capita redegit, impreſ.
olim Baſileæ cum Ænea Platonico. Paraphraſes
in Theophraſtum & Priſcianum de ſenſu, phanta-
ſia, intellectu, & alia quædam Marſilij, Aldus ex-
cudit Venetijs. Paraphraſes in Iamblicum de myſte
rijs Ægyptiorum, &c. Marſilij Ficini theologia de
immortalitate animorum, excuſa eſt Venetijs, anno
Domini 1525. in 4. Eiuſdem & aliorum etiam com
mentarij in omnia Platonis opera excuſi ſunt Flo-
rentiæ à Torrentino in fol. Claruit anno 1490.*

Marſilius *de Ingen, natione Anglicus, vel (vt
alij volunt) Germanus, primus Heydelbergenſis
gymnaſij plantator, ſcripſit quæſtiones ſententia-
rum lib.4. dialecticam lib.1. commentariorum in
Ariſtotelem, lib. plures. & quædam alia. Claruit
anno 1394.*

Marſilius *Patauinus edidit librum qui inſcri
bitur Defenſor pacis, de re imperatoria & pontifi-
cia, id eſt de Poteſtate Papæ & imperatoris, in 3.
partes ſectum, impreſ. Baſil. 1522. cum præfatione
Licentij*

Digitized by Google

Licentij Euangelij ſacerdotis. Claruit 1324.

Marſilij de S. Sophia tractatus, ſiue receptæ, id eſt medicaminum particularium compoſitiones ſuper prima Fen quarti Auicennæ de febribus, vnà cum cura omnium accidentium in febribus, quæ æquipollet practicæ à capite vſq; ad pedes, impreſſæ Lugduni, 1507. Extant & conſilia eius medica, maximè de auditu, tinnitu aurium, de ſephiros, &c. Marſilij commentaria ſuper poſteriore parte quartæ Fen primi canonis Auicennæ.

Marſus poeta citatur apud Plinium 33. & 34. libro naturalis hiſtoriæ.

Marſyas Periandri F. Pellæus, hiſtoricus, principi literator fuit, Antigoni frater, qui poſt regno potitus eſt, & vna cum Alexandro rege educatus. Scripſit Macedonica libros 10. à primo rege Macedonum auſpicatus, vſque ad Alexandri Philippi F. ingreſſum in Syriam, poſt Alexandriam conditam. Attica libris 12. & ipſius Alexandri educationem. Suidas. Marſyas Macedo citatur à Plinio 12. & 13. lib. & à Plutarcho.

Marſyas Critophemi F. Philippenſis, hiſtoricus iunior. Suidas.

Marſyas Marſi F. Tabenus hiſtoricus ſcripſit Antiquitates lib. 12. Fabuloſorum lib. 7. Et alia quædam de ſua patria. Idem.

Martia Proba Britannorum regina, omnibus penè liberalium artium diſciplinis imbuta, patrias ſcripſit ac condidit leges, quas Martianas poſteri vocarunt, eas Alphredus in Saxonicam deinde linguam vertit. Claruit anno à mundo condito 3615. ante Chriſtum 348.

D. Martialis Apoſtoli ad Burdegalenſes epiſtolam in 28. capita diſtinctam, excudit Henricus Petri Baſileæ, cum alijs veterum theologorum opuſculis, anno 1551.

Martialis Aruernus coactor Senatus Pariſienſis, ſcripſit ſermone Gallico rhytmos diuerſos, inter quos illud maxime memoratur quod Areſtam nuncupat.

Martiani imperatoris A. legum nouellarum liber excuſus Baſileæ apud Hen. Petri, cum Theodoſiano codice, anno 1528. cum interpretatione inſtar epitomes.

Martianus In Periplo Perſici ſinus, & alibi in Periplo ſimpliciter, item περιόδων α΄, ἐν β΄, τῶν ἐπιτομῶν Ἀρτεμιδώρου ἐν τοῖς ἀπὸ ῥώμης ἐπὶ τὰς διασήμους πόλεις, citatur à Stephano.

Martiani Minei Felicis Capellæ Carthaginen. de nuptijs Philologiæ & Mercurij lib. 2. Eiuſdem de ſeptem artibus liberalibus libri ſinguli. Henric. Petri excudit Baſileæ, anno 1532. * Martiani Capellæ de nuptijs philologiæ & Mercurij libros nouem varijs lectionibus & ſcholijs illuſtrauit Bonauentura Vulcanius Brugenſis. Baſil. apud Petrum Pernam, anno 1577. In eundem Capellam, annotationes Ioannis Dubrauij, in fol. Viennæ Auſtriæ excuſæ ſunt, anno 1516.

* F. Martinij Papæ Pœnitentiarij Chronica. Miſcellanea varia hiſtorica Priuilegiorum ab imperatoribus varijs Cœnobijs conceſſorum, itemq; donationum, Latine in fol. M.S. bibl. Imperat.

* Martinij Caſtanengæ tractatus de ſuperſtitionibus & hæreſibus. Italicè, in 4. editus, 1529.

Martini Papæ epiſtola, cum Pontificum decretis impreſſa.

Martini cuiuſdam (fortè Prædicatorum ordinis, de quo inferius) ſermones ſacri, impre. in Italia.

Martini monachi, ordinis prædicatorum & Papæ pœnitentiarij, Margarita Decreti, ſeu tabula Martiniana, impreſſa Moguntiæ.

Martini cuiuſdam legum profeſſoris circa annum 1190. plæreque in iure deciſiones à poſteris in controuerſiam vocatæ, confutatæq; ſunt: adeò vt alicubi Iaſon dicere non vereatur, Martinum nihil vnquam ſani veriq; dixiſſe. Ioan. Fichardus.

Martinus Acakia Catalaunenſis medicus, Galeni de ratione curandi ad Glauconem libros duos Latinos fecit, & commentarios addidit: Colinæus impreſſit Pariſijs, 1538. & Iuntæ Venetijs, anno D. 1547. Galeni artem paruam interpretatus eſt, & enarrauit. Fecit etiam Synopſim quinque librorum Galeni de ſimplicibus. Claruit anno 1530.

* Martini Agricolæ Muſica Coralis Germanica. in 8. Vittenbergæ, 1533.

Martinus Alnewyck, Franciſcanus, compoſuit Commentarios in Longobardum lib. 4. Chronicorum opus lib. 1. Diſputationes quaſdam lib. 1. Obijt anno 1336. Baleus.

Martinus Antonius Delrius Solini polyhiſtora emendauit, editum à Plantino 1572.

Martinus de Arles ſcripſit de ſuperſtitionib.

Martini ab Azpilcueta Doctoris Nauarri, tractatus de redditibus beneficiorum, ſuper cap. Quicquid 16. q. 1. quo docetur, quibus vſibus ſint impendendi, & quibus perſonis dandi aut relinquendi. Romæ 1568. in 8. De finibus humanorũ actuum tractatus, 1571. octauo. Manuale confeſſorum pœnitentiumq;, ex Hiſpanico in Latinum verſum per Franc. de Seſſe I.C. Venetijs, 1573. in 4. De ſpolijs clericorum Commentarius ſuper cap. Non liceat Papæ. 12. queſt. 11. Romæ, 1572. Apologia libri de redditibus eccleſiaſticis. Ibidem. * Eiuſdem commentarius de voto paupertatis, deq; fine religionis, deq; contingentibus ea, in cap. Non dicatis, XII. quæſtione I. cui adiunguntur alij duo commentarij in cap. Nullam XVIII. quæſtione II. Et in cap. Statuimus XIX. quæſtione III. Et eius auctaria. in 4. Romæ. Commentarius, de datis et promiſſis, pro iuſtitia vel gratia obtinenda in extrauag. ab ipſo S.D.N. Gregor. XIII. quæ innouatur extrauagans Bonifacij VIII. Ea de re olim edita. 4. Romæ. Relectio C. Nouit. de iudicij. Editio ſecunda locupletata. 4. Romæ. Commentarius de Iobileo anno & indulgentijs omnibus, In Leuit. ſub cap. Si quis aliquando de pœnitentia diſt. prima, & in extrauag. Primum, Antiquorum ſecundam Vnigenitus, & 4. Quemadmodum, de pœnitentia & remiſſione, olim anno Iobileo 1550. Conimbricæ editus, nunc autem Romæ recognitus, & auctus ab eodẽ adiectis de eadẽ re duabus extrauag. S.D.N. Gregorij XIII. cum Scholijs nũc additis. 4. Romæ.

Digitized by Google

* Martini *Barleti, vide Marini Barletij.*

Martini *Bellai hiſtoria rerum Gallicarum ſcripta Gallice & edita.* * *Martini Bellai Langai commentariorum de rebus Gallicis, libri X. ab anno Domini 1513. vſque ad obitum Franciſci 1. Galliæ regis. Pariſijs apud Oliuerium Huillier, anno 1572. gallice: & ex Gallico Latini facti ab Hugone Sureo. in folio. Francoforti apud Andream Vechelum.*

Martini *Boleri ſcholia in orationem Ciceronis pro A. Licinio Archia impreſſa Pariſijs, anno 1539. & Baſileæ anno 1553. à Ioanne Oporino, cum diuerſorum in omnes orationes commentarijs. Claruit anno 1529.*

Martini *Borrhai, aliàs Cellarij, Stuggardiani, Germani de cenſura veri & falſi libri tres: nempe de pronunciato lib. 1. ex Ariſtotelis* περὶ τῆς ἑρμηνείας *libro. de ſyllogiſmo libri 2. ex Ariſtotelis* τῶν ἀναλυτικῶν προτέρων *libris: Leonardus Hoſpinianus impreßit Baſileæ anno 1541. Eius in Ariſt. Politicorum libros octo annotationes cum primis eruditas, Ioannes Oporinus excudit Baſileæ, anno 1545. In Salomonis eccleſiaſten commentarium, cum præfatione ad Carolum V. Cæſarem, Robertus Vuinter excudit Baſileæ anno 1539. Liber de operibus Dei excuſus Argentinæ. De veteris & noui hominis ortu atque natura, Axiomata ſacrarum literarum ſtudioſis in celebri Baſilienſi Academia, ad cognoſcendam veram pietatis ſalutisq; rationem propoſita, & impreſſa Baſileæ anno 1548. De vſu quem deſperabundi Franciſci Spieræ exemplum & doctrina adferat, iudicium, excuſum cum Spieræ hiſtoria Baſileæ anno 1550. De ortu, natura, vſu atque diſcrimine eorum iubileorum quos Deus inſtituit, quidq; inter hos & falſos ab aduerſario confictos interſit, libellus excuſus Baſileæ, anno 1550. Eiuſdem* στοιχεῖα *Mathematica elegantißimis figuris ab Orontio illuſtrata, Pariſijs excuſa ſunt, anno 1550. Commentarij ipſius in tres de arte dicendi libros Ariſtotelis, excuſi Baſileæ ſumptibus Ioannis Oporini, apud Iacobum Parcum, anno 1551. Eiuſdem commentaria in quinq; libros Moſis, excuſa ſunt Baſileæ, anno 1555. Item in libros Ioſue, Iudicum, Ruth, Samuelis & Regum. Præterea in Eſaiam & Apocalypſin, in Iobum, in Eccleſiaſten commentarij ab auctore recogniti: ſingula hæc Baſileæ impreſſa ſunt in folio.*

* Martini *Bralobrzki Orthodoxa confeßio de vno Deo quem Chriſtiani Catholici credunt adorant & inuocant, ex ſacris literis deſcripta, in octauo, Coloniæ.*

Martini *Brem inſtitutionis puerilis in Arte grammatica partes 3. Eiuſdem elementa literaria, in octauo.*

Martinus *Brennerus Biſtricienſis, Antonij Bonfinij rerum Vngaricarum opus nuper in lucem dedit, & epiſtolam præfixit. Viuit noſtra ætate, & eruditionis ſuæ monumenta quædam poſteris relicturus ſperatur.*

Martini *Bouilli elegiæ funebres, excuſæ ſunt Brixiæ, anno 1519.*

Martinus *Bucerus natione Germanus, multa literis mandauit, tum vernaculo, tum Latino ſermone, ex quibus hactenus Latine edita ſunt. Sacrorum pſalmorum libri quinque, ad Ebraicam veritatem planius quam vulgo genuina verſione in Latinum traducti, primum appenſis bona fide ſententijs, deinde pari diligentia adnumeratis verbis & argumentis adiectis. Explanatio eorundem familiaris, qua præter ſcopum & ordinem dictorum, ſingulæ prope voces explicantur. Tractati ſunt etiam aliquot loci communes ex fonte ſcripturarum, adhibita authoritate patrum: Georgius Vlricher excudit Argentorati anno, 1532. In ſacra quatuor Euangelia enarrationes, Heruagius excudit Baſileæ, anno Domini 1536. Metaphraſes & enarrationes perpetuæ epiſtolarum D. Pauli apoſtoli. Dißidentium in ſpeciem locorum ſcripturæ, & primarum hodie in religionis doctrina controuerſiarum conciliationes & deciſiones 24. impreſ. Argentorati apud Ribelium, anno 1536. Sunt autem ſolum tum edita cōmentaria in epiſtolam ad Romanos. Epiſtola D. Pauli ad Epheſeos verſa paulo liberius, bona tamē fide ſententijs apoſtoli appenſis, cum commentario: liber excuſus Argentinæ. Tzephaniah, quem Sophoniam vulgo vocant, prophetarum epitomographus, ad Ebraicam veritatem verſus, & commentario explanatus, excuſus Argentorati apud Heruagium anno 1528. Præfatio in quartum tomum Poſtillæ Lutheranæ, continens ſummam doctrinæ Chriſti. Epiſtola explicans locum 1. Corinth. 10. An neſcitis quod qui in ſtadio currunt, vſq; ad, Sed plures illorum non approbauerit Deus, cum annotationibus in quædam paucula Lutheri. Epiſtola M. Lutheri ad Ioannem Heruagium, ſuperiora criminans: Reſponſio ad hanc M. Buceri. item ad Pomeranum ſatisfactio pro verſione Pſalterij: liber excuſus anno 1527. De vera eccleſiarum in doctrina, ceremonijs & diſciplina, reconciliatione & compoſitione, liber excuſus Argentorati apud Ribelium, 1542. Acta colloquij in comitijs imperij Ratiſponæ habiti, quæ continent articulos de religione conciliatos & non conciliatos omnes, vt ab ipſo imperatore, ordinibusq; imperij ad iudicandum & deliberandum propoſiti ſunt: liber ibidem excuſus, editus eſt etiam Germanice. Contra epiſcopum Abrincenſem defenſio, ibidem impreſſa, 1536. Martini Buceri & Bartholomæi Latomi ſcripta duo aduerſaria, ibidem impreſſa anno 1544. Diſputata Ratiſbonæ in altero colloquio, anno Domini 1546. & collocutorū Auguſtanæ confeßionis reſponſa, quæ ibi cœperant, completa, de iuſtificatione & locis doctrinæ Euangelicæ omnibus, quos doctrina de iuſtificatione complectitur. Tractata & decreta de concilianda religione in comitijs Ratisbonenſi, anno 1541. Spirenſi, 1544. Vuormatienſi, 1545 & Auguſtano, anno Domini 1548. Ad eccleſiam Anglicanā gratulatio, de religionis Chriſti inſtitutione. Et reſponſio ad duas Stephani epiſcopi Vuintonienſ. Angli conuiciatrices epiſtolas, de cœlibatu ſacerdotum & cœnobitarum, in qua demonſtratur, S. coniugij abſtinentiam contra Dei & eccleſiæ leges exigi ab omnibus*

Digitized by Google

omnibus ad ſacerdotium & admiſſis & admittendis. Liber impreſſus Argentinæ, anno Domini 1548. in quarto. Eiuſdem reſponſio de cœna Dominica ad obiecta quæ contra veritatem euangelicā Murnerus partim ipſe finxit, partim ex Roffenſi & alijs pietatis hoſtibus ſublegit. Excuſa anno 1526. in octauo. Per quos ſteterit quo minus Haganoæ proximis comitijs de componendo religionis diſsidio initum colloquium ſit. De optima ratione habendorum conciliorum & pacandarum eccleſiarum. A quibus iure exigatur reſtitutio bonorum eccleſiaſticorum. Liber excuſus anno Domini 1540. in 8. Præterea in Latinam linguam tranſtulit Poſtillam maiorem (vt vocant) Lutheri et Pomrani commentaria in pſalmos. Epiſtola apologetica ad ſyncerioris Chriſtianiſmi ſectatores per Phriſiam orientalem, & alias inferioris Germaniæ regiones, in qua Euāgelij Chriſti vere ſtudioſi, non qui ſe falſo Chriſtianos iactant, ab ijs defenduntur criminibus quæ in illos Eraſmi Roterodami epiſtola ad Vulturiū Neocomenſem intendit. 1530. Apologia qua fidei ſuæ atq; doctrinæ circa Chriſti cœnam, quam tum ipſe tum alij eccleſiaſtæ Argentinenſes profitentur, rationem ſimpliciter reddit, atque citra dentem depellit quæ in ipſum epiſtola quædam Ioan. Brentij eccleſiaſtæ Hallenſ. inſcio, vt creditur, auctore edita, crimina intendit. Argentinæ 1526. Non eſſe ferendas in templis Chriſtianorum imagines & ſtatuas coli ſolitas, cauſæ ex arcanis literis, ſententijs Patrum, edictis religioſorum Cæſarum. Vnde Candidus lector videbit quam pie ſenatus Argentinenſis nuper ſimulachra omnia cum aris eliminanda ſuis templis curauerit. Argentinæ 1530. Epiſtola in Euangeliſtarum enarrationes nuncupatoria ad præclaram Academiam Marpurgenſem, in qua quid hæreſis, quid hæretici, & quatenus cum diſſentientibus ſocietas Chriſti ſeruanda ſit, diſſeritur. Excutiuntur quoque articuli conuentus Marpurgici. Ibidem 1530. Confeſsio quatuor ciuitatum Argentorati, Conſtantiæ, Memmingæ, & Lindauiæ, qua ſacratiſs. Cæſareæ maieſtati fidem ſuam in comitijs Auguſtanis, 1530. expoſuerunt. Quid de baptiſmate infantium iuxta ſcripturas Dei ſentiendum, excuſsis quæcunque vel pro hac obſeruatione vel contra eam adferri ſolent: Epiſtola ad quendā hac in re dubium 1533. in 8. Axiomata apologetica, De ſacro Euchariſtiæ myſterio, & circa hoc eccleſiarum concordia, quibus reſpondet thematis Nicolai Amsdorfij Argentoratenſes falſo criminantis. 1535. Auguſtæ. An ſtatui & dignitati eccleſiaſticorum magis conducat admittere Synodum nationalem piam & liberam, quàm decernere bello, epiſtolæ duæ Decani & canonici cuiuſdam 1540. De concilio & legitime iudicandis controuerſijs religionis: item criminum quæ in eum Cochleus ad illuſtriſsimos Principes ac clariſsimos ordines S. Romani imperij per Germaniam, & quæ Ioannes Gropperus ad Maieſtatem Imperatoriam perſcripſit, cōfutatio 1545. De vera & falſa cœnæ dominicæ ad miniſtratione lib. 2. in priori refutatur mutilatio Euchariſtiæ, et docetur, qua religione ſeruanda ſint præcepta Dei de ceremonijs: in altero de veris & falſis ſacrificijs et oblationibus eccleſiæ, vitijs Miſſarum, cura mortuorum, Purgatorio, altera aduerſus Latomum reſponſio. Item præfatio ad Patres qui Deum in Synodo Tridentina timent, de cauſis quæ pios homines ab ea ſynodo abſterrent. Neoburgi, 1546. Præfatio in hiſtoriam de morte ſanctiſſimi viri Ioan. Diazij Hiſpani. De regno Chriſti Ieſu Seruatoris noſtri, libri duo: ad Eduardum VI. Angliæ regem, non ſolum Theologis atq; Iuris peritis profuturi, verumetiam cunctis rempub. bene & feliciter adminiſtraturis cognitu cum primis neceſſarij 1557. Baſileæ. Prælectiones doctiſſimæ in epiſtolam D. Pauli ad Epheſios, habitæ Cantabrigiæ, in Anglia, anno 1550. & 1551. ex ore prælegentis collectæ & in lucem editæ, opera Immanuelis Tremellij Theologiæ doctoris & eiuſdem profeſſoris in Academia Heidelbergenſi, 1562. De vi & vſu ſacri miniſterij, cum in genere tum de ſingulis partibus eius, Baſileæ 1562. Manuſcripti libri Buceri nondum editi. Gratulatio ad eccleſiam Anglicanā de religionis Chriſti reſtitutione. Comprehenſio breuis doctrinæ Chriſtianæ, quæ Argentorati ad annos vſque 28. publice ſonuit. Oratiuncula quam habuit in Academia Cantabrigienſi cum publice in doctorem theologiæ crearetur. Exomologeſis de Euchariſtia ἀφοριστικῶς ſcripta. De eadem ad D. Petrum Alexandrum Gallum. Item de eadem ad D. Petrum Martyrem Vermilium. Cenſura ſiue iudicium D. Buceri ſuper libro ſacrorum Angliæ à Thoma Crammero archiepiſcopo Cantuarienſi petitum. De reformatione collegij canonici formula. De examinatione canonica ordinandorum. De ordinatione legitima miniſtrorum eccleſiæ in vſum reuocanda. De re veſtiaria in vſu ſacrorum vſurpata, ad D. Hopperum. De eadem re ſcriptum ad D. Thomam Cranmerum archiepiſcopum. Concio in locum Apoſtoli ad Epheſios cap. 4. Hortor itaque ego vos vinctus in Domino. Diſputata publice in Academia Cantabrigienſi præſide D. Bucero à ſtudioſis quibuſdam excerpta, ipſiq; poſt ad caſtigandum exhibita: poſtea vero aduerſarijs quoque miſſa. Hiſtoria controuerſiæ in publica diſputatione agitata inter D. Bucerum, & M. Iungum, De operibus hominnum ante iuſtificationem factis. Scripta duo M. Iungi, quibus dogma ſuum Pelagianicum aſſerere conatur, ad Procancellarium & collegiorum præfectos miſſa. Eorundem confutatio per D. Bucerum, cum ex ſacris literis, tum ex orthodoxis patribus. Cui ſub finem aliquid ſubijcitur de vſura. Quos iam commemorauimus libros ſeruat Conradus Hubertus eccleſiæ Argentinenſis miniſter, qui hos breui volente Deo in publicum edet. Penes eundem ſunt permulta alia Buceri ſcripta, de re euchariſtica atque concordia. Tractatuli theologici non pauci. Quæſtiones theologicæ intricatæ. Propoſitiones variæ Argent. diſputatæ. Contra Schuuenefeldium & Anabaptiſtas. Epiſtolæ plus quam ducentæ. Item vernacula lingua nondum edita. Ad Wilhelmum & Eraſmum epiſcopos Argentinenſes ſcripta quædam de Interimiſtico negotio. De

Synodis Argentoratenſibus. Conſilia ad comitia Imperialia. De diſciplina eccleſiaſtica. De ſcandalo dando & accipiendo. De viſitatione ægrorum: & alia huius generis. Porro Germanica lingua ſequentes libri Buceri in publicum editi ſunt. Ad ſenatum populumque Wiſſenburgenſem, Summarium concionis ibidem habitæ, additis cauſis diſceſſus ſui, & articulis aliquot, anno 1523. Neminem debere ſibi ſoli viuere, & quomodo huc perueniri poſſit, 1523. Reſponſio ad criminationes aduerſariorum in qua ſe pœnæ offert, ſi in vita & doctrina criminis alicuius iuxta verbum Dei puniendi conuincatur: ac docet vitam cœnobitarum qualis nunc in vſu eſt, Deo repugnare, ideoque nulla voti ratione habita deſerendam eſſe, 1523. De diſputatione habita inter Conradum Tegerium Prouincialem Auguſtinianorum & miniſtros Argentinenſes breuis & vera expoſitio, 1524. De eadem diſputatione Tregeri admonitio ad miniſtros verbi per Heluetiam, anno 1524. Pſalterium cum annotationibus Pomerani in Germanicam linguam translatum, anno 1524. Eadem tranſlatio paucis mutatis, omiſſo Buceri nominé, impreſſa eſt Norimbergæ, 1564. Cauſæ ex ſacris ſcripturis allatæ reformationis Argentinæ factæ quoad Miſſam, Baptiſmum, ferias, imagines, cantum eccleſiaſticum: additæ ſunt literæ ad illuſtriſſimum principem Fridericum Palatinum Rheni, quibus admonentur magiſtratus ne patiantur ſe à falſo nominatis eccleſiaſticis adduci, ad damnandum inaudita cauſa doctrinam quæ ſcripturis ſacris defenditur, anno Domini 1525. Admonitió miniſtrorum Argentinenſium de cauendis articulis Iacobi Cantij, qui Anabaptiſtarum hæreſim ſpectant, anno Domini 1527. Arbogaſtus dialogus de cœna Domini, in quo tractantur omnia argumenta à Luthero in libro quem Confeſſionem inſcripſit propoſita anno 1528. Acta diſputationis inter miniſtros Argentinenſis eccleſiæ, & Melchiorem Hofmannum habitæ anno 1533. Præparatio ad concilium, hoc eſt, colloquia aliquot quomodo ab vtraque parte Papiſtica & Euangelica concordia pia iniri & conſeruari poſſit, anno 1533. Catechiſmus maior, 1534. Catechiſmus minor in Latinam linguam conuerſus à Ioanne Sleidano, 1544. De vera œconomia eccleſiæ, miniſtrorum ordinatione, vſu & adminiſtratione ſacramentorum, de baptiſmo dando paruulis, & conſenſione circa ſacramentum corporis & ſanguinis Domini 1534. Præfatio in librum de officio magiſtratuum in cauſa religionis, conuerſum ex Auguſtino ad Bonifacium. 1535. Colloquia de eccleſiæ miniſterijs & actionibus, & quod nam ſit magiſtratus officium in his curandis & emendandis. 1535. De vera animarum cura & paſtorum officio quomodo in eccleſia inſtituendum & exercendum ſit: vbi oſtenduntur veræ cauſæ ineundæ concordiæ & eutaxiæ conſtituendæ in eccleſia, anno 1538. Conciones tres in Euangelium, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, &c. Matth. 11. habitæ Benfeldi, & magiſtratibus Alſatiæ inſcriptæ, addita exhortatione ad cogitandum de vera eccleſiæ reformatione. 1528. Colloquia aliquot ex diuino & humano iure de pace religionis tractatta Norimbergæ & Francofurti. 1339. De Iudæis an & quatenus inter Chriſtianos ferendi ſint. 1539. De bonis eccleſiæ, qui ſint iuſti horum poſſeſſores, quis ſit horum abuſus & rapina, ac quomodo commodiſſime vera & Chriſtiana horum poſſeſſio & vſus reſtitui poſſint. Item reſponſio ad dialogum contra Proteſtantes editũ. 1540. ſub nomine Conradi Treuu de Fridensleuen. Quis impedierit Haganoæ ne colloquium de religione haberetur: item quo iure à Proteſtantibus petatur reſtitutio bonorum eccleſiaſticorum: denique quid de pace religionis actum ſit Auguſtæ. Schuuinfurti, Norimbergæ, Frãcofurti, Haganoæ. 1540. ſub nomine Varemundi Luitholdi. Omnia acta & ſcripta de conciliandis religionis controuerſijs à Cæſarea maieſtate, Principibus & ſtatibus imperij, & legatis Pontificijs propoſita & tractata in poſtremis comitijs Ratiſponenſibus fideliter collecta, deſcripta & explicata. 1541. Defenſio prima eorum qui Euangelij cauſa Bonnæ geruntur ac docentur. 1543. Colonienſis reformatio. 1543. Secunda defenſio & expoſitio præcipuorum capitũ Chriſtianæ religionis quæ Bonnæ & in alijs locis archiepiſcopatus Colonienſis traduntur, cum refutatione firma calumniarum, quæ ſub nomine Deputatorũ Academiæ Colonienſis & Cleri ſcundarij Coloniæ editæ ſunt. 1543. Confutatio nouæ fidei à Louanienſibus articulis 32. editæ 1545. Defenſio reformationis Colonienſis. 1545. Vera vnica & ſimplex ratio Germanicam nationem reconciliandi in cauſa religionis, & quid de hac re in comitijs actum ſit, addita defenſione iuſta aduerſus Io. Gropperi falſas criminationes. 1545. Breue Pauli III. PP. ad Heluetiorum XIII. pagos, & poſtulata legati Pontificij vt ſe iungant nouo fœderi Cæſaris & Papæ. Itẽ eiuſdem fœderis capita. Bulla præterea Papæ, in qua belli contra Euangelicos cauſa ſupplicationes indicit, & indulgentias promittit: cum pia admonitione Buceri. 1546. Pia admonitio ad Cæſaream & Regiam maieſtatem, Principes & ſtatus imperij Wormatiæ congregatos, de inſtituenda ſeria emendatione & reformatione eccleſiæ. 1545. Contra reſtitutionem Miſſæ & reliquorum ſacramentorum & ceremoniarum Papiſticarum. 1545. Chriſtiana & ſimplex conſideratio qua ratione tolerabile aliquot initium reconciliandæ religionis fieri poſſit, Lipſiæ anno 1539. præſente & conſentiente Wicelio compoſita: cum præfatione Buceri, 1545. Quam facile ſit conſenſionem in religione & totius eccleſiæ reformationem ad Germanos inſtituere, quæq; ſint præcipua huius rei impedimenta & quomodo ea amoueri poſſint: addita proteſtatione quod paratus ſit hæc contra Sophiſtas Colonienſes probare coram Cæſarea et Regia maieſtate, &c. 1545. De colloquio Ratiſponenſi, 1546. incheato, & diſceſſu auditorum & collocutorum quos principes Auguſtanæ confeſſionis illuc miſerunt. Pſal. 110. explicatio ad Bonnenſem eccleſiam, vna cum refutatione famoſi libelli contra piam reformationem, & Bucerum abſq; nomine editi, titulo, delineatio

ſeu effi-

Digitized by Google

ſeu effigies Buceri, 1546. Non eſſe admirandas graues afflictiones noſtrorum temporum, neque animũ propterea deſpondendum, ſed erigendum pijs conſolationibus, &c. Epiſtola ad quandam afflictam et perturbatam eccleſiam, 1547. Compendium doctrinæ quæ nunc ab annis 28. in Argentinenſi eccleſia ſonuit, vna cum refutatione calumniarum quibus Monaſterienſis ſpiritus & doctrina miniſtris eccleſiæ Argentinenſis tribuitur. 1548. Concio habita Bernæ & cum actis diſputationis Bernenſis edita. Ad Monaſterienſes de miniſterio & Sacramentis liber ſcriptus nomine miniſtrorum eccleſiæ Argentinenſis 1534. Commentarij Lutheri in duas D. Petri epiſtolas in Germanicam linguam tranſlati. Itẽ Latine à Sturmio edita ſcripta quædam de eucharistia. Retractatio cum commentarijs in Euangelia & ſeparatim quoque edita Latine, & ab auctore Germanice tranſmiſſa Senatui Bernenſi. Cuncta hæc Buceri Latina & Germanica ſcripta ſi in vnum coniungerentur, quod tanti viri pietas & eruditio merebatur, efficerent tomos IX. iuſtæ magnitudinis. Porro hiſtoria vitæ, illius obitus, ſepulturæ &c. edita eſt Argentinæ 1562. 8. Obijt in Anglia, anno 1551.

* Martinus Catharus ſcripſit Chron. à c. o. vſque in annum 1540.

Martini Chemnicij explicatio doctrinæ de duabus in Chriſto naturis, de hypoſtatica earum vnione, de communicatione idiomatum, qua ea quæ vnius naturæ propria ſunt, tribuuntur perſonæ in cõcreto: quomodo vtraq; natura in Chriſto agat cum communicatione alterius, & quid humana natura in Chriſto, præter phyſica idiomata, ex hypoſtatica cum diuinitate vnione acceperit, &c. ex ſcripturæ ſententijs, et ex purioris antiquitatis teſtimonijs collectæ. Ienæ, 1570. 8. Eiuſdem liber contra catechiſmum Heidelbergenſem. Fundamenta ſanæ doctrinæ de vera & ſubſtantiali præſentia, exhibitione & ſumptione corporis & ſanguinis Domini in cœna. Ienæ, 1570. Forma examinis ſiue enchiridion de præcipuis doctrinæ cœleſtis capitibus, Germanice ab auctore conſcripta, & in Latinam linguam conuerſa per Ioa. Zangerũ. Ienæ, 1571. Examen decretorum concilij Tridentini, complectens explicationem præcipuorum locorum Chiiſtianæ doctrinæ, in quatnor partes diuiſum, quæ ſeparatim editæ ſunt 8. De peccato originis contra Manicheos, 1571. Concio de baptiſmo. Henricopoli, 1572. Germanice.

Martinus de Clyue, Anglus, monachus eccleſiæ Cantuarienſis ad fanum ſeruatoris, ſcripſit Homilias quaſdam lib. 1. Cætera ſunt nobis ignota. Nicolaus Brigam.

* Martini Cocalij poetæ Mantuani Maronicorũ poemata, Venetijs. 16.

Martinus Copus medicus Brunſuicenſis, edidit Germanicam admonitionem, qua docet Antimonium ſeu Stibium, fuſum, quod vitrum Antimonij nominant, venenum & nocens medicamentum eſſe, & ſimul veram medicinam huius mineralis tradit. Lipſiæ, 1569. 4.

Martinus de Corbenis, patria Toloſanus, profeſſione Auguſtinianus, ſcripſit ſuper arte veteri lib. 1. Super priora Ariſtotelis lib. 1. Super poſteriora eiuſdem lib. 2. Super elenchos lib. 2. De medio demonſtrationis lib. 1. In phyſica Ariſtotelis lib 8. De generatione & corruptione lib. 2. De paruis naturalibus lib. 1. In Canonem Bibliæ lib. 1. In Cantica Canticorum lib. 1. In Paulum ad Romanos lib. 1. Sermones ad clerum & populum lib. 2. Super ſententias lib. 4. De ſumma trinitate lib. 1. De fide catholica lib. 1. In decretalem de celebratione miſſarum lib. 1. & alia. Claruit anno, 1330. Nicolaus Bertrandus.

Martinus Cremonenſis quædam in iure ſcripta reliquit.

Martinus Cromerus epiſcopus Varnienſis, ſcripſit hiſtoriæ Polonicæ lib. 30. ab Oporino impreſſos in folio anno 1555.* Eiuſdem Polonia, ſiue de ſitu, populis, moribus, magiſtratibus & repub. regni Polonici libri duo in quarto Coloniæ apud Cholinum. Eiuſdem epiſtola ad regem & proceres Coloniæ. 8. Pariſijs apud Sebaſt. Niuellium, 1564.

Martini Cromeri, monachi de falſa Lutheranorum & vera religione Chriſti. Pariſijs, 1568. in 8. Sermones tres Synodici. Coloniæ. Monachus ſiue colloquiorum de religione lib. 4. binis diſtincti dialogis. Coloniæ, 1568. in octauo. De ſacramentis, de ſacrificio miſſæ & exequijs mortuorum liber Germanicus, ibidem, 1571.

Martinus Cruſius Boteſteinanus, ſequentia ſcripſit. Commentariolum in primam Demoſtenis Olynthiacam Sturmianum. Item Scholia, cum vita Demoſthenis, in eandem: & epitomen ex Diodoro Siculo, de ſtatu illorum temporum in Græcia. Agentorati excudit, cum textu Græco, & conuerſione Ioannis Sturmij, Blaſius Fabricius Chemnicenſis, 1554. Scholia in primam, ſecundam ac tertiã Virgilij ecclogam, Sturmiana. Excudit ibid. 1556. Scholia in primum Theocriti Idyllion Sturmiana. Apud eundem excuſa, eodem anno. Puerilis in lingua Latina inſtitutionis partes 6. pro ſchola Memmingenſi: quæ Lud. Rabi theologiæ doctoris & Cruſij inſtitutione, ſcholæ Argentinenſi inſeruire debebat. Earum prima (pro claſſe quarta nempe infima) continet principia religionis Chriſtianæ, principia etymologiæ, Nomenclaturam rerum, formulas quaſdam loquendi, excuſa Argentorati apud Samuelem Emmel, 1556. Secunda (pro claſſe tertia) Grammaticæ partes, præcipuaq; præcepta Etymologiæ, excuſa apud eundem. Tertia (pro claſſe ſecunda & prima) continet præter alia quædam, abſolutam Etymologiæ tractationem, excuſa apud Blaſium Fabricium, 1557. vt & ſequentes partes. Quarta (pro claſſe ſecunda) de conſtructione partium orationis ſimplici. Quinta (pro prima claſſe) de conſtructione ſimplici ac figurata: & quibuſdam alijs id genus rebus vtilibus, præſertim de reciprocis. Sexta (pro eadem claſſe) de proſodia: cui acceſſit, & aliquid de moribus ac religione. Puerilis in lingua Græca inſtitutionis partes duas: quarũ prima (pro claſſe ſecunda) continet principia Orthographiæ, Proſodiæ, Etymologiæ, item principia religionis



Digitized by Google

Chriſtianæ. Altera (pro prima claſſe) omniũ grammaticæ partium tractationem ſatis abſolutam. Vtranq; Oporinus excudit, 1558. & poſtea (quia ambæ Tubingæ & in Wirtenbergicis ſcholis receptæ erant) iterum. Tubingæ profeſſor rhetoricæ & vtriuſque linguæ, factus: ſequentia ſcripſit. Grammaticæ Latinæ cum Græca congruentis partes duas, ex ſupradictis contractas & melius tractatas: quarum prima continet præcepta etymologiæ magis neceſſaria, cum interpretatione Germanica: regulas Syntaxeos faciliores: nomenclaturam phraſesque rerum, vſu plerarumque communium, apellationibus non omnium cuius notarum: partes religionis Chriſtianæ, & quaſdam precationes. Altera vero præcepta inſignia orthgraphiæ, Etymologiæ, Syntaxeos: de ordine verborum in conſtruendo & interpretando: De diſtinctionibus, & compoſitione orationis: de Calendis, Nonis, & Idibus: numerorum notas antiquas: quædam vocabula rei numariæ: de Reciprocis: de Proſodia: philoſophiæ diuiſionem: leges generales ſtudioſæ iuuentuti ſeruandas: denique propoſitiones quaſdam, continentes ordine ſummam veteris ac noui Teſtamenti. Excuſæ ſunt ambæ non ſemel in Oporiniana officina. Grammaticæ Græcæ cum Latina congruentis, partes duas: ibidẽ ſæpius excuſas, quæ in Wirtenbergico ducatu, & in Viennenſi Academia, & alibi, iuuentuti proponuntur. Quarum primæ inſunt principia orthographiæ, Proſodiæ, Etymologiæ, Nomenclatura phraſesq; rerum. Partes religionis Chriſtianæ, & precationes quædam: poſtremo abbreuiationes. In altera ſunt hæc: Præcepta inſignia omnium Grammaticæ partium, præſertim copioſiſſima ſyntaxis cum explanatione particulæ ἄν: de menſibus & diebus: de notis numerorum: de tonis: de quantitate ſyllabarum: regulæ: Catalogus dictionum, in quibus ancipites vocales producuntur: Carmina vſitatiora & faciliora: deque dialectis præcipuis. In Philippi Melanchtonis Rhetoricen, Quæſtiones & ſcholia, ex varijs Latinis Græcisq; auctoribus: ab Oporino & ſucceſſoribus ſæpe excuſa. Poematum Græcorum libros duos: addita è regione partim ſua conuerſione, partim Leonhardi Engelharti, partim Erhardi Cellij, carmine Latino. In libro primo ſunt Euangelia quæ Dominicis diebus in templis explicari ſolent: in ſecunda vero, Hiſtoria Suſannæ, aliquot pſalmi, alia ſacra, Epiſtolæ, Hoſpitalia epigrammata, in libros epigrammata, Epitaphia, Conſolationes de mortuis, iterum epiſtolæ, & ſimilia epigrammata. Deinde Orationum liber vnus eſt, quarum prima Græca, cæteræ Latinæ. Excudit omnia hæc Oporinus anno Domini, 1566. Poſtea idem Cruſius Scholia in poemata hæc, & orationes ſuas, adiunxit: ab Oporino, anno Domini 1567. excuſa. In commentaria Iacobi Schegkij, Prædicabilium, prædicamentorum, Peri hermenias, & priorum Analyticorum, Tubingæ anno Domini 1570. excuſa, indicem copioſiſſimum.* Idem compendium theologiæ Iacobi Herbrandi Græce vertit. in 4. Witebergæ anno 1582. Eius quæſtionum in Philippi Melanchtonis elementorum Rhetorices lib. 2. epitome, edita 8. Tubingæ, apud Geurgium Gruppenbach 1583. Docet adhuc in Tubingenſi Academia. Homerũ Thucydidem & ſcripta Ciceronis.

* Martinus Cueria Carnionenſis de corrupto diſcendæ Grammaticæ latinæ genere & de ratione eiuſdem breuiter recteq; tradenda, Antuerpiæ, anno 1550. in 8.

Martini Cuneatis dialogus de Entelechia ſpiritus, impreſſus Pariſijs anno 1543. apud Wechelum, quatern. 6.

* Martini Cuteni catalogus ducum regumq; Boemorum, in quo geſta ſingulorum ſingulis diſtichis continentur. 4. impreſ. N. 1540.

Martinus Denay Hungarus, ſcripſit diſputationem de ſtatu animorum poſt hanc vitam. Item de præcipuis articulis Chriſtianæ doctrinæ.

Martini Dorpij ſacræ theologiæ profeſſoris Louanij, oratio in prælectionem epiſtolarum Diui Pauli, in qua tractat de laudibus Pauli, de literis ſacris ediſcendis, de eloquẽtia, de pernicie ſophiſtices, de ſacrorum codicum ad Græcos caſtigatione & linguarum peritia: adiecta eſt & Deſ. Eraſmi epiſtola ad Dorpium, impreſſa Baſileæ 1520. apud Frobenium. Parænesis Iſocratis Agricola interprete, ex recognitione Dorpij, excuſa eſt Argentorati anno 1520.

Martinus Epiſcopus Braccarenſis, concinnauit librum capitulorum ex diuerſis concilijs collectorum.

Martinus epiſcopus Dumienſis cœnobij rector quondam & abbas, ſcripſit ad Mironem regem Galitiæ de quatuor virtutibus quas Cardinales appellant, inſtructum volumen, quod vocare libuit formulam honeſtæ vitæ, epiſtolarum moralium lib. 1. & quædam alia, formula autem vitæ, aliâs inſcribitur Conſarcinatio de quatuor virtutibus, antehac Senecæ falſô attributa: impreſſa eſt Baſileæ, cum præfatione Gilberti Cognati. Claruit 540.

Martinus Duncanus Kempenſis, Guormarianæ eccleſiæ in Hollandia paſtor, ſcripſit confutationem Anabaptiſticæ hæreſeos, & veri Chriſtiani baptiſmi ac potiſſimum pædobaptiſmatis aſſertionem, contra Memnonis Simonis virulentas blaſphemias. Liber excuſus Antuerpiæ à Ioanne Grauio, in octauo.

Martini epiſcopi Hiſpanienſis ad Mironem regem Sueuorum, de Chriſtiani principis inſtitutione librum, habet Wolffgangus Lazius medicus & hiſtoricus Viennenſis.

Martini Eiſegrein S. S. Theologiæ doctor libellus de ſacello D. virginis Ottingæ & miraculis, reliquijs, peregrinationibus eius loci. Item quomodo Bauari ad Chriſtianam fidem ſint conuerſi, vnà cũ admonitione quomodo ſe in cauſa religionis gerant. Ingolſtadij, 1571. Germanice. Oratio qua nominne Alberti ducis Bauariæ curſus philoſophici ac Pædagogij in Academia Ingolſtadienſi inſtauratio, eiuſdemq; rationes ac cauſæ proponuntur. Ingolſtadij 1571. in quarto. Concio nos in ſolo Chriſto eſſe qui remiſſionem peccatorum. Ingolſtadij, anno Domini 1565. in quarto. Germ. De officio concionatoris Euan

Digitized by Google

ris Euangelici. De confeſsione 1566. De bonis fidelium operibus lib. Concio de reliquijs diuorum. De certitudine gratiæ tractatus apologeticus, pro vero ac germano intellectu canonis 13. ſeſsionis VI. concilij Tridentini, nuper à quibuſdam Gnoſticis exagitati. Germanice & Latine Tilemanno Bredebachio interprete. Coloniæ, 1569. De maieſtate & gloria Chriſti veri hominis & naturalis filij Dei, contra quoſdam ſcurriliter de ipſo loquentes. Ingolſtadij, 1572. Germanice. De ſigno crucis, quod pie & recte ſe illo ſignent Chriſtiani homines. Ibidem Germanice. Aurea poſtilla Euangeliorum dominicalium, & feſtiuorum totius anni: in aurea cathena S. Thomæ iam olim collecta, nunc pro commodiore vſu in aliam formam redacta. Coloniæ, 1573. in 8. Concio quidnam cauſæ ſubſit, quod tam multi à papatu ad Lutheraniſmum accedant. Coloniæ, 1563. Germanice.* Eiuſdem poſtilla catholica, hoc eſt, Euangeliorum Dominicalium à Dominica prima Aduentus vſque ad feſtum paſchatis, ex catholicis Theologis huius ſeculi magno ſtudio collecta, ita vt non immerito cathena catholicorum noſtræ huius ætatis Theologorum & bibliotheca locupletiſſima dici poſsit. In folio, Ingolſtadij, ex officina typographica Dauidis Sartorij. Tractatus de eccleſia Catholica à Nouatorum calumnijs, per ſacram ſcripturam & vnanimem SS. Patrum conſenſum vindicata & ſubnexis aduerſariarum obiectionum confutationibus ſic illuſtrata, vt quæ nam, & vbi vera eccleſia Chriſti, & è contra Synagoga ſatanæ ſit, cuiuis liquidiſsime apparere poſsit. 8. Ingolſtadij. Eiuſdem ſermo de puero Ieſu ſedente Hieroſolymis in templo, in medio doctorum: Latinus factus à Georgio Lieblero 4. Tubingæ, excudebat Georgius Gruppenpachius. Homiliæ octo. 1. De ſumma gratia & amore Dei erga homines. 2. An amor Dei etiam ad gentes, quæ ſecundum legem naturæ vixerunt, extra Chriſti cognitionem, ita extendatur, vt ſi modo voluiſſent, ſaluari potuiſſent. Item de earundem conuerſione ad fidem Chriſtianam. 3. An abſque diminutione meriti Chriſti doceri poſſit: Chriſtianos bonis operibus ſalutem promereri poſſe atque oportere. 4. Vtrum omnes beati in cœlis æquales aut inæquales ſint futuri, &c. in 4. Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium. Germanice, anno Domini 1578. Eiuſdem Euthanaſia, ſiue de firma ſpe ac fiducia in Dei miſericordia, mortis tempore collocanda, Aſſertio catholica, qua orthodoxorum patrum & SS. Tridentini concilij ea de re ſententia comprobatur, & conſolandi ratio, eccleſiæ catholicæ hactenus vſitata continetur, primũ ab ipſo authore Germanice conſcripta, nunc à Tilmanno Bredenbachio latinitate donata, in octauo apud Ludouicum Alectorium. Confeſsionale, in quo vniuerſa materia de confeſsione peccatorum apud Catholicos vſitata per quæſtiones explicatur. Simulq́ pœnitentibus modus examinandi conſcientiam & peccata ſua cum Deo tum ſacerdoti confitendi commodiſsimus præſcribitur, duodecimo, Ingolſtadij, apud Dauidem Sartorium. Ab eodem Miſſale, hoc eſt, precationes catecheſes & contemplationes piæ, quibus Catholici in ſacro Miſſæ ſalutariter vti, tanquam tremendi myſterij inſtitutionem, fructum & ceremonias inde addiſcere poſſunt: ex probatis authoribus collectum & editum. Ingolſtadij apud Wolfgangum Ederum.

* Martini Epiſcopi pontificis de Miſſa ſcriptum, iunctis quibuſdam alijs de monachis ordinis Ciſtercienſis in folio. Manuſcriptum bibliotheca Imperatoris.

* Martini Euerardi Brugenſis mathematici Ephemerides Meteorologicæ annorũ, milleſimi quingenteſimi ſeptuageſimi octaui, & 1581. atque 1583. ad longitudinem 27. latitudinem 51. graduum. In 16. Antuerpiæ apud Ioannem Bellerum anno 1582. excuſæ.

Martini Fabri concio de lucta Iacobi patriarchæ, Geneſis 32. Erdfurdi, 1571.

Martinus de Fano vtriuſq; iuris profeſſor, ſcripſit de actionibus lib. 1. de iudicio cauſarum lib. 1. de exceptionibus, de modo ſtudendi, de negatiua probanda.* In tractatum Baldi de Vbaldis Peruſini de tabellionibus annotationes, in folio Venetijs anno 1546. Claruit anno 1300.

* Martini Farneri Tigurini paſtoris eccleſiæ Syluanæ in agro Tigurino ſyluulæ poeticæ ſacræ de præcipuis Euangelicæ hiſtoriæ capitibus & pſalmis ſelectioribus aliquot vario carminum genere ad decantandum confectæ. In 8. Sangalli anno Domini 1582.

* Martini Fratris chronica ſcripta in membrana pertinens ad res geſtas ſummorum pontificum in fol. bibl. Imperat.

* Martini Freciæ D. Nepolitani patricij & conſiliarij regij commentarij feudales doctiſsimi in tres libros partiti. folio. Francofurti ex officina Baſſea, impenſis S. Feyrabent.

Martinus Frechtus, ſcripſit annotationes in Vuitichindi Saxonis rerum ab Henrico & Otthone I. Imp. geſtarum libros tres excuſas Baſileæ, cum alijs multis. Claruit Vlmæ Sueuorum, anno Domini 1544.

Martinus Garratus Laudenſis iuriſperitus, ſcripſit commentarios ſuper Feudis, in 1. ff. vet. de rei vendic. de bello & duello. De Cardinalibus. De dignitate, de crimine læſæ maieſtatis, de milite, de primogenitura, de moneta, de priuilegio fiſci, de priuilegio reſcript. de principibus, de conſiliarijs et legatis principum, & de officialibus dominorum, de caſtellanis & caſtris, de confœderatis, diſputationem de legitimatione ſpuriorum, quæ incipit, Augerius & aliam de præſcriptionibus, incipit Laudenſis. * Eiuſdem conſilia, cum additionibus D. Ioannis Franciſci Gatij in octano & viginti conſilia D. Franciſci Mariæ. Ploti equitis & comitis Nouarienſis. fol. Francofurti, impenſis Sigmundi Feyrabent.

Martini Garrati Laudenſis Iuriſconſulti conſilia hactenus non impreſſa. Quibus acceſſere Ioannis Franciſci Catti in 28. priora conſilia, & in reliqua Franciſci Mariæ Ploti & Ioannis Baptiſtæ Ploti filij additiones. Nouariæ apud Franciſ-



Digitized by Google

*cum Seſſallum,anno Domini* 1568.*in quarto.*

Martinus *Gregorius medicus noſtro tempore Lutetiæ,aliquot Galeni librorum tranſlationes ad Græca exemplaria caſtigauit,vtpote Medendi methodum;introductionem in pulſus, de motu muſculorum lib.*2.*de vſu partium lib.*17.*de alimentorum facultatibus lib.*3.*de attenuante victus ratione lib.* 1. *qui omnes Pariſijs ante paucos annos impreßi ſunt.*

* Martinus *Hayneccius ſcripſit tres comœdias quarum tituli.*1. *Almanſor ſiue Ludus literarius.* 2.*Captiui:de captiuorum fide.*3.*Hanſoframea:Hæ nuper etiam in Germanicam linguam ſunt tranſlatæ & in octauo excuſæ Lipſiæ anno Domini* 1582.

* Martini *Henrici Sanganenſis theolog. L. & profeſſoris in Academia Wittenbergenſi, pulcherrimarum quæſtionum medicarum tomus primus. His acceßit conſilium de Diabete. Papiæ, anno Domini* 1567.*quarto.Tabulæ Prædicamentorum.Witenbergæ anno Domini* 1570, *in folio.*

* *Idem Marci Tullij Ciceronis de officijs libros* 3. *commentarijs illuſtrauit. In octauo, Vuitenbergæ anno* 1583.

Martini *Hilacomili inſtructio in Chartam itinerariam,excuſa Argentorati,anno* 1511. *cum luculentiore ipſius Europæ enarratione per Rigmannũ Phileſium.*

Martini *Hoffmanni Enchiridion quinq; capitum Chriſtianæ doctrinæ ex catechiſmo Lutheri. Gorlicij Germanice,*1571.

Martini *Iuarræ Cantabrici in Michaelis Verini diſticha commentarius, impreſſus Lugduni à Pagino,*1539.

* Martini *Kruckelij oratio funebris in* 8.*Viennæ Auſtriæ,*1537.

Martinus *Lutherus Sacræ theologiæ doctor, & quondam Auguſtianæ familiæ monachus, poſt abiecto cucullo Papæ hoſtis acerrimus multa Latino & vernaculo ſermone ſcripſit quæ diuerſis locis & temporibus ſeparatim primum edita, & poſtea collecta,& in plures tomos diſtributa, Germanice & Latine aliquoties excuſa ſunt Witebergæ & Ienæ. Editus prætere a eſt à Sigiſmundo Sueuo Elenchus librorum Lutheri omnium, in quo indicatur quo tomo & folio cuiuſque editionis ſingula Germanice & Latine inueniantur. Nos in illius libris enumerandis temporum ordinem ſequemur, inchoantes ab anno à nato Chriſto* 1516. *quo tempore primum nomen Lutheri innoteſcere cepit, ſunt autem hæc anni* 16.*ſcripta.Epiſtola ad Albertum Cardinalem & archiepiſcopum Moguntinenſem,item diſputatio, de viribus & voluntate hominis ſine gratia. Anni* 17. *poſt milleſimum & quingenteſimum ſcripta ſunt. Decalogus aliquot annis ante quam controuerſia de indulgentijs mota eſt Witenbergenſi populo prædicatus. Propoſitiones de pœnitentijs & indulgentijs,& quædam aliæ diſputationes initio cauſæ à Luthero propoſitæ, & fideliter explicatæ, cum præfatione eiuſdem illis præmiſſa.Proteſtatio Lutheri. Concluſionum probationes quas diſputauit Lutherus in Capitulo Heidelbergenſi. De præparatione cordis digna pro ſuſcipiendo ſacramento Euchariſtiæ. Ioannis Annij Witerbienſis de Monarchia Papæ,diſputatio ſcripta anno* 1481. *cum præfatione Lutheri. Epiſtola ad lectorem contra Iacobum Hochſtratum. Epiſtola ad Leonem Romanum pontificem reſolutionibus præmiſſa. Epiſtola ad Philippum Melanchtonem, breuis commemoratio rerum quæ tum Auguſtæ geſta ſunt. Anni* 18. *Epiſtola ad Hieronymum epiſcopum Brandeburgenſem.Epiſtola ad Ioannem Briſman de libello de votis. Epiſtola ad Syluestrum. Ad dialogum Syluestri reſponſio. Syluestri reſponſionis ad Lutherum epitome, cui præmiſſa eſt Lutheri epiſtola ad pium Lectorem. Acta Lutheri apud legatum Apoſtolicum Thomam Caietanum, Auguſtæ. Epiſtolæ duæ ad Caietanum Cardinalem. Appellatio à Caietano ad Papam. Appellatio prima à Papa ad Concilium. Epiſtola ad Ioannem Staupitium Auguſtinianæ familiæ Vicarium. In verba Acto.*15. *Neque nos neque patres noſtri. Adhortatio ad pium Lectorem, vt eccleſiæ hiſtoriam & doctrinam diligenter cognoſcat. Aſteriſci Lutheri aduerſus obeliſcos Eckij. Commemoratio breuis rerum quæ Auguſtæ peractis comitijs,cum Luthero de indulgentijs ſunt geſtæ. Epiſtola ad Fridericum ducem Saxoniæ. Inſtructio pro confeſſione peccatorum abbreuianda. De indulgentijs concio. Paßio Chriſti quomodo conſideranda ſit. De dicto,Omne quod mihi dat pater Io.*6. *Diſputationũ reſolutiones de virtute indulgentiarũ. De virtute excommunicationis. De pœnitentia, de remißione pœnæ & culpæ. De circumciſione. Iuſtus quod etiam inter bene operandum peccet. Contra Scholaſticos. Probationes concluſionum, quas diſputauit Luth. in cap. Heidelbergenſi. Anno* 19. *Epiſtolæ Pauli ad Galatas commentarius primus. Pſalmorum argumenta. Pſalmorum enarrationes. Operationes Lutheri in Pſalm.*22.*priores, Vuittembergæ ſtudioſis Theologiæ pronunciatæ. Anno* 19. 20.21. *In Sophoniam Comentarius. Sermo Lypſiæ in arce habitus. De Baptiſmo concio. Euang. Feſti Petri & Pauli apoſtolorum Matth.*16. *De ſacramento altaris concio. De confeßione & ſacramento Euchariſtiæ. Quomodo orandum ſit. Paßio Chriſti quomodo meditanda ſit concio. De coniugio. Ad mortem quomodo animus ſit parandus Matth.*16. *De poteſtate clauium. Diſputatio Lipſiæ habita. Reſolutiones ſuper propoſitionibus Lutheri Lipſiæ diſputatis. Epiſtola reſolutionibus præmiſſa ſuper* 13.*propoſitione. Epiſtola ad Georgium Spalatinum de diſputatione Lipſica. Aduerſus criminationes Eccij excuſatio. Epiſtola ad Ioannem Eccium ſuper expurgatione Ecciana. Acta Lutheri cum Carolo Miltitio Aldenburgi, in ædibus Spalatini. Epiſtola ad Leonem Romanum pontificem per Carolum Milticium. Epiſtola ad fratres ordinis Minorum conuentus Interbockenſis. Epiſtola ad Caroloſtadium. Ad Emſecanum Ægocerotem Lutheri additio. Anno* 20. *De captiuitate Babylonica eccleſiæ. Orationis Dominicæ expoſitio breuis. Teſtamenta*

valetas conſolatoria. Confitendi ratio. De cœna
Domini. De ſacramento Baptiſmi concio. De vo-
tis. De libertate Chriſtiana. De ſacramentorum
numero. De ſacramento altaris. De ſacramento ex
tremæ vnctionis. De ſacramento pœnitentiæ. De
ordine. De matrimonio. De confirmatione. De fi-
de infuſa & acquiſita. Diſputatio. De ſignis gra-
tiæ. De operibus, vtrum opera faciant ad iuſtifica-
tionem. De baptiſmate legis, Ioannis & Chriſti.
De non vindicando. An liceat hæreticos conbure-
re. Proteſtatio ſiue oblatio Lutheri. Epiſtola ad
Bremenſes. Epiſtola ad fratres in Hollandia, Bra-
bantia & Flandria. Epiſtola ad Leonem decimum
Romanum pontificem, præpoſita libello de Chriſtia
na libertate. Epiſtola ad Carolum V. Imperatorem
poſt abitionem ex conuentu Wormatiæ. Ad ducem
Saxoniæ de conuentu Wormatienſi. Articulorum
Martini Lutheri per bullam Leonis X. nouiſſimã,
damnatorum, aſſertio. Reſponſio ad articulos, quos
magiſtri noſtri Louanienſes & Colonienſes velut
hæreticos damnauerunt. Aduerſus bullam Anti-
chriſti. Reſponſio ad ſchedulam inhibitionis ſub no
mine epiſcopi Miſnenſis æditam. Commemoratio
rerum Coloniæ Agrippinæ in Vbijs geſtarum in
cauſa Lutheri. Libri Romani Pontificis & diſci-
pulorum eius quare à Martino Luthero combuſti
ſint. Articuli & errores librorum iuris Canonici.
Apellatio ſecunda à Papa ad Concilium. Anno
21. Euangeliorum & Epiſtolarum Enarrationes
quas poſtillas vocant. Matthæi vndecimo. De en-
comio & laudatione Ioannis Baptiſtæ. Matthæi
21. De ingreſſu Chriſti in Hieruſalem Lucæ 17.
de 10. Leproſis. Lucæ 21. de aduentu Chriſti ad iu-
dicium. Ioannis. 1. de confeſſione Ioannis Baptiſtæ.
Epiſtolæ Dominicæ 11. Aduentus Domini. Rom.
15. Epiſtolæ Dominicæ 1. Aduentus Domini Rom.
13. Ad Philip. 4. de gaudio ſpirituali. Super magni
ficat commentarius. In Malachiam annotatatio-
nes. Pſalm. 37. Noli æmulari. Oratio Salomonis
ad Deum principe digna. Sermo de abuſibus eccle
ſiæ exterminandis. Chriſtiano quid præſtandum ſit.
Sermo. De Miſſa priuata abroganda. De voto ad
epiſcopos & diaconos eccleſiæ Vuittenbergenſis,
Lutherus ex Pathmo. De myſterijs Ioannis Bapti
ſtæ & Chriſti. De excommunicatione, Diſputatio.
De viduis. Rom. 3. Iuſtificamur fide. Rom. 13. De
tempore ſalutis, Rom. 15. De commendatione ſacræ
ſcripturæ & vocatione gentium. Reſponſio extem-
poraria ad articulos quos magiſtri noſtri ex Baby-
lonica & aſſertionibus eius excerpſerant. Reſpon-
ſio ad librum Ambroſij Catharini cum expoſita vi
ſione, Dan. 8. De Antichriſto. Confutatio inepti et
impij libelli Auguſtini Alfeld Franciſcani Lipſi-
ci pro Luthero. Latomianæ rationis, pro incendia-
rijs Louanienſis ſcholæ Sophiſtis redditæ, Luthe-
rana confutatio. Acta Lutheri coram Cæſarea ma
ieſtate in comitijs Wormaciæ. Ludus Lutheri à
ſtolida & ſacrilega Sorbona damnati. Lutherus à
Carolo V. ad comitia Vuormacienſia vocatus. Epi
ſtola ad Ioannem Fridericum ducem Saxoniæ. E-
piſtola ad Vuitenbergenſes. Epiſtola diſputationib.
Philippi præmiſſa. Epiſtola ad electores poſt diſceſ
ſum ſuum ex Vuormacia. Epiſtola quædam ad ami
cum quendam de pſalterio. Epiſtola ad Vuenceſ-
laum Lincum. Anno 22. Sermo de ſimulachris, et
ciborum delectu. Sermo de matrimonio habitus
Vuitenbergæ. De S. Antonio ſermo. Bulla & re-
formatio Lutheri. De abroganda miſſa priuata,
ſententia Lutheri ſcripta anno Domini 21. impreſ
ſa vero 22. De libertate monachorum, Antitheſis
Decalogi Chriſti & Papæ. Epiſcoporum Chriſti
& ſacerdotum Papiſticorum Antitheſis. De ſacer
dotio, legibus & ſacrificijs Papæ. Aduerſus epiſco
porum falſo nominatum ordinem. Contra Heinri-
chum regem Angliæ. De voto, an liceat perpetuũ
votum vouere. Diſputatio. De votis monaſticis,
ad Ioannem Lutherum. De canone. Epiſtola ad
principes comitia agentes. Epiſtola ad Franckfor-
dienſes in Thuringia. Epiſtola ad Hartmannum à
Cromberg. Epiſtola ad Vuolfgangum Fabricium
Capitonem. Anno 23. Epiſtolæ Pauli ad Roma-
nos præfatio Methodica totius Scripturæ. Epiſtolæ
Petri prioris enarratio. Epiſtolæ Pauli prioris ad
Corinthios cap. 7. explicatum. De Ieſu Chriſto ve-
ro Iudæo, & ſemine Abrahæ libellus. Formula miſ
ſæ & Communionis pro eccleſia Vuitenbergenſi.
De abominatione Miſſæ priuatæ. De ceremonijs
pijs in cœtu eccleſiæ ſeruandis. Quod eccleſia ius &
poteſtatem habeat iudicandi de quauis doctrina.
De miniſtris verbi inſtituendis. Sententiarum qua
rundam (quæ pro confirmatione doctrinarum hu-
manarum allegantur) refutatio. Monachouituli in
terpretato. Theologiæ Papiſticæ exemplum. Ap-
pendix in Adriani 6. Breue ad ſenatum Bamber-
genſem. Edicta Cæſarea duo contraria, & inter ſe
pugnantia cum præfatione Lutheri. Contra calum
niatores & falſarios edicti Cæſarei. Aduerſus Co-
clæum virum armatum. Lutheri iudicium de Eraſ
mo Roterodamo. Epiſtola ad lectorẽ Chriſtianum.
Epiſtola ad Carolum ducem Sabaudiæ. Epiſtola
ad Eſlingenſes. Epiſtola ad Rigenſes, Riualienſes
& Tarptenſes in Liuonia. Epiſtola ad Senatum
Pragenſem. Epiſtola ad virgines aliquot pudiciſſi
mas. Epiſtola ad Ioannem Lozer Pretenſem, Hæ-
reditarium Hipparchum in Saxonia. Anno 24. In
Teſtamentum vetus præfatio. Libri Moſis, quomo
do & quo fructu à Chriſtianis legendi ſint. In Deu
ternomion Moſi annotationes. Deuternomion Mo
ſi ex Hæbræo caſtigatum. Pſalm. 120. Ad Domi-
num cum tribularer. Ad Galatas commentarius
primus ab authore denuo recognitus. Epiſtolæ Pe-
tri prioris enarratio. Epiſtolæ quædam Dominica
les. Epiſtolæ S. Iudæ enarratio. De conſtituendis
Scholis & inſtituendis pueris, commonefactio. De
matrimonio. Thematum duorum Analytica, quo-
rum primũ eſt parentes non habere ius cogendi li-
beros ad Matrimonium. Alterum non licere li-
beris ſine parentum conſenſu contrahere matrimo-
nium. Themata à promouendis ad Doctoratum
in Theologia diſputata. Epiſtola ad amicos &
electos Dei qui ſunt Auguſtæ. Epiſtola ad Fri
dericum & Ioannem Saxoniæ duces. Epiſtola



Digitized by Google

ad Ioannem Scotum inſignem equitem. Epiſtola ad
Lambertum Thacij in vinculis Euangelij poſitum.
Epiſtola ad Miltebergenſes. Anno 25. De ſeruo
Arbitrio ad Eraſmum Roterodamum. Ad maledi
ci & contumelioſi ſcripti regis Angliæ titulum re
ſponſio. Epiſtola ad regem Anglorum. De Heinri-
cho Sudphanio hiſtoria. Epiſtola ad Antuerpien-
ſes. Epiſtola ad Argentinenſes. Epiſtola ad Geor-
gium ducem Saxoniæ. Epiſtola ad Georgium epi-
ſcopum Sambienſem. Epiſtola ad Wolfgangum
Reiſſenbuſch præceptorem in Liechtenbergk de
matrimonio contrahendo. Anno 26. In Ionam pro
phetam commentarius. In Abacuck prophetam
Annotationes Lutheri. In Haggæum prophetam
conciones & argumentum. Sermones aliquot pij à
Martino Luthero lingua vernacula præſcripti, la
tinitate donati, Lucæ 15. De oue perdita Lucæ 16.
de diuite & Lazaro. Luc. 19. de vaticinio Chriſti
contra ciuitatem Hieruſalem. Ioannis 10. De bono
paſtore. Sermo de ſeptem panibus. Sermo de ſacra-
mento Eucharistiæ. De communione populi. An-
no 27. Defenſio verborum cœnæ Dominicæ, Acci
pite, commedite hoc eſt corpus meum, contra phana
ticos Sacramentariorum ſpiritus. Anno 28. In
Zachariam prophetam commentarius Lutheri. In
Matth. Euang. quinque prima capita enarrationes.
De digamia Epiſcoporum diſputatio. Anno 29.
Catechiſmus maior, Catechiſmus minor. Anno
30. In Danielem commentarius. Pſalm. 118. Confi-
temini Domino. Pſalm. 82. Deus ſtetit in Synago-
ga. De lege, hominem iuſtificari fide, abſque ope
ribus legis diſputatio. De eccleſia diſputatio. Epiſto
la ad Fridericum Abbatem ad S. Ægydium No-
rimbergæ. Epiſtolæ duæ ad Iuſtum Ionam. Anno
32. In Eccleſiaſten annotationes. In ſextum & ſe
ptimum caput Matthæi annotationes. Sermo de
aduentu Chriſti, & ſignis ſummum diem præceſſu-
ris. Precationis, qua benedicitur populo. Num. 6.
quæ pronunciari ſolet poſt communionem enarra-
tio. Anno 33. De miſſa priuata & ſacerdotum
vnctione. 1. Timoth. 1. de ſumma Chriſtianæ vitæ.
1. Timoth. 1. Lex iuſto non eſt poſita. 1. Timoth. 2.
Deus vult omnes homines ſaluos fieri. Anno
34. In Eſaiam ſcholia. In Nahum præfatio &
Hypotheſis. Pſalm. 45. Eructauit cor meum. Ex-
plicatio decimi quinti capitis prioris epiſtolæ Diui
Pauli ad Corinthios. Epiſtolarum Farrago. An-
no 35. Orandi ſimplex modus. Precationum pia-
rum Enchiridion. Symboli explicatio. Decalogi
expoſitio breuis. Homiliæ de baptiſmo. De Fide
diſputatio. De iuſtificatione, aliam eſſe rationem
iuſtificandi hominis coram Deo, aliam coram homi
nibus. De operibus legis & gratiæ. De operibus,
vtrum Daniel operibus tribuat iuſtificationem, di
cens: Redime peccata tua eleemoſynis. De dicto,
Si fidem habuero, &c. Item, Maior horum chari-
tas. Remiſſio peccatorum ex Dicto, Dimittuntur
ei peccata multa quia dilexit multum, diſputatio
Lutheri. Contra Miſſam priuatam. Contra conci
lium Conſtantienſe de vtraque ſpecie Sacramenti.
Anno 36. In Ioelem commentarius. In Amos



Prophetam commentarius. In Abdiam commen-
tarius. Epiſtolæ Pauli ad Galatas commentarius
ſecundus. De homine diſputatio. De poteſtate con
cilij, Epiſtola ad fratres Orthodoxos in Domino.
Anno 37. Eſaiæ nono, de puero Ieſu. Loci doctri-
næ Chriſtianæ præcipui. Lucæ primo, de Annuncia
tione Mariæ. Luc. 2. de iuuentute Chriſti. Luc. 6.
de operibus miſericordiæ. Luc. 11. de dæmonio ei-
cto. Luc. 14. de cœna magna. Euang. Dominicæ. 1.
Aduentus Domini Matth. 21. Item Euang. Domi-
nicæ. 1. Poſt. Epiphaniæ Lucæ 2. Euang. Domini-
cæ quinquageſimæ. Luc. 18. Euang. Dominicæ. Re
miniſcere Matth. 15. Euang. Dominicæ Oculi. Lu
cæ 11. Euang. Dominicæ Lætare. Ioan. 6. Euangel.
Dominicæ Quaſi modo geniti. Ioan. 20. Euang. Fe
ſti Annunciation. Mariæ. Luc. 1. Matthæi 15. de
muliere Cananæa. Matth. 22. de veſte nuptiali. E-
uang. Dominicæ 4. poſt trinitatis Luc. 6. Euang.
Dominicæ 7. poſt trinitatis. Marc. 8. Euang. Domi
nicæ 11. poſt trinitatis. Luc. 14. Euangelium Do-
minicæ 14. poſt trinitatis, Lucæ 17. Luc. 18. de per
petuis & pertinacibus precibus. Luc. 18. de cæco il
luminato. Ioan. 6. de quinque panibus. Euang. Aſ-
cenſionis Domini. Marci 16. Euang. Dominicæ
trinitatis, Ioan. 3. Ioannis 16. de excommunicatio-
ne. Ioannis 16. de officio ſpiritus ſancti. Ioannis 16.
de afflictionibus eccleſiæ. Ioannis 20. de clauſis fo-
ribus. Paſſionis Chriſti diſpoſitio breuis. Sermo de
fidei robore & incremento. Sermo de fide ex dicto,
Heb. capite vndecimo: Qui accedit ad Deum hunc
credere oportet. Concilium Chriſtianũ cur, & quo-
modo debeat eſſe liberum. Contra Antinomos diſpu
tatio. Cauenda doctrina Papiſtarum de pœnitentia
multo magis Antinomorum qui nullam pœnitentiã
relinquunt in eccleſia. Contra Antinomos de lege.
De coniuratione Papiſtarum. Conciliũ cuiuſdam
ex animo cupientis eſſe conſultum, & Romanæ
Pontificis dignitati, & Chriſtianæ religionis tran-
quillitati. Anno 38. In Cantica canticorum enar
ratio. Symbola tria Chriſtianæ fidei. Pſal. 51. Miſe
rere mei Deus. In Matth. cap. 9. De paralytico. In
Matth. cap. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18. Contra Sa-
batharios epiſtola. Præfatio in epiſtolam ſancti
Hieronymi ad Eugenium de pietate Papæ. De pœ-
nitentia contra Antinomos diſputatio Lutheri. De
lege contra Antinomos diſputatio Lutheri. An
no 39. Ioannis Euangel. decimum octauum caput
explicatum. De eccleſia, quid ſit, & quæ ſit eccle-
ſia, & quæ ſint notæ veræ Eccleſiæ. Anno 40.
Pſalm. 121. Leuaui oculos meos. Pſal. 122. Lætatus
ſum in his. Pſalm. 123. Ad te leuaui oculos. Pſalm.
124. Niſi quia Dominus. Pſal. 125. Qui confidunt
in Domino. Pſal. 126. In conuertendo. Pſal. 127.
Niſi Dominus ædificauerit. Pſal. 28. Beati omnes
qui timent. Pſal. 129. Sæpe expugnauerunt. Pſalm.
130. De profundis. Pſal. 131. Domine non eſt exalta
tum. Pſal. 132. Memento D. Dauid. Pſal. 133. Ecce
quam bonũ. Pſal. 124. Ecce nunc benedicite Domi
no. Pſalmis graduũ præfatio præfixa. Mar. 10. de
relinquentib. omnia propter Euang. De vſura tazã
da commonefactio. Cõſilia Euang. 12. de dicto, Vade,
Vende

Vende, relinque omnia, & c. diſputatio Lutheri, anno XLI. Pſal. 90. Domine refugiũ factus es, Chronicon Luth. ſiue ſupputatio annorum mundi. De dicto Verbum caro factum eſt. An ſit, propoſitio vera in philoſophia. Diſputatio de dicto: Dominus Ieſus heri & hodie, & c. Contra Satanam & Synagogam ipſius. Contra Antinomos de lege. ANNO XLII. In Micheam commentarius. Micheæ concionum loci & ſententiæ principales. Anno 43. Dauidis nonißima verba explicata. De mendacijs Iudæorum. Præfatio in declamationes principum iuniorum Saxoniæ. Epiſt. 2. ad Simonem Wolferinum de controuerſia ſuper reliquijs ſacramenti altaris. De Chriſto quod in ipſo duæ ſint naturæ, diuina & humana, ſic vnitæ, vt Chriſtus ſit vna perſona. Diſputatio de fide iuſtificante & fide miraculorum. Diſputatio fide ſola nos iuſtificari. Anno 44. Comment. in Geneſim. Confeßio breuis de cœna Domini. De trinitatis myſterio, incarnatione filij, & de lege, diſputatio. Anno 45. In Hoſeam prophetam præfatio de prophetarum lectione & argumento concionum Hoſeæ. Aduerſus Papatum Romæ à Satana fundatum. Contra articulos 32. Louanienſium Theologiſtarum. Diſputatio, de vnitate eſſentiæ diuinæ, & de diſtinctione perſonarum in diuinitate. Porro complura alia ſcripta ipſius operibus addita ſunt, quæ breuiter hic numerabo, neq; enim ſingula alibi annotata à me ſunt. Articuli à fratribus Minoritanis Iutterboccenſibus D. M. Luthero adſcripti. Articuli religionem fidemq; Papiſticam reſpicientes, à magiſtris noſtris eximijs Louanienſis vniuerſitatis editi. Academiæ Louanienſis acta contra Lutherum. Determinatio theologicæ facultatis Pariſienſis ſuper doctrina Lutherana Determinatio 2. almæ facultatis theologiæ Pariſienſis, ſuper Apologiam Philippi Melanchtonis Academiæ Wittebergenſis epiſtola ad Carolum Miltitium. Academiæ Wittebergenſis epiſtola ad Fridericum Saxoniæ ducem. Academiæ Vuirtebergenſis epiſtola ad Leonem X. Rom. Pontificem. Canonicorum indoctorum Lutheranorum ad Ioannem Eccium reſponſio. Informatio & deliberatio delectorum ab vniuerſitate, ad allatam inſtructionem de miſſa. De miſſa priuata, ſententia quorundam delectorum ab Academia Vuitebergenſi ad Fridericum Electorem. Synodi Auguſtinianorum ſententia de libertate monachorum. Epigrammata in iuris Canonici incendium. Bullæ epiſcopales 2. prior pij, poſterior papiſtici pontificis, ſuper doctrina Lutherana. Bullæ pontificiæ per Eccium ad ſcholam Vuittenbergenſem inſinuatio. Bullæ eiuſdem publicatio per epiſcopum Friſingenſem. Antonini cuiuſdam poſitiones. Adolphi epiſcopi reſponſio ad epiſtolam Lutheri. Adriani VI. Romani pontificis, ad conſules & ſenatum Bambergenſem. Ad electores principes & omnes ordines imperij. Ad Fridericũ ducem Saxoniæ. Aduerſus Lutherum. Alberti Cardinalis & archiepiſcopi Moguntinenſis reſponſio ad Lutherum. Contra leges Papiſticas, ſacerdotibus prohibentes matrimonium. Apologia Bartholomæi Bernardi. Eraſ. Roterodami axiomata pro cauſa Lutheri. Item epiſtola ad Fridericum ducem Saxoniæ. Caroli V. Imperatoris edictum, de cauſa Lutheri: Caroli V. imperatoris literæ ad Lutherum, quibus ad comitia Vuormacienſia vocatus eſt. Clementis VII. Romani pontificis breue ad Fridericum ducem Saxoniæ. Aliud breue ad eundem. Franciſci Cheregati epiſtola ad Senatum ciuitatis Bambergenſis. Friderici Electoris ducis Saxoniæ reſponſio ad epiſtolam Caietani. Item ad epiſtolam Cardinalis Raphaelis. Item ad Eraſ. Rot. Eiuſdem reſponſum datum Martino Caracciolo, & Hieron. Aleandro legatis Rom. pont. Friderici Electoris ſcriptum ad Valentinum à Dietleben, eo tempore Romæ agentem. De matrimonio contra legem pontificiam de cœlibatu. Diſputatio authore M. Gaſparo Contagiſer, Saxonici collegij apud Erphordiam Decano. Gaſpari Crucigeri, & Georgij Rorarij epiſtola ad lectorem. Georgij epiſcopi Sambienſis epiſtola ad Plebanum in Fiſchhuſen. Hulderici ab Hutten epiſtola prima ad Bilibaldum Birckheymerum, in qua breuiter commemorat quid actum ſit cum Luthero in conuentu Vuormaciæ. Secunda ad Carolũ V. Imperatorem. Tertia ad Electorem ducem Saxoniæ. Quarta ad Germanos, qualis paſtor ſit Leo X. Rom. Pontifex. Quinta ad Luth. Sexta conſolatoria ad Lutherum. Septima ad Luth. eiuſdem argumenti. Octaua ad Marinum Caracciolum Oratorẽ Rom. Eiuſdem fragmentum ex inuectiua in Hieronymum Aleandrum. Exclamatio in incendium Lutheranum. Inuectiua in Cardinales, Abbates, epiſcopos oppugnantes Lutherum. Inuectiuæ in Hieron. Aleandrum fragmentum. Inuectiua in Marinum Caracciolum oratorem. Rom. Romanæ curiæ pictura ex epiſtola quadam Hulderici ab Hutten ad Electorem Saxoniæ. Emſeri epiſtola ad Ioannẽ Zack de diſputatione Lipſica. Ioachimi Helleri epigramma in Hoſeam. Ioannis Eccij articuli hæretici. Eiuſdem epiſtola ad Iacobum Hochſtraten de Lipſica diſputatione. Alia epiſtola ad M. Lutherum. Eccij excuſatio. Eccij poſitiones contra Lutherum. Eccij ſedis Papiſticæ nuncij epiſtola ad Vuittenbergenſes. Ioannis Frobenij epiſtola ad Lutherum. Ioannis Paduſcka preſbyteri Pragenſis eccleſiæ epiſtola ad Lutherum. Ioannis Tetzelij diſputationes quibus defendit indulgentias contra Lutherum. Iuſti Ionæ epiſtola de ampliſſimo beneficio Dei erga populum Iudaicum ad D. Vuolfgangũ in Anhalt. Laurentij Campegij legati Romani Pontificis epiſtola ad Fridericum Electorem. Laurentij de Medices Cardinalis epiſtola ad Georgium Spalatinũ. Leonis decimi Romani pontificis Breuia ad Degenhardum Pfeffinger. Duo ad Fridericum ducem Saxoniæ. Breue ad Georgium Spalatinum. Breue ad Thomam Caietanum. Bulla contra errores Martini Lutheri & Sequacium. Decretalis nona & vltima de indulgentijs. Roſa aurea à Leone X. Romano Pontifice per Carolum Miltitium ad Fridericum electorem miſſa. Mauricius epiſcopus Vuarminenſis, ad archipreſbyterum Plebanum in Brunsbergk. Maximiliani Imperatoris Auguſti epiſtola miſſa ex conuentu Auguſt. de controuerſijs Lu-

Digitized by Google

theri ad Leonem X. Nicolai Amſdorffij epiſtola ad Lutherum de Eraſmo Roterodamo. Propſitiones Petri Maluendæ. Explicatio prouerbiorum Salomonis. Philippi Melanchtonis in eccleſiaſtē enarratio breuis. In cantica canticorum argumentum. In Eſaiæ quatuor priora capita argumenta. In Eſaiam argumentum. In Ieremiæ threnos argumentum In Danielem commentarius. In Zachariā prophetam commentarius. Confeſſio fidei exhibita Imperatori Carolo V. in comitijs Auguſtæ. Apologia Auguſtanæ confeſſionis. Papaſelli interpretatio. Apologia pro Luthero aduerſus furioſum Pariſienſium Theologaſtrorum decretum. Defenſio contra Eccium. Epiſtola de diſputatione Lipſica. Epiſtola diſputationibus Lutheri præmiſſa. Epiſtola ad ſtudioſos Theologiæ. Epiſtola ad D. Wolfgangū principem in Anhalt. Præterea plurimæ eiuſdem diſputationes cum Luth. diſput. impreſſæ ſunt. Staupitij epiſtola ad Spalatinum. Dialogus Syluestri Prierij ſacri Palatij Apoſtolici magiſtri contra Lutheri concluſiones. Eiuſdem Replica ad Martinum Lutherum. Vincentij Obſopœi epiſtola ad Michaelem Obſopœum fratrem ſuum germanum. Eiuſdem epiſtola ad ſenatum Hallenſem in Suenis. Vincellaus Lincus de Ambroſio Catarino. Vinceslai Roſdialonini præpoſiti Pragenſis epiſtola. Viti Theodori epiſtola ad Fridericum Bernnbeckum Senatorem Kitzingenſem. Aliæ duæ ad Georgium in Anhalt Epiſtola ad Georgium Voglerum. Epiſtola ad Nicolaum Amſdorffium epiſcopum eccleſiæ Numburgenſis. Obijt Islebiæ 12. Calen. Martij, 1546.

* Poſt eius obitum editi ſunt articuli, qui noſtræ partis nomine exhibendi fuerant in concilio Mantuæ, vel vbicunq; illud futurum eſſet: & quid vel accipere vel concedere nos poſſemus nec ne: ſcripti à D. M. Luthero, & Smalcaldiæ anno 37. in conuentu propoſiti: & anno 1579. editi Vuitebergæ in 8. Item volumen magnum, ſermonum eius conuiuialium, germanice in fol. Ienæ excuſum. Eiuſdem aliquot nomina propria Germanorum ad priſcam Etimologiam reſtituta. 8. Vrſellis 1559. Martini Lutheri teſtimonia de ſocio laborum & periculorum ſuorum Philippo Melanchthone. Acceſſerunt & aliorum laudatiſſimorum virorum de eodem Philippo ſcriptiſq; eius iudicia perquam honorifica. 4. Gorlicij. 1580. Itemq; querela ſeu ſomnium M. Lu. 4. Gorlicij. 1580. Et alia mihi ignota.

Martinus Magiſtri, Gallus patria Turonenſis, nonnulla in philoſophia ac Rhetorica ſcripſit, tandemq; compoſuit. De virtutibus Cardinalibus, lib. 1. Super Salue regina lib. 1. Quinquagenarius tandem obijt ſub Ludouico 11. Gallorum rege. Primum eius opus eſt impreſſum. Robertus Gaguinus. Verum lib. 1. de virtutibus eſt Martini Dumienſis.

Martinus Maioris Eccij patruus, citatur in Ioannis Eccij Chryſopaſſo.

Martinus Malenfeld Liuonienſis, ſcripſit tractatum obligatoriorum.

Martini Marini Brix. Can. Reg. D. Sal. Grāmatica linguæ ſanctæ. 4. Baſileæ ex officina Frobeniana.

Martini Marlaroti Lotharingi de Orthodoxo & neotherico Caluiniano ſeu Hugoniſtico baptiſmate, ac vtriuſq; effectu 8. Pariſ.

Martini Meier, Cancellarij Moguntini epiſtolæ quædam cum operibus Aeneæ Syluij excuſæ ſunt.

Martinus Merchius, Neocleſianus, Syntaxin Latinam in Canones aliquot digeſſit, impreſſam Antuerpiæ.

Martinus Micronius, Gandauenſis, in pleroſque anatomicos Galeni libros, & in libros de placitis Hippocratis & Platonis argumenta conſcripſit, quæ cum Latinis Galeni operibus excuſa ſunt Baſileæ apud Frobenios 1549.

Martini Milij nomenclatura rerum communium. Gorlicij 1572.

Martini Monterij iuris vtriuſq; profeſſoris Bononiæ, repetitio in Rub. ff. ſoluti matri. Bononiæ apud Ioannem Roſſium anno Domini, 1570. in folio.

Martini Pegij liber germanicus, de erigenda figura cœli ad horam natiuitatis, & de iudicio illius. Baſileæ per Sixtum Henricum Petri, anno 1570 in folio.

* Martinij Pigij ius prothoniſcos ſiue congruij apud Philippum Vlhart. in 8. Auguſtæ.

Martini Pereſij, Aiala, Guidixienſis epiſcopi Aſſertionum libri decem de traditionibus eccleſiaſticis & earum authoritate, Pariſijs anno Domini 1549. apud Audœnum Paruum in 8. Item Coloniæ in folio.

Martinus Perſona, Italus, Carmelita, rhetor ac poeta inſignis, apud Agrigentum in Sicilia ſcripſit orationes elegantes lib. 1. Bucolica ſeu eglogas librum vnum. Epiſtolas & carmina librum vnum & alia. Claruit anno Domini, 1480. Laurentius Burellus.

Martinus Phileticus, commentarios ſcripſit in Ciceronem de ſenectute, qui habentur impreſſi Venetijs. Eiuſdem commentarij in epiſtolas Ciceronis familiares, impreſſi Venetijs 1491. Iſocratis de regno gubernando liber ad Nicoclem, eodem interprete, excuſus Argentorati 1514.

Martini Piſtoris Symmachia aduerſus epitheſes hoſtium fidei: cui adiuncta ſunt duo colloquia, aduerſus ceremoniarum diuini cultus oppreſſores. Guilielmus Cauellat Lutetiæ impreſſit, anno Domini 1556.* Eiuſdem proſopopoiia aduerſus tres fidei hoſtes, Caluinum, Melanthonem, & Antitheſium Chriſti & Romani Pontificis concinnatorem. In quo libro mentionem quoq; facit ſuorum commentariorum in Matthæum. Excuſus Pariſijs apud Ioan. Andream 1552.

Martinus Oſterminchez, Auguſtanus, è Germanico Latine reddidit Xyſti Btrulei tragœdiam Beli.

* Martinus monachus ordinis prædicatorū D. Papæ pœnitentiarius & Capellanus patria Carſulanus ſcripſit hiſtoriam imperatorū & Pontificum aliquot, fol. edita extat in bibl. Imperat.

Martinus ordinis fratrum prædicatorum, ſcripſit ta-

Digitized by Google

*Poſtabulam decreti lib.1. Chronicam ſuccinctam libros 2. Sermones de tempore lib.1. Sermones de ſanctis lib.1. De diuerſis miraculis lib.1. Claruit anno Domini* 1320.

Martinus *Plantſch, Theologus, quædam edidit de ſagis & maleficis.*

Martini *Poloni, Corſulani, aut ſecundum alios Conſentini epiſcopi, & ſummi pontificis pœnitentiarÿ, Chronicon, impreſſum Baſileæ cum Mariani Scoti Chronico, anno 1559. in folio.* * *Et opera Suffridi Petri Leonardienſis emendatum & auctum. 8. Antuerpiæ, apud Plantinum, 1579. Eiuſdẽ exemplaria quatuor copioſiora multò quam expreſſum, extant in bibl. Dreſſeri.*

Martini *Preſbyteri Chronica vniuerſalis pontificum Romanorum & Cæſarum, ad Innocentium Papam, quæ definit in Otthonibus, extat Viennæ Auſtriæ apud Wolf. Lazium.*

Martini *Polichÿ Mellerſtadÿ, collectanea cõmentariorum curſus logici in omnes Ariſtotelis logicorum libros, & liber de ſex principÿs, impreſſa Lipſiæ anno Domini 1512. Eiuſdem exquiſita curſus phyſici collectanea, ibidem excuſa 1514. Obÿt anno 1513. Sunt autem commentarÿ in octo libros Phyſicorum, & in 4. de cœlo & mundo. Eiuſdem propoſitiones aſtrologicæ 15. cum ſuis ſolutionibus Lipſiæ impreſſæ anno Domini 1482. Item quæſtio de complexione, quid ſit, & quotuplex ſit. Item alia nonnulla. Floruit Lipſiæ & Witenbergæ. Extat ad ipſum epiſtola Manardi Ferrarienſis, contra Simonem Piſtorium medicum.*

Martinus *Ranaud Senonen. ſcripſit ſpeculum iudicum.*

Martini *Ranault, Floſculi beneficiales. De modo vacandi beneficiorum. De modo exequendi gratias expectatiuas. De modo acceptandi beneficia.*

* Martini *Raymundi, Pugionem, quo impiorum perfidiam, maxime vero Iudæorum iugulat (ex quo P. Galatinus omnia ſua deſumpſit) ex Vatabli bibliotheca ſe habere Matth. Beroaldus in Chronico ſuo teſtatur, editionem pollicetur, promiſſis ſatis feciſſet, ni morte immatura, longiori vita dignus, obÿſſet.*

Martini *Rotæ effigies 24. Imperatorum Cæſarumque Romanorum, à Iulio vſque ad Alexandrum Seuerum, ex antiquis marmoribus & numiſmatis deſumptæ. Venetÿs* Claudÿ Ducheti *formis,* 1570. *folio.*

Martini *Rulandi, Friſingenſis, Doctoris, medici & profeſſoris in ſchola Laugingana, Hydriatrice, hoc eſt, ratio curandi totius corporis morbos per aquas dulces, acidas & thermas: ſpecies & vires aquarum ſecundum genus: nomina item loca & vires balnearum alphabeti ordine, & poſtremo aphoriſmi de præparatione ad balnea & recto vſu. Libellus in 8. editus 1568. In fine Hydriatrices ponitur catalogus ſcriptorum eius, in quo recenſentur hi libri ab anno ætatis eius 22. vſq; ad annum 34. editi. De lingua Græca einſq; dialectis omnibus lib. 5. Tiguri excuſi apud Geſneros fratres, anno 1556. Formulæ colloquiorum Sebaldi Heiden Græce redditæ cum Latino. Auguſtæ excuſæ anno 1556. Trium linguarum Græce Latinæ atq; Germanicæ nomenclaturæ rerum. Item ſententiæ morales breuiſſimæ Græcolatinæ ibidem excuſæ. De emendata linguæ Græcæ ſtructura lib. 2. vnus* περὶ συντάξεως *ſeu de conſtructione: alter de omnibus phraſibus ac Græce loquendi modis, qui ad puram, ornatam & elegantem orationis compoſitionem ſunt neceſſarÿ. Argentorati excudebat Ioſias Ribelius. Catechiſmus Græcolatinogermanicus, Auguſtæ anno 1563. Grammatica minor Græca ea facilitate compoſita, vt perpaucis diebus citra omnem laborem, nauſeam, & viuam docentis vocem ſuo Marte perdiſcatur, ibidem 1568. Aphoriſmi Hippocratis Græcolatini in locos communes digeſti. Baſileæ Oporinus excudit. Synonyma, ſeu copia Græcorum verborum omnium abſolutiſſima antehac nuſquam terrarum viſa, Auguſtæ 1567. Adagiorum profanorum Græcolatino Germanicorum loci communes. Baſileæ apud Oporinum. Clauis ſcripturæ ſanctæ, hoc eſt, Adagia, Phraſeologia ſacra collecta è biblÿs & S. Patribus, ac per communes locos alphabetico ordine expoſita. Argentorati 1563. Myſteriorum tomi 4. Argen. Teſtimonia S. Patrum de communione indignorum, Tubingæ 1561. Medicina practica recens & noua continens omnes totius humani corporis morbos per alphabeticum ordinem collectos: quibus ſingulis addita ſunt medicamenta compoſita* τὰ ἰνάριστα *quæ vbiq; locorum hodie in pharmacopœis extant parata.* Argent. *1564. Appendix de doſibus ſeu iuſta quantitate ac proportione medicamentorum compoſitorum omnium, alphabeti ordine conſcripta, ibidem. De phlebotomia, morbiſq; per eam curandis. Argent. De ſcarificatione morbiſq; per eam curandis. Argent. Libri de phlebotomia, ſcarificatione, et hydriatice Germãice quoq; editi ſunt. Præterea libros hos domi paratos habet. Aetiologicæ medicinæ indices duo. Vnus rerum morbos efficientium. Alter morborum cum annexis eorundem cauſis.* Ἁπλοφαρμακεία, *id eſt, Simplicium medicamentorum nomenclatura, Locus, Qualitates & experimenta certa ac vera ad quoduis morborum genus, opus magnum aureum & diuinum. Empirologia magna ad omnem corporis ægritudinem. Commentarÿ in vniuerſam phyſicam. Centuria prima curationum Empiricarum.* * *Eiuſdem Martini Rulandi Curationum empiricarum & hiſtoricarum in certis locis & notis hominibus, optime riteq; probatarum & expertarum Centuria ſecunda 16. Baſileæ. Balnearium reſtauratum, in quo curantur morbi tam externi quàm interni per balneas naturales, artificiales, Inſeſſus, Lixiuia, Sudationes: itemq; per ſcarificationes ac phlebotomias, diſtinctũ in lib. 2. 8. Baſileæ. Eius Synonyma ſeu copia verborum Græcorum: poſtremo nunc emendatior, locupletior, & ad maiorem iuuentutis vſum accomodatior edita. Acceſſerunt nunc demum græcarum loquutionum & phraſium elegantiæ & formulæ Latinogrææ, in octauo, Auguſtæ, anno Domini* 1582.

Martinus *Rythonius, præſes ſynodi prouincialis Mechlinienſis, loco Ant. Perrenoti epiſcopi, edidit eiuſdem ſynodi decreta & ſtatuta. Antuerpiæ apud Plantinum* 1571.

* Martini *Salbachij Witenbergenſis carminum libri ſeptem. Quibus continentur hymnorum liber 1. Nuptialium 3. Epithalamij ſacri 1. Tumulorum 1. Sylnarum 1.* 8. *Witebergæ.*

Martinus *Salius, Vercellenſis, ſcripſit librum de poetis.*

Martinus *Samius de diuiduo & indiuiduo.*

* Martini *Schmanlgij Farentis de præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in Eucharistia, inſtitutionum lib.* 3. 8. *Witebergæ.*

Martinus *Sculthorpius, patria Nordouolgius Carmelita compoſuit Latine conciones ſacras lib.* 1. *Determinationes quoque lib.* 1. *Claruit anno Domini* 1430. *Baleus.*

Martinus *Segonius, Nouomontanus, ſcripſit quædam de ſepulchro Chriſti, quæ à Boemo Aubano citantur. Citatur etiam in Chronicis Ioannis Cuſpiniani.*

Martinus *Siliman citatur in ſumma Angelica inter ſcriptores iuris ciuilis vel canonici.*

Martini *Smetij, Flandri, inſcriptiones antiquæ per diuerſas Europæ prouincias conquiſitæ, atque ex ipſis marmoreis æreisq́ tabulis fideliter deſcriptæ, & in aptiſſimum ordinem digeſtæ. Catalogus officinæ Gorlizianæ.*

Martini *Stainpers, Antidotale, Viennæ, anno Domini* 1510.

Martinus *Taburnus, methodum doctrinæ Catechetica, & Roſarium Biblicum Valentini Trocedorfi, ex alijs ipſius meditationibus emendauit & auxit. Gorlizij anno* 1570. 8.

S. Martini *Turonenſis epiſcopi fidei confeſſio cum ſcholijs Thomæ Beauxamis. Impreſſa Pariſijs cum Abdia Babylonio,* 1571.

Martyris *de Schiſmaticis Verubi à Ruſiccade verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporũ de hæreticis baptizandis.*

* Martij *Anguiſſolæ in patrum Mediolanenſiũ ſenatum cooptati conſiliorum volumen primum. fol. Bononiæ,* 1579.

Martius *vates, carmine duo volumina conſeripſit, quæ cum Sybillinis Romani ſeruabant. Meminerunt eius Cicero, Liuius, Plinius & alij.*

Martyrius *comes & quæſtor ſub Theodoſio, operam ſuam contulit ad Codicem Theodoſianum.*

Marutius *epiſtolæ* 2. & 12. *apud Cyprianum author cum aliquot alijs coepiſcopis lib.* 1.

Maslem *quidam Planiſphærium Ptolemæi ex Græca in Arabicam linguam tranſtulit, vt refert Rodolphus Brugenſis in præfatione Latinæ ſuæ verſionis in eundem.*

Maſſimi *Troiani dialogi in linguam Hiſpanicam conuerſi.*

Maſtor, *vide ſupra in Euſtratio.*

Maſtreas *Pitaneus, ſcripſit Græco carmine de arte coquinaria.*

Maſuerij I. C. *Galli practica Forenſis, nouis additionibus ſummarijsq́ aucta, * & cum annotationibus Caſtratij denuo edita. His adiectus eſt de exceptionibus in vtroque foro, M. Nepotis à monte Albano. Francofurti, anno Domini* 1571. *in octauo.*

Maſuerij *cuiuſdam practica in iure, & tractatus iudiciorum extant.*

Maſuue *citatur in Tacuinis Ellucbaſem medici.*

Maſſurius *Sabinus, vir equeſtris ordinis, ſcripſit de Dialis flaminis ceremonijs, Faſtorum libri. De mirabilibus. Floruit Tiberij Cæſaris temporibus. Scripta Maſſurij Sabini citantur à Plinio lib.* 7. 10. 14. 16. 18. & 28.

Maſſurij *Sabini iuris ciuilis ſecundus, citatur à Gellio libro quarto capite primo. Item commentarij quos de indigenis compoſuit. Ibidem c.* 9. *Et ſeptimo memorabilium libro quinto capite viceſimo. A Macrobio eiuſdem Faſtorum lib. & Memorabilium, vbi falſo Albinus nominatur.*

Maſurius *iuris interpres, vnus ex Dipnoſophiſtis apud Athenæum.*

* Maternus *Cholinus impreſſit Academiarum orbis Chriſtiani libros tres. Coloniæ anno Domini* 1572.

Maternus *Firmicus, Auguſti Cæſaris temporibus inſignis mathematicus, tractatum edidit in prognoſtica Genethliaca. Volaterranus li.* 16. *vrb. com. vide Iulius Mat.*

Materni *Piſtorij de vita & paſſione Conradi de Sommerde, nobilis pueri in Turingia, à Iudæis in oppido Viſſenſcha, interfecti, hiſtorica narratio, cui addita confirmatio literarum Friderici Miſnenſis & Orientalis Marchionis, ſcriptarum, anno Domini* 1503. *Libellus impreſſus Erfurdiæ, anno Domini* 1508.

Materni *Steindorfer comœdia de matrimonio impreſſa Moguntiæ, anno* 1540.

Matidi, *vide Tarſini.*

Matris *quidam ſcripſit Herculis Encomium. Athenæus lib.* 10.

Matronianus *prouinciæ Hiſpaniæ, cæſus eſt Treuiris cum Priſcilliano, Feliciſſimo, Iuliano, Euchrotia, eiuſdem factionibus authoribus. Extant eius ingenij opera, diuerſis metris edita. Hieronymus.*

Matronis *Parodiæ, impreſſæ ab Hen. Stephano cum aliorum Parodijs & duplici interpretatione Latina,* 1573.

Matthæolus *Veronenſis, ſcripſit artem memoratiuam.* F Matthaeolus Perusianus F

Matthæus, *qui & Leui, ex publicano Apoſtolus, primus in Iudæa, propter eos qui ex circumciſione crediderant, Euangelium Chriſti Hebraicis literis verbisq́ compoſuit. Quod quis poſtea in Græcum tranſtulerit, non ſatis certum eſt. Porro ipſum Hebraicum habetur vſq́ hodie in Cæſarienſi bibliotheca, & c. D. Hieronymus in vitis Euangeliſtarũ ex Sophronio. Euangelium Mathæi, ſecundum Suidam, titulos habet* 68. *capita autem* 355.

Matthæi *cuiuſdam archiepiſcopi Conſtantinopolitani*

F Prof. in Padua 1460-70 ... ars memoriae de praeceptis artificialibus et regulis medici. rebus ad augendam memoriam 1470 Haller Bibl. med. pract. I, 466.

Digitized by Google

nopolitani διάλεξιν de vita religioſa, & calogerorum Gr.m.in bib.Ioan.Sambuci.

* Matthæi Patriarchæ Conſtantinopolitani, de Iuſtificatione Monaſtica, in folio, Ms.bibl.Imperat. Viennæ.

Matthæi τοῦ ἐλαχίστου ἐν ἱερομονάχοις contra Iudæos liber, in bibliotheca Henrici Memmij.

Matthæi καλίστορος, & Angeli Panareti contra Latinos, in quibus ab iiſdem diſſident, m. in bibliotheca Ioannis Sambuci.

Matthæus Adrianus, introductionem quandã in linguam Hebraicam, & tres oratiunculas, Dominicam, Salutationem angelicam, & Salue regina. Latinas fecit: Gryphius impreſſit Lugduni.

Matthæus de Afflicto, Neapolitanus, Parthenopæus Iureconſultus, ſcripſit commentarios de iure protomiſeos, ſeu iure congrui: & Deciſiones regij conſilij Neapolitani. Scripſit etiam eorum priuilegiorum, quæ ſibi fiſcus ſumit, ex optimis quibuſque ſcriptoribus, legumq́ authoribus compendium, excuſum Baſileæ apud Ioan. Oporinum, cum Omphalij libro de Officio principis, anno 1550. *Eiuſdem in vtriuſq; Siciliæ, Neapolisq́ ſanctiones, & Conſtitutiones nouiſsima prælectio. Interiecta ſunt Ioannis Anthonij Eatij & aliorum erudita annotamenta. Fol. Venetijs.

Matthæus Andebertus, edidit Flores operum Diui Bernardi decem libris, Lugduni impreſſere Benedictus Rigaudus, & Ioannes Sangrinus, anno Domini 1556.

Matthæus de Aquaſponta, ordinis fratrum minorum, ſcripſit ſuper Sententijs lib.4. Inuentarium ſententiarum lib.1. In epiſtolam ad Romanos lib.1. Sermones plures lib.1. & quædam alia. Scripſit etiam indices ex ordine literarum in libros ſententiarum. Claruit anno 1290.

Matthæi Argyllandri ecloga, excuſa eſt Baſileæ ab Oporino.

Matthæus Aulæregiæ monachus, ſcripſit in P. Lombardum, in Pſalterium, in Euangeliũ Matthæi commentarios in hymnos, pluraq́ alia.

Matthæus Aurogallus, natione Germanus, ſcripſit compendium Hebrææ, Chaldææq́ Grammatices, quod excuſum eſt Witenbergæ, 1525. De Hebræis vrbium, regionum, populorum, fluminũ, montium, & aliorum locorum nominibus liber, per Matthæum Aurogallum è veteri inſtrumento congeſtus, excuſus Witenbergæ, 1526. & rurſus ab authore locupletatus, Baſileæ apud Hen. Petri, 1539. Grammatica Hebræa etiam impreſſa eſt Baſileæ ab Hen. Petri, 1539.

Matthæi Bendinelli tractatus de balneis Lucenſibus Villæ & Corſenæ, impreſſus Venetijs à Iuntis cum diuerſorum authorum ſcriptis de balneis, anno D.1553.

* Matthæi Beroaldi Chronicum, ſcripturæ ſacræ auctoritate conſtitutum: in quo ratio temporum ita demonſtratur, vt nihil omnino ſentire, qui contra ſentiat, videri poſsint. Folio Geneuæ impreſſum apud Antonium Chuppenum, anno Domini 1576.

Matthæi Bonfinis annotationes in Horatium, impreſſæ ſunt Baſileæ à Hen. Petri, cum diuerſorum in omnia Horatij opera annotationibus.

Matthæus de Bononia, Italus magiſter Carmelitarum generalis ſub ſchiſmate, ſcripſit in ſummulas P. Hiſpani lib.3. Quæſtiones theologiæ lib.1. Claruit ſenex anno 1410. Ioan. Paleonydorus.

Matthæus Boſſus, patria Veronenſis, ordinis Canonicorum regularium B. Aug. ſcripſit Orationum lib.1. &c. Recuperationes Feſulanæ Matthæi Boſsi abbatis cœnobij in Feſulano regul. Canonicorum, epiſtolas continet 133. Epiſtolarum pars 2. qua continentur epiſtolæ familiares 232. pars 3.100. habet epiſtolas, & 6. ſermones: impreſſa Venetijs 1052 apud Bernard. Venetum de Vitalibus. Epiſtola 95. Meminit ſe Lucianicam declamationem è Græco in Latinum vertiſſe. Cæterum ſingulis epiſtolis præfiguntur argumenta. Matthæi Boſsi opera 5. moralia & Chriſtiana, impreſ. Argentorati apud Mat. Schurerium, 1509. cum præliminari epiſtolio Ang. Politiani, laudantis vitam & eruditionem huius viri. Sunt autem hæc: de Veris & ſalutaribus animi gaudijs dialogus, tribus libris ſeu diſputationibus diſtinctus. De inſtituendo ſapientia animo, ſiue de vero ſapientiæ cultu libri octo. De tolerandis aduerſis dialogi 2. De gerendo magiſtratu, iuſtitiaque colenda opuſculum, ad I. Lud. Boſſum I.C. in capita 20. diuiſum, cum argumentis. De immoderato mulierum cultu, reprehenſoria ad Beſſarionem cohortatio: vel, Ne fœminea ornamenta Bononienſibus reſtituantur.

Matthæus à Boue, Veronenſ. Io. Alexandrei Philoponi in lib.3. Ariſtot. de anima breues annotationes, ex diſſertationibus Ammonij Hermæi, cum quibuſdam proprijs meditationibus Latinas fecit. Scotus impreſſit Venetijs, anno 1544.

Matthæus Boys purgauit & auxit tractatum Friderici de Senis, de permutatione beneficiorũ. Coloniæ cum Mandagoro de electionibus prælatorum, anno 1573 in 8.

Matthæi Brixienſis Pandectæ Aggregatoris: manuſcriptæ apud Dreſſerum.

Matthæus Brunus, Ariminen. de ceſsione bonorum.

Matthæi Camariotæ Epitome in Hermogenẽ, in bibliotheca H. Memmij. Præterea miniſter eccleſiæ Græcorum, Venetijs Camariotæ Rhetoricam venalem habuit, quæ an eadem ſit videndũ erit. *Eius epitome in Hermogenem, iuncta eiuſdem Synopſi de ſchematibus ſeu figuris in quarto. Eiuſdem epitome Rhetorices in octauo. Manuſcript. bib. Imperat. Viennæ.

Matthæus Cardenus, Cochemius, ſcripſit artis Rhetoricæ breuem & compendioſam introductionem, impreſſam Coloniæ apud Lambertum Syluiũ, anno D.1553. octern.8.

Matthæus Channey, Carthuſianus, ſcripſit De Ioanne Roſſenſi ac Moro lib.1. De Reginaldo Brigitano lib.1. De 18. Carthuſianis lib.1. Claruit anno D.1540. Baleus.

Matthæus Chantonis, patria Aquitanus, Al-



Digitized by Google

*bienſis Carmelita & doctor Toloſæ, vbi publice docuit ac ſcripſit, in decretalem de Baptiſmo lib.1. Præconia ſcripturæ ſacræ lib.1. De paſsione Chriſti lib.5. In politica Ariſtot. lib.8. De peccatis & remedijs lib.2. Aduerſus luxuriam lib.1. Homilias quadrageſimales lib.1. In Boetium de conſolatione li.5. De educatione puerorum lib.1. Lecturam ſententiarum lib.4. De ſancto Nicolao lib.1. De ſancta Catharina lib.1. Conciones ad clerum lib.1. In ſcripturas lectiones lib.1. Obijt in Albienſi cœnobio, anno 1506. Ex ea bibliotheca.*

Matthæi *Colatij de genere artis rhetoricæ contra Victorinum & Quintilianum, liber excuſus in Italia, cum diarijs de bello Carolino.*

Matthæus *Collinus collegit Harmonias vnivocas in Odas Horatianas, & in alia quædam carminum genera. Argentinæ, anno 1568.*

Matthæi *Colzeburgij libellus Germanicus de conſolandis ægris & moribundis hominibus. Witenbergæ, 1572.*

Matthæi *Corradini Speculum confeſſorum, et lumen conſcientiæ, continens plenam normam confitendi & examinandi commiſſa ſcelera. Venetijs anno 1573. in 16.*

Matthæus *de Cracouia, natione Polonus, ſcripſit opus de prædeſtinatione, & quòd Deus omnia benefecerit: cuius dialogi interlocutores ſunt pater & filius, quem vocauit Rationale diuinorum operum lib.7. De contractibus quoq; lib.1. De celebratione miſſæ lib.1. Ad epiſcopum Warmienſem lib.1. Sermones & bollationes. Eius liber De contractibus, ſeu de emptione & venditione manuſcriptus extat apud M. Dreſſerum. Claruit Pragæ & Pariſijs.* *Eiuſdem de praxi curiæ Romanæ, in 4. & charta ſcriptus bibl. Imp.*

Matthæus *Curtius, Ticinenſis medicus, ſcripſit de venæ ſectione in Pleuritide. Idem ſcripſit de aquæ bonitate. Item explicationem in anatomẽ Mundini, impreſſam Papiæ, anno Domini 1550. in octauo, chartis 27. & Lugduni apud Paganũ, 1551. Scripſit etiam Doſandi methodũ ad tyrunculos. Claruit anno D. 1540.*

* Matthæi *Delij libri quatuor, de Arte iocandi carmine ſcripti in octauo. Witenbergæ, anno 1555.*

Matthæus *Denarius indicem copioſum ſcripſit in Euſtathij commentarios in Homerum.*

Matthæi *Donienſis, Ornmazij Methymnæi libri ſex de Inſtrumento inſtrumentorum, ſiue de Dialectica: in quibus facili & exacta via tota organi Ariſtotelici ars luculenter & ſub compendio traditur, Venetijs apud heredes Melchioris Seſſæ, octauo 1569.*

Matthæi *Doctoris, monachi Ciſtercienſis, quæſtiones ſuper lib.4. Sententiarum. Eiuſdem commentarij in hymnos, quos ordo Ciſtercienſis canit, de tempore & de ſanctis. Eiuſdem lecturæ ſupra quinquagenas Pſalmorum.*

Matthæus *Doring, Germanus citatur in Chryſopaſſo Ioannis Eccij.*

Matthæus *Dreſſerus, Erphordienſis. Orationem Baſilij Magni, Quod Deus non ſit auctor malorum, in Latinam linguam tranſtulit: Baſileæ Oporinus excudit Græce & Latine, anno 1568. M. Tullij Ciceronis libros tres de Natura deorum recenſuit, cum argumentis, œconomia & artificioſa emendatione. Lipſiæ, anno 1572. Scripſit etiam Rhetoricam aliquoties excuſam, eam poſtremo exemplis ſacris & philoſophicis locupletatam edidit, anno Domini 1573. in octauo. Item orationes aliquot, excuſas in octauo. Præterea ſcripſit Annotationes melioris lectionis paſsim per compluxes libros Ciceronis, poſt & ſupra editionem Lambini, excerptas ex manuſcriptis codicibus. Collegit etiam ex bibliothecis vetuſtis, præſertim Thuringiæ & Miſniæ indicem librorum manuſcriptorum, quorum nomina & titulos ſuo loco inſeruimus, addito ipſius nomine: ſperamus autem eum ex his aliquando editurum ea, quæ maxime à ſtudioſis deſiderabuntur. Docet magna cum laude bonas literas Erphordiæ.* * *Adhæc ſcripſit, De noua & veteri diſciplina, tam domeſtica, quàm ſcholaſtica. Octauo Baſileæ ex officina Oporiniana. Gymnaſmatum literaturæ Græcæ libros tres, orationum, epiſtolarum, & poematum, ex authoribus prophanis & ſacris, cum exemplis modum ſcribendi monſtrantibus. Octauo Lipſiæ. De partibus corporis humani, & de anima, eiusque potentijs libros vndecim. Octauo Witenbergæ. Orationem de Monarchijs, ſiue de ſummis Imperijs à Daniele propheta expreſſis, contra veterum Iudæorum errorem, hoc tempore à Ioanne Bodino Gallo, in Methodo hiſtorica renouatum. Quarto Lipſiæ. Orationem de nouo anno 1580. ex ludo ſeptemuirali, qui eſt Miſnæ. 8. Lipſiæ.*

Matthæus *Ebroicen. Normannus, ordinis fratrum Prædicatorum, ſuper Pentateuchum, Eſaiam, & alios quàm plures veteris ac noui Teſtamenti libros egregiam fecit poſtillam, quæ in libraria cõmuni conuentus Ebroicen. ſupradicti ordinis, cuius alumnus fuerat, repoſita habetur.*

Matthæus *Florilegus, Anglus, à Chriſti natiuitate, vſq; ad annum 1342. Chronicorum volumen conſcripſit, ac Flores hiſtoriarum vocauit. Claruit anno 1350.*

Matthæus *Fortunatus Pannonius, in naturalibus Senecæ quæſtionibus librorum 7. emendandis elaborauit, & annotationes adiecit. Liber impreſſus Venetijs in officina Aldi. Claruit temporibus Caroli* VI. *Francorum regis.*

Matthæi *Frigillani Commentarij in eam differendi ſubtilitatem, quæ ab Ariſtotele tradita eſt. Pariſijs, 1562. in 4.*

Matthæi *Galeni Weſtcapelli. De Chriſtiano & catholico ſacerdote commentarius, excuſus in 4.* * *Eiuſdem de ſacroſancto miſſæ ſacrificio commentarius. 8. Antuerpiæ apud Ioan. Stelſij hæredes.*

Matthæi *Gothi Elrichenſis. Hiſtoriæ vitæ & doctrinæ Ieſu Chriſti Apoſtolorum & diſcipulorum carmine deſcriptæ lib.2. Baſileæ 1573* * *Eiuſdem expoſitio doctrinæ Catechiſticæ cum antitheſi Græco carmine heroico ſcripta. 8. Francofurti.*

Matthæus *Graben. Vide ſupra in Ioan. Geſsnis Tomo 1.*

Matthæi *de Gradibus, Conſilia medita, Super ſummã de vrnis. Super* 22. *decimi canonis Auicennæ. Supra mentio facta eſt Antonij de Gradis, qui Conſilia medica & quædam alia ſcripſit.*

Matthæi *Gribaldi Commentarij in Pandectas iuris, excuſi Lugduni à Pagano. Eiuſdem hiſtoria de Franciſco Spiera, qui hominum metu pulſus, Chriſtum cognitam veritatem abnegauit, & in ſummam deſperationem incidit: excuſa Baſileæ, cum doctorum aliquot virorum præfationibus, anno* 1550. *Eiuſdem de methodo & ratione ſtudendi in iure ciuili lib.* 3. *excuſi ſunt Lugduni à Theobaldo Pagano anno Domini* 1544. *Item comment. in leg. de rerum miſtura, & de iure fiſci, excuſa in Italia. Eiuſdem recentiores Iureconſulti, ſingulis Diſtichis comprehenſi, excuſi Baſileæ ab Oporino in* 4. **Eiuſdem cõmentarij in aliquot præcipuos Digeſti infortiati Noui, & Codicis Iuſtinianei Titulos atque leges vtiliſſimis conclusionibus illuſtrati, nunc primum ſingulari opera ac induſtria Conradi ab Offenbach vna cum annotationibus eiuſdem editi. Folio Francof. apud Feyrabend.*

Matthæi *Guarimberti Parmenſis de radijs & aſpectibus planetarum liber in* 8. *capita diuiſus, & impreſſus Norimbergæ,* 1535. *cum Cl. Ptolemæi tetrabiblo Græca & Latina, &c.*

Matthæus, *Hebræus quidam (vt habet Guilhelmus Conuentre in li.* 2. *ca.* 1. *De laude religionis) ſcripſit de laude & infantia virginis Mariæ librum vnum De infantia Saluatoris quoq; librum vnũ. Ioannes Baleus.*

Matthæi *Heſleri, Lectoris in Academia Lipſica Enarratio Hecubæ Euripidis: impreſſa Lipſiæ, ni fallor.*

Matthæus *Herbenus, de Traiecto ſuperiori, ſcripſit de natura vocis ac præcepta Muſicæ lib.* 1. *de inſtitutionibus ſcholaſticis lib.* 2. *Diaſyntherice lib.* 1. *De captione Nigropontis lib. De inſtauratione natalis ſoli Traiectenſis oppidi. Contra Wigandum Cauponis, de conceptione Mariæ virginis lib.* 1. *Claruit anno* 1495.

Matthæi Hieromonachi *varia aſtronomica, de canonibus, &c. extant Romæ, Græce.*

* Matthæi *Hoſti de numeratione emendata, veteribus, Latinis, & Græcis vſitata.* 8. *Antuerpiæ, anno* 1582. *Hiſtoriæ rei nummariæ veteris libri quinque, quæ continet exquiſitam nummorum & externorum inter ſe, & cum præcipuis nummis Germanicis collationem.* 8. *Francof. ad Oderam. Eiuſdem in hiſtoriam Monomachiæ Dauidis & Goliathi, primo libro Regum cap.* 17. *inquiſitio.* 8. *Antuerpiæ, anno* 1582.

Matthæus *Iudex, vna cum Illyrico & Wigando congeſſit Eccleſiaſticam hiſtoriam per centurias digeſtam. Idem corpuſculum doctrinæ pro pueris congeſſit, & ex vulgari ſermone in Latinam linguam conuertit. Item corpus doctrinæ Chriſti ex veteri Teſtamento cum Ioanne Wigando collegit. Scripſit argumenta concionum pœnitentialium, in* 4. *edita. Quod arguere peccatum ſit proprium legis & non Euangelij. De cauendo Antichriſto. De omnipotentis Dei mandato.* **Eiuſdem epiſtolarum Dominicalium enarratio, in duas partes diuiſa. Octauo Iſlebij.*

* Matthæi *Laymanni Defenſio nobilis cauſæ Honoldinæ, tribus antea ſententijs (quarum vltima lata fuit in auditorio Cæſaris) ſimiliter iudicatæ, ſed à doctiſſimis aliquot poſtea viris publicè, fruſtra tamen, oppugnatæ.* 4. *Ingolſtadij apud Danidem Sartorium.*

* Matthæi *Linderi Hauelburgenſis eccleſiæ Decani: dicti Simeonis de arte moriendi, enarratio Germanica. In* 8. *Lipſiæ, anno* 1581.

Matthæi *Lupini verſus de Troiæ deſtructione Græci, in Italia latent.*

Matthæi *Le Maiſtre, Sacellani Saxoniæ ducis, Sacrarum cantionum, quas vulgò Muteta vocant, lib.* 1. *quinq; vocum. Dreſdæ,* 1570 4.

Matthæus *Ludtke canonicus Hauelburgenſis, collegit ex ſcriptis Lutheri ſelectas explicationes locorum conſolatoriorũ in Epiſtolis & Euangelijs Dominicalibus. Liber editus Germanice, anno Domini* 1572.

Matthæi *Mariæ Boiardi, Bucolica, impreſſa, ni fallor.*

Matthæus *Matheſilanus, Bononienſis, ſcripſit ſuper* 1. & 2. *Infortiati. De interpretatione legum. De electione verioris opinionis. De contrarietatibus Bart. De extenſione. Singularia quædam. De ſucceſſibus. Item lecturam in ſeptimum librum Codicis, impreſſam Lugduni cum ſingularibus Doctorum* 1560.

* Matthæus *Mutinus Eques Camertenſ. Triumphum Chriſti carmine heroico deſcripſit. Coloniæ in* 4. *excuſ. anno* 1550.

Matthæi *Nardi, Thauſignani, poemata Prodromia D. Ioannis Baptiſtæ, in qua de ortu geſtis ac morte eius agitur. Encomium Senatoris Veneti, Illuſtriſſimiq; prætoris Patauini Stephani Theupoli. Vrania intercalaris in ſacratiſſimam nominis Ieſu celebritatem. Venetijs apud Cominum de Tridino, anno* 1550.

Matthæi *Nerutij ſuper* 2. *Decretalium. De re iudicata, & De appellationibus. Item ſuper Decretal. de Teſtamentis. Idem de conſanguinitate & affinitate.*

Matthæus *Offa I.C. de modo ſtudendi.*

*Matthæi Orij Dominicani Alexipharmacon, aduerſus hæreſes Venetijs* 1551.

*Matthæi à Paco Toletani, commentarij in concordata regis Franciæ cum ſummo pontifice.* **Eiuſdem ſingularis interpretatio tituli de mandatis Apoſtolicis Toloſæ* 1537. *in* 4.

*Matthæus Palmerius, patria Florentinus, ſcripſit plenum erroris de angelis librum, quem pertinaciter defendens, tanquam hæreticus condemnatus, apud Cornam ciuitatem exuſtus eſt. Chronicam Euſebij Cæſarienſis diligenter perluſtrans emendauit, eamq; vſq; ad annum Domini* 1448. *complens intitulauit, Petro Coſmo de medicis lib.* 1. *epiſtolarum ad diuerſos lib.* 1. & *quædam alia. Matthæi Palmerij temporum & hiſtoriarum continuatio impreſſa Ba*



Digitized by Google

*ſileæ, anno Domini 1536. cum Euſebij & aliorum Chronicis. Tranſtulit etiam Ariſtæi de* LXXII. *interpretibus ad fratrem opuſculum, excuſum cum alijs quorundam veterum Theologorum opuſculis, Baſileæ apud Henricum Petri, anno 1551. Claruit autem Palmerius, anno 1440.*

Matthæus *Pariſius, Anglus, ad fanum D. Albani Benedictinus monachus, ſcripſit de Albani fani antiquitatibus, & de rebus geſtis Anglorum librum vnum. Claruit anno Domini 1340. *Eius hiſtoria maior, à Guilielmo Conqueſtore ad vltimũ annum Henrici* III. *perducta, & in folio Londini, anno 1579. excuſa.*

Matthæus *Parkar Nordouolgius, Cantabrigienſis Academiæ doctor, poſt archiepiſcopus Cantuarienſis, edidit orationem in obitum Buceri lib. 1. Claruit anno 1573.*

Matthæus *Pariſienſis, Anglicus hiſtoricus in compendium redegit hiſtorias Angliæ, ſeu floret inde decerpſit. Illyricus duos integros terniones ex eius libro inſeruit Catalogo teſtium veritatis. Vixit circa annum 1259.*

Matthæi *Philadelphienſis apud Ephſeum Metropolitani precationes, compendiariam in primis viam ad reſipiſcentiam præſtruentes, & ad ſumptionem corporis Dominici non parum conducentes, interprete Alardo Amſtelredamo, impreſ. Salingiaci, anno 1539.*

* Matthæi *Queſtoris, philoſophi, Refutatio argumentorum Thomæ Aquinatis de proceſſu. Iunctis eiuſdem, contra eundem Thomam libellis duobus, quorum altero refutatur Hierarchia, ſiue imperium ſacerdotum, & præiudicium Romani Pontificis, altero reijcitur & impugnatur Purgatorium in octauo. Manuſcripta Imp. Viennæ.*

Matthæus *Romanus*, I. C. *citatur in Summa Angelica.*

Matthæi *Roſleri Lucani, medici Pſal. 127. Græcis verſibus redditus. Witenbergæ cum epithalamio Chytræi excuſus.*

* Matthæi *Smalcaldenſis Doctor Theologiæ, Oratio de ſtudio Theologico non deſerendo. Octauo Witenbergæ.*

Matthæus *Syluaticus, patria Mantuanus, ſcripſit ad Robertum Siciliæ regem, librum Pandectarum medicinæ, ex omnibus antiquorum libris collectum, quo omnia medicinæ ſimplicia pharmaca ſecundum ordinem alphabeti deſcribit, & vires explicat, ac innumera vocabula declarat: idque in varijs linguis, Latina, Græca, Arabica, & vulgo vſitatis apud pharmacopolas nomenclaturis. Opus impreſſum eſt Venetijs, anno Domini 1489. ex emendatione Matthæi Loreti Brixienſis. Matthæi Syluatici Pandectæ medicinales vnà cum inſerto Simonis Ianuenſis opere, adiecta etiam tabula de curationibus morborum per ſingula ſimplicia, & citationibus authorum ſecundum locos & capita, impreſſæ ſunt Taurini per Antonium Ranotum in folio, anno Domini 1526. Claruit anno Domini 1320.*

Matthæi *Vegij declamatiunculæ impreſſæ, for*tè *Matthæus ſcribitur pro Maphæo, corrupte.*

Matthæi *de Verona, tractatus de digeſtiuis & euacuatiuis.*

Matthæi *Vicecomitis, Mediolanenſis medici, regimen contra peſtem 1535.*

* Matthæi *Villarici Florentini pars prima Chronicorum ſui temporis. Florentiæ, anno Domini 1554. Italice.*

Matthæus *Vindocinenſis, Gallus vel Armoricus Brito, preſbyter ac poeta, ſcripſit ad Archiepiſcopum Thuronenſem Bartholomæum, carmine elegiaco, hiſtoriam Thobiæ lib. 1. Summam quandam lib. 1. Thebaidem quoque lib. 1. Rameſiæ bibliotheca.*

Matthæi *Vindonienſis preſbyteri hiſtoria Tobiæ, elegiaco carmine conſcripta, extat Viennæ Auſtriæ apud Wolfgangum Lazium.*

* Matthæi *Voſchij Veronenſis, Epiſtolarum tertia pars Argentinæ. Anno 1490.*

* Matthæi *Vaiſſelij Boruſſij Tabulatura, continens inſignes cantiones, quatuor, quinque & ſex vocum Teſtudini aptatas. Folio Francofordiæ ad Viadrum.*

Matthæi *Weſenbecti, Iureconſulti clariſſimi, Oratio de Papiniano, in prælectionum ingreſſu Witenbergæ dicta. Item, Narratiuncula breuis & vera de M. Weſenbeccio: cum alijs quibuſdam Miſcellaneis. Witenbergæ, anno Domini 1559. in octauo. Subſcriptio ad Conſilium Doctoris Chriſtophori Herdeſſiani, in cauſa Hono'dina. Norimbergæ apud Theodoricum Gerlatzium, in quarto, anno Domini 1567. Eiuſdem argumenta & ſcholia in quatuor libros Inſtitutionum D. Iuſtiniani Baſileæ apud Epiſcopios in octauo, anno Domini 1569. Oeconomia iuris. Lipſiæ, anno Domini 1571. Oratio de Gabriele Mudæo, habita Witenbergæ, anno Domini 1572. * Eiuſdem Tractatus & reſponſa, quæ vulgò conſilia iuris appellantur, quibus grauiſſimæ iuris vtriuſque controuerſiæ deciduntur. Nunc primum in lucem edita. Folio Baſileæ per Epiſcopios. Reſponſorum ſiue conſiliorum pars ſecunda, nunc primum euulgata. Folio apud Epiſcopios. De feudis tractatus nouus, breuis & vtilis. Coloniæ apud Goſuinum Cholinum, 1583.*

Matthæus *Weſtmonaſterius monachus, ſcripſit Hiſtoriarum flores lib. 3. Additiones 70. annorum lib. 1. Chronicon Weſtmonaſterienſe lib. 1. Chronicon Fani Eadmundi lib. 1. Claruit anno 1377. Baleus. *Eius de floribus hiſtoriarum, præcipue de rebus Britannicis ab exordio mundi, vſq; ad annum 1307. Folio Londini 1578.*

Matthæus *Zellius Keiſerſpergenſis, natione Germanus, qui primus Argentorati Euangelium noſtro tempore prædicauit, & optimè de eccleſia meritus eſt, innocentis vitæ, ac puræ doctrinæ vir, multa ſcripſit, præſertim Germanice, quæ non edidit: Catechiſmus, vt opinor, ab eo editus eſt, in lingua Germanica. Idem ſcripſit explicationem quorundam capitum religionis ad Epiſcopum Argentinenſem, impreſſam Argentinæ in quarto. Orationem in qua coniugium ſacerdotũ defendit. Explica*tionem

Digitized by Google

tionem decalogi, orationis Dominicæ, articulorum fidei, excuſam ibidem à Iacobo Iucundo. *Eiuſdem Chriſtiana defenſio, ad articulos ei ab Epiſcopi Fiſcali oppoſitos, & in litem traditos, Germ. anno 1523 edita. Claruit anno 1545.

* Matthæi Zeyſij deſcriptio cometarum: & præcipue eius, qui anno 1577. apparuit, Germ. in 8. Francofurti ad Oderam, anno 1578.

Matthiæ Apoſtoli Euangelium falſo inſcriptum olim circumferebatur. *Eius vita incerto authore, in fol. ex Hebraica lingua verſa. Baſileæ per Ioan. Oporinum, 1552.

Matthiæ Agricij Witlichij, liber precationum ex vtriuſque Teſtamenti libris & patribus collectus, vario carminum genere conſcriptus. Coloniæ, 1569. in 8.

Matthias Aquenſis, ſcripſit adſertionem catholicæ religionis contra Lutherum, excuſam anno Domini 1542. Coloniæ apud Melchiorem Noueſianum in quarto. *Eiuſdem Chriſtiana ac pia catholicæ fidei aſſertio contra Martinum Bucerum. 8. Coloniæ Maternus Cholinus 1556.

* Matthiæ Bergij Brunſuicenſis, Caſtigatio & explicatio comœdiarũ Terentij, cum notatione varietatis lectionis. In 8. Lipſiæ apud Erneſtum Vogeliũ 1579. Eiuſdem carminum Euangelicorum libri 2. quorum primus continet Odas in Euangelia Dominicalium dierum: ſecundus dierum feſtorum, atque in primis Apoſtolicorum. 8. Henricopoli. Item eiuſdem ſtudio & opera Eccleſiaſticus ſeu Sapientia Ieſu Siracidæ, liber nunquam ſatis laudatus, collatione optimarum vtriuſq; linguæ editionum illuſtratus, & Græce ac Latine editus, ad vſum ſcholarum puerilium. 8. Helmſtadij 1580.

Matthias Bredebachius, ſcholijs illuſtrauit Lucium Feneſtellam de ſacerdotijs & magiſtratibus Rom. Libellus excuſus Coloniæ apud Eucharium Ceruicornum, anno 1539. Eiuſdem Antyperaſpiſtes pro vera componendorum eccleſiæ diſſidiorum ratione, aduerſus Iacobi Andreæ conuitia, quæ incripſit hyperaſpiſten τῶν προλεγομένων Ioannis Brentij. Coloniæ apud Geruinum Calenium 1568. in quarto. In Pſalmos 69. priores, & in Euangelium Matthæi commentaria. Coloniæ 1560. in folio. De componendis diſſidijs eccleſiæ liber. *Eiuſdem apologia, quod quibuſdam viſus eſt acerbius in Martinum Lutherum ſcripſiſſe. Octauo Antuerpiæ, apud Antonium Tilenum.

* D. Matthæi Brunij Ariminenſis, I. C. præſtantiſſimi, volumen primum & ſecundum Conſiliorum ſiue Reſponſorum. In folio Venetijs, anno Domini 1582.

Matthiæ Citardi, Preces catholicæ ad Euangelia & Epiſtolas dierum Dominicorum & feſtorum accommodatæ. Coloniæ anno D. 1569. Germanice. Eiuſdem Conciones 27. in 1. D. Ioannis epiſtolam habita in aula Cæſaris: & duæ cum funus duceretur Ferdinando Imp. Coloniæ, anno D. 1571. Germanice.

Matthias de Colonia, Germanus, Carmelita, Pariſienſis doctor & epiſcopus (ignotæ ſedis) ſcripſit Sermones ad populum lib. 1. Et alia. Claruit multũ, tandemq; obijt Bruxellæ, anno 1359. Ioan. Triſſa.

Matthias Cornax, artium & medicinæ doctor, conductus regiæ maieſtatis phyſicus Viennæ in Auſtria, edidit hiſtoriam quinquennis ferè geſtationis in vtero, et quo modo infans ſemiputridus, reſecta aluo exemptus ſit, & mater curata euaſerit. Ioan. Carbo impreſſit Viennæ, anno D. 1550. in quarto chart. 4. & dimid.

Matthiæ Cerui carmen de imagine cerui, Norimbergæ excudit Valent. Neuber, anno 1550. ſeſquicharta. Eiuſdem elegia ad Philippum Melanchthonem ſcripta, anno 1551.

Matthiæ Eberharti ſcholaſtica trium Pſalmorum explicatio, ſcilicet 32. 91. & 133. in qua verus adoleſcentiam in ſcholis particularibus inſtituendi modus conſpicitur. Witenbergæ 1572.

Matthias Emich, de Andernaco, Alemanus, Carmelita Bopardienſis & epiſcopus Cirenſis, ſcripſit in Summulas logicales lib. 2. In prædicamenta Ariſtotelis lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos lib. 1. De repertis in Italia, ad Boſcium lib. 1. De ſcribendis epiſtolis lib. 1. Lecturas in Eſaiam lib. 1. Sermones per annum lib. 1. Orationes ad clerum lib. 1. Atque alia. Claruit anno 1480. Iulianus Haſart.

Matthiæ Erbij quondam miniſtri eccleſiæ Richeuillanæ libellus conſolatorius ad eos, qui veritatis & iuſtitiæ cauſa perſecutionẽ patiuntur. Norimbergæ 1569. Germanice.

Matthias Farinatoris, de Vienna Auſtriæ, Germanus, Carmelita ad præceptum Ioannis 22. Romani pontificis, ſcripſit lumen fidelis animæ lib. 3. De ſeptem apparitoribus lib. 1. Pharetram eccleſiæ lib. 1. Rerum naturalium indices lib. 1. Moralitatum alphabetarium lib. 1. Exempla naturarum lib. 1. De naturarum ordine lib. 1. De creaturarum vigore lib. 1. Tranſtulit Hermetem de corporibus tranſmutandis libr. 1. Algazelem de quatuor tranſcendentibus lib. 1. Palæmonem de ſignis naturarum lib. 1. Moirenem de zonis & climatibus lib. 1. Belinum de inuentione artium lib. 1. Claruit anno Domini 1330. Opera eius ſunt impreſſa. Liber moralitatum, Lumen animæ dictus, in 75. titulos diuiſus, ex ſanctorũ doctorum, philoſophorum, poetarum etiam & oratorum auctoritatibus, ſecundum ordinem alphabeti collectus. Videtur hic non auctor libri eſſe, ſed ſolum in titulos diſtinxiſſe. Tomi ſunt duo impreſſi, anno Domini 1477.

Matthiæ Feliſij, Catholica præceptorum decalogi elucidatio, optima methodo locorum communium diſtributa. Antuerpiæ apud Plantinum, anno 1573. in 8. *Eiuſdem inſtitutionis Chriſtianæ, catholica elucidatio, ſecundum methodum à Magiſtro in ſecundum ſententiarum obſeruatam. Antuerpiæ Chriſt. Plant. 1575.

Matthias Flaccius Illyricus, ſcripſit argumenta in Pſalmos 60. Dauidicos, excuſa Francofordiæ apud Chriſtianum Egenolphum, anno D. 1550. Admonitionem ad gentem ſanctam, regulæq; Antichriſti ſacerdotium, de corrigendo canone Miſſæ, excuſam Magdeburgi apud Michaelem Lother, anno



Digitized by Google

Domini 1551. Chriſtianam admonitionem de vitando contagio fermenti Adiaphoriſtarum. Libellum de cauendis in religione Chriſtiana mutationibus. Confutationem ſcripti Philippi Melanchth. de Adiaphoris. Epiſtolam ad Gregorium principem ab Anhalt, in Comitijs Cellenſibus exiſtentem. Epiſtolam ad amicum, de Pſeudobaſilio Lipſenſi. Epiſtolam apologeticam ad quendam paſtorem, & duo ſomnia Philippi Melanchthonis. Apologiam ad ſcholam Witenbergenſem, in Adiaphororum cauſa. Epiſtolam ad Philippum Melanchtonem de eadem materia, & alia quædam eiuſdem generis. Epiſtolam ad Iacobum Milichium, de mutata religione. Reſponſionem ad amicum de concordia agentem. Libellum de veris & falſis adiaphoris. Epiſtolam ad proceres Lubecenſes exhortatoriam, vt in agnita Euangelij veritate perſeuerent. Exhortationem ad Miſnicas eccleſias, de conſtantia in religione præſtanda. Hæc omnia Magdeburgi ſunt excuſa, anno D. 1550. Libellum de vera Chriſti & falſa Antichriſti doctrina: Magdeburgi apud Michaelem Lotther, anno Domini 1550. Contra primatum Papæ libellum, ibidem excuſum, apud Chriſtianum Rhodium. Libellum contra Interimiſtas, Adiaphoriſtas, & alios Chriſti perſecutores: impreſſum ibidem apud Michaelem Lotther, anno Domini 1550. Idem cum Nicolao Gallo euulgauit ſententiam miniſtrorum Chriſti in eccleſia Hamburgenſi, Lubecenſi, Luneburgenſi, & Magdeburgenſi, de corruptelis doctrinæ iuſtificationis, liber impreſſus Baſileæ, anno Domini 1553. in octauo chartis ſex. Eiuſdem explicatio de vocabulo fidei & alijs quibuſdam vocabulis, ex fontibus Hebraicis, excuſa eſt Witenbergæ. Scripſit etiam conſolationem ad Chriſtianos Saltzburgenſes. Item hiſtoriam certaminũ inter Romanos epiſcopos, & ſextam Carthaginenſem ſynodum, Africanaſq́ue eccleſias, de primatu ſeu poteſtate Papæ, bona fide ex authenticis monumentis collectam: excuſam Baſileæ ab Oporino. Regulas & tractatus de ſermone ſacrarum literarum, excuſas Magdeburgi, anno 1551. Præterea hæc ab illo edita ſunt. Amica admonitio de canone Miſſæ. Magdeburgi. Confutatio Catechiſmi Sydonij. Magdeburg. anno 1549. Clariſſimæ notæ veræ & falſæ religionis Magdeb. anno 1549. Contra commentitium Papæ primatum. Magdeburgi, anno 1549. Contra nouos Dezelios Bullarum Iubilæi. Ibidem, anno 1549. Antichriſti præcones. Item tres bullæ de Iubilæo, an 1550 Magdeburgi. Epiſtola Petri Bleſenſis ante 400. annos ſcripta, in qua pulchre depingit quàm pie Epiſcopi per ſuas harpyias regant eccleſiam Chriſti, ab Illyrico edita. Forma inquiſitionis Hiſpanicæ cum præfatione M. Illyrici. Pia quædam vetuſtiſſima poemata. Antichriſtum eiuſq́ Spirituales inſectantia, ab Illyrico edita. Quod locus Lucæ 7. Remiſſa ſunt ei peccata, nihil patrocinetur Phariſaicæ iuſtitiæ, per Illyricum. Magdeburgi, anno 1548. Pictura Hyenæ ſeu Sphyngis Auguſtanæ à Philippo verſibus conſcripta cum ſcholijs Illyrici. Epiſtola apologetica Illyrici ad quendam paſtorem. Magdeburgi, anno 1540. Duo ſomnia Philippi per Illyricum. Omnia Latina ſcripta Illyrici contra Interim & Adiaphorã edita, vno volumine comprehenſa, Magdeburgi, anno 1550. Reſponſio Galli & Illyrici ad epiſtolam Miſnenſium concionatorum, de quæſtione, An potius cedere quàm lineam veſtem induere debeant, anno 1550. Reſponſio Illyrici ad epiſtolam Philippi. Reſponſio eiuſdem ad maledicta Maioris. Reſponſio eiuſdem ad Pomeranum. Declaratio turpitudinis peccati eorum, qui per conciliationes Interim à Chriſto ad Antichriſtum deficiunt. De vocabulo & re fidei M. Flacci Illyrici, impreſſum Witenbergæ cum præfatione Philippi, anno Domini 1549. Regulæ & tractatus de ſermone ſacrarum literarum, Magdeburgi, anno 1550. Paralipomena Dialectices Baſileæ, impreſſa. De originale peccato & libero arbitrio, Illyrici. Eiuſdem de eadem re contra D. Ioan. Peffingerum. Diſputatio Ienenſis cum ſua defenſione & contrariorum ſophiſmatum reſolutione. Ienæ edita, anno 1558. Diſputatio Vinarienſis contra Victorinum cum multis libellis adiunctis, Baſileæ excuſa ab Oporino, anno 1364. Catalogus teſtium veritatis, qui ante Lutherum Antichriſto reclamarunt. Antilogiæ Papæ & veterum ſcripta contra Papam eiuſq́ errores. Baſileæ. De fide & iuſtificatione libelli ſimul editi, Baſileæ ab Oporino. De diſſidijs & controdictionibus Papiſtarum, eorumq́ religionis. Baſileæ. Refutatio Bruni cum adiunctis Baſileæ. Pia & neceſſaria admonitio cõtra errores Maioris Ratiſbonæ. Complures libelli de re ac controuerſia Sacramentaria. Francofordiæ editæ à Brubachio 1567. Refutatio Sophiſmatum de eadem controuerſia. Vrſellæ edita. 1567. Duæ partes aut tres Tomi, Clauis Scripturæ, ab Oporino Baſileæ editi. Gloſſa Illyrici ſuper totum nouum Teſtamentum à Petro Perna Baſileæ edita, anno 1570. De loco Roman. 3. Deſcribente iuſtitiam fidei contra Oſiandrum: Illyrici De nomine Ieſu & Iehoua cõtra Oſiandrum. Tabula de 4. Regnis ſpiritualibus. Refutatio erroris Oſiandrici. Tabula trium Methodorum Theologiæ. Ienæ, anno 1558. Refutatio mendacij de Logo. Ienæ, 1558. Epiſtola ducis Megapolenſis ad Illyricum de Oſiandrica controuerſia cum Appendice Illyrici. Probatio quod perſecutores aduerſariorum Interim, ſint ipſius filij Dei perſecutores. De materijs & metis ſcientiarum, & erroribus Philoſophiæ in rebus diuinis. Ienæ, anno 1558. Cõtra quædam Adiaphorica ſcripta, quæ à multis Gaſparo Huberino tribuuntur. Conciones pœnitentiæ propoſita publicis peccatoribus, vtpote apoſtatis, abnegatoribus & perſequutoribus per Illyricum & Gallum. Contra Hæreticum Dikæuſiaſtam de dicto Ioannis: Spiritus arguet mundum de iuſtitia, quia vado ad patrem. Epiſtola Guilhelmi Poſtelli ad C. Schuuenckfeldium cum præfatione Illyrici. Nili Theſſalonicenſis libellus de primatu Papæ verſus ex Græco in Latinum ſermonem per Illyricum. Rationes Illyrici, cur Antichriſti Synodi deuitandæ ſint, præpoſitæ recuſationi Tridentinæ Synodi, anno 1546. à ſtatibus editæ. Proteſtatio contra Concilium Tridentinum cum Norma Synodi, & ſcripta quædam Monarch. De eo concilio. Iulij Firmici Materni de erroribus.

profana-

*profanarum religionum liber cum præfat. Illirici. Breues ſummæ religionis Chriſti & Antichriſti. per Illir. Epiſtola Illirici & aliorum Theologorum Ienenſium de cauſa Victorini ad pios quoſdam fratres. Quæ & quam ſacroſancta iura Steſſelius violauerit accuſando Vuigandum & Illiricum coram Politico Magiſtratu ob priuatam & Chriſtianam ipſorum erga ſe admonitionem, Miſſa Latina, quæ olim circa 700. annum in vſu fuit, & alia quædam cum præfatione Illyrici. Quod hoc tempore nulla prorſus ſit mutatio facienda in gratiam impiorum, Madeb. 1549. Indulgentiæ pij Papæ cum præfatione Illyrici. Ethnica Ieſuitarum doctrina de expiatione peccatorum & Iuſtificatione. Confeſſio Vuitteb. de libero arbitrio cum Scholijs Illirici & Prætorij. Cauſæ, cur ſtatus imperij in conſtituenda pace religionis tam aliorum piorum, quam ſuorum ſubditorum rationem habere teneantur. Supplices libelli pro Synodo Eccleſiæ. Hiſtoria Carthaginenſis VI. Synodi. Baſileæ apud Oporinum. Turonenſis hiſtoria, Item Vrſpergenſis Chronica ab Illyr. emendata. De translatione imperij ad Germanos, & de electione Epiſcoporum, liber Illyrici, Defenſio ſanæ doctrinæ de originali iuſtitia aut iniuſtitia, aut peccato. Baſileæ, anno Domini 1570. Demonſtrationes euidentiſſimæ doctrinæ de eſſentia imaginis Dei & diaboli, iuſtitiæ & iniuſtitiæ originalis. Baſileæ apud Pernam octauo. De occaſionibus vitandi errorem in eſſentia iniuſtitiæ originalis. Item de vtilitate doctrinæ, de eſſentia imaginis Dei ac diaboli, iuſtitiæque ac iniuſtitiæ originalis, ibidem. Defenſio doctrinæ de eſſentia originalis peccati, &c. Germanice in quarto. Apologia ſuorum ſcriptorum contra quorundam calumnias. German. 4. Cauſæ cur Chriſtiani omnes ab Antichriſto ſecedere debeant. Germanice anno Domini 1570. quarto. De Auguſtini & Manichæorum ſententia, in controuerſiam peccati, anno Domini 1571. in quarto. Vrſellis. Vera explicatio accenſionis Chriſti, & ſententiæ Petri Act. 3. Oportet Chriſtum ſuſcipere cœlum, ibidem. Refutatio Sophiſmatum atque etiam errorum antidoti, & aliorum Neopelagianorum ſcriptorum, 1573. in 4. Vtiles quædam regulæ de prædicatione legis & cognitione peccati. Additis cauſis cur eſſentia originalis peccati explicanda ſit, 1573. Reſponſio Germanica ad omnia ſophiſmata Pelagiani accidẽtis, 1572. Vrſellis. Refutatio ſententiæ D. Muſæi de originali peccato, ibidem. Abſurda Manicheopelagiani Accidentis, non coacta, ſed ineuitabili neceſſitate conſequentia, oppoſita recentium Sorboniſtarũ monſtris, 1572. Spiritus vertiginis Accidentariorum theologorum. Reſponſio ad Islebienſium concionatorum falſam inſtitutionem, anno Domini 1573. Germanice. Alia quoque complura eius ſcripta extant Germanica, contra Papam, Interim, Oſiandrũ, Schuuenckfeldium, Sacramentarios, Anabaptiſtas. * Eiuſdem de vi & efficacia ſacræ ſcripturæ aduerſus Gaſparem Schuenkfeldium, germanice, anno 1554. diſputatio de religione cum doctoribus Ieſuiticis habita Fuldæ 1573. in 4. de origine controuerſiæ, de originali peccato, ad veritatis cognitionem prorſus neceſſaria octauo, eodem autore. De myſtica ſacramentalique, ſeu externa præſentia & manducatione corporis & ſanguinis Chriſti in ſacra cœna, octauo, anno Domini 1574. Idem Eccleſiaſticam hiſtoriam vna cum Wigando, Matthæo Iudice & Baſilio Fabro per centurias digeſtam congeſſit, quæ ipſo ſuperſtite ad decimam tertiam vſque centuriam eſt perducta.*

* Matthias *Gatenus Vueſtcapella de Miſſæ ſacrificio. Antuerpiæ, Stelſius 1574.*

Matthias *Illyricus, Garbitius, Græcarum literarum profeſſor Tubingæ, edidit orationem funebrem in obitum Ioannis Sichardi iureconſulti. Item varia carmina. Orationes quas editas cũ alijs orationibus profeſſorum Academiæ Tubingenſis 1557. In Heſiodi Opera & dies interpretationem & ſcholia. Baſileæ apud Oporinum, 1559. Item in Æſchyli Prometheum. Ibidem.*

Matthiæ *Gaſtricij Noua harmonia, cantiones tum piæ tum iucundæ quinq; vocibus. Item alia carmina quatuor vocum: noua ſymbola principũ, quinque & quatuor vocum ad omnia inſtrumenta accõmodata, Ibidem. De heroicis virtutibus libri quinque. Norimbergæ 1569.*

Matthiæ *Haci Dani carmen in eclipſes lunæ, anni 1538. Norimbergæ apud Ioannem Petreium excuſum.*

Matthiæ *Hebſacer, Conciones decem de ebrietate, quibus eius proprietates & fructus iuxta ordinem decem præceptorũ declarantur. Tubingæ 1568. in 4. Germanice.*

Matthiæ *Holtzuuart nouæ Germanicæ poeſeos libri quinque, Vuirtebergicæ domui inſcripti. Argentinæ 1578. in fol. * Eiuſdem Emblematum Tyrocinia ſiue picta poeſis Latino Germanica 8. Argentorati apud Bernardum Iobinum.*

Matthiæ *Lobel & Petri Penæ medicorum Stirpium aduerſaria noua, & cætera. Vide in Petro Pena. Londini anno humanæ redemptionis 1571.*

Matthias *à Michau ſcripſit de gentibus ſeptentrionalibus, ſiue de Sarmatia Aſiana atque Europæa libri 2. qui olim Auguſtæ Vindelicorum impreſſi ſunt, & nuper Venetijs cum libro Aubani Boemi de moribus omnium gentium. Et Baſileæ à Heruagio, anno Domini 1532. cum noui orbis ſcriptoribus.*

Matthiæ *Michouij Conſeruatio ſanitatis. Craconiæ.*

Matthiæ *Doringi, ordinis minorum, Replicæ defenſiuæ, poſtillæ Nicolai de Lyra, ab impugnationibus Pauli Burgenſis, editæ cum eiuſdem Nicolai poſtilla.*

Matthias *Moſnauerus, Argentinenſis, redegit totum Pſalterium Dauidicum in locos communes, & ſcripſit epigrammata diuerſi generis doctiſſima. Vixit anno 1543.*

Matthias *Mynecomius, ordinis eorum quos vulgo cruciferos vocant, Germanus, ac ex Traiecto ſuperiori oriundus, abbreuiauit Muſicam Boethij, & Theologiam naturalem Raymundi Sebeidi. Claruit anno 1495.*



Digitized by Google

* Mathiæ *Naruatij Sylua Sententiarum ad chirurgiam pertinentium, ex libris Hippocratis deſumpta, & noua inſtrumentorum genera, quorum vſus in curandis capitis vulneribus neceſſarius 8. Antuerpiæ, excudebat Theodorus Lindanus.*

Matthias *Palmerius, Piſanus. Vide in Matthæo Palmerio.*

Matthias *Palmerius, Vincentinus, Ariſteæ libellum de interpretatione legis Hebraicæ per 70. Latinum fecit. Bebelius excudit Baſileæ, 1536. Alij à M. Palmerio Florentino tranſlatum aiunt.*

Matthias *Pariſienſis dictus, Boemus natione, ſcripſit prolixum librum de Antichriſto, in quo eum iam veniſſe probat. Extat manuſcriptus apud M. Fl. Illyricum.*

* Mathiæ *Quallæ Carniolani textus paruuli quod aiunt philoſophiæ naturalis in 4.*

Matthiæ *Ringmanni Phileſij, Vogeſigenæ, paſſionis Chriſti ex 4. euangeliſtis hiſtoria, cum 26. figuris artificioſis, excuſa Argentinæ à Knoblocho. Eiuſdem leguntur epigrammata aliquot. Fuit diſcipulus Iacobi Vuimpfelingi.*

* Matthiæ *Rodt homiliæ tres germanicæ de præparatione ad mortem, in 8. Tubingæ, anno Domini 1556.*

Matthias *Schenkius, Auguſtanæ ſcholæ moderator, Nomenclatorem Adriani Iunij ad vſum ſcholarum accommodauit, prætermiſsis linguis peregrinis, & mutatis in loco Germanicis, additis denique paucis quibuſdam rerum vocabulis, Auguſtæ. Idem ſcripſit epiſtolam apologeticam ad Hier. Vuolfium, qua rationem reddit cur eum ad editionem Commentariorum in Officia Ciceronis hortatus ſit: præfixam Comment. Vuolfij.*

Matthias *Sommerus in Germanicam linguam tranſtulit librum Fabiani Sommeri de thermis Carolinis. Lipſiæ 1573.*

Matthiæ *Stoij Regiomontani Boruſsi, ecloga de coniugio Caſpari Peuceri Budiſsinenſis, & Magdalenæ filiæ Philippi Melanchtonis, Vuitenbergæ anno 1550. Elegia de baptiſmo filij Dei eodem tempore conſcripta.*

Matthias *Theodorus Melanelius, medicus Antuerpienſis, librum Græcum de melancholia ex Galeni, Rufi, & Aëtij Sicanij voluminibus collectum, Latinum fecit, vna cum Stephani medici cognomento magiſtri, exquiſitiſsimo oculari collyrio nunc primum Latine edito. Liber excuſus Antuerpiæ 1540.*

Matthiæ *Tinctorij Vuormacienſis, Series complectens hiſtorias Genealogiæ filij Dei, pontificum veteris Teſtamenti, iudicum, ducum, regum Iudæ & Samariæ, & quatuor monarchiarum, ad Hieroſolymitanæ vrbis eiuſque gentis exterminationem. Francofurti 1569. in 4.*

Matthias *Vgonius epiſcopus Famaguſtanus, De patriarchali præſtantia.*

Matthiæ *Vueiſmanni Zuiccauij, canones pœnitentiales ex varijs ſanctorum pontificum decretis, anno 1516. Liſiæ.*

* Matthiæ *Vurms, conſolatio captiuorum in monaſterijs, demonſtrans, Iuniores ex monaſterijs eximendos, in poſterum nunquam intrudendos, & ſeniores in ſuperſtitione perſeuerantes, inde non pellendos eſſe, Germanice, anno Domini 1527. in 4. edita.*

Maturinus *Clemens aliâs Coutoys, Gallus natione, prouincialis Carmelitarum Franciæ, ac Pariſijs Theologorũ Decanus, gymnaſium Bituris in ea facultate primus poſuit, vir ſermone diſertus, hic ſcripſit Lecturam ſententiarum lib. 4. Commentarios in Matthæum lib. 1. Directorium eiuſdem lib. 1. In Paulum ad Romanos lib. 1. In eundem ad Corinthios lib. 2. De ſumma Trinitate lib. 1. Reſumptionum ſuarum lectionum lib. 1. In Decretalem Innocentij lib. 1. De ſacramento Euchariſtiæ lib. 1. De fide catholica lib. 1. In Clementias lib. 1. In Decretalia lib. 1. Repertorium hiſtoriarum lib. 1 De ortu D. Annæ lib. 1. Contra ſuperſtitiones lib. 1. De materia votorum lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Quadrageſimale lib. 1. Compendium Auguſtini de ciuitate Dei lib. 1. De conceptione Mariæ lib. 1. Orationes ad Clerum lib. 1. Lecturas etiam in ſcripturam ſacram elegantes edidit. Obijtq́ tandem Bituris, anno Domini 1509. decitima die Iulij, & ætatis ſuæ anno 89. Ex ea bibliotheca.*

Maturini *Corderij, natione Galli, de corrupti ſermonis apud Gallos emendatione, & Latine loquendi ratione, ſiue de Latini ſermonis varietate & modis loquendi lib. 1. Robertus Stephanus excudit Pariſijs anno D. 1536. & Vueſthemerus Baſileæ anno 1537. commutata Gallicæ linguæ interpretatione in Germanicam, per Ioannem Friſium Tigurinum. Eiuſdem de quantitate ſyllabarum liber excuſus. Exempla de Latino declinatu partium orationis. Robertus Stephanus excudit Pariſijs. Diſticha Catonis cum Latina interpretatione hactenus non viſa. Epitome in ſingula ferè diſticha. Dicta ſapientum cum interpretatiuncula: Omnia recognita, nonnulla adiecta, quædã immutata, Maturino Corderio authore. Veſthemerus excudit Baſileæ anno 1537. Claruit autem anno Dom. 1544. Eiuſdem rudimenta Grammaticæ de partium orationis declinatu, recognita vna cum appendice. Colloquiorum ſcholaſticorum libri quatuor, ad pueros in ſermone Latino paulatim exercendos, Maturino Corderio authore.* Hi colloquiorum ſcholaſticorum libri 4. cum argumentis & reſtitutione eorum, quæ in pontificia editione vel deprauata fuerunt, vel omiſſa 8. Roſtochij. Eadem colloquia commodiori nunc ordine quinque libris compoſita, & quibuſdam alijs exornata 8. Lugduni Batauorum. Item colloquiorum ſeu dialogorum Græcorum ſpecimen authore Henrico Stephano. Simul hæc excuſa ſunt apud H. Stephanum. Principia Latine loquendi, Latine, & Gallice & Germ. quoq; à Ioan. Friſio edita. * Cantiones ſacræ Corderij viginti ſex Gallice in 16. apud Ioannem Gerardum anno 1557. excuſæ.*

* F. Maturini *Quadrati Ebroici Franciſcani, Doctoris Pariſienſis, in Ioelem prophetam, homiliæ 8. Pariſijs apud Michaelem Sonnium, via Iacobea ſub ſcuto*

Digitized by Google

ſub ſcuto Baſilienſi, anno Domini 1583.

Maturini Textoris Mamertini, Oratio exhortatoria in Cenomanenſi ſynodo habita, de dignitate & officio ſacerdotum.

Maugantius Genethliacus, Britannus, ſcripſit Canones Mathematicos atque alia eius generis non pauca. Claruit anno Domini quadringenteſimo ſeptuageſimo.

Mauricius epiſcopus Pariſienſis, ſcripſit per circulum totius anni, tam de Dominicis, quam de feſtiuitatibus ſermones ad populum lib. 2. De cura animarum ad presbyteros lib. 1. Claruit anno Domini 1190.

Mauricius Chaney, Anglus, Carthuſienſis monachus, & ab Anglia ob papiſmum profugus, ſcripſit ſub titulo hiſtoriæ martyrum Angliæ, quamuis eſſent tyranni ac proditores, De Roffenſi & Moro libr. 1. De Reginaldo Brigidano lib. 1. De octodecim Carthuſianis lib. 1. Ad Ioannem priorem maioris Carthuſiæ hæc ſcripſit. Et ſunt impreſſa. Baleus.

Mauricij Imperatoris De re militari libri duodecim commemorantur à Tetto vt extantes in Italia: videndum tamen ne fortè mendum ſit.

* Mauricij Helinge Sebaldinæ eccleſiæ apud Norimbergenſes miniſtri Coloſſus, ſiue ſtatua Regis Babilonici Nabuchodonoſoris, in qua depingũtur quatuor monarchiæ, Danielis 11. in forma tabulæ.

Mauricius Hybernus citatur in Chryſopaſſo Ioannis Eccij.

Mauricius Marganenſis, Anglus, ſcripſit diuerſo carminum genere Epigrammatũ librum. Claruit anno Do. 1210.

Mauricius Somerſetus, Ciſtercienſium, ſeu Bernardinæ ſectæ, ſcripſit De ſchemate pontificali lib. 1. Carmina quoq; plura lib. 1. Claruit anno 1190. Baleus.

Mauri de fide Chriſtiana, & ijs quæ ad fidem pertinent lib. 4. ad Ludouicum primum Imperatorem, extant Viennæ Auſtriæ apud Vuolfgangum Lazium. Mauri epiſcopi Conuiuium Dei ad Lotharium regem. Baſileæ Parcus impreſſit, anno Do. 1557.

Maxentij veteris Theologi liber quidam impreſſus in Germania. Vide Ioannem Maxentium.

Maximianus Aug. in fragmentis Gregoriani codicis allegatur.

Maximiliani Cæſaris reſponſio ad Leonem decimum pontificem, impreſſa in Germania. Eiuſdem liber experientiarum, cuius meminit Spiegelius in commentarijs ſuis ſuper Sbrulium. * Maximil. Imperatoris reformatio, anno Domin 1495. in fol. bib. Imper.

Maximiliani Mauri, Germ. Oppoſitiones contra propoſita Petri Maluendæ Hiſpani, monachi, quæ propoſuit in colloquio Ratiſponenſi, anno 1546. Eiuſdem liber apophtegmatum ſacrorum ex hiſtoria eccleſiaſtica & tripartita collectus, excuſus eſt Norimbergæ, anno 1552. in 16. Lazarus reſuſcitatus, liber Germanicus de conſolandis ægris & morientibus. Francofurti 1572.

Maximilianus Tranſyluanus, deſcripſit nauigationem Caſtellanorum ex Hiſpania ad Moluccas inſulas ab Occidente in Orientem per inferius hemiſpherium, Caroli V. auſpicijs inſtitutã. Liber impreſſus cum alijs noui orbis auctoribus Baſileæ.

Maximilla propheteſſa, Montani hæretici coniunx, libros propheticos conſcripſiſſe fertur, quorum meminit Nicephorus libro quarto hiſtoriæ eccleſiaſticæ.

Maximinus (aliâs Maximus) exquæſtor palatij ſub Theodoſio, operam ſuam contulit ad codicem Theodoſianum.

Maximus quidam vetus I.C. ſcripſit ad legem Falcidiam lib. 1. De legibus lib. 1.

Maximi Vrbani, Sydonij, & Macarij ad Cyprianum epiſtolium, libro 3. epiſtola 14. apud Cyprianum.

Maximus ſub Commodo & Seuero Imperatoribus famoſam quæſtionem inſigni volumine ventilauit, vnde malum, & quod materia à Deo facta ſit. Hieronymus.

Maximi Ægienſis libri de Apollonij Tyanei rebus actis in Ægis ciuitate, à Philoſtrato nominantur.

Maximus Cæſar, Auguſtanæ vrbis epiſcopus, inſigne volumen & opus amœnum compoſuit, de geſtis Gotthorum in Hiſpanijs. Claruit anno Domini 610.

Maximus Moguntinenſis epiſcopus, ſcripſit contra Arrianos, qui ſuo tempore Chriſti eccleſiam inuaſerant, Homilias ſacras quam plurimas. Claruit anno D. 1360.

Maximus philoſophus, Alexand. & Conſtantinop. epiſcopus, inſignem de fide aduerſus Arrianos ſcripſit librum, quem Mediolani Gratiano principi dedit. In huius laudem librum edidit Gregorius Nazianzenus. Extant, quæ ſubijciuntur, omnia Græce in Italia & alibi, pleraque verò Romæ in Vaticana bibliotheca. Maximi philoſophi & martyris lib. 42. & in alio catalogo quodam talis inſcriptio eſt: Maximi philoſ. & mart. πράξεις 45. Maximi confeſſoris & philoſ. enarratio in Ariſtotelis prædicamenta, item Definitiones diuerſorum patrum, Græce Romæ. Eiuſdem dialo. Pyrrhi. * Maximi Alexandriæ & Conſtantinopolis epiſcopi, itemque Anaſtaſij quæſtiones de libertate dicendi, de immodeſtia & temeritate, de ira &c. in 4. M.S. bib. imp. Viennæ.

Abba Maximi confeſſoris capita de charitate, quæ & impreſſa ſunt Græcæ & Latine Tiguri apud Chriſt. Froſchouerum 1546. cum ſententijs Antonij & Maximi & deinde Baſ. ab H. Petri 1531. cum alijs veterum thologorum opuſculis. Hecatontas (aliâs hecatontades capitum) ad Elpidium presbyt. ſacra dogmata. De 4. impoſſibilibus: Quæſtiones variæ contra Arrianos. De 2. voluntatibus & operationibus in Chriſto. Eiuſdem diuerſa opera, quorum in catalogis nomina expreſſa non ſunt. Maximi ſermones plurimi, capita diuerſa de fide & myſtica Theologia. Scholia in Dionyſij Areopagitæ libros, quæ etiã Latine reddita habẽtur, & cũ Diony

Digitized by Google

* Mathiæ *Naruatij Sylua Sententiarum ad chirurgiam pertinentium, ex libris Hippocratis deſumpta, & noua inſtrumentorum genera, quorum vſus in curandis capitis vulneribus neceſſarius* 8. *Antuerpiæ, excudebat Theodorus Lindanus.*

Matthias *Palmerius, Piſanus. Vide in Matthæo Palmerio.*

Matthias *Palmerius, Vincentinus, Ariſteæ libellum de interpretatione legis Hebraicæ per* 70. *Latinum fecit. Bebelius excudit Baſileæ*, 1536. *Alij à M. Palmerio Florentino translatum aiunt.*

Matthias *Pariſienſis dictus, Boemus natione, ſcripſit prolixum librum de Antichriſto, in quo eum iam veniſſe probat. Extat manuſcriptus apud M. Fl. Illyricum.*

* Mathiæ *Quallæ Carniolani textus paruuli quod aiunt philoſophiæ naturalis in* 4.

Matthiæ *Ringmanni Phileſij, Vogeſigenæ, paſſionis Christi ex* 4. *euangeliſtis hiſtoria, cum* 26. *figuris artificioſis, excuſa Argentinæ à Knoblocho. Eiuſdem leguntur epigrammata aliquot. Fuit diſcipulus Iacobi Vvimpfelingi.*

* Matthiæ *Rodt homiliæ tres germanicæ de præparatione ad mortem, in* 8. *Tubingæ, anno Domini* 1556.

Matthias *Schenkius, Auguſtanæ ſcholæ moderator, Nomenclatorem Adriani Iunij ad vſum ſcholarum accommodauit, prætermiſſis linguis peregrinis, & mutatis in loco Germanicis, additis denique paucis quibuſdam rerum vocabulis, Auguſtæ. Idem ſcripſit epiſtolam apologeticam ad Hier. Vuolfium, qua rationem reddit cur eum ad editionem Commentariorum in Officia Ciceronis hortatus ſit: præfixam Comment. Vuolfij.*

Matthias *Sommerus in Germanicam linguam tranſtulit librum Fabiani Sommeri de thermis Carolinis. Lipſiæ* 1573.

Matthiæ *Stoij Regiomontani Boruſſi, exloga de coniugio Caſpari Peuceri Budiſſinenſis, & Magdalenæ filiæ Philippi Melanchtonis, Vuitenbergæ anno* 1550. *Elegia de baptiſmo filij Dei eodem tempore conſcripta.*

Matthias *Theodorus Melanelius, medicus Antuerpienſis, librum Græcum de melancholia ex Galeni, Rufi, & Ætij Sicanij voluminibus collectum, Latinum fecit, vna cum Stephani medici cognomento magiſtri, exquiſitiſſimo oculari collyrio nunc primum Latine edito. Liber excuſus Antuerpiæ* 1540.

Matthiæ *Tinctorij Vuormatienſis, Series complectens hiſtorias Genealogiæ filij Dei, pontificum veteris Teſtamenti, iudicum, ducum, regum Iudæ & Samariæ, & quatuor monarchiarum, ad Hieroſolymitanæ vrbis eiuſque gentis exterminationem. Francofurti* 1569. *in* 4.

Matthias *Vgonius epiſcopus Famaguſtanus, De patriarchali præſtantia.*

Matthiæ *Vueiſmanni Zuiccauij, canones pœnitentiales ex varijs ſanctorum pontificum decretis, anno* 1516. *Liſiæ.*

* Matthiæ *Vurms, conſolatio captiuorum in monaſterijs, demonſtrans, Iuniores ex monaſterijs eximendos, in poſterum nunquam intrudendos, & ſeniores in ſuperſtitione perſeuerantes, inde non pellendos eſſe, Germanice, anno Domini* 1527. *in* 4. *edita.*

Maturinus *Clemens, aliâs Coutoys, Gallus natione, prouincialis Carmelitarum Franciæ, ac Pariſijs Theologorũ Decanus, gymnaſium Bituris in ea facultate primus poſuit, vir ſermone diſertus, hic ſcripſit Lecturam ſententiarum lib.* 4. *Commentarios in Matthæum lib.* 1. *Directorium eiuſdem lib.* 1. *In Paulum ad Romanos lib.* 1. *In eundem ad Corinthios lib.* 2. *De ſumma Trinitate lib.* 1. *Reſumptionum ſuarum lectionum lib.* 1. *In Decretalem Innocentij lib.* 1. *De ſacramento Euchariſtiæ lib.* 1. *De fide catholica lib.* 1. *In Clementinas lib.* 1. *In Decretalia lib.* 1. *Repertorium hiſtoriarum lib.* 1 *De ortu D. Annæ lib.* 1. *Contra ſuperſtitiones lib.* 1. *De materia votorum lib.* 1. *Sermones de tempore lib.* 1. *Sermones de ſanctis lib.* 1. *Quadrageſimale lib.* 1. *Compendium Auguſtini de ciuitate Dei lib.* 1. *De conceptione Mariæ lib.* 1. *Orationes ad Clerum lib.* 1. *Lecturas etiam in ſcripturam ſacram elegantes edidit. Obijtq; tandem Bituris, anno Domini* 1509. *decitima die Iulij, & ætatis ſuæ anno* 89. *Ex ea bibliotheca.*

Maturini *Corderij, natione Galli, de corrupti ſermonis apud Gallos emendatione, & Latine loquendi ratione, ſiue de Latini ſermonis varietate & modis loquendi lib.* 1. *Robertus Stephanus excudit Pariſijs anno D.* 1536. *& Vueſthemerus Baſileæ anno* 1537. *commutata Gallicæ linguæ interpretatione in Germanicam, per Ioannem Friſium Tigurinum. Eiuſdem de quantitate ſyllabarum liber excuſus. Exempla de Latino declinatu partium orationis. Robertus Stephanus excudit Pariſijs. Diſticha Catonis cum Latina interpretatione hactenus non viſa. Epitome in ſingula ferè diſticha. Dicta ſapientum cum interpretatiuncula: Omnia recognita, nonnulla adiecta, quædã immutata, Maturino Corderio authore. Veſthemerus excudit Baſileæ anno* 1537. *Claruit autem anno Dom.* 1544. *Eiuſdem rudimenta Grammaticæ de partium orationis declinatu, recognita vna cum appendice. Colloquiorum ſcholaſticorum libri quatuor, ad pueros in ſermone Latino paulatim exercendos, Maturino Corderio authore.* * *Hi colloquiorum ſcholaſticorum libri* 4. *cum argumentis & reſtitutione eorum, quæ in pontificia editione vel deprauata fuerunt, vel omiſſa* 8. *Roſtochij. Eadem colloquia commodiori nunc ordine quinque libris compoſita, & quibuſdam alijs exornata* 8. *Lugduni Batauorum. Item colloquiorum ſeu dialogorum Græcorum ſpecimen authore Henrico Stephano. Simul hæc excuſa ſunt apud H. Stephanum. Principia Latine loquendi, Latine, & Gallice & Germ. quoq; à Ioan. Friſio edita.* * *Cantiones ſacræ Corderij viginti ſex Gallice in* 16. *apud Ioannem Gerardum anno* 1557. *excuſæ.*

* F. Maturini *Quadrati Ebroici Franciſcani, Doctoris Pariſienſis, in Ioelem prophetam, homiliæ* 8. *Pariſijs apud Michaelem Sonnium, via Iacobea ſub ſcuto*

*ſub ſcuto Baſilienſi, anno Domini* 1583.

Maturini *Textoris Mamertini, Oratio exhortatoria in Cenomanenſi ſynodo habita, de dignitate & officio ſacerdotum.*

Maugantius *Genethliacus, Britannus, ſcripſit Canones Mathematicos atque alia eius generis non pauca. Claruit anno Domini quadringenteſimo ſeptuageſimo.*

Mauricius *epiſcopus Pariſienſis, ſcripſit per circulum totius anni, tam de Dominicis, quam de feſtiuitatibus ſermones ad populum lib. 2. De cura animarum ad presbyteros lib. 1. Claruit anno Domini* 1190.

Mauricius *Chaney, Anglus, Carthuſienſis monachus, & ab Anglia ob papiſmum profugus, ſcripſit ſub titulo hiſtoriæ martyrum Angliæ, quamuis eſſent tyranni ac proditores, De Roffenſi & Moro libr. 1. De Reginaldo Brigidano lib. 1. De octodecim Carthuſianis lib. 1. Ad Ioannem priorem maioris Carthuſiæ hæc ſcripſit. Et ſunt impreſſa. Baleus.*

Mauricij *Imperatoris De re militari libri duodecim commemorantur à Tetto ut extantes in Italia: videndum tamen ne fortè mendum ſit.*

* Mauricij *Helinge Sebaldinæ eccleſiæ apud Norbergenſes miniſtri Coloſſus, ſiue ſtatua Regis Babilonici Nabuchodonoſoris, in qua depingũtur quatuor monarchiæ, Danielis* 11. *in forma tabulæ.*

Mauricius *Hybernas citatur in Chryſopaſſo Ioannis Eccij.*

Mauricius *Marganenſis, Anglus, ſcripſit diuerſo carminum genere Epigrammatũ librum. Claruit anno Do.* 1210.

Mauricius *Somerſetus, Ciſtercienſium, ſeu Bernardinæ ſectæ, ſcripſit De ſchemate pontificali lib.* 1. *Carmina quoq; plura lib.* 1. *Claruit anno* 1190. *Baleus.*

Mauri *de fide Chriſtiana, & ijs quæ ad fidem pertinent lib.* 4. *ad Ludouicum primum Imperatorem, extant Viennæ Auſtriæ apud Vuolfgangum Lazium. Mauri epiſcopi Conuiuium Dei ad Lotharium regem. Baſileæ Parcus impreßit, anno Do.* 1557.

Maxentij *veteris Theologi liber quidam impreſſus in Germania. Vide Ioannem Maxentium.*

Maximianus *Aug. in fragmentis Gregoriani codicis allegatur.*

Maximiliani *Cæſaris reſponſio ad Leonem decimum pontificem, impreſſa in Germania. Eiuſdem liber experientiarum, cuius meminit Spiegelius in commentarijs ſuis ſuper Sbrulium.* * *Maximil. Imperatoris reformatio, anno Domin* 1495. *in fol. bib. Imper.*

Maximiliani *Mauri, Germ. Oppoſitiones contra propoſita Petri Maluendæ Hiſpani, monachi, quæ propoſuit in colloquio Ratiſponenſi, anno* 1546. *Eiuſdem liber apophtegmatum ſacrorum ex hiſtoria eccleſiaſtica & tripartita collectus, excuſus eſt Norimbergæ, anno* 1552. *in* 16. *Lazarus reſuſcitatus, liber Germanicus de conſolandis ægris & morientibus. Francofurti* 1572.

Maximilianus *Tranſyluanus, deſcripſit nauigationem Caſtellanorum ex Hiſpania ad Moluccas inſulas ab Occidente in Orientem per inferius hemiſpherium, Caroli V. auſpicijs inſtitutã. Liber impreſſus cum alijs noui orbis auctoribus Baſileæ.*

Maximilla *prophetiſſa, Montani hæretici coniunx, libros propheticos conſcripſiſſe fertur, quorum meminit Nicephorus libro quarto hiſtoriæ eccleſiaſticæ.*

Maximinus *(alias Maximus) exquæſtor palatij ſub Theodoſio, operam ſuam contulit ad codicem Theodoſianum.*

Maximus *quidam vetus I.C. ſcripſit ad legem Falcidiam lib.* 1. *De legibus lib.* 1.

Maximi *Vrbani, Sydonij, & Macarij ad Cyprianum epiſtolium, libro* 3. *epiſtola* 14. *apud Cyprianum.*

Maximus *ſub Commodo & Seuero Imperatoribus famoſam quæſtionem inſigni volumine ventilauit, vnde malum, & quod materia à Deo facta ſit. Hieronymus.*

Maximi *Ægienſis libri de Apollonij Tyanei rebus actis in Ægis ciuitate, à Philoſtrato nominantur.*

Maximus *Cæſar, Auguſtanæ vrbis epiſcopus, inſigne volumen & opus amœnum compoſuit, de geſtis Gotthorum in Hiſpanijs. Claruit anno Domini* 610.

Maximus *Moguntinenſis epiſcopus, ſcripſit contra Arrianos, qui ſuo tempore Chriſti eccleſiam inuaſerant, Homilias ſacras quam plurimas. Claruit anno D.* 1360.

Maximus *philoſophus, Alexand. & Conſtantinop. epiſcopus, inſignem de fide aduerſus Arrianos ſcripſit librum, quem Mediolani Gratiano principi dedit. In huius laudem librum edidit Gregorius Nazianzenus. Extant, quæ ſubijciuntur, omnia Græce in Italia & alibi, pleraque verò Romæ in Vaticana bibliotheca. Maximi philoſophi & martyris lib.* 42. *& in alio catalogo quodam talis inſcriptio eſt: Maximi philoſ. & mart. ... 45. Maximi confeſſoris & philoſ. enarratio in Ariſtotelis prædicamenta, item Definitiones diuerſorum patrum, Græce Romæ. Eiuſdem dialo. Pyrrhi.* * *Maximi Alexandriæ & Conſtantinopolis epiſcopi, itemque Anaſtaſij quæſtiones de libertate dicendi, de immodeſtia & temeritate, de ira &c. in* 4. *M.S. bib. imp. Viennæ.*

Abba Maximi *confeſſoris capita de charitate, quæ & impreſſa ſunt Græcè & Latinè Tiguri apud Chriſt. Froſchouerum* 1546. *cum ſententijs Antonij & Maximi & deinde Baſ. ab H. Petri* 1531. *cum alijs veterum thologorum opuſculis. Hecatontas (alias hecatontades capitum) ad Elpidium preſbyt. ſacra dogmata. De* 4. *impoßibilibus: Quæſtiones variæ contra Arrianos. De* 2. *voluntatibus & operationibus in Chriſto. Eiuſdem diuerſa opera, quorum in catalogis nomina expreſſa non ſunt. Maximi ſermones plurimi, capita diuerſa de fide & myſtica Theologia. Scholia in Dionyſij Areopagitæ libros, quæ etiã Latine reddita habẽtur, & cũ Diony*

Digitized by Google

ſij libris olim, ni fallor, impreſſa ſunt. Sermo ἀσκητικός. Prologus in ſcholia addita ἐν τοῖς μετώποις cuiuſdā libri, forte Dionyſij Areop. epiſtolæ. Eiuſdem encomium S. Cyrilli. Opuſculum in carnis aſſumptionē Chriſti. De diuerſis dubijs ſacræ ſcripturæ quæſt. 65. De diuerſis dubijs in libris SS. Dionyſij & Gregorij ad Thomam. Ad Ioan. archiep. Cyzici de varijs dubijs. Scholiū in epigramma quoddam Græcū, legitur in Florilegio Planudis. extant quidem ſcholia Græca in totum Florilegium, neſcio an ab eodē conſcripta. Floruit autem Maximus philoſophus Alexandrinus, anno 380. Maximi de Myſtagogia, hoc eſt, de introductione ad ſacra eccleſiæ myſteria, ſeu ſacramenta libellus, à Gentiano Herueto in Latinam linguam translatus. Venetijs Alexander Bruciolus 1548. Scholia in Dionyſium Areopagitam cum eiuſdem operibus impreſſa ſunt Pariſijs apud Morelium, anno 1562. octauo Græce. * B. Maximi Monachi capitum theologicarum centuriæ quinque Græce 8. Pariſijs apud Guil. Morelium typis regijs 1560.

Maximus quidam Ariſtotelis libros duos de plantis, Arabicos olim ex Græcis factos, rurſus ex Arabicis Græcos fecit, vt à nonnullis affirmari ſcribit Hermolaus Barbarus in Corollario ſuper Dioſcoridem cap 38. Editi ſunt autem Baſileæ Ioannis Oporini opera & Græce & Latine, Hieronymo Gæmuſæo interprete.

Maximus Florentinus, monachus Caſſinenſis, in Latinam linguam ex Græca tranſtulit Aretæ Cæſarienſis epiſcopi commentaria in Apocalyſim Ioannis, excuſa Baſileæ à Heruagio, anno Domini 1553. in 8. Idem tranſtulit Oecumenij commentarios in omnes epiſtolas Pauli ab eodem excuſos in 8. tomis duobus.

S. Pater Maximus capita diuerſa ſententiarum ex ſacris & prophanis authoribus Græcis quā plurimis, iuxta locos communes digeſſit. Quæ à Conrado Geſnero Tigurino Latinitate donata, cum Antonij monachi Meliſſa, excuſa ſunt Tiguri apud Froſchouerum, Græce ſeparatim, & Latine, anno Do. 1546

Maximus Epirota aut Byzantius philoſophus, ſcripſit de inſolubilibus oppoſitionibus, de principijs, de numeris, commentarium ad Ariſtotelem: & alia quædam. Suidas.

Maximi Grammatici Madaurenſis epiſtola ad D. Auguſtinum, religionem Chriſtianam prophanans, & c. quadrageſima tertia inter D. Auguſtini epiſtolas.

* Maximi Morlini Apophtegmata collecta ex hiſtoria Euſebij in 16. anno 1552.

Maximus Planudes, monachus Conſtantinopolitanus, Problematum volumen compoſuit. Scripſit commentarios in rhetoricam Hermogenis, in Theophraſti characteres & ſcholia in Diophanti Arithmeticam: quæ omnia ſeruantur in Italia. Eiuſdem Epimeriſmata, Eclogæ, quomodo appellentur animalia tum terreſtria tum aquatilia. Enarratio de dominicis thematibus Hieroſolymis, Figuræ de Sole & Luna, Veris & hyemis encomion, Græce extant Romæ in Vaticana. epiſtolæ eius Græce, Florentiæ extāt in bibliotheca Medicum. Ψηφοφορία, ſecundum Indos, Venetijs apud Diegum Hurtadū. Epigrammata veterum Græcorum plurimorum, quæ Agathias Scholaſticus collegerat, laſciuioribus reſectis, in vnum iam vulgo ſparſum volumen collegit. Hæc epigrammata in lib. 7. digeſta, Anthologij id eſt Florilegij titulo, Aldus excudit Venetijs, 1521. & Frobenius, Baſileæ, 1549. cum commentarijs Ioan. Brodæi. Extant etiam Vincentij Obſopœi in eadem annotationes, excuſæ apud Oporinum Baſileæ. Eiuſdem Græca interpretatio diſtichorum Catonis, iam aliquoties cum Latinis impreſſa eſt. Æſopi fabulatoris vita & apologi per eundem conſcripti, excuſi Græce Baſileæ apud Ioannem Frobenium, 1521. cum aliquot alijs gnomicis ſcriptoribus, & rurſus aliâs Græce & Latine è regione. In Græcum ſermonem conuertit, præter diſticha Catonis, Ouidij metamorphoſeos librum ſoluto ſermone, & epiſtolas Heroidas eiuſdem: Macrobij commentarios in Somnium Scipionis, eiuſdem Saturnalia: D. Auguſtini librum de ciuitate Dei, & alia quædam eiuſdem quæ extant in Italia. Idem Ariſtotelis librum de Plantis ex lingua Punica in Græcam retraxit. Maximi Planudis liber de vrinarum cognitione, manuſcriptus ſeruatur in bibliotheca Regis Gallorum. * Maximi Planudis epiſtolæ, ad imperatores alioſq; ſummos viros ſcriptæ, iunctis tribus declamationibus, & encomijs de S. Petro, & S. Paulo, apoſtolis, deq; Diomede Martyre, in 4. M. S. bib. Imp. Viennæ, eclogæ ſacræ varia tractantes, theologica & ethica, de virtute & vitio, de prudentia & conſilio, de fortitudine, de iuſtitia, de pace & bello, de ſpe, de ſenectute & iuuentute, de laude & gloria de fide, de memoria, de anima, de infamia & calumnia, de ira & confidentia, de auaritia, de metu, de ſomno, de ſobrietate, de mulieribus, in quarto M. S. bib. Imp. Viennæ. Eiuſdem de ſpiritu ſancto diſceptatio tempore Florentinæ Synodi, quæ vno volumine ſunt edita. in quarto, manuſcrip. bib. Imp. Viennæ.

Maximus epiſcopus Taurinenſis, ſcripſit de Euangeliorum capitulis lib. 1. in actus Apoſtolorum lib. 1. in laudem apoſtolorum lib. 2. in laudem Ioannis Baptiſtæ lib. 2. De vita Euſebij Vercellenſis lib. 2. De ſancto Cypriano martyre lib. 2. De gratia baptiſmi lib. 1. De auaritia lib. 1. De hoſpitalitate lib. 1. De defectu Lunæ lib. 1. De eleemoſynis lib. 1. De verbis Eſaiæ lib. 1. De paſſione Domini lib. 1. De ieiunio quadrageſimæ lib. 1. De ieiunio ſeruorum Dei generali lib. 1. De Iudæ traditione lib. 1. De cruce Domini libr. 1. De ſepulchro Domini lib. 1. De officio miſſæ lib. 1. De accuſatione Domini homil. 1. De reſurrectione Domini hom. 4. De S. Laurentio hom 3. De S. Stephano homil. 1. De Calendis Ianuarijs homilia 1. De natali Domini homiliæ 3. De Epiphania Domini homiliæ 2. De paſcha homiliæ 3. De Pentecoſte homiliæ 3. De pœnitentia Niniuitarum homilia 1. De non timendis hoſtibus carnalibus homilia 1. De gratias poſt cibum agendo homil. 1. & alia multa. Tritemius ex Gennadio. Maximi

Digitized by Google

ximi (eiuſdem ni fallor) homiliæ 17. cum alijs veterum homilijs ab Alcuino collectis leguntur. Homiliæ Maximi, ſeorſim excuſæ Coloniæ apud Gymnicum. D. Ioan. Baptiſtæ res, id eſt, Euangelicæ hiſtoriæ libri tres nuper Baſileæ cum alijs impreſſi. Claruit anno 420.

Maximus Tyrius, philoſophus, ſub Commodo Romæ egit: ſcripſit de Homero, & quæ nam apud ipſum vetus philoſophia ſit: An Socrates recte apologiam detrectauerit, & alias quaſdam philoſophicas quæſtiones. Suidas. Hæ quæſtiones, ſiue ſermones vel capita 41. Græce extant Venetijs in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli, Ioannes Frobenius etiam Latine excudit olim Baſ. Maximi Tyrij philoſophici Platonici ſermones è Græca in Latinam linguam verſi à Coſmo Paccio archiepiſcopo Florentino, caſtigati à G. Alberto Picto, excuſi ſunt Pariſ. 1554. in 16. Iidem ſermones ab Heinrico Stephano Græce editi ſunt, & Latine quoq; ex Paccij translatione, ſed ab Heinrico Stephano emendati, in 8.

Maymo citatur in tabulis Elluchaſem medici.

Mayneti Maynetij medicinæ profeſſoris Bononiæ, Commentarij in Ariſtotelis librum de ſenſu & ſenſibilibus. Florentiæ 1555. in fol.

Mecœnatis carminum liber decimus, item dialogus ſecundus citantur à Chariſio. Eiuſdem ſcripta citantur à Plinio lib. 32.

Mechtildis virgo in Germania, aliquid ſcripſit, cuius meminit Iacobus Faber in epiſtola ad beatum Rhenanum, cum Grægorij Niſſeni operibus, ſtatim poſt octauum librum, qui eſt de prouidentia, Coloniæ impreſſis.

Mecon quidam de equis ſcripſit.

Medij medici ſcripta citantur à Plinio lib. 20. 23. 25. & 27. naturalis hiſtoriæ.

Meduinus Britannus, ſcripſit quædam, quorũ mentionem facit Ioannes Baleus in eius vita. Claruit anno 280.

Meffret ſermones, theologici opinor, impreſſi in Italia. Eiuſdem ſermonum æſtiualium & hyemalium ingentes libri, quos hortulos reginæ inſcripſit, impreſſi in Germania non addito loco. * Baſileæ olim apud Bertholdum Rodt.

Megacles ſcripſit de viris illuſtribus. Athenæus lib. 10. Apud eundem lib. 10. citatur Megaclides, & Megaſthenes, author Indicæ hiſtoriæ lib. 4. & Metaſthenes etiam à Plinio lib. 7.

Megaſthenes Palimbotrã ad Andracotum Indorum regem legatus miſſus, ſuæ peregrinationis commentarios reliquit. Strabo lib. 2. Eius liber tertius rerum Indicarum citatur à Clemente. Vixit cum Seleuco Nicanore. Plinius, Megaſthenes & Dionyſius à Phiadelpho miſſus cum regibus Indicis morati ſunt lib. 6. cap. 27.

Meges chirurgiæ profeſſor non mediocris quibuſdam in melius mutatis, aliquantum ei diſciplinæ adiecit. Cælius 7. 1.

Meginfridus, monachus Fuldenſis, Germanus natione, Chronicon ſcripſit lib. 1. Trittemius in compendio.

Meginhardi libellus ad Guntherum, de fide, varietate ſymboli, & ipſo ſymbolo apoſtolico, & peſte multarum hæreſeon inſigniorum: excuſus eſt Coloniæ, 1532. apud Heronem Alopecium, cum M. Marulli Euangeliſtario.

Meheris citatur à Io. F. Seraponis.

Meichingeri libellus de thermis ferinis, & alter, de thermis Cellenſibus.

Melampi de næuis corporis tractatus Nicolao Petreio interprete, excuſus eſt Venetijs, anno 1552. cum alijs quibuſdam. Melampus hierogrammateus, ſcripſit de augurijs ex ſaltibus corporis: quæ Auguſtinus Niphus in librum primum de augurijs tranſtulit.

Melancomij fragmentum extat apud Ioã. Stobæum, de laude pulchritudinis.

Melanippides Melius Critonis F. Olympiade LXV. natus, ſcripſit Dithyrambis plurimos libros, & poemata verſu heroico, & epigrammata, & elegias, & alia plurima. Suidas.

Melanippides ex filio nepos ſuperioris, Critonis F. qui & ipſe Lyricus fuit, in Dithyrambica modulatione plurima innouauit, & apud Perdicam regem ætatem exegit. Scripſit & ipſe cantica Lyrica & Dithyrambos. Idem Athenæus citat Melanippidis Marſyam.

Melantius pictor, in libris de pictura citatur à Laertio in Polemone.

Melanthius ſcripſit de myſterijs Eleuſinijs. Athenæus.

Melanthius quidam citatur à Plinio lib. 35.

Melanthius poeta Cimonis ducis familiaris, ſcripſit carmine elegiaco multa, teſte Vola. Eius poemata citantur apud Plutarchum in vita Cimonis. Fuit & alius eius nominis Tragicus poeta.

Melas hiſtoricus ex Anea Cariæ oppido natus citatur à Stephano.

Melchiadis Papæ decreta, cum reliquis excuſa Coloniæ.

Melchior Ambach, eccleſiæ Francofordenſis miniſter. ſcripſit contra ebrietatẽ, libellum impreſſum Francofordiæ per Hermannum Gulfrich, anno Domini 1544. Item cõtra ſaltationes & choreas, librũ ab eodem excuſum, anno Domini 1545. Reſpondit etiam cuidam qui cõtra libellum de choreis ſcripſit. Item annotationes Bullingeri in 2. cap. 2. epiſt. Pauli ad Theſſalonicenſes de antichriſto, in Germanicam linguam tranſtulit.

Melchior Acontius, ſcripſit ad Ludouicum comitem à Kunigſtein & Stolberg Epicedion Eraſmi Roterodami, excuſum Argentinæ cum declamationibus Philippi Melan. Item Epithalamium in Georgij Sabini & Annæ filiæ Melanchthonis nuptias, cum Georgij Sabini poematijs excuſum. ſcripſit etiam complura alia carmine.

* Melchior Braunus Hen. Kyſpenningij de meditatione mortis, deq; conſolandis ægrotantibus lib. 7. Latine conſcriptos, in Germanicam linguam tranſtulit. in 8. Coloniæ anno D. 1578.

* Melchioris Cani epiſcopi Canarienſis, ordinis prædicatorum locorum Theologicorum libri XII. cum duplici indice. Colon. hæred. Arnoldi Birckmã

Digitized by Google

*ni* 1574. *Eiuſdem Electio de ſacramentis in genere, habita in Academia Salmaticenſi* 8. *Ingol. Et ſeorſim relectio de pœnitentiæ Sacramento, in ſex partes diſtributa* 8. *Ingolſtadij.*

* Melchioris *de Cruz floſculi Hiſpanici apophthegmatum collectorum. Toleti Franciſcus Guzmanus* 1574. *Hiſpanice.*

* Melchioris *Epiſcopi homilia de S. baptiſmo, Germ.* 4. *Smalcaldiæ* 1577.

Melchioris *Fendij de laude vitæ ſcholaſticæ oratio excuſa eſt Argentinæ, cum declamationibus Philippi Melanch. apud Cratonem Mylium.*

Melchioris *Flauij Minoritæ, liber de regno Dei, de quo Chriſtus locutus per dies quadraginta. Louanij,* 1566. *in* 8.

Melchior *Guilandinus Boruſſus, medicus, iuuenis doctiſſimus, tum aliâs in re medica præcipue, tum in medicamentorum ſimplicium cognitione, quam multis & longinquis per Europam peregrinationibus, & mediterranei maris ad Africam traiectu ſibi comparauit, exercitatiſſimus, hoc tempore Patauij degit (anno* 1554.) *vbi alia quædam & Mithridatiæ antidoti examen elucubratur. Eius Guilandini Papyrus, hoc eſt, Commentarius in tria C. Plinij maioris de Papyro capita. Acceſſit Hieronymi Mercurialis repugnantia qua pro Galeno ſtrenue pugnatur. Item M. Guilandini aſſertio ſententiæ à ſe pronunciatæ. Venetijs,* 1572. *in* 4. *Apologiæ librum primum edidit cui titulus Theon. Scripſit etiam duos alios, quorum ſecundus Pattecion, tertius Bion inſcribitur, qui an editi ſint neſcio. Epiſtolæ quatuor de ſtirpibus editæ.* * *Eiuſdē in C. Plinij maioris capita aliquot, vt difficillima, ita pulcherrima, & vtiliſſima, commentarius* 4. *Lauſannæ, excudebat Franciſcus de Preux.*

Melchior *Hitorpius ſcripta veterum de diuinis eccleſiæ officijs ac miniſterijs, partim primum edidit, partim à mendis repurgauit: liber editus eſt Coloniæ apud Geruinum Calenium in fol.* 1568.

Melchior *Hofmannus, ſcripſit commentaria in Apocalypſim, & quædam alia.*

Melchior *Kling iureconſultus, ſcripſit explicationem titulorum in iure, item librum diſpenſationum legis diuinæ in caſu neceſſitatis. Ius Saxonicum, cum textu & gloſſa in iuſtum ordinem redegit: impreſſum Lipſiæ,* 1571. *in folo, Germ. in* 4. *In Inſtitutionum libros enarrationes, à notis errorum, ob quos earum lectio prohibita fuit, repurgatæ. Louanij,* 1572. *in* 8. *Ibidem etiam edita eſt Explicatio & continuatio titulorum iuris vtriuſq́.* * *Eiuſdem lectura ſuper ſecundum ſexti decretalium in folio Francofurti* 1562. *Itemq́ tractatus matrimonialium cauſarum methodica ſerie conſcriptus: iam tertiò editus, multisq́ in locis recognitus & à mendis repurgatus* 8. *Franc. apud Heredes Chriſt. Egenol.*

Melchior *Linck, iuris profeſſor Vuitenbergæ, ſcripſit commentarios in inſtitutiones iuris, impreſſos Vuitembergæ, in fol. Forte Kling.*

Melchior *Lotherus eccleſiaſticas cantiones, quas reſponſoria vocant, de tempore & ſanctis collectas excudit Lipſiæ, anno* 1522.

* Melchioris *Neuſidleri tabulatura continens præſtantiſſimas cantiones, in vſum teſtudinis Italicè inuulgatas, nunc typis Germanis redditas, per Benedictum de Druſina. fol. Franc. cis Viad.* 1579.

* Melchior *Parmenſis de anima dialog. Italicè.*

* Melchioris *Schrammij Sacræ conciones* 5. *&* 6. *vocum* 4. *Norimbergæ in officina Gerlachiana. Eiuſdem cantiones Germanicæ ſuauiſſimæ & probatiſſimæ quatuor vocum* 4. *Francofurti.*

* Melchioris *Sebizij medici Argentinenſis ſtudio opus herbarium Hieronymi Tragi caſtigatum & locupletatum, germanice in folio Argentinæ per Ioſiam Ribelium anno* 1578.

Melchioris *Soiteri à Vinda I.C. de bello Pannonico per D. Fridericum comitem Palatinum Rheni Bauariæq́ ducem aduerſus Solimanum Turcarū tyrannum Caroli* V. *Cæſaris & Ferdinandi fratris auſpicio geſto lib.* 2. *Eiuſdem Stratagematicon, ac rerum Turcicarum epitome. Item Ioannis Schnotenbekij de Turcarum militaribus magiſtratibus liber. Opus excuſum Auguſtæ Vindelicorum, anno* 1538. *in* 4 *chart.* 18.

Melchior *Volmarius Erythropolitanus, bonarum literarum in academia Tubingenſi profeſſor, ſcripſit in Demetrij Chalcondylæ erotemata præfationem, de ratione diſcendæ linguæ Græcæ, excuſam Baſileæ ab Oporino. Annotatiunculas (vt audio) in primū & ſecundū Iliados Homeri, in Gallia ext.*

* Melchioris *Weiſſenbergeri I. V. Licentiati Syndici Gelhuſani ſchematiſmi ſiue tabulæ ſuper ordinatione Iudicij Cameræ Imperalis, fol. Megiſiæ per Franciſcum Behem. Eiuſdem* Σύνταγμα, *ſiue, Ordinatio Iudicij Curiæ illuſtriſſ. principis ac Electoris, Dn. Ludouici, Comitis Palatini Rheni, &c. tabulis Latinis delineata Folio. Heidelbergæ, excudebat Iacobus Mylius. Ab eodem conſcripta. Oratio in obitum illuſtris & generoſi Domini, Domini Philippi Ludouici* 1. *Comitis ab Hannau, & Rieneck, Domini in Muntzenberg, &c. qui diſceſſit Hanoiæ pridie Non. Febr.* 1580. 8. *Franc. apud Andream Wechelum.*

* Melchioris *Zancheri, ſimplicis atq́ ideò prudentis catholicorum orthodoxorū, cum Nouatorū Sectariorumq́ noſtri exulcerati ſeculi idolomaniis, collatio catholica* 8. *Coloniæ.*

Meleagri Cynici *Sympoſium Athenæus citat, & alibi Meleagri Gadareni Charites, Meleagri, ſiue alio nomine, plurima epigrammata paſſim obuia ſunt in Planudis Anthologio. Meleager Gradarēſis vel Gaderēſis inter Homeri interpretes numeratur. Meleager in ſecundo de opinionibus citatur à Laer. in Ariſtippo. Refert etiam Hermolaus Meleagrum Græcum authorem ſcripſiſſe volumen ſingulare lecithi & phaces comparationem continens.*

Melendus *quidam doctor iuris alicubi allegatur in gloſſa iuris canonici.*

Meleſagoras *Chalcedonius hiſtoricus vixit ante bellum Peloponenſiacum, teſte Dion. Halicarn.*

Meleſermus, *Athenienſis ſophiſta, ſcripſit epiſtolarum meretriciarū lib.* 14. *ruſticarum li.* 1. *De re culinaria epiſtolarum lib.* 1. *Conuiualium li.* 1. *Suidas.*

Meletius,

Digitized by Google

Meletius, *Euſebius, & Baſilius, & reliqui, ſcribunt epiſtolam ad fratres & epiſcopos per Italiam ac Galliam, quæ eſt numero 69. inter Baſilij Gregorij epiſtolas.*

Meletij *monachi de natura hominis liber Græcus, eſt in bibliotheca Diegi Hurtadi, item Romæ in Vaticana. Meletij concionis exemplar, vide in Epiphanio Latino Baſileæ impreſſo. Meletij monachi nomine, qui prius Mahometis religionem profeſſus, Achamenides dicebatur, Ioan. Cantacuzenus (qui ex imperatore Conſtantinopolitano factus monachus, Ioaſaph nominatus eſt) pro Chriſtiana religione aduerſus Saracenorum hæreſim apologias quatuor ſcripſit, ad Muſulmanum Sampſatinem Sphacanem Perſam. quæ apologiæ impreſſæ ſunt Græce Baſileæ cum Alcorano, apud Ioannem Oporinum, cum ipſius Muſulmani epiſtola ab initio.*

Meletij *Græci, totius medicinæ ſcriptoris, Lilius Greg. Gyraldus in præfatione ſuper verſione ſua Symeonis Sethi, tanquam adhuc extantis mentionem facit. Vide in Mich. Pſello. Meletij philoſophi commentarij in Aphoriſmos Hippocratis manuſcript. in bibliotheca regis Galliæ.*

Meletij *philoſophi, de natura ſtructuraq́ hominis opus, Nicolao Petreio Corcyræo interprete, excuſum eſt Venetijs apud Gryphium, anno 1552. 4. cum Polemonis, Hippocratis, Dioclis, Melampi, eiuſdem generis ſcriptis.*

Melinus *Celſus Romanus elegantiſſima oratione Chriſtophorum Longolium Romæ accuſauit.*

Meliſander *Lapitharum & Centaurorum pugnam verſibus deſcripſit, teſte Æliano lib. 11. de Varia hiſtoria.*

Meliſſæ *epiſtola 1. ad Claretam, impreſſa Venetijs ab Aldo, in volumine Græcarum epiſtolarū.*

Meliſſus *Itegenis F. Samius, Parmenidis auditor, philoſophus, & vir politicus, qui præfectus claſſi magna virtutis documenta edidit. Floruit circa Olympiadem* LXXXIIII. *Vitam eius ſcribit Laertius. Porro eius ſententiā de Rerum principijs & ante confutat Ariſtoteles in phyſica acroaſi.*

Meliſſi *Euboeſcripta citantur apud Fulgentium in Mytholog.*

Meliſſus *grammaticus citatur à Chariſio. Itē à Plinio Meliſſus quidam citatur 7. 9. & 25. libro.*

Melito *Aſianus, epiſcopus Sardenſis, ſcripſit de paſcha lib. 2. De vita prophetarum lib. 1. De eccleſia lib. 1. De plaſmate lib. 1. De dominica die lib. 1. De corpore & anima lib. 1. De ſenſibus lib. 1. De baptiſmate lib. 1. De fide lib. 1. De veritate lib. 1. De philoxenia lib. 1. De generatione Chriſti lib. 1. qui Clauis inſcribitur li. 1. De prophetia ſua lib. 1. De diabolo lib. 1. eclogarum lib. 6. De Apocalypſi Ioannis lib. 1. De tranſitu ſanctæ Mariæ lib. 1. Hæc Trittemius ex D. Hieronymo, qui teſtatur eum præterea ſcripſiſſe* περὶ ἐνσωμάτου θεοῦ *lib. 1. & M. Antonino imperatori obtuliſſe librum pro Chriſtiano dogmate. Hiſtoriæ vero de tranſitu S. Mariæ, mentionem nullam facit. Vide in Lilio Gyraldo de vitis poetarum. Hunc etiam libros Apologeticos ad imperatores ſcripſiſſe, ait Æneas Syluius in deſcriptione Aſiæ, cap. 64. Claruit anno D. 160.*

Melitonis *cuiuſdam ſcripta citat Plinius naturalis hiſtoriæ 18. libro.*

Melitus *Lari F. Athenienſis orator cum Anyto Socratem accuſauit. Fecit & comœdias, & lapidatus eſt ab Athenienſibus. Suidas. Idem Melitū Socratis accuſatorem ſcribit tragicum fuiſſe poetā frigidiorem taxatū ab Ariſtophane. Præterea ſcribit, Fuit temporibus Zenonis Eleatæ & Empedoclis, ſcripſit de Ente, aduerſatus eſt Pericli, &c. Ego locum mendoſum eſſe iudico, & hæc poſtrema ad Meliſſum refero.*

Melkinus *Aualonius Britannicus vates, ſcripſit de antiquitatibus ſuæ gentis lib. 1. De Arthurij menſa rotunda lib. 1. Claruit anno D. 550.*

Mellanius *Probus Britannus, ſcripſit quaſdā Homilias lib. 1. Claruit anno 260. Baleus.*

Memnon *ſcripſit hiſtoriarum libros 16. quorū Eclogæ Græcæ editæ ſunt ab Henrico Stephano, cum Cteſia & Agatharchide: deſcribit autem potiſſimum res Heracleæ Ponticæ & Romanas quoque. Eandem hiſtoriam Nymphis ante illum literis prodidiſſe traditur.*

Memor *Tragicus citatur apud Fulgentium in Mytholog.*

Menahem *Iudæus, ſcripſit in legem Moſis.*

Menahem *Racanat, receptoris, Hebræi, ſuper arcana Rambam (id eſt Rabi Moſe filij Maimonis) commentarij omnium doctiſſimi citantur à Reuchlino.*

Menalippides *poeta Melius genere, Olympiade 65. Dithyrambicorum plures libros, & poemata Epica, epigrammata & elegos multos ſcripſit. Volater.*

Menalippides *iunior, huius ex filia nepos, etiam poeta, ſcripſit Lyrica & Dithyrambica. Volaterran.*

Menalippides *Mileſius ſcripſit fabulam Danaidum. Athenæus. Alius eſt Melanippides prædictus.*

Menæchmi *Sicyonij librum de artificibus, et Sicyoniaca, Athenæus allegat.*

Menander *Athenienſis, inter omnes nouæ comœdiæ poetas facile princeps, ſcripſit fabulas vt Suidas 80. vt alij 180. quas etiam à Terentio conuerſas eſſe omnesq́ intercidiſſe tradunt. Fabularum eius nomina quæ apud Grammaticos inueniuntur hæc ſunt. Adelphi, Halieus, ſiue piſcator. Anatithemene. Androgynus ſiue* [illegible] *Arrephoros ſiue Tibicina, Aphrodiſius, Georgus, Dactylus, Superſtitioſus, Demiurgus, Didymæ, Diphilus, Diſcolus, Heautontimorumenos, Enchiridion, Empigramene, Epiclerus primus, Epitrepontes, Epheſius ſiue Epheſij, Eunuchus, Heniochus, Heros, Thais, Theophorumenene, Theſſalica, Thraſileō, Hiereia, Hippocomus, Canephorus, Carina ſiue Carinus, Carthaginenſis, Cecryphalon Cithariſtes, Colax, ſiue Colaceia, Colones, Coniazomenæ, Lacaſia, Leucadia, Methe, Meſſenaia, Menagyrtes ſiue Metragyrtes, Miſumenos, Myſogynes, Nauclerus, Nomo-*

thetes, Orzepædion, Pallace, Pannichides Παρακαταθήκη ſeu Depoſitum, Pædion, Perinthia, Peprameme, Plocium, Polumeni, Rapizomene. Synariſtoſæ. Trepontes, Trophonius, Hydria, Hymnes, Hypobolymæus, Phanias, Phanus, Phaſma, Philadelphi, Chalceia, Chalcedonium aut Chalcedonius, Pſeudohercules, Aſpis, Olynthia, Granaria, Andria. Clemens quoque Alexandrinus citat Menandrum in Auriga (qui eſt Eniochus) in actu qui dicitur ſuppoſititius, Item in actu qui dicitur ſacerdos. Porro ex tot fabulis Menandri noſtra ætate tantum ſuperſunt fragmenta pauca, ſententiæ quædam quæ primum Græcæ editæ, poſtea vero Græce & Latine cum aliorum comicorum ſententijs à Iacobo Hertelio. Baſileæ & ab Hen. Stephano. Scripſit etiam Menander epiſtolas ad Ptolemæū Lagi F. regem Ægypti, & ad Glyceram amicam, & alia quædam proſa oratione. Floruit Olympiade, 115.

Menander Laodiceæ natus, quæ eſt ad Lycum fluuium, ſophiſta, ſcripſit cōmentarium in Hermogenis artem, & Minutiani progymnaſmata, & alia. Suidas. Idem vt arbitror duos libros de genere demonſtratiuo eleganter & copioſe perſcripſit. qui editi ſunt Venetijs, 1558. in 8. Menandri Rhetorica ſeruatur Florentiæ. Aldus quoque in volumine XII. Rhetorum edidit librum Menandri de cauſarum diuiſione. * Menander Rhetor & Sophiſta de genere Demonſtratiuo. in folio. M.S. bibliot. Imperat. Viennæ.

Menander Protector hiſtoricus, hiſtoriam ſcripſit ab obitu Agathiæ auſpicatus. Vixit tempore Mauritij.

Menander Heracliotes à Plinio citatur lib. 11. naturalis hiſtoriæ, & eodem libro Menander Prienenſis. Et Menander qui biochreſta ſcripſit 20. & 7. ſequentibus libris.

Menandri Epheſij hiſtorici fragmentum legitur apud Ioſephum lib. 1. contra Appionem.

Menæchmus ab eodem citatur lib. 4. 12. & 13. Item 33. & 34. Menæchmus qui de toreutice ſcripſerit.

Meneclis Bacari hiſtoriam Athenæus citat.

Menecrates quidam de Nicea Bithyniæ ciuitate hiſtoriam edidit, quæ citatur apud Plutarchum in Theſeo.

Menecratis Xanthi Lyciaca citantur à Stephano, & Antonio Liberali.

Menecrates Comicus, ſcripſit Manectorem & Hermioneum, Suidas, & Volat.

Menecrates poeta citatur à Plinio lib. 8.

Menecratis Syracuſani medici, qui Iouem ſe vocarit, &c. Suidas meminit: ſed nihil ab eo ſcriptum nominat. Menecrates librum optimum pharmacorum ſcripſit, ex quibus plurima ipſe inuenit. Galenus.

Menecratis diſtichon lib. 1. Anthologij. Menecratis Smyrnæi hexaſtichon, ibidem.

Menecratis cuiuſdam de Ionica, ſcripta allegantur apud Æneam Syluium in deſcriptione Aſiæ, cap. 73.

Menelaus Ægæus verſificator, ſcripſit Thebaidem libris 12. & alia. Suid. & Volater.

Menelai ſphærica editurum ſe pollicetur Franciſcus Maurolycus. Extant autem Latine, neſcio an etiam Græce.

Menephonis ſcripta à Plinio citantur lib. 4. naturalis hiſtoria.

Meneſthenis Politica, Athenæus citat.

Menetheus ἐν ταῖς ἑρμηνείαις τῶν φαρμάκων citatur à Galeno in gloſſis.

Menetor περὶ ἀναθημάτων citatur ab Athenæ.

Mengi Fauentini Commentaria ſuper Logica Pauli Veneti, impreſſa.

Menghi Blanchelli Fauentini de balneis tractatus tres. Item de balneo Villæ ad dominos Lucenſes conſilium, Iuntæ impreſſerunt Venetijs cum diuerſorum auctorum ſcriptis de balneis, anno Domini 1553. Menghi Fauentini viri præclariſſimi, Admirabile & nouum opus, de morbis particularibus à capite vſq; ad pedes, & de omni genere febrium, in folio excuſum Venetijs, 1536.

Menippus Comicus, ſcripſit Cercopes, & alia. Suidas. Volaterranus.

Menippi Cynici Arceſilaum & Sympoſium Athenæus citat. Vide Suidam in φαιών. Menippus in Periplo ſimpliciter, & in periplo Paphlagoniæ et τῶν δύο πόντων citatur à Stephano.

Menodori Eraſiſtratij mentionem facit Athenæus.

Menodotus Samius, ſcripſit de rebus excellentibus in Samo, & hiſtoriam templi Samiæ Iunonis. Athenæus.

De Menodoti Seueri libris Galenus de ſcriptis proprijs loquens, vndecim libros ſe ſcripſiſſe teſtatur.

Menogenes libris viginti tribus expoſuit catalogum nauium Homeri. Euſtathius.

Menophili Damaſceni ex libro Plocamidum verſus aliquot hexametros citat Stobæus in ſermone de Pulchritudine.

Menradi Molteri lucta Chriſtiana, & in Pſalmum 50. liber impreſſus. Extant huius authoris aliquot lucubrationes Baſileæ apud Hernagium, nondum impreſſæ. ſcripſit etiam Annotationes in Alcimi Auiti de origine mundi, & tranſitu maris rubri, & reliqua opuſcula, Baſileæ edita apud Weſthemerum.

* Menſonis Poppij Curothalaſſij ſeptem Cyclopædon libri, in 8. anno 1555

Mentonis Gogrenij Bucolicorum Virgilij ſimplex metaphraſis. in octauo. M. Mentonis confeſſio de cœna Domini, Germanice edita, cum præfatione N. Selnecceri. Henricopoli, anno Domini 1571.

Merboldus, ſiue Merbodæus, vel Marbodæus, dicitur eſſe autor libelli cuiuſdam de lapidibus ac gemmis, hexametris verſibus conſcripti, impreſſi nuper Francofordiæ apud Egenolphum, cum Macro de herbis, cum annotationibus Iani Cornarij, &c. & prius alicubi cum ſcholijs cuiuſdam alterius. Citatur aliquando à Vincentio, & Alberto, alijsq; huiuſcemodi authoribus, Liliarij, vel Lapidarij, interdum

*interdum etiam Euaeuis nomine. Vixit autem an̄o 1050. plura Lilius Gyraldus.*

Mercurius *Ronzius, ſcripſit Tragœdias quaſdam, vnde aliquot gnomas decerpſit Albertus de Eyb.*

Mercurij *Triſmegiſti Pymander, de poteſtate & ſapientia Dei dialogus, & Aſclepius, de voluntate Dei, extant Græce in Italia, excuſi ſunt Latine, Pymander Marſilio Ficino interprete, alter vero ex L. Apuleij verſione, Venetijs apud Aldum, & Baſileæ apud Bebelium, 1532. cum alijs quibuſdam ex Iamblicho, Proclo, & Porphyrio. Mercurij Triſmegiſti Iatromathematica, id eſt medicationes accommodatæ ad aſtrologicam rationem: libellus Græcus, impreſſus Norimbergæ, 1532. cum alijs quibuſdam Aſtrologicis opera Ioachimi Camerarij editus. Eiuſdem (vel Orphei ſecundum alios) de ſignificationibus terræmotuum per ſingula zodiaci ſigna verſus 66. leguntur in Anthologio Græco. Ioan. Stobæus aliquoties fragmenta quædam huius autoris citat, quæ in prædictis dialogis non extant. Vide Suidam. Mercurij Triſmegiſti de poteſtate ac ſapientia, ſeu Poemander Aſculapij definitiones ad Ammonem regem: Græce excudit Morelius in quarto, Pariſijs. * Eius Pymander, vtraq; lingua reſtitutus, D. Franciſci Fluſſatis Candellæ induſtria. in 4. Burdigal. Mercurij Hermetis Triſmegiſti tabula ſmaragdina de Alchimia in 4. Bernæ, anno 1545.* Bibl. ... Schola Sept. p. 29. ...

Mercurij *Viperæ Beneuentani, de priſcis & ſacris inſtitutis libri 15. cum oratione quadā: excuſi Romæ apud Marcellum Silber, anno 1517. De præclare dictis ac geſtis libri 8. ibidem excuſi, ſubiuncta itidem oratione: Humanarum diuinarumq; rerum enarrationum libri 15. cum oratione quadam, ibidem excuſi.*

Merlinus *Ambroſius Britannus, ſcripſit ſuper arce Vortigerij lib. 1. Epitaphium Sexti regis lib. 1. Super quodam cometa lib. 1. contra Vortigerij magos lib. 1. Scripſit etiam obſcurarum prædictionum lib. 1. quas Galfridus Monemuthenſis in Latinam tranſtulit linguam. Claruit anno Chriſti 480. Merlini allegoria philoſophici lapidis. Venetijs, anno Domini 1542.* u. Voet. l. c. p. 1060.

Merlinus *Calcedonius, aliás Syluestris, ex Scotiæ finibus oriundus, Theleſini vatis diſcipulus, expoſuit prodigia contra Angloſaxones, & ſcripſit Vaticiniorum lib. 1. in quibus hiſtorice pleraq; tractat. Claruit anno Domini 570.* Voet. l. c. p. 1061.

Merlini *Coccaij poetæ Mantuani Macaronicorum opera poetica, ridicula, & Italicis vocabulis vbique permixta, impreſſa in Italia per Alexandrum Paganinum, 1521. Sunt autem hæc: Zanitonella, quæ de amore Tonelli erga Zaninam tractat, & conſtat tredecim Sonolegijs, ſeptem eclogis, & vna Strambottolegia. Phantaſiæ Macaronicon, diuiſum in 25. Macaronicis, tractans de geſtis magnanimi & prudentiſſimi Baldi. Moſchææ facetus liber tripartitus, tractans de cruento certamine muſcarum & formicarum. libellus epiſtolarum & epigrammatum ad varias perſonas.*

Metobaudis *Hiſpani Scholaſtici carmen de Chriſto à Georgio Fabricio editum eſt cum alijs veterum poetarum Chriſtianorum carminibus.*

Meryllus *ſcripſit Bœotiorum geſtorum aliquot libros, ex quorum primo, Metelli, eius filiæ & Iphigeniæ hiſtorias, Plutarchus capite 29. Parallelorum minorum recitat.*

Meſarugie *citatur à Serapione: item Meſeab, vel Meſeahen.*

Meſomedes *poeta inſignis, ſcripſit librum in Antinoi Hadriani principis liberti laudem. Suid.*

Meſomedi *verſus 7. lib. 4. Florilegij Græci.*

Meſſahallach *de receptionibus planetarum: & eſt de interrogationibus. epiſtola eiuſdem cum 12. capitulis de coniunctionibus planetarum. eiuſdem de reuolutionibus annorum mundi, Venetijs, anno 1493. cum quadripartito Ptolemæi: aliás ſcribitur Meſſehalab. eiuſdem de compoſitione & vtilitate aſtrolabij liber, excuſus Baſileæ apud Henricum Petri, cum appendice Margaritæ philoſophicæ. De ratione circuli & ſtellarum, & earum operationibus liber, excuſus Baſileæ cum Iulio Firmico, &c. apud Heruagium.*

Meſſalæ *Coruini oratoris diſertiſſimi de progenie Auguſti Cæſaris libellus, excuſus Baſileæ apud Heruagium, 1532. cum L. Floro: deinde Coloniæ apud Gymnicum, 1537.*

Meſſala *Rufus citatur à Plinio lib. 7. cap. 52.*

Meſſahallach *aſtrologi liber de elemementis & orbibus excuſus eſt Norimbergæ à Montano & Neubero in 4.* Collat. ... p. 73.

Meſſala *citatur à Plinio libro 7. 33. 34. & 35. naturalis hiſtoriæ. Item Meſſalæ de Antonij ſtatuis & contra eiuſdem literas orationes citantur à Chariſio.*

Metaclides *interpres Homeri. Camerarius.*

Metagenes *Athenienſis, ſerui F. comicus, ex fabulis eius ſunt Auræ, Mammacuthus, Thurioperſæ, Philothytes, Homerus ſiue Aſcetæ. Ex his quatuor priores allegantur ab Athenæo.*

Metaſthenis *Perſæ de iudicio temporum & annalium Perſicorum, fragmentum excuſum Baſileæ, 1530. cum Myrſilo, &c. à Bebelio.*

Metellus *Scipio citatur à Plinio libro 29. naturalis hiſtoriæ.*

Metochites *quidam ſcripſit Summam totius philoſophiæ naturalis, item Doxologiam verſibus politicis: quæ Græce extant in Italia. Videtur idem Theodoretus Metochit. de quo infra.*

Methodius *Olympi Lyciæ, vel Pataræ, & poſtea Tyri epiſcopus, ſcripſit contra Porphyrium lib. 2. De decem virginibus ſympoſion lib. 1. De reſurrectione contra Origenem lib. 1. De Pythoniſſa contra Origenem lib. 1. De exitu animæ lib. 1. in Geneſim lib. 1. in Cantica canticorum lib. 1. De nouiſſimis temporibus lib. 1. chronica quoque lib. 1. Hæc Trittemius ex Hieronymo, qui addit, eum ſub Decio & Valerio in Chalcide Græciæ martyrio coronatum eſſe. Eadem leguntur apud Suidam. Baſileæ, 1537. apud Robertum Winter, excuſa ſunt. Collectanea quædam in epiſtolam ad Romanos,*



Digitized by Google

*cum ex pluribus alijs, tum ex Methodio de reſurrectione deſumpta. Eiuſdem Methodij, ſiue Eubulij verba ex eodem libro referuntur ab Epiphanio, Tomo 1. lib. 2. De Origene, & mala ipſius fide. Claruit anno 255. S. patris* μεθοδίου πατάρων, ἢ ἐκ τοῦ βιβλιογράφου λέοντος τοῦ φιλοσόφου, *liber quidam hac inſcriptione Græce extat Romæ. Beati Methodij liber de creatione mundi, & reuelationibus in carcere de nouiſſimis temporibus, excuſus eſt cum figuris, Baſileæ apud Michaelem Furter, anno 1516. cum præfatione Sebaſtiani Brandi. Idem liber etiam Græce (ni fallor editus eſt) vidi enim dudum manuſcriptum exemplar editioni paratum. Eſt autem, vt arbitror longe alius à Methodio Patarorum epiſcopo. Chronici Methodij fragmenta extant apud Marianum Scotum. Methodius in Apocalypſim extat in Auguſtana bibliotheca. * Et in bibl. Imperatoris Viennæ. Methodij Monachi & epiſcopi exegeſis in Apocalypſim Ioannis in quarto, M.S. Claruit anno Domini 255.*

Methodij *Patantzkienſis epiſcopi ſcripta citantur apud Sigiſmundum Liberum Baronem ab Herberſtein, &c. in rerum Moſcouitarum commentarijs.*

Methodij *propoſitiones ſingulares in Metaphyſica, impreſſæ.*

Methodius *quidam, Grammaticus, nominatur inter illos authores, ex quibus Varinus Camers lib. Cornucopiæ Græcum collegit.*

Metopi *Pythagorei Metapontij fragmentum ex libro de virtute, extat apud Stobæum.*

Metreas *Pitanæus de cœnis ſcripſit, teſte Athenæo lib. 3.*

Metrodori *decaſtichon in vitam humanam lib. 1. Florilegij: & diſtichum lib. 4. Stobæus quoq; Metrodori cuiuſdam ſententias ſolutas bis aut ter adducit.*

Metrodorus *de conſuetudine, Metrodori Chij Troica, Metrodorus Epicureus, & Metrodorus Sceptius* περὶ ἀπληστίας, *citantur apud Athenæum.*

Metrodorus *quidam citatur apud Plinium lib. 4. & 6. Item Metrodorus Scepſius lib. 7.*

Metrodorus *ſcripſit de plantis, ac herbarum effigies pinxit, atq; effectus ſubſcripſit. Plinius. Arbitror autem hunc eſſe Metrodorum medicum, qui ab eodem citatur libro 20. & octo ſequentibus & 33. 34. & 37. quem etiam Epitomen* τῶν ῥιζοτομουμένων *ſcripſiſſe libro 20. refert.*

Metrodorus *Epicureus hos ſcripſit libros, Ad medicos tres, ad Timocratem de ſenſibus, De magnificentia, De Morbis Epicuri, Aduerſus dialecticos, Aduerſus Sophiſtas 9. De itinere ad ſapientiã, De mutatione, De diuitijs, Aduerſus Democritũ. De nobilitate. Laertius.*

Metrophanes *Eucarpiæ, Phrygiæ, Sophiſtes, ſcripſit de Phrygia lib. 2. De formis orationum. De ſtatibus. In Hermogenis artem commentarium. In Ariſtidem commentarium. Suidas.*

Metrophanes *Corneliani oratoris F. Lebadienſis, ſcripſit de characteribus ſeu generibus dicendi, Platonis, Xenophontis, Nicoſtrati, Philoſtrati. Declamationes: Orationes panegyricas. Suid.*

Metrophanis *Smyrnæi cuiuſdam liber de S. ſpiritu, Græce habetur Bononiæ, in bibliotheca ad S. Saluatorem.*

Micha, *vel Micheas Morathites, propheta de tribu Ephraim, ab Ioram filio regis Achab præcipitatus occubuit, &c. Ephiphanius in vitis prophetarum. Extant prophetiæ eius capita 7. in veteri Teſtamento.*

Michael *à quibuſdam Micaelus ſcribitur, nomen proprium originis Hebraicæ.*

Michaelis *cuiuſdam liber Græcus de conſtructione, extat in Italia.*

Michaelis *cuiuſdam liber de febribus: manuſcriptus apud Dreſſerum. Forte Ioan. Michaelis Sauonarolæ.*

Michaelis *Acciarij Vtianenſis epiſtola in 12. libro epiſtolarum Ang. Politiani.*

Michael *Adam, Iudæus ad Chriſtum conuerſus, ciuis Tigurinus, ſex libros Ioſephi de bellis Iudaicis, capitibus 97. diſtinctos, Germanice vertit, ſed characteribus Hebraicis. Et eundem in modum Pentateuchum Moſis, & libros hiſtoriales veteris teſtamenti interpretatus eſt. Excuſa ſunt Conſtantiæ, anno 1545. Claruit anno D. 1550.*

* Michaelis *ab Aguirre I.V.D. & in Sacro Hiſpanorum collegio Bononiæ collegæ, reſponſum de ſucceſſione Portugaliæ, pro Philippo Hiſpaniarum rege, aduerſus Bononienſium, Patauinorum & Peruſinorum Collegia. In qua diligenter quoq; diſcernitur de ſucceſſione feudorum, fidei cõmiſſorum, Emphyteuſis, & aliorum id genus ſimilium. In folio. Venetijs, anno 1581.*

* Michaelis *Aitſingeri Auſtriaci, ad Hiſpan. & Hungariæ Reges ter maximos de Leone Belgico, eiuſq; Topograph. atq; hiſtorica deſcriptione liber, quinq; partibus Gubernatorũ Philippi Regis Hiſpaniarum ordine diſtinctus, inſuper & elegantiſſimi illius artificis Franciſci Hogenbergeri* CXII. *figuris ornatus, Rerumq; in Belgio maximè geſtarum inde ab anno Chriſti 1559. vſq; ad annum 1583. perpetua narratione continuatus Coloniæ Vbiorum impreſ. Gerhardus Campenſis 1583. Eiuſdem Pentaplus regnorũ mundi. 4. Antuerp. Ab eodem terra promiſſionis topographicè, & hiſtoricè deſcripta: cum ampliſſimis duobus locorum & temporum indicibus. 4. Colon. 1582. Eiuſdem de Auſtria, hoc eſt de ſeptem imperatoribus Auſtriæ, deq; Max. II. vbi in ſacris literis deſignantur. Viennæ. 1567. in fol.*

* Michaelis *Amboſiani inſtitutio rei militaris, Gallicè in 8. Pariſijs anno 1543.*

Michaelis *Angeli Blond. liber de partibus ictu ſectis citiſſime ſanandis, & medicamento aquæ nuper inuento. Et alius de origine morbi Gallici, deq; ligni Indici ancipiti proprietate. Excuſi Venetijs in 8. anno Domini 1542. chart. 6. Eiuſdem de ventis & nauigatione libellus, in quo nauigationis doctrina continetur cum pyxide noua & ventorum ac tempeſtatum examinatione, & deſcriptione diſtantiæ locorum interni maris & Oceani, ibidem excuſus in 4. chart. 4. & dimid. Eiuſdem de*

canibus

canibus & venatione libellus, in quo omnia ad canes ſpectantia morbi & medicamenta continentur, priſca & neoterica etiam exempla, inſidiæ ferarum & proprietates, cum quibuſdam venationibus noſtri ſeculi maximorum Principum cognitu digniſſimis. Liber impreſſus Romæ anno Domini 1544. in 4. De diebus decretorijs & criſi eorumq; veriſſimis cauſis, in via Galeni contra Neotericos libellus. Item Abrabæ Auen Ezdræ de luminaribus & criticis diebus tractatus, ab eodem Blondo recogniti: Impreſſa ſunt Romæ, 1544. in 4. chart. 4. De cognitione hominis per aſpectum liber collectus ex Ariſtotele, Hippocrate, Galeno. Item liber de materialis corporis, Romæ eodem anno in 4. chart. 9. De viro illuſtri & iniquo ſermones duo, in quibus mores noſtræ tempeſtatis narrantur, ibidem in 8. De anima dialogus ibidem, anno 1545. in 4. De memoria libellus medicus, eodem anno Venetijs excuſus in 8. chart. 5. Præter hæc in libello de ventis commemorat à ſe edita, Speculum iuuentutis. Dialogum de inuidia. De affectibus infantium & puerorum. Compendium de medicamentis. Tabulas annuas de anticipatione ſtellarum fixarum cum ſuis ſignificationibus. Hippocratis epitomen. De originibus rerum. De ſepulchris antiquis. De rhetorica. De patientia, & quædam alia. Idem Guilielmi Paſtregici Veronenſis libellum de originibus rerum è tenebris in lucem eduxit, & ab omni errore & litura expurgauit: vt titulus promittit, cum nihil illo ſit corruptius.

Michael Anglicus, cognomine, ſed natione Gallus, patria Belmontenſis, vtriuſque iuris profeſſor, ſcripſit Eclogarum lib. 4. ad epiſcopum Pariſienſem. Eclogarum ad Ludouicum Villerium lib. 2. De mutatione ſtudiorum lib. 1. Elegiam deprecatoriam. Et diuerſorum carminum libros aliquot, quæ omnia Pariſijs impreſſa ſunt. Claruit autem anno Domini 1500.

Michael Angrianus Bononienſis, natione Italus, Carmelita, ſcripſit ad Cardinalem S. Mariæ Tranſtyberim inſigne opus, de conceptione S. Mariæ lib. 1. ſuper toto Pſalterio lib. 5. ſuper ſententias lib. 4. quæſtiones ſententiarum lib. 1. tabulam ſententiarum lib. 1. in Euangelium Matthæi lib. 1. in Euangelium Lucæ lib. 1. tabulam moralium Gregorij lib. 1. tabulam Decreti lib. 1. quadrageſimale lib. 1. dictionarium incepit lib. 3. in Valerium Maximum lib. 1. in Ethicam Ariſtotelis lib. 1. & quædam alia. morte præuentus, hoc diuinum opus noui dictionarij non perfecit, ſed ab a vſque ad c. incluſiue in tribus voluminibus tantum perduxit. Vixit anno 1416. Scripſit de Chriſti paſſione lib. 1. Opus eius ſententiarum impreſſum erat Mediolani.

Michaelis Apoſtoli contra Gazæ defenſionem de Ente Ariſtot. pro Planude reſponſio ad Beſſarionem, in bibliotheca Ioan. Sambuci.

* Michaelis Baij regij in. S. Theolog. Profeſſor. Academ. Louanienſis, ad Quæſtiones Philippi Marnixij Sanct. Aldegondi de Eccleſia Chriſti & Sacramento Altaris Reſponſio. Eiuſdem epiſtola de Statuum inferioris Germaniæ vnione cum ijs, qui ſe Deſertores Romanæ Catholicæ Religionis vocant. in 8. Coloniæ.

Michaelis Barthi, Annebergenſis, libri duo. Panegyricon 1. Symmicton 1. Excuſi Lipſiæ à Valentino Papa, año Domini 1551. quaternionibus 7. Scribit idem libris aliquot laudem patriæ ſuæ Annebergi. Eiuſdē Oratio, et Hodœporicon Saxonicū Lipſiæ impreſſa ſunt. Diſticha de Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, & Euangeliſtis: de Iſraelitarum Ducibus ac Regibus: deq; pijs aliquot mulieribus. Ibidem, 1572. * Ex Latinis nunc Græca quoq; facta, & in Tetraſticha Germanica inſuper conuerſa. Interprete Georgio Schumanno.

Michael Bentinus, ſcripſit Caſtigationes in Nonij Marcelli tractatus de proprietate ſermonū. Item in Varronis libros de lingua Latina, & de analogia, & in F. Pompeij fragmenta: Gryphius excudit Lugduni ſeorſim, 1534. Habentur etiam cum illis ipſis autoribus, & N. Perotti Cornucopiæ, excuſæ Baſileæ in officina Curionis. Idem præfatur in Horatium, Baſil. impreſſ. à Curione.

Michaelis Bentij Apologia Gaſpari Franci qui ad catholicam religionem redijt, in qua ſimul docetur contra Iacobum Andreæ cui nam religioni quiuis Chriſtanus adhærere debeat. Monaci, anno 1569. Germanice.

* Michael Berlandus, leges, ſtatuta, & ſanctiones Regias deſcripſit Gallicè, editas in 8. Pariſijs anno 1549.

Michaelis Beutheri Carolopolitæ Franci Ephemeris hiſtorica, & de annorum mundi concinna diſpoſitione libellus, Pariſijs impreſſus, anno Domini 1551. Eiuſdem continuatio hiſtoriæ Ioannis Sleidani, Germanice edita. * Idem illuſtrium perſonarum Pauli Iouij vitas Germanicas fecit additis Iconibus. in fol. Baſil. anno 1582.

Michael Bloemart, Carmelita Brugenſis in Flandria, ſcripſit de futuris contingentibus lib. 1. Sermones per annum lib. 1. Arnoldus Boſtius.

Michael Blaunpain Cornubienſis, edidit Verſus ac poemata lib. 1. Epiſtolas & carmina lib. 1. Claruit anno 1250. Baleus.

Michael Bononienſis, citatur in Chryſopaſſo Ioan. Eccij.

Michael Buchingerus Colmarienſis ſcripſit contra Lutheranam religionem, de imaginibus, ieiunio, euchariſtia, &c. liber impreſſus eſt, anno D. 1543. * Eiuſdem tractatus de eccleſia: editus in 8. anno 1556. Eiuſdem Tyrocinium de ſacro altaris myſterio, in 8. 1555. Colon. Eiuſdem hiſtoria Eccleſiaſtica noua à D. Petro vſq; ad Paulum IIII. Moguntiæ Franciſcus Behem 1560.

* Michaelis Byzantij aduerſus Theodori Gazæ contra Plethonem, obiectiones de ſubſtantia Ariſtotelica: eiuſdem epiſtolæ ad eruditiſſimos ipſius ætatis viros: item Dialogus qui inſcribitur, Monoxonos, ſiue de trinitate, iuncta oratione, in deliberatiuo genere ſcriptam, quando ad ſecundas nuptias perueni, in fol. eiuſdem, contra Plethonem pro Ariſtotele in fol. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.

Michaelis Cælij liber precum, in quo Epiſto-



Digitized by Google

læ & Euangelia dominicalia continentur adiunctis vnicuique peculiaribus precibus Germanice. Erdfordiæ, 1571. * Einſdem enarratio Pſalmi 103. Germanica. In 4. Erdforti, anno 1549.

Michael Cæſar Gottingenſis eccleſiæ ſuperintendens breui libro complexus vniuerſam doctrinam de vſura, teſtimonijs S. ſcripturæ & doctorum purioris eccleſiæ confirmatam & fundatam. Baſileæ, 1571. in 16.

Michael Calidoneus ſuper 2. Decretalium de iudicijs.

* Michaelis Calui, & Saloniæ Siculi ſuper Porphyrij ad prædicamenta Ariſtotelis introductione, concluſiones. Addita eſt eiuſdem de libro prædicamentorum, aduerſus Hieronymum Balduinum, Apologia. in 8. Venetijs.

Michael de Capella, ſcripſit ſynonyma medica, citatur in commentarijs monachorū in Meſuen.

Michaelis Carlæ Deſbuiſſons archiducis Auſtriæ Ferdinandi cantoris Muſici, Cantiones aliquot 4. & 5. & 6. vocum. Monachij, 1573.

Michael Carranza, ſcripſit vitam S. Illephonſi ſiue Alphonſi archiepiſcopi Toletani, quæ impreſſa eſt Louanij cum Alphonſi libro de illibata virginitate B. V. Mariæ.

* Michael Caſtelnauius ordinis equeſtris, tractatum Petri Rami de moribus & geſtis antiquorum Gallorum ex Latino in Gallicum ſermonē tranſtulit. In 8. Pariſijs apud Dionyſium de Val. 1581.

Michael de Ceſena, ordinis fratrum minorum, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. in Ezech. prophetam lib. 1. ſermones de tempore lib. 1. ſermones de ſanctis lib. 1. Vixit anno 1329.

Michaelis Coccinij Tubingenſis de bellis Italicis lib. 1. excuſus Baſileæ, anno 1544. apud Rober. Winter, cum Coriolani Cepionis hiſtoria.

* Michael Copus Eccleſiæ Geneuenſis olim miniſter, Commentaria in Eccleſiaſticum Salomonis ſcripſit Gallicè Geneuæ, 1563. Item in Prouerbia Salomonis, Ibidem anno 1556. in 4.

Michael Cornubienſis, Anglus, aculeatum carmen ſcripſit contra Henricum Abrincenſem, Normanum lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1250. Ioan. Lelandus.

Michaelis Craſſi Pomerani I.C. & in Roſtochienſi academia codicis profeſſoris repetitiones duæ, quarum vna in Auth. At qui ſemel. C. de probationibus. Altera in Auth. ex cauſa. C. de liber. præter. Francofurti apud Georgium Coruinum, 1570. in 8. Eiuſdem libri duo Communium opinionum centurias VII. complectentes. Ibidem apud Sig. Feirabend. folio. * Idem tractatum de ſucceſſione, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato: & aliarum vltimarum voluntatum iura, Subſtitutionem fidei commiſſorum, Iuris accreſcendi, Falcidiæ, Trebellianicæ, Legitimæ, & quæ eiuſdem generis ſunt, recognouit, & denuo in lucem edidit. in fol. Francoforti apud Nicolaum Baſſæum, 1583.

Michaelis Druidæ Gelnhuſij Comœdia Germanica de pia liberorum educatione. Francofurti, anno 1572.

Michaelis Ducæ filij Nouellas ſe poſſidere Gregorius Haloander in præfatione in Iuſtiniani Nouellas ſcribit. Vide Gyraldum de vitis poetarū.

Michaelis Epheſij expoſitionem in Ariſtotelis libros, de memoria & reminiſcentia, de ſomno & vigilia, de inſomnijs, de diuinatione per ſomnum, de motu animalium, de longitudine & breuitate vitæ, iuuentute & ſenectute, vita & morte, reſpiratione & greſſu animalium: excuſa ſunt Venetijs in ædibus Aldi, 1527. Ex his commentarijs Conradus Geſnerus aliquot Latinos fecit, videlicet de longa ac breui vita, de iuuentute & ſenectute, vita & morte, de diuinatione per ſomnum: qui impreſſi ſunt Baſileæ, 1542. cum Nicolao Leonico in 1. librum de partibus animalium: & deinde Venetijs, cum Alexandri Aphrodiſiei expoſitione in librum de ſenſibus, L. Philaltheo interprete. Commentarij eius in quintum librum Ethicorum Ariſtotelis, impreſſi ſunt Venetijs, cum Euſtrathij & aliorū commentarijs in eadem. Eiuſdem expoſitio in ſophiſticos elenchos extat Florentiæ, Græce. Item in libros de Partibus animalium, alicubi in Italia. Commentarios in lib. Ariſtotelis de generatione animalū, Ioannis Grammatici Philoponi nomine impreſſos Venetijs, 1526. apud fratres de Sabio, huius Michaelis eſſe coniicio.

* Michaelis Eychleri inſtitutio, quomodo paſtores eccleſiarum tempore peſtis & aliâs ægrotos extra periculum inuiſere & conſolari poſſint. in 8. Vrſellis per Nicolaum Henricum 1578. Eiuſdem libellus, de officio & conſolatione paſtorum ex verbis Chriſti Ioan. 10. Ecce. in 8. Vrſellis, anno 1582. Eiuſdem horologium excitatorium, ad ſanam fidem & ſanctam vitam. in 8. Vrſellis anno 1582. quæſtiones in Pſalmum 73. monile aureum Chriſtianorum peregrinantium in dictum Chriſti Ioan. 16. Triſtitia veſtra euadet in gaudium. in 8. Vrſellis, anno 1583. omnia Germanicè.

Michael Franciſci (ſuperſtitiòſe quidem) ſcripſit commentarium, ſuper Salue regina lib. 1. Arnoldus Boſcius.

Michaelis Gabriæ epiſtolæ quædam Græce extant in Italia.

Michaelis τοῦ γλυκᾶ capita plurima, theologica & philoſophica, Græce extant Romæ in Vaticano. * Et Viennæ in bibliotheca Imperatoris, tali titulo: Michaelis Glycæ, in ambiguitates ſacræ ſcripturæ opus continens varia theologica & philoſophica. in folio, Græce manuſcriptū. Eiuſdem quæſtiones, & dubitationes in vniuerſam ſacram ſcripturam. in fol. Manuſcriptæ in bibliotheca Imperatoris Viennæ. Eiuſdem opus continens plurima theologica & philoſophica capita, de Adamo, qualis à principio erat, de Paradiſo, num ille corruptioni obnoxius ſit, de Iudæis, de anima & corpore, de materia. in fol. Manuſcriptū bibliotheca Imperatoris Viennæ.

Michaelis Glycæ, annales Byzantinam hiſtoriam vniuerſam exhibentes, in Latinam linguam tranſcripti per Ioan. Lewenclaium, Baſileæ, 1572. * Eiuſdem opus hiſtoricum, de cœlo & terra, plu-

rimis

*vimis ijsq; diuerſis conſtans capitibus, in fol. Eiuſdem epiſtolæ viginti duæ, in fol. Manuſc. bibl. Imp. Viennæ. Eius Chronica, in 4. Manuſc. bibl. Imper.*

Michaelij *grammatici hexaſtichon, legitur libro quarto Anthologij.*

* Michaelis *Graſſi* I.C. *in Roſtochienſi Academia ordinarij Codicis profeſſoris, liber receptarum ſententiarum. In fol. Roſtoch.* 1582.

* Michaelis *Hageri Friburgi SS. Theologiæ D. & profeſſoris Antichriſtus, ſiue Oratio, aduerſus calumniam Hæreticorum, qua Romanæ Eccleſiæ caput, Pontificem maximum, ipſum Antichriſtum, eius verò hierarchiam Antichriſti tyrannidem eſſe criminantur, habita à Michaele Hagero Theologo Friburgenſe. 8. Ingolſtadij apud Sartorium. Ab eodem tractatus de ſingularitate Antichriſti, contra noſtri temporis hæreticos breuiter & dilucidè, ac ob multarum cùm hiſtoriarum, tum rerum cognitionem neceſſariam neceſſario ac ſæculo huic accomodatè conſcriptus. 8. Ingolſtadij. Eiuſdem aduerſus alteram Iacobi Herbrandi Tubingenſis de Antichriſto diſputationē reſponſio. 8. Ingolſt. apud Dauid. Sart.* 1582.

* Michaelis *Haſlobij Berlinenſis carminum liber vnus. Francofordiæ ad Viadrum. Eiuſdem Auguſtus, ſiue in honorem magni illius Saxoniæ ducis Auguſti, S. Romani imperij Archimarſcalli & Electoris, pars altera. Qua continetur laus Veris. In 4. Francofurti Marchionum.*

* Michaelis *Hempeli Fribergenſis, de ſtatu reipub. Fribergen. qualis fuerit anno Chriſti* 1558. *In 4. Lipſiæ* 1582.

Michael *Herbrant de Duren, Carmelita, natione Germanus, ſcripſit ſermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Collationes ſynodales lib. 1. & quædam alia. Claruit anno* 1410.

Michaelis *Hermanni, de miniſterio verbi & ſacramentorum: item contra vſuram. Liber Germanicus,* 1568. *in* 8.

Michael *Hero, aliquot libros in re medica in Germanicum ſermonem tranſtulit.*

* Michael *Herrn (forte idem cum ſuperiore) L. An. Senecæ libros morales Germanicè vertit. Itemq; noui orbis Regiones & inſulas Germanice deſcripſit. In folio Argentinæ, anno* 1536.

Michaelis *Hiltprandi eccleſia militans Tragicomædia bipartita, Chriſtianæ, eiuſdemq; catholicæ fidei incrementum, perſecutiones, hæreſes, & alias ad ſupremum vſque iudicij diem viciſſitudines varias comprehendens. Dilingæ,* 1573. *in* 8.

Michaelis *Humelbergij Rauenſpurgenſis, Epitome grammaticæ Græcæ, cum tabula verborum anomalorum, excuſa Baſil. apud Heruagiū,* 1534.

Michaelis *Iacobi Fabri de reſurrectione mortuorum liber Germanicus.*

Michael *Iterus Pompeiopolitanus, ſuper* 1. *ff. noui de verborum ſignificatione: & de regulis iuris. Idem ſuper* 1. *Infortiati, In tit. de vulga. & pupilla. & de liber. & poſthumis.*

Michaelis *Keinſpeck Norimbergenſis, Muſici Alexandrini, Lilium Muſicæ planæ: impreſſum Auguſtæ,* 1500. *per Ioannem Froſchouer.*

Michaelis *Lochmaier Patauienſis canonici, Theologiæ & iuris Pontificij doctoris, ſermones de ſanctis. Henr. Gran Haganoæ impreſſit, anno* 1512. *&* 1516. *Eiuſdem Parochiale curatorum, diuiſum in Decadem, cuius capita ſunt, De iure Parochiali, quid ſit, & in quibus conſiſtat.* 2. *De decimis & primitijs.* 3. *De oblationib.* 4. *De pœnitentijs recipiendis.* 5. *De miſsis audiendis.* 6. *De ſepulturis & remedijs.* 7. *De canonica portione.* 8. *De benedictione nubentium.* 9. *De collatione ſacramentorum.* 10. *De prouentibus. Liber excuſus Lipſiæ, anno* 1497. *& Pariſijs,* 1513.

* Michaelis *Mæſtlini Gœppingenſis, Matheſeos in Academia Heidelbergenſi profeſſoris, Epitome Aſtronomiæ, qua breui explicatione omnia, tàm ad ſphæricam, quàm theoricam eius partem pertinentia, ex ipſius ſcientiæ fontibus deducta, perſpicuè per quæſtiones traduntur. 8. Heidelbergæ, anno Domini* 1582. *Eiuſdem obſeruatio & demonſtratio Cometæ ætherei, qui anno Domini* 1577. *&* 1578. *conſtitutus in Sphæra Veneris, apparuit. In quarto.*

Michael *Marullus Tarchoniata Græcus, miles & poeta, Græco & Latino carmine admirandus, edidit libellos epigrammatum. Eius elogium vide apud Iouium.*

Michael *de Maſſa, ordinis fratrum eremitarum ſancti Auguſtini, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. in Eſaiam prophetam lib. 1. in Euangelium Matthæi lib. 1. in Euangelium Marci lib. 1. in Euangelium Lucæ lib. 1. in Euangelium Ioannis lib. 1. de vita Chriſti lib. 1. de paſsione Domini lib. 1. de quatuor virtutibus lib. 1. ſermones varios lib. 1. & alia multa. In multos deniq; libros Bibliæ commentarios elegantes lucubraſſe dicitur. Claruit* 1350.

Michael *Medicus, natione Scotus, ſcripſit in gratiam Friderici* II. *Imperatoris, de Sphæra lib. 1. Imagines aſtronomicas. Aſtrologorum dogmata. de ſignis Planetarum. de Chiromantia. de Phyſiognomia. Michaelis Scoti liber de Phyſiognomia, impreſſus eſt Venetijs, anno Domini* 1503. *apud Ioan. Baptiſtam Seſſam. Claruit anno* 1290.

Michaelis *Medinæ, de continentia ſacrorum hominum libri quinque. * Quibus Eccleſiaſtici cælibatus origo, progreſsio & conſumatio continetur. Venet. Iordan Ziletti, anno* 1569.

Michael *de Mediolano, ordinis fratrum Minorum, ſcripſit ſermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Sermones per aduentum lib. 1. Sermones de pœnitentia per quadrageſimam lib. 1. Sermones de peccatis lib. 1. Sermones de decem præceptis lib. 1. Sermones de fide, de pœnitentia, & quædam alia. Claruit anno* 1480.

Michaelis *Neandri ex valle Ioachimica Synopſis de menſurarum & ponderum ratione, excuſa ab Oporino,* 1555. *in quarto.*

Michaelis *Neandri Soranienſis erotemata linguæ Græcæ, excuſa Baſileæ ab Oporino, in octauo. Eiuſdem Grammatica Hebræa. Tabulæ Grammatica Græca. Anthologion. Aſtrologia Pin-*



Digitized by Google

darica. Gnomologia è Stobæo confecta: ab eodem impreſſa ſunt. Eiuſdem, Sententiæ theologicæ ſelectiores, ex omnibus Patribus & theologis Græcis extantibus deſcriptæ, Græcolatinæ. Pindarus Græcolatinus cum argumentis Græcolatinis. Theocriti Idyllia Græcolatina cum argumentis. Lycophron Græcolatinus, Apollonius Græce & Latine è regione. Gnomologia Latina ex omnibus Latinis vetuſtis ac probatis authoribus recentioribus etiam aliquot, in locos communes congeſta, adiectis ad finem rhythmis & ſententijs monaſticorum poetarum, &c. Sententiæ lectiſſimæ ex Græcis authoribus Gentilibus. Proteuangelion D. Iacobi minoris. Acceſſit huic dialogus quidam Chriſtiani cum Iudæo ex Suida. E Græco tranſlata excudit Ribelius anno 1570. Phraſeologia Iſocratis Græcolatina, Baſileæ ex officina Oporiniana, 1572. * Eius tabulæ Græcæ linguæ, poſtremum ab authore recognitæ, & editæ. 8. Witebergæ, anno 1581. ex eiuſdem notationibus & multorum annorum obſeruationibus, De re poetica Græcorum, ſiue Epithetorum Græcorum, lib. 1. Phraſeon poeticarum, lib. 1. Deſcriptionum variarum & elegantiarum poeticarum, lib. 1. Elegantiarum ſecundum tria cauſarum genera diſtributarum, lib. 1. Ioannes Vollandus collegit, diſpoſuit, & edidit. In 8. Lipſiæ 1582. Anthologium Græcolatinum, authore Mich. Neand. Baſileæ 1556. Eiuſdem opus aureum & ſcholaſticum in quo continentur pythagoræ carmina aurea phocylidis, theognidis, & aliorum poemata, 4. Lipſiæ, Aurei operis pars altera: Nili epiſcopi & martyris capita, ſeu præceptiones de vita piè, Chriſtianè ac honeſtè exigenda, Græcolatinè conuerſas complectens. 4. Lipſiæ. Eiuſdem orbis terræ partium ſuccincta explicatio: vbi porrò ſingulis partibus ſuæ regiones & vrbes: aliquando etiam perſonæ ſiue illuſtres ſiue infames, montes, promontoria, amnes, fontes, merces, &c. attribuuntur, maria item, littora, marium ſinus, peninſulæ & inſulæ magni maris Oceani, & maioris inſulæ mediterranei maris eodem ordine exponuntur. In 8. Iſlebij, año 1583. Ab eodem theologia Megalandri, Lutheri, ſiue Aphoriſmi breues, & ſententioſi de omnibus doctrinæ Chriſtianæ capitibus, de fide & dilectione, ſpe & patientia in cruce, pietate et ſanctis moribus præcepta, de ipſius monumentis ordine Tomorum primæ editionis Ienenſis deſcripti. Item Theologia Bernardi & Tauleri in tenebris illis Antichriſti Pontificijs ſingulari fide, pietate & zelo doctorum de ipſorum monumentis itidem deſcripta & expoſita, & edita. 8. Eiſleben. anno 1581. Idem compendium doctrinæ Chriſtianæ à Theodoſio Fabricio, et Ioanne Volando ex Germanico & Latino Hebraice & Græce conuerſum, Hebraice, Græce, Latine, & Germanice edidit. 8. Witebergæ, anno 1582.

Michaelis Noſtradami philoſophi aſtrologi et medici, lib. 2. De decoratione humani corporis: item de omnis generis fructibus artificioſe condiendis & conſeruandis, Gallice primum editi, & in Germanicam linguam tranſlati ab Hieremia Martio. Auguſtæ, 1572. in 8. * Eiuſdem prognoſtica ad annum 1557. Henrico ſecundo Regi Franciæ dicata. In 16. Pariſijs 1557. Itemq́ prædictiones in 12. menſes ad ſingulos ferè dies anni 1565. In folio Manuſcript.

Michael Pontanus quidam aliquid edidiſſe fertur.

Michaelis proconſulis & iudicis Italici liber quinquaginta titulorum iuris extare dicitur, item Procemium operis legum breuiter comprehenſarũ, titulis 65. De iuſtitia legis, ac de ſupplicationibus, quæ regi offeruntur. Leges Romæ.

Michael Pſellus Peripateticus, alius à Ioanne Pſello, ſed idem fortè cum Mich. Epheſio, ſcripſit de dæmonibus libros duos Græcos, quos Dieg. Hurtad. Venetijs poſſidet. Excuſi ſunt etiam Latine in officina Aldi. Eiuſdem contra Eunomium liber Græcus, Romæ in Vaticana ſeruatur. Pſelli Monodia, epiſtolæ, & encomia diuerſa, ibidem. Item ſcholia in dictum quoddam Baſilij. Mich. Pſelli libri duo de legibus. Ecloga vtilis, ex libro Parallelorum, ibidem. Pſelli & aliorum varia philoſophica, ibidem. Pſelli arithmeticæ ſpeculationis compendium, quo natura & varietas numerorum & analogia conſiderantur: Wechelus excudit Pariſijs, 1538. Mich. Pſelli expoſitio in oracula quæ dicuntur Chaldaica, alia fortaſſis quàm quæ ſuperius relata eſt, ad Georgium Gemiſtum. Excuſa ſunt autem hæc oracula magica ſectatorum Zoroaſtris. Lutetiæ, 1538. Cum expoſitione adeſpota. Paraphraſis in Iliada Homeri, ſoluto ſermone, ita vt ſinguli verſus ſeorſim redditi ſint, Ioannes Oporinus noſter, Baſilienſis typographus habet in codice manuſcripto, cui etiam ſcholia paſſim per margines adiecta ſunt. Opus Græcum ex libris medicinalibus ordine alphabeti, latet Romæ in Vaticana. De victus ratione, deq́ facultatibus, & ſucci qualitate alimentorum lib. 2. Georgio Valla interprete: Cratander excudit Baſileæ, 1529. Paraphraſis in librum Ariſtotelis de interpretatione, impreſſa Venetijs apud Aldum, 1503. cum Ammonij & Magentini in eundem librum, & rurſus Ammonij in Prædicamenta enarratione. Eadem Latinitate donata, cum eiuſdem Pſelli compendio in quinque voces Porphyrij et Ariſtotelis prædicamenta, Baſileæ excuſa ſunt apud Robertum Winter, 1542. Breuis expoſitio in Ariſtotelis libros de naturali auſcultatione, extat in bibliotheca Diegi Hurtadi, & alibi in Italia. Expoſitio item in Metaphyſica Ariſtotelis, & in Pſychogoniam Platonis, in Italia ſuperſunt. Item Commentarius in Ariſtotelis verba, Ars artium & ſcientia ſcientiarum, & quomodo omnia à philoſophia dependeant. Claruit ſub Conſtantino Duca imperat. * Eiuſdem Pſelli peripatetici de fide ad Michaelem Ducam, iuncta eiuſdem epitome, philoſophiæ Ariſtotelicæ, id eſt, phyſice, de generatione et corruptione, de Meteoris cum ſupplemento Gregorij Niceni ad Petrum fratrem. In 4. Manuſ. bib. Imp. Viennæ. Eiuſdem Phyſica, Aſtronomica, Muſica, Arithmetica, Geometrica iunctis opinionibus de anima. In 4. Manuſc. bibl. Imp. Viennæ. Pſelli interpretationes dubiorum naturalium. Manuſ. bibl. Imp.

Digitized by Google

Imp. Viennæ, in 4. Eiuſdem Pſelli Epitome librorum Moſis, in quarto. Manuſcr. bibl. Imp. Viennæ. Eiuſdem & Euſebij Pamphili enarrationes in Cantica canticorum, Græce manuſcr. in 4. bibl. Imper. Viennæ. Eiuſdē de ſynodis tractatus, iuncto Monacho de dogmatibus, in quarto. Manuſc. bibl. Imper. Viennæ. Pſelli opuſcula quædam, in paſſionem & ſepulturam Christi. Libellus dictus Antichriſtus, de Paradiſo. In natalem Chriſti, in quarto. Manuſ. bibl. Imp. Viennæ.

Michaelis Pſelli συνοπτικὸν σύγγραμμα τῆς ὅλης φιλοσοφίας: In bibliotheca Ioan. Sambuci. Pſelli Dioptra id eſt perſpectiua, opus theologicum & hiſtoricum, in bibliotheca Auguſtana ſeruatur.

Michael Reniger Suthamtonenſis, tranſtulit in Latinum ſermonem opus Ioannis Poneti Wintonienſis epiſcopi, de ſacerdotum coniugio lib. 1. Reuocationem Ric. Smithi lib. 1. Ad Ponetum carmine lib. 1. Claruit anno 1559. Balens.

Michaelis Renneri explicatio Euangelij quod Dominica 18. Trinitatis recitatur in eccleſia: de præcipuis operibus Chriſtianorum, & vero Dei cultu. Erdfordiæ, 1571. Germanice.

Michaelis Ritij Neapolitani de regibus Francorum lib. 3. De regibus Hiſpaniæ lib. 3. De regibus Hieroſolymorum lib. 1. De regibus Neapolis et Siciliæ lib. 4. De regibus Vngariæ lib. 2. Ioannes Froben. excudit Baſileæ 1517. Vngarica eius hiſtoria impreſſa eſt etiam cum Antonij Bonfinij eiuſdē gentis hiſtoria, Baſileæ nuper. Claruit Romæ 1505.

* Michaelis Roſmari, principes Hollandiæ et Zelandiæ Domini Friſiæ. Antuerp. Chriſt. Plan. 1578.

Michaelis Rotingi in ſchola Norica eruditiſſimi profeſſoris, Teſtimonium contra falſam Andreæ Oſiandri, de iuſtificatione, ſententiam, quam in Pruſsia libellis propoſitionibus ſpargit, excuſum Norimbergæ, quatern. 6. & dimid.

* Michaelis Satleri epiſtola Germanica ad filios Dei. Edita extat in bibl. Imper.

Michael Sauonarola, vide Io. Michael.

Michael Mathematicus cognomine Scotus, Aſtronomus, ſcripſit ſuper authorem Sphæræ lib. 1. In Ariſtotelis meteora li. 4. De conſtitutione mundi lib. 4. De anima quoq; lib. 1. De cœlo & mundo lib. 2. De generatione & corruptione lib. 2. De ſubſtantia orbis lib. 1. De ſomno & vigilia lib. 2. De ſenſu & ſenſato lib. 2. De memoria & reminiſcentia lib. 2. Contra Auerroen in Meteora lib. 1. Imagines Aſtronomicas lib. 1. Aſtrologorum dogmata lib. 1. In Ethica Ariſtotelis lib. 10. De ſignis planetarum lib. 1. De Chiromantia lib. 1. De phyſiognomia lib. 1. Abbreuiationes Auicennæ lib. 1. De animalibus ad Cæſarem lib. 1. Claruit ſenex, anno 1290. Balens. Michaelis Scoti liber de phyſiognomia, impreſ. Venet. 1503. apud Io. Baptiſtā Seſſam.

Michael Schrick, ſcripſit de aquis deſtillatis, ſimplicibus primum, deinde compoſitis, & alijs quibuſdam Germanice.

Michael Seruetus, aliâs de Reues ab Aragonia Hiſpanus, nouæ hæreſeos ab ipſo nuncupatæ author: ſcripſit de Trinitatis erroribus libros ſeptem, excuſos anno 1531. in 8. Dialogorum de Trinitate libr. 2. De iuſtitia regni Chriſti, Capitula quatuor: anno 1532. Item librum, inſcriptum, Chriſtianiſmi reſtitutio, in quo hæc continentur. De Trinitate diuina, quod in ea non ſit inuiſibilium trium rerum illuſio, ſed vera ſubſtantiæ Dei manifeſtatio in verbo, & communicatio in ſpiritu lib. 7. De fide & iuſtitia regni Chriſti, legis iuſtitiam ſuperantis, & de charitate lib. 3. De regeneratione ac manducatione ſuperna, & de regno Antichriſti lib. 4. Epiſtolæ 30. ad Ioannem Caluinum Gebennenſium concionatorem. Signa ſexaginta regni Antichriſti, & reuelatio eius iam nunc præſens. De myſterio Trinitatis, & veterum diſciplina, ad Philip. Melanchtonem, & eius collegas apologia. Omnia hæc impreſſa ſunt, 1553. Eodē anno auctor Geneuæ propter horrendas blaſphemias iudiciū ſententia damnatus & combuſtus eſt. Seruetanæ hæreſeos duces hodie ſunt Georgius Blandrata & Franciſcus Dauidis.

Michaelis Sicidotis hiſtoria Græca, Romæ in Vaticana bibliotheca.

Michaelis Sidonij epiſcopi Meſburgenſis conciones de miſſa: contra quas diſputationem edidit Bernhardus Zieglerus, et ex profeſſo ſcripſit Matthias Illyricus. Eiuſdem catechiſmus, quem etiam impugnauit Illyricus, & eius errores de eccleſiæ antiquæ doctrina, & ritibus multis concionibus eruditiſſimis refutauit Georgius Anhaltinus princeps. Canonis miſſæ paraphraſtica explicatio, cum declaratione cæremoniarum & breui ad populum exhortatione, eodem auctore, excuſa Auguſtæ, anno D. 1548. in quarto, chartis 11. et dimid. Commentarius Germanicus in Prouerbia Salomonis. Moguntiæ, anno 1571. in folio. * Eius Catechiſmus, in conciones 84. diſtributus, Latinate donatus per Tilmannum Brendebachium. Eiuſdem epiſcopi conciones 15. de ſacrificio Miſſæ, & vna de S. Euchariſtia, Interprete F. Laurentio Surio Carthuſiano, folio, Louanij apud Hieronymum Wellium. Eiuſdem Poſtilla Dominicalium Euangeliorum quæſtionibus abbreuiata, et formulis precum aucta, per Conradum Diſtel Germanice in 8. Moguntiæ apud Gaſparem Behem, anno 1582.

Michael Siluius Cardinalis Vicenſis Luſitanus, carmina complura ſcripſit, inter quæ epigramma elegans Capitolinis Faſtis præpoſitum.

Michael Smalfelde Ciſtertienſis ſectæ monachus, perſcripſit Summam Chriſtianæ doctrinæ lib. 1. Balens.

Michael Sophianus è Græco in Latinum conuertit Ariſtotelis de anima libros tres: qui excuſi ſunt Lipſiæ cum Simonij diſputatione de eadem materia, 1569.

Michaelis Stanhuſij de meteoris libri duo, excuſi in octauo. * Quorum prior tradit de æthere & elementis. Poſterior complectitur omnium ferè Meteororum prolixam explicationem. In octauo Witebergæ.

* Michaelis Starini, Altinienſis Eccleſiæ miniſtri Comœdia lepidiſſima de ſacerdotio. In Hungaria eſt edita in octauo.

Digitized by Google

Michaelis Stifelij, natione Germani, Arithmetica perfecta, cum præfatione Melanchtonis, impreſſa Norimbergæ apud Petreium, anno Domini 1544. in 4. Eiuſdem arithmetica compendioſa, ſeu praxis Italica excuſa eſt Norimbergæ, & alius liber Germanicus de regulis Algebræ, & computo eccleſiaſtico.

* Michaelis Synælij ſyntaxis, in quarto. Manuſcript. bibl. Imp. Viennæ.

Michaelis Syngeli Hieroſolymitani libellus Græcus de orthodoxa fide, extat Romæ in Vaticana. Vide Suidam in Mithaele, & verba eius de Dionyſio Areopagita apud eundem in Dionyſio. Huius libellus de laudibus D. Dionyſij Græce & Latine excuſus eſt Pariſijs, anno 1550.

* Michaelis Taiberij oratio de vita clariſſimi viri Hieronymi Schirffij. In octauo Witenbergæ.

Michaelis Tarchoniotæ Marulli Conſtantinopolitani epigrammata & hymni: Chriſtianus Wechel excudit Pariſijs, 1529. Excuſa & Argentorati. Eius quoque hymni naturalium & epigrammata excuſa ſunt, anno 1515. Fannij apud Soncinum.

Michael Thomaſius Lactantij Firmiani opera emendauit, additis notis, & Græcorum vocum Latina interpretatione. Antuerpiæ excudit Plantinus 1570. octauo. * Eiuſdem diſputationes quædam eccleſiaſticæ, in quibus ſunt Iudæorum, Mahumetanorum atque Hæreticorum oppugnationes: & tractatus de varijs collegijs, ad vtilitatem publicam conſtituendis. Romæ Michael Thomaſius, anno 1565.

* Michaelis Timothei Gateenſis V.I.D. In diuinum officium tercentum quæſtiones, in decem tractatus partitæ. 8. Venetijs anno Domini 1582. Eiuſdem breuis elucidatio, in hymnos Eccleſiaſticos fermè omnes, libris 4. comprehenſa, ac numeris diſtincta. 4. Venetijs anno 1582.

Michaelis Tonſoris, Selectæ cantiones quædam ſacræ modis Muſicis quinq; vocum recens compoſitæ, Norimbergæ apud Th. Gerlazenum. Eiuſdem Sacræ cantiones nouæ 4. 5. et plurium vocum, ita compoſitæ vt ad omnis generis inſtrumenta accommodari poſſint. Ibidem, 1573.

Michael Toxites Rhæticus, poeta Laureatus, & comes Palatinus Cæſareus, ſcripſit Querelam anſeris, vel de ingratitudine hominum Elegiam: item Epicedia quædam. Impreſſa Argentorati, an. 1540. Eius παίδευσιν προτρεπτικὰ ad Angliæ regem Eduardum. Baſileæ excuſa eſt apud Ioannem Oporinum, anno 1551. Idem euulgauit ſcholia in primum politicorum Ariſtotelis, excuſa Tiguri in 8. Hymnum de natali Ieſu Chriſti excuſum Argentorati, anno 1554. Elegias duas ad Philippum comitem ab Hana vnam, alteram ad Guilielmum comitem à Furſtenberg, anno 1546. Enarrationes in orationes Ciceronis, Pro Quintio, Domo ſua, Cn. Plancio, C. Rabirio Poſthumo, in actionē primam contra Verrem, in Philippicam. 1. 2. & 7. ex ſcholis Sturmij, Oporinus excudit, anno 1553. Meditatur etiamnum in Rhetoricos libros ad Herennium, ſcholia, item in Ouidium, & quædam alia, quæ volente Deo, ſubinde daturus eſt in publicum. Claruit Argentinæ, anno Domini 1554. Scripſit Scholia in primum Idyllion Theocriti, ex ſcholis Sturmij, Tiguri impreſſa. Spongiam Stibij contra Lucam Stengelium medicum, carmine. Raymundi Lulli chemica quædam ab ipſo primum edita Baſileæ. Orationes duas editas, cum alijs orationibus profeſſorum Academiæ Tubingenſis, anno Domini 1557. * Scripſit etiam carmen in Ioannis Friſij Tigurini Dictionarium paruum. Itemque heſperid. libros 13. Baſini Parmenſis poetæ in lucem edidit, in folio. Alia plura ab eo edita ſunt.

Michael Tregorius ex Cornubia oriundus, archiepiſcopus Dublinienſis edidiſſe fertur, Lecturam Sententiarum lib. 4. De origine illius ſtudij lib. 1. Ordinarias quæſtiones lib. 1. Obijt anno 1471. Balens.

Michaelis Varoti Sacræ cantiones in omnes anni feſtiuitates quinque vocum. Venetijs anno D. 1568. Eiuſdem Hymnorum liber quinque vocum. Ibidem.

Michaelis Vehæ liber pro Miſſa contra Lutheranos, impreſ. * Eiuſdem condemnatorum ſacrilegij vindicatio de nouo Bugenbagico patibulo, Germanice in 4. Extat in bibl. Imper.

Michaelis Verini poetæ Chriſtiani de puerorum moribus diſticha, impreſſa Lugduni à Pagano anno 1539.

Michael Villanouanus, ſcripſit vniuerſam rationem ſyruporum, ad Galeni cenſuram diligenter expolitam, cum expoſitione aphoriſmi Hippocratis, Concocta medicari, &c. Colinæus impreſſit Pariſijs, 1537. & Vincentius Valgriſius Venetijs, anno 1545. octern. 8. Ab eodem emendatum & explicatum Cl. Ptolemæum habemus.

Michaelis de Vngaria ſermones prædicabiles breuiſſimi per totum annum, Argentinæ excuſ. anno 1487.

Michael de Vulturnis ſuper 1. ff. noui de damno infecto. Idem de regimine mundi.

Michelotus quidam aduocatus in Pariſienſi ſenatu fertur vtiliter ſcripſiſſe ſuper materiam iuriſdictionum.

Micteris cuiuſdam obſcuri authoris tractatus manuſcriptus extat, alchymiſticus.

Micrologus de Eccleſiaſticis obſeruationibus opera Iacobi Pamelij Brugenſis ſacræ theologiæ licentiati nunc in lucem editus. Antuerpiæ in officina Plantini.

Miction Smyrnæus, medicus, citatur à Plinio 20. & 7. Deinceps libris Naturalis hiſtoriæ, item 28. Libro addito cognomine Smyrnæi.

* Mijæ Rhetoris epiſtolæ Græce. In 4. bibl. Imp.

* Militon expoſitio ſuper Apocalypſim, liber manuſcriptus in folio in charta.

Milius Doctor iuris fecit repertorium, de quo Felin. c. 1. extra. de iudi.

Millei cuiuſdam liber extat de triangulis ſphæricis, haud ſcio an excuſus.

Milo parœmiographus citatur in parœmijs Zenobij.

Milo

Milo *Connerdale,ex Eboracenſi patria,et Auguſtinianorum fratrum ſodalitio, tranſtulit præter vniuerſam Bibliorum ſeriem in linguam Anglicam, Bullingerum de fide antiqua. Eundem de Chriſtiano matrimonio. Lutherum ſuper Dominus regit. Oſiandrum ſuper Qui habitat. Pſalterium Ioannis Campenſis. Cantus vſuales Witenbergenſium. Apologiam Germ. contra Concil. Mant. Eraſmi paraphraſes in Paulum. Scripſit etiam natiuo ſermone Confutationem Standicij. Ordinem Chriſtianum cœnæ Domini. Noui Teſtamenti concordantias. Catechiſmum Chriſtianum. Annotationes in nouum Teſtamentum. Claruit anno* 1548.

Milo *Porcarius alias Hoggarde, arte caligarius, ſcripſit contra Proteſtantes Anglicos lib.1. Floruit anno* 1556. *Baleus.*

Milo *Eluonenſis monachus Benedictinus, natione Gallus, ſcripſit ad Carolum Caluum Imp. de ſobrietate metricè lib.1. Vitam S. Amandi carmine. Epiſtolarum ad diuerſos lib.1. Claruit anno Domini* 870.

Miltiades, *cuius Rhodon in opere ſuo quod aduerſum Montanum, Priſcillam, Maximillamq́ compoſuit, recordatur, ſcripſit contra eoſdem volumen præcipuum: & aduerſum gentes Iudæosq́, libros alios, & principibus illius temporis Apologeticum dedit. Floruit M. Antonini Commodi temporibus. Hieronymus, eadem Trittemius, qui eum floruiſſe ſcribit, anno* 170.

Mimnermus *ſiue Mimermus Ligyrtiadæ F. ſiue Colophonius, ſiue Smyrnæus, ſiue Aſtypaleus, elegiacus poeta, fuit Olympiade 37. ſeptem ſapientibus antiquior: quidam eum illis æqualem fuiſſe tradunt. Vocabatur Ligyoſtades, ab arguto & ſuaui cantu. Scripſit libros huius generis complures. Suidas. Pauſanias refert Mimnermum ſcripſiſſe carmine Elegiaco, de pugna Smyrnæorum aduerſus Gygem Lydum. Præterea Mimnermi aliquot verſus leguntur apud Athenæum, & in collectaneis Stobæi: eiuſdem diſtichon lib.1. Florilegij, vide Lilium Gyraldum de poetis.*

Mindenſis *cuiuſdam epiſcopi ſermones dominicales in omnes epiſtolas, quæ per annum in eccleſia leguntur. Ingens eſt liber. Nomen epiſcopi proprium non inueni.*

Minantes I.C. *De ſecuritate.*

Minicelſi *Senenſis diſputatio: Quatenus progredi liceat in hæreticis coercendis. Vbi nominatim eos vltimo ſupplicio affici non debere apertè demonſtratur. 8. Chriſtlingæ.*

Mintanoris *Muſici ſcripta citantur apud Fulg. in Mytho.*

Minucianus *ſophiſta Athenienſis, Nicagoræ fuit filius. Galieni principis tempore ſcripſit libros Rhetoricorum, & præexercitamenta & orationes diuerſas. Suidas.*

Minuciani *liber quidam de argumentationibus Græce extat Romæ, vide Suidam.*

Minutianus *de epigrammatis, in folio. Manuſ. bibl. Imp. Viennæ.*

Minutius *Felix, Romæ inſignis cauſidicus, ſcripſit dialogum Chriſtiani & Ethnici diſputantium, qui Octauius inſcribitur: ſed & alius ſub nomine eius fertur de fato, vel contra Mathematicos: qui quum ſit & ipſe diſerti hominis, non mihi videtur cum ſuperioris libri ſtylo conuenire. Meminit huius Minutij & Lactantius in libris ſuis. Hieronymus. Trittemius addit, eum floruiſſe anno* 230. *Eius dialogus Octauius, hactenus falſo Arnobij libris ſeptem aduerſus gentes pro octano adiectus.*

Mirtei *epigrammata aliquot leguntur in imaginibus Pauli Iouij.*

Mirtiganus *ad Horſoicum, chymicus ſcriptor, citatur ab Hortulano.*

Miſchion, *vide Moſchion.*

Miſnenſis *epiſcopatus ſtatuta ſynodalia iuſſu Ioannis de Salhauſen epiſcopi, eius nominis ſexti, edita per Wilhelmum Bethſchium* 1504. *Lipſiæ impreſſit Melchior Lotter.*

Mithæcus *edidit Opſartytica. Athenæus.*

Mithridatis *epiſtolæ, excuſæ Græce Venetijs ab Aldo, cum varijs aliorum epiſtolis. Mithridatis epiſtola ad Arſacen, impreſſa cum Salluſtio, et commentarijs in eundem, Pariſijs. Mithridates rex Ponti medicinæ peculiariter curioſus, ab hominibus ſubiectis, qui fuere pars magna terrarum, ſingula exquirens, ſcrinium commentationum harum, & exemplaria effectusq́ in arcanis ſuis reliquit, Pompeius autem omni regia præda potitus, transferre ea ſermone noſtro libertum ſuum Lenæum grammaticæ artis doctiſſimum iuſſit. Plinius. Refert etiam Plutarchus quædam ab eo ſcripta de venenis, & de ſomniorum interpretatione.*

Mitrophanes *epiſcopus Smyrnenſis, ſcripſit Græce, quæ adhuc extant contra Manichæum lib. 3. Contra Eunomium lib.2.*

Mixtatus *Patauinus hiſtoricus, nouarum rerum ſatis anxius inquiſitor. Franc. Petrarcha lib. 4. De rebus memorandis.*

Mnaſalces *Sicyonius, ſcripſit epigrammata, quæ Athenæus allegat. Mnaſalci, vel Mneſalci epigrammata varia leguntur in Anthologio.*

Mnaſeas *Berytius, ſcripſit artem dicendi & de Atticis verbis. Suidas. Numeratur etiam inter Homeri interpretes.*

Mnaſeas *Locrus ſiue Colophonius Pægnia conſcripſit, Salpe propterea ob varietatem cognominatus. Plinius* 32.10.

Mnaſeas *ſcriptor citatur apud Higinum & Fulgentium in Mytholog. & apud Plinium lib.37.*

Mnaſei *Patarenſis Europiaca, librum de Aſia, & Periplum, Athenæus citat, & Stephanus tertium* [illegible]

Mnearchi *tetraſtichon libro 6. Anthologij.*

Mneſicles *medicus crebrò citatur apud Plinium, qui ex eo quædam in lib.13.20.21.23. & quatuor ſequentes: item in 33.34. & 36. tranſtulit.*

Mneſigiton *citatur à Plinio lib. 7. Naturalis hiſtoriæ.*

Mneſimachi *Comici fabulas aliquoties allegat Athenæus, quas et Suidas ex Athenæo nominat Hippotrophum, Buſiridem, Philippum, Dyſcolum.*

Digitized by Google

Mneſiphili ſcripta citantur apud Plutarchum in Themiſtoclis vita.

Mneſithei hiſtoriam de radicibus, caulibus, folijs, fructib. & ſeminibus citat Galenus in libris de alimentorum facultatibus, ac eam parum certam eſſe ſcribit. Athenæus quoq; citat Mneſithei Athenienſis lib. de eſculentis.

Mneſtheus medicus, qui de coronis ſcripſerit, citatur à Plinio 21. & ſex ſequentibus libris.

Mochimus Meſopotamenus apud Antiochiam preſbyter, ſcripſit aduerſum Eutychen egregium librum: Gennadius.

Mochus quidam ſcripſit hiſtoriam Phœniciæ. Athenæus lib. 3.

Moderati Gadarei τῶν πυθαγορικῶν σχολῶν libri quinq; citantur à Stephano.

Modeſti libellus de vocabulis rei militaris ad Tacitum Auguſtum, impreſſus Pariſijs, apud Vech. & Coloniæ, 1532. cum Fl. Vegetio, Frontino, & Æliano de aciebus.

Modeſtus ſcripſit aduerſus Marcionem lib. 1. Claruit anno 175.

Mœnas I. C. vide Tribonianum.

Moeragenis de Apollonio libri quatuor à Philoſtrato citantur.

Moeris initia elementorũ geometriæ inuenit, quæ perfecit deinde Pythagoras. Laer. in Pytha.

Moeridis ἀττικιστὴς in Vaticana.

Moero mulier doctiſſima, hymnum in Neptunum ſcripſiſſe memoratur.

Moero Byſantia in Mnemoſyne citatur ab Athenæo lib. 11. vide Myro.

Molpis Lacon, ſcripſit de Lacedæmoniorum repub. Athenæus.

Monachi cuiuſdam grammatica & lexicon linguæ Arabicæ, excuſa ſunt Latinis characteribus in quarto. Granatæ puto.

* Monachi Pegauienſis, hiſtoria de vita et rebus geſtis Viperti Marchionis Luſatiæ, Burgrafij Magdeburgenſis, in folio. Francofurti apud Andream Wechelum, 1578.

Monaldus ordinis fratrum Minorum theologus, ſcripſit ſummam iuris canonici lib. 1. Quæſtiones ſententiarum lib. 4. Sermones varios librum 1. * Eius ſumma, aurea dicta, edita eſt in 8. anno 1516. Extat in bibl. Imper.

Monaldus de Roſarijs, prouintialis Carmelitarum Vaſconiæ, doctor Pariſienſis, theologus ac iuriſta, ſcripſit de partibus pœnitentiæ lib. 3. In Decretalem, Omnis vtriuſq; ſexus lib. 1. Optimum quadrageſimale lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos lib. 1. Sermones per annum lib. 1. Super Mariæ conceptione li. 1. Vitam D. Simeonis Angli lib. 1. Officium eiuſdem li. 1. Aduerſus hæreſes lib. 1. Lecturam ſententiarum lib. 4. Super quartum ſententiarum lib. 1. Lecturas Papiæ lectas lib. 1. Determinationes theologiæ li. 1. In Canones pontificum lib. 1. Et alia. Obijt tandem Burdegalæ, anno 1508. Duo eius prima opuſcula, Pariſijs ſunt impreſſa. Ioannes Baleus.

* Mondini Anatomia. In folio Venetijs 1507.

Monimus Syracuſanus Diogenis Cynici diſcipulus, ſcripſit ludicra ſententijs ſerijs permixta: περὶ ὁρμῶν de appetitionibus duos libros, & Exhortatoruim. Laertius. Monimus in collectione rerum mirabilium citatur à Clemente in Protreptico.

Monetæ monachi ordinis prædicatorij, Summa magna & validiſſima contra machinationes hæreticorum. Dreſſerus.

Monius iamborum poeta, vnus ex Dipnoſophiſtis apud Athenæum.

Monnullus, aliâs Munnullus, epiſtolæ 2. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiſcopis, lib. 1.

Monnulli à Girpa verba apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Moralis Hiſpani muſici magnificat octo tonorum, cum quatuor vocibus, excuſum Venetijs.

Morbiſani Turcarum principis ad Pium papam reſponſio de religione ſua, impreſſa Baſileæ cum Alcorano, &c. apud Ioan. Oporinum.

Moreti liber docens mores iuuenum, elegiaco carmine ſcriptus, non eleganti. Hunc propter vtilia præcepta in Germanicos rythmos vertit Sebaſtianus Brand, ad Onophrium filium. Argentinæ excudit Ioan. Knoblochus, anno 1508. in quarto, chartis 4.

Morychus poeta, ſcripſit tragœdias multas. Notatur autem ab Ariſtophane, ob gulæ vitium maxime. Vide prouerbium Morycho magis fatuus.

Morieni cuiuſdam liber alchumiſticus extat, non impreſſus, quod ſciam. Citatur etiam ab Hortulano Morienes in dialogo ad regem Kalid. Item Morion chymiſta.

Morientes de Zonis & climatibus mundi, extat vt teſtatur auctor Luminis animæ, in præfatione à ſe ex Græco Latine redditum ſcribens.

Morigia quidam numeratur inter illos authores, ex quibus Baptiſta Fulgoſius memorabilia ſua collegit.

Morſimus poeta, ſcripſit Tragœdias, cuius vt frigidi & deteſtabilis poetæ meminit Ariſtophanes.

* Moſcouitarum ceremoniæ, per Dauidem Chitræum editæ Germanice. In 8. Tubingæ 1583.

Moſchion Græcus, ſcripſit volumen de raphano. Plinius. Item librum de paſſarijs. Præterea de mulierum affectibus librum qui extat Venetijs, in bibliotheca SS. Ioan. & Pauli, & in bibliotheca Auguſtanæ reipublicæ. Eoſdẽ libros Gaſpar Wolfius edidit cum ſcholijs & annotationibus Geſneri. Baſileæ.

Moſchion comicus citatur à Clemente Alexandrino Stromat. 6. & à Stobæo diuerſis locis, fabulæ eius ſunt, Themiſtocles & Pheræi.

Moſchus Syracuſanus poeta, Ariſtarchi familiaris, ſecundus à Theocrito, ſcripſit Bucolica, ex quibus aliquot carmina apud Stobæum in ſermonibus de naufragio, & de Venere, eiuſq; vituperio, citantur. Moſchi Siculi Europa, extat Græce cum alibi, tum in bibliotheca Auguſtæ Vindelicorum. Eiuſdem fugitiuus amor extat in Forilegio libro 1. Et Tetraſtichon quoddam lib. 4.



Digitized by Google

Moſchi & *Bionis* εἰδύλλια *Græcolatina hactenus non edita: in officina Golziana, vt index habet. Præterea Moſchi & Bionis poemata excuſa ſunt ab Hen. Steph. cum Homero & reliquis Græcis poetis heroici carminis principibus.* * *Moſchi Syracuſani & Bionis Smirnæi Eidyllia cum interpretatione Latina & ſcholijs Geneuæ excudebat Ioan. Criſpinus* 1570.

Moſchi *Mechanica, & Interpretatio vocum Rhodiarum* ἐξήγησις ῥοδιακῶν λέξεων, *citantur ab Athenæo.*

Moſes *propheta, & princeps populi Iudaici, libros quinque primos veteris Teſtamenti, Pentateuchum vocant, Hebraice cõſcripſit, qui omnium tum in ſacris tum prophanis literis, vetuſtiſſimi, mirabili prouidentia Dei per tot ſecula ſemper durant. Vide Suidam.*

Moſes *Bar Cepha Syrus, ante annos propè ſeptingentos librum ſcripſit de paradiſo, quem Andreas Maſius ex Syriaca lingua tranſtulit & edidit, anno Domini* 1569. *Antuerpiæ octauo.* * *Moſis Syri interpretatio* 4. *Euangeliorum in Syriaca lingua ſcripta in* 16. *in membrana Viennæ* 1554.

Moſes *Cordubenſis, ſcripſit de ſenſu legis Iudæorum, in librum quem vocant Talmud. Raph. Volater. Rabbi Moſis Commentarij Hebraici in duobus voluminibus, excuſi Venetijs. Eiuſdem liber præceptorum, & alius dubiorum, &c.*

R. Moſche *Kimhi filij R. Ioſeph. & fratris R. Dauid Kimhi, Grammatica excuſa Baſileæ apud Cratandrum, anno* 1531. *cum Eliæ Leuitæ commentario, Hebraice ſimul & Latine, Seb. Munſtero interprete: & rurſus apud Hen. Petri ibidem, anno* 1536. *accuratius per eundem Munſterum cum Hebraiſmo collata. Eiuſdẽ grammatica cum expoſitione Iudæi cuiuſdam Beniamin, excuſa eſt Romæ Hebraice in* 4.

*R. Moſis Hadarſan commentarios in Geneſin, Pet. Galatinus ſemel atq; iterum allegat.*

*R. Moſe filij Maimon Ægyptij, tredecim fundamenta ſeu articuli fidei Iudæorum, impreſſi Hebraice, Iſnæ in Germania,* 1540. *Directorium in theologia impreſſum Hebraice, & Latine. Idem ſcripſit gloſſam in Talmud Hieroſolymitanum, excuſam Venetijs. Item in quoſdam libros Talmud Babylonici. Eiuſdem liber epiſtolarum clarorum virorum ad ipſum & reſponſiones eiuſdem, excuſus eſt Venetijs. Scripta eius apud Iudæos in magna exiſtimatione ſunt, & Ranbam ab eiſdem vocantur. Eiuſdem liber perplexorum citatur à Reuchlino. Eius capita de rebus Chriſti regis à Genebrardo tranſlata & edita ſunt Pariſijs cum alijs quibuſdã,* 1573.

*R. Moſi aphoriſmi in medicina.*

R. *Moſe filij Nahaman Gerundenſis commentarius in Iob, impreſſus Venetijs apud Bombergum. Eiuſdem inſignes cõmentarij ſuper arcana legis laudatur à Reuchlino.*

R. Moſche *filij Neba Peruſch. i interpretatio.*

*R. Moſis punctatoris, dicti Haſmiſum, grammatica poſita in marginibus libri Maſſoreth, impreſſa Venetijs.*

* Moſis *Pflacber, paſtoris eccleſiæ Ortenburgenſis concio germanica qua doctrinam de morte hominis methodicæ eſt complexus, in* 4. *Francoforti, anno* 1583.

Moſes *Roua quidam in ſermonem Latinum tranſtulit ex Arabico Ariſtotelis theologiam ſiue myſticam philoſophiam, olim per Abenaman Saracenum in Arabicam linguam è Græco tranſlatam. Vide in Ariſtotele.*

Moiſes *quidem Chymiæ auctor ab Hortulano citatur.*

Moiſi *cuiuſdam homiliæ* 2. *habentur cum Collationibus Ioannis Caſſiani: vna, De feſtinatione monachi ac fine: altera, De diſcretione.*

Mugairibe *Granatini articuli de Alchymia per cantica deſcripti, & in eadem commentarij Mamalucci cuiuſdam Damaſceni.*

Mummius *poeta comicus, ſcripſit Atellanas, citatur à Donato & Chariſio.*

Munatij *Rufi de expeditione Cypriaca, Catonis libri citantur à Valerio Maximo lib.* 4.

Mundinus *citatur in tabul. Elluachſem medici.*

Mundinus *Bononienſis citatur à Guidone de Cauliaco, qui quidem Guido floruit anno* 1363.

Mundini *anatome, de omnibus humani corporis interioribus membris, excuſa Argentinæ,* 1513. *Marpurgi apud Egenolphum cum figuris, in* 4. *emendata & ſcholijs illuſtrata à Dryandro. Eiuſdem Practica, & tractatus de vrinis & pulſibus, manuſcr. Dreſſerus.*

Mundini *Florentini expoſitio in canones vniuerſales Meſuæi, excuſa Lugduni,* 1525. *cum alijs quibuſdam.*

Muſæus *Eleuſinius Antiphemi filius verſificator, diſcipulus Orphei, ſcripſit* ὑποθήκας, *id eſt vitæ præcepta, ad Eumolpũ filium verſuũ fermè* 4000. *Suidas, & Vol. lib.* 17.

Muſæus Eumolpi *filius Athenienſis, primus (teſte Diogene) Deorum genealogiam verſibus cõſcripſit.*

Muſæus *Epheſius verſificator tempore Eumenis & Atali Pergami regum, ſcripſit res Pergamenſes. Perſeidos lib.* 10.

Muſæi *poemation heroicum de amore Erus et Leandri, excuſum Pariſijs, anno* 1538. *& Coloniæ, anno* 1526. *apud Soterem: & olim Venetijs apud Aldum, cum Orpheo. et poſtremo apud Hen. Stephanum in folio, cum Homero, &c. Vide Lil. Gyraldum, & apud Suidam de tribus Muſæis poetis, Eleuſino. Thebano, & Epheſio, & iterum de Muſæo ſine alio cognomine.*

* Muſæi *Iouiani imagines artifice manu ad viuũ expreſſæ* 4. *Baſil. apud Petrum Pernam.*

Muſæus *presbyter eccleſiæ Maſſilienſis hortatu ſancti Venerij epiſcopi, de ſcripturis ſanctis excerpſit lectiones & reſponſoria, ſingulis diebus feſtiuis totius anni apta, pſalmosq; ordinauit ſingulis aptos temporibus in eccleſia decantandos. Scripſit etiã ad Euſtaſium epiſcopum ſacramentorum lib.* 7. *Homilias plures ad populum, & quædam alia. vide plurâ apud Gennadium. Claruit anno* 440.



Digitized by Google

Muſæus *Thebanus Thamyræ filius, ante bellum Troianum, poeta Melicus, ſcripſit hymnos & Cantica, Suidas.*

Muſæi *cuiuſdam ſcripta citantur apud Higinum. Item apud Plinium li.21.22.23.24.& 26.*

Muſanus *non ignobilis inter eos qui de eccleſiaſtico dogmate ſcripſerunt, ſub Imperatore M. Antonino Vero, confecit librum aduerſus quoſdam fratres, qui de eccleſia ad Encratitarum hæreſim declinauerant. Hieronymus.*

Muſatus *nominatur inter illos ſcriptores, ex quibus Baptiſta Fulgoſus memorabilia ſua collegit.*

Muſca *poetria Lyrica, ſcripſit epigrammata et lyricos nomos. Cælius lib.8.cap.1. Vide Mya.*

Muſeia *citatur in Tacuinis Elluchaſem medici.*

Muſicij *tetraſtichon lib.1. Anthologij, ſed aliâs attribuitur Platoni.*

Muſonius *Capitonis Tyrrhenus, familiaris Apollonio Tyaneo fuit, & mutuæ ipſorum leguntur epiſtolæ. Celebrantur ſermones eius, & epiſtolæ. Vide plura apud Suidam, qui etiam alterius cuiuſdam eiuſdem nominis meminit, tum in Muſonio, tum in Martiano. Ioan. Stobæus in locis communibus multa paſſim & prolixa fragmenta huius philoſophi citat. Epiſtolæ eius quædam Venetijs apud Aldum in volumine Græcarum epiſtolarum excuſæ ſunt: vbi etiam duo Muſonij ad Apollinum epiſtolia, cum epiſtolis Apollonij habetur. Oratio de optimo principe, Stephano Nigro interprete, cum eiſdem Stephani lucubrationibus cæteris, excuſa Baſileæ apud Hen. Petri.*

Muſulmanus. *vide in Meletio.*

Mutianus *Scholaſticus Ioan. Chryſoſtomi epiſcopi Conſtantinop. commentarium in epiſtolam D. Pauli ad Hebræos Latinitate donauit: Ioan. Gymnicus impreſ. Coloniæ, anno Domini 1530. Tranſtulit etiam eiuſdem commentaria in epiſtolam Pauli ad Philemonem, quæ extant Vien. apud Vuolffgangum Lazium.*

Mutianus *quidam citatur à Plinio 2. 8.9.10. 12.13.16.19.35.& 36.lib. Naturalis hiſtoriæ, & ter conſul alicubi ab eodem nominatur.*

Mutius *quidam citatur ab eodem 37.lib.*

Mutij *Auguris contra T. Albutium de pecunijs repetundis oratio, de qua Cicero in Bruto.*

Myctionis *Smyrnæi Gynæcia cap.1072. in biliotb. Florentina. Forte Moſchionis.*

Myia *Theſpiaca, Lyrica, carmina ad Lyram accommodans. Suidas. Myia Spartana poetria, hymnos in Apollinem & Dianam ſcripſit. Suidas. Myia Pythagoræ magni & Theanus filia, Samia. Suidas.*

Myiæ *epiſtola ad Phillidem, excuſa ab Aldo in volumine Græcarum epiſtolarum. de tribus diuerſis Myijs lege Suidam.*

Mymnermus *Colophonius poeta, ſcripſit elegias, quem Propertius ſe imitari fatetur. Volateran. lib.17.*

Myreris *quidam chymicus auctor, citatur ab Hortulano philoſopho.*

Myrini *tetraſtichon lib.2. Florilegij, & lib.3.*

Myro *Byzantia poetria, verſus heroicos, elegicos, & carmina μέλη ſcripſit, Homeri tragici filia, uxor Andromachi cognomento Philologi. Eius Mnemoſinen citat Athenæus, & eandem ἐν ἀραῖς Parthenius. Myro Rhodia philoſopha, ſcripſit Chrias reginarum, & fabulas.*

Myronianus *Amaſtrianus in primo hiſtoriarum ſimilium capitulorum citatur à Laertio.*

Myronis *Pryenæi Meſſeniaca Athenæus allegat, & Pauſanias lib.4. Scripſit autem bellum Meſſeniacum ſoluta oratione, vt Rhianus ligata.*

Myrſilus *ſcripſit hiſtorica paradoxa. Athen.*

Myrſili *cuiuſdam ſcripta citantur à Plinio libro 5. Naturalis hiſtoriæ.*

Myrſili *Lesbij de origine Italiæ, & Thyrrhenorum liber 1. anno D. 1530. Baſileæ, cum aliquot alijs veterum hiſtoricorum fragmentis impreſſus. Et Antuerpiæ apud Io. Steelſium, cum commentarijs Ioan. Annij.*

Myrſtinus *Methymnæus ſcriptor, laudatur à Stephano.*

Myrtilus *Athenienſis comicus, ſcripſit Titanopanes & Amores. Suidas. Eſt & Myrtilus vnus ex Dipnoſophiſtis apud Aathenæum.*

# N.

NAeuius *poeta comicus, Campanus, eius fabulæ citantur à Nonio, Agrypnuntes, Alceſtis. Agitatoria, pro qua mendoſe legitur Aſitogiola. Colax. Danae. Erularia Gemini. Gymnaſticus Iphygenia. Lycurgus. Paræcius. Proteſilaus. Pulli. Quadrigemini. Sanniones. Pathici. Tabellaria. Præterea à Feſto citantur eiuſdem, Fretum. Gladiolus. Hariolus. Nautæ. Perſonatæ. Satyra. Tarpentilla. Tunicularia. A Varrone, in Æmathia. Agidone. Claſtidio. Conſponſis. Corollaria. Coſmotria. Doloreſte. Demetrio. Eſiona. Hemiſperio. Lāpadione. Romulo. Stigmatia. Therimo. Citatur ab his quoque eiuſdem bellum Punicum ſeu Pœnicum: & à Nonio Erotopægnia cuius etiam Gellius (ni fallor) meminit: apud quem libro 17.ca.2. citatur Næuius, Atellana, Partus, vbi forte Nouius legendum eſt, is enim fuit Atellanarum ſcriptor. A Macrobio equus Troianus citatur. A Fulgentio Diobolaria. Carmina Neuij quæ hodie extant ab H. Stephano excuſa ſunt cum fragmentis aliorum poetarum veterum Latinorum.*

Nahum *Elkoſæus, propheta, prædixit ſubuerſionem vrbis Niniuiticæ, poſt Ionam, atq; totius regni Aſſyriorum: quæ facta putatur à Nebuchadnezare rege Chaldæorum, anno 1. imperij ſui. Prophetiæ eius capita 3. in vetere Teſtamento habemus. Vide Epiphanium in vitis prophetarum.*

Naphſi *Philelolai παραγγέλματα Ioannes Varneſius Græce et Latine impreſit, Iacobo Blauchono interprete, 1553*

Narciſſus *Auguſt. citatur in Chryſop. Ioan. Eccij.*

* Narciſsi *Pramperij (alter Index habet Pramperdæ Vdenenſis) ſpeculum vnitatis (veritatis ſecundum*

Digitized by Google

*cundum alterum Indicem ) liber manuſcriptus & compactus ſerico in 4. Italice bib. Imperat. per eundem Pramperium, & paradyſus vanitatis papiſticæ nuper compoſitus, manuſcriptus in 4.*

Naſcimbæni *Naſcimbænij, Ferrarienſis, Scipio minor ſeu de iuuentute, ad illuſtriſſimum principem Franc. Gozagam Mantuæ ducem. Bononiæ* 1544. *Eiuſdem in M. Tulij de inuentione libros commentarius ad Senatū Rhacuſinū. Ven .*1564. *in* 4.

R Naſim, *ſcripſit commentarium in libros aliquot talmudi cos R. Alphes, cum eiſdem impreſſos Venetijs.*

Natalis *Beda, Theologus Gallus natione, de collegio montis acuti, magiſter Sorbonicus, inter cætera ſcripſit Egregia dicta philoſophorum lib.* 1. *Pro filiabus & nepotibus Annæ lib.* 1. *De vnica Magdalena contra Fabrum lib.* 1. *Aduerſus Eraſmum lib.* 1. *Contra Lutherum lib.* 1. *& alia. Claruit Pariſijs anno* 1520. *Pariſijs impreſſa omnia.* * *Eiuſdem annotationum libri in comentarios Fabri ſuper Epiſtolas Pauli & 4. Euangelia in 4. Eiuſdem confeſſio & ratio fidei, Gallicè in* 16. *edita.*

Natalis *à Boea verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum, de hæreticis baptizandis.*

Natalis *de Comitibus, Venetus, è Græca lingua in Latinam vertit Athenæi dipnoſophiſtarum libros* 15. *Venetijs primum, deinde Baſileæ apud H. Petri editos. Item Hermogenis libros Rhetoricos, et Aphthonij progymnaſmata. Baſil. Pet. Perna. Scripſit etiam carmine heroico de venatione libros* 4. *quos Hieron. Ruſcellius ſcholijs illuſtrauit. Venetijs apud Aldi F.* 1551. *Item Mythologiæ, ſiue explicationum fabularum libros* 10. *In quibus omnia propè naturalis philoſophiæ dogmata ſub antiquorum fabulis contenta fuiſſe demonſtratur. Venet.* 1568. *De horis lib.* 1. *Græcis verſibus, item de iiſdem vnū Latino carmine. De anno libros* 4. *Elegiaco carmine. Mirmicomyamachiæ li.* 4. *Amatoriarum elegiarum lib.* 1. *Elegias alias* 6. *Venetijs apud Nicolinum de Sabio* 1550. *è Græco vertit, Demetrij Phalerij de oratione ſiue de modo dicendi librum. Item Alexandrum Sophiſtam de figuris ſententiarum & elocutionum. Venetijs* 1557. *Scripſit hiſtoriam ſui temporis, cuius pars prima lib.* 10. *edita eſt Venetijs* 1572. **Eiuſdem de Terminis Rhetoricis lib.* 5. *Baſ. in* 4.

Nathanis *Chytræi Faſtorum eccleſiæ Chriſtianæ liber è duodecim primus Ianuarius, carmine. Lipſiæ anno* 1573. **Et anno* 1578. *liber ſecundus. ibidē. Eiuſdem in Terentij Adelphi comœdiam commentariolus, præter locorum difficilium explicationes, ea indicans quæ ad prudentiam in vita ciuili et œconomica facere videbantur* 4. *Roſtochij. Poematum præter ſacra omnium, li.* 17. 8. *Roſtochij. Hodoporica, ſiue itineraria à diuerſis clariſſimis doctiſſimisq; viris, tum veteribus tum recentioribus carmine conſcripta. Item Epigramata de præclaris vrbibus in gratiam doctæ iuuentis, & peregrinationum auidæ; collecta* 8. *Franc. Adhæc eiuſdem ſtudio & opera de viris illuſtribus libellus vulgo attributus C. Plinio ſecundo in* 4. *Franc. apud Feyrab. excuſus* 1579. *Eiuſdem de imaginibus, & meditationibus ſacris lib. tres* 8. *Roſtochij.*

* Nathanielis *Neſekij Aduerſus ſacramentariorum errorem pro vera Chriſti præſentia in cœna Domini, homiliæ duæ. Theopoli.* 8.

Naucrates *Erythræus, commentarium in Homerum ſcripſit, vti teſtantur Stephanus de Vrbibus, & Euſtathius.*

Naucratis *Comici Perſis citatur ab Athenæo.*

Naumachij *verſus aliquot heroici, apud Stobæum in Sermone contra nuptias, & in præceptis nuptialibus, & vituperio diuitiarum.*

Nauſicrates *Comicus; ſcripſit Naucleros & Perſidem. Suidas, & Athenæus.*

Nazabarus, *naturalis magiæ ſcriptor. Vide in Zoroaſtre.*

Nazarij *Panegyricus dictus Conſtantino imperatori, Baſ. apud Ioan. Froben. cum aliquot aliorum panegyricis.*

Neanthes *Cyzicenus, orator, diſcipulus Philiſci Mileſij, ſcripſit* ἰλιακά, περὶ τελετῶν, ὥρας *: quæ citantur ab Athenæo:* περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν, *Stephano teſte.*

Neapodani *Sebaſtiani ſuper conſtitutionibus regni Siciliæ.*

Nearchi *ſcripta hiſtorica citantur à Pio Pont. in deſcriptione Aſiæ, cap.* 33. *& alijs præterea locis. Item à Plinio lib.* 12. *&* 13. *Nat. hiſt. Fuit vnus è ducibus Alexandri Magni.*

Nebridij *epiſtola ad D. Aug. de phantaſia & memoria inquirēs, numero* 71. *inter D. Aug. epiſtolas: ad eundem epiſtola* 114. *de amore ſuo erga ipſum.*

Nebroch *Gigas, filius Chus, fertur quædam in aſtrologia ſcripſiſſe.*

Nechepſon *Ægyptius citatur ab Aetio: & à Galeno;* Νεχεψὼ ὁ βασιλεὺς *li.* 14. *vbi de Iaſpidis ſculptura ſcripſerit, li.* 9. *de Simp. Porrò Nechepſos inter reges Ægypti numeratur in Chronicis circa annum mundi* 3280. *Necepſius citatur à Plinio* 2. *&* 7. *lib. Naturalis hiſtoriæ.*

Nectabis *inter Magiæ auctores à Tertuliano numeratur.*

Nectarij *epiſtola ad D. Auguſt. numero* 201. *inter D. Auguſtini epiſtolas.*

* Nectarij *archiepiſcopi Conſtantinopolitani, de ieiunio homil. in fol M. S. bib. imp. Vienn. Nectarij & Ioannis Chriſoſtomi orationes ad populum Pariſijs anno* 1554. *in* 8.

Neemiæ *prophetæ capita* 13. *leguntur in veteri Teſtamento, non Hebraice, ſed Græce tantum, ex translatione quæ exiſtimatur* 70. *interpretum.*

Nellus *quidam iuriſperitus, ſcripſit de bannitis.*

Nemeſiani *à Tubunis verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.*

* Nemeſiani *vide Olympij Nemeſiani.*

Nemeſij *philoſophi & epiſcopi ſermones ſummarij de natura hominis, Græcè extant in Italia, & in bib. Auguſtæ Vindelicorum: excuſi ſunt etiā Latine, Georg. Valla interprete. Lugd. apud Gryph.* 1538. *De natura hominis liber Græce à Nic. Ellebodio editus, & ab eodem Latine conuerſus. Antuer. Plantinus* 8. **In ſermonibus de natura hominis tractatur, de eiuſdem anima & corpore, & horum ſin-*



Digitized by Google

*gulis partibus item de quinq; ſenſibus & affectibus, vbi multa quoq; de fato, & prouidentia, alijsq; in fol. M.S. bib. imp. Viennæ.*

Nennius *Britannus, Bannochorenſis collegij pontifex, hiſtoriam ſuæ gentis Nennij Helij in linguam Latinam tranſtulit. Claruit 620.*

Nennius *Helius Loegriæ dux, ſcripſit de Britannorum origine & progreſſu patrio ſermone lib. 1. quem deinde Nennius Bannochorẽſis pontifex in Latinũ vertit. Claruit anno à condito mundo 3912. ante Chriſtum 51.*

Nenſefi *epiſtola, liber theologicus Mahumetanorum, laudatur à Ioanne Lenone.*

Neocles *Athenien. philoſophus, frater Epicuri, ſcripſit de propria hæreſi. Eiuſdem eſt hæc ſententia* λάθε βιώσας. *Suidas.*

Neophron, *ſiue Neophon Sicyonius tragicus: cuius Medeã Euripidis eſſe aiunt. Primus induxit pædagogos & ſeruorum tormenta. Edidit tragœdias 120. Poſt familiaris fuit Alexandro Macedoni: & quia Calliſthenis philoſophi amicus erat, vna cũ illo per cruciatum eſt interfectus. Suidas. Poematũ eius meminit Laertius in Menedemo, & inter ea Euripidis Medeam legi ait. Extant etiam eius Senarij aliquot apud Stobæum, de ira.*

Neophyti *monachi de 24. literarum inuentione & allegoria, liber Græcus extat Romæ. Nephyti monachi herbarum collectio per literas, & Neophyti ſuccedanea. Græce manuſcripta ſunt in bibl. Regis Gallorum.*

* Neophyti *cuiuſdam in Porphyrij quinq; voces Iſagoge & epitome breuis, & erudita in 4. M.S. bib. imp. Viennæ.*

Neoptolemi *diſtichon hexametrũ apud Stobæũ, de laude mortis. Neoptolemi Pariani Gloſſas, Dionyſiadẽ, et de epigrãmatis libros, Athenæus allegat.*

Neoptolemus *qui de militurgia ſcripſit, allegatur à Plinio Naturalis hiſtoriæ lib. 11.*

* Neoſtadienſis *academiæ Mathematicorũ, Iudicium de calendarij emendatione Germ. 4. Neoſtadij Nemetum 1583.*

Neotus *Edulphius Eineſberienſis, ſcripſit ad Martinum 2. Pont. M. pro Oxonienſi ſtudio Inſtituta viuendi ad Alphredum. Claruit anno Domini 883.*

Nepos *Ægypti epiſcopus, ſcripſit librum de promiſſionibus futuris, quem Dionyſius epiſcopus Alexandrinus validis rationibus improbauit.*

Nepotis *cuiuſdam epigrammata, excuſa ſunt in Italia.*

Nepos *de monte Albano, iuriſperitus, ſcripſit de exceptionibus. In Nomenclatura iureconſultorũ dicitur ſcripſiſſe libellum, qui fugitiuus dicatur: quem arbitror eundem eſſe cum libello de exceptionibus.*

Neratius *Priſcus I.C. antiquus, ſcripſit Reſponſorum libros 3. Membranarum libr. 7. Regularium lib. 15. citantur in Pandectis. Neratius in libro de nuptijs citatur à Gellio lib. 4. cap. 4.*

Neronis *(aliâs adeſpoton) diſtichon Anthologij lib. 3.*

Nerua *I.C. pater & filius, multa in iure ciuili ſcripſerunt, quæ in libris digeſt. ſparſa leguntur.*

Neſterotis *ſermones, vnus de ſcientia ſpirituali, alter de chariſmatibus diuinis, habentur in Collationibus Io. Caſſiani.*

Neſtocles *Parmeniſius, citatur à Varrone lib. 9. de lingua Latina.*

Neſtoris *Dionyſij,* Nouarienſis, *Minoritæ, Dictionarium. Eiuſdem de octo partibus orationis, & quarundam dictionum, orationum eleganti compoſitione, cum expoſitione earum, alijsq; varijs notandis. De quantitate ſyllabarũ liber. Emendatio libelli Sulpitij de quantitate ſyllabarum. Omnia hæc ſimul excuſa ſunt Argentorati apud Ioan. Pruſſ. anno D. 1507. in paruo folio.*

Neſtor *Larandenſis, ex Lycia, poeta, pater Piſandri poetæ. Fuit ſub Seuero Imperatore. Scripſit Illiadem* λειπογράμματον ἤτοι ἀστοιχείωτον, *omiſſis quibuſdam literis aut elemẽtis. Eodemq; modo, vt ille, Tryphiodorus ſcripſit Odyſſeam. Eſt enim in libro primo, non reperiri α, & ſic in ſingulis Rhapſodiis eã literam quæ deſit. Scripſit etiam Metamorphoſes vt Parthenius Nicenus, & alia. Suidas. H. Vuolfius cenſet hunc & Tryphiodorum quicquid quoq; libro prætermiſerit Homerus, id hos eodem ordine & numero librorum executos eſſe. Citantur etiam Neſtoris Alexandrias à Stephano: &* Ἀλεξίκακος *in Geoponicis Conſtantini: Commentarij theatrici ab Athenæo. Extant etiam carmina quædam lib. 1. Anthologij.*

Neſtorij *blaſphemiæ, id eſt, duodecim anathemata, quæ totidem Cyrilli Alexandrini anathematiſmis aduerſus ipſum ſcriptis opponuntur: item exemplar ſacrilegæ expoſitionis Neſtorij Heinricus Petrus excudit Baſileæ 1528. cum varijs aliorum contra hæreticos ſcriptis. Neſtorij epiſtolæ duæ ad Cyrillum extant inter epiſtolas Cyrilli. Ad Thebæũ præfectum epiſtola, extat in hiſtoria eccleſiaſtica Nicephori, vide apud Gennadium in catalogo illuſtrium virorum.*

Neſtorius *de Oceani circulo, extat, vt teſtatur auctor Luminis animæ in præfatione.*

Nicænetus *Samius epopœus, et epigrammatũ ſcriptor, citatur ab Athenæo. Tetraſtichon Nicæneti lib. 3. Anthologij legitur, & alterum lib. 4.*

Nicagoras *Athenienſis ſophiſta, ſcripſit vitas doctorum virorum, de Cleopatra in Troade, de legatione ad Philippum Romanorum regem, ſub quo vixit Suidas. Nicagoræ ſcripta citantur etiam apud Fulgentium in Mytholog.*

Nicander *Alexandrinus in libro de diſcipulis Ariſtotelis, citatur à Suida.*

Nicander *Chalcedonius deſcripſit euentus Pruſiæ. Athenæus. Item Nicandrum Thyatirenum non nunquam citat.*

Nicander *Colophonius, vel Ætolus, ſcripſit Ætolica, Georgica, Colophonica, Theriaca, Gloſſas, Hetæræumena, Alexipharmaca. Medicationum collectanea, metaphraſim prognoſticorum Hippocratis, de omnibus oraculis libros tres, & alia multa verſibus heroicis. Athenæus & Suid. Iunioris Attali, quẽ Romani vicerunt, tẽpore floruit,*

gram-

grammaticus, poeta, & medicus. præter ſuperiora Athenæus à Nicandro, ſine alio cognomine, ſcripta memorat, Bœotica, Oetaica, Meliſſurgica, et Peripetcias: videntur autem planè eiuſdem Nicandri eſſe. Nicandri Theriaca, cum interpretatione innominati authoris: & Alexipharmaca, cum diuerſorum authorum, quorum nomina expreſſa non ſunt, commentarijs, omnia Græce excuſa Venetijs apud Aldum, cum Dioſcoride Græco, & ſeorſim Coloniæ apud Ioan. Soterem, 1530. Eadem excuſa ſunt Latine, per Euricium Cordum carmine reddita, & proſa per Ioan. Lonic. cum annotationibus. de vita authoris plura habes ab initio operis, & epigrammata aliquot in eius laudem. Nicandri poemata excuſa ſunt omnium elegantiſſime ab Henrico Stephano cum Homero & alijs poetis Græcis heroici carminis principibus. Nicandri opera Theriaca, Alexipharmaca Græce & Latine Ioanne Gorrbæo interprete, ſcholia Græca in eadem, & Gorrbæi ſcholia Latina. De ponderibus & menſuris, Græce. Item Gorrbæi apologia de lepore marino ad ad Rondeletium. Pariſijs apud Morelium in 4. Nicandri poetæ liber quintus τῆς ἑτεροίας & liber decimus Siciliæ citantur à Stephano. Idem Nicandrum grammaticum Thyatirenum aut Colophonium nominat. Scholiaſtes Nicandri Theodoſianum nominat in remedijs contra Ceruſſam. Interpretes Nicandri à Stephano in Corupe nominantur Theon, Plutarchus, Demetrius Phalereus. Nicandri ſcripta citantur à Plinio libro 10. 11. 20. & ſeptem ſequentibus, item 29. 30. 31. 32. 36. & 37.

Nicandri *tetraſtichon lib. 3. Florilegij.*

Nicanor *Hermiæ filius Alexandrinus grammaticus. Fuit ſub Adriano Cæſare, quo tempore etiam Hermippus Berytius. Scripſit de punctis apud Homerum, & quod diſcrimen in ſententijs inde exiſtat. De punctis in vniuerſum libros ſex. Epitomen horum librum vnum. De punctis Callimachi. Comica. De ſtatione nauium. De voce* ἄναξ, *id eſt* ὦ *rex & De puncto, & aliæ. Ob quod opus à quibuſdam per deriſum Stigmatias, id eſt Notis cõpunctus vocabatur. Suidas. Liber eius ad Adrianum, item liber, de Alexandria, Metonomaſiæ citantur à Stephano. Nicanor in Theocritum citatur à Varino.*

Nicanor *Cyrenæus ſcripſit Metonomaſias. Athenæus.*

Nicarchi *plurima epigrammata paſſim leguntur in Anthologio Planud.*

Nicas *Magnus grammaticus in etymologias nominum & verborum Græcorum, extat in Italia in bibliotheca Florentina. Citatur & in Miſcellaneis Politiani.*

Nicaſius *de Voerda, Meclinienſis, patria Brabantinus, ſcripſit ſuper inſtitutis lib. 4. ſuper ſententias li. 4. ſermones varios lib. 1. quæſtiones diuerſas. Eiuſdem vtriuſq. iuris lectura ſuper inſtitutionum libris 4. ad explicationem gloſſarum Accurſij mira breuitate congeſta, exc. Lipſiæ, 1541. Eiuſdem lectura arborum trium conſanguinitatis, affinitatis, & cognitionis ſpiritualis impreſſa eſt in 4. chartis quatuor, & dimid. Claruit anno 1492.*

Niccoli *commentum in aphoriſmos Hippocratis, excuſum eſt in 8. in Italia.*

Niceas *quidam citatur à Plinio 37. Natur. hiſtoriæ libro.*

Niceas *Romanæ ciuitatis epiſcopus, compoſuit ſex competentibus baptiſmum inſtructionis libellos, & ad lapſam virginem libellum, omnibus labentibus emendationis incentiuum. Gennadius. Trittemius addit, eum floruiſſe, anno ſalutis 420.*

Nicephorus *Blemida ſcripſit de quinque vocibus, & cur ſint quinque tantum, neque plures aut pauciores, diſquiſitionem impreſſam nuper Baſileæ cũ Porphyrij introductione, Ioac. Perionio interprete. Rationem de compendiaria arte diſſerendi Georg. Valla interprete, impreſſam Baſileæ apud Rob. Vuinter. Summam ſiue introductionem ad logicam lib. 2. quæ Græce extat in publica bibliotheca Auguſtæ Vindelicorum, & in multis Italiæ bibliothecis. Eius epitome philoſophiæ extat Venetijs in bibliotheca SS. Ioan. & Pauli, manuſcriptum volumen. de ſophiſticis elenchis commentarius. liber legum. De anima. De corpore. De meteoris cap. 32. De naturalibus principijs & cauſis. Sermo qualem oporteat eſſe regem. Hæc omnia Græce extant Romæ in Vaticana. Canones de vrinis extant Bononiæ in bibliot. S. Saluatoris.* Στιχηρὰ τὰ εἰς ἅλιον, *Venetijs apud Diegum Hurtadum. Demonſtratio, quod indiuiduis vita præfinita non ſit. Idem cum ſub Ioanne Duca de conſenſu Latinæ & Græcæ eccleſiæ ageretur, multa è ſacra ſcriptura teſtimonia quæ Latinorum dogma confirmarent collegit. Gregoras libro 5. hiſtoriarum.*

Nicephori *Calliſti Xanthopuli opuſcula et epigrammata, omnia ſenarijs (qui non quantitatem, ſed numerum ſyllabarum obſeruant, vt in ſingulis verſibus 12. ſint) metris conſcripta, præter Orationem confeſſoriam, quæ poſtremo loco ſoluta oratione habetur: Bebelius excudit Baſileæ 1536. cum Cyro Theod. Prodromo, &c. ~~Eiuſdem de regibus Chriſtianorũ, Romæ in Vaticana. Eiuſdem hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib. 18. à Ioan. Lango in Latinam linguã tranſlati, excuſi ſunt Baſileæ à Ioanne Oporino, anno D.~~ 1552. in fol.*

Nicephori *Carthophylacis epiſtola de ligandi & ſoluendi poteſtate, ad Theodoſium monachum excuſa Baſileæ ab Henrico Petri, cum alijs veterũ Theologorum opuſculis.*

Nicephori *Cummi de oratione, iudicio & operatione, quid ex eis amplecti, quid fugere deceat: libellus Græce, Romæ in Vacicana.*

Nicephori *archiepiſcopi* Conſtantinopolitani *de fide,* ἢ κατὰ τῶν δοξαζόντων εἰδώλοις προσκυνεῖσθαι κεφάλαια οθ, Προοίμιον τῶν ὑποκειμένων χρήσεων. *Aduerſus Mamonæ dicta contra incarnationem* Chriſti: *liber Græcus Romæ in Vaticana bibliotheca. Nicephori archiepiſcopi* Conſtantinopolitani *confeſſoris Canones* ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν συντάξεων. *extant in Zonaræ, magno canonum volumine. Nicephori archiepiſcopi* Conſtantinopolitani *Chronologia conuerſa in ſermonem Latinũ de Græco, & explicata à Ioachimo Camerario, edita eſt Baſileæ ab Oporino, in folio, &*

Lipſiæ 1573. in 4. Eadem ab Athanaſio Bibliothecario olim verſa fuit. & Baſileæ primum edita apud P. Pernam, anno. 1569. & nuper Pariſijs ad fidem Anaſtaſiani exemplaris emendata per Antonium Contium 1573. in 8.

Nicephorus Gregoras quædam ſcripſit in Ariſtotelem. Raphael Volaterranus. Eiuſdem dialexis, Florentius, aut de ſapientia. Patriæ encominum. Romanæ hiſtoriæ, id eſt, de imperatoribus Conſtantinopolitanis libri vndecim: hæc omnia Græce viſuntur in Vaticana Romæ. Hypomnema in Syneſium de inſomnijs, extat apud Diegum Hurtadum Venetijs. Orationes contra Palamitas hereticos. Hiſtoriarum compendium decem libris comprehenſum, apud eundem. Ad Logothetam de magno piſce, & alijs animalibus liber, habetur Florentiæ in bibliotheca Medicum. De illis qui calumniantur aſtronomiam. Epiſtolæ. Proſphonemata. Sermones. In Cyprum. Ad magnum Logothetam. Ad eundem adhortatoria de aſtronomia. De morte regis Andronici Palæologi. Ad eos qui fatum ſtatuunt, &c. omnia in vno codice extant in Italica bibliotheca quadam. Eius hypomnema in Syneſium de inſomnijs Græce excuſum eſt Pariſijs apud Adrianum Turnebum, cum operibus Syneſij, anno D. 1553. Eiuſdem Romanæ, hoc eſt Byzantinæ hiſtoriæ libri vndecim, quibus res à Græcis Imperatoribus per annos 145. à Theodori Laſcari prioris vſque ad Andronici Palæologi poſterioris obitum geſtæ, deſcribuntur. Græce Latineque editi ſunt, Hieronymo Vuolphio interprete, Baſileæ apud Oporinum in fol. 1562. Porrò quæ 4. 5. 6. & 7. libro continentur pleraq; è Pachimerio mutuatus eſt Gregoras, eumq; in cõpendiũ redegit. Deſcripſit etiam Gregoras vitam Ioannis metropolitani Heracleæ auunculi ſui, vt ipſe teſtatur hiſtoriarum libro 9.

* Nicephorus, de vita Andreæ liber vetus, in 4. M.S. bib. imp. Viennæ.

Nicephori philoſophi & rhetoris Epitaphius λόγος de Antonio, in bibliotheca Ioan. Sambuci.

Nicephori monachi & bresbyteri εἰσαγωγικὸν ἐπιτομῆς, βιβλίον παλαιότατον. Item.

Nicephori Regis liber περὶ μηχανημάτων. Idem de excurſione. Mentio horum fit in quodam catalogo V. CC. manuſcriptorum, quem ab amico quodam accepti. Ibidem nominantur Nicephori dialogi & epiſtolæ.

* Nicephori imperatoris opus, de euentis & caſibus bellis alijsq; ſtratagematibus, & rebus bellicis, in fol. M.S. bib. imp. Viennæ.

Niceratus Heracleotes, Lyſandria poemata ſcripſit, ob quæ à Lyſandro corona donatus eſt. Plutarchus. Nicerati hexaſtichon li. 1. Florilegij Græci.

Niceratus multa de re medica ſcripſit, ſed nihil tam probatur Cælio Aureliano, quàm commentarium eius de Catalepſia. Mentionẽ eius facit Dioſcorides. Citatur item à Plinio lib. 13.

Niceſius Maronites, ſcripſit libros aliquot de re ruſtica.

Nicetas Acominatus, Choniates, magnus Logotheta ſecretorum, Inſpector & Iudex Veli, præfectus ſacri cubiculi: hiſtoriam annorum 89. ab anno videlicet ſalutis 1117. vſque ad annum 1203. nouem libris deſcripſit, quorum hic eſt ordo. De rebus geſtis Ioannis Comneni Alexij F. lib. 1. De Manuele Comneno Ioan. F. lib. 7. De Alexio Porphyrogenito Manuelis F. lib. 1. De rebus geſtis Andronici Comneni lib. 2. De imperio Iſaaci Angeli Comneni lib. 3. De imperio Alexij Angeli Comneni poſt fratrem Iſaacium cæcatum & eiectum lib. 3. De Iſaacio & filio eius Alexio, poſt recuperatum, Germanorum & Venetorum ope imperium, & de Alexi Duca, &c. libr. 1. De initijs imperij Balduini & Herrici fratrum Flandriæ comitum libr. 1. Libros hos antea in biblioteccis latitantes Magnif. D. Antonius Fuggerus Græce & Latine edi curauit, interprete Hieronymo Vuolfio. Baſileæ apud Oporinum in folio, anno Domini 1557. * Nicetæ Choniatæ theſauri orthodoxæ fidei libri quinque priores, quorum primo, ſecundo & tertio, iactis Chriſtianiſmi fundamentis: quarto Antearianas 44. hæreſes, quintoq; Arianorũ & Eunomianorũ deliria cõfutat. Ex bibliotheca Cl. V. D. Ioannis à S. Andrea 8. Lutetiæ apud Guil. Claudiere 1580.

Nicetæ Byzantij philoſophi liber contra Maometh. Eiuſdem expoſitio confirmatiua cum demonſtratione Chriſtiani dogmatis, ex communibus prænotionibus & dialectica methodo; & naturalibus argumentis, ac ſyllogiſtico artificio producta: item contradictio epiſtolæ ab Agarenis miſſæ, ad Michaelem imperatorem Theophylacti filium, quæ Chriſtianorum fidem calumniatur. Romæ in Vaticana bibliotheca.

Nicetæ, qui et Dauid cognominatur, expoſitio in verſus Gregorij Nazianzeni, Romæ ſeruatur Græcè, fortè eadem cum iſta, Expoſitio in obſcuriores locos Gregorij: quæ Auguſtæ Vindelicorum in bibliotheca publica habetur. Nicetæ philoſophi, qui etiam Dauid nominatus eſt, Hiſtoria, citatur à Nicephoro lib. 14. cap. 28. eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

* Nicetæ Daudatij philoſophi commentarius de mirabili Chriſti reſurrectione iuncta Scipionis diſputatione, de octo varij numeri perfectione in 4. M.S. bib. imp. Viennæ.

* Nicetæ Heraclij catena Pſalmorum, in 4. liber vetuſtiſſimus M.S. bib. imp. Venetijs.

Nicetæ Sorronij ſcholia & commentarij in ſedecim orationes panegyricas Greg. Nazianzeni, Latine interprete Ioanne Leuuenclaio, excuſi cum operibus Nazianzeni, Baſileæ 1571.

Nicetæ τοῦ Σερρῶν canones ὧν ἔχει. Eiuſdem alius canon. Imperatores Conſtantinopoli hæretici et Chriſtiani. Ibidem Græce.

Nicetæ Metropolitani Heracleæ Reſponſa ad interrogationes Conſtantini cuiuſdam epiſcopi, extant apud Zonaram in cánonibus conciliorum.

Nicetæ Merſiniotæ de ſancti ſpiritus progreſſione commentarius Græcus. Romæ.

Nicetæ monachi, &c. de azymis, ſabbatis, ieiunio, nuptijs, & ſacerdotibus. Eiuſdem liber contra blaſphemiam Armeniorum hæreſim, extat alicubi in Italia.



Digitized by Google

Nicetæ *Paneuphemij magiſtri, epiſtolæ Græcæ, Romæ.*

Nicetæ *protoſyncelli & chartophylacis magnæ eccleſiæ,* περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι γάμον ἐν ἑβδόμῳ βαθμῷ: *in magno volumine Con. Ioan. Zonaræ.*

Nicetæ *collectio artis chirurgicæ ex antiquis medicis, vt Hippoc. Galeno, Oribaſ. Heliod. Archigene, Antyllo, Aſclepiade, Diocle. Amynta, Apollonio Citiano, Nymphodoro, Apelle, Rufo, Sorano, Paulo Æg. Palladio. Græce manuſcripta habetur in bibliotheca Regis Gallorum.*

Nicias *Maleota ſcripſit hiſtoriam ſiue fabulas, ex quibus Iolæ caſum recitat Plutarchus cap. 27. Parallelorum minorum.*

Niciæ *librum de lapidibus, allegat Stobæus in ſermone de morbis.*

Niciæ *epigrammata quinq; in Florilegio. Niciæ Arcadica Athenæus citat.*

Nicias *Nicenus, ſcripſit philoſophorum hiſtoriam, & ſucceſſiones, Athenæus.*

Nicobule *bis apud Athenæum allegatur.*

Nicobulus *allegatur à Plinio duodecimo Naturalis hiſtoriæ libro.*

Nicochares *Athenienſis comicus, æqualis Ariſtophanis. Fabulæ eius ſunt, Amymene, Pelops, Galathea, Hercules ſponſus, Hercules choragus, Cretēſes, Lacones, Lemniæ, Centauri, Chirogaſtores. Suidas. Eiuſdem Creſſæ citantur à Polluce.*

Nichocharmus *in Galathea citatur à Polluce. Fortè Nicochares legendum, cuius fabulam Galatheam Suidas recenſet.*

Nicocles *poeta, ſcripſit Acarios fabulam. Athenæus lib. 8.*

Nicodemi *Heracleotæ carmina antiſtrephonta 14. lib. 6. Florilegij Græci.*

Nicodemus *deſcripſit geſta Ieſu Chriſti, quæ inuenit Theodoſius magnus Imperator, in Ieruſalem in prætorio Pontij Pilati, ex Hebraica lingua in Latinam tranſlata, excuſa ſunt Antuerpiæ, anno Domini 1538.*

Nicodemus *Friſchlinus, Balingenſis, poeticæ Tubingæ 1570. profeſſor, Stipendium Tubingenſe, item Gymnaſia monaſtica ducis Wirtebergici, carmine deſcripſit, Tubingæ, 1569. in 4. Idem & carmina alia multa (vt Epithalamia, Gratulationes, Epicedia, & alia) grauiter & elegāter ſcripſit. Scribit idem quoq; bonum carmen Græcum.* * *Eiuſdem oratio de ſtudijs linguarum & liberalium artium habita Tubingæ, Calendis ſeptembris, anno 1576. Addita ſunt etiam aliquot problemata in vtramq; partem agitata, vt de ſeptem artibus liberalibus, quænam illarum præſtantiſſima ſit: Item de quinque ſenſibus, quis eorem maximam voluptatem ex ſuo obiecto percipiat. 8. Francofurti apud hæredes Egenolphi. Eiuſdem comœdia lepida, faceta & vtilis, in qua demonſtrantur ſolœciſmi & barbariſmi, qui ſuperioribus ſeculis omnia artium & doctrinarum ſtudia, quaſi diluuio quodam inundarunt: ſcripta in laudem huius ſeculi. 8. Argentorati apud Bernhardinum Iobinū. Item comœdia noua, de admiranda fortuna Hildegardis, quæ Hildebrandi Sueuorum & Alemannorum ducis filia, & Caroli Magni regis Francorum vxor fuit. 8. Tubingæ. Eiuſdem interpretationes duæ hymnorum. 4. Hen. Stephanus excudebat. Eiuſdem oratio de præſtantia ac dignitate P. Virgilij Mar. Æneidos, habita Tubingæ. 8. Argentorati. Panegyrici tres, de Laudibus D D. Maximiliani II. & Rodolphi II. Maximiliani fratris, Romanorum Imp. ſemper Auguſtorum, &c. 4. Tubingæ. De nuptijs Ludouici ducis Wirtebergæ, lib. 7. heroico verſu conſcripti. 4. Tubing. Idem ex vetuſtiſſimis codicis fide Auli. Perſij Flacci Satyras 6. paraphraſi luculenta illuſtrauit.*

Ex Nicolai *cuiuſdam collectaneis de moribus gentium, multa citantur fragmenta in locis Ioannis Stobæi.*

* Nicolai *cuiuſdam liber de purgatorio, Ms. bibl. Imp. Viennæ.*

Nicolaus *rhetor, Plutarchi Neſtorij cognomine, & Procli familiaris, ſcripſit Progymnaſmata & declamationes rhetoricas, & alia quædam. Claruit ſub Leone Imperatore ſeniori, vſq; ad Zenonem & Anaſtaſium. Suidas.*

Nicolaus *abbas monaſterij de Pomeria, alias Bomgart, Argentinenſis diœceſis, Miſſale emēdauit & imprimi fecit, anno 1487. in folio.*

Nicolaus *Actiacus, Grammaticus Græcus, citatur in Dictionario Ambroſij Calepini in voce Abolla.*

* Nicolai *Adelbern Canonici, dictata quædam in Iuſtiniani Inſtitutiones, manſcript. bibl. Imperat. in quarto.*

Nicolai *de Agazijs, Vercellenſis, Iurecon ſulti, Conſilium, incipit: Conſultatio præcedens.*

Nicolai *Agricolæ enarrationes in orationem Ciceronis pro lege Manilia, & pro A. Licinio Archia, excuſæ ſunt Baſileæ ab Oporino, anno Domini 1553. cum diuerſorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs.*

Nicolaus *de ſancto Albano, Anglus natione, ordinis S. Benedicti, ſcripſit de conceptione Mariæ virginis lib. 2. Ad Petrum Pontiniacum lib. 1. De ſua legatione lib. 1. Decretales epiſtolas. Ad Henricum II. contra Hybernos. A muſca ſuffocatus interijt, anno 1159.*

Nicolai *Alexandrini medici Græci, liber de compoſitione medicamentorum particularium ſecundum genera ordine literarum, tranſlatus è Græco in Latinum à Nicolao Rhegino Calabro, excuſus cum breuiſſimis Annotationibus locorum difficilium Ioannis Agricolæ Ammonij, Ingolſtadij, anno 1541. deinde Venetijs apud Andream Arriuabenum. Nicolai Alexandrini, Myrepſi medicinales lib. 24. Græci extant in Italia: nimirum idem opus cum prædicto, quod itidem in 24. literas alphabeti diuiditur, à Leonardo Fuchſio Latinitate donatum, & illuſtratum Annotationibus ab eodem. Baſileæ excudit Ioannes Oporinus, anno D. 1549. Idem opus Hen. Stephanus cum alijs medicorum libris excudit.*

Nicolaus *de Alſentia, Carmelita, ſcripſit in Exodum, & in Apocalypſim Ioannis, in officium*



Digitized by Google

Miſſæ, Sermones de tempore & de ſanctis. Vixit anno 1495.

Nicolaus Amſtorfius, ſcripſit quædam de cœna Domini, ad quæ Martinus Bucerus reſpondit: epiſtolam impreſſam inter opera Lutheri, in qua de Eraſmo iudicium fert: & quædam alia. * Eiuſdem ſubſcriptio cenſuræ & ſententiæ Saxonicarum eccleſiarum aduerſus Georgij Maioris doctrinam, de Bonis operibus, veluti ad ſalutem neceſſarijs, Germanice, in 4. anno 1553. Epitome chronicorum Naucleri de Paparum perfidia in Romanos Imperatores, Germanice in 4. anno 1545. Eiuſdem ſtrena ſiue noui anni votum principibus viris oblatum. Germanice in quarto.

Nicolaus Anglus, Bucinenſis, Italus, multos authores veteres emendauit, in aliquos præfatus eſt. In primis autem duos poſtremos libros Priſciani de ſyntaxi, reſtitutis Græcis exemplis, multò quàm antea caſtigatiores edidit.

Nicolai Antonij Grauatij Briaticenſis Annotationes in Practicam Octauiani Veſtrij. Coloniæ, 1573. in octauo.

Nicolai Aqueuillani conciones plurimæ extãt. Vixit circa annum 1317.

Nicolaus de Aquapendente, Italus & Auguſtinianus, ſcripſit de Baptimo lib. 1. De peccato originali lib. 1. De pœnitentia lib. 1. De lymbo, inferno, & purgatorio lib. 1. De mercatura lib. 1. De ſortilegijs lib. 1. De euitanda ingratitudine lib. 1. De feſtis ſanctorum lib. 1. Quadrageſimale lib. 1. Sermones quoq; lib. 1. Atq; alia. Claruit anno 1460. Ambroſius Choriolanus.

Nicolaus Archidicaonus, Baiocenſis, De ſchiſmate.

Nicolai Arelatani, Iureconſulti, liber de hæreticis, excuſus Lugduni. De ſecundis nuptijs Tomi duo, ibidem 1536.

Nicolaus de Argentina, ſacerdos, Germanus, ſcripſit de aduentu Antichriſti lib. 1. Noruuici bibliotheca.

Nicolai Artabaſdæ inſtitutio ψηφοφορίας ſeu de ratione ſupputandi: Græce extat apud Diegum Hurtadum Venetijs.

Nicolaus Eſclepius Barbatus, quædam edidiſſe dicitur Marpurgi Heſſorum, quæ tamen mihi nondum videre contigit. * Scripſit in Threnos Ieremiæ.

Nicolaus Aſtonus, ſcripſit Quæſtiones ſententiarum lib. 4. Lecturas ordinarias lib. 1. Baleus.

Nicolai de Aueſſiaco tabula ſecundũ ordinem alphabeti in Decretales Clementinas.

Nicolaus Aurifex Senenſis, Carmelita, coadunauit, recognouit & caſtigauit Examen ordinandorum, ſeu breuem quandam Clericorum inſtitutionem ex libris Ioan. Feri, Ioan. Holthuſij, Georg. Wicelij. Venetijs apud Georg. de Caballis 1567 in 12. Et ibidem apud Zilletum, 1570. addita epitome omnium Catholicæ eccleſiæ dogmatum, de quibus hodie eſt controuerſia, & opuſculo de dignitate, vita & moribus clericorum ab eodem Aurifice ex diuerſis congeſto. Speculum Miſſæ à Cochleo primum collectum & à Nicolao Aurifice auctum & locupletatum Venetijs excuſum, anno Domini 1571.

Nicolai de Auxi, Supplementum ſummæ Piſanel.

Nicolai de Auſino vel Auſmij, ordinis Minorum, Supplementum ordine alphabeti. Venetijs impreſſit Leonardus Wild de Ratiſpona, anno Domini 1494.

* N.B. Pariſienſis, auxit libellum Gillij Corroſeti de Antiquitatib. & reb. ſingularibus memorandis vrbis Pariſiorum, Gallice. In 16. Pariſ. anno 1577. apud Nicolaum Bonfontem.

Nicolai Bartholomæi Lochienſis Chriſtus Xylonicus, comœdia impreſſa Antuerpiæ. Eiuſdem [illegible] impreſſæ.

Nicolaus Baſilius, vide in Ioanne Nauclero.

Nicolai Bauherrn, Caſſelani, Typus differentiæ inter eccleſiaſticos & laicos dominos, Eccleſiæ ſeu ſuorum dominiorum Feuda ſeu beneficia dantes: editus in forma tabulæ. Auguſtæ 1572.

* Nicolai Baur, Tractatus de tribus ſubſtantialibus religionum, in quarto liber ſcriptus in charta, bibl. Imp.

Nicolaus Bayarde, Anglus, ſcripſit diſtinctionum theologicarum lib. 1. Sermones de tempore & de ſanctis. Placita theologica. Claruiſſe fertur anno Domini 1410.

* Nicolai Bazelij anni calamitoſiſſimi 1578. cum deſcriptione Cometæ viſi 14. Nouembris anni elapſi. 4. Antuerpiæ.

Nicolaus Bellonus, Patricius Caſalenſis, ex Monteferrato, iuriſperitus, ſcripſit Repetitiones & Tractatus aliquot. Ioan. Oporinus impreſſit Baſileæ, 1544. nempe Rub. Cod. de edendo. Tractat. in Rub. Cod. qui admitti ad bonorum poſſeſſionem, de bonorum poſſeſſionibus ordinarijs, & extraordinarijs. Item in Rub. ff. de officio eius cui eſt mandata iuriſd. Quæſtio, ad quem ſit appellandum à ſubconſeruatore, &c. Repetitio parag. Item Seruiana. Inſtit. de actionibus. Eiuſdem Supputatorium iuris lib. 4. quibus & nouæ legum declarationes, & articulorum iuris reſolutiones habentur: ibidem excuſi, 1542. & 1544. apud Iſingrinium, ex authoris recognitione. Super vtraq; parte Inſtitutionum lucubrationes, quas primis annis in Papienſi academia confecit: Iſingrinius excudit Baſileæ, 1544. Volumen conſiliorum 69. quo diuerſæ materiæ tũ in ſcholis, tum in iudicijs vtiliſſimæ, diſcutiuntur: ibidem excuſum anno 1544. & Francofurti 1573.

Nicolaus Bendideus, inter poetas noſtri temporis numeratur à Gyraldo.

Nicolai Beraldi Aurelij dialogus, quo rationes quædam explicantur, quibus dicendi ex tempore facultas parari poteſt, deq; ipſa dicendi ex tempore facultate: Gryphius excudit Lugduni, anno 1534. De iuriſprudentia vetere ac nouitia oratio, cum erudita ad antiquorum lectionem ac ſtudium exhortatione: ibidem excuſa, 1533. & Pariſijs apud Wechelũ. Item commentarium in Politiani Ruſticum. Claruit anno 1534. Aureliæ.

Nicolaus Bertrandus, Gallus, legiſperitus, & apud Toloſam aduocatus, ſcripſit hiſtoriam Toloſanam

*nam lib.1. De parliamenti inſtitutione lib.1. De ſanctorum eleuatione lib.1. Ex commentarijs Cæſaris lib.1. De bello inter Ludouicum & Iulium lib.1. De vetuſtis Galliarum nominibus lib.1. Pro mutua Chriſtianorum pace lib.1. Orationes pæanicas lib.1. Ad viros primarios lib.1. De theologis Toloſanis li.1. Contra Alcumiſtarum errores lib.1. Contra hæreſiarchas & apoſtatas lib.1. Atq; alia plura. Obijt Toloſæ ſepultus, anno Domini 1527. vltimo die Iulij. Ioannes Baleus.*

Nicolaus *Bertrutius, vide Bertrucius.*

Nicolai *Biardi diſtinctiones, eiuſdem ſermones de tempore.*

Nicolaus *de Bibera, natione Germanus, ſcripſit librum, cuius titulus eſt occultus, quod carmine & oratione ſoluta compoſuit Erfordiæ. De cauendo malo lib.1. Epiſtolarum ad diuerſos lib.1. Vixit anno D.1290.*

Nicolai *Bieſij, Gandauenſis, de Repub. lib.4. quibus vniuerſa de moribus philoſophi a continentur. Antuerpiæ, anno D.1556. in quarto. Theoricæ medicinæ libri ſex, quib. omnia huius artis præcepta explicantur. De methodo medicinæ lib.1. Commentarij in artem medicam Galeni. De naturali philoſophia lib.3.*

Nicolaus *de Blony, vide Nicolaum Plonium.*

Nicolaus *Boerius, iuriſperitus, & in celebri Senatu Burdegalenſium præſes, ſcripſit in locum 2. Cod. Quomodo & quando iud. l. conſentaneum. De authoritate vtriuſque regij conſiſtorij, vbi & de præcedentia canon. & abbat. ſuper conſuetudines Bituricen. De cuſtodia clauium portarum, & caſtrorum, conſilium. De poteſtate legati Franciæ. De præcedentia & ordine graduum vtriuſque fori. De ſeditioſis. Additiones in commentarium Ioan. Montaigne de parlamentis, & eorum authoritate ac præcedentia: & rurſus in eiuſdem librum de authoritate & præcedentia magni Conſilij, additiones. Conſilium quomodo conſobrini inter ſe diuidant hæreditatem patrui. Conſilium, an quæſita per mulierem nomine ſuo ſint ſua, vel filiæ. An hæredes filiæ teneantur ad dimidiam debitorum ſolutorum per matrem. An ſuccedens in mobilibus, ſuccedat in venditis, cum pacto de recatan. incip. Iaquelina. Conſilia. Lugduni Michael Parmentarius, anno Domini 1554. Annotationes in regulas iuris pontificij, excuſæ Coloniæ cum Dyni commentario. Additiones in Guilielmi Mandagori tractatum de Electionibus nouorum prælatorum. Ibidem. Eiuſdem opera deciſiones annuæ in ſacro Burdegalenſium Senatu diſcuſſæ & promulgatæ, in vnum congeſtæ ſunt, ſummarijs quoque & indice locupletiſſimo decoratæ. Liber impreſſus in folio. * Eiuſdem leges Longobardorum, in quarto Lugduni, anno 1512. Obijt anno Domini 1539. *Eius vitam deſcripſit Ioannes Aleſbius.*

Nicolai *Bonæ ſpei, Puteani Trecenſis, Commentarij in poemata Petri Roſeti, impreſſa Pariſijs, anno Domini 1517. Eiuſdem oratio in Panegyricum Roſeti. Libellus grauiorum virorum lepidis Epiſtolis, cum quibuſdam alijs refertus. Libellus de Cultu imaginum. Pariſijs excudit Dionyſius Roſe.*

Nicolaus *Borbonius Vandoperanus, ſcripſit tabulas Grammaticas. Eiuſdem Pædologiam, ſiue de moribus puerorum libellum. Gryphius excudit Lugduni. Nugæ & epigrammata, excuſa Lugduni apud Gryphium, anno Domini 1538. & Baſileæ apud Cratandrum aucta & recognita. Claruit Pariſijs, anno 1533.*

Nicolaus *Brekendale Grãmaticus, verſu conſcripſit opus quod Deponentale vocabat lib.1. De verborum ſignificationibus lib.1. Baleus.*

Nicolaus *Brekſpeare PP. factus Hadrianus quartus vocatus, ſcripſit Pro expeditione Hyberniæ Epiſt.1. Ad Petrum Pontiniatum lib.1. De ſua legatione lib.1. Homilias quaſdam lib.1. Decretales epiſtolas lib.1. Obijt anno 1159. Baleus.*

Nicolai *Brentij Duacenſis, liber de Vtilitate & harmonia artium tum futuro iuriſconſulto, tum liberalium diſciplinarũ politiorisue literaturæ ſtudioſis vtiliſſimus. Eiuſdem liber compendiariã tum virtutis adipiſcendæ, tum literarum parandarũ rationem perdocens, bene beateq; viuere cupienti apprime vtilis. Adiecta ſunt ab eodẽ carmina facilem ſtudendi iuri modum tradentia. Eiuſdem poema ad inuictiſſimum Cæſarem Carolum, fortunã atq; occaſionibus vtendum, nec non compoſito religionis diſſidio in Turcas bellum eſſe ſuſcipiendum. Eiuſdem poematia tria ad Hannones, quorum vltimum de laudibus Hannoniæ. Antuerpiæ Antonius Goinus, anno 1541.*

Nicolaus *Briganus, ſcripſit Venationes rerum memorabilium lib.1. Rerum quotidianarum lib.12. Claruit anno 1550, Baleus.*

Nicolaus *Brucherius Trecenſis, ſcripſit Commentaria in ſeptem Sapientum dicta, in Catonem, & quædam alia.*

Nicolaus *Bollar philoſophus, ſcripſit Experimentorum naturalium lib.1. Baleus.*

Nicolaus *Botleſham Carmelita, cõpoſuit Commentarios ſententiarum lib.4. Quæſtiones theologiæ lib.1. Tabulare ſtudentiũ lib.1. In cantica Ridcuallis lib.1. Conciones & lecturas lib. Obijt anno 1435. Baleus.*

Nicolaus *Bungey ſcholarum cultor apud Nordouolgios, ſcripſit adnotationes Chronicorum lib.1. Claruit anno 1440. Baleus.*

Nicolai *de Bruxella, Compendium in 4. Inſtitutionum Imperalium libros, iuxta rubricarum ordinem, cum ſummaria rerum & verborum declaratione. Louanij apud Seſſenum, 1552.*

Nicolaus *Cabaſilas, ſcripſit de vita in Chriſto ſermones 5. Item* τίς ὁ νοῦς τῆς ἱερουργίας ὅλης ἐν κεφαλαίῳ. *Obſeruationem in viſionem prophetæ Ezechielis, in qua ſuper 4. animalibus throni ſimilitudo & ſuper throno ſpecies hominis. Secundam ſimilitudinem. Sermones 88. De ſancti Spiritus progreſſione aduerſus S. Thomam. Omnia Græce extant in Vaticana. Nicolai Cabaſilæ de diuino altaris ſacrificio libellus, à Gentiano Herueto Latinitate donatus. Venetijs Alexander Bruciolus, anno 1545. *Nicolai*

Digitized by Google

Cabaſilæ ſermones multi & diuerſi, de varijs rebus theologicis. In Spiritum ſanctum, de filio Dei, in Demetrium, de vſuris. Item precatio ad Ieſum Chriſtum. Epiſtolæ etiam aliquæ in quarto, manuſc. bibl. Imp. Venetijs.

Nicolai Cancerini Concio Germanica de antiqua fide & iuſtificatione hominis, habita Mompeliardi. Argentinæ 1570.

Nicolaus Cantilepus, Britannus, Carmelita, ſcripſit in librum primum ſententiarū. Encomium ſui ordinis. Annalium epitomen. Additiones Chronicorum. Hiſtoriam Cantabrigicam. Claruit anno 1441. quo etiam obijt.

Nicolai Capoſcrofa, Gloſſæ ſuper Conſtitutionibus regni Siciliæ, & ritibus magnæ curiæ vicariæ.

* Nicolai Cardinalis epiſtolæ Viſitatoribus per prouinciam Salzburgenſium, ſcripta in 4. ſcriptus liber chartâ.

* Nicolai Carpentarij Ieſuitæ diſputatio de anima. In 4. Ingolſtadij, 1582.

Nicolaus Ciſnerus Moſbachius, ex ditione Palatini electoris, edidit Hymnum de natali Domini noſtri Ieſu Chriſti, excuſum Witenbergæ, 3. quater. Orationem & Idyllion de comparatione Veris & Autumni: vtra pars anni plura humano generi commoda conferat. Ibidem 7. quatern. Epithalamium in nuptias Arnoldi Obſopœi. & Euæ Reginæ, excuſ. Heidelberg. apud Ioan. Aperbachum. anno 1551. Deſcriptionem exercitiorum & luſuū equeſtrium, quibus noſtris temporibus nobiles vti ſolent, catalogum item præcipue nobilitatis in Palatinatu & in viciniа adiectis hiſtorijs quibuſdam principum Palatinorum, in deſcriptione nuptiarum Philippi comitis ab Hanau & Helenæ filiæ Palatini Rheni & Bauariæ ducis, ibidem impreſ. anno 1552. quater. 6. Interpretationem Pſalmi 77. verſibus Lyricis factam. Wormatiæ excuſ. Encomium coniugij in nuptias Dauidis Chytræi, & odas aliquot ad principem Ioannem Albertum Megalopolitanum. Witenbergæ excuſas. Item alia quædam Epithalamia & Epicedia. Præterea quæ nunc in manibus habet. De ratione exercendi ſtylum ad imitationem veterum lib. 4. quos Oporinus imprimet. Commentaria item in Ariſtot. Ethica cum deſignatione artificij. Oratio eiuſdem de Othone III. Imperatore, impreſſa eſt Francofurti, anno 1570. Acta Viſitationis Cameræ Imperialis in certos Titulos digeſta. cum Explicationibus, Additionibus, &c. Germanice edidit, ibidem. Oratio de Friderico Imp. Baſileæ excuſa. Super ff. noui l. ſ. priuſquam. Floret noſtra ætate anno 1573. Spiræ Cameræ Imp. aſſeſſor * Eiuſdem epitaphia & carmina memoriæ Illuſtriſſimi principis ac electoris D Friderici III. comitis Palatini ad Rhenum, eiuſdemq; inclytæ coniugis prioris D. Mariæ Brandenburgicæ, & Illuſtrium duorum D. Hermañi Ludouici, & D. Chriſtophori, &c. Heidelbergæ excudebat Iacobus Milius. Eiuſdem opera & diligentia libri 7. Annalium Boiorum Ioannis Auentini ex autenticis. manuſcriptis codicibus recogniti, reſtituti & aucti. In fol. Baſileæ Petrus Perna.

Nicolaus (aliâs Leonicus) Athenienſis, ſcripſit lib. 10. hiſtoriarum de rebus Turcicis, vſq; ad Mahomet incluſiuè, vbi ſimul & aliarum gentium (vt Italiæ, Galliæ, Germaniæ, &c.) hiſtoriæ non paucæ obiter enarrantur. Habet codicem manuſcriptum illuſtris vir Leonardus Beck à Beckenſtein, ciuis Auguſtanus, &c. & alium Ioan. Oporinus Baſileæ, eoſdem libros Conradus Clauſerus tranſtulit. Baſileæ impreſſit Oporinus, primum additis alijs rerum Turcicarum ſcriptoribus. Poſtea recognitos cum Gregora, idem excudit.

Nicolaus Ciſtercienſis monachus, cœnobij S. crucis in Auſtria, ſcripſit opus in laudem virginis Mariæ, quod vocauit imaginem ſanctæ Mariæ lib. 1. Sermones varios lib. 1.

Nicolaus Clemangis, archidiaconus Baiocenſis, ſcripſit opus inſigne, quod vocauit de fructu eremi, de corrupto eccleſiæ ſtatu lib. 1. De nouis feſtiuitatibus lib. 1. De materia ſchiſmatis lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. & alia multa. Eius autem liber de corrupto eccleſiæ ſtatu, impreſſus eſt in Germania, & fortè idem eſt tractatus de vitijs miniſtrorum eccleſiæ, quem ſupra nominaui in appendice operum Ioan. Gerſon. De lapſu & reparatione iuſtitiæ impreſſus Baſileæ apud Cratandrum. Eiuſdem diſputatio ſuper materia concilij generalis ad Scholaſticum Pariſienſem, item de eadem re collatio vberior, excuſa ſunt Coloniæ, anno Domini 1535. cum concilio Baſilienſi Æneæ Syluij. Claruit anno 1417. * Eius opuſcula in concilio Conſtantienſi producta, in 4. Viennæ 1519. excuſa.

Nicolai Clenardi inſtitutiones abſolutiſſimæ in linguam Græcam, item Annotationes in nominum verborumq; difficultates: inueſtigatio thematis, ſeu de verbis anomalis: Ratio ſyntaxeos, meditationes Græcanicæ in eorum gratiam, qui viua præceptoris voce deſtituuntur. Ioan. Gymnicus excudit Coloniæ, 1536. & Rob. Stephanus Pariſijs. Eadem excudit Pariſijs Wechelus. cum annotationibus Renati Guillonij. Eiuſdem Grammatica Hebraica, ibidem excuſa. Eiuſdem inſtitutio linguæ Græcæ, cum Scholijs & praxi Petri Anteſignani, edita eſt Lugduni in 4. & Venetijs in officina Aldi in 8. atq; etiam ſæpe alibi cuſa eſt. Præceptiones de modo docendi pueros analphabeticos, exercendæq; Latinæ linguæ. Coloniæ Henricus Mameranus, 1550. Epiſtolarum libri duo, quorum poſterior iam primum in lucem prodit, Antuerpiæ Plantinus in 8. * Eiuſdem noua methodus docendi pueros analphabeticos, breui omnino temporis ſpacio Latine loqui, præſertim inter priuatos parietes. 8. Francofurti apud Nicolaum Baſſæum.

* Nicolai Colladonis Biturgis methodus facillima ad explicationem Apocalypſeos Ioannis Theologi, ex ipſo libro deſumpta. 8. Morgijs. Eiuſdem (puto) Ieſus Nazaræus, ſiue explicatio loci in Matth. cap. 2 Nazaræus vocabitur. 9. Lauſannæ.

Nicolai de Collocoruino Dominicani, Remiſſorium Decreti, valde extenſum, quod & Compilatio Cornina dicitur. M. Dreſſerus.

Nicolaus de Comitibus, Paduæ quondam le-

ctor

ſtor aſtrologiæ, in materia natiuitatis ſcribentium, Summam collegit. Liber non eſt impreſſus.

* Nicolai Contareni Veneti de perfectione rerum lib. 6. 4. Venetijs.

Nicolaus Copernicus Torunnæus, ſcripſit Remolutionum libros, quibus terram moueri aſſeritur, excuſ. Norimbergæ, anno D. 1543. Eiuſdem canon triangulorum cum tabula, ibidem excuſus in quarto. Habentur autem etiam in libris Reuolationum. Claruit anno 1540.

Nicolaus Craer, muſicus ſymphoneta, citatur in muſica Henrici Glareani.

Nicolaus de Craſſelis Patauinus, ſcripſit de gradibus conſanguinitatis & affinitatis.

Nicolaus de Crutzenach, ſcripſit Quæſtiones ſententiarum lib. 4. Sermones varios lib. 2. De concep. S. Mariæ lib. 1 Vixit anno 1491.

Nicolaus de Cuſa, epiſcopus Brixien. &c. ſcripſit de viſione Dei lib. 1. De pace fideli lib. 1. Reparationem Calendarij lib. 1. De mathematicis complemẽtis lib. 1. Cribrationem Alcorani lib. 3. De venatione ſapientiæ lib. 1. De ludo globi myſtice lib. 2. Compendium lib. 1. Trialogum de poſ. lib. 1. De mathematica perfectione lib. 1. Contra Bohæmos lib. 1. De Beryllo lib. 1. De dato patris luminum lib. 1. De quærendo Deo lib. 1. De apice theoriæ lib. 1. De docta ignorantia lib. 3. De coniecturis lib. 1. De filiatione Dei lib. 1. De Geneſi lib. 1. Idiotam de ſapientia lib. 4. De quadratura lib. 1. De fortuna lib. 1. Directorium ſpeculantis lib. 1, Sermones per totum annũ lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Eius opera impreſſa ſunt Pariſijs, 1514. apud Aſcenſium. Liber de quadratura circuli, deq; recti ac curui commenſuratione, impreſſus Norimbergæ, cum alijs quibuſdam, Cribrationũ Alcorani lib. 3. Baſileæ apud Oporinum cum Alcorano, &c. Nicolai de Cuſa de donatione Conſtantini ſcriptum quoddam, excuſ. eſt Coloniæ cum concilio Baſilienſi Æneæ Syluij. Eſt autem deſumptum ex 2. cap. lib. 3. Cuſani de Concordantia catholica ad Concil. Baſil. Claruit 1464.

Nicolai Cuſani Cardinalis, Summa dictorum olim contra Panormitanum & defenſores ſchiſmatis Baſileæ facti, ſcripta ab eo Frãcofurti anno 1442. M. Dreſſerus.

Nicolaus Damaſcenus Peripateticus, aut Platonicus, ſcripſit hiſtoriæ catholicæ lib. 80. & inſtitutionem vitæ Cæſaris: item de vita propria. Vide Suidam. Athenæus hiſtoriam eius duobus locis allegat: cuius etiam fragmentum libro primo Ioſephi contra Appionem legitur. Eius Syngraphe Venetijs aſſeruatur, haud ſcio an diuerſa ab hiſtoria prædicta. Nicolaus Damaſcenus ſcripſit, teſte Athenæo, hiſtoriarum lib. 144.

Nicolaus Dathus, Auguſtini Dathi filius, ſcripſit librum de laudibus eloquentiæ, & vita patris ſui, qui operibus Auguſtini præfixus habetur: quem tamen morte præuentus non abſoluit. Sunt & carmina quædam in illo libro, in patris laudem: & alia de officio ſcribæ.

Nicolai Deniſij, Sermo de corpore Chriſti. Vixit anno 1475.



Nicolai Diaconi, Expoſitio in tetraſtichas iambicas parænetes Gregorij Theologi. Contradictoria capita Antiſthenis & Polycratis, Græce extant Romæ.

Nicolaus Dinckelſpule, natione Germanus, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. Quæſtiones ſententiarum lib. 1. De ſeptem donis Spiritus ſancti lib. 1. De decem præceptis lib. 1. Super oratione Dominica lib. 1. De octo beatitudinibus li. 1. De tribus partibus pœnitentiæ lib. 1. De octo vitijs capitalibus lib. 1. De ſeptem peccatis mortalibus lib. 1. De præcepto charitatis lib. 1. De peccatis linguæ lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Sermones morales lib. 1. & alia plura. Item de contractu emptionis & venditionis, circa auaritiã. * Eiuſdẽ quæſtio magiſtralis de hæreſibus ac veritatibus catholicis, in fol. in charta ſcriptus liber in bibl. Imper. Claruit 1420.

Nicolaus Donis, natione Germanus, ordinis diui Benedicti, ſcripſit opus mirandum, cum picturis & nouis tabulis, in Coſmographiam Ptolemæi, ad Paulum Papam II. lib. 7. De locis quoque mirandis lib. 1. Epiſtolas varias ad diuerſos, & quædam alia. Claruit anno 1470.

Nicolaus Dorbellus, ordinis fratrum Minorũ S. Franciſci prouinciæ Thuronenſis, &c. ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. Super ſummulis Pe. Hiſp. li. 7. De ſcientia Mathematica lib. 1. In librum Phyſicorum Ariſtot. lib. 8. In lib. de cœlo & mundo lib. 2. In lib. de generatione & corruptione lib. 2. In lib. Meteororum lib. 3. In lib. de anima lib. 3. In lib. Metaphyſicorum lib. 12. In lib. Ethicorum lib. 10. Eius liber de ſcientia Mathemat. & commentaria in Ethica Ariſtotelis, cũ alijs intermedijs libris, excuſa ſunt Baſileæ, anno 1503. Claruit autem Dorbellus, vel vt alij Orbellus, anno 1455.

Nicolaus Dorbin, natione Anglicus, ordinis fratrum beatiſſimæ Mariæ Carmelita, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. determinationes quæſtionum lib. 1. & alia quædam. Claruit Oxoniæ, anno 1350.

* Nicolai Dortomanni celeber. Vniuerſitatis medicæ Monſpelienſis lib. II. De cauſis & effectibus Thermarum Belilucanarum paruo interuallo Monſpelienſi vrbe diſtantium. 8. Lugduni.

Nicolai Draconis epiſtola habetur in volumine epiſtolarum clarorum virorum, impreſſa Pariſijs, anno 1556.

Nicolaus Durham ex Dunelmenſi ſeptentrionalium Angliæ partium diœceſi oriundus, Carmelita, ſcripſit in li. 4. ſententiarum. Contra Wicleui doctrinam lib. 1. Originalia doctorum. Idem videtur cum priore, qui à Tritenhemio Nicolaus Dorbin vocatur. Vixit anno 1370.

Nicolai Ecmondani mentio facta eſt, operum Deſ. Eraſ. Tomo 9.

Nicolaus Ellebodius Nemeſij epiſcopi & philoſophi, librum de natura hominis primum edidit et in Latinam linguam conuertit.

Nicolai epiſcopi Modruſienſis oratio, habita in funere Petri Cardinalis S. Sixti, impreſſa Venetijs cum rhetorica Ant. Mancinelli.

Digitized by Google

Nicolaus Erithræus Venetus. I.C. indicem collegit omnium in Virgilij operibus dictionum iuxta ordinem alphabeti, quoties ſingulæ in illis reperiuntur, indicantem, inſertis paßim etiam annotationibus perquam eruditis. Ipſe quoq; Virgilij opera in priſtinam lectionem reſtituit, & ad rationem ſui indicis digeßit, adiectis vbiq; per margines ſcholijs, cũ alijs, tum quæ ad proſodiam pertinent, &c. Ab initio quoq; libellum præfixit de ratione carminum Virgilij. Omnia ab autore edita ſunt Venetijs, an. 1539. & anno 1555. In præfatione pollicetur ſimiles indices in optimos quoſq; vtriuſq; linguæ authores: item librum de perfecti poetæ inſtitutione: & alibi librũ de equis. Idem ſcripſit hos libros, vt ipſe Vergilio indice teſtatur. Dictionarium magnum, ſiue de Latina lingua commentarios. De alluſione ſyllabarum. Stoicum ſiue de origine linguæ vernaculæ. Mithridatem ſiue de vocabulis omnium gentium. De dignitatum ac titulorum nominibus. De cognominum ratione. De vocibus animalium. De fructuum nominibus Græcis, Latinis, vulgaribus. Quid quæque ferat regio, & quid felicius. Aeolia ſiue de ventis. Denani. De inſulis. De coloribus. De equis. Edidit idem antiquas inſcriptiones anno 1527. quorum omnium nihil adhuc vidimus excuſum.

Nicolai Eſchenburgij Lubecenſis, Arithmetica Logiſtica Germanice edita, Francofurti excuſa anno 1571.

Nicolai Eſchij magnæ apud Brabantos exiſtimationis & pietatis viri exercitia, ex idiomate Ger. in Latinum verſa, per Laurentium Surium, Lubecenſem, Sebaſtianus Bartholomæus Honoratus Lugduni impreßit enchiridij forma, cum Thauleri exercitijs, anno 1556. Antuerpiæ Plantinus, anno 1569. in 16.

* Nicolai Euboici Sagnatini epiſcopi, de Origine & rebus geſtis Turcorum liber vnus. In folio Baſileæ, 1556.

Nicolai Euerardi de Middelburgo, Iureconſulti, Topica iuris, impreſſa Louanij, anno Domini 1516. Eiuſdem Argumentandi centum modi, impreßi Lugduni apud Rouillium, anno Dom. 1547. & poſtea aucti. Conſiliorum volumen vnum. Louanij anno Domini 1554. * Eius conſilia ſiue reſponſa, longe quàm antehac accuratius, vnà cum ſummarijs ſingulorum reſponſorum, Recuſa folio. Francofurti apud Nicolaum Baſſeum. Ab eodem corpus inſtitutionum Iuſtiniani in nouem materias primum, deinde certa pronunciata diſtinctum. Octauo Dilingæ.

* Nicolai Fabri Wolzani, Rudimenta muſicæ, per Ioannem Auentinum edita. Auguſtæ, anno D. 1516. in 4.

Nicolaus Fakinham, Nordouolgius monachus Chordiger, ſcripſit De Schiſmatibus eccleſiæ li. 1. Super vnione eiuſdem lib. 1. De ſuffragijs viatorum lib. 1. De fraternitate Chriſtiana lib. 1. De valore Miſſæ lib. 1. De orationibus lib. 1. Obijt anno D. 1407. Baleus.

* Nicolai Ferreti Rauennatis opera grammat. In fol. Venetijs 1507.

Nicolai Feſtaſij, Mutinenſis, tractatus de Æſtimo, & Collectis nunc denuo auctus. Venetijs, anno 1571. in 8.

Nicolaus Florentinus quidam, ſcripſit de Re militari. Vide Machiauellum.

Nicolaus medicus, patria Florentinus, ſcripſit ſummam medicinæ lib. 1. Eius ſermones medicinales octo, impreßi apud Bernardinum de Tridino, anno 1491. Claruit anno 1412.

Nicolaus Fernebam rei herbariæ ſtudioſus, ſcripſit Practicas medicinæ lib. 1. De viribus herbarum lib. 1. Claruit anno 1241. Baleus.

Nicolai Franciſci Galli, Epiſtolæ excuſæ Venetijs.

Nicolaus Furioſus Iureconſultus gloſſator placitorum Feudalium.

Nicolaus Gallaſius, miniſter eccleſiæ Geneuenſis, edidit reſponſionem pro Ioanne Caluino ad neptias & conuitia Ioannis Cochlei, liber excuſus Geneuæ in 8. Defenſionem pro Farello & collegis eius aduerſus Petri Caroli Theologaſtri calumnias, liber excuſus Geneuæ, anno 1545. Ioannis Caluini opuſcula minora collegit & in vnum volumen redegit, quædam etiam ex illis è Gallica lingua in Latinam tranſtulit, veluti libellum de Cœna Domini, item de reliquijs. Commentaria in Eſaiam ex lectionibus & concionibus Caluini collecta edidit, liber excuſus Geneuæ in folio. Idem ſcripſit commentaria in Exodum, impreſſa ibidem in folio. D. Irenæi libros edidit, anno 1570. Geneuæ, in qua editione hæc præter alias editiones habentur. Præfatio ad Lectorem de inſtituto totius operis, & de vtilitate colligenda ex lectione veterum doctorum. Græcæ dictiones, quæ paßim apud Irenæum occurrunt, expoſitæ ordine alphabeti. De vita & ſcriptis Irenæi ex Euſebio & Hieronymo. Vetus interpretatio collatis exemplaribus accurate emendata. Græca eiuſdem Irenæi, quæ hactenus reperiri potuerunt, vti Epiphanius ſcriptis ſuis inſeruerat, inde excerpta & conuerſa in Latinam linguam, vt cum veteri interprete conferri poßint. Summæ ſingulis capitibus præfixæ, quibus plenißime declaratur, quicquid in ijs præcipuũ eſt. Loci ſcripturæ, quorum in ijs mentio fit ad marginem notati. Annotationes, quibus obſcura pleraque declarantur. Explicantur etiam nonnulli ſcripturæ loci, ac reſpondetur ijs, qui aduerſus piam doctrinam, huius ſancti viri authoritate abuſi ſunt. Idem nunc laborat in illuſtrandis Cypriani ſcriptis. * Scripſit quoq; de diuina Chriſti filij Dei eſſentia, contra Nearianos, Aureliæ apud Eligium Gibierium, 1566.

Nicolaus Gallicus, Carmelita, ſcripſit inter alia opus lugubre, ſtatum ordinis ſui deplorans, cum è terra ſancta fratres fuiſſent expulſi, quod vocauit Igneam ſagittam lib. 2. ſcripſit & alia. Claruit anno Domini 1250.

Nicolai Galli, Conciones duæ contra Vſuram, ex Pſalmo XV. habitæ Regenſpurgi, & impreſſæ Ienæ anno Domini 1572. Germanice. * Eiuſdem Annotationes in Epiſtolam Pauli ad Galatas In folio in charta ſcriptus. Eiuſdem diſputatio de Adiaphoris

*phoris & de mutatione præſentis ſtatus conſtitutarum Eccleſiarum: Magdeburgi per Michaelem Lotherum, anno Domini 1551. in 8. Eiuſdem Catechiſmus homilijs explicatus. German. Ratiſponæ In 4. anno Domini 1554.*

* Nicolai *Gerardini, Excuſatoria oratiuncula ad Principes Octanianum Guidum Vbaldum atque Antonium Vrbinenſes: ſcripta in pergameno forma folij complicationis. Quarto bibliotheca Imperatoris.*

* Nicolai *Geraſeni Arithmeticæ lib. 2. cum commentarijs, Ms. bib. Imp. Viennæ.*

Nicolaus *Gerbelius Phorcenſis, natione Germanus, Iureconſultus, vir vtraq; lingua egregie doctus, Ioannis Cuſpiniani Chronica emendauit, & in ea præfatus eſt: idem in eiuſdem Conſulibus præſtitit. Quin & in Lycophronis Alexandram ab Oporino excuſam, præmiſit doctiſſimam præfationem, & vtriuſque Tzezis vitam deſcripſit: eadem opera in Arriani quoque hiſtoriam Græcam, de Alexandri rebus geſtis, & alios aliquot authores præſtita. Scripſerat Iſagogen in tabulam Græciæ Nicolai Sophiani, anno Domini 1545. quam poſtea ita recognouit & auxit, vt in ſeptem libros excreuerit, quibus quicquid in tota Græcia memorabile ac præcipue dignũ cognitu apud optimos quoſq; authores extat, velut vno faſce complexus eſt. Liber excuſus ab Oporino in folio, anno D. 1550 chartis 81. Scripſit etiam librum de Anabaptiſtarum ortu & progreſſu, qui citatur à Hedione in Paralipomenis chronicorum abbatis Vrſpergenſis. Viuit noſtro ſeculo, neq; deſinit ſubinde meditari aliquid, reipub. literariæ & ornandæ et iuuandæ gratia, cui ſe totum velut conſecraſſe videtur, optimus atq; doctiſſimus vir, Claret Argentinæ, anno 1551.*

* Nicolai *Gilleſij, Chronica Franciæ de Origine Francorum, & aduentu in Galliam, Gallice. Pariſijs apud Gabrielem Buon, 1573. Eiuſdem noua & antiqua mirabilia, Gallice Pariſijs, anno 1554. excuſa.*

Nicolai *Gomberti muſici motettarum cũ quinque vocibus liber ſecundus, impreſſus Venetijs apud Hieronymum Scottum, anno 1550.*

Nicolaus *de Gorran, ordinis fratrum Prædicatorum, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. In quinq; libros Moſi lib. 5. In Eſaiam prophetam, in Hieremiam, in Eccleſiaſticum, in Cantica canticorum, in Euangelium Matthæi, in Euangelium Marci, in Euangelium Lucæ, in Euangelium Ioannis, in epiſtolas Pauli, ſermones varios, & quædam alia. Item in Pſalterium Dauidicum. Diſtinctiones rerum theologicarum. In epiſtolas Canonicas. In Apocalypſim Ioannis, ſermones per anni circuitum. Fertur etiam à ſuis & alios compoſuiſſe tractatus, & præcipue in omnes Bibliorum libros explicationem. Claruit anno D. 1400.*

* Nicolai *Goſſonis, Iureconſulti clariſſimi ad conſuetudines Atrebateſias commentatio. 4. Antuerpiæ anno 1582.*

Nicolaus *Græcus tranſtulit Teſtamenta duodecim Patriarcharum. Claruit anno Domini 1250. Baleus.*

* Nicolai *Granarij Religioſi ad S. Victorem, in ſcutum malæ fidei, Gladius verſatilis verbi Dei, in 8. bibl. Imp. Eiuſdem Inſtitutio catholica de veritate corporis et ſanguinis Ieſu Chriſti, Gallice Pariſijs anno 1552. in 8.*

* Nicolai *Grandis commentarius in epiſt. Paulî ad Romanos. Pariſijs 1546.*

* Nicolaus *de la Grotte organiſta Regius cantiones P. Ronſardi Muſicis harmonijs quatuor vocum adornauit. Pariſijs, anno Domini 1575. apud Adrianum Regem.*

Nicolaus *Grimoaldus, Anglus, Cantabrigienſis gymnaſij alumnus, homo Græce ac Latine eruditus, ſcripſit in epiſtolas Horatianas lib. 1. In Officia Ciceronis, cum explanatis rerum & verborum locis lib. 1. Heſiodi Aſcræi opera & dies è Græcis Latinos fecit lib. 2. Platonis Critonem, ſeu de re agenda Dialogos lib. 1. Xenophontis de Diſciplina Cyri maioris Perſarum regis lib. 8. publicauit. Mattheum Vindecinenſem in Tobiam emendauit lib. 1. Ioſephum Denonium, de bello Troiano lib. 6. Compoſuitque Chriſtum rediuiuum, comœdiam tragicam lib. 1. Impreſſam Coloniæ, anno Domini 1544. Archiprophetam, Trag. 1. Famam, Trag. 1. Protomartyrem Trag. 1. Chriſtum naſcentem Comœd. 1. Athanaſium, ſiue infamiam, Comœd 1. De controuerſis ſacrarum literarum locis lib. 1. Epiſtolarum lib. 1. Carminum lib. 2. Declamationum & orationum lib. 1. Conciones aliquot lib. 1. Paraphraſis & commentarium in partitiones oratorias Marci Tullij Ciceronis lib. 1. Epiſtolæ Marci Tullij Ciceronis ad Octauium enarrationem quadruplicem, compendium, liberiorem expoſitionem commentarium & reſolutionem lib. 1. In eglogam primam P. Vergilij Maronis compendium, liberiorẽ expoſitionem, commentarium & reſolutionem lib. 1. Epiſtolæ Ciceronis ad P. Lentulum tertiæ, & ad C. Marcellum primæ artificioſam expoſitionem lib. 1. Dauidis regis carmina quædam explicata lib. 1. In Georgica Vergilii annotationes lib. 4. In Andriam Terentianam lib. 1. Tranſtulit Chiliades Eraſmi lib. 1. Primum librum Officiorum Ciceronis lib. 1. Georgica Vergilij in rythmos Anglicos. Reſtitutionem Pſalmorũ Thomæ Viati, librarijs corruptorum, cum præfatione ad Marchionem lib. 1. Conciones ad populum lib. 1. Pſalmos Dauidis aliquot rythmis explicatos lib. 1. Alia plura. Claruit anno 1550. Ioan. Baleus.*

Nicolai *Gruchij Rotomagenſis viri doctiſſimi, De comitijs Romanorum lib. 3. impreſſi Venetijs 1558. in octauo. Dialecticæ præceptiones. Pariſijs, 1552. Idem Ariſtotelis libros à Perionio tranſlatos correxit & emendauit, & quoſdam ipſe tranſtulit. Organum Ariſtotelis ex eius emendatione impreſſit Oporinus, in quo Gruchius Analytica poſteriora & Elenchos Sophiſt. Firminus Durius priora, Perionius cætera tranſtulit. Ariſtotelis Logica, Phyſica, Ethica, per Gruchium tranſlata aut emendata, impreſſit Ant. Vincentius Lugduni.*

Nicolaus *Grudius, Iureconſultus, ſcripſit carmen ſepulchrale in funus Illuſtriſſimæ Principis Margarethæ Archiducis Auſtriæ, quod adiectum*

*eſt Burgundiæ Gilberti Cognati.*

* Nicolai *Gueſuenſis Archiepiſcopi Legati nati, & regni Poloniæ primatis confeſsio fidei catholicæ ſynodi Prouincialis, habitæ Potriconio, 1551. in 8.*

* Nicolai *Hanapij patriarchæ Hieroſolymitani virtutum vitiorumq́ exempla ex ſacris literis excerpta. Coloniæ. 1544 in 8.*

Nicolaus *Haupaſius, Atrebatenſis medicus, Aphoriſmos Hippocratis è Græco in Latinum tranſtulit, & luculentiſsimis Annotationibus illuſtrauit.*

Nicolai *Hemmingij, excellentis theologi Commentarij in epiſtolas D. Pauli ad Timotheum duas, ad Titum vnam, ad Philemonem vnam, impreſsi Witenbergæ, anno 1566. in 8. Item in S. Ioannis apoſtoli epiſtolas. Ibidem. In epiſtolam Pauli ad Hebræos, anno 1568. Enarratio Pſalm. 84. in qua præter multa, eaq́ in primis cognitu neceſſaria, texitur confutatio erroris Iudæorum, furoris Mahometiſtarum, vanitatis Epicureorum, & idoli Papiſtarum, exponitur ratio ſacerdotij Chriſti, & ſacrificiorum eccleſiæ, monſtratur via à ſempiterna miſeria ad æternam beatitudinem Haffniæ, anno 1569. in 8. De methodis lib. 2. Demonſtratio indubitatæ veritatis de Domino Ieſu Chriſto, vero Deo, vero homine, vno Chriſto, mediatore atque redemptore noſtro vnico, ex prophetiarum collatione ad euentum extructa. Haffniæ, anno 1571. Commentarij in omnes epiſtolas Apoſtolorum, Pauli, Petri, Iudæ, Ioannis, Iacobi, & in eam quæ ad Hebræos inſcribitur, ſcripta, recognita, emendata & aucta. Lipſiæ, anno Domini 1572. Libellus de coniugio, repudio, & diuortio. Ibidem, anno 1573. in quarto. Enchiridion theologicum. Witenbergæ, anno Domini 1559. in octauo. Docet ſacras literas magna cũ laude in celebri Haffnienſis Academia, & præter ea quæ commemoraui, multa alia docte & eleganter conſcripſit, & adhuc quotidie ſcribit, vti V. CL. Eraſmus Michaelius Lætus de ipſe referebat. * Per eundem Poſtilla, ſeu enarratio Euangeliorum, quæ in Dominicis diebus & in feſtis ſanctorum, vſitatè in eccleſijs Dei proponuntur, conſcripta. 8. Francofurti ad Mœnũ. Eiuſdem Syntagma inſtitutionum Chriſtianarum perſpicuis aſſertionibus & doctrina prophetica & apoſtolica congeſtis comprehenſum. 8. Geneuæ apud Vignon. Eiuſdẽ lege naturæ apodictica methodo concinnata. 8. Admonitio de magicis ſuperſtitionibus vitandis, in gratiam ſinceræ religionis amantium ſcripta. 8 Haffniæ. Via vitæ: Chriſtiana & orthodoxa inſtitutio complectens præcipua Chriſtianæ religionis capita, quæ homini ad ſalutem conſequendam cognitu neceſſaria ſunt. Octauo Francofurti, Latine & Germanice, per Simonem Thaumaſtum, anno Domini 1582.*

* Nicolaus *de Herberay Dominus des Eſſars 7. li. priores fabuloſæ narrationis de Amadiſo in Gallicum linguam conuertit. Vide ſupra ad nomen Amadiſi.*

Nicolai *Herborn Colonienſis generalis, Loci communes aduerſus hæreſes. Aduerſus aſſertiones Franciſci Lamberti. De notis veræ & adulterinæ eccleſiæ. Methodus prædicandi Euangelica* [illegible]*. Commentarius in Pſal. 78. Sorbona.*

Nicolaus *Herfordæ Anglus, Wicleui diſcipulus, ſcripſit determinationes ſcholaſticas, in defenſionem doctrinæ Wicleui lib. 1. De fratrum apoſtaſia à Chriſto lib. 1. Aduerſus Petrum Stokes lib. 1. Sermones quadrageſimales. Claruit anno 1382.*

* Nicolaus *Hermannus, Chriſtianam matutinam & veſpertinam benedictionem, ex Luteri Catechiſmo ſumptam, Rhytmis Germanicis reddidit.*

Nicolaus *Heynter, de Geſtis & vita philoſophorum.*

Nicolaus *Hoingerus, Deſcriptionem aulæ Turcicæ & Ottomannici imperij, Latine editam in Germanicam linguam tranſtulit, Baſileæ editam anno 1573. in folio. * Tomus primus de aula Turcici Imperatoris & Ottomannici regni deſcriptionẽ continet. Tomus ſecundus complectitur res geſtas, bella, prælia victorias, obſidiones, expugnationes terra mariq́, vrbium, arcium, munitionum, regionum, regnorumque Turcarum & Chriſtianorum, ab anno Domini 1520. vſque ad annum Domini 1578. Germanice in folio. Baſileæ apud Henricum Petri, 1578. Idem Linini Apollonij de tertia parte noui orbis: & Gallorum clade ab Hiſpanis, anno 1465. in terra Florida accepta narrationem, ex Latina in Germanicã linguam tranſtulit. In fol. Baſileæ, 1583.*

Nicolaus *Horrem, ſcripſit tractatum de latitudinibus formarum, impreſſum Patauij.*

Nicolai *Horij Remenſis poemata in ſeptem partita libros. 1. Orationum. 2. Paſsionis Ieſu Chriſti. 3. Allocutionum. 4 Epigrammatum: omnes hi elegiaco carmine conſcripti. 5. Trium dominarum heroico carmine. 6. Odarum, & 7. Canticorum Sapphico carmine. Eiuſdem opus proſa in quindecim diſpertitum libros. 1. De virginis aſſumptione. 2. De Chriſti paſsione. 3. De virgine. 4. De natiuitate Chriſti. 5. De Chriſti cruce. 6. Ad Chriſtum congratulatorius. 7. Petitionum. 8. D. Barbaræ vita. 9. Contemplatio paſsionis Chriſti. 10. Exhortationum. 11. Inuectiuarum. 12. Hiſtoria cuiuſdam Mariæ. 13. Lamentationum. 14. Epiſtolarum. 15. Obiurgator.*

Nicolaus *Hoſtresham, medicus inſignis, ſcripſit Viaticorum neceſſariorum lib. 1. Antidotariorũ lib. 1. Contra dolorem renum lib. 1. De febribus lib. 1. Practicas medicinæ lib. 1. Modum conficiendi & diſpenſandi lib. 1. Claruiſſe eum conijcitur circa annum 1440. Baleus.*

Nicolai *Houei Pharmaceutices lib. 2. Prior cõtinet omnia Meſuæ theoremata in tabulas redacta: poſterior eſt Ioannis Tagautij de ſimplicibus medicamentibus purgantibus, annotationis illuſtratus per Houeum. Pariſijs 1571. in 8.*

Nicolai *Huſſouiani Poloni, de Biſonte & eius venatione carmen, Craconiæ, 1523. in 8.*

Nicolaus *de Houſſemaine, medicus, ſcripſit modum curandi peſtem.*

Nicolai *Iagentenfel, Concio habita in funere Wolfij Tieffſtetteri ducis militum. Witenbergæ, 1573. German.*

Nicolaus

Nicolaus *Iaquerius, ordinis Prædicatorum, ſcripſit dialogum contra Huſſitas. Vixit anno* 1442. * *Eiuſdem Flagellum hæreticorum faſcinariorum. Cui & alia opuſcula, eadem tractantia à diuerſis vero authoribus conſcripta, acceſſerunt.*

Nicolai *Iudeci Veneti, eruditionem in omnis philoſophiæ ac medicinæ, quæcunq; Græcis literis cõtinetur, nodis explicandis, & Latine transferendis,* Ioan. Geneſius Sepulueda in præfatione ad Clementem VII. pont. max. commendat. Hic *Nicolaus, vbi præfatur in Boetij libros de Geometria, veterem Euclidis interpretem arguit: & Campani etiam interpretis recentioris quædam in primum elementorum Euclidis librum errata oſtendit.*

Nicolaus *Kenton, Anglus & Carmelita, ſcripſit orationes duodecim ad fratres. Ad epiſcopum Oxonienſem lib.1. In orationem Dominicam. In Euangelia ſermones 48. In Canticа canticorum. Hiſtoriam Eliſei prophetæ. Vitam S. Cyrilli Græci. De pœnitentibus ſuſcipiendis lib.1. & multa alia, quæ à Ioanne Baleo in eius vita enumerantur: nos breuitatis gratia, præcipua tantum enumerauimus. Claruit anno Domini* 1468. *quo etiam Londini obijt.*

Nicolaus *Lackman, natione Germanus Minorita, ſcripſit ſuper ſentẽtias lib.4. Quæſtiones varias lib.1. Sermones de tempore lib.1. Sermones de ſanctis lib.1. & alia complura. Claruit anno* 1440.

Nicolaus *Leonicenus in Galeni opera cõmentarios edidit: item opuſculum, in quo omnibus ægris ſalutem & vitam reſtitui conciliariq; poſſe docuit. Extant & quamplurimæ eiuſdem epiſtolæ, quæ maximam eius doctrinam præ ſe ferunt, & elegantiam. Quædam etiam lib.2. Epiſtolarum Angeli Politiani, & lib.2. Epiſtolarum Ioan. Franc. Pici. Opera vero medica quædam, impreſſa Baſileæ apud* Henr. Petri, *1529. hac inſcriptione, de Plinij & aliorum plurium medicorum in medicina erroribus lib.4. Item Annotationes eiuſdem, De herbis & fruticibus, animalibus, metallis, ſerpentibus, tyro ſeu vipera. Eadem rurſus Baſileæ apud Cratandrũ excuſa ſunt, anno* 1532. *cum aliquot alijs opuſculis, nempe de tribus doctrinis, ordinatis ſecundum Galeni ſententiam lib.1. De virtute formatiua lib.1. De dipſade & pluribus alijs ſerpentibus lib.1. De tyro ſeu vipera lib.1. De morbo Gallico lib.1. qui eius naturã & cauſas, ac ſymptomatum quoq; proponit. Contra ſuarum tranſlationum obtrectatores apologia. De curatione morbi Gallici, liber excuſus etiam Lugduni; apud Antonium Blanchardi,* 1529. *ex Claud. Galeni libris Latinos fecit, artem medicinalem, quæ & parua dicitur: Artem curatiuam ad Glauconem: de differentijs febrium lib.2. De criſibus lib.3. De motu muſculorum lib.2. & Aphoriſmos Hippocratis cum commentarijs Galeni, quos à Iulio Martiano Rota & Auguſtino Gadaldino diligenter recognitos, plurium antiquorum exemplarium collatione, Iuntæ impreſſerunt Venetijs cum reliquis Galeni operibus.*

Nicolai *Leonici Thomæi, natione Itali, extant Dialogi decem (Academicorum more confecti) impreſſi Pariſijs, anno Domini* 1530. *apud Simonem Colinæum, & Lugduni apud Gryphium, anno Domini* 1532. *Eiuſdem de varia hiſtoria lib.3. in multa capita diuiſi, iucundiſſimi lectu, & ad vtriuſq; linguæ ac hiſtoriarum multiplicem cognitionem apprime conducibiles, impreſſi Baſileæ, an.* 1531. *& Lugduni apud Gryphium, & Venetijs, anno* 1544. *In 8. Italice. Paraphraſis in Ariſtotelis libros de animalium motione ac ingreſſu. Quæſtiones aliquot naturales, cum amatorijs problematibus* 20. *Conuerſio Mechanicarum quæſtionum Ariſtotelis, cum figuris & annotationibus quibuſdam. Procli Lycij explicatio Platonis ex Timæo, vbi de animorum generatione agitur, in Latinum conuerſa, cum numerorum harmoniarumque multiplici figura. Simon Colinæus excudit Pariſijs, anno Domini* 1530. *Conuerſio & explanatio primi libri Ariſtotelis de Partibus animalium, edita Baſileæ apud Ioannem Oporinum, anno Domini* 1542. *cum aliquot commentariolis Michaelis Epheſij, ex verſione Conradi Geſneri. Cl. Ptolemæi inerrantium ſtellarum ſignificationes, Nicolao Leonico interprete: impreſſæ Baſileæ cum alijs quibuſdam. Argumenta in aliquot libros Ariſtotelis, paruorum naturalium, vt vocant, ex Michaele Epheſio ferè tranſlata, Latinis operibus Ariſtotelis, Baſileæ nuper impreſſis inſerta ſunt. Idem tranſtulit ex Galeno documentum de puero epileptico, excuſum Venetijs à Iuntis cum reliquis Galeni operibus. Idem ſcripſit de morbo Gallico librum, excuſum in Italia. Claruit in Italia Patauij, anno* 1524.

* Nicolai *Leopoldi Lipſici, ſupplex ſcriptum in fol. in bibl. Imp.*

Nicolaus *de Leſcut, iuriſperitus, ſcripſit tractatum de teſtium examinatione, Ioannes Schottus Argentorati. Claruit Nancei, anno* 1540.

Nicolaus *Leſſæus ciuis ac mercator Londinenſis in patrium ſermonem vertit Martini Lutheri commentarium in vtramq; epiſtolam D. Petri lib.1. Cenſuram Eraſmi de diuortio lib.1. Æpinũ in quoſdam Pſalmos lib.1. Auguſtinum de prædeſtinatione lib.1. Polydorum de inuentoribus rerum lib.1. Claruit anno* 1550. *Baleus.*

Nicolaus *Liburnicus Venetus, collegit Platonis gemmas, ſiue illuſtriores ſententias, apud Robertum Winter excuſas Baſileæ. Et Pariſijs apud Guilielmum Cauellat, anno Domini* 1550. *Eiuſdem exempla copiæ Latini ſermonis, à quodam ſtudioſo multis in locis aucta, impreſſa Auguſtæ Vindelicorum ad Henrico Steiner, anno D.* 1531. *cum ſyntaxi Philip. Melanch.*

Nicolai *Liſtbenij rudimenta Muſicæ, ab autore aucta & recognita: Ioan Petreius excudit Norimbergæ, anno* 1540.

* Nicolai *Luburnij occurrentiæ humanæ. Venetijs* 1548. *In 8. Italice.*

Nicolaus *de Luca, Italus, Carmelita, Romæ ſub Gregorio* 12. *ob liberas conciones carceris incommoda pertulit. Qui ſua ætate ad Bartholomæum S. Marcelli Cardinalem ſcripſit, pro ordine ſuo lib.1. Conciones in curia Romana lib.1. Et alia. Claruit an*



Digitized by Google

no Domini 1380. Theodoricus à Niem.

Nicolaus de Lyma Nordouolcas, ſcripſit Canones tabularum, De planetarum domibus lib. 1. De Sphæra iudiciali lib. 1. Aſtrologorum dogmata. De figuris ac ſignis lib. 1. De mundi reuolutione lib. 1. De vſu Aſtrolabij lib. 1. Pro ægrotantibus lib. 1. De eclipſi Solis lib. 1. De aſtrorum iudicijs lib. 1. De geniturіs lib. 1. Claruit anno 1360.

Nicolaus de Lyra, natione Anglicus, ordinis fratrum Minorum, ſcripſit in omnes veteris ac noui Teſtamenti libros commentaria, & eoſdem deinceps moraliter pleroſq; expoſuit. Scripſit præterea de corpore Chriſti lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Contra Iudæos lib. 1. Tractatum de idoneo miniſtrante & ſuſcipiente ſacramentum altaris, excuſum in Germania, cum Thomæ Aquinatis libello de eodem. Poſtillam ſiue literalem expoſitionem ſuper vtrunq; Teſtamentum, excuſam cum Additionibus Pauli epiſcopi Burgenſis, & rurſum Baſileæ cum gloſſa ordinaria textui inſerta, & expoſitione morali vbiq; adiecta. 1508. Et ſuperioribus annis Lugduni elegantiſsime in magno folio. Item quæſtiones aliquot improbantes Iudaicam perfidiam in catholica fide: item libellum contra quendam Iudæum impugnantem Chriſtũ, & eius doctrinam ex verbis Euangelij ſecũdum Matthæum. Claruit anno 1320. *Eius poſtillæ, commentarij & moralitates in prophetas, & Euangeliſtas manuſcriptæ habentur in folio, & in quarto in bibliotheca Imperatoris.

Nicolai Macchiauelli Florentini de re militari ad Laurentium Strozam patricium Philippi filium lib. 7. è Tuſco in Latinum traducti per Ioãnem Morelium Pariſinum. ~~De principe liber Latine editus Baſileæ Sylueſtro Telio interprete, apud Pernam.~~ *Eiuſdem comœdia Italica Clizia inſcripta. In 8. Florentiæ 1548. ~~Diſcurſus ſupra primam Decadem Titi Liuij 1540. In 8. Italice.~~ Eiuſdem hiſtoria ad ſanctiſsimum Patrem Clementem VII. 1546. in 8. Italice Venetijs.

Nicolaus Macchellus, medicus Mutinenſis, tranſtulit Galeni commentarium in Hippocratem de natura humana. Principium commentarij primi in Hippocratem de morbis vulgaribus, quod nunquam antea vel Græce vel Latine euulgatum eſt. De compoſitione medicamentorum localium libros 10. à Cornario tranſlatos, denuo ad veterum Græcorum codicum fidem diligenter caſtigauit. Quæ omnia Venetijs excuſa ſunt à Iuntis cum reliquis Galeni operibus.

Nicolaus Magni, citatur in Chryſopaſſo Ioannis Eccij.

Nicolaus Magnus medicus, ſcripſit de medicis pulueribus libellum Lutetiæ excuſum à Michaele Vaſcoſano, anno 1545.

Nicolaus Maioranus Euſtathij commentaria in Homerum Græce, vnà cum ipſo Homeri textu emendatiore, Romæ excudi curauit in fol. anno 1550. cum indice copioſo, & à principio Tomi illius qui in decem continet multa cum de Homero eiuſq; dignitate, tum de Euſtathio ſcribit.

Nicolai Mamerani Lucemburgenſis Hiſtoria de electione Caroli V. Item de bello Saxonico. Iter Cæſaris ſexennale per Germaniam. Catalogus Aulæ Cæſarianæ & ordinum in comitijs Auguſtanis, excuſus Coloniæ apud Henricum Mameranum. Catalogus tribunorum, ducum, primorumq; totius exercitus Caroli V. Cæſaris & Ferdinandi regis Roman. ſuper rebelles quoſdam principes: ibidem excuſus. Catalogus expeditionis rebellium principum ac ciuitatum Germaniæ. Carmen heroicum, quod venatio inſcribitur, in quo omnes à C. litera incipiunt, editum Baſileæ. Deſcriptio vrbiũ Auguſtæ & Witenbergæ, nondum in lucem, quod ſciam prolata, ſed ab ipſo promiſſa.

* Nicolai Mamoranij generalis deſcriptio ſcholæ & eius officij in 4. Auguſtæ 1551.

Nicolaus Marius Panicianus Ferrarienſis, ſcripſit multa ac diuerſi generis poemata, quæ excuſa ſunt in Italia.

Nicolai Marij inuentarium in iure Alex.

Nicolai Maris Grammatica inſtitutio prima ac ſimpliciſsima, cum libro Prouerb. Solomonis, excuſa Auguſtæ Vindelicorum, 1523. quo loco & tempore ab authore etiam ſcripta eſt.

Nicolaus Marſchalcus Thurius LL. & Canonum doctor. ſcripſit Hiſtoriam aquatilium, impreſſam Roſtochij in ædibus ipſius, anno 1520. in folio: cum figuris, ſed abſurdis. Promittit Zoographiam, et therion hiſtoriam, & ornithographiam, quæ an præſtiterit neſcio. * Chronicon à C. orbe vſq; ad annum Domini 1522. perſcripſit.

* Nicolai Martini excuſatio Germanica Eilenburgi, anno 1524. edita.

Nicolai Maſſæ medici Veneti, liber de febre peſtilentiali, peſtichijs & morbillis, &c. excuſus Venetijs, 1540. apud Franc. Bindo, & Maphæum Paſinum. Eiuſdem de morbo Neapolitano lib. 6. per capita diuiſi, impreſsi Baſileæ apud Ioan. Bebelium, 1536. cum aliquot aliorum eiuſdem argumenti opuſculis. Eiuſdem epiſtolæ medicinales & philoſophicæ, ad quàm plurimos morbos curandos vtiles, & ad cognitionem rerum quarundam anatomicarum, dialecticarum ac philoſophicarũ, excuſæ Venetijs in 4. apud Franc. Bindonum chart. 44. & dimid. Promittit autem typographus etiam alterum huius authoris epiſtolarum volumen diuerſi argumenti. Eiuſdem examen de venæ ſectione & ſanguinis miſsione in febribus, ex humorum putredine ortis, ac in alijs præter naturam affectibus, Venetijs 1568.

Nicolaus de Maturellis Mutinenſis, ſcripſit ſuper Codice lib. 9. ſuper ff. veteri lib. 24. ſuper ff. nouo lib. 12. ſuper ff. inforciati lib. 14. & quædam alia. Citatur in ſumma Angelica. Claruit anno 1340.

* Nicolai Menij de vera præſentia vtriuſque in Chriſto naturæ apud Eccleſiam, confeſsio: oppoſita Vbiquitatis doctrinam oppugnantibus, & edita in 4. Berlini 1582.

* Nicolai Meſareti quædam epiſtolæ in 4. M. bibliotb. Imp. Viennæ.

Nicolai Epiſcopi Methonæ, liber ad Latinos de ſancto ſpiritu, quod ex Patre, non autem ex Filio progre-

progrediatur: *Romæ in Vaticana extat Græce. Eiuſdem oratio ad eos qui hæſitant, aiuntq́ conſecratum panem & vinum, non eſſe corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Vixit circa annum* 1230.

Nicolai *de Metri, medici & chirurgi illuſtriſs. principis Sigiſmundi ducis Auſtriæ, liber medicus editus ab Hieremia Martio,* 1572. *Germ.*

* Nicolai *de Milis Repertorium, in 8. Lugduni, anno* 1543.

* Nicolai *Epiſcopi Modenſis philoſophica, de vitæ & naturæ humanæ felicitate in 4. ſcriptus liber, in membrana bibl. Imp.*

Nicolaus *à Moſſan Burgundus cum apud infideles incarcere eſſet, deſcripſit Soltani Solymanni Turcarum Imperatoris horrendum facinus, & ſceleratum in proprium filium natu maximum Soltanum Muſtapham, parricidium, anno* 1553. *perpetratum. Baſileæ impreſsit Oporinus, anno* 1555.

Nicolaus *Monachus S. crucis in Auſtria, ordinis Ciſtercienſis, ſcripſit magnum opus de laudibus Mariæ virginis, diſtinctum in lib.* 3. *Sermones de tempore & ſanctis. Claruit Conſtantienſis concilij temporibus, anno* 1420.

Nicolai *Monardi medici, de ſecanda vena in pleuritide.* * *Eiuſdem Simplicium medicamentorum, ex nouo orbe delatorum lib.* 3. *Hiſpanico ſermone deſcripti, Carolo Cluſio interprete. Antuerpiæ anno* 1582.

Nicolai *Monetarij phyſici, regimẽ peſtilentiæ.*

* Nicolai *Mongeorgij I.V.D. codex de Moſaico & vetere iure enucleando.* 4. *Bonoiæ.*

Nicolaus *Montacutus humanarum artiũ profeſſor, & hiſtoricus, ſcripſit De Romanis Pontificibus lib.* 1. *De regibus Anglorum lib.* 1. *De Anglorũ Epiſcopis lib.* 1. *Scalam temporum à Chriſto nato lib.* 1. *Epigrammata quædam lib.* 1. *Floruit ſub Henrico ſexto. Baleus.*

Nicolai *Morgenſtern Sermones.*

Nicolai *Morini Bleſenſis, liber cõtra pauperes de Lugduno, excuſus Lugduni* 1532.

Nicolai *Moroni, Patricij Gualdenſis, tractatus de fide, treuga & pace.* * *In quo omnia ferè continentur, quæ in ciuilibus & criminalibus iudicijs frequentius in controuerſiam venire ſolent. Cui in hac editione, multa ab eodẽmet authore addita ſunt.* 8. *Venetijs* 1578.

Nicolaus *de Mutina* I. C. *ſuper Digeſtum & Codicem.*

Nicolaus *Mutonus medicus, collegit Luminare maius, in quo multa clariſsimorum medicorum pharmaca comprehenduntur. Liber excuſus eſt Venetijs apud Iuntas, anno* 1549.

* Nicolai *Mylonij Theologi, Germani in lucem editæ, Reſponſiones ad viri cuiuſdam pij Septentrionalis interrogationes: qui de ſalutis æternæ comparandæ ratione, ac de vera eccleſia cupiebat inſtitui.* 12. *Ingolſtadij excudebat Dauid Sartorius, anno Domini* 1582.

Nicolaus *Myrepſus. Vide Nicolaus Alexander.*

* Nicolai *Nancelij Nouiodunenſis, medici Turonenſis, Diſpoſitio de peſte, in tres libros diuiſa ad Dominos Turonenſes, Gallice. In octauo Pariſijs apud Dionyſium de Vale. anno Domini* 1581. *Eiuſdem* ἀντοχὶδια *in Ioãnis Deſpauterij quantitatem ſyllabarum.* 4. *Pariſijs.*

Nicolaus *de Neapoli, ſcripſit ſuper Codice lib.* 9. *ſuper ff. Inforciati libr.* 14. *Commentarij eius ſuper tribus libris Codicis, impreſsi. Scripſit præterea ſuper Inſtituta. ſuper* 1. & 2. *ff. noui. Claruit anno Domini* 1390.

Nicolaus *Nicolai Delphinas, deſcripſit nouam & exquiſitam nauigationem ad præcipuas mundi partes tabulam, magno artificio depictam, & excuſam anno Domini* 1544. *magnitudine* 4. *chartis baſilicarum. Eiuſdem Iter Turcicum, ſeu nauigatio Orientalis Gallica lingua ab ipſo deſcripta, poſteà in Germanicam linguam tranſlata, excuſa eſt Norimbergæ, anno* 1572. *in folio. Additæ ſunt picturæ elegantes virilis & muliebris habitus ſingularum regionum.*

Nicolai *de Nicolis patricij Florentini, dicũtur nonnulla opuſcula extare, cuius liberalitate, & Laurentij Medicis pulcherrima et inſtructiſsima S. Marci bibliotheca Florentiæ eſt, in qua Hebræi, Græci, Latini & Armeniaci libri extant.*

Nicolaus *de Nyſe prouincialis Franciæ, ſcripſit opus ſuper ſententias, quod Reſolutio theologorum dicitur: impreſſum Rothomagi. Eiuſdem præclariſsimum opus, quod inſcribitur ſumma vel Gemma prædicantium, quo plurimi ſermones eius continentur: impreſſum Baſileæ,* 1508. *Reſolutio theologorum. Venetijs apud hæredes Melchioris Seſſæ,* 1568. *in.* 8. * *Eiuſdem ſermones æſtiuales & hyemales in fol. editi.*

Nicolaus *Ockam Franciſcanus, ſcripſit commentarios in Longobardum lib.* 4. *Quodlibeta Sophiſtica lib.* 1. *Opus de verbo lib.* 1. *De latitudine oppoſitorum lib.* 1. *Aſtrologi iudicium lib. Claruit anno* 1329. *Baleus.*

* Nicolai *Olai Archiepiſcopi Strigonienſis, explicata catholica religionis præcipua quædam capita de Sacramento, fide, & operibus. Viennæ Auſtriæ, anno* 1561. *in* 4.

Nicolaus *Opton, Iuriſconſultus eccleſiæ Sariſburianæ Canonicus concinnauit Leges fœciales lib.* 1. *De prædeſtinatione & arbitrio lib.* 1. *Contra tæremoniarum abuſiones lib.* 1. *Pro vtraq; Sacramenti ſpecie lib.* 1. *Concilium eſſe ſupra Papam lib.* 1. *Floruit anno* 1439. *Baleus.*

Nicolaus *de Orbelli, vide Nic. Dorbel.*

Nicolai *Orem, Tractatus de communicatione idiomatum. De dici de omni in diuinis. M. Dreſſerus.*

Nicolaus *Oreſmius aſtrologicam ſuperſtitionem peculiari commentario inſectatur, &c. Ioan. Picus. Idem citat Nicolai Orem (ijſdem titulis) librum de Proportionibus proportianum.*

Nicolai *Paccij, Epiſcopi Kyonienſis in Lituania, Orthodoxa fidei confeſsio, de vna eademq́ Dei Patris, Filij & Spiritus ſancti diuinitate, ac tribus*



Digitized by Google

perſonis, tam è ſcriptura ſacra, quam vetuſtiſſimis ecclesiæ doctoribus ſummatim collecta, Regiomonti in Pruſſia, 1566.

Nicolaus Papa I. patria Romanus, ſcripſit inter alia volumen epiſtolarum ad diuerſos. Excuſum Lipſiæ in 4. & Romæ apud Franciſcum Priſcianenſem, anno 1542. Claruit anno 869.

Nicolaus Papa IIII. ordinis fratrum Minorũ, Hieronymus ante vocatus, natione Picenus, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. & quoſdam ſermones. Fertur etiam in plures Bibliorum libros commentarios vtiles ediđiſſe. Floruit 1291.

* Nicolai V. ad Conſtant. vltimum Regem Romanorum epiſtola, ex Latina in Græcam linguam, à Theodoro Gaza tranſlata. In fol. manuſcr. bib. Imp. Viennæ.

Nicolaus Perottus Saxoferratenſis, & Sipontinus epiſcopus, ſcripſit in Marcum Valerium Martialem poetam, opus præclarum, omnem Latini ſermonis elegantiam, rationem & enucleationem pulcherrime complectens, quod vocauit, Commentariorum linguæ Latinæ volumen, ſiue vt vulgo appellatur, Cornucopiæ. Item de puerorum eruditione lib. 1. De generibus metrorũ lib. 1. Orationes, & varias epiſtolas. Eius Cornucopiæ, ſeu Latinæ linguæ commentarij locupletiſſimi, cum duobus ſingularum dictionum indicibus, altero Græco, altero Latino, qui iuſti Dictionarij vicem præſtant, excuſi Venetiis ab Aldo, & Baſileæ apud Curionem & Walderum aliquoties, cum libello eiuſdem N. Perotti in præfationem Plinii Secundi, ad Veſpaſianum, & rurſum in eum ipſum libellum Cornelij Vitellij annotationibus. Eiuſdem libellus de metris ſuper odis Horatij, impreſſus eſt ab Aldo, & alijs, cum ipſius Horatij operibus. Rudimenta Grammaticæ Latinæ, Gryphius excudit Lugduni, 1541. Polybii hiſtorias Latinitate donauit, excuſæ ſunt Venetijs ab Aldo, & Lugduni 1542. Eiuſdem oratio de laudibus Friderici Imp. in ſuſceptione eius à cõmunitate Bononienſi, oratio octaua numero ex 30. ab Alberto de Eyb collectis. Tranſtulit etiam Hippocratis iuſiurandũ, impreſſum cum anatome Alexandri Benedicti. Claruit anno 1470.

Nicolai Perrenotti à Granuilla, Caroli V. Imperatoris locum tenentis, oratio in Wormacienſi colloquio habita, excuſa Baſileæ apud Weſthemerum, cum præfatione Gilberti Cognati.

Nicolaus Petreius Corcyræus, vertit commentarios Græcos Ioan. Philopono attributos, in Ariſt. libros de generatione animalium, impreſſi ſunt Venetijs, 1526. apud fratres de Sabio, quo tempore iidem quoq; commentarij Græce apud eoſdem excuſi ſunt, cum huius Nicolai præfatione Græca. Idem tranſtulit Meletij philoſophi de natura ſtructuraq; hominis opus. Polemonis Athenienſis librum de naturæ ſignorũ interpretatione. Hippocratis de hominis ſtructura libellum. Dioclis de ſanitate tuenda ad Antigonum regem epiſtolam. Melampi de næuis corporis tractatum. Omnia hæc non prius edita excuſa ſunt Venetijs apud Gryphium, 1542. in 4. Tranſtulit etiam Nazianzeni orationes, quas Hieronymo Sanlio inſcripſit. Edidit orationes, epiſtolas, carmine & ſoluta oratione, Epigrammata. Natus eſt an. 1486. Claruit 1552.

* Nicolai Piccolominei, quæſtiones in vtroque iure. Impreſſæ Senis, anno Domini 1515. in folio regali.

Nicolai Pignolati Veronenſis I. C. Additiones in Ludouici Romani ſingularia & cautelas, & in ſi. rub. ff. de arbit.

Nicolaus Plonius Poſnonienſis, ſcripſit de excommunicatione, de irregularitate, de interdicto eccleſiaſticorum, de horis canonicis dicendis, & cautelis circa eas. Idẽ ſcripſit ſermones de tempore & ſanctis, Argentinæ impreſſos, anno Domini 1495. Claruit anno 1434.

* Nicolai de Ploue tractatus ſacerdotalis, cum confeſſionali D. Thomæ Aquinatis. Lugduni apud Guilielmum Rouillium, 1565.

Nicolaus Poll, ſcripſit libellum de cura morbi Gallici per lignum Guayacanum: impreſſum Baſileæ apud Bebelium, 1536. cum multis aliorum eiuſdem argumenti opuſculis.

* Nicolai Politæ argumenta 50. capitum Geneſeos, carmine elegiaco comprehenſa. in 4 Viennæ, anno 1551. Ab eodem ode in reditum D. Maximiliani ſcripta. Viennæ 1552. in 4.

Nicolaus Pontius Theologiæ ſcholaſticæ impenſe deditus, ſcripſit Contra Wicleuiſtas lib. 1 Determinationes quoq; lib. 1. Vixit anno Domini 1410. Balens.

Nicolaus de Porta, ſuper Conſtitutiones regni Siciliæ.

Nicolai Præpoſiti doctoris medici, Diſpenſatorium ad aromatarios, ſiue introductiones in artem apothecariatus, impreſſum Lugduni, 1536. apud Claudium Tupin.

Nicolaus Pruckneruſ, Iulij Firmici Aſtronomicõn lib 8. recognouit: Heruagius excudit Baſileæ cum aliquot alijs libris aſtronomicis, edidit & prognoſtica aliquot annorum, impreſſa Argentinæ apud Ioannem Schottum, & Baſileæ apud Parcum. Claruit anno 1551.

Nicolai Querali Hexaſtichorum moralium li. 2. excuſi Pariſijs apud Reginaldum Calderium, anno Domini 1552.

Nicolai Quodi epiſtola, miranda nuncians de quodam nouo opere, breui Romæ emerſuro, cui titulus, de Memorabilibus Prædicatorum & Carmelitarum: vbi illorum flagitia graphice depinguntur, Miſſa eſt ex vrbe ad Hermannum Comitem de noua aquila, impreſſa eſt in Germania, vt habet catalogus Baſilien. officinæ Heruagij.

Nicolaus Radclif, Anglus, ad fanum Albani Monachus & Archidiaconus eius loci, ſcripſit de Sacramento Euchariſtiæ per Dialogum, in quo Petrus Stokes Carmelita, & hic Nicolaus ſunt interlocutores, quos Wicleuus canes album & nigrum in ſuis ſcriptis vocare ſolebat. Opus hoc intitulatur, Viaticum ſalutare lib. 1. Quæſtiones quoq; edidit lib 1. Et alia. Claruit anno Domini 1380. Ioannes Lelandus.



Digitized by Google

Nicolai *Regij libellus Germanicus de matrimonio. Norimbergæ*, 1569.

Nicolaus de *Regio tranſtulit libellum de viribus Centaurij minoris herbæ. Gentilis. Habemus etiam Cl. Galeni libros de vſu partium corporis humani, ex huius autoris verſione impreſſos: & Nicolai Alexandri opus de medicamentis compoſitis, & alia quædam non pauca ab eo verſa extant. Opera aliquot Galeni à Nicolao Rhegio Calabro tranſlata excuſa ſunt Venetijs à Iuntis cum operibus Galeni. Sunt autem hæc, De conſuetudine. De partibus artis medicæ. De cauſis procatarcticis. De anatomia oculorum. An omnes particulæ animalis quod in vtero eſt fiant ſimul. De virtute Centaureæ. De catharticis, De gynæceis id eſt paſſionibus mulierum. De medicinis expertis.*

Nicolai *Reuſneri Leorini Syluula genealogica principum Boiariorum & Palatinorum. Eiuſdem Epithalamium in nuptias principis Guilielmi Boiariæ ducis, aliaq; poemata nonnulla. Lauingæ*, 1568. *in quarto. Eiuſdem & Gregorij Sabini deſcriptiones Imperatorum ac Cæſarum Romanorum à C. Iulio Cæſare vſq; ad Maximilianum* II. *Auſtriacum. Lipſiæ*, 1572. *in* 8. * *Eiuſdem elementorum artis Rhetoricæ li.* II. 8. *Argentorati. Panegyris verna illuſtris Scholæ Lauingnæ Rectore Nicolao Reuſnero I.C. anno* 1589. IX. *Calendas Maias in Progreſſionibus ſolennibus celebrata* 8. *Lauingæ. Eiuſdem Paradyſus, ſiue, Hortulus poeticus, libris ſeptem diſtinctus.* I. *Pomarium.* II. *Roſarium* III. *Frumentarium, olitoriumq;*. V. *Auiarium.* VI. *Piſcarium.* VII. *Spelæum poeticum. Quibus acceſſit Penus poetica: varijs eſculentis & potulentis, ad victum quotidianum neceſſarijs, referta. Editus opera Ieremiæ Reuſneri Leorini* 8. *Baſileæ. Polyanthea, ſiue paradiſus poeticus (videndum an idem liber cum priore) omnibus propemodum arboribus plantis & ſtirpibus conſitus: omniq; genere animantium, tum terreſtrium quam aquatilium inhabitatus, & illuſtrium poetarum riuulis fonticulisq; irrigatus: ad horum vires cognoſcendas ſtudioſis præſertim medicinæ vtiliſſimus* 8. *Baſileæ per Sebaſtianum Henr. Pet. Eiuſdem ſummorum regum, ſiue imperatorum, Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum, Romanorum, Bizantinorum, Germanicorum, libri ſeptem. Eiuſdem chronologia hiſtorica* 12. *Auguſtæ. Ab eodem elegia ſcripta in aduentum Cæſaris Maximiliani in* 4. *Auguſtæ, principum ſacri Romani imperij ſeptemvirorum, Palatinorum, Saxonicorum, Brandenburgicorum lib. tres* 12. *Auguſtæ. Principum et ducum Venetorum liber vnus. Pictura item vrbis Venetiarum, cum elogijs clarorum virorum* 8. *Lauingæ. Emblemata in quatuor libros digeſta, cum Symbolis & inſcriptionibus illuſtrium & clarorum virorum. Ex recenſione Ieremiæ Reuſneri Leorini* 4. *Francofurti apud Sigiſmundum Feyrabent. de pace & concordia domi conſtituenda deque expeditione in Turcas ſuſcipienda in* 4. *oratio de vita perfecta, Diſputationum iuris ciuilis libri* 3. *Item politicarum diſputationum lib.* 8. *Argentinæ, de iure & qualitate rerum diuinarum, id eſt, ſacrarum, religioſarum, & ſanctarum, diſputationes tres, in collegio Lauingano habitæ.*

Nicolai *Rhodingi exhortatio ad Germaniam & precationes aliquot carmine elegiaco conſcriptæ, impreſſæ ſunt Marpurgi, anno Domini* 1549. *in* 4. *chartis* 5. * *Exhortatio ad Germaniã vt bellum à Papiſtis impie concitatum armis extinguant, anno Do.* 1548. *excuſa.*

Nicolai *Ricardi Pictauienſis Galli, de indulgentijs animarum in purgatorio.*

Nicolaus *Rideley genere Illuſtris, patria Dunelmenſis, ab Eduardo Sexto epiſcopus Londinenſis factus, ſcripſit inter ſe & Latimerum Amicam collationem lib.* I. *Contra errorem Tranſubſtantiationis lib.* I. *Diſputatio Oxonienſis lib.* I. *Proteſtatio in ſcholis lib.* I. *Sententiæ patrum lib.* I. *De confringendis altaribus libr.* I. *De vera cœna Domini lib.* I. *Vltimum eius vale lib.* I. *Combuſtus fuit Oxonij, anno* 1555. *Eius aſſertio de cœna Domini contra tranſſubſtantiationis hæreſim. impreſſa eſt Geneuæ*, 1556.

Nicolaus *Riſton vir honeſto genere, ſcripſit De tollendo ſchiſmate lib.* I. *Claruit anno D.* 1410. *Baleus.*

Nicolaus *Ritzonis, patria Tholoſanus, Carmelita, ſcripſit ſermones de tempore libr.* I. *ſermones de ſanctis lib.* I. *quadrageſimale duplex lib.* 2.

Nicolai *Rochæi Galli, de morbis mulierum curandis liber. In præfatione huius libri alios medicinales libros promittit.*

* ~~Nicolai *Romani Pruteni de arte Rhetorica, ad Illuſtriſſimum Principem Alexandrum ducem S. Lucenſem, libri quatuor octauo. Ingolſtadij, anno* 1581.~~

Nicolai *Rorarij medici Vtinenſis Contradictiones, Dubia & Paradoxa in libros Hippocratis, Celſi, Galeni, Aetij, Æginetæ, Auicennæ, cum eorundem conciliationibus. Venetijs.* 1566. *in* 8.

* Nicolaus *Ruckerus iuris conſultus eximius tomum poſteriorem de duobus matrimonialium conſiliorum ex clariſſimorum Germaniæ Iuriſconſultorum reſponſis, ſingulari diligentia congeſſit, in folio vterque excuſus Francofurti apud Sigiſm. Feyrabent.*

Nicolai *Rudingeri Piſouernatis Elegiarum euangelicarum, iuxta ordinem Dominicorum & Feſtorum dierum totius anni, libri tres. Norimbergæ*, 1573.

Nicolai *Ruffi Singularia & cautelæ.*

Nicolai *Rus, Roſtochienſis, liber de triplici funiculo, eſt autem expoſitio Symboli, Decalogi, & Dominicæ orationis: impreſ. lingua Germanica. Vixit circa annum* 1510.

Nicolaus *Saguntinus, vtraque lingua diſertiſſimus, ingenio facundiaque iuxta promptus, interpres fuit in Concilio quod ſub Eugenio* IIII. *inter Græcos & Latinos cum de alijs fidei articulis, tum de S. Spiritus progreſſu, Ferrariæ & Florentiæ habitũ eſt. Æneas Syl. in deſcriptione Europæ, cap.* 54. *Scripſit etiã ad Pium papã de Scythis, vt idem Syluius meminit in deſcriptione Aſiæ cap.* 29.



Digitized by Google

Tranſtulit Plutarchi librum de ciuilibus præceptis, quæ verſio cum reliquis Plutarchi operibus Latinis habetur: & Onoſandrum Platonicum de optimo imperatore, quem Rob. Vuinter excudit Baſileæ 1542. citatur etiam in Chronicis Ioan. Cuſpiniani.

Nicolai *Saliceti abbatis Antidotarium animæ. Vixit anno* 1488.

Nicolai *Sanderi De typica & honoraria ſacrarum imaginum adoratione libri duo. Louanij, anno* 1569. *Eiuſdem Tractatus quod dominus in ſexto capite Ioannis de ſacramento Euchariſtiæ proprie ſit locutus. Antuerpiæ. Item ſacrificij Miſſæ ac eius partium explicatio. Louanij,* 1569. *duodecimo. De viſibili monarchia eccleſiæ lib.* 8: *Quibus inſtruitur diſputatio, tum de perpetua eccleſiæ Dei ſucceſſione, tum de gubernatione monarchica. Deinde ciuitatis diaboli perſæpe interrupta progreſſio, proponitur. ſectæque omnes confutantur. Denique de Antichriſto ipſo & membris eius, deq; vera Dei & adulterina Diaboli eccleſia tractatur. Louanij,* 1571 *folio.* *Eiuſdem Fidelis ſerui, ſubdito infideli Reſponſio, vna cum errorum & calumniatum quarundam examine, quæ continentur in ſeptimo libro de viſibili eccleſiæ monarchia* 4. *Londini.*

* Nicolai *Sarborenſis locorum communium aduerſus huius temporis hæreſes. Enchiridiõ, Coloniæ* 1529 *in* 8.

Nicolaus *Scelſius, ſcripſit varias lectiones epiſtolarum familiarium Ciceronis, ex collatione vetuſti codicis: liber excuſus Baſileæ apud Rob. Vuinter, cum varijs aliorum in eaſdem annotationibus,* 1537.

Nicolai *Seubelij de dignitate verbi Dei & ſacræ ſcripturæ habita oratio & impreſſa Lipſiæ, anno* 1540. *cum præfatione Friderici Myconij & epigrammatibus Vuolfgangi Meureri.*

Nicolai *Schmid de decem vitijs malarum mulierum & totidem virtutibus piæ & prudentis matronæ, libellus Germanicis rhytmis ſcriptus, Vuittebergæ,* 1568.

Nicolai *de Schonberg è Miſnia Germani, qui poſtea cardinalis factus eſt, Orationes quinque de admiranda Chriſti pugna cum diabolo in deſerto: habitæ coram Iulio* 11. *PP. & impreſſæ anno* 1511. *Lipſiæ,* 1512.

Nicolaus *Schuuerggerus Auguſtanus H. Vuolfij auditor quædam in Suida è Græco in Latinum conuertit.*

Nicolaus *Scutellius tranſtulit Iamblicum de myſterijs Ægyptiorum.*

Nicolaus *Secundinus Turcarum genealogiam Latino ſermone conſcriptam Pio Papæ dedicauit. Iouius in Calepino imperatore Turcico.*

Nicolai *Selnecceri libellus Collectaneorum, continẽs tres tractatus de præcipuis capitibus doctrinæ Chriſtianæ, quæ à Papiſtis corrumpuntur & oppugnantur, De ſcriptura, De eccleſia, De fide & operibus. Francofurti,* 1568. *Explicatio Germanica prophetæ Eſaiæ, Lipſiæ,* 1569. *Reſponſio ad conuitia Flaccianorum, & acta colloquij Aldenburgenſis: item ad Cœleſtini conuitia,* 1570. *Aduerſus catechiſmum Heidelbergenſem. Aduerſus Bezæ interpretationem huius loci, Oportet Chriſtum cœlo capi. De proſodia, in vſum Græcos & Latinos verſus ſcribere diſcentium. De anima. Epitome in philoſophiam Ariſtotelis. Libri aliquot carminum. Pedagogium in quo tota doctrina Chriſtiana tractatur. Annotationes & argumenta in librum Sapientiæ Solomonis: eiuſdemq; libri noua ex Græco verſio. Græce & Latine Lipſiæ,* 1568. *In Geneſim primum librum Moſis commentarius: addita Chronologia ab initio mundi vſque ad exitum populi Iſraelitici ex Ægypto. Lipſiæ,* 1569. *in folio. Exemplar epiſtolæ ſcriptæ ad Theologos academiæ Vuitenbergenſis, de re ſacramentaria,* 1571. *quarto. Diſputatio Grammatica, de interpretatione Græcorum verborum. Act.* 11. ἐκεῖνος Χριστὸν ἐν δεξιᾷ πατρὸς ἐκάθισε. *Vuitenbergæ,* 1571. *Catalogus breuis præcipuorum Conciliorum Oecumenicorum & nationalium, à tempore Apoſtolorum vſq; ad noſtram ætatem, in Academia Lipſienſi dictatus, & poſt recognitus, inſerta doctrina de idiomatum communicatione in Chriſto ſtruatore* τῶ ἀνθρώπου, *Exegema eiuſdem.* 1. *De vnione perſonali duarum in Chriſto naturarum,* 2. *de idiomatum communicatione,* 3. *de cœna Domini. Item recognitio analecti. Francofurti apud Coruinum,* 1571. *Confeſſio Germanica, De maieſtate Chriſti. Henricopoli,* 1571. *quarto. Literæ Germanica lingua ſcriptæ ad Danielem Greſſerum, de controuerſia circa cœnam Domini,* 1571. *quarto. Ad Theodori Bezæ calumnias reſponſio,* 1571. *in octauo. Oratio de præcipuis eccleſiæ doctoribus. Henricopoli. Chriſtianæ Interrogationes & reſponſiones de articulo fidei, Aſcendit in cœlum, ſedet ad dextram Dei patris omnipotentis. Item Summa Chriſtianæ doctrinæ & confeſſionis de cœna Domini, & compendium præcipuorum dogmatum Chriſtianæ doctrinæ. Ibidem,* 1571. *Germanice. Pſalmi cum breuibus ſummarijs & præcipuis pro patribus familiâs & eorum liberis. Lipſiæ,* 1572. *Germanice. Hiſtoria paſſionis Chriſti ex quatuor Euangeliſtis collecta, addita explicatione. Germanice. Henricopoli. Inſtitutiones Chriſtianæ religionis, continentes explicationem locorum theologicorũ. Francofurti in octauo.* 1573. *Concio* 1. *de abſolutione.* 1572. *Henricopoli. Germ. Concio ex Pſalmo* 118. *Ibidem. In Acta Apoſtolorum annotatio. Carmen paraphraſticum in D. Pauli epiſtolas. Explicatio in Hieremiam & Sophoniam prophetas, in quarto. Audio nuper denuo nouum librum contra Bezam ab eodem editum, plenum calumnijs contra Sacramentarios vt vocant.* *Eiuſdem propoſitiones & quæſtiones in octo libros Phyſicorum Ariſtotelis, ad vſum ſtudioſorum ſcriptæ. Libellus Phyſiologicus de rebus naturalibus, elegiaco carmine ſcriptus, & in eundem annotationes. Item, Libellus ſphæricus* 8. *Lipſiæ. Eiuſdem notatio de ſtudio ſacræ Theologiæ, & de ratione diſcendi doctrinam cœleſtem. Catalogus locorum theologicorum & philoſophicorum. Oratio de linguarum ſtudijs. Et Lutheri oratio de ſcholis inſtituẽdis Edita in vſum ſtudioſæ iuuentutis Lipſiæ Ab eodẽ oraciũcula ad D. D. paſtores habita. Renunciatio Baccalaureorum Sacræ*

*Theologiæ:*

Digitized by Google

Theologiæ: Et in hac ſolenni renunciatione oratio explicans Pſalmum 8. Lipſiæ 8. anno 1582. Eius annotationibus in Geneſim, cum præfatione, in qua ratio redditur de doctrinæ Chriſtianæ capitibus controuerſis, addita eſt Iſagoge in Exodum, Leuiticum, Numeros, Deuteronomium. In fol. Lipſ. Scripſit etiã in tria priora capita Danielis. In Amos & Abdiam. Lipſiæ Iacobus Beruuald, anno Domini 1567. excudebat. Eiuſdem poematum ſacrorum pars prima, continens paraphraſin Pſalterij, ſeu carminum Dauidicorum libros quinque 12. Henricopoli. Euangeliorum, & Epiſtolarum omnium quæ dominicis & feſtis diebus in Eccleſia Chriſti proponi ſolent, Harmoniæ, explicationis & homiliarum, partes tres, octauo Francofurti. poſtilla in quatuor partes diſtributa, iam denuò recuſa octauo. Francofurti. In epiſtolas catholicas Ioannis Apoſtoli homiliæ. Item Euangelium Ioannis Euangeliſtæ & Apoſtoli ex Syra verſione accurate deſcriptum, in vſum piæ & ſtudioſæ iuuentutis octauo. Lipſiæ. in Apocalypſin, germanice in quarto. Lipſiæ, anno Domini 1567. Eiuſdem Symbolorum, Apoſtolici, Niceni, & Athanaſiani exegeſis, fideliter repetens doctrinam perpetuam Eccleſiæ Dei de præcipuis capitibus, & articulis Chriſtianæ fidei, in primis de diuinitate æternæ filij Dei, de vnione Hypoſtatica duarum naturarum in Chriſto, de maieſtate filij hominis, de communicatione idiomatum, de cœna Domini octauo. Lipſiæ, de hypoſtatica naturarum in Chriſto vnione, Themata, octauo. Libellus breuis, continens collationem locorum textus Biblici & Chaldaicæ παραφράσεως, quæ Thargum vocatur, in quibus Chaldæi vſurparunt, dictionem verbi, intelligentes Logon, filium Dei: item eorum in quibus vſurparunt vocem Meſſiæ, Chriſti. octauo. Lipſiæ. De nouo edidit librum Germanicum Martini Lutheri de Iudæis & eorum mendacijs, de Schembampboras Iudæorum, deque familia Chriſti, contra Sabbatharios & Iudæorum mendacia atque doles. Item in Iudæorum conuicia & blaſphemias contra Chriſtum, & noſtrum magiſtratum. In octauo Lipſiæ, anno Domini 1577. Theſes de doctrina Sacramentorrm noui Teſtamenti, Confutatio accuſationum, quibus Sacramentarij Eccleſias puriores, quæ Auguſtanæ Confeſſioni ſubſcribunt, onerare ſolent: continens ſinceram doctrinam de Cœna Domini: & duabus naturis in Chriſto. &c. Refutaio item Exegeſeos Sacramentariæ. octauo. Lipſiæ. Eiuſdem Epiſtola ſcripta ad Lambertum Danæum de Exegeſi. octauo. Lipſiæ. Eiuſdem recitationum de libro concordiæ, Admonitionem Neuſtadianam luculenter confirmantium, examen, in gratiam doctrinæ Chriſtianæ ſtudioſorum in Academia Lipſica, & aliorum piæ concordiæ amantium, collectum à Ioanne Baleo, Theologiæ ſtudioſo: & editum in quarto. Neapoli, anno Domini 1582.

Nicolaus *Siculus, abbas Monacen. ordinis ſancti Benedicti, dictus de Tudeſchis, Panormitanus archiepiſcopus, & demum eccleſiæ Romanæ Cardinalis, iureconſultus celeberrimus, ſcripſit ſuper decreto imperfectum. lib. 1. ſuper Decretalibus lib. 5. ſuper Clementinis lib. 1. pro concilio Baſilienſi libr. 1. proceſſum iudiciarium libr. 1. conſilia centum & quatuor libr. 1. diſputationes varias libr. 1. & alia complura. Eius proceſſus iudiciarius ſiue practica de modo procedendi in iudicio tam ſummariæ, & de plano, quam mere & cum ſtrepitu iudiciali, in omnibus fermè curijs obſeruari conſueta. Liber impreſſus olim in quarto. chart. 18. Tractatus de auctoritate, veritate & inſtitutione conciliorum ſacrorum, præſertim Baſilienſis, cum annexone quorundam dubiorum & caſuum: extat manuſcriptus apud M. Dreſſerum cum alijs Panormitani libris. *Eius tractatus (qui inſcribitur, nobiliſſimus) ſuper concilio Baſilienſi Lugduni in octauo, excuſus. Item de eius concilij & Papæ poteſtate, ibidem in folio, anno Domini 1517 Super decretales commentaria tomis quinque edita Lugduni cum aliorum annotationibus, anno Domini 1527 Duo volumina conſiliorum & varias quæſtione in Iure. Lugduni excudebat Ioannes Criſpinus in folio. anno Domini 1527. Eiuſdem concuſſiones (forte legendum concluſiones) gloſſarum Clementinarum: iunctis alijs varijs doctorum tractatibus extant in folio M. S. in bibl. Imperat.*

Nicolai *Sicci poema de origine pilæ maioris & cinguli militaris quo flumina ſuperantur. Vene. 1551.*

Nicolaus *Simonis Hollandus, Carmelita ſcripſit ſermones tam de tempore quam de ſanctis per totum annum, quos inſcripſit ſermones Vade mecum. Vixit anno Domini 1495. Repetitiones, Diſputationes. Inuenio citari item præter ſuperiora conſiliorum eius volumina duo, de poteſtate papæ, imperatoris & Concilij in 2. Decretal. de foro compe. c. ſi quis contra clericum. eiuſdem diſputatio impreſſa Venetijs, anno Domini 1487. Commentarij in Decretal. impreſſi ſunt Mediolani circa annum 1510. Chronicon temporum librum 1. Vitas ſanctorum patrum librum 1. De ſacris mulieribus librum 1. Vitam D. Annæ librum 1. D. Cyrilli vitam librum 1. Hiſtoriam ordinis ſui lib. Farraginem fragmentorum lib. 1. Epiſtolas & alia. Obijt ſenex Harlemi, 1511. Tritemius.*

Nicolai *Simi mathematici Bononienſis Ephemerides annorum 15. ab anno Chriſti, 1554. vſque ad annum 1558. ad meridianum Bononienſem. Item canones vſum ephemeridum explicantes. Tractatus de electionibus, de mutatione aeris, de reuolutionibus annorum & ſimilibus. Venetijs impreſſit Vincentius Valgriſius, anno Dom. 1554. in 4. Eiuſdem Theoricæ planetarum, impreſſæ ab Oporino.*

Nicolaus *Sophianus Corcyreus, ſcripſit de aſtrolabio libellum Græcum. Edidit etiam tabulas Græca elegantiſſime depictas, cum nominibus locorum antiquis & recentioribus, quæ primum Romæ, & poſtea etiam Baſileæ apud Ioannem Oporinum excuſæ ſunt, vnà cum Nicolai Gerbelij doctiſſima Iſagoge in eaſdem, anno 1550. Claruit anno reſtitutæ ſalutis 1548.*

Digitized by Google

Nicolaus *de Spinellis Neapolitanus Iureconſultus, Super inſtitutiones: Super primum Infortiati. Super 3. lib. Codicis.*

Nicolaus *Stanforde, compoſuit inter cætera Moralitates in Geneſim lib. 1. Conciones aliquot li. 1. Baleus.*

* Nicolai *Steinbergi de aduentu ſacratiß. Cæſareæ maieſtatis, Rodolphi II. &c. Vratislauiam ingreßi, anno Chriſti, &c. 77.9. Kalendorũ Iunij. Gratulatio ampliſsimæ Reipub. Vratislauienſium Auguſtæ portæ emblematis expreſſa, & carmine deſcripta. Vratiſ. 4.*

Nicolai *Stoer theologiæ doctoris, & profeſſoris Lipſenſis de officio miſſæ liber ad Marchiones Miſnenſes ſcriptus, anno 1467.*

Nicolaus *Stopius Aloſtenſis Flander, ſcripſit Panegyricũ de laudibus D. Ioannæ Arragoniæ, & alia poemata: excuſa Florentiæ apud Torrentinum, anno 1555. Eiuſdem Carmen elegans præfixum eſt enarrationibus Amati in Dioſcoridem. Et aliud Athenæo Latino.*

Nicolaus *Superantius patricius Venetus Iureconſultus, ſcripſit Additiones in Summam Cardinalis Hoſtienſis cum eadem impreſſas, cum alibi, tum Baſileæ, 1573. *Eiuſdem annotationes in Guidonis Bayſij Roſarium, ſiue commentaria in volumen Decretorum, in fol. regali Venetijs 1580.*

Nicolaus *de Suſato, natione Germanus, ſcripſit quæſtiones ſententiarum li. 1. ſermones multos, varias quæſtiones, & alia complura. Vixit anno* 1417.

Nicolaus *Suuafham, Carmeliticæ cohortis gubernator, ſcripſit Ordinarium lectionum lib. 1. Determinationum quoque lib. 1. Obijt anno Do. 1446. Baleus.*

Nicolaus *Tartalea Euclidem expoſuit Italice, liber excuſus Venetijs. Idem ſcripſit de bombardis. *Eiuſdem noua inuentio pro ſpeculatiuo Mathematico in 4. Italicè Venetijs 1573.*

Nicolai *Taurelli Montbelgard. Philoſophiæ triumphus, hoc eſt, metaphyſica philoſophandi methodus, qua diuinitus inditis menti notitijs, humanæ rationes eo deducuntur, vt firmißimis inde conſtructis demonſtrationibus, aperte rei veritas eluceſcat, & quæ diu philoſophorum ſepulta fuit authoritate, philoſophia victrix erumpat. Baſileæ apud Sebaſtianum Henric. Petri, 1573. in octauo. * Eiuſdem Medicinæ prædictionis methodus, hoc eſt, recta breuiſq; ratio, corã ægris præterita, præſentia, futuraque prædicendi, morbos ſcilicet, morborumq; cauſas, mortem, ſanitatem recidiuam aliaq; ſymptomata. 4. Francof. ſumptibus Bernardi Iobini.*

Nicolaus *Tegrinus Lucenſis hiſtoriã Caſtructij Lucenſium tyranni Latine conſcripſit. Pariſijs excudit Iacobus Bocardus, 1546.*

Nicolai *Thephili diaconus,* ὁ μαίστορος τῶν ἰατρῶν, *liber Græcus hac inſcriptione alicubi in Italia extat.*

Nicolai *Tignoſij commentaria in librum Ariſtotelis de anima, excuſa ſunt Florentiæ à Torrentino, in folio.*

Nicolaus *de Torga Minorita, de adoratione nominis Ieſu Chriſti, contra Petrum Vigmannum monachum, Vratislauienſem.*

Nicolaus *Tornacenſis, Hannonius, theologus, ſcripſit Lectiones in Lucam lib. 1. Io. Lelandus.*

Nicolaus *Treueth, vel Triuet, Anglus, Dominicanus, congeßit annales Anglicorum, qui à comitibus Andegauenſibus originem traxerunt, incipiens ab anno 1135. vſq; ad annum 1307. Scripſit etiam in declamationes Senecæ, in Ouidij transformationum libros, in Boetium de conſolatione philoſophiæ, in Valerium & Rufinum. Annales ad Chriſtum. in Auguſtinum de ciuitate Dei. Commentarios in Geneſim, in Pſalterium, in Ariſtotelis problemata. De peccatis lib. 1. De virtutibus lib. 1. Claruit anno D.* 1360.

Nicolai *Tribuni Romani ad Guidonem Cardinalem oratio impreſſa eſt cum operibus Petrarchæ.*

* Nicolai *de Tudeſco vide Nicolaus Siculus.*

Nicolaus *Valla Romanus, vertit aliquot libros Iliadis Homeri: Rob. Vuinter excudit Baſileæ. item Heſiodi opera & Dies heroico verſu reddidit, non ineleganter, ad Pium II. Pont. Max. idem Oporinus, et Iſingrinius ibidem, cum eodem Græco poemate, &c. Io. Frobenius, 1518. ſeorſim. Idẽ ſcripſit duas epiſtolas carmine elegiaco. Primam, Conſtantinopolis Romæ ſuæ ſalutem. Alteram Roma Conſtantinopoli ſorori. Excuſæ Romæ quatern. 3.*

Nicolai *Vallæ Florentini, Vocabularium vulgare cum Latino appoſito, Venetijs impreſſum, anno* 1535.

Nicolai *Vallæ de rebus dubijs, & quæſtionibus in iure controuerſis tractatus* XX. *Pariſ. 1567. in 4.*

Nicolaus *de Vbaldis iuriſperitus, ſcripſit de ſucceßionibus.*

Nicolaus *Vdall Anglus, tranſtulit in linguam vernaculã Eraſmi Roterodami Paraphraſin in Lucam, & acta Apoſtolorum, & eiuſdem Apophthegmatum libros. Tragœdiam ſcripſit de papatu, et flores Latini ſermonis. Claruit anno 1538.*

Nicolai *Verardi lib. de locis legalibus, excuſus Rouanij.*

Nicolai *Vigelij de Dreiſa Heſſorum, I.C. Exceptionum forenſium libri tres: apud Oporin. 1555. Eiuſdem Digeſtorum pars prima De Iure publico: ſeu commentariorum Iuris ciuilis, annus ſextus. Ibidem 1568. in folio. Digeſtorum pars ſecunda, de Iure quod in perſonis habemus, cum ſuis cauſis & actionibus. Ex officina, Oporiana, 1568. Eiuſdem Digeſtorum pars tertia: cui acceßit de arte litem conteſtandi libellus. In officina Oporiana, 1569. Item Digeſtorum pars quarta, de cauſis iuris lucratiuis: ibidem. Digeſtorum pars quinta, de obligationibus ex contractu deſcendentibus. Ibidem, 1570. in fol. Digeſtorum pars ſexta: De obligationibus & actionibus ex edicto deſcendentibus, 1571. ex officina Oporiniana. Eiuſdem Digeſtorum pars ſeptima. De Cauſis ſeu modis, quibus iura acquiſita retinentur, amittuntur, & amiſſa recuperantur. Ibidem.*

Partitio-

Digitized by Google

*Partitiones iuris ciuilis, Digeſtorum ſuorum rationem & ordinem breuiter demonſtrantes. Item: Tabulæ materiæ eiuſdem totius operis diſpoſitionem ob oculos ponentes. Methodus iuris ciuilis (neſcio an eadem cum patritionibus) Venetijs,* 1571. *in quarto. Dialectica Iuris ciuilis. Acceſſit de litis conteſtatione, item Paradoxorum libellus. Baſileæ,* 1573. *Practica Forenſis. Commentariorum iuris ciuilis annus primus,* 2. 3. 4. *in* 8. *De pactis. De ratione iudicandi de cauſis forenſibus: Diſputationes numero* 14. * *Eius methodus vniuerſi iuris ciuilis abſolutiſſima: ex ipſius digeſtis nunc denò recognita, ac multis in locis emendata, fol. Baſil. ex officina Oporiniana* 1579. *Eiuſdem methodus vniuerſi iuris pontificij abſolutiſſima, in quinque libros diſtincta* 8. *Baſileæ, ex officina Oporiniana. Methodus iuris controuerſi, in quinque libros diſtincta, cum ratione Iuris controuerſi, cum indicio legendi, & in indicando ſequendi, operi præfixa* 8. *Lugduni anno* 1581. *iuris feudalis, tàm controuerſi quam certi, liber vnus. Baſileæ, ex officina Oporiainna. Inſtitutionum iuris ad vſum fori non deprauatum accommodatarum libri* 4. *octauo, Baſileæ, typis Oporinianis, anno Domini* 1582. *Eiuſdem libellus de fide Iuridicorum Latine & Germanice in* 8. *Baſileæ anno Domini* 1582. *editus libellus de officio Iudicū ad promouendas & dirimendas lites pendentes, vtilis & neceſſarius* 8. *Baſileæ anno D.* 1578. *Germanice. Repertorium Iuris. Item Diſputationes* XX. *cauſarum* 8. *Baſileæ, de cauſis matrimonialibus liber. Item eiuſdem progymnaſmata fori* 8. *Baſileæ ex officina Oporiniana.*

Nicolaus *Villagagnon eques Rhodius, ſcripſit libellum de Caroli* V. *imperatoris expeditione in Africam ad Argieram, Ribelius excudit Argentorati,* 1542. *Eiuſdem de bello Melitenſi, & eius euentu Gallis impoſito ad Carolum* V. *imperat. commentaria excuſa Lutetiæ,* 1553. *apud Carolum Stephanū. Liber ad articulos Caluinianos. Venetijs.* 1565. *in* 8. *De conſecratione myſtici ſacramenti, & duplici Chriſti oblatione aduerſus Vannium Lutherologiæ profeſſorem: de Iudaici paſchatis implemento aduerſus Caluinologos: de poculo ſanguinis Chriſti & introitu in ſancta ſanctorum aduerſus Bezam: Lutetiæ.* 1569.

Nicolai *Volciey Cereriſuitini Polygraphi Collectaneorum libellus.*

* Nicolai *Volrier hiſtoria de victoria Ducis Lotharingiæ aduerſus Lutheranos, Gallice edita in folio, anno Domini* 1526. *(Arbitror fuiſſe Ruſticos ſeditioſos ab Anabaptiſtis ſeductos quos ille Lutheranos vocat.)*

Nicolaus *de Vuachenheim, Germanus, ſcripſit quæſtiones ſententiarum li.* 1. *ſermones multos. Collationes plures, & orationes lib.* 1. *& quædam alia. Vixit anno* 1480.

Nicolaus *Valkington Ciſtertienſis monachus, compoſuit De virtutibus & vitijs lib.* 1. *Hiſtoriam Gualteri Eſpec. lib.* 1. *Claruit anno Dom.* 1190. *Baleus.*

Nicolaus *Vuigeli, Germanus, ſcripſit tractatum de indulgentijs. Hic Nicolaus indulgentias pro reductione Græcorum per concilium Baſilienſe datas, promulgauit Friburgi anno* 1438.

Nicolai *Vuinklers Forchemij, medici, & Halæ Sueuorum Phiſici ordinarij, Chronika herbarum, florum, ſeminum, fructuum, radicum, ſuccorum, animalium, atque eorundem partium, quo nimirum tempore ſingula eorum colligenda, atque in vſum adferenda ſint medicum. Auguſtæ, anno Domini* 1570. *quarto.* * *Eiuſdem Tractatus de Aſtrologiæ & omnium artium principijs & differentijs diuinationum, contra Anonymos, qui nullas in aſtris cauſas eſſe contendunt* 8. *Francofurti apud Ioannem Feyrabendum* 1579. *Eiuſdem Meditationes de futuris mutationibus politiarum & fine mundi: Ex ſacris literis, patribus, & obſernatione curſus naturæ ab anno* 83. *vſq; in* 88. *&* 89. *deſcripta Germ. in* 4. *Auguſtæ* 1582.

Nicolai *Vuinmanni, Germani, Herculis cum Antæo pugnæ allegorica & pia interpretatio. Ioannes Petreius excudit Norimbergæ, anno Domini* 1537. *Syncretiſmus, ſiue conſpiratio nobilis Germaniæ, totiusque Chriſtiani orbis contra impiam Turcæ tyrannidem: Ioannes Gymnicus excudit Coloniæ, anno Domini* 1541. *de arte natandi dialogus, impreſſus Auguſtæ Vindelicorum,* 1538. *De laudibus linguæ Hebraicæ oratio ibibem excuſa. Claruit anno* 1542.

Nicolai *Vuollick de Serouilla tractatus tres de Muſica, excuſi Coloniæ ab Hen. Quentel,* 1501. * *Enchiridion Muſices Pariſijs* 1512. *in* 8.

* Nicolai *Xilandri Boruſſi, cauſæ motiuæ cur ipſe hereſin Lutheranam, cuius aliquandiu miniſter fuit, deſeruerit, ac ſe in Catholicæ Eccleſiæ gremium contulerit* 4. *Ingolſtadij.*

Nicolai *Zegeri ſcripta quædam in nouum Teſtamentum,* *nempe pars prima & ſecunda ſcholiorum in omnes Teſtamenti noui libros & Epiſtolas impreſſa Coloniæ,* 1553. *in* 8.

Nicomachus *Alexandrinus è Troia, Tragicus, ſcripſit vndecim tragœdias, quarū nomina ſunt apud Suidam. Athenæus vnam ex illis Eilethyiam allegat, & alterius cuiuſdam, vt videtur Nicomachi librum de feſtis Ægyptijs.*

Nicomachus *Athenienſis Tragicus, Euripidē & Theognin inſperato vicit: ex fabulis eius eſt Oedipus. Suidas.*

Nicomachi *Geraſeni arithmeticæ libri duo, excuſi Græce, Pariſijs apud Vuechelum, anno* 1538. *Extat & enchiridion harmonices Nicomachi, apud Diegum Hurtadum, Card. S. Angeli. Ioan. Axander Braſsitanus alicubi ſcribit ſe poſsidere Nicomachi Arithmeticam & Geometriam, Nicomachi Harmonica Latine reddidit Hermannus Gogaua.* * *Eius Arithmetica extat quoq; in bibl. imp. Viennæ M.S. in* 4.

Nicomachus *Stragirita philoſophus, filius Ariſtotelis philoſophi, diſcipulus Theophraſti, & (vt quidam tradunt) amaſius. Scripſit de moribus libros ſex, & de phyſica auditione patris ſui Suidas. Nicomacho huic quidam adſcribunt Ethicorum libros ad Eudemum Ariſtoteli inſcriptos.*

Digitized by Google

Nicomachus *medicus & ipſe Stagirita Machaonis F. Æſculapij nepos: à quo genus duxit Nicomachus pater Ariſtotelis philoſophi, ipſe etiam medicus: ſcripſit de medicina libros ſex, & rerũ naturalium vnum.*

Nicomedes *expoſuit Heracliti librum de natura. Laertius. Nicomedis Scholia in priora analytica Ariſtotelis extare dicuntur in bibliotheca Strozea.*

Nicomedis *librum de Orpheo Athenæus citat, & alibi Nicomedem Acanthium.*

Nicomedis *(aliàs Baſſi) diſtichon antiſtrephon lib. 1. Florilegij.*

Nicomedes *epiſtolæ ſecundæ & 4. et 12. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiſcopis libr. 1.*

Nicomedis *à Segermis verba apud Cypriani, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.*

Niconis *citharœdum Athenæus allegat.*

S. Niconis *Canones, ſeu definitiones & particulares narrationes ad monachos pertinentes. Græce ſeruantur in Italia.*

Nicophon *ſcripſit Pandoram, Sirenes, & Chirogaſtores. Athenæus apud Suidam. Nicophron dicitur Athenienſis comicus, Ariſtophani coæqualis.*

Nicophon *in Mechanicis, citatur à Polluce.*

Nicophron *Theronis F. Athenienſis comicus (Nicophon Athenæo) æqualis Ariſtophanis. Fabulæ eius ſunt, Ab inferis reuerſus, Veneris natalis, Pandora, Euchirogaſtores, Sirenes. Suidas.*

Nicoſtratus *Athenienſis Theſeida compoſuit, vt ſcribit Laertius in vita Xenophontis: vbi tamen exemplaria impreſſa habent Pythoſtrati nomen, ſed V. C. Nicoſtrati. Idem meminit Nicoſtrati poetæ qui cognominabatur Clytemneſtra, qui Polemoni æqualis fuit. Videtur autem hic eſſe Nicoſtratus comicus cuius fabulæ citantur ab Athenæo & alijs: Habra Anteroſa, ἀντιλαμβανόμενος, Reges, Diabolus, Hecate, Heſiodus, Hierophantes, Cline, Magirus, Prandroſos, Pandarus ſiue Antillus, Otis, πατριῶται, Plutus, Syrus repulſus, Pſeudoſtigmatias, Tociſtes. Nicoſtrati ſenarij 3. leguntur apud Stobæum de Garrulitate, & totidem in ſermone de Proſperitate.*

Nicoſtratus *Macedonum orator, Relatus eſt in numerum eorum qui ſecundum à decem oratoribus locum tenuerunt, æqualis Ariſtidis & Dionis Chryſoſtomi: fuit enim ſub M. Antonino Imperatore. Scripſit Decamythiam à numero x. fabularum: Imagines: Polymythiam, id eſt multiplices fabulas: Thalatturgos, & alia plurima: & Encomia in Marcum & alios. Suidas.*

Nicoſtratus *de ſenatu habendo citatur à Pomp. Feſto.*

Nicoſtrati *fragmentum prolixum ex libro de nuptijs apud Stobæum in nuptialibus præceptis, & in ſermone de vxoris petitione.*

Nicoſtrati *medici antidota citantur à Galeno lib. 2. de antidotis.*

Niger *Bologninus de curis vlcerum ita legi in quodam catalogo. Angeli Bolognini de cura vlcerum ſupra memini.*

Nigellus *Vuireker monachus, Cantuarienſis Eccleſiæ præcentor, edidit Speculum ſtultorum lib. 1. Monita ad amicum libr. 1. Aduerſus barbariem lib. 1. Super vitijs curatorum lib. 1. Diſtinctiones v. triuſq. Teſt. lib. 1. De abuſu rerum Eccleſiæ libr. 1. Exceptiones ex Guarnerio libr. 1. Commentarius Numerorum libr. 1. Claruit anno Domini 1200. Baleus. * Eius ſpeculum ſtultorum carmine Hexametro ſcriptum anno 1478 editum.*

Nili *Scholaſtici tetraſtichon lib. 4. Florilegij, ſectione 12.*

Nilus *epiſcopus Conſtantinopolitanus, ſcripſit diuinorum patrum in monte Sina obitum. Item librum aduerſus Græcæ ſuperſtitionis ſectatores, item librum ad Elogium. Nicephorus lib. 14. hiſtoriæ eccleſiaſticæ.*

Nili *archiepiſcopi Theſſalonicenſis ſermo manifeſte explicans nullam aliam hactenus fuiſſe Latinæ ac Græcæ eccleſiæ diſſenſionis cauſam, quam quod vniuerſali concilio Papa rei controuerſæ legitimam cognitionem concedere non vult, quam ſolus ipſe tanquam magiſter atq. arbiter controuerſiæ ſedere vult, alios autem tanquam diſcipulos dicto audientes eſſe, & hoc ab apoſtolorum ac patrum legibus & actionibus eſſe alieniſſimum. Eiuſdem ſermo de Papæ origine. Eiuſdem clara & breuis ad Latinos reſponſio tanquam enchiridion quoddam propoſitum his qui aduerſus illo pugnare volunt. Aduerſus Papæ tyrannidem & Latinos. De vita in Chriſto. Omnia hæc Græce manuſcripta extant, & Latine edita ſunt verſa ab Illirico.*

Nili *epiſcopi & martyris gnomæ quædam ſelectiores, impreſſæ Baſileæ apud Robertum Vuinter, & Coloniæ apud Gymnicum. Eædem à Michaele Toxita carmine redditæ, excuſæ ſunt Argentinæ à Cratone Mylio.*

S. Nili *orationes monaſticæ Græcæ, Romæ in Vaticana: Opuſcula quindecim Theologi: & capita φωτικὰ, item liber ad Chariclem epiſcopum nimis aſperum in peccatores, & docentem quod non ſola pœnitentia ſufficiat ad confeſſionem: ibidem extant, Græce.*

Nili *hiſtorici libri de hiſtorijs regum extant Bononiæ ad S. Saluatorem, principio tamen mutilati, audio autem nobilem quendam in Italia principium habere, ſed in medio eius codice aliquid deeſſe. Aiunt eoſdem extare in Vaticana. Nili oratiuncula contra barbaros in Latinam linguam conuerſa à Ioan. Sambuco: * atq. edita Patauij in folio anno Domini 1555. Extat quoque M. S. in bib. imp. Viennæ.*

Ninianus *Bernicius Britannus, ſcripſit meditationes in Pſalterium Dauidicum. Claruit 432.*

* Ninianus *Winzetus Renfrous. S. Theologiæ Doctor, & ad S. Iacobi apud Scotos Ratiſpone Abbas, flagellum ſectariorũ, qui religionis prætextu in Cæſarem. aut in alios orthodoxos Principes excitare ſtudent, quærentes ineptiſſimè, quidem. Deo magis, an principibus ſit obediendum? Acceſſit velitatio in Georgium Buchananum circa Dialogum,*

quem

quem ſcripſit de iure Regni apud Scotos.4. Ingolſtadij, ex officina Tipographica Dauidis Sartorij anno 1582.

Niſus grammaticus ſcripſit libros faſtorum.

Nobilis Socius Salodienſis, medicus, ſcripſit de temporibus & modis recte purgandi tractatum, in quatuor ſectiones diuiſum: excuſum Lugduni apud Sebaſtianum Bartholomæum Honoratum, anno 1555.

Noë Faignient muſici, cantiones Madrigali & Motetæ quatuor, quinque & ſex vocum. Antuerpiæ, 1569.

Noë Meureri I.C. ordo & proceſſus iudicij Cameræ Imperialis, auctus & emendatus. Germanice, anno 1571. Eiuſdem de iure aquarum & præſertim Rheni fluminis, & aliorum fluminum, et inſulis, &c. liber Germanicus. Francofurti, 1570. in folio.

Noetus hæreticus, à quo Noetiani cum Sabellio & Praxea, docuit Patrem paſſum eſſe in Chriſto.

Nouius Attellanarum ſcriptor commemoratur à Macrobio.

Nonij Marcelli Tiburticenſis, compendioſæ doctrinæ ad filium de proprietate ſermonum tractatus varij, excuſi cum Nicolai Perotti Cornucopiæ: item veterum proprietates, & vocabulorum ſignificationes: interpretatio vocabulorum aliquot per ordinem Alphabeti: de indiſcretis generibus, ſiue ijs vocabulis quæ in diuerſis generibus apud authores ponuntur, per ordinem literarum de varia ſignificatione ſermonum, ſiue de polyſemis vocabulis per ordinem literarum. Nonnullarum dictionũ quæ idem ſignificare videntur, in ſignificato differentiæ, ſine ordine: de improprijs ſignificationibus, ſiue metaphoricis: de contrarijs generibus verborũ, vbi actiua forma ponitur pro paſſiua, vel contra, de mutata declinatione, vt fœtis pro fœtibus: de numeris & caſibus: de mutatis coniugationibus: de indiſcretis aduerbijs, vt mœſtiter pro mœſte, de doctorũ indagine, vbi aliquid apud authores dictum obſeruatur contra conſuetudinem, aut artem grammaticam, de genere nauigiorum, de genere veſtimentorum, de generibus vaſorum & poculorum, de genere ciborum & potuum, de genere armorum, de propinquitate: ibidem. Nonius Marcellus de proprietate ſermonum, innumeris locis reſtitutus, multis locupletatus, ope vetuſtiſſimorum codicum, & induſtria Hadriani Iunij. Antuerpiæ apud Plantinum, 1565. 8.* In Nonij Marcelli libros de proprietate ſermonum, virorum doctiſſimorum Notæ: quibus adiectus eſt nouus libellus variarum lectionum, ex vetuſtiſſimis codicibus manuſ. 8. Pariſijs apud Ægydium Beys, 1583.

Nonni poetæ Panopolitani Dionyſiacon lib. 48. verſu heroico ſcripti, extant in Italia apud Diegum Hurtadum, eiuſdem metabole, id eſt, tralatio S. Euangelij ſecundum Ioannem, verſibus heroicis, excuſa Venetijs ab Aldo, & Haganoæ, 1527. apud Secerium, & Francfordiæ apud Brubachium, anno Domini 1541. cum Homerocentris, & Probæ Falconiæ Virgilianis centonibus. Latine conuerſa eſt in Ioannem paraphraſis Nonni, à Chriſtophoro Hegendorphino, & Haganoæ quoque edita per Secerium. Nonni Dionyſiaca ex bibliotheca Ioannis Sambuci, cum lectionibus & coniecturis Gerarti Falkemburgij, Græce impreſſa ſunt Antuerpiæ, anno 1569. apud Plantinum. Audio eadem Romæ quoque impreſſa eſſe. Nonni commentarius in duas orationes inuectiuas Nazianzeni aduerſus Iulianũ Auguſtum, in Latinam linguam tranſlatus à Ioanne Leuuenklaio, impreſſus cum operibus Nazianzeni Baſileæ, anno Domini 1571.* Nonni Dionyſiaca, id eſt, Saturnalia, ſeu Bacchanalia, in quibus multa de amore & ebrietate, de laudibus & rebus geſtis Bacchi, liber varijs poetarum antiquorum fabulis refertus, in folio. Manuſ. bib. Imp. Viennæ.

Noni de omnium particularium morborum curatione liber, per Hieremiam Martium Auguſtanum. Argentorati Ioſias Ribelius in octauo, anno 1568. Noni medici opus Græcum extat in bibl. Auguſtana.

* Noppeni Profeſſoris Aurelianenſis annotationes, in titulum de rebus creditis, Si certum petatur condictione. Anno 1547. in fol. In charta ſcripta. Eiuſdem annotationes in titulum de pactis Cod. in folio. In charta ſcript.

Noſsidis mulieris tetraſtichon lib.3. Florilegij, ſectione 6.

Notgerus epiſcopus Leodien. Germanus, ſcripſit ſequentiarum lib.1. De muſica & ſymphonia, lib.1. De expoſitoribus ſacræ ſcripturæ lib.1. epiſtolarum ad diuerſos lib.1. alias ſcribitur Nodegerus. Claruit anno D. 850.

Notgerus monachus S. Galli, ſcripſit quædam quorum meminit (ni fallor) Ioã. Stumpſius in chronicis Heluetiæ.

Nothelmus Londinenſis, deſcripſit Acta ſeniorum eccleſiæ Anglicæ. Obijt Archipræſul Cantuarienſis factus, anno D. 739.

Nothippi poetæ opſophagi meminit Athen.

Nouatianus Rom. eccleſiæ presbyter, ſcripſit de Paſcha lib.1. De cibis Iudaicis, lib.1. De Sabbato lib.1. De inſtantia lib.1. De circumciſione lib.1. De Attalo lib.1. De ſacerdote lib.1. De ſancta trinitate lib.1. De oratione lib.1. Epiſtolas plures ad diuerſos. Hæc Trittemius ex Hieronymo, qui teſtatur hunc Nouatianum de trinitate grande volumen compoſuiſſe, quaſi epitomen operis Tertulliani quod pleriq; neſcientes Cypriani exiſtiment. Claruit anno 250.

Nouati à Thamugade verba apud Cyprianũ, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptiſandis.

Nouius Atellanarum ſcriptor à Feſto Nonio A. Gellio, citatur in his fabulis, Agricola. Aſino forte Aſino. Buccula. Bubulco. Cerdone. Decuma. Dotata. Duobus Doſſenis. Euryſace. Exodio. Fullonico. Funere. Gallinaria. Hetæra. Ligarata. Liciniaria. Lupo. Macchocopone. Macco exule. Mania. Maleuolis. Militibus Pometinenſibus. Mortis & vitæ indicio. Optione. Pappo. Partu. Phœniſſis. Pico. Præcone poſteriore. Quæſtione. Surdo. Tele-

Hh

Digitized by Google

pho.Togularia.Triperdita.Vindemiatoribus.Virgine prægnante.Zona.

Numæ Pompilij ſcripta citantur apud Fulgẽtium in Mitholog.

Numenij librum Halieuticum Athenæus allegat. Gyraldus Numenium inter gulæ ſcriptores numerat. Numenij librum theriacum citant ſcholia Nicandri.

Numenius Apameus, ex Syria, philoſophus Pythagoricus, oſtendit Platonem ea quæ ſcripſit de Deo & mundi generatione, ex Moſaicis libris ſuffuratum eſſe, ideoq; ſcribit : Quid enim eſt Plato, quam Moſes Atticiſſans? Suidas.

Numenius rhetor ſcripſit de figuris dictionis, argumenta Thucydidis, & Demoſthenis ſententiarum collectaneum, & conſolationem de Antinoo ad Cæſarem Adrianum. Suidas.

Numinus medicus citatur ab Aetio lib.13.cap. 20. forte Nonus.

Nymphidianus Smyrnæus Maximi philoſophi frater germanus, fuit Iuliano imperatori ab epiſtolis, ſcripſit declamationes, diſceptationes. Eunapius.

Nymphis Xenagoræ F. Heracleotes Ponticus, hiſtoricus. Scripſit de Alexandro & ſucceſſoribus eius, eorumque poſteris, libros 24. De Heraclea libros 13. Continet autem res geſtas poſt Epigonos, vſq; ad euerſionem tyrannorum, & vſq; ad tertiũ Ptolemaũ. Suid. Nymphis librorũ quos de Ptolemæis conſcripſit nono, citatur ab Aeliano. Epitomen Nymphidis videtur ſcripſiſſe Memnon, cuius fragmenta ab H. Stephano edita ſunt.

Nymphis Heracleotes ſcripſit de Heraclea. Athenæus.

Nymphodori Syracu. Aſiæ periplus, & de mirabilibus Siciliæ liber citatur ab Athenæo.

Nymphodorus allegatur à Plinio 3.5.7.33. et duobus ſequentibus lib. Naturalis hiſtoriæ.

Nymphodorus Amphipolites tertio de legibus Aſiæ, item libro de legibus barbaricis citatur à Clemente Stromaton primo.

# O.

OBadiæ prophetia extat in veteri Teſtamento, paucis verſibus comprehenſa : putatur à quibuſdam fuiſſe tempore Ahab & Izebelis, ab Epiphanio in vitis prophetarum vocatur Abdiu: vbi plura de ipſo legat, qui volet.

Obede, vt puto chymicus auctor, citatur ab Hortulano philoſopho.

Obertus Giſanius I.C. Lucretij libros poſt Lambinum ope V.CC. emendauit. Plant. Antuerpiæ. Idem Homeri omnia quæ quidem extant opera, Græcolatina quam emendatiſſime edidit, cum ſcholijs ſuis, & indicibus nouis. Argentinæ excudit Theodoſius Rihelius, 1572. in 8.* Eiuſdem theſes cõmunes de contractib. & de pactis, proprie mutuo 4. Arg. Nicolaus Vuyriot. Theſes de teſtamẽtis ordinandis. 4. Argentinæ, Nicolaus Wyriot, deniq; Theſes de ſponſalibus.

Obertus de Horto, primos libros feudorum diſperſos in ordinem redegit, de qua multa Aluarotus in proœmio feudorum.

Obrimi verba ex orationibus eius pro Sentra & Protogeno, alicubi citat Stobæus.

Obſenidis medici ſcriptis vſus eſt Plinius 12. Naturalis hiſtoriæ libro.

Occleuus, aliâs Okeleſe, quod quercus folium ſonat, Anglus natione, Thoma Walſingamio in Chronicis teſte, Berengarij opinionem fouens, aſtruebat in altari manere panem & vinum poſt conſecrationem à ſacerdote factam. Claruit anno Domini 1410. ac ſcripſit de regimine principis lib. 1. Atq; alia materno ſermone edidit. Nicolaus Brigam.

Ocelli Lucani, qui & Achilles nominatur de vniuerſi orbis natura liber, Ioanne Boſcio Zeneo interprete atque commentatore. Louanij, anno 1554.

Octauianus Cacheranus ſcripſit deciſiones ſacri ſenatus Pedemontani. Taurini & Francofurti in folio.

Octauianus Ferrerius Mediolanenſis, ſcripſit quædam in Ariſtotelem, vt audio: & vertit Athenæum.

Octauianus Mirandula, natione Italus, diui Auguſtini canonicus regularis Lateranenſis, collegit illuſtrium poetarum flores, ex optimis & antiquis poetis numero 5. Opus impreſſum Argentorati apud Rihelium, 1538. à ſtudioſo quodam in locos cõmunes digeſtum: & denuo Baſileæ in 16. typis Brilingerianis anno 1583.

Octauiani Veſtrij Forocornelienſis I.C. Practica cum adnotationibus Nicolai Antonij Granatij Briaticenſis. De officijs & officialibus, Romanæ Curiæ, & in quibus eorum verſetur officium. Eiuſdem in Romanæ curiæ actionem & iudiciorũ mores introductio. Coloniæ 1573. in 8. cum annotationibus Nicolai Antonij Granatij.

Octauij Auguſti Cæſaris verſus heroici extant, de Virgilij Aeneide non abolenda. Vide Gyraldum de vitis poetarum.

Octauiani Vulpelli à Sancto Angelo Metaurenſe tractatus de Pace, Inducijs & Promiſſionibus de non offendendo. Venetijs 1573. in 8.

Octauij Cleophili Phanenſis poetæ venuſtiſſimi, de Cœtu poetarum liber elegiacus: quo nomina veterum apud Græcos & Latinos poetarum recenſet, impreſſus Baſileæ apud Frobenium anno. 1518. eiuſdem Anthropotheomachia, Iulia, Camilla, Sylua, Fanerdis lib. 3. &c. impreſſa Romæ. Opuſcula reliquit duodeuiginti, partim metro, partim ſoluta oratione compoſita, quæ ipſemet enumerat in epiſtola quadam ad Fanenſes, ſcripta eodem quo mortuus eſt anno. Anthropotheomachiam, Epiſtolas metricas ad Laurentium Medicen, epiſtolas familiares, epiſtolas morales, Hiſtoriam Ariminenſem, de dictis factiſq; memoratu dignis lib. 4. Epigrammatum lib. 6. de miſeria humana lib. 3. Libellum ad amicos Ferrarienſes. Vulgarium carminum, more Tuſco, in diuam Phœnicem libros 2. &c.

* Octauij S. Gilars Epiſcopi Angoliſmenſis, Viri darium

Digitized by Google

darium Gloriæ: de expeditione Neapolitana Caroli octaui Gallorum regis. Gallice in quarto editum opus.

Octauij Herſenij liber de ſacris ſaliaribus Tiburtium, citatur à Macrobio libro tertio Saturnaliorum.

Octauij Horatiani de curationibus omnium fere morborum, de acutis & chronicis paſsionibus: De mulierum accidentibus, eorumque curis, deque phyſica ſcientia, experimentorum libri quatuor, Ioannes Schottus excudit Argentorati anno Domini, 1544.

Octauius Ruffus, ſcripſit doctiſsima carmina quorum meminit Plinius, & Cuſpinianus in conſulibus.

* Octauij Simoncelli D. Tractatus de Decretis cæteriſque ſolennitatibus in contractibus Minorum aliorumque his ſimilium adhibendis. In quarto. Venetijs.

Octonymus colorum rhetoricorum quatuor ſcripſit libros referente Seneca.

Oddi de Oddis Patauini phyſici expoſitio in primam aphoriſmorum Hippocratis ſectionem, à Marco ipſius Oddi filio in lucem edita Patauij, anno 1564. octauo. Eiuſdem libri 9. De peſtis & peſtiferorum omnium affectuum cauſis, ſignis, præcautione & curatione. Apologia pro Galeno tum in Logica, tum in philoſophia, tum etiam in medicina. De cœnæ portione, &c. Per Marcum ipſius filium editi. Venetijs 1570. in quarto. Odi de Odis Patauini medici, de cœnæ & prandij portione, id eſt, vtrũ par ſit largiorem fieri, libri duo, erudite ac eleganter conſcripti, cum paraſtaſi Petri Toleti, impreſsi Lugduni 1538. apud Germanum Roſe, cum libello priſci cuiuſdam medici anonymi, de morbis puerorum, &c.* Eiuſdem expoſitio in librum artis medicinalis Galeni. Edita laboribus Marci Oddi eiuſdem filij 4. Venetijs 1579.

Odericus ordinis fratrum Minorum, ſcripſit inter cætera, hiſtoriam peregrinationis ſuæ per Aſiam & Indiam lib. 1. ſermones quoq; varios lib. 1. & quaſdam epiſtolas. Claruit anno 1320.

Odingtonus monachus Eueſhamenſis, philoſophus & mathematicus, ſcripſit de motibus Planetarum qui & Theoricam refert. Libellum de mutatione aeris dicitur quoq; edidiſſe. Baleus.

Odilo abbas Cluniacenſis quartus, ordinis ſancti Benedicti, compoſuit ad ædificationem fratrum ſuorum ſermones elegantes. Floruit anno 1048.

Odo quidam Mathematum peritus, ſcripſit analytica numerorum, & libellum de triade. Iaco. Faber in præfatione ſua ſuper Latinis operibus Euclidis.

* Odonis Abbatis Analitica, id eſt, reſolutoria numerorum & rerum in Theographia: in folio, & membrana ſcriptus liber in bibl. Imper. Eiuſdem commentarij in Ieremiam prophetam, in folio & membrana ſcriptus liber, ibidem.

Odo epiſcopus Cameracenſis, ſcripſit diſputationem, quam habuerat cum quodam Iudæo de myſterio Dominicæ incarnationis ſub dialogo, annotatis prima ſui nominis litera & Iudæi ſecum diſputantis, ad Wilbodonem monachum lib. 1. in Canonem miſſæ lib. 1. de villico iniquitatis lib. 1. homilias & epiſtolas plures.

Odo Cantianus metropolitanæ Cantiorum eccleſiæ ad ſeruatoris fanum monachus, edidit in Pentateuchum commentarios lib. 5. In capita primi Regum lib. 1. Sigillatim in libros Regum lib. 4. Super Pſalterium lib. 1. In vetus teſtamentum lib. 1. De libro vitæ lib. 1. De onere Philiſtijm lib. 1. conciones in Euangelia lib. 1. Conciones in epiſtolas lib. 1. De moribus eccleſiaſticis lib. 1. De vitijs & virtutibus animæ lib. 3. De inuentione Milburgæ lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos li. 1. Claruit 1160. Baleus.

Odo primus abbas Cluniacenſis, ordinis ſancti Benedicti, multos ad fratres ſermones compoſuit. Scripſit etiam inter cætera vitam ſancti Gerardi lib. 1. laudes ſancti Martini lib. 1. Chronicam ſuccinctam lib. 1. Hymnos etiam & varios cantus in honorem ſanctorum dulci & regulari melodia compoſuit, & libros beati Gregorij Papæ ſuper Iob abbreuians, in vnum volumen comportauit. Claruit anno 920.

Odo de Caſtro in Pſalmos. Sorbona.

Odo Muremundenſis abbas, Anglus natione, ſcripſit chronicorum opus lib. 1. De analecticis ternarij lib. 1. Dialogum de religione Chriſtiana ac Iudaica. Leone & Odone interlocutoribus lib. 1. Et alia. Titulus indicat iſtum epiſcopum fuiſſe. Ioannes Lelandus.

Odo Seuerus, ex Dacis in Orientali Anglorum regione oriundus, Græca & Latina lingua doctiſsimus, ſcripſit de Euchariſtia lib. 1. Statuta ſynodalia ac poemata diuerſa. Claruit anno 959. quo etiam Cantuariæ obijt.

Ode de Schirton ſeu de Ceritona ordinis monachorũ Ciſtertienſium: Prouerbia quæ Æſopus Græcus Græce compilauerat, Latina reddidit, & commentarijs illuſtrauit, quod opus vocabat Beſtiariũ vel Brutarium lib. 1. Opus 60 parabolarum lib. 1. Homilias de tempore lib. 1. Homilias de ſanctis li. 1. Parabolarum aliud opus lib. 1. Pœnitentiale quoque lib. 1. Partium opus lib. 1. Narrationes quaſdam lib. 1. Claruit anno 1180. Baleus.

Odoardus Barboſa Luſitanus, ſcripſit quædam de nouo orbe, quæ cum alijs eiuſdem generis ſcriptoribus, Venetijs excuſa ſunt.

Odoardus citatur in Summa Angelica, inter ſcriptores iuris. Forte idem eſt Oldradus, de quo infra.

Odofredus Beneuentanus, I.C. ſcripſit de libellorum formatione lib. 1. De ordine iudiciario li. 1. De arte notariatus lib. 1. lecturas ſuper Codicem & ff. Præterea de formulis actionum lib. 1. De ordine iudiciorum lib. 1. & quædam alia. Summa eius de libellis formandis excuſa eſt Coloniæ, anno Domini 1552. cum Henningi Gœden iudiciario proceſſu. Mortuus eſt Bononiæ, 1263.

Odomarus vates, litera gentili doctiſsimus, carmina ſcripſit de ſui populi rebus geſtis. Hic fuit Marcomeri Francorum regis filius, & poſt Vecb-



Digitized by Google

*tanum ſacrorum pontifex factus. Claruit anno Dominicæ incarnationis, 140. Trittemius in cõpendio.*

Odonellus *Mercandillus ſuper 1. infortiati noui, ſoluto matri. &c. ſuper 2. ff. noui, De iure fiſci. Super 2. Codicis, Qui potior in pig. ha.*

Odonius *Campanus, Germaniæ ſuperioris Carmelita, in eccleſia Cathedrali vrbis Ydonenſis, cum quodam Paulo Dominicano Craconienſi ſuper Mariæ virginis conceptione diſputationem habuit ac præualuit, ſcipſit de conceptionis eius puritate librum vnum. Collationesq; ad populum plures lib. 1. Claruit 1350. Iulianus Haſſart.*

Odorici *de Foro Iulij, ordinis minorum, liber de diuerſis ritibus & conditionibus huius mundi, in quo peregrinationes ſuas per multas et remotiſſimas Aſiæ regiones barbaro Stylo deſcribit. Liber manuſcriptus.*

Oecumenius *quidam ex diuerſis ſanctorum patrum commentarijs breues & perſpicuas expoſitiones collegit, in Acta apoſtolorum, in ſeptem epiſtolas canonicas, in Pauli omnes: liber eſt Græcus, excuſus Veronæ anno 1532. Commentarij quidam in epiſtolam Pauli ad Romanos, per Ioannem Lonicerum è Græco conuerſi, ex varijs Græcorum theologis collecti, inter quos & Oecumenius nominatur, impreſſi ſunt Baſileæ 1537. apud Rober. Winter. Oecumenij in omnes D. Pauli epiſtolas abſolutiſſimi commentarij, cum ex alijs probatiſſimis quibusq; Græcis Theologis, tum præcipue ex aureo illo Chryſoſtomo, diuina breuitate collecti: ita vt poſt hunc ſuperuacaneus videri Theophylactus poſſit. Maximo Florentino interprete, Latine excuſi ſunt Baſileæ ab Iſingrinio 1553. 8. Tomis duobus.*

Oenomai *diſtichon libro 4. Antologij.*

Oenomaus *Gadaren. philoſophus Cynicus quid ſcripſerit, Suidas enumerat.*

Oenopides *citatur à Plinio Naturalis hiſtoriæ 18.*

Offilius *vetus I C. ſcripſit edictorum librum, de iuriſdidictione, de legibus viceſimæ. vide A. Offilius, in vitis Bernardini Rutilij.*

Olaus *Magnus Gotthus Lincopenſis edidit tabulam ampliſſimam ſeptentionalium terrarum, & mirabilium rerum tum in ipſis tum in circumiacente Oceano contentarum, tum varijs animalium figuris, impreſſam Venetijs anno 1539. vna cum libello Germanico, in quo duabus chartis omnia breuiter quæ in tabula depicta ſunt, explicantur. Nam rerũ in ipſa tabula inſcriptiones Latine fere ſunt. * Eiuſdem hiſtoriam de gentibus Septentrionalibus, Baſileæ Henric. Petri 1567. excudit.*

Oldradus *de Laude, Italus, I.C. ſcripſit conſiliorum volumen. Fertur & aliàs in iure ciuili multas poſt ſe lecturas reliquiſſe. Floruit 1330.*

Oldradi *de Ponte Laudenſis conſilia & quæſtiones: cum expunctionibus, caſtigationibus & nouis additionibus Rainaldi Corſi ab antiquis ſeparatis, & aſteriſco notatis, &c. Venetijs in folio, anno Domini 1570.*

Olen *ſiue Dymæus ſiue Hyperboreus poeta heroicus: ſed verius eſt Lycium eſſe Xanthium, vt Callimachus indicat, & Polyhiſtor in hiſtoria Lyciæ. Suidas.*

Olenus *Calenus vatis nomen apud Plinium lib. 28. de hiſtoria mundi, Calenam, quæ hodie Oxonia dicitur condidiſſe dicitur, edidit prædictiones quaſdam lib. 1. Claruit 70. Bales.*

Oliuerij *Arziganenſis in Valerium Max. cõmentarij, impreſſi Pariſijs apud Aſcenſium.*

Oliuerus *Prior S. Bauonis, ſcripſit de his quæ circa Euchariſtiæ ſacramentum credenda ſunt. Vixit circa annum, 1449.*

Oliuerus *Brito, Dominicanus, doctor, ſcripſit commentarios ſententiarum lib. 4. In elenchos Ariſtotelis lib. 2. Lecturam ſuper Lucam lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1300. Boſconus Burienſis.*

Oliuerius *Mallardus Pariſienſis, ordinis Minorum, edidit ſermones, De aduentu, Quadrageſimales, Dominicales, & de peccati ſtipendio, & gratiæ præmio, vnà cum pulcherrimis Iuris quæſtionibus, ad quemlibet ſermonem additis. Argentinæ excudit Ioan. Knobloch, anno D. 1512.*

Oliuerius *Malmesberienſis monachus, natione Anglus, ſcripſit Aſtrologorum dogmata, Eulogium hiſtoriarum, de ſignis planetarum. Claruit anno 1060.*

Oliuerius *Textor, Super Inſtitutionibus de gradibus cognationis & affinitatis. Idem de ſucceſſione ab inteſtato.*

Oliuerus *Starckei edidit Rhythmos in Eccleſiaſten. lib. 1. Diſcurſum in Saluſtium lib. 1. Claruit anno 1550. Baleus.*

Olumnij *medici Alexandrini de vocibus medicis: Eiuſdem de Criticis diebus. Gr. manuſ. in Gallia.*

Olympiæ *Fuluiæ Moratæ, fœminæ doctiſſimæ, Opera omnia Latina et Græca quæ hactenus inueniri potuerunt, cum eruditorum teſtimonijs. Baſileæ apud Pernam, anno Domini 1570. in octauo.*

Olympiadis *verſus 1. apud Stobæum in ſermone de veritate.*

Olympiadis *Thebanæ ſcripta allegantur à Plinio lib. 25. 27. & 28. Naturalis hiſtoriæ.*

Olympiadis *medici ſcripta citantur ab eodem 20, & tribus deinceps libris.*

Olympianus *citatur à Stephano in* [illegible]

Olympi *hiſtorici ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Antonij.*

Olympiodori *doctiſſima in Eccleſiaſten ſcholia, noua & Latinis auribus inſueta tranſlatione inſerta, Aquilæ videlicet, Theodotionis, & ſeptuaginta, Zenobio Acciaiolo interprete, excuſa Baſileæ apud Bebelium, anno 1536. cum Gregorij Neocæſarienſis metaphraſi in eundem, & Ariſteæ libello de LXXII. legis Hebraicæ interpretibus, & Pariſijs apud Rob. Stephanum, anno 1511. item Baſileæ apud Hen. Petri, anno 1551. cum alijs veterum Theologorum opuſculis.*

Olympiodori *& aliorum pijſſima cathena in Iob. in bib. Sambuci.*

Olympio-

Olympiodori *cuiuſdam ſcripta allegantur à Plinio 12. & 13. libro Naturalis hiſtoriæ.*

Olympiodori *diaconi hypotheſes in Hiob, Græce extant Romæ in bibliotheca Vaticana.*

Olympiodori *philoſophi Alexandrini,* εἰς τὸ κατ' ἐνέργειαν Ζωσίμου, ὅσα ἀπὸ Ἑρμοῦ καὶ τῶν φιλοσόφων ἦσαν εἰρημένα *Liber hac inſcriptione alibi in Italia ſeruatur. Commentarij in Meteororum libros 4. Græci, cum alibi in Italia, tum Florentiæ latent. Commentaria Græca in Platonis Phædonem & Philebum. Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris recondita ſunt. Eadem habet illuſtris vir Diegus Hurtadus, Venetijs: ac inſuper in Gorgiã & Alcibiadem Platonis. Commentaria eius in meteora Ariſtotelis Græce, excuſa ſunt Venetijs ab Aldi filijs, cum Philoponi quibuſdam in folio. Commentaria eiuſdem in Metaphyſica impreſſa ſunt Venetijs. Aiunt eius comment. in poſteriora analytica Ariſtotelis, et in Phædrum, etiam extare in bib. D. Diegi Hurtadi.*

Olympij *Nemeſiani, vide Aurelij Olympij.*

Olympus *Lydus ante Troiana tempora tibicen & elegorum poeta, &c. Suidas.*

Olympus *natione Hiſpanus, epiſcopus, ſcripſit librũ fidei aduerſum eos, qui naturam & non arbitrium in culpam vocant, oſtendens non creatione, ſed inobedientia inſertum naturæ malum. Gennadius.*

Omar, *vide Homar.*

Omeis *Bentanim Halachadite, citatur à Ioanne F. Serapionis.*

* Omniboni *Ferrarij de arte medica infantium libri quatuor. Quorum 2. priores de tuenda eorum ſanitate, poſteriores de curandis morbis agunt. 4. Brixiæ.*

Omnibonus *Leonicenus Vincentinus, ſcripſit in Oratorem Ciceronis lib. 3. in Quintilianum lib. 1. De laudibus eloquentiæ lib. 1. orationes multas. Commentaria in Valerij Maximi libros exemplorum, impreſſa Venetijs anno 1482. Commentaria in Lucani Pharſaliam, excuſa Venetijs, anno 1505. cum Ioannis Sulpitij commentarijs in eandem. Citantur etiam Omniboni ſcanſiones: videtur autem opus aliquod de metris vel carminibus ſcriptum reliquiſſe. Eius commentarij in libros Ciceronis de amicitia, & officijs, habentur impreſ. Venet. opinor. Ex Græcis conuertit aliquot Aeſopi fabulas, quæ habentur impreſſæ. Xenophontis de venatione libellum, qui cum cæteris Latinis operib. Xenophontis. Baſil. 1545. apud Iſingrinium excuſ. eſt. Athanaſij opus contra gentes & hæreticos. Commentaria eiuſdem in Salluſtium impreſſa ſunt Baſileæ, 1564. Claruit 1420.*

Onaſim *citatur à Ioanne F. Serapionis.*

Oneſicritus *Æginenſis vel Aſtypalenſis Diogenis diſcipulus militauit cum Alexandro Magno & eius initia ſcripſit* πῶς Ἀλέξανδρος ἤχθη. *Imitatus autem eſt Xenophontem Laertius.*

Onaſimus *Cyprius aut Spartanus hiſtoricus & ſophiſta, fuit ſub Conſtantino Imperatore. Scripſit, Statuum diuiſiones, Artem iudicialem ad Apſinem. De altercandi arte. Progymnaſmata. Declamationes, Laudationes, & alia plurima. Suidas.*

Oneſimus *hiſtoricus vitam Probi & Carini Imperatorum Romanorum atq; Saturnini tyranni deſcripſit.*

Oneſius *quidam citatur in Chronicis Ioannis Cuſpiniani.*

Oneſtæ *epigrammata aliquot leguntur in Florilegio Planudis: Corinthij nomen gentile ſemel additum inuenio.*

Onetor ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ εἰ χρηματιεῖται ὁ σοφός: *Citatur à Laert.*

Onkelos, *vel Ankelos, ſcripſit Targum, ſiue interpretationem Syriacam quinque librorum Moſis, quam habemus impreſſam Venetijs, apud Bombergum. Sunt qui conijciant, hunc eſſe Aquilam Ponticum Proſelytum.*

Onithon *Sutrinus epiſcopus Italus, inſignis hiſtoriographus, ſcripſit Chronica Romanorum pontificum lib. 1. Ioannes Lelandus.*

Onomacriti *Athenienſis dicuntur eſſe poemata quæ Orpheo aſcribuntur, & quæ feruntur Muſæi reſponſa. Clemens lib. 1. Stromat. Suidas ex Orphei poematis Onomacrito aſcribit, Oracula & feſta ſeu initia. Meminit autem Onomacriti ſortilegi qui Athenis eiectus fuerit. Herodotus.*

Onoſandri *Platonici de optimo Imperatore, eiusq; officio liber ad Q. Verannium, per Nicolaũ Saguntinum è Græco Latinus factus: impreſſus olim Venetijs, cum Vegetio de re militari &c. et Baſil. apud Rob. Winter. Onoſandri liber de re militari Græcus in Vaticana Bibliotheca habetur: non alius puto quam qui Latine extat.*

Onuphrij *Panuinij Veronenſis. F. Auguſtiniani Faſti & triumphi Romanorum à Romulo rege vſq; ad Carolum V. Cæſ. Aug. additis imperatorum Orientalium & Occidentalium veriſſimis Iconibus. Venetijs 1557. impenſis Iacobi Stradæ Mantuani. Chronicon eccleſiaſticum à Caij Iulij Cæſaris imperio, vſq; ad Imp. Cæſ. Maximilianum II. Coloniæ apud Maternum Cholinum, 1568. in folio. Commentarij Reipublicæ Romanæ lib. 3. Venetijs 1558. excuſi. De triumpho commentarius, in folio regali Venetijs 1571. Commentaria in faſtos conſulares. Appendix eorundem commentariorum, in folio, Venetijs. Epitome pontificum Romanorum à S. Petro vſq; ad Paulum quartum, geſtorum videlicet electionisq; ſingulorum compendiaria narratio. Venetijs, 1557. in folio. Imperium Romanum. Ciuitas Romana. Venetijs, 1558. in 8.* * *Eiuſdem de comitijs & poteſtate imperatoris lib. 3. Liber manuſ. fol. bib. Imper. Viennæ.*

*B.* Onuphrij *preſbyteri Eremitæ liber hiſtoricus in 4. manuſ. bib. Imper. Viennæ.*

Ophelionis *comici lib. 2. Dipnoſophiſtarum dramata eſſe ait Athenæus, Deucalionem, Calleſchrum, Centaurum, Satyros, Muſas, Monotropos id eſt Solitarios. Suidas.*

Ophilius *medicus allegatur à Plin. lib. 2. 8. Naturalis hiſtoriæ.*

Ophion *medicus ab eodem allegatur 20. & 7. ſequentibus l. b.*



Digitized by Google

Oppianus Cilix poeta, Halieutica, id eſt de piſcibus lib. 5. edidit, & de venatione lib. 4. impreſſos Venetijs apud Aldum, verſibus heroicis, cum tranſlatione Halieuticorum per Laurentium Lippium, Latino carmine. Florentiæ etiam ſeorſim excuſa ſunt Halieutica Græce. Venetijs in bibliotheca Beſſarionis, ſeu D. Marci, libri de piſcatione & venatione ſeruantur cum figuris aliquot animaliū vetuſtis. Tradunt eum etiam libros 5. de Aucupio ſcripſiſſe ἰξευτικά, quæ aiunt ſeruari in bibl. Card. S. Fioræ. Paraphraſim Græcam in Oppiani libros de Aucupio Conr. Geſnerus Latinam fecit, & paſsim libro ſuo de auibus inſeruit. * Libri de venatione quatuor, denuo Pariſijs excuſi in 4. anno 1555. interprete Ioanne Bodino Andegauenſi, cum commentarijs eiuſdem Bodini.

Oppij cuiuſdam hiſtoriæ citantur apud Plutarchum in vita Pompeij Magni.

Oppius de arboribus ſylueſtribus libros conſcripſit, item librum de Caij Cæſaris rebus geſtis.

Optatus Afer, epiſcopus Mileuitanus, ex parte catholica, ſcripſit Valentiniano & Valentino principibus, aduerſum Donatianæ partis calumniā lib. 6. in quibus aſſerit, crimen Donatianorum in nos falſo retorqueri. Hier. Trittemius addit, eum floruiſſe anno 370. & plures epiſtolas, aliaq; multa ſcripſiſſe. Optati Afri lib. 6. de Donatiſtis, excuſi ſunt Moguntiæ apud Fran. Behem in fol. an. 1549. cum Conr. Bruni lib. 6. de hæret.

Orbicij cuiuſdam lucubratiuncula de ordinibus exercitus, habetur Græce in Appendice Lexici Græcolatini. * Et in folio Baſileæ per Walderum, anno 1537. excuſ. Eiuſdem de nominibus ordinum militarium. In fol. Venetijs per Aldum anno Domini 1524.

Orbilius Pupillus Beneuentanus, ſcripſit librum cui titulus eſt Perialagos, continentem querelas de iniurijs quas profeſſores negligentes ab ambitione parentum acciperent. Floruit tempore Ciceronis, teſte Suetonio Tranquillo.

Oræbantius poeta fuit inſignis, cuius poemata ante Homerum extiterunt, vt aſſerunt Trœzenij. Eius Phrygiā Iliadem Ælianus ad ſua tempora ſeruatam eſſe lib. 11. De varia hiſtoria commemorat.

Orentius inter poetas Chriſtianos numeratur à Fortunato, qui pauca ſcripſerit, ſed florida, quique donaria martyribus ſacrauerit: qualia etiam Damaſi fragmenta extant: ſed huius nihil ad nos peruenit.

Oribaſius Sardus, vel Sardianus medicus, Iuliani Cæſaris archiater, plurimos in re medica libros Græce ſcripſit, quos ex veteribus ferè Galeno, & alijs collegit. Fragmenta aliquot ex eius libris apud Ætium medicum leguntur: vnus ex libris ad Euſtathium & Eunapium, de ſimplicium medicinarum facultate: cathartica quædam, & curationem eorum qui plus æquo purgantur, & ad Ephelides. Diegus Hurtadus Venetijs habet Oribaſij 14. libros. Eiuſdem de ſimplicium pharmacorum viribus lib. 4. Excuſi Argentorati, 1544. apud Schottum cum Trotula, Hildegardi, &c. Fragmentum de victus ratione, excuſum Baſileæ apud Cratandrum, anno 1528. cum alijs quibuſdam. Item Euporiſton, id eſt, paratu facilium libri tres: & medicaminum compoſitorum & trochiſcorum confectio: Medicinæ compendij lib. 1. Curationum à capite ad pedes lib. 1. Henricus Petri excudit Baſileæ Latine interprete anonymo, 1529. cum Cælio Aureliano. Commentarij in aphoriſmos Hippocratis, impreſſi Pariſijs apud Colinæum, & Baſileæ apud Cratandrum, 1539. per Ioan. Guinterium Andernacum caſtigati. De hoc ita Suidas: Oribaſius Sardianus familiaris Iuliano apoſtatæ, & quæſtor ab eo Conſtantinopoli creatus, ſcripſit ad illos quibus non eſt copia medicorum lib. 4. Ad Iulianum regem libros ſeptuaginta duos. Epitomes eorundem libros 9. ad Euſtathium filium. Item de regno, & de paſsionibus. Videntur autem hi quatuor libri quos Baſileæ cum Cælio Aureliano impreſſos dixit, ijdem eſſe quos Suidas ait ſcriptos eſſe ad illos quibus copia medicorum non datur. Oribaſij ſcripta de aquis & balneis quæcunq; in eius libris continentur ab Auguſtino Gadaldino in Latinam linguam tranſlata, Iuntæ impreſſerunt Venetijs anno 1553. cum diuerſorum authorum ſcriptis de balneis. Eiuſdem liber de laqueis ex Heracle à Vido Vidio in Latinam linguam tranſlatus, excuſus Venetijs à Iuntis cum Galeni operibus, & Tiguri apud Geſ. fratres in volumine chirurgico, 1555. Eiuſdem de machinamentis ex Heliodoro, Vido Vidio interprete. De aquæ bonitate, ex quinto collectionum medicinalium Orbibaſij, excuſa ſunt Venetijs cum operibus Galeni. Eius collectorum medicinalium libros 17. vertit Ioan. Baptiſta Raſarius Nouarienſis, qui ex magno ſeptuaginta librorum volumine ad noſtram ætatem ſoli peruenerunt. Pariſijs, 1555. in octauo. Eiuſdem Synopſeos ad Euſtathium filium lib. 9. quibus tota medicina in compendium redacta continetur, idem interpretatus eſt. Pariſijs, 1554. in decimo ſexto. Et manuſ. in 4. in bib. imp. Viennæ. Item collectaneorum artis medicæ liber quo totius corporis humani anatomia explicatur. Ibidem Græce in 8. Excuſa ſunt etiam Oribaſij opera ab. Hen. Stephano cum alijs medicorum ſcriptis in folio.

Oriel Garonenſis ſcripſit librum Cabaliſticū, cui titulus commentarius ſanctitatis. Hic à quibuſdam nominatur, Azariel bar Salomo Garonenſis.

Orieſieſis monachus, ſcripſit de inſtructione monachorum lib. 1. vide Gennadium. Oreſieſis monachi regulæ de inſtitutis monaſticis, excuſæ ſunt Coloniæ apud Gymnicum, 1536. cum tribus Proſperi libris. Claruit 420.

Origenes, qui & Adamantius, ſcripſit multa, cuius opera quæ hodie extant omnia, per Eraſmum Roterodamum recognita, Baſileæ impreſſa ſunt apud Frobenium, 1536. quorum prima parte continentur, in Geneſim homiliæ 17. in Exodum homiliæ 13. in Leuiticum homiliæ 16. in numeros homiliæ 26. in librum Ieſu Naue homiliæ 26. in librum iudicū homiliæ 9. in librum regnorum homilia 1. in librū Iob, tractatus 3. in Pſalmum 36. homiliæ 5. in Pſalmum 37. homiliæ 2. in Pſalmum 38. homiliæ 2. In

Can-

*Cantica canticorum explanationis prioris homiliæ 2. & poſterioris quatuor. In Eſaiam homiliæ 9. in Hieremiam homiliæ 14. in Ezechielem homiliæ 14. De principijs lib. 4. Threni ſeu planctus Originis. Apologia Pamphili martyris pro Origene li. 1. Ruffini de deprauatione librorum, præcipue Originis lib. 1. Secunda parte in Matthæum tractatus 38. in Lucam homiliæ 39. in diuerſos noui teſtamenti libros homiliæ 10. In epiſtolam ad Romanos lib. 10. contra Celſum lib. 8. Eadem fere Trittemius quoq; enumerat, & inſuper addit ab Origine ſcripta: in principium Idide homil. 2. de Helebaria lib. 1. aduerſus hæreticos lib. 5. in principium Ioannis lib. 1. De martyribus lib. 1. in numeris librorum & homiliarum aliquot ab editione prædicta variat. Originis lib. 16. in Leuiticum excuſi ſunt etiam in Cyrillo Alexandrino. Eiuſdem Tropologiæ à doctiſſimo quodam viro olim ſelectæ ex commentarijs in Geneſim, Exodum, Leuiticum, Numeros, Ioſue & Iudicum, cum præfatione Iacobi Merlini theologi, qua laudes Originis prædicat: Ioan. Soter excudit Salingiaci, 1537. item homiliæ 4. impreſſæ in Homiliario quod Alcuinus collegit. Excuſum eſt etiam ſeorſim fragmentum commentariorum Originis in Matthæum, Deſ. Eraſmo interprete. Baſileæ apud Io. Frobenium. Item Originis in Matthæum homiliæ 36. ab Hieronymo tranſlatæ, inter D. Hieronymi opera habentur. Originis aſtrolabium Græce extat Romæ in Vaticana: item libri octo Græci contra Celſum. Dialogus contra Marcioniſtas, & epiſtola ad Africanum, Venetijs latent apud Diegum Hurtadum. Item commentarij in Ioannem, Commẽtariorum in Matthæum tomus primus, 11. & 12. Philocalia apud eundem Venetijs. Ex interpretationibus in Euangelium Matthæi tomus decimus, cum duobus ſubſequentibus in alia quadam Italiæ bibl. ſeruantur. Tomos 32. ex 39. illis, quorum meminit D. Hieron. Idem Diegus Hurtadus nuper nactus eſt Græce. Originis commentarij in Ioannem Ambroſio Ferrario interprete, excuſi ſunt Venetijs in 4. ab Andrea Spinello, 1552. Feruntur autem hi commentarij cum pleriſq; eius operibus in Creta reperti eſſe, à Sebaſtiano Venereo eius inſulæ Venetorum nomine duce. Claruit ſecundum Trittemium, 261. Originis opera quæ extant impreſſa ſunt Baſileæ à Frobenio tomis duobus. Eiuſdem aduerſus Martionitas dialogum ante non editum, Latinitate donauit Laurentius Hunfredus & edidit. Itẽ Philocaliæ libros Latinos fecit Ioannes Leuenclaius. *Ead. philocalia, hoc eſt, quæſtiones illuſtriores ex vniuerſis ſcriptis Origenis à Baſil. & Nazian. collectas Bonauentura Vulcanius Brugen. latine vertit. Origenes qui & Adamantius, de ſacra ſcriptura, & quomodo ea cognoſcenda atq; intelligenda ſit in 4. manuſ. bib. Imp. Viennæ. Adamantij ſiue qui & Origenes dicitur homiliæ in Pentateuchum, interprete S. Hieron. manuſ. Expoſitio Pſalmorũ Dauidis in 4. manuſ. bib. Imp. Viennæ. In epiſtolam S. Pauli ad Rom. Rofino tranſlatore liber manuſ. in Pergameno in folio. Opus quoddam Stromata inſcripſit ab argumento texturæ picturatorum ſtragulorum. Hadr. Iunius. Eius operum tomi duo in folio Pariſijs anno Domini 1512. Tertius & quartus operum tomus impreſſus in fol. Pariſijs anno 1512. Origenis Adamantij, &c. opera nunc poſtremo à Gilberto Genebrardo theologo Pariſienſi diuinarum Hebraicarumq; literarum profeſſore regio, partim cum veritate collata, partim libris recens verſis & è regia bib. depromptis aucta. Pariſijs Huillier. 1574. in folio.*

Orion *ſcriptor Græcus Grammaticus, in Cornucopiæ Græco Phauorini Camertis citatur. Orion Alexandrinus grammaticus, ſcripſit Anthologion, id eſt, Florilegium, Atticarum dictionum collectanea, de etymologia, encomium Adriani Cæſaris. Suid. Orion Thebanus ex Ægypto, ſcripſit collectanea ſententiarum, ſiue Florilegium ad Eudociam, Theodoſij regis minoris vxorem li 3. Suid. Orionis Thebani etymologiæ ordine alphabeti, ſeruantur in bib. Strozæ: ſi modo inſcriptio non errat, Thebano tribuens Alexandrini opus.*

Orlandini *Rudolphini Bononienſis ſumma, ſiue ars notaria ſuper contractu ac inſtrumentorum formæ & ordines, ſecundum ſubtilitates modernorum, impreſſa Venetijs.*

Orlandi de *Laſſus Muſicorum præſtantiſſimi & muſicorum apud sereniſſ. Bauariæ ducem rectoris, cantiones aliquot 5. vocum, tum viua voce, tum omnis generis inſtrumentis cantatu cõmodiſſimæ, Monachij, 1569. Eiuſdem ſelectiorum aliquot cantionum ſacrarum ſex vocum faſciculus, cum tribus dialogis 8. vocum. Ibidem cantionum ſacrarũ lib. 2. 4. vocum auctoribus Orlando de Laſſus & Cypriano de Rore. Louanij. 4. lib. cantionum Gallicarum ijſdem auctorib. ibid. Cantiones ſex 4. vocum Latinæ, & totidem Germanicæ. Italicæ, Gallicæ cum dialogo 8. vocum, Monachij, 1573. Magnificat 8. tonorum. Norimb. Cantionum Germ. ad inſtrumenta accommodatarum pars 2. 5. vocũ. Monachij 1373. Lectiones 9. ex Iob, 4. vocum. Norimb. 1567. Madrigalium lib. 4. 5. vocum, Venet. apud Gardanum. Moduli quinis vocibus nunquam editi hactenus. Monachij, 1571.* Eiuſdem cantionum nonarum Germ. partes quinq;, 4, & 5. vocum, in 4. Monach. 1573. Patrocinium muſices, cantionum, quas mutetas vocant, opus nouum quinq; tomis digeſtum quorum primus, ſecundus, tertius & quartus in lucem prodierunt, grandiſſimis, pro choro, notis & folio regali, impreſſum Monach. apud Adamũ Berg. Patrocinij muſices pars quinta, continens magnificat aliquot, 4. 5. 6. & 8. vocum folio regali, Monachij. Patrocinium muſices, paſſio quinq; votum, & lectiones matutinæ de natiuitate Chriſti, quatuor vocum, in folio regali, grandibus tum notis, tum caracteribus. Eiuſdem theatrum muſicum aliorumq; præſtantiſſ. muſicorũ ſelectiſſ. cantiones ſacras 4. 5. & plurium vocum repreſentans. 4. Orlandi de L. ſelectiſſ. cantiones, quas vulgo motetas vocant partim omnino nouæ, partim nuſquam in Germania excuſæ, ſex & pluribus vocib. compoſitæ. Huic editioni acceſſere omnes Orlandi motetæ, quæ in veteri theſauro noſtro Muſico continebantur, cum quibuſdam alijs, ita vt fere tertia parte opus hoc ſit auctius, 4. Norim. ex officina Gerlachina.*

Liber miſſarum, quatuor & quinq; vocum 4. Norimbergæ. Sacræ cantiones quinque vocum, quæ cum viuæ voci, tum omnis generis inſtrumentis Muſicis comodiſſime applicari poſſunt. Opus plane nouum, nunquam alijs typis excuſum. 4. Monachi anno Domini 1582. Faſciculi aliquot ſacrarum cantionum cum 4. 5. 6. & 8. vocibus, antea quidem ſeparatim excuſi, nunc vero authoris conſenſu in vnum corpus redacti. 4. Norimbergæ anno Domini 1582. Liber motetarum, trium vocum, cum viuæ voci, tum inſtrumentis applicandæ. 4. Monachij. Nouæ aliquot & antehac non ita vſitatæ, ad duas voces cantiones ſuauiſſimæ. Nunc primum in lucem editæ. 4. Monachij.

Oronius *Modeſtus magnus Britannici generis vates poemata quædam eruit è Latino & Græco ſermone. Claruit 355. Baleus.*

Orontij *Finei Delphinatis mathematici Pariſienſis, opus varium, ac ſcitu non minus vtile quã iucundum, editum Pariſijs 1532. apud Gerhardum Morrhium. inſunt autem de arithmetica practica li. 4. de geometria lib. 2. de coſmographia, ſiue mundi ſphæra lib. 5. proprijs ipſius authoris commentarijs elucidati: de ſolaribus horologijs & quadrantibus lib. 4. Omnia decentibus figuris ab ipſomet authore depictis, annotamentisq́; marginalibus, & proprio ſingulorum indice illuſtrata. Eiuſdem quadrãs vniuerſalis aſtrolabicus, ſeorſim impreſſus. Demõſtrationes in ſex priores lib. Euclidis, ibidem excuſæ. Orbis totius recens & integra deſcriptio, ad cordis humani effigiem, eodem authore impreſſa Pariſijs, 1536. apud Hieronymum Gormontium in tabula. Galliæ totius noua deſcriptio, Gallice edita. Pariſijs apud Simonem Cholmæum, 1525. in tabula. Noua deſcriptio terrarum, ad intelligentiam vtriuſq; teſtamenti maxime conducentium: excuſa Pariſijs anno 1536. apud Hieronymum Gormontium. Eiuſdem arithmetica practica, ex nouiſſima authoris recognitione amplior atq; emendatior facta: tertia editione excuſa eſt Pariſijs apud Simonem Colinæum anno 1542. De mundi ſphæra lib. 5. noua methodo ab authore renouati, proprijsq́; tum commentarijs ac figuris, tum demonſtrationibus & tabulis recens illuſtrati. Item rectarum in circuli quadrante ſubtenſarum (quos ſinus vocant) demonſtratio, ſupputatioq́; facillima, cum eorundem ſinuum tabula. Organum vniuerſale ex ſupradicta ſinuum ratione contextum. Liber ibid. excuſ. 1542. in fol. chart, 59. Quadratura circuli inuenta & demonſtrata. De circuli menſura & ratione circumferentiæ ad diametrum, demonſtrationes duæ. De multangularum omnium & regulariũ figurarum deſcriptione. De inuenienda longitudinis locorum differentia aliter quam per lunares eclipſes, etiam dato quouis tempore. Planiſphærium geographicũ quo tum longitudinis atq; latitudinis differentiæ, tũ directæ locorum deprehenduntur elongationes. Liber ibid. excuſ. 1544. fol. char. 30. Æquatoriũ planetarum ſub quadrangula & altera parte longiori forma comprehenſum. Theoricæ planetarum Gallice conſcriptæ & elegantiſſimis figuris ornatæ: vnà cum Armillis & meteoroſcopio Ptolemæi. Almanach coniunctionum & oppoſitionum luminarium, cum ijs quæ ad eccleſiaſticũ computum ſpectare videntur, 35. annis inſeruiens. Aliud Almanach vniuerſale magis, pluribus annis duraturum. Deſcriptio orbis ſub gemina cordis humani figura. Omnia hæc Pariſ. excuſ. ſunt. Præterea ſcripſit multa quæ an edita ſint ignoramus, veluti ſunt theoricæ motuum cœleſtiũ in ſuam harmoniam redactæ, & figuris, ſcholijs, ac demonſtrationibus illuſtratæ. Liber de componendis artificialibus theoricis. De ratione partium vſuq; aſtrolabij lib. 3. Lilium aſtronomicum, vniuerſam motuum cœleſtiũ praxim & theoricam breuiter complectens. Directorium planetarum, circa limbum aſtrolabij & ſeorſim etiam contextum. Nouæ quadrantum, & horariorum annulorum deſcriptiones. Galliarum chorographia noua. Topographia Delphinatus, Prouinciæ, Sabaudiæ, & patriæ Pedemontanæ. Noua orbis deſcriptio geminis conſtans hemiſphærijs, ex fidelioribus terrarum obſeruationibus deprompta. Molitur & alia plurima circa Euclidem & magnã Ptolemæi conſtructionem. Item cœleſtium motuum tabulas. Emendauit quoq; non pauca aliorum ſcripta, & figuris, ſcholijs, appendicibusq́; ornauit, vt margaritam philoſophicam, Sphæram Io. de Sacrobuſto, Elementa aſtronomiæ, & quædam alia.* * *Margaritam philoſophicam, hoc eſt, habituum ſeu disciplinarum omnium perfectiſſimã cyclopædiam, à F. Gregorio Reiſch dialogiſmis primum traditam, deinde ab hoc authore neceſſarijs aliquot auctarijs locupletatam excudit, in 4. Baſileæ Sebaſtianus Henricpetri, 1583. Floruit anno 1553.*

Oroſius, *vide Paulus Oroſius.*

Orphei *plures extiterunt de quibus vide Suidam, & Gyraldum in vitis poetarum.*

Orphei *Argonautica, hymni, & de lapidibus libellus, omnia Græce heroico verſu elegantiſſime ſcripta, Aldus excudit Venetijs, cum Muſæo, anno 1517. Suidas Orpheum Crotoniatam verſificatorem Decaeteriam, Argonautica, & alia quædam ſcripſiſſe meminit: Hymnos autem, duos Orpheos diuerſos. Recenſet etiam, quæ dogmata ex ſacris biblijs hauſerit Orpheus ille, qui floruit ſub iudicibus Iudæorum. Orphei verſus aliquot apud Stobæum leguntur. Argonautica Græce, cum Latina interpretatione è regione eodem genere carminis innominati interpretis, excuſa ſunt Baſileæ apud Cratandrũ, anno 1523.*

Orpheus *cognomento theologus, ſcripſit de cõpoſitis venenis. Gal. lib. 2. de antidotis. Orpheus primus omnium quos memoria nouit, de herbis curioſius aliqua prodidit. Plin. 25. cap. 2.*

Orphei *cancellarij ordinis minorum liber de ornatu mulierum.*

Ortuuinus *Gratius, Dauentrienſis, ſcripſit apologiam aduerſus Reuchlinum, opt. & doctiſſ. virum, quæ olim excuſa eſt. Idem collegit faſciculum rerum expetendarum ac fugiendarum, cui operi inſunt ſummorum aliquot virorũ epiſtolæ, libelli, tractat. opuſcula, orationes numero 66. in quib. multæ*

cauſæ religionis exeutiuntur. Opus inſigne impreſſum Coloniæ anno Domini 1535. in folio chartis 35.

* Eiuſdem lamentationes obſcurorum virorum, in 4. Coloniæ 1518. excuſæ. Idem librum Werneri Roleuink de laudibus Weſtphaliæ correctum & emendatum edidit 1514.

Orus *Mendeſius de compoſitis venenis citatur à Galeno libro. 2. de Antidotis.*

Orus *Alexandr. Grammat. Conſtan. docuit: ſcripſit de ancipitibus: Gentilia quomodo efferenda ſint. Solutiones propoſitionum Herodiani. Tabulam ſuarum rerum. De encliticis particulis. Orthographiam ordine alphabetico. De ει diphtongo. Orthographiam ει diphtongi. Contra Phrynicum ordine alphabetico. Florilegium ſententiarum. Suidas. Eius orthographia & περὶ ἐθνικῶν citantur à Stephano.*

Orus, *vide Horus.*

Osbertus *natione Anglicus, Carmelita ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. determinationes varias lib. 1. ſermones quoq; varios lib. 1.*

Osbernus *Dorobernenſis, natione Anglus, monachus Benedictinus, ſcripſit de vocum conſonantijs lib. 1. vitam Dunſtani archiepiſcopi. Hiſtoriam Alphei Arch. & alia. Claruit anno 1020.*

Osbernus *Claudianus ſeu Gloceſtrienſis monachus compoſuit ad Gilbertum epiſcopum Herefordenſem ſuper opus iudicum lib. 5. De incarnatione Domini lib. 1. De natiuitate Chriſti lib. 1. De paſſione eiuſdem lib. 1. De reſurrectione quoq; lib. 1. Panormiam ad Hamelinum lib. 1. Hos vero ſcripſit dialogos, In Geneſim lib. 1. In Exodum lib. 1. In Numeros lib. 1. In Deuteronomium lib. 1. Claruit 1140. Baleus.*

Oſbertus *Clarentius monachus Fani Petri quod Londini eſt, ſcripſit de vita regis Eduardi qui auxerat cœnobium ſuum lib. 1. Vitam Ethelberti Martyris lib. 1. Vitam diuæ Edburgæ lib. 1. Miracula martyris Eadmundi lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos lib. 1. Aliud epiſtolarum volumen lib. 1. Claruit 1136. Baleus.*

Osbertus *Pyckenham, Anglus, ex Lynnenſi Nordouolcarum cœnobio Carmelita, ſcripſit de conceptione Mariæ virginis lib. 1. Poſtillas Bibliorum in textum ſententiarum lib. 4. & alia quæ enumerantur à Io. Baleo in eius vita. Claruit 1320.*

Oſeas, *vel Hoſea ſecundum Hebræos quemadmodum & Ioel, & Amos, & Micha prophetauit contra decem tribus Iſrael. Extant libri prophetiæ eius capita 14. in Biblijs. Vide plura in Epiphanio de vitis prophetarum.*

Oſius *epiſcopus Cordubenſis, ante Iſidorum, ad quem Chalcidius grammaticus Timæum Platonis traduxiſſe memoratur, iam ſenex factus eſt Arrianus. Scripſit adhuc catholicus, ad ſororem ſuam, de laude virginitatis lib. 1. in concilio ſententias 18 lib. 1. & plures epiſtolas. Claruit anno 390.*

Oſmundus *Neuſtrius ex nobili quadam Normana prognatus familia, præter literarum peritiam, erat & rei militaris peritus, ſcripſit conſuetudinarium Eccleſiæ lib. 1. Canones officiorum eiuſdem lib. 1. Vitam Aldhelmi epiſcopi liber 1. Obijt 1099. Baleus.*

Oſinus *de alba Rupe, doctor & Carmelita Toloſæ, ſocius magiſtrorũ Philippi Riboti ac Bernardi Arioli, ſcripſit ſermones elegantes lib. 2. Claruit 1370. Toloſæ bibliotheca.*

Oſtanes *inter Magiæ ſcriptores numeratur à Tertulliano in libro de anima.*

Oſtenius *Græcus hiſtoricus, ſcripſit miracula & fabulas.*

Oſtophorus *Pharenſis monaſterij alumnus compoſuit homilias eruditas li. 1. Claruit anno 690 Baleus.*

Oſuualdus *Anglicus, Carthuſianorum inſtituti monachus, ſcripſit de remedijs tentationum lib. 1. meditationes ſolitarias. Vixit 1450.*

Oſuualdus *Berus, artium ac medicinæ doctor phyſicus Baſilienſis, ſcripſit commentaria in Apocalypſin Ioan. Librum de veteri & nouitio Deo, de veteri & noua fide. German. in 4. Et alia. Floruit Baſileæ Rauracorum, 1551.*

Oſuualdi *Heloneſiotis ſpeculum paſſionis D. N. Ieſu Chriſti in fol. Norimbergæ 1519.*

Oſuualdus *Myconius Lucernanus, Heluetius, eccleſiæ Baſilienſis hoc tempore vigilantiſſimus antiſtes, ſcripſit commentarios in poema Henr. Glareani de ſitu Heluetiæ, quo cum impreſſi ſunt Baſileæ apud Ioan. Frobenium, 1519. eiuſdem ad ſacerdotes Heluetiæ, qui Tigurinis male loquuntur, ſuaſoria, vt male loqui deſinant, 1524. impreſ. Tiguri, de vita & obitu Huldrichi Zuinglij libellum, impreſſum cum epiſtolis Zuinglij & Ioannis Oecolampadij, Baſileæ apud Robertum Winter anno 1536. In Euangelium Marci doctam & piam expoſitionem, editam Baſileæ apud Thomam Platerum anno 1538. in pſal. 101. Domine exaudi orationem meam, enarrationes, excuſas Bernæ apud Apiarium, anno 1548. &c. & Ioan. Oecolampadij catechiſmũ è Germanico in Latinum tranſtulit, excuſum Baſileæ apud Oporinum anno 1545. Præfatus eſt etiã in Oecolampadij enarrationes in Matthæum & Marcum. Habet adhuc commentaria in Ionam, Eſaiam & Hieremiam phrophetas, in pſalmum 129. & 142. expoſitiones, commentaria in Matthæum, Lucam & Ioan. Euangeliſtas, ſermones de pœnitentia, de liberis recte & ingenue educandis, de crapula & ebrietate, de fœnore & vſura, & alia multa, quæ vt ad ſyncerioris Theologiæ canditatorum vtilitatem ac eccleſiæ Ieſu Chriſti propagationem edantur, ex animo optamus, & ſperamus. Epiſtolam Paræneticã ad fratres ditionis Baſilienſis quomodo ſe gerere in turbis his præſentibus vtiliter debeant anno 1534.*

Oſuualdus *monahus Vuigornienſis edidit partim carmine partim ſoluta oratione, quaſdam inuocationes lib. 1. De componendis epiſtolis lib. 1. De edendis carminibus lib. 1. Claruit anno Domini, 1010. Baleus.*

Oſuualdus *Odonius, Vuintonienſis epiſcopus, ſcripſit ſtatuta ſynodalia. Claruit anno Do. 998. quo etiam obijt.*

Digitized by Google

Oſuualdi Vlin medici, de peſtis cura & præſeruatione libellus germanicus.

Otfridus monachus Wiſſenburgenſis cœnobij, ordinis D. Benedicti german. ſcripſit ad Luitbertum Moguntinen. eccleſiæ archiepiſcopum octanum, in Euangelium opus grande & inſigne, quod vocauit Gratiam Theotiſtæ, diſtinctum in lib. 5. ad Ludouicum regem lib. 1. ad Salomonem epiſcopum lib. 1. ad monachos ſancti Galli lib. 1. in Pſalterium volumina tria. De iudicio extremo lib. 1. de gaudijs regni cœleſtis lib. 1. carmina diuerſi generis lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Claruit anno 870. Eiuſdem Euangeliorum liber, veteri Francico ſermone rhythmice conſcriptus, impreſſus eſt Baſileæ anno 1571. in octauo.

Othesias Græcus, miraculoſas hiſtorias & fabulas conſcripſit.

Othones duo, vide in Iuſtino Goblero, & inferius, Otho Senonen.

Othonis abbatis ad Turpionem epiſcopum, de inſtitutione diuina libri ſex, extant Viennæ Auſtriæ apud Wolfgangum Lazium.

* Otho Beckmannus Warpurgen. I.C. olim profeſſor in ſchola Wittenbergenſi ſcripſit quoddam epigramma.

Otho de S. Blaſio, ad Othonis Friſingenſ. chronica Appendicem, ſcripſit vſq; ad tempora Rodolphi Habeſpurgij.

Otho Brunfelſius Maguntinus, German. medicus inſignis, ſcripſit in theologia ac medicina multa quæ hinc inde à diuerſis excuſa ſunt: videlicet de diſciplina & puerorum inſtitutione parænеſim. Catecheſin, id eſt, Chriſtianam inſtitutionem puerorũ in fide, literis & moribus, ex probatiſſimis authoribus: impreſſam Argentorati apud Egenolphum, anno 1529. & Pariſijs apud Rober. Stephanum. Cõfutationem ſophiſtices, quam collegit ex antiquis theologis: libellus impreſſus Seleſtadij, de ratione decimarum propoſitiones, excuſas Argentinæ. item problema vnum, de ratione Euangeliorum, & alterum, quare in parabolis locutus ſit Chriſtus. Orationem ad Chriſtianos principes, de bello Turcis inferendo, impreſſam Baſileæ apud Thomam Platerum 1538. cum alijs quibuſdam.* Orationem ad principes & omnes Chriſtianos, vt afflictionibus Rhodiorum militum ordinis ſancti Ioannis Baptiſtæ ſutturratur Baſileæ 1523. Multa eius opuſcula theologica, impreſſa ſunt cum Ioannis Huſs aliquot libellis. Annotationes in 4. Euangelia & Acta Apoſtolorum, ex orthodoxis ſacrarum literarum ſcriptoribus congeſtæ, impreſſæ Argentorati apud Georgium Vlricherum 1535. Loci communes fere omnium capitum, per quatuor Euangelia & Acta Apoſtolorum, excuſi Argentinæ apud Ioannem Schottum, anno 1519. Pandectas ſcripturarum veteris & noui teſtamenti ſecundum locos communes, Weſthemerus excudit Baſileæ anno Domini 1537. Eaſdem etiam deinde non pœnitenda acceſſione auctas, adiectis exemplis, tum ex hiſtorijs eccleſiaſticis, tum Ethnicis, idem recudit anno 1547. & Brylingerus anno 1551. in medicina vero ab eo ſcripta, ſunt hæc: Catalogus illuſtrium medicorum, ſiue de primis medicinæ ſcriptoribus liber, breuiter eorum ſcripta cõmemorans, ex Galeni, Plinij, ſcriptorum de re ruſtica libris, &c. collectus: impreſſus Argentorati anno 1530. apud Ioa. Schottum. Theſes ſeu communes loci totius rei medicæ: item de vſu pharmacorum, deq; artificio ſuppreſſam aluum ciendi: Georgius Vlricher excudit Argentorati, anno 1532. Adiecta eſt tabula, quæ continet medicamenta compoſita purgantia & præparantia ad purgationem cum doſi ſingulorum aſſignata. Iatrion medicamentorum ſimplicium, continens remedia omnium morborum qui tam hominibus quam pecudibus accidere poſſunt: opus præclarum, cui hactenus par in lucem nõ prodijt, digeſtum in lib. 4. ibidem excuſum 1533. Onomaſticon medicinæ continens omnia nomina ſtirpium, medicamentorum ſimplicium, aliarumq; rerum omnium fere ad medicinam pertinentium, ac philoſophiam naturalem, hiſtorias medicorum, &c. ſecundum ordinem literarum, ex omni authorum genere conſarcinatum: præpoſitis à principio tabulis nominum anatomes, & ægritudinum totius corporis humani Græce ac Latine: item Saladini inditio de ponderibus medicinalibus: opus impreſſum Argentorati, anno 1534. Idem anno 1542. rurſus ibidem excuſum eſt, ab amicis quibuſdam Brunfelſij, auctum & recognitum. Herbarum viuæ icones ad naturæ imitationem effigiatæ, vnà cum effectibus earundem & nominibus Latinis, Græcis ac Germanicis, editæ, anno 1532. cum appendice Iſagogica de vſu & adminiſtratione ſimplicium, & aliquot tabulis varij argumenti in re medica. Ioannes Schottus excudit Argentorati. Tabulæ vero ſeorſim excuſæ ſunt Pariſijs, anno 1540. apud Aegidium Corrozet, ſub titulo epitome medicinæ. Tomus ſecundus Herbarij excuſus poſtea apud Schottum cum alijs. Tertius nondum editus eſt. Exiuerunt & Germanice ſcripti Herbarij libri ab hoc authore, cum figuris. Marcelli Virgilij commentarios in Dioſcoridem, vbi videbantur ſuperflui & tanquam luxuriati, reſecuit, ita vt nihil ineſſet parergon. Impreſſi ſunt Argentinæ, vna cum textu Dioſcoridis Græco & Latino. Scripſit præterea orationes patrum vtriuſque teſtamenti, libellum de decimis, libellum de reformatione Apothecarum: Prognoſtica ex diuinis literis, in quibus diſerte contra Aſtrologiam iudiciariam differit.* Ibi forte etiam continentur. 1. Tractatus eiuſdem de definitionibus & terminis aſtrologiæ. In folio editus. Itemque Almanach perpetuum germanicum: cum practica Chriſtiana à principio vſq; ad finem mundi. In 4. edita anno 1544. germanice. Præterea non paucos bonorum authorum libros vti Ioan. Huſs, Serapionis, Raſis, Auerrois, Laurentij Phriſij, medicorum præclariſſimorum, emaculauit. Claruit Bernæ Heluetiorum, anno Domini 1534. Quo etiam obijt.

Otho Cerberus Pabergenſis, ſcripſit aſſertionem ſententiæ, Sola fides iuſtificat, ſeu de excluſiua Sola, in loco de iuſtitia coram Deo. Libellus excuſus eſt Lipſiæ 1550.

Ottonis *Conſtantienſis epiſcopi Obſequiale, vel Officiale impreſſum in 4.*

Othonis *Cober Bambergenſis Reſolutæ quæſtiones 138. de moleſta ſenectute. Norimbergæ Petreius 1537.*

Othonis *Cremonenſis rhythmi de electione meliorum, ſimplicium ac ſpecierum medicinalium, impreſſi ſunt Francof. à Chriſtiano Egenol. anno 1559. cum libello ſcholæ Salernitanæ de ſanitate tuenda: & eodem anno Pariſijs apud Carolũ Perier.*

Otho *Demeringus Metenſis Canonicus, quinque libros experientiarum Ioan. Montiuillani Angli è Latina & Gallica lingua in Germ. tranſtulit. Argentorati impreſſit Knoblochus, anno Domini 1507.*

* Ottonis *ad Finem paſtoris eccleſiæ Lorichianæ, Scaturigo fontis pro anima ſitiente gratiã Dei. libellus germanicus in 12. Moguntiæ excuſus anno 1583. Eiuſdem quæſtiones de vniuerſali conſtanti Chriſtianiſmo inde à temporibus Chriſti vſq; ad noſtra tempora. Germanice in 12. ibidem an. eodẽ.*

Otho *Friſingen. epiſcop. natione Ger. D. Leopoldi Marchionis Auſtriæ F. & Friderici Romanorum imperatoris patruus, ſcripſit hiſtoriam rerũ geſtarũ ab origine mundi vſq; ad Eugenij III. P. M. & Imp. Conradi III. tempora li. 8. De geſtis Friderici primi Aenobarbi Cæſaris Auguſti lib. 2. De dialectica etiam & philoſophia opuſcula nonnulla Hiſtoriam Auſtriacam, quæ manuſcripta extat apud Vuolfgangum Lazium. Obijt anno D. 1159. Hiſtoria ab origine mundi & libri de geſtis Friderici Imp. excuſi ſunt Argentinæ apud Schurerium, anno 1515. vnà cum Radeuuici Phriſingenſis eccleſiæ Canonici libris de geſtis eiuſdem Friderici. Eius Chronicon, ſiue rerum ab orbe condito ad ſua vſque tempora geſtarum lib. 8. Item de geſtis Friderici I. Cæſaris ad vetera exemplaria recognouit P. Pithoeus. Baſileæ edidit Perna cum quibuſdam alijs Germaniæ hiſtoricis.*

Othonis *Kemperi in vniuerſam oratoriæ facultatis artem Methodica inſtitutio per Erotemata conſcripta. Baſileæ in 8. 1569.*

* Othonis *Korberij liber, quod Papa nullo iure teneatur, neq; etiam per omnes ſanctiſſ. ſui corporis vires poſſit vel vnicam orationem dominicam verè adeoq; ex corde dicere, in 4. anno 1539. Extat in bibl. Imper. Viennæ.*

Otho *Lupanus Toricella natione Italus, vertit Luciani opuſculum de dea Syria, quod etiam commentario illuſtrauit.* Eiuſdem Dialogus tractans de imaginibus, & miraculis ab illis editis. Mediolani 1540. Italice.*

Otto *Morena Landenſis citatur inter illos ſcriptores, ex quibus memorabilia ſua Baptiſta Fulgoſus collegit.*

Otho *Senonen. I. C. reliquit ſummam, et librũ de interdictis poſſeſſorijs. Vide in Iuſtino Goblero ſupra.*

Otho *I. C. alius à Senonenſi ſcripſit & ipſe ſummam de ordine iudiciario ſeu proceſſu iuris.*

Otho *Vuerdmullerus Tigurinus, ſcripſit de dignitate vſu & methodo Philoſophiæ moralis, quã Ariſtoteles ad Nicomachum conſcripſit lib. 2. Hieron. Curio excudit Baſileæ 1545. Item Commentarium perquam eruditum in orationem Ciceronis ad equites Romanos antequam iret in exilium: editum ſub nomine Myliandri Tigurini, Baſileæ apud Robertum Vuinter 1539. vnà cum aliorum lucubrationibus in omnes orationes Ciceronis: & Pariſijs apud M. Vaſcoſan. ſeorſim anno Domini 1540. Itẽ Tiguri apud Froſchonerum in 8. ex recognitione authoris, & Baſileæ apud Oporinum anno 1553. cum diuerſorum in omnes orationes commentarijs. Idẽ ſcripſit de officio concionatoris Chriſtiani ſermones 3. excuſos Tiguri à Froſchouero in 8. Item Germanice edidit de iuſtificatione libr. 4. Summam Chriſtianæ fidei. De morte libellum. De afflictionibus. Scripſit etiam commentaria in epiſtolam ad Galatas quæ nondum ſunt edita. Librum de ſimilibus ab animantibus deſumptis, impreſſum Tiguri apud Geſneros. Item librum de bonis operibus. Obijt Tiguri anno 1551.*

Othocus *Fruxinenſis myſta, deinde monachus Reginoburgenſis, ſuæ tempeſtatis theologus & poeta præſtantiſſimus, ſcripſit hiſtorias ſub imperatore Henrico quarto. Auentinus.*

* Ottacarij *& Wenceſlai & aliorum ſumma dictaminum. In quarto, liber ſcriptus in membranã in bib. Imperat. Viennæ.*

Ottomarus *Luſcinius Argentoratenſis, lucubrationes aliquot minime indoctas ſtudioſis communicauit, ex quibus ſunt, Grunius ſophiſta, ſiue pelagus humanæ miſeriæ, quo docetur vtrum hominis an bruti animantis natura ad virtutem & felicitatem propius accedat. Knoblouchus excudit Argentinæ, anno Domini 1522. Progymnaſmata Græcæ literaturæ, cum auctario, quo docetur qua ratione citra præceptoris operam, Græce diſcere poſſis: ibidem excuſa, anno Domini 1523. Seria iociq́; quibus continentur Plutarchi commentarius docens quomodo deprehendas te certo profeciſſe circa virtutem: & epigrammatum Græcorum veterum centuriæ duæ, Latinitate per Luſcinium donatæ, cum indice rerum per epigrammata ſparſim digeſtarum, & epitome prædicti libelli Plutarchi: liber excuſus, anno 1529. Argentorati Senarij prouerbiales Græci, à Stobæo collecti, ſecundum locos communes, à Luſcinio in ſenarios Latinos conuerſi, ibidem impreſ. anno Domini 1521. Iſocratis Parænеſis ad Demonicum, & oratio de gubernando regno ad Nicoclẽ, eodem interprete: ibidem excuſæ Græce et Latine, 1515. Ex Plutarchi opuſculis Moralibus nonnulla tranſtulit, quæ cum cæteris Latine redditis aliquot Plutarchi libris, Baſileæ apud Cratandrum olim excuſa ſunt: videlicet, Quomodo oporteat adoleſcentem audire poemata, de audiendo, de amicitia cum multis, de fortuna, de virtute & vitio, an ſatis ſit vitium ad infelicitatem, quod virtus per doctrinam acquiri poſſit, quomodo quis ſentiat ſe virtute proficere, Sympoſiacorum liber vnus. Idem ſcripſit etiam Allegorias Pſalmorum Dauidis ſecundum literarum ordinem. Impreſſas*

Digitized by Google

Bariſijs cum allegorijs & tropologijs vtriuſque Teſtamenti, anno 1551. Claruit anno 1535.

Otthofredus. *Vide Otofredus.*

Oudarius *ſemilatinus autor, ſcripſit hiſtorias in quibus Auentici ab Alemannis vaſtati mentionem facit. Quem in hiſtoria ſua Paulus Aemilius inter primos ſecutus eſt.*

# P

PAcatus *vide in Latino.*

Pacatus, *qui & Minutius & Irenæus vocatus eſt, Alexandrinus grammaticus, ſcripſit de Alexandrina dialecto, vel Helleniſmo lib. 7. ordine alphabeti. de Attica conſuetudine in dictionibus & accentu ordine alphabeti lib. 3. de proprietatibus Atticæ & Doricæ dialecti, de Atticiſmo, & alia multa. Suidas.* * *Pacati de conſuetudine Attica græce in folio, extat in bibliotheca Imperatoris Viennæ, typis excuſus liber vt puto.*

Pachumius *abbas, fundator Ægypti cœnobiorum, ſcripſit epiſtolas aliquot, ad Cornelium abbatem, ad præpoſitos cœnobiorum, ad Syrum abbatem & fratres foris operantes, regulam quoque monachorum lib. 1. Vide plura apud Gennadium. Trittemius Bachomium vocat. Pacomij abbatis ſententiæ quædam citantur in libello Coloniæ impreſſo, 1531. de officio rectoris eccleſiæ. Claruit 390.*

Pacianus *in Pyrenæi iugis, Barcilone epiſcopus ſcripſit varia opuſcula, de quibus eſt* [illegible] *& contra Nouatianos. Sub Theodoſio principe iam vltima ſenectute mortuus eſt. Hieronymus. Eius Parænеſes aliquot impreſſæ ſunt.*

Pacificus *Maximus Aſculanus, ſcripſit multa carmine, cuius Lucretiæ libri duo, & Virginiæ libri totidem, excuſi ſunt per Hieronymum Soncinum, anno 1500. Scripſit præterea elegiarum lib. XX. de bello Spartico lib. 6. de bello Cyri regis Perſarum lib. 7. de bello Syllæ & Marij lib. 11. Grammaticam de componendis carminibus. Declinationes verborum Græcorum. Poema ad Ioannē Saluatium, inuectiuam in Angelum Politianum, &c. Einſdem regulæ grammatices perbreues, tum proſa tum metro, excuſæ ſunt Fani per Hieronymū anno 1506.* * *Elogia 4. Bononiæ 1523. excuſa.*

Pacis *Scalæ Patauini, de conſilio ſapientis in forenſibus cauſis adhibendo. De contractuum vltimarum voluntatum compoſitione ad ſenſum ſapientis.*

F. Paduanus *de Graßis Barolita, ſcripſit. Enchiridion ſcholaſticum contradictionum quodlibetalium doctoris ſubtilis Scoti: impreſſum Venetijs anno Domini 1544. ad ſignum cognitionis. In præfatione eodem anno ſcripta, teſtatur ſe prius etiam Concilium Pauli, id eſt, Harmoniam ex Apoſtolicis monumentis hauſtam, in lucem edidiſſe. Idem ſcripſit librum de republica eccleſiaſtica, excuſum Venetijs in octauo.*

Pænonis *Amathuſij ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Theſei.*

Pæti *cuiuſdam epiſtola, impreſſa cum epiſtolis Hippocratis: de illo enim ſcribit ad Artaxerxē.*

Paganus *Dominicani ordinis inquiſitor in Lombardia, pro fide multis conciſus vulneribus & tandem Lancea confoſſus, ſcripſit poſtillas penè ſuper tota Biblia.*

Paianij [illegible] *Metaphraſis Græca in Eutropij Romanam hiſtoriam. Incipit,* [illegible] *& extat in bib. P. Pithoei.*

Palæmon *Vincentinus grammaticus, ſcripſit libros de arte grammatica. Claruit Claudij Cæſaris temporibus.*

Palæologus *contra Mahumetiſtas extat apud Michaelem Sophianum.*

Palæphatus *Abydenus hiſtoricus, ſcripſit Cypriaca, Deliaca, Attica, Arabica. Floruit ſub Alexandro Magno. Suidas.*

Palæphatus *Ægyptius, aut Athenien. grammaticus, ſcripſit Aegyptiacam theologiam, de fabuloſis lib. 1. Solutiones fabuloſe dictorum. Hipotheſes in Simonidē. Troica, quæ alij ad Athenienſem Palæphatum, alij ad Parium referunt. Scripſit & hiſtoriam propriam. Suidas.*

Palæphatus *Athenienſis verſificator, filius Actæi & Bius: aut vt alij dicunt, Iocli & Metaniræ: alij Mercurij. Fuit quorundam ſententia, poſt Phemonoen: aliorum verò etiam ante illam. Scripſit Coſmopœiam, id eſt mundi fabricam, verſibus circiter 5000. Apollinis & Dianæ partum verſibus 3000. Veneris & cupidinis voces & ſermones, verſibus 5000. Mineruæ & Neptuni contentionem verſibus 1000. Latonæ comam. Suidas.*

Palæphatus *Parius aut Prienenſis, ſub Artaxerxe, ſcripſit apiſton, id eſt de non credendis hiſtorijs libros quinque. Eius poeticarum fabularum, ſiue de non credendis fabuloſis narrationibus liber Græcus, impreſſus Venetijs ab Aldo, cum Aeſopi fabulis, &c. & Baſileæ apud Ioannem Oporinum Græce & Latine, Philippo Phaſianino interprete, cum Phurnuto. Palæphati* περὶ ἀπίστων *librorum quinque fragmentum extat paruum, citat Probus ſuper hoc verſu ex 3. Geor. Frena Pelethronij Lapithæ gyroſq; dedere. Et ipſe Maro in Ciri, Docta Palæphotia teſtatur voce papyrus.* * *Eiuſdem liber vnde veterum aliquot fabulæ tractæ ſunt in 4. editus.*

Palamas *quidam ſcripſit epiſtolas Græcas, quæ extant Romæ in Vaticana bibliotheca. Vide ſupra Gregorium Palamam.*

Palamedes *Eleates grammaticus, ſcripſit de comica & tragica dictione, Onomatologon, & commentarios in Pindarum poetam.*

Palamedis *Argiui epopœi poemata, ab Homero aliqui ferunt abolita, propter inuidiam. Vide Suidam.*

* Palatini *Kednadon à Straſuuick, dialogus, de vnione perſonali duarum in Chriſto naturarū, ſecundum mentem S. ſcripturæ, eccleſiæ, atq; Auguſt. confeßionis, aduerſus eos qui genuinam horum ſententiā peruertunt. 4. Geneuæ apud Iac. Stoer, 1583.*

Pales *antiquus ſcriptor, citatur à Plinio Naturalis hiſtoriæ lib. 18.*

Palentinus

Palentinus *epiſcopus,edidit deſcriptionē Hiſpaniæ,impreſſam in Italia.*

Palladæ *plurima epigrammata paſſim in Florilegio Græco leguntur,& inter cætera quædam in Themiſtium philoſophum, vnde coæuum illi fuiſſe apparet.*

Palladius *Græcus natione, Britannorum ſiue Scotorum inſulæ,Hibernenſis à Cæleſtino Papa primus ordinatus epiſcopus,ſcripſit vitam D. Ioannis Chryſoſtomi,contra Pelagianos,& Homilias plures.Claruit anno Domini 431. Palladij Helenopolitani epiſcopi,Vitam Chryſoſtomi, Ambroſius Camaldulenſis è Græco in Latinum ſermonem tranſtulit: liber impreſſus in Italia anno 1533. * Eius commentarius de vita Ioannis Chryſoſtomi, in folio. Manuſ.bibl.Imp.Viennæ.*

* Palladij *de præcipuis martyribus narratio, in quarto.Manuſ.bibl.Imp.Viennæ.*

* Palladij *cuiuſdam commentaria in Catullum, in folio.Venet.*1520.

Palladij *Cuiuſdam expoſitio Græca in librum Hippocratis de morbis acutis, extat Venetijs apud Diegum Hurtadum. Palladij Sophiſtæ in 6. Epidemiorum in bibliotheca Ioan.Sambuci.*

Palladius *monachus Euagrij diſcipulus imperante Theodoſio maiore, quo tempore vixit etiam D. Hieronymus, conſcripſit librum cuius titulus Lauſiaca: quæ eſt hiſtoria ad Lauſum: hanc ex Græco conuertit Gentianus Heruetus. Pariſijs excudit Bernardus Turriſanus anno* 1555.*&* 1570.

* Palladij *& aliorum narratio de obſidione Conſtantinopolis per Barbaros,extat in bibliotheca Imper.Viennæ manuſc.*

Palladius *Methonæus ſophiſta, ſub Conſtantino rege,ſcripſit de feſtis apud Romanos, Colloquia, Sermones diuerſos, Olympiacum, Panegyricum, Iuridicialem. Suidas.*

Palladij,*vrbis Suedorum in Pamph. magiſtratus,epiſtola ad Epiphanium, quærens de Trinitate diuina, Ancorato Epiphanij lib.præponitur.*

Palladij *Rutilij Tauri Æmiliani de re ruſtica lib.14.impreſſi Lugduni apud Gryphium, an.*1535. *& alibi,cum Columella & reliquis rei ruſticæ ſcriptoribus Latinis.*

Pallas *qui Mithræ myſteria optime deſcripſerit tempore Adriani imperatoris,citatur à Porphyrio* περὶ ἀποχῆς,*&c.*

Paminacij *ſcripta citantur apud Fulgentium in Mythologicis.*

Pammachij *& Oceani epiſtola ad D.Hieronymum,habetur tomo 3.operum Hieronymi.*

Pammaſis *ſcripta citantur in Commentarijs Arati Forte Panyaſis.*

Pamphile,*Epidauria ſapiens, filia Soteridis: cuius etiam libri eſſe dicuntur,vt Dionyſius li.30. Muſicæ hiſtoriæ tradit: verū (vt alij ſcripſerunt) Socratidis mariti eius: ſcripſit hiſtoricos commentarios lib.33. Epitomen Cteſiæ lib.3. Epitomas hiſtoriarum aliorumq́; librorum plurimas. De controuerſijs, de rebus Venerijs, & alijs multis. Suidas.*

*Pamphilæ* ὑπομνημάτων *ſiue Commentariorum liber ſecundus,& 5.& 25.& 32. citantur à Laertio.*

Pamphilus *presbyter,Euſebij Cæſarienſis epiſcopi neceſſarius, tanto bibliothecæ diuinæ amore flagrauit, vt maximam partem Origenis voluminum ſua manu deſcripſerit,&c. Scripſit antequam Euſebius ſcriberet, apologeticum pro Origene, & paſſus eſt Cæſareæ Paleſtinæ ſub perſecutione Maximini.Hieron.Trittemius ſcribit,eum eſſe paſſum anno Domini* 240. *& ſcripſiſſe etiam contra Mathematicos lib. 1. Item epiſtolas aliquot. Apologia eius pro Origene, habetur excuſa cum operibus Origenis: & in ſecundo tomo operum Diui Hieronymi.*

Pamphilus *Amphipolites,aut Sicyoninus,aut Nicopolites,philoſophus, cognomine Philopragmatos,ſcripſit icones ordine literarum, artem grammaticam,de pictura & pictoribus claris,Georgicos libros 3. Suidas.In Geoponicis Conſtantino adſcriptis etiam allegatur.*

Pamphilus *Alexandrin. grammaticus Ariſtarch.ſcripſit Limonem,Pratum, id eſt, variarum rerum collectanea. De gloſſis, id eſt, obſcurioribus verbis lib. 205. vel 75. Sunt autem ab* Ε *litera vſque ad* Ω. *Nam quæ incipiunt ab* Α *vſq; ad* Δ. *Zopyrion fecerat. In Nicandri nondum explicata, et quæ* ἰκτικὰ *dicuntur: Artem cenſoriam, & alia complura Grammatica. Suidas. Pamphili Pratum dictionum Suidæ Lexico acceſſit: Liber eius de nominibus & gloſſis, ab Athenæo citatur.*

Pamphilus *quidam de ſtirpibus volumen edidit ordine literarum, in quo ſæpe fabulas quaſdam aniles recenſet, & ſuperſtitioſa quædam deſcribit, & incantationes quibus in eruendis herbis quidam vtuntur: Quin & amuleta quædam & alia vana, non curioſa ſolum & extra rem medicam, ſed & falſa omnia. Solet autem vnicuique herbæ primum varia nomina adijcere, vt Ægyptia, Babylonia, et quæ quidam peculiariter, aut ſymbolice eis impoſuerunt,&c. Galenus.*

Pamphili *tetraſtichō li. 3. Florileg. ſectio.24.*

Pamphili *Molli ſingularia & cautelæ: item Gloſſæ ſuper conſtitutionibus regni Siciliæ, & ritibus magnæ curiæ vicariæ.*

Pamphili *Montij,Bononienſis, Scholæ Patauinæ publici profeſſoris, methodus medendi, in ijs quæ ad Galeni doctrinam ſpectant, opus vtile ijs qui medicinæ praxim exercent: additis quibuſdam ad hãc materiam maxime neceſſarijs. Eiuſdem auctoris lib.4. Primus,de ſubiecto medicinæ.2. De tribus doctrinis ordinarijs.3. De æquali ad pondus.4. De hominis temperatura ex Galeni intentione. Hieronymus Scotus impreſſit Venetijs, anno Domini 1545. in octauo,chart. 22. Eiuſdem commentarij in Galeni libros de febrium differentijs, Bononiæ anno 1567. Item Annotationes in Achillini opera in vnum volumen collecta. Venetijs apud Hieronymum Scotum in folio.*

Pamphili *Saxi opera quædam edita feruntur.*

Pamphili *cuiuſdam fragmenta mulomedicinæ, cum Abſyrto & reliquis eiuſdem argumenti leguntur.*



Digitized by Google

Pamphilus quidam, homo eruditus, edidit Carmina non indocta lib. 1. Ioannes Lelandus.

Pamphilus Athenienſibus hymnos antiquiſſimos ſcripſit, vt teſtatur Pauſanias lib. 7.

Pamprepius Panopolita, heroici carminis poeta floruit tempore Zenonis Imp. ſcripſit Etymologiarum expoſitionem. Iſaurica oratione ſoluta. Suidas, qui multa præterea de moribus & vita huius ſcribit.

Ex Panchario quædam Græce in medicina, extant alicubi in Italia.

Panætius grammaticus allegatur ab Vrbano Bellunenſi.

Panætius Rhodius ſenior, philoſophus, plurimos in philoſophia libros edidit. Suidas. Citatur ab Athenæo quoque.

Panætius iunior Nicagoræ filius, Rhodius, philoſophus Stoicus, Diogenis familiaris, is eſt quem Cicero ſecutum ſe teſtatur in libris officiorum. Panætius Stoicus ἐν τῷ περὶ εὐθυμίας, ἐν τῷ περὶ προνοίας, ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων citatur à Laertio.

Pancæi cuiuſdam rhetorica Græca, Romæ in Vaticana bibliotheca.

Pancrates poeta Alexandr. tempore Adriani Imp. Huius hiſtoria apud Euſtathiũ in Homerum legitur pag. 1616. Rom. editionis.

Pancrates Arcas librum edidit inſcriptum Ἔργα θαλάσσια, id eſt opera marina, carmine. Citatur hoc opus ab Athenæo & eiuſdem λογχοροῖς.

Pancratius. Huius feruntur libri de arte culinaria ſecundum quamuis conuerſionẽ. Floruit tempore Leonis ſenis vſque ad Zenonem. Suidas.

Pancratius ſophiſta reliquit commentarios in artem Minuciani. Suidas.

Pancratij Iaſtin. Veneti, Paradoxa excu. ſunt in Italia, item liber eiuſdem de Ariſtocratia Venet.

Pancratij tetraſtichon lib. 3. Florilegij Græci, & aliud lib. 6.

Pandophilus in Turba, citatur in libello chymico Hortulani philoſophi.

Pandulphi Angli de meatibus terræ libri, in quibus cunctas venas, meatus atque editus ſubterraneos, conflexiones, ſpecus, antra interiora, latibula, cauernulaſq́, terrarum poroſitates, profunditates, concauitates, totiuſq́ ſæculi materialis, & ambitus ſubtus terram, enumerat ſigillatim. Adducitur hoc modo in libro qui inſcribitur Lumẽ animæ.

Pandulphi Collenutij Piſaurenſis I.C. oratio ad Auguſt. principem Maximilianum Cæſarem, dicta Æniponti in auditorio Cæſaris: impreſſa eſt Baſileæ apud Ioannem Frobenium, anno 1520. cum multis veterum panegyricis. Eiuſdem defenſio contra Leonicenum Pliniomaſtigem, impreſſa cum ſecundo tomo herbarij Othonis Brunfelſij, præcipuè ſuper medicamentis ſimplicibus. Compendium hiſtoriæ Neapolitanæ, excuſum typis, & Venetijs anno 1552. Italice. Eius dialogos quatuor, nempe Agenoria, Miſopenes, Alethia & Bombarda, ad Herculem Eſtenſem Ferrarienſium ducem, excudit Ioannes Oporinus Baſileæ, cum Ioannis Artopœi colloquijs, anno 1547. Miſopenes eius qui auri ac ſapientiæ ad vtranq́ felicitatem vſum indicat, excuſus eſt Argentorati à Schurerio, anno 1510. Scripſ etiam libellum de vipera, & facetiſſimum capi ac pilei dialogum. Eiuſdem Neapolitanæ hiſtoriæ lib. 6. ex Italico ſermone in Latinum conuerſi, à Io an. Nic. Stuppano Rheto. Baſileæ anno 1572. editi.

* Pandulphi Prateі lexicon Iuris ciuilis, & canonici, ſiue potius commentarius de verborum, quæ ad vtrumq́ ius pertinent, ſignificatione, Antiquitatum Rom. elementis & 11. pop. Rom. copioſiſſimo Indice adauctus. Fol. Francof.

Panolbius poeta, ſcripſit diuerſa: & ad Æthe rium poſt morbum verſibus: & ad Erythrium, ac ad Dorotheum principem & comitem, ad Aphtonium comitem, & epitaphium Hypatiæ filiæ Erythrij. Suidas.

Panormici de omnibus regulis, Moniſcarnotenſis epiſcopi, de multimoda diſtinctione ſcripturarum, tractatus diuiſus in partes 8.

* Panormitanus abbas, vide Nicolaus Siculus de Tudeſchis.

Panprepus Panopolita poeta, ſcripſit de Etymologiis & Iſaurica, proſa oratione. Volat. Pamprepius dicitur Suidæ.

Pantænus Stoicæ ſectæ philoſophus, ſub Seuero principe & Antonino Caracalla reliquit aliquot commentarios in ſanctã ſcripturam. Vide plura apud D. Hieronymum.

Pantaleon Bartholomæus Rauerinus, ſcripſit epitomen in proſodiam ex varijs ſcriptoribus compendioſe collectam, excuſam Pariſijs apud Michaelem Fezandat & Robertum Granlon, anno 1551.

* Eiuſdem Syntaxis Latina, facili carmine conſcripta, decimoſexto Lugduni apud Ioannem Lertout. Eiuſdem de varijs carminum generibus, de accentibus, de figuris poemati frequentibus, &c. decimoſexto.

Pantaleon Calderij, ſcripſit in locum primi Cod. de reſc. vend.

Pantaleonis Candidi Auſtriaci, Loci Theologici ſummam fidei Chriſtianæ complectentes verſibus conſcripti: vnà cum carminum ſacrorum lib. 1. precibus ſacris & Catecheſi, Baſileæ apud heredes Bryllingeri 1570. Eiuſdem elegiæ precationum ex Euangelijs Dominicalibus. Ibidem.

* Pantapolæ Vitini D. Pantagrueli (ficta ſunt nomina) liber Mercatorium: ſcript facetum Gallica lingua: rem tamen ſeriam tract. de nundinatione Pontificiorum in eccleſia Dei. 16. Corinthi, anno 1533.

Panthaleon de Vercellis, ſcripſit P... lib. 1. De lacticinijs lib. 1. Qui excuſi ſunt L... anno 1525.

Panthaleontis Magnæ Dei eccleſiæ di... de luminibus ſanctis (id eſt, de Domino Chriſto et S. Ioanne eius præcurſore) ſermo, excuſus eſt Baſileæ apud Hen. Petri, cum alijs veterum theologorum opuſculis, anno 1551.

Pantelei carmina citat Stobæus in ſermone de fortitudine.

Panyaſis Poliarchi F. Halicarnaſſeus, aruſpex & poe-

& poeta heroicus, extinctam poeſim quaſi poſtliminio reuocauit. Duris autem ſcripſit, Dioclis fuiſſe filium et Samium: quemadmodum Herodotus Thurium. Memoriæ traditum eſt, Panyaſim Herodoti hiſtorici eſſe patruelem. Natus eſt Olympiade 78. quorunda m ſententia multo ante, temporibus Perſicis: occiſus eſt à Ligdamide tertio Halicarnaſſeorum tyranno. Inter poetas poſt Homerum recenſetur quorundam iudicio etiam poſt Heſiodum et Antimachum. Scripſit Heracliada libris 14. Ionica Pentametris. Sunt autem de Codro & Neleo & Ionicis colonijs verſus ad 7000. Suidas. Verſus Panyaſidis 19. leguntur apud Stobæum ſermone de incontinentia. Citatur ab Athenæo, Pauſania, Stephano. Clemens Alexandrinus hunc æmulum facit Theognidis, et præterea refert Cleophilo Samio ſurripuiſſe Oechaliæ captiuitatem.

Panyaſis *Halicarnaſſeus, iunior, philoſophus, ſcripſit de ſomnijs libros duos.*

Papias *Ioannis auditor Herapolitanus epiſcopus in Aſia, quinque tantum ſcripſit volumina, quæ prænotauit, Explanatio ſermonum Domini, &c. Plura apud Hieronymum. Trittemius ſcribit, eum claruiſſe circa annum 100. Romæ in Vaticana bibliotheca liber Græcus eſt hac inſcriptione,* τῶν κυριακῶν λογίων ἐξηγήσεως.

Papias *natione Lombardus, grammaticus, ſcripſit de ordine dicendi lib. 1. De linguæ Latinæ vocabulis lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Papiæ vocabularium, impreſſum Venetijs, anno 1491. Claruit anno 1200.*

Paphnutij *epiſcopi Thebarum Suidas meminit, ſed nihil ab eo ſcriptum refert. Paphnutij collatio de triplici adſeruiendum deo vocatione & renunciatione, habetur inter Io. Caſſiani Collationes.*

Pappus *Alexandrinus, philoſophus, tempore Theodoſij ſenioris, æqualis Theoni, ſcripſit in Ptolemæi canonem, Chorographiam vniuerſalem, in quatuor libros magnæ conſtructionis Ptolemæi commentarios, De fluuijs in Lybia, de interpretatione ſomniorum. Suidas. Commentarij eius in Ptolemæum extant Græce. Item* Συναγωγῆς μαθηματικῆς. *Lib. 10. Romæ in Vaticana. Aſtronomici libri 13. in bibliotheca Rami: quamuis in indice errore vt opinor librarij Papiæ inſcribantur. Pappi quædam cum Comicis Apollonij Pergæi, excuſa ſunt Bononiæ anno 1566. in folio.*

Pappi *Paſiphonis ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Q. Flaminij.*

Papyrianus *grammaticus, ſcripſit librum de orthographia.*

Papyrius *Fronto, vetus* I. C. *ſcripſit Reſponſorum lib. 4. Vide Bernardini Rutilij vitas.*

Papyrius *Iuſtus, vetus* I. C. *conſtitutionum & decretorum libros 20. edidit.*

* Papyrij *Maſſoni Annalium lib. 4. quibus res geſtæ Francorum explicantur, editio ſecunda. In 8. Lutetiæ apud Nicolaum Cheſneau.*

Papyrij *Prætextati vetuſti ſcriptoris fragmentum de Orthographia, impreſſum cum Q. Rhemnij Palæmonis, & aliorum opuſculis Grammaticis, Baſileæ apud Adamum Petri.*

Paraſij *ſcriptis Plinius vſus eſt in conſcribendo 35. libro Naturalis hiſtoriæ.*

Parati *ſermones de tempore & ſanctis, auctoris non nominati. Argentinæ anno 1487.*

Parchor *prophetæ meminit Clemens lib. 6. Stromaton, in quem expoſitionum libros ſcripſit Iſidorus Baſilidis filius & diſcipulus.*

Pardulphus *Prateius Auguſtobuceonias* I. C. *ſcripſit ſcholia in auream ſummam Azonis, impreſſa Lugduni cum Azone 1557. Claruit anno 1556.*

Paris *de Puteo, Patritius Neapolitanus* I. C. *eminentiſſimus, ſcripſit de bello & duello, de ludo, de milite. Eiuſdem de ſyndicatu tractatus, impreſſus Lugduni. Tractatus de redintegratione feudorum, de finibus & modo decidendi quæſtiones confinium territoriarum, & de verborum ſignificatione. Neapoli anno 1544. in folio. Tractatus ſuper reaſſumptione inſtrumentorum, cum ſummarijs & repertorijs Ioan. Baptiſtæ Zilleti. Venetijs anno 1572. in 4. * Eius tractatus Feudales etiam Francofurti editi ex officina Baſſea, impenſis Sigiſ. Feyrabent in folio, anno 1579.*

Parmenides *Eleates Xenophanis auditor aut Anaximandri, ſcripſit Phyſiologiam, carmine et alia quædam ſoluta oratione. Callimachus ipſius poema eſſe negat. Fertur etiam ciuibus ſuis tuliſſe leges vt ex Speuſippo refert Laertius. Fragmenta Phyſiologiæ eius excuſ. ſunt ab Henr. Steph. 1573.*

Parmenides *orator alius à ſuperiore, ſcripſit artem oratoriam. Laertius.*

Parmenidæ *Macedonis diſtichon lib. 1. Florilegij. Parmenonis Macedonis multa epigrammata paſſim in Florilegio leguntur.*

Parmeniſcus *aſtronomus citatur apud Higinum, & Plinium lib. 18.*

Parmeno *Byzantius primo Iamborum citatur à Stephano.*

Parmenonis *Rhodij ars magirica citatur ab Athenæo.*

Parnaſij *Sophiſtæ non incelebris meminit Eunapius.*

Parthenius *Chius verſificator, Theſtoris F. cognomento Chaos, ab Homero oriundus. Scripſit de Theſtore patre ſuo. Suidas.*

Parthenius *Heraclidæ et Eudoræ F. Hermippo authore, Tithe F. Nicænus aut Myrlæanus, elegiaci & diuerſorum carminum poeta, captus eſt à Cinna, cum Romani Mithridatem debellarunt: poſtea manumiſſus propter doctrinã, vixit vſq; ad Tiberium Cæſarem. Scripſit Elegias in Venerem. Aretes vxoris epicedion. Aretæ encomion 3. libris, & alia multa. Suidas. Parthenius poeta in Aphrodite, in* Δήλῳ, *Hercule, Iphiclo, Epicedio in Auxithemin, Propemptico, Citatur à Stephano, apud quem* Νικαεὺς *alicubi* Φωκαεὺς *nominatur. Parthenij Nicaenſis, de amatorijs affectionibus liber Græce & Latine, Iano Cornario interprete, impreſſus Baſil. apud Frob. 1531. Cornarius hunc eundem eſſe putat cum Parthenio poeta. Idem etiam librũ de fluminibus et montibus Plutarcho inſcriptũ Parthenij eſſe arbitratur.*



Digitized by Google

* Parthenij *grammatici meminit Suidas in Dionyſio Alexandrino: eſt autem hic alius à poeta, nam ille ſub Tiberio obijt, hic Veſpaſianorum & Traiani ætate vixit.*

Parthenius ὁ τοῦ Διονυσίου ἐν πρώτῳ περὶ τῶν παρὰ τοῖς ἱστορικοῖς λέξεων ζητουμένων, *Citatur ab Athenæo lib.* 11. *Arbitror autem hunc eſſe cuius Suidas meminit, et Dionyſij diſcipulum vocat.*

Parthenij *cuiuſdam dialogus de humani corporis ſectione, impreſſus Argentinæ apud Ren. Sybold, cum quibuſdam Georgij Vallæ opuſculis.*

Paſchalini *Cordigeri Piſcarienſis poemata, Emptio, Epiſtolæ, Antropechia, Ichtyas ſeu Piſceria. Venetijs apud Nicolinum de Sabio* 1550.

* Paſcalis *Eſtocartus octonariorum de vanitate mundi librum primum in harmonias, trium, quatuor, quinque & ſex vocum redegit. Gallice in* 4. *Lugduni* 1582.

Paſcalis *papæ ad beatum Anshelmum epiſtola, ſeu de eo quod inueſtituras eccleſiarum laicis indulſerit, excuſantis: impreſſa.*

Paſchaſij *Iuſti de curanda in pecuniam cupiditate libri duo, excuſi in* 4.

Paſcaſij *de corpore et ſanguine Domini liber, extat Viennæ Auſtriæ apud Wolffgangum Lazium.*

* Paſchaſius *Hamelius figuris illuſtrauit perſpectiuam Georgij Hartmanni. Lutet. apud Ægidium Goubinum* 1556.

Paſcaſius *Romanæ eccleſiæ diaconus (Gregorio teſte) inſigne volumen contra errores Græcorum ſcripſit, de ſpiritu ſancto lib.* 3. *et quædam alia. Claruit anno* 500. *Eius lib.* 2. *de ſpiritu ſancto, quibus & ſymboli enarratio continetur, aduerſus errores Macedonij, Arianorum, Sabellianorum et Nouatianorum: cum Gregorij epiſtola ad Eugyppium. Coloniæ excuſi ſunt, anno* 1539.

Paſcaſius *Ratbertus abbas Corbienſis, ordinis S. Benedicti, ſcripſit de ſacramento altaris lib.* 1. *Vitam S. Adelhardi epiſcopi lib.* 1. *In Threnos Hieremiæ prophetæ lib.* 1. *Qui in Italia impreſſus eſt. De Græco etiam nonnulla tranſtulit in Latinum, & alia multa compoſuit. Claruit anno* 880.

Paſcaſinus *Sicilienſis epiſcopus, ſcripſit ad Leonem papam, de quæſtione paſchali epiſt.* 2. *ad eundem de fontis miraculo, epiſt.* 1. *Acta Concilij Chalcedonen. lib.* 1. *Floruit anno* 450. *Paſchaſini epiſcopi Lilybetani Epiſtola de ſupputatione paſchalis Feſti, ad Leonem PP. inter Leonis epiſtolas habetur.*

Paſcentij *Comitis Ariani epiſtola ad D. Auguſtinum, numero* 176. *inter D. Auguſt. epiſtolas. Item narratio altercationis inter beatum Auguſtinum epiſcopum, et Comitem Paſcentium Arianum habitæ, in domo Anicia, Hippone regio, præſente Laurentio viro clariſſimo iudice ab vtriſq; partibus electo.*

Paſipontis *Eletrici feruntur eſſe dialogi qui vocantur* διάφαλοι, *& ab illo Æſchinis dialogis inſerti ſunt. Laertius in vita Æſchinis.*

Paſſaretij *Summa notabilis de iudicijs. Opus (vt titulus promittit) in principio pretioſum, in medio precioſius, in fine precioſiſſimum.*

Paſſieni *Pauli opera quædam laudantur à Plinio in epiſtolis.*

Paſtor, *Vide Hermas.*

Patæci *cuiuſdam ſcripta citantur à Plutarcho in vita Solonis.*

Paterius *Romanæ eccleſiæ notarius & ſecundicærius, colligens omnia diuinæ ſcripturæ teſtimonia, per quæ beatus Gregorius papa obſcura ſuæ expoſitionis dilucidauit, tres libros edidit, duos videlicet de teſtimonijs veteris teſtamenti, & vnum de teſtimonijs noui teſtamenti, ipſumq; codicem pranotauit teſtimoniorum lib.* 3. *Tritemius, qui claruiſſe ait, anno* 600.

Paternus *declamator Senecæ contemporaneus, ſcripſit de re militari, vt refert Vegetius.*

Patricij *Adamſoni Scoti Gratiarum actio Illuſtriſſ. & potentiſſ. principi D. Elizabethæ Ang. Fran. & Hiberniæ Reginæ, propter liberatam ciuili ſeditione Scotiam, et redactam munitiſſimam Edimburgi arcem ſub fidem Regis: carmine Elegiaco.*

Patricius *Cocburnus Scotus, ſcripſit orationem de vtilitate & excellentia verbi Dei, excuſam Pariſijs apud Michaelem Fezandat & Robertum Granſon, anno* 1551. *Eiuſdem, De vulgari ſacræ ſcripturæ phraſi lib.* 2. *quorum prior de peccato in ſpiritum ſanctum (quod alias ad mortem & irremiſſibile vocant) tractat: poſterior verò difficillimos quoſq; & obſcuriſſimos vtriuſq; teſtamenti locos, hactenus à multis male intellectos, & peius adhuc interpretatos, ſumma cum diligentia & fidelitate explicat. Pariſijs in officina Roberti Meſſelin, anno* 1552. *in* 8. *chart.* 13.

Patricius *Hammylton illuſtriſſimi generis Scotus, ſcripſit de lege & euangelio lib.* 1. *De fide & operibus lib.* 1. *Locorum communiũ li.* 1. *Combuſtus fuit, anno* 1528. *Baleus.*

Patricius *Magonius, à pleriſq; ob inſignes virtutes Magnus cognominatus, natione Britann. ſcripſit ad Cereticum tyrannum librum contra gentilium ſuperſtitiones. Obijt prope Dunenſem Vltonien. prouinciæ ciuitatem,* 491.

Patrocles *quidam Geographica ſcripſit, quo teſte vtitur Eratoſthenes: meminit eius Strabo. Patroclis Thurij meminit Clemens in Protreptico. Citantur etiam à Plinio Patroclis ſcripta lib.* 26. *nat. hiſtoriæ. Et apud Stobæum in ſermone de inſperatis euentibus ſenarij* 7. *leguntur.*

Paulæ *& Euſtochij mulierum epiſtola ad Marcellam, inter D. Hieronymi epiſtolas habetur.*

Paulinus *quidam citatur à Plinio libro quinto naturalis hiſtoriæ.*

Paulinus *presbyter, diſcipulus beati Ephrem diaconi, viuente magiſtro clarus in doctoribus eccleſiæ fuit: poſt illius autem obitum ſeparans ſe ab eccleſia, ſcripſit contraria fidei multa, &c. compoſuit tractatus de initio quadrageſimæ, de die Dominico paſchæ, de obedientia, de pœnitentia, de neophytis. Gennadius.*

Paulini *viri conſularis carmen de Ioanne Baptiſta,*

Digitized by Google

ptiſta,elegans & eruditum : item epiſtolæ III. ad Auſonium,impreſſæ ſunt cum Chriſtianorum poetarum veterum operibus,Baſileæ anno 1562. Fuit hic Auſonij diſcipulus.

Paulinus *Aquileienſis epiſcopus,ſcripſit libellum aduerſus Felicem Vrgelitanum, & Eliphandum Toletanum epiſcopos, qui Chriſtum ad optiuum Dei filiũ docebant,editum ſeparatim 1549.et in volumine conciliorum tom.3.Vixit tempore Caroli Magni.*

Paulinus *preſbyter, diſcipulus S.Aug.Hipponenſis, & poſtea epiſcopus Nolæ Campaniæ, ſcripſit vitam S.Ambroſij Mediol.lib.1.Vitam S.Felicis Nolani epiſcopi lib.1.De ſacramentis quoque lib.1.De morte baptizati infantis lib.1. Panegyricum Theodoſij lib.1. Hymnorum diuerſo carmine lib.1.De contemptu mundi lib.1.De pœnitentia li.1.De benedictionibus patriarcharum lib.1.De laude martyrum lib.1.Ad Seuerum Sulpitium epiſt.4. Epiſtolarum ad diuerſos lib.1. Paulini epiſtolæ & poemata impreſſa ſunt. Verſus aliquot eius leguntur apud Petrum Crinitum lib.19. cap.12. Paulini epiſtola ad D.Auguſt. inter D. Aug.epiſtolas numero 31.& aliæ 33.35.ad Alypium 36.Pauli.Theraſiæ epiſtola ad Romanianum 58.Paulini ad Auguſtinum. Paulini Nolani epiſcopi epiſtola ad Celantiam matronam,de ratione pie viuendi,inter D. Hieronymi epiſtolas habetur. Paulini epiſtola ad Sebaſtianum Eremitam,habetur in tomo 2.operum Hieronymi. Pontij Paulini epiſtolæ 4. ad Auſonium,inter opera Auſonij,qui et ipſe multa ad Paulinum ſcripſit.Paulini epiſcopi autographum extat in Epiphanij operibus Latinæ editionis Baſileæ.Pleraq; eius opuſcula typis excuſa ſunt. Extat & D. Ambroſij vita ab eo ſcripta.Claruit Paulinus preſbyter anno 420.Quæ Auſonij ad Paulinum leguntur falſo ad Nolanum epiſcopum referuntur, qui alius eſt à Paulino V.C.ad quem Auſonius ſcribit. Scripſit autem de S.Felice Nolano non tantum vnum ſed X.natalium libros. Panegyricum de pueri Celſi obitu. Ad Cytherium & ad Nicetham quæ impreſſa ſunt cum reliquorum Chriſtianorum poetarum operibus,quamuis Natalium libri non integri,ſed tantum excerpta quædam.*

Paulinus *Treuirorum Archiepiſcopus 28.natione Aquitanus,ſcripſit pro fidei noſtræ certitudine contra hæreticos librum.Obijt anno 1457.*

Paulus *I.C.antiquus,vide Iulius Paulus.*

Paulus *apoſtolus gentium,qui antea Saulus dicebatur,extra numerum XII. apoſt.de tribu Beniamin fuit,&c.Scripſit nouem ad ſeptem eccleſias, epiſtolas, ad Rom.vnam,ad Corinth.duas,ad Galatas vnam,ad Epheſios vnã,ad Philippenſes vnam, ad Coloſſenſes vnam , ad Theſſalonicenſes duas. Præterea ad diſcipulos ſuos , Timotheo duas , Tito vnam,Philemoni vnam. Epiſtola autem quæ fertur ad Hebræos,non eius creditur,propter ſtyli ſermonisq; diſtantiam : ſed vel Barnabæ , iuxta Tertullianum : vel Lucæ euangeliſtæ, iuxta quoſdam: vel Clementis Romanæ poſtea eccleſiæ epiſcopi, quem aiunt ſententias Pauli proprio ordinaſſe & ornaſſe ſermone,&c. Vide plura apud D.Hieronymum D. Pauli epiſtola ad Hebræos lingua Chaldæa edita eſt , vide infra in Petro Æthiope. Item D.Pauli epiſtola ad Laodicenſes, impreſſa eſt cum commentarijs Fabri in epiſtolas Paulinas.* D.Pauli epiſtolæ , incipiendo ab epiſtola ad Romanos vſque ad Hebræos , iunctis marginalibus & inter linearibus ſcholijs,in folio.In membrana ſcriptus liber,anno 1079.in bibl.Imp.*

Paulus *epiſcopus,ſcripſit de pœnitentia libellum, in quo dat legem pœnitentibus , ita debere dolere pro peccatis, ne ſupra menſuram triſtitiæ , immenſitate deſperationis mergantur. Gennadius.*

Paulus *preſbyter,natione Pannonius , ſcripſit de virginitate ſeruanda & contemptu mundi,ac vitæ inſtitutione , vel morum correptione , medioeri ſermone,ſed diuino conditos ſale libros duos,ad perſonam cuiuſdam nobilis & Chriſto deditæ virginis Conſtantiæ nomine,&c.Gennadius.*

Paulus & *Acatius preſbyteri archimandritæ , ſcripſerunt epiſtolam ad Epiphanium , quæ in principio operum Epiphanij impreſſa eſt.*

Paulus *epiſtolæ 4. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiſcopis lib.1.*

Paulus *quidam ſcripſit Epitomen in Sex.Pompeij Feſti , de verborum ſignificatione libros 20. Is liber aliquandiu pro Feſto in omnibus bibliothecis ſubſtitutus fuit.*

Paulus *philoſophus ſcripſit Iſagogen aſtrologia, & apoteleſmatica.Suidas.*

Paulus *grammaticus,ſcripſit in Cælij hiſtoriã in aliquot comœdias Afranij.Citatur à Chariſio.*

Pauli *quadratura,liber impreſſus,vt eſt in catalogo bibliopolij cuiuſdam Veneti.*

Paulus *Ægineta medicus,ſcripſit diuerſos libros medicinales. Suidas. à Ioanne filio Serapionis allegatur ſimpliciter Pauli nomine , & ſimiliter ab alijs medicis.Eius libri 7.Græci,collatione vetuſtorum exemplarium reſtituti , & quibuſdam in locis aucti,per Hieronymum Gemuſæum , impreſſi ſunt Baſileæ apud Cratandrum,1538. Cum epiſtola nuncupatoria Gemuſæi.Latine conuerſi ab Albano Torino Vitodurenſi medico.Excuſi ſunt Baſileæ apud Ioannem Oporinum,1551. Eoſdem vertit etiam Io. Guinterius Andernacus,& adiectis commentarijs illuſtrauit.Excuſos Lugduni 1551. Et Ianus Cornarius poſtremo , vnà cum ſeptem Dolabellarum in eundem libris nondum excuſis. Æginetæ libros Henr. Stephanus cum alijs præcipuorum medicorum libris excudit.*

Pauli *medici de fracturis liber,Græce extat in bibliotheca Diegi Hurtadi : item in Auguſtana. Non eſt autem alius quàm Æginetæ qui inter opera eius habetur.*

Paulus *Ægyptius ſophiſta,imperante Conſtantino ſcripſit hypomnema,Suidas. Eius liber apoteleſmatum Græce extat in bibliotheca Vaticana & Auguſtæ Vindelicorum.*

Paulus *Æmilius Veronenſis,ſcripſit de rebus geſtis Francorum ad Chriſtianiſmum , Galliarum regem Franciſcum eius nominis primum,libros de-*

cem, qui impreßi ſunt Pariſijs in folio & in octauo. Iidem libri Germanice quoque editi ſunt Baſileæ.

* P. Ærodij Andeg. I.C. Decretorum rerumue apud diuerſos populos ab omni antiquitate iudicatorum, libri duo. In octauo Francofurti apud Sigiſ. Feyrabent.

Paulus Aicardius tractationem de morbis cutaneis & omnibus humani corporis excrementis, ex ore Hieronymi Mercurialis excepit, & in quinque libros digeßit ac edidit. Venetijs anno 1572.

Pauli Albutij epiſtola ad Ieſuitas, impreſſa Lutetiæ, anno 1573. in quarto.

Paulus Alpagus promiſit ſe editurum, quæ Andreas Alpagus ex Auicenna tranſtulit, & alia nonnulla.

Paulus Angelus de poteſtate Papæ.

Pauli Amicolæ, Cellæ Veteris abbatis, multi tractatus et opuſcula ſcripta contra Lutherum. De votis monaſticis, de miſſa, de ieiunio, de inuocatione ſanctorum, de vna ſpecie ſacramenti, de authoritate Papæ, de operum meritis, de coniugio ſacerdotum. Obijt anno 1535.

Paulus Andreas, qui Chalcidicæ oppugnationi interfuit, citatur in Chronicis Io. Cuſpiniani.

Pauli Antonij del Bene, Veronenſis I.C. Singularia & cautelæ.

* Paulus Aquilegienſis Diaconus, collegit hiſtoriam Miſullæ: eam poſtea Landulphus Sagax auxit & produxit ad annum Chriſti 1306. Sunt libri 24. Baſileæ Pet. Perna 1569.

Pauli Aretini ſacra reſponſoria, tum natali Domini, tum Iouis, Veneris ac Sabbati ſanctis dici ſolita, ſub muſicis rythmis: edita Venetijs apud Scotum, 1544.

Pauli Aſphe explicatio in Danielem prophetam, edita Germanice in 4.

Pauli Bagellardi à Flumine liber de ægritudinibus infantium, impreſſus Venetijs.

Paulus Belmiſſerus phyſicus, duos priores libros Ariſtotelis de animalibus expreßit elegijs Latinis 35. quæ ſuis capitibus reſpondent, excuſis Romæ 1534. Eiuſdem Elegiæ 3. vna ad Franciſcum Galliarum regem, altera de diſceſſu pontificis in Galliam, tertia ad Clementem pont. max. De bello in Turcas mouendo: item Epithalamium Henrico F. regis Franciſci: impreſſa Baſileæ apud Robertum Winter, cum varijs aliorum poematis.

Paulus Bernrietenſis antiſtes, monachus Auguſtinianus, vitam Gregorij PP. (ni fallor ſeptimi) duobus libris complexus eſt. Auentinus.

Paulus Bizoninus eccleſiæ Gallicæ parochus Pragæ, ſcripſit prænotationes ante miſſam Latinam ſua cura editam. Pragæ 1543.

Paulus Biſcontus, natione Siculus, ordinis Carmeli, Nicolai quinti, & Pauli ſecundi Romanorum pontificum confeſſor, epiſcopus Maſerienſis et archiepiſcopus Panormitanus, ac Siciliæ Primas, trecenta volumina cœnobio ſui ordinis Panormitano contulit, ex quibus plurima edidit. Obijt Panormi, anno 1476. Tritemius de laude Carmelitarum.

Paulus Bonetus, Gallus, patria Narbonenſis, Lunelli Carmelita, ſcripſit de ortu & floribus ſuæ religionis Viridarium quoddam lib. 1. Viridarium mundi lib. 1. Conciones ad populum lib. 1. Et alia. Claruit anno 1410. Arnoldus Boſcius.

* Pauli Borgaſij Feltrenſis, tractatus de irregularitatibus, & impedimentis ordinum, officiorum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum, & cenſuris Eccleſiaſticis, et diſpenſationibus ſuper eis. Fol. Venet.

Pauli Burgenſis, vide Paulus de S. Maria.

Paulus Busbe Bonhomenſium ſectæ, Briſtollenſis epiſcopus ob eruditionem factus, ſcripſit Dialogos quoſdam inter Chriſtum & Mariam lib. 1. Super Miſerere mei lib. 1. De laude crucis lib. 1. Carmina diuerſa lib. 1. In medicinis quædam lib. 1. Claruit anno 1554. Baleus.

Paulus de Caſtro, iureconſultus celeberrimus ſcripſit ſuper Codice lib. 9. ſuper ff. veteri lib. 24. ſuper ff. nouo lib. 12. ſuper ff. infortiati lib. 14. ſuper inſtitutis lib. 4. conſilia elegantißima lib. 1. ſcripſit etiam Singularia, & opus Conſiliorum in duo volumina partitum. Citatur quoq; repetitio eius in l. ff. vet. de iudicijs. l. ſi de vi. Claruit anno 1437. Conſilia eius ab erroribus vindicata, & additionibus, nouiſque rerum notabilium ſummis ſupra priores editiones feliciter aucta ſtudio & opera M. D. Leonardi à Lege, Venetijs ſunt impreſſa anno 1570. in folio. & anno 1571. * Eius Conſiliorum volumina tria, quæ plurium iuriſconſultorum adnotationibus fuerunt iampridem locupletata. In folio Francofurti, anno 1582.

Pauli Cerrati Albenſis Pompeiani, de ſacra virginitate lib. 3. excuſi Pariſijs, væneunt 10. denariolis Gallicis. Eiuſdem epithalamion quoddam excuſum eſt Baſileæ, à Roberto Winter.

Pauli Cherleri Elſterburgenſis, hiſtoria ſacra de Ieſu Chriſti matre: excuſ. in 8. De luctu eccleſiæ & Academiæ Baſilienſis in 4. * Elegiæ phyſicæ et vernæ X. vtiles & iucundæ lectu, editæ in quarto Baſileæ. Ἐπικήδιον, ſiue luctus, in obitum illuſtrißimi principis, ac Domini Domini Caroli Marchionis Badenſis & Hochburgenſis, &c. In 4. Baſileæ.

* Pauli Chirlandi tractatus de hæreticis & eorum pœnis: cum notis Franciſci Pegnæ. In quarto Romæ 1581.

Paulus de Cittadinis Patauinus iuriſperitus, librum edidit de reſcriptis.

Paulus Citadinus Mediolanenſis I.C. ſcripſit ad Maximilianum Cæſarem de iure patronatus, qui liber editus eſt Lugduni, 1573. cum alijs qui de eadem materia ſcripſerunt.

Paulus Collectionarius citatur in Boccatij genealogia.

Pauli à Concordia Itali, verba quædam de Tertulliano refert Nicephorus hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib. 4.

Pauli Conſtantini Phrygionis, Germani, Chronicon regum regnorumque omnium catalogum, & perpetuam ab exordio mundi temporum ſeculorumque ſeriem complectens, ex optimis quibuſque Hebræis, Græcis & Latinis authoribus congeſtum. Ioannes Heruagius excudit Baſileæ, an. 1534. Commentarius

rius in Micheam prophetam, impreſſus Ar-
rati apud Cratonem Mylium, 1538. Commen-
s in Exodum, typis excuſus in Germania. in
iticum explanatio, omnia eius operis myſteria,
multa pulcherrimaq́; ſunt, ita explicans, vt cui
Doctori eccleſiaſtico ad ædificationem maximo
ſint vſui futura. Hen. Petri excudit Baſileæ,
3. *Eiuſdem de cauſa Bohemica. in 4.

Pauli Conſtantinopolitani archiepiſcopi, qui
nothelitarum hæreſim ſecutus eſt, epiſtola quæ-
habetur in ſecundo tomo Conciliorum.

Pauli Conſtantinopolitani patriarchæ epiſto-
l Pontificem & eius Cardinales, item ſermones
ecim de conſubſtantiali trinitate, eiuſdem opi-
authoris: Romæ viſuntur Græce in Vaticana
liotheca.

Pauli Corteſij protonotarij apoſtolici, libri
tuor in Sententias Petri Lombardi, editi pri-
n in Italia, deinde Baſileæ apud Ioan. Frobe-
m, 1513. & rurſus ibidem apud Hen. Petri. Scri
etiam lib. 6. de principe, vt ipſe fatetur in præ-
one in ſententias Lombardi: & extat eius epi-
a lib. 8. epiſtolarum Angeli Politiani. Eiuſdem
i de cardinalatu, excuſi ſunt Corteſij per Nico-
n Nardum, anno Domini 1510. in fol.

Pauli Crellij Commonefactio de verbis Sym-
: Credo remiſſionem peccatorum, & de dicto
li, Gratia ſaluati eſtis per fidem, non ex vobis,
ex operibus. Scripta propter corruptelas doctri
ncerioris de Iuſtificatione, de pœnitentia, &
is operibus, aſperſas examini Theologico quod
edidit Tilemannus Heshuſius. Wittenbergæ,
. octauo. Harmonia quatuor Euangeliſtarum
manica. Wittenbergæ, 1571. in 8.

Pauli Cruſij Coburgenſis doctrina reuolutio-
ſolis, cum tabulis mediarum conuerſionum
poris, & motuum Solis in annis tropicis & ſi-
is, & alia, in quarto Ienæ, 1567. * Eiuſdem
er de Epochis ſeu æris temporum & imperio-
: omnium Facultatum ſtudioſis vtiliſſimus, edi
opera Ioan. Thomæ Fregij. 8 Baſileæ, per Seba-
num Henr. Petri. 1578.

Pauli Diaconi Perſæ, Neſtoriani, Sermo de
icio citatur in Laterana ſynodo habita ſub Mar
o I. Papa.

Paulus Diaconus, Aquileienſis patria, genere
Longobardus, rogatu Adalburgæ filiæ Deſi-
ij regis edidit ad Chronica Eutropij lib. 2. geſta
ſcoporum Metenſium lib. 1. vitam Gregorij Pa-
lib. 1. vitam S. Arnulphi epiſcopi lib. 1. vitam
Benedicti metrice lib. 1. geſta Longobardorum
. 6. Hymnos plures diuerſo metro lib. 1. epiſt. ad
erſos lib. 1. Iuſſu Caroli ordinauit hiſtorias &
tiones per totum annum ſingulis feſtiuitatibus
nctorum congruentes, & alia multa digeſſit ac
ipſit. Eius autē hiſtoriæ Longobardicæ libri ſex
preſ. Auguſt. Vindelicorum 1515. cum Iornande
rebus Gotthorū: & Baſil. apud Frobenium 1532.
m Suetonio, &c. Pauli diaconi libri 8. ad Eutro
hiſtoriā additi, excuſi Venet. apud Aldum, 1521.
apud Pet. Pernam, 1569. Claruit anno 780.

* Pauli Dionyſij cuiuſdam Carthuſiani adunatio materiarum ſparſim contentarum in diuerſis locis epiſtolarum, per Archangelum Fauorinum edita, Venetijs, anno 1538.

Paulus Dolſcius Pſalterium Græco carmine vertit, Baſileæ impreſſit Oporinus, anno 1555. cum præfatione & commentatione Philip. Melanchth. Idem ſapientiam Ieſu Siracidæ Græco elegiaco carmine reddidit. Lipſiæ anno 1571. in 8.

Paulus Eberus Kytzingenſis, ſcripſit hiſtoriam populi Iudaici, à reditu ex Babylonico exilio, vſque ad vltimum excidium Hieroſolymæ: excuſam Witenbergæ apud Vitum Creutzer, anno D. 1548. Calendarium hiſtoricum, in cuius præfatione de eius vtilitate, & menſium apud diuerſas gentes varietate tractat: liber impreſſus Wittembergæ anno 1550. & eodem anno Baſileæ apud Ioannem Oporinum, & iterum Wittenbergæ anno 1551. & recens ante obitum ab auctore recognitum plurimiſq́; locis auctum, editum eſt Wittembergæ anno 1571. in quarto. * Et poſt obitum à filijs nouis hiſtorijs auctum atq; in Germanicam linguam tranſlatum. In 4. Wittembergæ, anno 1582. Claruit anno Domini 1550. Tabula in qua maiorum Chriſti catalogus à Matthæo & Luca deſcriptus, exponitur. Explicatio Euangelij quod ſecunda dominica Aduentus recitari ſolet, de aduentu Chriſti ad iudicandum viuos & mortuos, duabus homilijs comprehenſa. Germanice. Wittenbergæ, anno Domini 1571. Cantilenæ aliquot piæ & ſuaues 4. & 5. vocum, quibus eccleſia celebrat memoriam incarnationis filij Dei ab eodem collectæ. * Eiuſdem inſtitutio Germanica de ſancto Sacramento corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti. Wittenbergæ, in 8. anno Domini 1561. Eiuſdem Euangeliorum Dominicalium expoſitio diligens & ingenioſa, multa vtiliſſima continens. Et à Ioanne Cellario in lucem edita. in 8. Francofurti, ex officina Nicolai Baſſæi. Itemq́; Pſalterium cum argumentis Doctoris Pauli Eberi in fol. editum.

Pauli ab Eitzen Hamburgenſis Ethicæ doctrinæ libri quatuor. Wittenbergæ anno 1571. Poſtilla ſiue Enarratio Euangeliorum quæ vſitatis diebus Dominicis & Feſtis in eccleſiis proponuntur. Wittenbergæ, anno Domini 1572. * Eiuſdem Rudimenta artis dialecticæ. in 8. Wittenbergæ. Ethicæ doctrinæ pars altera, continens quinque libros poſteriores. in 8. Wittenbergæ.

Pauli Emiſeni homilia, dicta in magna eccleſia Tybi, Græce extat Romæ.

* Pauli Fabricij oratio & carmen de Carolo V. Cæſ. mortuo. in quarto. Epigramma in deſcriptionem horti D. Maximiliani ſecundi ſcriptus in fol. Alamanach anni 1562. in 4. Ephemeris ſingulis anni diebus oſtendens locum ſolis in circuitu. in 4. Aſtronomicæ tabulæ, in 4.

Paulus Fagius Germanus, vir de literis Hebraicis optime meritus, edi curauit libros aliquos partim Hebraicos, partim etiam à ſe conuerſos adiutus opera Venetijs accerſiti Heliæ Leuitæ, vt ipſe teſtatur in præfatione ſuper Thiſbiten Heliæ



Digitized by Google

à ſe tranſlatum: qui liber ab authore Thiſbi vocatus eſt, à numero vocum 712. quæ in hoc opere explicantur: præter hunc edidit etiam Sententias verè elegantes, pias, mireque cum ad linguam diſtendam, tum animum pietate excolendum vtiles, veterum ſapientum Hebræorum, quas Capitula aut apopthegmata patrum nominant, in Latinum à ſe verſas, ſcholijſq; illuſtratas, impreſſas Iſne Latine & Hebraice, anno 1541. chartis 20. Item Sententias morales ordine alphabeti ben Syræ, vetuſtiſſimi authoris Hebræi, qui à Iudæis nepos Hieremiæ prophetæ fuiſſe creditur, Hebraice, & Latine eodem interprete, cum ſuccincto commentario eiuſdem. Accedit Tobias Hebr. vt is adhuc hodie apud Iudæos inuenitur (ex vrbe Conſtantin. recens tranſmiſſus, ita vt illic olim excuſus erat) cum tranſlatione Fagij, qui etiam puncta dictionibus in gratiã rudiorum ſubiecit: Liber ibidem impreſſus, 1542. Precationes Hebraicæ, quibus in ſolennioribus feſtis Iudæi, cum menſæ accumbunt, adhuc hodie vtuntur, & quo modo, ordine, & ritu eas dicant: ex quo videre licet veſtigia quædam ritus veteris populi, quem & Chriſtus in Cœna ſua, vt eam Euangeliſtæ, præſertim Lucas deſcribunt, in quibuſdam obſeruauit. Paruus item tractatulus ex libro fidei Iudæi cuiuſdam ad Chriſtianiſmum conuerſi ante annos 200. in quo obiter oſtendit cauſas aliquot, propter quas multi Iudæi, etiamſi veritatem agnoſcant, ad fidem noſtram accedere verentur, impreſſæ 1542. cum tranſlatione Fagij. Expoſitio dictionum Hebraicarũ literalis & ſimplex, in quatuor capita Geneſeos, pro ſtudioſis linguæ Hebraicæ per Paulum Fagium: circa finem adijcitur paraphraſis Chaldaica Onkeli, quam Targum vocant, in eadem capita, cum verſione Latina: ibidem excuſæ, 1542. Liber fidei ſeu veritatis, quem doctus quidam Iſraelites ante multos annos edidit, ad comprobandum fidem Chriſtianorum perfectam eſſe, & niti ſuper fundamentum ſacræ veteris ſcripturæ: impreſſus Iſnæ, 1542. Hebraice, & Latine eodem interprete, Prima quatuor capita Geneſeos Hebraice, cum verſione Germanica è regione, Hebraicis tamen characteribus exarata, eaq; iuxta vſitatam Iudæorum interpretationem ad verbum tranſlata, vnà cum ſuccinctis in fine adiectis ſcholijs, & ratione legendi Hebræogermanica. Libellus impreſſus Conſtantiæ, anno 1543. Compendiaria Iſagoge in linguam Hebræam, authore Paulo Fagio, impreſſa Conſtantiæ, 1543. Commentarios R. Dauid Kimhi in priores aliquot Pſalmos Hebraice & Latine ex ſua verſione edidit, Eliæ Leuitæ præfationem Hebraicam in Lexicon eius Chaldaicum, quod etiam imprimendum ipſe curauit Iſnæ, 1541. Idem Thargum hoc eſt Paraphraſim Onkeli Chaldaicam in quinque libros Moſis, ex Chaldæo in Latinum fideliſſime tranſtulit, & in ſingula ferè capita breues doctaſq; annotationes adiecit. Liber excuſus Argentorati, anno Domini 1546. in folio. Scripſit etiam Collationem præcipuarum quæ in vſu ſunt tranſlationum in Geneſim. Liber ibidem excuſus, ſed non abſolutus. Claruit anno 1550. quo etiam obijt, in Anglia, paulo ante Martini Buceri mortẽ: vterq; non abſq; ſuſpicione veneni.

* Pauli & Sebaſtiani Ferberi libellus precum Germanicus. in 16. Vlmæ 1547.

Paulus Florauantius I.C. De ſolutionibus.

Pauli Florentini ordinis S. Spiritus de Roma, Breuiarium Decreti, Decretalium, Sexti, & Clementinarum.

Paulus Florus, qui res geſtas Iuſtiniani carmine ſcripſit, citatur in Chronicis Ioan. Cuſpiniani.

* Paulus Friſius Nagoldanus ſcripſit tractatum Germanicum de Magia cui titul. fecit, Diaboli Tiara nebuloſa. in 4. Francofurti apud Wendelinũ Humm. anno 1583.

Pauli Furlani Tabulæ geographicæ, Africæ, Bauariæ, Sinus Adriatici, Ducatus Sabaudiæ, Territorij Romani, Galliæ totius, Geldriæ, Cliuiæ, Iuliæ & aliarum regionum adiacentium, Hiſpaniæ, Heluetiæ, Poloniæ, Pedemontij, Fori Iulij, Peru, Syriæ & terræ ſanctæ.

* Pauli Fuſci Rauallenſis epiſcopi, Singularia in iure Pontificio atq; Cæſareo, receptiſſimus iure conſultorum ſententijs comprobata, & alphabetico ordine compilata. 4. Venetijs.

Paulus Gabianus varias lectiones in Virgiliũ cum quibuſdam obſeruationibus collegit. Brixiæ, 1565. in octauo.

* Paulus Gallus in Cupro expreſſit ſpeculum vitæ & paſſionis Ieſu Chriſti. Antuerp. 1573.

Paulus Geometra Florentinus, citatur in Ioannis Boccatij Genealogia.

Paulus Germinus ſophiſta, ſcripſit, quod Lyſiæ ſint duo libri, de dono Iphicratis, & commentarios in reliquas Lyſiæ orationes. Suidas.

* Pauli Granutij I.C. Theorematum liber primus, in quibus concluſiones aliquot, quotidianæq; quæſtiones ponderantur, atque cum recentioribus etiam Rotæ almæ vrbis Deciſionibus, diffiniuntur. in 4. Venetijs.

* Pauli Grebneri Canticum canticorum Solomonis & Threni Ieremiæ prophetæ elegiaco carmine redditi. Antuerp. 1563. in 4.

Paulus Grillandus Floren. iuriſperitus, ſcripſit de diuerſis criminibus, vbi etiam de calumniatoribus agit: alias, de criminibus & pœnis eorum. Eiuſdem liber de hæreticis, habetur impreſſus.

Paulus de Heredia Hiſpanus, ex Iudæis ad Chriſtianam fidem conuerſus, ſcripſit de omnibus ferè myſterijs fidei librum, in quem ex arcanis Iudæorum Rabinis & Cabaliſticis multa ſcitu digniſſima in Latinum ſermonem pro Chriſtianis tranſtulit, impreſſus eſt in Italia ante annos plus minus ſexaginta.

Paulus Heſſus, ſcripſit defenſionem XX. problematum Melchioris Guilandrini, aduerſus quæ C. problemata Mathiolus ſcripſit, Liber excuſus in octauo.

* Pauli Hicij grauis cohortatio ad conficiendam expeditionem contra Turcam, habita Spiræ 10. Martij, anno 1525. Germanicè in bibliotheca Imperat. Viennæ.

Paulli

Digitized by Google

Pauli Hoſheimeri harmoniæ poeticæ, quales
pſam mortem cecinit, qualeſq; antehac nun-
viſæ, tum vocibus humanis, tum inſtrumen-
commodatiſſimæ: quibus præfixus eſt libellus,
us doctiſſimorum virorum de eodem D. Paulo
nonijs: vnà cum ſelectis ad hanc rem locis, è
is accommodatioribus, ſeorſim tum decantan-
um prælegendis: Ioannes Petreius excudit No
bergæ 1539.

Pauli Iatroſophiſtæ de fracturis liber, quære
aulo Ægineta.

Pauli Interiani oratio habita coram Illuſtriſ-
ſenatu Ianoenſium in 4. Italicè. Eiuſdem com-
lium hiſtoriarum Ianoenſium, Lucæ anno D.
. Italicè.

Pauli Iouij Comenſis, medici olim, nunc epi-
i Nucerini in Italia, de Romanis piſcibus libel
excuſus Baſileæ apud Frobenium, anno 1531.
libi cum Oppiano de venatione, &c. De vita
bi Mutij Attendulæ, Cotignolæ, Sfortiæ, &c.
r impreſſus Baſileæ apud Robertum Winter,
Ægidij Hiſpani geſtis per Ioannem Sepulue-
deſcriptis. Italice ſcripſit de rebus Turcicis, vi
omnium Turcicorum imperatorum, item de or-
ac diſciplina Turcicæ militiæ: quæ omnia per
nciſcum Nigrum Baſſianatem Latine reddi-
Ribelius excudit Argentorati, anno 1537. &
nes Oporinus, anno 1543. cum Alcorano, &c.
ipſit etiam vitas duodecim Vicecomitum Me-
ani principum, excuſas Pariſijs apud Robertũ
hanum, anno 1549. item vitam Leonis X.
t. Max. & Adriani, Pompeij Columnæ cardi-
s, & aliorum, excuſas Florentiæ 1550. apud
rentium Torrentinum. Idem ſcripſit de vita &
s geſtis Conſalui Ferdinandi Cordubæ cogno-
to Magni lib. 3. Item libros aliquot de vita &
s geſtis Ferdinandi Dauali marchionis Piſca-
Omnia hæc excuſa Florentiæ in folio. Edidit
n hiſtoriarum noſtri temporis tomos 2. excuſos
entiæ apud Torrentinum in folio. Venetijs in
uo, & Pariſijs apud Vaſcoſanũ in folio. Eiuſ-
Elogia veris clarorum virorum imaginibus
oſita, quæ in Muſæo Iouiano Comi ſpectantur,
mus liber qui continet mortuos, excuſus eſt Ve-
js apud Michaelem Tramezinum anno Domi-
546. Secundus eorum eſt qui hodie viuunt. Ter
clatorum artificum. Quartus Pontificum, Re-
n, Ducum, horum aliqui (ni fallor) editi ſunt
rentiæ apud Torrentinum. Eiuſdem Angliæ
ſcriptio cum tabula, excuſa eſt in Italia. Mor-
s eſt anno Domini 1552. * Eius deſcriptionem
origine Turcarum Imperij Iuſtus Ionas in Ger-
nicam linguam tranſtulit año 1538. Idem poſtea
eſtitit Henricus Pantaleon in vernaculam lin-
m Germanicam vertendo Iouij hiſtorias, &
ſdem ſcripta de Turcis & Moſchis. Baſileæ P.
rna excudit, anno 1560. & 1564. Pauli Iouij O-
a, quotquot extant, omnia, à mendis accuratè re-
rgata, viuisq; imaginibus eleganter & opportunè
s locis illuſtrata, folio. Baſileæ ex officina Petri
rnæ, anno 1579.



Pauli Iſnardi Miſſæ quinque vocum. Venetijs, anno 1568.

Paulus Iſraelita in Latinam Linguã conuertit, Auerrois paraphraſim in lib. 4. Ariſtotelis de cœlo. Item proœmium eiuſdem in 12. metaphyſicorum Ariſtotelis. Venetijs impreſſerunt Iuntæ, añ o 1552. cum Auerrois & Ariſtotelis operibus.

* Pauli Iungij M. hiſtoria paſſionis & reſurrectionis D. noſtri Ieſu Chriſti verſibus Græcis reddita. in 8. Wittenbergæ.

Pauli Kemerij propoſitiones de Cœna D. aduerſus quas ſcripſit Bertrandus Loquens.

Paulus Laciſius Veronenſis, tranſtulit Ioannis Tzezis variarum hiſtoriarum Chiliadas, verſibus politicis Græce conſcriptas, quas excudit cum verſione è regione Ioannes Oporinus Baſileæ, anno Domini 1546.

Paulus Leopardus Furnius, Latio donauit vitas & chrias Ariſtippi, Diogenis, Demonactis, Stratonici, Demoſthenis & Aſpaſiæ. Antuerpiæ apud Ioannem Bellerum, anno 1556. Prætereà ſcripſit Emendationum & miſcellaneorum libros 20. in quibus plurima tum in Græcis tum in Latinis autoribus explicantur. Tomus prior. Antuerpiæ Plantinus in 4. anno 1568.

Paulus Leonius ſuper 11. ff. Noui de verborum obligationibus. Tractatus ſubſtitutionum Venetijs 1563. in 4.

Paulus Lulmas, patria Lombardus, Bergomenſis cœnobij Auguſtinianus, ſcripſit de floribus Eremi lib. 1. De ſpirituali aſcenſu ad Deum lib. 1. Ad Chriſtoforum Maurum lib. 1. Laudes vitæ præſentis lib. 1. Contra impugnantes ſuum ordinem lib. 1. Vitam Mariæ de Geneua lib. 1. Vitam beatæ Monicæ lib. 1. Regulam pœnitentium lib. 1. Vitam Magdalenæ de Cono lib. 1. Vitam Helenæ de Vtino lib. 1. Spirituale viridarium ſponſarum Chriſti lib. 1. Sermones quoq; edidit lib. 1. Et alia. Obijt Cremonæ anno 1484. Iacobus Bergomenſis.

Paulus de Lyazarijs, I. C. ſcripſit ſuper Clementinis lib. 1. citatur in ſumma Angelica. Scripſit etiam in 1. Decretal. de poſtul. prælat. c. & vnanimiter. de electio. & c. 1. nullus. Item in 2. Decret. de cauſa poſſeſſ. & propri. c. 1. c. paſtoral. de dolo, & c. finem litibus. de reſt. ſpol. c. 1. c. iuris. de teſtib. c. nuncius. & c. teſtimonium. Claruit anno 1340.

Pauli Maioli commentarij in Hippocratem, vt audio, Venetijs impreſſi ſunt.

Paulus Malleolus Andelacenſis, ſcripſit annotationes in Comœdias P. Terentij, impreſſas Argentinæ, 1506. cum textu Terentij, & Petri Marſi annotationibus: item Lugduni 1522.

Paulus Manutius Aldi filius, ſcripſit annotata, caſtigationes, & obſeruationes in Ciceronem, præſertim in philoſophiam eius, & Epiſtolas tam Familiares, quàm ad Atticum, quæ ipſe etiam excudit Venetijs, 1541. Annotationes & caſtigationes eius in omnes Ciceronis epiſtolas, Ioañes Oporinus excudit Baſileæ, cum aliorum obſeruationibus in eaſdem. Idem vertit etiam in Demoſthene orationes 4. contra Philippum, excuſas ab authore 1551.

Digitized by Google

Aſconium Pedianum quoq;, & alios authores aliquot claſsicos reſtituit, emendauit ac illuſtrauit. Idem omnia opera Ciceronis à ſe correcta in lucem dedit anno 1550. & anno 1551. additis in pleroſq; libros ſcholijs, & poſtea nouam emendatioremq; editionem parauit. Eiuſdem annotationes doctiſsimæ in epiſtolas Ciceronis, excuſæ ſunt ab ipſo auctore anno Domini 1552. Et poſtea denuo ab ipſo auctore & alibi etiam editæ ſunt. Similiter annotationes eius in epiſtolas ad Atticũ & ad Q. Fratrem ab ipſo auctore excuſæ ſunt anno 1557. Commentarius in orationẽ Ciceronis pro Seſtio ibidem in 8.1556. Epiſtolarum libri octo 1569. in 8. Venetijs & poſtea Baſileæ apud Pernam. Ij denuo duobus libris aucti anno 1571. editi ſunt, Et rurſus vno addito, & eiuſdem præfationibus anno Dom. 1571. Antiquitatum Romanarum libri 10. quorum ſextus qui eſt de legibus ab auctore editus eſt in folio: & poſtea alibi in octauo. Viuit Romæ. * Eius in Ciceronis orationes commentariorum volumina duo, in 8. Coloniæ anno 1579. excuſa. In M. Tullij Ciceronis de officijs libros 3. cum alijs adiunctis opuſculis. Notata in margine lectionum varietate, atq; adſcriptæ annotationes. 16. Pariſijs anno 1581. Eiuſdem annotationes in Vergilium. Lugd. Anton. Gryphius, 1570. Eiuſdem Adagia, quæcunq; ad hanc diem exierunt, conſilio atq; ope Doctiſsimorũ Theologorum ab omnibus mendis vindicata. Sublatis etiam falſis interpretationibus, & nonnullis, quæ nihil ad propoſitam rem faciebant. Quem laborem à Conſilio Tridentino Manutio mandatum, Gregorius XIII. Ita conprobauit, vt omnes adagiorum libros, vna excepta editione Manutiana, prohibeat atq; condemnet. Florentiæ folio 1580.

Paulus de S. Maria, genere Iudæus, fide Chriſtianus, primò epiſcopus Carthaginenſis, ac poſtea Burgenſis in Hiſpania antiſtes, archicancellarius regis Caſtellæ & Legionis, ſcripſit ad filium ſuum Alphonſum in poſtillas Nicolai de Lyra additiones notabiles lib. 1. ſcrutinium ſcripturarum lib. 2. & quædam alia. Additiones impreſſæ ſunt cum Poſtilla Nicolai de Lyra. in præfatione ad Alphonſum filium, multa de ſe & vita ſua perſcribit. Claruit anno 1434.

* Pauli Marli Piſcinatis, Comment. in lib. Faſtorum Ouidij. in folio.

Paulus Marſus Piſcinas poeta, commentaria ſcripſit in Ouidij faſtos, excuſa Venetijs, anno Domini 1492. & Baſileæ apud Heruagium, cum aliorum in eundem authorem commentarijs, anno Domini 1550.

Paulus Mazinius Aruernus, ſcripſit de elementorum natura, & de rerum naturalium generatione paradoxa, quæ excuſa ſunt apud Matthæum Dauidem Pariſijs anno 1549.

Paulus Meliſſus Schedius, carmine quædam ſcripſit docta & eleganter edita Geneuæ. Item Latino & Germanico carmine celebrauit CL. V. Hermannum à Folkersheim, eiuſq; elogion explicauit. Præterea Pſalmos Dauidicos Germanicis verſibus reddidit, iuxta Gallicam melodiarum & rythmorum rationem, addito contextu biblico, & breui ſumma cuiuſq; Pſalmi & precibus. Heidelbergæ 1572. in 8.

Pauli Minorij elegantiarum ex Plauto & Terentio lib. 2.

Paulus Mittelburgenſis, epiſcopus Foroſempronienſis, ſcripſit de emendatione Calendarij ingens volumen, item Practicam de prauis conſtellationibus ad Maximilianum Cæſarem. De recta paſchatis celebratione, de anno & die natiuitatis & paſsionis Chriſti libros 33. ad Leonem PP. & Maximilianum Imperat. Prognoſticon, oſtendens anno Domini 1524. nullum neq; vniuerſale neque particulare diluuium futurum. Foroſempronij anno Domini 1523.

Paulus de monte Pico, ſcripſit in 1. ff. noui, de acqui. rer. do. l. contractus. item in 2. Inforc. de legatis. 2. l. Titia. parag. Titia cum nuberet. & rurſus, de condi. & demon. ad legem Falcid. l. in 4.

Paulus Niauis, Germanus, ſcripſit de inſtitutione latinizandi lib. 1. viſionem cuiuſdam eremitæ lib. 1. colores artis Rhetorices li. 1. dialogum idiotæ lib. 1. epiſtolas breues formales lib. 1. epiſtolas quoq; longiores lib. 1. & quædam alia. Vixit anno 1494.

Paulus de Nongento, citatur in Chryſopaſſo Ioan. Eccij.

Pauli ab Obba confeſſoris verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Pauli Olearij Heidelbergenſis, de fide concubinarum in ſacerdotes, quæſtio acceſſoria, cauſa ioci & vrbanitatis in Quodlibeto Heidelbergenſi determinata. Liber impreſſus in 4. chart. 6.

Paulus Orianus, ſcripſit in 1. ff. veteris. de officijs eius. l. 1. eodem tit. & de officio aſſeſ. l. 1. in 3.

Paulus Oroſius presbyter, Hiſpanus, ſcripſit Apologeticum contra Pelagianos lib. 1. de Hormeſda. Mundi chronicam lib. 7. de ratione animæ lib. 1. epiſtolas plures ad Auguſtinum lib. 1. epiſtolarum quoque ad diuerſos lib. 1. in Cantica canticorum lib. 1. Eius conſultatio ſiue commonitorium ad Auguſtinum de errore Priſcillianiſtarum & Origeniſtarum, præmiſſa eſt libro D. Auguſtini contra eoſdem, Tomo 7. Aduerſus paganos hiſtoriarum lib. 7. excuſi Pariſijs, 1524. apud Ioannem Paruum, aut Petrum Vidouæum: deinde Coloniæ, apud Ceruicornum 1536. & alibi.

Pauli de Palatio Granatenſis enarrationes in Euangelium ſecundum Matthæum. Lugduni, anno 1569. apud hæredes Iuntæ, in folio.

* Pauli Papæ II. Regulæ Cancellariæ. in 4.

* Pauli III. Pont. Conſilium Imperatori Carolo datum in Belgis per Cardinalem Farneſium Pont. nepotem pro Lutheranis. in 8. 1541.

Pauli IIII. Papæ Bullæ, Breuia & motus proprij. * Eiuſdem Pauli IIII. Pontificis Maximi epiſtola ad Ioannem Gropperum deſignatum Cardinalem qua eum reprehendit quod volumen de re ſacramentaria ſcripſit: hoc ſcribendi & diſputandi officium doctioribus Italis, quorum habeat copiam, relinquendum fuiſſe: quorum tamen ſilentij cauſa

non

n ſit alia, quàm quod multa (in doctrina & cere-
onijs eccleſiæ Romanæ) excuſare & defendere
n poßint: illa ipſa quæ Gropperus & Pigius, cæ-
riq; malè defendant: alia igitur via: nempe bene-
lentiæ ſimulatione, &c. Germaniæ principes ad
cleſiam Romanam reducendos eſſe. Data Romæ
lendis Decembris, anno 1556. & extuſa Argen-
næ apud Nicolaum Wiriot, anno Domini 1582.
quarto.

Pauli *Paradiſi dialogus de modo legendi He-
aice excuſus Pariſijs.*

Paulus *Paßienus antiquus poeta, meminit eius
yraldus in vitis poetarum.*

Paulus *Perdix, Latine dicendi formulas ad
formandam puerilem linguam ex Terentio colle-
, editas Gorlicij, 1571.*

Pauli *Perlugenſis cuiuſdam Logica, impreſſa.*

Paulus *de Peruſio, I. C. ſcripſit collectanea,
æ præſertim ad phyſiologiam aut tropologiam fa
larum poeticarum pertinent. Citatur etiam in
nealogia Boccatij, cui contemporaneus fuit. Cla
t autem anno 1350.*

Paulus *de Peruſio alius, Carmelita, ſcripſit ſu
ſententias lib. 4. quodlibeta quoque lib. 1. &
dam alia. Vixit anno 1344.*

Pauli *Pici à Monte Pico Papienſis I. D. opera
ntum eorum in hunc vſq; diem extant, tribus
is diſtincta, quorum duo priores nunc primum
cem prodeunt. Tertius quoque (qui repetitio-
continet) magna acceßione recens auctus eſt,
indice locupletißimo. folio. Francofurti, apud
redes Egenolphi, 1579.*

Pauli *Piteriani ſcriptum quoddam de Sphæ-
alicum. Lucæ in 4. anno 1551. editum.*

Paulus *Pompilius inter recentiores gramma-
aliquid edidit.*

Pauli *Prætorij deſcriptio Romanorum Impe
um à Iulio Cæſare vſq; ad Maximilianum II.
eorum iconibus. German. in 8.*

Pauli *Raſdorffer ſcriptum Germanicū de cru
eius ramis. Baſileæ in 8. anno 1538.*

Pauli *Rebheimij, Summa pacis. in 8. Witten-
æ anno 1553. Eiuſdem ludus nuptialis in nu-
Canæ Galileæ. in 8. anno Domini 1538. Ger-
ice omnia.*

Pauli *Ripperi Sermones de tempore.*

Pauli *Ricij Iſraelitæ, ad Chriſtianam fidem
erſi, & Maximiliani Cæſaris phyſici, Statera
entum: liber impreſſus in Germania, 1532. Di-
ur in capitula ſiue theoremata 28. Eiuſdem va
puſcula, impreſſa Auguſtæ Vindelicorū apud
nem Miller, 1515. ſunt autem hæc: De ſex cen-
tredecim Moſaicæ ſanctionis ſeu pentateu-
dictis liber, cuius prior pars probibentia, poſte-
affirmatiua præcepta continet: ſingulis inter-
tio breuis ſubiungitur. Philoſophica, prophe-
ac thalmudiſtica pro Chriſtiana veritate tu-
cum iuniori Hebræorum ſynagoga, mirabili
ij acumine diſputatio, in 3. diuiſa tractatus,
um capita recenſentur ab initio. in cabaliſta-
ſeu allegorizantium eruditionem Iſagoge, cum*

*epiſtola contra Stephani preſbyteri Cabalæ obtre-
ctatoris epiſtolam. De nouem doctrinarum ordini-
bus, & totius Peripatetici dogmatis nexu compen-
dium, quo exponuntur verba Galeni ab initio Ar-
tis paruæ, quid doctrina, quid ordo, quæ ordinis ne-
ceßitas atq; præſtantia, quotuplex in doctrina ordo,
oratio reſolutiua de triplici ordine doctrinæ. Con-
cluſiones, quibus Ariſtotelem triplicem doctrinæ
ordinem exercuiſſe, & totius eius dogmatis nexum
dijudicare poteris. eadem (excepta Statera pruden
tum, & Diſputatione contra Iudæos) ac inſuper
alia quæ iam ſubijcientur, impreſſa ſunt Auguſtæ
Vindelicorum, 1541. De cœleſti agricultura lib. 4.
ad Carolum V. Cæſarem, & Ferdinandum eius fra
trem, de communi ſacramentorum ratione, ſermo.
De arcana Dei prouidentia, commentariolus in
Pſalmum, Beatus vir. De anima cœli, iuxta ſancto
rum & philoſophorum traditionem compendium.
De ratione & partibus prooemij ſecundum rheto-
res capita 4. De modo indagandi ſtatuendiq; cuiuſ-
libet ſcientiæ ſubiectum. in virulentam immaniſ-
ſimamq; Turcarum rabiem, ad principes, magiſtra-
tus, populoſq; Germaniæ, oratio. Ex Thalmudæo-
rum codice excerpta farrago, ad petitionem Maxi-
miliani Cæſaris.*

Paulus *de Roma, Italus & Auguſtinianus,
ſcripſit opus confeßionum lib. 1. De vſu clauium
lib. 1. Orationes coram pontifice lib. 1. Sermones ad
Clerum & populum lib. 1. Atque alia. Claruit an-
no Domini 1474. Ambroſius Choriolanus. Idem
ſcripſit de penſionibus eccleſiaſticis. * Tractatus
penſionum eccleſiaſticarum. in 4. Romæ, 1539.*

Paulus *Roſellus iuriſperitus dialogum topi-
cum edidit.*

Pauli *Rubigalli Pannonij Hodæporicon iti-
neris Conſtantinopolitani, carmine elegiaco excu-
ſum Wittenbergæ, anno Domini 1544. chart. 3.
Querela Pannoniæ ad Germaniam chart. 2. Addi-
ta ſunt Philippi Melanthtonis, Ioachimi Camera-
rij, Melchioris Acontij, Arcturi Phriſij in commen
dationem auctoris epigrammata.*

* Pauli *Sacrati Canonici Ferrar. Epiſtolarum
libri ſex, ab eodem denuò recogniti. in 16. Lugduni
apud Matthæum Foucherium.*

Pauli *Scalichij, ſiue Pauli de la Scala qui ſe
comitem Hunnorum nominat, & c Encyclopædiæ,
ſeu orbis diſciplinarum, tam ſacrarum quam pro-
phanarum, Epiſtemō. Theſes myſticæ philoſophiæ.
Eulogus, ſeu de anima ſeparata, eiuſq; paßione. De
iuſtitia æterna, ſeu vera promißione. Gradatio.
Exilium, ſeu de vera Chriſti doctrina, & de ſola
fide iuſtificante. Epheſia diſputatio. De chorea mo-
nachorum, ſeu cœtu Antichriſti. De Labyrintho
Romani Antichriſti. De illuſtrium origine. Reuo-
lutio alphabetaria, ſeu perfectißima ad omne genus
ſcientiarum Methodus. Dialectica contemplati-
ua, ad conſequendos ſcientiarum habitus per quam
vtilis ac neceſſaria. Concluſiones in omni genere
ſcientiarum, 1553. olim Bononiæ primum, deinde
Romæ propoſitæ, De mundo archetypo, Intelle-
ctuali, Cœleſti, Elementali, Minore, & Infernali,*



Digitized by Google

*Dialogus de Miſſa. Gloſſa in 32. articulos canonis Miſſæ, ex Apoſtolo. Epiſtola ad Romanum Antichriſtum. Encomium ſcientiarum. Omnia hæc vno volumine impreſſa ſunt Baſileæ ab Oporino in 4. Eiuſdem Miſcellaneorum de rerum cauſis & ſucceſſibus, & de ſecretiore quadam methodo, qua euerſiones omnium regnorum vniuerſi orbis, & futurorum ſeries erui poßint libri 7. Item certißima methodus qua homines palantes ad viam veritatis reuocandi veniant, cõtra centurias Ioan. Naſi Minoritæ. Coloniæ, 1570. in 4. Eiuſdem Iudicium de præcipuis ſectis noſtræ ætatis: Item de proprietatibus Antichriſti, & de extremo iudicio. Coloniæ apud Theod. Gramineum, 1569. in 4. Germanice. Vaticiniorum & imaginum Ioachimi abbatis Florenſis Calabriæ, & Anshelmi epiſcopi Marſichani, ſuper ſtatum ſummorum Pontificum Romanæ eccleſiæ, contra falſam cuiuſdam pſeudomagi, quæ nuper nomine Theophraſti Paracelſi in lucem prodijt, pſeudomagicam expoſitionem, indubitata explanatio. Ibidem 1570. Loci communes Theologici, ſiue pro eccleſia Romana eiuſq; authoritate, aduerſus veſaniam Neopiſtorum oratio. Ibidem. 1571. Miſcellaneorum tomus ſecundus, ſiue Catholici Epiſtemonis, contra quondam corruptam ac deprauatam encyclopædiam lib. 15. Quibus vniuerſus orbis tam ſacrarum quam prophanarum diſciplinarum, omnis omnium ſectarum & philoſophiæ doctrina catholice declaratur. Eiuſdem pro Romana eccleſia oratio. Ibidem, 1571. in 4. * Eiuſdem dialogus de Lyra enarrationes tam veteris quam noui inſtrumenti. in folio. de Genealogia Scalichiorum in quarto.*

Pauli *Schwarzenburgij Baronis, Landsbergij domini, epigrammata, Auguſtæ excudit Henricus Steiner, anno D. 1538. quater. 9. Fuit Colonienſis, Moguntinus, Pabergenſis, Wirceburgenſis, Auguſtanus canonicus. Addita ſunt in libri commendationem epigrammata Ioan. Eccij, Sebaſtiani Linkij Iacobi Kibelij, Ioan. Saliceti, Tatij Alpini, Pauli Pacelij, Ioan. Piniciani. Præceptorem habuit Vitum Werlerum Francum.*

Paulus *Scriptoris Wylenſis, Sueuus, Minorita, ſcripſit explanationem in primum Sententiarum Scoti, impreſſam Tubingæ, anno 1498. Pro veritate catholica exilium paſſus triennio à ſuis monachis, rediens obijt Keiſerſpergæ, año 1504. Scripſit & Logices ſummulas ſuo tempore admirabiles, quæ intercidiſſe cum multis alijs creduntur.*

* Pauli *Seidelij Werdenſis hiſtoria de Martino Luthero, formulæ Concordiæ accommodata, Germanice in 4. Wittenbergæ, 1582.*

Pauli *Silentiarij epigrammatum magnus eſt numerus paßim in Florilegio Græco, in cuius etiã calce poemation eiuſdem legitur, conſtans dimetris hemiambijs catalecticis in thermas Pythicas. Libro ſeptimo ſcribit epigramma ad Agathiam Scholaſticum.*

Paulus *Soncinas ordinis fratrum Prædicatorum, ſcripſit quæſtiones Metaphyſicales. * Caſtigatæ & multis in locis illuſtratæ, editæ in fol. Lugduni & Venetijs, anno 1580. item ſuper prædicabilia & prædicamenta. Vixit anno 1521.*

Paulus *Suardus aromatarius ſcripſit theſaurum aromatariorum, ſiue Antidotarium, ordine alphabeti: liber impreſſus eſt Luduni, 1528. apud Anton. Blanchardum, cum Ioan. Iacobi Manlij lumine apothecariorum, &c.*

Paulus *Thurias Pannonius, in Albana diſputatione, orthodoxam de Deo doctrinam erudite & fortiter defendit, cæterum an aliquid ſcripſerit ignoro.*

Paulus *Tyrius rhetor. vide Suidam.*

Pauli *Turretini iuriſperiti Diſputatio quedã extat, incip. Rex Aragonum.*

Pauli *Tuccæ Parthenopæi, de obſeruantia curationis febrium iuxta præceptorum eius decreta, libellus impreſſus in Italia, 1532.*

Paulus *Venetus, ordinis fratrum eremitarum S. Auguſtini, ſcripſit contra Iudæos lib. 1. ſummam de naturalibus lib. 1. ſermones de tempore lib. 1. ſermones de ſanctis lib. 1. ſermones de quadrageſima lib. 1. ſuper lib. Poſteriorum lib. 2. ſuper Phyſicorũ lib. 8. ſuper Metaphyſicam lib. 12. ſuper de anima lib. 2. ſummam philoſophiæ lib. 1. logicam duplicẽ lib. 2. ſuper de generatione & corruptione lib. 2. ſuper lib. Porphyrij lib. 1. ſuper prædicamenta lib. 1. ſuper conſequentijs Strodi lib. 1. & alia complura. Huius authoris ſcripta, quæ in catalogis bibliopoliorum Italiæ extant, ſunt: Logica, Logica magna, Summula, Sophiſmata, Poſteriora, Dubia. Nominatur autem in aliquot titulis Paulus ſimpliciter. Eius etiam Summa philoſophiæ naturalis, impreſſa Venetijs apud Octauiani Scoti nepotes, anno 1502. & Pariſijs apud Ioan. Granion, 1512. Claruit anno 1400.*

* Pauli *de Venetijs de conſuetudinibus & conditionibus orientalium nationum, tractatus in fol. & charta ſcriptus. bibl. Imperat.*

Paulus *Vergerius Iuſtinopolitanus, vide Petrum Paulum Vergerium.*

Paulus *Vngarus doctor iuris recollegit Notabilia compilationis ſecundæ & tertiæ.*

* Pauli *VSgelij Diſputatio de extrema vnctione. in 4. Tubingæ.*

Pauli *Vuan Patauienſis concionatoris, ſermones 23. de præſeruatione hominis à peccato, impreßi cum ſermonibus Michaelis Lochmaier Haganoæ anno 1512. Eiuſdem ſermones dominicales per anni circulum, ibidem 1517. Item ſermones de tempore, item de ſeptem vitijs capitalibus.*

Pauli *Weidneri Sermo Pragæ in Synagoga Iudæorum habitus, anno 1561. qua nonnulli eorum ad fidem Chriſtianam conuerſi ſunt. Iſlebiæ. Germanice. * Eodem authore loca præcipua fidei Chriſtianæ. Viennæ 1559. in quarto. Itemq; ſententiæ Hebraicæ ad vitæ inſtitutionẽ perutiles Viennæ, anno 1563. in 4.*

* Pauli *Zellenſis abbatis, breuis inſtitutio ad Lutheri excuſationem, German. in 4. anno 1533. Eiuſdem ſcriptum Germanicum, cuius titulus, Sudariolum mucoſum. in 4. anno eodem editum.*



Digitized by Google

auſanias qui Heraclites cognominatus eſt,
: Commentaria in Heracliti librum de natu-
ertius.
Pauſanias Lacon hiſtoricus, ſcripſit de Helle-
,Laconica, Chronica. de Amphictionib. de fe
ud Lacones, & quædam alia. Suidas.
Pauſanias Cæſarienſis grammaticus, æqualis
idis, ſcripſit vniuerſæ Græciæ periegeſin, id eſt,
aphiam, cum eius hiſtorijs. Raph. Volater. a-
uem vide plura. Meminit eius tanquam ma-
toris, Philoſtratus in vitis ſophiſtarum. ſcri-
ſyntaxi lib.1. Problematum lib.1. & alia. Sui
Pauſaniæ commentarios Græcos deſcribentes
iam, hoc eſt Atticam, Corinthiacam, Laconi-
Meſſeniacam, Eleam, Achaicam, Arcadicam,
iam, Phocenſemque regionem: Aldus excudit
tijs, 1516. Latinitate verò ab Abrahamo Loe-
o donatos, excudit Ioannes Oporinus Baſileæ,
Domini 1556. Eoſdem libros à Romulo Ama
n Latinam linguam translatos, Florentiæ ex-
Torrentinus. * Et hæredes Andreæ Wecheli
coforti in folio, Græcè & Latinè, cum annota
bus Friderici Sylburgi, anno Domini 1583.
aniæ Lexicon citat Euſtathius. Pauſaniæ Ili-
vndecimus citatur à Stephano: item ἐν τῷ περὶ
γείας.

Pauſaniæ item qui artem inſtruendarum a-
m ſcripſerit; meminit Ælianus. An omnia hæc
em authoris ſint, alijs iudicandum relinquo.
Paxamus ſcripſit Opſartytica ordine alphabe-
rotica lib.2. Dodecatechnum de turpibus figu
aphica lib.2 georgica lib.2. Suidas. citatur e-
ab Athenæo, & in Geoponicis Conſtantino ad
is. Apparet autem ex his quæ à Conſtantino ci
r, illum pleraq; in ſuis georgicis ex Columel
nſtuliſſe.
Pedacij Dioſcoridis libri 5. de medica mate-
r vnus de lethalibus venenis, eorumque præ-
one & curatione: de cane rabido, deque notis
norſus ictusue animalium venenum relinquen
ſequuntur, & eorum curatione: Aldus excu-
ræce, Venetijs cum Nicandro, &c. & Ioan.
lius Baſileæ, anno Domini 1519. & Soter Co-
cum verſione Latina Marcelli, ac eiuſdem
mentarijs, & Hermolai Barbari corollario: &
ttius Argentinæ ſimiliter, ſed reſectis ſuperflu-
mmentariorum Marcelli, per Othonem Brun-
um. Latinæ verſiones ſeorſim diuerſis interpre-
, Venetijs, Lutetiæ, & Baſileæ exiuerunt. Pe-
Dioſcoridis de curatione à capite vſque ad pe
ibri 2. Græci, extant in bibliotheca Auguſta
delicorum. Dioſcoridis libri de re medica Pari-
Græce & Latine excuſi ex caſtigatione Iacobi
pyli in 8. Lugduni item Latine in octauo. cum
ris & annotationibus. Venetijs in folio cũ Mat
li annotationibus, & alibi quoque. Eiuſdem
ica libri duo de medicamentis ſimplicibus para-
cilibus, ſecundum morbos & affectus corporis
ſti, extant manuſcripti Græce in bibliotheca Au
ana, quos Ioannes Moibanus medicus tranſtu-
r opus propter ipſius immaturam mortem non-



dum abſolutum Conrad. Geſnerus perfecit. Additæ
ſunt annotationes & Græcus contextus. Argentinæ
impreſſit Ribelius, 1565. in 8. Dioſcoridis & Stepha
ni Atheniensis medicorum alphabetum Empiricum
Græce manuſcr. aliud à paratu facilibus Dioſcori-
dis, extat apud Gaſparum Vuolphium medicum. In
uenio etiam alicubi citari Dioſcoridis Epidemio-
rum librum ſecundum. In Mẽdozæ bibliotheca fer
tur extare Dioſcoridis codex Græcus à vulgato ho-
dierno innumeris locis varians. * Ianus Laſcaris &
ſecutus eum Ruellius pro Pedatius Dioſcorides le-
gunt Pedanius Dioſcorides, ex vetuſtiſſimo exem-
plari: Galenus in opere de facultate ſimplicium me-
dicamentorum, nominat eum Anazarbium Dio-
ſcoridem: & Suidas Dioſcoridem Anazarbeum
medicum cognomento Phacam, id eſt Lentinũ: quod
lentigine os dehoneſtaretur.

Pegaſus I.C. quædam in iure Veſpaſiani impe
ratoris tempore ſcripſiſſe dicitur.

Pelagius hæreſiarches, ſcripſit ſtudioſis tres ne
ceſſarios de fide trinitatis libros, & pro actuali con-
uerſatione lib.1. Eulogiarum ex diuinis ſcripturis li
brum 1, capitulorum indicijs in modum ſancti Cypri
ani martyris præſignatum. Poſtquam hæreticus pu-
plicatus eſt, ſcripſit hæreſi ſuæ fauentia. Gennadius.
ſcripſit etiam expoſitiones in Paulum lib. 14. de mo
ribus clericorum lib. 1. ad Bonifacium comitem lib.
2. ad Albinam & Melaniam lib. 1. de liberi arbitrij
vigore lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos lib. 1. aduerſus au
tem huius errores ſcripſerunt. Auguſtinus, Cyril-
lus, Hieronymus, Oroſius, Gennadius, & alij. Cla-
ruit anno 390.

Pelagij papæ decreta, cum reliquis Pontificum
decretis excuſa Coloniæ.

Pelagius Patricius vir præclarus quem Zeno
Imperator interfecit, quod nefaria eius facta palam
inceſſeret. ſcripſit Hiſtoriam verſibus ab Auguſto
orſus: Homerocentra aliaque plurima laude digna.
Cedrenus.

Pelagonius ſcriptor mulomedicinæ, cuius ſcri
ptorum fragmenta extant cum Abſyrto, & in Con
ſtantini Geoponicis.

Pelbarti Oſualdi de Themeſuuar ordinis mi-
norum de obſeruantia ſermones, De tempore do-
minicales, De ſanctis. Quadrageſimale triplex.
Stellarium beatæ virginis. Totum hoc opus vo-
cant Pomerium ſermonum: impreſſum olim Ha-
ganonæ, anno Domini 1515. in folio. Eiuſdem Roſa
rium theologiæ lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini
1490.

Pelegrini cuiuſdam ſacri ſermones impreſſi in
Italia. item hiſtoria amatoria.

Pelegrinus Moretus Mantuanus, ſcripſit de
coloribus.

* Pelegri Grimaldi in Pſalmum 100. meditatio,
in 8. Italice.

Pelopis ſcripta allegatur à Plinio 31. & 32. lib.
Naturalis hiſtoriæ.

Penbugillus ſophiſta ſcripſit De diuiſione en
tis in prædicamento cum alijs ſimilibus, ſcripſit etiã
vniuerſalia Logicalia. Baleus.



Digitized by Google

Perdix *Præſagus Britannicus vates in mathe
maticis doctrinis exercitatus Prænotiones edidit li.
1. Claruit anno 760. Balens.*

Peregrinus *de Bononia, Italus, Minorita, ſcri
pſit ad Gondiſaluum generalem ſui ordinis mini-
ſtrum, de ſucceſſu generalium miniſtrorum lib. 1.
Opus eſt excuſum.*

Periandri *Rhodij ſcripta citãtur in Arati com
mentarijs.*

Periandri *veteris ſapientis Græci dicta, cum
reliquorum Græciæ ſeptem ſapientum ſententijs
referuntur à Stobæo, Plutarcho, & alijs. Epiſtolam
quoque eius in vita ipſius recenſet Laertius. Scri-
pſit etiam* ὑποθήκας *ad duo millia verſuum, vt Laerti
us refert.*

Periander *citatur à Plinio lib. 5. Naturalis hi
ſtoriæ.*

Pericles *Athenienſis primus ſcriptam oratio-
nem in foro recitauit, cum antea ex tempore dicere-
tur. Suidas.*

Perictyones *Pythagoricæ fragmetum Ionice
ſcriptum, ex libro eius de mulieris harmonia, legitur
apud Stobæum in ſermone, Quod parentes à liberis
honorari deceat: & aliud ex eodem libro ſatis proli-
xum, in ſermone Oeconomico. Stobæi.*

Periſauli *Fauſtini poema de appetitu, item en-
comium ſtultitiæ. Libellus de honeſto genere veſti-
mentorum: extant Romæ.*

Periſtratus *Epheſius citatur à Laertio impreſ
ſi tamen codices Piſiſtratum habent.*

Periti *(aliâs Leonidæ) tetraſtichon lib. 4. Flo-
rilegij Græci, ſectione 12.*

Perſæ *tetraſticha tria extant lib. 3. Florilegij
Græci, & vnum lib. 4.*

Perſæus *Citienſis philoſophus Stoicus, cogno-
mine Dorotheus, floruit tempore Antigoni Goniatæ
filij Demetrij, diſcipulus & alumnus Zenonis philo
ſophi. Athenæus citat huius Hypomnemata ſympo
tica. Eius libri enumerantur à Laertio: De regno,
Laconica reſpubl. De nuptijs, De impietate. Thye
ſtes. De amoribus. Exhortatorij.* Διατριβῶν χρειῶν *4. In
Platonis leges lib 7. Commentaria. Citat etiam ali-
bi ipſe Laertius eundem in ſcholis moralibus: & cõ-
mentarijs Sympoticis quorum etiam meminit Athe
næus, qui libro 4. refert Perſæum conuiuales dialo-
gos ſcripſiſſe, quos ex Stilponis & Zenonis commen
tarijs compoſuerit, & illic etiam quæſtiones quas
tractat recenſet.*

Peſtanus *Iubonẽſis citatur à Macrob. 6. Sat. 4.*

Perſeualdi *Bellingenij cæci nati in priores du-
as F. Quintiliani declamationes adnotatiunculæ, im
preſſæ Pariſijs apud Vuechelum.*

Perſei *atq; Demetrij fratrum orationes apud
Philippum. Vuechelus excudit Pariſijs.*

Petellidis *Gnoſij ſcripta citãtur apud Higinũ.*

Petiliani *Donatiſtæ epiſtola, legitur ſeptimo
Tomo operum D. Auguſtini.*

Petoſiris *Ægyptius philoſophus, ſcripſit quem
admodum & Græci & Ægyptij delectus Deorum
inſtituerint: è ſacris libris Aſtrologica, & de Ægy-
ptiorum myſterijs: Citatur à Plinio lib. 2. & 7. Na
turalis hiſtoria. Eius liber ad Necepſo regem extat
in bibliotheca Carpenſi, & S. Angeli. Eiuſdem aſtro
logica habet Ioan. Sambucus.*

Petreius *Tiara Friſius vertit ex Euripide Me
deam. Vltraiecti excudit Hermannus Borculous,
1543.*

Petricus *carmine ſcripſit, Ophiaca, hoc eſt re-
media ſerpentium & venenatorum, quæ à Nican-
dri ſcholiaſte aliquoties citantur. Videtur autem
idem eſſe qui à Plinio Petreius lib. 21. cap. 22. & li.
20. Petridius nominatur.*

Petrini *Belli Albenſis I. C. de re militari &
bello tractatus X. Venetijs, anno Domini 1563. in
quarto.*

Petronius *Arbiter, Maſſilienſis à pleriſq; exi-
ſtimatus, Satyricum opus varium compoſuit, cu-
ius licet fragmenta ad nos tantum peruenerint, ea-
demq; parum caſtigata, multæ tamen eruditionis ho
minem fuiſſe facile cognoſcimus, &c. vide plura a-
pud Gyraldum de Latinis poetis. Alexander Braſſi-
canus fragmenta illa emendauit, & annotatiuncu-
lis illuſtrauit, pauloq; antea quam obiret, Ioan. Opo-
rino excudenda tranſmiſit. Petronij Arbitri Maſſi-
lienſis Satyrici fragmenta reſtituta & aucta è bibli
otheca Ioannis Sambuci. Antuerpiæ Plantinus. Ex
tant etiam eius Satyrarum fragmenta in bibliothe
ca Petri Pithoei.*

Petronius *medicæ materiæ ſcriptor. Meminit
eius Dioſcorides in præfatione ſua.*

Petronius *Diodotus ſcripſit antilegomena, id
eſt contradicta: citatur à Plinio.*

Petronius *Bononienſis Italiæ eccleſiæ epiſco-
pus, ſcripſiſſe putatur vitas patrum Ægypti mona-
chorum, quos velut normam profeßionis ſuæ mona-
chi amplectuntur. Fertur eius nomine, de ordinatio-
ne epiſcopi tractatus: quem patris eius Petronij eſſe,
eloquentißimi viri, credendum, Genadius. Tritemi
us ſcribit, hiſtoriam eius adhuc legi, & obijſſe eum
anno 385.*

Petrus *apoſtolus. vide Simon Petrus.*

Petrus *rhetor, qui & magiſter & hiſtoricus,
ſcripſit hiſtorias, ac de ciuili conſtitutione. Suida.*

Petrus *epiſtolæ ſecundæ & quartæ apud Cy-
prianum author, cum aliquot alijs coepiſcopis li-
bro 1.*

Petri *Venerabilis opera impreſ. Pariſijs.*

Petrus *de Albano: vide Petrus Aponen.* *In
*bibl. imper. Viennæ Auſtriæ eſt Petri de Albano,
Pollex, ſiue Index liber manuſcriptus. Eiuſdem Pe-
tri de Albano Geomantia, Italicè partes duæ, in 8.
Venetijs 1550. excuſæ.*

Petrus *dialecticus Pariſienſis, dictus Abelar-
dus, natione Gallus, ſcripſit nonnulla opuſcula, è qui
bus extat volumen dialectica obſcuritate, multis
ſententijs varium, quod vocauit Theologiam ſuam
lib. 1. Idem ſcripſit apologeticum ſuæ fidei lib. 1. De
Euchariſtiæ ſacramento lib. 1. Obijt tandem Clunia
ci in cœnobio. Tritemius habuit theologiam ſuam
lib. 1. Scito teipſum lib. 1.*

Petrus *Ægidius fertur aliquid ſcripſiſſe, præ-
ter id quod in Cornelio Scribonio diximus. eiuſdem*

Threnodia

nodia in funus Maximiliani Cæſaris, & epita de eodem Cæſare, aliiſq; claris heroibus, cum ali epigrammatis: Mich. Hochſtratanus excudit ermania, 1519.* Petri Aegidij Pariſienſis auro- ſacra bib. carmine ſcripta in 4. M. ſcript. in bib- er Viennæ.

Petri Aemonis Philologiæ totius compendiū- ſijs, 1563. in 4.

Petrus Æthiops monachus: anno D. 1548. im- i curauit Teſtamentum nouum cum epiſtola li ad Hebræos tantum, cum concordantijs euan ſtarum Euſebij & numeratione omnium verbo eorundem. Item Miſſale cum benedictione in- i ceræ, &c. Alphabetum in lingua geez, id eſt li ,quia à nulla alia originem duxit, & vulgo di- r Chaldæa. Omnia hæc Æthiopico idiomate & hiopicis characteribus impreſſa in 4.

Petri Afonſeca è ſocietate Ieſu, Inſtitutionum lecticarum libri 8.

Petrus Albinianus Tretius I.C. De poteſtate æ. * Idem Roſarium Guidonis Bayſij ſiue com- taria in volumen decretorum ſuis annotationi- illuſtrauit in fol. regali Venetijs, anno Domini o.

Petri Albi liber De febri tertiana & non vera. Draſſerus.

Petrus Alcyonius, ſcripſit Medicen legatum, de exilio librū: Aldus excudit, Venetijs. Ex A- telis philoſophia naturali tranſtulit, De gene- ne & corruptione libros 2. cum præfatione ad nem x. pont. max. meteororum li. 4. cum præ ne ad Antonium Pratum Gallum. De ſenſu enſilibus lib. 1. cum præfatione in ſequentes 10. s de animalibus à ſe conuerſos ad Octauium oſium. De memoria & reminiſcentia lib. 1. De o & vigilia lib. 1. De ſomnijs & imaginibus . De præſenſione per ſomnum lib. 1. De commu imalium motione lib. 1. De communi animali- reſſu lib. 1. De diuturnitate & breuitate vitæ De iuuentute & ſenectute, vita & obitu lib. e ſpiratione lib. 1. De mundo ad Alexandrum re lib. 1. Quæ omnia impreſſa ſunt cum Latinis o- bus Ariſtotelis in editione Baſilienſi.

Petri Aldobrandini Florentini, de interpreta- e Ludouici Cati ad l. 1. C. de edēdo aduerſus Ma n Arcadem Narnienſem. Gryphius Lugduni, o Domini 1543. Eiuſdem Additiones ad Præ am Rolandinam.

Petrus Alexander, patria Atrebatenſis, magi- olim Sorbonicus & Carmelita, iter cætera ſcri Dialogum de origine noui Dei Maozim lib. 1. ologiam aduerſus Louanienſes lib. 1. In Pau- s ad Romanos lib. 1. In eundem ad Corinthios lib. De vtraque in Chriſto natura lib. 1. Confeſſionem i lib. 1. Locos communes veterum patrum lib. 1. matrimonio libr. 1. De prædeſtinatione & præ- entia libr. 1. De diſciplina eccleſiæ lib. 1. De pur- orio Chriſtiano lib. 1 De vnico aduocato li. 1. Ad erſos eccleſiæ Londinenſis libr. 1. Claruit anno 4.

D. Petri Alexandrini epiſcopi & martyris, ex ſermone de pœnitentia canones, de ijs qui tempore perſecutionis à fide exciderunt: & deinde pœniten- tiam egerunt: excudit Baſileæ Henricus Petri, anno Domini 1551. cum alijs veterum Theologorum opu- ſculis. Petri Alexandrini Epiſcopi & martyris ſer- mo primus de anima, citatur à Procopio in Commen- tarijs in Geneſim.

Petrus de Aliaco, epiſcopus Cameracenſis, & ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. de laude ſanctæ ſcri- pturæ lib. 1. in principium Marci lib. 1. de ſtabilitate eccleſiæ lib. 1. ſpeculum conſiderationis lib. 3. compen- dium contemplationis lib. 3. de ſpiritali ſchala lib. 1. in Pſalterio breuiter lib. 1. in Pſalm. 70 meditatio- nes lib. 1. de legibus & ſectis lib. 1. de concilio gene- rali lib. 1. expoſitionis Pſalmi 70. lib. 1. in Pſal. 42. meditationes lib. 1. in Cantica canticorum lib. 1. in ſe- ptem Pſalm. pœnitentiales lib. 1. de oratione domi- nica lib. 1. ſuper eadē anagoice lib. 1 ſuper Aue Ma- ria lib. 1. ſuper magnificat lib. 1. in canticum Zacha- riæ lib. 1. in canticum Symeonis lib. 1. de electione pa- pæ lib. 1. de exercitio ſpiritali lib. 1. de duodecim hono- ribus S. Ioſephi lib. 1. de anima & accidentibus eius lib. 1. concordiam theologiæ & aſtronom. lib. 2. de ſa- cramentis eccleſiæ lib. 1. ſermones varios lib. 1. epiſto- las plures ad diuerſos lib. 1 & quædam alia. Cla- ruit anno Domini 1416. Commentarij eius ſuper Sententias impreſſi ſunt: Item liber de concordia a- ſtrologiæ cum theologia hiſtoriaque, Baſileæ ab au- thore conſcriptus, & alia varia in Appendice ope- rum Ioan. Gerſon quæ ſupra recenſui. Quæſtiones in Sphæram mundi Ioannis de ſacro buſto: liber im- preſſus cum Petri Ciruelli commentarijs: de quo in- fra. Eiuſdem libellus de emendatione eccleſiæ, excu- ſus eſt in 4. & Coloniæ in fol. cum concilio Baſilien ſi. Eiuſdem tractatus ſuper libros Meteororum de impreſſionibus aeris, ac de ijs quæ in prima, ſecunda atq; tertia regionibus aeris fiunt: ſicut ſunt ſydera cadentia, ſtellæ, cometæ, pluuia, ros, pruina, nix, gran do, ventus, terræmotus, deque generatis infra terrā Impreſ. Viennæ Auſtriæ, anno Domini 1509. * Scripſit etiam tractatum de poteſtate Eccleſia- ſtica, extat in bibl. Imp. Viennæ. Iunctis quibuſ- dam paralipomenis in vitam Innocentij Papæ tertij collectis, & alijs quibuſdam tractatibus. Item de ſta tu animarum poſt hanc vitam, &c.

Petri Alitis Carnutenſis, Montani primarij, De vtroq; Chriſti aduentu. De extremo iudicio & ſignis ipſum præcedentibus. De mortuorum reſuſci- tatione, De pœnis inferni & gloria paradiſi, adiectis Chriſti, prophetarum, & Sybillarum præconijs, carmine & proſa conſcripti libri, excuſi Pariſijs a- pud Ludouicum Grandinum, anno Domini 1552. De recta viuendi ratione lib. 4. carmine ſcripti. Pa- riſijs, 1547.

* Petri Alonſi nauigatio ad inſulas incognitas in fol. Baſil. per Heruagium, anno Domini 1531. Ita- lice & Latine per Archangelum Madrignanum: ibidem excuſa.

* Petri Alphuncij dialogi, quibus Iudæorum opi- niones euidentiſſimis argumentis cōfutantur: in 8. Coloniæ 36.

Petrus *Alphonſus ex Iudæo conuerſus ad fidē, Moyſes antea vocatus, quem rex Alphonſus de ſacro fonte leuans, ſuo agnomine inſigniuit, ſcripſit ſub nomine Moyſi Iudæi quod fuerat, & Petri Chriſtiani quod eſſe cœpit, inſignem dialogum. contra Iudæos lib. 1. de ſcientia & philoſophia lib. 1. & quædam alia. Huius Petri Alphonſi dialogi excuſi ſunt Coloniæ apud Gymnicum. Claruit anno D.*1100.

Petrus *Aluarotus Super* 1. *ff. veteris De pactis. l. reſcriptum. parag. ſi pact.*

Petri de *Aluernia, ordinis Prædicatorum, diſcipuli S. Thomæ Aquinatis, Commentarij in aliquot libellos Ariſtotelis, nempe de motibus animalium, de longitudine & breuitate vitæ, de iuuentute & ſenectute, de reſpiratione, de morte & vita: impreßi Venetijs, anno Domini* 1507. *cum Thomæ Aquinatis cōmentarijs in Ariſtotelis libellos de ſenſu & ſenato, de memoria, &c. Eiuſdem additiones in commentarios Thomæ Aquinatis ſuper libris Ariſtotelis de cœlo, qui morte præuentus eos non abſoluerat. Adiecit autem ſuper partem tertij. & ſuper quartum integrum commentarios ſuos hic Petrus Aluernus, impreſſos Venetijs apud Scotum,* 1495.

Petrus de *Ancarano, patria Bononienſis. Baldi Peruſini quondam auditor, ſcripſit ſuper Decretalibus lib.* 5. *ſuper* 6. *Decretalium lib.* 1. *ſuper Clementinis lib.* 1. *de regulis iuris lib.* 1. *ſuper ff. veteri lib.* 24. *ſuper ff. nouo lib.* 12. *conſilia plura lib.* 1. *& quædam alia. Citantur & repetitiones quædam eius: in* 1. *Decret. De conſtitu. c.* 1. *Canonum ſtat. in* 2. *Decret. de confeßis & de probatio. c. ex parte. & c. tertio loco. & rurſus de probatio. c. in præſentia. & de foro compe. c. poſtulaſti. Claruit anno Domini* 1410. *Eius ſuper Decret. & Clemē. impreſ. Lugduni, anno* 1533. *Conſilia eius impreſſa ſunt Venetijs, anno* 1568. *in fol.*

Petri *Andreæ Gammari Bononienſis, dialecticæ legalis vel topicorum lib.* 3. *eiuſdem de veritate & excellentia legalis ſcientiæ oratio: Rob. Vuinter excudit Baſileæ, anno Domini* 1543. *vide Andreas Gammarus. Eiuſdem Commentum ſuper extrauagantes Iulij ſecundi ſuper electione Simoniaca Papæ. Super ſextum Decretalium, De rerum permuta. Item De extenſionibus.*

Petri *Andreæ Mattheoli Senenſis medici de morbi Gallici curandi ratione lib.* 1. *per dialogum inter ſe & Franciſcum Aligerum ab ipſo cōſcriptus: Bebelius excudit Baſileæ,* 1536. *cum diuerſis aliorum eiuſdem argumenti libellis, & Venetijs,* 1535. *Eiuſdem commentarios longe doctißimos in libros* 6. *Dioſcoridis de medica materia, qui ſæpius Italice editi, poſtremo ab ipſo auctore in Latinam linguam tranſlati ſunt. Venetijs excudit Vincentius Valgriſius, anno Domini* 1554. *in fol. Adiectæ ſunt innumeræ plantarum et animalium imagines ad viuum expreſſæ.* * *Iidem commentarij in Gallicam quoq; linguam ſunt tranſlati per Ioannem Molins Doctorē medicum: & excuſi Lugduni apud Guilielmum Rouilium anno* 1579. *Et in Bibliotheca Imperat. Viennæ Auſtriæ ſimplicia omnia iuſtis coloribus ſunt illuſtrata. Eiuſdem Apologia qua ſe ab erroribus et calumnijs vindicat, quibus notatur ab Amato Luſitano medico in ſuis enarrationibus, quas ille in Dioſcoridem nuper edidit: Item obiectiones quibus errata Amati patefacit: idem Vincentius excudit. Eiuſdē Epiſtolarum medicinalium libri quinq; impreßi Lugduni in octauo,* 1564. *De ſimplicium medicamentorum facultatibus ſecundum locos & genera, opuſculum impreſſum Venetijs à Valgriſio, anno Domini* 1569. *Compendium de plantis omnibus vna cum earum iconibus, de quibus ſcripſit in ſuis cōmentarijs in Dioſcoridem editis. Venetijs, anno Domini* 1571. *quarto. Diſputatio aduerſus* 20. *problemata Melchioris Guilandini. Promiſit etiam alterum tomum epiſtolarum medicinalium, verum an editus ſit ignoro.*

Petri *Angelij Bargei Cynegeticorum libr.* 6. *carmine heroico. Carminum lib.* 2. *Eclogæ* 3. *Lugduni apud hæredes Gryphij.* 1561. *in quarto. Eadem ab auctore recognita & aucta impreſſa ſunt Florentiæ,* 1568 *in* 8.

Petrus *Angelus Agathus, Materas, librū Gabrielis Fallopij de morbo Gallico edidit, & ſcholijs marginalibus illuſtrauit, at exercitationes quaſdam nobiles paßim inſeruit, certis notis à reliquo orationis contextu ſecretas. Venetijs.* 1565. *Idem edidit anno* 1572. *eiuſdem Fallopij libellum de differentijs doctrinarum.*

Petri *Anguſolæ Conſiliorum li.* 7. *complectentes conſilia criminalia, de contractibus inter viuos, de iudicijs, de poſſeſſorio, dotibus, de vltimis voluntatibus, de feudis. Venetijs,* 1572. *in fol.*

Petri *Anteboli Allobrogis iuriſperiti, de muneribus liber extat.*

Petri *Anteſignani Scholia & Praxis, in Nicolai Clenardi Inſtitutiones Græcæ linguæ. Lugduni & Venetijs. Eiuſdem in Terentij comœdias annotationes. Lugduni. Epiſtola Hebræa ad P. Coſtum, cum eius libro de Meßia impreſſa. De ratione Græci carminis & quædam alia.*

Petri *Patriarchæ Antiochiæ ad Conſtantinopolis patriarcham ſermo, & alius ad epiſcopum Gadrentze, extant Græce Romæ in Vaticana bibliotheca.*

* Petri *Apherdiani Tyrocinium Latinæ linguæ ex optimis quibuſdam autboribus collectum, & in capita digeſtum octauo. Coloniæ apud Ioannē Gymnicum. Methodus diſcendi formulas Latinæ linguæ, ex optimis quibusque auctoribus collecta, octauo. Coloniæ apud Ioannem Gymnicum. Ab eodem Epigrammatum moralium libri* 3. *in vſum iuuentutis conſcripti octauo. Coloniæ apud Ioannem Gymnicum* 1580.

Petri *Apiani dicti Beneuuitz ex Leyſnick, Germani, mathematici, liber Coſmographicus, impreſſus in Germania, anno Domini* 1524. *cum multis & varijs figuris ac inſtrumentis. inſcribitur aliàs inſtructio geographica. ac denuo excuſa eſt Antuerpiæ, anno Dom.* 1540. *per Gemmam Friſium reſtituta, cum ipſius Gemmæ opuſculis duobus. Continet autem partilem quoque deſcriptionem quatuor*

partium

um terræ, Europæ, Aſiæ, Africæ, & Americæ:
dicta eſt deſcriptio regionis Peru nuper inuen
tem de horarum noſtis obſeruatione libellus.
ctus eſt quadrans vniuerſalis, noua facie, in e-
m vſum faber factus: cuius vſu, quicquid ex ta-
Sinuum computando elici poterat, ſine nego-
ned, numerorum moleſtiore tractatione facillè
rſpicitur: Ioan. Petreius excudit Norimbergæ
Exiuerat & priùs hoc inſtrumentum primùm
lis, ſed ſine quadrante. Petrus Apianus & Bar
mans Amantius poeta, collegerunt ſummo ſtu
c maximis impenſis, libertate D. Raymundi
geri, inſcriptiones ſacroſanctæ vetuſtatis totius
orbis, expreſſis vbiq; figuris per quam elegan-
iber excuſus eſt Ingolſtadij, apud ipſum Petrũ
anum, 1534. Inſtrumentum aſtronomicum re-
ſentans folium populi, exc. in Germania, 1543.
uſdem opus Cæſareum aſtronomicon in folio
imp. & Ingolſtadij editum in folio anno Domi
40. Deſcriptio peregrinationis S. Pauli ex li-
ctorum app. & eius epiſtolis concinnata Ger-
icè in octauo, Ingolſtadij. Eiuſdem quadrans
ronomicus continens inſtrumenta obſeruatoria,
mmodata horis diſcernendis nocturnis. Iunctis
enſionibus puteorum & turriũ in fol. Excuſus
lſtadij, anno 1532. Claruit anno 1551.
Petrus de Apono, patria Patauinus, philoſo-
& medicus, ſcripſit opus inſigne de omnimoda
cina, ad Ioannem papam XXII. lib. 1. in librum
nis Meſuæ lib. 1. in problemata Ariſtotelis li.
& quædam alia, Galenum de cholera nigra,
e regimine ſanitatis, cum alijs multis tranſtu-
nt qui Conciliatorem appellent, ob librum ab
riptum, in quo veterum præcepta medicorum ſi
connectit atque conciliat. Eius Aſtrolabium
um in tabulis aſcendens, continens qualibet ho-
que minuto æquationes domorum cœli, ſignifi-
nes imaginum, moram nati in vtero matris,
quodam tractatu natiuitatum, nec non horas
males pro quolibet climate mundi: liber impreſ
Venetijs, anno Domini 1502. De venenis eo-
que remedijs liber impreſſus Marpurgi apud
nicornum, 1537. & Venetijs apud Gryphium,
. Tractatus aliquot Abrææ Auenzare Latinos
. Conciliator differentiarum 209. philoſopho-
, & præcipuè medicorum: liber impreſſus Vene
anno 1483. apud Ioan. Herbort Alemannum,
catalogo differentiarum in calce operis. de ægri
inibus corporis humani additio ad Grabadin. ſi-
medicinas particulares, id eſt ſecundum locos
nnis filij Meſuæ: cum operibus Meſuæ impreſſi
ite. Epoſitio problematum Ariſtotelis. impreſſa
netijs apud Ioan. Herbort Alemannum, 1482. &
riſijs 1520.
Petri Aquani Brixiani, Inſtitutiones in decē
tegoras Ariſtotelis. Patauij, 1557.
Petrus archiepiſcopus Aquenſis, ſcripſit in qua
r libros ſententiarum. Vixit circa annum
8.
Petri de Aquila, ordinis minorum, ſupra qua-
r libros ſententiarum, Spiræ Petrus Drach impreſ-

preſſit, anno Domini 1480.

* Petri Aretini Itali de humanitate Ieſu Chri-
ſti libri tres. Gallicè editi anno 1539. Eiuſdem come
dia Philoſophus. Italicè in 8. Venetijs 1549. Item
colloquiũ, in quo quatuor eius amici de Aulis mun-
di huius, & de Aula cœleſti tractant, aut colloquun-
guntur Venetijs 1540. in 8. Italicè.

Petri de Argelata Bononienſis, de chirurgia li-
bri ſex, impreſſi Venetijs, 1497. apud Octauianum
Scotum.

Petrus Argentoratenſis, Germanus, Carmeli-
ta, copioſè deſcribit Belli Argentinenſis hiſtoriam,
ſub Gualtero epiſcopo lib. 1. Claruit anno 1270. Ga-
ſpar Bruſchius.

Petri Arginorum epiſcopi, encomium in SS.
ἀναργύρους Coſmum & Damianum. Eiuſdem Enco-
mium in S. Annam. Græcè manuſcr.

Petrus Arlunus. vide Arlunus, & Ioan. Petrus
Arlunus.

Petrus Artopœus, Germanus, Latinæ phraſis
elegantias ex præcipuis authoribus conſcripſit: liber
excuſus Vuittenbergæ, anno Domini 1534. ordine
alphabeti. Eiuſdem Euangelicæ conciones Domini
carum totius anni, per dialectica & rhetorica artifi
cia breuiter tractatæ, ſubnexis epiſtolarum argumē
tis, cum Ioan. Æpini de ſacris concionibus forman-
dis compendiaria formula præfixa, excuſæ. Pſalte-
rium Hebraicè, Græcè, Latinè, ad veterum exempla
rium fidelem lectionem emendatum, et explicatum.
item Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ linguæ. Gram-
matica, pro incipientibus ob facilitatem, pro docti-
oribus ob exactam diligentiam, ita conſcripta, vt poſt
tot & tantos viros in hac re fruſtra elaboraſſe au-
tor non videatur. Accedunt, Ionas propheta, et Pſal
mi 15. trium linguarum, cum eiuſdem Petri com-
mentarijs: Chriſtianæ trium linguarum elementa:
de prima rerum origine vetuſtiſſimaque theologia,
ex tribus primis capitibus Geneſeos: in priorem Pau
li ad Timotheum epiſtolam Scholia, quæ iuſti Com-
mentarij munere fungi poſſunt. Hæc omnia excudit
Henr. Petri Baſileæ, anno Domini 1545. De prima
rerum origine & vita ſanctiſſimorum antiquiſſi-
morumq; patrum, ex toto libro Geneſeos breues apho
riſmi, excuſi ab eodem, anno 1546. Poſtilla, ſiue E-
uangeliorum & epiſtolarum dominicarum & præ
cipuorum feſtorum totius anni, pro ſcholaſticis &
nouellis præconibus, perbreues annotationes: vna
cum Catechiſmo ſcolijs quoque illuſtrato: Henr. Pe
tri excudit anno Domini 1550. forma ſublonga. E-
iuſdem Pomerantiæ deſcriptio, à Sebaſtiano Mun-
ſtero Coſmogaphico operi inſerta eſt. Idem ſcripſit
commentarium in Apocalypſim nondum excuſum.
Donatum Hebræum, grammaticam ita inſcriptam
propter methodum. Argumenta Euangeliorum do-
minicalium, cum Calendario. Argumenta biblio-
rum per ſingula capita. Claruit Stetini, 1554. * Chro
nicon ab anno mundi 3963. vſque ad annum Do.
1560. perſcripſit.

Petri Aruerni Complementum Summæ B. Tho
mæ Aquinatis.

* Petri à S. Audomaro, aliàs Wallon: cappella



Digitized by Google

Benedictini ex Monaſterio montis S. Winnecij declaratio cauſarum, ob quas Belgium grauiſsimis premitur calamitatibus, cum demonſtratione remedij aduerſus eaſdē efficaciſsimi, 8. Coloniæ, 1582. Eiuſdem inſtitutionum monaſticarum, ſecundum concilij Tridentini decreta, libri tres. Louanij Ioannes Boguardus 1572.

Petrus Aurelius Sanutus, Venetus, Auguſtinianus, edidit Oppugnationem aduerſus Lutheranas aſſertiones. Pariſijs Ioan. Foucher, 1550.

* Petri Aureoli Cardinalis totius ſacræ paginæ commentaria in 4.

Petri de Aurilaco I.C. Practica.

Petrus Babyon ſoluta oratione & carmine impendio exercitatus, & theologus quoq; ſcripſit Expoſitionem in Matthæum lib. 1. Sermones 70. lib. 1. Comœdiam carmine lib. 1. De officio Miſſæ li. 1. Homilias aliquot lib. 1. Carmina varia li. 1. Claruit circa annum 1366. Baleus.

* Petri Bacherij S. Sheologiæ profeſſoris Flandri, Gandenſis, Tabula ſacrorum Carminū piarumq; precum enchiridion tribus libellis cōprehenſum, quorū primus habet Cathemerina. II. Litanias et hymnos. III. Solennia & feſta. Omnia ex varijs variorū Scriptorum lucubrationibus vndiq; decerpta, accommodiſsimo ordine digeſta, 8. Duaci 1578. Eiuſdem Homiliæ in Euangelia Dominicalia ab aduentu vſq; ad paſcha, ad populum diuerſis temporibus declamatæ varijs in locis, 8. Louan. apud Rutper. Velp. 1569.

* Petri Baiolardi Dialogus in 4. & membrana ſcriptus bib. Imp.

Petri Barberij Theologiæ profeſſoris & prædicatorum prioris Louanij, Hortulus precationum Louanij, 1571. duodecimo.

Petri Barabi medici De generatione hominis.

Petrus Baſſet clari generis armiger, Hen. quinti Anglorū Regis à cubiculis, ſcripſit Anglice, Acta regis Henrici quinti li. 1. Claruit an. 1430. Baleus.

Petri de Bayro Taurinenſis opuſculū de peſtilentia, eiuſq; curatione, per præſeruatiuū regimen et curatiuum: impreſſum Taurini, 1507. Eiuſdem de medendis humani corporis malis Enchiridion, ſeu Practica quod vulgo Veni mecū vocant: editum eſt Baſ. à Theodoro Zuinggero apud Petrū Pernam in octauo. Additus eſt etiam liber de peſtilentia eiuſq; curatione.

Petrus de Bella Pertica, natione Burgundus, iureconſultus, ſcripſit ſuper Codice lib. 9. ſuper inſtitutis lib. 4. ſuper ff. veteri lib. 24. ſuper ff. nouo libr. 12. ſuper ff. infortiati lib. 11. centum diſputationum lib. 1. conſilia plura, et quædam alia. Pleraq; eius ſcripta impreſſa feruntur Lugd. & Pariſ. repetitiones ab eo ſcriptæ ſunt, 48. Et in 8. Pariſ. editæ 1515. nempe in primum ff. veteris, de edendo l. 1. & l. argentarius. parag. cum autem. de pactis. l. iuris gentium. de iuriſd. om. iud. l. more. de ferijs. l. in pecuniarijs. de officio eius l. poſt mortem. ſi quis cautio l. etſi poſt tres. ſi quis in ius voc. l. ex quacunq;. de conſtit. princip. l. beneficiū. de his qui ſunt ſu. l. ſi iudex. de tranſactionibus. l. qui cum tutoribus. ibidē. de procuratoribus. l. ſi defunctus. ex qui. cau. ma. l. ſi hoſtibus. ibid. Repetitiones eius in 1. Codicis de dona. inter vi. l. donationes. ex del. def. l. ex quib. ca. infra arr. l. etſi ſeueriu. de fide inſtru. l. comparationes. de iure om. iud. l. 1. & de legibus. l. cum quæſtio. de non num. pec. l. generaliter. & de vſuris. l. acceptam, & ſi ſeruo extern. l. ſi ſeruus & de rerum permut. l. ex placito, & locati. l. certi iuris. de procur. l. 1. & l. exigendi. & l. inutilis. Quod cum eo, l. & qui. de reſt. mil. l. qui tempore. De ſumma trinit. l. 1. De tranſacta. l. ſiue apud acta. in 2. Codicis, De ed. d. adr. toll. ſi. Et de verborū ſignif. l. cum quidam. De collatio. l. ſi emancipati. De confeſsis. l. confeſſos: & ibid. De tempor. appell. l. per hanc. Et R. quorum ap. non rie. l. ab executione. & R. vnde vi. l. ſi. quis in tant. & R. vti poſſidetis. l. vti poſsidetis, & R. etiam ob chirog. pec. l. pignus. & R. de euectionib. l. quoniam. & R. De iniurijs. l. ſi non conuicij. De furtis. l. falſus procur. De inſti. & ſubſti. l. ſi pater filium. De ſententijs quæ. l. 1. Extant præterea eius Singularia quædam, Commentaria ſuper feudis, Diſputationes 547. quarum initium eſt, Ita eſt de conſuetudine in quadam eccleſia. Claruit anno Domini 1300. Commentaria eius, in Digeſtum nouum, videlicet ad 43. 44. 45. 46. & 49. Pandectarum libros ex vetuſto manuſcripto exemplari deſcripta, atque nunc opera Viti Polanti euulgata. Item explicationes ſinguleres eiuſdem in aliquot leges Digeſti veteris, & Codicis Iuſtiniani, per eundem Polantum à mendis repurgata. Francofurti, 1571.

Petri Bellonij Cenomani De aquatilibus libri duo cum Iconibus ad viuam ipſorum effigiem, quo ad eius fieri potuit, expreſsis, excuſi Pariſijs apud Carolum Stephanum, anno Domini 1553. Eiuſdem de admirabili operum antiquorum & rerum ſuſcipiendarum præſtantia, liber primus. De medicato funere ſeu cadauere condito, & lugubri defunctorum eiulatione liber ſecundus. De medicamentis nonnullis ſeruandi cadaueris vim obtinentibus, liber tertius. Pariſijs apud Guilielmum Canellat, 1553. in quarto. Eiuſdem de arboribus coniferis, reſiniferis, alijs quoque nonnullis ſempiterna fronde virentibus, cum earundem iconibus ad viuum expreſsis. Item de melle Cedrino, Cedria, Agarico, reſinis & ijs quæ ex coniferis proficiſcuntur. Ibidem in quarto, chart. 10. Promittit etiam alium librum De arboribus ſempiterna fronde virentibus. Eiuſdem de obſeruationibus ſingularium omnium rerum, in diuerſis regionibus viſarum, * nempe in Græcia, Aſia, India, Ægypto, Arabia & alibi: libri tres: Gallicæ excuſi in octauo. Anterpiæ anno Domini 1555. De auibus liber Gallicus. Item Liber Gallicus, De piſcibus marinis peregrinis, deque Delphino. Pariſ. 1551.

Petri Beauſardi medici, Arithmetices praxis, ad quam veterum permulta exempla reuocata explicantur. Louanij, 1573.

Petri Bellugani Speculum principum: * in folio. Pariſijs 1530.

Petrus Bembus Patricius Venetus Cardinalis, vir doctiſsimus, & eloquentiæ Ciceronianæ ſummus imitator fuit, cuius aliquot opuſcula impreſſa

ſa ſunt Lugduni apud Gryphium, Epiſtolæ ex-
e Baſileæ apud Frobenium, & Lugduni apud
anum. De imitatione ſermonis lib.1.cum Ioan-
ncisci Pici quibuſdam opuſculis, 1518. Baſileæ
reſſus. Benacus poema heroicum, impreſſum Ba-
e apud Robertum Winter, cum varijs poematis-
Ætna libellus, impreſſus Venetijs, 1530. Euiuſ-
s hiſtoriæ Venetæ lib. 12. excuſi Venetijs apud
li filios, anno Domini 1551. & Pariſijs apud Va
ſanum in 4. Scripſit etiam elegantiſſime de Culi-
ot refert Nicolaus Erythræus. Opera eius Lati-
xcuſa ſunt Baſileæ in 8. Tomis 3. Sunt autē hæc:
ſtoria Veneta. Epiſtolarū Leonis X. Pont. Max.
nine ſcriptarum lib. 16. Epiſtolarum familia-
m lib. 6. De imitatione libellus. De Ætna dialo-
. De Culice Vergilij & Terentij fabulis. Carmi-
n libellus. Claruit anno 1540.

Petrus de Benanintendis, recollegit & edidit,
ciſiones cauſarum Rotæ Bononienſis. Venetijs,
o 1568. in octauo, & Francofurti, anno D. 1573.
olio.

Petrus de Bereto, Gallus Narbonenſis, Carme
, Romani palatij magiſter, & Clementi VI. à con
ione, epiſcopus Vaſionenſis, ſcripſit Repertorium
oddam lib. 1. Placita Theologica lib. 1. Atq; con-
es plures. Claruit anno Domini 1348. Ægi-
s Faber.

Petrus Berthorij, patria Pictauienſis, Prior mo
erij S. Eligij Pariſienſis, ordinis D. Benedicti,
ſit ad Ioannem de Pratis epiſcopum Preneſti-
, magnum & egregium opus, quod in tribus vo
inibus iam impreſſum eſt, prædicatoribus ſim-
oribus non inutile, quod Dictionarium appel-
. Sed ipſe illud vocari voluit Repertorium mo-
, reductorium quoq; morale lib. 4. Inductorium
ale lib. 2. Breuiarium hiſtoriarum Bibliæ lib. 1.
nographiam ſcripſit lib. 1. Sermones varios lib. 2.
lia multa. Deniq; ad inſtantiam Ioannis regis
nciæ, Titum Liuium in Gallicam linguam con-
it. Feruntur eius ad diuerſos epiſtolæ, & reper-
um morale, ſiue dictionarium vtriuſq; Teſtamen
mpreſſum Tomis duobus. Morale reductorium
r tota Biblia per lib. 34. capitibus diſtinctum, v-
otabiliorum hiſtoriarum ac figurarum vtriuſq;
ſtamenti, præmiſſa compendioſa Textus ſumma
ologica ſeu allegorica, & nonnunquam anago-
s ſubnectitur explanatio, adiectis Bibliorum con
lantijs. Adamus Petri excudit Baſileæ, 1515. * Et
pertorium morale etiam Norimbergæ excuſum
d Antonium Coberger, anno 1489. Claruit an-
Domini 1360.

Petrus Bertrandus Cardinalis, ſcripſit de origi
uriſdictionum, ſeu de duabus poteſtatibus, tem-
ali & ſpirituali.

Petrus de Beſuzio, ſcripſit in 2. Infort. de lega-
;. l. re coniuncti.

Petrus de Biaxio, ſcripſit Directorium confi-
ndarum electionum.

Petri Bizari Epitome inſigniorum Europæ hi-
iarum hinc inde geſtarum ab anno 1564. vſque
nnum 1573. Baſileæ cum Aula Turcica deſcri-
ptione, Antonij Genfræi. * Eiuſdem Cyprium bellum inter Venetos & Selimum Turcarum Imperatorem geſtum. Baſileæ ex officina Henricpetrina, anno 1573. Deſcriptio Pannonici belli ſub Maximiliano II. & Solymanno Turcarum Imp. geſti, cum Epitome de Belgarum motibus, & alijs quibuſdam Europæ viciſſitudinibus, ibidem anno eodem. Perſitarum rerum hiſtoria, in 12. libros diſtincta, totius gentis initia, mores, &c. In fol. Antuerpiæ Chriſtophorus Plantinus, anno 1583.

* Petri de Blarranno Pariſiani, inſigne opus de bello Nanceiano, in fol. In pago D. Nicolai de Porta, anno 1518.

Petrus Bleſenſis, Archidiaconus Bathonienſis, ſcripſit de amicitia Chriſtiana lib. 1. De pœnitentia ſalutari lib. 1. De accelerando paſſagio lib. 1. De qualitate pœnitentiæ lib. 1. De ſtudio ſapientiæ lib. 1. Contra deprauatorem lib. 1. Exhortationem ad abbatem lib. 2. De officio epiſcopi lib. 1. De periculo prælatorum lib. 1. De vita clericorum curialium li. 1. Epiſtolarum numero 194 lib. 1. De præſtigijs fortunæ lib. 2. Scripſit etiam Sermones de ieiunio lib. 1. De cōuerſione Pauli lib. 1. De transfiguratione Domini lib. 1. De ſynodis celebrantis lib. 1. Vitam patientis Iob lib. 1. Vitam Guthlaci confeſſoris lib. 1. Vitam Wilfridi Archiepiſcopi lib. 1. Dialogorum regis & abbatis lib. 1. Sermones quam plures lib. 1. Teſtimonia fidei Catholicæ lib. 1. De perfidia Iudæorum lib. 1. Manipulum florum lib. 1. Acta Henrici ſecundi lib. 1. De peregrinatione Hieroſolymitana lib. 1. Canonem epiſcopalem lib. 1. De aſſertione fidei lib. 1. Piarum exhortationū lib. 1 Et alia plura. Claruit anno 1160. Ioan. Baleus.

Petri de Boaterijs expoſitio in Practicam Rolandinam, * ſiue ſummam Rolandini, quæ eſt edita in folio.

Petrus Boherius abbas ſancti Auiani, ordinis D. Benedicti, I. C. ſcripſit in regulam S. Benedicti lib. 1. In ſpeculum monachorum lib. 1. De ſignis locutionum lib. 1. Qui cum eſſet decretorum doctor celeberrimus, regulam ſancti Benedicti, nouo & inuſitato expoſitionis genere commentatus eſt, omnia illius non ſolum capitula, ſententias & dogmata, ſed etiam quod amplioris induſtriæ eſt, verba, conſilia, & præcepta, iuri pontificio conferens, mirabili ſubtilitate canonibus patrum approbauit. Claruit anno 1360.

* Petrus Boiaſteau, cognomento Launæus, collegit hiſtoriæ de Prodigijs, Tomum priorem: alterum Claudius Teſſerantus conſcripſit: vtrunque Franciſcus Belleforeſtus auxit: Gallice, Pariſijs apud Gabrielem Buon, anno Domini 1571. Idem tranſtulit in Gallicam linguam, Chelidonii Tigurini (ſic habet Gallica inſcriptio) de Inſtitutione principis Lugduni.

Petri Bolandi hymni quidam extant. Idem ſcripſit carmen ſaphicum pro Friderico Imp. & aliud in mortem Rodolphi Agricolæ. Epigrammata innumera ex ſententijs Senecæ & Platonis. Sapphicum in D. virginem. Heroicum in opus de triplici candore, & alia complura. Claruit anno 1495.



Digitized by Google

* Petri Boneti, Carmelitæ Ipreuſis propugnaculum Chriſtiani dogmatis, de vera & corporali præſentia corporis Chriſti in ſacramento Euchariſtiæ. Antuerpiæ Ioannes Bellerus, anno 1565.

Petrus Bononus Tergeſtinus, ſcripſit lib. epigrammatum, epiſtolarum indefeſſam congeriem. Claruit anno 1494.

Petri Boni Ferrarienſis, rationes pro alchymia & contra, excuſæ cum Iani Lacinij collectaneis de lapide philoſophorum.

Petri Boquini, ſacræ theologiæ profeſſoris in ſchola Heidelbergenſi. Ad calumnias doctoris cuiuſdam Auij in Euangelij profeſſores, defenſio, 1558. in 4. Examen libri quem D. Tilemannus Heshuſius inſcripſit, De præſentia corporis Chriſti in cœna Domini. Baſileæ apud Oporinum, 1561. Theſes de cœna Domini. Heidelbergæ. Exegeſis diuinæ communicationis. * Eiuſdem aſſertio veteris ac veri Chriſtianiſmi, aduerſus nouum & fictum Ieſuitiſmum ſeu ſocietatem Ieſu. 8. Heidelbergæ apud Ioannem Marſchalum, 1579. Breuis notatio præcipuarum cauſarum diuturnitatis controuerſiæ de Cœna Domini. Octauo Heidelbergæ apud Ioannem Meyerum. Canones quibus defenditur διάνοια in verbis Chriſti, Hoc eſt corpus meum. Item Aſſertio ritus frangendi, & in manus ſumendi panis. 8. Heidelbergæ Michael Schirat 1563.

Petrus Borrana, de Lacu maiori, de Broſſago, ſcripſit aut locupletauit librum Venetijs impreſſum olim, qui inſcribitur Corona pretioſa, vbi è regione ponuntur vocabula Latina, Italica, Græca vetera, & Græca quorum hodie vſus eſt. Claruit anno Domini 1544.

Petri Brallier Pharmacopolæ Lugdunenſis, capitulationes ſuper apologia Ioan. Surrelh medici.

Petri Briſſoti medici noſtri temporis liber, ſiue apologia, de inciſione venæ in Pleuritide morbo, impreſſus Pariſijs apud Colinæum.

Petrus Brixienſis doctor iuris, congeſſit Repertorium ſiue Dictionarium, quod extat * Norimbergæ excuſum in fol. anno 1476.

Petri à Brouuershauen liber de ſacrificio Miſſæ. Item De meritorum Chriſti & ſanctorum conſenſu. Item quæſtiones paſtorales, & de cœlibatu ſacerdotum admonitio. Omnia ſimul impreſſa Louanij, 1572. in 8..

F. Petri de Bruniquello hiſtoriæ veteris & noui Teſtamenti, in 4. Ms. liber in charta in bibl. Imp. Viennæ.

Petrus Brutus, natione Venetus, epiſcopus Catharenſis, pro confirmatione Chriſtianæ fidei, ſcripſit inter cætera ingenij ſui opuſcula, ad Senatum Vincentinum opus celeberrimum & inſigne, ſanctarum ſcripturarum authoritatibus copioſe inſtructum aduerſum Iudæos. * Hoc opus pro infringendis Iudæorum erroribus, editum eſt in folio, extat in bibl. Imp. Viennæ. Claruit 1485.

Petri Bulengeri Inſtitutionum Chriſtianarum lib. 8. Pariſijs, 1561.

Petri Bunelli, Galli, Familiares aliquot epiſtolæ, excuſæ ſunt Pariſijs apud Carolum Stephanum, anno Domini 1551. in octauo, & Coloniæ apud heredes Arnoldi Birkmanni, 1568. in octauo. Quædam ex his in volumine epiſtolarum clarorum virorum impreſſæ ſunt.

* Petri Buonis nobilis Florentini, hiſtoria Florentina. Italice in 4. Florentiæ 1580.

Petri Burchardi parua Hippocratis tabula.

Petrus de Burgo S. Sepulchri, de Proſpectiuis picturæ librum compoſuit. Raph. Volaterranus.

Petrus Burrus Belgicus, patria Burgenſis, ſcripſit Odarum lib. 4. Hexametrorum lib. 1. Apologorum lib. 1. Elegiarum lib. 2. Epigrammatum lib. 1. Moralium, canticorum de duobus feſtis. De aduentu Domini. De vigilia Domini. De natiuitate Domini. De circuncisione Domini. De Epiphania. De Ieiunio. De ingreſſu in Hieruſalem. De confeſſione & Euchariſtia. De cœna Dominica. De laude crucis. De Paßione Dominica. De reſurrectione Dominica. De communione paſchali. De inuentione crucis. De aſcenſione Domini. De Pentecoſte. De Trinitate. De corpore Domini. De exaltatione crucis. De facie Dominica. Hymnos de omnibus ſanctis. De feſto beatæ Mariæ, epiſtolas & orationes non paucas, & quædam alia. Petri Burri Pæanes quinq; feſtorum D. Virginis Mariæ, & quidam alij eiuſdem hymni, excuſi ſunt Pariſijs ab Aſcenſio in 4. chart. 28. cum familiari expoſitione Aſcenſij. Claruit anno 1508.

* Petrus Buſæus Nouiomagus, diuinæ ſcripturæ teſtimonijs, ſanctorumque patrum ſententijs illuſtrauit opus catechiſticum, ſiue de ſumma doctrinæ Chriſtianæ D. Petri Caniſij. Coloniæ Geruinus Calenius, 1577. in fol.

Petrus Calæphatus ſuper ff. veteris.

Petrus Calo, de ordine fratrum Mendicantium ſcripſit, vitas ſanctorum librum 1. Georgius Wicelius.

Petrus de Candia, natione Cretenſis, ordinis fratrum Minorum, tandem ſummus pontifex Alexander V. nominatus, ſcripſit commentaria ſuper Sententias lib. 4. Sermones varios. & quædam alia. Claruit anno 1410.

Petrus Candidus December Nicolai V. magiſter breuium fuit, poſteritati magis cognitus ob conuerſum Appianum Alexandrinũ, quàm ſuo ſeculo Raph. Volater. Idem ſcripſit vitam Philippi vicecomitis, Suetonium æmulatus. Tranſtulit è Græco politiæ Platonicæ libros, quos et Humfrido Glocestriæ duci in Anglia dedicauit. Ioannes Lelandus. Petri Candidi, de genitura hominis liber, impreſſus olim Romæ, vt videtur, ſub nomine Candidi.

Petri Caniſij Ieſuitæ Inſtitutiones & exercitamenta Chriſtianæ pietatis. Antuerpiæ apud Plantinum in decimoſexto. Eiuſdem Catechiſmus ibidem in 8. Summa doctrinæ Chriſtianæ. Dillingæ. Commentariorum de verbi Dei corruptelis, liber primus, in quo de Ioannis Baptiſtæ hiſtoria Euangelica cum aduerſus alios huius temporis ſectarios, tum contra nouos Eccleſiaſticæ hiſtoriæ conſarcinatores ſiue centuriatores, pertractatur. Dillingæ, 1571. 4. Eiuſdem Martyrologium, ab authore emendatum & auctum

Digitized by Google

ctum. Ibidem 1573. Germanice. * De Maria
ne Dei genetrice lib. quinq. Atq; hic ſecundus
oſt Commẽtariorum de verbi Dei corruptelis,
ſus nouos & veteres Sectariorũ errores, nunc
m editus. Fol. Ingolſtadij apud Sartorium.
Petrus Canonicus Londinenſis Archidiaconus
m, ſcripſit Panteologum theologiæ lib. 52. Con
eccata lib. 6. De virtutibus lib. 6. De aduentu
iæ lib. 3. Remediarium conuerſorum lib. 2. Ser
s eruditos lib. 1. De terra Paleſtinæ lib. 1. Cla
nno 1230. Baleus.
Petri Cantoris Expoſitio ſuper XII. Prophe-
tem Diſcurſus ſecundum ordinem alphabeti de
materia theologica. M. Dreſſerus.
Petri Caponſachi de Pantaneto Aretini in Io-
Apoſtoli Apocalypſim obſeruatio, ad Seli-
II. Turcarum Imperatorem. Florentiæ, 1572.
arto.
Petri Caræ comitis equitiſq; orationes, epiſtolæ
pigrammata, excuſa Auguſtæ Taurinorum à
o Porro anno Domini 1520.
Petrus Carnotenſis cancellarius, ſcripſit Para-
ſim Pſalmorum. Vixit anno 1030.
Petri Cardinalis Camaricenſis diuerſi tractatus
cleſiaſtica poteſtate, interdicto. Item de permuta
e beneficiorum. Adiuncta bulla excommunica-
, qua Sixtus Papa excommunicat Venetos cum
ſtina 1483. in folio: in charta ſcriptus, bib. Imp.
næ.
Petrus Carolinus paſtor Varadienſis eccleſiæ,
onius, edidit eruditam & perſpicuam explica-
m orthodoxæ fidei de vno vero Deo, Patre, Fi
Spiritu ſancto, aduerſus blaſphemos Georgij
drati, & Franciſci Dauidis errores, libris duo
comprehenſam. Vuitenbergæ 1571. octauo. Scri-
tem Confutationem omnium hæreſum & erro
quæ ſparguntur à nouis iſtis Arrianis, breui
pero) publicandam.
Petri Carpentarij epiſtola: qua docetur perſecu-
s eccleſiarum Galliæ, non culpa eorum, qui reli
em profitentur, ſed eorum qui factionem & con
tionem fouebant, accidiſſe. Et ad Petri Carpen
epiſtolam reſponſio, Franciſci Porti Cretenſis,
arto.
Petrus Carpentoractenſis I. C. reliquit doctiſſi-
m volumen conſiliorum.
Petri Carrarij, Quæſtio de venenis ad termi-
n.
Petri Cartorij Ephemeris meteorologica, anni
ad latitudinẽ 51. graduum. 18. Antuerpiæ apud
nnem Bellerum 1578.
Petrus de Caſa Lemouicenſis, Carmelita, ſcri-
ſuper ſententias lib. 4. ſermones de tempore lib. 1
mones de ſanctis lib. 1. & quædam alia. Claruit
no 1330.
Petrus Caſſiodorus, Italus, vir nobilis atq; eru
us, ſcripſit monitorie ad Anglorum eccleſiam, ne
plius ferant Romanorum pontificum, ſeu potius
ntichriſti tyrannidem librum vnum. Claruit, vt
eo apparet, anno Domini 1302. Ex opere vetuſto
leus.

* Petri Catanei Seneſi quatuor libri priores de ar chitectura. Venetijs in ædibus filiorum anno Domini Italice. 1554.

* Petri Ceciæ Lugdunenſis pars prima Chronicorum, Antuerpiæ, anno Domini 1554. in octauo. Italice.

Petrus de Ceruſtis. I. C. citatur ab Aluoroto et Ioanne Andrea.

Petrus Cholinus Tuginus, Heluetius, poſt conſcriptum Dictionarium Latinogermanicum, eccleſiaſticos veteris teſtamenti libros latine reddidit, optima fide, diligentia ſumma, ex collatione pluriũ codicum, & puritate latini ſermonis adhibita: quo quidem opere per typographum abſoluto, an. 1542. eodem die piiſſima morte functus eſt. Eius autem dictionarium latinogermanicum, Froſchouerus excudit Tiguri 1541. Reliquit & Grammaticam linguæ Gallicæ latine ſcriptam, & germanicis exemplis illuſtratam, quæ nondum impreſſa eſt. Item de conſpicilijs libellum. Claruit anno Domini 1540.

Petrus Chryſologus, epiſcopus Rauennas, ſcripſit ſermones et homilias plures lib. 1. Ad Eutychen presbyterum epiſtolam 1. & alias plures, opus Homiliarum, numero 176. exc. Coloniæ apud Melchiorem Noueſianum 1541. Chryſologi cognomen tulit, ab aurea quadam ingenij atq; eloquentiæ vbertate. Claruit anno Dom. 450.

* Petrus Cieza, rerum Iudaicarum tomos aliquot edidit.

Petri Ciruelli Darocenſis Hiſpani commentarius in Sphæram mundi Ioannis de Sacrobuſto, impreſſus eſt Pariſijs 1498. cum Petri de Aliaco quæſtionibus in eundem librum. In præfatione mentionem facit Ioan. Pici Mirandulani.

Petrus Clarke in Oxonienſi gymnaſio liberalium artium magiſter ac ſacrificus Vuicleui ſectator fidelis, ſcripſit ad Antichriſti ſynagogam lib. 1. Contra mendicantes fraterculos lib. 1. Obijt anno 1433. Baleus.

Petrus abbas Cluniacenſis, ordinis S. Benedicti, ſcripſit reuelationes multorum librum vnum. De conuerſatione eremitica lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos librum vnum. Eius epiſtola ad Diuum Bernhardum Claræuallis Abbatem, de tranſlatione Alcorani, ſiue Saracenorum legis, ex Arabico in Latinum: impreſſa Baſileæ apud Ioannem Oporinum, cum Alcorano, &c. Claruit circa annum Domini 1200.

Petrus de Colle, ordinis fratrum Minorum, Germanus, ſcripſit de Authoritate Concilij librum vnum. Quæſtiones Sententiarum librum vnum. Sermones varios librum vnum, & alia complura. Claruit anno 1440.

Petrus Colmannus librum de Perfecto aulico, Cortegianum Italice inſcriptum, in Germanicam linguam tranſtulit.

Petrus Presbyter eccleſiæ Trecenſis, cognomento Comeſtor, ſiue Manducator, ſcripſit inſigne opus ad Guilhelmum Senonenſem Archiepiſcopum, in omnes libros Bibliæ hiſtoriales, quod vocauit hiſtoriam ſcholaſticam, diſtinctum in libr. 20. De ſan-

Digitized by Google

dibus S. Mariæ lib 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. & alia complura. Eius hiſtoria ſcholaſtica, impreſſa anno 1473. apud Gintberũ Zainer. Claruit anno 1260.

Petri Conſtantinopolitani epiſcopi, epiſtola ad Vitalianũ Papam Rom. citatur in VI. Synodo. Fuit autem hic Petrus Monothelita.

Petrus Contarenus fertur aliquid edidiſſe. Videtur gentilis eſſe Gaſparis Contareni, de quo ſupra dictum eſt.

Petrus Corbarius, cognomento Remalutius in agro Reatino ex humili loco natus, Pontifex à Cæſare Ludouico Bauaro creatus, ſcripſit Gloſſulam ſuper Chriſti imitatione lib. 1. Obijt Londini, anno 1331. Baleus.

Petri Cordati, adoleſcentis Bellunenſis, Præludia ſoluta ac ligata oratione, excuſa Florentiæ, anno Domini 1553.

* Petri Cordelini, Adapiales floſculi, in 4. Pariſijs 1520.

Petrus Corneus quidam Italus, Iureconſultus, ſcripta nonnulla reliquiſſe fertur, de Philippo Corneo paulo infra.

Petri Cortonæi libellus, cur Galenus ſcripſerit librum de Sanitate tuenda.

Patrus Coruesius Ceſpitelenſis Super 1. ff. veteris, in titul. finium regundorum. Eiuſdem de ratione artis librum, in quo diſcernitur, an ciuilis ſcientia methodo tractari poßit. Item Probationum teſtium, & fidei inſtrumentorum formæ.

Petri Coſtalij Pegma, cum narrationibus philoſophicis. Lugduni apud Matthiam Bõhomme, 1555. Eiuſdem liber aduerſariorum ex 25. libris Pandectarum Iuſtiniani Imperatoris. Lugduni impreßit Matthias Bonhomme in fol. anno 1554. Idem Super 2. & 2 Inforciati.

Petri Coſti Typus Meßiæ & Chriſti Domini, ex veterum prophetarum præſenſionibus contra Iudæorum ἀπιστίαν Item Chaldaica paraphraſis Eccleſiaſtis Latine verſa. Lugduni anno 1554.

Petrus Coudebergus Pharmacopoeus Antuerpianus, Valerij Cordi Diſpenſatorium correxit, & ab erroribus non paucis vindicauit, adiecto Valerij Cordi nono libello, alijsq; paucis. Antuerpiæ Plantinus 16. anno 1568.

Petrus Crabbe Machlinienſis, ordinis diui Franciſci de Obſeruantia. Concilia omnia ab Apoſtolorum temporibus in hunc vſque diem, ex vetuſtißimis diuerſarum regionum bibliothecis in duos Tomos conſcripſit. Opus impreſſum Coloniæ, anno Domini 1538.

Petri Cracouienſis, Computus Eccleſiaſticus, vel aſtronomicus, impreſſus in Germania, 1501. per capita 9.

Petrus Craſſus, ſcripſit in 2. Decret. de reſtit. ſpol. c. cum ad ſedem.

Petrus Creſcentienſis, ſenator Bononiæ, ſcripſit de agricultura, multisque plantarum & animalium generibus libros 12. Henr. Petri impreßit Baſileæ 1538.

Petri Crinsti opera quædam, excuſa Pariſijs a-



pud Aſcenſium, 1513. & B
1532. Sunt autem hæc, De
diuiſi in multa capita. De p
bus multa veterum poetar
tur. In epilogo huius operis
maticis atq; oratoribus, pau
ros: itidem in epilogo operi
libros complures epiſtolicar
matum, ſiue odarum varij a
ra alia ab eodem Crinito co
alibi locis multis, tum Ferr
cipes. Eius epiſtolæ quædam
rum Io. Franciſci Pici, & 
Politiani. Claruit anno 150

Petrus Criſpus, ſcripſi
* Eiuſdem in Hippocratis 
mentaria 4. Romæ 1575.

Petri de Cognerijs, or
bus, qua defendit regni Ga
Eccleſiaſticos.

Petrus Curius Bergis
ſcripſit grammaticam Græc
Antuerpiæ circa annum 15

Petri Curſij poema de
ientum, excuſum Romæ. 
men heroicũ lachrymabile,
torem in Vrbis excidio: cum
Franciſci Francorum regis
bis cadauere, vt ipſe loquitu
auxilium contra milites Cæ
leæ apud Rob. Winter, 15
poematum. Liber quidem in
ſpondit Deſ. Eraſ. vt ſupra
rum Eraſmi. Claruit anno 1

Petri Cuſſumani regin

Petrus de Dacia, Aſtr
pſit de Calculo, ſeu Comput
que lib. 1. & tabularum ſu
no 1300.

Petri Dailefeit, Funda
vſum puerorum ad breuam
duni, 1573.

Petri Dalbitij Græce
in vſum ſtudioſorum Græc
tenbergæ.

Petrus Daguinus M
rici Cornelij Agrippæ præ
uem Lullij.

* Petri Damaſceni frag
Græce manuſcripta in biblio
in quarto.

Petrus Damiani ex m
piſcopus Hoſtienſis, & c. ſcri
3. De incontinentia ſacerdot
clericorum lib. 1 Regulam ſo
tatorium ad monachos lib. 1.
poris lib. 1 De profectu mon
gion contra Iudæos lib. 1. D
lib. 1. Vitã Odilonis abbatis l
lib. 1. De meditatione mortis
ſimoniacos lib. 1. Contra qu

Digitized by Google

nſolentia malignorũ hominum lib.1. Grauiſſi-
ſeu probatiſſimus lib.1. Declamationes rheto-
lib.1. De naturis quorundam animalium lib.1.
Flora & Lucilla lib.1. De Caſſiano martyre
1. De ſancto Bonifacio lib.1. De ſancto Anaſta-
ib.1. Sermonum & homiliarum lib.1. Eiuſdem
Eccleſiaſtica inſtitutione & Simoniacæ hære-
confutatione, liber impreſſus Coloniæ apud Gy-
icum cum 3. Proſperi libris. Item de excellentia
Ioannis Baptiſtæ homiliæ 2. Ibidem excuſæ. De
libus parentelæ ad Ioannem Cæſenatem epiſco-
o. Claruit anno 1050. * Petri Damiani Pictaui-
s epiſtolæ de vniuerſa monachorum vita & re-
one. In fol. in mẽbrana ſcriptus liber in bib. Imp.
Petri Damiani presbyteri, contra Græcos de
cti Spiritus proceſſione liber, extat Viennæ apud
olff. Lazium.
Petrus Daneſius Pariſijs magna cũ laude Græ
literas docuit. Eius epiſtola inter alias clarorum
orum epiſtolas excuſa eſt Pariſ. 1556.
Petrus Daniel Aurelius edidit antiquam co-
diam, quæ dicitur Querolus, additis ſcholijs. Pa-
is, 1564. in 8. Audito eundem complura manu-
ipta exemplaria vetera habere.
Petrus Daſypodius, natione Heluetius, vir v-
q; linguæ doctiſſimus, Lexicon Græcolatinum in
m iuuentutis diligenter congeſſit, ablatis dictio-
us obſoletis, aut barbaris & authorum teſtimo-
, quæ in maioribus Lexicis habentur, vt quæ ty-
ibus non ſint neceſſaria. Ribelius excudit Argen
ti, 1539. Eiuſdem Dictionarium Latinogermani
, & viceuerſa Germanicolatinũ, ex optimis La
linguæ ſcriptoribus concinnatum, cum appendi
ocabulorum in locos & claſſes aptè digeſtorum,
s recenſet catalogus ab initio operis, Ribelius ex
it Argentorati iam ſæpius: magno enim ſtudioſo
applauſu non immeritò ſubinde diſtrahitur.
ruit anno 1554.
Petri Dathæni ad criminationes & maledicta
omi reſponſiones duæ: editæ in octauo ſeparatim:
ponſio ad quæſtiones miniſtrorum Francofortẽs
ccleſiæ de confeſſione Dreſdenſi, ab illis editas.
idelbergæ, 1572. Germ.
Petri Deaurati Dominicani adunatio præcipu-
m materiarum in diuerſis locis epiſtolarũ S. Pau
aſſim contentarum, in 12. Pariſijs, 1542.
Petri Diaconi liber de literis antiquis ad imita
ndm Valerij Probi, impreſſus eſt Venetijs à Ioan
Tacuino, anno 1525. in 4. cum Demetrio Alabal-
& alijs quibuſdam.
Petrus Diſroy Gallus, inter cætera ſcripſit de
ditione Syriæ lib.1. De recuperatione Hieroſo-
næ lib.1. Et alia quædam. Robert. Fabianus.
Petri Diuæi Louanienſis, De Galliæ Belgicæ
tiquitatibus, ſtatum eius quem ſub Romanorum
perio habuit complectens. Antuerpiæ apud Plan-
um, 1566. in 8.
Petri Doleti, De morbis puerorum. Articula-
morbi defenſio.
Petri Dominici de Muſis, Placentini, Formula-
rium inſtrumentorum.

Petrus Donatus epiſcopus Paduanus, & cancellarius Paduani ſtudij, laudatur ab Aluoroto in proœmio Feudorum.

Petrus Dorlandus, Dieſtenſis, Teuto natione, ac profeſſione Carthuſianus, ſcripſit vitam S. Annæ lib.1. Violam animæ lib.6. De Chriſti paſſione dialogum lib.1. Et alia. Quæ omnia ſunt impreſſa. Claruit anno 1490. Iodocus Badius.

Petri Droeli medici è ſchola Pariſienſi, Conſilium nouum de Peſtilentia, Pariſijs, 1573. in 8.

Petri Duennas Hiſpani, Regulæ iuris cum fallentijs. Pars prima.

Petrus Dugienſis, ſcripſit ſummam ſuper hiſtorijs ad vſum Eccleſiæ lib.1. Londini in biblioth.

Petrus Ediſſenæ eccleſiæ presbyter, ſcripſit Syro ſermone in Pſalmos commentarios, & in Pſalmos etiam metro luſit lib.1. Homilias ad populum dictauit, vide Gennadium. Claruit anno 450.

Petrus Eliacus, ſcripſit librum de poteſtate eccleſiaſtica, in ſeptem Pſalmos pœnitentiales. Meditationes in Pſalmum, In te Domine ſperaui, &c. Item in Pſalmum, Iudica me Deus, &c. Meditationem in ſalutationem Angelicam. Alij eum vocant Petrum Aliacum, de quo ſupra. Sed Baleus Eliacum appellat.

Petri Elſeni, Buſceducenſis carmen Phalætium additum eſt orationi gratulatoriæ Ioan. Stratij ad Leonoram Galliæ reginam.

* Petri Emotæ doctoris theologiæ, in Academia Pariſienſi, catholicæ fidei profeſſio, primum vtriuſq; Teſtamenti. Deinde ſanctiſſimorum patrum, qui primis duobus eccleſiæ ſeculis floruerunt, teſtimonijs cõfirmata. 8. Pariſijs apud Nic. Cheſneau, 1580.

Petrus Ecloiſius, ſcripſit in Martialis epigrammatum libros indicem copioſum alphabeticũ, ſecundum librorum & epigrammatum numeros. impreſſum in Italia (Venetijs vt coniicio) chart. 12. & dimid. in 8. circa annum D. 1553.

Petri Fabri ſupplicum libellorum in regia magiſtri in regulas iuris cõmentarius. Lugduni, 1566. in folio. Eiuſdem ſemeſtrium liber. Pariſijs, 1570. in quarto. * Eiuſdem rhetorica & protocollum notariorum Gallice. In 8. Pariſijs 1534. & 1547.

* Petri Fabri, neſcio an eiuſdem reſpõſio ad Petri Carpentarij famelici Rabulæ ſæuum de retinendis armis, & pace repudianda cõſilium: ad V. C. Lomanium Terridæ et Sereniaci Baronẽ. 8. Neuſtadij 1579.

Petri Floris Hiſpani carmina quædam leguntur in libro epigrammatum Scholæ Chriſtianæ. Baſileæ impreſſo.

Petri Follerij de S. Seuerino Neapolitani, Commentaria ſuper Practica regni Neapolitani de Sodomia & ictu balliſtæ. Eiuſdem Practica canonica & ciuilis. Eiuſdẽ Practica criminalis dialogice cõtexta, ſecundũ diſpoſitionem capitulorum, Conſtitutionũ, Pragmaticarum, & Rituum regni Neapolitani. Venetijs apud Bar. Rubinum, 1568. in 8. Praxis cenſualis, in qua cenſuum materia abundantiſſime deſcribitur, cum ſummarijs & indice, ab authore ſecunda editione, nouis & quamplurimis additionibus illuſtrata. Venetijs, 1569. in 8.

Petri Fontidonij D.Theologi, pro ſacro & œcumenico concilio Tridentino, aduerſus Ioannem Fabricium Oratio, *habita in concilio, nomine Philippi II. Regis Hiſpaniarũ. Conciones item duæ in concilio habitæ. Acceſſerunt ijs etiam tres aliæ orationes Romæ ad Pium V. habitæ. 8. Antuerpiæ apud Plantinum, 1574.

Petrus Franciſcus Giambullari, Academicus, Florentinus, ſcripſit Italice de Origine linguæ Florentinæ. Torrentinus excudit, anno Domini 1549. in octauo.

Petrus Franciſcus Curtius Super 2.ff.veteris, ſi cert.petatur l.cum quid.

Petri Franciſci I.C. additiones & apoſtillæ ſuper Conſtitut.regni Siciliæ.

* Petri Franciſci Manezaſotæ, Allegationes iuris canonici, in fol. manuſcriptæ.

Petri Franciſci Pauli medici Florentini tractatus de venæ ſectione aduerſus Auicennam: Lugduni apud Gryphium, 1534. cum alijs nouæ academiæ Florentinæ opuſculis.

Petrus Franciſcus Zinus, Veronenſis, Gregorij Nazianzeni orationem de amandis & amplectendis pauperibus, & D. Gregorij Niſſeæ pontificis eiuſdem argumenti orationes duas, è Græco in Latinum tranſtulit, excuſas Pariſijs apud Vaſcoſanum, anno 1550. Item Panopliam dogmaticam orthodoxæ fidei, excuſam Venetijs, 1555 in folio. Ephræmi opera quædam. Dillingæ, 1562. in 8.* Idem de vita patriarchæ Ioſephi, à Philone Hebræo Græce compoſita, & ab ipſo in Latinum conuerſa. 8. Venetijs. Eiuſdem aurea quædam opera, trium præſtantium Gregoriorum, Neocæſarienſis, Nyſſeni, & Nazianzeni. 8. Venetijs. Item præclara quædam opera quatuor Illuſtrium Abbatum, Ephræm, Nili, Marci & Eſaiæ, è Græco in Latinum conuerſa 8. Venetijs. Orationes tres. Prima in aduentu R. Auguſtini Vallerij Epiſcopi Veronenſis. 2. De philoſophiæ laudibus. 3. De iuris & legum laudibus. 4. Venetijs.

* Petrus Furnius Inuentor, De hiſtoria Ioſephi, fol.8. Eiuſdem Inuentor, De incidente in latrones, folio 6.

Petri Galatini, ordinis Minorum, opus de arcanis catholicæ veritatis, in Hebraicis libris, præſertim in Talmud inuentis, in defenſionem præſtantiſſimi viri Ioannis Capnionis, & aduerſus Iudaicam noſtri ſeculi obſtinationem, Dialogo editum Orthonæ maris, anno 1518. Et Baſileæ apud Henricum Petri in folio.

Petrus, ordinis fratrum Prædicatorum, Gallus, compoſuit per anni circulum, ſermones de tempore, ſermones quoq; de ſanctis, &c.

Petrus Gallandius, profeſſor regius literarum Latinarum, edidit orationem pro ſchola Pariſienſi, contra nouam academiam Petri Rami, excuſam Lutetiæ, anno 1551. in 8. Scripſit etiam quædam in Quintilianum. * Eiuſdem de agrorum conditionibus & conſtitutionibus commentarij, ex varijs auctoribus collecti. Pariſiis 1554.

Petrus Galeſinus, tranſtulit in Latinam linguam Gregorij Niſſeni Conciones V. De oratione



Dominica. Conciones 8. de
Romæ 1563. in 4.* Eiuſdem
manæ eccleſiæ vſui in ſingul
datum. 4. Venetijs. Item no
picij hiſtoriam.

Petrus Galterius, Thol
gus, ſcripſit commentarium i
laus Betrandus.

Petrus Gambon, iuriſp
tutibus.

Petrus Garnengi, Ar
cialis Carmelitarum Turoni
religionis lib.1. Hiſtoriam ec
conſtitutionum lib.1. Conci
Et alia. Obijt anno Domi
Burellus.

Petrus Garſias de Xan
paſſo Ioan. Eccij, inter ſcripto

Petri Gaudea Summa
Sacramentis: ſecunda de Le
tibus, vitijs: Tertia de Con
bus, ſtatibus, beneficijs, Simo
Sorbona.

Petrus Gedultig ſeu P
dantias Bibliorum Germani
ſionem Lutheri. Francofurti,

Petri Gemelli ad Ariſt
rendi inſtitutio, & Compen
lis de arte dicendi, excuſ. in 4

Petri Georgij, Chalced
Sabellici.

* Petri Georgij Tolozani,
lis, Tomus alter, in quo ſcien
nium traditur epitome. 16. L

Petrus Gerardus iuriſp
ria.

Petrus Gerardius Brug
fœdus & victoriam contra
rinthiacum Non. Octob. M.
legit, diſpoſuit & edidit Ven

Petrus Gilius Albienſi
num locupletauit, quod Curt
Tranſtulit etiam Theodoreti
phetas minores, excuſa Lug
anno 1533. & Pariſijs apud R
Aeliani de animalium hiſtor
cit ad Franciſcum regem Ga
paſſim ſuis locis adiecit ex Po
piano. Eiuſdem liber de piſciu
licis & Latinis nominibus, q
Genuæ & Venetijs præſerti
duntur. Gryphius excudit an
phori Thracij. Item: Deſcript
politanæ Lug. apud Rouilliu

Petri Glaſeri, concionat
quadraginta duæ, cur mors n
Chriſtiano, varijs hiſtorijs ex
tiones Satanæ numero quadr
ſtras impugnat. & quomodo
ſinæ, 1569. & Norimbergæ,
plicatio orationis Dominicæ

Digitized by Google

1571. Libri tres Solomonis, Prouerbia, Eccleſiaſtes, & Sapientia, item liber Ieſus Sirach, ſecundum rationem virtutum & vitiorum ordine decalogi, in locos C. diſpoſiti, Lipſiæ, 1572. Germanice omnia.

* Eiuſdem ſexaginta Homeliæ funebres de peſte graſſante tempore Dauidis Regis ex 2. Samuelis libro 24. capite. Itemque de peſte Regis Ezechiæ 4. Reg. 20. Germanicè. Dreſdæ in 4. anno 1582.

Petrus Gnodalius de ſeditione ruſticorum, anno 1525. per Germaniam exorta. Baſileæ in officina Henr. Petri, in 8. 1570.

Petri Godofredi I.C. Procuratoris Regis Carcaſonenſis dialogus de amoribus tribus libris diſtinctus, excuſus Lugduni à Theobaldo Pagano, anno Domini 1552. Idem ſcripſit ſuper nonnullos titulos primi libri Codicis, vbi de hæreticis & eorum pœnis tractat.

Petrus Godofredus Remens, Ioan. Murmelij tabularum opuſcula in epitomen redegit. Gryphius excudit Lugduni. Eiuſdem erotemata ſiue iſagoge in primas literas, ibidem 1538. * Eiuſdem Liber Prouerbiorum, Pariſijs apud Carolum Stephanum, anno 1555.

Petri Gorrai Bituricenſis, formulæ remediorum, quibus vulgo medici vtuntur.

* Petri Gregorij Tholoſani I.V. Doctoris, & profeſſoris publici in Academia Tholoſana, Syntagma Iuris vniuerſi, atque Legum penè omnium gentium, & rerum publicarum, in tres partes digeſtum. In fol. Lugduni, anno 1582.

* Petri Grinogoire, præclaræ doctrinæ, adagia & prouerbia, Gallicè in 16.

Petri Gumberi de arte Rhetorica libri duo: technologicis ſcholijs illuſtrati, opera Valentini Erythræi. Argent. apud Sam. Emmelium, 1568.

* Petrus Gymnicus Aquenſis Canonicus Marcurianus ſcripſit doctam epiſtolam vel præfationē in Dialecticam Timani Cammeri. Scripſerat quoq; idem multa de donatione Conſtantini: ſed per turbas anabaptiſticas intercepta fuerunt.

* Petri Gwaltherij Chabotij Pictonis Sanlupenſis expoſitio analytica, & breuis in vniuerſum Q. Horatij Flacci poema ex ipſius commentarijs maiorum vigiliarum, ac triplicis artificij mox in apertum proferendis breuiter exſcripta, vtiliterq; ad ſenſum vatis facilè exprimendum, & ad memoriā lectoris non mediocriter iuuandam accommodata. in 8. Pariſijs, anno 1582.

Petri Haffneri Conciones quatuor Catholicæ, ſuper Euangelia Dominicalia in Aduentu, in quibus agitur de vera agnitione Chriſti, & ſignis aduentus eius, quomodo veri Chriſti miniſtri agnoſcantur, & quod ſit antiſtitum officium. Ingolſtadij, 1568. in octauo. Germanice.

Petrus de Herenthal, monachus ordinis Præmonſtratenſis, collegit ex varijs doctorum commentarijs interpretationem in Pſalmos, appoſitis vbique doctorum nominibus: opus eſt ingens, ſcriptum circa annum D. 1436.

Petrus Hædus ſacerdos Portuſnaenſis, ſcripſit Anteroticorum, ſiue de amoris generibus lib lib. 3. excuſos Taruiſij apud Gerhardum de Flandria, anno 1492.

Petri Haſſardi Commentarij in Eobani Heſſi bonæ valetudinis tuendæ præcepta. Francofurti Egenolphi hæredes, 1568. in octauo. Eiuſdem (ni fallor) Clypeus aſtronomicus.

Petri Haupt libellus precum, quo præcipuæ preces veteris & noui Teſtamenti continentur, & præterea nonnullæ alia.

* Petri Hegelmundi Lectoris Theologiæ Ripenſis Dani Epitomes orthographiæ Aldi Manutij compendiolum, vt pueribus Scholis vſui eſſe poſſit, ab ipſo authore confectum. in 8. Antuerp. Idem Epigrammata Philippi Melanchthonis ſelectoria collegit, quæ ſunt iconibus argumento conuenientibus elegantiſſimis, exornata à Sigiſmundo Feyrabent. In 4. Francofurti anno 1583.

Petrus Heliæ, ſcriptor iuris, citatur in ſumma Angelica.

Petrus Helias reſpondens 14. libris Priſciani, maioris voluminis.

Petrus Henham monachus Waldenenſis ſcripſit Anglorum Chronicon lib. 1. Claruit anno Domini 1224. Balens.

Petri Herimontani paucula quædam extant de laudibus Germanorum, quos Italis confert & præfert: impreſſa Marpurgi ab Egenolpho, anno 1542. in libello de Germanorum hiſtorijs.

* Petrus Heyns, ludimagiſter Antuerpienſis rhythmis Gallicis deſcripſit vitam & paſſionem Ieſu Chriſti. Antuerpiæ 1573. Idem ſpeculum mundi rhytmis Brabanticis reddidit. Eſt autē nihil aliud quam quædam epitome theatri orbis terrarum illius magni per Ortelium æditi. Antuerpiæ apud Chriſtoph. Plantinum, 1579. in 4.

Petri ab Hipponezarito martyris verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Petrus Hiſpanus Portugalenſis, epiſcopus Tuſculanus, &c. ſcripſit theſaurum pauperum lib. 1. de problematibus lib. 1. canones medicinæ lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. & quædam alia. Tractatus ſex logici, cum copulatis elucidatorijs magiſtrorum in Burſa montis Coloniæ regentium: impreſſi Coloniæ apud Hen. Quentel. 1503. Pet. Hiſpani Summulæ, cum interpretatione Georgij Bruxellenſis, & Thomæ Bricoti quæſtionibus, textuq; ſuppoſitionum, &c. Iannot de Campis excuſ. Lugduni, 1509. * Eædem ſummulæ Logicales etiam cum expoſitione Verſorij Pariſienſis. Venetijs apud F. Sancouinum, 1572. Claruit anno 1275.

Petrus Iacobus iuriſperitus, ſcripſit practicam & librum de arbitris. Eiuſdem tractatus de actionibus & libellis formandis, manuſcriptus apud M. Dreſſerum.

* Petri Iacobi Arrelianenſis I.C. clariſſ. Aurea practica libellorum. 4. Coloniæ apud Geruinum Calenium, & hæredes Quentelios.

Petri Iacobi Banelli, de peſtilenti ſtatu, liber impreſſus (vt arbitror) in Italia.

Petri Ieremiæ ſermo, theologicus opinor, im-



Digitized by Google

*preſſus : vt habetur in catalogo bibliopolij cuiuſdam Italici.*

Petri *Ieremiæ Panormitani, Sermones per totum annum. Eiuſdem Expoſitio orationis Dominicæ, decem præceptorum, paſsionis Chriſti. Haganoæ Henricus Gran,* 1551.

* Petri *Illicinij I.C. præfatio de lege ac iure ciuili. in* 8. *Viennæ* 1571.

Petrus *Ioannellus Bergomenſis, de Gandino, collegit nouum theſaurum muſicum, quo ſelectiſsimæ planeq́; nouæ cantiones ſacræ (quas vulgo Moteta vocant) continentur,* 8. 7. 6. *&* 4. *vocum, à præſtantiſsimis ſymphonetis compoſitæ, & ad omnis generis inſtrumenta muſica accommodatæ. Venetijs apud Gardanum* 1568.

Petri *Ioan. Ancharani Regienſis I.C. Quæſtionum familiarium libri tres.* * *Hac poſtrema editione prioribus duobus, qui publice circumferebantur tertius additur liber folio Venetijs: quibus & quartus D. Guilielmi Onciaci, Academicas quæſtiones continens, acceſsit. In fol. Francof. ſumptibus Sigiſ. Feyrabendi.* 1579. *& Venetijs apud Iulium Tamburinum, in* 8. 1579.

Petrus *Ioannis diœceſis Biranenſis, ſcripſit poſtillam ſuper Matth. ſuper epiſtolas & ſuper Apocalypſ. in qua Papam antichriſtum dixit. Scripſerunt contra eum Anſelmus & Bernardus.*

Petri *Ioan. Numeſij Valentini Epitheta ex M. T. Cicer. collecta. Lugduni & Col. impreſ.* 1571.

Petrus *Ioannes Oliuarius Valentinus, Hiſpa. cùm ex vetuſtis codicibus, tum ex interpretibus Græcis, caſtigauit Porphyrij Iſagogen, Prædicamẽta Ariſtotelis, librum de enunciatione, & priora reſolutoria. Vuechelus excudit Pariſijs Græce. Annotationes in Ciceronis opus de finibus bonorum & malorum, ibidem excuſæ,* 1573. *& Baſileæ* 1544. *Scholia in Ciceronis fragmentum de ſomnio Scipionis. Item, Summa capita in Ciceronis philoſophiam moralem. Rob. Vuinter excudit Baſil. cum alijs quibuſdam libellis,* 1538. *Annotationes in librum ſecundum hiſtoriæ naturalis Plinij, impreſſæ Pariſijs à Vuechel. Annotationes in Pomponij Melæ de ſitu orbis libros tres Lutetiæ, anno* 1536. *excuſæ, & Baſileæ apud Rob. Vuinter cum Hermol. Barbari caſtigationibus in eundem, & Solini Polyhiſtore. De prophetia & ſpiritu prophetico liber, impreſſus Baſileæ apud Ioan. Oporinum* 1545. *Claruit Lutetiæ anno D.* 1536.

Petri *Ioannis Perpiniani, è ſocietate Ieſu orationes quinq. Dillingæ* 1572.

Petrus *Ioan. Prouenzalis, Quodlib. Sorbona.*

Petri *Iuſtiniani patricij Veneti Aloyſij. F. Rerum Venetarum ab vrbe condita hiſtoria ad annũ* 1575: *nunc ab eodem reuiſa, & rerum memorabilium additione exornata, Venetijs an.* 1560. *&* 1572. *in folio.*

Petrus *epiſcopus nouæ ciuitatis, natione Italus, ſcripſit opus quoddam inſigne, in quo omnes noui & veteris teſtamenti hiſtorias ad alphabeti ordinem redegit, & ad ſingulas materias diſpoſuit, ſuper ſententias lib.* 4. *In Prouerbia Salomonis lib.* 1.



*In Eccleſiaſten etiam lib.* 1.
*lib.* 1. *& alia multa.* Præ
*Bibliã optimis commentar*
*Claruit anno D.* 1410.

Petrus *Keningalus Ca*
*nes ad Clerum lib.* 1. *Diſput*
1. *Obijt anno* 1494. *Baleus.*

* Petri *Kratepolij Mino*
*ſcoporum Colonienſium ac*
*vſque ad modernos, catalog*
8. *Coloniæ, apud Godefridu*

Petrus *de Kyrslacken,*
*ſcripſit de paſsione Domini*

Petri *de Lacelata Chi*

Petrus *Lagnerius Co*
*ceronis operibus illuſtriores*
*mata, parabolas, ſimilitudin*
*tias diuerſi generis collegit*
*Lugduni apud Guilielmum*
1549.

* Petri *Landſbergij Incit*
*carmine elegiaco ſcriptum.*

* Petri *de Largalata Chi*

Petrus *Lauinius, ſcrip*
*rationem fabularum aliquo*
*uidij, impreſſam Lugduni.*

Petrus *de Lauanderijs*
*edidit de doctoribus.*

* Petri *Leonardienſis Fr*
*cleſiæ ſcriptoribus liber. in* 8
Petrus *Leuinus Soſan*
*rationis partibus libellum*
*prima fundamenta breuiter*
*eſt Francofurti ad Viadrum*
*anno* 1551.

* Petri *Licentiati Luxa*
*monialia, in* 8. *Hiſpanice.*

Petri *Licetij Aluernij,*
*& poteſtate Papæ. De hære*
*folio* 2. * *Eiuſdem aduerſus*
*reſim commentarij nouem: L*

Petrus *Ligneus Gran*
*tiones Iuſtiniani.*

* Petri *Literati Quinqu*
*Exegetica ad arma ſumenda*
*Maximilianum* 2. *Rom. Im*
*tum in folio regali ſcriptus l*
*theca Imperatoris.*

Petrus *Lombardus ep*
*ſcholaſtico, ſcripſit ex di*
*opus, ſententiarum lib.* 4. *in*
1. *in omnes epiſtolas Pauli li*
*lib.* 1. *Claruit anno Domini*
*tentiarum, cum concluſionib*
*& Concordantijs Bibliæ ac*
*principio ſingularum diſtinct*
*poſitis: item errores quidam*
*articuli in quibus Magiſter*
*netur, opus impreſſum diuerſ*
*liæ. Eiuſdem in omnes D. Pa*
*ctanea, ex Auguſtino, Am*

Digitized by Google

aliiſq́ nonnullis ſcripturæ primarijs interpretibus, ſumma arte diligentiaq́ contexta, excuſa Pariſijs in officina Rob. Stephani, venduntur 10. ſolidis Gallicis. * Petri Lombardi Epiſcopi Pariſienſis (qui Magiſter Sententiarum appellatur) in librum primum Sententiarum, qui eſt de vero Deo, eſſentia quidem vno, perſonis autem trino: Lamberti Danæi Commentarius triplex: vnus, ad marginem ipſius libri, in quo ſingularum Diſtinctionum artificium breuiter explicatur. Alter, vbi locorum à Lombardo prolatorum accurata collatio facta eſt. Tertius, qui Cenſuram Doctrinæ, Methodiq́ Lombardi, tum ex ipſo Dei verbo, tum ex veris ſententiarum ſcribendarum præceptis habet. 8. Geneuæ, apud Euſtath. Vignon.

Petri Lombardi in ciuitate Aurelianenſi Lectura de Actionibus. Item Commentum circa duas partes Decreti, quod abſorbet multas diuerſitates & difficultates. M. Dreſſerus.

Petrus Longatoſta, Gallus, Canonicus regularis cœnobij Bridlyngtonenſis in Anglia ex Latino Sermone in metra Gallica tranſtulit opus Hereberti de Boſham, de vita Thomæ Cantuarienſis lib. 1. Ioannes Lelandus.

Petri Lorioti Galli I.C. profeſſoris Lipſenſis, de apicibus iuris, liber Lugduni impreſſus, item de gradibus affinitatis & conſanguinitatis ibidem à Gryphio. Comment. in titulum, Si certum petatur, Lipſ. à Wolrabo. De iuris arte tractatus 20. Eiuſdem commentarius de regulis iuris, Lugduni Sebaſtianus Gryphius impreſſit, anno 1555.

Petri Loticij Secundi carmen Epithalamium in nuptias Sigifridi Hetteni & Eliſſa Loticiæ, excuſum Marpurgi anno 1544. Eiuſdem aliud Epithalamium de nuptijs Ioan. Beutheri, ibidem excuſum. In natalem Ieſu Chriſti elegia. Precatio ad ſpiritum ſanctum, & epicedium in obitum Crucigeri, Witenbergæ. Eiuſdem elegiarum libri excuſi in Gallia. Scripſit etiam (vt audio) lib. 2. de remedio ebrietatis nondum impreſſos. Eiuſdē Poemata excuſa Lipſiæ anno 1572. in octauo Carmē in nuptias Ioannis Guilielmi Saxoniæ ducis, &c.

Petrus Lucenſis tranſtulit Plutarchi opus de rebus ac ritibus Romanorum, & aliud de rebus ac ritibus Græcorum: habentur impreſſa Baſileæ apud Cratandrum, cum cæteris Plutarchi moralibus Latine redditis. * Eiuſdē ars bene perpendendi et examinandi hiſtoriam paſſionis D. noſtri Ieſu Chriſti anno 1543. in 8. Italicè.

Petrus de Lutra monachus ordinis Præmonſtratenſis, ſcripſit ſuper ſententiarum lib. 4. In Euangelium Ioan. lib. 1. Ad Balduinum archiepiſcopum de prærogatiuis eccleſiæ Treuirenſis lib. 1. Septenarium candelabrorum de ſummi Pontificis eminentia lib. 3. Contra Michaelem minoritam & ei adhærentes, qui ſummū Pontificem impugnabant, lib. 1. Epiſtolarum lib. 1. Sermones de tempore & ſanctis per circulum anni lib. 2. Claruit anno Domini 1330.

Petrus de Luna: vide in Ioan. Gerſon, tomo eius operum primo.

* Petri Malferiti Patricij Balearis apologeticum iuris reſponſum quo oſtendit Regiones noui orbis Ferdinando & Carolo rectè à Papa eſſe donatas: liber ſcriptus in 4. paruo.

Petri Manducatoris ſermones.

Petri Mantuani Logica impreſſa.

Petri Marcelli Patricij Veneti, De vitis principum & geſtis Venetorum liber. Venetijs anno Domini 1554. in octauo. * Et Francoforti apud Sigiſmundum Feyrabent, anno 1580.

* Petri Marcelli, Syluestri Gyrelli, Henrici Kelneri, De vita moribus & rebus geſtis omnium ducum Venetorum, qui iam inde à reſtituta republica ipſorum, vſque ad noſtram ætatem, imperio præfuerunt ſuccincta hiſtoria. in 8.

Petri Marſi commentaria in libros 3. Ciceronis de natura deorum, impreſſa Baſileæ apud Ioan. Oporinum 1544. innumeris quibus ſcatebant mendis repurgata. Explanatio in Ciceronis libros de officijs, amicitia, ſenectute & paradoxis, impreſſa Lugduni, anno Domini 1514. Scripſit etiam annotationes in Terentium. Eius commentaria in Silliū Italicum de ſecundo bello Punico, excuſa Venetijs apud Baptiſtam de Tortis, anno 1483.

Petri Martyris ab Angleria, Mediolanenſis oratoris, de inſulis nuper repertis vel de rebus Oceanicis & Orbe nouo decades 3. item legationis Babylonicæ lib. 3. Bebelius excudit Baſileæ anno Domini 1533.

Petrus Martyr Vermilius, Florentinus, ſacras literas magna cum laude docuit Argentorati, & Oxonij in Anglia, & poſtremo Tiguri. Scripſit plurima, è quibus hæc ab ipſo edita ſunt. Catechiſmus, ſiue ſymboli expoſitio Italice: libellus impreſſus apud Oporinum. Commentarij doctiſſimi in epiſtolam priorem D. Pauli ad Corinthios, excuſi Tiguri à Froſchouero anno Domini 1551. in quarta forma, & in folio. Commentarij in librum Iudicum, ab eodem excuſi in folio. In epiſtolam D. Pauli ad Romanos commentarij, quos Pet. Perna Baſileæ excudit in folio & in octauo. Defenſio doctrinæ veteris & Apoſtolicæ de ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento, aduerſus Stephani Gardineri librum, quem ille primum ſub commentitio nomine Antonij Conſtantij deinde proprio ſuo ipſius nomine appoſito euulgauit: opus longe accuratiſſimum, in quo quicquid de Euchariſtia, in ſacris literis, Patrum Conciliorumq́ monumentis proditum eſt, accuratè & copioſe tractatur. Tiguri excuſ. anno Domini 1559. in folio. Diſputatio de Euchariſtiæ ſacramento habita in celeberrima vniuerſitate Oxonienſi, & eadem retractatio ibidem habita: Hi duo libri primum in Anglia excuſi ſunt, & poſtea Tiguri apud Andream Geſnerum & Rodolphum Wyſſenbachium anno D. 1552. in 8. & poſtremo à Froſchouero vna cum Defenſione doctrinæ de Euchariſtia, &c. in folio. Defenſio ad Richardi Smythæi Angli, olim Theologiæ profeſſoris Oxonienſis, duos libellos de cœlibatu ſacerdotum & votis monaſticis. Baſileæ apud Pet. Pernam, anno 1559. in 8. Porro poſt obitum ipſius ſequentes libri editi ſunt Commentarij



Digitized by Google

*in duos libros Samuelis,Tiguri,anno Dom.*1554. *in folio. Commentarij in primum librum Melachim, & poſterioris libri vndecim prima capita. Ibidem anno*1556.*Commentarij in primum librum Moſis.Ibidem. Commentarij in primum & ſecundum, & tertij libri Ethicorum Nicomachiorum Ariſtotelis initium. Ibidem in quarto. Precum ex Pſalmis libellus in* 16. *Epitome Defenſionis aduerſus Stephanum Gardinerum. Confeßio de Cœna Domini exhibita Senatui Argentoratenſi.Sententia de præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia, propoſita in colloquio Poißiaco. Epiſtola de cauſa Euchariſtiæ, ad virum quendam magni nominis. Hæc ſimul cum oratione Simleri de vita Martyryris impreſſa ſunt anno* 1561. *in quarto.* * *Eiuſdem Loci communes,ex varijs ipſius authoris Scriptis,in vnum librum collecti, & in quatuor Claſſes diſtributi: Acceſſerunt huic editioni ab ipſo authore P.Martyre ſcripti, nec antea publicati, Loci de libero arbitrio,Prouidentia Dei,Prædeſtinatione, & Cauſa peccati. Adhæc Orationes ſiue Cõciones, nec non Quæſtiones aliquot & Reſponſa: Epiſtolæ item partim Theologicæ, quibus varij Loci explicantur,partim familiares: cum Præfatione D.Rodolphi Gualtheri Tigurini, de vſu & vtilitate Locorum communium,& de formandis Concionibus. Indice præterea Rerum ac Verborum copioſißimo. In fol.Tiguri excudebat Chriſtoph. Froſchouerus, anno*1580.*Præterea Cõmentarij Martyris in Exodum,in Prophetas aliquot minores, Epiſtolæ item & Orationes, aliaq́ nonnulla manuſcripta ſeruantur à Iulio Terentiano.Obijt Tiguri anno* 1562.

* Petri *Maſſeni Appendix de anno Solari & Lunari atq́ alijs liber ſcriptus in* 4. *Eiuſdem piæ & breues orationis Dominicæ declamationes,&c. Auguſtæ*1556. *in* 8.

Petrus *Matthæus Carrantus,librum Italicum de geſtis Mutij Attendulæ,Cottignolani,& Sphortiæ,Latinitate donauit: impreſſus eſt Bouoniæ, is liber (ni fallor) à Paulo Iouio primum Italice ſcriptus eſt.vide ſupra.*

Petri *Matthæi Pini annotationes in anatomica Bartholomæi Euſtachij.*

Petrus *Matheſilanus, ſcripſit in locum primi Codicis,famil.hercisſ.l.filium quem habentem.*

Petrus *Maurocenus,patricius Venetus, ſcripſit inſigne volumen, ſuper* 6. *decretalium lib.*1. *& varias determinationes. Claruit anno*1418.

* Petri *Meciri Parænesis ad D.Maxim.*II.*in* 4.

Petrus *Megangus Flander,ex Cominio ad Lyſam ſcripſit carmine tabulas grammaticales.*

Petri *Memmij Herendalij, medici, de recto medicinæ vſu liber.*

* Petri *Meliſſi Franci,Comitis Pal.& Equitis, ciuis Romani,Epigrammata.* 4. *Excuſa Norimbergæ in officina hæredum Montani. Item Mele ſiue Odæ ad Noribergam & Septemuiros Reipub. Norib.Schediaſmata poetica.*8.*apud M.Harniſch*

Petrus *Melius Debrecinenſis orthodoxam et catholicam doctrinam de vno Deo Patre Filio & Spiritu ſancto, contra furores Blandratæ & Fran-*

*ciſci Dauidis conſtanter in*
*defendit, edidit etiam fidei*
*dam alia: dicuntur prætere*
*extare nondum tamen publi*
*(ni fallor) anno*1572.

Petri *Menenij Lugdu*
*P.Terentij Andriam & Eu*
*de fabularúm origine & ca*
*dorum generibus ac tibiarũ,*
*quæ non ſunt hactenus à qu*
*ſpicue tractata. Lugduni ex*
*anno D.*1552.*in* 8.

* Petri *Merſſæi Cratepol*
*Eccleſiaſticorũ,id eſt,Coloni*
*ſium,ac Treuirenſium,à prim*
*præſident,Catalogus.*8.*Colon*

Petri *Meßiæ liber exe*
*lectionum primum Hiſpanic*
*ſtea in Italicam, Gallicam*
*guam tranſlatus.*

* Petri *Mexia vel Moxi*
*perialis aut Cæſarea de vitis*
*ue Imperatorum Romanoru*
*ad Maximilianum.Italicè A*

Petri *Michaelis Delph*
*tione Papæ ad concilium,&*
*netijs,*1560.*in* 4.

* Petri *Mißiæ ratiocinat*
*In octauo Italicè.*

Petri *Mochij vel Moſc*
*de cruciatu exilioq́ Cupidini*
*Pariſijs.& Bernard.Vitalis*

Petrus *Monachus ordi*
*riam ſcripſit ſanctorum, quo*
*prætererat.Raphael Volate*

Petri *de Moncbada Ad*
*tractatum de teſtibus.*

Petrus *Mongus Alexa*
*Eutychianæ hæreſeos patron*
*eccleſiaſtica hiſtoria.*

Petrus *Montagnana,*
*mum,in quo picturis & imag*
*nis,cum optimis expoſitionib*
*notiora eſſe non poßint. Item*
*opus aliud perutile. De vul*
*& de cunctis læſionibus hum*
*do ac ratione curandi.Italice*

Petri *Montani,Guardia*
*pienſis Fratrum Minorum.*
*Pſalmos pœnitentiales. Antu*
*minicæ paßionis ſecundum*
*enarratio, ex veterum doctor*
*cinnata.Ibidem,*1555.

Petri *Montani Satyræ e*

Petrus *de Monte,præſul*
*torium appellatum edidit.Ra*
*iuſdem opus monarchia inſcr*

Petrus *Montis philoſoph*
*ſpaniarum regem, ſcripſit de*
*bus libros ſex multiplici doct*
*G. Ayora Latinitate donato*

Digitized by Google

*paniarum reginam, Anton. Zarotus impreſſit Mediolani, anno Domini* 1492. *in fol.*

Petri *de Monte peſſulano de arbitro & arbitratore.*

* Petrus *Montius de re militari. in folio, Mediolani,* 1508.

Petrus *Moſellanus Protegenſis, Germanus, ſcripſit multa: ex quibus extat Pædologia in puerorum vſum conſcripta, & aucta: dialogi ſunt* 37. *Gymnicus impreſſit Coloniæ, & Chriſtoph. Froſchouerus Tiguri, cum Chriſtophori Hegendorphini dialogis* 12. *anno D.*1540. *Tabulæ de ſchematibus & tropis, impreſſæ Argentorati. Præceptiones de primis apud rhetorem exercitationibus, in priuatum diſcipulorum ſuorum vſum ſcriptæ. excuſæ Argentorati* 1534. *Oratio de variarum linguarum cognitione paranda: impreſſa Baſileæ. Annotationes in A. Gellij Noctes Atticas, impreſſæ Coloniæ apud Soterem, anno Domini* 1533. *& Baſileæ à Bebelio, & Lugduni à Gryphio. in M. Fabij Quintil. rhetoricarum inſtitutionum libros* 7. *annotationes: impreſſæ Baſileæ apud Adamum Petri, anno* 1527. *& Lugduni à Gryphio. Dialectica Georgij Vallæ cum ſcholijs Petri Moſellani: Gymnicus excudit Coloniæ, & Bebelius Baſileæ cum ipſo Georg. Vallæ libello de expedita argumentatione, anno* 1529. *Scripſit etiam in aliquot Demoſthenis orationes. Ex Græcis Latina fecit. Gregorij Nazianzeni ſermonem de natalitijs Chriſti, &c. qui & impreſſus eſt. Iſocratis orationem de bello fugiendo, & pace ſeruanda: excuſa eſt ea tranſlatio Baſileæ apud Thomam Wolphium, anno* 1522. *cum præfatione ad Fridericum Saxoniæ ducem: & ibidem eodem tempore apud Frobenium Græco textui è regione poſita, ſine præfatione prædicta, cum Libanij quibuſdam, per Deſ. Eraſmum verſis. Idem ſcripſit ſcholia in Dionyſium de ſitu orbis, in quibus quæ in Latino interprete à Græcis variant, paucis oſtenditur: Lipſiæ excudit Wolfgangus Monacenſis, anno Domini* 1518. *Libellum de accentibus, item de ratione ſtudiorum nondum editum. De ratione diſputandi, præſertim in re theologica, librum excuſum Auguſtæ, anno* 1519. *in* 4. *Claruit Lipſiæ, circa annum Domini* 1518.

Petrus de *Muſandina quædam ſcripſit de cibis & potibus.*

Petrus *Nannius Alcmarianus, tranſtulit orationem Demoſthenis de immunitate aduerſus Leptinen. Ioan. Oporinus excudit Baſileæ, anno Domini* 1544. *cum eiuſdem oratione contra Androtionem, per Baſſianum Landum verſa. Athenagoræ librum de reſurrectione mortuorum, eodem interprete: Wechelus impreſſit Pariſijs, & Henricus Petri Baſileæ, cum alijs quorundam Theologorum vetuſtiſſimorum opuſculis, año Domini* 1551. *Dialogiſmi Heroinarum Petro Nannio authore, ibidem excuſi. Declamatio in eos qui negant bellum Turcæ inferendum, impreſſa Baſileæ cum alijs quibuſdam eiuſdem argumenti. Idem ſcripſit Symmicta, ſiue Miſcellaneorum decadem vnam, impreſſam Lugduni in octauo apud Beringos fratres anno Domini* 1548. *Librum excuſum Louanij, cui titulus, Quodlibetica diſputatio, An mundus ad æternitatem creatus ſit. Enarrationes in quartam & quintam actionem Ciceronis contra Verrem, excuſas ab Oporino, anno Domini* 1553. *cum diuerſorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs. Annotationes in Theophilum & pro ijſdem apologiam. Deuterologias in quartum Æneidos. Duos dialogiſmos Diuarum Agathæ & Luciæ. Auctarium miſcellaneorum cum quibuſdam retractationibus. Duas gratulatorias orationes in aduentum Cæſaris. Orationes tres, Primam in laudem rhetorices, Alteram in laudem agriculturæ, Tertiam in laudem iuriſprudentiæ. Funebrem orationem in morte Conradi Coclenij. Orationem de obſidione Louanienſi habitam ad Clerum. Ex Græca autem lingua in Latinam tranſtulit, Dialogos aliquot Luciani. Theocriti idyllia aliquot carmine. Vitam Catonis & Photionis è Plutarcho. Tres homilias ex Chryſoſtomo ac vnam ex Baſilio. Epiſtolas Apollonij & Syneſij, impreſſas ab Oporino. Epiſtolas Demoſthenis & Æſchinis. Athanaſium. Sapientiam Solomonis, quam etiam ſcholijs illuſtrauit, excuſam Baſileæ, anno Domini* 1552. *In Bucolica Vergilij, annotationes. Pſal. XII. vario carminis genere reddidit, excuſa à Plantino anno Domini* 1572. *Floret Louanij noſtro tempore.*

Petrus *de Natalibus epiſcopus Equilinus, ſcripſit quaſdam hiſtorias ſanctorum.*

* Petri *Nauarri Dialogus de diſcrimine legendi ac ſcribendi, Doloſæ, Iacobus Colmerius. Eiuſdem Dialogus, de æternitate animæ. Ibidem. Italicè.*

Petrus *Nicolaus Caſtellanus, ſcripſit de immortalitate animorum, vt refert Cælius Calcagninus epiſtola quadam ad eum ſcripta. Idem ſcripſit paraphraſim in Ariſtotelis theologiam myſticam, impreſſam Romæ.*

Petrus *Niger quidam componendi leges & collocandi præcepta memoriæ literarũ mandauit.*

Petrus *Nigri, ordinis prædicatorum, ſcripſit librum ad epiſcopũ Ratiſponenſem, contra Iudæos de conditionibus veri Meſſiæ.* A. 1477.

Petri *Nitardi Nicæi Anacephalæoſis in diſtinctiones & quæſtiones Decreti Gratiani.*

Petri *Nitſchij Cantiones ſacræ quatuor vocum Germanice, mane, veſperi, ante & poſt ſumptum cibum canendæ. Lipſiæ* 1543.

Petri *Nonij Salacienſis, De crepuſculis liber: impreſſus cum Alhaceni de crepuſculorum cauſis libro. Alibi lego Pomponij Nonnij librum de crepuſculis in Hiſpania impreſſum eſſe. Item Petri Nonij de arte nauigandi, libr.* 11. *Baſileæ excuſi apud Henr. Petri.* * *Eiuſdem in theoricas Planetarum Georgij Peurbachij annotationes. In folio. Conimbricæ.*

Petrus de *Nongento, patria Normanus, Carmelita, Pariſijs in magna Sorbona ſententias publice legit, anno Domini* 1404. *& ſcripſit Lecturam in eaſdem lib.* 4. *Quæſtiones ordinarias lib.* 1. *Quodlibeta ſcholaſtica lib.* 1. *Atque alia. Claruit anno*

prius numerato. Laurentius Burellus.

Petri Nunij Velij Dialecticæ libri tres. Eiuſdem liber de ratione interpretandi aliorum ſcripta. Eiuſdem Poematiorum Latinorum & Græcorum lib. 2. Græca habent Latinam interpretationem ad verbum è regione appoſitam. Baſileæ apud P. Pernam anno 1570. in 8. Dialecticorum libros 3. auctor nunc iterum ad maiorem breuitatem perſpicuitatemq́; redactos emittit in lucem. 8. Geneuæ apud Iacobum Stoer, 1580.

Petrus Numagen Treuerenſis ſacerdos, ſcripſit de Nicolao Subſyluano Heluetio, qui longo tempore ſine cibo ſolitarius ſanctè vixiſſe creditur: item tractatum de ſpirituũ apparitionibus ac phantaſmatibus. Extant in bibliotheca publica Tiguri, authoris manu conſcripti. Claruit Tiguri 1483.

Petrus Ollicinus, Senenſis I.C. ſcripſit Commentaria in ſecundum librum C. in quo omniũ ſententias de illa materia collegit, vt iuris candidati ſumptum vitent. Commentariolum de iuſtitia & iure, in quo philoſophos cum iuriſconſultis coniunxit. Commentariũ in primum librum Ciceronis de oratore, in quo multa de iure ciuili & philoſophia tractantur ex Platone. Comment. in Ariſtot. Categorias. Comment. in eiuſdem librum de enunciatione, adiecta ſuis locis Pſelli paraphraſi. Præfationes aliquot, 1. De officio auditoris. 2. De optimo genere vitæ. 3. De officio doctoris. Locos communes in totum teſtamentum nouum. Apologiam de ſubſtantia. Apologiam, de cœlibatu, de libertate Chriſtiana, & de authoritate eccleſiæ. De antinomijs iuris librum in quo quæcunq; contrariæ afferuntur leges conciliantur. Librum regularum iuris, & ſententiarum. Librum apologeticum de ſexaginta quæſtionibus iuris contra leguleium quendam. Librum de diatriba Platonica & Ariſtotelica, in quo exponitur differentia inter Platonem & Ariſtotelem. Commentarium in orationem Iſocratis de regno, in quo fuſius adminiſtrandi regni rationes traduntur. Librum variorum poematum. Claruit anno 1551.

Petri Onſpachi, Antitheſis confeſſionis Lutheri. 4. Francofurt. ad Oderam. Petrus [illegible]

Petrus Paduanus Dioſcoridem alphabetico ordine in capitula 717. digeſſit, additis annotatiunculis breuibus, & tractatu exiguo de aquarum naturis: ſunt autem aquæ non deſtillatæ, ſed ex diuerſis ſimplicibus compoſitæ ad morbos quoſdam. Liber impreſſus eſt Lugduni, anno Domini 1512. in quarto.

Petri Pagani poetæ laureati, poeſeos ac hiſtoriarum profeſſoris ordinarij Marpurgi Hiſtoria tergeminorum Romanorum & Albanorum fratrum ex Liuio paraphraſtice carmine Heroico reddita, & in promotione 14. Magiſtrorum publice recitata: item promotionis ſolennitas carmine comprehenſa. Marpurgi anno D. 1571. in quarto. Eiuſdem in Q. Horatij Flacci Odas, Satyras, & epiſtolas argumenta. Francofordiæ anno 1567. Scripſit plurima alia carmine.

Petrus Palladius, epiſcopus Roſchildenſis, ſcripſit catechiſmum impreſſum Haffniæ. Argumenta & breuem ſeriem in omnes ... prodigijs & quædam alia.

Petrus de Palude, nation... trum Prædicatorum, ſcripſit ſ... quæſtiones varias lib. 1. & di... & alia multa. Multos etiam ... commentarijs ornaſſe dicitur ... mentarij eius ſuper tertio & ... impreſſi ſunt Pariſijs anno 1... brum de poteſtate eccleſiaſtic... ſa Biblia ſacra in ſenſu quadr... Domini 1300. * Eiuſdem I... giſtrum Ioannem de Poliaco ... ticulis contra authoritatem P... membrana in fol. ſcriptus bib...

Petri Papæ iuriſperiti ... ſpectet electio epiſcopi.

Petri Papei Samarites ... tano euangelico: Ioan. Gymn... anno Domini 1539. cum E... Bucolico.

Petrus cantor Pariſienſ... ſcripſit volumen quod appell... uiatum. diſtinctionum aliud l... theologorum lib. 1. ſermones v... dam miraculis lib. 1. de ſacr... Claruit anno 1200.

Petri Paſchalij aduerſus ... ricidas actio in ſenatu Venet... Gallia per proſopopœiam ind... publicam. Oratio de legibus ... ris inſignia caperet. Epiſtolæ ... tione exaratæ. Gryphius ex... Domini 1548. in 8. In antepe... bit ſe etiam orationes quaſdã ... odas, elegias & epigrammata ... gium Henrici ſecundi Galli...

Petrus Patershull Aug... tentiarum lecturam lib. 4. & ... & ſanctis per totum annum. ...

Petri Pauli Mediolanen... teſtudine carminum liber, Lo...

Petri Pauli Parauicini N... de Maſinenſiũ & Burmienſiu... tura, miraculiſq́; liber, impr... Domini 1553. cum diuerſoru... Idem in epiſtola de balneis B... nenſibus mentionem facit P... ſcripti, è quo peti iubet vſum ... qualitate & ægrotantis temp... ribus, in ſingulis eorum morbo... marum auxilio egent.

Petrus Paulus Pariſius ... de teſtibus. c. cum nuncius. it... bus & exceptionibus, ex eode... ſiliorum volumina 4. Venetij... * Eiuſdem in quatuor iuris ... nos tractatus, commentaria, in... Domini 1579.

Petrus Paulus Vergeriu... Chryſoloræ Byzantini philo...

Digitized by Google

Græcas literas docentis quondam auditor, ſcripſit de geſtis Carrar. dominorum, hiſtoriam perpulchrã lib. 1. De laudibus D. Hieronymi lib. 1. Qui extat cum Tomo 2. operum Hieron. impreſ. de geſtis principum Mantuanorum librum, impreſſum opinor. Scripſit etiam aduerſus Malateſtam (qui Maronis ſtatuam in foro Mantuano, deijci iuſſerat) nobilem inuectiuam: de ingenuis moribus ac liberalibus ſtudijs libellum ad Vbertinum Carrarienſem, impreſſ. Baſileæ apud Rob. Winter, 1541. Cum L. Vitruuij Roſcij de docendi ſtudendiq́ modo, & claris puerorum moribus libello. Arriani libros de geſtis Alexandri Latinos fecit. Claruit 1420.

Petrus Paulus Vergerius iunior, Iureconſultus, epiſcopus primum Modruſienſis, deinde Iuſtinopolitanus, Clementis VII. & Pauli III. in Germania legatus, ſcripſit de repub. Veneta lib. 1. de pace eccleſiæ orationem in colloquio Wormacienſi habitam, prælectionem et Apologiam ad gymnaſium Patauinum. Mox relicto epiſcopatu, Papa, & Italia, in Rhetiam, atque ad Heluetios ſe contulit, vbi biennio hæc ſcripſit partim Latine, partim Italice, & curauit imprimenda, partim Baſileæ, partim Puſclauij in Rhætia: De perſecutione facta contra Euangelium in vrbe Iuſtinopolitana. Contra catalogum Ioannis della caſa Sodomiæ patronum. Duos catechiſmos, pro vſu eccleſiæ Vicoſoprani. Octo defenſiones. Duodecim tractatus. De matrimonio miniſtrorum eccleſiæ. De anno Iubilei. Contra librum cui nomen Floſculi ſancti Franciſci. Contra librum cui titulus roſarium. Contra librum cui titulus Miracula Virginis. De coronatione Iulij Papæ III. Quid ſit ſperandum à Concilio Tridentino, ad regem Angliæ. Quid ſperandum ex papatu Iulij IIII. ad eundem. De ſtatu eccleſiæ Geneuenſis. De baptiſmo. De miſſa. Vertit ex Latina in Italicam linguam, Apologiam D. Iacobi de Falleſio: & tractatum D. Bullingeri de iuſtificatione: aliumq́ue tractatum eiuſdem. De Concilio Tridentino. Ad Ducem & Rempublicam Venetam, de fratre Thoma Stella, ſeu Thedeſchino adultero. Ad papam Iulium III. qui librum Mutij approbauit. Hiſtoriam Franciſci Spieræ Latine atque Italice, cum apologia. Idem ſcripſit hæc etiam præter ante enumerata Catechiſmum pro vſu vallis Telinæ. De ſeptimana ſancta. Contra Nauſeam qui Tridentinum concilium libro edito laudarat. De libro cui titulus Floſculi Bibliæ. De libro cui titulus Lux fidei. De ſtatuis & imaginibus, Ad Hieronymum Francum legatum Iulij III. Papæ. Ad quendam Cardinalem, qui erat per Rhætiam iter facturus. De literis Othonis Cardinalis Auguſtani, ſcriptis de creatione Iulij III. Reſponſio ad Chriſtophorum Madrutium Cardinalem Tridentinum. De facultatibus ac mandatis Pauli Odeſchalchi, Comenſis, nuncij apoſtolici. Edictum nomine eiuſdem. De concilio Tridentino dialogi ſex. Quatuor literæ ſub nomine Bonini de Boninis, de ſtatu Romanæ curiæ. De epiſtolis Italice ſcriptis à Claudio Ptolemæo. Edictum contra Lutheranos. Ad liberatores ciuitatis Placentiæ. Quot modis vir pius qui in Italia degat ſæpe Deum & Chriſtum negare compellitur. Epitome libri cui titulus Anatomia miſſæ ab Antonio de Adamo. Contra Leandrum Alberti monachum Dominicanum, eiusq́ue mendacia quæ ille ſcripſit in libro cui titulus Deſcriptio Italiæ. De nugis & fabulis Papæ Gregorij primi lib. 1. De triginta miſſis nuncupatis Sancti Gregorij. Duodecim conciones de Antichriſto. Aduerſus aliquot epiſtolas editas à Dionyſio Naſtagio. Atque hæc omnia Italice ſcripta ſunt. Latine verò & Italice hæc ſunt ab eo conſcripta. Conſilium trium epiſcoporum Bononiæ congregatorum. Contra catalogum Arcimboldi archiepiſcopi Mediolanenſis. Epiſtola ad Cardinalem Tridentinum, qua petit ſaluum conductum, vt tuto poſſit eo accedere. Contra Durantem de Palazolo Cardinalem, ſub nomine Athanaſij. De veris indulgentijs Domini noſtri Ieſu Chriſti. Decem conciones de Antichriſto. Retractatio ad Iuſtinopolim patriam. Actiones duorum dierum ſub nomine ſecretarij Pontificij, quod Pontifex inſtaurare concilium non debeat, nec exequi illud poſſit. Contra decreta concilij Tridentini. Oratio de diminutione papatus. Commentaria in acta Apoſtolorum. De idolo Lauretano. Latine autem hæc ab eo edita ſunt. Ad Eberhardum primogenitum illuſtriſſimi principis Wirtenbergenſis inſtitutio Chriſtiana. Concilium Tridentinum omnibus pijs fugiendum eſſe. Concilium non modò Tridentinum, ſed omne Papiſticum perpetuò fugiendum eſſe omnibus pijs. Scholia in orationem Cardinalis Poli ad Cæſarem, qua illum ad arma contra eos qui Euangelio nomen dederunt inſtigat. Sub nomine Athanaſij noua editio faſciculi rerum expetendarum et fugiendarum. Noua editio libri Ceremon. Romanæ eccleſiæ cum præfatione & ſcholijs. Tranſtulit etiam in Italicam linguam Confeſſionem Illuſtriſſimi principis Wirtembergenſis concilio Tridentino exhibitam. Syntagmata item quæ in concilio Tridentino nomine eiuſdem principis edita ſunt. Catechiſmum Anglicum. Catechiſmum Ioannis Brentij. Libellum Philippi Melanchtonis de authoritate eccleſiæ. Matthiæ Flaccij libellum de notis eccleſiarum. Edidit etiam 16. epiſtolas Petrarchæ contra Papatum: Rhytmos Franciſci Bernæ contra Papatum, Italice. Quatuor libros Poli Cardinalis cum antidotis. Vixit noſtro tempore Tubingæ in ditione illuſtriſſimi principis Wirtembergenſis, & plura alia contra Romanum Antichriſtum conſcripſit.

* Eiuſdem opuſculum, in quo rationes veræ monſtrantur, quibus adducti Romani Pontifices elegantes illas ſeptimanæ ſanctæ ceremonias inſtituerint. Tiguri anno 1552. Eiuſdem inuectiua aduerſus Papiſtas, qui ſcripturas ſacras & fœdarunt, & corruperunt, anno 1552. Italice. Itemq́ liber de ordine elegendi pontificis, & ratio de ordinatione & conſecratione eiuſdem, Tubingæ, anno Domini 1556. in octauo.

Petrus Paulus Villanus citatur à monachis qui commentaria ſcripſerunt in Meſuem.

Petri Patritij Siracuſani Conſiliorum volu-

men, extat inter conſilia Feudalia plurimorum doctorum.

Petrus Pateshul profeſſione Auguſtinianus, Wicleui defenſor, ſcripſit vitam fratrum mendicantium lib.1. Defenſorium Armachani lib.1. Nouam cantilenam lib.1. Lamentationes fratrum lib.1. Riſus natalicios lib.1. De flagitijs Auguſtinienſium lib.1. De nequitijs Dominicanorum li.1. Mandata legis Euangelicæ lib.1. De deſolatione Eccleſiæ lib.1. Lecturam theologiæ lib.4. Determinationes aliquot lib.1. Poſtillationes ſcripturæ lib.1. Sermones in Papiſmo li.1. Sermones contra Papiſmum lib.1. Claruit anno 1390. Baleus.

Petrus Paynæ, Wicleui diſcipulus, ſcripſit de ciuili Clericorum dominio lib.1. Contra ceremoniarum ſuperſtitiones lib.1. De vtraq; ſacramenti ſpecie lib.1. De prædeſtinatione et libero arbitrio. Claruit anno 1438. Aduerſus hunc ſcripſit Ioannes de Turre cremata Cardinalis.

Petrus Peckius, Ziricæus, ſcripſit in titulos iuris ad rem nauticam pertinentes. De nauicularijs ſeu naucleris. Nauibus non excuſandis, & de naufragijs Louanij, 8. &c. Item librum de catholicis eccleſijs reparandis et reficiendis. Ibidem anno 1573. in quarto. * Eiuſdem de iure ſiſtendi, & manuum iniectione, quam vulgo Areſtationem vocant, ſuccincta explicatio. Itemq; commentaria ad regulas iuris canonici. 4. Duaci ex officina Ioan. Bogardi.

* Petri Pecondini de vita Tamerlanis, in folio.

Petri Pellitarij commentarius in orationem pro Cecinna, impreſſus.

Petri Penæ & Mathiæ de Lobe medicorum, Stirpium aduerſaria: perfacilis veſtigatio luculentaq; acceſſio ad priſcarum præſertim Dioſcoridis et recentiorum materiam medicam. Coniectaneorum de plantis appendix. De ſuccis medicatis & metallicis ſectio: antiquæ & nouæ medicinæ theſaurus, &c. Londini, anno 1571. in folio.

Petri Peregrini de Maricourt, tractatus ſiue epiſtola de magnete, ſeu rota perpetui motus Auguſtæ, anno 1558. in quarto, cum præfatione Achillis Gaſſari.

Petrus Perondinus Pratenſis conſcripſit vitam Magni Tamberlanis Schytarum imperatoris, impreſſam Florentiæ anno 1553. Octern.3. et dimid. Eiuſdem orationes editæ ſunt Florentiæ cum orationibus Petri Victorij, anno 1562. in 4.

Petrus de Perpiniano, dictus Rhimi, natione Cathalanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmeli, ſcripſit quæſtiones ſententiarum lib.1. in totum Pſalterium lib.1. ſermones varios lib.1.

Petrus de Peruſio iuriſperitus, ſcripſit de mutatione ſtatus eccleſiarum.

Petrus Philippus Corneus Peruſinus ſuper 2. ff. veteris. Item ſuper 1. & 2. Codicis. Conſiliorum volumina 4. impreſſa Venetijs anno Domini 1572. in folio.

* Petri Philomuſi Veneti, M.T. Ciceronis clauſulæ, locutiones, epitheta, adiuncta & coniuncta ex ipſius epiſtolis familiaribus exerpta. 8. Venetijs anno 1579.



Petri Piccoli de Montef
ſtitutionibus regni Sitiliæ, et
vicariæ.

Petrus Pintor Hiſpanus
ſcripſit de epidemia lib.1.

Petri Pitati Veronenſis
nach nouum, ſuperadditis a
hactenus editas Ioannis Stœ
anno 1551. vſque ad Chriſti a
goge in Aſtronomia electioni
mutatione aeris, horarijs tabu
ephemeridum eiuſdem, impre
bingæ. Eiuſdem Almanach n
cim, incipiens ab anno Chriſti
1562. impreſſum Venetijs, &
Morhardo, anno 1553. Addit
leſtem aſtronomicam diſcipl
perbreues de Electionibus, R
rum, & Mutatione aeris. Ei
de annua ſolaris atque lunari
paſchalis ſolennitatis iuxta v
nes recognitione, Romaniq; C
ne, deque verò paſſionis Dom
occaſu ſtellarum fixarum. Ve
quarto.

Petrus Pithœus I.C. rar
nis vir, natus ad eruenda ve
edidit, Aduerſariorum ſub
quibus auctorum veterum lo
explicantur aut emendantur.
in octauo. Iidem libri ab autho
prælo eſſe dicuntur. Hiſtoria
res qui ante annos CC. vixe
ipſe, partim typographo collig
tomus vnus editus eſt, qui Ot
pta complectitur ab ipſo ad ve
cognita, & præterea Radeuic
bertum Argentinenſem & qu
apud Pet. Pernam, anno 1569.
Paulo Aquilegienſi diacono
à Landulpho Sagati auctæ, A
rij præfationem addidit, ac N
giam. P. Perna, anno 1568. in o
Nouellas quæ in Codice Th
tur, edidit Pariſijs ex offici
Item fragmenta quædam Pap
ni, Cai, Modeſtini, aliorumq;
rum, ex integris ipſorum libri
per. tempora collecta, & cum
ta. Eiuſdem Imper. Iuſtiniani
Iuliani Anteceſſoris C.P. D
rijs. Eiuſdem Iuliani collectio
nia hæc nunc primum in luce
Notis. Ibidem anno 1573. in q
Campaniæ librum primum Ga
etiam in lucem protulit Fœba
rianos. Vigilij exemplar eme
auctius ad me miſit, quod ſuper
caui. Præterea Æthici Coſmog
Itinerarium, Vibij Sequeſtri li
mul breui in publicum edentur

Digitized by Google

*Gallicas hiſtorias, ac leges Gothicas integriores, & auctiores quàm vulgo extent. Saluianum de vero iudicio, & cum alia veterum ſcripta ex inſtructiſſima ipſius bibliotheca, tum etiam ipſius doctiſſimas lucubrationes. Floret Pariſijs.*

Petrus *Plateanus ſuper inſtitutiones iuris, in tit. de exceptio. & interdict.*

Petrus *Platenſis Muſicus ſymphoneta, citatur à Glareano.*

Petri *à Plaza Epitome delictorum ac cauſarum criminalium.*

Petri *Pomerani Caſletenſis, de ſtudijs Sapientiæ liber ad F. Ferdinandum Aualum, excuſus Mediolani apud Caluum, 1542. Einſdem de ratione inſtituendi pueri, ad illuſtriſs. Ioan. Comitem in Tarnouu, ibidem.*

Petri *Pomponatij Mantuani philoſophi celeberrimi liber, in quo diſputatur penes quid intenſio & remiſſio formarum attendantur, nec minus paruitas & magnitudo, Bononiæ excudit 1514. Hieronymus Platonides. De immortalitate animæ liber impreſſus Bononiæ. De incantatione, Baſil. in octauo. Dubitationes in quartum meteorologicorum Ariſtotelis librum, Venetijs anno Dom. 1563. in folio.*

Petri *Pontani cæci Brugenſis ars Grammatica, impreſſa Pariſijs anno 1528. Apologia in eos qui pleraque diuini ſacrificij vocabula & ſenſa perperam vſurpantes obſtinatis ſuis erroribus pertinatiter inhærent, Pariſijs Ioan. Lamberti. Scholia in Lucanum poetam, impreſſa Pariſijs 1512.*

* Petri *Pontij Leonis ſtudio reperta ſunt Eulogij Cordubenſis opera. Compluti Ioannes Iniquez à Iequeria 1574.*

Petrus *Præmonſtratenſis, ſcripſit Chronicon quod vocabat Bibliam pauperum lib. 1. Ioannes Paleonydorus.*

Petri *de Prato repertorium ſiue compendium ſuper iure canonico, magnum volumen.*

* Petri *Primodati academia Gallica, de inſtitutione morum & vita beata: præceptis & exemplis veterum ſapientum illuſtrata. Gallice fol. Pariſijs anno 1577.*

* Petri *à Proboſzczonnice Aſtrologi Cracouienſis, Iudicium de cometis viſis in Horizonte Cracouienſi, diebus Martij 1556.*

Petrus *de Queſuel, Anglus, Minorita, ſcripſit Directorium iuris, in foro conſcientiæ & iudiciali dimiſſum in quatuor libros. Primus de ſumma Trinitate & fide Catholica, & de ſeptem ſacramentis. Secundus de his qui habent Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare, & de his quæ ad eos & recipientes ſacramenta pertinent: ac etiam quæ poſſunt ad contractus varios pertinere. Tertius de criminibus quæ poſſunt à ſacramentis impedire, & de pœnis pro criminibus imponendis. Quartus de his quæ ad ius vel iudicium pertinent vt omnia ſine debito ordinentur. Extat in Nordouicenſi bibliotheca, et apud M. Dreſſerum.*

* Petri *Radulphi Dictionarium pauperum, ordine alphabetico, de virtutibus & vitijs, continens præexercitamenta quædam ad pleniorem doctrinam viam munientia, cum ſtudioſis omnibus tum præcipuè ſacris concionatoribus profutura. In 8. Bononiæ 1579.*

Petrus *Ramus Regius in celeberrima Pariſiorum academia profeſſor, plurimum elaborauit, vt artes ad rectam methodum & vſum expeditum reuocaret, ideoq; multa ab eo conſcripta publicataq; ſunt de ſingulis philoſophiæ partibus, è quibus ſunt quæ ſequuntur. Grammaticæ Græcæ lib. 2. Grammaticæ Latinæ lib. 2. Grammaticæ Franciæ lib. 2. Brutinæ quæſtiones in Oratorem Ciceronis. Ciceronianus de Ciceronis imitatione. Rhetoricæ diſtinctiones in Quintilianum. Dialecticæ lib. 2. cum prælectionibus Audomari Talæi. Dialecticæ Franciæ lib. 2. Scholarum dialecticarum lib. 20. Prælectiones in Vergilij Bucolica & Georgica. In Ciceronis epiſtolam 9. ad Lentulum. In orationes 8. Conſulares pro Rabirio. In Rullum. In Catilinam. In librum de fato. In ſomnium Scipionis. In libellum de optimo genere oratorum. In primum de legibus. Epiſtolæ Platonis in Latinum conuerſæ, & prælectionibus quibuſdam illuſtratæ. Orationes quinque. Prima habita initio regiæ profeſſionis. 2. Pro diſciplina Pariſienſis Academiæ. 3. Procœmium reformandæ Pariſienſis Academiæ. 4. De profeſſione liberalium artium. 5. De legatione Latine & Gallice. De moribus veterum Gallorum Latine & Gallice. De militia Cæſaris. Scholarum phyſicorum lib. 8. In Acroamaticos Ariſtotelis [illegible] Scholarum Metaphyſicarum lib. 14. [illegible] phyſica Ariſtotelis. Omnia hæc Pariſiis apud Andream Wechelum excuſa ſunt. Præterea Baſileæ ab Epiſcopio excuſi ſunt hi eius libri ab auctore recogniti & aucti. Grammatica & Dialectica, in octauo. Arithmetica & Geometria in quarto. Scholarum Mathematicarum libri vnus & triginta, in quarto. Scholæ in liberales artes, Grammaticam, Rhetoricam, Dialecticam, Phyſicam, Metaphyſicam, in folio. Idem Politica Ariſtotelis iampridem conuertit, & eadem ſeruatis omnibus ſententijs alio ordine deſcripſit. Scripſit etiam Aduerſaria quædam de Platonis philoſophia generatim in dialecticam, phyſicam, ethicam, digerenda. Epiſtolas ad Iacobum Scheggium. Orationem de vrbe Baſilea excuſam Lauſannæ. Libros de theologia & complura alia.* * *Eius Dialectica lib. 2. Exemplis omnium artium & ſcientiarum illuſtrati, non ſolùm diuinis, ſed etiam myſticis, mathematicis, phyſicis, medicis, iuridicis, poeticis, & oratorijs. Per Rolandum Maxilmenæum, Scotum. 8. Francofurti apud Wechelum, anno 1580. Petri Rami & Audomari Thalæi collectaneæ præfationes, epiſtolæ & orationes. 8. Pariſiis apud Dionyſium Vallenſem. Scripſit etiam Ramus de cauſis affectionum & proprietatũ quarundam ſingularium cum in homine, tum in animantibus quibuſdam alijs, edidit Hilarius Pyrckmair. 8. Monachij anno 1579. Rami commentariorum de religione Chriſtiana, libri quatuor, nunquam antea editi. Eiuſdem vita à Theophilo Banoſio deſcripta. In octauo.*

Digitized by Google

*Francofurti, apud Andream Wechelum an.* 1580. *Crudeliter cæſus eſt Pariſijs in illo tumultu anni* 1572.

Petri *Ranzani oratoris apud Matthiam regẽ Hungariæ Chronica de rebus Hungariæ, cum ſua appendice Ioannes Sambucus edidit. Eiuſdem orationes extant in bibliotheca Sambuci.*

* Petri *Rat Pictauienſis Decurionis in patrias Pictonum leges, quas vulgus conſuetudines dicit, gloſſemata. Pictauij* 1548. *in folio.*

Petrus *de Rauenna* I. C. *ſcripſit Aureum alphabetum, Compendium iuris ciuilis, Compendium iuris canonici, Diſputationem de corpore ſuſpenſi in patibulo ſi manere debeat, &c. & an decimæ ſint de iure diuino. Eius Alphabetum, & Artem paruam excudit Antonius Vincentius Lugduni. Eiuſdem Ars memoratiua, impreſſa in* 8.

Petrus *Raymundi de Inſula Graſſa, natione Gallus, Carmelita, ſcripſit ſuper Sententias lib.* 4. *& quædam alia. Vixit anno* 1343.

Petri *Rebuffi de Monteſpeſſulano* I. D. *Praxis beneficiorum acquirendi conſeruandiq; illa, ac amittendi modos continens, vſumq; & ſtilum literarum Curiæ Romanæ, formas deniq; ſignaturæ, Bullæ ſimplicis, & alia ad hanc materiam ſpectantia. Venetijs anno* 1568. *in quarto, & Lugduni* 1570. *ex poſtrema authoris recognitione, in folio. Tractatus de decimis tam feudalibus quam alijs, noualibusq́, in quæſtiones* 15. *digeſtus, atque ſummarijs illuſtratus: cui adiectus eſt Tractatus congruæ portionis beneficiorum, vicarijs maxime debitæ, in forenſi iudicio vſuueniens. Coloniæ excuſ. anno* 1572. *in* 8. *De feudis ſuper* 3. *lib. Cod.* * *Eiuſdem commentariorum in conſtitutiones ſeu ordinationes Regias Tomi tres, in quibus facilis ad praxim Curiarum Franciæ via et iurium intellectus explicatur. Folio Lugduni* 1580. *Tractatus concordatorum, quæ inter S. D. noſtrum Papam, Leonem* X. *& ſedem Apoſtolicam, ac Chriſtianiß. D. noſtrũ Regem Franciſcum, & regnum ſunt edita: In duos diuiſus Tomos, quorum prior concordatorum textum continet, cum quibuſdam vtiliſsimis gloſsis. Alter nominationum quæſtiones, & de pacificis poſſeſſoribus tractatum.* 8. *Lugduni* 1580. *Repetitiones variæ. In folio Lugduni apud Guiliel. Rouilium, an.* 1583. *In tit. Dig. de verborum & rerum ſignificatione commentaria ampliſsima, in quibus & iuriſconſultorum veterum phraſes & locutiones, ex illorum ſcriptis collectas, effectus, vtilitatesq; omnium, quæ in hoc titulo continentur, legum explicantur, ex ijsq; ad forenſem vſum quæ ſpectant, elucidantur. Folio Lugduni. Compendium alienationum rerum eccleſiæ, in* 12. *Pariſijs, anno* 1541. *Priuilegia vniuerſitatum, Collegiorum Scolaſticorum, Bibliopolarum, & omnium demum qui ſtudioſis adiumento ſunt: cum elucidatione Auten. habita C. Ne filius pro patre olim ab ipſo authore collecta. Nunc vero luci reſtituta. In* 4. *Francofurti ex offic. Typograph. Georgij Coruini* 1580.

Petrus *de Regio, vide in Haliabenragel.*

Petri *Reginaldeti theologi, ordinis Minorum,*



*ſpeculum finalis retributionis d*
*pœnis malorum, impreſſum E*
*Pfortze, anno Domini* 1499. *P*
*ni* 1509.

Petrus *clericus eccleſiæ R*
*Riga ſcripſit opus metricum i*
*quod Auroram vocauit, in Ge*
*dum lib.* 1. *in Leuiticum lib.* 1. *in*
*Deuteronomium lib.* 1. *in Ioſue*
1. *in Ruth. lib.* 1. *in Regum libro*
*corum lib.* 1. *in quartum Regun*
*lib.* 1. *in Thobiam lib.* 1. *in Iob.*
*dith lib.* 1. *in librum Heſter lib.*
*bæorum lib.* 1. *in Euangelica*
*Actus Apoſtolorum lib.* 1. *Rec*
*de Grammatica lib.* 1. *& multa*
*tem opuſculis libros hiſtoriale*
*tate expoſuit, obſeruata diligen*
*rico allegoricoq; ſenſu ſingula a*

Petri *Remenſeb Aurora*
*veteris Teſtamenti.*

Petri *Richardi doctoris T*
*& cathedralis eccleſiæ Trecen*
*lis diuinæ legis decalogus. Pa*
*Colinæum* 1524.

* Petri *Richerij Apologeti*
*Nicolaum Durandum qui ſe*
*cat, quibus illius in pios Am*
*exponit, & negotium ſacram*
*Geneuæ* 1561.

* Petri *de Riga ſacra Bibli*
4. *ſcriptus lib. in membrana b*

Petrus *Ripponenſis Can*
*pſit vitam Wilfridi lib.* 1. *M*
*lib.* 1. *Claruit anno* 1190. *Bale*

Petrus *de Riuo, Theolog*
*pſit de anno, die & feria D*
*bros* 3. *Claruit anno* 1549.

Petri *Roccæ, ſumma pe*
*Venetijs apud Franciſcum R*

Petrus *Rogerius, vide C*

* Petri *Romenſis aurora, i*
*ſcripta. Liber manuſc. in bibl.*

* Petri *Ronſardi celeberr*
*Galliæ poetæ opera Gallica p*
*ta. Pariſijs apud Gabrielem*
1573.

Petrus *de Roſenhem, n*
*cœnobij in Auſtria, ordinis ſa*
*ne Germanus, ſcripſit opus m*
*Bibliæ capita, quod vocaui*
+ *diuinorum, hiſtoriam tempor*
*Eiuſdem rationarium euange*
*gelia proſa, verſu, imaginibus*
*à Thoma Anshelmo, additis*
*Brand, Iodoci Galli, & Geo*
*matis, Trittemius eum claru*

* *Vide Conradi Boij.*

Petri *Roſſeti poetæ Pari*
*Eiuſdem Paulus, de laborib*
*lib.* 6. *excuſos prius Lutetiæ p*

+ impreſsũ ĉ Arge

Digitized by Google

linaum, Ioannes Oporinus recudit Baſileæ, 1547. Laurentias, Stephanis, Panegyris, Salazaria. Opuſculum de puero Iudæo. De miraculo Euchariſtiæ. Epigrammata. Omnia impreſſa Pariſijs, cum commentarijs Nicolai Bonæ ſpei Puteani Trecenſis, 1517.

Petri Roſtini medicinæ doctoris tractatus de morbo Gallico, in quo docetur 232. eius mali ſpecies eſſe, & vnde aut quibus de cauſis inſici aliquis poſſit: liber Italicus impreſſus Venetijs anno 1556. Petri & Ludouici Roſtinorum totius chirurgiæ compendium vtiliſſimum, cum inſtrumentis, Italicæ impreſſum, Venetijs anno 1557. Sententiæ omnes ac verba quæ in Hippocratis Aphoriſmis continentur, in ordinem alphabeticum digeſtæ, ab ijſdem Roſtinijs.

* Petri à Rotis I. C. commentarij ad L. Gall. de lib. & poſt. Viennæ in 4. 1568. Eiuſdem carmina aliquot ad D. Ferdinandum primum in 4. Item oratio in exequijs D. Ferdinandi Imperatoris, anno 1565. in 4.

Petri Royzij Deciſiones de rebus in ſacro auditorio Lituanico, ex appellatione iudicialis. Francofurti in folio.

Petrus de Rubeis, Italus natione, patria Senenſis, profeſſione Auguſtinianus, poſt commentationes in philoſophiam ac ſcripturam ſacram, annotationes edidit in Auguſtinum de ciuitate Dei lib. 1. Et in alios tractatus eiuſdem. Claruit anno Do. 1420. Ambroſius Choriolanus.

~~Petrus Ruſſelus chordiger~~ commentaria ſcripſit in vtramq; Petri epiſtolam. Floruit 1410. Bal.

Petrus Salernus ſcripſit in locum 1. ff. vet. de pactis. l. reſcriptum. ſi quis pacto.

Petri Saluni veteris iuris Canonici, Burchardica. Coloniæ 1564. in 8.

Petrus de Samſona ſuper libros Decretaliũ, & conſtitutiones nouas.

Petrus de Sancta fide, Anglus & Carmelita, ſcripſit in Petri Apoſtoli Canonicam lib. 1. In ſecundam Petri lectiones 38. Breuiarium ſententiarum. Præconia Petri Lomb. Alphabetum Theologiæ. Determinationes varias. Placita Theologica. Conciones ad clerum. Sermones capitulares. Claruit anno 1452. Nordouici.

Petri Sanctiſleur Theſaurus Ariſtotel. in quo cum vniuerſæ philoſophiæ præceptiones, tum rerum variarum problemata & hiſtoriæ explicantur. Venetijs 1565. in 16.

* Petri de Sancto Iulio familiæ Balleurre inſtitutio de reprimenda ira: Gallice in octauo Lugduni anno 1546.

Petri Santernæ Luſitani I. C. Tractatus de aſſecurationibus & ſponſionibus mercatorum. Gerardus Spelmannus impreſſit. Antuerpiæ 1554.

Petrus de Saxonia, Germanus, Minorita, ſcripſit ſummam caſuum lib. 1. ſermones de tempore lib. 1. ſermones de ſanctis lib. 1.

* Petri Scargæ ſocietatis Ieſu lib. 3. pro ſacratiſſima Euchariſtia contra hæreſin Zuinglianam, ad Andream Volanum, præſentiam corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex eodem ſacramento auferentem. 8. Vilnæ 1580.

Petrus Scarrerius Scardonius, ſcripſit opuſculum de venenis.

Petrus Scotus, Argentinenſis, ſcripſit de ſanctis, Ioanne Baptiſta, Euangeliſta & Chryſoſtomo, carmine elegiaco. Item laudes Ioannis Gerſon lib. 1. Epiſtolas elegantiſſimas, Argentinæ impreſſas. Claruit autem anno 1492.

Petrus archiepiſc. Senonenſis, ſcripſit in epiſt. Pauli omnes lib. 14. ſermones varios lib. 1. Diuerſos etiam libros Bibliorum diligenter expoſuit, aliosq; tractatus, et varios et vtiles ſcripſiſſe dicitur.

* Petri Serrani Complutenſis Eccleſiæ canonici in Leuitici librum commentaria. Antuerp. Chriſt. Plantinus 1572. in fol. magno.

Petri Seuerini Dani Idea medicinæ philoſophicæ, fundamenta continens totius doctrinæ Paracelſicæ, Hippocraticæ, & Galenicæ. Baſileæ Sixtus Henr. Petri 1571. in 4. Eiuſdem epiſtola ſcripta Theophraſto Paracelſo, in qua ratio ordinis & nominum, totiusq; philoſophiæ adeptæ methodus oſtenditur. Baſileæ in 8. 1572.

Petri Sybillini de peſte liber abſolutiſſimus.

Petri de Soto Inſtitutionum Chriſtianarũ lib. 3. Eiuſdem libri contra Ioan. Brentium. * Antuerpiæ anno 1552. in 16. Eiuſdem Manuale clericorum ſeu de inſtitutione ſacerdotum, eorum maxime qui ſub epiſcopis animarum curam gerunt, quo ad mores eorum & reliquam vitam. 12. Coloniæ.

Petrus de Spira, ordinis eremitarum S. Aug. German. ſcripſit ſermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. ſuper libros Ethicorum. lib. 8.

Petrus de Stagno ſcriptor iuris, citatur in Summa Angelica.

Petri Stellæ diſputatio de creditore, impreſſa Pariſijs apud Wechelum. Super 1. & 2. ff. veteris. De officio Proconſulis & legati. De pub. in rem actio. De cond. indebiti l. Repetitio. Super 2. ff. Infortiati de bon. poſſ. con. tab. L. Si duobus para. Si prius. Super 2. ff. noui. De verb. oblig. L. Qui Romæ parag. Aug. Super 1. Codicis. De pactis L. Si creditores.

Petrus Stokes, ſcripſit contra Wicleui articulos. Lecturam ſententiarum lib. 4. Bibliorum commentarios. Contra Philippum Repyngadum. Aduerſus Nicolaum Herforde. Defenſionem Holcoth. Et alia plura, quæ Ioan. Baleus in eius vita enumerat. Vixit anno 1399.

Petri Strategi medicinæ doctoris Roſtochij, libellus de ijs affectibus qui falſo incantationum vi excitari à pleriſq; creduntur, nondum impreſſ.

Petri Suauenij Pomerani ad Ioan. Cellarium epiſtola apologetica. Obijt circa annum 1551.

Petrus Subertus ſcripſit librum de viſitatione in vinea Domini.

* Petri Suickeri elucidatio in 7. Pſalmos pœnitentiales, anno 1514.

Petrus Sulpinus, Toloſæ Minorita, epiſcopus Baſatenſis, ſcripſit de Angelica hierarchia lib. 1. De eccleſiaſtica hierarchia lib. 1. De theologia

Digitized by Google

*myſtica lib.1. De diuinis nominibus lib.1. Et alia. Claruit anno Domini 1340. Nicolaus Bertrandus.*

Petrus *Summontius omnes Ioannis Iouiniani Pontani obſcuriores locos explicauit, & præfationes aliquot operibus eius præfixit, quæ vnà cum illis impreſſa habentur. Idem edidit Neapoli elegos Rutilij Namantiani.*

Petri *de Superuilla Conſilium, an Eccleſia poſſit infeudare ſine conſenſu Domini.*

Petrus *Sutor Carthuſianus, ſcripſit de tranſlatione Bibliorum librum impreſſum. Ad huius Apologiam Deſid. Eraſmus Antapologiam edidit, quæ continetur Tomo 9. operum ipſius. De vita Carthuſianorum lib. 2. impreſſi Louanij anno 1572. in 8.*
* *Eiuſdem de poteſtate eccleſiæ in occultis liber, Pariſijs anno 1546. in 8.*

Petrus *Suuanyngton Anglus, Nordouolcas, Carmelita, ſcripſit ordinarias quæſtiones, & ſcripturarum lecturas. Vixit anno 1270.*

Petri *Syluij monachi Dominicani, libelli contumelioſi in D. Marth. Lutherum, excuſi Lipſiæ.*

Petrus *Taboræus, hiſtoriographus diligens, ſcripſit Chronica Brabantiæ lib.1. Ex quo et Ioan. Mario Gallicarum rerum illuſtratore, Chriſtianus Maſſæus plura pro ſuo opere collegit. Idem Maſ.*

Petri *Talpæ Stellini, Wernio, Empiricus ſiue indoctus medicus per dialogum. Exilium Empiricorum, breui elegia Satyrico ſale condita deſcriptum.*

Petrus *Tartoretus Pariſienſis, S. Paginæ profeſſor, ſcripſit expoſitionem in totam fere philoſophiam Ariſtotelis: in logicam, phyſica, de cælo & mundo, generatione & corruptione, meteora, de anima, de ſenſu & ſenſibili, memoria & reminiſcentia, ſomno & vigilia, longitudine & breuitate vitæ, & metaphyſica quædam. Expoſitio totius Logicæ Ariſtotelis ſeorſim excuſa eſt, item phyſica: vtraq; Pariſijs apud Claudium Dauoſt, anno 1509. quo tempore etiam ipſe autor claruit. Expoſitio in Summulas Petri Hiſpani, cum textu, vnà cum additionibus: ibidem & eodem tempore excuſa. Idem recognouit veterem tranſlationem Ethicorum Ariſtotelis ad Nicomachum, & commentarios adiecit, qui manuſcripti extant apud Caſparum Wolfium medicum. Eiuſdem lucubrationes excuſæ ſunt Venetijs, anno 1571.* * *Eiuſdem Tractatum de intentione & rarefactione & condenſatione formarum. Manuſcriptum habet Marcus Widlerus Tigurinus. Eiuſdem in quartum librum ſententiarum opus. Per F. Conſtantium Sarnanũ ordinis Min. Con. D. Franciſci nonnullis cum additionib. in margine, et indice ex Scotiſtarũ fonte excerptis. In 8. Venetijs anno 1579.*

Petrus *de Tarantaſia, ordinis Prædicatorum, ſcripſit ſuper ſententias lib.4. In epiſtolas Pauli omnes lib. 14. In Pſalmos quoque lib. 1. In Cantica canticorum lib.1. Thomæ Aquinatis opera in epitomen redegit. Scripſit etiam* Poſtillas *ſuper* V. *libros Moſis. De æternitate mundi. De intellectu & voluntate. Super Lucam. De vnitate formarum. De materia cœli. Hic ex monacho primum epiſcopus*



*Lugdunenſis, poſtea Cardina*
*mum Papa Innocentius* V. *fa*
*no 1275.*
Petri *Tegbij liber Cantic*
*mottetarum, ad vſum Teſtu*
*Domini 1573.*
* Petri *Terminei* I. C. *Pro*
*conſuetudinis frequentioris p*
*tus, complectens officia perſon*
*tium.8. Coloniæ apud Ioan. G*
Petrus *Textor, vide Ioa*
* Petri *Thyræi Noueſian*
*tionibus ſpirituum diſputatio*
*ſes propoſita. In 4. Moguntiæ*
* Petri *Tboleſani* I.V.D.
*tis in libros 7. digeſtæ. In 16. L*
*nium Gryphium 1578.*
Petrus *Thomas, Carmel*
*tentias lib.4. Sermones quoq*
*dam alia. Claruit anno 1350.*
Petrus *Tiara, vide Petr*
Petrus *Toletus, Medi*
*Lugdunen. Gallus, ſcripſit vn*
*ticularis præcautionem & cu*
*lum Odi de Odis, de prandij*
*quantitate paraſtaſin: Appen*
*nonymi cuiuſdam de morbis*
*eſt Paulus Bagellardus: ) E*
*digioſas de rebus futuris. Ge*
*ſit Lugduni anno 1534. Ex*
*ſextum librum Pauli Ægine*
*ſculum Galeni de tumoribu*
*dem libellum de ratione cur*
*Stephanus Doletus Lugdun*
*anno eodem.*
Petrus *Trapolinus, P*
*ſcripſit de humido radicali*
*laudatiſſimos in quæſtionem*
*cinarum.*
Petrus *Trecenſis, Vide*
Petri *Turelli, Auguſtud*
*nus pedeſtri oratione contex*
*roſis vno digito diſterminan*
*Petro Principe anno 1553.*
Petri *de Tuſignano con*
*impreſſa cum faſciculo medi*
*ne ſanitatis libellus, impreſſ*
*Eiuſdem recepta multiplicia*
*ſis medicinalibus commenta*
*no Domini 1518. Eiuſdem li*
*in quo non ſolum aquarum v*
*earum quoque exhibendarun*
*impreſſus Venetijs à Iuntis,*
*ſorum ſcriptis de balneis.*
Petrus *Valla, Placentin*
*de ſuccedaneis.*
Petrus *de Vbaldis* I. C.
*piſcopali, de canonica paro*
*duobus fratribus, & alijs qu*
*muneribus, de permutatione*
*tatione ſtatus eccleſiarum, de*

Digitized by Google

ſius reuocatione. De præſcriptionib.in 2. Decretal. c.ſi diligenti. Floruit anno 1344.

Petrus de Vbaldis iunior, ſcripſit Repetitionem ſuper 3. Decretal. De teſtamentis.

Petrus de Vena, Toloſanus 22. magiſter Auguſtinianorum generalis, ſcripſit ſuper Ethica Ariſtotelis lib.10. Quodlibeta Toloſana lib 2. Vitas ſanctorum lib.1. De perfectione hominis lib.1. Expoſitionem decretalis lib.1. De quadruplici inſtinctu lib.1. De origine ſui ordinis lib.1. Atq; alia. Claruit anno Domini 1370. Nicolaus Bertr.

Petri Vendrami I.C. Enchiridion. De iudicijs veterum. De priuilegijs creditorum, commmentarius excuſus Antuerpiæ, 1560. in 8.

Petrus Venerabilis abbas, floruit anno Domini 1140. ſcripſit puro Latinoq; ſermone contra hæreticos ſui temporis impugnantes Baptiſmum infantium. Petri Venerabilis abbatis Cluniacenſis contra Henricianorum & Petrobaſianorum hæreſes lib.2. Excuſi Ingolſtadij ab Alexandro Wiſſenhorn, anno 1546. Petri Venerabilis Epiſtolarum libri ſex. Eiuſdem Rythmi. Præterea Miraculorum libri duo. Pariſijs, 1522.

Petrus de Verberia, dictus Aureoli, ordinis fratrum minorum, & archiepiſcopus Aquenſis, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. Breuiarium B. bliorum, de conceptione S. Mariæ lib.1. Sermones de tempore li. 1. Sermones de ſanctis lib.1. Citatur in ſumma Angelica. Vixit anno 1317.

Petrus Vetruuius, ſcripſit de modo ſtudendi in Iure.

Petrus Victor, aliâs Victorius, Ciceronis libros caſtigauit, & adiecit explicationes caſtigationum. Robertus Stephanus Pariſijs excudit, cum Ciceronis operibus. Caſtigationes in libros de oratore, Brutum, perfectum oratorem, & rhetorica ad Herennium. Item in Epiſtolas Familiares, & ad Atticum. Oporinus excudit Baſileæ, cum diuerſis aliorum in eoſdem Ciceronis libros commentarijs. Eiuſdem Victorij annotationes in Catonem, Varronem, Columellam, excuſæ Lugduni, anno 1542. Commentaria in libros tres Ariſtotelis de arte dicendi, excuſa primùm Florentiæ, poſtea Baſileæ excudit Ioannes Oporinus, anno 1548. Eiuſdem variarum lectionum lib. 25. ad vtriuſq; linguæ illuſtrationem vtiliſſimi pariter iucundiſſimiq;, excuſi Florentiæ apud Torrentinum, anno Domini 1553. in fol. chart. 121. Oratio ad Iulium III. Pont. Rom. habita & excuſa Florentiæ apud Torrentinum, 1551. Politica Ariſtotelis per Victorium correcta, excuſa in 4. Eiuſdem alij Variarum lectionū lib. 4. Florentiæ, 1569. in quarto. Commentarij in Demetrium Phalereum de elocutione. Florentiæ, 1562. In Ariſtotelem de arte poetica, ibidem, & Baſileæ. Ariſtoteles de arte poetica à Victorio correctus Græce. Venetijs in octauo, 1564. Liber de laudibus Ioannæ Auſtrianæ natæ Reginæ Vngariæ & Bohemiæ Florentiæ, 1566. Eiuſdem & Ioan. Bapt. Adriani & Petri Perondini orationes, Florentiæ, anno Domini 1562. * Eiuſdem epiſtolarum ad Germanos miſſarum lib. 3. nunc primum à Caſeleio editi. 4. Roſtochij, anno 1580. Petri Victoris de vrbis Romæ regionibus & locis libellus in 16. Impreſſus N. anno N.

Petri Vigmanni Vratiſlauienſis Minoritæ, de nomine Ieſu Chriſti adorando, tractatus, contra quem illius temporis monachi & diſputarunt & ſcripſerunt.

Petrus Vincentinus, Dominicanus, Catalogū eorum magiſtrorum, ex omnium ordine ac profeſſione fecit, qui de Mariæ virginis conceptione ſcripſerunt lib.1. Opus eſt impreſſum.

Petrus de Vineis, natione Germanus, Friderici Imp. cancellarius, ſcripſit Epiſtolarum ex perſona Imperatoris lib.6 De poteſtate Imperiali lib.1. Nominatur etiam inter illos ſcriptores, ex quibus memorabilia ſua Bapt. Fulgoſus collegit. Claruit anno 1230. Scripſit & Querimoniam Friderici. Viridarium Imperatorum. Epiſtolæ eius impreſſæ ſunt Baſileæ, 1565. in octauo. * Eius Tractatus continens querimoniam Friderici Imperatoris ſuper ſua depoſitione contra Papam & dominos Cardinales, ſcribentes regibus & principibus mundi, vt non obediant Papæ & Cardinalibus, eo quod ſunt Chriſtianorum eleemoſynis impignorati. Extat in bibl. Imp. in fol. & in membrana manuſcriptus. Eiuſdem libri ſex, quibus complexus eſt ſummam Cancellariæ tempore Caroli Boemiæ regis, liber in folio ſcriptus in chartâ, ibidem.

* Petrus Vincentinus ſcripſit epitaphium in obitum Hermanni Bonni.

* Petri Vanci Siculi Miſſæ Venetijs 1576.

Petrus Viretus, Orbæ natus, oppido Berneñſium & Friburgenſium communi, * Gallice eloquentiſſimus, edidit Gallice dialogos ſex Chriſtianarum diſputationum, impreſſos Geneuæ, anno 1544. Item Necromantiam Gallice, eodem ſtyli genere dialogum, ibidem impreſſum. Eoſdem dialogos in Latinam quoque linguam ab eo conuerſos aiunt, & Gallicos commentarios in Acta Apoſtolorum parari. Idem ſcripſit de Origine veteris & nouæ idololatriæ lib. 5. quibus oſtenditur, quà in re veteres ſuperſtitiones à nouis differant, & quæ ſit earum conuenientia. Item quæ imagines aut reliquiæ veræ aut falſæ ſint. Item quiſnam ſit mediator. Geneuæ excudit Criſpinus in octauo. Item de Origine, continuatione, vſu, authoritate, atque præſtantia miniſterij Verbi Dei & Sacramentorum, & de controuerſijs, ea de re in Chriſtiano orbe, hoc præſertim ſeculo excitatis: ac de earum componendarum ratione lib. 18. excuſi Geneuæ à Roberto Stephano, anno Dom. 1554. in folio. De vero verbi Dei, ſacramentorum & eccleſiæ miniſterio lib.2. De adulterinis ſacramentis lib.1. De adulterato baptiſmi ſacramento, & de ſanctorum oleorum vſu & conſecrationibus lib.1. De adulterata cœna Domini & tremendis miſſæ myſterijs lib. 6. De theatrica miſſæ ſaltatione Cento ex veteribus poetis Latinis conſarcinatus. Liber ab eodem excuſus, anno Domini 1553. in folio. Claruit anno Domini 1554. * Eiuſdem Tractatus de vſu ſalutationis Angelicæ, & de origine capellarum, earumque abuſu. In octauo, anno Domini 1544. Epiſtola miſſa ad fideles, agentes inter Chriſtianos Pa-



Digitized by Google

piſtas: qua docet, quomodo ſibi caueant ab eorum ſuperſtitionibus & idololatria. In 8. anno D. 1543. Demonſtratio facta fidelibus, agentibus inter Papiſtas: præcipue aulicis, & in dignitatibus conſtitutis: quomodo offendant Deum, neq; ſe temere coniiciant in periculum vitæ & perſecutionum. In 8. Geneuæ, anno 1547. De officio hominis & neceßitate, inquirendi de voluntate Dei ex eius verbo: ſimul quid ſperandum de Concilio vniuerſali, quod expectandum putant. Phyſicæ papalis dialogi quinq; quorum inſcriptiones ſunt, 1. Medicina ſiue Mercurius. 2. Balneæ ſiue charon. 3. Aqua benedicta. 4. Ignis ſacer. 5. Alchymia ſiue Pluton. In 8. anno D. 1551. Chriſtianarum diſputationum ſex dialogorum tituli ſunt. Primi: Alchymia, Purgatorij. 2. Officia pro mortuis. 3. Anniuerſaria. 4. Adoleſcentia miſſæ. 5. Infernus. 6. Requieſcant in pace, ſiue de Purgatorio. In octauo Geneuæ, anno Domini 1544. Inſtructio Chriſtiana & ſumma doctrinæ ſacrarum literarum, in qua præcipua capita veræ religionis familiariter tractantur per dialogos. In folio Geneuæ apud Conradum Badium, anno 1564. & apud Ioannem Riuerium, anno 1564. Dialogi de confuſsione mundi. Geneuæ, anno 1545. excuſi. Acta verorum & falſorum ſucceſſorum Ieſu Chriſti, in eccleſia Papali. Item conformitas & differentia ſacræ Cœnæ & Miſſæ. In 8. anno 1554. edita. De communicatione fidelium. Geneuæ in 4. anno 1551. Expoſitio familiaris orationis Dominicæ. Geneuæ ſeorſim in decimoſexto, anno Domini 1551. De natura & varietate votorum atque legum diuinarum. In octauo, anno Domini 1551. Diſputationes Chriſtianæ de ſtatu defunctorum. Geneuæ, anno Domini 1552. Hic author per Galliam Euangelio ſeminando celebrem operam præbuit. Anno Domini 1564. Lugduni ad frequentiſsimam illam vrbem, ſub dio prædicans: multa millia hominum ad fidem, in ſolum Chriſtum conuertit: prætereuntes non animo audiendi, diuina ſua eloquentia, retinuit, & auditores conſtantes fecit. Obijt in regno Nauarreno.

Petri *Vlneri* concio funebris habita cum funus duceretur Illuſtriß. principis Henrici ducis Brunſuicenſis & Luneburgenſis, 1568. Germanice. Explicatio Euangeliorum & Epiſtolarum quæ Dominicis & feſtis diebus recitantur, deſumpta ex Poſtillis maioribus Ioannis Feri, Coloniæ, anno 1572. in folio, Germanice.

Petrus *de Vnzola*, Bononienſis, Iureconſultus, ſcripſit ſuper continuatione quinti, ſexti, & ſeptimi capitulorum Summæ domini Rolandini, quod vocauit Auroram nouiſſimam. Item Conſultationes varias lib. 1. Eiuſdem Lectura & Practica artis notariatus varios ac vtiliſsimos effectus declarans, in legum varijs titulis, excuſa Lugduni, anno Domini 1538.

* Petri *Warenberg ab Altenkirchen*. Reſponſio ad nouum ſcriptum H. Hamelmanni licentiati Theologiæ & ſuperattendentis Oldenburgici, quo conatur probare cum iis, quos ipſi placet ipſi Caluiniſtas & Sacramentarios appellare, non eſſe poſthac publico colloquio agendum. Quarto Neoſtadij. E-



iuſdem Hamelmannia, ſeu A
logus oppoſitus duabus narra
manni Hamelmanni. 4. Nea
Matthæi Harniſch, 1582.

Petrus *Wattes* monach
piſtica illa ſecta deſerta, ſcrip
gia lib. 1. Super piorum homi
per vana ſpe Papiſtarum lib.
Baleus.

* Petrus *Wirthus* Lamb
Dauidis, iuxta tranſlationem
cantica: Hymnos & oratio
catholica & ſuccincta ipſius
Lipſiæ, 1579.

Petrus *de Yekeham*, pat
dum operam literis daret, Ga
regum Britanniæ lib. 1. Gene
lib. 1. Claruit anno 1274. Bale

Petrocus *Cornius* bon
eo natus, compoſuiſſe fertur,
Claruit anno 560. Baleus.

Phacelli *Tetraſtichon* l
ſect. 22.

Phæbammonis *Sophiſ*
toricis, in bibliotheca Ioan. Sa

Phædimi *Heracleam* ci

Phædon *Elienſis* philoſ
lus, &c. vide Suidam, qui &
numerat.

Phædon *Elienſis* Socra
logos, de quibus nihil dubitat
nem: de quibus ambigitur, N
quidam Æſchinis, alij Polier
tas, id eſt, ſenes, quem ferunt e
cos ſermones, quos etiam quid
uerant. Laertius. Suidas pra
gos numerat, Simmiam (qui f
eſt) Alcibiadem & Critolau

Phædimus *Elegiarum*
Amaſtrianus, aut Crommites.
the, Eius Heracleam citat A

Phæmonis *philoſophi*
κυνῶν, impreſſus libellus Wite
tatione & annotationibus A
tiſlauienſis. In direptione Rh
terarum non ignaro aſportatu
fuit Ioanni Treſtero Dantiſc
Eundem libellū conuertit etia
bam. Extat quoq; in biblioth
plar manuſcriptum Græce, v
authoris libello de cura accipit
thoris nomine.

Phaenni *Tetraſticha* du
gij Græci.

Phalaridis *Agrigentino*
aliquot Græcæ, impreſſæ V
cum diuerſis aliorum Græcis
am nonnulla inde citat, & Su
ſtolas valde mirabiles compo
Iuſtinopolitanus epiſtolas P
& Bruti ad verbum tranſtul

Digitized by Google

excudi curauit, anno 1502. in 4. In præfatione ait nō deeſſe qui epiſtolas quæ Phalaridis feruntur Luciani eſſe putent. Eaſdem epiſtolas Franciſco Aretino interprete, Baſileæ impreſſit Oporinus in 16. cum diuerſorum epiſtolis Laconicis.

Phaniades *Peripateticus, ex Phalanna vrbe Cretæ. Stephanus.*

Phanias *aut Phænias Ereſius philoſophus, Peripateticus, Ariſtotelis diſcipulus: vixit centeſima vndecima Olympiade, & deinde, ſub Alexandro Macedone. Suidas. Citantur autem ab Athenæo libri eius, Ad Sophiſtas, De poetis, De tyrannis Siciliæ, De plantis, Magiſtratus Ereſſi, Tyrannorum cædes ex vindicta. Citantur etiam à Plutarcho in vita Themiſtoclis & Solonis Phaniæ Leſbij hiſtoriæ, quem eundem eſſe arbitror, cum Ereſſus ſit Leſbi vrbs. Porro à Laertio citatur Phanias* ἐν τῷ περὶ σωκρατικῶν, ἐν τῷ πρώτῳ δὲ περὶ τῶν σωκρατικῶν, ἐν τῷ περὶ χριτηρίου. *An hic idem ſit cum ſuperiori iudicent docti, ego aliū eſſe arbitror, cum hic fuerit Poſidonio recentior eius neceſſarius, alter Ariſtotelis diſcipulus, inter quos magnum eſt temporis interuallum.*

Phanias *Phyſicus citatur à Plinio lib. 21. 22. 24. & tribus deinceps: ſcripſit artem, vt idem refert Vrticæ laudes. Arbitror autem non alium ab eo citari, quam Ereſium, qui, Suida teſte, de Plantis ſcripſit.*

Phaniæ *octoſtichon. lib. 1. Florilegij Græci.*

Phanocles, ἐν ἔρωσι *citatur in Clementis Protreptico.*

Phanoclis *poetæ verſus aliquot elegos refert Stobæus, de morte Orphei, in ſermone, Quod malus ſit amor.*

Phanocriti *librum* περὶ ἰσδόξων, *Athenæus citat.*

Phanodemi *hiſtorias, ſubinde citat Plutarchus in vita Temiſtoclis & Cimonis. Et eius Atthidem Athenæus.*

Phanodicus *citatur à Laertio.*

Phanotheam *Icarij vxorem aiūt inueniſſe carmen heroicum hexametrum, alij verò Themim vnā ex Titanidibus. Clemens Strom. 1.*

Phanutius *de Phanucijs D. Lucenſis, De in litem iurando. Idem de iure dotis, Lugduni 1562. in 8. * Eiuſdem Tractatus de inuentario hæredis ac eius beneficio, cui acceſſit eiuſdem authoris reſponſum, pro ſtatuto Lucenſi. 8. Venetijs 1580.*

Pharnuchus *qui Perſicas hiſtorias ſcripſit, natus eſt ex Aſybe, vel Antiochia Meſopotamiæ vrbe. Stephanus.*

Phaſgo *in libro de Longæuis citatur à Laertio in Epimenide: quidam tamen V. C. habent Phlegon.*

Phauorinus *Arelatenſis, ex Gallia, in multitudine ſcribendi Plutarchi Chæronei æmulator, cōpoſuit plurima philoſophica, & hiſtorica, ex quibus feruntur de Homeri philoſophia, de Socrate, & amatoria eius arte: de Platone, de philoſophorum diæta, & alia: ſcripſit etiam Gnomologica. Suidas. Multa ex eius ſcriptis paſſim recitantur apud Stobæum. Phauorini aliquot libri à Galeno citantur,* περὶ ἀκαδημαϊκῆς διαθέσεως, *qui Plutarchus inſcribitur, in quo Oneſimū Plutarchi ſeruum cum Epicteto colloquentem inducit. Alcibiades.* περὶ καταληπτικῆς φαντασίας *lib. 3. Vnus ad Dyſonem, ad Adrianum alter, tertius ad Ariſtarchum.* μηδὲ τὸν ἥλιον εἶναι καταληπτόν. *Meminit horum librorum Galenus in libello, De optimo genere doctrinæ, qui totus contra Phauorinum & Academicos ſcriptus eſt. Citatur etiam eiuſdem Omnimoda hiſtoria, ſiue* παντοδαπῆς ἱστορίας *libri. Commentariorum libri. Metrous.* περὶ κηραικῆς ἀγωγῆς, τοῖς τῶν ἐθνικῶν ἀπομνημονεύμασι. *Epitome quarta Pamphyliæ. A Laertio & Stephano. * Phauorinus, copiæ cornu, opus ſuum ab omnium rerum fæcundiſſimo vbere nuncupauit. Had. Iunius.*

Phelli *cuiuſdam liber Græcus de rebus varijs, Venetijs habetur manuſcriptus.*

Phemius *Ithacenſis, reditum Græcorum à Troia Agamemnone duce, carmine cecinit. Plutarchus de Muſica.*

Phemonoe *prima Apollinis Delphici vates, carmen heroicum primum inueniſſe, eoq́ multa ſcripſiſſe fertur. Suidas, & Volaterranus.*

Pherecrates *Athenienſis, veteris comœdiæ poeta* ἀθηναῖος, *ſcripſit Comœdias 17. vt Suidas refert: vt ſcholia Ariſtophanis 18. Citantur autem ab Athenæo & Polluce hæ illius fabulæ: Agricolæ, Anus, Crapatalli, Corianus, Dulodidaſcalus,* ἐπὶ λαισμὸν ἰδάλασσα, *Litteræ,* χῆροι αὐτόμολοι, μεταλλεῖς *Myrmecanthropi, Perſæ, Pettala, Transfugæ, Triptolemus, Tyrannis: Somnus* ἢ παννυχίς, *apud Pollucem pro* ὕπνῳ *habetur Hippone* χείρων, *Pſeudohercules. Vixit tempore Platonis.*

Pherecides *Athenienſis, antiquior Syrio, quē cōgiſſe Orphei ſcripta ferunt: ſcripſit de indigenis (ſunt autem libris 10. Atticæ antiquitates comprehenſæ) & adhortationes verſibus. Porphyr. autem nullum Syrio admittit antiquiorem, ſed illum ſolum putat auctorem fuiſſe ſolutæ orationis. Suidas.*

Pherecides *Lerius, hiſtoricus, natus paulò ante ſeptuageſimam quintam Olympiadem ſcripſit de Lero, de Iphigenia, de Bacchicis feſtis, & alia. Suidas.*

Pherecides *Syrius, ex Syra inſula Cycladum vna natus, æqualis Thaletis, primus de natura & Dijs ſcripſit. At eius liber de rerum principio Laertij tempore extabat, cuius initium ab illo commemoratur: à Suida verò hæc eius ſcripta nominantur: Heptamychus (nomen factum à ſeptem receſſibus) ſiue Theocraſia, id eſt, temperies Deorum: aut Theogonia, id eſt, Deorum ortus. Eſt autem Theologiā lib. 10. deſcripta, Deorum origines & ſucceſſiones continens. Clemens quinto Stromaton ſcribit huius theologiam fuiſſe obſcuram & ænigmaticam ſimilem Heracliti libro de natura. Andron Epheſius, præter hunc alium fuiſſe tradit Pherecydem Syrium Aſtrologum. Eratoſthenes vnum tantum Syrium, alterum Athenienſem genealogum fuiſſe aſſerit.*

Pherenicus *Heracl. epopœus. Athen. citatur.*

Philaldelphus *Ptolemæenſis philoſophus, vnus ex dipnoſophiſtis apud Athenæum.*

Philaci *epigrammata Athenæus allegat.*

Philalethis *Clementis Benacenſis de Chriſti*

*Ieſu paßione,deq; illius fructu libellus eſt Baſil,excuſ.apud Opor.anno 1548. & alius,ad eos qui iniuria de natura queruntur,ibidem.*

* Philaletis *& Genij Dialogus perſona & voce Echus,aſſumpta de rebus non vulgaribus,manuſcr. bibl.Imper.*

Philagrius *Lycius Macrenſis,Epirota genere, medicus,libros medicinales reliquit,monobiblos ſeptuaginta,& alios non paucos,item commentarium in Hippocratem.Suidas. Aetius Philagrij citat aloetica, de colliquante febre, de dulcibus conſuetisq; in febri potionibus, diætam calculorum gracilium, de ſeminis in ſomno profluuio, collyrium quoddam ad anginas,de lienis affectionibus,de calculoſis renibus, de ganglio, vnctionum confectiones ad vteri ſuffocationem,& alia præſidia ad idem. Allegatur etiam à Ioan.F.Meſuæ.*

Philagrij *& Archigenis de renum calculo fragmentum manuſc.in bibl.Regia. Videndum an diuerſum ab eo,quod in Aetio habetur.*

Philammon *Delphicus, Latonæ Dianæ atq; Apollinis ortum canticis modis edidit, & choros circa Delphicum templum conſtituit,vt ex Heraclide Plutarchus commemorat in libro de Muſica.*

Philarchi *liber de pulſibus,impreſſus olim cum Ioannicio, deinde cum Theophilo de vrinis, Albano Torino interprete, Baſileæ apud Henricum Petri, anno* 1533.

Philareti *hiſtorici, ſcripta ſubinde citantur apud Plutarchum in vita Camilli, Pyrrhi & Arati. Eius hiſtoriarum libri aliquot ad viceſimum vſque citantur ab Apollonio.*

Philarchi *cuiuſdam ſcripta citantur etiam apud Higinum.*

Philaſtrius *ſcripſit catalogum hæreſeon*, 156. *Henricus Petri excudit Baſileæ,anno* 1528. *Claruit anno Domini* 380.

Phileas *epiſcopus Thebaidæ Ægypti ſcripſit diſputationem contra iudicem iniquum lib.*1. *de laude martyrum lib.*1. *vide Hieronymum. Claruit* 246.

Phileæ *Thmuitani epiſcopi ſcriptum de Alexandrinis martyribus extat in hiſtoria eccleſiaſtica Nicephori lib.*4.

Phileas ἐν περιπλοῖς *citatur à Stephano.*

Phileas *in Aſia citatur à Macrobio* 5. *Sat.*20.

Phileæ *epigrammatum diſtichon Stobæus in paregoricis citat.*

Philelius, *Vide Phillilius.*

Philemon *Siracuſanus, filius Damonis, nouæ comœdiæ poeta, conſcripſit comœdias circiter nonaginta. Vixit annos* 99. *Comœdiarum eius nomina hæc apud Athenæum & Pollucem leguntur. Agricus. Anancumene, Androphonos,ſeu Homicida, Apollo. Arpallomene, Babylonius, Delphi, Enchiridion, Epidica Zomenos, Theſaurus, Medicus, Corinthia, Mœchus, Metion, aut* ζώμιον, *Neæra, Palamedes, Pareiſion, Parion, Mendica. Mendicus, Miles, Commorientes, Synephebi, Phaſma, Philoſophi,* χήρα, *Nuptiæ, Ianitor, Panegyris, Rhodiæ, Sardius, Siculus, Pterygium. Hypobolimæus. Citantur Philemonis carmina à Stobæo, Clemente, Athenæo, à*



*quo etiam citantur Philemon*
*ticis nominibus, & alius de*
*tur etiam à Plinio Philemon*
*lis hiſtoriæ.*

Philemon *iunior, & ip*
*lemonis comici,edidit quinqu*
*dias. Suidas.*

Philemonis *Lexicon*
*Henrici Memmij.*

*S.* Philemonis *anachor*
*liber Græcus ſeruatur in I*

Phileni *Lunardi & Io.*
*epiſtolia quædam ad Gilb.Co*
*leæ apud Rob.Winter.Clar*

Philenis *impudiciſſima*
*bitus generibus, Aſtyanaſſen*
*ſcripſit. Leonicus lib.*1.*cap.*31

Philes *quidam Græcus*
*rios,obſeruato certo numero*
*proſodia, ad Michaelem Im*
*proprietate: impreßi ſunt Ve*
*ſenij Monembaſiæ archiepiſ*
*rolum* V.

Philetas *Cous, tempore*
*dri ſcripſit epigrammata &*
*tantur verſus aliquot apud S*
*niis. Athenæus allegat Obil*
*Philetæ quidam tribuunt*
*diæta. Galenus.*

Philetærus *Athenien.*
*mici F. fabulas ſcripſit* 21.*qua*
*tur à Suida. Athen.etiam pa*

Philiades *Megarenſis,*

Philibertus *Bonetius*
*bationibus.l.neq; natales.*

Philibertus *Bruſſelius*

* Philiberti *Bugnonij,leg*
*prætorijs abrogatarum,libri*
*Domini* 1579.

* Philiberti *Hareſſæ The*
*ſtolas D.Pauli ad Romanos*
*in octauo.*

* Philiberti *de Orma, co*
*batis S.Sergij, &c. Archit*
*Gallice. Pariſijs apud Feder*
1567. *In fol.regali.*

Philinus *rhetor citatur*
*tiam Clem.* 6. *Strom. Phili*
*fuerit Demoſthenis. Memin*
*lini gloſſographi Hippocratis*

Philinus *quidã ſcripſit*

Philippides *Athenien*
*Olympiad.* 3. *fabulas exhib*
*Suidas. Athenæus octo ex f*
*citat. A Stobæo etiam ter a*
*iuſdem ſcripta citantur apu*
*Demetrij. Ex eius fabulis*
*citantur, Amphiaraus, A*
Ἀργυρίου, ἀφανισμός, Αὐλοί, *Ena*
*Phileuripides.*

Philippi *cuiuſdam Gr*

Digitized by Google

ſim leguntur epigrammata in Anthologio: aliquando Macedo gentile additur.

Philippus quidam Græcus author, Hori Apollinis hieroglyphica ex Ægyptio ſermone in Græcum tranſtulit.

Philippus Caricarum rerum ſcriptor citatur à Strabone lib.14. Stephanus quoq; Philippi quintum Sicelicorum laudat, niſi forte perperam nomen Philippi pro Philiſti poſitum ſit.

Philippi Abucaræ ſunt ſcholia in Hephæſtionem, quæ extant ἀνώνυμα.

Philippus quidam I.C. alius à Philippo Perusino, citatur in Summa Angelica.

Philippus, ordinis Prædicatorum, Siculus (conterraneus & affinis Ioan. Philippi de Lignamine equitis Siculi & typographi Romæ, circa annum Domini 1480.) ſcripſit opuſcula aliquot ab eo Ioan. Philippo impreſſa in quarto, chartis 19. Sunt autem hæc: De diſcordantiis inter Euſebium, Hieronymum, Aurelium Auguſtinum, numero 16. quarum vltima eſt, An poetæ & gentiles prænotionem aliquam de Chriſto habuerint, qua occaſione ſubiungit, cum aliquot gentilium tum Sibyllarum omnium de Chriſto & Chriſtiana religione præſagia. Deinde ſequuntur Commentarij ſuper Symbolum Athanaſij, Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam. Super illud, Te Deum laudamus, & Gloria & in excelſis Deo. Donatus theologicus, quo theologicæ quæſtiones grammatica arte ſoluuntur.

Philippus Alberti de Nuſſia, Germanus, Carmelita, ſcripſit in Cantica canticorum, in textum ſententiarum lib.4. Contra Wigandum ordinis prædicatorij monachum, de puriſſima conceptione virginis Mariæ. Vixit 1459. Idem ſcripſit Sermones per annum lib.1. Epiſtolas ad diuerſos lib.1.

Philippus Amphipolites hiſtoricus. ſcripſit Rhodiacorum lib.19. Coana libris 2. Thyſiaca lib.2. & alia. Suidas.

Philippi Appiani Coſmographia vtriuſq; Bauariæ, in qua oppida, caſtella, arces, vici inſigniores, flumina, lacus, paludes, diligentiſſime annotantur, 1569. Eadem in libri formam redacta, in tabulas 24. impreſſa anno 1570

Philippus Aubinus philoſophus ac mathematicus, ſcripſit Canones tabularum lib.1. Baleus.

Philippi Auenarij Cantiones ſacræ quinque vocum, accommodatæ ad omnes vſus. Norimbergæ anno 1572.

Philippus Aug. & Philippus Cæſar Imper. in fragmentis Gregoriani codicis allegantur.

* Philippi Aureoli Theophraſti Paracelſi, vide Theophraſti Paracelſi.

Philippus Baſtonus Notingamienſis ditionis alumnus & eiuſdem vrbis Carmelita, compoſuit Epiſtolarum opus lib.1. Conciones quoq; lib.1. Claruit anno 1320. Baleus.

Philippus Bechius in Vergilij Bucolica, Georgica, Æneida annotationes ſcripſit, impreſſas Lipſiæ cum opere Vergiliano à Valentino Papa, anno Domini 1546. octern.9. Philippus Bechius philoſophus & medicus profeſſor dialectices in Academia Baſilienſi è Græco in Latinum ſermonem conuertit Georgij Pachymerij Epitomen in vniuerſam fere Ariſtotelis philoſophiam. Baſileæ in officina Frobeniana, 1560. in folio. * Item è Latino in Germanicũ ſermonem tranſtulit Georgij Agricolæ libros 12. de re metallica.

Philippi Begardi index ſanitatis, impreſſus Germanice.

* Philippi Bergomatis, vide Iacobus Philippus.

Philippus Beroaldus, Bononienſis, ſcripſit multa, quæ impreſſa Lugduni & Pariſijs, anno 1499. & Brixiæ apud Angelum Britannum. Ex his ſunt De optimo ſtatu libellus. Oratio de felicitate habita in enarratione Georgicon Vergilij & Columellæ. Declamatio an orator ſit philoſopho & medico anteponendus. Declamatio Ebrioſi contra ſcortatorem & aleatorem. Epigrammatum & poematiorum liber. Liber præfationum, prælectionum & orationum, 1. De laudibus Agriculturæ, 2. Amoris 3. Hiſtoriæ, 4. Poetices, 5. Eloquentiæ & Ciceronis, 6. Muſices, 7. Iuuenalis & Salluſtij. 8. Perſij poetæ, 9. Ad Tribunos plebis, cum aliquot alijs. Panegyricus ad Ludouicum Sfortiam. Oratio in nuptijs Bentiuolorum. Alia oratio nuptialis. Hiſtoria Giſippi & Titi: Alia de Galeſo & Cimone. Oratio prouerbialis. Alia in Verrinas. Item de nomine Imperatorio, de terræmotu & peſtilentia opuſculum impreſſum Baſileæ apud Heruagium. Eius Centuria prima, continet Annotationes in Ouidium. Horatium, Martialem, Iuuenalem, Papinium Statium, Tibullum, Lucanum, Plinij epiſtolas, Lucium, A. Gellium, Ciceronem, Plinij hiſtoriã naturalem, Apuleium, Pedianum Aſconium, Quintilianum, Æmilium Probum, D. Hieronymum. Cæſaris commentaria, Hieremiam prophetam & Danielem, Suetonium, Plautum, Q. Curtium, Auſonium, Iureconſultos, Seruium Grammaticum, in Plinium annotationes: Aſcenſius excudit Pariſijs cum alijs quibuſdam. Commentarij in Ciceronis orationes Philippicas, impreſſi Pariſijs apud Aſcenſium, 1529 cũ ipſius Aſcenſij, Maturantij, & Trapezuntij ſcholijs in eaſdem, & Baſileæ apud Oporinum, anno 1553. Item in M. Tullij Quæſtiones Tuſculanas, impreſſi Pariſijs. Cõmentarij in Apulei de aſino aureo lib.10. impreſſi Venetijs. Pæanes & carmen lugubre paſſionis Domini, ſeorſim etiam excudit Aſcenſius cum ſuis commentarijs: Annotationes in P. Cornelium Tacitum, impreſſæ. Commentationes in C. Suetonium, impreſſæ Pariſijs. Annotationes in lib.13. Columellæ, quibus ordine alpabeti vocabula ruſtica, & alia quædam obſcuriora ab eo explicantur. Gryphius excudit Lugduni cum ipſo Columella, &c. Explicatio in præcepta ſeptem Græciæ ſapientum, & in Symbola Pythagoræ. Henricus Petri excudit Baſileæ, anno 1534. & de ſcribendis epiſtolis libellus, cum appendice Margaritæ philoſophicæ, Baſileæ apud Henricum Petri. Anticategoriæ, id eſt, mutuæ accuſationes, ſcortatoris, aleatoris, & ebrij: Coloniæ apud Gymnicum. Eiuſdem Epiſtolæ quædam leguntur lib.2. & 6. & 11. epiſtolarum Angeli Politiani: item



Digitized by Google

lib.2 epiſtolarum Ioannis Franc. Pici. Claruit anno Domini 1510.

Philippi Beroaldi iunioris epiſtola, in fine operum Antonij Codri. Scripſit multa carmina.

Philippus Beuerlay ſacrificus vel monachus, ſcripſit Quæſtiones in Peribermenias li.1. Super ſex principijs lib.1. Baleus.

* Philippi de Biken militis, Itinerarium in terrã ſanctam. Spiræ 1490. in fol.

Philippus Bromierdus Dominicanus, congeſſit Diuiſionum Prædicabilium lib.1. Sermonũ quoque per annum lib.1. Claruit anno 1490. Baleus.

Philippi Cæſaris tractatus de bonis & malis angelis, Germ. Heidelbergæ 12. per Iacobum Mullerum.

Philippus Callimachus, patria Florentinus, regis Poloniæ ſecretarius, ſcripſit de geſtis Attilæ regis impij lib.1. Hiſtoriam Polonicam contra Turcam li.1. De moribus Tartarorum lib.1. Amorum diuerſo metro lib.1. & alia complura. Eius Attila, impreſſus Haganoæ, 1531. vide ſupra in Callimacho. Claruit anno 1490.

Philippus de Caſſo, ſcripſit de teſtamentis in 2. Codicis.

* Philippi Cattorum principis 25. reſponſio aduerſus Ducis Henrici ſycophanticum ſcriptum. In bib. Imp. Viennæ.

Philippi Comici fabulæ ab Athenæo citantur. Obeliaphori, Phylira, Codaniaſtæ. Meminit & Suidas.

Philippi Chalcidenſis ſcripta citãtur apud Plutarchum in vita Alexandri Magni.

* Philippi Ducis Cliuenſis, Inſtitutio omnium generum bellandi manuſcripta. In folio, Italice, bibl. Imperatoris.

Philippus Cominæus, ſcripſit Gallice hiſtoriã rerum geſtarum ſub rege Ludouico X I. in Gallia, Burgundia, Flandria, Anglia, & Hiſpania: liber impreſſus Pariſijs, 1539. apud Engillebertũ de Marneu. Philippi Cominæi viri patricij & equeſtris ordinis, commentarios de rebus geſtis Ludouici eius nominis X I. Galliarum Regis, & Caroli Burgundiæ Ducis, ex Gallico Latinos factos à Ioanne Sleidano, Argentinæ excudit Crato Mylius, anno Domini 1545. in 4. chart. 48. Eiuſdem commentarij de Carolo octauo Galliæ rege, & bello Neapolitano, eodem interprete, Latine excuſi ſunt à Wendelino [illegible]lio, anno 1548. in 8. chart. 16. * Et Ge[illegible]nice ibidem anno 1551. in 4.

Philippus Corneus I.C. Peruſij natus, reliquit Commentaria in Codicem, & quatuor volumina Conſiliorum. vide plura apud Ioan. Ficherdum. Eiuſdem etiam Commentarius ſuper ſexto Codicis impreſſus fertur Papiæ, 1498 item ſuper 2. Cod. & Repetitiones in 1. Cod. de pactis. l. ſi paſcenda pecora. &. Si ad vendi. Autenti. Sacramenta puberum. Obijt anno 1462. Petri Philippi Cornei lecturæ, ſuper prima & ſecunda parte Codicis Item ſuper ſecunda Digeſti veteris parte. Lugduni apud Iuntas, 1570. Fol. vide in Petro.

Philippus Clericus, librum de ſecretis ſecreto-



rum Ariſtoteli attributum, …
ſermonem conuertit.

Philippus epiſcopus Cre…
uerſum Martionem edidit li…
M. Antonini Veri, & L. An…
Hieronymus. Trittemius a…
ſalutis 170.

* Philippi Cuſtoſij, Sent…
pertinentiũ, centuria prima …
poſita. 8. Argentorati, 1579.

Philippus Decius Me…
tus, reliquit in vtrũq; iure ſcr…
terea Conſiliorum libros 4. I…
cretal. & ſuper ff. & Cod. im…
tarius de regulis iuris, impre…
ganum. Inuenio præterea ab…
ſiliorum volumina 4. repeti…
venditione: item alibi comm…
ſecunda ff. vet. & prima & …
1535. quo etiam Senis mort…
de regulis iuris impreſſus eſt …
* Eiuſdem Repertorium, L…
de Reprobatione Teſtamenti…
no 1546.

Philippus Dobereiner…
nici Bloſij in Germanicam l…
impreſſa ſunt Dillingæ. Ide…
tum de ſacrificio Miſſæ. Ger…
uerſus hæreſes. German. M…
Cacciaguerræ librum de com…
taris in Germanicam lingua…
Dillingæ, 1571 Item Ludo…
le. Ibidem, 1572. * Eiuſdem e…
rum hiſtoriarum: prioris de …
ginis Mechtildis: alterius, de …
ce de Barbarano. In 8. Dilli…
ſaurum diuini amoris ex pha…
gij Carthuſiam, Germanice …
lingæ apud Sebaldum Maye…

Philippus abbas Eluon…
pſit vitam S. Amandi lib.1. …
Tornacum & Valenconas. …

Philippi Engelbrechti …
carmen, in nuptijs Ioannis du…
rethæ principis de Anhalt, in…
anno 1514. quatern. 6.

Philippus Engentinus …
tur ſcripſiſſe de vita Lamber…
dem Friburgi Briſgoiæ, cui…
cum laude profeſſor poeticæ …
ruit 1530.

Philippus Fantonius …
brum De ratione reducend…
formam & numerum: cui et…
eandem rem pertinentia. om…
dioſis cognitu valde digna. F…
octauo.

Philippus Ferrarienſis …
Pacenſis eccleſiæ in Hiſpania…
mones de tempore lib.1. ſerm…

Philippi Farreſti Berg…

Digitized by Google

initio mundi vſque ad annum 1468. impreſſa Venetijs per Bernardinum de Benalijs, anno Domini 1486.

Philippi Franci Peruſini* Iuris Pontificij Cæſareiq; Doctoris celeberrimi Commentarius ſuper ſexto Decretal. impreſſus Lugduni. 1534. Eiuſdem ſuper tit. de appellationibus, Tridini. Citatur præterea Diſputatio eius in materia petitorij & poſſeſſorij. Item ſuper ſexto Decretalium Louanij in folio. * Eius in ſextum Decretalium librum Commentarij, cum Summarijs ſingulorum Capitulorum, & Additionibus complurium doctiſſimorum virorũ. In fol. Baſileæ per Sebaſtianum Henricpetri, 1579. Item lectura commentarij ſuper titulo Decretalium, de appellationibus. Nunc varijs multisq; mendis ſublatis multo emendatius opera & diligentia clariſſimi viri D. Bartholomei ab Horatio Patauini I.V.D. recuſi fol. Francofurti 1580.]

Philippus de monte Galerio, Minorita, ſcripſit ſermones de tempore lib. 1. ſermones de ſanctis lib. 1. ſermones quadrageſimales lib. 1.

Pilippus Galleus Diuinarum nuptiarum conuenta & acta ad morum admonitionem tabulis æreis incidit. Item Ieſu Chriſti vitæ admirabiliumq; actionum ſpeculum, quibus addita ſunt diſticha Benedicti Ariæ Montani. * Eiuſdẽ fontiũ Puteolanorũ pulcherrimæ delineationes. In forma libelli. fol. Antuerpiæ. Item effigies 44. virorum doctorum de diſciplinis bene merentium. Antuerpiæ, anno Dom. 1572.

Philippus Gallitius Rhætus, miniſter eccleſiæ Curiæ Rhætorum, ſcripſit catechiſmum, item grammaticam Latinam impreſſam Tiguri ab Auguſtino Friſio.

* Philippi Galtheri poetæ, Alexandreidos libros X. Lugduni excudebat Robertus Granſon, typis Gallicis, anno Domini 1558. vide Gdaltherus de Caſtellione.

Philippus Gerrarde, Cubicularius Eduardi ſexti Anglorum regis, ſcripſit inuectiuam in Bibliomaſtiges. Claruit anno 1548.

* Philippi de Greue Cancellarij Pariſienſis in Pſalterium Dauidicum 330. ſermones in 8.

Philippi Gundelij Patauienſis Eclogæ 2. Apollonodia & Callianera, impreſſæ Viennæ Auſtriæ anno Domini 1518. * Philippi Grundelij (puto Gundelij legendum) I.C. & aliorum trium I.C. reſponſa ad obiecta Papæ, de electione Imperatoris & ratione Imperij. In fol. manuſcript. bib. Imper.

* Philippi Heilbrunneri Theol. D. diſputatio de ſacra ſcriptura. Item de viribus humanis, ſiue (vt vocant) de libero arbitrio.

Philipp. Ingarſias Siculus, profeſſor Neapoli, ſcripſit Iatrologiam, & De tumoribus præter naturam, anno Domini 1551. Forte Ioannes Philippus Ingraſſias.

Philippi Iſangelei ſcripta citantur apud Plutarchum in Alexandro.

Philippus Kersbel, Carmelita Flander Phloſophus & Theologus præclarus, ſcripſit contra veſaniam Vincentij de Nouocaſtro, contra puriſſimam conceptionem Mariæ Virginis latrantem. Idẽ, ſcripſit, Ex Eliphat Anglo compendium lib. 1. Compendium ex Vualdeno lib. 1. Compendium Braduardini lib. 1. Ex alta villa compendium lib. 1. Ex Holcoth Anglo compendium libr. 1. Ex Petro Pelaton compendium lib. 1. Atq; alia. Obijt Pariſijs anno Domini 1489. ex peſte, in ſuo cœnobio ſepultus. Huius opus de conceptione contra Vincentium à Carolo Phernando correctum, impreſſum eſt. Iulianus Haſart.

Philippus Lonicerus Icones Liuianas, præcipuas Romanorum hiſtorias ad viuum expreſſas oculis repreſentantes, ſuccinctis verſibus illuſtrauit. Francofurti, 1573. * Eiuſdem tomus primus Chronicorum Turcicorum in quibus Turcorum Origo, principes, imperatores, bella, prælia, cædes, victoriæ reiq; militaris ratio, & cætera huc pertinentia continuo ordine & perſpicua breuitate exponuntur.

Philippus de Materijs, Siculus natione, Summus regni Cypri Cancellarius ſub rege Petro, ſcripſit vitam Petri Thomæ Carmelitæ, patriarchæ Cõſtantinopolitani lib. 2. Claruit anno Domini 1370. Iulianus Haſart.

Philippus de Mantua, Italus, Auguſtinianus, doctor Clariſſimus, ſcripſit lecturam perlucidam in Apocalypſim lib. 1. Sylueſter Meuſlius.

* Philippi Marbachij theſes de peccato originis in 4. Heidelbergæ 1580.

* Philippi de Marnix, Domini de S. Aldegonda pro ſereniſſimo Archiduce Auſtriæ Matthia & ordinibus Belgicis, habita Vormatiæ menſe Maio 4. Theſes aliquot de Eccleſiæ atq; Eccleſiaſticarum traditionum αὐταρκεία ſeu certa norma. Et, De Sacramento Cœnæ Dominicæ. Reſponſio, ad Michaelis Regij Profeſſoris Apologiam 8. Antuerpiæ, ex officina Ægidij Rhadæi 1582.

Philippus Medmæus ex Medme vrbe Italiæ, ſcripſit De ventis. Stephanus.

Philippus medicus, ſcripſit lib. 2. De maraſmo, quorum primus tantum Galeni tempore extabat. Galenus de maraſmo cap. 10. Idem in præfatione lib. 6. de ſimplicibus, Philippũ de Archigenem inter recentiores de vſu ſimplicium in therapeuticis ſuis voluminibus ſcripſiſſe refert. Non eſſe autem pro Philippo (vt quidam volunt) Phamphilum legendum docet Geſnerus. In Iſagoge inquit, Philippus Cous primus Empericam ſeparauit à logica, rationes accipiens ab Herophilo cuius diſcipulus fuit.

Philippus Melanchton, natione Germanus, patria Brettanus & totius Germaniæ ſummum decus & ornamentum, ſcripſit infinita volumina, hinc inde impreſſa. Cuius tamẽ lucubrationes editas vſq; ad an. 1541. Heruagius excudit Baſileæ, 1546. Cæterum Tomus primus editionis Heruagianæ continet hæc: Commentarium in Geneſin, Commentarium in Prouerbia Salomonis, Enarrationem breuem in aliquot Pſalmos, nempe primum, 2. 3. 4. 110. & deinceps vſque ad 133. Annotationes in Euangelium Matth. in Euangelium Ioannis, in epiſtolam Pauli priorem ad Corinthios. Orationẽ Didymi pro Mar-



Digitized by Google

tino Luthero, aduerſus Thomam Placentinum. Apologiam pro Martino Luthero aduerſus Pariſienſes ſophiſtas. Iudicium contra Anabaptiſtas. De cœna Domini ſententias veterum collectas. de officio principum: vel, An principes debeant mutare impios cultus ceſſantibus, aut prohibentibus epiſcopis, aut ſuperioribus dominis. An liceat Chriſtianis litigare. de arbore ſiue gradibus conſanguinitatis & affinitatis. de eccleſia, & autoritate verbi Dei cum catalogo ſynodorum, & cenſura doctiſſima. de eccleſiaſticis ſcriptoribus antiquis, ſententias collectas ex vtroque Teſtamento de promouendo euangelio. Tomo ſecundo continentur, Commentaria in epiſtolam Pauli ad Romanos. Aliud commentarium in eandem epiſtolam cum præfatione ad Philippum Landgrauium Haſſiæ, &c. Diſpoſitio ſiue methodus ordinis & locorum dialectica, in epiſtolam Pauli ad Romanos. Scholia in epiſtolam Pauli ad Coloſſenſes. Loci communes theologici, ſiue ſumma religionis, pure, ſimpliciter, & methodice tractata per capita 39. Tomo tertio inſunt: Confeſſio fidei: & Apologia confeſſionis, qualis à principibus quibuſdam Germaniæ exhibita eſt Cæſari. Catechiſmus, qui continet explicationem decalogi, ſacramentorum, &c. Ratio breuiſſima concionandi à quodam docto & pio rhapſodo Phil. Melanchtonis familiari cōgeſta: cum diſſertatione de officio concionatoris. Ratio breuis diſcendæ Theologiæ. Diſputationes variæ theologicæ methodo propoſitæ. De tribus votis, ad Carthuſianum quendam epiſtola. Epitome renouatæ eccleſiaſticæ doctrinæ. Epiſtola ad Comitem Ioannem à Vueda. Tomi tertij opera philoſophica: Commentarius de anima. In primum, ſecundum, tertium, & quintum libros Ethicorum Ariſtotelis commentarius. Philoſophiæ moralis Epitome, in Politica Ariſtotelis commentaria. Tomo quinto continentur: Grammatica Latina, Grammatica Græca. Dialecticæ libri 4. rhetoricæ lib. 2 in Heſiodi opera & dies enarratio. Vocabula menſurarum & rei numariæ, cum interpretatione Germanica. Farrago epigrammatum. Et hactenus quæ ab Heruagio impreſſa ſunt. Liber de eccleſiæ autoritate, ſeorſim excuſus eſt Vuittenbergæ, anno 1539. & Argentorati. Commentaria in epiſtolam ad Romanos, Argentinæ apud Cratonem Mylium, 1540. Verum ſcripſit etiam alia, quæ in Heruagiana editione non habentur: vt ſunt: Tabula de menſibus Græcorum, impreſſa aliquoties Baſileæ, in calce Lexici Græcolatini. Eclipſium Solis & Lunæ annis iam aliquot viſarum, vſque ad annum 1540. deſcriptiones. liber ſelectarum declamationum Philippi Melanchthonis, quas conſcripſit, & partim ipſe in ſchola Vuttenbergenſi recitauit, partim alijs recitandas exhibuit. Adiectæ ſunt eiuſdem præfationes in aliquot illuſtres autores: Crato Mylius excudit Argentorati, 1541. Earum catalogum qui volet videre, Bibliothecam Geſneri, imò ipſos potius Declamationum tomos, qui tres iam editi ſunt, quarto etiam propediem in lucē prodituro, inſpiciat. Præter hæc verò, ab eodem ſcripta extant. Præmonitio ad Alcorani lectorem, cum eodem impreſſa Baſileæ, apud Ioan. Oporinum. De-

P H

fenſio coniugij ſacerdotū, exc
Reſponſio ad ſcriptum quoru
ro ſecundario Coloniæ Agri
fordiæ apud Hermannum G
mentarius in Danielem pro
noſtri ſtatus corruptiſſimus,
tis finis deſcribitur. item in
ticinia argumentum, liber in
Diſſertatio in locum ad Col
vos decipiat per philoſophia
leæ ab Adamo Petri, 1527. M
logos de Amicitia & Senect
ſomnium Scipionis annotati
ac diuerſis in locis impreſſis.
eius in familiares epiſtolas C
impreſſit Halæ Sueuorum, 1
tificio & diſpoſitione rhetor
orationes. nempe pro S. Roſci
ne P. Sylla, Archia poeta: i
edidit. pro M. Cælio, pro Mi
impreſſi ſunt Baſileæ apud
tationibus diuerſorum in o
nes. M. T. Ciceronis de orato
quibuſdam ab eodem illuſtra
fronte adiectis, quibus loci o
Secerius excudit Haganoæ,
duni, 1535. Annotationes qu
ronis familiares, impreſſæ Ba
ter. In hiſtorias Saluſtij, &
qui cum illis imprimi ſolent
cum alterius cuiuſdam ſcholi
excudit Coloniæ, 1539. in ſing
las duplicia argumenta, cum
eaſdem: Brylingerus excudit
nicus Coloniæ. Scholia & ſ
ratio locorum inſignium, diſ
Faſtorum libros 6. Brubach
uorum, anno 1539. Annotat
ca, Georgica, & Æneidem
Brylingerum, anno 1545. cu
notationes in Georgica, Vu
no 1544. excudit ſeorſim. Syn
ctio Latini ſermonis, cum lib
ſodia. ſeorſim Coloniæ à Gy
Argentinæ à Iucundo eodem
tica eius. Præfatus eſt in Th
ſtructura Latini ſermonis, S
rum & murium, excuſa Baſ
ter. Ex Demoſthene tranſtul
Philippicas quatuor, & duas
gitonem: adiecit & ſcholia n
vertit Sympoſiacorum libri
Pſalmos quoſdam ex Hebræ
dit Argentorati, anno 1536. E
lampadium, de theologica diſ
preſſa Baſileæ. Elogiū de Era
Luthero, impreſſum cum aliq
Annotationes in Euangelia
diebus Dominicis & Feſtis p
ſunt Iodoci Vuillichij in eade
nes, eiuſdem argumenti: Vueſ

Digitized by Google

ſileæ,1544. Doctrinæ phyſicæ elementa, ſiue initia, dictata in Academia Vuitenbergenſi, excuſ. Vuittẽbergæ,1549. & rurſum Baſileæ ex poſtrema autoris recognitione, apud Ioan. Oporinum, anno 1550. cum indice copioſo. Scripſit & cauſas, quare & amplexæ ſint, & retinendam ducant doctrinam, quam profitentur eccleſiæ, quæ confeſſionem Auguſtæ exhibitam ſequuntur, & cur iniquis in ſynodo Tridentina iudicibus non ſit aſſentiendum: Liber excuſus Argentinæ, anno 1546. Hiſtoriam de vita & obitu Martini Lutheri, excuſam Vuittenbergæ, anno D. 1549. apud Ioannem Lufft. Enarrationem ſymboli Niceni, excuſam ab Oporino, anno Domini 1550. & 1551. Reſponſionem ad ſcripta quorundam delectorum à Clero Secundario Coloniæ Agrippinæ, excuſam Lipſiæ, 1543. Imaginem eccleſiæ carmine elegiaco impreſſam Bonnæ, an. 1543. Erotemata Dialectices. Commentaria in primam & difficillimam partem Partitionum oratoriarum Ciceronis. Scholia in libros de oratore & in topica eiuſdem, excuſa Baſileæ. Librum de offico principis, cum Ambroſij Moibani libro de communione infantum excuſum. Librum de anima recognouit, anno Domini 1553. & alia plura edidit. Philippi M. Declamitionum quæ ab ipſo & alijs, in academia Vuitenbergenſi recitatæ & editæ ſunt, tomi tres, opera Ioan. Kichardi I.C. optimo ordine diſtinctæ. Argent. 1570. Epiſtolarum liber Vuitẽbergæ. Alter libellus epiſtolarum ibidẽ. 1570. Epigrammatum liber editus in octauo. Ptolemæi libros quatuor de ſyderum effectionibus in linguam Latinã tranſtulit. Commentarios in epiſtolam ad Coloſſenſes recognouit & auxit. Scripſit etiam Commentarios in priorem epiſtolam ad Corinthios à Chytreo editos. Item in Euangelium Matthæi. De controuerſia Muſculi & Stancari. Reſponſionem ad articulos Bauaricos. Corpus doctrinæ in quo complures eius libri coniuncti ſunt, impreſſum eſt Lipſiæ in folio. Diſputationes eius plurimæ cum Lutheri operibus impreſſæ ſunt. * Primam & ſecundum partem chronici Carionis Latinæ expoſuit & auxit multis & veteribus & recentibus hiſtorijs, vſq; ad Caroli Magni tempora tribus libris Lugduni in 16. 1564. quibus Gaſpar Peucerus 4. & 5 librum addidit & vſque ad Caroli V. tempora perduxit ibi. & Vitebergæ in fol. 1572. Ex eiuſdem ſcriptis obiectionũ & Reſponſionum Theologicarum partes quinq; Chriſtophorus Pezelius collegit, quæ ſeorſim ſunt excuſæ in 8. Neapoli Nemetum anno 1583. Plurima præterea alia ſcripſit quæ mihi non omnia nota ſunt. ſpero eius ſucceſſores ſi non ſimul edituri ſunt tanti viri & de literis optime meriti opera, ſaltem eorum exactum catalogum in gratiam ſtudioſorum publicaturos. Obijt magna cum bonarum literarum iactura, anno Domini 1560.

Philippus Melhofer, canonem miſſæ in linguã Germanicam conuertit, & breues annotatiunculas adiecit. liber impreſſus in 4.

* Philippus Merzilius paſtor eccleſiæ Hidelsheimenſis libros Henrici Bullingeri de Origine errororis & de Concilijs Latinæ ſcriptos in Germanicam linguam tranſtulit, Heidelbergæ, aut Francofurti excuſos in fol. 1574.

* Philippi Mezenici Archiepiſcopi Nicoſienſis Regni Cypri, &c. Vniuerſales inſtitutiones ad hominum perfectionem: quatenus induſtria parari poteſt, in fol. Venetijs 1581.

Philippus Montanus, recognouit & multis in locis reſtituit enarrationes Theophylacti, in euangelia, epiſtolas Pauli, & aliquot prophetas minores, Baſileæ excudit Heruagius, anno Domini 1554. & 1570. Idem recognouit opera Ioan. Chryſoſtomi Pariſijs impreſſa.

Philippus Montis Galerij, ſcripſit Conciones de corpore Chriſti, & alias. Vixit anno Domini 1344.

Philippi de Monte in euangelia totius anni explicationes.

Philippi de Monte Madrigalium lib. 2. quinq; vocum. Venetijs apud Gardanum, 1567. * Eiuſdem Miſſa. Antuerpiæ apud Plant. 1579. Item Gallicæ cantiones 5. 6. & 7. vocum, Anno 1575. ad hæc ſacrarum cantionum cum 5. vocibus liber quintus 4. Venetijs.

* Philippi Monai domini du Pleſſis Marly, doctiſſimi religioſiſſimiq; viri, 2. extant acutiſſima ingenioſiſſimaq; opera. Gallicè conſcripta: vnũ de eccleſia: quo præcipue quæ hoc noſtro tempore agitatæ fuerunt quæſtiones excutiuntur 8. Geneuæ. Alterum de veritate religionis Chriſtianæ contra atheos, Epicureos, Ethnicos, Iudæos, Mahumetanos, & alios infideles, ab Antonio Chuppino impreſſum, anno 1582.

Philippi Niuiolini oratio quædam, excuſa eſt in quarto.

Philippus Norrys ſacrificus. ſcripſit Declamationes quaſdam lib. 1. Lecturas ſcripturarum lib. 1. Sermones ad populum lib. 1. Contra mendicitatem validam libr. 1. Claruit anno Domini 1446. Baleus.

Philippus Noueſianus Hasfurtinus, commentatus eſt in Lipſiam Hermanni Buſchij. Martinus Herbipolenſis excudit Lipſiæ, anno recuperatæ ſalutis humanæ 1521.

Philippus Nycols patria Deouonius homo pius, ſcripſit anglico ſermone Hiſtoriam 12. nunciorum Moſis lib. 1. Ad Angliæ protectorem Eduuardum lib. 1. Ad Criſpinum Exceſtrienſem Canonicum lib. 1 Contra Cornubienſium Rebelliones lib. 1. Claruit anno 1558. Baleus.

Philippus abbas monaſterij Oterburgenſis, ordinis Ciſtercienſis Germanus, ſcripſit in Cantica canticorum li. 1. ſermones de tempore lib. 1. ſermones de ſanctis lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1.

Philippus Cancellarius Pariſienſis, ſcripſit de ſingulis Pſalmis duos vel tres ſermones elegantes lib. 1 ſummam theologiæ lib. 1.

Philippus de Pergamo, ordinis ſancti Benedicti, ſcripſit ſuper Ethica Catonis lib. 1. ſermones etiã ſcripſiſſe dicitur lib. 1.

Philippus Phaſianius Bononienſis, tranſtulit librum Palæphati de fabuloſis narrationibus, Hen-

Digitized by Google

ricus Petri excudit Baſileæ. * Eiuſdem translatio Hori Apollinis Niliaci Hyerogliphicæ, in 4. Bononiæ 1517.

Philippus *presbyter, commentatus eſt in Iob, edidit ſermone ſimplici libros & familiares epiſtolas. Moritur Martiano & Auito regnantibus. Gennadius. Commentarij eius in hiſtoriam Iob ad Nectarium epiſcopum, impreſſi ſunt Baſileæ, apud Adam Petri, anno 1527.*

* Philippi *de Portis opera prima ſiue primitiæ ad regem Franciæ & Poloniæ Gallicè. Pariſijs apud Mamertum Patiſſon, anno 1577.*

Philippi *Probi additiones ad Ioannis monachi lecturam ſiue gloſſam ſuper ſextum Decretalium.*

Philippi *regis Maced. epiſtola, cum orationibus Demoſthenis ad Athenienſes, & alia in oratione eiuſdem de corona. Extant & aliæ eius epiſtolæ impreſſæ Venetijs apud Aldum, in volumine epiſtolarum Græcarum in 4.*

Philippus *Repingtonus Canonicorum D. Auguſtini ad Leyceſtrienſe cœnobium abbas, Vuicleui diſcipulus, ſcripſit Defenſorium Vuicleui lib. 1. Pro doctrina morali eiuſdem lib. 1. Homilias per annum lib. 1. In Euangelia Dominicalia, lib. 1. De ſeculari Dominio lib. 1. Quæſtiones diſputatas lib. 1. Atq; alia quædam. Idem poſtea 26. articulos Londini retractauit anno 1382. & Lincolniæ epiſcopus factus pios perſecutus eſt. Baleus.*

Philippus *Riboti, natione Cathalanus, Carmelita, ſcripſit de ordinis ſui prima inſtitutione, dilatatione & confirmatione, quod vocauit de geſtis Carmelitarum peculiaribus lib. 10. de illuſtribus viris Carmel. lib. 1. ſermones & epiſtolas.*

Philippus *de Rotingo, De monte pietatis.*

Philippus *Saulus epiſcopus Burgnarenſis è Græco in Latinum conuertit Euthymij monachi commentarios in omnes Pſalmos. Venetijs, an. 1568. in folio.*

Philippus *Sidites, ſophiſta & diaconus, ſcripſit contra Iulianum apoſtatam, item hiſtoriam eccleſiaſticam.*

Philippus *Simoneta doctor canonum citatur à Felino c. 2. extra. de Iudi.*

Philippus *de Soldeuilla, natione Cathalanus, medicus, ſcripſit in techuam Galeni lib. 1. de ſpiritu gignitiuo lib. 1. de aſtronomica veritate lib. 1.*

Philippus *ſophiſta, ſcripſit de ſpiritibus ex opere Herodiani, ordine literarum: & de Synalœphe. Suidas.*

Philippus *Theangellen. ſcripſit hiſtoriam Carum & Lelegum. Athenæus.*

Philippus *Strozza. Vide in Strozijs.*

* Philippi *Venuti de Cartona dictionarium Italicolatinum Bononiæ apud Iacobum Petrum, anno* 1578.

Philippi *Vlſtadij patricij Norimbergenſis, profeſſione medici, Cœlum philoſophorum, ſeu de ſecretis naturæ liber, impreſſus Argent.* 1528. *Eiuſdem tractatus de epidemia, impreſſus Baſileæ, apud Cratandrum, 1526. Claruit anno 1525.*



Philippi *Vuagneri,* Con
*Illuſtriſſ. Electorem Saxonen*
*phetæ.* 1570. *Budiſſinæ. Expl*
*ciones de matrimonio. Ibiden*
*Explicatio Pſal.* 101. *De offi*
*corum qui his inſeruiunt.*
* Philippi *Vueiſſchopff*
*cum metiendis rebus accom*
*in fol. Francoforti anno* 1536
Philiſcus *Ægineta,*
*nem literas docuit. Ipſe aute*
*nis Cynici: ſecundum Hermi*
*ſcripſit dialogos, quorum de*
Philiſcus Corcyræus, *P*
*ſacerdos Bacchi, ſub Philadel*
*ſcius verſus appellatus eſt, q*
*retur. Eſt autem ſecundus ex*
*ſeptem Pleias dicti ſunt. Tr*
42. *Suidas.*
Philiſcus *comicus.* Co
*nis, Iouis partus, Themiſtocle*
*tus, Mercurij & Veneris pa*
*linis. Suidas.*
Philiſcus *Mileſius orat*
*ditor, fuit autem prius tibice*
*Mileſiacam. Amphictyoni*
*bris duobus, Iſocratis* ἀπίφαντ
Philiſtus *Naucratita a*
*midæ F. diſcipulus Eueni ele*
*arte oratoria hiſtoriam ſcripſ*
*cendi. Ægyptiaca libris* 12. *R*
*uerſus Tricanarum. Oration*
*Dionyſio tyranno lib.* 6. *D*
*gia lib.* 3. Conciones, *& ali*
*Syria, Phœnicia, inſula Sicil*
*das. Item Philiſtus Syracuſa*
*tus fuit Dionyſij Siciliæ tyr*
*Carthaginenſes prælio occu*
*Eueni, elegiaci poetæ. Scrip*
*riæ geſtas ab eis aduerſus Gr*
*de Phœnicia, & alia quædam*
*liſti Sicelicorum lib.* 13. *citan*
*tur etiam eius hiſtoriæ à Plu*
*mentarijs.*
Philiſtion *Pruſaenſis, ſc*
*logicas, Miſopſephiſtas fabul*
*brum. Obijt, viuente Socrate*
*das. Shiliſtion Locrus literis*
*Athenæus. Epiphanius quoq*
*& Valentini mentionem fa*
*incredibiles ſcripſerit.*
Philiſtion *quidam citat*
*hiſtoriæ lib.* 20. *& ſequentib*
Philiſtioni *quidam trib*
*brum de diæta. Galenus.*
Ex Philiſtide *Mallote q*
*nius in Naturalis hiſtoriæ li*
Philiſtus *qui de mellitu*
*eodem libro* 11. *Naturalis hiſ*
Philiſtus, *vide Philiſcu*
Phillylius *Athenienſis*

Digitized by Google

*die ſcriptor. Comœdiæ eius ſunt Ægeus, Ange, Ancia, Duodecima (meretricis nomen id eſt) Hercules, Plyntria, aut Nauſicaa, Vrbs, Puteos fodiens, Atalanta, Helena. Phyllium hunc nominat Stephanus.*

Phillis *Delius, ſcripſit de Muſica, & de tibicinibus. Athenæus.*

Philocalus *Troïanus quidam ſcripſit librum epigrammatum, quem in Italia impreſſum puto.*

Philochorus Cyngi *F. Athenienſis vates & aruſpex, vxorem habuit Archeſtratam. Fuit temporibus Eratoſthenis, ſic tamen vt adoleſcens ſenem Eratoſthenem attingeret. Occubuit ex inſidijs Antigoni quod delatus eſſet, quaſi ſtuderet Ptolemæo. Scripſit de Attica lib. 17. qui res Athenienſium geſtas continent: & reges & prætores vſq; ad Antiochum poſtremum, cognomento Deum: ſcripti ſunt autem aduerſus Demonem. De diuinatione 4. lib. De ſacrificijs. 1. De tetrapoli, Salaminis origines. Epigrammata Attica, De Athenienſium certaminibus lib. 17. De Athenienſium prætoribus à Socratide vſq; ad Apollodorum. Olympiades libris duobus. Aduerſus Demonis Atticam hiſtoriam. Epitomen ſuæ Atticæ hiſtoriæ. Epitomen operis Dionyſij. De Templis. De Sophoclis fabulis lib. 5. De Euripide. De Alcmane. De Athenienſium myſterijs. Collectionem Heroidum, ſiue Pythagorearum matronarum, Deliacos libros duos. De inuentis, De expiationibus, De ſymbolis. Philochori hiſtoriæ ſubinde citantur apud Plutarchum in Theſeo.*

Philocles *Athenienſis tragicus ſcripſit tragœdias centum, de quarum numero à Suida commemorantur, Erigone, Nauplius, Oedipus, Æneus, Priamus, Penelope, Philoctetes. Scholiaſtes Ariſtophanis ſcribit Sophoclem primum Tereum fabulam ſcripſiſſe, deinde atiam Philoclem Tereum feciſſe. Hic propter amarulentiam à bile & ſale cognomenta ſortitus eſt.*

Philocrates, *ſcripſit Theſſalica. Athenæus.*

Philodemus *librum edidit* περὶ τῶν ἐν ῥόδῳ σμινθίων. *Athenæus libro 10. Vide Philomneſtus.*

Philodemi *plurima epigrammata extant in Anthologio, præſertim lib. 7.*

Philodemus *Epicureus* ἐν τῷ δεκάτῳ φιλοσόφων συντάξεως *citatur à Laertio.*

Philodemi *de Hippolitis Dialogus amicorum diſputationem de ſollicitudine continens, 1492. manuſcriptus.*

Philolaus *Pythagorica de natura rerum primum edidit, quorum initium eſt, Innuendo natura coacta eſt ex infinitis ac finitis. Laertius. Idem fertur ſcripſiſſe ea carmina, quæ vulgo Pythagoræ tribuuntur. Ioan. Picus.*

Philomneſtus *ſcripſit* περὶ τῶν ἐν ῥόδῳ σμινθίων. *Athenæus lib. 3. Idem lib. 10. Philodemum teſtatur eiuſdem inſcriptionis librum edidiſſe: in alterutro nomine forſan erratum.*

Philon *quidam ſcripſit librum metallicũ. Athenæus.*

Philonis *verſus de antidoto (quod ab ipſo Philoninum adhuc vocatur, & conficitur in Seplaſijs) extant apud Galenum in opere de medendo ſecundum locos.*



Philo *Biblius grammaticus edidit de libris cõparandis & eligendis, libros 12. de ciuitatibus, & qui viri à ſingulis nati ſint, lib. 30. De regno Adriani, ſub quo degebat: & alia. Claruit tempore Neronis vſq; ad Marcum. Philo Biblius hiſtoriam Sanchoniatæ è lingua Phœnicum in Græcam tranſtulit. Philo* περὶ πόλεων, *et* ἐν φοινικικοῖς *citatur à Stephano. Strabo præterea lib. 2. meminit Philonis qui nauigationem in Æthiopiam ſcripſerit.*

Philo *de regibus Iudæorũ aliter ſcripſit quam Demetrius. Clemens Strom. 1. Forte autem de Biblio Philone loquitur.*

Philo *dialecticus in Menexeno citatur à Clemente Alexandrino lib. 4. Stromaton.*

Philon *Metapontinus* αὐλητὴς καὶ ποιητὴς *commemoratur à Stephano.*

Philo *Pythagoricus citatur à Clemente 2. Stromaton.*

Philon *quidam grammaticus citatur in Cornucopiæ Græco Varini* Camertis.

Philonis *tetraſtichon lib. 1. Anthologij. ſectione 16.*

Philonis *Byzantij libellus Græcus de ſeptem ſpectaculis, extat etiamnum in Italia. Vide in Franciſco Maurolyco.*

Philonis Comici *ſcripta citantur in Arati commentarijs.*

Philon *epiſcopus* Carpathius, *ſcripſit commentarium in Canticum canticorum. Suidas.*

Philo *Iudæus, natione Alexandrinus, de genere ſacerdotum: ſcripſit librum de prima Marci euangeliſtæ apud Alexandriam eccleſia, &c. vide plura apud Hieronymum, & Suidam. Enumerantur autem ijdem libri à Philone ſcripti, omnes à Suida, quos & Hieronymus recitat: & inſuper, de vita Moſis, in Cherubin, id eſt flammeam rhomphæam, in Pentateuchum Moſis, & in ipſam Moſen libros 5. Extat apud Hebræos Salomonis liber, cui Sapientia titulus, non qui nunc in manibus eſt, Philonis opus: ſed alter, de quo in Salomone. Volumen eius ingens, plures continens libros, ad ſe perueniſſe conuerſum à Lilio Tiphernate, bibliothecæq; Vaticanæ dicatum, teſtatur Volater. Lilius Ægidius Libellus Tiphernas edidit interpretationum Philonis Iudæi volumina quatuor, ad Sixtum* IIII. *pont. max. quæ manuſcripta ſeruantur Romæ in bibliotheca Vaticana, quorum argumenta pete ex Geſnero: extant autem Græce adhuc libri 38. cum alibi, tum in noua bibliotheca Auguſtæ Vindelicorum, & alibi lego ſermones Philonis extare vnum & quinquaginta. Illuſtris vir Diegus Hurtadus Venetijs, orationes Philonis ſeruat quadraginta octo in duobus voluminibus. Inuenio præterea librum eius, Græcum haberi, de virtutibus, fortitudine, pietate humanitate, pœnitentia, &c. Philonis allegoriæ ſacrarum legum, extant Florentiæ in bibliotheca Medicum. Philonis Iudæi Alexandrini libri aliquot, impreſſi Baſileæ apud Adam Petri, anno 1527. & rurſus apud filium eius Henricum, anno 1538. Sunt autem*

Digitized by Google

oſti. Antiquitatum Biblicarum incerto interprete li.1. Tritemius hunc librum inſcribit, De generationis ſucceſſu. Quæſtionum & ſolutionum in Geneſin, lib.1. de ſtatu Eſſæorum, id eſt monachorum qui temporibus Agrippæ regis monaſteria ſibi fecerunt lib.1, de nominibus Hebraicis per ſingulos libros veteris teſtamenti. de mundo liber, Guilielmo Budæo interprete, qui & Græce impreſſus eſt Baſileæ apud Vualderum, anno 1533. cum Ariſtotele de mundo, &c. Pleraque autem omnia Græca Philonis aſſeruantur Romæ in bibl. Vaticana. Eius commentarij in Geneſeos & Exodi libros, incerto interprete, cũ præfatione beati Hieronymi, extant Viennæ apud Vuolffg. Lazium. Philonis opera quæ extãt omnia. De mundi opificio, Hiſtorica, Legalia, Monobibla, Græce excuſa ſunt Pariſijs ab Adriano Turnebo, anno Domnini 1552. in fol. chart. 199. & Baſileæ Latine Sigiſmundo Gelenio interprete, in officina Frobeniana, anno Domini 1553. Eiuſdem libri de vita Moſis Latine excuſi ſunt Pariſiis, Adriano Turnebo interprete. Trittemius eum claruiſſe ſcribit anno Domini 50. * Philonis Iudæi, & Græcorum philoſophiæ ſtudioſiſſimi, & eloquentiſſ. liber de Nobilitate ex Græco in Latinum conuerſus ab Hermanno Nehemio Tremoniano 8. Baſileæ excudebat Leonhardus Oſtenius 1580.

Philonis Thebani ſcripta citantur apud Plutarchum in Alexandro.

Philometor rex à Plinio allegatur 11.14.15.17. & 18. Naturalis hiſtoriæ libro.

Philonides Athenienſis, comicus antiquus, ante fullo fuit. Comœdiæ eius ſunt, Cothurni, Apene, id eſt currus. Philætrus. Suidas. Citatur nonnunquam à Stobæo, Cothurnos eius allegat Athenæus.

Philonides Dyrrachenus audiuit Aſclepiadẽ, & cum in patria medicam artem magna cum laude exercuiſſet libros compoſuit 45. Stephanus. Porro Galenus Philonidæ Siculi librum 18. de medicina, citat de diff. pulſuum lib. 4. cap. 10.

Philonidis ſcripta citantur à Plinio 4. & 5. li. Naturalis hiſtoriæ.

Philopator citatur ab eodem 29. libro.

Philoſophus, qui Platonis leges diuiſit in libros duodecim (decimum enim tertium ipſe addidiſſe fertur) fuit Socratis & ipſius Platonis auditor, in rerum ſublimiũ meditatione verſatus. Fuit tempore Philippi Macedonis & ſcripſit hæc. De interuallo Solis & Lunæ. De dijs libros 2. De tempore 1. De fabulis 1. De libertate 1. De ira vnum. De retributione vnum. De Locris Opuntijs. De voluptate vnum. De amore vnum. De amicis & amicitia 1. De ſcriptione. De Platone. De eclipſi & magnitudine Solis & Lunæ & terræ vnum. De fulgetris. De planetis. De Arithmetica. De fœcundis numeris. De opticis lib. 2. De enopticis 2. Circularia. Medietates & alia. Suidas. Videtur autem in nomine mendum eſſe, & forte hic eſt Philippus Opuntius.

Philoſtephani Cyrenæi ſcripta ab Athenæo citantur: Delius, de Aſiæ ciuitatibus, de mirabilibus



fluuijs. Eius hiſtoriæ allegan
chum in Lycurgo. Idem in o
Clemente Strom.1. Eius et
in Etymologico quamuis qu
legant.

Ex Philoſtrogij Arian
ſus recenſet Suidas in Apoll
verba multa de Gregorio, vi
idam. Ex Philoſtorgio quæd
ca ſuperſunt Græce, apud D

Philoſtratus primus L
ter alterius Philoſtrati, ipſe
cuit Athenis ſub Nerone. S
gyricas plurimas, Orationes
mationes, Quæſtiones rhetor
tdres quæruntur. De nomin
patrum. De Tragædia lib.3
ijs quæ Olympiæ fiunt, Lith
gnoſcendis gemmis. Prote
ſtam, Neronem, Spectatoren
dias 14. & alia plurima &
das.

Philoſtratus Veri Lem
pſe etiam alter ſophiſta. Do
mæ, ſub Seuero Imperator
ſcripſit Declamationes, Ep
gines, ſiue deſcriptiones libr
de fiſtula, Apollonij Tyanei
roicum, Vitas ſophiſtarum l
alia quædam. Suidas. Cæter
buntur quo ad temporum
unt, vt pater ſub Nerone d
pi vſque tempora peruenert
uallum ſit fere 180 annorur
Apollonij lib.8 Græci, excu
do cum Euſebij Cæſarien.
Apollonium Chriſto æqui
tine excudit Ioan. Gymnicu
ni 1532 Euſebij quidem, int
lo: Philoſtrati autem, Alem
per Gybertum Longolium
diligenter caſtigata. adiect
Claruit ſub Seuero imperat
Eiuſdem Icones, Heroica,
impreſſa ſunt Græce, Ven
cum operibus Luciani. P
cum ſcholijs extant Venetij
annis & Pauli manuſcrip
Nigro Latinæ factæ ſunt.
toriæ impreſſæ Venetijs ab
carum epiſtolarum. Philoſtr
Anthologij.

Philoſtratus Neruian
fratre ſecundi Philoſtrati, L
ſta. Docuit Athenis, obijt
& auditor & gener fuit ſe
pſit Icones, Panatheniacum
Homerici clypei, Declamat
tiam ſophiſtarum vitas illi

Philothei cuiuſdam C
tant in aphoriſmos Hippocr

Digitized by Google

partem Antonius Muſa Braſauolus in ſuos tranſtulit commentarios ſuper aphoriſmis. Fortaſsis hic eſt ille Theophilus, cuius & alia ſcripta Græce in medicina habemus. Hunc Albanus Torinus Latinitate donauerat, paulo antea quam obiret, nondum in lucem editum. Philothei medici, quem alij Theophilum vocant, cuius etiam de vrinis liber extat, commentaria in aphoriſmos Hippocratis, Græce extant: quæ anno Domini 1549. Venetijs apud Cominum de Tridino, excuſa ſunt Latine in octauo, chart. 12. & dimidia, cum indice, Ludouico Corado de Auſtria Mantuano interprete.

Philotheus *Irenæus collegit aphoriſmos ex orthodoxis patribus, Ambroſio, Auguſtino, Lactantio, &c. Rob. Winter excudit Baſileæ.*

Philothei *patriarchæ Conſtantinopolitani liber contra philoſophi Gregoræ ſcripta,* κατά τε τῆς ἱερᾶς τῆς ἐκκλησίας τιμῆς, καὶ θείας ἐνεργείας, καὶ θεοποιοῦ χάριτος, καὶ τῆς ὁραθείσης ἐν θαβωρίῳ ὑπερφυοῦς θεοφανείας τε καὶ θειότητος. *Ad primum Gregoræ ſermonem contradictio prima, vſq; ad duodecimum ſermonem. Eiuſdem Philothei* τοῦ μεγάλου βασιλείου μετὰ τὸ ἐν τοῖς πρὸς ἐνθύμιον ἀντιρρητικοῖς, λόγοι ιβ. *Encomia Baſilij magni, Gregorij theologi, & Io. Chryſoſtomi in omnes ſanctos. Epitome œconomiæ Chriſti incarnati. Hæc & alia quædam Græce condita ſunt Romæ in Vatic. bibl.*

Ex Philothei *monachi Aſceticis, etc. fragmenta quædam extant in Italia.*

Philotimi *Opſartyticum, et librum de alimento, Athenæus allegat. Scripſit etiam libros de officina medica Galeno teſte.*

Philoxenus *quidam medicus, allegatur à Galeno in opere de remedijs generalibus. Philoxenus (in Ægypto) hanc medicinæ partem quæ manu curat pluribus voluminibus diligentiſsime comprehendit. Celſus lib. 7. cap. 1.*

Philoxenus *Alexandrinus grammaticus Romæ docuit, ſcripſit de monoſyllabis verbis, De punctis Iliadis, De verbis in* μι *definentibus. De conduplicatione. De dimenſionibus. De Syracuſarum dialecto. De Helleniſmo lib. 6. De coniugationibus. De gloſsis quinq;. De Homericis gloſsis. De Laconum dialecto. De Ionica dialecto, & reliquis. Suidas. Philoxenum* ἐν τοῖς περὶ ῥωμαίων διαλέκτου *citat Euſtathius. Stephanus autem in Alabanda meminit Philoxeni interpretis Odyſſeæ. Philoxeni Alexandrini* διαγράμματα μιγτικὰ *octo in bibliotheca Henrici Memmij.*

Philoxenus *Euletidæ F. Citherius, lyricus, ſcripſit Dithyrambos 24. obijt Epheſi. Direptis Citheris à Lacedæmonijs, emptus eſt ab Ageſylo quodam ab illoque educatus: & Myrmex, id eſt, formica dictus. Poſt obitum autem Ageſyli eruditus eſt à Melanippide Lyrico emptus. Calliſtratus eum ait Heracleæ Ponticæ natum. Scripſit carmine lyrico genealogiam Æacidarum. Suidas.*

Philumeni *medici fragmenta in Ætij collectaneis leguntur hæc. Curatio febris ardentis, de vigilijs in febribus, de extinguenda ſiti, de aurium inflammatione, de hebetudine quæ à morbo contigerit, de lumborum doloribus, curatio vlceris oſsis ſacri in febribus, de animi deliquio, de crapula, de cura alui fluxione laborantis, de tonſillarum inflammationibus, de vlceribus earundem, de fœtus extractione ſiue ſectione, de loculo educendo, ad mamillarum inflammationes, ad eaſdem induratas, de vteri inflammatione: de thymis, formicis, & verrucis vteri.*

Philus *comicus* ἐν δράματι γάμος *citatur à Laert.*

Philteas *qui & hiſtoricus vocatur Naxia compoſuit. Etymologus.*

Philydæus *comicus citatur à Clemente quinto Stromat.*

Philyrini *Cineſiæ Dithyramborum poetæ meminit Suid.*

Phlegon *Trallianus hiſtoricus, libertus Augusti Cæſaris, aliâs Adriani, ſcripſit Olympiades libris 16. &c. Vide Suidam. Phlegontis fragmentum de Olympiadibus. Item libellus de mirabilibus & Longæuis, Græce & Latine impreſſus, Xilandro interprete. Baſileæ 1568. in octauo.*

* Phocas *Grammaticus de flatili nota, ſiue de aſpiratione in folio, Veicetiæ 1509.*

Phocionis *Grammatici fragmentum quoddam legitur in Lexico Suidæ & Varini, de varijs vermiculis.*

Phocion *ex Peripatetica diſciplina haud ſane ignobilis vir, librum multæ variæq; hiſtoriæ refertum compoſuit, eumq; inſcripſit* κέρας ἀμαλθείας. *Gellius 1. cap. 18.*

Photion *Etymologici auctor, ſic enim paſsim Hermolaus Barbarus citat, alicubi tamen Micholi cuiuſdam nomen legitur.*

Phocæ *Grammatici liber quidã adhuc extat. Eum imitatus eſt Ael. Antonius Nebriſſenſis.*

Phocus *Samius fertur auctor Nauticæ aſtrologiæ, quam quidam ad Thaletem referunt. Laertius.*

Phocylides *Mileſius philoſophus, æqualis Theognidi, poſt annos 647. à bello Troiano, Olympiade 59. ſcripſit carmina & elegias, Paræneſes ſiue ſententias, quas aliqui inſcribunt* κεφάλαια: *ſubtracta ſunt autem ex carminibus Sibyllinis. Suidas. * Hæ parenæſes extant in 8. Manuſc. in bibl. Imp. Viennæ Auſtriæ. Eius præcepta cum alibi impreſſa ſunt, tum Baſileæ in officina Frobeniana, cum Græcis Æſopi fabulis. Pariſijs cum ſententioſis poetis: & ab Hen. Stephano cũ Homero. Citantur nonnunquam à Ioan. Stobæo. * Phocylidis poema ad bene beateq; viuendum editum, in quarto.*

Phœnicides *ſcripſit fabulas, Miſumenen & Pylarchum. Athenæus.*

Phœnicen *Colophonium bis allegat Athenæus, & bis eiuſdem iambos.*

Phormus *Syracuſanus comicus, æqualis Epicharmi, familiaris Geloni Siciliæ tyranno, & altor puerorum eius. Scripſit comœdias has ſeptem, Admetum, Alcinoum, Halcyones, Ilij excidium, Equum, Cepheum ſeu Cephaleam, Perſeum. Vſus eſt primus veſte talari, & ſcena ex rubris pellibus. Et alterius comœdiæ Athenæus in Dipnoſophiſtis meminit, Atalantes. Suidas.*

Photinus *de Gallogræcia, Sirmij epiſcopus, ſcri*



Digitized by Google

pſit contra gentes, et ad Valentinianum libros. Hieronymus. Nominatur Photinus inter illos theologos, ex quorum ſcriptis anonymus quidam collegit exegeſin in epiſtolam Pauli ad Romanos: quæ impreſſa eſt Baſileæ apud Robertum Winter, anno Domini 1537. Photinus epiſcopus Sirmij veterem Samoſateni errorem reuocauit, Chriſtum initium ex Maria ſumpſiſſe docens: hic contra omnes hæreſes ſcripſit Græce & Latine, ad hoc ſolum vt dogma ſuum confirmaret. Socrates lib. 2. cap. 3. hiſtoriæ eccleſiaſticæ.

Photij patriarchæ deſcriptionis & enumerationis autorũ, quotquot ipſe legerat, volumina duo Græca, extant Venetijs in ædibus D. Diegi Hurtadi à Mendoza & in Strozæ bibliotheca. Non ſolum autem ſcriptorum nomina Photius enumerat, ſed etiam argumenta & ſumma librorum capita perſtringit. Eiuſdem purgatio & defenſio ad Concilium, extat Græce in eiuſdem Diegi Hurtadi bibliotheca, κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς ῥώμης cap. 13. Romæ ſeruantur in Vaticana bibliotheca: in alio quodam Italicæ bibliothecæ Græco catalogo, ſequentes inſcriptiones inueniuntur: Photij patriarchæ epiſtola ad Anatolicos thronos, de ſpiritus ſancti progreſſu, de ſpiritu ſancto, de ſeptem ſynodis liber imperfectus. Photij Patriarchæ Conſtantinopolitani Nomocanonus, ſiue ex legibus & canonibus compoſitum opus, quod merito ius pontificium Græcorum voces: vna cum annotationibus Theodori Balſamonis, Henrico Agylæo interprete, impreſſit Oporinus, 1561. in fol. Idem opus Pariſijs quoq; impreſſum eſt Gentiano Herueto interprete. 1615.

Phraotis regis epiſtolium, ad Iarcham præceptorem, & ſapientes circa ipſum, verſus ſunt ſex, cum Apollonij epiſtolis impreſſi, in Græco volumine Aldino variarum epiſtolarum.

Phrynichus Athenienſis comicus, ex altero ordine antiquæ comœdiæ: primum comœdias edidit 86. Olympiade. Comœdiæ ſunt hæ: Ephialtes, Connus, Cronus, Comaſte, Satyri, Tragœdi, ſiue Apeleutheri, Monotropus, Muſæ, Myſtes, Poaſtriæ, Satyri. Suidas.

Phrynichus Melanthæ filius Athenienſis tragicus. Sunt de tragœdijs illius hæ: Andromeda, Erigone. Fecit etiam Pyrrichas. Suidas.

Phrynichus Polyphradmonis aut Minyræ filius aut Choroclis, Athenienſis tragicus, Theſpidis primi tragœdiæ inuentoris diſcipulus, vixit ſexageſima ſeptima Olympiade. Phrynichus hic primus muliebrem perſonam introduxit in ſcenam, & inuentor tetrametri fuit, & filium habuit Tragicum, Polyphradmonem. Tragœdiæ autem eius ſunt nouem hæ: Pleuronia, Ægyptij, Actæon, Alceſti, Antæus aut Libyes, Dicæi, Perſæ, Sinthoci, Danaides. Suidas.

Phrynichus ſophiſta Bithynus, ſcripſit Atticiſtam, ſiue de Atticis nominibus lib. 2. Sophiſtici apparatus lib. 47. aliâs 74. Item τιθεμένων συναγωγήν. Suidas. Phrynichi eclogæ Atticorum nominum & verborum, impreſſæ olim Romæ ordine literarum, & Lutetiæ cum Eclogis Thomæ magiſtri.

Phrynis citharœdus Mit
putatur apud Athenienſes cith
mas tuliſſe in Panathenæis Ca

Phulami quidam citatur

Phurnutus, aliâs Phorn
deneos, ſcripſit opuſculum d
quod extat Græce Venetijs in
annis & Pauli. Eiuſdem de d
natura deorum gentilium Con
ſus olim Græce ab Aldo cum
Baſileæ apud Io. Oporinum, c
radi Clauſeri Tigurini, in fine
ſed κυρνῦτος ſcribitur. Vide in

Phylarchus Athenienſis
Sicyonium, alij Ægyptium fu
ricus. Scripſit expeditionem
ſum, libris 28. eamq; deducit v
gnomento Euergetæ & Bere
ad mortem Cleonymi (forte
cum Antigonus ei bellum intu
chi, & Pergameni Eumenis.
ſum de Iouis aduentu. De inu
nibus lib. 6. Suidas.

Phyllinus medicus nomi
& ſeptem ſequentibus.

Picatrix Hiſpanus, Mag
liber, ni fallor, ab alijs adſcribi

Pierius Alexandriæ pre
nior dictus, edidit longiſſimu
tractatum. Vide Hieron.

Pierius Hypſila Æginen
ta in 3. libros Claudiani de ra

Pierius ex Pieria, ſcrip
Plutarchus de Muſica.

Pigres Halicarnaſſeus,
ris Mauſoli, poeta inſignis, I
quibuſq; verſibus adiecit eleg
literis. Scripſit etiam Margi
buitur, & Ranarum muriumq

Pilatus Iudæorum præſe
Tiberium Cæſarem ſcripſit, G
ſti ſeruatoris, quæ apud ſe ex
Gregorius Turonenſis epiſco
Pariſijs impreſſo.

Pileus Modicenſis I. C. ſ
ciorum lib. 1. hoc opus à Iuſti
tum & auctum, Ioan. Opor
Audio præterea citari eius D
mam de Feudis. Floruit iux
ram, anno 390. Hic in nome
torum Pileus Bagarotus nom
periora quoq; ſcripſit in aliqu
dicis, quæ ſcripta habentur in
tit. de Municip. & origina. li

Pindarus Thebanus, di
lieris, qui floruit olympiade 6
rica dialecto, quæ ſequuntur
thionicas, Proſodia, Parth
Bacchica, Daphnephorica,
mata, Hymnos, Dithyrambo
threnos, fabulas tragicas 17. E

Digitized by Google

heroicis, & ſermone ſoluto parenæſes ad Græcos, deniq; alia plurima. Suidas, qui & mortem eius & alia quædam deſcribit, alium quoque Pindarum Thebanum nominat, obſcuriorem, ἀνεψιὸν ſuperioris, & ipſum Lyricum. Pindari Olympia, Pythia, Nemea, & Iſthmia: id eſt, encomia illorum qui in quatuor iſtis Græciæ ludorum generibus victores extiterunt: Aldus impreſſit Venetijs Græce, & Cratander Baſileæ, 1526. Idem opus cum commentarijs Græcis antiquis, & recentiorum quorundam ſcholijs, vtriſq; anonymis, niſi quod quædam Demetrij Triclinij ſunt, excuſa ſunt Romæ, 1515. & Francoforti apud Brubachium, 1542. cum vita Pindari ſecundum Thomam Magiſtrum. Pindari Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia, & cæterorum octo Lyricorum carmina: nonnulla etiam aliorum, Græcolatina edidit Henr. Stephanus in decimoſexto. Pindari hymni aſigmi meminit Athenæus. * Pindarus cum ſcholijs in octauo, & in folio manuſc. bibl. Imp. Viennæ.

Pindari Thebani epitome ac ſumma vniuerſæ Iliados Homeri, heroico carmine Latino: Ioan. Secerius excudit Haganoæ, 1531. & Rob. Winter Baſileæ, anno 1541. cum Darete Phrygio, &c.

Pinon ſcriptor Græcus, citatur ab Athenæo.

Pinytus Cretenſis, Gnoſſiæ vrbis epiſcopus, ſcripſit ad Dionyſium Corinthi epiſcopum, epiſtolam: in qua docet, non ſemper lacte populos nutriendos, ne quaſi paruuli ab vltima occupentur die: ſed & ſolido veſci debere cibo, vt in ſpiritualem proficiant ſenectutem. Et hic ſub M. Antonio Vero, & L. Aurelio Commodo floruit. Hieron.

Pinytus grammaticus Romæ, natus in Bythinio vrbe Bythiniæ libertus Epaphroditi liberti Neronis. Stephanus in Bythinio. Pinyti diſtichon lib. 3. Anthologij, ſectione 25.

* Pinzonis nauigatio, in fol. Baſil. 1532.

Piperinus quidam, ſcripſit librum de omni vero officio.

Pirithus, citatur à Ioan. Stobæo.

Piſander Piſonis & Ariſtæchmæ filius Camiræus ex Rhodo, nam Camirus fuit vrbs Rhodi. Quidam eum Eumolphi poetæ æqualem & amaſium fuiſſe tradunt, quidam etiam Heſiodo antiquiorem, quidam eum ad 33. Olympiadem referunt. Habuit & ſororem Diocleam. Poemata eius ſunt Heraclea libris 2. Continent autem labores Herculis. Hic primus Herculi clauam attribuit. Reliqua poemata falſo ei aſcribuntur, cum ab alijs tum ab Ariſteo poeta condita. Suidas. Clemens ſcribit Piſandrum Heracleam à Piſino Lydio (aut Lindio potius) furatum eſſe. Macrobius ſcribit, Vergilium ſecundum Æneidos pene totum ex Piſandro tranſcripſiſſe: refert autem Piſandrum à Iouis & Iunonis nuptijs exorſum hiſtorias omnes ad ſua vſque tempora contexuiſſe. Itaque hiſtoria inſcripta Iunoniæ nuptiæ Camiræi videtur eſſe non Larandæi, vt Suidas ſcribit, niſi forte hic continuarit illius hiſtoriam.

Piſandri Heracleam Athenæus allegat, leguntur eius quædam & apud Stobæum.

Piſander Neſtoris poetæ filius, Larandæus aut Lycaon, fuit ſub Alexandro Imperatore Mammeæ filio, verſificator & ipſe. Scripſit hiſtoriam variam verſibus, quam inſcribit Iunonias nuptias. Scripſit & alia oratione proſa.

Piſandri Phyſici ſcripta citantur apud Fulgentium in Mytholog.

Piſandri tetraſtichon libro 3. Anthologij, ſectione 5.

* Piſcidij commentarij in epiſtolas D. Pauli, in folio. Manuſcrip. bibl. Imp. Viennæ.

* Piſidij varia carmina de animalibus, in quarto. Manuſc. bibl. Imp. Viennæ.

Piſinus Lydius Heracleam ſcripſit, quam ab eo ſuffuratus eſt Piſander Camiræus. Clemens Stromat.

Piſiſtratus Epheſius citatur à Laertio quo loco V. C. legunt Periſtratus.

Piſiſtrati epiſtolium quoddam ad Solonem, extat apud Plutarchum, aut Diogenem Laertium.

Piſiſtrati ſcripta citantur apud Plutarchum, in vita Theſei, ex quibus multa tranſtulit Plinius ſenior in ſuos de Naturali hiſtoria libros.

Piſonis epiſtola ad Ioan. Coritium de conflictu Polonorum & Lituanorum cum Moſcouitis, impreſſa Baſileæ apud Ioannem Frobenium, 1515. cum Iani Damiani elegia, &c. Claruit Vilnæ, anno 1514.

Piſonis ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Numæ Pompilij.

Pithoclis, vide Pythocles.

Pitaci Mitylenæi, vnius è ſeptem Græciæ ſapientibus dicta, à Stobæo, Plutarcho & Laertio in eius vita annotantur. Scripſit elegiacos verſus ſexcentos, & de legibus ſermone ſoluto, vide Suidam. Scripſit præterea de molæ laudibus, cuius encomium ſemper decantabat, eo quod in loco tam exiguo multi ſeſe exercitare poſſent. Ælianus lib. 7. De varia hiſtoria.

Pittacus minor alius à priore Legiſlator, huius meminit Phauorinus & Demetrius in æquiuocis. Laertius.

Pitheus ſcripſit volumen de arte oratoria, quod à viro quodam Epidaurio euulgatum eſt, ac perlectum à Pauſania. Teſtis ipſe eſt Pauſanias in Corinthiacis.

Pij Papæ decreta, extant cum reliquorum pontificum decretis.

Pius II. pont. max. vide Æneas Syluius.

Pij V. Papæ Bulla lecta in die cœnæ Domini. Louanij, 1569. * Eiuſdem Miſſale Romanum decreto ſacroſancti concilij Tridentini reſtitutum. 8. Antuerpiæ apud Plantinum.

Pij Antonij Bartolini in leges caſtigationes, vbi ſeptuaginta loci in iure ciuili colliguntur, & ſeptem legum nouæ & veræ ſententiæ aperiuntur. Eiuſdem de ordine imperatorum libellus: Aſcenſius excudit Pariſijs cum quibuſdam alijs.

* M. Pizibram tractatus de cõmunione vtriuſq; ſpeciei, in 4. et membrana ſcriptus. Eiuſdem de ritu miſſæ in 4. liber ſcriptus in charta, in bibl. Imper.



Digitized by Google

Placentinus natione Italus, I.C. ſcripſit ſummam iudiciorum, ſuper Codice quoque lib. 9. Eius ſumma in 9. libros Codicis, impreſſa eſt Moguntiæ apud Iuonem Schœffer, 1536. Summa in Inſtitutiones ibidem impreſſa, anno 1535. & Lugduni apud Frellæos recognita, 1536. De varietate actionum libri 6. impreßi Lugduni apud Frellæos, & Moguntiæ, 1550. Claruit in monte Peſſulano, anno 1200.

Placentinus catalogum epiſcoporū Tungrenſium conſcripſit ex fabuloſis annalibus. Hubertus Thomas Leodius in præfatione libelli de Tungris, &c. impreßi Argentorati, 1541.

Platearius, vide Io. Platearius.

Platini Plati carmina quædam leguntur in libro Epigrammatum ſcholæ Chriſtianæ, Baſileæ impreſſo.

Placidus grammaticus, vide Lactant. Placid.

Placidi Parmenſis in omnes pſalmos Dauidicos ſuccincta commentaria. Baſileæ apud Pet. Pernam, 1560. quarto.

Planudis grammatica extat apud Michaelem Sophianum.

Planudis Chronicorum ad Copronymum vſq; ἐκλογή: in bibliotheca Sambuci. Videndum an Maximi Planudis. * Planudes de fide & ſpiritus progreſſu contra Latinos in quarto, Manuſc. bib. Imp. Viennæ.

Plato Athenienſis comicus fuit temporibus Ariſtophanis, Phrynichi, Eupolidis & Pherecratis. Fabulæ eius ſunt 28. Adonis, Aphieron, Gryphes, Dædalus, Feſta, Græcia aut inſulæ, Europa, Iupiter afflictus, Io, Cleophon, Laius, Lacones aut poetæ, Inquilini, Formicæ, Mammacuthus, Menelaus, Victoriæ, Nox longa, Xantæ aut Cercopes, Dolens, poeta Piſander, Senes, Puerulus, Sophiſtæ, Societas, Syrphax, Hyperbolus, Phaon. Vtitur autem illuſtri dicendi genere, vt Athenæus in Dipnoſophiſtis ait. Sunt etiam fabulæ Platonis Homicida, & vna decipiens, & Panegyriſtæ, & aliæ plurimæ. Suidas. Præter has ab Athenæo citatur Atlanticus, à Polluce Demiopratos, Sacra. Eius ſcripta poetica citantur etiam apud Plutarchum in Alcibiade & Antonio.

Plato philoſophus Athenienſis, θεῖος, id eſt, diuinus cognominatus, ob raram ſapientiam: eius opera Aldus excudit Venetijs Græce, deinde & Walderus Baſileæ, vnà cum Græcis Procli commentarijs in Timæum & Politica, adiectis etiam Græcis indicibus perquàm copioſis, anno 1534. Eadem Marſilio Ficino interprete, excuſa ſunt Venetijs, anno 1517. apud Philippum Pincium. Baſileæ verò in officina Frobeniana, ex recognitione Simonis Grynæi. Eius libri à poſteris in quaternitates nouem collecti: quarum prima continentur, Euthyphro, vel de ſanctitate. Apologia Socratis. Crito, vel de eo quod is egit in carcere, vel de agendo. Phædo, vel de eo animi immortalitate, vel de anima. 2. Cratylus, vel de recta nominum ratione. Theætetus, vel de ſcientia. Sophiſta, vel de ente. Ciuilis, vel de regno. 3. Parmenides, vel de vno omnium principio, et de idæis. Philebus, vel de ſummo bono, vel de vo-



luptate. Conuiuium, vel de an
pulchro. 4. Alcibiades primu
nis. Alcibiades ſecundus, vel
vel de ſtudio lucrandi, vel d
matores, vel de philoſophia. 5
pientia. Charmides, vel de ten
de fortitudine. Lyſis, vel de a
mus, vel de litigioſis, Protago
pientiæ profeſſorum. Gorgias,
no, vel de virtute. 7. Hippias
vel de honeſto. Hippias min
Ion, vel de furore poetico, vel
nus, vel de Attica antiquitat
Clitopho, vel exhortatorius. I
cem, vel de iuſto. Timæus, de n
vel Atlanticus, vel de Atla
Minos, vel de lege. De legibu
pinomis, id eſt, legum appendix
piſtolæ duodecim, quæ etiam i
volumine ab Aldo excuſæ ſu
ſo attributi Platoni, cum Gra
excuſi: Axiochus, ſiue de mort
tur ad Xenocratem autorem:
an doceri poßit, qui dialogi à
nero conuerſi, cum Ioannis St
ri per Froſchouerum excuſi ſu
de conſulendo: Eryxias, aut E
uitijs: Definitiones: Timæi I
Doricus. Platonis eſſe Phædo
Panætius, Epigrammatum Gr
ma. Inter Platonis notha, opuſ
nihil quàm compendium Men
bus quæ in Menone erant reli
ferè omnia manuſc. extant in b
ſtriæ in 4. Eiuſdem Dialogi
cum verſione Marſilij Ficini n
lio. Manuſc. bibl. Imp. Viennæ
epiſtolæ 159. Manuſc. in bibl. I

Plato I.C. vide in Triboni

Plato Tyburtinus quidam
ſoris iudicia, ſeu propoſitiones,
Almanſore.

Platonius Grammaticus
Miſcellaneis Ang. Politiani:
ferentijs comœdiarum legitur
nis, impreßi cum commentarijs
quoq; Platonium quendam cit
extant, ex quibus ipſe aliquid in
ſcripſerit.

Pleguuinus Norrabrinus
ſuper quibuſdam quæſtionibus
eruditos epiſt. plures. Claruit an

Plinij Valeriani opus in r
ſum alicubi in Germania.

Pliſtonicus medicus citat
ptem deinceps libris, item 36. lib
rapeutica volumina. Citatur eti

Plotinus Lycopolites Am
diuinus philoſophus, ac à qui
cognominatus, ſcripſit de rebu
bros 54. in Enneades ſex diſtri

Digitized by Google

*Ficino Florentino è Græca lingua in Latinam ver ſos, & inſuper doctiſsimis commentarijs illuſtratos. Ioan. Soter excudit Salingiaci, 1540. & Pet. Perna Baſileæ. Hoc opus Græce habetur in bibl. Carpenſi, Strozæ & Diegi Hurtadi. Horum autem 6. librorum in Enneades diuiſorum argumenta petere licet ex magna Geſneri bibliotheca, cuius compendium tantum conteximus. Floruit autem Plotinus iam ſenex, ſub Galieno imperatore.*

Plutarchus *Chæroneus ex Bœotia, qui tempore Traiani Cæſaris, & ante ipſum floruit, ſcripſit Parallela, id eſt, vitas illuſtrium Græci nominis ac Latini virorum, numero 48. ita digeſtas, vt ſemper Græco homini Latinus aliquis compararetur, vt Theſeo Romulus, Alexandro Cæſar. Bebelius excudit Baſileæ Græce, 1533. Prius autem Aldus excuderat Venetijs, 1519. & Philippus Iunta Florentiæ. Idem opus Latinitate donatum per diuerſos interpretes, multo quàm antea caſtigatius, idq́ Grynæi quoque opera, excudit Iſingrinius Baſileæ, an. 1542. Vita Homeri, authore Plutarcho, excuſa eſt Græce aliquoties cum ipſo Homero, & ſeorſim Latine verſa à Ioan. Rellicano Tigurino, apud Rob. Winter. Plutarchi opus de proprietate linguæ Græcæ, ſiue de dialectis apud Homerum, habetur impreſſum in appendice Lexici Græcolatini. Eiuſdem Moralia opuſcula Aldus excudit Græce Venetijs, et Frobenius Baſileæ, anno 1542. Magnam verò partem Latine redditam, Cratander, & Iſingrinius excudे runt, & Lutetiæ Vaſcoſanus. Sunt autem quæ extant Græce, hæc: De liberis educandis. Quomodo oportet adoleſcentem audire poemata. De audiendo, quonam modo queat quis aſſentatorem ab amico diſcernere. Quomodo quis ſentiat ſe in virtute proficere. Quomodo quis iuuari poſsit ab inimicis. De amicitia cum multis. De fortuna. De virtute & vitio. Conſolatoria ad Apollonium. Sanitatis tuendæ præcepta. Nuptialia præcepta. Septem ſapientum conuiuium. De ſuperſtitione. Apophthegmata regum ac imperatorum. Dicteria Laconica. Mulierum virtutes. Vtrum aqua an ignis vtilior. Res ac ritus Romanorum, capitibus 113. Res & ritus Græcorum cap. 61. De placitis philoſophorum lib. 5. Qui phyſicorum dogmatum epitome ſunt. Hernagius etiam ſeorſim excudit Baſil. 1531. Græce & Latine, Gul. Budæo interprete. De comparatione Græcorum & Romanorum capita 84. Compendium commentarij, in quo Stoicos inopinatiora, quàm poetas aſſeruiſſe tradit. De vnius, & populi, & paucorum dominatu. Belluas ratione vti. Quod ne viuere quidem datur ſuauitr, ſecundum Epicurum. An recte dictum ſit, lateat te vixiſſe. An ſatis ſit vitium ad infelicitatem. De amore erga ſobolē. De Iſide & Oſiride. De ijs qui à Deo puniuntur. Quòd virtus acquiri poſsit doctrina. De laudando ſeipſum citra inuidiam. De cohibenda iracundia. De curioſitate. De tranquillitate animi. De vitioſa verecundia. De amore fraterno. De loquacitate. De ſtudio erga diuitias. Vtrū animi, an corporis morbi peiores. De fortuna Romanorū. De fortuna & virtute Alexandri lib. 2. De eſu carnium lib. 2. Quod maxime oportet philoſophū cum principibus degere. Ad principem indoctum. De morali virtute. Num ſeni ſit gerenda reſpub. De capeſſenda repub. præcepta. Quod non oporteat mutuari. Platonicæ quæſtiones. De animi poteſtatibus. De primo frigido. Vtrū Athenienſes ob res bellicas, an ob doctrinam glorioſiores. De exilio. De inuidia et odio. Conſolatoria ad ſuam vxorē. De fato. De muſica. Compendium comparationis Ariſtophanis & Menandri. Vitæ decem oratorū, Antiphontis, Andocidæ, Lyſiæ, Iſocratis, Iſæi, Æſchinis, Lycurgi, Demoſthenis, Hyperidæ, Dinarchi. De pugnantibus inter ſe Stoicorum dictis. Galbas. Otho. Vtra animalia prudentiora, terrena an aquatilia. De animæ generatione in Timæo. Eiuſdem libri compendium. Amatoriæ narrationes. Cauſæ naturales. Conuiuiorum libri nouem. De facie apparente in circulo Lunæ. De eo quòd Pythia non dat nunc oracula carminibus ad Colotem. De communibus conceptibus ad Stoicos. De dæmonio Socratis. De malignitate Herodoti. Plutarchi vitas in Latinam linguam conuertit Guilielmus Xilander. Heidelbergæ in folio. Moralia à diuerſis tranſlata ſunt: ſed eadem omnia idem Xilander tranſtulit. Baſileæ apud Guerinū. Idem Guerinus Plutarchi omnia ab Hermaño Cruſerio conuerſa excudit. Præterea omnia Plutarchi Græce & Latine edidit Henr. Stephanus in 8. Plutarchi liber* ὁπόσαι ψυχῶν ἢ σωμάτων ἀνθρώποις περὶ εὐφυΐαν ἢ ἀρετὴν διαφορά. *Item de anima liber citantur ab A. Gellio lib. 1. Eiuſdem commentarij in Ariſtotelem de anima ſæpe citantur à Philopono. Reperiuntur etiam eiuſdem nomine inſcripta nonnulla prouerbiorum collectanea, ſed paucula eaq́ fermè nuda, vt Eraſmus ſcribit.* * *Eius moralia quæ ſunt omnis elegantis doctrinæ penu, id eſt, varij morales, hiſtorici, phyſici, mathematici, denique ad politiorem literaturam & humanitatem pertinentes, in folio. Manuſc. bibl. Imp. Viennæ.*

Plutarchi *libellum de fluminum & montium appellatione, ac rebus quæ inueniuntur in eis, Græce: Frobenius excudit Baſileæ, 1533. Alium autem hunc eſſe Plutarchum à Chæronenſi, ſtilus arguit: & nudum Plutarchi nomen adſcriptum reperitur. Vide in Parthenio. Suid. Herodis ſophiſtæ meminit, qui fuerit filius* Ἀθηναίου τοῦ Πλουτάρχου.

Plutarchus *Neſtorij, Athenienſis philoſophus, præceptor Syriani, &c. multa ſcripſit. Suidas. Eiuſdem meminit in Nicolao rhetore, Neſtorium inquiens eum cognominatum fuiſſe. Plutarchus quidam fertur edidiſſe commentarios in Nicandrum. Gyraldus.*

Pogius *Florentinus, ſcripſit de ſitu Indiæ regionis lib. 1. In Laurentium Vallam lib. 2. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Orationes varias lib. 1. Præterea in concilio Conſtantien. funebres orationes plurimas habuit. Scripſit etiam facetias ſpurcitiarum, opus turpiſsimum, et aquis incendioq́ dignum, quod tamen non ſemel impreſſum eſt cum alibi, tum Mediolani, anno 1477. Oratio de laude rei ruſticæ, impreſſa in fine P. Creſcentij de agricultura. Epiſtolæ eius duæ leguntur inter Æneæ Syluij epiſtolas,*



Digitized by Google

iuxta numeros 425. & 426. *Mira & naturali facundia fuit, præſertim in accuſationibus & inuectiuis, quas plures in Philelphum potiſsimè ſcripſit. item de varietate fortunæ. Hiſtoriam Florentinã. Conuertit quædam Diodori Siculi, & Xenophontis Pædiam. In Concilio Conſtantienſi Quintilianum & Aſconium Pedianum dicitur reperiſſe. Pogij liber de officio principis, excuſus eſt in Italia. * Eiuſdem hiſtoriæ conuiuales (neſcio an ſit liber facetiarum) Manuſ. in bibl. Imp. Item de varietate fortunæ liber ſecundus. In quo deſcribit mirabilia Indiæ, iunctus Leonardi archiepiſcopi Leſbij libello de nobilitate contra Poggium, in 4. & charta ſcriptus biblioth. Imper. Claruit anno Domini* 1420.

Polemonis *cuiuſdam hæretici ſcripta citantur in ſexta Synodo.*

Polemon *Athenien. philoſophus, Xenocratis diſcipulus, &c. Multa ſcripſit, ex quibus nihil extat. Suidas.*

Polemonis *Athenienſis, naturæ ſignorum interpretationis liber, à Nicolao Petreio Corcyreo in Latinam linguam tranſlatus, excuſus eſt Venetijs apud Gryphium, anno Domini 1552. in 4. cum alijs quibuſdam.*

Polemon *Ilienſis hiſtoricus, cognomine Helladicus* στηλοκόπας, *tempore Ptolemæi Epiphanis edidit Ilij deſcriptionem lib. 3. de vrbibus in Phocide conditis. de vrbibus in Lacedæmone. de ciuitatum Ponticarum cognatione erga Athenienſes, Geographiam ſeu orbis terrarum deſcriptionem, & alia plurima. Suidas.*

Polemo ἐν τοῖς τοῦ κατὰ φύσιν βίου συντάγμασι. *Citatur à Clemente* VII. *Strom. & in Protrep.* ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν πρὸς τιμαῖον, *item, in quadam epiſtola. Arbitror autem hunc eſſe Polemonem Academicum.*

Polemonis *multa citantur ab Athenæo, quæ partim Athenienſis, pleraq; Ilienſis eſſe puto. Sunt autem hæc quorũ meminit. Epigrammata, Epiſtola* περὶ ἀδόξων ὀνομάτων, περὶ ἄρτον, περὶ μορύχου, αἱ πρὸς ἀδαῖον ἀντιγραφαὶ, ἑλλαδικὸν, περὶ τῶν ἐν καρχηδόνι πέπλων, *Anathemata Lacedæmoniorum. Porticus varia Sicyoniorũ. De tabulis Sicyoniorum. De fluminibus Siciliæ. Ad Agæum & Antigonum ſyngrammata, & aduerſus Timæum. De arce Athenarum: qui liber alibi citatur. De donis ſacris in arce Athenarum libri quatuor.* περὶ τοῦ δίου κωδίου.

Polemon *natus in Laodicea, rhetor & ſophiſta, præceptor Ariſtidis rhetoris: eius orationes editæ ſunt ab Henrico Stephano in quarto, 1557. cum Himerij declamationibus. * Eius oratio funebris in Callimachum, in fol. Manuſc. bibl. Imp. Viennæ.*

Polemon *iunior ſophiſta, & ipſe ſub Commodo vixit. Suidas.*

Polemonis *regis tetraſtichon lib. 4. Anthologij, ſectione* 18.

Polla *Argentaria Lucani vxor, poeticæ peritiſsima, maritum iuuit in emendandis tribus primis lib. Pharſaliæ. Huius meminit Martialis, & Statius lib. 2. Syluarum.*

Polles *Ægieuſis (Aega autem vrbs Aſiæ vi-*



*cina Magneſiæ & Smyrnæ)* [...]
*alphabetico ſymbolica conſcrip*[...]
*ras lib. 2. Auguria lib. 8. Arith*[...]
*camenta lib. 2. De Homericis* [...]
*norum haruſpicina. Iatroſymbo*[...]
*ras medicas. De pico martio.* [...]
κατοικιδίων *domeſticorum ſiue a*[...]
*natione. De ſympathijs & anti*[...]
*uenientia & repugnantia reru*[...]
*fulminibus eorumq́; obſeruatio*[...]

Polliani, *aliâs Proliani,* [...]
*coleguntur lib. 2. Anthologij.*

Polliani *à Mileo verba* [...]
*ſententijs epiſcoporum de hære*[...]

Poilio *grammaticus, ſcri*[...]
μα ἁμαρτανόμενον.

Pollio *Alexandrinus, e*[...]
*philoſophus, edidit collectan*[...]
*num ordine alphabeti, & alia* [...]
*ca. Suidas. Huius dictionariu*[...]
*ceſsit, vt inſcriptio teſtatur. Cl*[...]
*ni imperatoris.*

Polyænus *Sardianus ſop*[...]
*nes forenſes, & cauſarum for*[...]
*Triumphi Parthici lib. 3. & a*[...]

Polyænus *Rhetor Mace*[...]
*de acie inſtruenda lib. 3. & ali*[...]
*tagematum ad D D. Antonin*[...]
*ratores lib. 8. Quibus ampliſs. ſ*[...]
*litaris doctrina continetur, q*[...]
*Diegi Hurtadi. S. Angeli &* [...]
*co ſermone in Latinum à Iu*[...]
*ac Baſileæ apud Ioan. Opor. e*[...]
*verba citantur interdum à Io*[...]
*xaſtichon lib. 1. Florilegij, ſec*[...]
*prænomen Iulij, eodem libro, ſ*[...]

Polybius *Lycæ filius M*[...]
*dia, præceptor Scipionis Aph*[...]
*xam hiſtoriam Romanam lib.* [...]
*exilio Cleomenis Spartani, &* [...]
*ſucceſsioni Macedonum con*[...]
*res poſtea geſtas. Quæ Poly*[...]
*tur, Poſidonius Olbiopolita* [...]
*Scripſit & Strabo Amaſien.* [...]
*ſequentes, lib. 42. Suidas. Ei*[...]
*lib. 5. Græce & Latine, Ni*[...]
*te, impreſsi ſunt Haganoæ* [...]
*Do. 1530. dein apud Frobeni*[...]
*Petri, ſed Latine tantum.* [...]
*priores quinq; Perotto interp*[...]
*quentium librorum vſq; ad 1*[...]
*lo interprete, excuſi ſunt Baſ*[...]
*ſeorſim, anno 1549. cum indi*[...]
*Heruagium. Eſt autem* ἐκλογ[...]
*librorum, non autem corunde*[...]
*ta duo è ſexto Polybij hiſtori*[...]
*rerumpublicarum formis, deq*[...]
*Pompilio Amaſæo interpret*[...]
*anno 1543. Polybij hiſtoriar*[...]
*ctodecim, extant apud Diegu*[...]
*& in bibliotheca publica Au*[...]

Digitized by Google

Libellus de militia ſiue caſtrametatione Romanorum, Græce & Latine conſcriptus per Ianum Laſcarim, ex Polybij libris. vide in Iano. Polybius citatur à Plinio 4.5.6.8. & 31. libro.

Polybi, illuſtris medici Hippocratis quondam diſcipuli & ſucceſſoris, opuſcula aliquot Græca cum Hippocratis operibus impreſſa ſunt. Eadem Latine Albano Torino interprete exierunt Baſileæ apud Ioan. Opor. 1544. ſunt autem hæc: de tuenda valetudine, ſeu de ratione victus ſanorum, lib. 1. de ſeminis humani natura lib. 1. de morbis ſiue affectibus corporis lib. 2. quorum vtriq; ſua capita præmittuntur. Polybône an Hippocrati aſcribendus ſit liber de morbis, ſiue paßionibus Galenus dubitat in Commentario ſuper aphoriſmum primum, ſectione 6. Polybo adſcribitur liber de internis morbis ab Albano Torino, à nemine alio Polybo adſcriptus, ſed antecedens. Sed neq; alius quaſi eiuſdem tractationis duos libros facit præter Albanum: neq; ſanè eiuſdem tractatus ſunt duæ partes, alioqui bis de ijſdem idem author ageret. Hoc notandum, permultos in hoc libro quem Albanus Polybi ſecundum facit morbos proponi, de quibus alibi nihil reperias, Geſnerus. Polybos medicus ἐν τῷ περὶ ἰατρικῶν citatur à Clemente lib. 6. Strom.

Polycarpus Ioannis apoſtoli diſcipulus, ſcripſit ad Philippenſes epiſtolam, vide Hieronymum & Suidam. item ad magnum Dionyſium Areopagitam, & ad alias eccleſias. Suidas. Beati Polycarpi martyris epiſtola, cum argumento per Iacobum Fabrum impreſſa cum epiſtolis Ignatij, Baſileæ apud Adam Petri, año 1520. Polycarpi epiſtola Latinitate donata à Perionio excuſa eſt Colon. cum operibus Dionyſij Areopagitæ 1557.

Polycarpus epiſtolæ 4. & 12. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiſcopis lib. 1.

Polycarpi ab Adrumeto verba apud Cyprianum in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Polyclitus allegatur à Plinio 31. lib. Naturalis hiſtoriæ.

Polycharmi Lyciaca citantur à Stephan. in Sura.

Polychronius vnus è vetuſtißimis patribus, ſcripſit in Danielem.

Polychronij monachi monothelitæ quædam leguntur in ſexta Synodo.

Polycrates Epheſiorum epiſcopus, cum cæteris epiſcopis Aſiæ, qui iuxta quandam veterem conſuetudinem cum Iudæis decimaquarta luna paſcha celebrant, ſcripſit aduerſus Victorem epiſcopum Romanum epiſtolam ſynodicam, in qua docet ſe apoſtoli Ioannis & veterum authoritatem ſequi. Inde excerpta quædam Hieronymus propoſuit, nos breuitatis cauſa omittimus. Floruit temporibus Seueri principis.

Polycrates Athenienſis, rhetor vehemens, qui poſt Anytum & Melitum Socratis accuſationem ſcripſit. Polycratis cuiuſdam ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Alexandri Magni.

Polydeuces, vide in Poluce. Polydeucis de elegantia, & cuiuſdam monachi librum extare audio Romæ in Vaticana bibliot. Græce. itẽ Polydeucen Furnutum de fabulis Græcorum, ibidem. Videtur autem idem eſſe Phurnuti liber, quem ſuperius impreſſum haberi ſcripſimus.

Polycritus Mendeſius in primo de Dionyſio citatur à Laertio in Æſchine. Item Polycritus qui res Siculas carmine ſcripſit citatur ab Ariſtotele in mirabilibus. Citatur etiã à Plin. Polycritus quidã.

Polydamantis Tiberti Cæſenatis de arte tabellionatus.

Polydicus ſemel aut iterum à Stobæo citatur: legendum eſt autem Polyænus.

Polydori Vergilij Vrbinatis Dialogorum de prodigijs libri tres, impreßi Baſileæ, apud Bebeliũ, anno D. 1531. Adagiorum tum ſacrorum tum prophanorum, opus impreſſum Baſileæ apud Ioannem Frobenium, anno 1525. & rurſus apud Bebelium, ibidem. Anglicæ hiſtoriæ libri 26. apud eundem, anno 1534. de rerum inuentoribus libri 8. quartò iam per authorem recogniti & locupletati. Eſt & alia inſcriptio: De inuentoribus rerum libri 3. quibus adiecti ſunt quinq; inſtituta omnia noſtræ Chriſtianæ religionis, aliarũmue gentium, ac eorum primordia docentes. Robertus Stephanus excudit Pariſijs, & Bebelius Baſileæ, cum eiuſdem Polydori Commentariolo in Dominicam precem, anno 1536. Cratander etiam, & Frobenius antea impreſſerant Baſileæ. Emendationes Gildæ lib. 2. de patientia lib. 2. de vita perfecta lib. 1. de veritate & mendacio lib. 1. Chryſoſtomi verſiones. Claruit anno 1533. quo Chronicorum ſuorum Henrico Anglorum regi 8. dedicauerat opus. Anglicæ hiſtoriæ lib. 27. ab auctore recogniti ad amußim expoliti, impreßi ſunt ab Iſingrinio, & poſtremo à Thoma Guerino 1570. in folio.

Polyeuctus Comicus, ſcripſit Heniochum fabulam, teſte Athenæo. Suidas.

Polyidæ verſus aliquot citat Stobæus in laude paupertatis: qui in manuſcripto codice emendatiore tribuuntur Euripidi.

Polyhiſtor hiſtoricus, citatur à Plinio lib. 7.

Polymarcus epiſtolæ 2. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiſcopis lib. 1.

Ex Polyochi Corinthiaſta ſenarios quoſdam Athenæus refert libro 7.

Polyphili Hypnerotomachia, vbi humana omnia non niſi ſomnium eſſe oſtendit, atque obiter plurima ſcitu digna commemorat. excuſa Venetijs ab Aldo.

Polyſtrati hexaſtichon lib. 3. Anthologij, ſectione. 5.

Polyzelus comicus cuius fabulæ ſunt. Niptra, id eſt lauacra, Demotyndareus (Memus Tyndareus Polluci) Muſarum partus, Bacchi partus. Suidas, Athenæus etiam Rhodiaca eius citat.

Polyzeni Rhodij ſcripta citantur apud Higinum.

Pomperius natione Maurus, compoſuit de natura animæ & qualitate eius, & de reſurrectionis eius ſpecialitate, in hac vita fidelis, & generali





Digitized by Google

omnium hominum, libros 8. item. de contemptu mundi ac rerum tranſiturarum hortatorium, & alium de vitijs & virtutibus. Gennadius. Pomerij (aliâs Ponſerij) ſermones impreſſi Coloniæ apud Quentel.

Pompeius Etymologici Græci auctor.

Pompeius Columna Cardinalis, ſcripſit iuſſu volumen de laudibus mulierum. Iouius.

Pompeius Lenæus Pompei M. libertus, Grammaticæ artis peritiſſimus, commentarios medicos Mithridatis iuſſu patroni Latino ſermone tranſtulit: teſte Plinio lib. 26. cap. 2. qui eundem citat lib. 14. 15. 20. & ſeptem deinceps libris.

Pompeij Macri ſenarij 6. apud Stobæum, in ſermone de pueris. Pompeij diſtichon lib. 4. Anthogij: hexaſtichon lib. 1. licet ibi aliâs legatur Marci iunioris. Pompeij iunioris hexaſtichon lib. 3. ibid.

Pompei Rufi collectorum libros adducit Valerius Maximus ex quibus idem multa deſumpſit.

Pompilius poeta citatur à Varrone.

Pompilius Amaſæus, Romuli Amaſæi filius, fragmenta duo è ſexto libro hiſtoriarum Polybij de diuerſis rerumpub. formis, deq; Romanæ præſtantia. Latina fecit. Excuſa ſunt Bononiæ, anno 1543. quatern. 8.

Pompilius Azalus de omnibus rebus naturalibus quæ continentur in mundo: videlicet cœleſtibus, terreſtribus & mathematicis. Venetijs 1544. in folio.

Pomponius epiſtolæ 2. & 4. & 12. apud Cyprianum author, cum alijs lib. 1.

Pomponius Atellanarum poeta, cuius fabulæ ſunt, Adelphi, Agamemnon, Aleones, Aruſpex, Anulus poſterior, Aſinaria, Atreus, Augur, Bucco adoptatus. Bucco auctoratus. Campani, Collegium. Conditiones, Cretula, Debita, Decuma, Dotata, Ergaſtulum, Fullo. Hæres petitor. Hirnea, Maialis pappi. Maccus geminus, Medicus, Munda, Nuptiæ, Panſa, Pannuceati. Pappus agricola. Pappus præteritus. Patruus, Philoſophia, Piſtores, Piſcatores, Placenta, Pithon Gorgonius, Porcaria, Portitor. Præco poſterior. Præfectus morum. Proſtibulum, Quinquatria, Ruſticus, Sarcularia, Sponſa, Synariſtoſæ, Syri. Verniones. Verres ægrotus. Præter has quæ à Nonio Marc. nominantur, hæc quoq; Pomponij laudantur. Epigrammation à Varrone. Æditimus, Galli Tranſalpini. Parcetra (quæ forte eſt Porcaria Nonio) ab A. Gallio. Meuia vel Metui. Calendæ Marciæ à Macrobio. Item Auctoratus, Cœna, Capella, Leno, Macci gemini priores, Machus miles, Synephebi, & liber ad Thraſeam, citantur à Chariſio.

Pomponij Caſtalij Oliuetani ſcholia in Gaudentij Merulæ Memorabilium libros. Lugduni apud Matthiam Bonhomme, 1556.

Pomponij Gaurici librum de ſculptura, Petreius excudit Norimbergæ. Idem vertit Ammonium in Prædicabilia, liber impreſſ. Pariſijs cum Boetij & Themiſtij quibuſdam. Eiuſdem eclogæ duæ excuſæ ſunt Baſileæ ab Oporino.

Pomponij Læti de Romanorum magiſtrati-



bus, ſacerdotijs, iuriſperitis, &
preſſus Moguntiæ, & Baſilea
anno Domini 1538. Eiuſdem d
bis Romæ libellus, excuſus B
anno 1538. cum alijs diuerſorun
gumenti. De exortu Maomet
ſileæ apud Henricum Petri.
ter librum de Maomethe) &
ſtoriæ Compendium, ex multi
ptores locis in vnum corpus co
Gordiani iunioris vſq; ad Iuſti
aliquot familiares ad M. An
& Ang. Politianum, & vita
Sabellicum, impreſſa ſunt Arg
rerium, anno 1515. Scripſit etia
tica. primo ſuo tyrocinio ex
rum forma librum, excuſum in
luſtij, cuius libros quoque emen
preſſa habentur. Cum Varron
in integrum reſtitueret. Eiuſde
compendium impreſſum eſt a
in 8. cum alijs Romanæ hiſtori

Pomponij Melæ, nation
ria Beticæ oppido, de ſitu orbis
netijs ab Aldo, item Florentiæ
bertum Winter, cum ſcholijs
& rurſus ibidem cum tabulis
apud Hen. Petri cum Commen
ſtremò Antuerpiæ in 4. anno
Andreas Schotus Antuerpia
de ſitu orbis recenſuit, & ſpici
ditæ inſuper Hermolai Barba
nandi Nonij Pintiani caſtig
mus Vadianus conijcit eum v
ratoris tempore.

Pomponius Secundus co
nius Atellanarum poeta.

Pontiani hexaſtichon lib
Græci, ſectione 9.

Pontiani Papæ decreta, c
tificum decretis impreſſa.

Ponticus antiquus poeta
cuius aliquoties meminit Prop

Pontius de Baladuno, G
ſcopum Viuaricenſem, de Hie
ne lib. 1. Londini bibliotheca.

Ponticus Virmius (aliâs
Taruiſinus, philoſophus, ſcripſi
mentaria. in Ioannis Sacrobuſt
mentaria. de obſcuris authorur
nominibus lib. 3. de miſeria lite
ne. de laudibus Beatricis Medi
brum vnum carmine. Elegiar
tum lib. 1. in Erotemata Chryſo
in Achilleida Statianam comm
dianam meta. commentaria. in
mentaria. de arte diuinandi lib
meri tranſtulit in Latinum. H
Homeri lib. 4. Euripidis tragœ
na traduxit Theophilum de pulſ
Æneam de pulſibus & vrinis, i

Digitized by Google

de intitulationibus lib. Apollonij argonautica in Latinum vertit in lib.4. alia quoque multa & Latina fecit, & emiſit. Libanij de ſcribendis epiſtolis opuſculum, Pontico Virunio interprete, extat impreſſum, cum alijs quibuſdam. Pontici Virunij Britannicæ hiſtoriæ lib.6. excuſi ſunt Auguſtæ ab Alexandro Wiſſenborn, anno 1534. & anno Domini 1542. in 8. Vixit ſub Ludouico Sphortia, 1490.

Pontius *Paulinus. vide Paulinus.*

Pontius *diaconus Cypriani, vſq; ad diem paſſionis eius, cum ipſo exilium ſuſtinens, egregium volumen vitæ & paſſionis Cypriani reliquit. Hieronymus. apud Trittemium non rectè legitur Pontinus. addit autem, eum floruiſſe anno ſalutis 240. libellus hic de paſſione Cypriani, impreſſus eſt in frontiſpicio operum ipſius Cypriani.*

Porcellius *poeta Neapolitanus ( verum ipſe Romanus dici malebat ) tantum carmina, quibus omnia referſit, natura faciebat, nõ tam bona, quàm facilia, & pene extemporalia. cui viro admirator non defuit Fredericus Vrbini dux, qui res ſuas ab eo conſcribi voluit. Raphael Volaterranus. Porcellij, Baſinij, & Thebani, poetarum opuſcula Colinæus excudit Pariſijs, 1539.*

Porphyrionis *grammatici cõmentarij in Horatium impreſſi, & aliâs, & anno 1545. Baſileæ apud Henricum Petri, cum Acrone in eundem, adiectis etiam carminibus Horatij.*

Porphyrogenetæ *regis Conſtantini epitome de alimentis, Græca aſſeruatur Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris.*

Porphyrius *Tyrius philoſophus, propriè dictus* βασιλεὺς, *diſcipulus Amelij Plotini diſcipuli, præceptor Iamblichi, vixit tempore Aureliani ad Diocletianum vſq;, ſcripſit multa è quibus hæc enumerantur à Suida. De diuinis nominibus 1. De principijs 2. De materia 6. De anima ad Boethum 5. De abſtinendo ab eſu animalium 4. De ſe ipſo cognoſcendo 4. De incorporeis. Vnam eſſe Platonis & Ariſtotelis ſectam 7. In Iuliani Chaldæi philoſophi hiſtoriam lib.4. Contra Chriſtianos lib.15. De Homerica philoſophia. Ad Ariſtotelem, animum eſſe entelechiam. Philologæ hiſtoriæ li.5. De genere, ſpecie, differentia, proprio & accidente. De Nili fontibus, ſecundum Pindarum. Qui fructus ex Homero capiendus ſit regibus lib.10. Miſcellanearum quæſtionum lib.7. In Thucididis proemiũ. Ad Ariſtidem 7. In Minutiani artem, aliaq; plurima, præſertim aſtronomica & inter alia, Iſagogen aſtronomicarum rerum lib.3. & Grammaticas dubitationes. Suidas. Eius autem Iſagoge in Ariſtot. organum, ſiue de quinq; vocibus, vbiq; Ariſtotelis organo præponi ſolet. liber Homericarum quæſtionum, & alius de Nympharũ antro in Odyſſea, impreſſi ab Aldo Venetijs: & Argentorati à Ribelio, cum commentarijs Græcis anonymis in Homerum, 1539. & ſeorſim Romæ, aut Florentiæ. Liber de diuinis, & dæmonibus, Latine opinor excuſus ab Aldo, cum alijs quibuſdam. Fragmentum quoddam ex Porphyrio de animæ deſcenſu atq; aſcenſu, à Marſilio Ficino decerptũ, cum Mercurio Triſmegiſto, &c. in calce impreſſum eſt, Baſileæ apud Bebelium, 1532. in Ariſtotelis categorias expoſitio per interrogationem & reſponſionem, impreſſa Pariſijs 1545. Latine reddita, vt puto. expoſitio in Muſicam Ptolemæi Latine extat, neſcio an impreſſa. Diegus Hurtadus Venetijs, Porphyrij opuſcula Græca habet in prædicamenta, de abſtinentia ab animatis. de aſcẽſibus ad intelligibilia. Introductio in Ptolemæi Apoteleſmaticam, quæ pars eſt aſtrologiæ. interpretatio Harmonicorũ Ptolemæi, Comment. in primũ muſicæ Ptolemæi & partem ſecundi. Commentaria Græca in Quadripartitum Ptolemæi, extant Venetijs manuſcripta. liber de proſodia Græcus, ſeruatur ibidem in biblioth. SS. Ioannis & Pauli, manuſcript. Porphyrij logica ſine principio, Græce extãt Romæ in Vaticana. Plotini vita, autore Porphyrio, cum Plotini operibus à Marſilio Ficino Latinitate donatis, impreſ. eſt, vt ſupra dixi. Ex lib. de anima, & alijs, citantur fragmenta quædam in locis Stobæi.* v. Amel. ſpicil. p. 62. (...

Porphyrij *Iſagoge* εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν Ptolemæi *in bibl. H. Memmij.* Porphyrij *in* Platonis *philoſophiam libri duo manuſcripti extant. Eiuſdem vita* Plotini *& in* Ptolemæi *Harmonica, in Carpenſi bibliotheca. De non necandis animantibus lib.4. & Selectæ breueſq; ſententiæ ducentes ad intelligentiam rerum quæ mente noſcuntur: Græce impreſſi ſunt in Italia in folio.* Porphyrio *etiam quidã aſcribunt Scholia in Iliadem quæ publice extant.*

Porphyrius *quidam poeta Latinus, Conſtantini ætate floruit: vide Gyraldum.* (in fol.

* Porphyr. *quidã in Horatij Odas & Epodon.*

Portij *Latronis, antiqui ſcriptoris, declamatio contra L. Catilinã, impreſſa cum Saluſtij hiſtorijs.*

Portij *Licinij verſus leguntur apud A. Gellium 19. Noct. Att. 9.*

Poſidippus *Caſſandreus Cyniſci F. poeta comicus, docuit tertio poſt Menandri obitum anno, fabulæ eius ſunt hæ, Anablepon, Apocleiomene, Galathea, Epiſtathmos, Epheſia,* Codon, *Locri, Metapheromenos, Myrmix,* Pornoboſcos *ſeu leno ( quæ maxime omnium celebratur ab Athenæo ) Syntrophi,* Chereuſæ. *Citantur ab Athenæo, Stephano,* Polluce, *Harpocratione.* Poſidippus *in opere de* Cnido *citatur à* Clemente *1. Strom.*

Poſidippus *poeta Epigrammatum alius à* Comico *cuius mentio fit in commentarijs in Apollonium, apud Athenæum & Stobæum. Epigrammata eius leguntur in magno Græcorum epigrammatum volumine.*

Poſidonius *Afer, epiſcopus* Calamenſis, *ſcripſit vitam ſancti Auguſtini lib.1. indiculum librorum eius lib.1.* Claruit *anno 430.*

Poſidonius *Alexandrinus, philoſophus Stoicus, Zenonis* Citiei *diſcipulus: ſcripſit hiſtoriam poſt* Polybium *lib. 52. vſq; ad bellum* Cyneraicum & Ptolemæum, *& declamationes rhetoricas, in Demoſthenem argumenta, quæ quidem potius eſſe credo* Poſidonij *ſophiſtæ Olbiopolitæ. Suidas.* Poſidonium *Alexandrinum de inſtruendis aciebus ſcripſiſſe teſtatur Ælianus. Dubito autem an vnus idemq; ſit* Poſidonius, *certe hiſtoriam Apamenſi*

*Poſidonio tribuit Athenæus. Citantur autem à Laertio hi libri Poſidonij. De Dijs decimus tertius, De diuinatione quintus. Rationis naturalis Meteora, Meteorologica elementa, De mundo, De cœleſtibus, De fato, De ſcholis, De indicio. Introductio de dictione, De moribus, De virtutibus, De officijs, De finibus, Exhortationes. Suidas ait Poſidonium ſcripſiſſe Auguria palpitationum, ſeu vibrationum: veluti ſi dexter oculus palpitarit hoc ſignificat. Poſidonius in libris de heroibus dæmonibus citatur, à Macrobio 1. Sat. 23.*

Poſidonius *Apamenſis Syrus aut Rhodius, philoſophus Stoicus, cognomento Pugil, ſcholam habuit Rhodi, diſcipulus, & ſucceſſor Panætij. Venit & Romam ſub. M. Marcello. Scripſit multa. Suidas.*

Poſidonij *philoſophi hiſtoriæ citantur apud Plutarchum in vita Marcelli & Pauli Æmilij.*

Poſidonius *calumnias quaſdam aduerſus Iudæos ſcripſit, vt meminit Ioſephus lib. 2. contra Appionem.*

Poſidonij *fragmenta, de phrenitide, de lethargo, de caro, de commate, de vertiginoſis, de mania, de melancholia, de epialta, de epilepticis, alicuius membri vitio: curatio ſenum & puerorum epilepticorum, item decrepitorum & infantium: de morſis à cane rabido, citantur ab Ætio.*

Poſidonius *Olbiopolites, Sophiſta & hiſtoricus, ſcripſit de Oceano & rebus quæ iuxta eum ſunt: De regione quæ Tyrica dicitur: Atticas hiſtorias lib. 4. Libyca lib. 11. & alia quædam. Suidas.*

Poſis *Magnes ſcripſit Amazonidem, & de Magnetibus. Athenæus.*

Potamon *Alexandrinus philoſophus, ante & poſt Auguſtum vixit. Extat eius in libros Platonis de republica commentarius. Suidas. Potamon Alexandrinus* ἐν τῇ ςοιχειώσει *citatur à Laertio.*

Potamon *Mitylenæus, Leſbonactis F. orator, docuit Romæ ſub Cæſare Tiberio. Qui cum aliquando in patriam reuerteretur, talibus ab Imperatore literis eſt inſtructus. Potamonem Leſbonactis F. ſi quis afficere iniuria fuerit auſus, an bellum gerere mecum poßit conſideret. Scripſit, de Alexandro Macedone, Limites Samiorum, Bruti laudationē, De perfecto oratore. Suidas.*

Pothonis *preſbyteri Prumienſis ſcriptoris vetuſtißimi, De ſtatu domus Dei lib. 5.* * Excuſi Hagenoæ. in 8. anno Domini 1532. & de domo ſapientiæ lib. 1.*

Pragenſium *ſtudentium Poſtilla ſuper euangelia dominicalia, quæ leguntur per anni circulum incerto authore. Pragenſes item quæſtiones & ſermones de corpore Chriſti, itidem auctore incerto.*

Pranichus *vel Pierion, ſcripſit carmina quædam contra ductores Macedonum à barbaris profligatos. Plutarchus in vita Alexandri.*

Pratinas *Phliaſius poeta Tragicus, vide Suidã. Athenæus citat eius Dymanas, ſiue Caritidas.*

Praxagoræ *liber de Pharico veneno, citatur in ſcholijs Nicandri. Scripſit etiam de naturalibus, de ſuperuenientibus, de aßidentibus. Plinius*



*eius volumina referta eſſe*
*tione, vtitur autem eius teſ*
*deinceps libris.*

Praxilla *Sicyonia alle*
*13. Scripſit autem varia car*
*dem inter cætera reducit a*
*quid apud ſuperos pulcher*
*Eraſmum Roter. in prouerb*

Praxiphanes *ſcripſit*
*nem & Iſocratem. Laertius*

Praxiteles *citatur à Pl*

Præpoſitiui *Summa,*
*fallor.*

Priami *Capotij Sicul*
*ceis, ad Fridericum Saxonia*
*encomium heroicum in laud*
*chionis Miſnenſis, ob victu*
*torem, & Sueuicum exerci*
*ſligatum. Lipſiæ excudit M*
*Domini 1488.*

Primaſius *epiſcopus*
*dam volunt, beati Auguſtin*
*multa dicitur compoſuiſſe o*
*tare dicuntur contra hæreſe*
*ſcopum lib. 3. in Apocal. Ioa*
*de libro Apocal. B. Ioan. Ei*
*calypſin ex illegibili ſcript*
*Baſileæ, anno Domini 154*
*ter. in epiſtolam ad Romano*
*apud Gymnicum Coloniæ.*
*blicauit Primaſij commenta*
*& in Apocalypſin. Claru*
*ni 440.*

Primus *epiſtolæ 4. &*
*thor, cum aliquot alijs coepiſ*

Primi *Felicis à Migirp*
*num, in ſententijs epiſcopor*
*zandis.*

Primus *Truberus Car*
*Schlauonicam linguam Lat*
*& in eam traduxit & typis*
*nouum, Auguſtanam confeſ*
*cos Theologicos Melanchto*
*tij, Cantica ſpiritualia. Noui*
*complectens quatuor Euang*
*tica, excuſa eſt in octauo, tum*
*Cyrulicis literis.*

Priſcianus *Grammatic*
*ſcripſit ad Iulium patricium,*
*tionis libros 16. de conſtructio*
*duodecim primis Æneidos l*
*de accentibus tam nominum*
*ponderibus & menſuris. de pr*
*toricorum & Hermogene. de*
*declinatione nominum liber.*
*viri doctißimi, Grammatici*
*mentarium de metris comicis*
*Hæc etiam impreſſa Pariſ. &*
*Hermogenis ad oratoriam pr*
*terprete Priſciano, impreſſa*
*Colinæū, 1526. Quæ Græce ab*

Digitized by Google

*ſum, intercidiſſe puto. Scripſit etiam de Naturalibus quæſtionibus ad Coſroen regem Perſarũ lib.1. referente Tritemio, qui Priſcianum claruiſſe ait anno D.440. Priſciano quidam falſo hactenus adſcripſerunt tranſlationem operis Dioniſÿ Afri de ſitu orbis, cum ea ſit Rhemnÿ Palæmonis Grammatici. Liber de naturalibus quæſtionibus ad regem Perſarum, manuſcriptus extat apud M. Dreſſerũ.*

Priſciani *philoſophi Lydi expoſitio librorum Theophraſti de ſenſu, phantaſia & intellectu, Græce cum eiſdem impreſſa eſt Baſileæ, apud Ioannem Oporinum: & prius in Latinum verſa (neſcio quo interprete) Venetÿs apud Aldum.*

Priſcillianus, *Abilæ epiſcopus, qui factione Hylacÿ & Ithacÿ, Treueris à Maximo tyrãno cæſus eſt, edidit multa opuſcula, de quibus ad nos aliqua peruenerunt, &c. Hieronymus. Eiuſdem extant canones ſiue argumenta & periochæ noui teſtamenti.*

Priſcilla *Montani hæretici ſectatrix, libros propheticos ſcripſit, quorum meminit Nicephorus lib.4. hiſtoriæ eccleſiaſticæ.*

Priſcus *Iabolenus, vetus I.C. ſcripſit ex Caßio libros 15. Epiſtolarum lib.14. ad Plautium lib. 5.*

Priſcus *Panites genere, ſophiſta, Theodoſÿ iunioris epiſtolarum magiſter fuit, orator ab eo in Scythiam miſſus, ad Attilam Hunnorum regem. Scripſit hiſtoriam Conſtantinopolitanam, & ipſius Attilæ lib.8. & declamationes & epiſtolas. Suidas. Hæc hiſtoria hodie in bibliotheca Vaticana continetur, Raph. Volaterranus. Citatur in memorabilibus Baptiſtæ Fulgoſi.*

Priſcus *Sophiſta è Theſprotis ſeu Moloßis oriundus, celebratur ab Eunapio.*

Priſcus *epiſtolæ 2. apud Cyprianum author, cum aliquot alÿs coepiſcopis de hæreticis baptizandis lib.1.*

Priuatianus *epiſtolæ 2. apud Cyprianum author, cum aliquot alÿs coepiſcopis lib.1. Apud eundem in ſententÿs epiſcoporum de hæreticis baptizandis, leguntur verba Priuatiani à Suſicula, & Priuati à Suſibus.*

Proæreſius *Cappadox, Cæſarienſis, Pancratÿ F. Sophiſtes, Vlpiani diſcipulus, floruit ſub Iuliano Scripſit Declamationes. De hoc multa ſcribit Eunapius.*

Proba *Falconia Romana, Adelphi proconſulis vxor doctißima, cum Vergiliũ poetarum Latinorum principem mente teneret, eius libros ſolicite percurrens, ſcripſit Vergilio centones, hoc eſt carmen ex diuerſis Vergilÿ verſibus & hemiſtichÿs conſarcinatum, continens deſcriptionem veteris et noui teſtamenti: libellus excuſus eſt Francof. apud Pet. Brubach. cum alÿs, anno 1546. Claruit autem anno D. 430. Vide Eudoxiam.*

Probi *catholica, liber inuentus in Italia, in cœnobio Bobÿ oppidi, circa annum 1490. vt meminit Raph. Volaterranus in eius oppidi mentione. Neſcio an forte ſit Probi grammatici, cui Valerius prænomen eſt, vt infra dicetur. Probi Grammatica impreſ. Mediolani & Lutetiæ cum alÿs grammaticis in folio. Probi grammatici commentarius de occulta literarum ſignificatione epiſtolarum C. Cæſaris: citatur à Gellio 17. cap.8. Arbitor hunc eſſe Valerium probum.*

Prochetus *Saluaticenſis, ſcripſit tractatus aliquot de victoria contra Iudæos. Vixit anno 1315.*

Prochori *Cydonæ hieromonachi ſcripta quædam Græca extant Romæ in Vaticana bibliotheca, nempe, Prooemium in quæſtionem de lumine, capita vndecim de lumine in Thaborio, & capita quædam dialectica de eodem lumine: Liber de eſſentia & operatione, cum contradictionibus Ioan. Cantacuzeni. Tractatus de attributis S. Ioannis theologi & euangeliſtæ. periodi ſiue miracula per Prochorum diſcipulum eius ſcripta, vnum ex ſeptem, & conſobrinum Stephani protomartyris: Græce in Italia.*

Procilius *citatur à Varrone lib.4. de lingua Latina, & à Plinio lib.8. cap.2. naturalis hiſtoriæ. Videtur autem quiddam hiſtoricum ſcripſiſſe.*

Procli *Conſtantinopolitani epiſcopi epiſtola de fide, ad venerabiles & ſanctos epiſcopos, preſbyteros, & archimandritas per Armeniam, impreſſa Baſileæ, 1528. apud Henricum Petri. In ea refellit præcipue hæreſes Theodori Monſueſtenæ ciuitatis epiſcopi, Sabellÿ, & Neſtorÿ, de trinitate & Chriſti natura male ſentientium. Eadem epiſtola Græce & Latine impreſſa eſt Pariſÿs apud Guillardũ. Fuere & alÿ Procli Conſtantinopolitani epiſcopi. Procli verba multa referuntur ab Epiphanio.*

Proclus *Lycius, diſcipulus Syriani, ac Plutarchi Neſtorÿ, philoſophus Platonicus, permulta ſcripſit philoſophica & grammatica: Commentarios in totum Homerum, in Heſiodi opera & dies,* περὶ χρηστομαθίας βιβλία γ. *De bona diſciplina lib. 3.* περὶ ἀγωγῆς α. *De educatione lib.2. in Rempub. Platonis lib. 4. in Orphei theologiam. Symphoniam Orphei, Pythagoræ, & Platonis. De oraculis libros 10. De dÿs apud Homerum. Epicheremata contra Chriſtianos 18. Librum Metroacum. Suidas. Idem in Hegia Procli meminit. Vide Proculus. Procli Epicheremata 18. contra Chriſtianos, quibus mundum ingenitum & incorruptibilem eſſe contendit, cum refutatione per Ioannem Grammaticum, extant impreſſa. vide in Ioan. Grammatico. Procli Diadochi libellus de ſphæra, ſiue de circulis ſphæræ, impreſſus Græce & Latine Pariſÿs apud Wechelum, & argentorati apud Ribelium, & alibi ſæpe, vt cum Hygino Baſileæ, & ibidem cum Arato Græcis commentarÿs explicato, apud Walderum. De vſu aſtrolabÿ Proclus paucißima quædam reliquit: Viues. Conuertit ea Georgius Valla, vt ſupra eſt dictum. Enarrationum in primum Euclidis lib.4. impreßi Baſileæ cum Euclide Græco, & Latine ſeparatim. Fr. Barotio interprete. Hymni quatuor Græci à Proclo Lycio compoſiti, vnus in Solem, duo in Venerem, & alius in Muſas, poſt Orphei hymnos impreßi habentur. Eos Gyraldus confuſis nominibus Laodicenſi tribuit. Procli Diadochi hypotipoſis aſtronomicarum poſitionum, quæ eſt omnium quæ in Almageſto Ptolemæi demonſtrantur, compendium, Georg. Valla*

Digitized by Google

Placentino interprete, impreſſa Baſileæ cum Cl. Ptolemæo Latino, 1541. & Græce ſeparatim in 4. Ibidem. Compendiaria de motu diſputatio, in poſteriores quinq; Ariſtotel. de auſcultatione naturali libros: impreſſa Baſileæ, apud Bebelium 1531. & rurſum Argentorati apud Rihelium cum Latina verſione Iuſti Velſij. Excerpta quædam per Marſilium Ficinum ex Græcis Procli commentarijs in Alcibiadem Platonis primum de anima & dæmone: item libellus de ſacrificio & magia, eodem interprete: impreſſus Baſileæ, apud Bebelium, 1532. cum Mercurio Triſmegiſto, &c. Interpretatio in opera & dies Heſiodi, quæ circa theologicam ethnicam ferè & allegorias verſatur: impreſſa cum Græcis diuerſorum commentarijs in opera Heſiodi, Venetijs 1537. Commentariorum in Platonis Timæum lib. 5. totius veteris philoſophiæ theſaurus, in eiuſdem Politicen difficiliorum quæſtionum aliquot per capita cum ſuis argumentis enarratio, præſertim earum quæ ad poeſin, & fabulas poetarum, in primis Homeri, pertinent: impreſſa Baſileæ anno 1534. cum Platone Græco. Epitomen autem harum quæſtionum, ex Conradi Geſneri verſione, excudit Froſchouer, Tiguri. Scripſit præter hæc alia multa, quæ nondum impreſſa ſeruantur in diuerſis bibliothecis. vt eſt eius Chriſtomachia, quæ conditur in Vaticana bibliotheca Romæ. De theologia ſecundum Platonem lib. 2. & inſtitutio theologica elementaris in ſermones 6. diuiſa: ibidem, & apud Diegum Hurtadum Venetijs, item Auguſtæ Vindelicorum in bibliotheca, extant. Inuenitur & huiuſmodi titulus in catalogo quodam: Declaratio theologicæ inſtitutionis, cuius capita ſunt 211. ſubiectis ſtatim his verbis: πρὸς τὸ μὴ συναρπάζεσθαι τοὺς ἀναγινώσκοντας ὑπὸ τῶν [illegible] κατὰ τὰς [illegible] πίστεις. Apparet autem ſenſus imperfectus. Hæc inſtitutio aliâs inſcribitur, Propoſitiones metaphyſicæ 211. & fertur etiam Latine extare. Adhæc in Platonis Parmenidem libri 3. in Cratylum parecbolæ, in Platonis Alcibiadem primum explicatio, in Parmenidem ſermones ſex, in libros de republica ſuperſunt apud Diegum Hurtadum Venetijs. Feruntur & in Ariſtotelis quædam, ſcripta Procli extare Romæ in Vaticana. Procli & Theonis tabulæ quædam in aſtronomia Græce extant: forſan aliæ, quàm Hypotypoſes. * Procli libri tres demonſtrationum Mathematicarum rari. in 4. M. S. bibl. Imperat. Viennæ.

Procli Diadochi Paraphraſes in quatuor Ptolemæi libros de ſiderum effectionibus, impreßi ſunt ab Opor. Græce cum præfatione P. Melanch. in 8.

Procli de cauſis. Theorica de inerrantiū gradibus in Zodiaco. De epiſtolico charactere. Theologica elementatio. Phyſica elementatio. Platonis theologia lib. 6. In Alcibiadem 1. in Cratylum, in Parm. in bibl. Strozæ. & S. Fioræ ſeruantur. Commentarios in Platonis Alcibiadem primum, & in Parmenidem, Latinos facit Ant. Hermannus Gogaua. Procli inſtitutio Phyſica & lib. 4. de theologia Platonis, Auguſtæ Vindelicorum.

Proclus Mallotes è Cilicia philoſophus Stoi-

cus ſcripſit commentarium
ta, & ad Epicurum. fuit
tes, & ipſe Stoicus. Suidas.

Proclus, procaleius c
nis filius, ex Laodicea Syr
theologiam in Pandoræ f
In aurea carmina, In Nic
arithmeticæ, & alia quæd

Procli Sophiſtæ libe
charactere, extat Romæ in

Procopius, Cæſarien
& ſophiſta, ſcripſit hiſtori
delicet Beliſarij, quæ cir
byam geſta ſunt. Scripſit a
pellatum anecdota, de rebu
garia continentem. nam ti
ſcriptum vt ederetur: vt f
mina nouem. Liber Proco
conuicia atque comicos mo
ſarem continet, & eius co
adeò in ipſum Beliſarium
das. Eius de rebus vel b
Chriſtophoro Porſena inter
lib. 2. & alij duo de bello V
terrano interprete, impreſ
gium, anno Domini 1531.
hiſtoriarum iam dicti, exta
ticana bibliotheca Romæ,
tadum Venetijs. orationes
preſſæ Moguntiæ, anno D
ni Imperatoris ædificijs lib
ue'dio interprete, cum ſc
mæi, excuſi ſunt Pariſijs. v
ueldio, & in Theodoreto C
phiſtæ epiſtolæ aliquot, mir
Aldo, in volumine Græcar
bit autem ad Philippum fr
Macarium, Sozomenum,
Zachariam, Eliam epiſcop
Procopio Gazæo, an Cæſar
quoniam vtrique tribuitur

Procopij Gazæi ſoph
ctateuchum, hoc eſt priores
libros, ex vetuſtiſſimis ortho
rumque ſcriptorum enarra
pus accuratiſſime concinna
bliotheca Auguſtana, & L
apud Geſneros fratres, ann
lio. In Pentateuchum qui
Conrado Clauſero interpre
Regum & primum Paralipo
uatero, & in ſecundum Pa
no Hambergero interpretib
tarij in Eſaiam prophetam
Hurtadi Mendozæ.

Procopij diaconi & ch
in ſanctum & magnum mar
ce manuſcriptum.

Procopius comes & m
Theodoſio, operam ſuam con
doſianum.

Digitized by Google

Procopij *Lupacij Pragenſis,precationes Euangelicæ,ſingulis dierum Dominicorum lectionibus Euangelicis ſubiungendæ,& verſu redditæ.8.Norimbergæ,1579.*

Proculus *vetus I.C.ſcripſit epiſtolarum lib.8.*

Proculus *grammaticus peregrinarum nationum geſta tradidit,vt refert A.Gellius*

Proculi *cuiuſdam ſcriptis vſus eſt Plinius in conſcribendo naturalis hiſtoriæ 13.libro.*

Proculi *(id eſt Procli Lycij, de quo ſupra) liber de cauſis,impreſſus latine cum Thomæ Aquinatis commentario Venetijs apud Scotum,anno 1505. cum alijs eiuſdem Thomæ in Ariſtotelis parua naturalia commentarijs.*

Prodicus *ex inſula Ceo,phyſicus, æqualis Democrito. Meminit eius Suidas,& ſententias quaſdam eius alicubi refert Stobæus. Prodici liber* ὧραι, *citatur à Suida & à Cælio Rhodigino.*

Prodicus *hæreticus citatur à Clemente Stromat.7.*

Profacius *Hebræus mathematicus edidit tabulam motus octauæ ſphæræ lib. 1. Claruit anno 1260. Baleus.*

Promatidas *Heracleotis hemiambos citat Athenæus.*

Promathius *ſcripſit hiſtorias Italicas,quæ citantur apud Plutarchum in Romulo.*

Proſdocimus *de Comitibus,de differentia legum & canonum,de conſanguinitate & affinitate. Proſdoximi prima & ſecunda pars in decretales. Duo volumina in fol. apud Marcum Dreſſerum.*

Proſdocimus *Patauinus de Muſica ſcripſit, quem citat Franchinus.*

Proſper *epiſcopus Reginen.poſt Fauentium,natione Aquitanicus,ſcripſit epigrammatum lib.1.de vita contemplatiua lib.3.de libero arbitrio lib.1.ad capitula Gallorum reſponſiones lib.1. Ad obiecta Vincentianorum lib.1.ad excerpta Genuenſium li.1.ſummam grandem 330. poſitionum lib.1. contra Caſſianum de libero arbitrio, lib.1. Chronicon hiſtoriarum lib.1.epiſtolarum ad diuerſos lib.1.de illuſtribus viris lib.1.de captiuitate Romæ lib.1.epiſtolæ quoque papæ Leonis aduerſus Eutychen, de vera Chriſti incarnatione ad diuerſos datæ,ab ipſo dictatæ creduntur, Gennadius : apud quem vide plura,& apud Gyraldum in vitis poetarum,qui etiam de prouidentia Dei lib.1.ab eo ſcriptum teſtatur,& alterum de ingratis,heroico carmine. Eius temporum continuatio,incipiens ab an. 382.(eouſque enim ab Hieronymo producta erat hiſtoria) vſque ad annum 447.impreſſa Baſileæ apud Henricum Petri,cum Euſebij & aliorum Chronicis. Alicubi etiam legitur,extare librum eius de temporibus ab Adamo vſq; ad ſeculum ſuum:de prædictionibus Dei liber in 3. partes ſectus , impreſſus.item de vita ſolitaria,epiſtola ad Auguſtinum de reliquijs Pelagianæ hæreſeos,habetur tomo 7.operum Auguſtini,aduerſus collocutatorem Pelagianum de libero arbitrio liber:Henricus Petri Baſileæ 1528. in antidoto contra hæreſes. Proſperi epigrammata aliquot cum Sedulij Paſchalij opere impreſſa, apud Weſthemerum Baſileæ : ſunt autem hæc, de diuinis ſcripturis, de oratione Domini , de laudando Deum , de acceleranda conuerſione, de timore ,de virginitate,de modo habendi,de diuitijs , de vera bonitate,de mali impunitate,de gaudio recto. Eius quædam opera excuſa Coloniæ anno Domini 1536. & 1540. & item Lugduni apud Gryphium,anno Domini,1539.* Omnia opera quæ extant accurata vetuſtorum exemplarium collatione à mendis repurgata,cum indice rerum & ſcripturarum. Duaci Ioan. Bogardus anno Domini 1577. Claruit anno 406. ſecundum Trittemium,vel vt alij volunt anno 454.*

Proſper *Bergarutius recognouit & emendauit & edidit Andreæ Veſalij Chirurgiam magnã vna cum inſtrumentorum quibus chirurgi vtuntur pictura,1569. Idem edidit tractatum Italico ſermone de peſte: in quo teſtatur ſe libros ſcripſiſſe de Anatomicis contemplationibus.*

Proſper *Calanus è Sarzana Hetruriæ vrbe oriundus,medicus,ſcripſit de tuenda valetudine ad Herculem Gonzagam commentarium. Paraphraſim in Galeni lib. de naturalib.facul. Enchiridion de cautione à venenatis,Clementis* VII. *pont max. Duodeuiginti commentaria, per quæ ipſe totidem illuſtribus & potentibus viris in varios morbos cõſilium dedit. Eius paraphraſis in Galeni libellum de inæquali temperie , impreſſa ſeorſim Lugduni à Gryph. Epiſtolæ quamplurimæ diuerſis amicis de curatione certarum ægritudinum miſſæ , & varia eius ſcripta in re medica,impreſſa apud Gryphium Lugduni,1538.*

Proſperi *Caraccæ commentaria in ritus magnæ curiæ vicariæ regni Neapolis.*

* Proſperi *Paſeli Ferrarienſis D. conſilia ſeu reſponſa, nunc primum in lucem edita folio Venetijs anno 1580.*

Proſperi *Spiritei carmina quædam leguntur in imaginibus Iouij.*

Protagoras *Abderites aut Teius, auditor Democriti,primus ſophiſticen profeſſus eſt, & mercedem à diſcipulis exegit centum minas. Scripſit libros de dijs quorum initium fuit , De dijs ſtatuere nequeo,neque an ſint,nec ne,&c.ob hoc principium ab Athenienſibus vrbe pulſus eſt,librique illius in foro cremati ſunt ,ſub præconis voce à ſingulis qui illos habebant inueſtigati. Præterea à Laertio hi ipſius libri commemorantur, ars contentionis,de lucta,de diſciplinis,de republica,de libertate,de virtutibus,de priſco ſtatu,de his qui ſunt apud inferos, de his quæ non recte ab hominibus geruntur,de præcepto,cauſa de mercede.Contradictionum duo. Ex contradictionum libris Platonem totam ferme rempublicam ſuam ſumpſiſſe Ariſtoxenus aſſerit.*

Protagoras *aſtrologus,alius à ſophiſta in quẽ Euphorion epicedion ſcripſit. Item* Protagoras *Stoicus philoſophus.*

Protagorides *Cyzicenus* περὶ τῶν ἐν Δάφνῃ πανηγύρεων, *item hiſtoriæ comicæ,citantur ab Athenæo.*

Proteas *grammaticus Zeugmatites,cuius meminit Stephanus.*

Protarchus *Trallianus citatur à Macrobio lib.1.Saturn.*

Proterius *epiſcopus Alexandrinus,ſcripſit ad S.Leonem Papam, de celebratione paſchæ epiſt.3. ad Hilarium de eadem re epiſt.1. Epiſtolas plures ad diuerſos,& quædam alia. Claruit anno Domini,460.*

Protogenes *Xanthius pictor celeberrimus, qui Rhodium Bacchum pinxit,ſcripſit de graphica & figuris lib.3.Suidas.*

Proxenus περὶ πίρων σικελικῶν *citatur à Stephano:& ab Athenæo lib.2.de republica Laconica.*

Ptochodromi *Theages & Pericles Romæ extant Græce.*

Ptolemæus *quidam Valentini hæretici diſcipulus ex Gnoſticorum ſecta, propriam hæreſim inſtituit, quæ ab Epiphanio lib.1.tom.2. deſcribitur, vbi etiam ponitur Ptolemæi ad Floram epiſt.*

Ptolemæi *lexicon Demoſthenicum, in bib.Ioannis Sambuci.*

Ptolemæus *in Periplo citatur à Stephano.*

Ptolemæus *Aſtronomus & Geographus,vide Claudius Ptol.*

Ptolemæus,*naturalis magiæ ſcriptor.Vide in Zoroaſtre.*

Ptolemæi *Anticlidis ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Alexandri Magni.*

Ptolemæus *Ageſarchi F. Megalopolita genere,ſcripſit hiſtoriam Ptolemæi Philopatoris, quæ ab Athenæo & Clemente Alexandrino citatur. Ptolemæus(idem forte)ſcripſit libros aliquot commentariorum* περὶ τῶν ἐν ἀλεξανδρείᾳ βασιλείων, *& de animalibus quæ in eis nutriuntur.*

Ptolemæus *Alexandrinus Grammaticus, Hephæſtionis F. fuit ſub Traiano & Adriano Imp. Chemnus appellatus de admirabili hiſtoria: Sphingen,quæ fabula eſt hiſtorica: Anthomeram, quæ poeſis eſt librorum 24.& alia quædam.Suidas.*

Ptolemæus *Alexandrinus grammaticus, Pindarion cognomento,filius Oroandri,Ariſtarchi diſcipulus,ſcripſit Homericorum exemplorum lib.6. De charactere Homerico.Ad Neotalidem. De dictione.De vtide Homerico.De Aſteropæo, cuius meminit Homerus & alia.Suidas,*

Ptolemæus *Ariſtonici grammatici pater & ipſe grammaticus. Ambo Romæ ſe oſtentarũt.Scripſit, Quæ ſimiliter dicta ſint à Tragicis. Libros in Homerum.Quæ à poetis peregrine dicta ſint. De Muſis & Nereidibus.Suidas.*

Ptolemæus *Aſcalonites grammaticus,Romæ docuit.Scripſit Proſodiam Homericam.De Helleniſmo ſeu recta locutione græca lib.15.De metris. De Ariſtarchea Odyſſeæ correctione. De differentia vocabulorum & alia grammatica.Suidas.*

Ptolemæus *Cytherius verſificator,ſcripſit de Pſalachanta,quam ſtirpem ait mira quadam vi eſſe præditam.Suidas.*

Ptolemæus *grammaticus Epithetes dictus, quod ſequeretur Ariſtarchum: audijt ſiue Hellanicum grammaticum ſiue Agathoclem ſiue Zenodotum Epheſium.Scripſit de plagis Homericis. Commentarium in Odyſſeam:Sui*

Ptolemæi *Flauij collecta*
*tionum in varios auctores C*
*conæ apud Bernardinum Gu*
*ni 1522.in folio.*

Ptolemæi *de Hiſpania l*
*gerzelli introductorius,&c.*

Ptolemæus *Lagi, hiſto*
*ſcripſit.Citatur à Plinio 12.*
*riæ.*

Ptolemæus *Lucenſis,ſe*
*ne hiſtoriam pontificum Rom*
*attingit viros qui temporibu*
*runt,vſq; adCæleſtinum V.c*
*cit fuiſſe,1273.Raph.Volater*

Ptolemæus *Lucenſis pa*
*ſcripſit,Rudimenta nouitior*
*in compendio.*

Ptolemæus *Mendeſius*
*à Clemente Alexandrino,fui*
*bet ſacerdos,& Regum Æg*
*bris exponens, dicit tempore*
*Iudæos exiſſe ex Ægypto.*

Ptolemæus *Spagnolus,*
*ſtæ Mantuani frater, ſcripſi*
*contra Zoilos quoſdam lib.1.*
*lib.1.quæ opuſcula impreſſa*
*Claruit 1510.Stephanus Bal*

Publicolæ *epiſtolæ ad I*
*quæſtionum aliquot explicat*
*ter D.Auguſtini epiſtolas.*

Publius *Aurelius Opil*
*rone & Feſto Pompeio.Gel*
*Opilium in primo librorum*
*pſit 1.cap.25.*

Publium *Celſum de m*
*tare ſcribit auctor luminis a*

Publij *Conſentij V.C.*
*ticæ editæ à Sichardo cum o*
*Caſsiodoro.*

Publius *Cornelius. Pa*
*nus Aemilianus in orationi*
*Caſtoris.De imperio D.Br*
*ca redijt.Citatur à Feſto.*

Publius *Scipio African*
*lio,Oratione quinta contra C*
*lum de moribus,ſeu oratione*
*ra cum ad maiorum mores p*

Publij *Cornelij Taciti*
*riæ Auguſtæ, ſiue Annaliu*
*lib.16.per Beatum Rhenan*
*tiones ſuis queq; libris addu*
*de Germanorum populis,mo*
*de oratoribus, in quo Cicero*
*Vita Iulij Agricolæ ſoceri ſ*
*operis initio theſaurus conſt*
*que, & vocum Tacito ſolen*
*Liuio plerunq; teſtimonijs,it*
*thorem ante editæ annotatio*
*Phil.Beroaldi,ſeu Andreæ*
*dit Baſileæ.1533.prius autem*

Digitized by Google

excuderat. Eadem omnia emendatiora excuſa ſunt Lugduni apud Gryphium. In libellum de moribus Germ. commentarios ſcripſerunt Andreas Althamerus & Iodocus Willichius. * Hiſtoriarum & annalium libri qui extant, Iuſti Lipſij ſtudio emendati & illuſtrati. 8. Antuerpiæ apud Plantinum, 1580.

Publij *Fauſti Andrelini Foroliuienſis poetæ, epiſtolæ prouerbiales & morales, excuſæ Argentorati anno 1517. & rurſus 1519. Poemata eius publicata, Eclogæ 4. Diſticha, quæ & ſeorſim cum commentario Lugduni à Pagano impreſ. ſunt. Idem opus aliàs inſcribitur hecatodiſtichon, excuſum Pariſijs 1525. Euſdem Elegiæ. De victoria Neapolitana, de captiuitate Lodouici Sfortiæ. De ſecunda victoria Neapolitana. De geſtis legati, et alia quædam impreſſa ſunt.*

Publij *Franciſci Amerini in parentalia Platinæ carmina in fine operum ipſius Platinæ.*

Publius *Furius Anthimus, vetus I.C. ſcripſit ad edictum lib. 5.*

Publius *Iubentius Celſus, vetus I.C. ſcripſit lib. 39. digeſtorum, vide Iuuentius Celſus in vitis Bernardini Rutilij.*

Publius *Largius citatur à Plinio libro 21. naturalis hiſtoriæ.*

Publij *Lauinij liber de verbis ſordidis laudatur à Gellio lib. 20. cap. 10.*

Publij *Lentuli Pub. fi. proquæſtoris ad Ciceronem epiſtola libro 12. Familiarium: & alia ad S. P. Q. R. ibidem.*

Publius *Nigidius Figulus Ciceronis familiaris, philoſophiæ inter Latinos experientiſſimus, ſcripſit de ventis libros duos. Commentarios Grammaticos quorum 24. citatur à Gellio. De augurijs priuatis: quorum 1. ab eodem laudatur. De animalib. de dijs, quorũ 19. laudatur à Mac. 3. Sat. 4. de extis.*

Publij *Optatiani Porphyrij Panegyricus Conſtantino dicatus, extat in bibliotheca P. Pithoei.*

Publij *Ouidij Naſonis opera, impreſſa Venetijs apud Aldum, cum annotationibus in omnia Ouidij opera: & Baſileæ, apud Henricum Petri anno 1532. adiectis etiam fragmentis quibuſdam ex libris quæ periere epigrammatum, & carmine ad Piſonem: item cum annotationibus Glareani, apud eundē. Poemata eius hæc ſunt: metamor. lib. 15. Faſt. li. 6. Triſt. l. 5. de Ponto libri 4. Heroidum epiſtolæ amatoriæ, de arte amandi libri tres, de remedio amoris lib. 2. in Ibin, Conſolatio ad Liuiam Auguſtam, de morte Druſi Neronis, filij eius qui in Germania morbo perijt, de nuce elegia, de medicamine faciei, de pulice elegia, quam conſtat non eſſe Ouidij, de philomela elegia, nec ea quidem Ouidij: fragmenta quædam ex epigrammatis nuper inuenta: ad Piſonem carmen heroicum, ad quem extat & Horatij ars poetica. Sunt qui affirment, ſex etiam reliquos Faſtorum libros ætate noſtra inuentos eſſe. Præter enumerata compoſuit etiam Germanicum triumphum, Medeam tragœdiam: Halieuticôn, ſiue de piſcibus librum inchoatum, cuius fragmentum nuper impreſſum eſt à Gryphio Lugduni, cum Gratio de venatione, & alijs. Item lingua Getica libellum de laudibus Cæſaris. Qui plura cognoſcere cupit de Ouidio, vitam ab initio operum eius editam legat. Metamorphoſeon opus præclariſſimum (ſic enim vocat Lactantius) ſeorſim excuſum reperitur, cum alibi, tum Coloniæ à Gymnico anno Domini, 1534. cum Gyberti Longolij annotationibus per margines. Omnia Ouidij quæ habentur opera, cum diuerſorum commentarijs, annotationibus ac ſcholijs, excuſa ſunt Baſileæ apud Heruagium, anno Domini, 1550. ex emendatione Iacobi Mycilli. Eiuſdem omnia opera excuſa ſunt Baſileæ ab Henrico Petri, anno Domini 1548. in octauo, cum annotationibus Glareani & Longolij in libros metamorphoſeon, Melanchtonis in libros Faſtorum, Guidonis Morilloni in Heroides. Carmen ad Piſonem Ouidio hactenus inſcriptum vir diligentiſſimus Adrianus Iunius ex V. Codicis teſtimonio Lucano aſſeruit.*

Publius *Seruilius augur laudatur à Feſto Pōpeio.*

Publij *Syri mimi, quidam verſiculi Senarij morales, Publiani dicti, & falſo quondam Senecæ inſcripti, inter opera Senecæ excuſ. ſunt. Vide Raph. Volaterranum. Publij Syri mimographi ſententiæ morales, ſenarijs verſibus, ex ipſius operibus ſelectæ. Has Eraſmus ſcholijs expoſuit, Georgius Fabricius nuper ex antiquo codice emendauit, additis viginti ſenarijs, in impreſſis hactenus deſideratis. Lipſiæ excuſæ, 1550.*

Publij *Terentij Afri comœdiæ ſex, quarum poſtrema editio cum diuerſis annotationibus impreſſa eſt Baſileæ apud Brylingerum, & alibi. Vita ipſius per Aelium Donatum deſcripta, vbiq; fabulis eius præponi ſolet. Phormionem & Hecyram vertit ab Apollodoro: ſed Andriam, Eunuchum, Adelphos & Heautontimorumenon, à Menandro: vide Lilium Gyraldum in Vitis poetarum. Publij Terentij Andria omni interpretationis genere in adoleſcentulorum gratiam facilior effecta, vt ex hac comœdia omnes alias ab eodem conſcriptas nullo negotio conſequantur, excuſa eſt Lugduni à Ioanne Torneſio, anno Domini 1548. in octauo. Eiuſdem Eunuchus fabula Latine & Gallice enarrata per Ioannem Ericium cum ſcholijs, excuſa eſt Lugduni à Ioanne Temporali, anno Domini 1553.*

Publius *Terentius Varro Attacinus in Europa: laudatur à Feſto. Idem fertur ſcripſiſſe de bello Sicanico librum. Scripſit etiam Satyras vt author eſt Horatius: & lib. 4. de Argonautis vt Probus ſcribit, citatur à Chariſio in Nepote. Citatur à Plinio. Iacobus Bergomenſis tribuit illi Antiquitatum variarum libros 41. & de culturis Deorum lib. 1. Confundens Marci Terentij Varronis & huius Attacini Varronis ſcripta.*

Publius *Tertius citatur à Macrobio li. 3. Sat.*

Publij *Vatinij imperatoris epiſtolæ 2. ad Ciceronem lib. 5. Familiarium.*

Publij *Vellei Paterculi Hiſtoriæ Romanæ 2. volumina, ad Marcum Vinicium Cos. progenerum*



Digitized by Google

*Tiberij Cæſaris, per Beatum Rhenanum Seleſtadien. ab interitu vtcunq; vindicata, Ioan. Frobenius excudit Baſileæ,* 1520. *Acceſſerunt in calce caſtigationes quædam Ioan. Alberti Burerij. Beatus Rhenan. præfatur, & vitam authoris deſcribit. Vide C. Velleius Paterculus.*

Publij *Vergilij Maronis opera, ſæpiſſime impreſſa cum alibi, tum Baſileæ apud Brylingerum, cum plurimis diuerſorum annotationibus, & Venetijs cum Nicolai Erythræi indice, vt ſupra dictum eſt. Sunt autem hæc: Bucolicorum eclogæ* 10. *Georgicorum lib.* 4. *Æneidos lib.* 12. *quibus* 13. *ſubtexuit Maphæus Vegius. His accedunt varia poemata, partim anonyma, partim Vergilij. In obitum Vergilij, laudes hortuli, ſenarijs. De vino & Venere, de liuore, de cantu Sirenum, de natali die, de fortuna, de Orpheo, de ſeipſo, de ætatibus animaliũ, de ludo, de ærumnis & laboribus Herculis. Argumenta* 12. *librorum Æneid. De Muſarum inuentis, elegia in Mecœnatis obitum, epitaphia virorum illuſtrium, de ſpeculo mira experientia, de quatuor temporibus anni, de ortu ſolis, de litera Pythagoræ de ſignis cœleſtibus, ſumma Bucolicorum, Georgicorum, & Æneidos. Argumenta* 12. *librorum Æneid. quæ Ouidio Naſoni adſcribuntur. Eſt et nõ, Vir bonus, elegia de roſa, falſo quondam adſcripta Auſonio. Culex. Diræ, id eſt carmen execratorium ad Battarum. Aetna, Ciris ad Meſſalam, Moretum ſiue deſcriptio condimenti ſic dicti. Copa ſaltatrix puella. Epigrammata in Priapum, quæ quidam Vergilio, quidam Ouidio, pleriq; diuerſis adſcribunt. Vitam Vergilij per Ael. Donatum deſcriptam habemus quæ cum commentarijs in Vergilium excudi ſolet. Vide etiam Gyraldum. Omnia Vergilij opera nuper Venetijs cum commentarijs* 13. *excuſa ſunt in fol. P. Vergilij M. opera cum P. Manutij annotationibus: & G. Fabricij Virgilianæ lectionis obſeruationibus. Antuerpiæ Plantinus in* 8. *Eadem Theod. Pulmani diligentia correcta & annotationibus illuſtrata, ibidem in* 16. *P. Vergilij Maronis appendix, cum ſupplemento multorũ ante hac nunquam excuſorum poematum veterum poetarum: cum Ioſephi Scaligeri in eandem appendicem commentarijs & caſtigationibus, Lugd.* 1573.

Publij *Victoris de locis & regionibus vrbis Romæ libellus, ſiue tabulæ Aldus excudit Venetijs, & Platerus Baſileæ,* 1538. *cum Pomponio Læto de antiquitatibus Romæ. Meminit huius libelli Petrus Crinitus lib.* 8. *cap.* 5.

Publij *Volumnij carmina citantur apud Plutarchum in vita Marci Bruti.*

Pudentiani *à Cuiculi verba apud Cyprianum, in ſententijs Epiſcoporum de hæreticis baptizandis.*

Pupperi *Gocchiani de libertate Chriſtiana liber, impreſſus.*

Puſilli *à Lamaſba verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.*

Puteolanus *vetus I. C. ſcripſit librum Aſſeſſorum aliquot.*

Pyamonis *collatio de tribus antiquis mona-*

*chorum generibus, & quarto* ...
*ſa cum Ioan. Caßiani collatio* ...

Pyladis *Bryxiani carm* ...
*preſſum Mediolani,* 1539. *in* 4 ...
*recognitione authoris.* * *Eiu* ...
*Plautum. in fol. Venet.* 1518. ...
*do Pylade.*

Pylades *Cilix, ſcripſit d* ...
*ca, Comica, & Tragica, & S* ...

Pynufij *ſermo de ſatisf* ...
*Ioan. Caßiani collationibus.*

Pyrandrus *ſcripſit aliq* ...
*carum rerum hiſtorias, ex c* ...
*tarchus cap.* 70. *Agamemnon* ...
*ſtis hiſtorias recitat.*

Pyrgion *ſcripſit de legi* ...

Pyrrho *Lipareus citat* ...
*blematibus Romanis.*

Pyrrhon *Elienſis, citat* ...
*Suidam quoque.*

Pyrrhi *Conſtantinopol* ...
*leguntur in ſexta Synodo. F* ...

Pyrrhus *Epirotarum r* ...
*mentariorum libros, qui cita* ...
*in eius vita. Idem de inſtrue* ...
*vt Aelianus refert.*

Pyrrhi *Ligorij Neapol* ...
*veteris Romæ, excuſæ à Mi* ...
*iuſdem paradoxa contra ant* ...
*ta. Eiuſdem Galliæ deſcripti* ...

Pyſandri *ſcripta citant* ...

Pythagoras *medicus d* ...
*Homero quædam compoſuit* ...
*te fuerit lib. de bulbis à Plin.* ...

Pythagoras *quidam a* ...
*Dorice ſcripſerit, à Laertio* ...
*tiam Pythagoram Zazinthi* ...
*nat, à quo emanarit prouerb* ...
*ſculptores Pythagoras Rheg* ...
*Samium, & Pythagoram q* ...
*bonum.*

Pythagoras *Samius ſe* ...
*thagorei dicti ſunt, ſcripſit* ...
*tutione, de ciuilitate, de natu* ...
*ne Pythagoræ legitur, Lyſid* ...
*rici eſt. Refert Heraclides S* ...
*nis epitome, ſcripſiſſe illum v* ...
*dum item ſacrum ſermonem* ...
*iuuenes tacita colite hæc pia* ...
*de anima, quartum de pietat* ...
*Epicharmi comici patrem, ſe* ...
*lios. Porro myſticum ſermon* ...
*ſe, qui in iniuriam Pythagor* ...
*ab Aſtone Crotonitate ſcrip* ...
*pta eſſe. Ion etiam Chius, ait* ...
*dam ſcripſiſſet, Orphei titul* ...
*das item ipſius eſſe aiunt, c* ...
*Nullus rex egens eſto. Laert* ...
*ricicæ philoſophiæ libros ci* ...
*Pythagoram philoſophum v* ...
*didiſſe, quo medicas vires c* ...

Boiſſar. Dij fatid. p.

*brum de rubro mari, Athenæus allegat. Symbola ſiue carmina aurea, quæ circumferuntur nomine Pythagoræ dicuntur à Philolao eſſe conſcripta. Vide Suidam & Diogenem Laertium, epiſtolia etiam quædam Pythagoræ extant, impreſſa ab Aldo. Pythagoræ & Phocilidis poemata cum duplici interpretatione Viti Amerbachij ex poſtrema eiuſdem recognitione impreſſit Baſileæ Ioannes Oporinus, 1554. octern. 10. & dimid. Ex Pythagoræ ſcriptis quædam Plinius tranſcripſit in 20. 23. & quatuor ſequentes libros naturalis hiſtoriæ.*

Pythei *ſententias citat Plutarchus, in vita Theſei, et Demoſthenis.*

Pytheas *Athenienſis, orator, homo audaciſsimus, ſcripſit conciones & orationes forenſes. De hoc plura Suidas.*

Pytheas *quidã citatur à Plinio 2. 4. & 34. li.*

Pythermi *Epheſii hiſtoriam Athenæus allegat: item Pythæneti librum de Aegina.*

Pythocles *Samius, ſcripſit libros Georgicorũ, ex cuius libro tertio Plutarchus in parallelis minoribus Hegeſiſtrati & Clementis hiſtorias tranſcripſit. Idem in tertio de concordia citatur à Clemente Alexandrino in Protreptico. Et ab eodem alibi libro 4. Italicorum.*

Pythonis *rhetoris Byzantij meminit Suidas: ſed nihil ab eo ſcriptum commemorat.*

# Q.

QVadratus *Athenienſis poſt Publium martyrem epiſcopus, cum eſſet doctor inſignis, ſcripſit inter alia pro Chriſtianis ad Adrianum principem plenum inſtructione Apologeticam lib. 1. & alia nobis incognita. Hæc Trittemius ex D. Hieronymo. Claruit, 120.*

Quelpingtonus *Anglus, Martonenſis collegij apud Oxonienſes alumnus, ſcripſit quæſtiones in poſteriora Ariſtotelis lib. 2. Claruit anno 1380. Ioannes Lelandus.*

Quietus *epiſtolæ 4. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coepiſcopis lib. 1.*

Quieti *à Burus verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.*

Quinctius *Atta citatur à Pompeio Feſto.*

Quintilij *Georgica citat Hierocles in proœmio. Item libri Quintilij (aliâs Quintiliani) citantur in libris Conſtantini de re ruſtica.*

Quintiliani *Mandoſij aduocati Romani, Praxis ſignaturæ Gratiæ. Venetijs apud Franciſcum Zilletum, 1571. ab auctore reuiſa, meliori ordine diſpoſita, ac multis additionibus locupletata. Eiuſdem commentarius ſuper regulas cancellariæ Apoſtolicæ. Neſcio an idem opus cum priore. Additiones in Lapi allegationes ab infinitis modis per Quintilianum purgatas & nonnullis allegationibus ante non editis auctas, Venetijs, 1571.* Eiuſdem ac Petri Vendramenti repertorium inquiſitorum prauitatis hæreticæ. In quo omnia quæ ad hæreſum cognitionem ac S. S. inquiſitionis forum pertinent, cõtinentur. 4. Venetijs 1579. Item Caſus annales. Quibus acceſſerunt aliquot tractatus, videlicet, De varia temporum in iure ciuili obſeruatione, itemque de præſcriptionibus & de temporum præſcriptione. Octauo. Francofurti. Eiuſdem gloſſa facultatũ Regentis in locum auditoris Cameræ ſuffecti. in 4. Venetijs.*

Quintij *Aemiliani Cimbriaci carmen in Petri Hœdi Anterotica, elegantiſsimum, ad Cupidinem, impreſſum eſt Taruiſij, anno 1492. apud Gerardum de Flandria. Eiuſdem epicedion in Fridericum tertium imperatorem, excuſum Argentinæ, anno 1514.*

Quintus *nomen proprium, aut potius prænomen, per Q. literam initialem deſignatur.*

Quintus *epiſtolæ 2. & 4. & 12. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiſcopis lib. 1.*

Quinti *Aelij Tuberonis in Gracchum orationes.*

Quinti *ab Aggiua verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.*

Quinti *Apollinaris ſecreta naturæ à capite ad calcem.*

Quintus *Aſconius Pedianus, vide Aſconius Pedianus: aliâs Quirinus Aſconius.*

Quinti *Aurelij Simmachi V. C. P. V. & Cos. ord. Epiſtolarum ad diuerſos libri decem, ex bibliotheca cœnobij S. Benigni Diuionenſis magna parte in integrum reſtituti. 4. Pariſijs.*

Quintus *poeta Romanus, Homeri rhapſodiã imitatus eodem carmine atq; eadem lingua Græcum poema ſcripſit vſq; ad finem belli Troiani, exordiens vbi definit Homerus, quod opus adhuc extat. Græci* κόιντον *eum vocant. Raphael Volaterranus.*

Quinti *Calabri derelictorum ab Homero libros quatuordecim, Aldus excudit olim Venetijs, cum Tryphiodoro de Ilij captiuitate, & Colutho de raptu Helenæ.*

Quintus *Cæcilius Epeirota, Tuſculi natus, Attici Sattij libertus, primus Romæ Latine diſputauit, primusq; Vergilium & alios poetas nouos perlegere cœpit. Suetonius.*

Quinti *Cæpionis oratoris in M. Aemilium Scaurum lege Varia oratio, citatur à Chariſio,*

Quinti *Ciceronis de petitione conſulatus ad M. Tullium fratrem liber, impreſſus in fine operum M. T. Ciceronis. Eiuſdem epiſtola ad M. Tullium fratrem & altera ad Tyronem, lib. 6. Familiariũ.*

Quinti *Claudij Quadrigarij annalium libri citantur à Gellio: hic aliquando Q. Claudius, aliquando Quadrigarius ſimpliciter nominatur.*

Quinti *Curtij de rebus geſtis Alexandri Magni regis Macedonum libri decem. Deſunt autem duo priores, excuſi Argentorati apud Schürerium, 1518. & Venetijs ab Aldo, 1520. & Lugd. à Gryphio: & Baſileæ à Thoma Wolfio, 1534. adiectis Deſy. Eraſmi annotationibus, & Huldrici Hutteni in eodem authore obſeruatis floribus in compendium redactis: & ſimiliter Coloniæ apud Io. Gymnicum, 1538. & 1545. apud Henricum Petri Baſileæ, adiectis quæ deerant à principio ex Arriani &*



Digitized by Google

Diodori Siculi hiſtorijs, item apud Frobenium duobus prioribus libris, qui deſiderabātur, à neſcio quo adiectis. Q. Curtium integrum omnino, non completum aliunde, habet Wolfg. Lazius.

Quinti Ennij antiquiſſimi poetæ Latini hæc ſcripta citantur, Achilles, ſiue Achilles Ariſtarchi, Aiax, Alceſtis, Alcmæon, Alexander, Ambracia, Amphitryon, Andromachia, Andromeda, Armorum iudicium, Aſotus, Creſphontes, Creſſæ, Cupiuncula, Epicharmus, Erularia, Erechteus, Eumenides, Hectoris lytra, Hecuba, Hermaphroditus, Iphigenia, Medea, Menalippa, Hemea, Pancratiaſtes, Phœnix, Scipio, Telamon, Telephus, Thyeſtes. Satyrarum libri, Annalium libri, Sotadici verſus, Phagetica, Saturnium carmen. Laudantur hi libri à Varrone, Feſto, Nonio, Apuleio, Fulgentio, Macrobio, Gellio. Fragmenta Ennij excuſa ſunt ab Henrico Stephano, cum aliorum veterum Latinorum poetarum fragmentis.

Quinti Fabij Luculli Epicum carmen citatur à Fulgentio de vocibus antiquis.

Quinti Fabij pictoris de aureo ſeculo, & de origine vrbis Romæ, eiuſq; deſcriptione lib. 2. impreſ. Baſil. à Bebelio 1539. cū Myrſilo Leſbio, &c. Iidem libri cum commentarijs Ioan. Annij Viterbienſis excuſ. ſunt Antuer. 1552. Q. Fabius Punico bello clarus ſcriptor rerum Rom. Græco ſermone: vide Dionyſij Halicarnaſſei præfationem, apud Suidam nominatur Φάβιος Pictor. Pictor 1. Pontificij iuris citatur à Macrob. Sat. 3.

Quintus Fabius Maximus Seruilianus pontifex lib. 12. citatur à Macrob. 1. Saturn.

Quinti Hirtij ſcripta allegantur apud Pliniū lib. 19. naturalis hiſtoriæ.

Quinti Horatij Flacci, qui Cæſaris & Auguſti tempore in vrbe floruit, opera excuſa Venetijs ab Aldo, Argentinæ 1498. cum commentarijs Iacobi Locher. Baſil. 1527. apud Curionem, cum ſcholijs Acronis, & rurſus cum Acrone & Porphyrione apud Hen. Petri 1545. Venetijs eodem anno cū plurimis diuerſorum commentarijs. Pariſijs apud Colinæum, 1540. cum libello Nic. Peroti de metris odarum Horatij. Coloniæ 1541. cum annotationib. Eadem opera Lipſiæ excuſa ſunt, illuſtrata argumentis & caſtigationibus Georgij Fabricij Chemnicenſis. In officina Aldi cum annotationibus M. Anton. Mureti. Pariſijs cum doctiſſimis & copioſiſſimis Dionyſij Lambini commentarijs, Antuerpiæ ex officina Plantini. Ibidem Satyræ emendatæ ex 11. codic. cum antiquis commentarijs, anno Domini 1573. * Quinti Horatij Flacci poemata ſecundum optimas quaſque editiones accuratiſſime caſtigata. Editio hæc argumentis ſingulorum poematum certis, tum annotationibus copioſis ac fidelibus locoq; iuſti commentarij futuris, & inuentario rerum verborūq; locupletiſſimo inſtructa eſt, à Guilielmo Xilandro Auguſtano.

Quintus Hortenſius in poematis laudatur à Varrone.

Quinti Iulij Hilarionis libellus de Danielis hebdomadibus, manuſcriptus extat in bibliotheca



P. Pithœi.

Quintus Lælius grami
Quintus Lutatius Cat
ne in libro de Latina lingua
lium, Catuli carmen lib. 19.
Q. Catuli liber de conſulatu
A. Furium poetam.

Quinti Marij Corrad
Latina ad Marcellum Corr
Venetijs 1569. 8.

Quinti Metelli Nepoti
2. ad Ciceronem lib. 5. Famil

Quinti Metelli Numi
tur ab Aulo Gellio. Quam m
lum, de ducendis vxoribus.
dixit. Accuſationis in Valer
uerſus Cn. Manlium tribun
exulis epiſtola ad Cn. & L.
tiam Metelli pontificis indic

Quinti Mutij Scæuolæ
ὅρων lib. 1. citantur in digeſtis

Quintus Rhennius Pal
maticus & poeta inſignis, poe
garibus metris, ex tempore ſc
ſcribit Suetonius de claris Gr

Quinti Rhemnij Fannij
tici antiqui, de ponderibus &
ametris conſcriptus, impreſſ
linæum, cum Q. Sereno S
de ſumma grammatiæ libellu
leæ, apud Adam Petri, cum
grammaticis.

Quinti Saturnini iurec
tur apud Pomponium.

Quintus Septimius Ron
de bello Troiano li. 6. Lat. fec

Quinti Septimij Floren
thaginenſis preſbyteri, opera
num Seletſtadienſem à ſitu vi
lorum librorum argumentis,
bus expoſita: excuſa Baſileæ i
na, 1539. Sunt autem hæc quæ
patientia lib. 1. de virginibus
ne Chriſti lib. 1. de habitu
De reſurrectione carnis l. 1. de
de præſcriptione aduerſus hæ
l. 2. aduerſus Iudæos l. 1. de fu
1. aduerſus Marcionem lib. 5.
aduerſus Hermogenem lib. 1.
tatis lib. 1. aduerſus Valentini
gamia lib. 1. aduerſus Praxea
1. de corona militis lib. 1. Apol
lib. 1. excuſus etiam ab Aldo
miano ad martyres lib. 1. de pœ
mius præter ſuperiora nominat
hæreſes lib. 1. cuius initium ſit,
rum. Addit & alios quinq; lib
ecſtaſi, de pudicitia, de ieiunijs,
um: ſed horum initia, vtpote n
apponit. Floruit circa annum 1
mium 200. Q. Septimij florenti

Digitized by Google

anctiora excuſa ſunt Pariſijs, et deinde Baſileæ in officina Frobeniana, emendatis pleriſq; locis ex antiquiſſimo exemplari quod in Britannia Ioan. Lelandus repertum Frobenio communicauit. Acceſſerunt autem in hac vltima editione hi libri: De trinitate lib. 1. De teſtimonio animæ lib. 1. De anima lib. 1. De ſpectaculis lib. 1. De baptiſmo lib. 1. Contra Gnoſticos Scorpiacum lib. 1. De idololatria lib. 1. de pudicitia lib. 1. de ieiunio aduerſus Pſychicos li. 1. de cibis Iudaicis epiſt. de oratione li. 1.

Quintum Tertullianum de fato citat Fulgentius de vocibus antiquis. Tertulliani contra Martionem libri quinq; carmine ſcripti, cum Chriſtianorum poetarum veterum operibus editi ſunt à Georgio Fabricio, anno 1562. Tertulliani operum editionem nouam expectamus à Theodoro Beza, collatione V. C C. emendatam & annotationibus eius illuſtratam.

Quintus Serenus Samonicus, Gordiani iunioris præceptor fuit. Eius meminit Spartianus in Caracalla, cuius libri plurimi extant. Macrobius quoque Saturnalium tertio, carmina quædam de vrbibus deuouendis in libro quinto Reconditorum Samonici Sereni reperiſſe ſe ait: Eius autem de medicina, ſiue de curandis morbis à capite ad pedes, capita 65. verſibus hexametris deſcripta, Aldus excudit Venetijs, & Colinæus Pariſijs 1533. cum annotationibus Io. Cæſarij, & Froſch. Tiguri cum commentarijs Gabr. Humelbergij, 1540. vide Gyraldum, qui alium putat eſſe Q. Serenum, & alium Samonicum Serenum.

Quinti Terentij Scauri veteris Grammatici, de orthographia liber, impreſſus Baſileæ apud Adam Petri olim, cum Rhemnio Palæmone, & alijs. Idem in poeticam Horatij decem libris commentatus eſt, vt ex Chariſio liquet. Scripſit de Ceſellij vindicis erroribus, vt Gellius refert. Vixit Adriani tempore.

Quintus Tubero I. C. Offilij auditor, plurimos reliquit publici priuatiq; iuris commentarios, ſermone antiquiſſimo deſcriptos. Quinti Tuberonis ſcriptis vſus eſt Plinius ſecundo Naturalis hiſtoriæ libro.

Quintus Valerius Soranus carmine quædam ſcripſit à Cicerone doctiſſimus togatorum nominatur: citatur etiam à Varrone.

Quiricus de Auguſtis de Thertona, artium et medicinæ doctor, ſcripſit Lumen apothecariorum, impreſſum Lugduni, 1528. cum Ioan. Iacobi Manlij Luminari maiori, &c.

Quirinus Aſconius Pedianus, vide Aſconius: aliâs Quintus Aſconius, quod magis placet.

Quoduultdei epiſtola ad Auguſtinum, petentis vt hæreſeon catalogum deſcribat, ante idem Auguſtini opus in principio tomi ſexti eius operum habetur.

## R.

RAbanus Anglicus monachus, ſummuſq; theologus, præſul Meldenſis, Bedæ diſcipulus, tempore Ludouici Pij & Greg. V. ſcripſit in lib. Paralipomenon 2. & Machabeos. Raph. Volaterranus, & Platina in Gregorio quarto. Apparet omnino eundem eſſe cum ſequente Rabano, quanquam diuerſa quædam ceu de duobus Rabanis ſcribantur, cum ille Anglicus, hic Germanus dicatur, &c.

Rabani Bombelli hiſtoria de virgine Maria: impreſſa.

* R. B. iuris Saxonici, viri peritiſſimi, differentiæ aliquot iuris ciuilis & Saxonici, iam tertio auctæ & locupletatæ, octauo Coloniæ anno Domini 1582.

Rabanus Maurus archiepiſcopus Moguntinus, ex abbate Fuldenſis monaſterij, ordinis ſancti Benedicti, natione Germanus, ex ciuitate Fuldenſi in Buchonia, Albini Anglici quondam auditor, ſcripſit in omnes veteris ac noui Teſtamenti libros item de laude ſanctæ crucis lib. 2. ad Haymonem epiſcopum de vniuerſo lib. 22. de vniuerſali natura lib. 1. de inſtitutione clericorum lib. 3. * excuſi in quarto Phorcæ anno Domini 1505. de diuinis officijs lib. 1. de computo dialogum lib. 1. ad Ludouicum regem lib. 1. de quæſtionibus canonum lib. 1. ad Herebaldum epiſcopum lib. 1. de benedictionibus patriarcharum lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. ſermonum innumerabilium pene lib. 1. Addit præterea Ioannes Baleus, de corpore & ſanguine Domini lib. 1. de naturis rerum lib. 5. de ortu & moribus Antichriſti lib. 1. de ſignis natiuitatis Domini lib. 1. de virtutibus numerorum lib. 1. Claruit anno Domini 856. quo etiam prope Moguntiam obijt. Eius de inſtitutione clericorum ad Heiſtulphū archiepiſcopum lib. 3. de ſeptem ſignis natiuitatis Domini lib. 1. de ortu, vita & moribus Antichriſti lib. 1. Thomas Anſelmus excudit Phorcæ in Germania, anno Domini 1505. Commentaria in Pentateuchum, excuſi. Item in Geneſim & Exodum, Coloniæ. collegit autem interpretationes ex Ambroſio, Auguſtino Hieronymo, Iſidoro, Beda, Gregorio &c. quibus deſtitutus, ſuam addidit. item in Numeros lib. 4. in Deuteronomium lib. 4. excuſi Coloniæ, apud Io. Prael, 1532. Commentaria in Hieremiam prophetã, Hen. Petri excudit Baſileæ, 1534. de laudibus ſanctæ crucis opus ad Sergium papam, excuſum Phorcæ, 1503. apud Thomam Anſelmum. Commentarij eius in Eccleſiaſticum, impreſſi Pariſijs à Simone Colinæo venduntur 8. ſolidis Gallicis. Scribit Platina Rhabanū ſub Gregorio 4. pont. Romano vixiſſe, cum omniū ſanctorum celebritas eſt inſtituta: conditumq; ea de re à Rhabano ſermonem, quem nunc etiam legimus. Rabani libri de rebus geſtis à Clotario, Ludouico & Carolo Ludouici 1. filijs, carmine heroico ſcripti, extant Viennæ apud Vu. Lazium. de rerum naturis, & verborū proprietatib. et de myſtica rerū ſignificatione lib. 22. apud. M. Dreſſ. Rab. de officijs diuinis lib. olim impreſ. in 4. & nuper Coloniæ cum alijs veterū ſcriptis de eadem materia, in fol. de ſacramento Eucharistiæ libellus ibidem impreſſus 1551.

* Rabeleſi opera Gallica de vita, factis & dictis heroicis Gargantuæ, eiuſq; filij Panurgi: additis

Prognoſticis Pantagruelis: In decimoſexto, anno Domini 1553.

Rachan filius Dybe, chymiſta, citatur ab Hortulano philoſopho.

Radeuicus Friſingenſis eccleſiæ canonicus, ſcripſit de rebus geſtis Friderici primi Rom. imperatoris lib. 2. qui vna cum Othone Friſingenſi excuſi ſunt Argentinæ apud Schurerium, 1515. & Baſileæ apud P. Pernam.

Radulphus Acton, cuiuſdam eccleſiæ præpoſitus apud Anglos venerabilis, ſcripſit expoſitorium euangeliorum Dominicalium lib. 1. Homilias morales in epiſtolas lib. 1. Homilias alias de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib 1. De communi ſanctorum lib. 1. In epiſtolas de ſanctis lib. 1. Atq; alia non nulla. Ioannes Lelandus.

Radulphus de S. Albano monachus, ſcripſit hiſtoriam Alexandri Macedonis lib. 5. Vitam D. Albani lib. 1. Vixit 1151.

Radulphus Alemanus Anglus, ſcripſit ad diuerſarum nationum fratres epiſt. plures. Obijt 1277. Baleus.

Radulphus Baldock, ſcripſit hiſtoriam Anglicam lib. 1. Claruit 1313. Baleus.

Radulphus Bockynge Ciceſtrienſis, ſcripſit vitam Ricardi epiſcopi lib. 1. Sermones quoq; lib. 1. Vixit 1270. Baleus.

Radulphus Camertianus, Germanus, Carmelita, ſcripſit ad archiepiſcopum Saltzburgenſem in ciuitate Friſancenſi, de futuris euentibus lib. 1. & alia. Claruit anno Domini 1348. Nordouicenſis bibliotheca. Hic eodem tempore floruit, quo Ioannes de Rupe ſciſſa, Franciſcanus, deſolationem eccleſiæ prædixit.

Radulphus Ciceſtrius ex Sudoſaxiæ comitatu natus, deſcripſit vitam S. Ricardi epiſcopi Ciceſtrienſis. Vixit 1270.

Radulphus Coggeshale Cicerſtienſis ordinis monachus ſcripſit additiones Radulphi Nigri librum 1. Chronicon terræ ſanctæ librum 1. Super quibuſdam viſionibus lib. 1. Claruit anno 1228. Baleus.

Radulphus Eleemoſinarius monachus ſcripſit homilias epiſtolarum li. 1. Homilias euangeliorum lib. 1. De peccatore li. 1. Claruit 1150. Baleus.

Radulphus Flauiacenſis, monachus S. Benedicti ſcripſit in Leuiticum lib. 20. in epiſtolas Pauli lib. 14. Chronicorum lib. 1. Hiſtoriarum Francorum lib. 1. eius commentaria in Leuit. excudit Quētel, Coloniæ.

Radulphus Fresburue Anglus ſcripſit epiſtolas eruditas lib. 1. Pia quædam monita lib. Claruit 1274. Baleus:

Radulphus Hygeden, ex occidentali Anglia ortus, monachus Benedictinus, ſcripſit opus iuxta dierum ac mundi ætatum numerum, quod Polychronicon vocauit, diſtinctum in lib. 6. & alia quæ enumerantur apud Baleum in eius vita. Claruit anno 1542.

Radulphus Kullei Anglus, archiepiſcopus Caſſellenſis ſcripſit in iure Canonico lib. 1. Epiſto-



las familiares lib. 1. Vixit 13

Radulphus de Longo c
commentarios in Anticland
Frumentarius.

Radulphus Marham m
nipulum chronicorum lib. 7.
dem chronica lib. 2. Concion
1380. Baleus.

Radulphus Niger ex
chronicon ſuccinctum lib. 1.
mundo lib. 1. Geſta Ioannis
Henrici tertij lib. 1. De regi
Super Pentateuchum lib. 7.
lib. 24. In paralipomenon epi
vijs Hieroſolymæ lib. 4. Pan
terpretationes Hebræorum
diarium in Eſdram lib. 1. De
4. feſtis Mariæ lib. 1. Claruit

Radulphus Raptorius,
pſit in ſententias lib. 4. quæſt
lecturas ſcholaſticas. Vixit 1

Radulphus Roffenſis ec
glus ſcripſit quaſdam homili

Radulphus de Dizeto,
diuinarum humanarumq; rer
pſit Anglorum Chronica.
1200.

Radulphus Spaldingus
compoſuit ſuper Ariſtotelis
mmationes ſcripturæ lib. 1.
lib. 1. Claruit 1390. Baleus.

Radulphus Strodus mo
quentiarum formulas lib. 1. S
lib. 1. Summulas logicales lib.
tra Vuiclenum, & alia. Clar

Raherius epiſcopus à re
miſſus, quod Boiarijs fauera
aliaq; multa edidit, teſte Sige
ruit 932.

Raimundus, vide Ray

Rambam ita nominan
Moſen Aegyptium Maimon
R. Moſen Gerundenſem Na
minant.

Ramundus Fraguier, ſ
ctis ac regulis. Vide Raymun

Ramuſſus quidam tran

Ranulphus Glannuyle
que iure eruditus, ſcripſit de l
Claruit 1220. Baleus.

Ranulphus Hygden in
patria oriundus, monachus, ſ
lib. 7. Pædagogicon Gramma
nes theologiæ lib. 1. Speculum
poſitionem ſuper Iob lib. 1. In
lib. 1. Sermones per annum li
ſub compendio lib. 1. Abbre
rum librum vnum. Ex Guilb
1. Mappam mundi lib. 1. In lit
Vixit 1363. Baleus.

Ranulphus Lockesley m

Digitized by Google

nus, ſcripſit lecturam ſententiarum lib 4. De paupertate Euangelica lib.1. Super Ariſtotelis philoſophica lib. plures. Vixit 1310. Baleus.

Ranutij epiſcopi Aruſienſis regimen contra peſtilentiam ſeu epidimiam.

* Raphaelis Abbatis Althæ ſuperioris, oratio de natiuitate D. N. Ieſu Chriſti, in octauo Tegernſee.

Raphael Cumanus, iuris ciuilis inſignis profeſſor, ſcripſit ſuper Codice lib.9. ſuper ff. veteri lib.24. Conſiliorum quoque lib.1. & complura alia. Conſilia eius impreſ.ſunt. Diſcipulus fuit Chriſtophori de Caſtiliano, & claruit Patauij, anno Domini, 1416.

Raphaelis Cyllenij Tabulæ rhetoricæ, quibus omnia, quæ ab Ariſtotele tribus de arte dicendi libris, & à Demetrio Phalereo ſuo de elocutione libello tradita ſunt, præcepta fideliſſime explicantur. Venetijs, 1571. in folio. Eiuſdem 3. orationes, 1562. in octauo.*Eiuſd. comment. in Tibullum. fol.

* Raphaelis Eglini Tigurini, theologiæ ſtudioſi in Schola Geneuenſi, de prædeſtinationis doctrina & vero vſu, tractatio abſolutiſſima, ex Theodori Bezæ prælectionibus in 9. epiſtolæ ad Romanos caput, recens excerpta. Adiecta ſunt aliquot loca ex libello D. Lutheri de ſeruo arbitrio, aduerſum Eraſmum deſumpta: ex quibus apparet, quæ fuerit illius de prædeſtinatione ſententia, quamq; cum noſtra conſona. 8. Geneuæ, anno 1582. Eiuſdem Erothemata de ſyllabarum quantitate, in octauo Geneuæ, 1528.

Raphael Fulgoſius, natione Placentinus, ſcripſit ſuper codice lib 9. ſuper ff. veteri lib. 24. ſuper ff. nouo lib.12. conſilia multa lib.1. & quædam alia, quæ impreſſa ſunt: & commentarij ſuper 2. ff. veteris impreſſi. Allegatur aliquando ſimpliciter Fulgoſius. Claruit Patauij, 1416.

* Raphael Maphæus malleum maleficarum Iacobi Sprengeri ſummo ſtudio illuſtrauit. In 8. Venetijs, 1579.

* Raphaelis Maſſæi in canonicam epiſtolam S. Iudæ Thadæi Apoſtoli inſignis explanatio, in qua omnia, quæ ad abſolutam hæreticorum cognitionem ſpectant, exacte explicantur, octauo, Venetijs, anno 1579.

Raphaelis Muſæi epiſtola in M. Lutheri defenſionem, impreſſa Baſileæ ab Adamo Petri, anno Domini 1522.

Raphael de Pernionibus, ſcripſit in locum 3. Cod. de Con.ſi.deb.l. inter chartulas.

Raphael Placentinus Iuſtineus, ſcripſit Armeniados libros 10. cum alijs opuſculis excuſos in Italia.

Raphael Regius, natione Italus, vir doctiſſimus, ſcripſit in Quintilianum correctiones lib. 1. de laudibus eloquentiæ lib.1. in epiſtolam vnam Plinij lib.1. contra Ioan. Calphurnium lib. in eundem dialogum lib.1. orationes varias, epiſtolas quoque multas. Eius commentaria in Ouidij Metamorphoſin impreſſa Venetijs apud Scotum, anno Domini, 1493. & apud Ioannem Tacuinum ibid. 1518. & alibi. Eiuſdem etiam tranſlatio Odyſſeæ Homeri, ſermone ſoluto, impreſſa Lugduni à Gryph. 1541. ex Plutarcho tranſtulit dicteria Laconica, apophthegmata regum ac imperatorum: habentur impreſſa cum cæteris diuerſorum ex Plutarcho tranſlationibus. Baſileæ apud Cratandrum, Lugduni & alibi. Caſtigationes in Quintilianum, impreſſæ Pariſijs apud Aſcenſium. Idem ſcripſit problemata 200. Panegyricum in rhetoricam Ciceronis. Oratoriam inſtitutionẽ. An rhetorica falſo ſit inſcripta ad Herennium. Claruit autem Patauij 1494.

Raphael Seilerus Auguſtanus, Geryonis filius, iuuenis doctus, è Græco in Latinum tranſtulit Cydonij de contemnenda morte orationem: item Hermiæ philoſophi irriſionem gentilium philoſophorum: Ioannes Oporinus impreſſit, anno 1553. in 8. Græce & Latine. Idem edidit remiſſiones vel relegationes, inſtar Mercurialis ſtatuæ indicantes quo quique textuum iuris ciuilis, veri, perſpicui, ſolidique intellectus loco, vltra ordinarias leges, à diuerſis iuris interpretibus traditi ac explicati ſint: Francofurti, 1571. in folio. Item deciſiones ſeu ſententias Cameræ imperialis, ab anno 1495. vſq; ad annum 1570. collegit & edidit, lingua Germanica. Francf. 1572. fol. tomis duobus.

Raphael Venuſtus, de poteſtate papæ ſuper cõiugijs in gradibus lege diuina prohibitis.

* Raphaelis Violæ Itali carminum proteſtudine liber continens Fantaſias motetas, cantiones Gallicas & Italicas paſſomeſas Galliardas, Almandas & Branles iam primum in lucem editas. 4. Louanij, 1580.

Raphaelis Volaterrani commentariorum vrbanorum octo & triginta libri, item Oeconomicus Xenophontis eodem interprete: opus excuſum Baſil. in officina Frobeniana, 1230. & rurſus 1544. Hæc antea erant excuſa omnia Pariſijs, apud Iodocum Badium, & Conradum Reſchium, 1526. de principis ducisq; officio lib.1. ſeorſim excuſus Baſileæ à Roberto Winter, & iterum apud Oporinum, cum Onoſandri Platonici de optimo imperatore libello, anno 1541. Præter Xenophontis Oeconomicum, tranſtulit etiam è Græco Gregorij Nazianzeni monodiam ſeu funebrem orationem. Baſilij oratiunculas decem. Eiuſdem inſtituta monachorum, vt ipſe teſtatur, mentionem faciens Gregorij Nazianzeni in Anthropologia ſua. Procopij Cæſarien. de bello Perſico lib.2. & de bello Vandalico totidem, impreſſos Baſileæ apud Heruagium, 1531. &c. Eiuſdem de fide Chriſtiana lib.10. impreſſi ſunt olim in Italia, Romæ puto. Inſunt autem non pauca (vt audio) ex Græcis theologis tranſlata. Claruit anno 1503.

Raphaelis Zauenzonij ſapphica ode de morte Chriſti, & aliqua impreſſa ſunt carmina.

* Rauerij Goudani paraphraſis ſeu breuis declaratio in pſalmos Dauidis, Antuerpiæ 1555. in 8. Hiſpanice.

Raſis medicus Arabs, aliàs Rhazis, à nonnullis citatur Almanſoris nomine: in libris eius impreſſis nominatur Albubetri Arazi filius Zachariæ,

Digitized by Google

*Rhazæ experimentatoris lib. de peſtilentia, diuiſus in cap.15, quæ enumerantur in præfatione Georgij Vallæ Placentini, qui id opus ex Arabico ſermone redditum Græce, Latinum fecit: impreſ. Baſileæ à Cratandro, 1529. cum Pſello de ratione victus, &c. Opera aliquot Raſis, impreſſa Venetijs, apud Bonetum Locatellum anno Domini 1497. cum alijs quibuſdam R. Moſis, Damaſceni Hippocratis, & Zoari libris. Sunt autem hæc quæ Raſis edidit: liber inſcriptus Almanſor, eo quod Regis Manſoris Iſaac filij iuſſu editus eſt, cuius librum nonum Andreas Veſalius docte & eleganter ex Barbaro & obſcuro Latinum fecit. Liber diuiſionum tranſlatus à Gerardo Cremonenſi de Arabico in Latinum, de iuncturarũ ægritudinibus, de ægritudinibus puerorum. Aphoriſmi. antidotaria. De præſeruatione ab ægritudine lapidis. Introductorium medicinæ, De ſectionibus, cauterijs & ventoſis. Caſus quidam, qui ad manus eius peruenerunt. Synonyma, ſiue dictionarium vocabulorum Arabicorum, ordine literarum, tabula omnium antidotorum, quorum meminit Raſis in ſuis operibus. De proprietatibus, iuuamentis, & nocumentis 60. animalium, liber aggregatus ex dictis antiquorum, per capita 56. Cunctorum ante ſe ſcriptorum commentarios ingenti volumine coegit, quod medici Continentem vocant quod cuncta contineat. Raph. Volaterranus. Raſis autem omnia opera, præter Continens, Baſileæ excudit Henricus Petri. Rhazæ liber de peſtilentia, ex Syrorum lingua in Græcam tranſlatus, Græce excuſus eſt Pariſijs à Roberto Stephano cum Alexandro Tralliano, & Iacobi Goupyli in vtrunque caſtigationibus.*

Ratbertus *Paſcaſius abbas Corbeienſis, ſcripſit de ſacramento altaris lib.1. vitam S. Adelhardi epiſcopi, in Threnos Hieremiæ prophetæ. Tranſtulit etiam multa è Græco in Latinum ſermonem. Clarnit 1480.*

Rathbodus *epiſcopus Traiectenſis, natione Germanus, ſcripſit laudes ſancti Martini lib.1. laudes ſancti Bonifacij epiſcopi lib.1. de ſancta Amalberga lib.1. Homiliarum & ſermonum lib.1. de S. Willbrordo flores lib.1. Integrum quoq; de ſancti Martini tranſlatione officiũ compoſuit, & varios cantus in honore ſanctorum. Clarnit, 917.*

Ratherius *ex monacho Lobienſis cœnobij poſt Hildouinum, epiſcopus Veronenſis, ſcripſit de primo ſuo exilio lib.1. alium de ſecundo prænotatum Freneſis lib.1. alium qui vocatur inefficax lib.1. de corpore & ſanguine Domini lib.1. contra Anthropomorphitas lib.1. agoniſticon id eſt, præloquiorũ li. 6. confeſſionum quoq; li.1. vitam S. Vrſmari Lobien. lib.1. Vixit 930.*

Rathulphus, *vide Radulphus.*

Raymundus *Barchinonenſis, à Gregorio 9. pont. accerſitus, Decretales quæ ſparſæ fuerant, in volumen coegit, quo vtuntur hodie. Scripſit quoq; ſummam de pœnitentia & ſponſalibus. Vide ſupra in Gregorio nono, & inferius Raymundus de Pennaforti: eſt enim idem author. Claruit, 1230.*

Raymundus *de Pennaforti, natione Cathala-*



*nus, ſiue Prouincialis, iuſſu Gr*
*pilauit Decretales iuris lib.5.*
*lib.3. Conſtitutiones ordinis ſu*
*ſcriptum eius de bello & duell*
*mundus Barchinonenſis: eſt en*
*ruit anno Domini 1230. Raym*
*ordinis Prædicatorum ſumma*
*lo & duello.*

Raymundus *Boquerius,*
*bonenſis, viceſimus Carmelita*
*ralis, ſcripſit contra quendam*
*alia. Obijt Perpiniani anno D*
*Groſſius.*

Raymundi *ſummula, br*
*ſacramentorum complectens n*
*gijs, ſimonia, furto, rapina, vſu*
*(quæ in plurimis iuris codicem*
*fuſa diſperguntur) reſolutioni*
*ſtoribus, ſacerdotibus & omni*
*neceſſaria. Liber hac inſcripti*
*loniæ, apud Henricum Que*
*1502. in quarto, chartis 29. Co*
*hexametris Barbaris, & barb*
*poſitis. Verſus primus hic eſt.*
*Raymundi prodijt iſta. Nin*
*paruus ſit ſi ſummæ Raymund*
*pſit comparetur.*

Raymundi *Cardinalis li*
*& in Dacia. & alij varij libe*
*Germania.*

Raymundi *Cardinalis G*
*licæ legati, liber de dignitate*
*mnes reges terræ, excuſus abſ*
*pographi nomine.*

Raymundus *de Forliuio*
*tatione legum.*

Raymundus *Lullius,*
*ioricenſis, claruit circa annum*
*in theologia tum in omni phil*
*pſit: extat publice vita eius de*
*uillo, in qua hi eius libri com*
*gentilis. Alius liber gentilis.*
*nis. Alius liber contemplation*
*lib.2. Ars magna. Ars inuent*
*ua. Ars decem propoſitionum*
*Ars breuis doctrinæ puerilis.*
*De mirabilibus. De Maria v*
*De Antichriſto. De amico e*
*matoria. De philoſophia amo*
*De principijs. De prima & ſe*
*gica breuis. Logica noua. De h*
*peccati. De tartaro. Diſputat*
*de intellectu. li.2. de libera vo*
*de anima, de refrigerio intelle*
*ſcenſu intellectus, de principijs*
*cipijs philoſoph. li.10. Ars phi*
*Lib. prouerbiorũ. Ars medicin*
*2. Liber ſignificationis. Liber*
*Ars nauigandi. Ars aſtronomia*
*rij & Fulgerij. Ars prædican*
*ſtiones ſententiarũ. De prædeſt*

Digitized by Google

*Raymundi & hominis Sarraceni. De his quæ de Deo ſunt credenda. De incarnatione. De proprietatibus Dei liber clericorum. Prædicatio contra Iudæos. Ars diuina. De potentia obiecto et actu. de duratione. De beatitudine. Liber Chaos. Liber quæſtionum. De ſexto ſenſu. Liber naturæ. De ſubſtantia & accidente. Excuſatio Raymundi. De fine. De terra ſancta. De articulis fidei. De ſeptem ſacramentis. Rhetorica noua. Liber articulorum. De intellectu Dei. De qu que ſapientibus.* De Deo. *Ars notanda. Ars electionis.* De *diuina & indiuidua maieſtate.* De *experientia realitatis. Liber Phantaſtici.* De *concordia fidei & intellectus.* De *qualitate actuum animæ in beatitudine.* De *proprijs & communibus actibus.* De *perſeitate.* De *diuinis perſonis.* De *poteſtate diuinarum rationum. De nominibus differentiarum perſonarum.* De *ſufficientia trium perſonarum. Ars myſtica.* De *peruerſione entis tollenda. Metaphiſica noua. Liber phyſicorũ.* De *ignotis corrolarijs. De naturali modo intelligendi. Supplicatio Raymundi.* De *conuerſione ſubiecti prædicati & medij.* De *ente infinito.* De *poſſibili et impoſſibili. Contra Auerroym.* De *fallatijs.* De *centum ſyllogiſmis contradictorijs.* De *natali.* De *lamentatione.* De *diuina vnitate.* De *efficienti & effectu.* De *facili ſcientia.* De *quæſtionibus ſapientiæ.* De *Deo & vniuerſo.* De *forma* Dei. De *ſubſtantia & actione* Dei. De *quæſtione alta & profunda. Libri alchymiæ. Horum librorum maior pars in ædibus Aſcenſianis varijs temporibus impreſſa eſt. Præterea alibi editi ſunt: Ars magna generalis & vltima, quarumcunq; artium & ſcientiarum ipſius Lulli aſſecutrix & clauigera, Lugduni apud Iacobum Merechal, anno 1517. Ars breuis ibidem.* De *ſecretis naturæ ſiue qu nta eſſentia lib. 1. Argentorati apud Balthaſarem Bek.* De *alchymia lib. 3. Apertorium. Magica naturalis.* De *ſecretis naturæ ſeu de quinta eſſentia lib. 1. Norimbergæ anno 1546. in quarto, chartis 28. Fertur quoque non tantum Latine ſed Hiſpanico quoque & Arabico idiomate complures libros ſcripſiſſe, qui hic non ſunt enumerati, neq; vulgo noti. Eius libelli aliquot Chemici, nunc primum in lucem editi opera M. Toxitæ, Baſileæ per P. Pernam, 1572.*

Raymundus *Marlianus, ſcripſit indicem ordine literarum, quo explicat nomina populorum et locorum Gallicorum, ac finitimorum Gallijs, quæ apud Iulium Cæſarem & Tacitum leguntur: addit plerunque vocabula hodie vſurpata & alia ſcitu iucunda: aliquoties iam impreſſa, cum commentarijs C. Iulij Cæſaris.*

* Raymundi *Merlini in decalogum explicatio Gallica. Geneuæ 1562.*

Raymundus *Mithridates Romanus de tropis Hebraicis citatur à Munſtero.*

Raymundus *Pius Fichardus, collegit receptarum ſententiarum communium opinionum iureconſultorum, volumen: tomus ſecundus continens communes opiniones Viuij Benedicti de Benedictis & Iulij Clari, editus eſt Francofurti, anno* Domini *1569. in folio.*

Raymundus *de Podio comitis Podienſis Capellanus, ſcripſit de obſidione Hieroſolymæ per Francos lib. 1. Anno ab incarnatione Domini 1091. Londini bibliotheca.*

* Raymundi *Ruffi iuris doctoris in Molinæum pro pontifice Maximo Cardinalibus totoq; ordine ſacro defenſio. Pariſijs 1551.*

* Raymuudi *Sabecadæ de ſumma authoritate ſacræ ſcripturæ quam Biblia vocant, Germanice, Tubingæ in 4.*

Raymundus *Sebeide, aliâs de Sabundæ vir ſubtiliſſimus, natione Hiſpanus, ſcripſit creaturarum, ſiue de homine lib. 1. quæſtiones diſputatas lib. 1. Claruit anno 1430. Eius theologia naturalis, ſiue liber creaturarum, &c. impreſſus Pariſijs, 1509. apud Io.* Paruum, *& alibi. Raimundi Sebundij Viola animæ, per modum dialogi inter Raimundum Sebundium artium, medicinæ ac theologiæ profeſſorem, & Dominicum Seminiuerbium, de hominis natura tractãs, ad cognoſcendum ſe,* Deum *& hominem: & omne debitum quo* Deo *obligatur & proximo. Opus impreſſum Coloniæ apud Henricum Quentel, anno* Domini *1501. in 4. chartis 21. Idem argumentum in theologia naturali ſiue libro creaturarum ante a tractauerat, & nunc repetit dialogi forma. * Eiuſdem Quodlibeta, impreſſa olim extant. Eius de natura hominis dialogi, Lugduni apud Theobaldum* Paganum, *anno 1568. Item theologia naturalis, ſeu verius theſaurus diuinarum cõſiderationum ex naturæ fontibus hauſtarum, tum Theologis tum philoſophis, atq; vniuerſis ſcientiarum, artiumq; ſtudioſis plurimum profuturus. 8. etiam Venetijs, 1581.*

Raymundus *Senilis, ſcripſit in locum 2. ff. noui, de verborum ſignificatione. l. eum qui vectigal.*

Raymyri *Gaditani diuinatio ſyderalis, excuſa.*

Raynaldus *Carſus I. C. edidit conſilia & quæſtiones Oldradi de ponte Laudenſis eum expunctionibus, caſtigationibus, & additionibus nouis, de antiquis ſ paratis et aſteriſco notatis, etc. Venet. 1570. fol. Idem ſcripſit indagationum iuris lib. 3. editos Venet. apud Io. Andream Valuaſorem, 1568. in 8.*

Raynerius *de Forliuio I. C. Bartoli præceptor, ſcripſit ſummam. Singularia & cautelas ſuper 2. ff. veteris. De iureiurando l. admonendi. de cond. . . cau. data.* De *cond. indebiti.* De *cond. ſine cauſa. de condi. ex lege.* De *eo quod certo lo. de conſti. pecu. Commodati. Super 2. codicis de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.* De *interpretatione iuris.* De *propoſitionibus maioribus & minoribus.* De *ſubſtitutionibus, Conſilium vnum in fine conſiliorum Signoroli de Homodeis. Hunc quidam Rainaldum alij Raymundum vocauere. Lectura ſuper 1. & 2. ff. noui impreſſa eſt anno 1569. cum additionibus plurium doctorum.*

Raynaldus *Lonzone, ſcripſit de ſyndicatu.*

Raynerius, *vide Remberus.*

Raynerius *Snoygoudanus, Pſalterium Dauidis paraphraſi illuſtrauit, quæ verbis* Pſalmorum *minuſculis literis inſerta eſt. Liber excuſus Lugd.*

Digitized by Google

*ni,*1450.*apud Frellæos,& Pariſijs apud Ioannem Roygni,anno* 1549.*& Venetijs* 1572.*in* 8. *Claruit anno* 1534.

Realdi *Columbi Cremonenſis,de re anatomica libri quindecim,qui continent ea quæ raro in anatome conſpiciuntur.*

Rebnitij *Quodlibetum,M.Dreſſerus.*

Rebuffi *cuiuſdam extant Concordata in iure. Eiuſdem repetitio quædam impreſſa Pariſijs,apud Cheuallon anno* 1534.

Regiualdus *Gonſaluius Montanus ſcripſit libellū de inquiſitione Hiſpanica,Heidelbergæ excuſum.*

Reginaldus *Langham , Anglus , Minorita Nordouicenſis & Cantabrigiæ Doctor , ſcripſit concluſiones ſententiarum lib.*4.*Contra Eadmundum monachum lib.*1.*Contra Ioannem Heidon Carmelitam lib.*1.*Contra Andream Bugham Dominicanum lib.*1.*Lecturas* 30.*bibliæ lib.*1.*Determinationes quoq; lib.*1.*Et alia.Claruit anno D.*1410. *Nordouici bibliotheca.*

Reginaldus *monachus ad fanum Auguſtini Cantuariæ,carmine ſcripſit,Super Malcum Bizantium lib.*1.*Nicolaus Brigam.*

Reginaldus *Perok, Anglus, Aſaphenſis primum,& deinde Ciceſtrienſis epiſcopus,ſcripſit de prouidentia Dei lib.*1.*de libertate euangelij lib.*1. *de ſecularium poteſtate,lib.*1. *contra dotationem cleri,de æqualitate miniſtrorum,de legibus & doctrinis hominum, de vtriuſq; ſpeciei communione, contra mendicitatem impiam. Ob fidei demum confeſſionem Londini ad perpetuos carceres damnatus,anno* 1457.*miſere perijt. Collectanea quædam ex Reginaldi* Peroki*(ita enim illic ſcribitur, non Perok) epiſcopi Ciceſtrienſis opuſculis exuſtis conſeruata,& ex antiquo pſegmate deſcripta:impreſſa ſunt Argentinæ cum hiſtoria eccleſiaſtica Ioan. Foxi.*

Reginaldus *de Piperno,Anglus, Dominicanus,ſcripſit in Ioannem,poſtillam lib.*1.*Et alia.Rameſiæ bibliotheca.*

Reginaldi *Poli Angli, Cardinalis,libri duo, primus de Concilio,alter de reformatione Angliæ, impreſſi ſunt Venetijs à Paulo Manutio,& poſtea Dillingæ* 1562.*in octauo. Eiuſdem de ſummo potifice Chriſti in terris vicario,eiuſq; officio & poteſtate,liber ſingularis in modum dialogi conſcriptus, Louanij* 1569.*Epiſtolæ quinq; in volumine epiſtolarum clarorum virorum. Pro eccleſiaſticæ vnitatis defenſione lib.*4.*in Italia primum,& poſtea Argentinæ editi anno* 1555.*in folio.* Eius vita Venetijs anno* 1563.*in* 4.*edita.*

* Reginaldi *de Villa nouum regimen ſanitatis, in octauo Pariſijs* 1542.

* Reginaldi *Sturmij Sueſſionenſis in ſeptem libros Aphoriſmorum Hipocratis, paraphraſis pœtica,ad illorum memoriam ſumme vtilis. Eiuſdem Sturmij* μικροκοσμὸς *aduerſus Atheiſtas noſtri temporis.Lugduni* 1582.

Regneri *Prædinij Friſij Groningenſis , viri clariſſimi atque doctiſſimi ,ſcholæ quondam Gro-*

Digitized by Google

*mortis commentationes atq; conſolationes, ex optimis auctoribus deprompta, & in quaſtiones ab eodem contracta. Liber impreſſus Francoforti apud* Egenolphum,*anno* 1548.*octernionibus* 9. *Idem carmine deſcripſit Aſueri Perſarum regis conuiuium, & Darij Perſarum regis cœnam, excuſum Coloniæ anno Domini* 1542. *in* 4. *Rhetoricam ad Herennium in compendium redegit & in tabulas digeſsit: liber excuſus Francoforti in octauo, chartis* 7. *Eiuſdem quaſtiones ſacræ, pro pueris Chriſtianis in* 8. *Francofurti. Claruit anno* 1542.

* Reinhardi *Lutzij vide Renhardi.*

* Reinhardi *Senioris comitis Solmenſis Domini in Munzenberg. de origine nobilitatis liber germanicus, excuſus Francoforti anno* 1563. *Eiuſdem de re militari veterum Germanorum, partes quatuor, ad regem Hiſpaniæ Philippum, anno* 1559 *germanice. Eiuſdem Dictatura in obſidione Heſdinenſi, anno* 1554. *liber M.S. germanice in bibl Imperat. Viennæ.*

Reinherus *Piſanus ordinis Prædicatorum, natione Italus, ſcripſit pantheologiam lib.* 2. *& quædã alia. Raineriana Summa, huius authoris, habetur impreſ. Raph. Volaterranus commemorato opere Bartholomæi Piſani, quod Piſanellam vocant, ſubdit: Circa eandem ferè materiam laborauit Rainerius Piſanus operibusq; ſuis titulum non inſcripſit.* * *Eius pantheologia, ſummam vniuerſæ theologicæ veritatis vna & plurimarũ vtriuſque teſtamenti auctoritatum lucidam expoſitionem complectentes tomi duo* 4. *Brixiæ* 1579. *excuſ. Claruit* 1300.

Reineri *Reneccij Steinhemij Familiæ Regum & Pontificum Boſphoranorum ex ſtirpe Achemenidarum, & Zenonis Laodicenſis, quæ à Darij Hiſtaſpis temporibus, vſque ad imperium Claudij regnarunt, annos circiter* DLX. *Lipſiæ, anno* 1570. 4. *Eiuſdem liber Germanicus, de Miſenorum origine, rebus geſtis, mutationibus, aduentu in Germaniam. Item de origine Germanicæ nobilitatis & eorum inſignijs. Ibidem. Familiæ regum Macedoniæ, quæ à Carano vſque ad captum Perſea regnarunt annos* DCXLVI. *Ibidem. Familia Arſacidarum, quæ à cõſulatu C. Attilij Serrani, & L. Manlij Volſonis, vſque ad annum quartum Alexandri Seueri imperium tenuit Parthicum annos* CDLXXV. *Ibidem. Familia Seleucidarum, quæ ab Olympiade* 17. *hoc eſt tertia ab Alexandri Magni obitu vſque ad pulſum à Pompeio Antiochum Aſiaticum regnauit in Aſia & Syria annis* CCLI. *Additis regibus Comagenæ & Bithyniæ, Familia Lagidarum, ſeu Ptolemæorum à conditore ſtirpis & rege ex hac primo ita cognominata: quæ poſt Alexandrum tenuit Ægyptium regnum, annos* 293. *Adiecti ſunt reges Cyrenæi. Lipſiæ. Familiæ regum Armeniorum & Pergamenorum. Vuitebergæ, anno* 1572. *Familiæ regum Iudæorum, quæ Aſmoneorum & conditoris Antipatri nominibus celebratæ, poſtremæ in gente illa regnarunt. Lipſiæ. Familiæ regum Mediæ & Bactrianæ, origine tempore & imperijs diſtinctæ. Regum Spartanorum & Meſſeniacorum, qui poſt Pelopidas & Nelidas regnarunt familiæ, ab Hercule & Hillo, vſque ad Ageſipolim* III. *& Ariſtodemum deductæ.* * *Eiuſdem Syntagma de familijs, quæ in monarchijs tribus prioribus rerum potitæ ſunt. Et de familijs duorum Ægypti regnorum, Battiadarum, Cyrenæorum & Dynaſtarum, Regum ac Pontificum Iſraelitarum. Addita eſt appendix de illuſtribus aliquot Græciæ regnis. Item altera de hiſtoria gentis Eacidarum & regum Athenienſium folio. Baſileæ ex officina Henricpetrina, tomus* IIII. *quo pertractantur regna Græca ac Latina hiſtoria celebratiſsima, omniumque ferè antiquis, hoc eſt, præterea, quæ Aſclepiadæ tenuerunt, Sicyonium, Corinthiacum, Eleum, Ætolicum, Tyrrhenicum, Celticum, Celtibericum, Cretenſe, Spartanum, Meſſeniacum, Idumæum: vnà cum accurata Familiarum, quæ in ſingulis floruere, enucleatione. In folio, Baſileæ, ex officina Henricpetri. Origenes illuſtriſs. ſtirpis Brandenburgicæ, ſeu hiſtoricæ expoſitiones geminæ de nobiliſs. & antiquiſs. Vuelforum proſapia. Item commentarius de Marchionum & electorum Brandenburg. &c. Burggrauiorum Noriberg. &c. familia, certa & euidenti generis enucleatione per conditores comites Zollerenſes è Vuelforum progenie deducta, fol. apud Andream Vuechelum.*

Reineri *Solenandri Apologia qua Iulio Alexandrino raſpondet pro Argenterio. De cauſis caloris fontium, liber impreſſus. Idem præ manibus habet ſequentia, quorum tamen an aliqua iam edita ſint ignoro. De excrementis, exponendo genera, differentias, cauſas, cauſarum differentias, & quomodo ſit prædicendum ex excrementis. De præſtantia hominis. De morbo Gallico. Conſilia medicinalia. Collegit etiam in Theophraſtum multas correctiones partim ex manuſcriptorum codicum collatione, partim ab amicis obſeruantibus multaque ex coniecturis. Plurima quoque in priores quinque Teophraſti libros annotauit, vt ea prope iuſtorum commentariorum loco eſſe poſsint. Habet etiam librum vetuſtate inſignem, varia experimenta continentem & inſignia, quem auxit, & in libros* 3. *diſtinxit, ac titulum fecit Expertorum remediorum. Hunc aliquando ſtudioſis in publicum daturus.*

* Reinholdi *Mercani Wueſtuali conqueſtio, de quibuſdam nunc Theologis rhythmica, quarto, Lugduni Batauorum* 1582.

Remacli *Fuſch Lymburgi, Germani, methodus curandi morbi Hiſpanici, ſiue Gallici, per ligni Guayaci decoctum: impreſſa Pariſijs apud Vuechelum. Eiuſdem hiſtoria omnium aquarum, quæ in communi hodie practicantium ſunt vſu. item tractatus conditorum & ſpecierum aromaticarum, quorum vſus frequentior apud pharmacopolas eſt. impreſſæ Venetijs, anno Domini* 1542. *eodem anno ab authore conſcriptæ. Nomenclaturæ plantarum omnium, quarum hodie apud pharmacopolas vſus eſt magis frequens, iuxta Græcorum, Latinorum, Gallorum, Italorum, Hiſpanorum, & Germanorum ſententiam, collectæ ordine literarum, impreſſæ Venetiis, anno Domini* 1542. *& præcedente anno Pariſijs. Eiuſdem Illuſtrium medicorum vitæ cum*



Digitized by Google

uilegijs mendicantium lib.1. Epiſtolas ad diuerſos lib.1. Sermones per annum lib.1. Ordinarias quæſtiones lib.1. Vixit anno 1320. Baleus.

Richardus de Bury, epiſcopus Dunelmenſis, Eduardi Anglorum regis III. cancellarius, ſcripſit de amore librorum & inſtitutione bibliothecæ pulcherrimum tractatum, quem Græco ſermone vocauit philobiblon. Epiſtolas plures lib. 1. & quædam alia. Eius Philobiblon impreſſus eſt Spiræ, anno mini 1483. in 4. chartis 10. Claruit anno Domini 1344.

Richardus Caiſtre ex Nordouolgiæ comitatu, ſcripſit De decem præceptis lib.1. De octo beatitudinibus Hom.1. Inter magiſtrum & ſeruum Hom.1. Inter filium & patrem Hom.1. Inter virum et vxorem Hom.1. De charitate fraterna Hom.1. Ex diuo Bernardo Hom. plures. Vixit anno 1420. Baleus.

Richardus Candish philoſophus Anglus, in patriam linguam tranſtulit Geometriam Euclidis Megarenſis lib.15. Claruit anoo 1556. Baleus.

Richardus Canonicus ad Trinitatis fanū Londini, ſcripſit itinerarium Richardi regis lib.1. Geſta eiuſdem Regis lib.1. Epigrammata quoq; edidit libr. 1. Baleus.

Richardus Chefer Anglus in Nordouolgiæ comitatu natus, ſcripſit ſermones elegantes lib.1. De natiuitate Chriſti lib.1. De quatuor nouiſſimis libr. 1. Collationes plures lib.1. Vixit anno Dom. 1407. Baleus.

Richardus Ciceſtrius, Benedictinus monachus, Anglus, ſcripſit Angloſaxonum Chronicon lib.5. Vixit anno 1348. Baleus.

Richardus Clapole. Vide R. Knapuuel.

Richardus monachus Cluniacenſis, ordinis ſancti Benedicti, ſcripſit Hiſtoriam temporum lib.1. epiſtolarum ad diuerſos libr.1. Claruit anno Domini 1160.

Richardus Conyngton, monachus Anglus, edidit Lecturam ſententiarum lib.4. In Pſalmos pœnitentiales lib.1. In quadrageſimale Grægorij li.1. De Chriſti Dominio lib.1. Sermones ſolennes li.1. Quodlibeta quoq; lib.1. Obijt anno 1330. Baleus.

Richardus Coxus Epiſcopus Elienſis, poſt Petri Martyris diſputationem de Euchariſtia Orationem ſcripſit & habuit Oxonij. Audio & alia ſcripſiſſe nondum edita. Viuit adhuc ſub Elizabeta regina.

Richardus Cricliaden. D. Auguſt. Canonicus, ſcripſit de Connubio Iacob, de teſtamento patrum, Homilias vulgares. Vixit anno 1310.

Richardus Crocus, Anglus, ſcripſit Introductiones in linguam Græcam, & tabulas Græcæ grammaticæ. Opus eſt impreſſum Coloniæ, anno D. 1520. Tranſtulit quartū Theodori Gazæ de verborū conſtructione lib.1. Eliſij Calentij lib.1. Floruit Lipſiæ cum Moſellano.

Richardus Cunetius vulgò Kenet Carmelita ſcripſit De virtutibus aquarum lib.1. Claruit anno 1390. Baleus.

Richardus Depedale Carmelita, ſcripſit De vita Chriſtiana lib.1. Vixit anno 1380. Baleus.



* Richardi Dinothi N
de bello ciuili Gallico religi
6. quarto. Baſileæ 1582.

Richardus Diuiſienſi
nedictinus, ſcripſit Tempor
Epitomen rerum Britannic
1190. Baleus.

Richardus Douerenſi
pus, ſcripſit contra Petrum
bernenſium præſulum more
anno 1184.

Richardus Eligenſis
compoſuit De inſula Elige
lib.1. Sermones quamplures
lib.1. Epiſtolas familiares li

Richardus Eltesley
Pandionæ Virginis lib.1. B

Richardi Eremitæ lib
toris, impreſſus Coloniæ, 153

Richardus Faſtolphus
abbas Fontanus, poſtea Cla
olim familiaris, ſcripſit bom
1. de Harmonia quoq; lib.1.
Ioannes Lelandus.

Richardus Feribrig,
formulas lib.1. Vixit anno

Richardus Flemmyng
ſcopus Lincolnienſis, ſcrip
dam contra Hiſpanos, Gall
concilio generali Senis, De
1. Et alia. Claruit anno Do
theca.

Richardus Folsham
Nordouicenſis cœnobij exa
as lib.1. Epiſtolas 28. ad Pa
1410. Baleus.

Richardus Fysbacker
ſcripſit ſententiarum lib. 4.
poſtillas morales, & alia qu
merantur. Vixit anno 1330.

Richardus Gorræus P
tationes in Pomponium L
Romanorum excuſas Pari
no D. 1552. Idem ſcripſit Ta
ſophiæ partitiones, omnium
mæ ac doctiſſimæ explicatio
ni apud Theobaldum Paga
ſex & ſemis & præterea ta

Richardus Grasdale,
enſis ſcripſit de ætatibus mu
ciuitatibus lib.1. De dilatat
lijs famoſis lib.1. Et alia. Cl
laus Bringam.

Richardus Haguſtald
ſcripſit Geſta regis Stephani
cundi lib.1. De bello Standa
paruum ab Adam. Claruit

Richardus Hampole
comitatu oriundus, theologu
plicationes in librū Iob. Elog
incendio amoris, in Threnos

Digitized by Google

*bene viuendi. Idem ſcripſit expoſitiones in cantica prophetarum, Eſaiæ, Ezechielis, Annæ matris Samuelis, Moyſi, Abacuc, Dãielis, Zachariæ, Mariæ, Simeonis, in orationem dominicam, in ſymbola tria, Apoſtolicum, Ambroſianum, & Anaſtaſium (forſan Athanaſium.) Claruit anno* 1430.

Richardus *Huloetus Anglus ſcripſit Abecedarium Anglicolatinum lib.* 1. *Claruit anno* 1551.

Richardus *Kendale Anglus grammaticus, edidit De legibus conſtructionum lib.* 1. *Æquiuocorum exempla lib.* 1. *De componendis epiſtolis lib.* 1. *De dictamine proſaico lib.* 1. *De dictamine metrico lib.* 1. *Verſus ac rythmos lib.* 1. *Claruit anno Domini* 1429.

Richardus *Kilyngton doctor theologiæ Oxonienſis, ſcripſit commentarios in Ariſtotelem De generatione & corruptione lib.* 2. *Pro Armachano contra fratres lib.* 1. *Contra Rogerum Conenuey lib.* 1. *Quæſtiones Theologiæ lib.* 1. *Contra mendicitatem otioſam lib.* 1. *Sermones quoq; varios lib.* 1. *Claruit anno* 1360. *Baleus.*

Richardus *Knapuuell (alij Clapolæ cognominant) Anglus, dominicanorum doctor, octo opiniones erroneas prædicabat publice, anno Dom.* 1286. *eaſque pertinaciter defendere non erubuit. Qui tandem citatus & non comparens, à Ioanne Peckam archiepiſcopo Cantuarienſi pro tribunali ſedente atque à ſuo clero perpetuo decreto damnatur. At prouincialis eius ordinis ſe ingerens pro illo allegabat, quod nullus haberet in ſui ordinis fratres poteſtatem, niſi ſolus Papa. Et ad Honorij quinti ſedem appellabat. Ex Chronico Thomæ Vuicij. Hic ſcripſit Comentarios ſententiarum lib.* 4. *Aduerſus corruptorium Thomæ lib.* 1. *De vnitate formarum lib.* 1. *De immediata Dei viſione lib.* 1. *Quæſtiones theologiæ lib.* 1. *Et alia. Claruit anno Domini* 1290. *Ioannes Baleus.*

Richardus *Lauinham, Carmelita, natione Anglicus, ſcripſit contra Lolhardos lib.* 1. *de fundatione ſui ordinis lib.* 1. *pro libro Brigidæ lib.* 1. *ſermones varios lib.* 1. *de logica quoq; lib.* 1. *& varias quæſtiones lib.* 1. *Hæc Trittemius. at Ioannes Baleus ait eum præterea ſcripſiſſe ſententiarum quæſtiones li.* 4. *Encomium virtutis lib.* 1. *dictionarium ſcripturæ lib.* 1. *Commentarios in Eſaiam, in Paulum ad Titũ. Clypeum paupertatis contra hæreticos. ſermones de tempore & de ſanctis. de inuentionibus rerum. de futurorũ euentu. de proportionibus ſummulas Logicales. de ſpeciebus argumentorum & ſophiſmatũ canones lib.* 12. *de potentijs actiuis & paſſiuis. de potentijs animæ. Compendium Meteororum lib.* 4. *de cœlo & mundo lib.* 2. *ſpeculum naturale lib.* 8. *quæſtiones phyſicorum lib.* 8. *de ſcientia & ſenſu lib.* 1. *de diſtantia planetarum lib.* 1. *contra Ioannem Purney lib.* 1. *de arte obligatoria lib.* 1. *de proprietatibus elementorum lib.* 1. *compendium Gualtheri recluſi lib.* 1. *annotationes in Tobiam. Abbreuiationes Bedæ. Hiſtoriam trium Magorum. Argumenta in epiſtolas Hieronymi, & alia multa, quæ breuitatis ſtudio omitto. Claruit anno* 1381.

* Richardi *M. liber exceptionum, cum alijs varijs tractatibus in quarto, ſcriptus in membrana lib. Ioper.*

Richardus *Maydeſton, Carmelita, natione Anglicus, ſcripſit contra Lolhardos Vuicleff. lib.* 1. *ſermones de tempore lib.* 1. *ſermones de ſanctis lib.* 1. *cætera latent. Claruit Oxoniæ tempore Vuicleui.*

Richardus *Malumbra, patria Cremonenſis, Iacobi de Arena quondam auditor, ſcripſit ſuper Codice lib.* 9. *ſuper inſtitutis lib.* 4. *ſuper ff. lib.* 50. *quæſtiones varias lib.* 1. *& alia multa. Vide plura in vitis Iureconſultorum apud Fichardum. Claruit anno* 1310.

Richardus *de Mediauilla, natione Anglicus, Minorita, ſcripſit ſuper Sententias lib.* 4. *ſuper diſ. decreti lib.* 1. *de ordine iudiciorum lib.* 1. *in quatuor Euangelia lib.* 4. *in epiſtolas Pauli lib.* 14. *Hæc Tritemius. Ioannes vero Baleus addit, de conceptione Mariæ virginis libr.* 1. *in Franciſci regulam libr.* 1. *contra Petrum Ioannem lib.* 1. *Aliqui confundunt hunc, & Richardum ordinis Prædicatorum Alchorani interpretem, de quo infra. Scripſit etiã Quodlibetum quod continet quatuor partialia quodlibeta: id manuſcriptum extat apud M. Dreſſerum. Claruit anno* 1290.

Richardus *de Melchesham, Anglus, monachus Bellenſis, ſcripſit ſermonum iuſtum volumen lib.* 1. *Ioannes Lelandus.*

Richardus *Moryſon, ex Oſtroſaxiæ comitatu oriundus, vir in omni bonarum diſciplinarum genere peritiſſimus, ſcripſit contra blaſphemias Ioannis Coclei, in Angliæ regis defenſionem, de ruinis ex rebellione lib.* 1. *de ſeditionum remedijs. & Stratagematum lib.* 1. *Claruit anno* 1550.

Richardus *Notyngham Anglus, ſacræ Theologiæ doctor, ſcripſit lecturam ſententiarum libr.* 4. *concluſiones ordinarias. Commentaria in Matthæum, Lucam, & Pauli epiſtolam ad Romanos ac Corinthios. Claruit anno* 1320.

Richardus *Northall Anglus Carmelita, compoſuit ſermones per annum lib.* 1. *Ad Eccleſiarum parochos lib.* 1. *Obijt anno* 1397. *Baleus.*

Richardus *Pacæus Anglus, ſcripſit librum de fructu & vtilitate artium ac ſcientiarum, diuerſas ad Eraſmum Roterod. epiſtolas, ac orationes varias ad principes.* **Eius liber de fructu, qui ex doctrina percipitur in quarto Baſileæ* 1517. *excuſus. Claruit anno* 1520.

Richardus *frater ordinis Prædicatorum, Florentinus, cum in Aſia peregrinaretur, Alcoranum, doctus linguam Arabicam, conuertit, contraque commentarium edidit, quem Demetrius Cydonius in Græcum poſtea tranſtulit ſermonem. Hunc alij qui Ricoldum vocant. Confutationem legis Mahumeticæ, translatam ex Romana lingua (qua primum ſcripta erat à Richardo, barbare tamen) per Demetrium Cydonium in Græcam, non ineleganter: deinde rurſus per Bartholomæum Picenum de Montearduo, è Græco in Latinum ſermonem probum & purum, ad Ferdinandum regem Aragoniæ. Ioannes Opor. excudit Baſileæ cum Alcorano, & e Græcis & Latinis è regione poſitis, Colinæus etiam Pa-*

*riſijs ſeorſim Latina ſolum excudit.*

Richardus *Pariſienſis artium magiſter, edidit tractatum de ſignis febrium, impreſſum Venetijs, anno Dom.*1514.*in fol.cum Galeatij & Marſilij de S.Sophia tractatibus.Extat etiam manuſcriptus apud Matthæum Dreſſerum, vna cum Quodlibeto Richardi, neſcio an eiuſdem.*

Richardus *Pluto Dorbernenſis ſeu Cātuarienſis Eccleſiæ monachus, ſcripſit eccleſiaſticam hiſtoriam Anglorum libr.* 1.*Vnde malum? carmine lib.*1 *De inquiſitione boni libr.*1.*De gradibus virtutum lib.*1.*De virginitate lib.*1. *De bono mortis li.* 1.*De loco & tempore lib.*1.*De arte iconica lib.* 1.*In Canones Apoſtolorum lib.*1. *Super opere Philonis lib.*1. *Claruit anno* 1180.

* Richardi *de Pophis ſumma dictaminis, in fol. M.S. in membrana* 1343.

Richardus *Porlonde, Minorita Nordouicenſis, Anglus, ſcripſit Sermones per annum lib.*1.*Nordouicenſis bibliotheca.*

Richardus *Præmonſtratenſium canonicorum Abbas Anglus, ſcripſit De canone Miſſæ lib.*1.*De computo Eccleſiaſtico libr.* 1.*De myſterijs ſacrorum lib.*1.*Vitam diuæ Vrſulæ libr.*1. *Vixit anno* 1100. *Baleus.*

Richardus, *abbas de Pratellis, inter alia multa, ſcripſit Expoſitionem Sapientiæ lib.* 1. *Super Ioſuæ lib.*1.*Super Iudicum lib.*1.*Super Ruth lib.*1.*Et conſimilia plura. Ioannes Pullanus.*

Richardus *Radulphi, Oxonienſis gymnaſij Cancellarius, &c. ſcripſit lecturam ſententiarum lib.* 4. *de laudibus Mariæ virginis lib.*1 *quæſtiones Armenorum lib.*29. *aduerſus validos mendicantes. De paupertate varia lib.* 6. *De intentionibus Iudæorũ lib.*1.*Obijt anno* 1359.

Richardus *archiepiſcopus Remenſis in Gallia, ordinis fratrum Minorum, ſcripſit ſermones de tempore lib.*1.*& de ſanctis lib.*1.

Richardus *de Ruys, doctor, Anglus, etiã minorita, ſcripſit Lecturam ſententiarum lib.*4.*Nordouienſis bibliotheca.*

Richardus *Ryce in Sudouolgia, ſcripſit inuectiuam Contra leuiora vitia lib.*1. *Claruit anno* 1548. *Baleus.*

Richardi *de Saliceto Conſilium in materia ſolutionis talearũ, habetur inter conſilia Alberti Bruni. Vixit anno* 1400.

Richardus *Samſon Anglus, ſcripſit in Paulũ ad Romanos libr.*1.*In eundem ad Corinthios libr.*2. *In quoſdam Pſalmos lib.*2. *Contra primatum Romani Pontificis lib.*1.*Vixit anno Domini* 1555. *Baleus.*

Richardus *Scrope Anglus nobilis, ſcripſit ſuper Epiſtolas quotidianas lib.*1. *Inuectiuamq́ in regem Henricum lib.* 1. *capitis ſupplicio affectus anno* 1405.*Baleus.*

Richardus *de Senis, Romanæ eccleſiæ vicecancellarius, &c. tertius eorũ qui Sextum decretalium iuſſu Bonifacij papæ octaui comportarunt, fertur nonnulla in iure ſcripſiſſe opuſcula. Claruit anno Domini* 1300.



Richardus *Sherrey Gra[...] Schematibus & tropis lib.* 1.[...] *Baleus.*

Richardus *Smyth, docto[...] contra libertatem ieiunij libr[...] menti altaris lib.*5. *defenſori[...] brum* 1.*de veritatibus non ſcr[...] nem ſuorum errorum. Extan[...] bri. De libero hominis arbitri[...] num, & quotquot illud auſe[...] ti: liber impreſſus ann.*1563.[...] *cincta enarratio. Item confuta[...] chton, Caluinus, Muſculus, I[...] Miſſam, eius canonem, & Pu[...] tem defenſio Externi & viſi[...] dotij & De infantum baptiſ[...] erogationis, De merito morti[...] num. Omnia hæc impreſſa L[...] fertur Duaci anno* 1563.

Richardus *Suetisham* [...] *decim Vuicleuiæ doctrinæ ce[...] ram Theologiæ lib.*1.*Ad dub[...] breuiationes Cauutoni lib.* 4[...] *culos Vuicleui. Vixit anno* 1[...]

Richardus *Stradley A[...] gelia commentarios lib.*4 *In[...] lib.*1.*Homilias quoq́ multas* [...]

Richardi *Sprulij Foro[...] in diui Maximiliani Cæſaris* [...] *excuſa. Item Elegia de lau[...] nondum excuſa. Extant eius* [...] *mata.*

* Richardi *Steinburſti, Ha[...] lectica in porphyrianas inſtit[...] ficiliorum quæſtionum & ſ[...] perſpicue complectens ex opt[...] cunq́ conflata, fol. Lugduni.* [...]

Richardi *Streinnij Baro[...] & familijs Romanorum: ex[...] in folio: & poſtea Venetijs* [...] *in quarto.*

Richardus *Tauerner, A[...] recognitionem, in Britannicu[...] Sarcerij Locos communes,* [...] *pturis, ſcripſit Catechiſmum* [...] *monum multas. Claruit anno* [...]

Richardus *Theologus* [...] *bore Nabuchodonoſor libr.*1[...] *Expoſitiones in Nahum li.*1. [...] 1.*Super Eccleſiaſten lib.* 1. *S[...]* 1.*Sermones deuotos lib.*1. *Op[...] In Orationem dominicam lib[...] plationis lib.*1.*De conception[...] tiones in Pſalterium lib.*1.*Se[...] lib.*1.*De vitis Patriarcharu[...]* 1240.*Baleus.*

Richardus *Tracij, de To[...] comitatu armiger, ſcripſit ad* [...] *regem, de excecatione cleri, P[...] catione fidei lib.*1.*de arte mo[...] culos Papiſticos lib.*1.*& alia.*

Digitized by Google

Richardus Turpyn, Nobilis *Anglus, ſcripſit ſui temporis Chronicon. Obijt anno* 1541.

Richardus *monachus ſancti Victoris Pariſienſis, ordinis canonicorum regularium S. Auguſtini, ſcripſit de ſancta Trinitate lib.* 6. *De contemplatione lib.* 5. *De* 12. *patriarchis, vel de minori contemplatione lib.* 1. *In arca myſtica lib.* 5. *In Cantica canticorum lib.* 1. *De exterminatione mali lib.* 1. *De promotione boni lib.* 1. *Contra Iudaizantes lib.* 1. *De tabernaculo fœderis lib.* 1. *De* 24. *manſionibus lib.* 1 *De* 4. *gradibus charitatis lib.* 1. *De ſacerdotio Melchiſedech lib.* 1. *De* 12. *apparitoribus lib.* 1. *De ſtudio ſapientiæ lib.* 1. *De profectu monachorum lib.* 1. *De oratione mentali lib.* 1. *De triplici holocauſto lib. lib.* 1. *De authoritate Petri lib.* 1. *De poteſtate iudiciaria lib.* 1. *De differentia peccatorum lib.* 1. *De inſtructione nouitiorũ lib.* 1. *De ſpiritu blaſphemiæ lib.* 1. *De officijs eccleſiæ lib.* 1. *De diuerſis affectibus li.* 1. *Epitoma totius Bibliæ lib.* 1. *In Apocalypſin Ioã. li.* 1. *In Danielem prophetam lib.* 1. *Chronica ab initio mundi lib.* 1. *De gemino paſcha lib.* 1. *Diuiſionum vel exceptionũ lib.* 24. *De viſione Nabuchodonoſor lib.* 1 *De ſacrificio Abrahæ li.* 1. *De quatuor ventis lib.* 2. *De verbis Eſaiæ lib.* 1. *De verbis Apoſtoli li.* 1. *De actibus Apoſtolorum lib.* 1. *De charitate violenta lib.* 1. *De nouitate vitæ lib.* 1. *De regibus Iuda & Ieruſalem. Alia inſuper multa compoſuit, epiſtolas, ſermones, & varios tractatus. Eius opera omnia circa annum* 1540. *excuſa Pariſijs apud Ioannem Petit,* 1518.

Richardus *Walingforth, Anglus, ad fanum D. Albani monachorum abbas, talem eruditionis, ingenij, & artis excellentis miraculo horologij fabricam compegit, qualem non habet tota Europa ſecundam. Huic operi canones edito libro, cui nomen Albion, addidit, ne monachorum errore tandem vileſceret. Albion, omnia per vnum, Britãnice ſonat, arridetq́ cœnobij vocabulo: ſcripſit igitur Canones in Albionem lib.* 1. *De finibus demonſtratiuis lib.* 1. *De corda & arcu lib. Exafrenon, de iudicijs aſtronomicis lib.* 1. *De rebus arithmeticis & aſtrologicis lib.* 2. *Rectangulum quoq; lib.* 1. *De computo lib.* 1. *Atq; alia. Claruit anno* 1326. *Eratq́ in matheſi omniũ ſui temporis primus. Ioannes Baleus.*

Richardus *Winchelſea Dominicanus, ſcripſit Quæſtionum, vt vocant, opinabilium lib. Baleus.*

Richardus *Vllerſcon Anglus, ſcripſit in ſymbolum Apoſtolorum,* 1409. *Cuius opuſculum poſtea Ioan. Scamberij epiſcopus Herefordenſis ampliauit, ac anno Domini* 1463. *ſub alio ſymboli titulo promulgauit.*

Richardus *Wetherſet, aliâs Cantabrigienſis, cancellarius, Anglus, ſcripſit Speculum Eccleſiaſticorum libr.* 1. *De vitijs & virtutibus libr.* 1. *De Sacramentis Eccleſiæ lib.* 1. *Homiliarum inſigne opus libr.* 1. *De computo mathematico lib.* 1. *Claruit anno* 1350. *Baleus.*

Richardus *Wichienſis pontifex Ciſtercienſis, ſcripſit de Officijs eccleſiæ lib.* 1. *Obijt anno Domini* 1252.

Richardus *Wichingham Nordouolgius Carmelita, ſcripſit in ſententias Lombardi li.* 2. *Sermones per annum lib.* 1. *Claruit anno* 1380. *Baleus.*

Richardus *Vuhytforde monachus Anglus, tranſtulit in anglicum ſermonem Martyrologium ſanctorum lib.* 1. *Additiones ex alijs authoribus lib.* 1. *Pro gubernatore domus lib.* 1. *Meditationes ſolitarias lib.* 1. *Claruit anno* 1520. *Baleus.*

Richardus *Vuyſe, ſcripſit de veritate credenda lib.* 1. *Baleus.*

Richardus *Vuith Anglus, Vuiclephi diſcipulus, ſcripſit contra venerationes imaginum lib.* 1. *Reſponſa* 14 *articulorum. Claruit anno* 1390.

Ricoldus *vide Richaldus.*

Richerus, *monachus Remenſis, Gallus natione, ſcripſit Chronicon quoddam lib.* 1. *Trittemius in compendio.*

Richtruda *& Giſla, Anglicæ mulieres veſtales & nobiles, ſcripſerunt epiſtolas conſolatorias. Claruerunt anno* 770. *Baleus.*

Rigordus *Gallus phyſicus Philippi Auguſti Galliarum regis, annales eius latine ſcripſit.*

Ringmannus *Phileſius, ſcripſit enarrationem Europæ. Liber impreſſus Argentinæ,* 1511.

Roberti *cuiuſdam ſermones in Theologia impreſſi ſunt, aliâs Ruberti.*

Roberti *cuiuſdam de expeditione tranſmarina & recuperatione regni Hieroſolymitani, à Gotofredo Bolonienſi facta, extat Viennæ Auſtriæ apud Vuolfgangum Lazium.*

* Roberti *Apologeticus, in quarto, in charta ſcriptus. De coronatione Domini, in quarto in membrana ſcriptus. De glorificatione Trinitatis & proceſſione ſancti ſpiritus, in folio & in membrana ſcriptus. De ſanctis ſermones in quarto. Omnia hæc manuſcripta extant in bibliotheca Imperatoris. Et ſingula ſeorſim Roberto ( ſine cognomine ) attribuuntur.*

* Roberti *Abbatis commentarius in Apocalypſim in bib. Imp.*

Robertus *Alyngton, ſophiſta, Anglus, edidit Sophiſtica principia lib.* 1. *Suppoſitiones Logicales lib.* 1. *In prædicamenta Ariſtotelis lib.* 3. *De adoratione imaginum lib.* 1. *De veneratione ſanctorum lib.* 1. *Quæſtiones de imaginibus lib.* 1. *De mendicitate ſpontanea lib.* 1. *De Chriſti humanitate lib.* 1. *Super conſtitutis Ioãnis* 22. *lib.* 1. *De Euchariſtia lib.* 1. *Lecturam quandam lib.* 1. *De eleemoſyna lib.* 1. *Super ſex principijs lib.* 1. *In diuiſiones Boethij libr.* 1. *In priora Ariſtotelis lib.* 2. *In poſteriora eiuſdem lib.* 2. *Ordinarias quæſtiones lib.* 1. *Claruit anno D.* 1400. *Baleus.*

Robertus *Anglicus, ſcripſit deliramenta quædam de Magia. Vide Henricum Cornelium Agrippam, in præfatione ſuper occultam philoſophiam ſuã ad Trittemium.*

* Roberti *Arboricenſis præſulis, pro tuendo cœlibatu axioma catholicum. In octauo Pariſijs,* 1545.

Roberti *epiſcopi Abricatenſis antidotũ ad poſtulata de Interim. Lugduni in* 8. 1548. *Vtrunq; opus eiuſdem authoris eſſe puto: & in alterutrius cognominis notatione mendum.*



Digitized by Google

Robertus Aſton, Anglus, de ordine mendicantium, ſcripſit expoſitiones ſcripturarum lib.1. Londini bibliotheca.

Robertus Backon Anglus, Theologiæ apud Oxonienſes doctor, ſcripſit lectiones ordinarias lib.1. Gloſſas ſcripturarum lib.1. Vixit anno 1240.

Robertus Bale vel Baleus ſenior iuriſperitus in vrbe Londinenſi, ſcripſit Londinenſis vrbis Chronicon lib.1. Inſtrumenta libertatum eiuſdem lib.1. Geſta Eduardi Regis tertij lib.1. Alphabetum ſanctorum Angliæ lib.1. De præfectis & conſulibus Londinenſibus lib.1. Claruit anno 1461. Baleus.

Robertus Bale vel Baleus iunior Nordouolgius Carmelita, ſcripſit annales ſui ordinis perbreues lib.1. Hiſtoriam Heliæ prophetæ lib.1. Officium Simonis Angli lib.1. Obijt anno 1503. Baleus.

Robertus Balſack Anglus, ſcripſit de re militari lib.1. Claruit anno 1450. Baleus.

Robertus Barnes Nordouicenſis, ſcripſit Romanorum Pontificum vitas lib.1. *excuſas Vuitenbergæ 1536. in 8. Sententiarum ex eccleſiæ doctoribus lib.1. *excuſus Wttenbergæ in 8. anno 1536. Idiomate autem Anglico edidit, de Sacerdotum coniugio lib.1. De ſua per impios epiſcopos damnatione lib.1. De iuſtificatione fidei lib.1. De eccleſia vera, & eius membris lib.1. De eccleſiæ poteſtate & clauibus lib.1. De ſeruo hominis arbitrio lib.1. De conſtitutionibus humanis lib.1. De vtraq; ſacramenti ſpecie lib.1 Contra inuocationem ſanctorum. Indicem de dictis patrum. De eccleſia ad Morum. De iuriſdictionum abuſu lib.1. De rebus Eccleſiæ lib.1. & alia quædam. Pro fidei confeſſione, ſub Stephano Wintonienſi epiſcopo ad ignem condemnatus. Obijt Londini morte crudeliſſima, anno Dom. 1540. Baleus.

Robertus Baſcon, Anglus, Sardeburgi Carmelita in Orientali Brigantum littore ſiti, Oxonij poeta Laureatus, ſcripſit ſtylo ſatis barbaro, de bello Stiuelino librum 1. De Scotorum victoria, eo actus lib.1. De varijs mundi ſtatibus lib.1. Super ſacerdotum luxurijs lib.1. Contra Artiſtas lib. 1. De diuite & Lazaro lib.1. De Scotiæ guerra lib.1. Epiſtolas ad diuerſos lib.1. Tragœdias & Comœdias vulgares, poemata, ſermones, & alia. Captus erat à Scotis, anno 1314. Ioannes Baleus.

Roberti Britanni encomium agriculturæ, excuſum Pariſijs apud Wechelum. Eiuſdem orationes duæ, vna de pace, altera de philoſophia ibidem excuſæ. De parſimonia, Pariſijs apud Colinæum. Eiuſdem de optimo ſtatu reipublicæ liber, cum deploratione Guilielmi Bellai. Pariſijs excuſus à Wechelo, anno 1543. in 4. Eiuſdem ratio conſcribendarum epiſtolarum in vtroq; genere, excuſa Pariſijs apud Ludouicum Grandinum, anno Domini 1545. Idem tranſtulit ex Plutarcho conſolatoriam ad vxorem & vitas decem rhetorum.

* Roberti Bellarmini, ſocietatis Ieſu, Inſtitutiones linguæ Hebraicæ. 8 Coloniæ 1579.

Robertus de Bello foco, Anglus, Sareſburienſis Eccleſiæ canonicus, ſcripſit Encomion Topographiæ libr.1. Monita ſalubria libr.1. Claruit anno Domini 1190. Baleus.



* Roberti Beli, Angli ſtudi
Hiſpanicarum ſcriptores aliqu
& emendatius recuſi. & in du
lio Francofurti ex officina W
ni 1580.

Robertus Canutus Angl
tiones hiſtoriæ naturalis lib 9.
lib.1. Opus de Matrimonio lib
Geneſim lib.1. In Exodum lib.
In Numeros lib.1. In Pſalteri
ticorum lib. In Regum lib.4. I
12. Prophetas lib.12. In Euang
In epiſtolas Pauli lib. 14. In
lib.1. Speculum fidei lib.4. He
1. De benedictionibus Iacob &
Teſtamenti ſacramenta lib.1. S
lib.1. Sententiarum Theologi
anno 1170. Baleus.

Robertus Caracbolus de
tum de Licio.

Roberti Caubraith Qua
na, Liber eſt phyſicus, viden
pretius.

Robertus Colman, Ang
dit Sermones & lecturas lib.1
mina lib.1. Vixit anno 1428. B

Robertus Conſtantinus
nis & diligentiæ, Dictionar
riiq; poetis Græcis collegit, vt
zolij in Ciceronem: quod tame
eſt. Idem Græcæ linguæ the
in multis locis auxit, ita vt n
pus eſſe videatur. Criſpinus ex
dem Nomenclator inſignium
libri extant vel manuſcripti,
tius bibliotheca atq; Pandecta
ſus Pariſijs apud Wechelum,
rectiones Lemmatū & annot
ſcoridis, excuſæ Lugduni cun
bus in eundem, anno 1558. S
Latinæ, ſeu Dictionarium al
rum. Geneuæ, 1573.

Robertus Counton Ang
ordinis, ſcripſit Quæſtiones
Quodlibeta ſcholaſtica lib.1. &
anno 1240.

Robertus Crounche ſeu
Anglus, expoſuit Petri Lomb
Phyſica Ariſtotelis libr. 8. E
Quæſtiones quoq; edidit. Clar
Baleus.

Robertus Crouuleus Ang
ſcripſit contra Milonem Por
dum Apologiam argutulam li
1. Ad parliamentum querelan
ne prognoſticon lib.1. Claruit
Robertus Curſon Anglu
Summam Theologiæ lib.1. D
lib.1. Lecturas ſolennes lib.1.
1218. Baleus.

Digitized by Google

Robertus *Dodeforde, Anglus, Rameſiæ monachus, Hebraicos theſauros, diuina volumina religioſe comparabat, & in ſacra lingua mirifice profecit. Hic ſcripſit in parabolas Solomonis lib.1. Et alia. Rameſia bibliotheca.*

Robertus *Eboracenſis, natione Anglus, Dominicanorum inſtituti monachus, ſcripſit de Magia ceremoniali lib.1. Correctorium Alchymiæ lib.1. De myſterijs ſecretorum lib.1. Claruit anno Domini* 1349.

Robertus *Eliphat, Anglus, Minorita, ſcripſit quæſtiones ſententiarum lib.4. Concluſiones ordinarias libr.1. Lecturas Theologiæ libr.1. Vixit anno* 1330.

Robertus *Fabianæ Londinenſis, ſcripſit hiſtoriarum concordantias lib.7. Rerum in Anglia à Richardo* 1. *vſq; ad ſua tempora geſtarum lib.1. De omnibus Angliæ regibus lib.1. Annales Londinenſium lib.1. & alia. Claruit anno* 1485.

Robertus *Fiſcanenſis, Neuſtrius ſeu Normannus natione, ſcripſit Chronicon à Chriſto incarnato ad ſua tempora lib.1. Nordouicenſis bibl.*

Robertus *Finyngham, Anglus, monachus, ſcripſit De excommunicationibus lib.1. De caſibus Decretorum lib.1. De caſibus Decretalium. De extrauagantibus quoque lib.1. De caſibus Papæ reſeruatis lib.1. Caſus conciliorum Angliæ lib.1. Pro ordine Minorum li.1. De ſtatus eorum dignitate lib.1. Baleus.*

Robertus *Flemmynge, Anglus, ſcripſit Lucubrationum Tiburtinarum lib.1. Dictionarium Græcolatinum lib.1. Diuerſi generis carmina lib.1. Epiſtolas ad diuerſos lib.1. Claruit anno Domini* 1470. *Baleus.*

Robertus *Folioth epiſcopus Herefordenſis Anglus, compoſuit De ſacramentis antique legis lib.1. Conciones aliquot lib.1. Claruit anno* 1170. *Baleus.*

Robertus *Gaguinus, vide in Ruperto.*

Robertus *Geyll monachus Benedictinus, ſcripſit Homiliarum opus lib.1. Baleus.*

Robertus *Geopretius, Atrebatenſis medicus, ſcripſit de regimine ſanitatis libellum, excuſum Pariſijs apud Dionyſium Ianotium.*

Robertus *Goullet, ſacræ paginæ profeſſor, Ioſephi opera Latina, impreſſa Pariſijs apud Ioannem Paruum, anno* 1519. *emendauit, in capita diſtinxit, argumentis ſingulorum adiectis: & ſcholijs per margines illuſtrauit. Addidit etiam Tetramonon opus conciliatum ex hiſtorijs Ioſephi, Egeſippi, hiſtoria ſcholaſtica & Biblijs. Item compendium de ſex ætatibus mundi, in quo perſtringitur Chriſti genealogia, breuis Coſmographiæ recollectio: & omnium fermè regnorum origo, ſucceſſio & finis, quique reges in illis & quot annis regnauerunt, illi præſertim quorum Ioſepus & ſacræ literæ meminerunt, & generaliter de omnibus Imperatoribus & Francorum regibus à natiuitate Chriſti vſque ad annum ſalutis,* 1513.

Robertus *Gryme, monachus Anglus, compoſuit Commentarios in Euangelia libr.4. Conciones quoq; varias lib.1. Baleus.*

Robertus *Groſthede Lincolnienſis, vide Rupertus Lincolnienſis.*

Robertus *Guiba. ſcripſit orationem ad Innocentium* VIII. *Pont. Max.*

Robertus *Hardebius, Carmelita, ſcripſit in feſtiuitatibus Mariæ lib.1. Vixit anno Domini* 1450. *Baleus.*

Robertus *Holcoth Anglus, vide Rupertus Holcoth.*

Robertus *Hornus Anglus, compoſuit Anglico ſermone Apologiam Chriſtianam lib.1. De miſſæ abominationibus lib.1. Tranſtulit in linguam vernaculam quaſdam Homilias Caluini. Bal. Viuit ſub regina Elizabetha epiſcopus nunc Wintoniæ.*

Robertus *Houdeſtoun Anglus, edidit Epiſtolas ad diuerſos lib.1. Sermones ſynodales lib.1. Claruit anno* 1433. *Baleus.*

Robertus *Humbleton Anglus, Dominicanus, ſcripſit ſummam Theologiæ lib.1. Aduerſus Wicleuiſtas lib.1. Lectiones ſcholaſt. lib.1. Vixit* 1390.

Roberti *Ionſoni & Henrici Ioliti ſacerdotum Anglorum Reſponſio ad Ioãnis Hopperi articulos, in quibus à Catholica eccleſia diſſentiebat. Antuerpiæ,* 1564. *in quarto.*

Robertus *Iorius Londinenſis, Carmelita, ſcripſit in Eccleſiaſticum lib.1. Monumenta prouinciæ lib.1. Conciones ad clerum lib.1. Sermones ad populũ lib.1. Lecturas ſcripturarum lib.1. Claruit* 1392.

Robertus *Kareuue, aliâs Ceruinus, Anglus ſophiſta. In poſteriora Ariſtotelis lib.2. Super ſententias Longobardi lib.4. Ordinarias quæſtiones lib.1. Claruit anno* 1326. *Baleus.*

Robertus *Ketenenſis, ex Agloſaxonibus Britannus, & tandem Archidiaconus Papilonenſis, Alcorani libros 4. in epitomen redactos, ex Arabico trãſtuli in ſermonem Latinum. Liber excuſus Norimbergæ,* 1543. *Codex authenticus doctrinæ Mahumeticæ, ex Arabico verſus per Robertum Ketenenſem ad Petrum abbatem Cluniacenſem, de Alcorani verſione: excuſus Baſileæ apud Ioannem Oporinum, cum alijs multis de Alcorano & contra eum, &c. Claruit autem anno* 1114.

Robertus *Kiluuarby Anglus, Oxonienſis academiæ doctor, ſcripſit in Iſagogen Porphirij lib.1. In prædicamenta Ariſtot. lib.3. In Perihermenias lib.2. In ſex principia Gilberti lib.1. In priora & poſteriora lib.4. In elenchos eiuſdem lib.2. In Priſcianum minorem lib.1. In Boetium de conſolatione lib.5. De natura relationis lib.1. De prædicabilibus lib.1. Sophiſtriam Grammaticalem lib.1. Sophiſtriam logicalem lib.1. De ortu ſcientiarum lib.1. De vnitate formarum lib.1. De tempore lib.1. De vniuerſali lib.1. In libros phyſicorum lib.8. De cælo & mundo, generatione & corruptione, meteora, & libros de anima Super parua naturalia. Baleus.*

* Roberti *Lancelloti I.C. Tractatus de attentatis & innouatis lite & appellatione pendente, & in alijs caſibus. Folio Romæ.*

Robertus *Langelande Anglus ſacerdos, ſcripſit Viſionem Petri Aratoris lib.1. Vixit anno Do.* 369. *Baleus.*

Digitized by Google

Robertus *de Lyceſtria, Anglus, minorita, ſcripſit De computo Latinorum lib.1. De computo Hebræorum lib. 1. De ratione temporum lib.1. Commentarios in Longobardum lib. 4. Quodlibeta etiam lib 1. De paupertate Chriſti lib.1. Et alia. Obijt Lychefeldiæ, anno Domini* 1348. *Oxonij bibliotheca.*

Robertus *Lotharingus, Herefordienſis epiſcopus, ſcripſit deuorationes Mariani lib.1. De ſtellarū motibus lib.1. Mathematicas tabulas, & de Lunari computo lib.1. Claruit anno* 1095.

Roberti *Marantæ Venuſini, Speculum aureum, lumen aduocatorum praxis ciuilis, nouiſſime recognitum nouoque ordine opulentis additionibus, in ſuis locis congruentibus locupletatum*: per D. Petrum *Follerium, Venetijs anno* 1568. *in quarto. Idem ſcripſit ſuper* 1. *ff. veteris De procuratoribus. Diſputationes numero* 10. *quæ in fine ſui ſpeculi habentur. Eiuſdem tractatus de ordine iudiciorum. Venetijs in* 8. 1547.

Robertus *Maſcal, Anglus, Carmelita, ſcripſit De ſuis legationibus lib.1. Ad Herefordenſes, & Salopienſes lib.1. Sermones coram rege lib.1. Sermones vulgares libr.1. Claruit anno Domini* 1415. *Baleus.*

Robertus *Montenſis abbas, ſiue de monte S. Michaelis, patria Normannus, addidit ad Sigeberti Gēblacenſis Chronicon annales centum ferè annorum, & ſcripſit bella Chriſtianorum principum lib.8. Acta Conciliorum lib.1. De ſuis temporibus lib.1. Geſta Waluuani lib.1. Geſta Marodoci lib.1. Et alia. Chronicon digeſſit vſq; ad annum Domini* 1158. *vt refert Ioan. Lelandus. Libri* 8. *de bello ſacro impreſſi ſunt Baſileæ* 1533 *in fol.*

Robertus *à Moſham, Decanus Patauienſis, edidit Microſynodum Norimbergēſem, & quædam alia, inter Miſcellaneas ad Nauſeam epiſcopum Viennenſem epiſtolas inſerta.* * *Eius Microſynodus Romana non Germanica Paulo* III. *Pontifici dedicata.* 1541. *Eiuſdem ratio, cur ſynodus Mantuæ indicta ſit iniquiſſima, & eccleſiæ inutilis, præſertim regibus & monachis, forte legendum monarchis, in fol.* 1541. *Eiuſdem Roberti à Moſham doctoris Ieruſalem noua.* 1540. *Vixit anno* 1540. *Vide Ioan. Patauinus decanus.*

Robertus *Ormeskirceus, Carmelita, ſcripſit Propugnaculum ſui ordinis lib. 1. Vixit anno Do.* 1380. *Baleus.*

Robertus *Oxfordius Anglus, Dominicanus, ſcripſit contra Henricum Gandauenſem lib.1. Aduerſus primum Ægidij lib.1. Contra quoſdam Sorboniſtas lib.1. Protectorium Thomæ Aquinatis lib.1. Determinationes varias lib.1. Claruit anno* 1270. *Baleus.*

Robertus *Paſchaſius in Lamentationes. Sorbona.*

Robertus *Plynton Anglus, monachus, ſcripſit De pœnitentia libr. 1. Conciones Dominicales lib.1. Baleus.*

Robertus *Polenus, aliàs Pully, Cardinalis Anglus, edidit ſententias quaſdam lib.8. De contemptu*



*mundi lib.1. In Apocalypſim I[...]*
*mos aliquot lib.1. Super doctor[...]*
*ſuorum ſermonum lib.1. Præl[...]*
*Vixit anno* 1146. *Baleus.*

Robertus *Recorde, Brita[...]*
*cinis atq; in artibus liberalibus[...]*
*principia lib.1. De iudicijs vri[...]*
*phyſices lib.1. Anatomiam lib[...]*
*Geometriæ lib.1. Theoremata[...]*
*origine artium libr. 1. Iſagoge[...]*
*Coſmographiam lib. 1. De au[...]*
1. *De negotio Euchariſtiæ lib.1[...]*
*partem Arithmeticæ promitti[...]*
*randi lib.1. De arte faciendi[...]*
*vſu globorum lib.1. Opera Eu[...]*
*Promittit etiam de peregrinat[...]*
*gine nationum lib.1. De ſtatu[...]*
*nibus regnorum lib.1. Imagine[...]*
*De affectibus creaturarum lib[...]*
*anno* 1554.

Robertus *Ramenſis*, v[...]
*tenſis.*

* Roberti *Renetenſis, præſ[...]*
*uerſione. In fol.* 1550. *edita.*

Roberti *Ritche, Anglus,[...]*
*tris Eadmundi Cantuarienſis[...]*
*xegeſim in Canonem D. Aug[...]*
*no* 1240. *Ioannes Lelandus.*

Robertus *Richardinus,[...]*
*nonem D. Auguſtini. Luteti[...]*

Robertus *Roſe, Anglus[...]*
*commentarios in Geneſim, E[...]*
*Eccleſiaſticum, in Paulum ad[...]*
*nimalium lib.1. Sermones &[...]*
*no* 1420. *Nordouici.*

Robertus *Salopienſis A[...]*
*pſit de vita Wenefridæ virg[...]*
1140. *Baleus.*

Robertus *Saluiatus non[...]*
*rum epiſtolæ Ioan. Pici epiſtol[...]*

Robertus *Scriba, Anglu[...]*
*larium Bridlintonenſis cœnob[...]*
*pſit in Geneſim commentarios[...]*
1. *In Leuiticum lib.1. In Nu[...]*
*ronomium lib.1. Super Pſalte[...]*
*in Pſalmos lib.1. In Cantica c[...]*
*Prophetas lib.12. Super Apoca[...]*
*bolum Athanaſij lib.1. In Ca[...]*
*In orationem dominicam lib.1[...]*
1. *Super Ioannem lib.1. Super[...]*
*De operibus ſex dierum lib.1.[...]*
*De corpore & ſanguine Dom[...]*
*Catholica lib.1. Sermones quo[...]*
1180. *Baleus.*

Roberti *Senalis epiſcopi[...]*
*menſurarum ponderumq; rat[...]*
*inſtauratum, impreſſum Pari[...]*
1535. *Idem ſcripſit de cœna D[...]*
*Martinum Bucerum. Appe[...]*
*minicam lib.1. De diuortio M[...]*
*gelicam refutato libr.1. De[...]*

Digitized by Google

lib.1. De vſu vtriuſq; gladij ſpiritualis videlicet et temporalis lib.1. Contra Interim Cæſareum lib.1. Omnia hæc excuſa Pariſijs.* Eiuſdem Gallica hiſtoria. Pariſ. Michael Fezendat, 1557. Item contra Maximinum Arianum. in folio.

Robertus Sbyngleton ſacrificus, Anglus, ſcripſit de ſeptem eccleſijs lib.1. De Spiritu lib.1. Super quibuſdam vaticinijs lib.1. Londini ſtrangulatum ferunt, anno 1544. Baleus.

Robertus Shirunode Anglus theologus, ſcripſit Explanationes in Eccleſiaſten lib.1. Sermones etiam edidit librum vnum. Claruit anno Dom. 1510. Baleus.

Robertus Stephanus, natione Gallus, typographus Pariſienſis, non modo excudit, verumetiam ſua diligentia ipſe confecit nobiliſſima volumina, quale eſt, Dictionarium, ſeu Latinæ linguæ Theſaurus, non ſingulas modo dictiones continens, ſed integras quoq; Latine & loquendi & ſcribendi formulas: ex optimis quibuſque Latinæ linguæ ſcriptoribus. Opus excuſum Pariſijs apud authorem, diuiſum in Tomos tres, anno 1542. Inſertæ ſunt paſſim etiam Gallicæ vocabulorum interpretationes. Item Lexicon Latinogallicum, quod eſt Epitome prædicti Theſauri: ſed copioſius & diligentius ſingula interpretatur Gallice. Idem rurſus Gallicolatinum. vbi Gallicæ voces præcedunt, expoſitio Latina ſequitur. Vtrunque ibidem impreſſum eſt. Elucidarius poeticus, non ille prior, ſed totus planè alter, ac ita auctus & expolitus, vt ſtudioſus adoleſcens nihil cum iis, quæ ad poetarum, tum ad oratorum ſpectant intelligentiam, deſiderare poſſit: ibidem excuſus, & poſtea Baſileæ quoque. Idem edidit ſecundo Theſaurum Latinæ linguæ. Item Dictionarium Latinogallicum multo locupletius, Theſauro recens excuſo ita ex aduerſo reſpondens, vt extra pauca quædam aut obſoleta aut minus vſitata vocabula, in hoc eadem ſint omnia eodem ordine, ſermone Gallico explicata: adiectis authorum appellationibus, quas in ſuperiore Latinogallico prætermiſerat. Opus excuſum Lutetiæ, anno Domini 1546. in folio, chartis 345. Dictionarium Gallicolatinum correctum & auctum edidit, anno Domini 1540. Ambroſij Calepini Dictionarium ex Theſauro ſuo auctum, impreſſit anno Domini 1554. Sacra Biblia ex veteri & noua tranſlatione, additis doctiſſimis annotationibus Franc. Vatabli, anno 1545. Reſponſionem etiam ſcripſit ad Theologorum Pariſienſium cenſuras, quibus Biblia ab eo edita notarunt. Liber excuſus, Geneuæ 1552. in quato. Concordantias vtriuſque Teſtamenti plane nouas, & veteribus illis quadruplo auctiores, maximis ſumptibus & ſummis laboribus diligentiſſime colligendas curauit. Nouam gloſam ordinariam, id eſt, commentaria ex eccleſiaſticis ſcriptoribus collecta, in Euangelium Matthæi, Marci, & Lucæ, edidit Geneuæ, anno D. 1553. & ſimilia parat in omnes libros vtriuſq; Teſtamenti. Claruit anno 1554.

Robertus Talbotus, Anglus canonicus collegit opus, quod vocat Aurum ex ſtercore lib.1. Claruit anno 1550. Baleus.

Robertus Tumbeley, Anglus, Crolandienſis, vt fertur, monachus, ſcripſit ſuper Cantica lib.1. Ioannes Lelandus.

Roberti Valturij de re militari lib. 12. additis vbiq; picturis bellicis, excuſi Pariſijs apud Wechelum, 1532. & Veronæ, 1472.

Robertus Wannucius Florentinus, ſcripſit ſermocinales artes. vbi de Dialectica atq; Grammatica tractatur. Item de arte ſermocinandi dialogum. Eglogam Anthon. Epigrãmatum librum. Venetijs apud Cominum de Tridino, 1545.

Robertus Wackefelde, Anglus, ſcripſit inſtitiones Grammaticæ Hebraicæ lib.1. De laudibus linguæ Hebrææ. De fide & operibus lib.1. De Agricultura laudibus lib.1. De pace li.1. De philoſophia lib.1. Claruit anno 1536.

Robertus Waldeby, Anglus Auguſtinianus, compoſuit Lecturam ſententiarum lib.4. Quæſtiones ordinarias lib.1. Quodlibeta varia lib.1. Contra Wicleuiſtas lib.1. Sermones per annum lib.1. Obijt anno 1399. Baleus.

Robertus Walſyngham, Anglus, Carmelita, ſcripſit Elucidationes ſententiarum lib.4. Quæſtiones ordinarias lib.1. Quæſtiones ſolennes lib.1. Quæſtiones veſperales XII. Super Eccleſiaſticum lib.1. & alia. Claruit apud Nordouicenſes, anno D. 1310. Idem ſcripſit alias Quæſtiones ordinarias lib.1. Alia quę Quodlibeta magna lib.1. Iſte aduerſus Alexandrum de Hales, Gerardum Bononienſem, Ægidium Romanum, Ioannem Duns, Simonem de Fenersham, Henricum de Gandano, Thomam Sutton, Robertum Counton, Ricardum Conington, & alios adhuc ætatis ſuæ doctores ſcholaſticos, determinauit publice per impugnationes ſubtiliſſimas. Baleus ex libro vetuſtiſſimo.

Robertus Veyſe de Hulmo iuxta mare, Norwicenſis diœceſis monachus, ſcripſit Catholicon paruum lib.1. Alia quoque compoſuit. Cantabrigiæ bibliotheca.

* Roberti Waſtoni, Angli Ætiologia, cur per annum & menſes decem captus fuerit, & quæ inter illum & aduerſarios de tranſubſtantiatione controuerſia fuerit, 1556.

Robertus Vubityngton Lichfeldienſis, Grammaticus ſui temporis non vulgaris, ſcripſit de octo partibus orationis libr. 1. De inſtitutione Grammaticulorum lib.1. De concinnitate Grammaticæ libr. 4. De Synonymis dictionibus lib.1. Vixit anno 1540.

Robertus Worſop, Anglus, ex Eboracenſi patria natus, monachus ſancti Auguſtini, ſcripſit Introitum ſententiarum lib.1. Scholaſticas quæſtiones libr.1. Sermones populares lib.1. Vixit anno Domini 1350.

Roberti Waufeld de Hebraicæ linguæ laudibus, libellus impreſſus. Vide Rupertos.

Rocherius de Curte, ſcripſit de Iure patronatus, & in 1. Decret. de conſuetudine. c. fi. Liber de iure patronatus, impreſſus eſt Lugduni, 1573. cum alijs, qui de eadem materia tractant. Nominatur illic Rochus de Cyrte.

Digitized by Google

Rochus Anglus, Carthuſianus monachus, ſcripſit carmina varij generis li.1. Et alia plura. Claruit anno 1470. Ioannes Lelandus.

* Rochi Bonnij, Auſtriados lib.4 carmine ad D. Maximilianum. Ms. Viennæ 1559. in quarto bibl. Imperatoris.

* Rochij Mamerolij, ordinis Prædicatorum, viginti conciones in Ionam prophetam, & quinq; in Dominicas Aduentus, & feſtum natiuitatis Chriſti. 8. Virduni 1579.

* Rochi Peruſini de ſcribenda & reſcribenda Epiſtola liber, quamplurimis locis ſtudioſe emēdatus atq; diſtinctus, & multis neceſſarijs capitibus, annotationibus & ſcholijs locupletatus, à Iacobo Pontano è Societate Ieſu. 8. Dilingæ, 1579.

Rodericus Calaguritanus de ſceleribus & infelicitate Turcæ.

* Roderici Dubrataij à Dubraua, iura & conſtitutiones regni Bohemiæ, ab ipſo conſcriptæ. In quarto.

Rodorici de S. Ella Hiſpani, oratio habita coram Sixto IIII. pont. max. anno 1477. impreſſa alicubi in Italia, argumentum eſt, de Myſterio crucis & Chriſti paſſione.

Rodericus epiſcopus Palentinus, Hiſpanus, ſcripſit Epiſtolam lugubrem ſimul & conſolatoriam de expugnatione inſulæ Nigropontis per Turcas.

Rodericus Toletanus præſul, res Hiſpanas poſteris prodidit.

Roderici Portuenſis epiſcopi, in regulas cancellariæ Apoſtolicæ gloſſa, ſcripta ad Innocentium octauum.

Rodericus Suarez I.C. Super ff. noui De re iudicata. l. poſt rem iudicatam. Super 1. Codicis De inofficioſo teſtamento. l. quoniam in prioribus. De captatoria voluntate. De fideiuſſore in cauſa criminali, aliaq́ue plura in legibus fori. Conſiliorum volumen 1.

Rodericus epiſcopus Zamorenſis, ſcripſit Speculum humanæ lib.2. excuſos Argentinæ apud Ioannem Prys. anno 1507. in fol. Idem ſcripſit librum de paupertate Chriſti, item Defenſorium ſtatus eccleſiaſtici. Claruit anno 1470.

* Rodolphi cuiuſdam Relatio de partibus vltramarinis & terra ſancta. M. Dreſſerus.

Rodolphus quidam ſcripſit vitam Chriſti, liber impreſſus.

* Rodolphi commentaria ſuper Leuiticum, manuſcripta in folio, in membrana. Eiuſdem ſecunda pars in Leuiticum, in folio & membrana, ſcriptus liber in bibl. Imper.

Rodolphus abbas ſancti Trudonis in diœceſi Leodienſi, ordinis D. Benedicti, natione Germanus ſcripſit contra Symmoniacos lib. 7. Chronica quoq;. Carmina multa. Cantus etiam in laudem ſanctorum plures. Claruit anno 1115.

Rodolphus Agricola de Gruningen, natione Friſo, ſcripſit multa, ex quibus quæ extare dicuntur, labore & induſtria Alardi Amſtelredami excuſa ſunt Coloniæ apud Gymnium, Tomis duobus, anno 1539. Sunt autem in Tomo 1. De inuentione



dialectica libri omnes, integri
tionibus illuſtrati. De vniue
liquot ſingulares. Propædeu
uentionis opuſculum, circun
perſonarum & rerum ad Ro
mul & exemplis aliquot exp
tractans. Scholia in orationem
bus ea potiſſimum quæ ad Di
plicantur. Tomus alter conti
ſtæ progymnaſmata, Rod. Ag
ſciani Cæſarienſis præexercita
tranſlata. Commentariola in
necæ declamationes: Hæc etia
belius Baſileæ, 1529. Item ora
tiuitate, ſiue immenſa natalis
dem Matthiæ Richili rectori
in ſtudiorum ad hyemem inno
latoria dicta Innocentio VII
etiam ea quæ ſeorſim aliquot
dio formando. Ex Græcis tra
cratis ad Demonicum, eiuſ
Luciani libellus de non crede
dem Mycillus ſiue Gallus, A
ptus de contemnenda morte.
Rodolphi. Hæc ſunt quæ in
mul excuſa ſunt. Scripſit præ
fert, vitam Franciſci Petrarc
bræo Pſalterium. Dionyſij
ducere incipiens, morte imma
fecta reliquit. Rodol. Agrico
ſcholia in Seuerini Boetii libr
philoſophiæ, impreſſa Coloni
1535. De inuentione Diale
Ioannis Matthæi Phriſſemij
tationibus, excuſi Coloniæ ap
cornum, anno 1535. Idem con
la, quæ Germani cum Græ
Claruit Heidelbergæ, anno
tiam obijt.

Rodolphus Agricola i
ſcripſit congratulationem ad
ſteyn, conſiliarium Maximi
à Moſchis reuerſum. Impre
Domini 1518. cum Ioannu
eundem.

Rodolphi Agricolæ W
nus de D. Staniſlao, tutelari P
couiæ, anno Domini 1519. per
rem. Item Latine edidit ſomn
prophetæ aſcribuntur.

Rodolphus Auincatiu
minum ad Farneſios, excuſum
ni 1543.

Rodolphi Auantij libe
preſſus.

Rodolphus de Auricu
ſtitutiones.

Rodolphi Bayni, Cantu
mentariorum in Prouerbia S
bræorum fontibus manantes.
anno 1555.

Digitized by Google

Rodolphus *Brugenſis Cl. Ptolemæi Planiſphæ um tranſtulit è Græco in Latinum ſermonem, præ tione ad Theodoricum Platonicum, præceptorem uum. ſcripta Tholoſæ, anno 1144. Walderus impreſ Baſileæ, anno 1536. cum Arato Græco, commenta is Græcis explicato. &c.*

Rodolphus *de Buxella, vico Sueuiæ, ſcripſit æſtiones ſententiarum lib. 1. Sermones perutiles . 1. quæſtiones varias lib. 1. orationes plures ad pa es lib. 1. & alia multa. Vixit anno 1430.*

Rodolphi *Eatingij, Compendioſa aſtrolabij me odus, edita in 8.*

Rodolphus *Collinus ſenior, linguæ Græcæ in hola Tigurina profeſſor, trãſtulit Euripidis omnia æ inſcio auctore, ſub nomine Dorothei Camilli, ita ſunt Baſileæ.* + *Præterea plures authores Græ s, oratores, poetas & hiſtoricos Latine vertit: quot ſo e publice eſt interpretatus: addita dialectici et rhe rici accurata artificij notatione: nempe Homerum, riſtophanẽ, Heſiodum, Xenophontem, Plutarchũ, ocratem, Demoſthenem: denique Nonnum, quod rtæſus profanorum ſcriptorum, ſacris immori cu ebat. Pleræq; manu ipſius ſcriptæ tranſlationes à fi s ipſius aſſeruantur. Scripſit carmine, Epicedia in ariſſimorum virorũ obitus, veluti D. Petri Mar ris, D. Conradi Geſneri, D. Ioan. Iacobi Ammia , D. Henrici Bullingeri, excuſa Tiguri apud Fro houerum. Quædam item nondum edita. Vt argu enta ſingulorum capitum in Euangelium S. Mat æi, carmine elegiaco ſic ut numerum capitis, o: do phabeticus in initijs verſuum ſeruatus, indicet. eroica de pugna Capellana. Elegia in 84. Senecæ iſtolam aduerſus ebrietatem. Encomium prædij r Snelleſiani. Epigrammata ad viros clariſſimos, os amicos & collegas DD. Ioannem Wolphium, hannem Friſium, Iohannem Fabricium Monta um generum ſuum. Cohortationes & admonitio s ad ſuos auditores. Deniq; ſibijpſi, vitæ ſuæ, ſum am complectẽs parentauit. Per annos autem (quod t rarum, ita memorabile eſt) 52. vſque ad 3. diem te obitum, publico docendi munere, ſine intermiſ one, ſua cum laude præclara magnoq; cum audito um fructu, perfunctus: anno Domini 1578. ætatis nnum 80. ingreſſus, expectata die placide animam ddidit Deo.*

Rodolphus *Collinus ſenioris filius, Ebrietatis ial um carmine deſcripſit, quod Witenbergæ & Ti ri impreſſum eſt in 4. ſcripſit etiam Epicedia & a a diuerſi generis carmina.* + *Extat eiuſdem carmen d Ioan. Friſium ſuum præceptorem.*

Rodolphi *Flaxiacenſis in Leuiticum Moſis li ri 10. in folio, 1536.*

Rodolphus *Gualtherus Tigurinus, Heluetius, ecleſiæ Tigurinæ paſtor primarius, ſcripſit in ſecun am & tertium Ciceronis de lege Agraria contra Rullum orationem, & in Verrinas Annotationes, ſub nomine Eubuli Dynateri, Baſileæ impreſſas rimum apud Robertum Winter & poſtea apud Io n. Oporinum, anno Domini 1553 cum aliis diuerſo um Annotationibus in omnes Ciceronis orationes. Iulij Pollucis Onomaſticon, Latinitate ab eo dona tum, excudit Robertus Winter Baſileæ, 1541. Item Monomachia Dauidis & Goliæ, & Allegorica eiuſdem expoſitio, Heroico carmine deſcripta: cum Epicedijs Eobani Heſſi, Henrichi Lauateri, Nicolai Partrigij Angli, Friderichi Piſtorij Niddani, 1541. Ibidem excuſ. & Apotheoſis Simonis Grynæi verſibus elegis, in tabula. Epicedium in mortem Margaritæ Blaureræ, ad Ambroſium & Thomam Blaureros fratres.* + *Epicedia plura in variorum clariſſimorum virorum obitus: vt Pet. Martyris, Bullingeri, Parkhurſti epiſcopi Nordouicenſis in Anglis, Simleri generi, Gualtheri F. & aliorum, excuſa Tiguri. Varia item carmina venuſta & erudita ad Ioannem Friſium Tigurinum, ſibi amicitiæ iure coniunctiſſimum. De ratione ſyllabarum & carminis libri duo. Et de Germanicæ nobilitatis ſtudijs Elegia, ad nobilem iuuenem Eberhardum à Bruch, anno Domini 1542. Argumenta omnium tam veteris quàm noui Teſtamenti capitum, Elegiaco carmine conſcripta, anno Domini 1543. excuſa Tiguri apud Froſchouerum. Ioannis Cantacutzeni Conſtantinopolitani regis contra Mahometicam fidem Apologias quatuor, & orationes totidem, è Græco in Latinum tranſtulit, anno Domini 1543. Baſileæ apud Oporinum. Eiuſdem extat etiam collatio noui Teſtamenti ad Græcam veritatem. Vide in Leone Iudæ. Huldrici Zuinglij libros circiter 34. è Germanico in Latinum ſermonem tranſtulit. Item ad Catholicam eccleſiam, omnemque fidelium poſteritatem, pro Huldricho Zuinglio & operum eiuſdem editione Apologiam, quæ & Zuinglij operibus præfixa & ſeorſim excuſa extat, anno Domini 1545. Orthodoxa fidei doctrinæ confeſſio per Tigurinæ eccleſiæ miniſtros, contra Lutheri calumnias & conuitia, Germanice ſcripta, eodem interprete Latinitate donata eſt, anno Domini 1545. Scripſit etiam Homilias quinque de nouiſſimis temporibus & Antichriſto, in locum Matthæi 24. Germanice & Latine apud Froſchouerum excuſa. Idem ſcripſit in Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ epiſtolam Canonicam homilias 37. & in eiuſdem Apoſtoli duas poſteriores epiſtolas homiliarum ſyluam. Tiguri excudit Froſchouerus, anno Domini 1553. in octauo, chartis 36. Quæ omnia etiam in Germanicam linguam tranſtulit. Orationem de officio miniſtri Eccleſiaſtici, ibidem excuſam in quarto, anno D 1548. Homilias aliquot Germanicas, nempe, In canticum Zachariæ homilias duas, ibidem impreſſas, anno 1552. in octauo. De natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti homilias tres, anno 1553. De pueritia & educatione Domini noſtri Ieſu Chriſti homilias duas, anno 1552. De ſeruitute peccati & libertate fidelium homil. 6. capite epiſtolæ D. Pauli ad Romanos, anno 1552. De origine, præſtantia, dignitate, ſeu authoritate ſacræ ſcripturæ, ex 15. cap. epiſtolæ ad Romanos, 1553. De aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti & quomodo nos ad eum præparare debeamus, ex 4. capite 1. epiſtolæ D. Petri. In Pſalmum 113. qui in actione cœnæ Domini in eccleſia Tigurina recitatur. Theodoreti de Prouidentia Sermones X. Latinitate donauit. Excudit Tiguri Froſchouerus. Nabal, Comœdia ſa*

*tra ex 1. Samuel. 25. Froſchouerus excudit. Scripſit, & ibidem edidit, Homilias tres de aſcenſione Domini noſtri Ieſu Chriſti & miſsione Spiritus ſancti. Speculum Chriſtianorum, ſiue homilias duas de Chriſtiani hominis nomine & officio. Præterea ſcripſit Homiliam de Circuncisione. In orationem Dominicam homilias 10. De conſtantia & perſeuerantia in fide ex 1. Ioan. 2. In paſsionis Dominicæ hiſtoriam homilias 2. De reſurrectione Chriſti, item de noſtrorum corporum reſurrectione, & paſchate Chriſtianorum, homilias 3. De afflictionibus fidelium & eorundem conſolatione, ex 2. Corinth. 1. homiliam 1. Homiliam in teſtimonium Ioannis Baptiſtæ de Chriſto. Homiliæ iſtæ omnes Germanicæ editæ ſunt in octauo. De incarnatione Filij Dei homilias 6. Latine & Germanice editas. Pſalterium in Germanicam tranſtulit linguam, argumentis & annotationibus illuſtrauit. Poſtremo ſequentes libros ſacros per homilias integras explicauit. Duodecim Prophetas minores, Euangelium ſancti Marci, Euangelium ſancti Lucæ, Euangelium ſancti Ioannis, Acta Apoſtolorum, Epiſtolam D. Pauli ad Romanos. Eiuſdem vtranque epiſtolam ad Corinthios. Singula hæc diuerſis temporibus à Froſchouero excuſa ſunt Tiguri in folio. Porro nunc in manibus habet homilias in epiſtolam ad Galatas, & in Euangelium Matthæi. * Homiliæ 61. in D. Pauli Apoſtoli epiſtolam ad Galatas: cum præfatione ad Scotiæ regem, Iacobum VI. de officio Regum & Principum in conſtituenda Eccleſia. Folio Tiguri apud Froſchouerum, anno 1576. Homiliarum in D. Matthæi Euangelium pars prima anno ſuperiori edita eſt: poſterior propediem in lucem prodibit. Præterea ſcripſit de Tentationibus conciones IX. Germanicas in locum de tentatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, Matth. 4. Item de vero pane vitæ, noſtro Domino Ieſu Chriſto: & quomodo manducetur: Homilias 10. in 6. cap. Ioannis, excuſas Tiguri in octauo apud Froſchouerum, anno Domini 1518. Germanice. Ad hæc Latino ſtylo euulgauit in Eſaiam prophetam ſermones CCCXXVII. quos vernacula lingua habuit ad populum Tigurinum, excuſi in folio Tiguri, anno Domini 1583. cum præfatione ad Cl. V. Michaelem Sailerum, de ſcholarum antiquiſsimo vſu, & laude fundatorum. Denique eiuſdem extat in Pentateuchum Moſis tranſlatio Germanica, cum ſingulorum librorum & capitum argumentis, diſpoſitionibus, explicationibus perſpicuis & in copia breuiſsimis, atq; in breuitate copioſiſsimis: indicioq; locorum communium in lectione ſacra obſeruandorum. Orandus Deus vt huic authori proroget vitam, vt reliquos etiam veteris Teſtamenti libros eadem methodi perfectione & dexteritate illuſtret: quo opere nullum vtilius aut præclarius eccleſiæ proponi poterat: ita nanq; fieret, vti lector (quod ille præclar. Eccleſiæ D. pie optabat) in cogitatione vocis diuinæ et textu ſcripturæ tanquam in viuo flumine potius, quàm pluuijs aquis humanarum commentationum detineretur.*

* Rodolphus *Gualtherus F. ingenio & ore parentem referens, eccleſiæ Tigurinæ miniſter ad D.*

R O

*Petrũ, magna cũ omnium a*
*bere incipiens: non multo p*
*25 immatura morte ſublat*
*deſiderium apud omnium o*
*rit, vniuerſa ciuitas, ſumm*
*proſequendo, teſtificata eſt*
*litia Chriſtianorum in his t*
*carnem & mundum milita*
*teris epitaphijs in obitum I*
*pud Froſchouerum, anno 1*
*in eiſudem Bullingeri obit*
*pſit quoq; Epicedium in obi*
*ſti epiſcopi Nordouicenſis*
*in Tigurinorum nauigatio*
*tum vſq; vno die confectan*
*inſcripſit. Tiguri excudeba*
*ſunt carmina, in imagines d*
*rorum, quæ in typograph*
*ſchoueri in parietibus depi*
*ageret varia epigrammata*
*alibi excuſa ad meam notit*
*mina doctorum virorum in*
*annis Guilhelmi Stuckij c*
*iuncta: & Tiguri apud Ch*
*rum, anno 1577. impreſſa.*

Rodolphus *Huſelin*
*lingua in Germanicam tra*
*uium hiſtoriam, Tiguri exc*

Rodolphus *Landebe*
*tina lingua in Germanican*
*liatri theſaurum. Tiguri*
*tres, in quarto.*

Rodolphus *Langius*
*naſterienſis eccleſiæ in We*
*pſit ad Hermannum Lang*
*canum, de vrbe Hieroſolyn*
*lomienſem carminum lib.*
*vrbis lib. 1. De tribus Mag*
*plures ad diuerſos. Carmin*
*plura. * Veluti carmina de*
*riæ virginis verſus vel hy*
*ſa, viola. Item horas de S. c*
*pindaricis verſibus; item a*
*ſeptem, elegantiſsimum car*
*vidiſſe Herm. Hamelmann*
*pta, an vero excuſa & vbi,*
*1494.*

* Rodolphus *Lemãnus*
*eccleſiæ miniſter: ſimulq; p*
*mœnæ) ſanctus & ingenio,*
*in obitum D. Bullingeri. I*
*ratione Io. Simleri de vita*
*1575. in 4. Carmen item in*
*cuſum Tiguri in 4. anno D*
*à D. Stuckio deſcripta. Q*
*mortem Rodolphi Gualthe*
*P. editam ibidem. Omnium*
*raphraſin poeticam, perpet*
*uiſsimis reddidit. Epigramn*
*xit augmẽto, bibliothecæ al*
*Friſio, edito anno 1583. Plu*

Digitized by Google

* Rodolphi Louilij concluſiones, liber ſcriptus in 4. bibl. Imper.

Rodolphus Radclif, Anglus, patria Ceſtrienſis, Hutchiniæ in agro Hartfordienſi ſedecim annos iam ludum literarium aperuit, docuitq́ Latinas literas. Mihi quidem aliquot dies in vnis & eiſdem ædibus commoranti, multa arriſerunt, eaque etiam laude digniſſima. Potiſſimum verò theatrum, quod in inferiori ædium parte longe pulcherrimum extruxit. Ibi ſolitus eſt quotannis ſimul iucunda & honeſta plebi ædere ſpectacula, cum ob iuuentutis, ſuæ fidei & inſtitutioni commiſſæ, inutilem pudorem exuendum, tum ad formandum os tenerum & balbutiens, quo clare eleganter & diſtincte verba eloqui conſueſcat. Scripſit enim Latine, De calamitoſa & exitiali nominis & verbi pugna lib. 2. De Griſilidis Chaucerianæ rara patientia. Com. 1. De Melibœo Chauceriano, com. 1. De Titi & Giſippi firmiſſima amicitia, tom. 1. De Sodomæ & Gomorrhæ incendio, trag. 1. De Io. Huß Bohemia nati condemnatione, trag. 1. De Ionæ ad Niniuitas ablegati defectione, com. 1. De Lazaro à diuitis ædibus abacto, com. 1. De Iudith Bethulienſis incredibili fortitudine, com. 1. De Iobi iuſti afflictionibus, com. 1. De Suſannæ diuina liberatione, trag. 1. De puerorum inſtitutione lib. 1. Epigrammata quoq; lib. 1. Locos communes à philoſophis in ſtudioſorum vſum ſelectos lib. 1. De naturali, artificiali, & nouiſſima memoria lib. 1. Et alia. Claruit ſub fœliciſſimo Eduardo rege Chriſtianiſſimo, anno 1550. Baleus.

Rodolphus de Rudesheim epiſcopus Vratiſlanienſis, ſcripſit in Geneſ. lib. 1. In Exod. lib. 1. In Leuit. lib. 1. In Numeros lib. 1. In Deuteron. li. 1. In Ioſue lib. 1. In Iudicum lib. 1. In Eſaiam prophetam lib. 1. Super ſententias lib, 4. Sermones de tempore & ſanctis lib. 1. Claruit anno 1470.

* Rodolphus Syluestrius Bononienſis medicus, opus H. Cardani, de Sanitate tuenda edidit. In folio Baſileæ, 1582.

Rodolphus Tracinthus ſcripſit de geſtis Iulij 2.

* Rodolphi Wonlichij carmen ad Ioannem Friſium Tigurinum.

Rofredus patria Beneuentanus, ſcripſit Quæſtiones iuris ciuilis lib 1. Quæſtiones iuris canonici lib. 1. Summam iuris lib. 1. Eius etiam commentarius de libellis, impreſſus eſt Lugduni, 1538. apud Matthiam Bonhomme. * Et Pariſijs in 4. anno 1519. In qua editione dicitur Aureus tractatus libellorum. Allegantur etiam Diſputationes eius. Vide ſupra in Odofredo, de hoc Roffredo: videntur enim confundi.

Rogatianus author epiſtolarum aliquot apud Cyprianum, cum aliquot alijs coepiſcopis, ſcilicet ſecundæ, quartæ, & 12. lib. 1.

Rogatiani à Noua verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Rogatus epiſtolæ 2. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiſcopis lib. 1.

Rogerij Bachonis perſpectiua extat. Eiuſdem libellus, De mirabili poteſtate artis & naturæ, vbi de philoſophorum lapide, excuſus Pariſijs, ni fallor, venditur 3. ſolidis Gallicis. * Et Bernæ in 4. anno 1545. ſub titulo, Speculum Achymiæ. Quære Rugerum Bakon.

Rogerij canonici Varadienſis hiſtorici nomen alicubi citatur.

Rogerius quidam ſcripſit de deſtructione Hungariæ per Tartaros.

Rogerius quidam citatur in Tacuinis Elluchaſem medici.

Rogerij liber de phlebotomia venarum omniũ eiusq́ vſu ac vtilitate, impreſſus Baſileæ ab Henr. Petri. Eius practica medicinalis, impreſſa Venetijs, anno 1499. cum varijs chirurgorum aliquot opuſculis. * Denuo ibidem, an. 1519. In fol. cum titulo Chirurgiæ practicæ tractatus 4.

Rogerius monachus, ordinis S. Benedicti, ad quem Guimundus Auerſanus epiſcopus adhuc in cœnobio conſtitutus, libros tres contra Berengarium ſcripſiſſe dicitur, deſcripſit vitam Brunonis epiſcopi Colonienſis lib. 1. & quædam alia. Rogerius quidam ſummiſta allegatur in ſumma Angelica. Claruit anno 1040.

Rogerij Iuriſperiti liber, de Præſcriptionibus impreſſus.

Rogerus Albanus Anglus Carmelita, ſcripſit Progenies regum Britanniæ lib. 1. Compendium hiſtoriarum Bibliæ lib. 1. Claruit anno 1450. Baleus.

Rogerus Aſcanius librum omnibus modis elaboratiſſimum de arte ſagittandi lingua Britannica conſcripſit, impreſſum Londini.

Rogerus Blake Anglus, monachus Benedictinus, ſcripſit Sermones eruditos lib. 1. Baleus.

Rogerus Ciſtercienſis Bernardinæ ſectæ profeſſor, Anglus, ſcripſit reuelationes Elizabetæ lib. 1. De 11. millibus Colonienſium virginum lib. 1. Encomion D. Mariæ lib. 1. Vixit 1180 Baleus.

Rogerus Computiſta monachus Anglus, ſcripſit ſuper vocabulis Bibliorũ expoſitiones quaſdam lib. 1. Poſtillationes Euangeliorum lib. 1. De excommunicatione maiori lib. 1. Conſtitutiones Cantuarienſes lib. 1. Claruit anno 1360. Baleus.

Rogerus Conuuay Anglus, Franciſcanus, ſcripſit contra propoſitiones Armachani lib. 1. Supra Extrauagantis intellectione lib. 1. Determinationes ſcholaſticas lib. 1. Quæſtiones Theologiæ lib. 1. Lecturas & ſermones lib. 2. Obijt 1360. Baleus.

Rogerus Crolandienſis Anglus, monachus, præſes poſtea, ſcripſit vitam Thomæ Cantuarienſis li. 7. Vixit anno 1214. Baleus.

Rogerus de Ceſtria, monachus Benedictinus, Anglus, ſcripſit Polycratica temporum lib. 7. Additiones 15. annorum. Claruit anno 1339. Baleus.

Rogerus Dymmock, Anglus Dominicanus, ſcripſit contra 12. hæreſes lib. 12. Ordinarias quæſtiones lib. 1. Vixit anno 1390. Baleus.

Rogerus Fuldenſis, Germanus, cœnobij montis S. Mariæ monachus, ſub abbate Marquardo, compoſuit 6. ingentia volumina, de ſanctis eccleſiæ. Claruit anno 1156. Wicelius in bagiologio.

Rogerus de S. Iuone, Anglus, de ordine mendicantium, ſcripſit contra hæreticos ac Lollardos, præ-



Digitized by Google

cipue contra Ioannem Oldecaſtel lib.1. Claruit anno 1420. *Ioannes Lelandus.*

Rogerus *Morshall, Anglus, Mathematicus, ſcripſit de figura Cata & Apodiatis eius. Ioannes Lelandus.*

Rogerus *Glaſton Anglus, monachus, ſcripſit Epiſtolarum ſuarum lib.1. Sermones per annum lib.1. Lecturas & quæſtiones lib.2. Claruit anno D. 1340. Baleus.*

Rogerus *Herefordenſis, Anglus, ſcripſit De rebus metallicis lib.1. In artem iudiciariam lib.1. Theoricam planetarum lib.1. De ortu & occaſu ſignorum lib.1. Collectaneum annorum planetarum lib.1. Expoſitiones Alphidij lib.1. Claruit anno D. 1160. Baleus.*

Rogerus *Huthelinſon Anglus, ſcripſit De imagine Dei lib.1. Claruit anno 1550. Baleus.*

Rogerus *Sariſburienſis, Anglus, concionator, ſcripſit ſuper Pſalterium lib.1. Expoſitiones morales in Euangelia dominicalia lib.1. Io. Leland.*

Rogerus *Tuuiforde, Anglus, monachus Auguſtinianus, ſcripſit Itinerarium mentis in Deum lib.1. Sermones eruditos lib.1. Claruit anno 1390. Baleus.*

Rogerus *Waltham, Anglus, canonicus ſecularis, ſcripſit Compendium morale lib.13. Imagines oratorum lib.1. Claruit anno 1250. Baleus.*

Rogerus *Welpedale, Anglus, compoſuit Summularum Logicalium lib.1. De vniuerſalibus lib.1. De aggregatis lib.1. De quanto & continuo lib.1. De compoſitione continui lib.1. De rogando Deo li.1. Claruit anno 1368. Baleus.*

Rogerus de *Windore, Anglus, monachus ad fanum D. Albani, ſcripſit Chronicon lib.1. Boſconus Burienſis.*

Rogerus *Yonge Anglus, in matheſi apprime eruditus, ſcripſit librum de Computo. Baleus.*

Rogerus. *Vide Rugerus.*

* Rolandini *tractatus, continens formas & ordines contractuum & inſtrumentorum, cum alijs quibuſdam tractatibus. In folio manuſcriptus bibl. Imperatoris.*

Rolandinus *de Romancijs, Iureconſultus, ſcripſit de Ordine maleficorum lib.1. Determinationes & quæſtiones. Rolandina Practica impreſſa cum Aurora, & Additionibus nouis Taurini additis per Ioannem Neuizanum opinor. Rolandina ſumma in Germanicum ſermonem verſa, impreſſa eſt nuper Ingolſtadij.*

Rolandinus *Paſſagerius, Iuriſperitus, ſcripſit de ſucceſſionibus, de donatione cauſa mortis, de codicillis, de teſtamentis. Rolandini Paſſagerij Bononienſis opera, De vltimis voluntatibus cum additionibus Gyraldi Mulert, impreſſa Lugduni per Antonium Blanchard 1524.*

Rolandinus *de Platiola* Patauinus *ſummiſta, citatur ab Aluoroto in procemio feudorum.*

* Rolandini *Rodulphi Bononienſis, ſumma totius artis notariæ. Hæc nouiſſima editione à M.D. Leonardo à Lege, recognita, & ab erroribus vindicata. Venetijs in fol. anno 1580. Idem tractatus olim*



*quoq; ibidem, 1546. editus, &*

Rolandi *Capelluti Chry*

*Parmen. Tractatus de curati*

*ſtematum (vixit author circa*

*ſus alicubi in Italia.*

* Rolandus *Maxilmeneu*

*lectica libros duos, omnium a*

*exemplis illuſtrauit, non ſolu*

*ſticis, mathematicis, phyſicis, n*

*cis & oratorijs. 8. Francof. an*

Rolandus *Parmenſis, c*

*rurgia, impreſſos Venetijs, 1*

*chirurgis. Rolandi de ratione*

*niſq; morbis lib.4. Hen. Petri*

*forte cum ſuperioribus.*

Rolandi *Petræi in Cicer*

*Roſcio, Philippicas, pro Fonte*

*nem. Romæ in 8.*

Rolandi *à Valla* I. C. *P*

*ſtiones 3. ſuperſtatuto de lucro*

*lumina duo, Lugduni, anno 1*

*tius, editus Venetijs, anno 15*

*tractatus de Inuentarij confe*

*& repertorio Venetijs, anno*

*Conſilia, quibus graues præci*

*de iure in Regnis, Principatib*

*tibus, Marchionatibus, & fe*

*mittendo deciduntur. Omnia*

*& in tria volumina diſtincta*

*omnes & verba, quæ in trib*

*nentur, complectente. Folio*

1580. *excuſa. Eorundem co*

*rum liber quartus. Folio V*

*excuſus.*

Romanus *quidam ſcrip*

*cus, nominatur inter cæteros,*

*ſuum Varinus Camers conge*

Romani *Aquilæ de nom*

*cis & Latinis, & exemplis e*

*dro Numenio: impreſſus Baſi*

*Frobenium, cum alijs eiuſde*

*bus. Item Lutetiæ apud Robe*

*duni apud Gryphium.*

Romanus *Preſbyter, na*

*Paſchæ celebratione lib.1.*

660. *Baleus.*

Romerius *quidam ſcrip*

*ginonis abbatis annalium lib*

*num* 1457.

Romulus *quidam ad T*

*brum ſcripſit, quem ab imita*

*ſopi illius Phrygis, fabulas Æ*

*vt aliqui rati ſunt, tranſtuli*

*poetis.*

Romulus *Amaſæus, I*

*phontis libros 7. De Cyri mi*

*cum reliquis Xenophontis ope*

*ſi ſunt Baſileæ ab Iſingrinio. E*

*ſum Florentiæ, anno Domini*

*læ duæ, de ratione inſtituendi*

*te linguæ Latinæ aduerſus H*

Digitized by Google

excuſi. Epiſtola vna in volumine epiſtolarum clarorum virorum.

Ronchegalli I C. commentaria in titulum De bonorũ poſſeſſionibus, excuſa ſunt Florentiæ à Torrentino in folio.

Roſellus, aliâs Ruſſel, Anglus, vir eruditus, ſcripſit de poteſtate Imperatoris & Papæ lib. 1. In Cantica canticorum lib. 1. Bibliotheca regis.

* Roſeti Exercitiorum ſpiritualium & ſacrarum meditationum, liber impreſſus in folio, anno Domini 1491.

Roſini Philoſophi tractatus quidam extat in alchymia.

Roſuida nobilis mulier in Saxonia nata, in Gandeshemenſi cœnobio ſacromonialis, miro ingenio & doctrina claruit, & in vtroq; ſcribendi genere admirabilis. Ad virgines ſacratas, caſtitatem & continentiam hortando, Latino ſermone conſcripſit comœdias ſex. De geſtis Ottonum panegyricum verſu hexametro. In laudes beatæ virginis elegiaco & hexametro verſu lib. 1. Item paſsionem S. Dionyſij carmine elegiaco, item de S. Gangolpho & alijs ſanctis plura. Græcæ etiam linguæ notitiam habuit. Coætanea Ioan. Anglici fuit, qui doctrina ſua papatum meruit. Eadẽ Gyraldus. Roſuidæ ſcripta edita ſunt à Conrado Celte Norimbergæ, anno 1501.

* Do. de Rota, Deciſiones nouæ, antiquæ, & antiquiores, exactiſsimè ex vetuſtiſsimis manuſcriptis exemplaribus, nunc primum emendatæ, & ex his complura inſerta, atque omnia ex ordine collocata. Acceſſerunt præterea ſuo ordine in finem cuiuſlibet, Deciſiones D. Petri Rebuffi, Camilli Mellæ, Ant. Mariæ Papaz. Guilielmi Realis, & aliorum doctiſsimorum virorum, additiones. In fol. Auguſtæ Taurinorum.

* Rotharis Longobardorum regis leges. In folio & in membrana ſcriptus liber, in bibliotheca Imperatoris.

* Rotenhaniorum trium fratrum, Germanorum equitum Franciæ, orationes tres, de Militia Chriſtiana, in collegio Lauingano habitæ. Octauo, Lauingæ, anno 1579.

Ruardi Tapperi, Reſponſio ad declarationem articulorum Louanienſium. Eiuſdem alia quædam ſcripta, vt opinor, edita ſunt. *Eiuſdem explicatio[illegible] articulorum in religione cõtrouerſorum, Tomus primus. Louanij 1555. in fol. Item orationes theologicæ, potiſsimas religionis catholicæ controuerſias et veram Germaniæ pacandæ rationem explicantes. Vna cum eiuſdem aureo corollario, de veris calamitatum Belgii cauſis atq; remedijs, ad Carolũ V. & Ferdinandum I. AA. 8. Coloniæ apud Ludouicum Alectorium 1579.

Rubirufi Architecti libri quidam cum figuris extare feruntur in membranis deſcripti, in bibliotheca Deſ. Eraſmi Roterodami.

Rubrius in Satyra citatur à Fulgentio in vocum antiquarum interpretatione.

Rudienus philoſophus citatur ab alchymiſtis, & Rubinus.

Rudolphus, vide Rodolphus.

Rufinus gloſſator antiquus decretorum, qui in gloſsis per literam R. deſignatur: fuit autem non ſolum compilator gloſſarum, ſed etiam textuum. Nomenclat. Iurecon.

Rufinus Nicaenſis, vnus ex Dipnoſophiſtis apud Athenæum, medicus.

Rufini cuiuſdam epigrammata, numero 28. li. 7. Anthologij.

Rufini V. D. Grammatici Antiochenſis, commentarium in metra Terentiana, impreſſum cũ Prisciano grammatico: aliás inſcribitur, de Metris comicis, & oratorijs numeris.

Rufinus Floridus poeta Britãnus, illuſtris vir, hunc duobus libris Claudianus inſectatus eſt. Contra eundem Claudianum, ſcripſit Epigrammata 28. Ad Theodoſium Imperatorem lib. 1. De oris maritimis lib. 1. Claruit anno 414. Baleus.

Rufinus monachus, & Aquileienſis eccleſiæ presbyter, aliâs Ruffinus Tarmus presbyter, ſcripſit in Oſee prophetam lib. 1. In Amos prophetam lib. 1. In Ioel prophetam lib. 1. De ſua fide ad Laurentium epiſcopum lib. 1. Inuectiuarum contra Hieronymum li. 2. De fide ſua ad Anaſtaſiũ li. 1. De benedictionibus patriarcharum lib. 1. De ſacramentis lib. 1. Exhortationis ad Probam lib. 1. Additiones Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 2. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Deniq; maximam partem Græcorum bibliothecæ Latinis exhibuit: Baſilij Cæſarienſis Cappadocij epiſcopi, Gregorij Nazianzeni, Clementis Romani recognitionum libros, Euſebii Cæſarienſis Palæſtinæ eccleſiaſticam hiſtoriam, Xyſti ſententias, Euagrij ſententias, Pamphyli martyris aduerſum mathematicos: Origenis non omnia, quia & Hieronymus tranſtulit quædam, quæ ſuo prologo diſcernuntur. Expoſuit idem Rufinus ſymbolum, & benedictionem Iacob ſuper Patriarchas triplici, id eſt, hiſtorico, morali, & myſtico ſenſu. Scripſit etiam epiſtolas ad timorem Dei hortatorias multas, inter quas præeminent illæ quas ad Probam dedit. Hiſtoriæ etiam eccleſiaſticæ, quam ab Euſebio conſcriptam, & ab iſto diximus interpretatam, addidit decimum et vndecimum librum. Sed & obtrectatori opuſculorum ſuorum reſpondit duobus voluminibus, arguens & conuincens ſe Dei intuitu & eccleſiæ vtilitate, auxiliante Domino ingenium agitauiſſe: illum verò æmulationis ſtimulo incitatum, ad obloquium ſtylum vertiſſe. Hæc Gennadius. Inter opera Hieronymi, Tomo 4. Baſilienſis editionis, continentur, Rufini ſymbolum, de quo vide etiam in præfatione Eraſmi in Cyprianũ. de ſua fide lib. Inuectiuarum lib. 2. Ioſephum conuertit in Latinum, cuius originalis eſt Mediolani in S. Ambroſij fano, Longobardis characteribus cariſsimis. Rufini opuſculum de deprauatione librorum, præcipue Origenis, impreſſum cum operibus Origenis, in fine primæ partis: item Tomo 2. operum D. Hieron. Vertit etiam apologeticũ Pamphili martyris pro Origene, in prima parte operum Origenis, Baſilienſis editionis. Addidit inſuper ſuã apologiã, vbi contrarias ſentẽtias in libris Origenis ob eorum deprauationem natas oſtendit. Præfatio eius in libros Origenis de principijs, habetur in tertio Tomo



Digitized by Google

operum D. Hieron. adiuncta per Deſ. Eraſ. vt facilius intelligerentur Apologiæ D. Hieron. Eiuſdem ſymbolum, ibidem. Æmulus atque obtrectator fuit D. Hieron. vt Origenis adſertor, quodq́ ab eo reprehenſus ſit, quod eius libros περὶ τῶν ἀρχῶν, qui contra fidem ſunt, conuertit. Ex epiſtolis autẽ inter ſe miſſis conſtat, quæ ſit vtriuſq; ingenij, vitæq; ac morum differentia. * Eius opera quæ extant, partim ante hac nunquam in lucem edita, partim nuper ope doctiſſimorum virorum emendata & caſtigata, & in duos Tomos diuiſa. In folio Pariſijs, 1580. Claruit anno Domini 400.

Rufus, aliâs per f duplex ſcribitur.

Rufus conſcripſit librum ex dictis Epicteti de amicitia, qui cum alibi apud Stobæum citatur, tum in ſermone, Quod euentus rerum fortiter ſint ferendi.

Rufus Auienus tranſtulit Arati Phænomena Latinis verſibus, quorum adhuc fragmenta quædam extant, impreſſa cum Ciceronis & Germanici tranſlationibus in eadem: adiecta Ioachimi Perionij tranſlationi Ethicorum. Præterea Dionyſij Punici de ſitu orbis verſus ex Græcis Latinos fecit: & de oris maritimis librum edidit, carmine trimetro iambico, ad Probum virum conſularem, ad quem etiam Cl. Claudianus ſcripſit, &c. Seruius Grammaticus, Auienum ait Vergilianas fabulas, & Liuium, iambicis verſibus deſcripſiſſe. Sunt qui hunc ipſum Auienum eſſe putent, quem Macrobius in Saturnalibus loquentem induxit. Extat & libellus ad Theodoſium Imperatorem, huius, vt putatur, Auieni: in quo pleroſque Æſopi apologus elego carmine complexus eſt: qui an legitimus ſit, non multum eſſe precium operæ, vt diſquiramus, exiſtimo. Hæc Gyraldus. Vide infra de Sexto Rufo. Idem enim eſt, ſi Sextus pro Feſto, vt Volaterrano Raphaeli placet, non recte ſcribitur. Rufus Feſtus figuris ad Ptolemæi doctrinam exſculptis ornatus, editus eſt Coloniæ, anno 1569. in folio, cum Arato, eius interpretibus & commentarijs, itemq; Higino: ex emendatione Morelij.

Rufus Celſus ſcripſit vitas aliquot Imperatorum Romanorum, teſte Vopiſco.

Rufi Domeſtici diſtichon lib. 7. Anthologij.

Rufus Epheſius medicus, ſub Traiano vixit cum Critone. Feruntur eius libri plurimi, quorum & hi ſunt, De ratione victus 5. De victu nauigantium 1. De vulnerum medicamentis 1. De confractione articulorum 1. De ficubus. 1. De veteri medicina lib. 1. De vino lib. 1. De melle. De herbis libri quatuor carmine hexametro ſcripti, quorum meminit Galenus. Aldus olim cum Dioſcoride Græco carmine aliquot Græca de viribus quarundam herbarum excudit, auctoris incerti, quæ an Rufi ſint medicis inquirendum relinquo. Eiuſdem libelli de Veſicæ renumq́ue morbis, De purgantibus medicamentis, De partibus corporis humani, Græce impreſſi ſunt Pariſiis ab Adriano Turnebo, anno Domini 1554. in 8. Et ab Henrico Stephano. * Eiuſdem de vrinis, Ms. bib. Imp. Viennæ.

Rufus medicus apud Ioannẽ F. Serapionis cita-



tur. Extant & apud Aetium
ptis fragmenta, quem qui vole
tatis ſtudio libenter hoc loco p
* Ruffi Feſti Acta Monaſt
merſchuuyl, ditionis Auſtria
Eiuſdem libri, de Poſitione
bibl. Imper.

Rugerus Bakon Anglu
minis, doctor Oxonienſis, ſcr
imaginibus lib. 1. Prognoſtica
Regimina cœleſtium lib. 1. De
De occultis naturæ operibus
nomia lib. 1. De retardatione
per ſententias lib. 4. In philoſ
8. In Moralem lib. 10. Specul
Alchymiſtarum artibus lib. 1
ca lib. 1. De ſitu Palæſtinæ lib
giæ lib. 1. Sententias experime
li facultate lib. 1. Compendiu
De rerum mirabilibus lib. 1.
Rogerij Bachonis Speculum
Norimbergæ apud Petreium
ptis. Claruit anno 1280.

Rugerus de Houeden,
Annales regum Angliæ, &
Vixit anno 1190.

Rugerus Onley Anglus
vulgi ſuperſtitiones. Claruit
Rugeri Edingij libellus
mento & SS. Patribus collec
ditus Coloniæ, 1572. Eiuſdem
cleſiaſticæ preces, Euangelia,
cis & feſtis diebus legi et can
collecta & German. editæ. Ib
mos Dauidis rythmis Germa
loniæ 1574.

Rugerus Suicetus Ang
nes Aſtronomicas lib. 1. Ephe
Cabaliſtica lib. 1. Mathema
Claruit anno 1370.

Rugerus, vel vt ab alijs
ray, Germanus, Canonicus re
pſit de Inſtitutione puerili lib
atæ vitæ lib. 2. Hymnorum
vario literarum vſu lib. 2. D
2. De rebus nouis lib. 2. De m
1. De accentibus Latinorum
2. Claruit anno 1490.

Ruggandus epiſcopus
ex ſorore nepos, ſcripſit pro cle
regulam canonicorum lib. 1.
anno 760.

Rupertus, vide Robert
Rupertus abbas monaſt
S. Benedicti, ſcripſit elegantes
* Ruperti Clari Montis,
no ſecundo celebrato, contra
ſcriptus in membrana in bibl.
Auſtriæ.

Ruperti Groſſicapitis di
anima.

Digitized by Google

Rupertus abbas Tuitienſis cœnobij iuxta Coloniam Agrippinam, ordinis ſancti Benedicti, natione Germanus, ſcripſit ad Cunonem abbatem Sigebergenſem, poſtea epiſcopum Ratiſponenſem. de victoria verbi Dei lib. 13. in Geneſim lib. 9. in Cantica canticorum lib. 7. in librum ſancti Iob lib. 10. in lib. Reg. de Dauid lib. 15. de ſancta trinitate in vetus Teſtamentum lib. 42. in Apocalypſim Ioan. lib. 12. aliâs 22. de officijs diuinis lib. 12. Meditationes de incendio Tuitien. lib. 3. in 12. prophetas minores lib. 30. in Euang. Matthæi lib. 8. in Euang. Ioannis lib. 14. ſuper regulam S. Benedicti lib. 1. Apologeticum eiuſdem operis libr. 1. epiſtolarum ad diuerſos libr. 1. Denique fertur & alia plura ſcripſiſſe, & nouum ac vetus teſtamentum pro maiori parte in multis libris explanaſſe. Claruit anno 1124. Opera eius impreſſa ſunt Coloniæ 1533. Apud Arnoldum Birkman, & ſeorſim commentariorum in Apocalypſin lib. 12. Pariſijs ſub inſigni Mortarij aurei. * Et Noribergæ in 8. anno 1526. Item in Cantica canticorum, de incarnatione Domini commentariorum lib. 7. impenſis Arnoldi Birkmanni excuſi, anno Domini 1550. Eiuſdem de victoria verbi Dei lib. 13. excuſi Louanij anno 1551. apud Seruatium Saſenum. de diuinis officijs lib. 12. excuſi Coloniæ anno Domini 1543. In Euangelium Ioannis libri 14. il idem anno 1543. * Et Noribergæ in 8. anno 1526. Eius item libri XXXXII. de operibus ſanctæ trinitatis, excuſi ſunt Louanij apud Seruatium Saſſenum anno 1551. Eiuſdem in XII. prophetas minores commentariorum libri XXXII. apud eundem, eodem anno * & Coloniæ anno 1527. De gloria & honore filij hominis in Matthæum lib. XIII. Item de glorificatione trinitatis & proceſſione ſpiritus ſancti libri IX. excuſi Coloniæ apud Ioannem Soter, anno Do. 1533. De incendio Tuitienſi, in quo corpus Dominicum à flamma circumfuſa intactum remanſit. De meditatione mortis libelli duo. Vita auctoris. Coloniæ anno Domini 1572. * Eiuſdem extat, in ſex poſteriores prophetas commentarius. Præterea ſcripſit Commentaria in quinque libros Moſis. In libros Ioſuæ & Iudicum: in libros regum & in aliquot Pſalmos: item in Euangeliſtas & in quatuor maiores prophetas, & libros nouem de operibus Spiritus ſancti. Excuſa Coloniæ anno D. 1528. Deniq; eius opera omnia, nunc recens in vnũ corpus collecta, & à mendis vindicata fol. Coloniæ apud hæredes Birckmanni 1580.

Rupertus rex Franciæ, cantus & reſponſoria dulci & regulari modulamine ſcripſit. Eius eſt illa vulgata Sequentia, quæ cantatur diebus Pentecoſtes, de ſancto ſpiritu, Veni ſancte ſpiritus. reſponſorium de S. Petro, Cornelius Centurio. de natiuitate Domini, Iudæa & Hieruſalem no. & illud Alleluia, Eripe me de inimicis. Attribuitur ei & hæc Sequẽtia, quæ incipit, Sancti ſpiritus adſit nobis gratia. Claruit anno 980.

Rupertus Gaguinus, natione Gallus, ordinis ſanctæ Trinitatis generalis miniſter, ſcripſit opus ad Arnoldum Boſtium, Carmelitam Gandaui morantem, contra Vincentium de Caſtronouo, ordinis Prædicatorum, carmine, De conceptione ſanctæ Mariæ lib. 1. de eadem re, proſaice lib. 1. de miſera hominis conditione lib. 1. de arte metrificandi lib. 3. orationes multas elegantiſſimas lib. 1. epiſtolarum quoq; lib. 1. Epigrammata innumera. & alia complura. Fertur & chronica ſcripſiſſe, quæ excuſa ſunt. Eiuſdem de arte metrorum lib. 3. Primus de ſyllabis, ſecundus de pedibus, tertius de metrorum generibus, excuſi ſunt Phorcæ per Vdalricum Carinthum anno Domini 1505. quatern. 6. * Eius rerum Gallicarum Annales cum Huberti Vellei ſupplemento folio, Francoforti apud Vuechelum, anno 1580. Claruit Pariſijs anno 1494.

Rupertus natione Gallus, Carmelita, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. in epiſtolas Pauli lib. 14. ſermones de tempore lib. ſermones de ſanctis lib. 1.

Rupertus Holkoth, natione Anglicus, ordinis fratrum Prædicatorum, ſcripſit multa è quibus iſta feruntur: ſuper ſententias lib. 4 in librum ſapientiæ lib. 1. de ſeptem peccatis mortalibus lib. 1. Moralizationes lib. 1. de immortalitate animæ li. 1. in Cantica canticorum lib. 1. in Eccleſiaſticum imperfecte lib. 1. Idem ſcripſit In Prouerbia Salomonis. * Explanationes quæ ſunt excuſæ in 4. Pariſijs. In Eccleſiaſten. In quatuor euangelia. De ludo Scachorum lib. 4. De impunitate peccati lib. 1. De libertate credendi lib. 1. De motibus naturalibus lib. 1. De effectibus ſtellarum lib. 1. & alia plura. Claruit anno 1349. Commentarij eius ſuper ſententias impreſſi ſunt, item quadrageſimale, vt vocant. Extat etiam eius lectura ſuper librum ſapientiæ. * in fol. Reutlingæ anno D. 1489. impreſſa. Itẽ liber De bello ſeu militia ſpirituali: quæ ſunt quæſtiones ſeu ſententiæ cum ſubtilibus argumentis & rariſſimis. M. Dreſſerus.

Rupertus de Licio, epiſcopus Aquilæ Marſorum, ſeu Aprucij vrbis, ordinis fratrum Minorum, ſcripſit ſermones de tempore lib. 1. de laudibus ſanctorum lib. 1. de pœnitentia per quadrageſimam lib. 1. de peccatis quoq; lib. 1. & quædam alia. Rob. Caracholi de Licio, ordinis minorum epiſcopi Licienſis. Quadrageſimale de peccatis, impreſſum Venetijs, per Andream Toreſanum de Aſula anno 1488. in 8. Eiuſdem ſermones de laudibus ſanctorum, impreſſi Baſileæ per Nicol. Kesler, 1490. De huius viri audacia & libertate contra Pontificem, & Cardinales, nonnihil Eraſmus de modo concionandi. Vixit anno Domini 1486.

Rupertus epiſcopus Lincolnienſis, ſcripſit ſummam theologiæ libr. 1. ſuper libris Dionyſij 4. ſummamq; quæ numerale dicitur lib. 1. de ſphæra cœleſti libr. 1. de computo eccleſiaſtico librum vnum. Calendarium pulchrum librum vnum. Numeratur à Tritemio inter illos, qui claruerunt anno Domini 1140. Summa eius ſuper 8. libris phyſicorum Ariſtotelis, impreſſa eſt Venetijs anno Domini 1506. & anno 1504. apud Scotum: ibidem cum Thomæ Aquinatis in eoſdem libros interpretatione. Eius compendium ſphæræ, impreſſum Venetijs. anno D. 1518. cum Io. de Sacro buſto de ſphera et alijs. Idẽ ſcripſit diſtinctiones quas inſcripſit, Templum

Dei, eſtq́ quaſi ſumma confeßionis. *Eiuſdem teſtamenta duodecim patriarcharum, filiorum Iacob, in 4. extant in bib. Imper.

Rupertus *abbas cœnobij Lymburgenſis, in diœceſi Spirenſi, ordinis ſancti Benedicti, natione Germanus, ſcripſit in* Cantica canticorum *lib. 4. de contemptu mundi lib. 2. de S. Ioanne baptiſta lib. 1. reuelationum ſuarum lib. 1. Scripſit quoſdam ſermones de ſanctis, quorum corpora vel patrocinia in eodem Lymburgenſi monaſterio habebantur. Claruit anno* 1124.

Rupertus, *monachus S. Albani propè Moguntiam, Germanus natione,* Chronicon *ſcripſit libr. 1. Tritemius in compendio.*

* Rupertus *à Mosham vide Robertus.*

Rupertus *ordinis fratrum Prædicatorum, edidit quædam non contemnenda, è quibus extant ſuper ſententias lib 4. ſermones de tempore libr. 1. ſermones de ſanctis lib. 1. Multos præterea libros Ariſtotelis commentarijs elegantißimis exornauit. Vixit anno* 1320. *Vide an ſit Holcoth.*

Rupertus Canonicus *Præmonſtratenſis, ſcripſit hiſtoriam quandã li. 1. Tritemius in compendio.*

Rupertus *monachus cœnobij S. Remigij in diœceſi Remenſi, ordinis diui Benedicti, natione Gallicus, ſcripſit geſtorum in terra ſancta per* Chriſtianos *tempore Vrbani* 11. *contra infideles, hiſtoriam inſignem, diſtinctam in lib. 10. Claruit anno* 1120. *Bellorum* Chriſtianorum *principum, præcipue Gallorum contra Saracenos, hiſtoriam H. Petri excudit Baſileæ. Hic etiam Robertus Montenſis à quibuſdam nominatur, vide ſupra.*

Rupertus *de Ruſia, ordinis fratrum Minorum, ſcripſit ad Haymonem Anglicum ordinis ſui miniſtrum generalem, declarationem in regulam ſancti Franciſci lib. 1. Super ſententias quoque libr. 4. Sermones varios lib. 1. & quædam alia. Vixit anno* 1280.

Ruſeus *Pariſienſis, Regius, Cancellarius, ſcripſit erudite in Titulum, Quæ ſint regalia in vſibus feudorum.*

Ruſtici *diaconi contra acephalos librum, incerto interprete, Henricus Petri excudit Baſileæ, anno* 1528. *cum alijs veterum theologorum ſcriptis contra hæreſes. Item Tiguri cum alijs Patrum ſcriptis contra Eutychen & Neſtorium. Defendit autem definitionem de fide Synodi Chalcedonenſis, per dialogum orthodoxi & hæretici.*

Ruſticus *Helpidius, temporibus Symmachi et Boethi vixit, medicus Theoderici Gothorum regis. Scripſit Conſolationem ſui doloris: qui liber non extat. Triſticha hiſtoriarum veteris & noui Teſtamenti. De Chriſti Ieſu beneficijs carmen. Hæc duo opuſcula cum* Chriſtianorum *poetarum veterum operibus excuſa ſunt ab Oporino* 1562.

Ruthuuicus, *vates Francorum, Richimeri regis vitam, mores, acta, & cultum in deos deſcripſit carmine. Claruit anno Domini* 120. *Tritemius in* Compendio.

Rutilius *Flacus, Theodoſij atq; Honorij principum vitas deſcripſit.*



Rutilij *Galli poetæ elegia*
*continens, nuper inuenta eſt. R*
*eandem alibi in cœnobio quoda*
*liæ oppidum inuentam ſcribit.*
*Numantianum poetam vocan*
*in dictionum Latinarum catal*
*raldum in Rutilio Gemino, q*
*citatur. Rutilij Numantiani*
*dit Petrus Summontius. R*
*tea edita, & poſt ab Onuphrio*
*rijs reipublicæ Romanæ inſert*
*cum alijs.*

Rutilij *Gemini Aſtyana*
*pontificales citantur à Fulgen*
*quis.*

Rutilius *Lupus rhetor, ſ*
*am ſecutus, non illum quidem*
*ſui temporis, cuius quatuor l*
*tranſtulit. Quintil. li 9. & Vo*

Rutilius *Rufus ſub Scip*
*tum fuit, & eius temporis hiſt*
*ſte Appiano in Romana hiſtori*
*riæ citantur etiam apud Plu*
*celli & Pompeij: & ab Athen*

# S.

SAncti *patris noſtri Saba*
*traditionis & conſectatio*
*roſolymis: lib. Græcus hac inſ*
*quadam bibliotheca Italiæ.*

Sabbatius *Gallicanæ pro*
*gatus à quadam caſta & Chri*
*cunda nomine, compoſuit libr*
*Martionem, & Valentiniani*
*aduerſum Eunomium, et eius*
*&c. hæc Gennadius, qui & a*
*librorum addidit. Tritemius*
*anno ſalutis* 440.

Sabellius *hæreſiarches,*
*ctæ Trinitatis perſonam eſſe d*

Sabellus *poeta impudic*
*Neruæ temporibus: dignus ſa*
*rint.*

Sabinus *quidã Macedoni*
*conſcripſit acta ſynodalia.*

Sabinus *vetus I. C. ſcrip*
*vide in Fabio Sabino, eius filio*

Sabinus *ſophiſta ſub Ad*
*introductionem & argument*
*toriæ libris 4.* Commentarios *i*
*cuſilaum, & alios. Suidas. H*
*fuiſſe putant. vide in Sergio in*

Sabinus ἐν ὁμιλητικῆς ὕλης,
*tione libro citatur à Laertio i*

Sabinus *Maſerius ſcripſ*
*memorabilium libros, teſte V*
*re Maſſurium Sabinum.*

Sabinus *Tyro ſcripſit* Ce
*bro 20. cap. 9.*

Sabini *cuiuſdam ſcripta all*

Digitized by Google

7. & 19. naturalis hiſtoriæ.

Sabini tetraſtichon l.6. Anthologij, ſectione 7.

Sabor, aliâs Sapor, rex Medorũ citatur à Meſ.

Sacas poeta fuit Tragicus. Suidas. Eſt & Ammonij philoſophi cognomen.

* Sadraci Thomanni Tigurini Græcæ linguæ peritiſſim epitaphium græcum in obitum D. Bullingeri exc. Tiguri 1575. Item in obitum D. Simleri, R. Gualtheri F. & epigrammata in conuiuialium antiquitatum libros D. Stuckij Græce & Latine, atq; alia.

Sæuius Nicanor inſignis Grammaticus, ſcripſit præter commentarios, quorum tamen pars maxima interijt, ſatyram quoq;, cuius meminit Suetonius Tranquillus.

Sæus ſcripſit de republica Lacedæmoniorum. Athenæus lib.4.

Sagadinus nominatur inter illos ſcriptores, ex quibus memorabilia ſua Baptiſta Fulgoſius collegit.

R. Sahadias Geon edidit Commentarium Hebraicum in Daniel. qui extat impreſſus Venetiis apud Bombergũ. Eiuſdem liber de credulitatibus. Dicitur Arabice tranſtuliſſe quoſdam ſacros libros.

Saladinus de Eſculo, ſcripſit barbaro ſtylo compendium Aromatariorum, quod habetur excuſum cum Io. Meſuæ operibus. Eiuſdem iudicium de ponderibus medicinalibus, impreſſum ab initio Onomaſtici Othonis Brunfelſij.

Salagaſtus, ſacerdos & ſummus pontifex Ionis, volumen legalium conſtitutionum nouum edidit, ſub Pharamundo rege. Claruit an. 430. Tritemius in compendio.

Saleius Baſſus, in pangendis heroicis claruit, amatus à Veſpaſiano, atq; ab eo quinquaginta ſeſtertijs donatus, &c. Gyraldus.

Salemuia quidam citatur à Ioan. F. Serapionis.

Salernitani cuiuſdam epiſcopi extat liber manuſcriptus, de ſceleribus perfidi Turcæ.

Salerni liber de virtutibus & operationibus medicinarum, De phlebotomia ac ventoſis, De nobilitate corporis humani. M. Dreſſerus.

Saliceti commentarij ſuper 1. & 2. Codicis, & in Digeſtum vetus, impreſſi ſunt. peculiariter autẽ ſcripta eius citantur in 2. ff. vet. & in Rub. Infortiati 1. ſoluto matri. l. ſemel mora.

Saliphilax Britannus ex Bardorum genere, ſcripſit genealogiam Britannorum lib.1. Baleus.

Salpe Lesbia Pægnia conſcripſit, quæ tamen quidam à Mnaſea qui Salpe cognominatus ſit ſcripta eſſe tradunt. Plinius auctor, qui Salpen obſtetricem laudat.

Salomonij Macrini Iuliodunenſis, Hymnorũ lib.7. eiuſdem Hymnorum ſelectorum lib.3. Robertus Stephanus excudit Pariſijs. Carminum libellus, 1. à Colinæo Pariſijs. Carminum vel Odarum li. 4. quibus Odas Horatij tum carmine tum argumento imitatur: ibidem impreſſi 1530. Næniarum lib.3. de Gelonide Borſata vxore. Lutetiæ, 1550. apud Vaſcoſanum.

Salo, vide in Romulo.

Salomonis filij Dauid, regis Iſrael, libros tres in veteri Teſtamento habemus, nempe Prouerbia, Canticum canticorum, & Eccleſiaſten. Extat apud Hebræos Salomonis liber, cui Sapientia titulus, non qui nunc in manibus eſt Philonis opus: ſed alter Hieroſolyma, quam vocant, ſecretiore lingua compoſitus, in quo vir naturæ rerum (ſicuti putatur) interpres, omnem ſe illiuſmodi diſciplinã fatetur de Moſaicæ legis penetralibus accepiſſe. Ioannes Picus in commentarijs ſuper Geneſin.

Salomonis Dauid regis filij Somnia, tum Danielis prophetæ ſomniorum interpretatione. Liber hoc titulo impreſſ. Venet. 1516. Circumfertur etiam magicus libellus titulo Clauis Solomonis. Item liber Salomonis ſub nomine Razielis inſcriptus, fictio magica eſt.

* Salomonis ſecreti ſecretorum liber M. S. in folio, bib. Imper.

Salomon eben Haſem, aliâs Sulahin eben Haſen, citatur à Ioanne F. Seraponis.

Salomon, naturalis magiæ ſcriptor. vide in Zoroaſtre.

* Salomonis Geſneri Sileſij epigramma in inſignia comitũ de Labiſchin impreſſum Tiguri cũ oratione D. Georgij Latalski comitis de Labiſchin.

R Salomonis Iarchi Galli commentaria extãt impreſſa Hebraice in aliquot veteris Teſtamenti libros, nempe in quinq; libros Moſis: in Ioſue, Iudicũ, Ruth, Samuelis, Regum, & Paralipomenon: in Iſaiam, Ieremiam, Ezechielem, duodecim prophetas minores, Pſalterium, Cantica canticorum Lamentationes Ieremiæ, Eccleſiaſten, Heſter, Eſdram, Neemiam. Gloſſas in Talmud Babylonicum, & in Talmudicos libros R. Alphes. Collectanea Paradiſi, ſunt autem Loci communes Iudaici de fide & moribus. Claruit in Rhodo, anno 1217.

Salomon epiſcopus Conſtantienſis ſcripſit de ſeptem artibus liberalibus lib. 1. & Vocabularium linguæ Latinæ. Salomon abbas S. Galli, & poſt Conſtantienſis epiſcopus, ſcripſit Dictionarium cuius adhuc exemplaria manſcripta extant Conſtantiæ, & in cœnobio S. Galli. Claruit ſub Lothario imperatore, anno 1350.

* Salomonis Pleppij Philoſophi Bernenſis, noua extimi cœli motus, quem primum motum vocant, explicatio, 8. Morgiis 1581.

* Salamon Salmſuuylertanus hiſt. vni. ab o. c. vſque ad an. D. 1590. ſcripſit.

D. Salonij epiſcopi Viennenſis, ad Veranum fratrem, in Salomonis parabolas explicationem excudit Baſileæ Henricus Petri, 1551. cum alijs veterum Theologorum opuſculis.

Ex Salpe ſcriptore quædam Plinius in 28. & 32. naturalis hiſtoriæ librum tranſtulit.

Saluianus Maſſilienſis presbyter, ſcripſit ſcholaſtico & aperto ſermone, de virginitatis bono ad Marcellum presbyterum libros tres: aduerſum auaritiam libros 4. de præſenti iudicio libros quinque: & pro eorum merito Satisfactione ad Salonium epiſcopum librum vnum. Expoſitionis extremæ partis Eccleſiaſtis ad Claudium epiſcopum Viennenſem librum vnum. Epiſtolarum librum vnum:

Digitized by Google

*Et in morem Græcorum de principio Geneſis vſq. ad conditionem hominis, compoſuit verſu quaſi Hexameron lib.1. Homilias multas. Trittemius ſcribit eum claruiſſe anno 480. De vero iudicio & prouidentia Dei, & ipſius gubernatione hominum & rerum mundi huius, ad S. Salonium epiſcopum Viennenſem libri 8. cura Io. Alexandrini Braßicani I.C. editi, ac ſcholijs illuſtrati: Frobenius excudit Baſil. 1530. Et in 16. Pariſijs 1580. His accedunt, Anticimenon libri 3. in quibus continentur Quæſtiones veteris ac noui Teſtamenti, de locis in ſpeciem pugnantibus, incerto authore, per interrogationem & reſponſionem. Idem Saluianus præfatus eſt ad Salonium epiſcopum, in librum Timothei, cur Timotheus hoc nomen ſuo ſuppreſſo confinxerit, & cur ad totam eccleſiam ſcripſerit.*

Saluiani *libri* VIII. *De vero iudicio, &c. multo integriores quam hactenus editi ſint, extant apud* CL. V. *Pithœum, à quo publicandos ſperamus.*

Saluiani *à Gazaufala martyris verba apud Cypria. in ſententijs epiſcop. de hæreticis baptizãdis.*

Saluius *Iulianus, vetus I.C. ſcripſit* Digeſtorũ *libros* 99. *ad Minutium Natalem libros.* 6. *ad Vrſerium Ferocem lib.*4.

Saluſtij *philoſophi Cynici meminit. Suidas, ſed nihil ab eo ſcriptum refert.*

Saluſtius *Mobſeates medicus, ſub Tiberio Cæſare ſcripſit medicinalia. Suidas.*

Saluſtij *de Peruſio I.C. conſilium, an petitio cõpromiſſi ex forma ſtatuti poßit peti poſt litem conteſtatam: habetur in fine tracta. Lanfranchi de Oriano de arbitris.*

Saluſtius *Sophiſta, ſcripſit in Demoſthenem & Herodotum commentarium, & alia. Suidas. Hunc arbitror forte eundem eſſe quem philoſophũ Suidas nominat, & Cynico more philoſophatum ſcribit.*

Samij *tetraſtichon libro* 3. *Anthologij, ſectione* 23. *aliâs ſcribitur per duplex m* Σαμμίου, *vt alibi* σαμίου.

Samonæ *epiſcopi Gazenſis dialogus cum Machometano, ſcriptus circa annum* 1229.

* Samonici *Seneri viri doctißimi qui ſub Seuero Imperatore vixerat, mentionem facit Auent. lib.* 2. *eius libri periere.*

Samothes *Gigas, cognomento Dis, ex Iapheto natus, præter codices rituales, naturali ũ ſecreta literis quoque mandauit. Docuit curſus aſtrorum, agriculturam, & alia pleraq. ad vitam moralem, politiam & oeconomiam ſpectantia. Obijſſe fertur anno mundi conditi,* 1956. *ante vero Chriſti aduentum* 2007. *cum* 156. *annis* Celtis *præfuiſſet. Hæc Ioan. Baleus in eius vita.*

Sampſatines, *vide in Io. Cantacuzeno.*

Sampſon *vel Simpſon, ſcripſit gloſſam in Talmud Babylonicum, impreſſam Venetijs.*

Samſon *Durouernus Anglus monachus, ſcripſit Homiliarum opus. Clarnit anno* 1170.

Samſon *Glamorganius Demetarum alumnus, ſcripſit De patientia in aduerſis lib.*1. *Clarnit anno Domini* 560. *Baleus.*



* Sampſonis *de Saluomo*
*uſq. iuris, in fol. & membra*
Samuel *Beulanus Bri*
*tiones in hiſtoriam Nennij*
*Dom.*650.
* Samuelis *Fiſcheri ge*
*Matthæi* 13. *vbi hiſtoria inc*
*Chriſti, & viuificum atq. ſ*
*deſcribitur, Germ. in* 4. *Lip*
*Bernualdi* 1578.
Samuel *Hebelius, Ena*
*totum annum ad German*
*redegit. Gorlicij,*1571.
* Samuelis *Heilandi, T*
*feſſoris Ethices expoſitio A*
*lib.*10. *per quæſtiones propo*
Samuelis *Iudæi Iſrae*
*regis Marochiani, epiſtola p*
*rudita, ad Rabbi Iſaac Syna*
*miſſa, anno poſt Chriſtum n*
*dæorum vana expectatione*
*am, qui venit, ceu ventur*
*preſſa Coloniæ apud Io. Ru*
*prius Argentorati apud He*
*etiam Germanice reddita. E*
*Baſileæ apud Hen. Petri, an*
*rum theologorum opuſculi*
1583.
* Samuelis *Macieiouuſ*
*oratio in funere ſereniſsimi*
*coniæ* 1540.
R. Samuel *filius Naa*
*latino: aliâs inuenio R. Sam*
*laudes, quas ſcripſit in editi*
*rum.*
Samuel *Quiccelbergi*
*ſcripſit tabulas, omnibus me*
*ram accedentibus ſummope*
*ſtudium accedentibus, alijſ*
*primis ſalutares.* * *Eiuſdem*
*theatri continentis ſingulas*
*ſitatis in* 4. *Monachij* 1565.
*no* 1553.
Samuel *Ediſſenæ eccle*
*uerſum Neſtorianos lib.*1.
*lib.*1. *aduerſum Timotheano*
*Clarnit anno* 480.
Samuelis *Siderocratis*
*thodo* ἰατρομαθηματικῶν συντάξ
*dicis veteribus & recentior*
*rationibus confirmatur.*
Samuelis *Zimmerman*
*bandi omnis generis metalla,*
*corallia, &c. ex Chymicis &*
*ſta. Auguſtæ anno* 1573. *Ger*
Sanchoniaton *Tyrius*
*belli Troiani, ſcripſit de phyſi*
*translata eſt in Græcum ſer*
*riorum dialecto: Ægyptiaca*
*quædam. Suidas. Sanchonia*
*an ipſorum lingua conſcripſi*
Cr. Uſſin. Jer. s.1.d. p.181. A

octo libris in Græcam linguam tranſtulit.

Sanctes de Arduinis ex Piſaurenſi vrbe, edidit opus de omnibus naturalibus & artificialibus venenis notabile lib. 1. de odoratione quoq; libr. 1. de prolificatione lib. 1 & quædam alia. Claruit anno 1430. Opus de venenis opera Theodori Zuinggeri Baſileæ editum à P. Perna.

Santis Pagnini Lucenſis, Prædicatorij ordinis, Hebraicæ inſtitutiones abſolutiſſimæ, in quatuor libros diuiſæ. Antonius de Ry excudit Lugduni 1526. Earundem abbreuiatio, excuſa Lugduni à Gryphio, anno 1528. Iſagoge ad ſacras literas libr. 1. Iſagoge ad myſticos ſacræ ſcripturæ ſenſus libr. 18. Hugo à Porta impreſſit Lugduni anno 1536. & Petrus Quentel Coloniæ. Vtriuſque inſtrumenti noua translatio ex Hebraica & Græca veritate, ferè ad verbum. Accedit liber de interpretamentis Hebraicorum, Aramæorum, Græcorumque nominum, ſacris literis contentorum, ordine alphabeti. Lugduni apud Antonium de Ry, anno Domini 1538. Theſaurus linguæ ſanctæ, ſiue Lexicon Hebraicum: ex quo non ſolum vocularum ſignificata, ſed & abſtruſiores quoque ſacræ ſcripturæ ſenſus, è varijs Rabinorum commentarijs ſelectos, haurire licet. Sebaſtianus Gryphius excudit Lugduni, anno Dom. 1529. cum indice copioſo Latinarum vocum, vnde quis ſtatim quam voluerit vocem Latinã Hebraice redditam inueniat. Eiuſdem Theſaurum linguæ ſanctæ, Hebraicarum inſtitutionum libros quatuor, earundem abbreuiationem, Obſeruationes in linguam Hebraicam, Rob. Steph. excud. in 4 maioris folij Eiuſdem introductio ad linguam Græcam impreſſa olim in 4. Eiuſdem Epitome Theſauri linguæ ſanctæ, à Plantino impreſ. anno Domini 1570.

* Santis Pagnini Lucenſis Hebraicorum Bibilorum veteris Teſtamenti latina interpretatio olim edita: Nunc vero Benedicti Ariæ Montani Hiſpalenſis. Franciſci Raphelengij Alnetani, Guidonis & Nicolai Fabriciorum Boderianorum fratrum collato ſtudio ad Hebr. dictionem diligentiſſ expenſa. Antuerp Chriſtoph. Plantinus 1572 in fol. & eſt prima pars Bibliorum ſacrorum cum apparatu, & ſecunda pars ipſius apparatus.

Sanctius Caranza, vide in epiſtola Deſyderij Eraſmi ad Boxhemum, operibus eius præfixa: & operum eius Tomo 9.

Sanctius Muletius, patria Toloſanus, profeſſione dominicanus, epiſcopus Olorenſis. ſcripſit expoſitiones ſententiarum lib 4. Nicol. Betrand.

Sanctius Porta, Hiſpanus, ordinis Prædicatorum conuentus Cæſarauguſtani. ſcripſit ſermones æſtiuales quaternionum 28. item hyemales quatern. 26. impreſſos in 4. Lugduni per Ioan. Clein Alemannum 1514. Idem Mariale feſta Mariæ continens, item Sanctorale vel ſermones de ſanctis ſcripſit, impreſſos Haganoæ per Henricum Gran, 1514.

* Sancti de Salaya Repertoriũ temporis Hiſpanice 1538. in 8.

Sandon Hellanici philoſophus, ſcripſit Hypotheſes in Orpheum lib. 1. Suidas.

Sangæ Romani poetæ beneficio Latinum Athenæum debemus: Paulus Iouius in libro de piſcibus, ſed nihil huius authoris impreſſ. reperio.

Samnyrion Athenien. comicus, fabulas ſcripſit, Geleon, Danaem. Io. Pſychaſtas, teſte Athenæo in Dipnoſophiſtis. Suidas.

Sanſonis cuiuſdam Metaphyſica impreſſa ſunt.

Santra grammaticus antiquus à Varrone, Nonio, & Chariſio citatur. Scripſit de viris illuſtribus lib. 1. Hieronymus in præfatione. De verborum antiquitate, & nuntias Bacchas teſte nonio.

Sappho Lesbia Lyrica, floruit Olympiade 42. ſcripſit Epigrammata, Elegias, Iambos, Monodias, & Carminum Lyricorum libros 9. Prima plectrum inuenit. vide Suidam. Citatur ab Athenæo, & Stobæo. Diſtichon eius extat lib. 3 Florilegij, ſectione 4 et tetraſtichon ibid. ſectione 12. Eius de amoribus ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Demetrij. Sunt autem qui dicant aliam fuiſſe Lesbiam, poetriam quoq; quæ adoleſcentem Phaonem adamauerit, & è Leucade in aquas ſe demiſerit. Vtracunq; fuerit, vnam tantum commendant Latini poetæ, vt poeta Statius lib 5 Syluarum. & alij. Sapphus carmina quæ adhuc extant omnia cum cæterorum octo Lyricorum carminibus Græcolatina impreſſit Hen. Stephanus in 16.

Sarapion, cognomine Aelius, rhetor Alexand. ſcripſit de erratis declamationũ, Auſcultationũ lib. 7. Panegyricum Adriani regis Conſilia Alexandrinis. Artem rhetoricam. An Plato iure Homerum à ſua republica ablegauerit, & alia multa. Suidas. Idem et alterius cuiuſdam Sarapionis philoſophi aut theologi, ſed gentilis, vt videtur, mirabilẽ vitam deſcribit Sarapionis tetraſtichõ li. 3. Anthologij, ſec 6.

Sarapion ἐν ἔπεσι laudatur à Clemente Strom. 1.

Sarapion Stoicus ex Hierapoli, Stephanus.

Sarapion Θμούεως Ægypti vrbis epiſcop. qui ob elegantiam ingenij, cognomen Scholaſtici meruit, edidit aduerſum Manichæum egregium librum, & de Pſalmorum titulis alium, & ad diuerſos vtiles epiſtolas. Trittemius hunc Serapionem vocat, & floruiſſe ait anno 340. de Serapione Antiocheno epiſcopo infra dicetur.

Sardiani Medici antiquiſſimi, Epitome medicinæ Oribaſij. Venetijs 1571. in 12.

Sarmenes quidam eques, primus de equitatu ſcripſit. Plinius.

Sarpedonis epiſtola citatur à Plinio 13, cap. 13,

* Sarrannus in Nazianum fote Naziacenum fol. M. S. bib imp. Viennæ.

Sarſenæ pater & filius citatrr à Plinio 14. 15, 17 & 18. libro. Scripſere de Agricultura. Sarſena Pater, Filiusq; & Scrofa, vetuſtiſſimi, peritiſſimiq; agriculturæ poſt Catonem. Idem lib. 17. cap 23.

Saſgeri de libero arbitrio, liber impreſſus.

Satij à Sicilippa verba apud Cyprianũ, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Satius epiſtolæ 2. & 4. & 12. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiſcopis lib. 1.

* Satrapitani libellus germanicus de bonis operibus editus anno 1523.

Saturninus vetus. I. C. ſcripſit edictorũ lib. 10.

Digitized by Google

Scipio *Carteromachus Piſtorienſis præfixit epiſtolam Græcam Theſauro, ſeu Cornucopiæ Græco Varini* Camertis, *excuſo apud Aldum. Ariſtidis Smyrnæi orationem de laudibus vrbis Romæ latinitate donauit, quæ & impreſſa eſt Latine. Eiuſdem epiſtola lib. 12. epiſt. Ang. Polit. Oratio de laudibus literarum Græcarum. Baſileæ Frobenius* 1517.

Scipionis *Lentuli, Grammaticæ Italicæ præcepta ac ratio: in eorum gratiam qui linguæ eleganti am addiſcere cupiunt Geneuæ apud Ioan. Criſpinū* 1568. *in octauo. Eiuſdem liber de iure magiſtratuū in puniendis hæreticis, quo Syluij cuiuſdam epiſtolam hæreticis patrocinantem refutat nondū editus. Miniſter eſt Euangelij Clauenæ ad caput Larij lacus in Rhætia.*

Ex Scipionis *Naſicæ epiſtola quædam referuntur apud Plutarchum in Paulo Aemilio.*

Scipionis *Tetti viri apprime docti de Apollodoris commentarius; impreſſus Romæ cum Apollodoro de dijs* 1555.

Scleriæ *poetæ ſenarios Stobæus citat in ſermone de incontinētia, & alios in ſermone de felicitate.*

Scopelianus *Clazomenius ſophiſta tempore Neruæ, quando & Apollonius Tyanæus vixit, audiuit Nicetam: ſcripſit & epiſtolas ad eum Apollonius. Suidas.*

Scotellus *ſuper quatuor libros ſententiarum. Item tractatus de vſuris.*

Scotus *quidam ſcripſit librum de inſignibus magiſtratuum ad Theodoſium Auguſtum.*

Scribonius *Aphrodiſius Orbilij ſeruus atque diſcipulus, Verrij Flacci de orthographia libros non ſine inſectatione ſtudiorum morumq́ eius reſcripſit. Suetonius.*

Scribonij *Largi, medici vetuſtiſsimi, de compoſitione medicamentorum liber. Io. Ruellij opera è tenebris erutus, & à ſitu vindicatus.* Cratander *impreſsit Baſileæ,* 1529. *cum indice capitum ſingulorum, quæ ſunt* 271. *adiecto libello Antonij Beniuenij. de abditis nonnullis ac mirandis morborum & ſanationum cauſis. Vixit ætate Tyberij* Cæſaris. *Cō mendat eum Galenus, & aliquoties medicamenta eius citat in libris* κατὰ τόπους. *Scribonij Largi librum de medicamentis, H. Stephanus cum alijs præcipuorum medicorum ſcriptis impreſsit.*

Scropha *antiquus auctor. allegatur à Plinio* 11. 14. 15. 17. & 18. *Naturalis hiſtoriæ libro.*

Scylax *Cariandenſis. Eſt autem Carianda vrbs Cariæ prope Halicarnaſſum. Mathematicus & muſicus. ſcripſit Nauigationem extra columnas Herculis. De Heraclide Mylaſſorum rege. Terræ ambitum.* ἀντιγραφὴ *ſcriptum contra Polybij hiſtoriam. Suidas. Citatur ab Ænea Syluio Audio eius geographica ſeruari in bibliothera Henr. Scringeri.*

Scymnus *Chius in primo* περιηγήσει *in Europa, & in Aſia, laudatur à Stephano.*

Scyras *Tarentinus Italicæ* Comœdiæ *poeta, ſcripſit Meleagrum. Atheneus lib.* 9.

Scythici *Teij hiſtoriam Athenæus allegat.*

Scythinus *Iamborum poeta Teius, in Heracli*

*ti librum metro iocatus eſt, vt*
*tinus Chius citatur ab Apollon*
*de Britannia inſula recenſet.*

Sebaldi *Buſchij regimen*
*ptum Erfurdiæ, anno* 1540.

* Sebaldi *Cæſaris* Calenda
*ni* 1558. *in fol. liber ſcriptus, in*

Sebaldi *Heyden de arte*
*rum in cantibus vſu libri duo*
*apud Ioan. Petreium,* 1537. *&*
*aucti & recogniti per authore*
*rum, per claſſes digeſta varias.*
*rum puerilium, omnis Latinit*
*quædam huius inſtituti non*
*ueris excudit Tiguri. Eiuſde*
*& Germanice excuſa eſt No*
*Deygero interprete, anoo* 154
*gæ, anno* 1549. *Eiuſdem Ap*
*regina lib.* 1. *Contra Gaſparun*
*Atq; alia plura. Hæc ſunt imp*

* Sebaldi *Maieri libellus*
*aerearū tempeſtatum, omnib*
16. *impreſſum Tegerenſee* 157

Sebaldus *Munſterus iu*
*rationem de rebus non iudica*
*um iudicis, ſed ſecundum ius*
*gentinæ apud Cratonem Myl*

Sebaſtiani *Aerichalci P*
*affectuum quæ extant in libel*
*tonis de anima, verſibus heroi*
*tenbergæ chart.* 3. *anno* 1546.
*dem anni eclipſi ſolari.*

* Sebaſtiani *Ammiani Fa*
*guſtiniani Chriſtiana inſtitu*
*rum. Antuerpiæ Ioan. Beller*

Sebaſtiani *Aquilani Ga*
*bo Gallico liber, eiuſdem de fe*
*donicum de Gonzaga Mantu*
*Henricus Petri impreſsit Ba*
*& Vincentius de Portonar*
*Mar. Gatinaria.*

Sebaſtianus *Auguſtus*
*grammaticam Hebrææ lingua*
*purgi, anno* 1530. *Item arbore*
*vocant, ibidem* 1532. *Claruit*
*te annos aliquot immatura m*

Sebaſtiani *Auſtrij Rube*
*mani, explanatio in Pauli Æ*
*uerſam ſuper hac re materiam*
*ſa Argentorati apud. Io. Scho*
*ebiatri Mechelingenſis liber,*
*ue morborum dignotione &*
*pum Hiſpanorum regem, ar*
*Sebaſtianum Auſtrium repu*
*ro Latinior factus, cum præ*
*dum Romanorum regem, & c.*
*ſthemerus excudit Baſileæ, an*
*burgi Briſgoiæ, anno Salutis*
*tiam fatis conceſsit.*

Sebaſtianus *Beſſelmeie*
*ſis, ſcripſit Germanice hiſtoria*

Digitized by Google

*burgenſis. Liber impreſſus Baſileæ Germanice, & Latine etiam.*

Sebaſtiani *de Bucellis Florentini ſumptibus & liberalitate aucta eſt S. Crucis bibliotheca, quæ eſt Florentiæ.*

Sebaſtianus *Titio, aliâs Brant, Argentinenſis, vtriuſq; iuris profeſſor, ſcripſit ſuper titulis vtriuſque iuris lib. 1. roſarium diuæ Mariæ ſapphicum. in laudem virginis ænigmata vet. teſta. de virginali conceptu poßibili, admirationem Mariæ adueniente angelo. ſalutationem angeli. de locis mirificis beatæ virginis. compaßionem virginalis. conſolationem Chriſti ad matrem. de colaphis Chriſti. de ingratitudine edentium manna. in laudem ſancti Sebaſtiani. vitam ſancti Onophrij. in laudem ſancti Valentini. in laudem ſancti Iuonis. vitam ſancti Bernardi. in laudem ordinis Carthuſien. de contemptu ſeculi. laudes beatæ Chriſtianæ prope Baſileā. contra aduocatos calumniantes. de captiuitate regis Maximiliani. elegiam in mortem Imperatoris Friderici* III. *Variorum epigrammatum lib. 1. de ſtultorum nauicula, ſatyras planè diuinas carmine Latino, & rhythmis etiam Germanicis. Iuris ciuilis & canonici omnium titulorum expoſitiones, ſiue declarationes: impreſſæ Baſileæ apud Michaelem Furter, 1505. ex recognitione autoris, cum libello Ioan. Baptiſtæ de Cazalupis, de modo ſtudendi in vtroq; iure, & nominibus ſcriptorum in iure. Varia carmina in laudes Sanctorum, & Epithalamion Maximilia. regis, & Blancæ Mariæ reginæ Rom. &c. Idem in Germanicā linguam tranſtulit librum Moreti de moribus iuuenum, impreſſum Argentinæ, anno 1508. Scripſit etiam memorabiles euangeliſtarum. Item librum, quem inſcripſit Chronica Germaniæ, præſertim Alſatiæ & vrbis Argentoratenſis, impreſſum cum Germanicis Chronicis Hedionis. De origine & conuerſatione bonorum regum, & de laude ciuitatis Hieroſolymæ. Præterea, ſcripſit in quædam opera Baptiſtæ Mantuani, commentarios: Pariſijs impreſſos. Eius liber de titulis iuris impreſſus eſt Venetijs, 1564.*

Sebaſtianus *Caſtalio, ſcripſit dialogos ſacros lib. 4. quibus præcipuæ tam veteris quàm noui teſtamenti hiſtoriæ tam eleganter tenellæ ætati proponuntur, vt nihil ad pietatis ac linguæ eadem opera perdiſcendæ rationem parari accommodatius poſſe videatur. Ioannes Oporinus excudit primum Baſileæ, anno 1545. & 1548. & poſtremo 1551. ab authore recognitos, ac magna acceßione auctos. Sibyllina oracula de Græco in Latinum carmine heroico conuertit, ac annotationes adiecit: liber excuſus ab eodem, anno 1546. pſalterium Dauidis regis, reliquaq; ſacrarum literarum carmina, & precationes, vera Latinitate donauit, additis argumentis & difficiliorum locorum declarationibus: excuſus eſt liber ab eodem, 1547. Moſem Latinum ex Hebræo fecit, præfationemq; adiecit, in qua multiplex eius doctrina oſtenditur, & adnotationes, in quibus tranſlationis ratio, ſicubi opus eſt, redditur, & loci difficiliores explicantur: excuſus ab eodem, anno 1546. Scripſit præterea Sirillum eclogam, de natiuitate Chriſti ſaluatoris, excuſam cum alijs Bucolicorum authoribus, apud eundem Oporinum, anno 1546. Moſis inſtitutionem Reipublicæ Græcolatinam, ex Ioſepho in puerorum gratiam decerpſit, impreſſ. Baſileæ apud eundem. Ionam prophetam heroico carmine Latino deſcripſit. vitam D. Ioannis Baptiſtæ Græco carmine heroico libris 3. idem Oporinus excudit, 1548. Odæ in Pſalmos 40. & odæ in carmina Moſis duæ, excuſæ Baſil. cum pijs aliquot poetis, apud Ioan. Oporinum, anno 1551. Poſtremò vertit tota Biblia, ita diligenter ac ſumma fide ad Hebraica & Græca exemplaria collatis veteris ac Noui teſtamenti libris omnibus, ac inde in Latinam linguam, obſeruata vbique & perſpicuitatis & elegantiæ & proprietatis ipſius ratione, vt omnes omnium verſiones hactenus editas longo poſt ſe interuallo reliquiſſe videatur. Adiectæ ſunt etiā eiuſdem Annotationes, quibus & verſionis ſuæ ratio redditur, & difficiliora loca explicantur, Baſileæ excudit Iac. Parcus, ſumptibus Ioan. Oporini, 1551. Nouum teſtamentū ex eiuſdē verſione, ſeorſim excuſum, eodem año enchiridij forma, ab Opor. Idem tranſtulit è Græco Xenophontis librum de repub. Athenienſium, excuſ. Baſil. Item Cyrilli Alexandrini libellum, De exitu animi & ſecundo eius aduentu: qui habetur 4. tomo operum Cyrilli. Idem ſuam Bibliorum tranſlationem recognouit & adiecit ex Flauio Ioſepho hiſtoriæ ſupplementum ab Eſdræ temporibus vſq; ad Machabæos, itemq; à Machab. vſq; ad Chriſtum, Opor. impreßit in magno folio. Recognouit tranſlationem ſuam oraculorum Sibyllinorum, Commentarios Italicos Bern. Ochini in epiſtolam ad Romanos Latinitati donauit, excuſos Auguſtæ in 8. Item eiuſdem Labyrinthos, De cœna Domini, & Dialogorū duos tomos. Libellum de imitatione Chriſti. Tranſtulit etiam quædam Homeri. Biblia Gallice reddidit. Scripſit etiam defenſionem ſuæ tranſlationis Noui Teſtam. contra Theodorum Bezam, & reprehenſionē tranſlationis ipſius. Dicitur etiam quoſdam libellos alieno nomine in publicum edidiſſe, De non puniendis hæreticis, De prædeſtinatione, Theologiam Germanicam, &c. de quibus nihil affirmare poſſum.*
** Sub nomine Ioannis Theophili, tranſtulit in linguam Latinam, Theologiā Germanicam. 8. Baſil. Oporinus, 1557. Tranſlatio vtraq; Bibliorum à multis reprehenditur, & vir doctißimus Theodor. Beza eum manifeſte multos locos noui fœderis corrupiſſe arguit & ſcripto peculiari aduerſus eius reprehenſiones edito, docet ſacras literas in Latinū & Gallicum ſermonem peßime ab ipſo conuerſas eſſe.*

Sebaſtianus *Coquillatus Scipio, Latine conuertit libellum Cl. Galeni, Quos, quibus, & quando purgare oporteat, &c. & commentarijs illuſtrauit: Liber excuſus Lugduni à Rouillio, anno Domini 1553. Idem ſcripſit De materia & forma medicamentorum, tam eorum quæ intus aſſumuntur, quam quæ foris adhibentur.*

Sebaſtiani *Corradi annotationes in omnes epiſtolas Familiares Ciceronis, impreſſæ Baſileæ apud Robert. Winter, & Ioan. Oporinum, cum aliorum*

*quoque ſcholijs in eaſdem. in Ciceronis ad Atticum epiſtolas commentaria iuſta, excuſa Venetijs apud Scotum,1544. Eius emendationes & ſcholia in Valerium Maximum, vnà cum Valerio ſunt excuſa Venetijs in officina Eraſmiana adud Vincentium Valgriſium, anno 1545. Extat eiuſdem in M.T.Ciceronē Quæſtura, quo in libello præter ea quæ cum ex Cicerone, tum alijs autoribus, ſupra ducenta partim reſtituuntur, partim explicantur loca, ratio quoq; mendas in omni ſcriptorum genere non temerè emendādi optima certiſſimaq; traditur: excuſum Venetijs,1537. Eiuſdem commentarius in quo Ciceronis de claris oratoribus liber, Brutus, explicatur, excuſus Florentiæ à Torrentino. Eiuſdem oratio de officio doctoris & auditoris, ibidem excuſa in 4. chartis 5. & dimid. Claruit anno 1549. Scripſit etiam commentaria in Virgilij Æneidos primum librum, excuſa Venetijs (vt opinor) in 8. Vertit ex Græco in Latinum Platonicos dialogos ſex. De iuſto. De virtute, an tradi doctrina poſſit. Demodocum ſiue de conſultando. Syſiphum vel de deliberando. Eryxiam vel de diuitijs. Definitiones.*

Sebaſtianus *Derrerus Areſtauienenſis, I.C. ſcripſit Iuriſprudentiæ lib.1. inſtar diſciplinæ inſtitutum, & axiomatibus magna ex parte conſcriptū. Frellæi excudere Lugd.1540.*

Sebaſtianus *Entaillator, edidit Venetijs figuras diuerſas animalium, ædificiorum & aliarum rerum ad vſum pictorum.*

* Sebaſtianus *Fabricius, Tigurinus eccleſiæ Hyperuitoduranæ paſtor fideliſſimus, vir pius & eruditus, in omni genere rerum diligentiſſimus, ſcripſit Supputationem Horologiorū ſolarium Arithmeticam, Baſileæ excudebat Henric Petri. in fol. anno D. 1579. Petri Nonij de crepuſculis librum nouis ſchematibus illuſtrauit. Ibidem excuſæ anno 1583. Eiuſdem Fabrica quadrantis horarij & Geometrici. Inſtitutio de vſu Aſtronomici & Geometrici Quadrantis. Deſcriptio Cylindri, mobilem licet, tamen eccentricum habentis indicem. Deſcriptio horologij annularis, omnia Germanicè. Plura quoque huius generis opuſcula præclara & vtilia præ manibus habet.*

* Sebaſtianus *Ferber libellum Germanicarū precum emendauit, editum anno 1547.*

* Sebaſtiani *Flaſchij M. Profeſſio, in qua Lutheranam hæreſin liberè abiurat, & abiurationis ſuæ cauſas viginti duas adducit. in 4. Ingolſtadij, apud Weiſſenhornios.*

Sebaſtiani *Foxij Morzilli, Hiſpalenſis, Ethices philoſophiæ compendium, ex Platone, Ariſtotele, alijſq; optimis quibuſq; auctoribus collectum, excuſum eſt Baſileæ à Ioan. Oporino, anno 1554. in 8. chart.18. & dimid. Eiuſdem cōmentaria in Timæū Platonis ab eodem excuſa ſunt in fol. Commentarij in Phædonem Platonis. Item in libros Platonis de republica, impreſſi ab Oporino in folio. De demonſtratione. De exercitatione dialectica. De iuuentute. De honore. Omnia ſimul impreſſa ab eodem in 8. De conſenſu Platonis & Ariſtotelis liber excuſus 8. De naturæ philoſophia libri 5. in 8.*



Sebaſtianus *Francus W*
*paradoxa theologica, Arcam*
*gnatum ſeptem ſigillis. * De*
*lis. Prouerbia Germanica, D*
*variarum gentium noui præ*
*complura ſcripſit Germanice*
*rum Germanicorum partes d*
*excuſæ: In qua editione Prou*
*communes ordine alphabetic*
*na illis correſpondentia addun*
*authore fuſius declarantur. E*
*Speculum & imago vniuerſi*
*editus liber anno 1534. Libe*
*ebrietatis. in 4. anno eodem, o*
* Sebaſtianus *Frenglius G*
*ditionem Tripolim verſus, à*
*lippo, 1559. factam. Germ. M*
Sebaſtianus *Fræſchelin*
*de Spiritu ſancto, de diabolo,*
*milias tres editas anno 1563.*
Sebaſtianus *Guldebek,*
*Latinæ linguæ peritiſſimus,*
*goniam ad verbum: Ioan. Op*
*quamuis non adiecto interpre*
*ris Heſiodi Græcis & Latine*
*Ariſtophanis comœdias omne*
*tationibus, quas propediem*
*ficina Ioannis Oporini. item*
*Nazianzeni de Chriſti paſſio*
*ribus ipſius Græce & Latine*
*Baſileæ, anno 1550. & quæd*
*adhuc inchoata detinet, aliqu*
*abſoluenda, & in lucē edend*
*ripidis Latine conuertit: ſcri*
*annotationes in primum & ſe*
*dos Homeri, impreſſas. Præ*
*multa ad Græcum exemplun*
*Græcum ex vetuſtiſſimo exe*
*quædam in illo tranſtulit. O*
Sebaſtiani *Heidelauffi*
*t... quibus probare conatur*
*gelicos non tantum à recenti*
*apoſtolica Romana eccleſia d*
*Germanice. De noua concor*
*guſtanæ confeſſionis per Iaco*
*ta. Monachij, 1572. Germani*
*qui Auguſtanam confeſſione*
*ticulis comprehenſa. Ibidem*
Sebaſtiani *Hofmeiſter, e*
*reſponſio ad quandam confu*
*impreſ. eſt. * Idem edidit Ac*
*dotum in Rhetia habita, 1526*
Sebaſtiani *Linckij decl*
*ſtudiorum ordine & ratione*
*anno 1337.*
Sebaſtiani *Marij, medic*
*forma totius artis Hippocrati*
*capita contracta.*
Sebaſtiani *Medicis Flor*
*legibus & ſtatutis. Florentia*
*tractatus de Definitionibus, i*

Digitized by Google

rè omnes termini I.V. Ibidem,1571. * Eius item tractatus de fortuitis caſibus.8.Florentiæ. Relationes decretorum & canonum Concilij Tridentini collectæ.8.Florentiæ.1579. Summa peccatorũ capitaliũq́; ſecundũ opinionem doctorum. Tractatus de compenſationibus.8.Florentiæ.Tractatus, Mors omnia ſoluit, nunc mendis, quibus ſcatebat, ſublatis, recuſus. 8. Francof.apud Nicolaum Baſſeum, 1580. De ſepulturis,& opuſcula ſeptem.8.Florentiæ,anno 1580.

Sebaſtiani Meyer,natione Germani,eccleſiaſtæ Bernenſis,& Argentoratenſis poſtea,commentarius in Apocalypſin Ioannis, noſtro huic ſeculo accommodus: Froſchouerus excudit Tiguri. Idem ſcripſit commentaria in D. Pauli ad Corinthios vtranque epiſtolam & in epiſtolam ad Galatas annotationes breues,excuſas Bernæ,anno 1546. in 4. Eiſdem Nundinæ papales. German.ſcriptus liber.

Sebaſtiani Monticuli Vicentini Commentarius in tres titulos inſtitutionum. De rerũ diuiſione. De rebus corporalibus & incorporalibus,& de actionibus. Patauij,1570.in 4. Eiuſdem Tractatus de inuentario hæredis: cui adiectum eſt gloſſema ad l.fin.C.de iure deliber.Francofurti,1573.in octauo. * Tractatus de inuentario hæredis,ſecunda editione vltra duplum auctus. Adiecta ſunt: alterũ gloſſema de Auth. de hæred. & Falc. non ſine fœnore prioris gloſſematis: Antiphanucius, hoc eſt,defenſio Monticuli aduerſus Phanucium.4.Venetijs.

Sebaſtiani Montis ſacrati, Oratio de optimarum diſciplinarum ſtudijs à Senatu populoq́; Lucenſi reſtitutis & auctis. Lucæ,1549.

Sebaſtiani Montui natione Galli, medici noſtri temporis, Medicinalium dialexeon libri duo: adiectus eſt de his quæ ad rationalis medici diſciplinam,munus, laudes, conſilia & præmia pertinent, libellus: Michael Parmenterius impreſſit Lugduni,anno Domini 1537.

Sebaſtianus Lepuſculus, Baſilienſis, annotationes in octauum Topicorum librum Ariſtotelis,in academia Baſilienſi ex ore D.Simonis Grynæi exceptas edidit,excuſas Baſileæ apud Hier. Curionẽ, anno 1545. Floruit Baſileæ,anno 1551.

Sebaldi Munſteri oratio de legibus, impreſſa in Germania,cum alijs quibuſdam.

Sebaſtianus Munſterus natione Germanus, vir cum in varijs linguis, tum Hebraica præcipue doctus,& varijs ſcientijs, maximè verò mathematicis præclarè imbutus: ingenioſis ac pijs lucubrationibus Germanice, Latine, & Hebraice conſcriptis, de bonis literis omnibus,linguis,philoſophia & theologia,optime meritus,ſcripſit Horologiographiam, vel horologiorum compoſitionem, recognitam, & auctam,adiectis multis nouis deſcriptionibus & figuris,in plano,concauo, conuexo, erecta ſuperficie, &c. Hen. Petrus excudit Baſileæ,1533. Organum Vranicum, in quo explicantur theoricæ omnium planetarum,atq; eorundem ſinguli & quotiani motus, ad annos vſq; centum & vltra exprimuntur: Lunæ quoq; in lumine creſcentis, ſeneſcentis, & per eclipſim deficientis: item Solis deliquium patientis, omnis varietas: quibus omnibus commodi adiecti ſunt canones: Opus ibid.excuſum,1536. Canones ſuper nouum inſtrumentum luminarium,docentes quo pacto per illud inueniantur Solis & Lunæ medij & veri motus,lunationes,coniunctiones, oppoſitiones,caput draconis, eclipſes,horæ inæquales & nocturnæ æquales, ortus ſolis & occaſus, aſcendens cœli,interuallum,aureus numerus,&c. excudit Cratander Baſileæ,1534. Tabulas quaſdam nouas ad Geographiam Ptolemæi adiecit, quæ & excuſæ ſunt apud eundem,anno 1546. Explicationem tabulæ Cuſanæ, excuſam apud Cratandrum. Depictionem vrbis Baſilienſis,cum deſcriptione circumiacentis regionis. introductionem in librum noui orbis. Coſmographiam Germanicam,cum plurimis tabulis geographicis: opus ingens, in quo perſtringuntur omnes regiones, regna & principatus mundi,potiſſimum Germaniæ,quando orti ſint ſinguli ducatus, ciuitates, & alia dominia, & quæ in eis temporum ſucceſſu contigerunt notatu digna: conſcriptum ſermone Germanico, & impreſſum año 1543. & rurſus,1545. inſigniter locupletatum. Scholia in libros Pomponij Melæ, & C.Iulij Solini,impreſſa Baſileæ apud Iſingrinium. Libri ad Hebraicæ linguæ cognitionem ab eo ſcripti, vel ex Hebræis tranſlati,ſunt hi: Iſagoge elementalis in Hebraicam linguam. item lectio Hebraica ex Euangelio Matthæi,impreſſa à Frobenio,anno 1535. tabula coniugationũ Hebraicarum,ibidem. Hebraicæ grammaticæ præcipua illa pars, quæ eſt de verborum coniugationibus,& eorum affixis,per chartas 6. vnà cum tabula coniugationũ abſoluta. Hen. Petri impreſſit,1536. R.Moſche Kimhi Grammatica iuxta Hebraiſmum verſa. Acceſſit in eandem Eliæ Leuitæ commentarium,id quoq; verſum: Cratander excudit, 1531. Grammatica Hebræa Eliæ Leuitæ,ſcholijs illuſtrata. item inſtitutio elementalis in eandem linguam, ex Eliæ varijs libellis concinnata. quibus omnibus & Tabula coniugationũ pulchrè explicata acceſſit. Frobenius excudit, 1537. Compoſita verborum & nominum Hebraicorum,opus Romæ Elia Leuita authore editum, et Hebraicæ linguæ ſtudioſis neceſſarium, Ioan.Frobenius excudit,1525. Hebraicæ inſtitutiones,inſcriptæ Capitula Cantici,ſpecierum proprietatum, & officiorum,in quibus ſcilicet agitur de literis, punctis, & quibuſdam accentibus Hebraicis,authore Elia Leuita,ibidem excuſæ,anno 1527. Vocabula Hebraica irregularia,quæ vel ordine, vel coniugatione,aut tempore componuntur, in ordinem alphabeticum digeſta. Henricus Petri excudit,1536. Accentuum Hebraicorum liber 1. ab Elia Iudæo editus. Item liber traditionum,eodem autore: Henricus Petri excudit,1539. Opus grammaticum Hebraicum abſolutum ex varijs Elianis libris, complectens elementarium conſummatum, numerandi rationem, pronominum declinationes, verborum integras coniugationes, artificium ſubijciendorum affixorum,nominum varias formulas & mutationes, conſignificatiuorum explicationes, magiſtrales abbreuiationes, accentuum tractationem, metro-



Digitized by Google

*rum compoſitionem. Additus eſt liber Tobiæ, quem Hebraicum ſuppeditarunt Iudæi Conſtantinopolitani, cum verſione & annotationibus Sebaſtiani Munſteri: opus ibidem excuſum, 1542. Verſio Latina textui Hebraico reſpondet è regione. dictionarium Hebraicum, ſiue Hebraicolatinum, ex Rabbinorum commentarijs, cum Chaldaicis vocabulis, quorum in Biblijs vſus eſt. Frobenius impreſſit. 1525. & 1535. Kalendariũ Hebraicum, ex Hebræorum penetralibus, quod non tam Hebraice ſtudioſis quàm hiſtoriographis & Aſtronomiæ peritis ſubſeruire poterit. Ioan. Frobenius impreſſit, 1527. Chaldaicam Grammaticam primus omnium conſcripſit, item in Commentaria Hebræorum regulas aliquot generales, vbi & modi loquendi Hebraice plurimi, abbreuiaturæ Hebraicæ generales, necnõ plurimæ ſpeciales, Latine & Hebraice explicatæ: opus ex eadem officina editum, 1527. Aruch, ſeu Dictionarium Chaldaicum, ex eadem officina. Prouerbia Salomonis iuxta Hebraicam veritatem tranſlata, & annotationibus grammaticis illuſtrata: liber excuſus Baſileæ, 1524. cum textu Hebraico & Latino è regione. Iſaias Hebraice & Græce, cum duplici Latina verſione, & ſuccincto commentario Hebraico, ex Rabi Dauid Kimhi collecto. Hebraica Biblia cum planè noua Sebaſtiani Munſteri tranſlatione è regione locata, quoad fieri potuit Hebraicæ veritati conformata, collatis vbq; vetuſtiſſimis & probatiſſimis eius linguæ ſcriptoribus: adiectis inſuper è Rabinorũ commentarijs annotationibus haud pœnitendis, pulchrè & voces ambiguas, & obſcuriora quæq; elucidantibus, in tomos duos diſtincta: impreſſa Baſileæ 1535. Eadem tranſlatio (ſine Hebraico textu, ac ſine commentarijs) adiectis libris apocryphis, ſiue eccleſiaſticis è LXX. verſione, & Nouo Teſtamento Deſ. Eraſmo interprete, impreſſa eſt Tiguri, 1539. Idem opus integrum, Hebraice inquam & Latine cum commentarijs, denuò año 1545. excuſum eſt. Matthæus in lingua Hebraica, cum verſione Latina, atq; ſuccinctis annotationibus Sebaſtiani Munſteri, editus Baſileæ ab Hen. Petri. Rabi Aben Ezræ commentariolus Hebraicus in Decalogũ, cum verſione Sebaſtiani Munſteri è regione, impreſſus Baſil. à Ioã. Frobenio, 1527. Hiſtoriarum Iudaicarum lib. 5. ex Ioſepho Hebræo in Latinam linguã tranſlati. Tredecim articuli fidei Iudæorũ R. Moſis. Ioſippi compendium elegans hiſtoriarum Ioſephi, complectens Acta LXX. interpretum, Geſta Machabæorum, & Herodum, & excidium Hieroſolymitanum. Item 10. captiuitates Iudæorum, incerti authoris: omnia Hebraice cum Latina interpretatione Sebaſtiani Munſteri è regione, impreſſa ſunt Wormaciæ, apud Petrum Schœffer, 1529. R. Symeonis logica Latina fecit. Dictionarium trilingue, in quo Latinis vocabulis in ordinem alphabeticum digeſtis Græca & Hebraica reſpondent: Hebraicis adiecta ſunt magiſtralia & Chaldaica. Hen. Petri impreſſit, 1520. Et rurſus poſtea, adiecto libro de Hebræis vrbium, fluminum, montium, & aliorum locorum nominibus. Colloquium cum Iudæo pertina*



*citer ſuis de Meſſia opinioni*
*& Latine conſcriptum, per*
*rum: Henr. Petri excudit, 1*
*Coſmographiæ vniuerſalis*
*Romanorum imperatorem:*
*ſitus, & regionum tabulæ, n*
*nes & deſcriptiones, omniun*
*item regum & principũ gene*
*tur. Hoc opus Latine & Ger*
*1550. apud Hen. Petri. Claru*

Sebaſtianus *Murrho C*
*ter alia, ad Iacobum Wimp*
*ſem, breuem, ſed perpulchra*
*bus Germanorum lib. 1. in B*
*lib. 1. epiſtolas plures ad diuer*
*Prima & ſecunda Baptiſtæ*
*cum annotatiunculis Sebaſti*
*ginibus, excuſæ argentorati,*
*Knoblouchum. Epitomen r*
*ab eo cœptam, Iacobus Wi*
*Claruit anno 1494.*

Sebaſtianus *Nouimola*
*Deſpauterij Syntaxim in abſ*
*dum. Huic accedunt, Libellu*
*ne in declaratione grammati*
*de ſyncategorematis, de propr*
*parationis, & de ſpeciebus n*
*Poſtremò Deſ. Eraſmi de rat*
*Ioan. Gymnicus impreſſit Co*

Sebaſtiani *Paparellæ li*
*preſſus Venetijs. Eiuſdem in*
*ra humana. Item de ſufficie*
*naturalium omnium rerum*
*anno 1542. in quarto.*

Sebaſtianus *Pontanus,*
*data orationis ſtructura. Lug*
*anno 1551.*

Sebaſtianus *Rotenhan*
*niam deſcripſit.*

Sebaſtianus *Sapia iuriſ*
*tiones in aliquot Rubricas &*
*licet de officio eius. in l. 1. eiuſ*
*ſuper Rubr. de offic. aſſeſſ. in*
*Rub. de iuriſd. om. iud. in l.*
*cui iuriſdictio: ibid. in l. impe*
*quidam. & l. fin. ibid. in l. iub*
*more. * Eiuſdem conſilium.*

Sebaſtiani *Schefferi Al*
*ta, Francofurti, 1572. octauo.*
*niſſimis verſibus redditus, Ibi*

Sebaſtianus *Scropha, tr*
*de bono & malo ſucco, imp*
*Wechelum, anno Domini 15*

Sebaſtiani *Serlij de archi*
*netijs impreſſi. Eiuſdem liber*
*guntur & deſcribuntur antiq*
*& aliæ tum extra tum intra*
*licè Venetijs apud Franciſcun*
*Domini 1540. in magno fol*
*theatra, amphitheatra, pyram*
*quinq; libri de architectura im*

Digitized by Google

1569. Latine. * Eiuſdem liber 7. de architectura, in quo tractatur de multis accidentibus quæ contingere poſſunt architectori in diuerſis locis & varijs formis, Francofurti ad Mœnum Wechelus, 1575. in folio regali, Italicè et Latinè.

Sebaſtiani Sigmarij, encomium cicadæ ad iuuenum animos rectè inflammandos, conſcriptum Viennæ Auſtriæ, anno 1539. & ſequente anno impreſſum in Germania.

* Sebaſtiani ſolidi querela muſarum ſeu contemptus ſtudiorum humanitatis. in 4. Viennæ Auſtriæ, anno 1546.

Sebaſtiani Sperberi, Armamentarium ſpirituale, hoc eſt ſententiæ conſolatoriæ in grauiſſimis tentationibus. Witebergæ, 1571. duodecimo.

* Sebaſtiani Spradleri paſtoris eccleſiæ Oetingenſis, præcipuorum argumentorũ, quibus hoc tempore Ieſuitæ aliją papiſtici doctores, ad ſeducendum homines abutuntur refutatio. Germanice in 4. Tubingæ, 1574.

Sebaſtianus Stockhamerus Germanus edidit Commentarios in D. Andreæ Alciati Emblemata. Lugduni impreſſit Tornaſius, 1556. in 16.

Sebaſtiani Theoderici Winshemij mathematum profeſſoris, Nouæ quæſtiones ſphæræ, hoc eſt, de circulis cœleſtibus & primo mobili, in gratiam ſtudioſæ iuuentutis ſcriptæ. Witeber. 1567.

* Sebaſtianus Titio, vide Sebaſt. Brant.

* Sebaſtianus Tuſcus D. Auguſtini confeſſiones ex Latino in Haſpanicum ſermonem conuertit. Coloniæ, anno 1556.

Sebaſtianus Vantius de nullitatibus * proceſſuum ac ſententiarum, qui tractatus nunc à mendis repurgatus. 8. Col. apud Gymnicum, 1580.

* Sebaſtiani Verronis Friburgenſis Heluetij, Phyſicorum libri 10. in 8. Baſileæ per Euſebium Epiſcopum, anno 1579.

Sebaſtiani Vrredman Carminum quæ cythara pulſantur libri duo. Louanij, 1569.

Sebaſtiani Winder Oratio gratulatoria nomine academiæ Viennenſis, ad cardinalem Gurcenſem, 1515.

Sebaſtianus Weiman doctor Erphordiæ ad beatam Mariam, comportauit Speculum pacificæ Virginis Mariæ, quod continet multa notabilia capitula.

Seboſus quidam allegatur à Plinio 5. 6. 8. 12. et 13. libro Naturalis hiſtoriæ.

Secæi tetraſtichon lib. 7. Anthologij.

* Seciliotæ Chronicon. 4. M. S. bib. Imp. Vien.

Secundiani à Tabetis martyris, & Secundini à Carpis, & Secundini à Chezas verba, leguntur apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Secundinus epiſtolæ 2. & 4. apud Cyprianũ author, cum aliquot alijs coepiſcopis lib. 1.

Secundini Manichæi epiſtola ad ſanctũ Auguſtinum, ſexto eius operum tomo legitur, ante librum quem Auguſtinus contra eundem ſcripſit.

Secundi hexaſticon lib. 1. Anthologij, ſectione 33. & aliud ſect. 57. & octoſtichon lib. 4. ſect. 12.

Secundus Athenienſis ſophiſta, cognomine Plinius, & Epiurus à quibuſdam dictus, vtpote filius fabri: præceptor fuit Herodoti ſophiſtæ, & ſcripſit declamationes rhetoricas. Suidas.

Secundus Tridentinus, Longobardorum vſą ad ſua tẽpora deſcripſit hiſtorias. Paulus Diacon.

Sedatus epiſtolæ 4. & 12. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiſcopis lib. 1.

Sedati à Tuborbo verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Sedulius preſbyter. Vide Cœlius, & Ioan. Trittemium in Sedulio.

Sedulius Iunior Auſtralium Scotorum epiſcopus, ſcripſit ſtatuta concilij Romæ ad S. Petrum habiti lib. 1. Claruit anno 714. Baleus.

Sedulius autor epiſtolæ 11. apud Cyprianum, cum alijs preſbyteris lib. 1.

Seleucus Alexandrinus grammaticus cognomento Homericus, Romæ docuit. Commentarios ſcripſit in omnes penè poetas, De Synonymorum differentia, De falſo creditis rebus, De Alexandrinorum prouerbijs, De Dijs libros 106. & alia miſcellanea. Suidas. Huius forte ſunt quæ ab Athenæo citantur Gloſſæ, & liber de Helleniſmo.

Seleucus Emiſenus grammaticus, Piſcatoria ſcripſit libris 4. In Lyricos commentarium. Parthicorum lib. 2. Suidas. Athenæus citat Seleuci Piſcatoria ſed ipſum Tarſenſem cognominat.

Seleucus grammaticus ἐν πρώτῳ περὶ φιλοσοφίας citatur à Laertio. Is forte fuerit Alexandrinus.

Sellius, vel Sillius, qui & Homerus, grammaticus, fuit ante Menandrum. Suid.

Semaia propheta de Kiriath Iearim, Roboami regis geſta quæ deſiderantur conſcripſit, vt legimus in libris regũ, & Athanaſ. in Synopſi ſua teſtatur.

Sempronius Aſellio ſub P. Africano Tribunus militum ad Numantiam fuit, resą eas quibus gerendis ipſe interfuit, conſcripſit. Eius rerũ geſtarum libri 5. & decimus tertius citantur à Gellio, & quadrageſimus rerum Romanarum à Chariſio.

Semus Eleus grammaticus, ſcripſit Deliacos lib. 8. Circuitus 2. De Paro 1. De Pergamo 1. De Pæanibus, quo in opere meminit muſicorum quorundam generum, &c. Suidas. Citat Athenæus Semi Deliada, Neſiada (hoc eſt de inſulis, cuius operis partem eſſe puto librum de Paro) & Pæanes: nominat autem hunc Delium.

Senatus Wigornienſis monachorum Wigorniæ præſes, Anglus, ſcripſit Epiſtolarum opus lib. 1. Pallij pontificij rationem lib. 1 Vitam Oſwaldi Epiſcopi lib. 1. Vitam Wolſtani Epiſcopi lib. 1. Claruit anno 1170. Baleus.

Senior Zadith, vide in Zadith.

Septimij Seueri Afri verſiculi quidam extant de laudibus Iani. Vide Gyraldum, qui & alibi imperatoris eiuſdem nominis ac gentis meminit, qui vitam ipſe ſuam tum publicam tum priuatam perſcripſit, quæ nunc non extat.

Septimus quidam Alexandri imperatoris vitam atą res geſtas conſcripſiſſe dicitur.

Seraphinus Cumiranus Feltrenſis cõcilianis



Digitized by Google

tribus tomis locos communes totius ſacræ ſcripturæ, qui inter ſe pugnare videntur. Pariſ. Ioannes Foucherius, 1556.

Seraphinus *Eccleſianus, edidit Emblema Flos florum, cum ſignificatione, carmine. Item carmen in inſigne PP. Iulij tertij. Mediolani excudit Franciſcus Marchiſinus.*

Serapionis *qui geographica ſcripſit meminit Cicero 2. ad Atticum.*

Serapionis *Antiocheni ſcripta allegantur à Plinio libro 2. & 4. Naturalis hiſtoriæ.*

Serapion. *Vide Sarapion.*

Serapion *ex anachoreta, eccleſiæ Antiochenæ epiſcopus, ſcripſit ad Domnionem Iudaizantem lib. 1. Ad Carinum de Montano lib. 1. de Euangelio ſub nomine Petri lib. 1. epiſtolas breues, ſed plures lib. 1. Claruit 193.*

Serapionis *Aſcalonitis ſcripta citantur apud Fulgentium in Mytholog.*

Serapionis *ſermo de impugnatione omnium vitiorum, extat inter Collationes Ioan. Caßiani.*

De Serapionis *libris contra ſectas, Galenus ait ſe ſcripſiſſe duos libros.*

Serapionis *ſenarij duo citantur à Stobæo, in ſermone de Iniuſtitia.*

Serbidius *Scæuola vetus I.C. ſcripſit quæſtionum, aliâs variarum quæſtionum lib. 20. Reſponſorum libros 6. regularum lib. 4. Libros ſingulares. de quæſtione familiæ lib. 1. quæſtionum publice tractatarum lib. 1. Digeſtorum lib. 40.*

Serenus, *qui & Athenæus, cognomine Ælius grammaticus, ſcripſit epitomen tractatus Philonis, de vrbibus, & qui in ſingulis claruerint lib. 3. Epitomen ſcriptorum Philoxeni. in Homerum lib. 1. Suidas.*

Sereni *Antiſſæi de Cylindri ſectione libri duo aut 3. vt alij aiunt, Græci extant Romæ in bibliotheca Pontificia, & apud Diegum Hurtadum Venetijs, & in Strozæ biblioth. Feruntur etiã Latine extare. Franc. Maurolycus Sereni Cylindrica in lucem ſe daturum promittit. Hermannus Gogaua Sereni Cylindrica in Latinam linguam tranſtulit.*

Sereni *ſermones 2. vnus de ſpiritualibus nequitijs, alter de principatibus ac poteſtatibus, cum Ioan. Caßiani Collationibus habentur.*

Sergius *Galba, imperatoris Galbæ auus, non incurioſam, vt Suetonius refert, ſcripſit hiſtoriam.*

Sergius *Paulus citatur li. 18. Naturalis hiſtor.*

Sergij *Vrſoni Neapolitani Gloſſæ ſuper conſtitutionibus regni Siciliæ.*

Sergius *Zeugmateus, ſcripſit epitaphium Sophiſtæ & fratri ſuo Sabino, & alium librum pro cauſidicis ad Ariſtidem. Suid.*

Sergij *monachi ſermones Græci extant in bibliotheca Auguſtæ Vindelicorum.*

Sergius *Grammaticus. Vide in Seruio.*

Serim *ſomniorum interpres ſæpiſſime citatur à Leone Thuſco.*

Serini *Apomnemoneumata, id eſt, librum de memorabilibus dictis, non rarò allegat Stobæus. Serini Epitome Philonis de vrbibus, citatur in Etymologico.*



Serlo *Doroberneſis Anglus, monachus Benedictinus, edidit Contra monachorum libidines lib. 1. Commentarios in Pentateuchum lib. 5. De differentijs lib. 1. De prouerbijs lib. 1. Homilias quoque lib. 1. Claruit anno 960. Baleus.*

Serlo *Grammaticus, Anglus, Ciſterctenſis ordinis monachus, rhetor & poeta, ſcripſit de quodam bello Scotico lib. 1. De morte Sumerledi lib. 1. In orationem Dominicam lib. 1. De dictionibus diſſyllabis lib. 1. De dictionibus æquiuocis lib. 1. De dictionibus vniuocis lib. 1. Claruit año 1160. Baleus.*

Serlo *Normannus, monachus, ſcripſit ſuper oratione Dominica lib. 1. Obijt año 1104. Baleus.*

Sertorius, *quem Fortanerium nonnulli appellant, ordinis fratrum Minorum, natione Anglicus, ſcripſit quodlibeta diſputata, lectiones theologiæ, ſuper Auguſtino de ciuitate Dei lib. 22. Denique fertur etiam in Bibliorum libros varia ſyntagmata lucubraſſe. Claruit anno 1356.*

Seruanus *Scotorum Epiſcopus, & Orchadũ apoſtolus primus, ſcripſit ad Orchadianos illos Epiſt. plures. Claruit anno 440. Baleus.*

* Seruatij *Clauij Montenſis Enchiridion diuinarum conſolationum. in 8. Coloniæ, apud hæredes Arnoldi Birckmanni, 1579.*

Seruaſius *Ædicellius, Agrippinas, ſcripſit heroico carmine, vitam Sancti Willebrordi lib. 1. Ioannes Lelandus.*

Seruilius *grammaticus, citatur à Chariſio.*

Seruitor. *Vide Albucaſin: eſt enim idẽ autor.*

Seruij *Claudij commentarij citantur à Gellio lib. 13. cap. 22.*

Seruij *Galbæ ad Ciceronem epiſtola, legitur lib. 10. familiarium Ciceronis epiſtolarum.*

Seruius *Maurus Honoratus, idem qui Marius Sergius etiam appellatur, ſcripſit cõmentaria in vtranq; artem Ælij Donati: Rob. Stephanus excudit Pariſijs, & Adamus Petri Baſileæ, vnà cum libello de quantitate ſyllabarum. Centimetrum ad Albinum de totidem carminum vſitatorum generibus, excuſum ab Aldo cum Horatio & cum Io. Deſpauterij opere verſificatorio, circa finẽ. Libelli duo, vnus de pedibus verſuum, alter de ſyllabarum quantitate impreßi Tubingæ, 1537. ab Vlricho Morbardo, cum Marij Victorini de orthographia & ratione carminum libris 4. &c. Opuſculum de litera, inuentum ante annos circiter quinquaginta in cœnobio quodam Italiæ ad Bobium oppidum. Raph. Volaterranus, in Geographia ſua. Commentarij in opera P. Virgilij Maronis, cum indice eorum quæ à Seruio explicantur, excuſi Pariſijs, 1532. Baſileæ apud Hieron. Curionem, & olim Venetijs.*

Seruius *Sulpitius vetus I.C. Ciceroni coniunctißimus, aliqui P. Seruium Rufum Lemoniam appellant, ſcripſit edictorum lib. 2. ad Brutum. ad Neratium lib. 4. ad Vitellium Sabinum lib. 4. Notas in Q. Mutium Scæuolam. Extant eius epiſtolæ 2. ad Ciceronem lib. 4. Familiarium epiſtolarum Ciceronis, doctißimè conſcriptæ. Eius epiſtola ad Varronem. In reprehenſis Scæuolæ capitibus. In libro de dotibus, In libro de Teſtamentis, citatur ab A. Gellio.*

Digitized by Google

A. Gellio. S. Sulpitius Rufus ſæpe citatur à Pompeio Feſto, ſemel tamen expreſſo libri nomine pro Aufidia.

Seruius Sulpitius filius citatur à Pomp. Feſto.

Seruus Dei epiſcopus, ſcripſit aduerſum eos qui dicunt Chriſtum in hac vita degentem non vidiſſe carneis ſuis oculis patrem, ſed poſt reſurrectionem ex mortuis, & aſcenſionem in cœlos, &c. Gennadius. Trittemius addit, eum claruiſſe anno 480. Alius eſt Theodulus, quanquam & hoc nomen Seruum Dei ſignificet.

Seſtius vel Sextius apud Plinium ſæpe citatur, de Hippace quidem eadem ex Sextio citat quæ de ea Dioſcorides ſcribit, videndum num & alia quædam, & an Dioſcorides à Seſtio multa mutuatus ſit.

* Sethi varia collectanea, de natura animalium iuncta interpretatione herbarum, per Alphabetum in quarto, Manuſc. bibl. Imp. Viennæ. Vide Simeonis Sethi, an idem ſit autor, neſcio.

Seuallus Magnanimus, Eboratenſis archiepiſcopus, ſcripſit Breuiloquium ad Alexandrum lib. 1. Statuta ſynodalia lib. 1. Ad ſuos ſacerdotes lib. 1. Sermones & epiſtolas lib. 1. Obijt anno Dom. 1258. Baleus.

Seueriani cuiuſdam ethnici Græci, tempore Zenonis imperatoris, vitam deſcribit Suidas: & epiſtolas aliquot egregie ab eo ſcriptas teſtatur.

Seuerianus Gabalenſis eccleſiæ epiſcopus, ſcripſit expoſitionem in epiſtolam ad Galatas, & de baptiſmo & Theophaniæ ſolennitate libellum, in eccleſia Conſtantinopolitana hom. 1. De morte innocentum hom. 1. Homilia eius de pace, cum ſuſpectus eſſet Ioan. Chryſoſt. habetur inter homilias ſecundi tomi Chryſoſtomi, quæ primo loco ponuntur, numero 18. editionis Baſilien. Latinæ. Nominatur Seuerianus & inter illos theologos, ex quibus deſumpta eſt Exegeſis in epiſtolā Pauli ad Rom. impreſſa Baſileæ à Rob. Winter, 1537. Ioan. Lonicero interprete. Conciones eius 14. in Geneſin Græcas Ioan. Alelexander Braſſicanus in bibliotheca ſua Viennæ ſe poſſidere ſcribit. Eſt etiam ſermo eius cum homilijs patrum, quas Alcuinus Leuita collegit. Claruit anno Domini 400. Seueriani ſermo de natiuitate Chriſti, & alius de ſignaculis, citantur in Theodoreti Eraniſte.

Seuerianus quidam, poſt Hieronymum, Gennadium, & Iſidorum, ſcripſit de viris illuſtribus li. 1. Ioannes Lelandus.

* Seuerini Cornet Valencenatis, eccleſiæ D. virginis Mariæ Antuerpienſis Phonaſcij Cantiones Muſicæ 5. 6. 7. & 8. vocum. 4. Antuerpiæ apud Chriſtoph. Plantinum 1582.

Seuerini Gœbelij medici, de ſuccino libri duo: prior theologicus continens piam commonefactionem de paſſione, reſurrectione, ac beneficijs Chriſti, qui in hiſtoria ſuccini depinguntur: alter phyſicus & medicus, qui tradit veram de origine ſuccini ſententiam. Tiguri apud Geſneros fratres, cum Corollario Conr. Geſneri.

D. Seueri Aug. Nouellarum liber. Titulus eſt vnus, cum interpretatione, de abrogatis capitibus iniuſtis legis Diui Maioriani, excudit Henricus Petri Baſileæ, cum codice Theodoſij, anno Domini 1528. Citatur etiam Seuerus in fragmentis Gregoriani codicis.

Seuerus Malacitanæ vrbis epiſcopus, ſcripſit contra Vincentium Cæſarauguſtanæ vrbis epiſcopum, qui de catholica fide in Arianam prauitatem fuerat deuolutus. Correctorium lib. 1. De virginitate ad ſororem lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Claruit anno 580.

Seuerus presbyter, cognomento Sulpitius, Aquitanicæ prouinciæ, ſcripſit epiſtolas ad amorem Dei, & contemptum mundi exhortatorias: ſcripſit ſorori ſuæ duas, quæ & notæ ſunt: & ad Paulinum Nolanum duas, & ad alios alias. Chronica. Vitam beati Martini epiſcopi. Collationem Poſthumiani, & Galli de conuerſatione monachorum orientalium, & ipſius Martini, per dialogum. Hæc ex Gennadio, qui eadem copioſius perſequitur. De vita S. Martini libri tres adhuc extant, item collatio Poſthumiani & Galli. Claruit anno 420. Extant eiuſdem libri duo hiſtoriæ ſacræ, Baſileæ excuſi ab Oporino: poſt etiam Orthodoxographorum volumini inſerti. Citantur etiam Seueri chronica à Greg. Turonenſi & alijs. Vita B. Martini Sebarienſis, cum collatione Poſthumiani & Galli impreſſa eſt cum Abdia Babylonio, Baſileæ, Coloniæ & Pariſijs nuper, 1571. * Scholia in Seueri hiſtoriam ex Petri Galeſinij notationibus excerpta. Antuerpiæ Chriſt. Plant. 1574. Sulpitij Seueri opera, quæ extant, à Victore Giſelino emendata. Vita Sulpitij Seueri, eod. Giſelino auctore.

Seueri epiſtola ad D. Auguſtinum, numero triceſima ſeptima, inter D. Auguſtini epiſtolas.

Seuerus poeta fuit tempore Ouidij, ad quem extat elegia in quarto de Ponto.

Seueri ſophiſtæ Romani, genere Afri, ſub Anthemio rege hiſtoriam ſcribit Suidas, ſed nihil ab eo ſcriptum refert.

Seueri Ethopœiæ, Meletæ, & Demoſthenis ſchemata: ſeruantur in bibliotheca Strozæ.

Seueri medici ſcriptorum fragmenta leguntur in libris Aetij, nempe, Curatio communis vlcerum oculi, & confectio ſucci fœnograeci. De carbunculis genarum. De ægilope. De inurentibus tempora. De arteriæ ſectione. De linimentis totius capitis.

Sextilius Anteus citatur apud Plinium 28. li. Naturalis hiſtoriæ.

Sextilius Hena Hiſpanus Cordubenſis, verſus ſcripſit de Ciceronis morte. Forte Hemina.

Sextius Niger, Græce libros aliquot de medicina Volaterranus lib. 14.

Sextij Syllæ Carthaginenſis ſcripta citantur apud Plutarchum in Romulo.

Sextus ſub imperatore Seuero librum de reſurrectione ſcripſit. Hieronymus.

Sextus Cæcilius Gallus iureconſultus inſignis, ſcripſit librum de verborum ſignificatione, quæ ad ius ciuile pertinent, cuius meminit Gellius.

Sextus Chæronæus Plutarchi ſororis filius,



Digitized by Google

philoſophus, tempore Marci Antonini Cæſaris, diſcipulus Herodoti Philadelphæi, ſectæ Pyrrhoniæ, ſcripſit ethica & ſceptica libris 10. Suidas. Perperam autem, vt iudico, Sceptica tribuuntur Sexto Chæroneo, cum mox ſubijciat Sextum Lybicum philoſophum Sceptica & Pyrrhonia ſcripſiſſe libris 10.

Sexti *Empirici aduerſus Mathematicos, hoc eſt, aduerſus eos qui profitentur diſciplinas, opus Græce nunquam, Latine nunc primum editum, Gentiano Herueto interprete. Eiuſdem Sexti Pyrrhoniarum Hypolypoſeon lib. 3. quibus in tres philoſophiæ partes ſeueriſſime inquiritur, interprete Hen. Stephano. Antuerpiæ apud Plantinum in fol. anno 1569. Sunt etiam ſeparatim editi Latine hypotypoſeon libri ab Hen. Stephano. Extant Sexti Pyrrhonia manuſcripta Græce in bibliotheca Diegi Hurtadi Mendozæ, & SS. Ioannis & Pauli Venetijs. S. Fioræ, Strozæ.*

Sexti *philoſophi Platonici de medicina animalium, beſtiarum, pecorum, & auium, liber impreſſus Tiguri apud Froſchouerum, anno 1539. cum ſcholijs Gabrielis Humelbergij. Idem impreſſus eſt Norimbergæ apud Petreiũ, 1538. titulo, Sexti Placiti Papyrienſis.*

Sexti *Pythagorici enchiridion, vide in Xyſto.*

Sextus *Ælius* I.C. *ſcripſit Tripartita de legibus.*

Sexti *Aurelij Propertij Vmbri elegiarum lib. 4. impreſſi Venetijs apud Andream Patacichis Catarenſem, anno 1508. cum Tibullo & Catullo, et Baſileæ apud Henricum Petri.*

Sextus *Aurelius Victor, ſcripſit de vitis et moribus imperatorum Romanorum, à D. Cæſare Auguſto vſq; ad Theodoſium: ex quo opere excerpta quædam & abbreuiata habemus, impreſſa ab Aldo, & Argentinæ apud Matthiam Schurerium, 1505. cum præfatione Laur. Abſtemij. Gryphius etiam excudit Lugduni 1542. & Cratand. Baſileæ 1530. & Frobenius cum C. Suetonio, &c.*

Sexti *Gallici ſcripta citantur à Plinio lib. 25. Naturalis hiſtoriæ.*

Sexti *Iulij Frontini viri conſularis ſtrategematicon & ſtratagematum lib. 3. excuſi Pariſijs apud Wechelum, & Coloniæ apud Ceruicorn. 1532. cum Fl. Vegetio, de aquæductibus vrbis Romæ lib. 2. impreſſi Baſileæ apud Bebelium, 1530. cum Myrſilo Leſbio, &c. & Florentiæ, 1522. cum M. Vitruuio. Iul. Frontini liber de qualitate agrorum inuentus in cænobio quodã Bobij oppidi in Italia. Raph. Volaterranus: impreſſus autem Pariſijs, cum alijs limitum authoribus ex emendatione Turnebi.*

Sextus *Pompeius Feſtus, ſcripſit 20. libros de verborum ſignificatione, ſiue priſcorum verborum cum exemplis: in quibus libros Verrij Flacci eiuſdem argumenti in breuiorem formam redegit. Hos libros poſtea Paulus quidam tempore Caroli Regis in Epitomen redegit, quæ pro Feſti libris in omnibus libris ſubſtituta & in publicum edita eſt. Aldus Feſti fragmenta edidit, ſed cum epitome Pauli coniuncta. Primus omnium Antonius Auguſtinus,*



omnia fragmenta Feſti colleg
tiam Pauli epitome, vbiq; tan
Pauli eſſent admonens : ini
gmentis Verij Flacci, & in f
ditis. Liber impreſſus primu
& Venetijs apud Zilletum, 1

Sextus Pomponius vet
Mutium lectionum libros 15
piſtolarum lib. 20. ad Plau
miſſorum lib. 5. Senatuſconſ
ridij lib. 2. regularum lib. 1.
ue quæſtionum, aliâs ad edit
bus lib. 15.

Sexti Ruffi viri conſul
ria Romana, excuſa Baſilea
tri, et ibidem apud Heruagi
& Coloniæ apud Gymnicum
antea emaculatior.

Sextus Turpilius Com
fuit. Vide Gyraldum.

Sfortiæ Oldi I.C. Per
ſtitutionis tractatus. Peruſia

* Sibæus Olphenius ſcrip
virorum, apud Oſnaburgen.

Sibertus de Beka, nati
Gelrenſis, Carmelita, ſcrip
4. ſummam cenſurarum no
gulam ordinis ſui lib. 1. & q
quoque ordinis ſui correxit.
ſcripſit faſciculum florum b
lib. 1. Arnoldus Boſcius.

Sibyllinorum Oracul
roicis Græce conſcriptos, cu
ſti Betuleij, & alijs, excudit
anno 1545. Et anno 1546. c
ſtiano Caſtalione Latine re
num Caſtalionem. In bibl.
tur extare libri quatuordeci
rius voluminis ibidem hic ti
βίβλος λόγοι θ μέχρι τῦ ιδ. De Sib
alios. * Sybillæ oracula in
Imp. Viennæ.

Sibyntius Theodoctæ
mulus, ſcripſit artem rhetori

Sicardus præſul Crem
am pontificum. Raph. Volat
ficijs lib. 8. Ioannes Leland

Siculi Flacci cuiuſdam
dentia, apud ſe extare Ioan.
præfatione ſuper codice The
cum alijs limitum auctoribu
Turnebo in quarto 1554.

Sidonij, Maximi, Vrb
lium ad Cyprianum, libro 3.
prianum.

* Sidonius, de ſpiritu ſan
Dionyſij epiſtolis, in quarto.
næ. Sidonij Apollinaris, vid

Sidonem Ponti filiam
cem, Sanchuniathon Bybli
ſerit.

Digitized by Google

Sifridus *epiſcopus Cirenenſis, ordinis fratrum Prædicatorum, natione Germanus, ſcripſit ad Theodericum archiepiſcopum Moguntinum, de Iudæorum vſura lib. 1. de cenſibus & redemptione lib. 1. ſermones et collationes lib. 1. quæſtiones varias lib. 1. & quædam alia.*

Sifridi *preſbyteri Miſnenſis, compendium hiſtoriarum à creatione mundi vſque ad annum D. 1307. Epitomen Sifridi edidit V. CL. Gregorius Fabricius cum ſuis annalibus Miſnæ, anno D. 1569. Lipſiæ.*

Sigebertus *monachus Gemblacenſis, ordinis S. Benedicti, natione Gallicus, ſcripſit vitam S. Theoderici epiſcopi lib. 1. paſſionem S. Luciæ metricè lib. 1. de tranſlatione eiuſdem lib. 1. vitam Sigeberti regis lib. 1. paſſionem Thebeorum carmine lib. 1. vitam S. Guniberti lib. 1. geſta abbatum Gemblacen lib. 1. vitam S. Maclouij lib. 1. vitam S. Theobardi lib. 1. contra papam Gregorium lib. 1. apologiam ad imperatorem lib. 1. contra epiſtolam Paſchalis papæ lib. 1. in Eccleſiaſten heroico metro lib. 1. hiſtoriarum poſt Euſebium lib. 1. de illuſtribus viris ſui ordinis lib. 1. de computo eccleſiaſtico lib. 1. ſermonum quoque lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. & Chronicam, quam Tritemius vſque ad annum D. M. D. X I. perduxit. Volaterranus hiſtorias Pontificum ad annum vſque 1131. conſcripſiſſe ait. Dicitur etiam ſcripſiſſe de ieiunijs quatuor temporum, & de ſcriptoribus famoſis. Sigeberti Chronicon ab anno Domini 381. ad 1113. cum inſertionibus ex hiſtoria Galfridi, & additionibus Roberti abbatis Montis 103. ſequentes annos complectentibus, excuſum Pariſijs vænit 10. ſolidis Gallicis.*

Sigebertus *Pius Orientalium Anglorũ Rex, ſcripſit Legum inſtituta lib. 1. monachus deinde factus, anno 652. Obijt. Baleus.*

Sigeboti *monachi de vita Paulinæ liber.*

Sigefridi *Sacci, de Academica Pontificiorum dubitatione in negotio iuſtificationis, quæ omnem euertit fiduciam nitentem promiſſione & meritis Chriſti. Magdeburgi, anno Domini 1569. In octauo.*

Sigiſmundi *& Friderici Germanicorum imperatorum prouerbia. Argentinæ impreſſa, anno Domini 1519.*

Sigiſmundus *Arquer Calaritanus theologiæ ac iuris vtriuſque doctor, deſcripſit inſulam Sardiniam, operi Coſmographico Sebaſtiani Munſteri inſertam.*

* Sigiſmundi *Dominacztij Pragenſis oratio, de lætiſſima Chriſti natiuitate, vna cum alijs eiuſdem orationibus in 12. Pragæ 1570.*

Sigiſmundi *Fulginatis ſecretarij Apoſtolici carmina in exequijs Platinæ, in fine operum ipſius Platinæ.*

Sigiſmundus *Gelenius, Bohemus, vir diuerſis linguis & variarum rerum cognitione doctiſſimus, ſcripſit Lexicon Symphonum, quo quatuor linguarum Europæ familiarium, Græcæ ſcilicet, Latinæ, Germanicæ ac Sclauonicæ concordia conſonantiaq; indicatur, partim διὰ τεσσάρων, vbi in omnibus prædictis linguis eiuſdem ſignificationis vocabula è regione ponuntur, quæ etiam literis & pronunciatione conueniunt, vel omnia vel aliqua: partim διὰ τριῶν, partim διὰ δυοῖν: Frobenius excudit Baſileæ 1537. & poſtea Robertus Winter, anno Domini 1544. Annotationes eius in T. Liuium, Baſileæ cum ipſo Liuio excuſæ, & Lugduni ſeorſim, anno Domini 1541. Annotationes in Plinij hiſtoriam naturalem, cum eodem excuſæ Baſileæ. Præfatus eſt in Eutropij hiſtoriam. è Græco in Latinum ſermonem tranſtulit, Dionyſij Halicarnaſſei de geſtis Romanorum hiſtorias, excuſas Baſileæ, apud Frobenium, anno Domini 1549. Item Ioſephi Iudæi hiſtorias, ibidem anno 1550. excuſas. Chryſoſtomi homilias aliquot cum manuſcriptis Græcis exemplaribus contulit, emendauit, ſuppleuit. E Græco in Latinum ſermonem tranſtulit Euagrij rerum eccleſiaſticarum hiſtoriam, Originem contra Celſum, Philonis opera omnia. Appianum de bellis Punicis, Syriacis, Parthicis, Mithridaticis, Ciuilibus, Gallicis. Omnia hæc excuſa Baſileæ in officina Frobeniana. Obijt anno Domini (ni fallor) 1554. Vita eius à Cœlio S. C. deſcripta, præfixa eſt Appiano ab eo conuerſo. * Edidit etiam Epigrammatum Græcorum libros ſeptem cum auctario: quos Ioanni Friſio Tigurino dedicauit. Baſileæ apud Frobenium, anno 1549. Eiuſdem interpretatio in omnia Iuſtini philoſophi & Martyris quæ extant opera. In 8. Pariſijs 1580.*

Sigiſmundus *Gelous Tranſyluanus, ſcripſit hiſtoriam Franciſci Spieræ Ciuitatulani, qui ob fidei ſanioris abnegationem in ſummam incidit deſperationem. Excuſam Baſileæ, cum doctorum aliquot virorum præfationibus, anno Domini 1550. Ex Euripide vertit aliquot tragœdias, quarum vna tantum excuſa eſt, Oreſtes, Baſileæ apud Ioan. Oporinum, anno 1550. Idem ſcripſit orationem de beatitudine, Quæſtionem, An honeſta natura ſint, an vero opinione. Patauij excudit Iacobus Fabrianus, anno Domini 1549.*

Sigiſmundus *Groſſenbrot, ſcripſit Chronica Auguſtenſium, quæ extant Viennæ Auſtriæ apud Wolfgangum Lazium medicum Vien.*

Sigiſmundus *Hemmelius magiſter cantorum Wirtebergici ducis, harmonias nouas compoſuit in omnes Pſalmos Dauidis, quæ Tubingæ impreſſi ſunt, 1569.*

* Sigiſmundi *Kolreuteri de vſu & abuſu iudicij ex inſpectione vrinæ, Germanice in 8. Noribergæ apud Theoder. Gerlazium.*

Sigiſmundus *Liber Baro Herberſtein Neyperg & Guttenhag, ſcripſit rerum Moſcouiticarũ commentarios, excuſos Viennæ primum Auſtriæ, deinde Baſileæ apud Ioannem Oporinum, an. 1551. & 1571.*

Sigiſmundi *Loffredi in dubijs compluribus Andreæ de Iſernia ſcriptis extricationes, ſeu paraphraſes, & nonnulla quæſtiones. De gradibus affinitatis ex his ſimul excuſa ſunt Venetijs, 1572. in folio. Eiuſdem Conſilia ſiue Reſponſa: item Paraphraſes Feudales, ſubtiliſſimaq; quæſtiones, necnon*

Digitized by Google

Commentaria ad L.Iuriſconſultus.ff. de gradibus: à mendis repurgata vna cum ſummarijs, & indice reuiſa à Ioanne Drentero, excuſa ſunt Francofurti 1573. in folio.

Sigiſmundus Lupulus Rotenburgius, collegit rudimenta prima Grammaticæ, Syntaxim Latinæ linguæ, excuſam Argentinæ apud Iacobum Iucundum, 1544.

Sigiſmundus Schorkelius nuper edidit Helmoldi hiſtoriarum librum, inſcriptũ Chronica Slauorum Francofurti, 1573. * Eiuſdem elegia de contemplatione aſtrorum & eclypſis lunaris, in quarto Wittenbergæ 1551.

* Sigiſmundi à Sauraro Oratio, de Ferdinando principe, Archiduce Auſtriæ & Styriæ principe. 8. Græciæ 1580.

* Sigiſmundi Seld conſiliũ pro imperatore Ferdinando, in cauſa quadam contra pontificem agitata. Manuſ. liber in fol. bibl. Imp.

Sigiſmundi Sueui Freiſtadienſis, Explicatio ſimilitudinis ſancti Bernardi de auaritiæ curru. Ienæ, 1570. Herodis conuiuium ſeu de decollatione Ioannis Baptiſtæ. Ibidem, 1569. Explicatio verborum Pſalmi 23. Ego autem vermis & non homo. Item noui anni aut ſtrenarum diſtributio, &c. Gorlicij, 1570. Admonitio de cauenda deſperatione, in qua indicatur quomodo diabolici laquei dubitationum ſoluendi ſint. Ibidem 1572. Parricidij cuiuſdam hiſtoria, cum vtili admonitione. Ibidem Germanice. De quinq; letalibus ſignis ægrotantis mundi. Witebergæ, 1572. Germanice. Peregrinatio ſpiritualis ad S. ſepulchrum: hoc eſt fides, doctrina & vita Chriſtianorum, ſententijs elegantibus, ſimilitudinibus & exemplis deſcripta. Gorlicij, 1573. Germanice in octauo. Catalogus operum Lutheri Latine & Germanice in folio. * Eiuſdem tractatus de terræmotibus eorumque ſignificatione, Germanice editus, anno 1582.

Signorolus de Homodeis, vt citatur in ſumma Angelica, ſcripſit in Rubricas primi ff. vet. de adoptionibus l. ſi arrogator, et de legibus. l. princeps legibus ante ſua conſilia in 2. ff. vet. de iureiurando. l. nam & poſtea. parag. minor. In Rub. 1. ff. noui. de don. cau. mor. l. vbi ita donatur. In 1. infortiati, de iniuſt. nup. l. ſi ego & in Rubr. ſoluto matri. l. ſi extimatis. in 2. infortiati, de legatis 2. l. peto. parag. fratre. in 1. Cod. de ſumma trinitate. l. nemo. & l. 1. & de iuris & facti. l. cum quis. &, de ſacroſan. eccl. Auten. ingreſsi. in 2. Cod. de inſti. & ſubſti. l. 1. &, de fideicom. l. poſt mortem. &, vnde liberi. l. qui ſe patris. Præterea ſcripſit de præcellentia doctoris & militis conſilia, ex quibus peculiariter nominatur conſilium, quomodo intelligatur iuratum ſuper negotio lucis ſuppoſito ſtatuto.

Silanio poeta citatur à Plutarcho.

Sileni gloſſas, et Sileni Calatiani Sicelica Athenæus citat.

Silenus Primo hiſtoriarum citatur à Laertio & libro 2. Ætnæ à Stephano.

Sillanus de Nigris nominatur à Symphoriano Campegio inter ſcriptores rei medicæ. Scripſit autem commentaria in 9. Almanſoris, excuſa Venetijs à Luca Antonio Iunta, anno Domini 1518. in folio.

Sillius nomen proprium, aliâs Sellius, vt ſuprà.

Silij Italici poetæ de bello Punico lib. 17. quibus bellorum Carthaginenſium ingenioſiſsima conſilia deſcribuntur: excuſi Venetijs apud Aldum, 1523. & Baſileæ apud Thomam Wolf. cum annotationibus Hermanni Buſchij. Et Venetijs cum commentarijs Petri Larſi, apud Baptiſtam de Tortis, anno 1483.

Siluius Antonianus in lucem edidit Gab. Faerni Emendationum in Terentium libros 6. quos Iuntæ impreſſerunt, 1565. in octauo.

Symachum de Attali inſtitutione, Simari, & alibi Simariſti ſynonyma, citat Athenæus.

Simeon Dunelmenſis, ſcripſit de rebus geſtis Anglorum lib. 1. De rebus Dunelmenſium lib. 1. Claruit anno 1164.

Simeon, vide Symeon, & Simon.

Simmias Rhodius grammaticus, ſcripſit Gloſſarum lib. 3. Poematum diuerſorum lib. 4. Fuit à primo ortu Samius, & in Amorgi colonia dux, & ipſe miſſus eſt à Samijs. Amorgum in tres vrbes diſtribuit, Minoam, Ægilaum, Arceſimen. Fuit 406. annis poſt bellum Troianum. Scripſit ſecundum quoſdam primus Iambos & alia diuerſa, & antiquitates Samiorum. Suidas videtur hunc confundere, cum Simonide Amorgino. Simmias Rhodius Ariſtophanijs vſus metris, citatur ab Hephæſtione. Idem poeta citatur à Clemente Strom. 1.

Simmias poeta in menſib. citatur à Stephano.

Simmias Thebanus Socratis auditor, ſcripſit dialogos 33. vno volumine. De ſapientia. De Veritate. De Muſica. De Verſibus. De Fortitudine. De Philoſophia. De Ratiocinatione. De Literis. De Doctrina. De Arte. De Regimine. De Decoro, quid eligendum, quidue fugiendum ſit. De Amico. De Scientia. De Anima. De Bene viuendo. De Poſsibili. De Pecunijs. De Vita, quid ſit honeſtum. De Diligentia. De Amore. Laertius.

Simocatus, vide Theophylactus.

Simonis cuiuſdam orationes et preces, ſeruantur Græce in Bibliotheca quadam Italiæ: niſi fortè legendum eſt Symeonis.

Simon Alcok, Anglus, theologiæ profeſſor, ſcripſit de modo diuidendi thema lib. 1. Oxonij bib.

Simon Athenienſis coriarius. Quoties ad eius officinam perrexiſſet Socrates, atque diſſereret, omnia quæ meminiſſe poterat notabat. Vnde & ipſius dialogos σκυτικοὺς appellant, quòd inter huiuſmodi opifices habiti ſint. Sunt autem numero 33. qui vno codice comprehenduntur: de Dijs, de Bono, de Honeſto, quid ſit pulchrum & honeſtum, de Iuſto 2. de Virtute, quod doceri non poſsit, de Fortitudine 3. de Lege, de Popularitate, de Honore, de Poeſi, de Bona valetudine, de Amore, de Philoſophia, de Scientia, de Muſica, quid ſit pulchrum, de Diſciplina, de Diſſerendo, de Iudicio, de Ente, ſiue eo quod eſt, de Numero, de Diligentia, de Operando, de

Auaro,

Digitized by Google

Auaro, de Iactantia, de Honeſto. Alij autem de Conſulendo, de Ratione ſiue aptitudine, de Maleficentia Laertius.

Simon quidam Athenienſis ſcripſit [illegible], ſiue de re equeſtri, à quo etiam æneus equus Athenis in Eleuſinio poſitus eſt, & in baſi cælata opera et facta ipſius. Quæcunque vero in eius libro recte ſcripta erant, Xenophon ab ipſo ſe mutuatum ſcribit.

Simon qui ſcripſit artem rhetoricam, alius à priore, à Laertio commemoratur.

Simonis Blichi abbatis Pegenſis in Miſnia, contra Lutherum ſcripta.

Simonis Bolyeau genere Galli, iuuenis in Muſica eximij, Motetta quatuor vocum, impreſſa Venetijs, anno 1544. apud Scotum.

Simon Brabantinus de Quercu, cantor ducum Mediolanen. ſcripſit opuſculum Muſices de Gregoriana & figuratiua, & contrapuncto ſimplici, cum exemplis. Impreſſum in vrbe Germaniæ Landshuot anno 1518.

Simon Bredon, Anglus, patria Wichecombenſis, aſtrorum magiſter ac doctor in medicinis, ſcripſit in demonſtrationes Almageſti lib. 2. Tabulas cordarum lib. 1. Calculationes cordarum lib. 1. In computum eccleſiaſticum lib. 1. Logicam quandam lib. 1. De proportionibus lib. 1. Arithmeticam theoricam lib. 1. In quædam capita Ptolomæi lib. 1. De rebus aſtronomicis lib. 1. Æquationes planetarum lib. 1. Aſtronomiam calculatoriam lib. 1. Aſtronomiam iudiciariam lib. 1. Super aliquas demonſtrationes lib. 1. De latitudine Planetarum lib. 1. Introductorium Alcabitij lib. 1. Atq; alia quædam. Claruit anno 1386. Ex bibl. Baleus.

Simon Brenguerius, ſeu Baringuedus, Toloſanus & Auguſtinianus, ſcripſit de attributis lib. 1. De priori & poſteriori lib. 2. In apocalypſin Ioannis lib. 1. De trinitate lib. 1. De viribus animæ lib. 1. Et opera quædam Auguſtini in concluſiones reduxit. Claruit anno Domini 1390. Nicolaus Bertrandus.

Simon Broſſerius totius naturalis philoſophiæ breuiſſimam epitomen edidit, excuſam Lutetiæ à Colinæo, 1536. * Et Lipſiæ cum ſcholijs Hieronymi Rupei, in 8. anno 1539. Claruit Windocini anno 1536.

Simon Burneſton, Anglus, præſes Dominicanorum per Angliam, compoſuit diſtinctiones theologiæ lib. 1. Alphabetum dictionum prædicabilium lib. 1. De criminibus corrigendis lib. 1. De ordine iudiciario lib. 1. De poſtulandis ſuffragijs lib. 1. Sermones in epiſtolas lib. 1. Sermones in Euangelia lib. 1. Sermones ſubtiles lib. 1. Claruit anno Dom. 1336. Baleus.

Simon de Caſſia, ordinis fratrum eremitarum ſancti Auguſtini, ſcripſit opus inſigne ſuper euangelium totum quod vocauit, geſta Saluatoris, diſtinctum in lib. 15. de doctrina Chriſtiana li. 1. de patientia lib. 1. expoſitionem ſymboli lib. 1. de ſpeculo crucis lib. 1. de diſciplina ſpiritalium lib. 1. Raph. Volaterranus Simonem Carſulanum vocat, ex patria quam Caſcinam nunc dicunt. Eius de geſtis Domini Saluatoris in quatuor Euangeliſtas lib. 15. impreſſi Coloniæ apud Ceruicornum, anno D. 1540. * Eiuſdem pars prima de vita Chriſtiana, in folio. Manuſcripta in biblioth. Imper. Claruit anno Domini 1340.

Simon de Corbeia, Gallus, doctor Pariſienſis & prouincialis Carmelitarum Franciæ, ſcripſit Gloſſas ſcripturarum lib. 1. Sermones quoque plures lib. 1. Atque alia. Claruit anno Domini 1312. Ioannes Triſſa.

Simon à Corroy profeſſione Celeſtinus, ſcripſit pandectas legis euangelicæ, excuſas Lugduni à Gryphio, anno Domini 1547. in 16. & Antuerpiæ apud Steelſium.

Simon de Cremona, ordinis fratrum eremitarum ſancti Auguſtini, ſcripſit ad Antonium Germanum ſuum presbyterum ſermones. ſuper Euangelia lib. 1. ſuper epiſtolas quoque lib. 1.

Simon de Euersham, Anglus, Eccleſiæ rector, compoſuit ſuper priora Ariſtotelis lib. 2. Super poſteriora eiuſdem lib. 2. Quæſtiones de anima lib. 1. De ſenſu & ſenſato lib. 1. Quæſtiones ſuper Ethica lib. 10. Quæſtiones in Meteora lib. 4. In Ariſtotelem de animalibus lib. 1. Claruit ſub Eduardo tertio. Baleus.

Simonis Fagelli Villatici Boemi, opuſcula Lipſiæ excudit Nicolaus Wolrab, anno Dom. 1538. De cœna Domini conciones 3. Hymnorum lib. 1. Epigrammatum lib. 3. Tumulorum lib. 1. Diſtichorum lib. 1. * Eiuſdem verſus encomiaſtici ad Sereniſſimos Regulos. Maximilianum & Ferdinandum fratres Germanos, in bibl. Imp. Viennæ.

Simonis Falck Lipſenſis, Repertorium iuris, ibidem impreſſum 1457.

Simon Fraxinus Anglus, Canonicus Herefordiæ pro Giraldo amico, ſcripſit contra Adamum Ciſtertienſem Apologiam rhythmicam lib. 1. Super innocentia eiuſdem lib. 1. Ad magiſtrum Giraldum lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos lib. 1. Carmina quoq; li. 1. Claruit anno 1200. Baleus.

Simon Fyshe, Anglus cauſidicus, ſcripſit Querimonias pauperum lib. 1. Obijt anno 1521. Baleus.

Simonis Fontani in prophetam Ruth explicatio. Pariſijs in octauo.

* Simonis Gatti Veneti, archiducis Auſtriæ Caroli, Magiſtri Muſicæ Miſſæ. Venet. 1579.

Simon de Ganut vel Gandauus, Londini natus, Epiſcopus Sariſburienſis, ſcripſit de vita ſolitaria lib. 7. Ad ſuos ſacerdotes lib. 1. Claruit anno 1298. Baleus.

* Simon Goulartius in obitum Bullingeri carmen. Eiuſdem (ſuppreſſo tum nomine) Admonitio ad eos qui poſt lanienam Pariſinam veram religionem eiurarunt, quæ demonſtrat plurima exempla iræ diuinæ tam in perſequutores quam in Apoſtatas. Addita eſt Epiſtola Petri Martyris, eadem de re ad ſuos Florentinos. D. Cypriani oratio de lapſis. Omnia Gallice 1574.

Simon Grynæus Germanus, vir ſcientiarum omnium & linguarum erudítiſſimus, ac ad promo-

Digitized by Google

*uenda bonarum artium ac pietatis ſtudia natus, ex Græcis tranſtulit Ageſilai vitam in Parallelis Plutarchi, quæ cum reliquis Latine redditis, Baſileæ edita eſt. Itē alium Plutarchi librum, qui inſcribitur, Sine rationis aliqua in beſtijs vis, tum vtra animantium plus huius habeant, terreſtriáne an aquatica: Bebelius excudit Baſil. 1534. adiuncto etiam Græco exemplari. Ariſtotelis Elenchorum lib. 2. qui cum cæteris Latinis operibus Ariſtotelis Baſileæ excuſi ſunt. Eiuſdem de virtutibus libellum, adiecta exactiori quadam de virtutibus diuiſione: Rob. Winter impreßit Baſileæ. Eiuſdem de mundo librum ad Alexandrum doctiſſimis commentarijs illuſtrauit: Walderus ibidem impreßit. Annotationes in 8. librum Topicorum, exceptæ ab ore profitentis D. Simonis Grynæi, per Sebaſtianum Lepuſculum, impreſſæ Baſileæ, 1545. apud Hieronymum Curionem, cum Græco textu, adiecta etiam tabula, qua continetur typus omnium præceptorum Ariſtotelicorum, quæ in octauo libro Topicorum interroganti & reſpondenti dantur. Homilias Chryſoſtomi in primam ad Corinthios, quæ poſt vigeſimam ſunt, vſque ad 44. Latinas fecit. Extat eius etiam epiſtola ad Oecolampadium libro 4. epiſtolarum Oecolampadij & Zuinglij, numero 22. epiſtola de obitu Io. Oecolampadij, ab initio eiuſdem operis impreſſa. Item præfationes: In Iulium Pollucem, in Abſyrtum, & reliquos autores Græcos Hippiatros, in Lexicon Græcolatinum ante annos circiter quinque editum, in Plutarchi vitas Latine impreſſas: in quo opere etiam integro multa reſtituit, & locos aliquot declarauit, Bebelius excudit Baſileæ, 1533. In eaſdem Græce excuſas ab eodem. item in Euclidis elementa Geometrica Græca excuſa, 1533. præfatio vbi de diſciplinis Mathematicis egregiè diſſerit. in Cl. Ptolemæi magnæ conſtructionis libros Græcos, 1538. In ſcriptores noui orbis ab Heruagio excuſos. In Iuſtinum à Bebelio excuſum. Præfatiuncula in Hugonis Latimeri orationem de regni ſtatu per Euangelium in Anglia reformando. opera Platonis à Marſilio Ficino verſa emendauit, & cum exemplaribus Græcis contulit, adiecta præfatiuncula. Frobenius excudit, 1539. Scripſit etiam ſomnium ad clariſſimū virum Iacobum Sturmium, carmine heroico, excuſum Baſileæ apud Rob. Winter, anno 1541. Extant etiam apud hæredes eius nondum excuſa, commentaria in epiſtolam Pauli ad Romanos, de cœna Domini liber, opus epiſtolarum, & alia quædam. Floruit Baſileæ, 1539.*

Simon *monachus Haffligemen. ordinis ſancti Benedicti, abbreuiauit Moralia Gregorij papæ lib. 10. In Cantica ſcripſit ſermones lib. 1. viſionem cuiuſdam conuerſi lib. 1. ſermones plures lib. 1. epiſtolas etiam ad diuerſos lib. 1. Collegit etiam excerpta de ſermonibus beati Gregorij papæ in Ezechielem, de collationibus quoq; ſanctorum patrum ex Richardo ſancti Victoris, de 12. patriarchīs & contemplatione, & ex varijs varia non ſpernenda.*

Simon *Henton, Anglus, Dominicanus, compoſuit de decem præceptis lib. 1. De articulis fidei li. 1. Commentarios in Iobum li. 1. Claruit 1358. Bal.*

Simon *Hermannus, Harlemenſis cœnobij apud Batauos Carmelita, ſcripſit Copulata ſermonum lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1460. Nicolaus Harlemen.*

Simonis *Heßi Apologia aduerſus D. Roffenſem, epiſcopum Anglicanum, ſuper concertatione eius cum Vlrico Veleno, an Petrus fuerit Romæ, & quid de primatu Romani pontificis ſit cenſendum. Addita eſt epiſtola de eccleſiaſticorum paſtorum autoritate & officijs in ſubditos, & ſubditorum in ſuperiores obedientia. Liber impreſſus in Germania. Simonis Heßi ſedis Apoſtolicæ Protonotarij, contra Martinum Lutherum epiſtola, ſcripta anno 1521.*

Simonis *Iacobi Arithmetica logiſtica abſolutiſſima, edita Germanice Francofurti in 4.*

Simon *Ianuenſis (aut Genuenſis potius) & Abraham Iudæus, tranſtulerunt Ioan. F. Serapionis opus de ſimplicibus medicamentis ex Arabico in Latinum ſermonem. Annotationes eius plurimæ additæ ſunt & inſertæ vltimæ editioni Pandectarum Syluatici. * Eiuſdem clauis ſanationis opuſculum, in folio.*

Simon *Iſlepus, Anglus, archiepiſcopus Cantuarienſis, ſcripſit ſpeculum regis ad Eduardum* III. *lib. 1. Sermones per quadrageſimam lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Decreta ſacerdotalis ordinis lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos, & alia. Obijt anno 1365. Nicolaus Brigam.*

Simonis *Koferlini libellus Logiſticus Germanicus, 1573. Norimbergæ.*

Simon *de Langton, Anglus, Stephani Cantuarienſis archiepiſcopi frater, & archidiaconus eiuſdem eccleſiæ, ſcripſit de pœnitentia Magdalenæ li. 1. Et alia. Obijt anno Domini 1248. Matheus Parys.*

Simon *Lemnius Germanus Rhætus, ſcripſit Epiſodia de Ioachimo Marchione Brandeburgenſi & eius coniuge, impreſſa anno 1531. Vertit Dionyſium de ſitu orbis verſibus heroicis, liber excuſus Venetijs, anno 1543. Odyſſeæ Homeri lib. 24. heroico Latino carmine tranſtulit, quibus acceßit et Batrachomyomachia Homeri, ab eodem ſecundum Græcum hexametro Latinitate donata. Baſileæ apud Oporinum anno 1550. Bucolicorum Æglogas quinque ab eodem excuſas, anno 1551. Eiuſdem Ethica, ſiue de virtutibus moralibus lib. 4. nondum excuſi carmine ſcripti, extant apud Io. Oporinum. * Eiuſdem carmen gratulatorium ad Ioan. Friſium Tigurinum ob reditum ex Italia. Manuſcrip. Fatis conceßit Curiæ Heluetiorum, peſte graſſante, anno Domini 1550.*

Simon *de Louitz medicus, ſcripſit Enchiridion medicinæ, excuſum Craconiæ, in octauo. Annotationes in Æmilianum Macrum ibidem excuſ.*

* Simonis *Maioli Epiſcopi Vulturarienſis de irregularitatibus, & alijs canonicis impedimentis, quibus eccleſiaſticos ordines ſuſcipere, & ſuſceptos adminiſtrare quiſq; probibetur.*

Simonis *Maricij Pilnenſis (Poloni)* I. C. *de ſcholis ſeu Academijs lib. 2. Excuſi Craconiæ apud Hieronymum*

Digitized by Google

tur scripsit Sanctorum & singulorum mensium, quas Latinas vertit ap. Aloysium Lipomannum & Surium. vide Baron. t. 10. A. C. 8?0. ...



Hieronymum Schaffengergum, anno D. 1551. in 8. chart. 20. In præfatione ſcribit ſe ſuperioribus annis Demoſthenis orationes de pace et libertate Latinas à ſe factas, edidiſſe.

Simon medicus Seleuci & Nicanoris neceſſarius.

Simon Nineruius Homeri Odyſſeam in Germanicam linguam tranſtulit. Francofurti, 1570. in octauo.

Simonis Muſei S. Theolog. D. Catechiſmus Germanicus, de præcipuis dogmatibus Chriſtianæ religionis, de quibus noſtra ætate diſputatur. Idem Figuris illuſtratus, Francofurti, 1570. Eiuſdem ſententia de peccato originis, quod non ſit ſubſtantia ſed extra eius corruptio, tam iuxta materiam quam formam. Ienæ. 1572. Diabolus melancholicus: liber Germanicus de pellendis melancholicis & Satanicis cogitationibus, 1572. * Eiuſdem poſtilla, hoc eſt explicatio Epiſtolarum & Euangeliorum Dominicalium, Germanica in fol. & in 8. Francofurti ad Moenum apud Nicolaum Baſſeum. Eiuſdem explicatio orationis Dominicæ Germ. in 4. 1558. edita.

Simon magiſter & Logotheta ſelegit ex omnibus Baſilij libris, quorum magna pars non extat, Conciones viginti quatuor, de vita & moribus Chriſtianorum. Pariſijs apud Morelium Græce & Latine in 8.

Simonis Nanquarij de lubrico temporum curriculo, deq; hominis miſeria opuſculum carmine. Eiuſdem Bucolicon de funere Caroli VIII. Trecis apud Ioannem le Coq, 1536.

Simonis Pauli Suerinenſis diſputationes rhetoricæ, & breuis textus enarratio Euangeliorum, quæ diebus Dominicis, & feſtis ſanctorum, in eccleſia proponi conſueuerunt, duæ partes. Roſtochij apud Iac. Lucium in 8. 1567. Prima & ſecunda pars methodi aliquot locorum eccleſiæ Dei, continens explicationem præcipuarum controuerſiarum, quæ & viuente Luthero, & poſt obitum eius, de religionis doctrina excitatæ ſunt. Roſtochij. Eiuſdem methodi pars tertia quæ continet explicationem doctrinæ de Sacramentis & aliquot aliorum locorum. Ibidem. * Methodi aliquot locorum doctrinæ eccleſiæ Dei, illuſtratæ exordijs & alijs partibus orationis, in quibus monſtratur vſus dialecticæ & rethoricæ in orationibus quæ pro concione ad plebem habentur: Roſtochij traditæ. Quarta pars continens aliquot locorum, qui hactenus deſiderati ſunt, explicationem 8. Magdeburgi, anno Domini 1580. Eiuſdē poſtilla impreſſa Germanice Ienæ, Magdeburgi. Francoforti in fol. & in 8.

Simon Petrus Apoſtolus, &c. ſcripſit duas epiſtolas, quæ catholicæ nominantur, quarum ſecunda à pleriſque eius eſſe negatur, propter ſtyli cum priore diſſonantiam. Sed & euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem eius è quibus vnus Actorum eius inſcribitur, alius euangelij, tertius prædicationis, quartus Apocalypſis, quintus iudicij, inter apochryphas ſcripturas reputantur. Hæc ex D. Hieronymo.

Simonis Piſtorij Lipſenſis, Diſputatio de morbo Gallico, contra quam ſcripſit Manardus Ferrarienſis. Caſtigationes in declamationes Alabandicas.

Simon Portius philoſophus inſignis, ſcripſit Encomium de dolore capitis: & de incendio Puteolano: epiſtolam excuſam Neapoli, anno Domini 1538. & Florentiæ, anno Domini 1551. Idem ſcripſit Diſputationem, An homo bonus vel malus volens fiat, Florentiæ excuſam, anno Domini 1551. in chart 8. & dimid. De dolore librum ibidem excuſum, anno Domini 1551. in 4. chart. 7. & dimid. De coloribus oculorum. De fato. De cœlibatu. De puella Germanica quæ biennium vixerat ſine cibo & potu. Enarrationem in precationem Dominicam. Scholion in Ioannem. Omnia hæc excuſa Florentiæ à Torrentino. Ariſtotelis de coloribus libellum Latinitate donauit & commentarijs illuſtrauit. Liber ibidem excuſus, anno Domini 1548. in 4. chart. 25. Scripſit etiam de mente humana opus impium & porco non homine auctore dignum, excuſum Florentiæ 1551. in 4.

* Simonis de Pratis, Patricij Piſaurenſis iuris conſulti, de vltimarum voluntatum interpretatione tractatus ampliſſimus, diuiſus in V. libros: hosq; partitos in plures interpretationes & dubitationes, &c. In fol. Frācofurti, impenſis Sigiſmundi Feyrabent, anno 1583. Eiuſdem conſiliorū liber primus in fol. Venetijs 1580.

* Simonis Proxeni carmen de ſerie ducum et regum Bohemiæ vſq; ad Carolum IIII. Imperatorem in 4. Vuittenbergæ 1556.

Simon Riquinus de ἱδρωτικῷ, id eſt Sudatoria febri. Liber impreſſus Coloniæ apud Soterem, anno 1529.

Simon Rothus Aenigmata ſacra Ioannis Bohemi Latine reddidit & auxit. 1568.

* Simonis Schardij I. C. clariſſimi, Lexicon Iuridicum iuris Romani, ſimul & Pontificij à Doctoribus item & Practicis in ſchola atque foro vſitatarum vocum Penus, poſt omnes omnium vigilias Cygneus labor. in fol. Baſileæ 1582.

Simon Simonius Lucenſis philoſophiam primum in Italia, poſtea Geneuæ, & nunc Lipſiæ docet, magna cum laude, edidit autem Commentaria in primum librum Ethicorum Ariſtotelis, impreſſi Geneuæ in quarto. Ariſtotelis Categorias Boetio interprete addita præfatione edidit. Diſputationem de anima impreſſam Lipſiæ cum Ariſtotelis libris de anima ex Michaelis Sophiani verſione. De vera nobilitate. Lipſiæ, anno Domini 1572. in 4. Quæſtionum Dialecticarum fragmentum, in quo examinatur tertia pars anatomes Schegkianæ. Baſileæ anno Domini 1573. Commentaria in Ariſtotelis lib. de ſenſuum inſtrumentis, & lib. de memoria & reminiſcentia: excu. in folio. Antiſchegkianorum libr. 1. in quo ad obiecta Schegkii reſpondetur, vetera non nulla eiuſdem errata inculcantur, nouaque quam plurima peiora prioribus deteguntur. anno Domini 1570. Baſileæ. Scripſit & alia plura partim edita, partem breui, vt audio edenda. * De quibus edita eſt Artificioſa curandæ peſtis methodus, libellis duobus

Ss

Digitized by Google

comprehenſa. Lipſiæ 4. Item ſinopſis breuiſſima nouæ Theoriæ de humoralium Febrium natura, periodus, ſignis, & generali curatione 8. Lipſiæ, 1580.

Simonis Sinapij, Lubeneſis paſtoris in Luſatia, carmina de paſſione Chriſti, quæ in horas eſt diſtributa.

Simon Sothray, Anglus natione, profeſſione Auguſtinianus: ſcripſit de Eccleſiæ authoritate lib. 1. de ſacramento corporis Dominici lib. 1. contra Vuicleuiſtas lib. 1. Floruit anno 1382.

Simon de Spira, natione Germanus, Carmelita, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. contra Iudæos lib. 1. poſtillam Coloniæ lectam lib. 1.

* Simonis Stenij Lomacenſis, ecloga in obitum Reuerendi & Clariſſ. viri, Zachariæ Vrſini Vratislauienſis S. Theologiæ Doctoris & profeſſoris celeberrimi, deq́ eccleſia optime meriti in 4. Neapoli Nemetum 1583. Eiuſdem oratio, continens narrationem de vita & rebus geſtis Philippi Macedoniæ Regis, ex diuerſis authoribus collecta, & in illuſtri ſchola Neoſtadiana pronunciata 4. Neapoli.

Simon Stocklius, ex Cantia Anglorum comitatu oriundus, ſcripſit Homilias ad plebem lib. 1. ad Chriſtiparam virginem Antiph. Vixit anno Domini 1265.

Simon Sulcerus, natione Heluetius, vir in ſacris humaniſque literis, & vtraque lingua non mediocriter doctus, eccleſiaſtes Baſilienſis, Acta ſynodi Bernenſis è Germanico ſermone in Latinū tranſtulit. Cratander impreſſit Baſileæ, anno Domini 1532. Collegit etiam ex vtriuſque linguæ ſacris ac profanis authoribus, locorum communium theſaurū, quē tanto ſtudio ac artificio in certas arculas diſpoſuit, vt de quacunque re ſit dicendum, ampliſſimam in promptu habeas materiam: quod opus in rei publicæ literariæ vtilitatem editurum ſperamus & optamus, vna cum alijs quæ ſubinde meditatur. Claruit Baſileæ anno 1573.

* Simon Thaumaſtas Pritannus Vitam vitæ Nicolai Hemmingij ex Latina in Germanicam linguā tranſtulit in 12. Francofort 1582.

Simon Thomas. vide in Laur. Laurentiano.

Simon de Tornaco presbyter ſcripſit ſententiarum ſuarum lib. 1. quæſtiones varias lib. 1. in ſymbolum Athanaſij lib. 1. in Boethum de Trinitate lib. 1. lecturas ſcholaſticas. Claruit anno 1216. ab alijs autem vocatur Simon Thuruaius.

Simon de Tunſtede, Anglus, Franciſcanus, muſicus, ſcripſit quatuor principalia lib. 1. In Ariſtotelis Meteora lib. 4. Claruit 1369. Baleus.

Simon Thuruaius Presbyter Anglus, compoſuit ſummam theologiæ lib. 1. Inſtitutiones diuinæ paginæ lib. 1. Sententiarum quæſtiones lib. 4. Quæſtiones quaſdam lib. 1. Alias quæſtiones lib. 1. In ſymbolum Athanaſij lib. 1. In Boethium de Trinitate lib. 1. De rerum naturis lib. 1. De Chriſtiana doctrina lib. 1. Lecturas ſcholaſticas li. 1. Vixit anno 1201. Baleus.

Simonis Valamberti epigrammata, Paganus excudit Lugduni, Et Pariſijs Vuechelus in 8. chart. 2. Scripſit & alia quædam carmine.

Simonis Verrepæi * Mechliniæ virginū Thaborenſium Hierarchiæ libellus precum ex patribus et vtriuſq; teſtamenti libris collectus, 1571. Colon. Latinæ linguæ progymnaſmata ex varijs doctorum obſeruationibus collecta. Antuerpiæ, anno Domini 1571. De epiſtolis Latine conſcribendis libri 5. Ibidem. Ludouici Viuis Epiſtolæ aliquot ſelectiores, ab eodem editæ. * Eius Enchiridion piarum precationum, iam denuò auctum, & nouis figuris illuſtratum 16. Antuerpiæ apud Ioannem Bellerum 1581. Eiuſdem noua Grammatices Deſpauterianæ Epitome 8. Antuerpiæ ex officina Plantini, præceptiones de verborum, & rerum copia, Item de figuris, ſiue de tropis, & ſchematibus, per quæſtiones in vſum ſcholarum luculenter, & breuiſſimè explicata 8. Coloniæ anno Domini 1582. De ſelectioribus epiſtolæ clarorum virorum, Petri Bembi, Iacobi Sadoleti. Chriſtophori Longolij & Pauli Manutij, in vſum ſcholarum in tres libros digeſtæ 8. Antuerpiæ anno Dom. 1579. inſtitutionum ſcholaſticarum libri tres. Antuerpiæ apud Ioannem Bellerum anno Domini 1573. de ingenuis ſcholaſticarum moribus 8. Antuerpiæ apud Ioannem Bellerum, anno 1582.

Simon Vicentinus de iudiciali miſſione in poſſeſſionem.

Simon Villanouanus Belga Græce Latineq́ue doctiſſimus, quædam ſcripſit quæ à nonnullis premuntur. Fertur author eſſe Vitæ Chriſtoph. Longolij quæ abſque nomine edita eſt. Præterea epiſtola illius in volumine epiſtolarum clarorum virorum habetur.

Simon Vuichynghan, Anglus, Carmelita, ſcripſit Quæſtiones ordinarias lib. 1. Quodlibeta varia lib. 1. Lecturas in ſcripturam lib. 1. Sermones quoq; lib. 1 Claruit anno 1360. Baleus.

Simonides Cariſtius, vel vt alijs placet Eretrieus, Græcorum in Aulide conuentum duobus trimetrorum verſuum voluminibus complexus, & de Iphigenia librum vnum ſcripſit.

Simonides Ceus, Lyricus, Cambyſæ & Darei regnum, & Xerxis nauale prælium deſcripſit. Item prælium illud quod ad Artemiſium promontorium commiſſum eſt, verſu elego compoſuit: quod vero ad Salaminem factum eſt, lyrico carmine executus eſt. Scripſit et threnos, hoc eſt nænias vel lachrymas. Item laudes, hoc eſt encomia, & epigrammata, quorum adhuc aliqua leguntur. Scripſit & pæanas & tragœdias & Deliacorum dithyrambum, quē Memnon inſcripſit. Gryphis quoq; (& hoc genus poematis) delectatus eſt. Floruit circa Olympiadem 62. Simonidis carmina quæ hodie extant Græce & Latine edita ſunt ab Henrico Stephano, cum cæterorum Lyricorum carminibus.

Simonides iunior huius filius, vel vt alij volunt ex filia nepos, tres genealogiarum libros reliquit, & totidem inuentionum.

Simonidis minoris ſcripta citantur à Plinio lib. 6 Naturalis hiſtoriæ.

Simonides Crinei Amorginus Iambos reliquit & elegiam duobus libris diſtinctam.

Simonides

Digitized by Google

Simonides *Magneſius, Antiochi, cognomento Magni, res geſtas carmine ſcripſit, & præcipue bellum eius contra Galatas.*

Simonides *ad Speuſippum, ſcripſit hiſtorias in quibus Dionis ac Bionis geſta ſignauerat. Laertius in Speuſippo.*

Simplicianus *Mediolanenſ. poſt S. Ambroſiũ epiſcopus, ad Auguſtinum alioſq; diuerſos vtiles cõſcripſit epiſtolas, quæ partim hinc inde reperiuntur. vide Gennadium.* Claruit anno 420.

Simplicius *papa, natione Tiburtinus, ſcripſit ad Io. Rauennatis epiſcop. epiſt. ad Florentium & Equitium epiſcopos epiſt. 1. ad Seuerum epiſcopum epiſt. 1. & decreta, quæ cum cæteris pontificijs decretis impreſſa ſunt. Claruit anno* 4831.

Simplicius *Philoſophus inſignis, ex Phrygia natione, ſcripſit multa, ex quibus hodie extant tantum in Ariſtotelis phyſicæ auſculationis lib. 8. commentarij Græci, cum ipſo Ariſtotelis textu excuſi Venetijs, in officina Aldina, anno Dom.* 1526. & *Latine Lucillo Philaltheo interpete, ibidem apud Scotum, anno D.* 1543. *Commentarij Græci in libros* 4. *de cœlo Ariſtotelis, vna cum textu: ibidem excuſi, anno* 1529. *commentarij Græci in tres libros Ariſtotelis de anima, cum textu. deeſt autem initium procemij, ibidem excuſi anno Domini* 1527. *cum alijs quibuſdam Alexandri, & Michaelis Epheſij. Commentarij Græci in decem prædicamenta Ariſtotelis, excuſi in Italia, & Latinitate donati per Guilielmum Dorothæum, vnà cum ſex principijs ab eodem authore editis: Venetijs apud Scotum, anno Domini* 1541. *interpretatio Græca doctiſsima & digniſsima lectu in Enchiridion Epicteti impreſſa Venetijs anno Domini* 1538. *apud fratres de Sabio. Epicteti epiſtolæ Græcæ cum expoſitione Simplicij, extant Græce Florentiæ, in Bibliotheca Medicum. Commentarij in Iamblichi de Pythagorica ſecta libr.* 3. *Rom. ſeruantur in bibliotheca Vaticana. Raph. Volater. Commentarius in Enchiridion Epicteti, quo vniuerſa humana vita inſtituitur, & libertatis recuperandæ via monſtratur, Angelo Caninio interprete. Latine excuſus eſt Venetijs apud Hieronymum Scotum, anno D.* 1546. *in fol. Claruit Iuſtiniani Cæſaris temporibus. Audio etiam in Italia extare Simplicij commentariolum de Syllogyſmis, & initium commentariorum de anima: quæ aliquando Arn. Arlenius ſe editurum promiſit.*

Simplicij *Tiaſneri opus de natura magnetis excuſum Coloniæ,* 1562. *in octauo.*

Simplicius *Theocriti gloſſematarius, citatur ab illo qui ſcribit in Epigrammata Græca.*

Simuli *poetæ fragmentum, quo opinatur Tarpeiam virginem non Sabinis Capitolium prodidiſſe, ſed Celtis, eorum regis amore incenſam, extat apud Plutarchum in vita Romuli.*

Simyli *verſus* 12. *ſenarios legimus apud Stobæum in ſermone pro artibus.*

Sinelingus *quidam ſcripſit lib.* 7. *de ſacramentis.*

Sinibaldus, *vide ſupra in Innocentio quarto.*

Sirach *narratio impia, & voces animalium. Liber Græcus hoc titulo, extat Romæ in Vaticana bibliotheca.*

Siraſi *vel Seraſi & Ebeneſi philoſophorum cõmentaria in quædam Auicennæ, impreſſa ſunt Venetijs apud Cominum de Tridino,* 1547. *in fol.*

Siricius *papa, natione Romanus, ſcripſit inter cætera contra Iouinianum & Auxentium libr.* 1. & *Decreta, quæ habentur impreſſa cum reliquis Pontificijs.*

Siricius *ſophiſta Neapolitanus ex Palæſtina, diſcipulus Andromachi, qui docuit aliquandiu Athenis: ſcripſit Progymnaſmata, & declamationes. Suidas.*

Siraacham *dicti Somniorum interpretis fit mentio à Leone Tuſco.*

Siſarion *Icarieus Comœdiam inuenit.* Clemẽs *Stromat.* 1.

Siſennæ *Mileſiarũ lib.* 13. *adducũtur à Chariſio.*

Siſennæ *grammatici in Amphitryonem Plauti commentationes adducit Chariſius.*

Siſerna *ſcripſit libros hiſtoriarum, atq; de agricultura, teſte Priſciano.*

Siſinij *Patriarchæ Conſtantinopolitani tomus quidam extat inter Græcos canones conciliorum à Zonara collectos,* περὶ τοῦ μὴ λαμβάνειν δύο ἀδελφοὺς ἀδελφάς, *&c.*

Siſinus *Nouatianorum epiſcopus, vir doctus, ſummus philoſophus, multa ſcripſit: his de eo ſcribit Suidas, eadem repetens.*

* Sixti *Tertij S. Pontificis Maximi, liber de Diuitijs. Eiuſdem liber de malis doctoribus, de operibus fidei, & de iudicio futuro. Eiuſdem liber de caſtitate Sancti Bracharij ad Ianuarium. Omnia per Iacobum Saluatorem Solarium Murgitanum diligenter emendata, & à multis, quibus ſcatebant, maculis liberata, in ſuamq; priſtinam ac genuinam lectionem reſtituta* 16. *Antuerpiæ apud Plantinum* 1580.

Sixtus *papa* IIII. *natione Ligur, ex Sauona vrbe maritima natus, Franciſcus antea vocatus, ordinis fratrum Minorum miniſter generalis, ſcripſit ante pontificatum de futuris contingentibus libr.* 1. *de conceptione S. Mariæ lib.* 1. & *quædam alia. Claruit anno* 1484.

Sixtorum *aliquot pontificum decreta, cum cæteris Pontificijs impreſſa.*

* Sixti *ab Hemminga Friſij, Aſtrologiæ ratione experientia refutatæ liber in* 4. *Antuer. Chriſtoph. Plantinus* 1583.

Sixti *Kargel muſici, carmina Italica Gallica & Germanica ludenda cithara. Eiuſdem noua & elegantiſsima Italica & Gallica carmina in teſtudine canenda, in tabulaturam tranſlata. Moguntiæ, anno Domini.* 1569. * *Eiuſdem renouata cythara, hoc eſt noui et commodiſsimi exercendæ cytharæ modi conſtantes cantionibus Muſicis, Paſſomezo, Podoanis, Galliardis, Alemanicis & alijs eiuſmodi pulchris exemplis, ad Tabulaturam communem redactis. Argentorati per Iobinum* 1580.

Sixtus *à Pompa, Cornelij Celſi libellum de arte dicendi edidit, Coloniæ,* 1569.



Digitized by Google

* Sixti *Senenſis fr. ordinis prædicatorum Bibliotheca Sancta, ex præcipuis Catholicæ Eccleſiæ autoribus collecta, & in octo libros digeſta, cui adiecta eſt tabula Cronographia, ſecundum collationem temporum omnium poſtremò edita, fol. Francofurti apud Nicolaum Baſſeum. Item Venetijs 4. anno* 1580.

Smaragdus *abbas monaſterij S. Michaelis, ordinis diui Benedicti, ſcripſit in regulam S. Benedicti lib. 1. diadema monachorum lib. 1. in totum Pſalterium lib. 1. in epiſt. & euang. per annum lib. 2. ſermones quoque plures lib. 1. multos in diuinis ſcripturis commentariorum tractatus edidit. Donatum maiorem expoſuit, & multos ſæcularium literarum authores explanauit. Eius poſtilla habetur impreſſa, eadem ex Gaſparis Hedionis verſione Germanice impreſſa eſt anno D. 1536. Sunt autem commentarij in Euangelia & epiſtolas per totum annum, ex patribus collecti.*

Smyrnæi *Bucolici (aliâs Bionis) verſus Dorici, apud Stobæum in Sermone de aſſiduitate.*

Socrates *Sophroniſci F. Athenienſis philoſophus, fertur ſcripſiſſe Pæana, cuius initium eſt, Delie Apollo ſalue, & Diana pueri glorioſi. Dionyſodorus tamen Pæana illius non eſſe memorat. Fecit & Aeſopiam fabulam, non multum compoſite. Grylli filij Xenophontis laudes conſcripſit. Laertius.*

Socratis *(alterius à philoſopho) libri* διαδοχῶν *ſiue ſucceſſionum aliquoties laudantur à Laertio.*

Socrates *Chirurgus citatur apud Cælium Aurelianum lib. 5. cap. 1.*

Socrates *Cocus deorum precationes inuocationesque conſcripſit. Laertius. Huius forte fuerit liber* [illegible] *qui Socratis titulo citatur à Plutarcho in de Iſide.*

Socrates *hiſtoricus Agros diligenter deſcripſit. Laertius. Citatur etiam in ſcholijs Ariſtophanis Socratis liber duodecimus Creticorum.*

Socrates *quidam ſcripſit aliquot de Thracibus libros, ex quorum ſecundo Plutarchus Codri Athenienſis hiſtorias recitat in Parallelis minoribus cap. 36.*

Socratis *Rhodij bellum inteſtinum,* [illegible]*, & librum* [illegible]*, Athenæus allegat.*

Socrates *quidam natione Græcus, ſcripſit à tempore primi Conſtantini magni imperatoris vſque ad imperium Theodoſij iunioris, volumen Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, & Rerum Romanarum epitomen. Eius hiſtoriam eccleſiaſticam Græcam Robert. Steph. excudit Pariſijs anno Domini 1545. cum alijs quibuſdam Græcis veterum theologorum. Feruntur autem eſſe tomi 5. qui etiam Venetijs manuſcripti extant. Hiſtoria Tripertita impreſſa eſt Baſileæ apud Ioan. Frobenium, 1523. cum indice. cum Eſebij Pamphili hiſtoria eccleſiaſtica. Ruffino interprete: additis paſſim Græcis epiſtolis Synodorum ac Imp. è tomis Theodoriti. ſcripſit hiſtoriam ad preces Theodori Sozomenicæ ſimillimam, quantum ad tempus attinet. Claruit autem, vt Volaterr. refert Iuſtiniani temporibus.*

Sœbadius *Agenni Galliarum epiſcopus, edidit contra Arianos librum teſte Hieronymo: hic in V. C. Fœbadius nominatur, & Geneuæ ann. 1570. editus eſt in 8.*

Sobalta *Chymicus auctor, citatur à ſeniore Zadith.*

Solitarij *Cantuar. eccleſ. presbyter, Speculum eccleſiæ.*

Solon *legiſlator Athenienſis. vide Diogenem Laertium & Suidam, & Stobæum. Solonis iambos Athenæus allegat. Solonis elegia Græce & Latine Philippo Melanchtone interprete, cum aliâs tum etiam cum Stobæo excuſa eſt. Scripſit Leges, Conciones quoq;, & ad ſeſe quædam exhortatoria carmine elegiaco. De Salamine & Athenienſium republica ad 500. verſuum. Iambos etiamnum & Epodos. Laertius. Philocyprus à Solone verſibus celebratus. Herodotus.*

Solon *medicus allegatur à Plinio 20. & ſeptẽ deinceps libris.*

Soncini *cuiuſdam metaphyſica, impreſ. in Italia.*

Sopater *Apamenſis, Sophiſta & philoſophus diſcipulus Iamblichi, quem Cæſar Conſtantinus interfecit, vt confirmaret ſe non amplius eſſe gentili religioni addictum. Erat enim ei familiaris prius. Scripſit de prouidentia, & de ijs qui præter meritũ felices ſint, aut infelices. Idem Epitomas plurimorũ ſcripſit, quidam vero etiam excerpta hiſtoriarum eius eſſe dicunt Suidas.*

Sopatri *ad Alexandrum prolegomena in libros Ariſtidis de rhetorica, cum eiſdem impreſſa ſunt. Eiuſdem quæſtiones de componendis declamationibus, in cauſis præcipuè iudicialibus, Aldus impreſſit olim Græce. Item commentarij Græci in Hermogenis Rhetorica, ibidem impreſſi, anno 1509. cum Syriani & Marcellini quoq; cõmentarijs, & Aphthonij progymnaſmatis.*

Sopater *comicus. Ex fabulis illius ſunt Hippolytus, Phyſiologus, Silphia, Cnidia, Nycia, Pyle, Oreſtes, Phacæ, vt Athen. in Dipnoſoph. Suidas.*

Sopater *Parodus, huius fabula eſt, Bacchi, vt ex Athenæo Suidas refert. Athenæus hunc Phacũ cognominat, & tres eius fabulas citat Baccidem, Myſtes, Oreſtem.*

Sopater *Paphius in* [illegible] *citatur ab Athenæo.*

Sopater *abſque cognomine citatur ab Athenæo. Fabulæ eius. Hippolytus, Cnidia, Proci Bacchidis. Necya. Silphia, Phiſiologus. Idem Sopater* [illegible] *cuius fabulæ Bacchis, Bacchidis nuptiæ, Bacchidis proci, Eubelotheombrotus, Pyle. Ego hæc omnia ad vnum comicum Sopatrum referenda puto.*

Sophænetus *in Cyri anapaſi citatur à Steph.*

Sophiani *Philoxeni in ſecundum metaphyſicorum: in bibliotheca Henr. Memmij.*

Sophilus *Sicionius aut Tebanus, comicus mediæ comœdiæ. Fabulæ eius ſunt, Citharœdus, Philarchus. Tyndareus, ſeu Leda, & Demia, id eſt carnificula, vt ait Athenæus in Dipnoſophiſtis, et Parcellus, & Depoſitũ. Suidas. Cæterũ in Athenæi indice hæc no-*

*hæc nomina fabularum Sophili leguntur* ἀνδροκλῆς συντρέχοντες *(quæ omiſſa ſunt à Suida)* ἐγχειρίδιον *(Suidas legit* χοιρίδιον*) Philarchus & Depoſitum.*

Sophocles *tragicus Sophili* Colonei, *vt Suidas, vel Amphiclidis Sunieí, vt Pollux cenſet, ſcripſit fabulas 123. ex his ſunt Aegis* Αἴαξ *flagellifer, Amycus, Amphiaraus Satyricus, Andromeda, Antenoridæ, Antigone, Achæorum* σύνδειπνος. *Achillis* ἐρασταὶ, *Dædalus,* δράματα σατυρικὰ *(ſi modo nomen eſt proprium fabulæ) Eurialus. Electra, Helenæ nuptiæ, Hercules Satyricus, Hermione, Hippone, Iocles, Inachus, Iris. Iphigenia,* ἰχνευταὶ, καμικοὶ, κηδαλίων, *Cochlides,* κολχίδες, *Lacænæ, Lariſſæi Muſæ, Myſi, Nauſicaa. Oedypi duo, Nauplius. Nauplius* καταπλέων, *Niobe, Oenamus. Pandora. Paſtores, Philoctetes, Phineus primus. Plyntriæ, Phryxus, Procris, Phœnix, Salmoneus, Schyte, Trachiniæ, Triptolemus vel Tlepolemus, Tympaniſtæ, Tyro,* ὕβρις. *Eius autem Tragœdiæ ſeptem extant, nempe Aiax flagellifer, Electra, Oedippus tyrannus, Antigone. Oedipus Coloneus, Trachiniæ, Philoctetes: Aldus impreſſit Græce Venetijs. & Secerius Haganoæ cum commentarijs Ioach. Camerarij. Sophoclis quidam eſſe putant Rheſum inter Euripidis tragœdias. Sophoclis tragœdiæ 7. cum omnibus Græcis ſcholijs, cum Latinis Ioachimi Camerarij. Additæ ſunt annotationes Hen. Stephani & in Sophoclem & Euripidem. H. Steph. in 4. 1568. * Sophoclis tragœdiæ cum commentarijs M. S. bib. imp. Viennæ.*

Sophocles *Ariſtonis F. nepos tragici Sophoclis, & ipſe poeta tragicus, Athenienſis, edidit tragœdias 40 alij 15. alij dicunt 11. vicit ſeptem. Scripſit & elegias. Fuit poſt Pleiadem, id eſt ſeptem illos tragicos ita nominatos. Suidas, qui hunc etiam Lyricum fuiſſe ſcribit. Citat hunc Clemens in Proptreptico.*

Sophoclem *Apollonij interpretem citat Stephanus. & Sophoclis Laryſſæi quoq; mentionem facit. Sophocleus, Theon, & Lucillus. Sophoclis interpretes, citantur ab Ambroſio Calepino in Endymione. Iſta ſane commentaria Græca, quæ nos habemus in ſeptem tragædias Sophoclis, impreſſa in Italia, hunc vnum titulum habent: Scholia antiqua valde probatorum interpretum, in eas quæ extant Sophoclis tragœdias.*

Sophonia *propheta, vide Zephania.*

Sophron *Syracuſius, Artaxerxis & Euripidis tẽpore, ſcripſit mimos viriles & muliebres, &c. Suidas.*

Sophronis *Comici octo fabulas Athenæus nominatim citat: meminit & Suidas.*

Sophronius *vir apprimè eruditus, laudes Bethlehem adhuc puer. & de ſubuerſione Serapis, inſignem librum compoſuit: de virginitate quoque ad Euſtochium, & vitam Hilarionis monachi. Hieronymi aliquot opuſcula in Græcum eleganti ſermone tranſtulit, & Pſalterium quoque & prophetas, quos Hieronymus de Hebræo in Latinum vertit. Hieronymus. Idem D. Hieron. ſcriptorum eccleſiaſticorum vitas è Latina lingua in Græcam tranſtulit. liber excuſus Græce & Latine è regione Baſileæ apud Cratandrum anno Domini 1539. cum ſcholijs Deſ. Eraſmi, &c. Cypri Sophronij Paraphraſis Græca in Ariſtotelis libros de anima, extat Florentiæ in Bibliotheca Medicum. item, in libellum de memoria, & ſequentes.*

Sophronius *Hieroſolymitanus, ſcripſit vitas ſanctorum monachorum, cui libro nomen indidit Noui Prati & Paradiſi. vt refert Nicephorus lib. 8. hiſtoriæ eccleſiaſticæ.*

Sophronij *archiepiſcopi Hieroſ. epiſtola Synodica legitur in Actis ſextæ ſynodi contra Monoth.*

Sopolis *Sophiſta precẽptor Eunapij ab illo laudatur.*

Soranus *Cilix, cognomento Mellotes, medicus, hunc ſolum ex antiquioribus poſt Hipocratem probabat Aſclepiodotus philoſophus & medicinam edoctus. Suidas.*

Soranus *Menandri & Phœbes F Epheſius medicus Alexandriæ verſatus. Romæ etiam meditinã fecit. ſub Traiano & Adriano imperatoribus, compoſuit & libros plurimos & pulcherrimos. Suidas. Eius in artem medendi Iſagoge, impreſſa Baſileæ apud Cratandrum 1528. cum alijs quibuſdam Apuleij & Plinij de re medica libris. Citatur alicubi apud Galenum in libris de compoſ. pharmac. ſecundum locos. Aetius quoque eius fragmenta refert: Confectionem ex ſucco vuæ acerbæ, de gonorrhœa. de vteri imbecillitate, de vterino furore, de vteri reſolutione, de vteri procidentia, œdemate, ſatyriaſi: Quomodo fœcundæ mulieres dignoſcantur: de ſcirrho & ſcirhomate, vteri: nimirum hæc omnia ex libris quatuor muliebrium Sorani iunioris, quorum Suidas meminit decerpta ſunt. Sorani de vtero & muliebri pudendo libellus Græce impreſſus eſt Pariſijs ab Adriano Turnebo, anno Dom. 1554. in 8. cum Ruffi Epheſij libellis. Soranus etiam ante Galenum de faſcijs ſcripſit.*

Soranus *Epheſius medicus iunior, muliebrium rerium libros quatuor ſcripſit: Vitas & ſectas medicorum. Libros duos compoſitionum, & alia diuerſa. Suidas.*

Sornatius *allegatur à Plinio 31. Naturalis hiſtoriæ lib.*

Sos:ades *quidam conſcripſit ſententias ſeptem ſapientum, quas habet Stobæus in ſermone de Temperantia.*

Soſibius *Lacædemonius grammaticus, ex ijs qui à reſoluendo vel explicando dicuntur: in quibus & hoc narrat, genus Comœdiæ eſſe quod dicatur Dicliſta (forte Diceliſta, ita enim Lacones hiſtriones ſeu mimos nominabant) & Nimela, à duplici concluſione, & imitatione. & de Mimelis in Laconica dictis veteribus. Suidas. Eſt autem locus mendoſus ideoq; etiam aſteriſco notatus. Athenæus Dipnoſophiſt. li. 11 pag. 243. meminit huius Soſibij quem* λυτικὸν *vocat, quo ex loco apparet quæ fuerit analyſis qua vtebatur. Citat autem alibi Soſibij Laconis Alcmanem, & eundem laudat Clemens 1. Strom.* ἐν χρόνων ἀναγραφῇ *in deſcriptione temporum. Vixit ſub Ptol. Philad.*

Soſibij *cuiuſdam ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Lycurgi.*



Digitized by Google

Soſicles *Syracuſanus tragicus, ſcripſit fabulas 73. &c. Suidas.*

Soſicratis Ciziceni *ſcripta citantur apud Fulgentium in Mytholog.*

Soſicratis *Diadochas. Cretica, & Philadelphos, Athenæus citat: et Soſicratis Phanagoritæ* οἶνος. *Soſicratis diſtichon iambicum apud Stobæum de philautia.*

Soſigenis *præceptoris Alexandri Aphrodiſiei liber tertius de viſu citatur à Themiſtio lib. 2. de anima.*

Soſigenes *peritus ſcientiæ ſyderum, quo vſus eſt* Cæ*ſar Dictator, trinis commentationibus anni rationem expoſuit, vt teſtatur Plinius lib. 18. cap. 25. Qui eum diligentiorem ceteris tamen ad dubitaſſe ac ſemet correxiſſe ſcribit.*

Soſimenis *medici ſcripta allegantur à Plinio 20. & quinq; deinceps libris.*

Soſimi *lib de temporibus, Athenæus allegat.*

Soſides *Atticus ſcriptor citatur apud Fulgentium in Mytholog.*

Soſipatri *catapſeudomenon Athenæus citat.*

Soſiphanis *diſtichon iambicum Stobæus recitat in ſermone de ira: & ſex alios ſenarios in ſermone de ſuperbia.*

Soſitheus, *vnus ex Pleiade poetarum, claruit olympiade 164. ſcripſit ligato & ſoluto ſermone, &c. Suidas. Soſithei Tragici Daphnin, aut Liryerſam, Athenæus allegat. Ex Aethlio eius fabula, diſtichon citatur à Ioan. Stobæo in laude audaciæ. Scripta Tragica citantur etiam apud Hignium & Arati interpretem.*

Soſtratus *Phanagorites laudatur à Stephano.*

Soſtratus *ſcripſit rerum Tuſcanicarum aliquot libros, ex quorum ſecundo Aeoli & filiorum eius hiſtorias recitat Plutarchus cap. 52. Parallelorum minorum.*

Soſtrati *vel Zoſtrati, & Hippocratis de mulo medicina, liber Græcus in biblioth. Regis Gall.*

Soſtrati *librum de animalibus Athenæus allegat, Eiuſdem librum Fabuloſorum Stobæus, in ſermone de morbis, & librum ſecundum, de venatione in vituperio Veneris.*

Soſtratus *vir celebris quædam in chirurgia reperit. Celſus.*

Soſus *philoſophus Stoicus Aſcalone natus.*

Sotacus *citatur à Plinio 37. libro Naturalis hiſtoriæ.*

Sotades *Athenienſis mediæ comœdiæ poeta, hunc* ἐν ἐγκλειομέναις *fabula citat Athenæus libro 7. vbi* Σωτάδης *mendoſe nominatur: & lib. 9.* ἐν παραλυτρουμένῳ.

Sotades *Athenienſis philoſophus, qui ſcripſit de myſterijs lib. 1. Suidas.*

Sotades *Byzantinus philoſophus, vt libro ſexto de philoſophia tradit Ariſtoteles. Suidas.*

Sotades *Cretenſis. Maronita, à dæmonio vexatus, iambographus, ſcripſit Phlyacas, ſiue Cinædos. lingua Ionica: nam Ionici ſermones ſic vocabantur. vſus eſt hoc genere, etiam Alexander Aetolus, & Pyrrhus Mileſius, & Theodorus, & Timocharidas, & Xenarchus. Sunt autē eius genera plurima, veluti, Ad inferos deſcenſus, Priapus, ad Beleſtichem, Amazon, & alis: & Incluſæ, & redemptus vt Athenæus ait in Dipnoſophiſtis. Suidas. Quale fuerit huius poema ſcribit Athenæus 14. Qui hunc etiam maledicum fuiſſe aſſerit. Meminere etiam illius Plutarchus & Strabo. Errat autem Suidas qui attribuit Incluſas & Redemptum fabulas quas diſerte Athenæus Comico Sotadi tribuit, quem alium ab hoc eſſe docet. Sotadis cuiuſdam ſcripta citantur à Plinio lib. 5 Naturalis hiſtoriæ.*

Soteris *Papæ decreta, cum reliquis pontificijs impreſſa.*

Soterichus *Aſites, poeta heroicus, fuit ſub Diocletiano. Scripſit encomium Diocletiani: Baſſarica ſeu Bacchica lib. 4. De Panthea Babylonia, de Ariadne. Vitam Apollonij Tyanei, Pythonem ſiue Alexandriacum, eſt autem Alexandri Macedonis hiſtoria cum & Thebas & alia cœpiſſet. Suidas.*

Soteridas *grammaticus. Pamphilæ pater aut maritus (vtrunque à Suida ſcribitur) ſcripſit illi commentarium lib. 3. vt Dionyſ. ait in 30. de muſica hiſtoria. Scripſit etiam Orthographiam, Quæſtiones, De metris, De comœdia, In Euripidem.*

Sotionis *Alexandrini Diadochas, librum de ſillis Timonis. Athenæus citat. Stobæus cū alia quædam Sotionis, tum ex libro de ira allegat. Citatur etiam ſæpe à Laertio & in* Conſtantini *Geoponicis. item apud Plutarchum in vita Lyſandri.*

Sotiræ *ſcripta allegantur apud* Plinium *li. 28. Naturalis hiſtoriæ.*

Sozomenus *natione Græcus, ſcripſit nonnulla è quibus extat opus inſigne ad Theodoſium iuniorem principem, à tertio conſulatu Criſpi & Conſtantini* Cæ*ſarum, vſq; ad eiuſdem Theodoſij* XVII. *Hiſtoriæ eccleſiaſticæ li. 9. libri eius nouē hiſtoriæ eccleſiaſticæ integri excuſi ſunt Græce* Pariſijs, *apud Rob. Stephanum cum Euſebij, Socratis, Theodoriti, eiuſdem argumenti libris. vide ſupra in Socrate. Iidem libri Baſileæ in officina Frobeniana Latine excuſi ſunt Vuolfgango Muſculo interprete. Claruit anno 430.*

Sozomenus *presbyter* P*iſtorienſis, hiſtoriæ vniuerſalis immenſum edidit volumen.*

Sparanus *librum Roſarij virtutum ac vitiorum incœpit, quem deinde perfecit* Paul. *Fuſc. Rauellenſ.* I. V. D. *& abbas. Venetijs anno Dom. 1571. in octauo.*

Sperantius *comes ſacri conſiſtorij ſub Theodoſio, cum aliquot alijs in Theodoſiano codice conſcribendo elaborauit.*

Speuſippus *Athenienſis Platonis ſororis filius & in ſchola ſucceſſor, ſcripſit complura commentaria, & dialogos plurimos, inter quos & Ariſtip.* Cy*renæus eſt, De diuitijs, de Voluptate, de Iuſtitia, de Philoſophia, de Amicitia, de dijs, Philoſophus, Ad Cephalum,* Cephalus, *Clinomachus ſiue Lyſias ciuis, de Anima, Commentariorum ad Grillum 1. Elenchus artium,* ὑπομνηματικοὶ *dialogi Artificiales, Dialogi earū rerū quæ ſunt in quaq; re ſimiles 19. Diuiſiones et argumēta ad ſimilia. De generib. et ſpeciebus,*

exem-

exemplorum Platonis laudes. Epiſtolæ ad Dionem, Dionyſium, Philippum. De Legis ſanctione, Mathematicus, Mandrobulus, Lyſias. Definitiones Comment. ordines, verſus prope infiniti. Laertius. Speuſippi libellus de Platonis definitionibus, impreſ. Græce cum Alcinoo de doctrina Platonis, Pariſijs. Idem ni fallor, habetur cum Græcis operibus Platonis. Athenæus citat ὅμοια Speuſippi. Eiuſdem diſtichon lib. 3. Anthologij ſect. 33.

Sphærus Boſphoranus, Stoicus philoſophus, ſcripſit de Mundo lib 2. de Elementis ſeminis, de Fortuna, de Minimis. Aduerſus atomos & ſimulachra, de ſenſibus, de Heracliti quinq; diatribis, de Morali inſtituto, de Officio, de Appetitione, de perturbationibus 2. de Regno, Repub. Laconica, de Lycurgo & Socrate 3. de Lege, de Diuinatione, Dialogos amatorios, de Eretriacis philoſophis, de Similibus, de Diffinitionibus, de Habitu, de His quibus contradicitur lib. 3. de Oratione, de Diuitijs, de Gloria, de Morte, Artis dialecticæ duo lib. de Prædicamentis, de Amphibolijs Epiſtolas. Laertius. Idẽ alibi refert ipſum ſcripſiſſe in Heracliti librum. Eius reſpub. Laconum citatur ab Athenæo.

Splenij philoſophi de generatione hominis liber Græcus, extat Romæ in Vaticana biblioth.

Sporus antiquus interpres Græcus Arati, citatur in Iſagoge Leontij Mechanici.

* M. Staniſlai doctoris theologiæ tractatus de peccato & pœnitentia, in 4. & in membrana. Eiuſdem tractatus de vero & falſo, in 4. & in charta ſcriptus bibl. Imper.

Staniſlai Carncouij Conſtitutiones in Diœceſana ſynodo Vladiſlauienſi editæ. Admonitiones quinque circa ſacramenta facienda. Coloniæ, anno D. 1572.

* Staniſlai Degornuitz, Albertini à Cracouia, Poloni meditatio vitæ & paſsionis Chriſti, in quarto ſcripta, in pergameno, bibliotheca Imperatoris Viennæ.

Staniſlai Grſepſij Poloni, De multiplici ſiclo & talento Hebraico. Item, De menſuris Hebraicis, tam aridorum quàm liquidorum. Item Epitome de ponderibus & menſuris, quæ apud prophanos leguntur auctores, ex Budæo potiſsimum deſumpta. Excudit Antuerpiæ Plantinus, anno Domini 1568. in octauo. In præfatione G. Agricolam in multis reprehendit. Eiuſdem Geometria, anno Domini 1567. edita eſt.

Staniſlaus Illyrius librum Demetrij Phalerei de elocutione in Latinum ſermonem conuertit.

* Staniſlai Nigri Poloni, de encomio poetarũ elegia exeu. Lipſiæ, 1538. Eiuſdem elegia elegans, qua thermarum Carolinarum naturam & vſum deſcribit. Item duo libri, de odore vnus, alter de humoribus, nondum quod ſciam editus. Claruit anno 1563. Poſnaniæ in maiori Polonia.

Staniſlai Orichouij Rutheni, de lege cœlibatus contra Syricium in Concilio habita oratio. Eiuſdem ad Iulium III. Pont. Max. ſupplicatio de approbando matrimonio à ſe inito. Item de bello aduerſus Turcas ſuſcipiendo, ad equites Polonos Turcica prima, ad Sigiſmundum Poloniæ regem, Turcica ſecundã. Liber excuſus ab Oporino, anno D. 1551 in octauo, chart. 18. & dimid. Eiuſdem epiſtolæ ad Petrum Gamratum epiſcopum, qua Ruthenorũ diſputationes & myſteria deſcripſit, rationesq; iucunda concordiæ de ſpiritus ſancti proceſsione, demonſtrauit. Confeſsio catholica, ſiue Chimæra de Stancari funeſta regno Poloniæ ſecta. Coloniæ apud Maternum Cholinæum, 1563. Eiuſdem Fricius ſiue de maieſtate ſedis Apoſtolicæ, ad Iacobum Vchanitium Chiauiæ epiſcopũ: liber impreſſus in 8. In vtrunq; librum præfatus eſt Iacobus Gorſcius. * Eiuſdẽ libellus pro eccleſia Chriſti. Cracouiæ, 1546.

Staniſlaus Oſius, Cardinalis & legatus Rom. PP. in Concilio Tridentino, ſcripſit Confeſsionem fidei impreſſam primum in Germania & poſtea Romæ apud Paulum Manutium, anno Domini 1565. in folio. De expreſſo Dei verbo librum. Dillingæ in quarto. Epiſtolam ad Senatum Colonienſem. Coloniæ, anno D. 1571. Eiuſdem confeſsio aucta vt nouum opus videri poſsit, excuſa Colon. tom. 2. 1537 in 8. Dialogum num calicẽ laicis, & ſacerdotibus permitti fas ſit. Catalogum hæreſum ſui temporis. Idem dicitur autor eſſe libri anonymi qui inſcribitur cenſura catholica de iudicio Tigurin. & Heidelberg. de dogmate contra adorandam Trinitatem nuper in Polonia ſparſo. Coloniæ 1565. Reſpondit huic libello H. Bullingerus. Scripſit etiam alia mihi incognita. Pleraq; eius Colon. & Pariſ. impreſſa ſunt. * Eiuſdem epiſtola catholica ad Henricum ducem Brunſuicen. cum Mart. Cromeri ad regem & proceres Poloniæ. 8. Pariſ. apud Sebaſtianum Niuellium, anno 1564. Item eiuſdem confutatio Prolegomenon Brentij. In quarto Coloniæ, anno Domini 1560 Omnia eius opera Venetijs apud Dominicum Nicolinum, an. 1573. excuſa.

Staniſlai Sarnicij Poloni Collatio, in qua aperte demonſtratur, blaſphemia Gregorij Pauli quondam Crocnuienſis miniſtri, adeo conformis eſſe, in triginta vſq; articulis, doctrinæ Arrij, vt ouum ouo nõ ſit ſimilius, impreſſa in 4.

* Staniſlaus Socolouius, Stephani Poloniæ regis theologus: Cenſurã Orientalis eccleſiæ, de præcipuis noſtri ſeculi hæreticorũ dogmatibus, Hieremiæ Conſtantinopolitano patriarchæ, iudicij & mutuæ communionis cauſa ab orthodoxæ doctrinæ aduerſarijs, non ita pridem oblatis, ab eodem patriarcha Conſtantinopolitano ad Germanos Græce conſcriptã, in Latinum conuertit, & quibuſdam annotationibus ad proprias Græcorum opiniones reſpondentibus, illuſtrauit. In folio Cracouiæ, anno Domini milleſimo centeſimo octuageſimo ſecundo.

Staniſlaus Warſcheiriczk, eques Polonus. Heliodori Æthiopicæ hiſtoriæ lib. 10. Latinitate donauit, quos Baſileæ excudit Ooporinus, anno Domini 1551.

Stantonius Anglus, Mathematicus peritus, ſcripſit in Canones tabularum Arſathilis lib. 1. Ioannes Lelandus.

Staphylus Naucratites, ſcripſit Theſſalica, Æolica, Attica, authore Harpocratione. Idem citatur



Digitized by Google

ab Homeri ſcholiaſte & Apollonij interprete: item à Plinio 4. & 5. Nat. hiſtoriæ libro.

Staſini poetæ Cypriaca, dicuntur extare in Vaticana bibliotheca. Citantur à Stobæo in ſermone de Verecundia.

Stathanus Legiſperitus, ſcripſit Epitomen actionum municipalium lib. 1. Baleus.

Statilij Maximi grammatici, De ſingularibus apud Ciceronem poſitis, adducit Chariſius. Idem commentatus eſt in Catonem ſenem & Salluſtium.

Statyllij Flacci hexaſtichon lib. 4. Anthologij ſectione 12. & rurſus 5. verſus lib. 6. ſectione 5.

Statij Papinij Neapolitani, Syluarum libri 5. Thebaidos lib. 12. Achilleidos lib. 2. Accedit orthographia & flexus dictionum Græcarum apud Statium, cum accentibus & generibus ex varijs vtriuſque linguæ authoribus: Henricus Petri excudit Baſileæ, anno 1541. Aldus etiam prius excudit Venetijs. Ab alijs ſcribitur. Pu. Papinianus Statius, quod magis probo. Vide Gyraldum Dialogo quarto de Poetis: qui eum ſcribit ſummo honore apud Domitianum fuiſſe.

Statij Seboſij ſcripta, citantur à Plinio 2. & 29. libro.

Statius Tullianus, librum ſcripſit de Vocabulis rerum. Fuit hic Q. Ciceronis libertus: citatur à Macrobio.

Statius Valens, Traiani atq; Alexandri Imperatorum vitas atq; geſta deſcripſit.

Stella Aurelienſis, ſcripſit in Rubr. 1. ff. vet. de offi. procu. & legati. l. nec quicquam. §. decretum. in Rubr. 2. ff. vet. de condi. tritic. l. repetitio. in Rubr. 1. Cod. de pactis. l. ſi creditores.

Stellarium coronæ benedictæ Mariæ virginis, incerto auctore ſcriptum lib. 12. excuſum Haganoæ, anno D. 1498.

Stephanardus Flamma hiſtorias quaſdam carmine conſcripſit, citatur à Iouio in vita Othonis vicecomitis.

Stephanardus de Vico mercato, Lombardus, patria Mediolanenſis & profeſsione Dominicanus, metrice Chronicon ſcripſit lib. 1. Hic Mediolani theologiam publice docuit, anno Domini 1292. Boſtonus Burienſis.

Stephani Papæ decreta, cum reliquis Pontificijs impreſſa.

Stephani Opſartytica, Athenæus citat. Item Stephani Comici Philolaconem.

Stephanus I. C. vide in Triboniano.

Stephanus philoſophiæ diſcipulus, in Antiochia, anno 1127. tranſtulit Hali abbatis librum medicinæ, qui dicitur, Regalis diſpoſitionis opus. Idem (vt puto) Synonyma ſcripſit.

Stephani Arlandi Viridarium ſuper Antidotarium Nicolai: item prognoſticationes: item tractatus de febribus & de euacuatione. M. Deſſerus.

Stephanus quidam Grammaticus Græcus, ſcripſit de Vrbium & aliorum locorum nominibus, ordine alphabeti, ſiue Lexicon geographicum: in quo præter ſitus & deſcriptiones locorum, gentilia etiã nomina in maſculino & fœminino ſexu, quæ à ſingulis formantur, oſtendit. Excuſum Florentiæ apud Iuntas, anno 1521. & Venetijs apud Aldum. Exiſtimant autem plærique doctorum, hoc opus (quod habemus) non eſſe ipſius Stephani ſcriptum, ſed epitomen inde decerptam ab Hermolao Conſtantinopolitano Grammatico, cuius mentio facta eſt ſuperius. Eius liber de Vrbibus à Xylandro emendatus, excuſus eſt Baſileæ Græce & Latine, eodem interprete, anno 1568.

Stephani Athenienſis philoſophi, explanationes in Galeni priorem librum Therapeut. cum ad Glauconem, Græce editi ſunt Venetijs: & ijdem Latine quoq; ibidem excuſi ſunt, anno 1554. Auguſtino Gadaldino Mutinenſi interprete. cum ſcholijs, quibus caſtigationes in his explanationibus factæ explicantur. Et Lutetiæ à Syluio, anno 1555. Eiuſdem & Dioſcoridis Alphabetum medicum empiricum, manuſcriptum Græce, extat apud Caſparum Wolphiũ, emendatum à Conrado Geſnero. Stephani de differentia febrium liber Græce manuſcriptus in bibliotheca Regis Gallorum.

Stephani medici quædam in [illegible] Hippocratis ſcholia, apud Sambucum extant.

Stephanus Anglicus, Gymnaſij Pariſienſis olim decus, ſcripſit in lib. 5. Moſis lib. 4. In librum Ioſue lib. 1. In librum Iudicum lib. 1. In Regum libr. 4. In duodecim prophetas minores lib. 12. & alia inſuper multa. Floruit anno 1100.

Stephanus quidam, Pariſienſis eccleſiæ miniſter, circa annum Domini 1277. deſcripſit varios articulos erroneos omnium pene facultatum, in Anglia & Pariſijs ſtudioſe & auctoritatiue condemnatos cum reuocationibus eorundem (ſic enim habet titulus) libelli impreſſi in Appendice ſententiarum Petri Lombardi.

Stephanus Aquæus Bituricenſis, ſcripſit cõmẽtarios in omnes Plinij Naturalis hiſtoriæ libros, excuſos Pariſijs apud Galliotum Pratenſem, anno 1530. Idem ſcripſit tractatum de limacibus, ranis, &c. eorũdemq; facultatibus. Phlegmoniatriam, ſeu Dialogum de cura Phlegmonum.

Stephani Aufrerij, Additiones in Deciſiones capellæ Toloſanæ. De teſtibus. * Eiuſdem additiones in ſtylum ſupremæ curiæ Pariſienſis. In folio Pariſijs, 1542. Item repetitio de officio ordinarij. In 8. Lugduni, 1533.

Stephanus Auffrerus, ſcripſit de poteſtate ſecularium ſuper eccleſiaſticas perſonas, & è contra. De recuſationibus, Commentarium in Clem. de officiorum ordinaria. c. vt clericorum.

~~Stephanus Betrandus, Carpentoractenſis, edidit Conſiliorum in iure volumina 8. impreſſa Lugduni 1560. in folio regali.~~

Stephanus de Biſontio, Dominicani ordinis magiſter, ſcripſit Poſtillam ſuper Eccleſiaſten, ſuper Apocalypſin, De auctoritatibus ſanctorum, & philoſophorum.

Stephanus Bodeus, ſcripſit ſuper Inſtitutiones Iuſtiniani.

Stephanus Brouune, Anglus monachus, ſcripſit Conciones eruditas lib. 1. Lecturas in theologia

lib. 1

lib.1. Claruit anno 1340. Baleus.

Stephani *Bruleuer Pariſienſis, ordinis Minorum tractatus De timore ſeruili, & alijs donis omnipotentis Dei. Eiuſdem de paupertate Chriſti & Apoſtolorum, & ſermones varij, excuſa Pariſijs per Andream Bocordum, anno 1500. Scripſit etiam Metis in 4. lib. Sententiarum Seraphici doctoris Bonauenturæ. Baſileæ per Iacobum de Pfortzheim 1501. in quarto.*

Stephanus *de Caieta Neapolitanus, ſcripſit de ſacramentis lib. 7. & quædam alia. Floruit 1480.*

* Stephani *Cargij Marchici, elegia doctiſſima in obitum ingenuorum iuuenum doctrina & virtute præſtantium. D. Laurentij Eiſleri Viennenſis & Adriani Friſij Tigurini.*

Stephani *Columnæ epiſtolæ quædam leguntur in 2. Tomo operum Petrarchæ.*

Stephani *Conuentij, de aſcenſu mentis ad Deũ lib. 6. Venetijs 1563. in 8.*

Stephanus *Cormelenus Curioſolita, libellum Hippocratis de alimento in Latinum conuertit: editum Pariſijs 1572. in 8.*

Stephanus *Coſta iuriſperitus, ſcripſit de ludo, & de ſententijs excommunicationis.*

Stephani *Cyrij ſcholia in rhetorica ad Theodecten: in bibliotheca Ioannis Sambuci. In Italia eadem Commentaria ſeruari audio, & præterea in Timæum & in lib. de anima.*

Stephanus *Doletus Aurelius, natione Gallus, ad inſtitutionem linguæ Latinæ caſtigatiſſimo ſtilo non pauca conſcripſit intra paucos annos, partim ex officina propria, partim à Gryphio edita. Ex quibus viſa nobis ſunt, de re nauali ad Bayſium liber, dialogus de imitatione Ciceroniana pro Chriſtophoro Longolio, contra Deſ. Eraſmum * alius Index habet, aduerſus Floridum Sabinum, impreſſus apud Gryphium, 1536. * & Lugduni apud eundem Doletum, anno 1540. Orationes duæ in Tholoſam. Epiſtolarum lib. 2. Carminum lib. 2. Epiſtolarum amicorũ ad ipſum Doletum lib. 1. Carminum lib. 1. in ipſius officina impreſſi 1538. De geſtis Franciſci Valeſij regis Francorum lib. 2. quibus deſcribitur quicquid per Gallos geſtum ab anno ſalutis 1513. vſq; ad annum 1539. primum Latine per Stephanum Doletum compoſiti, deinde in Gallicã linguã tranſlati per eundem in officina eius excuſi ſunt, 1540. Eodem anno alter libellus itidem ab eo Gallice ſcriptus, ex officina eius prodijt. De laudabili tranſlatione ex vna lingua in aliam: item de punctis & accentibus linguæ Gallicæ. Commentariorum linguæ Latinæ tom. 2. impreſſi Lugduni apud Gryphium 1536. cum præfatione autoris ad Guil. Budæum: Eorundem Commentariorum Epitome ab erudito quodam concinnata, impreſſa eſt Baſileæ apud Rob. Winter 1537. & rurſus 1540. Formulæ Latinarum illuſtriorum, in tres partes diuiſæ: prima conflatas ex nomine & verbo locutiones habet, ſecunda ſignificationem & conſtructionem verborum profert, tertia vſum particularũ declinabilium demonſtrat. Ex his prima tantum hactenus impreſ. eſt Lugd. apud ipſum autorem, 1539. * Eius phraſes & formulæ linguæ elegantiores nunc denuo recognitæ. Quibus adiectum videbis Aduerbiorum Ciceronianorum connubium Huberti Suſannæi. 8. Argentorati excudebat Ioſias Ribelius, 1580. Idem Doletus de operibus M. T. Ciceronis in Gallicam linguam tranſtulit, Epiſtolas ad familiares excuſ. Lugduni 1542. Itemq; Tuſculanas quæſtiones impreſ. in 16. Pariſijs anno 1543.*

Stephanus *Dorobernenſis, vel Cantuarienſis, ſcripſit de ſitu & ritibus Londinenſium lib. 1.*

Stephani *Dutemplæi tabulæ in Galeni libros de morbis & ſymptomatibus, impreſſæ Lugduni apud Gryphium.*

* Stephani *Epheſij Synopſis Canonum Apoſtolicorum. In quarto, manuſcript. bibliotheca Imperat. Viennæ.*

Stephanus *Eyton vel Edon, Canonicus, congeſſit Acta Eduardi ſecundi lib. 1. Claruit anno 1320 Baleus.*

Stephani *de Federicis Brixienſis, clariſſimi iureconſulti, de interpretatione iuris, ſiue legum Commentarij quatuor, impreſſi Lugduni apud Frellæos fratres, anno 1535. * Et Coloniæ in 12. apud Ioannem Gymnicum, anno 1580. Idem tractatus reſtituit ac à mendis repurgauit.*

Stephanus *Fliſcus de Soncino, ſcripſit Synonyma verborum. Synonyma ſiue variationes ſententiarum, ſecundum locos quoſdam digeſtas, & epiſtolis ſcribendis accommodatas. Item locutionum ſeu modorum loquendi librum eundem (vt arbitror) cum priore.*

Stephanus *Fortaculus Blyterenſis, I. C. hoc tempore Tholoſæ iura publice profitens, ſcripſit penum iuris ciuilis, vnde quis poſſit depromere, quicquid vſquam in iure ciuili ad rem alimentariam faciat, cum varijs iureſprudentum reſponſis, noua interpretatione illuſtratis. Lugduni impreſſit Michael Parmenterius 1542. Item Epigrammatum librum excuſum Lugduni à Torneſio & Gazeio, octern. 13. an. 1554. * Eiuſdem in titulum digeſtorum de Seruitutibus, ſuccincta explicatio. 4. Pariſijs 1578. De mora & eius affectibus, ac purgatione tripertita tractatio. 4. Pariſijs, anno 1579. Cupido Iuris peritus. In quarto Lugduni, anno 1553. De Gallorum imperio & philoſophia libri ſeptem. 4. Pariſijs. 1579 Eiuſdem Polonia felix Henrico Franco Valeſio regnante, tanto pere exoptato. Lugduni apud Gulielmum Rouillium, anno Domini 1584.*

Stephanus *Gardyner, epiſcopus Wintonienſ. ſcripſit De vera & falſa obedientia lib. 1. Aduerſus Georgium Ioye lib. 1. Contra Turneri vulpem lib. 1. Inſtitutionem Chriſtiani lib. 1 Liber eius de vera & falſa obedientia, in quo contra Romanũ Ponticem & vota monaſtica, & alias quaſdam ſuperſtitiones inuehitur. impreſſus eſt Argentinæ in 8. Verum eiuſdem libri Palinodiam cecinit, & non obedientes Romano Pontifici in Anglia, atrociſſime perſecutus eſt, vbi tandem obijt. Porro præter commemorata hæc quoq; ipſius ſcripta extant. Ad diticulos & confutationes Ioan. Hopperi epiſcopi Wigorniæ reſponſio. Antuerpiæ in officina Plantini in 4. Ad Martinum Bucerum de impudenti eiuſdem*

Digitized by Google

diſpoſuit ac Germanice edidit loca ſcripturæ ſanctæ, quibus conditio & ſtatus, ortus & finis mundi humaniq́ generis deſcribitur. Gorlizij 1571.

* Stephani *Werbenzi, Tripartitū opus iuris conſuetudinarij inclyti regni Hungariæ, additis regulis iuris antiqui. Acceſſit nunc Enchiridion articulorū comitialium eiuſdem regni per cauſarum locos tributum, vſibusq́ aptum. Omnia ſtudio Ioannis Sambuci, &c. In fol. Viennæ Auſtriæ, 1581.*

Stephanus *Withebienſis cœnobij monachus, Anglus, poſtea abbas Eboraci, ſcripſit de reparato monachatu lib. 1. De fundatione cœnobij lib. 1. Claruit anno* 1080. *Baleus.*

* Stephani *Wolffij I. V. S. Concluſiones de pacto, quo creditores debitoribus promittunt, vt propria authoritate res obligatas accipiant. Cum alijs quibuſdam miſcellaneis, &c. 4. Ingolſtadij ex officina Dauidis Sartorij.* 1580.

Steſichorus *Himeræus, poeta lyricus, ſcripſit libros 26. Dorica lingua, vide Suidam. Athenæus Helenam eius & Syotheras allegat. Citatur apud Stobæum ſemel ac iterum. Steſichori carminū reliquias Hen. Stephanus excudit Græce & Latine cum cæterorum Lyricorum carminibus.*

Steſiclides *Athenienſis in deſcriptione principum & Olympionicum, citatur à Laertio in vita Xenophontis.*

Steſimbroti *Thaſij ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Temiſtoclis, & apud Fulgentium in Mytholog.*

Sthenelum *poetam Athenæus nominat li. 10.*

Strenidæ *Locri Pythagorici fragmentum de regno, citatur apud Stobæum in ſermone de regno.*

Stilpo *Megarenſis, ſcripſit dialogos nouem non ſatis gratiæ habentes, vt inquit Laertius, quorū hæ ſunt inſcriptiones, Moſchus, Ariſtippus ſiue Callias, Ptolemæus, Chærecrates, Metrocles, Anaximenes, Epigenes, Ad filiam ſuam, Ariſtoteles.*

Strabonis *Amaſei philoſophi, Geographicorum lib. 17. olim, vt putatur, à Guarino Veronenſi ac Gregorio Tifernate Latinitate donati, ac denuo à Conrado Hereſbachio recogniti, ac plerisque locis de integro verſi. Item, Epitome eorundem librorum, incerto authore, in Latinum ſermonem è Græco conuerſa, Hieronymo Gemuſæo interprete. Opus excuſum Baſileæ in officinis Curionis, anno Do.* 1549. *Idem opus Græce excuſum eſt Venetijs apud Aldū* 1516. *& Latine, ibidem, anno* 1511. *apud Bartholomæum de Zanis, & Baſileæ Græce & Latine è regione duobus columnis, apud Henricum Petri anno* 1549. *Strabonis rerum Geographicarum lib. 17. à Guilielmo Xylandro recogniti & emendati, & ab eodem in ſermonem Latinum tranſcripti, adiectis Annotationibus, ibidem editi ſunt, anno Domini* 1571. *Claruit temporibus Auguſti & Tiberij Imperatorum.*

Strabo *Cappadox, Pompeianam contra Iudæos expeditionem, & Gabinianam mandauit literis, quem deinde Damaſcenus imitatus eſt, referente Ioſepho.*

Strabus *monachus Fuldenſis, natione Germanus, Rabani abbatis quondam auditor & ſcriba, ſcripſit in Geneſim li. 1. In Exodum lib. 1. In Leuiticum lib. 1. & alia multa. Hic denique Strabus gloſſam, quæ ordinaria nunc dicitur, ſuper totam Bibliam ex dictis ſanctorum patrum primus comportaſſe memoratur, quam alij multis poſtmodum adiunctis ſententijs patrum ampliarunt. Scripſit præterea in Numeros, in libros Regum 4. in Iudith, Heſther, Sapientiam, Eccleſiaſticum, Hieremiam, Machabæos, Acta Apoſtolorum, Apocalypſim. Ad Ludouicum Cæſarem lib. 1. De officijs eccleſiæ lib. 1. Homilias elegantes. Chronicon etiam ſcripſit lib. 1. In Deuteronomium lib. 1. Et alia. Claruit anno D.* 840. *Ioannes Lelandus.*

Strabi *Galli poetæ, ad Grimaldum abbatem, hortulus amœniſſimus, hexametro carmine, de quarundam herbarum viribus: impreſſus Argentorati apud Henricum Syboldum, anno Domini* 1530. *cum Hel. Eobani præceptis Bonæ valetudinis conſeruandæ.*

Strato *Comicus Mediæ comœdiæ fuit. Suidas. Athenæus. Lepnomedam eius, & Phœnicidem allegat.*

Strato *philoſophus Lampſacenus, phyſicus, dictus Ptolemæi Philadelphi præceptor, ſcripſit de Regno lib. 3. de Iuſtitia 3. de Magiſtratibus 3. de Vitis, de Felicitate, de Regia philoſophia, de Fortitudine, de Inani, de Cœlo, de Spiritu, de Natura humana, de Generatione animalium, de Concubitu, de Somno, de Inſomnijs, de Viſu, de Senſu, de Voluptate, de Coloribus, de Morbis, de Iudicijs, de Viribus, de Metallicis machinis, de Fame, de Obtenebrationibus, de Leui & graui, de Afflatione, de Tempore, de Cibo & incremento, de Animalibus, de quibus dubitatur, de Fabuloſis animalibus, de Cauſis. Ambiguorum ſolutio, Locorum principia, de Accidenti, de Definitione, Quid ſit maius & minus, de Iniuſto, de Priore & poſteriore, Inuentorum elenchi duo: De commentarijs ambigitur. Epiſt. 450. Laertius. Clem. Strom. 1. laudat Stratonem in opere de Inuentis.*

Strato *medicus, Eraſiſtrati diſcipulus, ſcripſit quædam in medicina. Galenus in libro contra Eraſiſtrateos.*

Strato *hiſtoricus, ſcripſit res geſtas aduerſus Romanos Philippi & Perſei regum Macedoniæ.*

Stratonis *qui contra Ephori theoremata ſcripſit, lucubrationes citantur à Plinio lib. 7. Naturalis hiſtoriæ.*

Stratonis *diſtichon lib. 1. Florilegij, ſectione 75 tetraſtichon lib. 2. ſectione 5. & aliud lib. 4. ſect. 12. decaſtichon li. 2. ſect. 22. & hexaſtichon ſect. 47. Sunt autem forte Stratonis epigrammatum poetæ, cuius meminit Laertius.*

Stratocles, *ſcripſit de Homerica armorum diſciplina. Ælianus.*

Stratoclis *ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Hannibalis.*

Strattis *Athenienſis comicus, è cuius fabulis ſunt, Anthroporeſtes, Atalanta, Agati, ſiue argenti amiſſio, Iphigeron Callipedes, Cineſias, Limnomedon, Macedones, Medea, Troilus, Phœniſſa, Philoctetes,*

Digitized by Google

*ioctetes, Chryſippus, Pauſanias, Pſychaſtæ, vt ait Athenæus lib.2. Dipnoſophiſtarum. Suidas. Eiuſdem Mirmidones citantur à Polluce.*

Strattis *Olynthius hiſtoricus, ſcripſit Ephemeridum Alexandri libros quinq. De fluuijs, fontibus, & paludibus. De morte Alexandri. Suidas.*

Strodus *Anglus, ſcripſit conſequentiarum formulas lib.1. Sophiſmatum ſtrophas lib. 1. Summulas logicales lib.1. Poſitiones contra Wicleuum li. 1. Claruit anno 1380.*

Strodi *cuiuſdam extant commentarij in Ariſtot. barbari.*

Strozæ, *aliâs Strozij, pater & filius, hic Hercules ille Titus prænomine, poetæ Ferrarienſes: poemata eorum Aldus excudit Venetijs.*

Succeſſus *epiſtolæ 2. & 4. & 12. apud Cyprianum autor, cum aliquot alijs coepiſcopis lib.1.*

Succeſsi *à Birgermaniciana verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.*

Succius *comicus citatur apud Fulgentium in Mythologicis. Vide ne idem qui infra Sutrius. Ego Succius malim vt Gyraldus habet.*

Sudines *quidam citatur aliquando ab Eraſmo Stella in libello de gemmis.*

Sudines *antiquus author citatur à Plinio lib. 36. & 37. Naturalis hiſtoriæ.*

Suetonius *Lenis, Suetonij Tranquilli pater, Lucij Othonis imperatoris vitam deſcripſit. Item librum de inſtitutione obſeruata & librum Prætorum.*

Suetonius *Optatianus principes Romanos deſcripſit. Raphael Volaterranus.*

Suffridus *Petrus Leouardienſis Friſius* I.V.D. *tranſtulit ex Plutarcho librum de Iſide & Oſiride: item Orationem an ſeruo ſit adminiſtranda reſpublica. * Et opuſculum de educandis liberis. Scripſit etiam orationes quinq. de vtilitate Græcæ linguæ. * Itemq. orationem de præſtantia legum Romanarum. 8. Antuerpiæ ex officina Chriſt. Plant. 1580.*

Sogerius *abbas S. Dionyſij, vitas Regum Philippi & Ludouici* IX. *Latine ſcripſit.*

Sueuius *vir longe doctiſsimus in edulio quod inſcribitur Moretum. Gyraldus alia quoq. poemata ab eo ſcripta refert. Conſiderent docti an carmen hoc titulo Vergilio inſcriptum Sueuij ſit.*

Suidas *quidam, vel Sudas, ſecundum alios, Græcum Dictionarium ſcripſit, cui acceſſere varia aliorum Lexica. Excuſum Venetijs ab Aldo, item Mediolani, & Baſileæ à Frobenio. Suidæ Theſſalica citat Apollonij interpres. Eiuſdem Genealogias Stephanus.*

Sulahin *citatur à Ioanne F. Serapionis. Vide Salomon.*

Sulcardus *Anglus, monachus & Chronographus Weſtmonaſterienſis, D. Eduuardi regis tempore plura compoſuit. Claruit anno Domini 1060. Hoc in quodam antiquiſsimo ſcripto reperi. Abbas Eaduuinus & Sulcardus Cœnobita, ſed Sulcardus maior eſt. Ioannes Baleus.*

Sulpitia *Romana, fœmina doctiſsima, heroico carmine multa ſcripſit, vt refert Fulgoſus lib.8. ca. 2. rerum memorabilium. Claruit autem Auguſti Cæſaris temporibus.*

Sulpitij *de ſyllabarum quantitate liber excuſ.*

Sulpitij *carmen hexametron, & 70. epigrammata, inuenta in cœnobio quodam Italiæ iuxta Bobium oppidum, anno 1494. Raph. Volater.*

Sulpitius *poeta & orator haud ignobilis, cum tribunus plebis eſſet, orta contentione cum C. Cæſare ædili, & L. Cæſare prætore fratribus, cauſa fuit bellorum ciuilium, &c. Gyraldus ex Aſconio Pediano: nihil autem refert, quod ab eo ſcriptũ extet.*

Sulpitius *Seuerus. Vide in Seuero.*

Sulpitij *Alexandri hiſtoriarum libri à Gregorio Turonenſe citantur.*

Sulpitius *Gall. citatur à Plin. li.2. Nat. hiſto.*

Sulpitij *Carthaginenſis carmen quoddam excuſum, in fine operum Virgilij, quæ Brylingerus Baſileæ, anno 1545. publicauit.*

Sulpitij *Victoris ad M. Silonem generum de arte oratoria liber, ex Græco ſermone, vt videtur, tranſlatus, impreſſus Baſileæ 1521. cum diuerſis aliorum veterum libellis de figuris & rhetorica.*

Sulto *Germanus, theologus, citatur in Chryſopaſſo Ioannis Eccij.*

Suniæthon *ſcripſit hiſtoriam Phœnicum. Athenæus.*

Sunij *Arabicorum liber quartus citatur à Stephano in Edumæi, & Sunius in Carnana.*

Superianus *ſophiſta Iſaurus. Suidas ſed nullum eius ſcriptum refert.*

Suſarionis *ſenarij 4. apud Stobæum in ſermone, quod nuptiæ alijs proſint, alijs obſint.*

Sutrij *Comici ſcripta citantur apud Fulgentium in Mytholog. Vide Succius.*

Syagrius *ſcripſit de fide aduerſum præſumptuoſa hæreticorũ vocabula, quæ ad deſtruenda vel immutanda ſanctæ Trinitatis nomina vſurpata ſunt, &c. Sub huius Syagrij nomine, ſeptem de fide & regulis fidei libros prætitulatos inueni. Gennadius.*

Syagrus *poeta inſignis, poſt Orpheum, & Muſæum Troianum bellum cecinit, teſte Æliano de varia hiſtoria lib.14.*

Syllæ *ſcripta citantur apud Plutarchum in eius vita.*

Syllanus *quidam citatur à Plinio lib.15.18. et 19. Naturalis hiſtoriæ.*

Syluerij *papæ decreta, & Syluestri papæ excerptiones ex decretis, impreſſa Coloniæ, cum reliquis pontificum decretis.*

Sylueſter *Aldobrandinus Florentinus* I.C. *ſcripſit commentaria in librum primum inſtitutionum Iuſtiniani, excuſa Venetijs apud Iuntas 1548.*

Sylueſtri *Bernerij de concoctione quæſtio: impreſſa.*

Sylueſter *Gyraldus, Cambrienſis, ſcripſit Topographiam Hiberniæ lib.1. Diſtinctionum eiuſdem lib.4. Hodœporicon Cambriæ lib.1. Itinerarium Britanniæ lib.1. Topographiam Cambriæ lib. 2. Epitomen eius lib.1. Vitam Henrici* II. *lib.1. De inſtitutione principis lib.1. Speculum eccleſia-*

Tt

Digitized by Google

ſticum lib.1. Acta regis Ioan.lib.1.de Mahumeti nequitijs lib.1.de Viſiſaxonum regibus lib. 1. Anglorum Chronicon lib.1. Pro Guidone Waruuicenſi li. 1. Dialogorum lib.1. Claruit anno 1190.

Syluester *Hartlieb Trotulæ librum de ſecretis mulierum tranſtulit in Germanicam linguam. Videtur autem alio exemplari Latino vſus quam quod vulgo habetur.*

Syluester *Meuctius, patria Venetus, profeßione Auguſtinianus, ſcripſit annotationes in Apocalypſin lib.1. Et alia. Claruit anno* 1516. *Opus eſt Venetijs impreſſum.*

Syluester *de Prierio Bononien. ordinis fratrũ Prædicatorum, ſcripſit defenſoriũ doctrinæ S. Thomæ. Ioan. Capreoli ſcripta abbreuiauit. Scripſit etiam introductorium logicæ. Item ſummam ſermonum quæ roſa aurea nuncupatur. Item ſummam de caſibus conſcientiæ. Item malleum Scotiſtarum. Item ſuper 4. libros ſententiarum. Sylueſtrina ſumma, typis excuſa. * Sylueſtrinæ ſummæ, ſeu ſummæ ſummarum, partes duæ, Antuerpiæ apud Plantinum* 1569. *Hac verò editione, multi loci mutilati & confuſi, ſumma diligentia reſtituti, argumenta quoque ſingulis titulis præfixa ſunt. Claruit anno* 1512. *Eius Roſa aurea: hoc eſt expoſitio ſuper Euangelia totius anni de tempore & ſanctis, excuſa eſt Venetijs,* 1569. *in quarto. Scripſit etiam egregium opus in Ioan. Capreolum, doctorum fere omnes opiniones continens.*

Syluestri *de Prierio feudi Aſtenſis, liber de veritate Romanæ eccleſiæ contra Martinum Lutherum. Replica ad M. Lutherum, excuſa. Vide ſuprà in operibus M. Lutheri.*

Syluius *Bonus, Britannus rhetor & poeta, ſcripſit Maximi Cæſaris laudes lib.1. Inuectiuas in Auſonium lib.1. Poemata diuerſi generis lib. 1. De bellis Armoricanis lib.1. Claruit anno* 410. *Baleus.*

Symbaldus, *vide Innocentius quartus.*

Symeon *nomen proprium, à nonnullis per iota ſcribitur. Sunt qui perperam cum Simone confundant.*

*R.* Symeon *Ben Ioachim, ſuper Leuiticum, amplißimum volumen ſcripſit, in quo pene omniũ rerum naturas diſcutiens oſtendit, quo modo Moyſes ſecundum triplicis mundi conuenientiam & rerum naturam, arcam, tabernaculum, vaſa, veſtes, ritus, ſacrificia, & reliqua myſteria ad Deum et virtutes cœleſtes placandas, & ad expiandum hominis imaginem hominem ordinauit. Rabi Symeonis commentarij Hebraici in Ezdram, Neemiam, & Paralipomenon, impreßi Venetijs apud Bombergum. Rabi Symeonis logica per Sebaſtianum Munſterum Latine iuxta Hebraiſmum verſa, ad Hebræorum commentaria legenda vtilis ac neceſſaria. Io. Frobenius excudit Baſil.* 1527. *Extat etiam Hebraice Liber Myſteriorum R. Symeon ben Iohai: citatur à Galatino lib. 4. ca. 18. Eiuſdem liber de Splendore citatur à Reuchlino. * Symeonis myſtica eccleſiaſtica, in quarto. Manuſcript. biblioth. Imper. Viennæ.*

Symeon *Conſtantinopolitanus, ludimagiſter, compoſuit Græce metaphraſtas, id eſt, ſanctorum vitas, quæ ſingulis menſibus propriè leguntur; habenturq́ in bibliotheca Vaticana. Simeonis metaphraſtæ legendæ ſanctorũ, extant Græce in bib. Auguſtæ Vindelicorum. Claruit circa annum* 1200.

Symeonis *Metaphraſtis tomus* V. *Vitarũ ſanctorum patrum* XC. *numero. Venetijs* 1556. *in* 8.

Symeonis *Beſtij liber Græcus de naturalium philoſophorum opinionibus, ſeruatur in Italia. Fortè idem qui inſcribitur, Simeonis magiſtri phyſica contemplatio, in Bibliotheca Græcorum voluminum Diegi Hurtadi apud Venetos.*

* Symeon *Roſius Prætor Lemouicenſis, M. T. Ciceronis epiſtolas ad T. Pomponium Atticum, ex fide vetuſtißimorum codicum emendauit: & in eaſdẽ animaduerſiones ſcripſit, diu hactenus expetitas. In* 8. *Francofurti* 1579. & *Antuerpiæ* 1582.

Symeonis *Logothetæ Gnomica, id eſt, ſententiarum collectanea. Liber Græcus in Italia.*

Symeonis *Meſopotamitæ ſermo Græcus, de eo quod ſemper in animo habere debeamus diem exitus vitæ, ſeruatur in Italia. Et M.S. in bibl. Imp. Vien.*

Symeonis *preſbyteri ſermones & hymni, extant Græce in bibl. Auguſtæ Vindelicorum,*

*S.* Symeonis *noui theologi, liber Græcus de oratione, ſiue de tribus modis orandi: extat in bibl. quadam Italiæ.*

~~Symeonis *archiepiſcopi Theſſalonicæ contra omnes hæreſes, & de myſterijs omnibus ſanctæ eccleſiæ ex patribus eccleſiaſticis dialogus manuſcr. Græce, in 4. in bib. Imp. Viennæ Auſtriæ.*~~

* Symeonis *Scholarij, Monachi, itemq́ Baſilij Magni, aliorumq́ Canones, per locos communes, ordine alphabetico digeſti, iuncta Acoluthiæ natalis Chriſti, in quarto. Manuſc. bibl. Imp. Viennæ.*

Symeonis *Sethi magiſtri Antiochiæ liber Græcus, de cibariorum (condimentorum quoq́ aromatum, odoramentorum, & aliorum quorundam ſimplicium) facultatibus per ordinem literarum: Michael Iſingrinius excudit Baſileæ,* 1538. *Græce, & Latine Lilio Gregorio Gyraldo interprete. Symeonis Sethi* τὸ κατὰ ςεφανίτην ϗ ἰχνηλάτην, *liber Græcus in bibl. Auguſtæ Vindelicorum. * Et in bibl. Imp. Viennæ, manuſc. in 4. Sunt autem narrationes Indicæ vocatæ Ichnilatæ. Plura de Setho, vide ſupra ad literas Seth.*

Symeon *Xerocerti principis capita practica et theologica centum, eiuſdem gnoſtica & theologica capita* 25. *extant Græce in bibliotheca Diegi Hurtadi, apud Venetos.*

Symmachus *Ebionæus commentarios quoſdam ſcripſit, in quibus conatur de Euangelio ſecundum Matthæum authoritatem ſuæ hæreſeos confirmare teſte Euſebio. Idem vetus Teſtamentum ex Hebræo in Græcum ſermonem tranſtulit.*

Symmachus *papa, natione Sardus, ſcripſit decretum primæ ſynodi lib.1. decretum ſynodi Romanæ lib.1. geſta alterius ſynodi Romanæ lib.1. de exceßibus clericorum lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. decreta eius cum cæteris Pontificijs impreſſa Coloniæ, in volumine Conciliorum* 4. *Claruit* 515.

Symmachi

Symmachi *epiſcopi Romani apologeticus aduerſus Anaſtaſium Imp. cum Chromatij libello: adijcitur & eccleſiæ Orientalis ſcriptum ad eundem Symmachum, in folio Baſileæ 1550.*

Symmachi *V.C. Præfecti vrbis Epiſtolarum lib. 2. impreſ. ſunt Baſil. in officina Froben. 1549. in 8. Fuit autem hic alius à Symmacho ſocero Boetij, & qui primus epiſtolas has Argentinæ edidit, in eo aberrauit, quod eundem eſſe ſcripſerit. Inter epiſtolas habetur Relatio ad Valentin. Theodoſ. et Arcadium Aug. qua petit vetera ſacra Deorum Romanis reſtitui, huic reſponderunt Ambroſ. & Prudentius. Extant eius epiſtolæ longe plures quàm editæ ſint apud Iacobum Cuiatium, qui alicubi promittit ſe typographo petenti libenter daturum, vt in publicum edantur.*

Symphoriani *Campegij (aliâs Champerij) Lugdunenſis, natione Galli, Equitis aurati, Caſtigationes ſeu emendationes pharmacopolarum ac Arabum medicorum, Meſuæ, Serapionis, Raſis, Alpharabij, & aliorum iuniorum medicorum, in lib. 4. diuiſæ, excuſæ Lugduni, 1532. apud Ioan. Creſpin. Eiuſdem varia opuſcula, & aliorum quorundam, impreſſa Lugdu. Sunt autem hæc: de claris ſcriptoribus medicinæ veteribus & recentiorib. lib. 1. de legum diuinarum conditoribus, vna cum impugnatione ſectæ Mahometicæ, ſiue Alchorani lib. 1. Dialogus in legem Mahometicam. De corporum animorumq́ morbis, ac remedijs eorum, libelli duo, quorum primus introducit in practicam Galeni, ſecundus curat animi ægritudines. Euangelicæ Chriſtianæq́ religionis ex ſcriptis gentilium & poetarum, et philoſophorum, validiſſimis argumentis comprobatio. Aphoriſmi ſiue collectiones medicinales. His adijciuntur aphoriſmi Alexandri Benedicti, Alexandri Aphrodiſiei de febribus lib. 2. Georgio Valla interprete. Opuſcula quædam Hippocratis And. Brentio interprete. Eiuſdem Hortus Gallicus, liber in re medica, quo recenſentur ſimplicia medicamenta, quæ in ipſis Gallijs per diuerſa loca proueniunt. Excuſ. eſt enchiridij forma. Monarchia Gallorum, * ac triplici imperio, liber impreſſus. * Lugduni in folio. 1537. Practica, excuſa typis, Galeni campi hiſtoriales ex omnibus Galeni lib. excerpti, & in 4. lib. digeſti per Symph. Campegium, & eiuſdem commentarijs explicati: Eiuſdem libri duo de apologetica diſceptatione inter Andream Thurinum, & Matth. Curtium, quibus docetur per quæ loca ſanguis mitti debeat in Pleuritide, & plurimorum authorum diuerſæ ſuper eadem re ſententiæ ad verbum referuntur. Cratander impreſſit Baſileæ 1532. de dialectica, rhetorica, geometria, arithmetica, aſtronomia, muſica, philoſophia naturali, medicina, theologia, item de legibus, politica, & ethica, Hen. Petrus excudit Baſileæ 1537. Eiuſdem Practica medicinalis, & liber de omnibus febrium generibus, excuſa ſunt Baſileæ ab Henrico Petri, anno 1547. in octauo chart. 42. Eiuſdem Cribratio medicamentorum in ſex digeſta libros. Quæſtio de exhibitione medicinarum venenoſarum. De miſtorum generatione, de concretis & abſtractis apologia in Academiam nouam Hetruſcorum. Lugduni excudit Gryphius anno Domini 1534. Eiuſdem Symphonia Galeni ad Hippocratem, eiuſdem liber de quadruplici vita, * impreſſus Lugduni anno Domini 1507. in folio paruo. Et Commentarij in Aſclepium Hermetis, impreſſa ſunt Pariſijs. * Itemque partes quatuor, de triplici diſciplina, in octauo. Lugduni 1508. excuſæ.*

* Symphoriani *Pollionis concio Germanica de fide, habita Argentinæ anno Domini 1525. ibidem excuſa in 4.*

Syneſius *è Pentapoli Africæ philoſophus Chriſtianus, præſul Ptolemaidis factus, ſcripſit libros in Grammatica, philoſophia, ſermones regios, panegyricos vel demonſtratiuos, encomium caluitij, de prouidentia ſermonem mirabilem charactere Græco: & alios plurimos ac diuerſos libros compoſuit, & admirandas epiſtolas. Suidas. Alicubi additur Cyrenæus gentile. Eius autem omnia ſcripta ſeruantur in Italia Græce, de interpretatione ſomniorum liber Græcus, impreſſus Venetijs ab Aldo, cum Artemidoro de ſomnijs: & Latine ibidem, Marſilio Ficino interprete. Caluitij laus Latinitate donata, Ioanne Phrea interprete, impreſſa olim Baſileæ apud Ioan. Frobenium, cum Deſ. Eraſmi Moria. Adiectis Beati Rhenani ſcholijs, epiſtolæ eius Græce, excuſæ Venetijs ab Aldo, in volumine epiſtolarum diuerſorum authorum. Scribit autem ad epiſcopos aliquot, et alios. Epiſtola ſancti Syneſij* πρὸς τὴν πίστιν, *id eſt, ad fidem, extat in Italia. Syneſij philoſophi ad Dioſcorum in librum Democriti, veluti ſcholia, Græce in Italia. Sermones eius Græci extant Romæ: nominantur autem inter alios, de regno, de domo, de vita ſua. Seruantur etiam in bibliotheca Auguſtæ Vindelicorum. de prouidentia lib. 2. de regno lib. 1. de caluitio lib. 1. omnes Græce. Syneſij philoſophi monaſtieba 2. lib. 4. Florilegij: alterum ſectione 4. alterũ 5. Syneſij epiſcopi Cyrenes opera Græca excuſa Lutetiæ in fol. anno 1553. char. 60. apud Adrianum Turnebum. Sunt autem hæc: De regno ad Arcadium imperatorem. Dion ſiue de ſuæ vitæ ratione. Caluitij laudatio. De prouidentia ſeu Ægyptius. Concio quædam panegyrica. De inſomnijs cum Nicephori Gregoræ explicatione. Epiſtolæ. Ex his quædam ſcripſiſſe fertur antequam Chriſtianam religionẽ recepiſſet. Phraſis eius tanquam Attica laudatur. Extat de eo Euagrij ſcholaſtici teſtimonium, ab initio voluminis impreſſi. Liber de inſomnijs Marſilio Ficino interprete, impreſſus eſt Lugduni 1541. in 16. cum Augerij Ferrerij Toloſatis libello de inſomnijs.*

Syneſij *opera à Iano Cornario in Latinam linguam tranſlata edita ſunt Baſileæ vna cum Pachymerij Epitome in Ariſtotelis philoſophiam, anno 1560. in officina Frobeniana in fol. Eiuſdem Hymnos vario Lyricorum verſuum genere, ante non editos, Henr. Stephanus excudit Græce. & Latine Fr. Porto interprete, in minima forma.*

Syneſij *Scholaſtici hexaſtichon, ibid. li. 4. ſec. 13.*

Syngeli *hiſtoriæ ab exordio mundi vſq; ad Heraclium Heraclij F. Græce ſeruantur in bibliotheca*



Digitized by Google

*Aug. Neſcio autem an Mich. Syngeli an alterius.*

Synthis *grammatiti cuiuſdam barbari nomen alicubi legi.*

Syrianus *Alexandrinus philoſophus, Athen. ſcholæ præfuit magiſter Procli qui ei ſucceßit. Scripſit in totum Homerum commentarium lib. 7. In Rempub. Platonis lib. 2. In Orphei theologiam lib. 2. Inſcripta Procli de Homericis dijs. Conſenſum Orphei, Pythagoræ, & Platonis. De oraculis li. 10. & alias quaſdam enarrationes. Suidas.*

Syriani, *Sopatri & Marcellini Commentarij Græci in Hermogenis rhetorica, impreßi ab Aldo, 1509. Eiuſdem authoris eſſe videtur liber hac inſcriptione Romæ in bibliotheca Vaticana conditus: Syriani ſophiſtæ & aliorum ſuper aliquas partes rhetoricæ. Syriani ſolutiones quæſtionum in tertio libro metaphyſicorum Ariſtotelis, Venetijs extant Græce in bibliotheca SS. Ioan. & Pauli. Commentaria Græca in tres poſteriores libros metaphyſicorum, apud Diegum Hurtadum Venetijs, & alibi in Italia. Eadem impreſ. Latine Venetijs Hiero. Bagolino interprete.*

Syricius. *Vide Siricius.*

Syrophanes *Ægyptius citatur apud Fulgentium in Mytholog.*

# T.

TAbari *citatur à Ioanne F. Serapionis.*

Tabiena *ſumma videtur nominata à Tabieno* I.C.

Tacuinus *quidam medicus, ante annos circiter 30. fertur quædam edidiſſe, impreſſa in Italia. Sunt & Tacuini dictæ tabulæ in re medica Elluchaſeni cuiuſdam, editæ in fol.*

Tacus *in libro de lapidibus citatur ab Apollonio in Hiſtor. mirabilibus.*

Tages *ſcriptor citatur apud Fulg. in aruſpicinis.*

Tailleiætus *coquus regis Galliæ, de re culinaria librum ſcripſit, ſermone Gallico.*

* Talaueranus *archipreſbyter, de vitijs malarũ mulierum, anno 1547. Italice.*

Talheimij (*proprium nomen ignoratur*) *theologiæ doctoris epiſtola, in qua conquaritur de vitijs Romanæ curiæ, eaq́; dicit eſſe reformanda, ſcripta ad Conradum epiſcopum Maguntinum ex Erfordia anno 1452. Occaſionem ſcribendi dedit Legatus apoſtolicus, indulgentias anni iubilæi annuncians. Concludit eam his verbis, Si dominus apoſtolicus & ſua curia ſe reformaret, vel per concilium generale fieret reformatio generalis, facillime membra eccleſiæ in ſuo quæq; ſtatu reformarentur.*

Tancredus *doctor iuris canonici, citatur in ſumma Angelica, ſcripſit Compendioſam ſummam. Tancredi prouinciale manuſcriptum vidi, char. circiter 5. in quo enumerantur omnes epiſcopatus prouinciatim. Tancredi de Cornero I. C. ordinis iudiciarij tractatus.° De matrimonijs & ſponſalibus. Caſus decretalium. Apud M. Dreſſerum.* * *Tancredi ſumma de ſponſalibus, & ſortes apoſtolorum, liber in fol. in membrana ſcriptus, in bibl. Imp.*

o vidi MS. in charta M. Tancredi: Ordnung [illegible] [illegible], [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]. Dn. Lic. Ern. Jac. Thomae emit et [illegible] [illegible].

Taraſij *patriarchæ Conſtantinopolitani epiſtola ad Adrianum PP.* περὶ τοῦ μὴ ἐπὶ χρήμασι γίνεσθαι τὰς χειροτονίας: *habetur cum Græcis Conciliorum canonibus.*

Tarentinus *citatur in Conſtantini Geoponicis.*

Tarpham *Perſæ Somniorum interpretis meminit Leo Tuſcus.*

Tarquinius *Schnelbergius de curatione peſtis per viginti radices.*

Tarquitius *de diſciplina Hetruſca citatur à Plinio lib. 2. & 11. Naturalis hiſtoriæ. Hic ſcripſit Oſtentarium arborarium, quod Tarquinio falſo tribuitur in mendoſis exemplaribus Macrobij. Meminit huius Marcellinus lib. 25. & Lactantius. Vide P. Pithœi ſubſecinorum lib. 1. cap. vlt.*

Tarrhæi *& Didymi prouerbia, & ea quæ apud Suidam aliosq́; habentur, Aldus excudit Venet. Græce, cum fabulis Æſopi, ordine alphabeti.*

Tarſiani, *& Mathidij, & aliorum preſbyterorum epiſtola ſcripta è Pamphylia vrbe Suedrorum ad S. Epiphanium, in qua petunt de fide in Patrem & Filium & S. ſpiritum edoceri, & de alijs eiuſdem fidei partibus, præponitur libro Ancorato Epiphanij, de quo ſuprà diximus.*

* Tartarorum *religio & ritus, Germanice deſcripti & excuſi in 8. Tubingæ, anno 1583.*

Taruntius *philoſophus & Mathematicus, Varronis impulſu, Romuli conceptionem in diem & horam deduxit, inſpectisq́; eius vitæ inſtitutis, et rebus geſtis, ex illis conſequentia collegit. Qua de re multa leges apud Plut. in vita Romuli.*

Tarrantenus *Paternus vetus I.C. ſcripſit de re militari libros quatuor.*

Tathuuinus *Mercius, Angloſaxo, Benedictinus, compoſuit Ænigmata lib. 1. Carmina varij generis lib. 1. Obijt anno 734. Baleus.*

Tatianus *hæreſiarches, Iuſtini martyris auditor, ſcripſit inſignem librum contra gentes. Vide plura apud Hieronymum. Tatiani Aſſyrij ex Helleniſmo ad Chriſtum conuerſi oratio ad Græcos, qua nihil eorum quibus Græci gloriantur, in Græcia natum eſſe, ſed omnia à barbaris inuenta, per inductionem eleganter admodum ſermone Græco declarat, & multa Græcorum mala recenſet: Liber impreſſus Tiguri apud Froſchouerum, cum ſententijs Antonij & Maximi. Floruit ſub Antonino & Commodo. Tatianus Syrus* ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας καὶ ἐν τῷ περὶ τοῦ κατὰ τὸν σωτῆρα καταρτισμοῦ, *citatur à Clemente Strom. 1. & 3.*

Tatianus *quidam qui dictus eſt ſimia temporis ſui quod cuncta imitatus eſſes: ſcripſit libros prouinciarum pulcherrimos: filium habuit Tatianum oratorem qui Maximini iunioris præceptor fuit. Capitolinus in Maximino iuniore.*

Tauriſanus *monachus, ſcripſit in artem paruam Galeni, liber in Italia excuſus eſt. Forſan Turiſanus.*

Tauron *citatur à Plinio lib. 7. cap. 2. Videtur autem geographica aut hiſtorica quædam de India ſcripſiſſe.*

Taurus

Digitized by Google

Taurus Berytius philoſophus Platonicus, ſub Antonino Pio, ſcripſit de differentia dogmatum Platonis & Ariſtotelis, de corporibus & incorporeis, & alia plurima. Suidas. Taurus primo Commentariorum in Gorgiam Platonis citatur à Gellio lib. 6. cap. 14.

Taxeoti ... medica, Græce manuſc. in Gal.

Tazael ſcripſit librum magnum de inſtitutionibus qui incipit, In prima huius proœmij parte, etc.

Thebit ben Corat, citatur in ſumma Alberti Magni. Extat liber eius de ſignificationibus planetarum, capitis & caudæ draconis. Thebitij rudimenta quædam, & de motu octauæ ſphæræ librum, & demonſtrationis in Almageſtum, vbi Ptolemæi demonſtratio deficit, & additiones in ſphærica Menelai: Franciſcus Maurolycus editurum ſe pollicetur. Idem ſcripſit librum de diffinitionibus, librum de imaginationibus ſpheræ editum in folio. Thebit naturalis magiæ ſcriptor. Vide in Zoroaſtre.

R. Tedacus Leui librũ edidit de decem numerationibus cabaliſticis, citatur à Reuchlino lib. 3.

Telauges Pythagoræ præſtantiſſimi viri filius & diſcipulus, philoſophus, magiſter Empedoclis: ſcripſit de quaternione libros quatuor. Suidas. Eiuſdem epiſtola ad Philolaum citatur à Laertio.

Teleclides Athenienſis comicus. Ex eius fabulis ſunt, Amphyctiones, & Prytanes, & Robuſti: vt Athenæus in Dipnoſophiſtis ait. Suidas. Idem in Mendacibus citatur à Polluce.

Telephus Pergamenus grammaticus, ſcripſit et ipſe libros, in quibus etiam tradit, Quot res grammatico tenendæ ſint, de Homericis figuris, Rhetoricorum lib. 2. de Homerica rhetorica. de Homeri & Platonis conſenſu, variæ eruditionis 2. Vitas tragicorum & comicorum. Experientiæ librorum lib. 3. in quibus docet qui libri digni ſint comparatu: & Homerum ſolum ex antiquis Græce loqui. Deſcriptionem Pergami. De Pergameno Sebaſtio ſeu Auguſtali lib. 2. de Prætorijs Athenienſium: de Atheneinſium legibus & moribus: de Pergami legibus lib. 5. De vſu, ſiue de nominibus veſtitus cæterarumque rerum quibus vtimur, ordine alphabetico, de Vlyſſis errore: Ocytocion: id eſt Collectanea epithetorum eidem rei conuenientium ad parandam dictionis copiam lib. 10. Suidas. Videtur autem Ocytocium, quod vt pharmaca ocytocia accelerant partum, ſic ille in hoc libro extempore loquendi rationes tradiderit, videtur enim oratio quaſi partus quidam, animo primum conceptus.

Teletis librorum de autareia, de caſibus, de exilio, de imperturbatione, fragmenta in collectaneis Stobæi ſuperſunt.

Teleſillæ poetriæ Argiuæ, quam cum alijs mulieribus armatam Lacedæmonij fugerunt, Suidas meminit.

Teleſillæ liber ſecundus citatur à Polluce.

Teleſphori papæ decreta, cum reliquis pontificijs impreſſa.

Teleſphori Cuſentini explanatio figurata ſuper Apocalypſim.

Teleſphorus Eremita ſcripſit Epiſtolam de de notione religionis & animæ militantis.

Tenarum Grammaticum Athenæus libro decimoquinto citat.

Tenax epiſtolæ 4. apud Cyprianum autor, cum aliquot alijs coepiſcopis lib. 1.

Tenacis ab Horreis Celiæ, & Terapij à Bulla confeſſoris verba, leguntur apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Terentianus Maurus Carthaginenſis excelluit in poetica, & opus compoſuit vario multiplicis carminum genere, de literis, ſyllabis, pedibus & varijs metris: impreſſum Francoforti apud Egenolphum, 1532. ex emendatione Iacobi Micylli. Pleraque ex hoc opere in Aldi Manutij grammaticis inſtitutionibus de proſodia tranſcripta ſunt. Scripſit in hunc commentarios Villerius quidam, Lutetiæ cum Terentiano impreſſos in quarto apud Colinaum.

Terentius Clemens vetus iureconſultus, ſcripſit de legibus lib. 20.

Terentius Scaurus. Vide Quintus Terentius Scau.

Ex Tergilla tranſtulit quædam Plinius in li. Naturalis hiſtoriæ 15.

Terpander poeta primus heptachordũ lyram inuenit, & carmina lyrica ſcripſit. Suidas. Huius carmina citantur apud Plutarchum in Lycurgo. Terpander Antiſſæus modos poematibus primus adiecit, & Lacedæmoniorum leges numeroſis verſibus ſcripſit. Clemens Strom. 1. De Terpandro eiuſq; inuentis multa ſcribit Plutarchus in libro de Muſica, vbi etiã refert ipſum carmine proœmia ad cantus fidium condidiſſe.

Terpſicles ſcripſit de Venereis. Athenæus.

Tertij Damiani Viſſenaci Decipolitani, Theorica medicinæ & chirurgiæ, cum libello ... id eſt morbo ſudorifico, Antonius Idumæus excudit Antuerpiæ, anno 1541.

Tertullianus vetus I. C. ſcripſit quæſtionum libros 3. de caſtrenſi peculio lib. 1. de ſenatuſconſultis lib. 1. ad ſenatuſconſultum Libonianum & Ophitianum. * Hunc eſſe Q. Sep. Flor. Tert. aſſerit Cuiatius Obſer. lib. 7. cap. 2.

Tertullus epiſtolæ vndecimæ, & 12. author apud Cyprianum lib. 1. cum alijs preſbyteris.

Teruanus Pontifex Scotorum Epiſcopus, ſcripſit Exhortationes quaſdam lib. 1. Claruit anno 440. Baleus.

Teucer Cyzicenus, ſcripſit de aurifera terra, de Byzantio, Mithridaticarum rerum lib. 5. de Tyro 5. Arabicarum 5. Iudaicam hiſtoriam lib. 6. Adoleſcentium Cyzicenorum exercitationem 3. & reliqua. Suidas.

Teupalus ſcripſit Iliaca, citatur à Stephano in Andria.

Thaddæus Dunus Italus, Locarnenſis medicus, ſcripſit adhuc adoleſcens librum de arithmetica, excuſum Baſileæ à Iacobo Parco, 1545. Item folium vnum de Nonis, Idibus & Calendis: Ibidem. Franciſci Stancari Commentariorum in epiſtolam D. Iacobi ex Italico ſermone in Latinum conuer-

Soſicles *Syracuſanus tragicus, ſcripſit fabulas 73. &c. Suidas.*

Soſicratis *Ciziceni ſcripta citantur apud Fulgentium in Mytholog.*

Soſicratis *Diadochas, Cretica, & Philadelphos, Athenæus citat: et Soſicratis Phanagoritæ* οἶκ. *Soſicratis diſtichon iambicum apud Stobæum de philautia.*

Soſigenis *præceptoris Alexandri Aphrodiſiei liber tertius de viſu citatur à Themiſtio lib. 2. de anima.*

Soſigenes *peritus ſcientiæ ſyderum, quo vſus eſt Cæſar Dictator, trinis commentationibus anni rationem expoſuit, vt teſtatur Plinius lib. 18. cap. 25. Qui eum diligentiorem ceteris tamen ad dubitaſſe ac ſemet correxiſſe ſcribit.*

Soſimenis *medici ſcripta allegantur à Plinio 20. & quinq; deinceps libris.*

Soſimi *lib de temporibus, Athenæus allegat.*

Soſides *Atticus ſcriptor citatur apud Fulgentium in Mytholog.*

Soſipatri *catapſeudomenon Athenæus citat.*

Soſiphanis *diſtichon iambicum Stobæus recitat in ſermone de ira: & ſex alios ſenarios in ſermone de ſuperbia.*

Soſitheus, *vnus ex Pleiade poetarum, claruit olympiade 164. ſcripſit ligato & ſoluto ſermone, &c. Suidas. Soſithei Tragici Daphnin, aut Liryerſam, Athenæus allegat. Ex Aethlio eius fabula, diſtichon citatur à Ioan. Stobæo in laude audaciæ. Scripta Tragica citantur etiam apud Higinium & Arati interpretem.*

Soſtratus *Phanagorites laudatur à Stephano.*

Soſtratus *ſcripſit rerum Tuſcanicarum aliquot libros, ex quorum ſecundo Aeoli & filiorum eius hiſtorias recitat Plutarchus cap. 52. Parallelorum minorum.*

Soſtrati *vel Zoſtrati, & Hippocratis de mulo medicina, liber Græcus in biblioth. Regis Gall.*

Soſtrati *librum de animalibus Athenæus allegat, Eiuſdem librum Fabuloſorum Stobæus, in ſermone de morbis, & librum ſecundum, de venatione in vituperio Veneris.*

Soſtratus *vir celebris quædam in chirurgia reperit. Celſus.*

Soſus *philoſophus Stoicus Aſcalone natus.*

Sotacus *citatur à Plinio 37. libro Naturalis hiſtoriæ.*

Sotades *Athenienſis mediæ comœdiæ poeta, hunc* ἐν ἐγκλειομέναις *fabula citat Athenæus libro 7. vbi* Σωτάδης *mendoſe nominatur: & lib. 9.* ἐν παραλυτρουμένῳ.

Sotades *Athenienſis philoſophus, qui ſcripſit de myſterijs lib. 1. Suidas.*

Sotades *Byzantinus philoſophus, vt libro ſexto de philoſophia tradit Ariſtoteles. Suidas.*

Sotades *Cretenſis, Maronita, à dæmonio vexatus, iambographus, ſcripſit Phlyacas, ſiue Cinædos. lingua Ionica: nam Ionici ſermones ſic vocabantur. Vſus eſt hoc genere, etiam Alexander Aetolus, & Pyrrhus Mileſius, & Theodorus, & Timocharidas, & Xenarchus. Sunt autẽ eius genera plurima, veluti, Ad inferos deſcenſus, Priapus, ad Beleſtichem, Amazon, & alia: & Incluſæ, & redemptus vt Athenæus ait in Dipnoſophiſtis. Suidas. Quale fuerit huius poema ſcribit Athenæus 14. Qui hunc etiam maledicum fuiſſe aſſerit. Meminere etiam illius Plutarchus & Strabo. Errat autem Suidas qui attribuit Incluſas & Redemptum fabulas quas diſerte Athenæus Comico Sotadi tribuit, quem alium ab hoc eſſe docet. Sotadis cuiuſdam ſcripta citantur à Plinio lib. 5 Naturalis hiſtoriæ.*

Soteris *Papæ decreta, cum reliquis pontificijs impreſſa.*

Soterichus *Aſites, poeta heroicus, fuit ſub Diocletiano. Scripſit encomium Diocletiani: Baſſarica ſeu Bacchica lib. 4. De Panthea Babylonia, de Ariadne. Vitam Apollonij Tyanei, Pythonem ſiue Alexandriacum, eſt autem Alexandri Macedonis hiſtoria cum & Thebas & alia cœpiſſet. Suidas.*

Soteridas *grammaticus, Pamphilæ pater aut maritus (vtrunque à Suida ſcribitur) ſcripſit illi commentarium lib. 3. vt Dionyſ. ait in 30. de muſica hiſtoria. Scripſit etiam Orthographiam, Quæſtiones, De metris, De comœdia, In Euripidem.*

Sotionis *Alexandrini Diadochas, librum de ſillis Timonis, Athenæus citat. Stobæus cũ alia quædam Sotionis, tum ex libro de ira allegat. Citatur etiam ſæpe à Laertio & in Conſtantini Geoponicis. item apud Plutarchum in vita Lyſandri.*

Sotiræ *ſcripta allegantur apud Plinium li. 28. Naturalis hiſtoriæ.*

Sozomenus *natione Græcus, ſcripſit nonnulla è quibus extat opus inſigne ad Theodoſium iuniorem principem, à tertio conſulatu Criſpi & Conſtantini Cæſarum, vſq; ad eiuſdem Theodoſij XVII. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ li. 9. libri eius nouẽ hiſtoriæ eccleſiaſticæ integri excuſi ſunt Græce Pariſijs, apud Rob. Stephanum cum Euſebij, Socratis, Theodoriti, eiuſdem argumenti libris. vide ſupra in Socrate. Iidem libri Baſileæ in officina Frobeniana Latine excuſi ſunt Vuolfgango Muſculo interprete. Claruit anno 430.*

Sozomenus *presbyter Piſtorienſis, hiſtoria vniuerſalis immenſum edidit volumen.*

Sparanus *librum Roſarij virtutum ac vitiorum incœpit, quem deinde perfecit Paul. Fuſc. Rauellenſ. I. V. D. & abbas. Venetijs anno Dom. 1571. in octauo.*

Sperantius *comes ſacri conſiſtorij ſub Theodoſio, cum aliquot alijs in Theodoſiano codice conſcribendo elaborauit.*

Speuſippus *Athenienſis Platonis ſororis filius & in ſchola ſucceſſor, ſcripſit complura commentaria, & dialogos plurimos, inter quos & Ariſtip. Cyrenæus eſt, De diuitijs, de Voluptate, de Iuſtitia, de Philoſophia, de Amicitia, de dijs, Philoſophus, Ad Cephalum, Cephalus, Clinomachus ſiue Lyſias ciuis, de Anima, Commentariorum ad Grillum 1. Elenchus artium,* ὑπομνηματικοὶ *dialogi Artificiales, Dialogi earũ rerũ quæ ſunt in quaq; re ſimiles 19. Diuiſiones et argumẽta ad ſimilia. De generib. et ſpeciebus, exem-*

exemplorum Platonis laudes. Epiſtolæ ad Dionem, Dionyſiam, Philippum. De Legis ſanctione, Mathematicus, Mandrobulus, Lyſias. Definitiones Comment. ordines, verſus prope infiniti. Laertius. Speuſippi libellus de Platonis definitionibus, impreſ. Græce cum Alcinoo de doctrina Platonis, Pariſijs. Idem ni fallor, habetur cum Græcis operibus Platonis. Athenæus citat ψόγια Speuſippi. Eiuſdem diſtichon lib. 3. Anthologij ſect. 33.

Sphærus Boſphoranus, Stoicus philoſophus, ſcripſit de Mundo lib 2. de Elementis ſeminis, de Fortuna, de Minimis. Aduerſus atomos & ſimulachra, de ſenſibus, de Heracliti quinq; diatribis, de Morali inſtituto. de Officio, de Appetitione, de perturbationibus 2. de Regno, Repub. Laconica, de Lycurgo & Socrate 3. de Lege, de Diuinatione, Dialogos amatorios. de Eretriacis philoſophis, de Similibus, de Diffinitionibus, de Habitu. de His quibus contradicitur lib. 3. de Oratione, de Diuitiis, de Gloria, de Morte, Artis dialecticæ duo lib. de Prædicamentis. de Amphibolijs Epiſtolas. Laertius. Idē alibi refert ipſum ſcripſiſſe in Heracliti librum. Eius reſpub. Laconum citatur ab Athenæo.

Splenij philoſophi de generatione hominis liber Græcus, extat Romæ in Vaticana biblioth.

Sporus antiquus interpres Græcus Arati, citatur in Iſagoge Leontij Mechanici.

* M. Stanislai doctoris theologiæ tractatus de peccato & pœnitentia, in 4. & in membrana. Eiuſdem tractatus de vero & falſo, in 4. & in charta ſcriptus bibl. Imper.

Stanislai Carncouij Conſtitutiones in Diœceſana ſynodo Vladiſlauienſi editæ. Admonitiones quinque circa ſacramenta facienda. Coloniæ, anno D. 1572.

* Stanislai Degornuitz, Albertini à Cracouia, Poloni meditatio vitæ & paſſionis Chriſti, in quarto ſcripta, in pergameno, bibliotheca Imperatoris Viennæ.

Stanislai Grſepſij Poloni, De multiplici ſiclo & talento Hebraico. Item, De menſuris Hebraicis, tam aridorum quàm liquidorum. Item Epitome de ponderibus & menſuris, quæ apud prophanos leguntur auctores, ex Budæo potiſſimum deſumpta. Excudit Antuerpiæ Plantinus, anno Domini 1568. in octauo. In præfatione G. Agricolam in multis reprehendit. Eiuſdem Geometria, anno Domini 1567. edita eſt.

Stanislaus Illyrius librum Demetrij Phalerei de elocutione in Latinum ſermonem conuertit.

* Stanislai Nigri Poloni, de encomio poetarū elegia excu. Lipſiæ, 1538. Eiuſdem elegia elegans, qua thermarum Carolinarum naturam & vſum deſcribit. Item duo libri, de odore vnus, alter de humoribus, nondum quod ſciam editus. Claruit anno 1563. Poſnaniæ in maiori Polonia.

Stanislai Orichouij Rutheni, de lege cœlibatus, contra Syricium in Concilio habita oratio. Eiuſdem ad Iulium III. Pont. Max. ſupplicatio de approbando matrimonio à ſe inito. Item de bello aduerſus Turcas ſuſcipiendo, ad equites Polonos Turcica prima, ad Sigiſmundum poloniæ regem, Turtica ſecunda. Liber excuſus ab Oporino, anno D. 1551 in octauo, chart. 18. & dimid. Eiuſdem epiſtolæ ad Petrum Garatum epiſcopum, qua Ruthenorū diſputationes & myſteria deſcripſit, rationesq; incundæ concordiæ de ſpiritus ſancti proceſſione, demonſtrauit. Confeſſio catholica, ſiue Chimæra de Stancari funeſta regno Poloniæ ſecta. Coloniæ apud Maternum Cholinæum, 1563. Eiuſdem Fricius ſiue de maieſtate ſedis Apoſtolicæ, ad Iacobum Vchanicium Cuiauiæ epiſcopū: liber impreſſus in 8. In vtrunq; librum præfatus eſt Iacobus Gorſcius. * Eiuſdē libellus pro eccleſia Chriſti. Cracouiæ, 1546.



Stanislaus Oſius, Cardinalis & legatus Rom. PP. in Concilio Tridentino, ſcripſit Confeſſionem fidei impreſſam primum in Germania & poſtea Romæ apud Paulum Manutium, anno Domini 1565. in folio. De expreſſo Dei verbo librum. Dillingæ in quarto. Epiſtolam ad Senatum Colonienſem. Coloniæ, anno D. 1571. Eiuſdem confeſſio aucta vt nouum opus videri poſſit, excuſa Colon. tom. 2. 1537 in 8. Dialogum num calicē laicis, & ſacerdotibus permitti fas ſit. Catalogum hæreſum ſui temporis. Idem dicitur autor eſſe libri anonymi qui inſcribitur cenſura catholica de iudicio Tigurin. & Heidelberg. de dogmate contra adorandam Trinitatem nuper in Polonia ſparſo. Coloniæ 1565. Reſpondit huic libello H. Bullingerus. Scripſit etiam alia mihi incognita. Pleraq; eius Colon. & Pariſ impreſſa ſunt. * Eiuſdem epiſtola catholica ad Henricum ducem Brunſuicen. cum Mart. Cromeri ad regem & proceres Poloniæ. 8. Pariſ. apud Sebaſtianum Niuellium, anno 1564. Item eiuſdem confutatio Prolegomenon Brentij. In quarto Coloniæ, anno Domini 1560 Omnia eius opera Venetijs apud Dominicum Nicolinum, an. 1573. excuſa.

Stanislai Sarnicij Poloni Collatio, in qua aperte demonſtratur, blaſphemia Gregorij Pauli quondam Crocnuienſis miniſtri, adeo conformis eſſe, in triginta vſq; articulis, doctrinæ Arrij, vt ouum ouo nō ſit ſimilius, impreſſa in 4.

* Stanislaus Socolouius, Stephani Poloniæ regis theologus: Cenſurā Orientalis eccleſiæ, de præcipuis noſtri ſeculi hæreticorū dogmatibus, Hieremiæ Conſtantinopolitano patriarchæ, iudicij & mutuæ communionis cauſa ab orthodoxæ doctrinæ aduerſarijs, non ita pridem oblatis, ab eodem patriarcha Conſtantinopolitano ad Germanos Græce conſcriptā, in Latinum conuertit, & quibuſdam annotationibus ad proprias Græcorum opiniones reſpondentibus, illuſtrauit. In folio Cracouiæ, anno Domini milleſimo centeſimo octuageſimo ſecundo.

Stanislaus Warſcheiriczk, eques Polonus, Heliodori Æthiopicæ hiſtoriæ lib. 10. Latinitate donauit, quos Baſileæ excudit Ooporinus, anno Domini 1551.

Stantonius Anglus, Mathematicus peritus, ſcripſit in Canones tabularum Arſachilis lib. 1. Ioannes Lelandus.

Staphylus Naucratites, ſcripſit Theſſalica, Æolica, Attica, authore Harpocratione. Idem citatur

Ss

ab Homeri ſcholiaſte & Apollonij interprete: item à Plinio 4. & 5. Nat. hiſtoriæ libro.

Staſini poetæ Cypriaca, dicuntur extare in Vaticana bibliotheca. Citantur à Stobæo in ſermone de Verecundia.

Stathanus Legiſperitus, ſcripſit Epitomen actionum municipalium lib. 1. Baleus.

Statilij Maximi grammatici, De ſingularibus apud Ciceronem poſitis, adducit Chariſius. Idem commentatus eſt in Catonem ſenem & Salluſtium.

Statyllij Flacci hexaſtichon lib. 4. Anthologij ſectione 12. & rurſus 5. verſus lib. 6. ſectione 5.

Statij Papinij Neapolitani, Syluarum libri 5. Thebaidos lib. 12. Achilleidos lib. 2. Accedit orthographia & flexus dictionum Græcarum apud Statium, cum accentibus & generibus ex varijs vtriuſque linguæ authoribus: Henricus Petri excudit Baſileæ, anno 1541. Aldus etiam prius excudit Venetijs. Ab alijs ſcribitur. Pu. Papinianus Statius, quod magis probo. Vide Gyraldum Dialogo quarto de Poetis: qui eum ſcribit ſummo honore apud Domitianum fuiſſe.

Statij Seboſij ſcripta, citantur à Plinio 2. & 29. libro.

Statius Tullianus, librum ſcripſit de Vocabulis rerum. Fuit hic Q. Ciceronis libertus: citatur à Macrobio.

Statius Valens, Traiani atq; Alexandri Imperatorum vitas atq; geſta deſcripſit.

Stella Aurelienſis, ſcripſit in Rubr. 1. ff. vet. de offi. procu. & legati. l. nec quicquam. §. decretum. in Rubr. 2. ff. vet. de condi. tritic. l. repetitio. in Rubr. 1. Cod. de pactis. l. ſi creditores.

Stellarium coronæ benedictæ Mariæ virginis, incerto auctore ſcriptum lib. 12. excuſum Haganoæ, anno D. 1498.

Stephanardus Flamma hiſtorias quaſdam carmine conſcripſit, citatur à Iouio in vita Othonis vicecomitis.

Stephanardus de Vico mercato, Lombardus, patria Mediolanenſis & profeſſione Dominicanus, metrice Chronicon ſcripſit lib. 1. Hic Mediolani theologiam publice docuit, anno Domini 1292. Boſtonus Burienſis.

Stephani Papæ decreta, cum reliquis Pontificijs impreſſa.

Stephani Opſartytica, Athenæus citat. Item Stephani Comici Philolaconem.

Stephanus I. C. vide in Triboniano.

Stephanus philoſophiæ diſcipulus, in Antiochia, anno 1127. tranſtulit Hali abbatis librum medicinæ, qui dicitur, Regalis diſpoſitionis opus. Idem (vt puto) Synonyma ſcripſit.

Stephani Arlandi Viridarium ſuper Antidotarium Nicolai: item prognoſticationes: item tractatus de febribus & de euacuatione. M. Deſſerus.

Stephanus quidam Grammaticus Græcus, ſcripſit de Vrbium & aliorum locorum nominibus, ordine alphabeti, ſiue Lexicon geographicum: in quo præter ſitus & deſcriptiones locorum, gentilia etiã nomina in maſculino & fœminino ſexu, quæ à ſingulis formantur, oſtendit. Excuſum Florentiæ apud Iuntas, anno 1521. & Venetijs apud Aldum. Exiſtimant autem plærique doctorum, hoc opus (quod habemus) non eſſe ipſius Stephani ſcriptum, ſed epitomen inde decerptam ab Hermolao Conſtantinopolitano Grammatico, cuius mentio facta eſt ſuperius. Eius liber de Vrbibus à Xylandro emendatus, excuſus eſt Baſileæ Græce & Latine, eodem interprete, anno 1568.

Stephani Athenienſis philoſophi, explanationes in Galeni priorem librum Therapeut. cum ad Glauconem, Græce editi ſunt Venetijs: & ijdem Latine quoq; ibidem excuſi ſunt, anno 1554. Auguſtino Gadaldino Mutinenſi interprete, cum ſcholijs, quibus caſtigationes in his explanationibus factæ explicantur. Et Lutetiæ à Syluio, anno 1555. Eiuſdem & Dioſcoridis Alphabetum medicum empiricum, manuſcriptum Græce, extat apud Caſparum Wolphiũ, emendatum à Conrado Geſnero. Stephani de differentia febrium liber Græce manuſcriptus in bibliotheca Regis Gallorum.

Stephani medici quædam in ἀφορισμῶν Hippocratis ſcholia, apud Sambucum extant.

Stephanus Anglicus, Gymnaſij Pariſienſis olim decus, ſcripſit in lib. 5. Moſis lib. 4. In librum Ioſue lib. 1. In librum Iudicum lib. 1. In Regum libr. 4. In duodecim prophetas minores lib. 12. & alia inſuper multa. Floruit anno 1100.

Stephanus quidam, Pariſienſis eccleſiæ miniſter, circa annum Domini 1277. deſcripſit varios articulos erroneos omnium pene facultatum, in Anglia & Pariſijs ſtudioſe & auctoritatiue condemnatos cum reuocationibus eorundem (ſic enim habet titulus) libelli impreſſi in Appendice ſententiarum Petri Lombardi.

Stephanus Aquæus Bituricenſis, ſcripſit commẽtarios in omnes Plinij Naturalis hiſtoriæ libros, excuſos Pariſijs apud Galliotum Pratenſem, anno 1530. Idem ſcripſit tractatum de limacibus, ranis, &c. eorũdemq; facultatibus. Phlegmoniatriam, ſeu Dialogum de cura Phlegmonum.

Stephani Aufrerij, Additiones in Deciſiones capellæ Toloſanæ. De teſtibus. * Eiuſdem additiones in ſtylum ſupremæ curiæ Pariſienſis. In folio Pariſijs, 1542. Item repetitio de officio ordinarij. In 8. Lugduni, 1533.

Stephanus Auffrerus, ſcripſit de poteſtate ſecularium ſuper eccleſiaſticas perſonas, & è contra. De recuſationibus, Commentarium in Clem. de officiorum ordinaria. c. vt clericorum.

~~Stephanus Bertrandus, Carpentoractenſis, edidit Conſiliorum in iure volumina 8. impreſſa Lugduni 1560. in folio regali.~~

Stephanus de Biſontio, Dominicani ordinis magiſter, ſcripſit Poſtillam ſuper Eccleſiaſten, ſuper Apocalypſin, De auctoritatibus ſanctorum, & philoſophorum.

Stephanus Bodeus, ſcripſit ſuper Inſtitutiones Iuſtiniani.

Stephanus Brouune, Anglus monachus, ſcripſit Conciones eruditas lib. 1. Lecturas in theologia

b

lib. 1

lib.1. Claruit anno 1340. Baleus.

Stephani *Bruleuer Pariſienſis, ordinis Minorum tractatus De timore ſeruili, & alijs donis omnipotentis Dei. Eiuſdem de paupertate Chriſti & Apoſtolorum, & ſermones varij, excuſa Pariſijs per Andream Bocordum, anno 1500. Scripſit etiam Metis in 4. lib. Sententiarum Seraphici doctoris Bonauenturæ. Baſileæ per Iacobum de Pfortzheim 1501. in quarto.*

Stephanus *de Caieta Neapolitanus, ſcripſit de ſacramentis lib. 7. & quædam alia. Floruit 1480.*

* Stephani *Cargij Marchici, elegia doctiſſima in obitum ingenuorum iuuenum doctrina & virtute præſtantium. D. Laurentij Eiſleri Viennenſis & Adriani Friſij Tigurini.*

Stephani *Columnæ epiſtolæ quædam leguntur in 2. Tomo operum Petrarchæ.*

Stephani *Conuentij, de aſcenſu mentis ad Deũ lib. 6. Venetijs 1563. in 8.*

Stephanus *Cormelenus Curioſolita, libellum Hippocratis de alimento in Latinum conuertit: editum Pariſijs 1572. in 8.*

Stephanus *Coſta iuriſperitus, ſcripſit de ludo, & de ſententijs excommunicationis.*

Stephani *Cyrij ſcholia in rhetorica ad Theodecten: in bibliotheca Ioannis Sambuci. In Italia eadem Commentaria ſeruari audio, & præterea in Timæum & in lib. de anima.*

Stephanus *Doletus Aurelius, natione Gallus, ad inſtitutionem linguæ Latinæ caſtigatiſſimo ſtilo non pauca conſcripſit intra paucos annos, partim ex officina propria, partim à Gryphio edita. Ex quibus viſa nobis ſunt, de re nauali ad Bayfium liber, dialogus de imitatione Ciceroniana pro Chriſtophoro Longolio, contra Deſ. Eraſmum * alius Index habet, aduerſus Floridum Sabinum, impreſſus apud Gryphium, 1536. * & Lugduni apud eundem Doletum, anno 1540. Orationes duæ in Tholoſam. Epiſtolarum lib. 2. Carminum lib. 2. Epiſtolarum amicorũ ad ipſum Doletum lib. 1. Carminum lib. 1. in ipſius officina impreſſi 1538. De geſtis Franciſci Valeſij regis Francorum lib. 2. quibus deſcribitur quicquid per Gallos geſtum ab anno ſalutis 1513. vſq; ad annum 1539. primum Latine per Stephanum Doletum compoſiti, deinde in Gallicã linguã tranſlati per eundem in officina eius excuſi ſunt, 1540. Eodem anno alter libellus itidem ab eo Gallice ſcriptus, ex officina eius prodijt. De laudabili tranſlatione ex vna lingua in aliam: item de punctis & accentibus linguæ Gallicæ. Commentariorum linguæ Latinæ tom. 2. impreſſi Lugduni apud Gryphium 1536. cum præfatione autoris ad Guil. Budæum: Eorundem Commentariorum Epitome ab erudito quodam concinnata, impreſſa eſt Baſileæ apud Rob. Winter 1537. & rurſus 1540. Formulæ Latinarum illuſtriorum, in tres partes diuiſæ: prima conflatas ex nomine & verbo locuciones habet, ſecunda ſignificationem & conſtructionem verborum profert, tertia vſum particularũ declinabilium demonſtrat. Ex his prima tantum hactenus impreſ. eſt Lugd. apud ipſum autorem, 1539. * Eius phraſes & formulæ linguæ elegantiores nunc denuo recognitæ. Quibus adiectum videbis Aduerbiorum Ciceronianorum connubium Huberti Suſannæi. 8. Argentorati excudebat Ioſias Ribelius, 1580. Idem Doletus de operibus M. T. Ciceronis in Gallicam linguam tranſtulit, Epiſtolas ad familiares excuſ. Lugduni 1542. Itemq; Tuſculanas quæſtiones impreſ. in 16. Pariſijs anno 1543.*

Stephanus *Dorobernenſis, vel Cantuarienſis, ſcripſit de ſitu & ritibus Londinenſium lib. 1.*

Stephani *Dutemplæi tabulæ in Galeni libros de morbis & ſymptomatibus, impreſſæ Lugduni apud Gryphium.*

* Stephani *Epheſij Synopſis Canonum Apoſtolicorum. In quarto, manuſcript. bibliotheca Imperat. Viennæ.*

Stephanus *Eyton vel Edon, canonicus, congeſſit Acta Eduardi ſecundi lib. 1. Claruit anno 1320 Baleus.*

Stephani *de Federicis Brixienſis, clariſſimi iureconſulti, de interpretatione iuris, ſiue legum Commentarij quatuor, impreſſi Lugduni apud Frellæos fratres, anno 1535. * Et Coloniæ in 12. apud Ioannem Gymnicum, anno 1580. Idem tractatus reſtituit ac à mendis repurgauit.*

Stephanus *Fliſcus de Soncino, ſcripſit Synonyma verborum. Synonyma ſiue variationes ſententiarum, ſecundum locos quoſdam digeſtas, & epiſtolis ſcribendis accommodatas. Item locutionum ſeu modorum loquendi librum eundem (vt arbitror) cum priore.*

Stephanus *Fortaculus Blyterenſis, I. C. hoc tempore Tholoſæ iura publice profitens, ſcripſit penum iuris ciuilis, vnde quis poſſit depromere, quicquid vſquam in iure ciuili ad rem alimentariam faciat, cum varijs iureſprudentum reſponſis, noua interpretatione illuſtratis. Lugduni impreſſit Michael Parmenterius 1542. Item Epigrammatum librum excuſum Lugduni à Torneſio & Gazeio, octern. 13. an. 1554. * Eiuſdem in titulum digeſtorum de Seruitutibus, ſuccincta explicatio. 4. Pariſijs 1578. De mora & eius affectibus, ac purgatione tripertita tractatio. 4. Pariſijs, anno 1579. Cupido Iuris peritus. In quarto Lugduni, anno 1553. De Gallorum imperio & philoſophia libri ſeptem. 4. Pariſijs, 1579. Eiuſdem Polonia felix Henrico Franco Valeſio regnante, tanto pere exoptato. Lugduni apud Guilielmum Rouillium, anno Domini 1584.*

Stephanus *Gardyner, epiſcopus Wintonienſ. ſcripſit De vera & falſa obedientia lib. 1. Aduerſus Georgium Ioye lib. 1. Contra Turneri vulpem lib. 1. Inſtitutionem Chriſtiani lib. 1. Liber eius de vera & falſa obedientia, in quo contra Romanũ Ponticem & vota monaſticæ, & alias quaſdam ſuperſtitiones inuehitur, impreſſus eſt Argentinæ in 8. Verum eiuſdem libri Palinodiam cecinit, & non obedientes Romano Pontifici in Anglia, atrociſſime perſecutus eſt, vbi tandem obijt. Porro præter commemorata hæc quoq; ipſius ſcripta extant. Ad articulos & confutationes Ioan. Hopperi epiſcopi Wigorniæ reſponſio. Antuerpiæ in officina Plantini in 4. Ad Martinum Bucerum de impudenti eiuſdem*

Digitized by Google

pſeudologia conqueſtio. Coloniæ 1545. Confutatio cauillationum quibus ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum ab impijs Capernaitis impeti ſolet: librũ hunc primum edidit ſub nomine M. Antonij Conſtantij, deinde expuncto commentitio nomine, ſuo ipſius nomine appoſito, & expreſſo denuo inuulgauit. Hunc librum doctiſſime confutauit Petrus Martyr Vermilius.

Stephani Gerardi Regiomontani I.C. panegyricæ laudationes de illuſtri domo Saxoniæ ad Fridericum Saxoniæ ducem & Teutonici ordinis in Pruſſia Magiſtrum. Eiuſdem carmẽ panegyricum ad D. Annam. Eiuſdem lectura ſuper arborem conſanguinitatis, impreſſa Lipſiæ cum additionibus Ioannis de Breitenbach.

* Stephani Gerlachij S. Theologiæ D. decertatio cum Lamberti Danæi profano milite, quem Clibanarium vocat. In 4. Tubingæ 1583.

Stephanus Gilletus, Burgundus, Carmelita Lugdunenſis, & prouincialis Narbonæ, ſcripſit in tribus voluminibus, ſermones pro toto anno lib.3. Collationes quoq; varias lib.1. Atq; alia. Claruit anno 1380. Ex ea bibliotheca.

* Stephani Gourmeleni Curioſolitæ Pariſienſis, medici chirurgicæ artis, ex Hippocratis & aliorum veterum medicorum decretis, ad rationis normam redactæ, lib.3. 8. 1580.

Stephanus Harding Benedictinus, ſcripſit de Claritate lib.1. Exhortationes ad monachos lib.1. Vixit anno 1135.

Stephanus, qui & Herrandus, Halberſtatenſis eccleſiæ epiſcopus, ſcripſit in perſona Ludouici comitis epiſtolam, ad Waltramum epiſcopum Nienburgenſis eccleſiæ, defendentem Henricum rebellem eccleſiæ Romanæ. Defenſorium Papæ lib.1. & plures epiſtolas ad diuerſos lib.1. & quædam alia. Claruit anno 1107.

Stephanus Haues illuſtris generis homo, Anglico ſermone (Anglus ipſe) compoſuit Delectamentum ſpiritus lib.1. Amantium conſolamen lib.1. Virtutis exemplum. De coniugio principis lib.1. Alphabetarium auicularium lib.1. Templum cryſtallinum lib.1. Claruit anno 1500 Baleus.

Stephanus Hoeſt Laudenburgenſis, eccleſiæ Spirenſis olim canonicus, natione Germanus, ſermones & collationes lib.1. Carmina & quædam alia. Vixit anno 1471.

Stephanus Ioianenſis Sineſius, ſcripſit hiſtoriam de domus Medicææ heroibus, ad Clementem Pontificem, quæ excuſa eſt in Italia, anno Domini 1524.

* Stephani Iunij Bruti, Celtæ, Vindiciæ contra tyrannos: ſiue, de Principis in populum, populique in principem, legitima poteſtate. 8. Edimbergæ, anno Domini 1580.

Stephanus Langton, Anglus, diui Chryſogoni Cardinalis preſbyter, & Cantuarienſis præſul, ſcripſit in Pentateuchum Moſi lib.4. Commentarios in Ioſue, Iudicum, Regum lib.4. in Pſalterium, in minores Prophetas, vitã Thomæ Cantuarienſis, & regis Ricardi. Annotationes Bibliorum. In epiſtolas Pauli lib.14. De factis Mahumeti lib.1. Repetitiones lectionum. Claruit Cantuariæ anno 1228. quo etiam obijt.

Stephanus quidam Iureconſultus recentior, ſcripſit de notis & de mutatione eccleſiarum, librum alicubi excuſum.

Stephanus Lederle de fonte ſalutis, ſcripſit libellum, anno 1487. qui poteſt eſſe totius alchymiæ fundamentum & compendium, extat manuſcriptus lingua Germanica, apud Caſparum Wolphium medicum.

* Stephani Leinatij, Volumen homiliarum è S. Ambroſij libris contextum, & ipſius opera & ſtudio preſbyteri Mediolanenſis, vſui S. Mediolanenſis eccleſiæ accõmodatum. Folio Antuerpiæ apud Plantinum, 1580.

Stephanus Magerius, muſicis numeris ornauit ſymbolum M. Ioannis Schertzeri. Norimbergæ anno 1569.

Stephani Magni Sophiſtæ, Expoſitio de vrinis, Græce manuſcripta in bibliotheca Regis Gallorum.

Stephanus Maleretus, Iureconſultus, ſcripſit de electionibus. Vbi de poteſtate regia.

Stephani medici, cognomento Magiſtri, Collyrium, vide in Mathia Theodoro Melanelio ſupra.

Stephani de Maleſcot, Catecheſis aduerſus Ieſuitarum perſonatæ ac ſimulatæ religionis catecheſim. Baſileæ. De nuptijs liber paradoxicus, noua & recenti methodo compoſitus. Baſileæ, anno D. 1572. in octauo.

Stephanus Meſſalah, vel Meſſehalah, Anglus, ſcripſit De reuolutione annorum mundi lib.1. Flores iudiciorum lib.1. Et alia quædam. Ioannes Lelandus.

Stephanus ex clerico Metenſis eccleſiæ epiſcopus Leodienſis, ſcripſit ad Hermannum archiepiſcopum Colonienſem, vitam S. Lamberti lib.1. Ad Rupertum epiſcopum Metenſem lib.1. & quædam alia. Scripſit etiam cantum de ſancta Trinitate ex Alcuino, quo in octauis Pentecoſtes vtimur, de inuentione S. Stephani: & cantum nocturnum, de S. Lamberto epiſcopo & martyre, quos omnes cum quibuſdam alijs autentica & dulci modulatione compoſuit. Claruit anno 910.

Stephani Nigri Mediolanenſis opera quædam impreſſa ſunt Mediolani, anno 1521. Peculiariter autem inuenio nominari Dialogos eius ibidem excuſos. Heroica Philoſtrati per Stephanum Nigrum conuerſa, cum eiuſdem obſeruationibus in Pauſaniam, impreſſa, ni fallor, in Italia, ex Græcis præterea tranſtulit, Iconum Philoſtrati lib.2. Aurea carmina Pythagoræ, orationem Muſonij de optimo principe. Iſocratis orationem de regijs muneribus. Collectanea quædam ex Athenæi Sympoſiacis: nempe, de belluonibus & bibacibus, de generibus poculorum, de inuentione coronarum conuiualium, de vnguentis, de muſicis inſtrumentis, de bellarijs, de ſaltationibus, de paraſitis, de generibus placentarum, de ſcortis inſignibus, de vino. His accedunt, quæ ipſe conſcripſit: Commentaria in aurea carmina Pythagoræ.

Præfatio-

Digitized by Google

*Præfationes in Homerum, Pindarum, & Titum Liuium. Henricus Petri excudit Baſileæ, an.* 1532. *Opus tranſlatum ex Athenæo, inſcribitur aliâs, De nimio vitæ luxu. Ex Plutarcho tranſtulit de fraterna beneuolentia librum, & conſolatoriam orationem ad Apollonium: impreſſa ſunt Baſileæ cum reliquis Plutarchi moralibus opuſculis, Latinitate donatis. * Eiuſdem Dialogus de reconditis Græcarum literarum penetralibus. In folio Mediolani.*

* Stephani *Nottij, Theologiæ & Iuris canonici Doctoris, explicatio breuis anni Iobelæi. In* 8. *Mediolani,* 1583.

* Stephani *Paſchaſij* I.C. *Pariſienſis, ac in ſupremo Galliarum Senatu Patroni, Epigrammatum libri* 6. *Pariſijs, anno* 1582.

Stephani *Perræi Aurelianenſis opus, Edicta, Prætoria ex libris Pandectarum congruo ordine deſumpta, continens: nec non tabulas compendioſas, ex Iuſtiniani inſtitutionibus, iuxta legitimum titulorum ordinem deprompta, & in tres tractatus diſtributas, qui numerorum collatione titulorum congruo loco accommodatorum ſignificatiua, illuſtrantur. Pariſijs Guilielmus Niger, anno Domini* 1557.

* Stephani *Perreti, ciuis Antuerpiani, fabulæ* 25. *animalium: figuris exornatæ. Antuerpiæ apud Plantinum, in folio, anno Domini* 1578. *Gallice.*

Stephanus *Petringonenſis, natione Anglicus, Carmelita, ſcripſit contra Vuicleffitas lib* 1. *repertorium argumentorum lib.* 1. *lecturam quandam notabilem lib.* 1. *ſermones de tempore lib.* 1. *ſermones de ſanctis lib.* 1. *et alia non pauca. Commentarios ſententiarum lib.* 4. *repertorium argumentorum lib.* 1. *de functione ſacerdotali lib.* 1. *contra Nicolaum Herforde, in Eclogas Theodoli, in Aeſopi fabulas. Quæſtiones ordinarias & alia. Claruit Londini an.* 1417 *quo etiam obijt. Hunc Ioannes Baleus vocat cognomine Patrington.*

Stephani *philoſophi & Oecumenici doctoris de ſacra & magna ſcientia liber Græcus, ſeruatur in quadam Bibliotheca Italiæ. Vocant autem Chymiſticam artem ſacram.*

Stephanus *Pighius Campenſis Valerij Maximi dictorum factorumq́ memorabilium lib.* 9. *ab infinitis mendis ex veterum exemplarium fide repurgauit atque in meliorem ordinem reſtituit: & in fine annotationes in loca pluſquam* 800. *adiecit. Antuerpiæ Plantinus in octauo* 1567. *Eiuſdem Themis Dea, ſiue de lege diuina. Item, Mythologia eiuſdem in quatuor anni partes. Antuerpiæ apud Plantinum* 1568.

* Stephani *Prætorij ordo ſtudiorum, qualem ſibi adoleſcentes, qui ad Academias recens acceſſerant, vel iam acceſſuri ſunt, præſcribi, expetere ſoleant.* 8. *Vuitebergæ* 1580.

Stephanus *de Prouincia. I.C. ſcripſit ſuper Clementinis lib.* 1. *quæſtiones varias lib.* 1. *citatur in Sũma Angelica. Vixit anno* 1330.

* Stephanus Ranchini, *Iurium publici profeſſoris in academia Montis peſſulani Continuatio Repetitionis cap. Raynutius, Extra de Teſtamentis ſuper fine tertiæ partis, quæ imperfecta à Domino Guilielmo Benedicti relicta fuit: concernens præcipuam ipſius cap. materiam. In fol. Lugduni* 1582.

Stephanus *Riccius Ciceronis epiſtolarum lib.* 3. *à Ioan. Sturmio pro puerili educatione confectos et editos, germanice reddidit. Lipſiæ* 1569. *Item librum primum epiſtolarum familiarium Ciceronis Germanice reddidit. Budiſſinæ* 1570. *In ſelectiores Ciceronis orationes Phil. Melanchthonis, Ioan. Velcurionis, aliorumq́ue doctiſſimorum virorum qui in Academia Vuitebergenſi olim floruerunt annotationes ſumma diligentia collegit & edidit. Tomus primus Lipſiæ* 1568. ** Commentariorum in M.T. Ciceronis quaſdam ſelectiores orationes, ex prælectionibus doctiſſimorum virorum, qui in Academiis harum regionum docuerunt, collectorum & editorum. Tomus ſecundus.* 8. *Lipſiæ* 1579. *Scripſit etiam Paraphraſes, ecphraſes, ſuccinctas quæſtiones, & breuia ſcholia textus in Virgilij Bucolica, quæ vnà cum argumentis & diſpoſitione rhetorica Melanchthonis in eaſdem eclogas, Gorlicij edita ſunt anno* 1568. *In Plauti Aulularium rhetorica argumenta et breuia ſcholia. Lipſiæ* 1569. *Doctiſſimorum virorum annotationes in libros inſtitutionum M. Fabij Quintiliani, ſummo ſtudio in ordinem digeſſit & edidit. Lipſiæ anno Do.* 1570. *Virgilij libros Georgicorum, in vſum ſtudioſæ iuuentutis Germanice reddidit. Gorlizij* 1572.

Stephanus *Riuerius, chirurgus, elaborauit elegantiſſimas figuras & inciſionum declarationes, cum Caroli Stephani medici de diſſectione partium corporis humani libris* 3. *editas Pariſijs, anno Dom.* 1545. *in folio.*

Stephani *Roſeti nouæ quædam ſacræ cantiones, quas vulgo motetas vocant, quinque & ſex vocum, ita compoſitæ, vt ad omnis generis inſtrumenta attemperari poſſint. Norimbergæ* 1573.

Stephanus *Roſinus ex Auguſta Vindelicorũ, ſupputauit tabulam declinationum ſtellarum fixarum, & varia prognoſtica.*

Stephanus *Salutatus Piſcienſis, Philonis epiſcopi Carpatij in cantica canticorum interpretationem Latinitate donauit. Vuechelus Pariſijs excudit anno* 1537.

Stephanus *Tegleacius, archiepiſcopus Patracenſis, ſcripſit de montibus lib.* 1. *Bernardus Lutzenburgus.*

* Stephani *Thomaſij Vngari paraphraſis in orationem dominicam, in octauo* 1535.

Stephanus *Vanneus, Recinenſis eremita, ſcripſit Recanetum de muſica aurea. Liber excuſus Romæ apud Valerium Doricum, anno Domini* 1533. *in folio.*

Stephanus *Vigilius Pacimontanus Ieſum Syrach è translatione Lutheri Germanica Latinum fecit, impreſſum Madeburgi à Michael Lothero* 1538. *Idem, vt arbitror Platinæ librum de honeſta voluptate in German. ſermonem tranſtulit.*

Stephanus *Wakerus Fridbergenſis collegit &*

Digitized by Google

*diſpoſuit ac Germanice edidit loca ſcripturæ ſanctæ, quibus conditio & ſtatus, ortus & finis mundi humaniq́ generis deſcribitur. Gorlizij* 1571.

* Stephani *Werbenzi, Tripartitũ opus iuris conſuetudinarij inclyti regni Hungariæ, additis regulis iuris antiqui. Acceßit nunc Enchiridion articulorũ comitialium eiuſdem regni per cauſarum locos tributum, vſibusq́ aptum. Omnia ſtudio Ioannis Sambuci, &c. In fol. Viennæ Auſtriæ,* 1581.

Stephanus *Witbebienſis cœnobij monachus, Anglus, poſtea abbas Eboraci, ſcripſit de reparato monachatu lib.* 1. *De fundatione cœnobij lib.* 1. *Claruit anno* 1080. *Baleus.*

* Stephani *Wolffij I. V. S. Concluſiones de pacto, quo creditores debitoribus promittunt, vt propria authoritate res obligatas accipiant. Cum alijs quibuſdam miſcellaneis, &c.* 4. *Ingolſtadij ex officina Dauidis Sartorij.* 1580.

Steſichorus *Himeræus, poeta lyricus, ſcripſit libros* 26. *Dorica lingua, vide Suidam. Athenæus Helenam eius & Syotheras allegat. Citatur apud Stobæum ſemel ac iterum. Steſichori carminũ reliquias Hen. Stephanus excudit Græce & Latine cum cæterorum Lyricorum carminibus.*

Steſiclides *Athenienſis in deſcriptione principum & Olympionicum, citatur à Laertio in vita Xenophontis.*

Steſimbroti *Thaſij ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Temiſtoclis, & apud Fulgentium in Mytholog.*

Sthenelum *poetam Athenæus nominat li.* 10.

Strenidæ *Locri Pythagorici fragmentum de regno, citatur apud Stobæum in ſermone de regno.*

Stilpo *Megarenſis, ſcripſit dialogos nouem non ſatis gratiæ habentes, vt inquit Laertius, quorũ hæ ſunt inſcriptiones, Moſchus, Ariſtippus ſiue Callias, Ptolemæus, Chærecrates, Metrocles, Anaximenes, Epigenes, Ad filiam ſuam, Ariſtoteles.*

Strabonis *Amaſei philoſophi, Geographicorum lib.* 17. *olim, vt putatur, à Guarino Veronenſi ac Gregorio Tifernate Latinitate donati, ac denuo à Conrado Hereſbachio recogniti, ac plerisque locis de integro verſi. Item, Epitome eorundem librorum, incerto authore, in Latinum ſermonem è Græco conuerſa, Hieronymo Gemuſæo interptete. Opus excuſum Baſileæ in officinis Curionis, anno Do.* 1549. *Idem opus Græce excuſum eſt Venetijs apud Aldũ* 1516. *& Latine, ibidem, anno* 1511. *apud Bartholomæum de Zanis, & Baſileæ Græce & Latine è regione duobus columnis, apud Henricum Petri anno* 1549. *Strabonis rerum Geographicarum lib.* 17. *à Guilielmo Xylandro recogniti & emendati, & ab eodem in ſermonem Latinum tranſcripti, adiectis Annotationibus, ibidem editi ſunt, anno Domini* 1571. *Claruit temporibus Auguſti & Tiberij Imperatorum.*

Strabo *Cappadox, Pompeianam contra Iudæos expeditionem, & Gabinianam mandauit literis, quem deinde Damaſcenus imitatus eſt, referente Ioſepho.*

Strabus *monachus Fuldenſis, natione Germanus, Rabani abbatis quondam auditor & ſcriba, ſcripſit in Geneſim li.* 1. *In Exodum lib.* 1. *In Leuiticum lib.* 1. *& alia multa. Hic denique Strabus gloſſam, quæ ordinaria nunc dicitur, ſuper totam Bibliam ex dictis ſanctorum patrũ primus comportaſſe memoratur, quam alij multis poſtmodum adiunctis ſententijs patrum ampliarunt. Scripſit præterea in Numeros, in libros Regum* 4. *in Iudith, Heſther, Sapientiam, Eccleſiaſticum, Hieremiam, Machabeos, Acta Apoſtolorum, Apocalypſim. Ad Ludouicum Cæſarem lib.* 1. *De officijs eccleſiæ lib.* 1. *Homilias elegantes. Chronicon etiam ſcripſit lib* 1. *In Deuteronomium lib.* 1. *Et alia. Claruit anno D.* 840. *Ioannes Lelandus.*

Strabi *Galli poetæ, ad Grimaldum abbatem, hortulus amœniſsimus, hexametro carmine, de quarundam herbarum viribus: impreſſus Argentorati apud Henricum Syboldum, anno Domini* 1530. *cum Hel. Eobani præceptis Bonæ valetudinis conſeruandæ.*

Strato *Comicus Mediæ comœdiæ fuit. Suid. Athenæus. Lepnomedam eius, & Phœnicidem allegat.*

Strato *philoſophus Lampſacenus, phyſicus dictus Ptolemæi Philadelphi præceptor, ſcripſit de Regno lib.* 3. *de Iuſtitia* 3. *de Magiſtratibus* 3. *de Vitis, de Felicitate, de Regia philoſophia, de Fortitudine, de Inani, de Cælo, de Spiritu, de Natura humana, de Generatione animalium, de Concubitu, de Somno, de Inſomnijs, de Viſu, de Senſu, de Voluptate, de Coloribus, de Morbis, de Iudicijs, de Viribus, de Metallicis machinis, de Fame, de Obtenebrationibus, de Leui & graui, de Afflatione, de Tempore, de Cibo & incremento, de Animalibus de quibus dubitatur, de Fabuloſis animalibus, de Cauſis. Ambiguorum ſolutio, Locorum principia, de Accidenti, de Definitione, Quid ſit maius & minus, de Iniuſto, de Priore & poſteriore, Inuentorum elenchi duo: De commentarijs ambigitur. Epiſt.* 450. *Laertius. Clem. Strom.* 1. *laudat Stratonem in opere de Inuentis.*

Strato *medicus, Eraſiſtrati diſcipulus, ſcripſit quædam in medicina. Galenus in libro contra Eraſiſtrateos.*

Strato *hiſtoricus, ſcripſit res geſtas aduerſus Romanos Philippi & Perſei regum Macedoniæ.*

Stratonis *qui contra Ephori theoremata ſcripſit, lucubrationes citantur à Plinio lib.* 7. *Naturalis hiſtoriæ.*

Stratonis *diſtichon lib.* 1. *Florilegij, ſectione* 79 *tetraſtichon lib.* 2. *ſectione* 5. *& aliud lib.* 4. *ſect.* 12. *decaſtichon li.* 2. *ſect.* 22. *& hexaſtichon ſect.* 47. *Sunt autem forte Stratonis epigrammatum poetæ, cuius meminit Laertius.*

Stratocles, *ſcripſit de Homerica armorum diſciplina. Ælianus.*

Stratoclis *ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Hannibalis.*

Strattis *Athenienſis comicus, è cuius fabulis ſunt, Anthroporeſtes, Atalanta, Agari, ſiue argenti amißio, Iphigeron Callipedes, Cineſias, Limnomedon, Macedones, Medea, Troilus, Phœniſſa, Philoctetes,*

lolletes, Chryſippus, Pauſanias, Pſychaſtæ, vt ait Athenæus lib.2. Dipnoſophiſtarum. Suidas. Eiuſdem Mirmidones citantur à Polluce.

Strattis Olynthius hiſtoricus, ſcripſit Ephemeridum Alexandri libros quinq;. De fluuijs, fontibus, & paludibus. De morte Alexandri. Suidas.

Strodus Anglus, ſcripſit conſequentiarum formulas lib.1. Sophiſmatum ſtrophas lib.1. Summulas logicales lib.1. Poſitiones contra Wicleuum li.1. Claruit anno 1380.

Strodi cuiuſdam extant commentarij in Ariſtot. barbari.

Strozæ, aliàs Strozij, pater & filius, hic Hercules ille Titus prænomine, poetæ Ferrarienſes: poemata eorum Aldus excudit Venetijs.

Succeſſus epiſtolæ 2. & 4. & 12. apud Cyprianum autor, cum aliquot alijs coepiſcopis lib.1.

Succeſsi à Birgermaniciana verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Succius comicus citatur apud Fulgentium in Mythologicis. Vide ne idem qui infra Sutrius. Ego Succius malim vt Gyraldus habet.

Sudines quidam citatur aliquando ab Eraſmo Stella in libello de gemmis.

Sudines antiquus author citatur à Plinio lib. 36. & 37. Naturalis hiſtoriæ.

Suetonius Lenis, Suetonij Tranquilli pater, Lucij Othonis imperatoris vitam deſcripſit. Item librum de inſtitutione obſeruata & librum Pretorum.

Suetonius Optatianus principes Romanos deſcripſit. Raphael Volaterranus.

Suffridus Petrus Leouardienſis Friſius I.V.D. tranſtulit ex Plutarcho librum de Iſide & Oſiride: item Orationem an ſeruo ſit adminiſtranda reſpublica. * Et opuſculum de educandis liberis. Scripſit etiam orationes quinq; de vtilitate Græcæ linguæ. * Itemq; orationem de præſtantia legum Romanarum. 8. Antuerpiæ ex officina Chriſt. Plant. 1580.

Sugerius abbas S. Dionyſij, vitas Regum Philippi & Ludouici IX. Latine ſcripſit.

Sueuius vir longe doctiſsimus in edulio quod inſcribitur Moretum. Gyraldus alia quoq; poemata ab eo ſcripta refert. Conſiderent docti an carmen hoc titulo Vergilio inſcriptum Sueuij ſit.

Suidas quidam, vel Sudas, ſecundum alios, Græcum Dictionarium ſcripſit, cui acceſſere varia aliorum Lexica. Excuſum Venetijs ab Aldo, item Mediolani, & Baſileæ à Frobenio. Suidæ Theſſalica citat Apollonij interpres. Eiuſdem Genealogias Stephanus.

Sulahin citatur à Ioanne F. Serapionis. Vide Salomon.

Sulcardus Anglus, monachus & Chronographus Weſtmonaſterienſis, D. Eduuardi regis tempore plura compoſuit. Claruit anno Domini 1060. Hoc in quodam antiquiſsimo ſcripto reperi. Abbas Eaduuinus & Sulcardus Cœnobita, ſed Sulcardus maior eſt. Ioannes Baleus.

Sulpitia Romana, fœmina doctiſsima, heroico carmine multa ſcripſit, vt refert Fulgoſus lib.8. ca. 2. rerum memorabilium. Claruit autem Auguſti Cæſaris temporibus.

Sulpitij de ſyllabarum quantitate liber excuſ.

Sulpitij carmen hexametron, & 70. epigrammata, inuenta in cœnobio quodam Italiæ iuxta Bobium oppidum, anno 1494. Raph. Volater.

Sulpitius poeta & orator haud ignobilis, cum tribunus plebis eſſet, orta contentione cum C. Cæſare ædili, & L. Cæſare prætore fratribus, cauſa fuit bellorum ciuilium, &c. Gyraldus ex Aſconio Pediano: nihil autem refert, quod ab eo ſcriptũ extet.

Sulpitius Seuerus. Vide in Seuero.

Sulpitij Alexandri hiſtoriarum libri à Gregorio Turonenſe citantur.

Sulpitius Gall. citatur à Plin. li.2. Nat. hiſto.

Sulpitij Carthaginenſis carmen quoddam excuſum, in fine operum Virgilij, quæ Brylingerus Baſileæ, anno 1545. publicauit.

Sulpitij Victoris ad M. Silonem generum de arte oratoria liber, ex Græco ſermone, vt videtur, tranſlatus, impreſſus Baſileæ 1521. cum diuerſis aliorum veterum libellis de figuris & rhetorica.

Sulto Germanus, theologus, citatur in Chryſopaſſo Ioannis Eccij.

Suniæthon ſcripſit hiſtoriam Phœnicum. Athenæus.

Sunij Arabicorum liber quartus citatur à Stephano in Edumæi, & Sunius in Carnana.

Superianus ſophiſta Iſaurus. Suidas ſed nullum eius ſcriptum refert.

Suſarionis ſenarij 4. apud Stobæum in ſermone, quod nuptiæ alijs proſint, alijs obſint.

Sutrij Comici ſcripta citantur apud Fulgentium in Mytholog. Vide Succius.

Syagrius ſcripſit de fide aduerſum præſumptuoſa hæreticorũ vocabula, quæ ad deſtruenda vel immutanda ſanctæ Trinitatis nomina vſurpata ſunt, &c. Sub huius Syagrij nomine, ſeptem de fide & regulis fidei libros prætitulatos inueni. Gennadius.

Syagrus poeta inſignis, poſt Orpheum, & Muſæum Troianum bellum cecinit, teſte Æliano de varia hiſtoria lib.14.

Syllæ ſcripta citantur apud Plutarchum in eius vita.

Syllanus quidam citatur à Plinio lib.15.18. et 19. Naturalis hiſtoriæ.

Syluerij papæ decreta, & Sylueſtri papæ exceptiones ex decretis, impreſſa Coloniæ, cum reliquis pontificum decretis.

Sylueſter Aldobrandinus Florentinus I.C. ſcripſit commentaria in librum primum inſtitutionum Iuſtiniani, excuſa Venetijs apud Iuntas 1548.

Sylueſtri Bernerij de concoctione quæſtio: impreſſa.

Sylueſter Gyraldus, Cambrienſis, ſcripſit Topographiam Hiberniæ lib.1. Diſtinctionum eiuſdem lib.4. Hodœporicon Cambriæ lib.1. Itinerarium Britanniæ lib.1. Topographiam Cambriæ lib. 2. Epitomen eius lib.1. Vitam Henrici II. lib.1. De inſtitutione principis lib.1. Speculum eccleſia-



Digitized by Google

ſticum lib.1. Acta regis Ioan. lib.1. de Mahumeti nequitijs lib.1. de Viſiſaxonum regibus lib.1. Anglorum Chronicon lib.1. Pro Guidone Waruuicenſi li.1. Dialogorum lib.1. Claruit anno 1190.

Syluester Hartlieb Trotulæ librum de ſecretis mulierum tranſtulit in Germanicam linguam. Videtur autem alio exemplari Latino vſus quam quod vulgo habetur.

Syluester Meuctius, patria Venetus, profeſſione Auguſtinianus, ſcripſit annotationes in Apocalypſin lib.1. Et alia. Claruit anno 1516. Opus eſt Venetijs impreſſum.

Syluester de Prierio Bononien. ordinis fratrũ Prædicatorum, ſcripſit defenſoriũ doctrinæ S. Thomæ. Ioan. Capreoli ſcripta abbreuiauit. Scripſit etiam introductorium logicæ. Item ſummam ſermonum quæ roſa aurea nuncupatur. Item ſummam de caſibus conſcientiæ. Item malleum Scotiſtarum. Item ſuper 4. libros ſententiarum. Syluestrina ſumma, typis excuſa. * Syluestrinæ ſummæ, ſeu ſummæ ſummarum, partes duæ, Antuerpiæ apud Plantinum 1569. Hac verò editione, multi loci mutilati & confuſi, ſumma diligentia reſtituti, argumenta quoque ſingulis titulis præfixa ſunt. Claruit anno 1512. Eius Roſa aurea: hoc eſt expoſitio ſuper Euangelia totius anni de tempore & ſanctis, excuſa eſt Venetijs, 1569. in quarto. Scripſit etiam egregium opus in Ioan. Capreolum, doctorum fere omnes opiniones continens.

Syluestri de Prierio feudi Aſtenſis, liber de veritate Romanæ eccleſiæ contra Martinum Lutherum. Replica ad M. Lutherum, excuſa. Vide ſuprà in operibus M. Lutheri.

Syluius Bonus, Britannus rhetor & poeta, ſcripſit Maximi Cæſaris laudes lib.1. Inuectiuas in Auſonium lib.1. Poemata diuerſi generis lib.1. De bellis Armoricanis lib.1. Claruit anno 410. Baleus.

Symbaldus, vide Innocentius quartus.

Symeon nomen proprium, à nonnullis per iota ſcribitur. Sunt qui perperam cum Simone confundant.

R. Symeon Ben Ioachim, ſuper Leuiticum, ampliſsimum volumen ſcripſit, in quo pene omniũ rerum naturas diſcutiens oſtendit, quo modo Moyſes ſecundum triplicis mundi conuenientiam & rerum naturam, arcam, tabernaculum, vaſa, veſtes, ritus, ſacrificia, & reliqua myſteria ad Deum et virtutes cœleſtes placandas, & ad expiandum hominis imaginem hominem ordinauit. Rabi Symeonis commentarij Hebraici in Ezdram, Neemiam, & Paralipomenon, impreſſi Venetijs apud Bombergum. Rabi Symeonis logica per Sebaſtianum Munſterum Latine iuxta Hebraiſmum verſa, ad Hebræorum commentaria legenda vtilis ac neceſſaria. Io. Frobenius excudit Baſil. 1527. Extat etiam Hebraice Liber Myſteriorum R. Symeon ben Iohai: citatur à Galatino lib.4. ca.18. Eiuſdem liber de Splendore citatur à Reuchlino. * Symeonis myſtica eccleſiaſtica, in quarto. Manuſcript. biblioth. Imper. Viennæ.

Symeon Conſtantinopolitanus, ludimagiſter, compoſuit Græce metaphraſtas, id eſt, ſanctorum vitas, quæ ſingulis menſibus propriè leguntur; habenturq́ in bibliotheca Vaticana. Simeonis metaphraſtæ legendæ ſanctorũ, extant Græce in bib. Auguſtæ Vindelicorum. Claruit circa annum 1200.

Symeonis Metaphraſtis tomus V. Vitarũ ſanctorum patrum XC. numero. Venetijs 1556. in 8.

Symeonis Beſtij liber Græcus de naturalium philoſophorum opinionibus, ſeruatur in Italia. Fortè idem qui inſcribitur, Simeonis magiſtri phyſica contemplatio, in Bibliotheca Græcorum voluminum Diegi Hurtadi apud Venetos.

* Symeon Roſius Prætor Lemouicenſis, M.T. Ciceronis epiſtolas ad T. Pomponium Atticum; ex fide vetuſtiſsimorum codicum emendauit: & in eaſdẽ animaduerſiones ſcripſit, diu hactenus expetitas. In 8. Francofurti 1579. & Antuerpiæ 1582.

Symeonis Logothetæ Gnomica, id eſt, ſententiarum collectanea: Liber Græcus in Italia.

Symeonis Meſopotamitæ ſermo Græcus, de eo quod ſemper in animo habere debeamus diem exitus vitæ, ſeruatur in Italia. Et M.S. in bibl. Imp. Vien.

Symeonis preſbyteri ſermones & hymni, extant Græce in bibl. Auguſtæ Vindelicorum.

S. Symeonis noui theologi, liber Græcus de oratione, ſiue de tribus modis orandi: extat in bibl. quadam Italiæ.

~~Symeonis archiepiſcopi Theſſalonicæ contra omnes hæreſes, & de myſterijs omnibus ſanctæ eccleſiæ ex patribus eccleſiaſticis dialogus manuſcr. Græce, in 4. in bib. Imp. Viennæ Auſtriæ.~~

* Symeonis Scholarij, Monachi, itemq́ Baſilij Magni, aliorumq́ Canones, per locos communes, ordine alphabetico digeſti, iuncta Acoluthiæ natalis Chriſti, in quarto. Manuſc. bibl. Imp. Viennæ.

Symeonis Sethi magiſtri Antiochiæ liber Græcus, de cibariorum (condimentorum quoq́ aromatum, odoramentorum, & aliorum quorundam ſimplicium) facultatibus per ordinem literarum: Michael Iſingrinius excudit Baſileæ, 1538. Græce, & Latine Lilio Gregorio Gyraldo interprete. Symeonis Sethi τὰ κατὰ στεφανίτην ϗ ἰχνηλάτην, liber Græcus in bibl. Auguſtæ Vindelicorum. * Et in bibl. Imp. Viennæ, manuſc. in 4. Sunt autem narrationes Indicæ vocatæ Ichnilatæ. Plura de Setho, vide ſupra ad literas Seth.

Symeon Xerocerti principis capita practica et theologica centum, eiuſdem gnoſtica & theologica capita 25. extant Græce in bibliotheca Diegi Hurtadi, apud Venetos.

Symmachus Ebionæus commentarios quoſdam ſcripſit, in quibus conatur de Euangelio ſecundum Matthæum authoritatem ſuæ hæreſeos confirmare teſte Euſebio. Idem vetus Teſtamentum ex Hebræo in Græcum ſermonem tranſtulit.

Symmachus papa, natione Sardus, ſcripſit decretum primæ ſynodi lib.1. decretum ſynodi Romanæ lib.1. geſta alterius ſynodi Romanæ lib.1. de exceſſibus clericorum lib.1. epiſtolarum ad diuerſos lib.1. decreta eius cum cæteris Pontificijs impreſſa Coloniæ, in volumine Conciliorum 4. Claruit 515.

Symmachi

Digitized by Google

Symmachi *epiſcopi Romani apologeticus aduerſus Anaſtaſium Imp. cum Chromatij libello: adijcitur & eccleſiæ Orientalis ſcriptum ad eundem Symmachum, in folio Baſileæ* 1550.

Symmachi *V.C. Præfecti vrbis Epiſtolarum lib.2. impreſ. ſunt Baſil. in officina Froben.* 1549. *in 8. Fuit autem hic alius à Symmacho ſocero Boetij, & qui primus epiſtolas has Argentinæ edidit, in eo aberrauit, quod eundem eſſe ſcripſerit. Inter epiſtolas habetur Relatio ad Valentin. Theodoſ. et Arcadium Aug. qua petit vetera ſacra Deorum Romanis reſtitui, huic reſponderunt Ambroſ. & Prudentius. Extant eius epiſtolæ longe plures quàm editæ ſint apud Iacobum Cuiatium, qui alicubi promittit ſe typographo petenti libenter daturum, vt in publicum edantur.*

Symphoriani *Campegij (aliâs Champerij) Lugdunenſis, natione Galli, Equitis aurati, Caſtigationes ſeu emendationes pharmacopolarum ac Arabum medicorum, Meſuæ, Serapionis, Raſis, Alpharabij, & aliorum iuniorum medicorum, in lib.4. diuiſæ, excuſæ Lugduni, 1532. apud Ioan. Creſpin. Eiuſdem varia opuſcula, & aliorum quorundam, impreſſa Lugdu. Sunt autem hæc: de claris ſcriptoribus medicinæ veteribus & recentiorib. lib.1. de legum diuinarum conditoribus, vna cum impugnatione ſectæ Mahometicæ, ſiue Alchorani lib.1. Dialogus in legem Mahometicam. De corporum animorumq́; morbis, ac remedijs eorum, libelli duo, quorum primus introducit in practicam Galeni, ſecundus curat animi ægritudines. Euangelicæ Chriſtianæq́; religionis ex ſcriptis gentilium & poetarum, et philoſophorum, validiſſimis argumentis comprobatio. Aphoriſmi ſiue collectiones medicinales. His adijciuntur aphoriſmi Alexandri Benedicti, Alexandri Aphrodiſiei de febribus lib.2. Georgio Valla interprete. Opuſcula quædam Hippocratis And. Brentio interprete. Eiuſdem Hortus Gallicus, liber in re medica, quo recenſentur ſimplicia medicamenta, quæ in ipſis Gallijs per diuerſa loca proueniunt. Excuſ. eſt enchiridij forma. Monarchia Gallorum, * ac triplici imperio, liber impreſſus. * Lugduni in folio. 1537. Practica, excuſa typis, Galeni campi hiſtoriales ex omnibus Galeni lib. excerpti, & in 4. lib. digeſti per Symph. Campegium, & eiuſdem commentarijs explicati: Eiuſdem libri duo de apologetica diſceptatione inter Andream Thurinum, & Matth. Curtium, quibus docetur per quæ loca ſanguis mitti debeat in Pleuritide, & plurimorum authorum diuerſæ ſuper eadem re ſententiæ ad verbum referuntur. Cratander impreſſit Baſileæ 1532. de dialectica, rhetorica, geometria, arithmetica, aſtronomia, muſica, philoſophia naturali, medicina, theologia, item de legibus, politica, & ethica, Hen. Petrus excudit Baſileæ 1537. Eiuſdem Practica medicinalis, & liber de omnibus febrium generibus, excuſa ſunt Baſileæ ab Henrico Petri, anno 1547. in octauo chart. 42. Eiuſdem Cribratio medicamentorum in ſex digeſta libros. Quæſtio de exhibitione medicinarum venenoſarum. De miſtorum generatione, de concretis & abſtractis apologia in Academiam nouam Hetruſcorum. Lugduni excudit Gryphius anno Domini* 1534. *Eiuſdem Symphonia Galeni ad Hippocratem, eiuſdem liber de quadruplici vita, * impreſſus Lugduni anno Domini* 1507. *in folio paruo. Et Commentarij in Aſclepium Hermetis, impreſſa ſunt Pariſijs. * Item que partes quatuor, de triplici diſciplina, in octauo. Lugduni* 1508. *excuſæ.*

* Symphoriani *Pollionis concio Germanica de fide, habita Argentinæ anno Domini* 1525. *ibidem excuſa in 4.*

Syneſius *è Pentapoli Africæ philoſophus Chriſtianus, præſul Ptolemaidis factus, ſcripſit libros in Grammatica, philoſophia, ſermones regios, panegyricos vel demonſtratiuos, encomium caluitij, de prouidentia ſermonem mirabilem charactere Græco: & alios plurimos ac diuerſos libros compoſuit, & admirandas epiſtolas. Suidas. Alicubi additur Cyrenæus gentile. Eius autem omnia ſcripta ſeruantur in Italia Græce, de interpretatione ſomniorum liber Græcus, impreſſus Venetijs ab Aldo, cum Artemidoro de ſomnijs: & Latine ibidem, Marſilio Ficino interprete. Caluitij laus Latinitate donata, Ioanne Phrea interprete, impreſſa olim Baſileæ apud Ioan. Frobenium, cum Deſ. Eraſmi Moria. Adiectis Beati Rhenani ſcholijs, epiſtolæ eius Græce, excuſæ Venetijs ab Aldo, in volumine epiſtolarum diuerſorum authorum. Scribit autem ad epiſcopos aliquot, et alios. Epiſtola ſancti Syneſij* πρὸς τὴν πίστιν, *id eſt, ad fidem, extat in Italia. Syneſij philoſophi ad Dioſcorum in librum Democriti, veluti ſcholia, Græce in Italia. Sermones eius Græci extant Romæ: nominantur autem inter alios, de regno, de domo, de vita ſua. Seruantur etiam in bibliotheca Auguſtæ Vindelicorum. de prouidentia lib.2. de regno lib.1. de caluitio lib.1. omnes Græce. Syneſij philoſophi monaſticha 2. lib.4. Florilegij: alterum ſectione 4. alterū 5. Syneſij epiſcopi Cyrenes opera Græca excuſa Lutetiæ in fol. anno* 1553. *char.* 60. *apud Adrianum Turnebum. Sunt autem hæc: De regno ad Arcadium imperatorem. Dion ſiue de ſuæ vitæ ratione. Caluitij laudatio. De prouidentia ſeu Ægyptius. Concio quædam panegyrica. De inſomnijs cum Nicephori Gregoræ explicatione. Epiſtolæ. Ex his quædam ſcripſiſſe fertur antequam Chriſtianam religionē recepiſſet. Phraſis eius tanquam Attica laudatur. Extat de eo Euagrij ſcholaſtici teſtimonium, ab initio voluminis impreſſi. Liber de inſomnijs Marſilio Ficino interprete, impreſſus eſt Lugduni* 1541. *in* 16. *cum Augerij Ferrerij Toloſatis libello de inſomnijs.*

Syneſij *opera à Iano Cornario in Latinam linguam tranſlata edita ſunt Baſileæ vna cum Pachymerij Epitome in Ariſtotelis philoſophiam, anno* 1560. *in officina Frobeniana in fol. Eiuſdem Hymnos vario Lyricorum verſuum genere, ante non editos, Henr. Stephanus excudit Græce & Latine Fr. Porto interprete, in minima forma.*

Syneſij *Scholaſtici hexaſtichon, ibid. li.4. ſec.13.*

Syngeli *hiſtoriæ ab exordio mundi vſq; ad Heraclium Heraclij F. Græce ſeruantur in bibliotheca*

*Aug. Neſcio autem an Mich. Syngeli an alterius.*

Synthis *grammatici cuiuſdam barbari nomen alicubi legi.*

Syrianus *Alexandrinus philoſophus, Athen. ſcholæ præfuit magiſter Procli qui ei ſucceſsit. Scripſit in totum Homerum commentarium lib. 7. In Rempub. Platonis lib. 2. In Orphei theologiam lib. 2. Inſcripta Procli de Homericis dijs. Conſenſum Orphei, Pythagoræ, & Platonis. De oraculis li. 10. & alias quaſdam enarrationes. Suidas.*

Syriani, *Sopatri & Marcellini Commentarij Græci in Hermogenis rhetorica, impreſsi ab Aldo, 1509. Eiuſdem authoris eſſe videtur liber hac inſcriptione Romæ in bibliotheca Vaticana conditus: Syriani ſophiſtæ & aliorum ſuper aliquas partes rhetoricæ. Syriani ſolutiones quæſtionum in tertio libro metaphyſicorum Ariſtotelis, Venetijs extant Græce in bibliotheca SS. Ioan. & Pauli. Commentaria Græca in tres poſteriores libros metaphyſicorum, apud Diegum Hurtadum Venetijs, & alibi in Italia. Eadem impreſ. Latine Venetijs Hiero. Bagolino interprete.*

Syricius. *Vide Siricius.*

Syrophanes *Ægyptius citatur apud Fulgentium in Mytholog.*

# T.

TAbari *citatur à Ioanne F. Serapionis.*

Tabiena *ſumma videtur nominata à Tabieno* I. C.

Tacuinus *quidam medicus, ante annos circiter 30. fertur quædam edidiſſe, impreſſa in Italia. Sunt & Tacuini dictæ tabulæ in re medica Ellucbaſeni cuiuſdam, editæ in fol.*

Tacus *in libro de lapidibus citatur ab Apollonio in Hiſtor. mirabilibus.*

Tages *ſcriptor citatur apud Fulg. in aruſpicinis.*

Tailleiætus *coquus regis Galliæ, de re culinaria librum ſcripſit, ſermone Gallico.*

* Talaueranus *archipreſbyter, de vitijs malarũ mulierum, anno 1547. Italice.*

Talheimij *(proprium nomen ignoratur) theologiæ doctoris epiſtola, in qua conqueritur de vitijs Romanæ curiæ, eaq; dicit eſſe reformanda, ſcripta ad Conradum epiſcopum Maguntinum ex Erfordia anno 1452. Occaſionem ſcribendi dedit Legatus apoſtolicus, indulgentias anni iubilæi annuncians. Concludit eam his verbis, Si dominus apoſtolicus & ſua curia ſe reformaret, vel per concilium generale fieret reformatio generalis, facillime membra eccleſiæ in ſuo quæq; ſtatu reformarentur.*

Tancredus *doctor iuris canonici, citatur in ſumma Angelica, ſcripſit Compendioſam ſummam. Tancredi prouinciale manuſcriptum vidi, char. circiter 5. in quo enumerantur omnes epiſcopatus prouinciatim. Tancredi de Cornero* I. C. *ordinis iudiciarij tractatus*°*, De matrimonijs & ſponſalibus. Caſus decretalium. Apud M. Dreſſerum.* * *Tancredi ſumma de ſponſalibus, & ſortes apoſtolorum, liber in fol. in membrana ſcriptus, in bibl. Imp.*

° vidi MS. in charta M. Tancredi: Ordnung [illegible] Gericht, [illegible] et [illegible] u. [illegible]. Dn. Lic. Ern. Jac. Thomae emit et [illegible].

Taraſij *patriarchæ Conſtantinopolitani epiſtola ad Adrianum PP.* περὶ τοῦ μὴ ἐπὶ χρήμασι γίνεσθαι τὰς χειροτονίας: *habetur cum Græcis Conciliorum canonibus.*

Tarentinus *citatur in Conſtantini Geoponicis.*

Tarpham *Perſæ Somniorum interpretis meminit Leo Tuſcus.*

Tarquinius *Schnelbergius de curatione peſtis per viginti radices.*

Tarquitius *de diſciplina Hetruſca citatur à Plinio lib. 2. & 11. Naturalis hiſtoriæ. Hic ſcripſit Oſtentarium arborarium, quod Tarquinio falſo tribuitur in mendoſis exemplaribus Macrobij. Meminit huius Marcellinus lib. 25. & Lactantius. Vide P. Pithœi ſubſecinorum lib. 1. cap. vlt.*

Tarrhæi *& Didymi prouerbia, & ea quæ apud Suidam alioſq; habentur, Aldus excudit Venet. Græce, cum fabulis Æſopi, ordine alphabeti.*

Tarſiani, *& Mathidij, & aliorum preſbyterorum epiſtola ſcripta è Pamphylia vrbe Suedrorum ad S. Epiphanium, in qua petunt de fide in Patrem & Filium & S. ſpiritum edoceri, & de alijs eiuſdem fidei partibus, præponitur libro Ancorato Epiphanij, de quo ſuprà diximus.*

* Tartarorum *religio & ritus, Germanice deſcripti & excuſi in 8. Tubingæ, anno 1583.*

Taruntius *philoſophus & Mathematicus, Varronis impulſu, Romuli conceptionem in diem & horam deduxit, inſpectiſq; eius vitæ inſtitutis, et rebus geſtis, ex illis conſequentia collegit. Qua de re multa leges apud Plut. in vita Romuli.*

Tarrantenus *Paternus vetus I. C. ſcripſit de re militari libros quatuor.*

Tathuuinus *Mercius, Angloſaxo, Benedictinus, compoſuit Ænigmata lib. 1. Carmina varij generis lib. 1. Obijt anno 734. Baleus.*

Tatianus *hæreſiarches, Iuſtini martyris auditor, ſcripſit inſignem librum contra gentes. Vide plura apud Hieronymum. Tatiani Aſſyrij ex Helleniſmo ad Chriſtum conuerſi oratio ad Græcos, qua nihil eorum quibus Græci gloriantur, in Græcia natum eſſe, ſed omnia à barbaris inuenta, per inductionem eleganter admodum ſermone Græco declarat, & multa Græcorum mala recenſet: Liber impreſſus Tiguri apud Froſchouerum, cum ſententijs Antonij & Maximi. Floruit ſub Antonino & Commodo. Tatianus Syrus* ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας & ἐν τῷ περὶ τοῦ κατὰ τὸν σωτῆρα καταρτισμοῦ, *citatur à Clemente Strom. 1. & 3.*

Tatianus *quidam qui dictus eſt ſimia temporis ſui quod cuncta imitatus eſſes: ſcripſit libros prouinciarum pulcherrimos: filium habuit Tatianum oratorem qui Maximini iunioris præceptor fuit. Capitolinus in Maximino iuniore.*

Tauriſanus *monachus, ſcripſit in artem paruam Galeni, liber in Italia excuſus eſt Forſan Turiſanus.*

Tauron *citatur à Plinio lib. 7. cap. 2. Videtur autem geographica aut hiſtorica quædam de India ſcripſiſſe.*



Digitized by Google

Taurus *Berytius philoſophus Platonicus, ſub Antonino Pio, ſcripſit de differentia dogmatum Platonis & Ariſtotelis, de corporibus & incorporeis, & alia plurima. Suidas. Taurus primo Commentariorum in Gorgiam Platonis citatur à Gellio lib. 6. cap. 14.*

Taxeoti *... medica, Græce manuſc. in Gal.*

Tazael *ſcripſit librum magnum de inſtitutionibus qui incipit, In prima huius proœmij parte, etc.*

Thebit *ben Corat, citatur in ſumma Alberti Magni. Extat liber eius de ſignificationibus planetarum, capitis & caudæ draconis. Thebitij rudimenta quædam, & de motu octauæ ſphæræ librum, & demonſtrationis in Almageſtum, vbi Ptolemæi demonſtratio deficit, & additiones in ſphærica Menelai: Franciſcus Maurolycus editurum ſe pollicetur. Idem ſcripſit librum de diffinitionibus, librum de imaginationibus ſpheræ editum in folio. Thebit naturalis magiæ ſcriptor. Vide in Zoroaſtre.*

R. Tedacus *Leui librũ edidit de decem numerationibus cabaliſticis, citatur à Reuchlino lib. 3.*

Telauges *Pythagoræ præſtantiſſimi viri filius & diſcipulus, philoſophus, magiſter Empedoclis: ſcripſit de quaternione libros quatuor. Suidas. Eiuſdem epiſtola ad Philolaum citatur à Laertio.*

Teleclides *Athenienſis comicus. Ex eius fabulis ſunt, Amphyctiones, & Prytanes, & Robuſti: vt Athenæus in Dipnoſophiſtis ait. Suidas. Idem in Mendacibus citatur à Polluce.*

Telephus *Pergamenus grammaticus, ſcripſit et ipſe libros, in quibus etiam tradit, Quot res grammatico tenendæ ſint, de Homericis figuris, Rhetoricorum lib. 2. de Homerica rhetorica. de Homeri & Platonis conſenſu, variæ eruditionis 2. Vitas tragicorum & comicorum. Experientiæ librorum lib. 3. in quibus docet qui libri digni ſint comparatu: & Homerum ſolum ex antiquis Græce loqui. Deſcriptionem Pergami. De Pergameno Sebaſtio ſeu Auguſtali lib. 2. de Prætorijs Athenienſium: de Athenienſium legibus & moribus: de Pergami legibus lib. 5. De vſu, ſiue de nominibus veſtitus cæterarumque rerum quibus vtimur, ordine alphabetico, de Vlyſſis errore: Ocytocion: id eſt Collectanea epithetorum eidem rei conuenientium ad parandam dictionis copiam lib. 10. Suidas. Videtur autem Ocytocium, quod vt pharmaca ocytocia accelerant partum, ſic ille in hoc libro extempore loquendi rationes tradiderit, videtur enim oratio quaſi partus quidam, animo primum conceptus.*

Teletis *librorum de autareia, de caſibus, de exilio, de imperturbatione, fragmenta in collectaneis Stobæi ſuperſunt.*

Teleſillæ *poetriæ Argiuæ, quam cum alijs mulieribus armatam Lacedæmonij fugerunt, Suidas meminit.*

Teleſillæ *liber ſecundus citatur à Polluce.*

Teleſphori *papæ decreta, cum reliquis pontificijs impreſſa.*

Teleſphori *Cuſentini explanatio figurata ſuper Apocalypſim.*

Teleſphorus *Eremita ſcripſit Epiſtolam de deuotione religionis & animæ militantis.*

Tenarum *Grammaticum Athenæus libro decimoquinto citat.*

Tenax *epiſtolæ 4. apud Cyprianum autor, cum aliquot alijs coepiſcopis lib. 1.*

Tenacis *ab Horreis Celiæ, & Terapij à Bulla confeſſoris verba, leguntur apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.*

Terentianus *Maurus Carthaginenſis excelluit in poetica, & opus compoſuit vario multiplicique carminum genere, de literis, ſyllabis, pedibus & varijs metris: impreſſum Francoforti apud Egenolphum, 1532. ex emendatione Iacobi Micylli. Pleraque ex hoc opere in Aldi Manutij grammaticis inſtitutionibus de proſodia tranſcripta ſunt. Scripſit in hunc commentarios Villerius quidam, Lutetiæ cum Terentiano impreſſos in quarto apud Colinæum.*

Terentius *Clemens vetus iureconſultus, ſcripſit de legibus lib. 20.*

Terentius *Scaurus. Vide Quintus Terentius Scau.*

*Ex* Tergilla *tranſtulit quædam Plinius in li. Naturalis hiſtoriæ 15.*

Terpander *poeta primus heptachordũ lyram inuenit, & carmina lyrica ſcripſit. Suidas. Huius carmina citantur apud Plutarchum in Lycurgo. Terpander Antiſſæus modos poematibus primus adiecit, & Lacedæmoniorum leges numeroſis verſibus ſcripſit. Clemens Strom. 1. De Terpandro eiuſque inuentis multa ſcribit Plutarchus in libro de Muſica, vbi etiã refert ipſum carmine proœmia ad cantus fidium condidiſſe.*

Terpſicles *ſcripſit de Venereis. Athenæus.*

Tertij *Damiani Viſſenaci Decipolitani, Theorica medicinæ & chirurgiæ, cum libello ... id eſt morbo ſudorifico, Antonius Idumæus excudit Antuerpiæ, anno 1541.*

Tertullianus *vetus I. C. ſcripſit quæſtionum libros 3. de caſtrenſi peculio lib. 1. de ſenatuſconſultis lib. 1. ad ſenatuſconſultum Libonianum & Ophitianum. * Hunc eſſe Q. Sep. Flor. Tert. aſſerit Cuiatius Obſer. lib. 7. cap. 2.*

Tertullus *epiſtolæ vndecimæ, & 12. author apud Cyprianum lib. 1. cum alijs presbyteris.*

Teruanus *Pontifex Scotorum Epiſcopus, ſcripſit Exhortationes quaſdam lib. 1. Claruit anno 440. Baleus.*

Teucer *Cyzicenus, ſcripſit de aurifera terra, de Byzantio, Mithridaticarum rerum lib. 5. de Tyro 5. Arabicarum 5. Iudaicam hiſtoriam lib. 6. Adoleſcentium Cyzicenorum exercitationem 3. & reliqua. Suidas.*

Teupalus *ſcripſit Iliaca, citatur à Stephano in Andria.*

Thaddæus *Dunus Italus, Locarnenſis medicus, ſcripſit adhuc adoleſcens librum de arithmetica, excuſum Baſileæ à Iacobo Parco, 1545. Item folium vnum de Nonis, Idibus & Calendis: Ibidem. Franciſci Stancari Commentariorum in epiſtolam D. Iacobi ex Italico ſermone in Latinum conuer-*



Digitized by Google

tit. Ibidem 1547. Idem adultior edidit Epiſtolas medicinales & libellum de Semitertiana. Tiguri apud Andream Geſnerum, 1555. De muliebribus morbis librum, excuſum Argentinæ apud Ribelium, 1565. De venæ ſectione libros tres: Tiguri apud Froſch. 1570. De reſpiratione contra Galenum, quòd reſpiratio non ſit motus voluntarius, librum breui edendum. Bernard. Ochini libros de cœna Domini contra Weſphalum, & Dialogum eius de purgatorio ex Italico in Latinum conuertit. Tiguri apud Geſnerum, anno 1556. * Eiuſdem de curandi ratione per venæ ſectionem, liber quartus, tribus aliâs editis addendus. 8. Tiguri. Viuit Tiguri propter Chriſti confeſſionem è patria exul, vbi feliciter medicinam exercet.

Thaddæus Romanus, qui res Friderici primi carmine deſcripſit, citatur in Chronicis Ioan. Cuſpiniani.

Thaddæus natione Florentinus, medicæ artis peritiſſimus doctor, ſcripſit in aphoriſmos Hippocratis lib. 1. in prognoſticon eiuſdem lib. 1. in opus acutorum eiuſdem lib. 1. in Tegni Galeni lib. 1. Iſagogas Iohannitij lib. 1. de conſeruanda ſanitate lib. 1. conſilia varia libr. 1. & quædam alia. * Eiuſdem in Claudij Galeni microtechniam commentarij, in folio Neapoli, anno 1522. Vide Trittemium, & Symphorianum Campegium, de ingenti mercede, quam à principibus vocatus in diem ſolebat paciſci, &c. Claruit anno 1280.

* Thaddæi Nemici Hagecij ab Hagedo, ſiue Hayck. Aulæ Cæſareæ Medici oratio, de laudibus Geometriæ in octauo 1577. Eiuſdem libellus aphoriſmorum metopoſtopicorum, in quarto Pragæ, in membrana impreſſus liber 1562. Deſcriptio Cometæ, quæ apparuit anno 1577. eodem autore Pragæ, 1577. Eiuſdem Dialexis de inuſitata magnitudine nouæ & prius incognitæ ſtellæ, & de eiuſdem ſtellæ vero loco conſtituendo. 4. Francofurti. Reſponſio ad virolentum ſcriptum Hannibalis Raymundi, de ſtella 72. & 73. viſa. 4. Pragæ ex officina Georgij Nigri. Ad ſecundas inſanias cucurbitulas Hannibalis Raymundo-Zani Itali, Spongia ſecunda. 4. Pragæ.

Thaddæi Peluſienſis liber contra Iudæos: manuſcr. in biblioth. Henrici Memmij.

Thaddæi Piconij Collenſis, de itinere Chriſtiani. Lonanij 1554. in octauo.

* Thalamonis, templum illuſtrium virorum & fœminarum. Gallice in octauo 1538.

Abba Thalaſsij Libyis & Africani monachi, de amore, continentia, & gubernatione animi, ad Paulum preſbyterum hecatontas prima vſq. ad quartã, Græce extant. Thalaſſium Suidas in Theophilo nominat. Hecatontades eædem quatuor Ioanne Oecolampadio interprete, impreſſæ ſunt Auguſtæ Vindelicorum, apud Sigiſmundum Grimm, an. 1520. Sunt autem numero circiter 400. diuinæ & vtiles pijs, ſententiæ. Et Baſileæ apud Henr. Petri, cum alijs vetuſtiſſimorũ quorundam theologorum opuſculis, anno 1551.

Thaletis Mileſij vnius ex ſeptem ſapientibus Græciæ dicta referuntur à Plutarcho, Stobæo, Diogene Laertio. Vide Suidam. Thales iuxta quoſdam nullum ingenij ſui monumentum reliquit: quidam tamen ferunt eum ſcripſiſſe nauticam aſtrologiam, quæ tamen ab alijs Phoci Samij eſſe perhibetur. Item de conuerſione & æquinoctio, ac verſibus de ijs quæ in ſublimi fiunt, & alia quædam. Laertius & Suidas.

Thaletas Cres aut Illyricus, Lyricus, ante Homeri ætatem carmina ſcripſit. Suidas.

Thaletas Cnoſsius Rhapſodus edidit poemata quædam fabuloſa. Suidas.

Thalli hexaſtichon lib. 2. Florilegij, ſect. 1.

Thallus citatur à Iuſtino martyre contra Gentes.

Thamyras bellum Vithanum aduerſus Deos dimicatum carmine deſcripſiſſe traditur. Plutarchus de Muſica. Refert etiam Suidas eius Theologiam extare verſibus 3000.

Theætetus Athenienſis, aſtrologus, philoſophus, Socratis diſcipulus, primus ſcripſit τὰ πέντε καλέμενα στερεά. Suidas bis de eodem opinor.

Theætetus poeta philoſopho poſterior laudatur à Laer. qui eius carmen in Crantorem adſcribit.

Theagenes quidam in Homerum ſcripſit. Suidas in [illegible].

Theagenis Carica et Macedonica citat Step.

Theatridas ἐν τῷ περὶ φύσεως citatur à Clemente V. Stromat.

Theanus ex libro de virtute Dorico citantur fragmenta apud Stobæum in ſermone de prudentia, duobus in locis. Theano Locris poetria, et Theano Metapontina, aut Thuria, & alia Creſſa, commemorantur à Suida. Theanus epiſtola de liberorum educatione ad Eubulam, Conſolatoria ad Nicoſtratam zelotypam, Admonitoria ad Calliſto, quo modo ancillis præeſſe deceat. Aldus excudit Venetijs Græce, in volumine Epiſtolarum diuerſorum authorum.

Thecare τῶ Θεκαρᾶ βιβλίον, in quo Symeonis iunioris theologi, & aliorum quædam continentur: manuſcr.

Teleſinus Helius, vates Britannicus, ſcripſit acta Arthurij regis. Claruit 540.

Thebithus Anglus, Mathematicus, ſcripſit de motu octauæ ſphæræ lib. 1. Ioannes Lelandus.

Theliaus Landauus inter Britannicæ Eccleſiæ proceres contexuit conciones ad populũ pias lib. 1. Claruit anno 550. Baleus.

Themiſon medicus plantaginem celebrauit, tanquam inuentor, Volumine de ea edito. Plinius: qui alibi, Themiſon (inquit) ſummus auctor damnauit hydromeli & oxymeli. Citatur à Plinio li. 11. & 15. Naturalis hiſtoriæ. Themiſonis Pallenidem Athenæus citat.

Themiſtius hæreticus Acephalorum ſectæ, ſcripſit quædam, ex quibus Epiſtola ad Marcellinum preſbyterum & Stephanum diaconum, item aduerſus Colluthum hæreticum liber, citantur in ſexta ſynodo.

Themiſtij Euphradæ Peripatetici opera omnia.

nia, excuſa Græce Venetijs in officina Aldi, 1534. cum Alexandri Aphrod. libris de anima & de fato. Sunt autem hæc: Paraphraſes in Ariſtotelis poſteriora analytica, de naturali auſcultatione, de anima, de memoria & reminiſcentia, de ſomno & vigilia, de inſomnijs, de diuinatione per ſomnum. Eædem Paraphraſes excuſæ ſunt Latine Hermolao Barbaro interprete, Baſileæ in officina Curionis, 1533. item orationes eiuſdem. Extant autem orationes etiam ſex aliæ nondum editæ Venetijs, apud Diegum Hurtadum. Eius ſermo in calamitoſè affectos ſub Valente, & in alios, Græce extat in Italia. Meminit & Sozomenus lib. 8. tripartitæ hiſtoriæ, libri Themiſtij ad Valentem, in quo perorat eum eſſe non oportere crudelem in conſubſtantialitatis cultores, &c. Apud Stobæum etiam ex libris eius fragmenta aliquot citantur. de characteribus opuſculum Græcum, Romæ in bibliotheca Vaticana. Suidas præter ſuperiores Paraphraſes in Ariſtotelem, ait eum ſcripſiſſe etiam propria quædam de ſcopo & inſcriptione prædicamentorum lib. 1. & Dialexes. Themiſtij Summa naturalium entium, vbi etiam entia diſtinguuntur naturalia ab incorruptibilibus & ſupernis: reperta Palentiæ, vt ſcribit author Luminis animæ: & mox ſubdit, Commenta etiã mihi allata ſunt, Simplicij & Zenonis: nec exprimit an in hanc Themiſtij ſummam aut aliquem alium librum. Themiſtij Orationes 14. quarum ſex poſteriores, ſunt nouæ: cæteræ emendatiores quam antea: editæ ſunt Græce ab Henrico Stephano in octauo. Eiuſdem Orationes 8. ab Hieronymo Donzellino in Latinam linguam conuerſæ, nempe, Explorator ſeu philoſophus. ἐπιτάφιος, hoc eſt funebris in patrem ſuum. De amicitia. Sophiſta. De Clementia Theodoſij imperatoris in ſenatu habita oratio. De ſtudio Regis in diſciplinis percipiendis. Adhortatio ad philoſophiam. Reprehenſio importunitatis, qua quidam eum ex tempore orationem habere volebat. Baſileæ apud P. Pernam 1559. in octauo. Præter orationes audio in Italia ſeruari librum Themiſtij de epiſtolico charactere. * Eius commentarij in libros Ariſtotelis: nempe, octo phyſicorum: de Anima: de memoria & ſomno, etiam M.S. extant in bibl. Imperat. Viennæ Auſtriæ.

Themiſtocles *Athenienſis, ſcripſit epiſtolas grauitate plenas. Suidas.*

Themiſtogenes *Syracuſanus hiſtoricus, Cyri expeditionem, quæ inter Xenophontis Græcanicam hiſtoriam cenſetur, & alia quædam de patria ſua compoſuit. Suidas.*

Theobaldi *de naturis duodecim animalium, leonis, aquilæ, ſerpentis, formicæ, vulpis, aranei, cerui, ceti, onocentauri, elephantis, turturis, pantheræ. Liber ſcriptus carmine inepto & moraliſatus.*

Theobaldus *Anglicus Carthuſianus, ſcripſit à mundi origine ad ſuam vſque ætatem librum de progreſſu patrum. Vixit anno 1320.*

Theobaldus *Fagorius, deſcripſit Bituricenſium primordia & incrementa, quæ à Sebaſtiano Munſtero coſmographico ſuo operi inſerta ſunt.*

Theobaldi *Gerlachij Billicani Nordlingiacenſis eccleſiaſtæ, ſcholia in Michæam prophetam, impreſſa Auguſtæ Vindelicorum, 1524. Apologia ad Ioan. Stoplerum cancellarium Brunſuicenſem, de commento reuocationis in religione per æmulos vulgato: impreſſa Wormatiæ. epiſtola ad Vrbanum Regium de verbis cœnæ Dominicæ, & opinionum varietate, cum reſponſo Vrbani Regij: Libellus excuſus, 1526. Epitome dialecticæ, impreſſa Haganoæ apud Secerium, 1527. Scripſit etiam in libros Phyſicorum & Meteororum Ariſtotelis annotationes, dictatas in Academia Heidelbergenſi. * Eiuſdem ſcriptum de communione ſub vtraque ſpecie in folio & charta Latine compoſitum. Claruit anno 1544.*

Theobaldi *Lopleignij Vindocinenſis de vſu pharmaceutices in conſarcinandis medicamentis Iſagoge. impreſſ. Lugduni, anno Domini 1539. à Ioan. Barboo.*

Theobaldus *rex Nauarræ, comes Campaniæ, ſcripſit Cantiones aliquot ſua lingua, quæ in bibliothecis quibuſdam Galliæ extant. Idem ſcripſit De obitu felici D. Ludouici Francorum regis, ad Cardinalem Tuſculanum lib. 1. Obijt Drepani in Sicilia, anno 1277.*

Theobaldus *Stampenſis, Anglus, ad Robertum Lincolnienſem epiſcopum, ſcripſit aduerſus quoſdam, qui ſua ætate contra claues eccleſiæ temere prædicabant lib. 1. Claruiſſe fertur anno Domini 1240. Guil. Horman.*

Theobaldus *Thamerus ſcripſit tractatum, an & quatenus Chriſtianis in perſecutionibus ſit fugiendum. excuſum Marpurgi, 1547. apud Andreã Colbium. Item librum de varijs calumnijs quas à Lutheranis tulit. Moguntiæ, 1562. in 4.*

Theoboli *gnomas aliquas Stobæus allegat.*

Theocalus, *Sicambrorum Pontifex & hiſtoriographus, in omni Græcorum ſapientia præſtantiſſimus, regũ fortiter acta carminibus ſcripſit lib. 1. Claruit anno ante Chriſti natiuitatem 360. Tritemius in compendio.*

Theocles *citatur ab Æliano in animalium hiſtoria.*

Theoclius *Cæſareorum temporum ſcriptor, citatur à Vopiſco. Scripſit autem vitam Aureliani, teſte Volaterrano.*

Theocliti *Horas Athenæus allegat.*

Theocreſtus *quidam allegatur à Plinio, vltimo libro Naturalis hiſtoriæ.*

Theocritus *Chius rhetor, &c. ſcripſit Chrias, Hiſtoriam Libyæ, & epiſtolas mirabiles. Suidas.*

Theocriti *hiſtorici ſcripta citantur apud Fulgentium in Mytholog.*

Theocritus *Praxagoræ & Philinnes F. vel vt alij Simmichidæ: alij Coum fuiſſe tradunt, qui migrarit Syracuſas. Scripſit Bucolicos verſus lingua Dorica. Quidam & hæc illi adſcribunt: Pratidas, Elpidas, Hymnos, Heroinas, Epicedia carmina, Elegias, Iambos, Epigrammata. Suidas.*

Theocriti *veteris poetæ Græci Idyllia, ſiue poematia varij argumenti numero 36. hexametris verſibus ſcripta, dialecto Dorica: item epigramma*





Digitized by Google

ta 19. *Bipennis, Ala, & Ara. impreſſa Græce Venetijs, & Haganoæ à Sceerio, & Baſileæ à* Cratandro, 1530. *& Romæ cum commentarijs Græcis anonymy. Et apud Henricum Stephanum in fol. magnis literis, cum Homero, &c. Vixit tempore Ptolemæi Lagi, vide Suid. Citantur eius epigrammata 4. in diuerſis Florilegij locis. Eadem Latine, vide in Helio Eobano.* * *Theocriti aliquot Bucolica Idyllia, cum commentarijs Amarunti grammatici. in 4. M.S. bibl. Imperat. Viennæ.*

Theoctiſti *presbyteri mentionem facit Hieronymus in vitis ſcriptorum eccleſiaſticorum, de Ambroſio Origenis contemporaneo loquens. Theoctiſti ſententiæ quædam Græcæ iuxta literarum ſeriem, habentur in fine collectaneorum Ioan. Stobæi.*

Theoctiſtus *Priſciani grammatici præceptor, ſcripſit aliquot de arte grammatica libros.*

Theodatus *Græcis Latinisq́; literis eruditus, qui inter philoſophos, quibus operam impenderat, Platonem maximè ſecutus eſt, temporum ſuorum hiſtoriam ſcripſit: teſte Caßiodoro.*

Theodatus *Leodienſis, Germanus, Carmelita, ſcripſit quadrageſimale eximium lib. 1. Et alia quædam. Arnoldus Boſcius.*

Theodectes *Ariſtandri F. Phaſelites Lycius orator ſed ad ſcribendas tragœdias ſe contulit: diſcipulus Platonis Iſocratis & Ariſtotelis. Hic & Erythræus Naucrates, & Iſocrates Apolloniates orator, & Theopompus Olympiade 103. funebres orationes habuerunt in Mauſolum, Artemiſiæq́; vxoris eius hortatu: ac vicit, maxime laudata eius tragœdia. Alij Theopompum aiunt tuliſſe primas. Fabulas edidit 50. Moritur Athenis annos natus 41. patre ſuo ſuperſtite. Scripſit & artem oratoriam verſu, & alia quædam ſoluta oratione. Suidas.*

Theodectes Phaſelites, *orator ſuperioris filius, ſcripſit Encomium Alexandri Epirotæ, Hiſtorica, & Commentarios, Inſtituta barbarica, Artem dicendi libr. 7. & alios quoſdam commentarios. Suidas.*

Theodericus *abbas ordinis S. Benedicti, natione Germanus, ſcripſit vitam S. Hildegardis lib. 4. & quaſdam epiſtolas. Claruit anno* 1200.

Theoderici *de Arnuelde ſermones collecti, anno* 1398. *à dominica aduentus Domini vſque ad feſtum paſchatis, cum explicatione paßionis Ieſu Chriſti. Eiuſdem commentarius ſuper librum ſapientiæ.*

Theoderici *Gothorum regis epiſtola de thermis Aponi, impreſſa eſt Venetijs à Iuntis, anno Domini* 1553. *cum variorum authorum ſcriptis de balneis. Eſt autem Caßiodori nomine Theoderici ſcripta, ſicut & aliæ in varijs. In* Catalogo *bibliothecæ Oporini inter libros manuſcriptos, mentio fit epiſtolarum Theoderici Regis de fide ſanctorum.*

Theodorici *Adamæi Salembergi annotationes in Procopij rhetoris libros ſex de Iuſtiniani imperatoris ædificijs, à Franciſco Craueueldio conuerſos, excuſæ* Pariſijs, *vt ſupra dictum eſt. Eiuſdē Panegyricus gratulatorius de Chriſtiani orbis concordia, impreſſus* Pariſijs *apud Wechelum. de inſula Rhodo, & militarium ordinū inſtitutione liber: ibidem. Cebetis tabula, Latinitate donata, ibidem.*

Theodoricus: *vide Theoderitus.*

Theodoricus *Andreæ, patria Toloſanus, Minorita, ſcripſit in Apocalypſin Ioāis lib. 1. Et alia. Nicolaus Bertrandus.*

Theodericus *Archiepiſcopus Treuirenſis, ſcripſit de laudibus Mariæ virginis lib. 1. Vitam S. Lmdrudis lib. 1. Vixit anno* 1490.

* Theodoricus *Boumius* Coloniæ *impreßit tractatus varios de monetis & earum permutatione ac falſitate,* 1574.

Theoderici *Dorſtenij medici Botanicon, continens herbarum, aliorumq́; ſimplicium, quorum vſus in medicinis eſt, deſcriptiones & imagines, ex præcipuis vtriusq́; linguæ autoribus, cum corollario eorum quæ à Neotericis obſeruata, vſuq́; comprobata ſunt: Egenolphus excudit Francofurti,* 1540.

Theodoricus *Corthoeuius Adagia Deſ. Eraſmi redegit in locos communes. Liber impreſſus Coloniæ,* 1533. *apud Ioan.* Prael.

Theodorici *epiſcopi Cernienſis ordinis præd. chirurgiæ lib. 3. ſecundum medicationem Hugonis de Luca, ſermone barbaro, impreſſa Venetijs anno* 1499. *cum alijs diuerſis chirurgis. in fol.*

Theodoricus *Engelbuſius, ſcripſit* Chronicon *Chronicorum durans vſq; ad annum Domini* 1410. *M. Dreſſerus. Tractantur potißimum in hoc Chronico res Saxonicæ.*

Theodoricus *primum Minorita, poſtea* Croa*tiæ epiſcopus, ſcripſit prophetias quaſdam quæ vna cum alijs rhythmicis prophetijs impreſſæ ſunt.*

Theodoricus *Græcus contra quem Leontius Byzantius fecit apologiam ad accuſationes deteſtationis eius. Damaſcenus* 3. *cap.* 11.

Theodorici *Francorum regis latæ leges Riboariorum, impreſſæ Baſileæ. Theuderici Francorum regis Suidas meminit.*

Theodoricus *Gerardus Gaudanus tranſtulit ex Galeno librum de curandi ratione per ſanguinis mißionem: de ſanguiſugis, reuulſione, cucurbitula, & ſcarificatione libellum. Habentur cum cæteris Latine redditis Galeni operibus impreſſa. Item de ſimplicium medicamentorum facultatibus libros* 11. *eiuſdem.*

Theodericus *eiuſdem cognominis, & eius filius, ſcripſit librum de* 7. *artibus liberalibus, cum annos natus eſſet* 15. *orationes & epiſtolas doctißimas. Liber impreſſus Moguntiæ apud Pet. Fridberg. anno* 1494.

Theoderici *Greſemundi Spirenſis, carmen de hiſtoria violatæ crucis, Argentinæ impreſſum per Renatum Bek, anno D.* 1514. *quatern.* 8. *pure in primis ſcriptum. Idem carmen interpretatus eſt Hieronymus Gebuilerus, qui in vita Greſemundi inquit, eum laudes philoſophiæ & liberalium artiū luculentißimis dialogis complexum eſſe, vita functis epitaphia excudiſſe, ad multorum preces epigrammata varia tum ſale tum iocis referta ceciniſſe, Viglij & Capnionis amicitia floruiſſe. Tandem ætatis anno* 40. *ex paßionibus gulæ ſuffocatum.*

Digitized by Google

*tum. Fuiſſe gracili corpore, ſtatura mediocri, honeſto vultu, capillo ſubnigro, cæſijs oculis.* Eius aliquot *verſus citantur in adoleſcentia Wimphelingi.*

Theodoricus *Greſmund de Meſchede, ſcripſit tractatum de regimine ſanitatis, tempore peſtis. Claruit anno* 1470.

Theodericus *de Herxen, natione Germanus, ordinis fratrum clericorum in communi viuentium viſitator, ſcripſit in totum Pſalterium lib.* 1. *ſuper orationem Dominicam lib.* 1. *ſuper Aue Maria lib.* 1. *de paſſione Domini lib.* 1. *de moriendi deſiderio lib.* 1. *& alia multa. Claruit anno* 1476.

Theodericus *monachus S. Albani apud Moguntiam, ordinis S. Benedicti, philoſophus & poeta, ſcripſit ad Richardum Fuldenſem abbatem, de vita & miraculis S. Benedicti lib.* 1. *de tranſlatione eius in Galliam, ad eundem lib.* 1. *Vixit año* 1440.

Theodoricus *monachus cœnobij S. Matthiæ apoſtoli prope Treuerim, ordinis Benedictini, ſcripſit de inuentione S. Celſi lib.* 1. *De miraculi eiuſdem ſancti lib.* 1. *Sermones in honore ſanctorum lib.* 1. *Claruit anno Domini* 1000.

Theoderici *Kœrberi Magdeburgenſis monachi, contra Petrum Vigmannum Vratiſlauienſem epiſtolæ, in quibus de nonnullis laudatur, de furore iracundiæ & inuidiæ carpitur.*

Theodericus *Morellus Campanus, ſcripſit Enchiridion ad verborum copiam frugiferum, ex optimis quibuſq; autoribus: præcipuè ex prouerbijs Eraſmi, &c. Ioan. Gymnicus excudit Coloniæ, anno Domini* 1531.

Theodorici *à Niem hiſtoria de ſchiſmate, quod in Eccleſia Romana inter Vrbanum papam, & Clementem antipapam eorumq; ſucceſſores, per* 39. *annos, ab anno Chriſti,* 1379. *vſq; ad Concilium Conſtantienſe durauit, in tres libros diuiſa: quibus non ſolum pontificum, verumetiam regum, principum, ac totius imperij res geſtæ eius temporis magna ex parte continentur. impreſſa Norimbergæ apud Ioan. Petreium,* 1532. *Theodorici à Niem hiſtoria integra edita eſt Baſileæ, cum alijs quibuſdam in folio, apud Thomam Guarinum, anno* 1566. * *Eiuſdem de reformatione Romanæ curiæ liber in fol. & in charta ſcriptus. in bibl. Imperat.*

Theodericus *de Oſenbruk, natione Germanus, Minorita, ſcripſit de paſſione Domini lib.* 1. *Manuale ſimpliciũ lib.* 1. *de exercitio interiori lib.* 1. *& quædam alia. Claruit anno* 1494.

Theoderici *de Rudenitz, collecta in ſermones dominicales Fr. Iacobi de Voragine, diuiſa in quatuor partes æquales.*

Theodorici *Ryſiclei Germani oratio in laudes S. Haymonis impreſſa Ingolſtadij.* 1502. *Oratio ad Illuſtriſ. Georgium comitem Palat. Rheni habita Ingolſtadij, impreſſa Norimbergæ,* 1501.

Theoderici *Schnepfij Erhardi F. theologi Oratio in auſpicio Danielis prophetæ in Tubingenſi Academia habita: ibidem cum alijs eiuſdem Academiæ profeſſorum orationibus edita eſt, año* 1557. *Eiuſdem Oratio habita cum funus duceretur illuſtriſſimo principi & domino D. Eberhardo duci Wirtenbergenſi. Tubingæ,* 1568. *Concio funebris in ſepultura nobilis viri Ioannis Burani habita. Ibidem Germanice,* 1570. *In quatuor poſtremas pſalmorũ decades breuis interpretatio. Ibidem,* 1571. *Diſputationes ſeu propoſitiones ad diſputandum propoſitæ, de Imaginibus, de Satisfactione, de Quæſtione, quæ & vbi vera Dei eccleſia ſub regno pontificio ſuperioribus temporibus fuerit, & etiamnum hodie ſit. Tubingæ,* 1571. *Item de propoſitione Paulina: Arbitramur hominem iuſtificari fide abſque operibus legis. Ibidem* 1569. *De votis, anno* 1571. *De bonis operibus, anno* 1582. * *Eiuſdem Oratio in celebrationem Academiæ Tubingenſis ab Eberhardo,* 1. *Duce Wirtenbergico ante annos centum fundatæ, & à Principibus ſucceſſoribus clementer conſeruatæ & auctæ.* 4. *Tubingæ, excudebat Georgius Gruppenbachius. Idem abſoluit breuem & perſpicuam Pſalmorum Dauidis explicationem. Decades* 14. *in* 4. *Tubingæ, anno* 1572. *Eiuſdem in Eſaiæ prophetæ vaticinia Scholæ. In quibus primò diſpoſitio & ſeries argumentorum, ornamenta item ſententiarum & figurarum, & in his phraſis ipſa, ac obſcuriora loca ex fontibus Hebræis monſtrantur. Præterea doctrinæ Theologicæ, quæ ex contextu ſurgunt, breuiter indicantur. Acceſſerunt his Formulæ concionum ex propheta deſumptæ, & ad Rethorum præcepta factæ. Poſtremò ſingulis capitibus paraphraſis latina ſubijcitur. Regulæ etiam ſatis multæ, ad intelligendos prophetas apprimè vtiles, operi præfixæ ſunt. folio Tubingæ. Oratio de Iubileo Chriſtiano.* 4. *Tubingæ ex officina Alexandri Hockij, anno* 1577. *Oratio de Natiuitate Domini & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti* 4. *Tubingæ. Eodem præſide diſputatio, Peccatum originis non rectè dici ſubſtantia.* 4. *Tubingæ, anno* 1582. *Eiuſdem propoſitiones de peccato originis: diſputatio de viribus humanis.* 4. *Tubingæ, apud Georg. Gruppenbach.* 1582. *De pœnitentia diſputatio.* 4. *Tubin.*

Theodericus *de Suſten citatur in Chryſopaſſo Ioannis Eccij.*

Theodericus *abbas monaſterij ſancti Trudonis Leodienſis diœceſis, ordinis diui Benedicti, Germanus, ſcripſit vitam ſancti Trudonis lib.* 1. *vitam ſancti Bauonis lib.* 1. *vitam ſancti Remoldi lib.* 1. *Rhythmos quibus in corruptos cleri mores inuehitur, & alia plura. Vixit anno* 1100.

Theodericus *Vlſenius Phryſius, ſcripſit Elegias, epigrammata, & alia plura quæ ad poſteritatem venerunt. Idem ſcripſit lib.* 2. *de pharmacandi comprobata ratione, carminibus* 316. *abſolutos. Norimbergæ impreſſos, anno Domini* 1496. *Et Baſileæ Henric. Petri, anno* 1571. *Eiſdem ſcholia adiecit Georpius Pictorius Villinganus. Claruit anno Domini* 1494.

Theodericus *Thamninius Dominicanus, ſcripſit libros de origine rerum prædicamentalium, de quidditatibus entium, de menſuris rerum, de tempore, de generatione lucis, de tribus difficilibus, de iride. M. Dreſſerus.*

Theoderici *de Turinga ordinis Prædicatorũ epitome, de vita beatæ Elizabeth, ex libris* 8. *ma*

Digitized by Google

giſtri Conradi qui fuit S.Elizabeth concionator, In diuorum numerum relata eſt, anno 1235. VI. Calendas Iunij in ciuitate Peruſina.

Theoderici *Tzwiuel, de numeris liber impreſſus. * Hic fuit typographus Monaſterienſis tempore Murmelij: & præterea euulgauit Arithmeticum libellum: Item muſica quædam.*

Theodocion *Iudæus Epheſius, ſacram ſcripturam interpretatus eſt, cuius meminit Æneas Syluius in deſcriptione Aſiæ, cap.78. Claruit anno Domini* 180.

Theodolus *preſbyter, natione Italus, ſcripſit de miraculis veteris teſtamenti, & fabulis poetarum, Æglogarum lib.1. De conſonantia ſcripturarum lib.1. Floruit anno Domini* 480.

Theodoli *ecloga incipiens, Æthiopum terras iam feruida torruit æſtas. Eiuſdem de quinque clauibus ſapientiæ.*

Theodoli *commentarius in ſententias Catonis, typis olim eſt excuſus.*

Theodoli *monachi opus extat de Atticiſmo, vel elegantia Attica. Raphael Volaterranus.*

Theodontij *Grammatici nomen citatum legi in Genealogia Bocatij.*

Theodorico *Platonico præceptori ſuo, Rodolphus Brugenſis nuncupat verſionem ſuam* Planiſ*phærij Ptolemæi.*

Theodoricus *Vriæ Auguſtinianus, ſcripſit libros aliquot de Conſolatione eccleſiæ. Vixit circa annum* 1400.

Theoridam *Syracuſanum Athenæus citat.*

Theodoritus *Cyri epiſcopus, ſcripſit Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib.1. de incarnatione Domini contra Eutychen lib.1. Eius hiſtoria nunc tripartitæ hiſtoriæ inſerta eſt. Excudit Frobenius olim Baſileæ. Sed etiam integræ Theodoreti hiſtoriæ libri 5. Græci Pariſijs à Roberto Stephano impreſſi ſunt, cum aliorum veterũ hiſtorijs eccleſiaſticis: & ſeorſim Baſileæ apud Frobenium, 1535. Eius præterea libri etiamnum Græce in Italiæ bibliothecis reperiuntur, in Pentateuchum, Dubia & ſolutiones in Biblia, vſq; ad Paralipomena, incluſiue, vt vocant: aliâs, in Octoteuchum dubia & ſolutiones. In cantica. in Pſalterium. In Hieremiam prophetam, & Threnos. in omnes D. Pauli epiſtolas. De conſtitutione humani corporis, vel de opificio Dei ſermones duo. Hæc omnia apud Diegum Hurtadum Venetijs extant. Commentarius in Pſalmos habetur etiam in biblioth. Auguſtæ Vindelicorum. * Et in bibl. Imperat. Viennæ Græce M. S. habetur B. Theodoreti Epiſcopi Cyri in 150 Pſalmos Dauidis expoſitio: liber in 8. Et commentarij in cantica canticorum ibid. M. S. Extant præterea alibi: Commentarius in viſiones Danielis, Bononiæ ad S. Saluatorem. in Ezechielem, ibid. opus magnum. In duodecim prophetas minores. de prouidentia ſermones decem. Eraniſta, aut Polymorphus, ſiue contra hæreſes. Hæreticæ malignitatis epitome, Romæ. Curatio Græcanicorum affectuum. Orationes monaſticæ, Romæ. commentarij in prophetas 12. minores Latinitate donati, impreſſi ſunt Lugduni apud Gryphium, 1533. Petro Gillio Albienſi interprete: & Pariſijs apud Hen. Stephanum. idem ſcripſit ad Ioannem Antiochenum reprehenſionem duodecim capitum, ſiue anathematum, quæ Cyrillus contra Neſtorium ſcripſerat. Vide in Cyrillo. Ex Theodoreti & aliorum veterum commentarijs ſcholia in epiſtolam Pauli ad Romanos, Ioanne Leonicero interprete, excuſa Baſileæ apud Rob. Winter. Meminit ipſe paſſim in hiſtoria ſua de alijs quoq; libris à ſe conſcriptis, vt reſponſionum ad Magos Perſarum, & Hiſtoriæ de martyribus. Eiuſdem de Euangelicæ veritatis ex Græcorum atque gentium philoſophia cognitione, ſiue de Græcarum affectionum curatione lib.12. Zenobio Acciaolo Florentino interprete. Ioan. Stelſius Antuerpiæ impreſſit, 1540. & Henr. Stephanus Pariſijs. Eius Eraniſtes ſeu Polymorphus, contra ſui temporis hæreticos: item eiuſdem, hæreticorum, improbarum nugarum ac fabularum compendium, item diuinorum decretorum ſeu dogmatum epitome, Herueto Aurelio interprete, excudit Baſileæ Ioan. Oporinus anno 1549. * Et Pariſijs apud Guilhelmum cauellat 1566. Theodoritus teſte Nicephoro præter enarrationes in vetus teſtamentum ſcripſit peculiarem librum in quem obſcurorum locorum expoſitiones retulit. In 16. prophetas, in omnes Pauli epiſtolas. Aduerſus omnes hæreſes volumen, quod Mendacij & veritatis diſcrimen inſcripſit. Hiſtoriam Dei amantum, in qua inſtitutum eorum qui ætate ſua vitam ſancte tranſegerant perſequitur. Vitam Symeonis Stylitæ. Claruit* anno 390. *De prouidentia ſermones* 10. *Tiguri Græce & Latine R. Gualtero interprete, & Lipſiæ Strigelio interprete. De quæſtionibus ſelectis ambiguis S. Scripturæ, Ioanne Pico interprete. Pariſijs. Eiuſdem Eraniſtes Victorino Strigelio interprete Lipſiæ. Eiuſdem in epiſtolas Pauli commentarij Gentiano Herueto interprete. Pariſijs. * Et Florentiæ in 8. anno Domini 1552. Hiſtoria Dei amantum, eodem interprete, in 4. excuſa anno 1570. ibidem Præterea omnia Theodoriti opera ſimul impreſſa ſunt Coloniæ, in folio tomis duobus, anno Domini, 1573. Commentarij in Ezechielem Ioanne Baptiſta interprete, Romæ, anno Domini 1563. in 4. Item in viſiones Danielis eodem interprete. Ibidem, 1562. in folio. * Eiuſdem commentarij in Rhut in 4. magno M. S. in bibl. Imperat. Viennæ. Quæſtiones variæ Theodoriti Cyri epiſcopi cum aliorum quæſtionibus in quarto. M.S. bibl. Imperat. Viennæ. Eiuſdem Dialogi tres contra quaſdam hæreſes. Romæ, anno 1547. Et Germanice Dialogi tres de vnione & diſcrimine duarum naturarum in vna perſona Ieſu Chriſti: additis epiſtolis præcipuis Leonis Magni Papæ Romani contra Eutychen hæreticum: interprete Martino Mollero in 8. Gorlizij, anno 1582. Oratio verè aurea de charitate ſiue dilectione. 8. Coloniæ in officina Birckmannica, 1582. ſeorſim excuſa.*

Theodoriti *grammatici diſtichon lib.2. Anthologij, ſectione* 1.

Theodoriti *quædam de ſpiritibus, impreſſa cum Grammatica Vrbani.*

Theodori

Theodori ſermo, de proſperis & aduerſis huius ſeculi & cauſis flagellorum Dei: habetur inter collationes Ioan. Caßiani.

Theodorus, poſtea Gregorius appellatus, Neocæſareæ ponti epiſcopus, &c. vide Hieronymum in Theodoro, vel Suidam in Gregorio: de eo dictum eſt in Gregorio Neocæſarienſi.

Theodori epiſcopi Alaniæ Ethicorum lib. 10 Græci in bibliotheca quadam Italiæ..

Theodori Therapentica Græce, in Italia extant. Legendum forte Theodoriti, cuius therapeutica, id eſt, curationem Græcarum affectionum habemus.

Theodori Eiecti antigramma contra Ioannē Chryſoſtomum, Græce ſupereſt in Italia.

Theodorus poeta, ſcripſit verſibus hexametris de Cleopatra.

Theodori epigrammatum poetæ meminit Laertius. Item:

Theodori tragœdiarum ſcriptoris.

Theodori quoq; alterius qui de poetis ſcripſerit, idem mentionem facit.

Theodorus alius de legiſlatoribus ſcripſit à Terpandro initium ſumens.

Theodorus de ſectis citatur à Laertio.

Theodorus item alius res Romanas ſcripſit.

Theodorus quidam ſcripſit libellum φωνασκικὸν ſiue de vocis exercitatione. Laertius.

Theodorus medicus Athenæi diſcipulus. Laertius. Citat etiam Theodorum medicum. Aetius lib. 12. cap. 46.

Theodori Atticas gloſſas & Theodori Hierapolitæ librum de agonibus Athenæus citat. Theodori diſtichon lib. 2. Anthologij, ſectione 13. et Theodori Anthi diſtichon ibidem. lib. 3. ſectione 7.

Ex Theodori transformationibus leguntur quædam apud Stobæum in vituperio Veneris. Itē Myrrhæ Cyniræ filiæ hiſtoria apud Plutarchum, cap. 44. parallelorum minorum.

* Theodori liber cui titulus eſt Labyrinthus Magiſtrorum, carmine ſcriptus in 8. liber ſcriptus.

* Theodori epiſcopi contra Arabes, & contra Acephalos diſputationes religioſæ in quarto, M s. bibliotheca Imp. Viennæ.

Theodori epiſcopi Charran, cognominati Abucaræ, cum infideli (forte colloquium) de orthodoxa fide. Interrogatio Arabum ad Chriſtianum, & aliorum ad eundem, Græce extant in Italia.

Theodori Anagnoſtæ, id eſt lectoris, libri duo Græci collectaneorum ex hiſtoria eccleſiaſtica, impreſſi cum eccleſiaſticis veterum theologorum, Pariſijs à Rober. Stephano, & Baſileæ in officina Frobeniana, Latine Vuolfgango Muſculo interprete.

Theodorus Ancyranus, Galatiæ epiſcopus, ſcripſit aduerſus Neſtorium, adhuc Epheſi poſitus, librum redargutionis & confutationis. Gen.

Theodorus Antiochenæ eccleſiæ presbyter, ſcripſit, aduerſus Apollinariſtas & Eunomianos, opus magnificum & inſigne, quod inſcripſit, de incarnatione Domini, diſtinctum in lib. 15. Hi libri de incarnatione etiamnum extant Græce in Italia alicubi. * Theodori Antiocheni commentarij in minores prophetas, in folio. M. S. bib. Imper. Viennæ.

Theodorus primum ἄθεος deinde Theos appellatus, Ariſtippi auditor, à quo Theodorij philoſophi dicti ſunt, Scripſit librum de Dijs ex quo Epicurum complura ſumpſiſſe aſſerunt.

Theodorus Balſamon interpretatus eſt Nomocanona Photij, liber impreſſus Pariſijs. Gent. Herueto, & Baſileæ Henr. Agylæo interprete, cum Photij Nomocanone. Eiuſdem Reſponſiones ad interrogata Marci patriarchæ Alexandriæ. Expoſitio in monachorum quorundam extra vrbem Conſtantinopolitanam interrogationes. Epiſtola ad Antiochenos de ieiunijs quotannis obſeruandis. De ordine ſeſsionis metropolitarum & archiepiſcoporum. Habentur hæc in magno canonum volumine Ioan. Zonaræ. Pleraque etiam ex his edita ſunt ab Enimundo Bona fidei. Scripſit etiam in omnes Canones commentaria, tranſlata in Latinam linguam ab Herueto, & cum Nomocanone Photij edita Pariſijs.

Theodorus Beza Vezelius Geneuenſis eccleſiæ paſtor, Scripſit adhuc iuuenis, Poemata doctorum omnium iudicio etiam Italorum plurimum probata: verum eadem poſtea recognouit, ablatis quæ amatorie & licenter poetico more iuuenis adhuc neq; dum Euangelij luce illuſtratus ſcripſerat: atq; denuo edidit apud Henricum Stephanum, 1569. Præterea Pſalmos aliquot varijs numeris expreſſit ab eodem cum Buchanani Pſalmis extuſos. Scholia in alphabetum Græcum in quibus de germana Græce linguæ pronuntiatione diſſerit. Ibidem Zographiam Ioannis Cochlex, in Germania excuſam. Sacrificium Abrahæ Tragœdiam lingua Gallica editam. In rebus autem theologicis plurimum pro gratia ſibi diuinitus data laborans varia ſcripta edidit: è quibus hæc ſunt. Noui teſtamenti noua verſio, cum annotationibus in quibus ratio interpretationis redditur: edita primum cum integro Bibliorum opere à Roberto Stephano, 1556. & poſtea ſeparatim Græce & Latine cum annotationibus denuo ab auctore recognitis, in folio. Et denuo Græce & Latine abſque annotationibus, additis eodem auctore ſummis breuibus doctrinæ vno quoque Euangeliſtarum & Actorum Apoſtolicorum loco comprehenſæ, item Explicatione breui methodi Apoſtolicarum epiſtolarum: in octauo, 1565. Et tertium in folio. Geneuæ anno Domini 1582. Confeßio Chriſtianæ fidei & eiuſdem collatio cum Papiſticis hæreſibus. Item altera breuis confeßio eiuſdem cum ſuperiore argumenti. De hæreticis à ciuili magiſtratu puniendis, aduerſus Martini Bellij farraginem & nouorum Academicorum ſectam. 1554. in octauo. Summa totius Chriſtianiſmi, ſiue deſcriptio & diſtributio cauſarum ſalutis Electorum, & exitij Reproborum, ex ſacris literis collecta & explicata. In minima forma. Summa doctrinæ de re ſacramentaria. De Cœna Domini plana & perſpicua tractatio, in qua Ioachimi Weſtphali calumniæ refelluntur, anno D. 1559. Κυκλωψ ſiue Cyclops, Dialogus de vera com

Digitized by Google

municatione corporis & ſanguinis Domini, aduerſus Tilemanni Heshuſij commenta. Abſterſio calumniarum quibus aſperſa eſt eccleſia Geneuenſis à Tilemanno Heshuſio, 1561. Ad Sebaſtiani Caſtellionis calumnias quibus vnicum ſalutis noſtræ fundamentum, id eſt æternam Dei prædeſtinationem euertere nititur, reſponſio. Ad defenſiones & reprehenſiones Sebaſt. Caſtel. quibus ſuam Noui Teſtamenti interpretationẽ defendere aduerſus Bezam & eius verſionem viciſſim reprehendere conatus eſt, reſponſio, 1563. Ad Ioannis Brentij argumenta, & Iacobi Andreæ theſes, quibus carnis Chriſti Omnipræſentiam nituntur confirmare, id eſt, Aduerſus renouatos Neſtorij & Eutychetis errores, reſponſum. De hypoſtatica duarum in Chriſto naturarum vnione, aduerſus Iacobi Andreæ aſſertionem. De vnitate eſſentiæ diuinæ, & tribus in ea ſubſiſtentibus perſonis aduerſus Arianos ὁμοουσίους. Theſes ſiue axiomata de Trinitate perſonarum & Eſſentiæ vnitate. Pſalmi aliquot Dauidici varijs numeris expreſſi: Integri, ſi dederit Dominus, futuri operis ſpecimen. Quæſtionum & Reſponſionum Chriſtianarum libellus, in quo præcipua Chriſtianæ religionis capita κατ' ἐπιτομὴν proponuntur. Porro ſedecim libri ordine iam commemorati, ſeparatim quidem diuerſis temporibus editi ſunt, ſed anno 1570. in vnum volumen coniuncti à Ioanne Criſpino ſimul in folio excuſi ſunt. De ſacramentali corporis & ſanguinis Chriſti cum ſacris ſymbolis coniunctione, aduerſus Matthiæ Flaccij Illyrici falſiſſimas demonſtrationes, 1565. in octauo. Apologia ad libellum Sorbonici theologaſtri F. Claudij de Xaintes, cui titulum fecit, Examen Caluinianæ & Bezanæ doctrinæ de Cœna Domini ex ſcriptis auctorum eiuſdem collectum, 1567. Reſponſio ad Franciſci Balduini Ecebolij Apoſtatæ conuitia, 1565. Ad Nicolai Selnecceri & theologorum Ienenſium calumnias, breuis & neceſſaria reſponſio, 1571. Aduerſus eiuſdem κοχλάσμους Apologia ſecunda & tertia. Tractatio de Polygamia, & diuortijs, in qua Ochini apoſtatæ pro Polygamia, & Montaniſtarum aduerſus repetitas nuptias argumenta refutantur: & pleræque in cauſis matrimonialibus controuerſiæ ex verbo Dei deciduntur, 1568. in 8. Epiſtolarum theologicarum liber primus, 1573. Editum etiam eſt tractationum Theologicarum volumen alterum in quo multa noua continentur. Edidit quoq; plurima aliorum ſcripta cum ſuis doctiſſimis præfationibus veluti Caluini commentarios in Ezechielem & Ioſuam: in cuius præfatione obitum Cl. theol. D. Ioan. Caluini deſcribit. Refutationes hæreſum Antitrinitariarum Valentini Gentilis & aliorum, à varijs authoribus conſcriptas: eſt autem hæc præfatio copioſa & ſolida iſtarum hæreſeon confutatio. Chriſtiani Heſſiandri refutationem dogmatis de fictitia carnis Chriſti Omnipræſentia, & reali idiomatum in ipſis naturis communicatione, vbi etiam in præfatione de eodem argumento diſſeritur. Ioannis Merceri commentarios in Iobum & Solomonis libros. Lauatheri commentarium in prophetam Ezechielem. Stephani Szegedini librum de Trinitate, & alia plura. Athanaſij Dialogos quinq; de ſancta Trinitate, Anaſtaſij & Cyrilli compendiariam orthodoxæ fidei explicationem: ſcripta nunquam antea edita, item Baſilij aduerſus impium Eunomium lib. 4. in Latinam linguam tranſtulit & Græce atq; Latine edidit, 1570. addito etiam Fœbadij libro contra Arianos nunquam ante publicato. * Eiuſdem Pſalmorum Dauidis & aliorum Prophetarum libri 5. Argumentis & Latina paraphraſi illuſtrati, ac vario Carminum genere Latinè expreſſi. in 8. Antuerpiæ, apud Nicolaum Barium. Idem Pſalmos, Gallico carmine omnes à Clemente Maroto in ſua poëſi relictos quàm feliciſſimè, ad Hebraicam veritatem proximè accedens, comprehendit, additis argumentis Pſalmorum: Geneuæ & Lugduni ferè quotannis excuduntur. Digni qui ab omnibus Gallicam linguam intelligentibus, & priuatim, & publicè in eccleſia Gallicana, decantentur. Eiuſdem in epiſtolas Pauli ad Romanos, Galatas, Philippenſes: & Coloſſenſes Notæ ex Gaſparis Oleuiani concionibus excerptæ. in octauo, Geneuæ, anno Domini 1579. De veris & viſibilibus eccleſiæ catholicæ notis, tractatio, in octauo. Icones, id eſt, veræ imagines virorum doctrina ſimul & pietate illuſtrium, quorum præcipuè miniſterio partim bonarum literarum ſtudia ſunt reſtituta, partim vera religio in varijs orbis Chriſtiani regionibus, noſtra, patrumq; memoria fuit inſtaurata: additis eorundem vitæ & operæ deſcriptionibus, quibus adiectæ ſunt nonnullæ picturæ, quas Emblemata vocant. 4. Geneuæ. In legem Dei, Moralem, ceremonialem & politicam ex libris Moſis excerptio, & Claſſes diſtributio. folio, Geneuæ apud Petrum Sanandræanum. Eiuſdem de hypoſtatica duarum in Chriſto naturarum vnione & eius effectis, placida & Chriſtiana diſceptatio cum D. Iohanne Pappo. in octauo. Geneuæ. Præfatus eſt in Chriſtiani Heſſiandri refutationem dogmatis de fictitia carnis Chriſti omnipræſentia. Latinum fecit. Theodori preſbyteri Rhetenſis libellum Græcum aduerſus hæreſes, qui vnionem hypoſtaticam duarum in Chriſto naturarum oppugnarunt: In 4. Geneuæ anno 1579. Eiuſdem quæſtionum & reſponſionum Chriſtianarum pars altera de Sacramentis. in octauo Geneuæ apud Vignon. Volumen tertium Tractationum Theologicarum, in quibus pleraque Chriſtianæ religionis dogmata aduerſus hæreſes noſtris temporibus renouatas, ſolidè ex verbo Dei defendunt. Editio prima ab ipſo authore recognita, in folio Geneuæ, anno Domini 1582. Reſponſio ad repetitionem primam F. Claudi de Sanctis de rebus Euchariſtiæ controuerſis. in octauo. Geneuæ apud Euſtachium Vignon. Reſponſio aduerſus Iodoci Harchij Montenſis dogmata de Cœna Domini. in octauo Geneuæ. De Peſte quæſtiones, duæ explicatæ: Vna ſit ne contagioſa: Altera, an & quatenus ſit Chriſtianis per ſeceſſionem vitanda. 8. Geneuæ, 1580. Parat quoq; operum Tertulliani nouam editionem, aliaq; plura, quæ vt abſoluat illi à Deo vitam & valetudinem optimam precamur.

Theodo-

Theodorus Bibliander, natione Heluetius, vir vt incomparabilis doctrinæ, eloquentiæ, ac tribus in linguis præſtantiæ, ſic pietate, moribus & vita exemplar omnibus optimum, ſcripſit multa, ex quibus excuſa ſunt, eius oratio ad enarrationem Eſaiæ prophetæ de ſermone prophetico, impreſſa Tiguri apud Froſchouerum 1532. Purgatio ſcriptorum D. D. Ioan. Oecolampadij & Huldrychi Zuinglij. qua & alia eorum obiter defenduntur contra calumniatores: præfixa operi epiſtolarum eorundem impreſſo Baſileæ 1536. apud Rober. Winter. Apologia ad reuerendiſſimos patres ac dominos, epiſcopos & doctores eccleſiæ Chriſtianæ, præfixa volumini quod continet Alcoranum & eius confutationes & vitas Mahumetis atque ſucceſſorum ipſius: in qua rationes redduntur editionis illius Io. Oporinus excudit Baſil. 1543. Emendauit quoq; textum eiuſdem Alcorani collatis exemplaribus Latinis & Arabibus, & marginibus appoſuit annotationes, quibus doctrinæ Mahumeticæ abſurditas, contradictiones, origines errorum, diuinæq; ſcripturæ deprauationes, atq; alia id genus indicantur. Nahum propheta ab eodem Latine redditus, iuxta veritatem Ebraicam, adiecta etiam exegeſi, qua verſionis ratio redditur, & prophetæ ſententia explicatur. Froſchouerus excudit Tiguri anno D. 1534. Expoſitio vaticinij de reſtitutione Iſraelis, de inſtauranda vrbe Ieruſalem et templo, terraq; diuidenda rurſus inter tribus, quod vltimis octo capitibus Ezechielis legitur: inſerta eſt D. Conradi Pellicani commentarijs in Biblia. Conſultatio ad ſocios nominis Chriſtiani, qua nam ratione poſſit ac debeat repelli dira potentia Turcarum à populo Chriſtiano: Ioannes Oporinus excudit Baſileæ, anno Dom. 1542. Relatio fidelis ad omnium ordinum reipublicæ Chriſtianæ principes, viros populumque Chriſtianum: quod à ſolo verbo filioq; Dei petenda ſit exacta cognitio temporum præſentium & futurorum, & rerum Antichriſti, optimaq; moderatio reipublicæ & totius vitæ Chriſtianæ. Ibidem impreſſa anno Domi. 1545. Inſtitutionum grammaticarum de lingua Ebraica lib. 1. Froſchouerus excudit Tiguri anno 1535. De optimo genere grammaticorū Ebraicorum lib. 1. Hieronymus Curio impreſſit Baſileæ 1542. Commentariorum de ſacroſancta Ebraica lingua, hoc eſt principe atque parente omnium linguarum & literarum. lib. 24. nondum editi. De numeris, ponderibus & menſuris diuinæ ſcripturæ lib. 4. Et alia quædam grammatici operis, cæterum intelligentiæ ſacrarum literarum ſeruientia. Adhæc, Quomodo legere oporteat ſacras literas, præſcriptiones propheticas, apoſtolicas, theologicas, imperatorias et pontificias: item compendium doctrinæ Chriſtianæ ex D. Aurelio Auguſtino ab eodem collectū. Excudit Baſileæ Ioannes Oporinus anno D. 1550. De ratione temporum Chriſtianis rebus & cognoſcendis & explicandis accommodata liber vnus, impreſſus ab eodem anno 1551. vnà cum demonſtrationum Chronologicarum libro alio, eodem authore: excuſo apud Ioannem Oporinum anno 1551. Item Chriſtiana et Catholica doctrina, fides, opera, eccleſia D. Petri apoſtoli. Baſileæ apud Oporinum anno 1551. Euangelica hiſtoria, quam ſcripſit B. Marcus, Petri diſcipulus & filius, primus epiſcopus Alexandriæ, vnà cum vita Ioan. Marci Euangeliſtæ, collecta ex probatioribus authoribus per eundem Theodorum Bibliand. excudebatur anno 1551. Baſileæ, cum Protouangelio D. Iacobi, apud Oporinum. Idem ſcripſit, illuſtrauit ſcholijs, publico ſtudio iuuandi rempublicam Chriſtianam, Concilium ſacroſanctum Domini noſtri Ieſu Chriſti, Angelorum, Apoſtolorum, Prophetarum, Regum, Epiſcoporum & doctorum excellentium in eccleſia Dei catholica: in quo demonſtratur quomodo poſſit ac debeat pereunti populo Chriſtiano ſuccurri per legitimam eccleſiæ reformationem. Chriſtianiſmum copioſe ex Euangelio S. Marci, Epiſtolis catholicis beati Petri, & Prophetarum fonte Moſe. Item Solomonis ſapientiſſimi regis ſermonem de ſapientia vera & Chriſtiana inſtitutione, his adiunxit. Liber impreſſus Baſileæ in octauo, anno Domini 1552. Eiuſdem De legitima vindicatione Chriſtianiſmi veri & ſempiterni libri antiſophiſtici tres, contra ſophiſticen, hoc eſt, fucatam & imaginariam & deceptricem ſapientiam, excuſi Baſileæ apud Oporinum, anno Domini 1553 chart. 17. Sermo diuinæ maieſtatis voce pronuntiatus in monte Sinai, & ipſius digito ſcriptus in duobus tabulis lapideis, de hominis officio, fine & vera beatitudine. Quem Theodorus Bibliander catholice & compendioſe interpretatus eſt, ita vt ſpecimen aliquod exhibuerit, inſtaurandi veterem & ſynceriſſimam Theologiam. Liber ab eodem excuſus, anno Domini 1552. in octauo. De ratione communi omnium linguarum & literarum commentarius: cui adnexa eſt compendiaria explicatio doctrinæ recte beateque viuendi & religionis omnium gentium atque populorum, quam argumentum hoc poſtulare videbatur. Tiguri excudit Froſchouerus, anno Domini 1548. in quarto. De fatis Monarchiæ Romanæ ſomnium vaticinum Eſdræ prophetæ, à Theodoro Bibliandro explicatum, non coniectatione priuata, ſed demonſtratione theologica, hiſtorica & mathematica. Idem ad Iulium III. Papam, & cæteros eccleſiæ Romanæ præſides, conſideratio de Iudæorum & Chriſtianorum defectione à Chriſto, & eccleſia & fide catholica: itemque de Iudæorum & Chriſtianorum conuerſione ad Chriſtum Ieſum, & eccleſiam Dei ſanctam, ac fidem catholicam. Liber impreſſus Baſileæ, anno Domini 1553. in quarto. * Eiuſdem amplior conſideratio decreti Synodalis Tridentini. Baſileæ, anno Domini 1551. in octauo. Oratio ad illuſtriſſimos Germaniæ principes, & optimates liberarum atque imperialium ciuitatum: de reſtituenda pace in Germanico imperio, cæteriſque politijs: deque conſeruandis ſacris & ciuilibus hominum bonorum cœtibus, quas turbare ſtudet improbus hoſtis Antichriſtus: & quid opis ad eas res conferant, literæ diuinæ & humanæ: Excuſa Baſileæ à Ioanne Oporino, anno 1553. in quarto. De ſumma Trinitate & fide catholica, liber excuſus Baſileæ, anno D. 1555. in quarto. De myſterijs ſalutiferæ paſſionis, & mortis Ieſu Meſſiæ, expoſitionis hiſtoricæ libri tres: in quorum primo exponitur Pa-



Digitized by Google

ſcha eccleſiæ Iſraeliticæ: in 2. Cœna Domini noſtri Ieſu Chriſti ſacroſancta. in 3. Miſſa eccleſiæ Romanæ meritoria. Oporinus, anno Domini 1555. in quarto. Chriſtianiſmus ſempiternus, verus, certus, & immutabilis, in quo ſolo poſſunt homines beari: compendioſe expoſitus in oratione communi 12. Apoſtolorum Act. 2. cap. & commentariolo grammatico illuſtratus. Tiguri anno 1556. Temporum à condito mundo vſque ad vltimam ipſius ætatem ſupputatio partitioq́ exactior, accommodata vniuerſæ quidem hiſtoriæ, præcipue tamen diuinis libris Prophetarum & Apoſtolorum. Oporinus, 1558 in fol. Obijt Tiguri anno 1564. Seruantur præterea in Tigurina bibliotheca ipſius commentarij in pleroſq́ veteris Teſtamenti libros.

Theodorus Byzantius ſophiſta, Logodædalus à Platone dictus, ſcripſit contra Thraſybulum, contra Andocidem, & alia quædam. Theodorus Byzantius cuius Ariſtoteles in oratorum epitome mentionem facit. Laertius. Idem meminit alterius Theodori Byzantij in ciuilibus cauſis clari.

Theodorus archiepiſcopus Cantuarienſis, natione Græcus, ſcripſit opus de qualitate pœnitentiæ, iniungendæ his, qui multis criminibus deliquiſſent: cuius operis titulus eſt, Pœnitentiale Theodori lib. 1. Epiſtolas nonnullas ad diuerſos. Claruit anno Domini 690.

* Theodori Canteri Vltraiectini, notæ in libros ſeptem diſputationum Arnobij aduerſus gentes: qui etiam ex eiuſdē bibliotheca recogniti & aucti ſunt. In 8. Antuerpiæ 1582. Eiuſdem variarum lectionum libri duo. Antuerpiæ Chriſtophorus Plantinus, 1571.

* Theodorus Collinus, Tigurinus Rodolphi Collini ſenioris F. Græcæ linguæ eruditiſſimus, ſcripſit carmen Latinum venuſtum de Itinere ad montem Vtliacum: excuſum cum libro Syluarum Ioannis Fabricij Montani Tigurini, apud Geſneros fratres, anno 1556. Eiuſdem alia extant Epicedia, & Epigrammata.

Theodorus Colophonius poeta, compoſuit carmen horis dedicatum, vt Pollux ſcribit lib. 4.

Theodorus Cynulcus philoſophus Cyniſmus, vnus ex Dipnoſophiſtis apud Athenæum.

Theodori Cynopolitæ Proſopopœi, liber Græcus, in bibliotheca Auguſtæ Vindelicorum.

Theodorus Cyrenaicus geometra, cuius & Plato auditor fuit. Laert.

In Magiſtrum Theodorum Decapolitem ſermo quidam Græcus extat. Eiuſdem in diuerſos ſanctos ἢ [illegible].

Magiſtri Theodori eclogæ 33. ex diuerſis ſermonibus Chryſoſtomi.

Theodori Diaconi liber Græcus ſacrorum canonum, tum Apoſtolorum, tum ſynodorum, & œcumenicorum & particularium, aliorumq́ ſanctorum patrum, &c. in quadam bibliotheca Italiæ. * Theodori Diaconi canones ſynodales, in quarto manuſcr. bib. Imp. Viennæ.

Theodorus Diaconus eccleſiæ Romanæ, vide ſupra in 3. Tomo operum Deſ. Eraſmi.

Theodori Ducæ Laſcaris, Imp. Cæſ. Ioan. Auguſti F. de cōmunicatione naturali lib. 6. admiranda philoſophia referti, nunc primum in lucem prolati, & in Latinam linguam verſi à Claudio Auberio Triuncuriano Gallo. Baſileæ apud Epiſcopium 1571. in octauo. Exemplar Græcum V. C. Ioannes Sambucus Ioanni Leunenclaio tranſmiſit. Eiuſdem Encomium in martyrem Tryphonem, extare dicitur alicubi in Italia.

Theodori Edeſſeni Aſcetica, extant Græce apud Diegum Hurtadum Cæſaris oratorem Ven.

* Theodorus Engelhus Chron. ab o. c. vſq́ ad annum D. 1424. ſcripſit.

Theodori Fabricij grammaticæ inſtitutiones in linguam ſanctam, impreſſæ Coloniæ. Eiuſdem tabulæ 2. de nominibus Hebræorum vna, altera de verbis, impreſſa (ni fallor) ab Hen. Petri.

Theodorus Gadarenus Sophiſtes, ſeruili ortus genere, magiſter fuit Tiberij Cæſaris. Poſteaquam autem comparatus eſt de ſophiſtica, & Romæ in ipſa vrbe cum Potamone & Antipatro certauit: ſub Adriano Cæſare filius eius Antonius factus eſt ſenator. Libros ſcripſit tres de ijs, quæ in vocibus quæruntur. De hiſtoria 1. De poſitione 1. De dialectorum ſimilitudine & demonſtratione 2. de Repub. 2. de Celeſyria 1. De facultate oratoris 1. & alia.

Theodori Graminei Ruremundani, mathematum profeſſoris Coloniæ, Enarratio vberior eorum quæ à Ioanne Sacro Boſco proponuntur, ita vt adiecta difficilioribus locis commentarij vicem ſupplere poſſit. Coloniæ, anno 1567. in octauo. In Eſaianæ prophetiam: de ſex diebus Geneſeos oratio: impreſſa cum Pauli de la Scala oratione contra Neopiſtos. In officina Theodori Graminei, 1571. Floruit anno 1566.

Theodorus Gaza Theſſalonicenſis, Græcæ Latinæq́ linguæ ſuo tempore doctiſſimus, ſcripſit multa, ex quibus extant, Introductionis Grammaticæ lib. 4. Græci diuerſis locis impreſſi, Venetijs apud Aldum, Baſileæ apud Curionem, Pariſijs apud Wechelum, & plerunque cum verſione Latina. Poſtremò Baſileæ apud Nicolaum Brylingerum, anno D. 1540. De menſibus Atticis liber Græcus, impreſſus Baſileæ apud Robertum Winter, cum Latina verſione Ioan. Perelli. Ciceronis de Senectute & Somnio Scipionis libri in Græcum ſermonem ab eo tranſlati, aliquoties iam excuſi. Ex Græco ab eo in Latinum ſermonem verſa ſunt hæc: Æliani de Inſtruendis aciebus liber, impreſ. Coloniæ cum alijs quibuſdam. Dionyſij Halicarnaſſei liber de compoſitione orationis, &c. Theophraſti de hiſtoria & cauſis plantarum libri 15. Ariſtotelis de hiſtoria animalium lib. 9. De partibus animalium & earum cauſis lib. 4. De generatione animalium lib. 5. Problematum ſectiones 38. quæ omnia cum cæteris operibus Ariſtotelis Latinitate donatis, aliquoties iam impreſſa ſunt. Alexandri Aphrodiſienſis problematum libri duo, excuſi Baſileæ apud Cratandrum, anno 1537. cum Problematibus Ariſtotelis ab eodem verſi. Chryſoſtomi homiliæ quinque, de incomprehenſibili Dei natura: impreſſa cum cæteris Chryſoſtomi



Digitized by Google

*Latinis factis operibus. Scribit autem Theodorus in præfatione ſuper has homilias, ſe etiam Mauritij imperatoris libros de re militari vertiſſe. Obijt anno 1478. Theodori Gazæ grammaticam aliam excuſas habet Ioannes Sambucus.*

* Theodori *Graminei in Iſaiam & prophetiam ſex dierum Geneſeos oratio. Colon. Theod. Gramineus, 1571. Speculum mundi, de minitante cometa, qui anno 77. apparuit in 4. Coloniæ per Ludouicum Alectorium, Germanice, anno Domini 1578. Phyſica explicatio Cometæ anni Domini 1580. & eiuſdem cum eo, qui anno 77. apparuit, analogica collatio. Fol. Coloniæ, 1578. Eiuſdem prodromus Antichriſti, quo declaratur quæſtio, vtrum Papa Romanus, verus ipſiſſimus ſit Antichriſtus, Lutherus aut Caluinus, Enoch aut Helias. Germanice in quarto Coloniæ per Ludouicum Alectorium, anno Domini 1578.*

Theodorus *Heracleotes, ſeu Perinthius epiſcopus, ſcripſit Euangeliorum explicationes, teſte Nicephoro lib. 9. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Item commentarios in Apoſtolum, & in Pſalterium. Claruit anno 340.*

* Theodori *Hermopolitæ, explicationes titulorum codicis, de diſſolutione, de vi & metu, de cauſis quæ apud iudicem aguntur, de dominio, de iureiurando, de teſtibus, de libertate, de parricidio, de ſycophantijs. In folio, manuſcripti bibliotheca Imper. Viennæ.*

* Theodori *Magiſtri, Epitome operum diui Chryſoſtomi, liber rarus & nondum editus, in folio ſcriptus literis elegantiſſimis, & magna ex parte aureis, in bibliotheca Imperatoris Viennæ.*

Theodorus *presbyter, ſucceſſor abbatis Pachumij, ſcripſit ad alia monaſteria exhortationis ſcripturarum ſanctarum epiſtolas 3. ſermone digeſtas, &c. Gennadius. Claruit anno 420.*

Theodori *Epiſcopi pars homiliæ dicta in Chalcedone, cum eſſent abituri: eiuſdem epiſtola ad Alexandrum Hieropolitanum, ſcritpa à Chalcedone: Robertus Winter excudit Baſileæ, anno Domini 1542. cum alijs quibuſdam Synodicis conſtitutionibus.*

Theodori *de Lælijs Grammatica manuſcripta. Eiuſdem ſcripta contra Gregorium Heimbergium.*

Theodori *magni Logothetæ Metochitæ Phyſica Græca, ſiue commentarij in Ariſtotelis libros de Auſcultatione naturali, vſq; ad librum de memoria, in vno volumine, à libro de memoria vſque ad librum de ſenſu, in bibliotheca Diegi Hurtadi Cæſaris oratoris apud Venetos. Gnomicæ ſemeioſes, id eſt, ſententioſæ obſeruationes, ibidem. Eiuſdem Mathematica, & commentarij in Ptolemæi magnam compoſitionem, ibidem. Eiuſdem Paraphraſis in quatuor libros Ariſtotelis de Partibus animalium nondum excuſa. Theodori Metochitæ Paraphraſis quadraginta, librorum Ariſtotelis in Italia manuſcripta. Capita philoſophica & hiſtorica 120. Auguſtæ Vindelicorum. Paraphraſis eius in phyſica, quæ commentarij vice eſſe poſſit Gentiano Herueto interprete, Pariſijs excuſa eſt, & Baſileæ, anno 1550 in quarto.*

* Theodori *Malcotij Theologi Louanienſis dialogus de M. Lutheri, eiuſque conſortium in religione inconſtantia. In octauo. Coloniæ, anno Domini 1583.*

Theodori *Meliteniotis Græca euangeliorum expoſitio, extat Romæ in bibliotheca Vaticana.*

Theodorus *Mopſueſtiæ epiſcopus dicitur fuiſſe Neſtorij præceptor, damnatus eſt in quinta Synodo, vbi in Romana Synodo hi eius libri citantur. Contra Synuſiaſtas vel Apollinariſtas: item contra Apollinarium lib. 4. Contra Arrianos. De incarnatione lib. 14. De creatura. Ad baptizandos libri. Interpretatio ſymboli 318. Patrum. Commentarij in Pſalmos, in duodecim prophetas, in euangelium Matthæi, in Lucam, in Ioannem, in acta apoſtolorum, in epiſtolam ad Hebræos.*

*Theodori Muſcieni medici compoſitiones quaſdam citat Alexander Trallianus.*

*Theodorus Neocæſareæ Ponti præſul, ſcripſit panegyricum Euchariſtiæ, quem conuocato frequenti auditorio, ipſoque Origine præſente recitauit. Scripſit et Metaphraſim in Eccleſiaſticũ. Hieronymus.*

* Theodori *Nopperi annotata in librum 19. digeſtorum. Tit. 1. de act. empt. & vend. M. ſcriptus. Prælectiones in librum ſecundum decretalium, in folio ſcriptus, in bibliotheca Imperatoris.*

Theodori *Peltani Ieſuitæ, Propoſitiones de purgatorio, de animarum ſedibus, de defunctorum ſuffragijs, de Chriſtianorum ſepulturis, exequijs, anniuerſarijs, &c. ad diſputandum propoſitæ, Ingolſtadij 1568. * Idem Latinitate donauit atq; vno ſimul volumine edidit, decem & ſeptem excellentiſſimorum theologorum declamationes, ante mille ducentos annos in præcipuis Chriſti ſaluatoris feſtis publice habitas. 8 Ingolſtadij apud Sartorium 1577. Eiuſdem opera concilij Epheſini primi, acta omnia, nunc primum Latinitate donata, ac in ſex tomos diſtributa. Quibus acceſſerunt in ſingula capita Perioche, illuſtriorumque locorum obſeruationes. 4. Ingolſtadij ex officina Dauidis Sartorij 1576. Eiuſdem de originis peccato diſceptatio, in tractatus duodecim viginti diſtributa Item de Chriſti ſatisfactione & maieſtate. 4. Coloniæ apud Geruinum Calenium et hæredes Ioannis Quentelij. 1576. Libri duo de noſtra ſatisfactione & purgatorio. Colon. ibidem, annno eodem. De tribus bonorum operum generibus, eleemoſyna, ieiunio & oratione: deque eorundem operum vi, vſu & ratione libri 3. 4. Ingolſtadij apud Sartorium.*

Theodorus *Pharanitanus epiſcopus inter hæreticos Eutychianus numeratur, eius ſermo ad Sergium epiſcopum Arſenoitanum citatur in conciliorum tomo 2.*

Theodori *philoſophi dialexis ad Neſtorianum: alia dialexis eiuſdem: Græce extant in Italia.*

Theodori *Priſciani archiatri ad Timotheum fratrem Phænomenon euporiſton, id eſt facilium paratu medicaminum lib. 1. Logicus, liber ſecundus. Gynæcea, id eſt muliebria ad Saluinam lib. 3. opus*



Digitized by Google

editum Baſileæ apud Frobenium, anno Domini 1532. In præfatione teſtatur author ſe etiam Græce quoſdā libellos de re medica ſcripſiſſe. Otho Brunfelſius hunc authorem ab alijs Octauium Horatianum dici teſtatur, de quo ſupra dictum eſt. Theodorus Priſcianus libellos ſuos medicos primum Græce ſcripſit, deinde ipſemet Latinos fecit, vt teſtatur in præfatione ἰατρικῶν ad Olympium collegam ſuum.

Theodori Diæta, quibus vel ſalubriter vtendum, vel cautius abſtinendum ſit: Ioan. Schottus excudit Argentorati, 1544. cum Trotula, Hildegardi, &c.

Vidi

Theodori Prodromi in poſteriora Ariſtotelis interpretatio, Græca: eiuſdem verſus, item [illegible], Interpretatio in canones in ſacris Dominicis feſtis expoſitos à ſanctis & doctis poetis Coſma & Ioanne: omnia extant Græce, Romæ in Vaticana bibliotheca. * & in folio manuſcript. in bibliotheca Imperatoris Viennæ. Vide in Cyro Theodoro Prodromo.

Theodorus Pulmannus Cranenburgius Aur. Prudentij poemata emendauit. Item Iuuenalis & Perſij Satyras & in eaſdem Annotationes adiecit. Antuerpiæ excudit Plantinus. Emendauit etiam Vergilium, Horatium, Lucanum, Claudianum ab eodem Plantino excuſos. * Eiuſdem emendatio in 10 libros M. Annæi Lucani. 16. apud Plant. Annotationes in Q. Horatium Flaccum. 12. Antuerpiæ apud Plantinum. Etiam in Suetonij Cæſares ſcripſit annotationes & lectionum varietates. Antuerpiæ in octauo, anno Domini 1580. Denique Auſonij poetæ opera in meliorem ordinem redegit & ſcholijs illuſtrauit. Antuerpiæ Chriſtophorus Plantinus, anno 1568.

Theodori Reyſman epiſtola elegiaca de Cæſaris Caroli V. in Germaniam aduentu, impreſſa Auguſtæ Vindelicorum, 1530. Idem vertit carmine heroico prophetam Amos, libellus impreſſus Argentorati, anno 1544. chart. 4.

* Theodori presbyteri Rhætenſis libellus aduerſus hæreſes, qui vnionem hypoſtaticam duarum in Chriſto naturarum oppugnarunt, primum Græce editus, & Latinus factus à Theodoro Beza 4. Genevæ, 1580.

Theodori Riccij Brixiani, Itali, liber primus Madrigalium, quinque vocum, Venetijs apud Gardanum, anno 1567. * Eiuſdem ſacræ cantiones, quos vulgo Motetas vocant, quinque, ſex & octo vocum. Quarto Norimbergæ in officina Gerlachiana, anno 1580.

Theodori Smyrnei de phyſica doctrina & principijs [illegible]: in bibliotheca Ioan. Sambuci. * Et manuſcript. in bibl. Imperatoris Viennæ.

Theodori Sophiani aſtronomica & muſica.

Theodori Straitmanni Iureconſulti Harmonia titulorum vtriuſque iuris. Item: Coniunctiones & conciliationes legum Pandectarum. Coloniæ, anno D. 1571.

Theodori Studitæ ſermo de inuentione capitis S. Ioannis Prodromi. Encomium in S. patrem Epiphanium.

Theodori Studiti ad diſcipulum ſuum Gregorium de futura reſtitutione, liber Græcus alicubi in Italia.

Theodorus Syracuſanus de re militari ſcripſit. Laertius.

Theodorus Zuinggerus Baſilienſis, ſummus medicus & philoſophus, ſcripſit tabulas & commentarios in artem medicinalem Galeni: ex quibus Medici longæ artis compendium: Philoſophi, cognitionem naturæ in corpore humano, tanquam in microcoſmo: Logici denique artificioſam ordinis Definitiui dialyſin, magna cum vtilitate & facile haurire poterunt. Baſileæ excudit Ioannes Oporinus in folio. Tabulas & commentarios in Galeni librum De conſtitutione artis medicæ: ex quibus rationem inueniendi & conſtituendi artem quamlibet, iuxta Reſolutiui ordinis leges (cuius natura, ars & vſus multis iam ſeculis latuit) ſtudioſus Lector facili negotio depromet. Ibidem, anno Domini 1561. in folio. Theatrum vitæ humanæ, ſeu humanæ hiſtoriæ bibliothecam, digeſtum in volumina viginti, quæ ſingula in plures libros, & hi deinde rurſus in ſuos diuiduntur titulos: continentur autem his voluminibus innumera exempla bonorum & malorum omnium quæ in hominem cadunt, magno ſtudio & labore ex varijs auctoribus collecta, & peritiſſime optimeque ordine diſpoſita: nam author, vt vix quiſquam alius noſtræ ætatis methodi ſtudioſus & ſummus artifex eſt. Excuſum eſt hoc opus primum, anno Domini 1565. Poſtea verò plus myriade exemplorum auctum & ab auctore accurate recognitum, denuo editum eſt, anno Domini 1571. ex officina Frobeniana, in magno folio, tribus Tomis. Edidit quoque tabulas perpetuas, quæ Commentariorum loco eſſe queant, in Ariſtotelis libros de Moribus ad Nicomachum: vt quorum in Theatro vitæ humanæ habituum exempla hiſtorica deſcribuntur, eorundem in his libris præcepta philoſophica, ſumma facilitate & perſpicuitate tradita cognoſcantur. Baſileæ apud Ioannem Oporinum & Epiſcopium, anno Domini 1566. in folio. Ipſos etiam Ariſtotelis decem libros de Moribus, in quibus Latina Græcis, Dionyſio Lambino interprete, è regione reſpondent, edidit, & per capita methodice diſtribuit, additis in ſingula capita ſuis argumentis, & numerorum notis, quæ tabulis reſpondeant, & poſtremo ſcholijs. Somnium Nautileum, & quædam alia edita in octauo. Præterea in manibus habet Hippocraticæ medicinæ dialyſin. Auide etiam expectant, & tacite ab ipſo flagitant bonarum literarum ſtudioſi, Tabulas analyticas in Politicos & Oeconomicos Ariſtotelis libros, & in omnes Platonis Dialogos Ethicos atque cum alios, Organicos commentarios, tum maximè Ethicas gnomas: vt verò hæc omnia abſoluere poſſit, illi ocium & diuturnam vitam ac valetudinem firmam à Deo optamus. * Poſthæc ab eodem edita ſunt Morum philoſophiæ

poetica

poetica ex veterum vtriuſq; linguæ poetarum theſauris recognoſcendæ veritatis, & exercendæ virtutis gratia octodecim libris methodice deducta. 4. Baſileæ apud Epiſcopios. * Methodus ruſtica Catonis atq; Varronis, præceptis Ariſtotelis per locos communes typis delineata. 8. Baſileæ per Pet. Pernã. Methodus apodemica typis delineata & cum alijs, tũ quatuor præſertim Athenarũ viuis exemplis illuſtrata. 4. Baſileæ. Euſebij epiſcopi opera. Hippocratis Coi 22. Commentarij, tabulis illuſtrati. In folio Baſileæ apud Epiſcopios.

Theodoſiani Codicis lib. 16. excuſi Baſileæ apud Henr. Petri, 1528. Eiuſdem Theodoſij. Valentiniani, Martiani, &c. Nouellarum legum lib. 1. in eodem volumine excuſus. Vbique ſanè in Nouellis Theodoſio adiungitur Valentiniani nomen, vtpote eiuſdem ſtudij & diligentiæ in hoc opere ſanciendo collegæ. Ex Theodoſij Imperatoris libro de Recta fide, ferè deſumptus eſt liber de incarnatione verbi vnigeniti, etſi copioſiore ſtylo ea, quæ diuinitati & humanitatis ſunt in Chriſto, hic exponantur, expendanturq;, ſcripturæ locis aſcitis, quàm apud Theodoſium. Robertus Winter excudit Baſileæ, anno 1542. cum ſynodicis conſtitutionibus quibuſdam. Theodoſiani Codicis libri, cum Nouellis Theodoſij Valent. &c. longe integriores editi cum alijs quibuſdam, Iacobi Cuiatij Iureconſulti cura. Lugduni apud G. Rouillium. 1566.

Theodoſij regis ad Cyrillum Alexandrinum epiſtola, numero 4. inter epiſtolas Cyrilli. Item Theodoſij & Valentiniani Impp. ad eundem epiſtola numero 17.

* Theodoſius Fabricius, ſcholæ Iſſeldenſis olim alumnus, vnà cum Ioanne Volando. Compendium doctrinæ Chriſtianæ ex Germanico & Latino Idiomate, primum Hebraice & Græce conuertit. In 8. Witenbergæ. 1582

Theodoſius Trebellio, Italus, ſcripſit pro illuſtriß. Baſilienſi academia inſtaurata, orationem, impreſſam Baſileæ apud Frobenium. Congeßit Latinæ linguæ Promptuarium, excuſum apud Io. Oporinũ, anno 1542. Claruit anno 1531.

Theodoſius Tripolites, ſcripſit carmina in ver & alia diuerſa.

Theodoſius philoſophus, ſcripſit ſphærica li. 3. Commentarios in Theudæ capita, in Archimedis ephodion. De diebus & noctibus lib. 2. Deſcriptiones domuum lib. 3. Sceptrica caſtra aſtrologica, de habitationibus. Suid. Sphærica eius extant Græce Venetijs apud Cæſaris oratorem Diegum Hurtadum, & Romæ in Vaticana. Ibidem ſeruantur eiuſdem libri de Diebus & noctibus & de habitationibus. Franciſcus Maurolycus promiſit ſe editurum Theodoſii ſphærica, de habitationibus, de noctibus & diebus libros. Extant & apparentia eius, ni fallor. Theodoſius ἐν τοῖς σκεπτικοῖς κεφαλαίοις citatur à Laertio. Theodoſij Sphærica Græce & Latine excuſa ſunt Pariſijs in 4. Ioanne Pena interprete.

Theodoſius citatur in Tacuinis Ellucbaſem medici.

Theodoſij Grammatici liber de metris.

Theodoſius quidam hæreticus Acephalorum factionis, à quo Theodoſiani dicti ſunt, citatur in Synodis, & meminit eius (ni fallor) Liberatus in Breuiario.

* Theodoſij Valetiniani hiſtoria (ſiue potius fabula) Gallica de Amante reſuſcitato ex mortuis ab amore. Pariſijs excuſa apud Claudium Miccart, anno 1572.

Theodotion Epheſinus, Tatiani philoſophi, cum adhuc fidelis eſſet, quondam diſcipulus, vir doctiſsimus: præter tranſlationem ſcripturarum, quam ex Hebræo Latinam fecit, etiam alia quædam conſcripſit opuſcula, quæ tamen ad manus noſtras adhuc minime peruenerũt. Tritemius, vide ſupra in Aquila & Daniele. Claruit anno 180.

Theodotus in quarto aduerſus Epicurum citatur à Laertio.

Theodotus Oſtrogothorum princeps, Platonis diſciplinam ſecutus, ſcripſit hiſtoriam ſui temporis lib. 1. Claruit anno 535. Ioan. Lelandus.

Theodulphus Epiſcopus Aurelianenſis, à Ludouico Imperatore, neſcio ob quam ſuſpitionem, innocenter miſſus in carcerem, hymnum, Gloria laus compoſuit. Scripſit autem inter cæterea diuerſo metro, Hymnorum lib. 1. Epiſtolarum lib. 1. Tritemius, & eadem ferè Gyraldus. Claruit anno 840. Idem ſcripſit Annales Caroli & Ludouici, qui manuſcripta extant.

Theodolus martyr ſub Iuliano apoſtata fuit: Vide Suidam in Theodulo, & in Amachio.

Cyri Theoduli magiſtri varia opuſcula Græcè extant in bibliotheca quadam Italiæ: nempe, Encomium in Ioan. Prodromum, ad Athenienſes in Olynthijs, de nauigatione è Theſſalonica Byzantium, & rurſus Byzantio Theſſalonicam. Oratio in legatione habita ad regem Andronicum Palæologum, De regno, De republica, & alia quædam. Vide infra in Thoma Magiſtro.

Theofridi abbatis ſermones duo de ſanctorum cum reliquijs tũ veneratione, impreßi Coloniæ cum Berengoſij opuſculis, 1555.

Theoduli nomen ſeruum Dei ſignificat: ſunt qui Theodulum ſcribunt.

Theogenis ab Hippone regio verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Theogeri epiſcopi Muſica, manuſcripta.

Theogeiton Peripateticus Ariſtoteli familiaris, ex Tragea inſula, quæ iuxta Cyclades eſt, laudatur à Stephano.

Theognetus Theſſalus comicus. Ex eius fabulis, authore Æliano ſunt, Phaſma ſeu Phylargyrus, Philodeſpotus, Centaurus. Sacri quoq; ſermones huius feruntur fuiſſe, qui in 24. rhapſodias diſtincti fuere. Alij tamen hos in Orpheum referunt. Meminere huius Athenæus & Suidas.

Theognis Megarenſis, ex Megaris Siciliæ, claruit Olympiade 59. ſcripſit elegiam in Syracuſanos in obſidione ſeruatos, ad Cyrnum, quem amabat: Gnomologiam elegis, & alias ſententias admonitorias, omnia carmine. Fuit & tragicus poeta Theo-

gnis, valde frigidus, vnde & Niuis cognomen meruit. Suidas. Theognis Siculi ſententiæ elegiacæ, impreſſæ Græce, Baſileæ apud Frobenium, 1521. cum Græcis Æſopi fabulis, &c. Allegant elegos eius, Plato, Stobæus, Athenæus. Eaſdem à Ioachimo Camerario integritati ſuæ reſtituit, & doctiſſimo commentario Græco illuſtratas, Ioan. Oporinus excudit, anno 1551. quemadmodũ & priore anno, Latino carmine conuerſas à Iacobo Scheggio, idem Baſileæ. Editæ ſunt eius ſententiæ ab Hen. Stephano in folio cum Homero, &c. Stephanus Theognidem, inquit, ex Megara inter Pelpponeſum & Atticam oriundum. * Eius ſententiæ admonitoriæ in octauo, Ms. bib. Imp. Viennæ.

Theognoſtus numeratur inter Grammaticos Græcos, ex quibus Cornucopiæ ſuum Varinus Camers congeſſit.

Theogonus, vide Theoteuctus.

Theoleſpherus de Cuſentia, patria Calaber, preſbyter atq; Eremita propè Thebas, ſcripſit ad Antonium Genuæ ducem, de deuotione religionis lib. 1. De futuris eccleſiæ ſchiſmatibus libr. 1. Explanationem Apocalypſis lib. 1. De magnis tribulationibus, & De ſtatu Eccleſiæ, vel De cauſis præſentis tunc ſchiſmatis, ex Ioachimo, Cyrillo, atque alijs compoſuit lib. 1. Claruit anno Domini 1368. Ioannes Baleus.

Theolyti Methymnæi carmina Bacchica Athenæus allegat.

Theomenis ſcripta citantur à Plinio lib 3. Naturalis hiſtoriæ.

Theomneſti ſcripta citantur ab eodem 33. 34. & 35. lib.

Theomneſti hippiatri ſcriptoris Græci quædã leguntur cum Abſyrto, vt ſupra dixi.

Theonæ abbatis in vlterioris Ægypti partibus ſermones tres: vide ſupra in collationibus Ioan. Caſſiani.

Theon Abbas tranſtulit ex Græca lingua hiſtoriam S. Nicolai epiſcopi, quam manuſcriptam habet Wolffgangus Lazius medicus & hiſtoricus Viennenſis.

Theon Antiochenus philoſophus Stoicus, ſcripſit apologiam Socratis. Suidas.

Ex Theone vini bilim purgantis præparatio, apud Aetium deſcribitur.

Theano Metapontina, vel Creſſa genere, Pythagoræa, vxor Brotini Crotoniatæ, ſcripſit cõmentaria in philoſophiam de virtute, item poemata & apophthegmata Pythagoræa. Laertius.

Theonis Alexandrini hexaſtichon, in Anthologij lib. 1. ſect. 55. & Theonis ſimpliciter monoſtichum in hebdomadem, ſect. 94. Ζεὺς, ἄρης, παφίη, μήνη, χρόνος, ἑρμῆς. Eius commentarij Græci in Arati Apparentia, & prognoſtica tempeſtatum, excuſa Baſileæ in officina Curtionis, cum ipſo textu Arati, & alijs diuerſorum de ſphæræ & aſtrorum ratione opuſculis, 1536.

Theon Alexandrinus Sophiſtes, Ælius dictus, ſcripſit Artem progymnaſmatum, Commentarium in Xenophontem, in Demoſthenem, Argumenta rhetorica, Quæſtiones de ſtructura orationis, & alia plura. Suidas. Theonis Sophiſtæ progymnaſmata rhetorica, varijs exemplis ad exercendam eloquentiam inſtructiſſima. Ioan. Oporinus excudit Baſileæ, 1541. Græce, & Latine Ioachimo Camerario interprete, qui Græcum etiam librum innumeris mendis expurgauit.

Theon Alexandrinus, philoſophus, Stoicus ſub Auguſto fuit, poſt Arium. Scripſit Apollodori phyſiologicæ introductionis commentarium: Artis rhetoricæ lib. 3. Suidas.

Theon è Muſæo, Ægyptius philoſophus, tempore Pappi philoſophi, qui & ipſe Alexãdrinus fuit: vterq; ſub Theodoſio maiore. Scripſit Mathematica, Arithmetica, De ſignis & auſpicijs, de voce cornorum, de exortu Caniculæ, de Nili aſcenſu. In Ptolemæum expeditum canonem: & in paruum Aſtrolabium commentarium. Suidas.

Theonis Synopſis totius harmonicæ. Theonis commentarij in magnam Syntaxin Ptolemæi: excuſi ſunt Baſileæ à Waldero Græce in folio.

Theon, Lucillus, & Sophocleus, Sophoclis interpretes, citantur ab Ambroſio Calepino in Endymione. Theonis Alexandrini commentarium lib. 11. Græci in Cl. Ptolemæi magnæ conſtructionis libros, excuſi Baſileæ, anno 1538. cum eodem opere Ptolemæi. Theonis & Procli tabulæ Græcæ in Aſtronomia, in quadam bibliotheca Italiæ. Ephodos per epitomen in canones πρόχειρα Ptolemæi, ibidem. Meminit huius operis Suidas etiam, & plurium aliorum. Theonis commentaria in Callimachi αἴτια citantur in Etymologico. Eiuſdem commentariorum in Lycophronem, & in Nicandri Theriaca meminit Stephanus.

Theon Antiochenus Daphnæus, philoſophus Stoicus, ſcripſit Defenſionem Socratis. Suidas.

Theon Gymnaſij Sophiſtæ F. Sidonius ſophiſtes: docuit in patria, fuit ſub Conſtantino. Suidas.

Theonis Smyrnæi philoſophi Platonici de locis mathematicis, qui ad lectionem librorum Platonis cõducunt, liber Græcus, extat Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris manuſcriptus. Extat quoq; apud Diegum Hurtadum Cæſaris oratorem Venetijs. Item in Italia. Theonis Smyrnæi Theologumena & Mathematica Platonis. Videntur autem diuerſa eſſe opera. Eius libri 2. De Mathematicis rebus à Platone vſurpatis, Latine redditi ſunt ab Ant. Hermanno Gogaua.

Theon Valerius dictus Sophiſtes, Commentarium ſcripſit in Andocidem. Suidas.

Theano Locrenſium mulier doctiſſima, ac in Lyricis præcellens, multa ſcripſit carmine lyrico: & alia eius nominis, Metapontica, ſeu Creſſa, commentarios in philoſophia de virtute & apophtheg. Pythagoræa.

Theophanis tetraſtichon lib. 3. Anthologij, ſectione 6. & hexaſtichon, ſectione 22. Theophanis dictum citatur apud Stobæum de audacia, ſed aliâs legitur Theophraſti.

Theophanes in libro De pictura, citatur à Laertio

Theopha-

Digitized by Google

Theophanes *Mitylenæus, miles inſignis, qui Albaniam procurauit, reges geſtas Pompeij poſteritati commendauit, cum quo militaſſe etiam fertur. Eius ſcripta citantur apud Plutarchum in Pompeio, vide Æneā Syluium in deſcriptione Aſiæ cap. 20. 42. & 74.*

Theophanis *epiſcopi Niceæ, contra Iudæos capita. epiſtola didaſcalica ad ſacerdotes & reliquos clericos, de ſacerdotio, & qualem oporteat eſſe cui id commiſſum eſt. Epiſtola ad Nicaenſes, quomodo oporteat Chriſtianum præſentia omnia tum ſuauia tum moleſta contemnere. Omnia Græce ſeruantur alicubi in Italia.*

θεοφάνους τοῦ κεραμέως ὁμιλία εἰς εὐαγγέλια τῶν κυριακῶν, ἢ εἰς τινὰς ἑορτάς. *manuſcriptus liber, Venet. Theophanis hymnorum ſcriptoris meminit Th. Prodrom.*

* Theophanis *vniuerſæ medicinæ methodus Myxobarbara in quarto M.S. bib. Imp. Viennæ.*

Theophili *comici fabulæ ſunt. Medicus, Epidaurus, Pancratiaſtes, Bœotia, Prœtides, Neoptolemus. Suidas.* φίλαυλος *Athenæo.*

Theophilus *rerum Italicarum ſcriptor citatur apud Plutarchum cap. 28. Parallelorum minorum, ex quo Torquati & Cluſiæ hiſtorias ſe mutuo accepiſſe fatetur.*

* Theophili *publica pœnitentiæ ſatisfactio, qui Chriſtum abnegauit & veniam S. Mariæ virginis impetrare promeruit in octauo, in membrana ſcriptus.*

* Theophili *medici liber de excrementis & pulſibus, cum eiuſdem Antidotario in quarto. M. S. bibl. Imp. Viennæ. Theophili (eiuſdem forte) & Stephani ac Hipocratis, Galeni inſuper: de experimentorum differentijs: qui eſt ſcopus totius practicæ medicinæ: liber Græcus in octauo ſcriptus in bib. Imper.*

Theophili *Agricolæ contra Gaſparum Redekerum de ſublatione librorum Gaſpari Schuuenckfeldij. Reſponſio ad librum Illyrici, qui vocatur Contraditiones in Schuuenckfeldium. Apologia contra Simonem Muſæum quod Schuuenckfeldius miniſterium Chriſti non contemnat. Omnia hæc ſeparatim edita Germanice in 4.*

Theophilus *Alexandriæ eccleſiæ epiſcopus, ſcripſit epiſtolarum lib. 1. ad Epiphanium de hæreſibus lib. 1. de paſcha lib. 1. Contra Origenem volumē grande. Aduerſum Anthropomorphitas hæreticos. Paſchalem etiam recurſum, quem magna apud Niceam Synodus poſt 95. annos, agi in tempore & die & luna ſecundum ſtatum ſuum inuenerat, additis quibuſdam ipſius feſtiuitatis rationibus & expoſitionibus, de fide libros. Hæc Gennad. qui & reliquorum argumenta copioſius recenſet. Claruit 390. epiſtola eius ad Epiphanium extat in tertio Tomo D. Hieronymi operum. Libros paſchales 4. D. Hier. interprete, Hen. Petri impreſſit Baſileæ. 1528. cum varijs aliorum contra hæreticos operibus, impugnat autem præcipuè in illis lib. Orig. opiniones.*

Theophili *neſcio cuius, Græca quædam ſcripta extant Romæ in Vaticana bibliotheca.*

Theophilus *Cæſareæ Paleſtinæ epiſcopus, ſub Seuero principe, aduerſum eos qui decimaquarta luna cum Iudæis paſcha faciebant, cum cæteris eā piſcopis ſynodicam valde vtilem compoſuit epiſtolam. Hieronymus.*

Theophilus *Anteceſſor, inſtitutiones Iuſtinianeas iuris ciuilis in Græcam linguam olim traduxit, ac fuſius planiusq; explicauit. Hæ primum in lucē prodiuerunt, reſtitutæ & recognitæ cura & ſtudio Viglij Zuichemi Phryſij, cum eiuſdem doctiſſima præfatione ad Carolum V. Cæſ. qua eximiam huius translationis vtilitatem abunde declarat. Frobenius excudit Baſileæ, 1534. impreſſæ ſunt etiam Pariſijs apud Vechelum, Græce, & Latine per quempiam donatæ. Theophili inſtitutionum iuris libr. 4. D. Iacobo Curtio interprete: cum obſeruationibus: item argumentis in ſingulos paragraphos, Louanij, anno 1573. in 12. & Pariſijs apud Morelium Græcè & Latine in 16.*

Theophilus *ſextus Antiochenſis eccleſiæ epiſcopus ſub imperatore M. Antonino Vero, librum contra Marcionem compoſuit, & ad Autolycum volumina, & contra hæreſim Hermogenis lib. 1. & alios breues elegantesq; tractatus ad ædificationem eccleſiæ pertinentes. In Euangelium, & in Prouer. Solom. Commentarios. D. Hieron. Trithemius addit eum claruiſſe, 173. Ad Autolycum lib. 3. Græcè & Latine excuſi ſunt Tiguri.*

Theophili *Baldani Apodixis, qua argumentis ſacrarum literarum conuincitur Concilium Tridentinum impios & blaſphemos Canones & decreta ſanciuiſſe, quæ repugnant verbo Dei, ideoq; non recipi debere hæc à Chriſtiano homine neq; his fidem habendam: addit admonitiones ad cunctos Chriſtiani nominis homines ne Papæ ad exequendum Concilium opem ferant. Lauingæ in 4. Germanice.*

* Theophilus *Banoſius deſcripſit vitam P. Rami 8. Francoforti 1579.*

Theophili *Leberti Onomaſticon theologicū. Vitebergæ in 8.*

Theophilus *iurecōſultus. Vide in Triboniano.*

Theophili *Protoſpatarij de fabrica humani corporis libri 5. ſiue in Galeni de vſu partium libros epitome, Iunio Paulo Patauino interprete. Conradus Neoparius excudit Pariſijs. anno 1540. & Robert. Vuinter Baſileæ. Et Morelius Pariſijs Græcè & Latine.*

Theophilus *quidam ſcripſit rerum Peloponnēſiacarum libros aliquot, ex cuius lib. 12. Plutarchus, Piſiſtrati & Lyſimachi eius filij hiſtorias recitat, cap. 60. Parallelorum minorum.*

Theophili γεωργικῶν *lib. 11. citatur à Stephano.*

Theophili *quædam Græca ſcripta in re medica, extant in Italiæ bibliothecis, ex quibus hæc ſunt: Liber de excrementis et de pulſibus, commentarij in aphoriſmos Hippocratis: Venetijs apud Diegum Hurtadum. Vide ſuprà in Philotheo illo, quem antè alios huius nominis primum poſuimus. Theophili de cognitione vrinæ liber impreſſus Baſileæ apud Henr. Petri, anno 1533. cum Philareto de pulſibus, Albano Torino interprete. Idem impreſſus eſt cum Ioannitio, de quo ſuprà.*



Digitized by Google

Theophili *philoſophi opus* περὶ ἱκεταρχῶν πολεμικῶν, *Græce extant Romæ in bibliotheca Pontificia.*

Theophilus *quidam pulcherrimum de vitriſicatoria librum conſcripſit. H. Cornelius Agtippa. Theophili monachi lib.3. Primus de temperamentis colorum, ſecundus de ratione vitri, tertius de fuſoria & metallica. Extant apud Georgium Agricolã in pergamenis, & in cella veteri monaſterio, quæ bibliotheca Lipſiam translata eſt. Idem Theophilus in tractatu diuerſarum artium adducitur, in libro qui inſcribitur Lumen animæ.*

Theophraſti *opera Græce per Ioannem Baptiſtam Cammotium recognita, adiecto libro de ſenſibus antehac non impreſſo, excuſa ſunt Venetijs ab Aldi filijs anno* 1552. *Præterea Henricus Stephanus Græce edidit Theophraſti librum* περὶ αἰσθήσεως *antea non editum, & præterea Eclogas nouem librorum Theophraſti:* Ἐκ τοῦ περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χρόας. Ἐκ τοῦ περὶ παραλύσεως. Ἐκ τοῦ περὶ λειποψυχίας. Ἐκ τοῦ περὶ ἰλίγγων. Ἐκ τοῦ περὶ κόπων. Ἐκ τοῦ περὶ ἀθρόον φαινομένων ζώων. Ἐκ τοῦ περὶ τῶν λεγομένων ζώων φθονεῖν. Ἐκ τοῦ περὶ ἱδρώτων. Ἐκ τοῦ περὶ μελιτῶν. *His additi ſunt Theophraſti* ἠθικοὶ χαρακτῆρες. *Editi etiam ſunt libri Thephraſti de plantis cum Commentarijs Iulij Cæſaris Scaligeri. Theophraſtum de parte ſenſitiua ſuo tempore vulgatum fuiſſe Pariſijs teſtatur author Luminis animæ. Theophraſti philoſophi opera Græca omnia, quæ quidem extabant, Ioannes Oporinus impreſſit Baſileæ, anno Domini* 1541. *cum doctiſſima Ioachimi Camerarij præfatione. Contenta in eo volumine ſunt hæc: Theophraſti vita, ex Diogene Laertio. De plantarum hiſtoria libr.*10. *De plantarum cauſis lib.* 6. *Ariſtotelis de plantis li.* 2. *Thephr. de lapidibus lib.*1. *De piſcibus lib.*1. *De igne lib.*1. *De ventis libr.*1. *De ſignis aquarum & ventorum lib.*1. *De vertigine oculorum lib.*1. *De laboribus lib.*1. *De odoribus lib.*1. *De ſudoribus li.*1. *Characteres morales, ſiue de notis. Metaphyſ. li.*1. *Priſciani philoſophi Lydi expoſitio Theophraſti de ſenſu. Eiuſdem, expoſitio Theophraſti de phantaſia. Libri de hiſtoria & cauſis plantarum Theodoro Gaza interprete, excuſi ſunt Pariſijs apud Vuech. & Baſileæ apud Cratandrum. Characteres etiam ſiue notæ morum à Cratãdro impreſſæ ſunt ſeorſim, Græce & Latine, Ang. Politiano interprete. Metaphyſicorum liber cum Latinis operibus Ariſtot. Baſileæ impreſ. translatus habetur. Reliqui libelli quod ſciam, à nemine traducti ſunt, vtpote magna ex parte manci & corrupti, aliquot eorum Aldus olim excudit Græce cum Græcis operibus Ariſt.*

Theophraſtus *Ereſius Platonis & Ariſtot. auditor, & huius in ſcholæ regimine ſucceſſor, ſcripſit plurima, quæ hoc ordine à Laertio recenſentur. Priorum analyticorum* 3. *Poſteriorum analyticorum* 7. *de Syllogiſmorum ſolutione* 1. *Analyticorũ epitome* 1. *Deductorum locorum* 2. *Speculationes eorum quæ circa contentioſam orationem verſantur. De ſenſibus* 1. *Ad Anaxagoram* 1. *de Anaxagora* 1. *De Anaximene* 1. *de Archelao* 1. *de Sale nitro aluminis* 1. *de his quæ durantur in lapides* 2. *de Indiuiſibilibus lineis* 1. *Auditionis* 2. *de Ventis* 1. *Virtutũ differentiæ* 1. *de Regno vnum, de Regis inſtituto* 1. *de Vitis* 3. *de Senectute* 1. *de Democriti aſtrologia vnum, de his quæ in ſublimi fiunt vnum, de Imaginibus vnum, de ſuccis, cute & carnibus* 1. Διάκοσμος 1. *de Hominibus* 1. *Dictorum Diogenis collectio* 1. *Definitionum* 3. *Amatorius* 1. *alius de amore* 1. *de Felicitate* 1. *de Speciebus* 2. *de Caducis* 1. *de Enthuſiaſmo ſeu afflatione Dei* 1. *de Empedocle* 1. *de Epicherematis* 18. *Controuerſiarum* 3. *de Voluntario* 1. *Abbreuiatio reipublicæ Platonis* 2. *de Diuerſitate vocis animalium eiuſdem generis* 1. *De his quæ ſubito apparent* 1. *De his quæ morſui & vulneri patent* 1. *de Animalibus quæ ſapere dicuntur* 1. *De his quæ in ſicco morãtur* 1. *De his quæ colores immutãt* 1. *De his qui latibula & foſſas faciunt* 1. *de Animalibus* 7. *de Voluptate ſicut Ariſtoteles* 1. *alius de voluptate. Quæſtiones* 24. *de Calido & Frigido* 1. *de Vertigine & obtenebratione* 1. *de Sudore* 1. *de Affirmatione & negatione* 1. *Calliſthenes ſiue de luctu* 1. *de Laboribus* 1. *de Motu* 3. *de lapidibus* 1. *de Peſtilentijs* 1 *de Exanimatione* λειποψυχίας 1. *Megaricus* 1. *de Atra bile* 1. *de Metallis* 2. *de Melle* 1. *de Metrodori collectis* 1. *De æreis* μαρτυρολογιῶν 2. *de Ebrietate* 1. *Legum ſecundum elementa* 24. *Legum epitome* 10. *Ad definitiones* 1. *de Odoribus* 1. *de Vino & oleo primarum propoſitionum* 18. *legiferorum* 3. *Politicorum* 3. *Politicon ad tempora* 4. *Ciuilium conſuetudinum* 4. *de Optima republica* 1. *Problematum collectionis* 5. *de Prouerbijs* 1. *de Concretionibus & liquefactionibus* 1. *de igne* 2. *de Spiritibus* 1. *de Paralyſi* 1. *de Suffocatione* 1. *de Amentia* 1. *de Paßionibus* 1. *de Signis* 1. *Sophiſmatum* 2. *de Syllogiſm. ſolutione* 1. *(forte idem qui ſupra nominatus fuit) Topicorum* 2. περὶ τιμωρίας *de cruciatu* 2. *de Pilis* 1. *de Tyrannide* 1. *de Aqua* 3. *de Somno & inſomnijs* 1. *de Amicitia* 3. *de Liberalitate* φιλοτιμίας 2. *de Natura* 3. *de Naturalibus* 18. *de Naturalium abbreuiatione* 2. *Naturalium* 8. *Aduerſus Phyſicos* 1. *de Naturalibus hiſtorijs* 10. *Naturalium cauſarum* 8. *de Humoribus* χυλῶν 5 *de Mẽdacio voluptatis* 1. *de anima quæſtio* 1. *de Indubitata fide* 1. *de Simplicibus dubitationibus, Harmoniacon* 1. *de Virtute* 1. *Occaſiones, ſiue contradictiones* 1. *de nauigatione* 1. *de Sententia* 1. *de Ridiculo* 1. *Meridianorum* δειλινῶν 2. *Diuiſiones duæ, de Differentijs* 1. *de Iniurijs* 1. *de laude* 1. *de experientia* 1. *Epiſtolarum* 3. *de Fortuitis* αὐτομάτων *animalibus* 1. *de Selectione* 1. *Laudes deorum* 1. *de Solennitatibus* 1. *de felicitate* 1. *de Enthymematis* 1. *de Inuentis* 2. *Scholarum moralium* 1. *Morales figuræ* 1. *de Tumultu* 1. *de Hiſtoria* 1. *de Iudicio ſylogiſmorum* 1. *de Mari* 1. *de aſſentatione* 1. *ad Caſſandrum de regno* 1. *de Comœdia* 1. *de Meteoris* 1. *de Dictione* 1. *Verborum collectio* 1. *Solutiones* 1. *de Muſica* 3. *Naturalium opinionum* 17. *Naturalium epitome* 1. *de Gratia* 1. *Morales figuræ* 1. *de Falſo & vero* 1. *Hiſtoria eorũ quæ de Deo dicuntur* 7. *de Dijs* 3. *de Menſuris* 1. *Megacles* 1. *de Legibus* 1. *de iniquis legibus* 1. *Xenocraticorum collectanea* 1. *Confabulationes* 1. *de Iuramento* 1. *Oratoria præcepta* 1. *de Diuitijs* 1. *de Poetica* 1. *Problemata ciuilia, naturalia, amatoria, moralia* 1. *Prouerbiorum* 1. *Problematum collectio* 1. *de Problematibus naturalibus* 1. *De exemplari* 1. *de Propoſitione & narratione* 1. *de Poetica alius. de Sa-*



Digitized by Google

pientib. 1. de Concilio 1. de Solæciſmis 1. de arte oratoria 1. de artibus oratorijs ſpecies 7. de Simulatione 1. Commentariorum Ariſtotelicorum ſiue Theophraſticorum 6. Hiſtoricorum Geometricorum 4. Epitome Ariſtotelis de animalibus 6. de dijs epicherematum 2. Quæſtiones 3. de Regno duo, de Cauſis 1. de Democrito 1. de Calumnia 1. de Generatione 1. de Animalium prudentia & moribus 1. de Motu 2. de Viſu quatuor. ad Terminos 2. De eo quod eſt dari 1. de Maiore & minore 1. de Muſicis 1. de Diuina felicitate 1. Ad eos qui erant ex Academia 1. Exhortatorius 1. Quo pacto ciuitates optime inhabitentur 1. Commentaria 1. de Riuo ῥύακος qui erat in Sicilia 1. de Conceſſis 1. Qui ſint modi ſciendi 1. de Falſo 3. Antetopica 1. Aſtrologicæ hiſtoriæ 6. Arithmeticarum hiſtoriarum argumentum 1. Acicharus 1. De iudicialibus orationibus 1. Epiſtolæ ad Aſticreontem Phaniam & Nicanorem 1. de Pietate 1. Euiadis 1. de Temporibus καιρῶν de Proprijs orationibus 1. de Liberis educandis 1. alius differens eadem de re. de Diſciplina ſeu de virtutibus, ſiue de frugalitate 1. Exhortatorius 1. de Numeris 1. Diffinitiones de dictione ſyllogiſmorum 1. de Cœlo 1. Politici 2. de Natura 1. de fructibus & animalibus.

Theophraſtus *Paracelſus medicus alias dicitur Theophraſtus item Aureolus Theophraſtus: item Philippus Aureolus Theophraſtus Paracelſus, contemptis veteribus omnibus nouam medicinam inſtituit, & plurima non in medicina ſolum ſed in Theologia quoque ſcripſit, omnia tamen Germanica lingua. Editi autem ſunt multi eius libri Germanice, non pauci etiam Latine ab eius ſectatoribus in Latinam linguam conuerſi, è quorum numero ſunt ſequentes libri. De vrinarum ac pulſuum iudicijs: tum de Phyſionomia: item De morborum Phyſionomia fragmentum. Argentinæ apud Samuelem Emmel, anno Domini 1568. Priores duo libri eodem anno Coloniæ quoque editi ſunt à Birkmanno. Septem libri de gradibus receptorum ac naturalium: his addita 16. capita de anatomia, publicata ab Adamo Bodenſtein, Baſileæ apud Pet. Pernam, 1568. Pyrophilia vexationumq; liber: cui acceſſerunt, Primo tractatus metallorum ſeptem. Secundo rerum naturalium tria fore principia, per demonſtrationem artis igneæ docetur. Tertio contracturarum origenes & curæ. Quarto, morborum capitalium quatuor Ephilepſiæ, Podagræ, Paralyſis, & Hydropyſis curæ. Ibidem. Philoſophiæ magnæ collectanea quædam per Gerardum Dorn Latine reddita, Ibidem 1569. Chirurgia vulnerum, cum recentium, tum veterum occultorum & manifeſtorum vulnerum: Cui libri duo prior de contracturis, de Apoſtematibus, Syronibus & nodis alter, acceſſere per Gerardum Dorn Latine redditi. Ibidem. De meteoris: item de matrice, & de tribus principijs libri 2. Quibus aſtronomica & Aſtrologica fragmenta quædam acceſſerunt, per Dornum Latine reddita. Ibidem. anno 1570. Archidoxorum de ſecretis naturæ myſterijs lib. 10. De tinctura phyſicorum, de Præparationibus, de Vexationibus Alchimiſtarum, de Cementis metallorum, & de gradationibus eorundem: omnia eodem interprete, ibidemque excuſa. Chirurgia minor, quam aliâs Bertheoneam intitulauit, cum eiuſdem tractatibus, de apoſtematibus, ſyronibus, nodis. Item de cutis apertionibus, de vulnerum & vlcerũ curis, ac de vermibus, ſerpentibus, &c. ac maculis à natiuitate ortis: ex verſione Dorni, Perna excudit. De Tartaro libri ſeptem auctiores & caſtigatiores. Ibidem. Liber Paramirum in quo vniuerſalis theorica phyſices. & Chirurgiæ origines, & cauſæ morborum traduntur. Acceſſerunt libri de modo pharmacandi, de Xenodochio, de Thermis. Baſileæ apud Pernam, 1570. De Spiritibus Planetarum ſiue metallorum lib. 3. Eiuſdem de tinctura Phyſica, de gradationibus, de Cementis, de Zodiaci ſignis & eius myſterijs. Georgij Phædronis peſtis Epidimicæ curatio. Eiuſdem Chirurgia minor. Baſileæ, anno Do. 1571. in quarto. De vita longa libri quinque, commentarij in Aphoriſmos Hippocratis. Ibidem. Septem defenſiones aduerſus æmulos ſuos. Item Tractatus de morbis tartareis. Coloniæ, 1573. De natura rerum & de natura hominis. 1573. Libri iam enumerati omnes Latine, ſequentes verò Germanice ſunt editi. Explicatio aliquot Aphoriſmorum Hippocratis: item tres vtiles tractatus de occulta vi & operatione Corallorum. Hyperici & Perſicariæ. Auguſtæ, 1558. De præparatione Ellebori, item de perforata: liber editus à Bodenſteinio, anno Dom. 1568. Archidoxa. Libri præparationum. de tinctura phyſicorum, de renouatione & reſtauratione vitæ, de vita longa. Monachij, anno Domini 1570. Tractatus de apertionibus cutis, de vulneribus, de ſerpentibus, araneis, &c. ac maculis à natiuitate ortis. Argentinæ. Occulta philoſophia, archidoxa, &c. Ibidem, 1570. Libri 9 de myſterijs naturæ, archidoxorum pars prima. De renouatione & reſtauratione & vita longa. De mineralibus, de Sale, vitriolo, arſenico, ſulphure. Coloniæ, 1570. Tractatus quinque 1. de rebus naturalibus. 2. de quibuſdam herbis. 3. de metallis. 4. de mirabilibus. 5. de gemmis. Argentinæ, 1570. Aſtronomia magna, ſiue tota philoſophia ſagax maioris & minoris mundi. Francofurti, anno Domini 1571. De thermis Fabarianis in Heluetia. Argentinæ, anno Domini 1571. De proprietatibus perfecti chirurgi: ibidem. De ſpiritu vitæ & eius virtute. De virtute internorum ſpiritualium & corporeum membrorum. De viribus exteriorum, & confirmatione internorum membrorum. Baſileæ à Bodenſteinio primum publicati anno Domini 1572. Metamorphoſis: de rebus naturalibus, de minoribus metallis, de lapide medicorum, & lapide philoſophorum: liber ab eodem editus. Tractatus duo, De viribus membrorum ſpiritalium, De electro. Baſileæ, anno Domini 1572. De morbo Tartarico. De alchimia. De Cementis. De medicina cœleſti. De præparationibus. De ſpiritibus Planetarum. Singula à Petro Perna excuſa ſunt. * Præterea Eiuſdem libri Paragraphorum XIIII. Latino ſermone integritati reſtituti, & explicationibus illuſtrati, à Domino Toxitæ nunc primum editi octauo.*

*Argentorati apud Chriſtianum Myllium* 1578. *Aurora theſaurusq́ philoſophorum. Acceſſit monarchia phyſica per Gerardum Dorneum. Præterea Anatomia viua paracelſi* 8. *Baſileæ. de lapide philoſophorũ tractatus Germanicè editi: Manuale de lapide medicinali, de tinctura planetarum in* 8. *Antuerpiæ* 1572. *Item Theſaurus theſaurorum, oculta philoſophia cum annotationibus nouis Germanice Argentinæ* 1574. *Eiuſdem ſcripta de tribus principijs omnium generatorum: item theſaurus alchimiſtarum: edita ab Adamo Bodenſtain Germanicè in* 8. *Baſileæ* 1574. *De ſecretis creationis, à D. Toxite editus liber* 8. *Argentorati apud Chriſtianum Mylium. Archidoxorum, ſeu de ſecretis naturæ myſterijs, libris* x. *nunc acceſſerunt libri duo, vnus de mercurijs metallorum alter de Quinta eſſentia* 8. *Baſileæ per Petrum Pernam. Eiuſdem expoſitio vera imaginum olim Norenbergæ inuentarum Latinè, anno Domini* 1570. *Eiuſdem de reſtituta vtriusq́ medicinæ vera praxi in ordinem redacta & in Latinum ſermonem conuerſa, ſtudio & opera Gerardi Dorn. D.* 8. *Lugduni excudebat Iacobus du Poys. centum quindecim curationes, experimentaq́, è Germanico idiomate in Latinum verſa: Acceſſerunt quædam præclara, atque vtiliſſima à B.G. à Portu Aquitano annexa* 8. *Excudebat Ioannes Lertaut.* 1582. *ſextus liber de morbis calculoſis & podagricis eorumq́ curatione Germanice in* 8. *Baſileæ* 1574. *Eiuſdem libri quinque de vita longæua, Germanice in* 8. *Argentinæ* 1574. *denique libri tres de cura morbi Gallici Germanice in* 8. *Argent. apud Chriſtianum Molitorem* 1579. *Circunferuntur alij quoque plures libri Theophraſti mihi incogniti, atque audio multa theologica ſcripta illius ſeruari, cum commentaria in complures ſacros libros, tum etiam quædam dogmatica. Porro contra Theophraſti nouam medicinam quatuor volumina edidit, clariſſimus atque doctiſſimus medicus D. Thomas Eraſtus.*

Theophylacti *archiepiſcopi Bulgariæ in quatuor Euangelia enarratio Græca, excuſa Romæ,* 1542. *Eiuſdem operis translatio, ſed mutila, impreſſa eſt Coloniæ apud Petrum Quentel. in omnes diui Pauli epiſtolas enarrationes, Chriſtophoro Porſena Romano interprete, excuſæ primò Romæ tempore Sixti cui interpres id nuncupauit, anno* 1469. *deinde Coloniæ apud Patrum Quentel,* 1531. *Eædem enarrationes in omnes D. Pauli epiſtolas, item in prophetas aliquot minores per Ioan. Lonicerum translatæ, excuſæ ſunt Pariſijs apud Vaſcoſanum,* 1552. *Commentaria Theophylacti in Oſeam integri, & in totum Micheam, item epiſtolæ ex antiquiſſimo codice deſcriptæ, allato nuper ex Patmo inſula, Græce extant in Bibliotheca Diegi Hurtadi apud Venetos. Theophilacti commentaria in Euangelia, epiſtolas Pauli, et prophetas quoſdam, à Philippo Montano recognita impreſſa ſunt Pariſijs, anno Domini* 1554. *& Baſileæ ab Heruagio, Latine. Eodem anno & poſtea denuo* 1570. *additis Explicationibus Theophilacti in Acta Apoſtolorum Laurentio Siſano interprete. Commentarij in* XII. *prophetas Græce extant in bibliotheca Auguſtana.* * *Commentarij & enarrationes in prophetas, iuncta explicatione in Pſalterium Dauidis in folio, manuſcript. bibl. Imp. Viennæ.*

Theophylacti ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων τῷ σώματι *quæſtiones, in bibliotheca Hen. Memmij.*

Theophilactus *ſophiſta, cognomine Symocates. Suidas. Eius epiſtolæ Græce morales, ruſticæ, & meretriciæ, impreſſæ Venetijs ab Aldo chartis ferè quinque, in volumine Græcarum epiſtolarum variorum authorum Simocati hiſtoria œcumenica, id eſt totius orbis, Græce extat apud Diegum Hurtadum Venetijs. Eiuſdem de rebus geſtis Mauritij imperatoris liber Græcus, Romæ in Vaticana bibliotheca.*

Theophylacti *de differentijs & dubtationibus phyſicis liber Græcus, in bibliotheca quadam Italica.*

Theophylacti *monachi, de ſobrietate breues admodum admonitiones, alicubi in Italia.*

Theopompus *Theodectis ſiue Theodri F. Athenienſis, antiquæ comœdiæ poeta, ſicut & Ariſtophanes edidit fabulas* 24. *inter quas eſt etiam Aeſculapius, doctorum curator, qui hunc tabe laborantem in integrum reſtituit. Suidas. Fabulæ eius ſunt Alphæa,* Ἆθλαι, *Æſculapius, Autocharis, Venus, Batyla, Pax,* ἡδυχάρης. *Theſeus, Callæſchrus, Medus, Nemea, Vlyſſes, Pamphila, Penelope, Seirenes, Stratiotides, Phineus. Et apud Pollucem Capeli, Pueri, Vrbes: item Pataleon de qua tamen fabula dubitari ſcribit. Theopompi Cypriacum carmen à Fulgentio in Mythol. citatur.*

Theopompus *Chius orator, filius Damaſiſtrati, natus tempore Athenienſis monarchiæ Olympiade* 93. *quo tempore & Ephorus Iſocratis auditor fuit. Scripſit vna cum Ephoro epitomen Herodoti hiſtoriarum lib.* 2. *Philippi res geſtas lib.* 72. *Græcas hiſtorias quæ Thucidiadeas & Xenophonteas ſequuntur lib.* 11. *& ea quæ à Peloponneſiaco bello geſta ſunt, & reliqua continentibus. Scripſit & alia plurima. Suidas. Athenæus citat huius Philippica. Hellenica, & hiſtorias in genere, item Conſilia ad Alexandrum, De his qui prædati ſunt Delphicas pecunias* κατὰ πλάτωνος διατριβῆς, περὶ τῆς χίας ἐπιστολῆς.

Theopompi *Colophonij Epopœi, Harmotion citatur ab Athenæo.*

Theopompus *Sinopenſis in libro de Terræmotibus, citatur à Phlegonte Tralliano.*

Theoſebiæ *tetraſtichon libro* 3. *Anthologij, ſectione* 15.

Theoteucti, *aliàs Theogoni, vel potius Theodectis, vt in manuſcripto codice legi, ſenarij quinq; apud Stobæum in ſermone de impudentia.*

Theotecti *tragœdiarum ſcriptoris meminit Ioſephus: forte Theodectis.*

Theotimus *quidam ſcripſit rerum Italicarum libros, ex cuius ſecundo, Horatij Coclitis & Porſenæ regis hiſtorias recitat Plutarchus cap.* 16. *Parallelorum minorum.*

Theotimus *Scythiæ Tomorum epiſcopus, in morem dialogorum & veteris eloquentiæ, breues comma-*

Digitized by Google

commaticoſq; tractatus edidit. D. Hieronymus.

Theramenes Ceius Sophiſta, ſcripſit declamationum lib. 3. De ſimilitudine orationis, de imaginibus ſiue parabolis, De figuris. Suidas.

Theraſiæ, & Paulini ad D. Auguſtinum epiſtola, numero 36. inter D. Auguſtini epiſtolas.

Theſeus hiſtoricus, ſcripſit vitas illuſtrium virorum libris 5. Corinthiaca libris 3. Suidas.

Theſeus Ambroſius, ex comitibus Alboneſij I. V. Doctor Papienſis, canonicus Lateranenſis ac S. Petri in Cælo aureo Papiæ præpoſitus, ſcripſit introductionem in Chaldaicam linguam, Syriacam atque Armenicam, & decem alias linguas: characterum differentium alphabeta circiter quadraginta & eorundem inuicem conformationem: Myſtica & cabaliſtica quam plurima ſcitu digna: & deſcriptionem ac ſimulachrum Ph:goti Afranij muſici inſtrumenti Papiæ. Liber excuſus anno 1539. in 4. Pap.

Theſpis Icarij F. ex oppido Attico, tragicus, qui ſedecimus ab Epigene Sicionio, primo tragico fuiſſe traditur. Alij ſecundum ab eo ponunt. Edidit fabulas Olympiade 61. Commemorantur eius Tragædiæ, Præmia Peliæ, ſeu Phorbas, Sacerdotes, Adoleſcentes, Pentheus. Suidas.

Theſſalus, Hippocratis filius, medicus Cous, ſcripſit medicinales libros ſex. Suidas. vide ſupra in Herophilo. Eius oratio in Athenienſium ſenatu habita, cum Hipocratis operibus excuſa eſt.

Theſſalus ſcripſit contra aphoriſmos Hippocratis. Galenus in libro contra Iulianum.

Theſſelis Argiua fœmina doctiſſima, ſcripſit epigrammata diuerſa ac doctiſſima. Fulgoſus lib. 8. cap. 3. Vox vt apparet corrupta pro Teleſilla.

Thetel naturalis magiæ ſcriptor. vide in Zoroaſtre.

Theudas. vide in Theodoſio philoſopho.

Theuderichus. vide ſupra in Theodorico.

Thinredus Anglus, monachus Douerienſis in Cantia, compoſuit De legitimis ordinibus muſicæ li. 1. Pentacordorum & tetracordorum lib. 3. Atq; alia plura. Boſconus Burienſis.

Thoas poeta citatur à Stephano.

Thobias. Vide Tobias.

Thomæi Sareptenſis epiſcopi Practica medicinalis.

Thomæ apoſtoli euangelium falſo ei adſcriptum circumfertur. Nicephorus lib. 2. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

Thomæ patricij tetraſtichon lib. 5. Anthologij: & aliud Thomæ Scholaſtici lib. 4. ſectione 31.

Thomæ Anchimi decem capita de præcipuis religionis articulis, contra quendam Pſaltem ſeu cantorem Antiochenũ, iuncta inuectiua aduerſus quoſdam hæreticos Chriſti hoſtes in quarto, M. S. bibl. Imp. orationes de diuina incarnatione in 4. M. S. bib. Imp. Viennæ.

Thomas Anglicus, ſcripſit Summam theologiæ, Poſtillam ſuper Pſalterium, Duo quodlibeta cum multis argutijs. De concordia librorum B. Thomæ, De vnitate formarum, De relatione, Poſtillam ſuper Prouerbia Solomonis. Et quædam in beato Thoma compleuit. Tribuitur illi ſumma Logicæ ſub Aquinatis nomine impreſſa.

Thomas de Aquino, ordinis fratrum Prædicatorum, Alberti magni in conuentu Colonienſi auditor, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. ſummam theologiæ lib. 4. contra gentiles lib. 4. contra errores Græcorum lib. 1. contra Armenos & Saracenos lib. 1. compendium theologiæ lib. 3. de præceptis charitatis lib. 1. de fide & ſacramentis lib. 1. ſuper oratione dominica libr. 1. ſuper Aue Maria libr. ſuper ſymbolo apoſt. lib. de centum octo articulis lib. de xlij. articulis lib. de 36. articulis lib. de ſex articulis libr. 1. de differentia diuini verbi & humani libr. 1. de natura verbi lib. 1. de ſubſtantijs ſeparatis lib. 1. contra Auerroiſtas de intellectu lib. 1. aduerſum detrectatores religionis libr. 1. de perfectione vitæ ſpiritalis lib. 1. contra impugnatores ordinis lib. 1. de regimine principum lib. 4. de forma abſolutionis lib. 1. de regimine Iudæorum libr. 1. expoſitionem primæ decretalis lib. 1. expoſitionem ſecundæ decretalis lib. 1. in Eſaiam prophetam lib. 1. in Hieremiam lib. 1. in Threnos einſdem lib. 1. in Cantica canticorum lib. 1. in tres nocturnos Pſal. lib. 1. in Iob ad literam lib. 1. continuum in euangelia lib. 4. lecturam in euangelia lib. 4. in epiſtolas Pauli libr. 14. in canonicas lib. 7. de ſacramento altaris libr. 1. de humanitate Chriſti lib. 1. de dilectione Dei & proxmi libr. 1. de diuinis moribus lib. 1. de beatitudine lib. 1. de puritate conſcientiæ lib. 1. de officio ſacerdotis lib. 1. de ſignificatione miſſæ lib. 1. de vitijs & virtutibus lib. 1. de emptione redditnum libr. 1. de veritate ſummam lib. 1. de potentia Dei diſputatio lib. 1. de actione Iudæorum lib. 1. quodlibeta 12. lib. 1. ſuper Boetio de trinitate lib. 1. ſuper eodem de hebdomadibus libr. 1. ſuper libris Dioyſij lib. 4. de ſortibus libr. 1. de iudicijs aſtrorum libr. 1. de æternitate mundi libr. 1. de fato lib. 1. de principio indiuiduationis libr. 1. de ente & eſſentia libr. 1. de principijs naturæ libr. 1. de materia & dimenſionibus libr. 1. de mixtione elementorum lib. 1. de occultis operibus naturæ lib. 1. de motu cordis lib. 1. de inſtantibus lib. 1. de quatuor oppoſitis lib. 1. de demonſtratione li. 1. de fallacijs li. 1. de propoſitionibus modalibus lib. 1. de natura accidentis lib. 1. de naturis generis lib. 1. de principijs animæ libr. 1. de tempore lib. 1. de pluralitate formarum lib. 1. de natura ſyllogiſmorum libr. 1. de ſenſu & intellectu libr. 1. de inuentione medij libr. 1. de natura luminis libr. 1. de natura loci libr. 1. de vniuerſalibus libr. 2. de intellectu & intelligibili lib. 1. dictorum ſuorum concordiam lib. 1. ſermones multos li. 1. contra Guil. de ſancto amore lib. 1. Iubente Vrbano papa IIII. officium feſti corporis Chriſti compoſuit. in omnes Ariſtot. ac Porphyri libros commentatus eſt. Quæſtiones de veritate S. Thomæ, typis excuſæ. Tractatus de corpore Chriſti, ſiue ſacramento Euchariſtiæ, in German. olim exc. Tabula de paſſione Chriſti, Catena aurea, Contra gentiles, Commentarij ſuper quatuor lib. Sententiarum, excuſi an. 1535. Commentarij in quatuor euangelia, excuſi Col. 1535. apud Gymnicum, & Pariſ. 1537. in epiſt. Pauli, Pariſ. 1532. &

Digitized by Google

& 1526. Summa, impreſ. Lugduni 1520. & Venetijs apud Scotum 1505. & Haganoæ apud Knoblonchum 1510. Quodlibetales Quæſtiones impreſ. Venetijs apud Scotum 1501. Commentarij in Boetij libros de conſolatione philoſophiæ & diſciplina ſcholarium: impreſſi cum ipſis operibus Boetij. de eſſe & eſſentia, de vnitate intellectus impreſſa. Summa totius Logicæ Ariſtot. exceptis topicis & elenchis, impreſſa Venetijs apud Simonem Beuilaquam, 1496. Alij hanc Summam tribuunt Herueo Britoni, alij Thomæ Anglico. Commentarij ſuper Logica Ariſtot. in lib. Peri hermenias, & in poſteriora, 1497. cum quæſtionibus Dominici de Flandria, Venetijs. In octo libros Phyſicorum Commentarij, impreſ. 1480. & 1504. apud Scotum, cum Roberti Linconienſis Summa in eoſdē libros libri de cœlo & mundo cum translatione antiqua & Ioan. Argyropyli, illuſtrati interpretatione D. Thomæ Aquinatis, annotationibus textuum et commentorum Auerroys, denique additionibus Petri Aluerniatis, &c. Lucantonius de Iunta excudit Venetiis, 1516. Eiuſdem commentarios Aquinatis, & additionem Pet. de Aluernia, Scotus impreſſerat ibidem, 1495. Commētaria in libros de generatione & corruptione, cum textu Ariſt. ibidem 1498. apud Petr. Liechtenſtein. in libros de anima, ibidem 1503. in parua naturalia commentarij, de ſenſu & ſenſili, de memoria & reminiſcentia, de ſomno & vigilia, cum additionibus Petri de Aluernia, & libro Proculi de cauſis, qui & ipſe Thomæ Aquinatis commentario illuſtratus: opus impreſſum Venetijs 1505. Super Ethica commentarij, Venetijs 1519. cum Leonardi Aretini & Ioan. Argyropyli tranſlationibus in methaphyſica, in Politica. Florentiæ etiā ſunt edita eiuſdem commentaria in Apocalypſim Ioannis, apud Laurentium Torrentinum, anno 1549. in 8. char. 47. In præfatione ſcribitur Thomæ commentarios in Eſaiam haberi Peruſiæ apud Dominicanos. Commentarij eius in epiſtolas canonicas, Sermones dominicales & feſtiuales, excuſi ſunt in Italia. Commentarij in Iob, Eſaiam, Ieremiam excuſi ſunt in Gallia. Librum de arte & vero modo prædicandi. Lugduni Carcham impreſſit. Thomæ Aquinatis. Expoſitio aurea in librum Geneſeos literalem ſenſum atque ſpiritualem complectens, opera F. Antonij Senenſis Luſitani primum edita. Antuerpiæ anno 1573 in 8. Summa Theologiæ cum commentarijs Caetani: impreſſa Antuerpiæ à Steelſio anno 1568. in folio: & à Plantino abſque comment. Caietani in 8. anno 1569. Eius Catenam auream in quatuor Euangelia, item Commentaria in Epiſtolas Pauli & Canonicas excuſa ſunt Antuerpiæ apud hæredes Steelſij anno 1569. Omnia opera D. Thomæ Aquinatis in XVII. tomos diſtincta, impreſſa ſunt Romæ apud hæredes Antonij Baldi anno Domini 1570. in folio. Obijt 1274. * deſcriptio vitæ D. Thomæ in quarto. Venetijs, anno Domini 1490 edita.

Thomas de Argentina, ordinis fratrum eremitarum ſancti Auguſtini, ſcripſit ſuper Sententias li. 4 conſtitutiones ordinis ſui lib. 1. & quædam alia. Vixit anno 1350.

Thomas de Argentina ordinis fratrum Prædicatorum ſcripſit ſermones (qui à Tritemio reliquis omnibus huius generis ſcriptis præferuntur) Meditationum lib. 1. Epiſtolas, Quæſtiones. Claruit anno 1495.

Thomas Artour patria Nordouolgius Academiæ Cantabrigienſis alumnus congeſſit Microcoſmum tragœdiam lib. 1. Mundum plumbeum tragœdiam lib. 1. In quoſdā Pſalmos lib. 1. Homilias Chriſtianos lib. 1. Tranſtulit Eraſmum de milite Chriſtiano Obijt anno 1532. Baleus.

Thomas Aſcheborne Anglus, monachus Auguſtin. ſcripſit contra Trialogum Vuicleui libr. 1. De Identitate & ſacramento lib. 1. Quæſtiones ordinarias lib. 1. replicationum ſuarum lib. 1. lecturas bibliorum. Vixit anno D. 1382.

Thomas Aulabij, Anglus, Cantabrigenſis magiſter. ſcripſit de origine ac ſucceſſu Cantabirg. gymnaſij lib 1. Scripſit ante illum Nicolaus Cantilepus Vuallicus, carmelita, opuſculum eiuſdem tituli lib. 1. Ioannes Baleus.

Thomas Bacillerius Bononienſis legit dialecticam Bononiæ, deinde Patauij philoſophiam extraordinariam, demum in Papienſi Academia Salario 500. aureorum ſtipendio philoſophiam docuit, & multos in philoſophia libros edidit, ſunt impreſſi. Obijt anno 1522. L. Gauricus.

Thomas Baiocenſis vel Bayona cognomento iunior, compoſuit ad vſum Eboracenſis Eccleſiæ, cantus Eccleſiaſticos lib. 1. Officiarum eiuſdem Eccleſiæ lib. 1. Vixit anno 1169. Baleus.

Thomas Beauxamis, theologus Pariſienſis, Carmelita, ſcripſit Homilias & tabulas in ſacroſancta cœnæ myſteria, paſſionem & reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, annexis quibuſdam ſcholijs ex primis eccleſiæ Patribus. Pariſijs anno 1570. in octauo. Idē ſcripſit Homilias in omnia quæ per quadrageſimam leguntur Euangelia. Antuerpiæ anno 1569. Idem Compendium vocabularij theologici ſcholaſtici recognouit & auxit. Pariſijs anno 1567. De cultu, veneratione, intereeſſione, inuocatione, meritis, feſtiuitatibus, reliquijs & miraculis ſanctorum. Catholicam aſſertionem ſcripſit, quæ edita eſt Pariſijs anno Dom. 1566. Homiliæ eius omnes ſimul excuſæ ſunt Venetiis anno 1572. * Eius in Habacuc Prophetam Homiliæ XXVIII. habitæ in Regia, anno 1576. Pariſijs apud Guilielmum Chandiere in 8. &c. de fide & ſymbolo libri 4. quibus Catholica fides illuſtratur 8. Pariſijs.

Thomas Becket Anglus, ſcripſit proceſſum ad Papam Alexandrum lib. 1. apologiam ad Gilbertum lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Vixit anno 1572.

Thomas Beckington, Anglus, ſcripſit ſuper iure regis ad Franciam lib. 1. In Epiſtolas Petri Bleſenſis lib. 1. Sermones aliquot libr. 1. Claruit anno 1450. Baleus.

Thomas Beckon ex Nordouolcarum patria natus, ſcripſit Olfactoriolum ſpirituale, Conuiuium natalitium, Documenta Chriſtiana, Orandi methodum, Citharam Dauidicam, de belli politia, Catechiſmum.

Digitized by Google

*chiſmum contra peierantes. De matrimonio Chriſtiano. De natiuitate Chriſti, de Euchariſtia, Contra adulteros, & alia. Claruit anno* 1548. *Gnomotheca Solomonis, item Sententiæ illuſtriores Iobi, Dauidis, Tobiæ &c. Baſileæ apud Ioannem Oporinum, anno* 1557. *in* 8. *De vita pie inſtituenda lib.* 1. *excuſus in octauo.*

Thomas *Blaurerus Conaſtantienſis ciuitatis conſul, ſcripſit hiſtoriam captiuitatis & decollationis Ludouici Hetzer, Conſtantiæ factæ, anno Domini* 1519. *excuſam in* 4. *chart.* 2. *Germanice Prouerbia Solomonis carmine tranſtulit. Scripſit orationem de controuerſia cœnæ Domini ad Illuſtriſſ. principem Palatinum Rheni, & alia quædam.* **Eiuſdem carmen in Ioannis Friſij Tigurini dictionarium Latinogermanicum: Excuſum Tiguri: alia item carmina ad eundem Friſium, nondum edita. Obijt in Heluatia è patria religionis cauſa exul ſpontaneus.*

Thomas *Boderius Rotbomagenſis de ratione dierum criticorum.*

Thomas *Borſtale in Nordouolgiæ patria, ordinis eremitarum D. Auguſtini, ſcripſit lecturam ſententiarum lib.* 4. *ordinarias deſcriptiones libr.* 1. *Quodlibeta ſcholaſtica lib.* 1. *Claruit an.* 1290. *Bal.*

Thomas *Brabantinus, ſcripſit librum de bono vniuerſali De apibus. De naturis.*

Thomas *Branduandinus (aliàs Brauardinus) Anglic. ſcripſit de Cauſa Dei (aliàs de cauſis Dei, & de virtute Dei cauſa cauſarum) contra Pelagianos, & alia quædam. à quibuſdam hic liber inſcribitur, Summa doctoris profundi Thomæ Brauardini, &c. extat Romæ in Vaticana, ſcriptus anno* 1411. *Scripſit præterea de S. Trinita li.* 1. *De præſcientia, vel de prædeſtinatione lib.* 1. *Commentarios ſcientiarum lib.* 1. *Geometrica principia lib.* 1. *placita Theologica lib.* 1. *ſermones per annum lib.* 1 *De ſaluandorum præmio li.* 1. *ſummam Theologiæ. Claruit iuxta Volaterranum, anno Domini* 1357. *Baleum verò* 1270.

Thomæ *Branduandini arithmetica, excuſa Pariſijs apud Dionyſium Roſæ,* 1502. *Eiuſdem libri in Geometria, & de velocitate proportionum manuſcripti extant apud Ioan. Dryandrum.*

Thomæ *Bricoti textus ſuppoſitionum Logicæ Petri Hiſpani, & quæſtiones in fine ſingulorum librorum, &c. impreſſa ſunt cum Georgij Bruxellenſis Logica, vt ſupra dictum. Lugduni, anno* 1494. *&* 1509. *apud Iannot de Campis. Item textus Ariſtotelis ſuper octo libris phyſicorum abbreuiatus per M. Thomam Bricot: cum continuatione textus M. Georgij & quæſtionibus eiuſdem, Pariſijs venditur* 15. *ſolidis Gallicis.*

Thomas *Brinton, monachus* Benedictinus, *ſcripſit ſermones coram Pontifice lib.* 1. *ſermones alios ſolennes lib.* 1. *Baleus.*

Thomas *Brome Londinenſis, ſcripſit lecturam Theologiæ libr.* 1. *encomium ſcripturæ libr.* 1. *in Paulum ad Romanos lib.* 1. *in præfationem Hieron. libr.* 1. *& ſermones de tempore. Vixit anno Domini* 1380.

Thomæ *de Brunduſio additiones & apoſtillæ ſuper conſtitutionibus, capitulis, & pragmaticis regni Siciliæ.*

Thomas *Bungey Minorita, Anglus, edidit commentarios ſententiarum lib.* 4. *De magia naturali lib.* 1. *Quæſtiones Theolog. lib.* 1. *Claruit anno* 1290. *Baleus.*

* Thomæ *Burchier Angli ordinis D. Franciſci de obſeruantia: hiſtoria eccleſiaſtica. De martyrio Fratrum ordinis Minorum D. Franciſci, de obſeruantia, qui partim in Anglia ſub Henrico* VIII. *Rege partim in Belgio ſub principe Auriaco, partim in Hybernia tempore Elizabethæ regnantis Reginæ, paſſi ſunt. In duodecimo. Ingolſtadij ex officina Vuolfgangi Ederi, anno Domini* 1583.

Thomas *Caiaubus, ſcripſit in Rubricam* 1. *infortiati. de vulg. & pub. l.* 1. *in* 3. *& l. hæredes ff. de vulg. & pub.*

Thomas *Campeius epiſcopus Feltrenſis, ſcripſit de auctoritate Romani pontificis, tractatum iuſtum, in quo plurimæ quæſtiones ad ius eccleſiaſticum ſpectantes, deciduntur.* **Hoc opus de auctoritate & poteſtate Romani pontificis, Venetijs in octauo* 1555. *excuſum. eiuſdem de cœlibatu ſacerdotum non abrogando. Venetijs in* 8. *anno* 1554.

Thomas de Cantiprato, natione Brabantinus, *Alberti magni quondam diſcipulus, ſcripſit opus de apibus myſticis, quod vocatur, bonum vniuerſale, diſtinctum in libros* 2. *de rerum natura lib.* 1. *vitam ſanctæ Chriſtianæ lib.* 1. *& ſunt qui ſcribant eum libros Ariſtotelis, quorũ iam vſus in ſcholis eſt, tranſtuliſſe. Floruit anno* 1270.

* Thomæ *de Capua ſumma dictaminis in fol. in membrana ſcriptus liber in bib. Imper.*

Thomas *Carinus in librum Latomi, De trium linguarum & ſtudij theologici ratione, Pariſijs,* 1519.

Thomas *Caſtelforde, Eboracenſis, Benedictinus: ſcripſit hiſtoriam Ponfreti lib.* 1. *Geſta ſui cœnobij lib. Baleus.*

Thomas *Chabham Anglus, ſcripſit ſummam de pœnitentia. De peccatis li.* 1. *commentarios & ſermones plures. Vixit anno* 1316.

Thomas *Chaloner equeſtris ordinis homo, compoſuit Dictionarium paruum pro pueris li.* 1 *Tranſtulit Eraſmi Moriam lib.* 1. *Claruit anno Domini* 1550. *Baleus.*

Thomas *à Chaues edidit ſummum ſacramentorum eccleſiæ ex Doctrina Franciſci à Victoria, ac multas quæſtiones addidit, ex Conciliorum decretis præſertim Tridentini & aliorum. Venetijs* 1569. *in duodecimo, & Antuerpiæ* 1572.

Thomas *Cillendenus iuriſperitus commentarijs illuſtrauit Leges antiquas lib.* 1.

Thomas *Ciſtertienſis in Cantica. Sorbona.*

Thomas *Colbij, Nordouicenſis, ſcripſit præceptorum diuinæ legis librum* 1. *Collectanea ſacrorum dogmatum lib.* 1. *in orarionem dominicam lib.* 1 *ſuper Miſerere mei, &c. lib.* 1. *conciones ſacras lib.* 1. *de eccleſiæ ſynceritate libr.* 1. *indices in Geneſim,*

& alia. Opus etiam Vuilhelmi Songham de fide & legibus indice decorauit. Hæc Baleus, qui ſcribit eũ claruiſſe anno 1406.

Thomas *Cooperus, Anglus, Ludimagiſter, ſcripſit continuationes Lanqueti libr. 1. Auctarium bibliothecæ Elioti libr. 1. Caſtigationes in eandem lib. 1. Claruit anno 1550. Baleus.*

Thomas *Cotrisfordus, Anglus piiſſimus homo, congeſſit Anglicè Exhortationem ad communicantes libr. 1. Ad ægrotantes & morientes libr. 1. Meditationem mulieris prægnantis lib. 1. Dialogum inter patientem & medicum libr. 1. Aduerſus contractus occultos lib. 1. Contra Anabaptiſtas libr. 1. Ad eorum argumenta & rationes lib. 1. Ad ſenatum Londinenſem, pro pauperibus li. 1. Piarum precationum li. 1. Ad mercatorem Vuintonienſ. lib. 1. De peccato in ſpiritum ſanctum lib. 1. In linguam patriam tranſtulit Confeſſionem fidei ex Zuinglio libr. 1. Catechiſmum Martini Micronij libr. 1. Ioannem à Laſco de diſciplina eccleſ. lib. 1. Differentiam Chriſti & Dei Mauzim lib. 1. Obijt Francofordiæ anno 1555. Baleus.*

Thomas *Cranmerus, Anglus, Cantuarienſis Eccleſiæ Archepiſcopus, ac totius Angliæ primas, omni virtutum genere cumulatiſſimus in Anglico ſermone compoſuit, Catechiſmum doctrinæ Chriſtianæ li. 1. Ordinationes Eccleſiæ reformatæ libr. 1. De miniſtris ordinandis lib. 1. De Euchariſtia cum Luthero lib. 1. Defenſionem catholicæ doctrinæ li. 5. Ad veritatis profeſſores li. 1. Iura Eccleſiaſtica tempore Eduardi li. 1. Contra Gardineri concionem li. 1. Doctrinam cœnæ Dominicæ lib. 1. Contra tranſubſtantiationis errorem li. 1. Quomodo Chriſtus adſit in cœna lib. 1. De vſu cœnæ dominicæ lib. 1. De Chriſti oblatione lib. 1. Homilias Chriſtianas lib. 1. Ad Richardi Smithi calumnias lib. 1. Confutationes veritatum non ſcriptarum lib. 1. Locos communes ex Doctoribus lib. 12. De non ducenda fratria lib. 2. Contra primatum Papæ lib. 2. Aduerſus Papæ purgatorium lib. 2. De iuſtificatione lib. 2. Pias precationes lib. 1. Epiſtolas ad viros eruditos lib. 1. Scripſit ex carcere contra ſacrificium Miſſæ li. 1. Contra adorationem panis lib. 1. Ad Reginam Mariam li. 1. Exuſtus fuit Oxonij anno 1556. Baleus.*

Thomæ *Crecquilloni, muſici, *Caroli V. chori Magiſtri, libelli quidam Louanij excuſi ſunt 1569. *Opus ſacrarum cantionum quas vulgo moteta vocant, quatuor, quinque 6. & octo vocum. 4. Ibidem 1578.*

Thomas *Dando ſcripſit vitam Alphredi Regis li. 1. Claruit anno 1436. Baleus.*

Thomas *Dinus, vel potius* Dini *de Garbo filius. vide Thom. de Garbo.*

Thomas *Diplouatarius, ſcripſit vitas Innocẽtij IIII. Bartoli à Saxoferrato, Pauli Caſtrẽſis, Angeli de Gabillonibus, Aretini, Alexandri de Tartagnis Imolenſis & Iaſonis Mayni.*

Thomæ *Doiclj Conſilium in materia excuſſionis, extat in fine tract. Antonij de Canario.*

Thomas *Dockinga ex Nordouolgiæ comitatu Anglus Franciſcanus compoſuit Commentarios in Iobum lib. 1. Quæſtiones in Iobum lib. 1. In Deuteronomium lib. 1. Super Eſaiam li. 1. Commentarios in Lucam lib. 1. Quæſtiones in Lucam lib. 1. In Paulum ad Romanos lib. 1. Ad Corinthios lib. 2. Ad Galatas lib. 1. Ad Epheſios lib. 1. Ad Philippenſes lib. 1. Ad Coloſſenſes lib. 1. A. Theſſalonicenſes libr. 2. Ad Timotheum lib. 2. Ad Titum lib. 1. Ad Philemonem lib. 1. Ad Hebræos lib. 1. In præcepta Decalogi lib. 1. Lecturas bibliorum lib. 1. Super ſententias lib. 4. In poſteriora Ariſtotelis lib. 2. Quæſtiones ordinarias lib. 1. Claruit anno 1270. Baleus.*

Thomas *Eborall, Anglus, theologiæ doctor, ſcripſit ſermones in viſitatione cleri Londinenſis li. 1. Paulina bibliotheca.*

Thomas *Eclescon, Franciſcanus, Anglus, ſcripſit ad Simonem de Eſſebij, de rebus à ſua ſecta in Anglia geſtis, quod opus vocabat, De aduentu fratrum Minorum ad Angliam librum 1. De eorum impugnatione per Dominicanos librum 1. Et alia quædam. Claruit anno Domini 1340. Ioannes Baleus.*

Thomas *de Eduuardſton Anglus, monachus S. Auguſtini, ſcripſit determinationes Theologiæ li. 1. ſermones per annum, & Lecturas ſophiſticas li. 1. Vixit anno 1410.*

* Thomæ *Eggeri Oenipontani Tyrolenſis poemata ſacra de glorioſiſſima Chriſti Dei Opt. Max. ab inferis reuerſi victoria, & ſancta venerandaq; cruce in 4. Ingolſtadij Wolfg. Eder 1583.*

Thomas *Eliota Anglus, eques auratus, ſcripſit ex probatiſſimis authoribus Bibliothecam dictionariam. Caſtellum ſanitatis libros 4. Flores ſapientiæ. Vixit anno 1540.*

Thomæ *Elyſij Neapolitani ordinis prædicatorum, Piorum Clypeus aduerſus hæreticorum prauitatem: impreſſus Venetijs in 4.*

Thomæ *Eraſti medici, Heluetij, Ratio formandorum ſyllogiſmorum breuiſſima & faciliſſima, non tam ex arte vſum, quam ex vſu artem docens. Eiuſdem epiſtola ad M. Simonem Grynæum, de diſcrimine Logicæ, Dialecticæ, & ſcientiæ Demonſtratiuæ. Baſileæ per Ioan. Oporin. 1565. Defenſio libelli Hieronimi Sauonarolæ de Aſtrologia diuinatrice, aduerſus Chriſtophorum Stathmionem, medicum Coburgenſem. in qua ſimul declaratur, quæ ſit iſta diuinatio: quæ eius partes: ad quam prænotionis ſpeciem pertineat: quomodo à licitis diuinationibus differat. Acceſſit alia eiuſdem argumenti diſputatio, qua 178. Theſes pro diuinatione Aſtrologica ſcriptæ ſolidiſſime confutantur. Geneuæ, anno Domini 1569. in quarto. Defenſio hæc ab auctore primum Germanice ſcripta fuit, nam Sauonarolæ librum ex Italica lingua in noſtratem conuertit & publicauit, vnde occaſio certaminis orta eſt: ſed Latinam ex Germanica fecit certis de cauſis quas in præfatione exponit. Diſputationum in medicina noua Philippi Paracelſi pars prima, in qua, quæ de remedijs ſuperſtitioſis & magicis curationibus ille prodidit præcipue examinantur. Baſileæ apud Petrum Pernam, anno Domini 1571. in quarto. Diſputationum de noua Philippi Paracelſi Medicina pars altera. In qua philoſo-*

*phia*

Digitized by Google

phiæ Paracelſicæ principia & elementa explorantur. Ibidē, anno 1572. Contra nouam Philippi Theophraſti medicinam, pars tertia: in qua veræ medicinæ aſſertio, & Paracelſicæ confutatio continetur, anno Domini 1572. Diſputationum pars 4. & vltima 1571. Declaratio libri Iacobi Sheggij de vna perſona & duabus naturis Chriſti, Geneuæ, anno Domini 1566. in octauo abſque auctoris nomine. Reſponſio ad libellum D. Iac. Scheggij, quo nuper Anonymo libri ſui, de vna perſona & duabus in Chriſto naturis, interpreti reſpondit. Geneuæ, anno Domini 1567. De cœna Domini libellus Germanice editus apſque auctoris nomine. * De aſtrologia diuinatricæ Epiſtolæ iam olim ab eodem ad diuerſos ſcriptæ, & in duos libros digeſtæ, ac nunc demū in gratiam veritatis ſtudioſorum in lucem æditæ, opera & ſtudio Ioannis Iacobi Grinæi 4. Baſileæ per Petrum Pernam. Eiuſdem & aliorum clariſſimorum virorum de cometis diſſertationes nouæ, quarto. Baſileæ apud Petrum Pernam. Repetitio diſputationis de lamijs ſeu ſtrigibus: in qua planè, ſolidè, & perſpicuè de arte earum, poteſtate itemque pœna diſputatur, octauo. Baſileæ apud Petrum Pernam. Diſputatio de auro potabili, in qua accuratè admodum diſquiritur num ex metallis, opera chemiæ concinnata pharmaca tute vtiliterque bibi poſſint octauo. Baſileæ apud Petrum Pernam. De occultis pharmacorum poteſtatibus, quid & quotuplices eæ ſint, quibus in morbis, quomodo, quando, quē in curationibus vſum habeant. Acceſſit diſputatio de medicamentorum purgantium facultate, in quarto. Diſputatio de putredinē: in qua natura, differentiæ & cauſa putredinis, ex Ariſtotele, & ipſa rerum euidentia, clare exponitur, conſenſio inter philoſophos & Medicos declaratur, omnia denique ad perfectam eius notitiam neceſſaria diligenter explicantur, 4. Baſileæ, ex officina Oporiniana. Extant et alia eius ſcripta erudita ſane & elegantia, quæ tamen nondum publicata ſunt.

Thomas Fargeus Vellaunius, ſcripſit generales quantitatis ſyllabarum regulas, elegis incluſas, quas excudit Baſileæ Oporinus, anno 1550. Item Tumulum Orontij Fieni mathematici, Græce, Latine, & Gallice. Vaſcoſ. impreſſit Lutetiæ anno 1555.

Thomas Faxioli, ſcripſit de dubijs Rotæ.

Thomæ Fazelli Siculi de rebus Siculis decades duæ Venetijs excuſ. in folio. * Hæc hiſtoria Siciliæ poſtea translatá ex lingua Latina in Italicam ſecundum Florentinam, per M. Remidium Florentinum Venetijs, Dominicus & Ioannes Baptiſta Guirræ 1574. Italice.

Thomæ Ferratij Brixienſis Cautelæ.

Thomas Fyle Anglus, monachus Dominicanus, ſcripſit conciones per annum libr. 1. ſcholaſtica certamina lib. 1. Vixit anno 1380.

Thomas de Garbo, patria Florentinus, Dini quondam medici filius, ſcripſit ſummam medicinæ lib. 1. & quædam alia in Galenū, impreſ. olim. Claruit anno 1346. vel vt alij 1311.

Thomas Gaſcoigne Anglus, nobili loco natus Hieronymi Stridonenſis vitam ſcripſit libr. 1. Theologicum dictionarium lib. 3. Septem flumina Babyloniæ lib. 1. Veritates ex ſcripturis lib. 1. Ordinarias lectiones lib. 1. Sermones Euangeliorum libr. 1. Claruit anno 1460.

Thomas Geminus Lyſienſis, ſcripſit Epitomen librorum Andreæ Veſalij de humani corporis fabrica, quæ excuſa eſt Londini in officina Ioannis Herfordiæ, anno 1545. chartis 86. cum figuris in ære pulcherrimis.

Thomæ Gorræi libellus de toto eo poematis genere, quod Epigramma vulgo vocatur, et de ijs quæ nihil ad illud pertinent. Venetijs ex officina Franciſci Zilleti in quarto, anno Domini 1568. De proſodia & verſus componendi ratione. Venetijs anno 1570. 16.

Thomæ Grammatici I.C. Super conſtitutionibus regni Siciliæ additiones & poſtillæ. Deciſiones Regij conſilij Neapolitani. Conſiliorum criminalium vol. 1. Ciuilium vol. 1. Eiuſdem additiones in Deciſiones Neapolitanas Matthæi de Afflictis, cum illis excuſæ ſunt Francofurti anno 1573. in fol. Conſilia vota, ſeu iuris reſponſa Lugduni, an. 1550. in octauo.

Thomæ Griphi Spoletani prognoſticon, anno 1543. Romæ impreſſum, apud Baltazarem de Cartularijs.

Thomas Gualenſis, ordinis fratrum prædicatorum, natione Anglicus, ſcripſit in totum Pſalterium lib. 1. in Prouerbia Salomonis lib. 1. in Auguſtinum de ciuitate Dei lib. 10. in Cantica canticorum lib. 1. item Mortalitates in Ouidium libr. 15. de formis veterū deorum li. 1. de ſtatu animarum poſt mortem li. 1. aduerſus Iconoclaſtes lib. 1. lecturas bibliorum, &c. Claruit anno Domini 1410. Thomæ Vualtois Angli Interpretatio Metamorphoſeos Ouidianæ ſecundum ſenſum moralem: impreſſa Pariſijs ab Aſcenſio, 1509.

Thomæ Guntheri Conſolationes pro parturientibus 1564. Francofurti. Germ.

Thomas Gybſon Anglus, ſcripſit Herbarium. Summam prophetiarum li. 1. contra Alcumiſtas imperitos li. 1. de vario ſtatu Britanniæ lib. 5. in Aſtrologiam Iſagogen lib. 1. omnia Anglice. Claruit anno 1554.

Thomas de Hales Anglus & Minorita, ſcripſit diſputationes ſcholaſticas, Sermones Dominicales, vitam beatæ Mariæ virginis. Vixit anno Domini 1340.

Thomas de Haſelbach, natione Germanus, ſcripſit in Eſaiam prophetam libr. 1. ſuper Sententias lib. 4. de decem præceptis libr. 1. de quinque ſenſibus hominis libr. 1. ſermones de tempore libr. 1. ſermones de ſanctis lib. 1. Sermones ſuper epiſtolas Pauli. & alia multa. Claruit anno Domini 1410. Thomas de Haſelbach ſcriptor Annalium, citatur in Chronicis Ioan. Cuſpiniani. * Plures tractatus, nempe de contractibus, item de ſex operibus miſericordiæ, &c. Gerſonis Cancellarij Pariſienſis liber in folio. M.S. in charta.

Thomas de Hanneya, Anglus, Grammaticus, compoſuit de partibus Grammatices libr. 1. Cla-



Digitized by Google

ruit Toloſæ, anno Domini 1363. Londini bibliotheca.

Thomas Haſyluuolde, Anglus, Canonicus regularis in cœnobio de Ledijs, ſcripſit Chronicon paruum lib. 1. Claruit anno 1320. Guilbelmus Botoner in antiquitatibus.

Thomæ Herentatij Speculum Chriſtianæ vitæ Antuerpiæ in 16. * Et Nicolao Zegero interprete; Coloniæ Agrippinæ in 8. 1555.

Thomas de Hibernia, ſocius olim in Sorbona, Pariſijs, ſcripſit ex 30. authoribus, Tabulam originalium, ſeu manipulum florum lib. 1. Oxonij bibliotheca. Eius flores omnium doctorum qui ſuper ſacris literis ſcripſerunt, nec non quorundam aliorum doctorum *tum Græcorum quam Latinorum, qui in theologia ac philoſophia claruerunt, liber excuſus Venetijs tomis duobus, anno Domini 1550. * Et Lugduni apud Rouilium anno Domini 1567. Pariſijs anno Domini 1556. in 16. & Coloniæ apud Ludouicum Alectorium anno 1579. denique in 8. Antuerpiæ anno Domini 1580. Cui editioni acceſſerũt excerptiones Sanctorum Patrum. Eiuſdem De Chriſtiana religione. De illuſionibus dæmonum, & tentatione diaboli. De remedijs vitiorum.

* Thomas Holthouter cum Illyrico Vuigando et Coruino in contexenda hiſtoria eccleſiaſtica initio facto à duodecima centuria, laborauit. Baſileæ tredecim in officina Oporiana ſunt excuſæ, anno Do. 1574.

* Thomas Holzziger de Backluz deſcripſit Germanice expeditionem Tripolitanam an. 1579. liber ſcriptus.

* Thomas Iordani medici peſtis phænomena, ſeu de iјs quæ circa Febrem peſtilentem apparent, exercitatio 8. Francofurti apud Andreã Vuechelum anno 1577. luis nouæ in Morauia exortæ deſcriptio 8. Francofurti, excudebat Andre. Vuechelus, anno Domini 1578. Idem Hiſtoriam Boiemicam Ioannis Dubrauij Olmuzenſis epiſcopi, nouis genealogiarũ, epiſcoporũ, Regum, et Ducũ catalogis neceſſarijs & annotationibus illuſtrauit Baſileæ Petrus Perna. 1575.

Thomas Iorſius Anglus, monachus S. Dominici, ſcripſit commentarios ſententiarum libr. 4. in Pſalterium Dauidis lib. 1. ſermones per annum lib. 1. Vixit anno 1210.

Thomæ Illyrici, ſermo de charitate, apud S. Nicolaum de portu, 1525. impreſſit Hieronymus Iacobus. Tractatus de laudibus nominis Ieſu. Toloſæ 1519. Item tractatus de poteſtate Papæ.

Thomas Iſmaelita, Anglus, monachus D. Brigittæ vel Brigidæ de Syon, ſub regula Baſilij Magni, ſe ſeruum Iuſtorum atq; omnium in Chriſto credentium, fratremq; peccatorum vocans collegit ex diſperſis per loca ſcriptis, Miracula quæ Deus occultari voluit lib. 1. Londini biblioth.

Thomas Iunta collegit opus de balneis, in quo omnia quæ extant apud Græcos, Latinos, Arabes, tã medicos quàm quoſcunq; cæterarum artium ſcriptores, qui vel integris libris, vel quocunq; alio modo hanc materiam tractauerunt, hinc inde accurate conquiſita & excerpta, atq; in vnum volumen redacta continentur. Authores plus quam ſeptuaginta, quorum ſcripta de aquis & balneis in hoc libro continentur. Opus ab ipſo impreſ. 1553. in fol. char. 140.

Thomas de Kempis, *aliàs à Campis, cognomento Malleolus, natione Germanus, ordinis Canonicorum regularium ſancti Auguſtini, ſcripſit de contemptu mundi lib. 4. ſermones ad nouitios lib. 3. ſermones ad fratres lib. 1. dialogos nouitiorum lib. 1. de vita ſolitaria lib. 1. de tribus tabernaculis lib. 1. de vera compunctione lib. 1. hortulum roſarum libr. 1. vallem liliorum libr. 1. alphabetum monachi libr. 1. conſolationem pauperum libr. epitaphium monachi lib. 1. qualis debeat eſſe monachus lib. 1. manuale paruulorum libr. 1. doctrinale iuuenum lib. de contemptu mundi alium lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos libr. 1. De imitatione Chriſti & contemptu vanitatum mundi libri eius tres, Tiguri impreſſi ſunt in Germanicum ſermonem transfuſi, nullo authoris expreſſo nomine, anno 1545. Claruit anno 1410. Eiuſdem Alphabetum religioſorum impreſſ. eſt Pariſijs à anno 1530. Opera eius aucta & diligentius recognita, ibidem impreſſa in folio 1570. Item ſequentia opuſcula de diſciplina clauſtralium, Soliloquium. Sermonum 3. partes Sermones 9. Dialogus nouitiorũ. epiſtolæ. De paupertate, humilitate & patientia. De vera compunctione cordis. Hortulus roſarum. Vallis liliorum, Manuale paruulorum. Doctrinale iuuenum, Hoſpitale pauperum, &c. Impreſſa ſunt Venetijs apud Iuntas 1568. in 12. Dillingæ 16. Baſileæ in 8. ſtilo ſermonis Latini elegantiore per Sebaſtianum Caſtellionem. *Omnia eius opera denuo in octauo, Antuerpiæ apud Philippum Nutium anno Domini 1580. quibus in hac editione acceſſerunt aliquot tractatus ad vitæ ſpiritualis perfectionem mirum in modum facientes.

Thomas Keye, ſcripſit Paraphraſin in Euangelium Marci. Claruit anno 1548.

* Thomæ Kyrchayri deſcriptio pontificij regni Germanica in 8. anno 1556.

Thomas Langforde Anglus, ſcripſit Chronicon vniuerſale, & ſermones per totum annum. Claruit anno 1320.

Thomas Lanquet Anglus, iuuenis ſtudioſus ſcripſit Chronicorum Epitomen lib. 2. Expugnationem Boloniæ libr. 1. Obijt anno Domini 1545. Baleus.

* Thomæ Laſchnitz Auſtriaci elogia funebria ſcripta in Diui Ferdinandi imperatoris obitum in 4. Viennæ Auſtriæ 1566.

Thomas Leirmant, vel Erſiletonus, natione Scotus, edidit Rhythmica quædam, & ob id Rhythmicus apud Anglos cognominatus eſt. Vixit anno 1286.

Thomas Leuerus Anglus, ſcripſit contiones aliquot impreſſas in Anglia. Claruit anno Domini 1555.

Thomas Linacer, natione Anglus, medicinæ profeſſor, vir vtraque linguæ doctiſſimus, ſcripſit multa, ex quibus eius Rudimenta grammaticæ, impreſſa Pariſijs à Rob. Steph. & à Vuechelo ibidem, & Baſi-

& Baſileæ à Brylingero, & Lugduni à Gryphio. de Latini ſermonis emendata ſtructura lib. 6. omnium in hoc genere præſtantiſſimi: Rob. Stephan. excudit Pariſijs, 1527. & Vech. ibidem : Cratander Baſileæ 1530. Gymnicus Coloniæ, 1530. Gryphius Lugduni 1541. Ex Cl. Galeni operibus Latinitate donauit, de temperamentis lib. 3. de inæquali temperie li. 1. methodum medendi, vel de morbis curandis, lib. 14. de ſanitate tuenda lib. 6. de naturalibus facultatibus lib. 3. de pulſuum vſu libr. 1. hæc omnia, ex eius verſione, cum reliquis Galeni operibus Latinis, impreſſa ſunt Baſileæ. methodus medendi ipſo interprete, ſeorſim impreſſa ex Martini Georgij recognitione, Pariſijs apud Cheuallonium, 1538. Tranſtulit quoque Sphæram Procli, ſæpe iam excuſam, & alibi, & Pariſijs apud Courmontum Græce Latineq. Claruit 1520.

Thomæ Linij annotationes in Inſtitutiones Iuſtiniani, excuſæ Francoforti ab Egenolpho.

Thomas Lombe Carmelita, natione Anglicus, ſcripſit ſuper ſententiar. lib. 4. contra Lollardos lib. 1. de incarnatione domini lib. 1. ſermones quoq. lib. 1. & varias quæſtiones, & quædam alia. Item Determinationes Thologiæ lib. 1. De incarnatione verbi libr. 1. lecturas ſcripturarum. Vixit anno Domini 1390.

Thomas Lupſetus ciuis Londinenſis, ſcripſit Exhortationem charitatis lib. 1. Semitam vitæ honeſtæ lib. 1. Viam rectè moriendi li. 1. De malis fugiendis lib. 1. Regulas vitæ Chriſtianæ lib. 1. Concilia ex Iſidoro lib. 1. Epiſtolas familiares lib. 1. In Ciceronis Philippicas lib. 1. Homilias aliquot li. 1. In corruptos ſeculi mores. libr. 1. De formando vitæ ſtatu lib. 1. de morte non pertimeſcenda lib. 1. Pro Eraſmo contra Leum li. 1. In Anglicum ſermonem tranſtulit: Chryſoſtomi, Nemo læditur lib. 1. Cyprianum de mortalitate lib. 1. Coleti ſermones ad Clerum lib. 1. Obijt anno 1532. Baleus.

Thomas Lyſe Dominicanus, Anglus, ſcripſit Conciones per annum lib. 1. Scholaſticas quæſtiones lib. 1. Obijt anno 1360. Baleus.

Thomæ magiſtri grammatici Græci quædã leguntur ab initio impreſſorum operum Ariſtophanis, Euripidis, & Pindari. Eius ecloge, ſiue delectus Atticorum nominum ordine alphabeti: liber impreſſus Pariſijs. In exemplari quodam manuſcripto, Theoduli nomen, non Thomæ magiſtri in titulo reperitur. de Theodulo autem ſuprà diximus. Thomæ grammatici deciſiones excuſæ ſunt in Italia. Thomæ magiſtri aurea omnium operum Chryſoſtomi Epitome: in bibl. Ioan. Sambuci.

Thomas Mailorius Britannus, ſcripſit collectiones Anglicas lib. 1. teſte Baleo.

Thomas Maldon, Anglus, Carmelita, ſcripſit lecturam ſententiarum lib. 4. Quæſtiones ordinarias lib. 1. Determinationes Theologiæ lib. 1. Quodlibeta quoque lib. 1. Actus veſperales lib. 1. Bibliorum introitum lib. 1. Lecturam in Geneſim lib. 1. In Pſalmos 48. lectiones lib. 1. In epiſtolam Iacobi lib. 1. Sermones 36. de tempore libr. 1. Sermones 34. de B. Virgine lib. 1. Collationes ſolennes libr. 1. Obijt anno Domini 1404. Baleus.

* Thomæ Mannerij deſcriptio hiſtoriæ creationis, lapſus & reparationis hominis, in 4. Vuittenbergæ, 1558.

Thomas Martinus, Anglus ſcripſit contra Miniſtrorum coniugia lib. 1. Baleus.

Thomæ Meleghini Ferrarienſis Commentum ſuper Polydamantu Tiberti artem notariatus.

Thomæ Medici patricij Veneti, fabella Epirota, impreſſa per Bernardinum de Cerberis, anno Dom. 1483.

Thomas Mitis Nymburgus, * Scripſit elegiam de prouidentia Dei Pragæ, anno 1572. Atq. edidit farraginem poematum Bouslai Haſſiſteinij Boemi, Pragæ, anno 1570.

Thomas Monemutenſis profeſſione monachus Anglus, ſcripſit vitam Guilhelmi martyris li. 7. Miracula eiuſdem Guil. lib. 1. Claruit anno 1160 Baleus.

Thomas Lorus, natione Anglus, Luciani dialogos aliquot tranſtulit, qui excuſi ſunt Baſileæ apud Ioan. Frobenium, anno D. 1534. & poſtea Francofordiæ cum omnibus Luciani operibus Latinis. Eiuſdem Vtopia impreſſa Baſileæ apud Ioannem Frobenium, et Louanij apud Seruatium Saſſenum, anno Dom. 1548. Epigrammata eius, quorum pluri ma verſa ſunt ex Græcis, Ioan. Frobenius excudit Baſileæ, anno Dom. 1520. ſcripſit præterea Comœdias, Dialogo familiares, Declamationes, pro Eraſmo aduerſus fratrem lib. 1. progymnaſmata Græca, Epigrammata è Græcis, in declamationes Luciani. Dialogum pro miſſa contra Fryth: contra Germanum Brixium. Aduerſus Cordigeram eiuſdem, de purgatorio contra Fryt: de iuſtificatione operum lib. 1. apologiam ad Tyndale lib. 1. de eccleſia contra Barnes lib. 1. in Martynum Dorpium lib. 1. Claruit anno Domini 1535. Eius epiſtola in qua reſpondet literis Ioannis Pomerani. Louanij anno 1569. Vtopia Coloniæ anno 1555. * Scripſit quoq. de optimo reip. ſtatu, Louanij in octauo, anno Domini 1548. Omnia eius opera Latina, Louanij apud Ioan. Bogardum 1566.

Thomas Murnar, natione Germanus, ſcripſit Chartiludium in Inſtituta Iuſtiniani. Eadem in tabulas redegit, quæ Venetijs impreſſæ ſunt. Eius honeſtorum poematum laudatio, impudicorũ verò caſtigatio, impreſſa in Germania. Scripſit & orationes, & alia quædam. Idem ſcripſit quædam contra Zuinglium, item contra Sebaſtianum Hofmeiſter: præterea librum de diſputatione Badenſi, & quædam alia quæ Germanice excuſa ſunt Lucernæ. Vixit anno Domini 1520. Idem ex Hebræo in Latinum traduxit, Paſchatis celebrandi ritum & preces quæ Hebræis in vſu ſunt. * Scripſit etiam tractatũ Germanicum contra viros mulieroſos cui titul. fecit Pratum ſtolidorum, Geuchmatt. Editus in 4. Extat in bib. Imper.

* Thomæ Munzeri explicatio Pſalmi XIX. cũ refutatione Ioannis Agricolæ, Germanice in 4. edita anno 1525. Hic eſt ille Muncerus: homo ſedicioſus, author Anabaptiſmi: anno Domini 1525. capitis



Digitized by Google

ſupplicio affectus: qui tamen ante obitum errorem ſuum eſt confeſſus. Vide Ioan. Sleidan. lib. 5. & dogmatum eius refutationem lib. 1. H. Bullingeri aduerſus anabaptiſtas.

Thomas Naogeorgus, Germanico cognomine Kirchmaier, Straubinga inferioris Bauariæ oppido non ignobili natus, ſcripſit & edidit Tragœdias quinq; quarum nomina ſunt, Pammachius, Mercator, Incendia, Hamanus, Hieremias. Scripſit etiam annotationes in Canonicam Ioannis primam, proſa. Item confutationem de bello Germanico in Pediomum trimetris ſcazontibus. Item epitomen Eccleſiaſticorum dogmatum carmine hexametro heroico. Verſibus iiſdem libr. 5. Agriculturæ ſacræ, excuſos Baſil. 1550. in 8. char. 14. Collegit etiam Rubricas, ſeu ſummas Decreti. Hæc quidem edita ſunt. Satyrarum libros decem, quos nondum perfeciſſe dicitur. Vertit etiam è Græco Iſocratis libellū περὶ βασιλείας, qui editus eſt: & alia quædam nondum edita. Idem edidit nouam tragœdiam Iudam Iſcariotem, & duas Sophoclis tragœdias Aiacem flagelliferum & Philoctetem carmine tranſtulit. Item carmine heroico ſcripſit Regnum Papiſticum libr. 4. quibus omnes ferè totius Papatus ritus & ceremoniæ, vniuerſaq; Papiſtica religio deſcribitur, excuſa ſunt hæc Baſileæ ab Oporino, anno Dom. 1553. in 8. Præterea in Latinam linguam tranſtulit Dionis Chryſoſtomi orationes 80. quæ breui ab Oporino imprimentur. Idem ſcripſit explanationem in Enchiridion Epicteti impreſſam Argentinæ, anno Dom. 1554. in 8. Satyrarum libros quinq; impreſſos ab Oporino, 1555. in octauo. Tranſtulit è Græca in Latinam linguam Plutarchi libellos, Conuiuium Sapientum, de Superſtitione, de Socratis dæmonio, De amore fraterno, de Ei apud Delphos qui omnes ſimul impreſſi ſunt: et præterea librum de Animi tranquillitate, cum Satyris editum. Propoſitiones de infantium ſalute. De componendis diſſidijs religionis carmen. In Pſalmum 25. Iudica me Deus explanationem. Baſileæ, 1561. in 8. Rubricas omnes iuris Canonici, collectas edidit. Scripſit Satyras quibus addit Senecæ librum de Tranquillitate animi, & alterum de eadem re Plutarchi, à ſe translatum. Tranſtulit etiam aliquot alios Plutarchi libellos in linguam Latinam excuſos Baſileæ, ſicut & priores in 8. Item Syneſij epiſtolas ibidem editas.

Thomas Neuuemarket, Anglus, Epiſcopus Carliolenſis, ſcripſit Tractatū de Rhetorica li. 1. Super arte dictandi libr. 1. Epiſtolas ad diuerſos lib. 1. Carmina quoq; diuerſa lib. 1. Conciones aliquot li. 1. Claruit anno 1410. Baleus.

Thomas Norton, Anglus, Briſcollenſis, compoſuit alchimiam quandam lib. 1. De tranſmutatione metallorum lib. 1. Claruit anno Domini 1447. ſub Eduuardo quarto. Robertus Recorderius.

Thomas Nycols, Anglus, Legiſperitus in Anglicum ſermonem tranſtulit hiſtoriam Thucydidis De Bello Peloponnenſium lib. 8. Claruit anno D. 1550. Baleus.

Thomas Occleue eruditione & generis proſapia clarus, Anglus in ſua lingua eloquens, ſcripſit Planctum proprium libr. 1. Dialogum ad amicum lib. 1. De quadam imperatrice lib. 1. De arte moriendi lib. 1. De cœleſti Hieruſalem lib. 1. De quodam Ionatha lib. 1. De regimine principis li. 1. Claruit anno 1410. Baleus.

Thomas Otterburne profeſſione Franciſcanus, ſcripſit Hiſtoriam rerum Anglicarum lib. 1. Bal.

Thomas Palmer, Anglus, Dominicanus, ſcripſit Super facienda vnione libr. 1. De veneratione ſanctorum lib. 1. De adorandis imaginibus lib. 1. De originali peccato lib. 1. De peregrinatione lib. 1. De indulgentijs quoque libr. 1. Claruit anno Domini 1410. Baleus.

Thomas Parapalia ſcripſit Præludia Feudalia in Rub. ff. vet. Si certum petatur. l. ſi quis nec cauſam. in 1. infor. in eiuſdem Rub. ſoluto matri. l. & 2. in locum 1. Cod. de ſacroſanct. eccl. l. placet. & de tranſac. l. ſi quis ma.

Thomas Paynel Anglus, tranſtulit ex Latino ſermone in Anglicum idioma, Regimen ſanitatis. Vixit anno 1500.

Thomas Penketh Vuaryntonenſis Auguſtinianus, ſcripſit ſummam Dialectices lib. 1. Elucidationis naturalium lib. 1. philoſophantium præceptiones lib. 1. actus magiſtrales librum 1. lecturam ſententiarum lib. 4. in Metaphyſicam Ariſtotelis libr. 12. Placita Theologica lib. & alia quædam. Claruit anno 1483.

Thomæ Penzelo Vuidenſis, modus ſtudendi, impreſſus Lipſiæ à Iacobo Thanner, anno Domini 1504.

Thomas Penerel Anglus, Carmelita, congeſſit Quæſtiones Theologiæ libr. 1. ſermones ſolennes lib. 1. Ordinationes ſui cleri lib. 1. Obijt anno 1418. Baleus.

Thomæ Philologi liber de vita vltra annos 120. protrahenda, impreſſus Venetijs in quarto. Eiuſdem morbi Gallici ſanandi modi omnes, Vini ligni & aquæ: vnctionis, ceroti, ſuffumigij, &c. Ibidem anno 1545.

Thomas Philomellus Londinenſis, ſcripſit In mortem Guilielmi Lilij libr. 1. Super obitu Ioannis Coleti Carm. 1. Claruit anno Domini 1542. Baleus.

Thomas Phaier Brytannus, profeſſione Legulens & medicus, edidit Communium ſcriptorum exemplaria lib. 1. De natura breuium quoq; lib. 1. Tranſtulit ex Gallico ſermo. De ægritudinibus puerorum lib. 1. Regimen vitæ naturalis lib. 1. De peſtilentia & eius curatione lib. 1. De natura ſimpliciū lib. 1. Claruit anno 1550.

* Thomæ Plebelij de ſphæra & primis Aſtronomiæ rudimentis libellus, ad vſum ſcholarum triuialium accommodatus 8. Vuittebergæ anno 1578.

Thomas Plouatatius patricius Conſtantinopolitanus, I. C. ſcripſit de præſtantia doctorum, qui à Phoroneo Inachi Argiuorū rege ad hæc vſque tempora noſtra defluxerunt: in quibus Iureconſultorum vitas legaliter & hiſtorice complectitur. Claruit

Thomas Pontinus Anglus, monachus, ſcripſit 1508.

De clara

Declara Dei viſione lib.1. Claruit anno Domini 1332. Baleus.

Thomas Radelyf Leyceſtrienſis, monachus S. Auguſtini, ſcripſit lecturas ſcholaſticas lib.1. & Conciones vulgares. Vixit anno 1460.

Thomæ Radini Todiſchi, Placentini, Oratio ad principes & populos Germaniæ, contra Lutherum, * excuſa Lipſiæ in 4. anno 1520. Eiuſdem oratio in Philippum Melanchthonem, * excuſa Romæ anno Domini 1522. Eiuſdem carmina quædam citantur à Stœphlero in commentarijs in Sphæram Procli.

Thomas Rinerus, Heidelbergenſis Gymnaſij profeſſor publicus, ſcripſit annotationes in Iuuenalem, Perſium, Lucanum, Quintilianum, & diſpoſitiones in aliquot Ciceronis orationes, quæ tamen omnia nondum typis excuſa ſunt. Claruit anno Domini 1541.

Thomas Robertſonus, ſcripſit Annotationes in Regulas Guilielmi Lilij, de Latinorum nominum generibus, verborum præteritis & ſupinis, adiecit inſuper Appendicem de nominibus heteroclitis, verbis defectiuis, & verſibus pangendis, appoſitis vbique annotationibus. Bebelius excudit Baſileæ, 1532.

* Thomæ Roderici à Veiga Eborenſis commentarij in libros Claud. Galeni duos, de Febrium differentijs. 4. Conimbricæ, anno 1177.

Thomas Rodburnæ, epiſcopus Meneuienſis, ſcripſit Chronicon perpulchrum. Claruit anno Domini 1412.

Thomæ Rorarij Admonitio & conſolatio ad Chriſtianos è Bauaria pulſos, 1570. in 8. Germanice. Concio de pulſu camparum arcendæ grandinis cauſa: in qua ratio redditur vnde grandines & aliæ tempeſtates oriantur, & quomodo pellendæ ſint. Tubingæ, 1570, Germanice. Conciones 25. de graui annonæ caritate Francofurti, 1572.

Thomas Ryngſtede Anglus, monachus Dominicanus, ſcripſit lecturam ſententiarum lib.4. placita theologica lib.1. commentarios in Pſalterium li.1. In parabolas Solomonis. Diſtinctiones Theologiæ lib.1. & alia. Vixit anno 1370.

Thomæ Schelbachij Conciones aliquot Germanicæ de verbo Dei, impreſſæ Gorlicij, 1569. Eiuſdem patrocinium pauperum, ſiue de eleemoſyna, liber Germanicus ibidem excuſus.

Thomas Scrope Anglus, Dromorienſis epiſcopus & Carmelita, ſcripſit de Carmelitarum ordinis primordijs ac dignitate lib.1. De eodem ordine ad Eugenium pontificem lib.1. Catalogum ſanctorum eiuſdem lib.1. Compendium hiſtoriarum & iurium lib. 9. priuilegiorum Papalium lib.1. In decem præcepta commentaria. Claruit anno 1491. quo etiam obijt.

Thomas Spenſerus Anglus, Carthuſianus, compoſuit in Paulum ad Galatas lib.1. Obijt anno 1529. Baleus.

Thomas Sperman, Anglus, monachus ſancti Dominici. ſcripſit in totam Geneſim, in epiſtolam Pauli ad Hebræos, in Canonicam Iacobi, & alia. Claruit anno Domini 1290.

Thomas Spottey Anglus, Benedictinenſis familiæ, ſcripſit Chronica Cantuariorum, huius vitam deſcribit Ioannes Baleus.

Thomas Stacy, Anglus, Mathematicus, compoſuit Iudicia reuolutionum lib.1. Et alia quædam. Claruit anno Domini 1440. Cantabrigiæ bibliotheca.

* Thomæ Stapletoni Angli, S. Theologiæ Doctoris, & in academia Duacena, Controuerſiarum profeſſoris Regij & ordinarij, Principiorum fidei doctrinalium demonſtratio methodica, per controuerſias ſeptem in libris duodecim tradita. In quibus ad omnes de religione controuerſias dijudicandas ſola & certiſſima Norma, & ad eaſdem ſemel finiendas ſola & ſuprema in terris authoritas, via, & ratio demonſtrantur. In folio, Pariſijs, anno Domini 1581. Ab eodem, Vniuerſæ iuſtificationis doctrina hodie controuerſa, lib. 12. tradita. In folio Pariſijs, anno 1581. Orationes ſex, tres funebres, dogmaticæ tres, quarum prima eſt, De cauſa præualentium hæreſium. 2. De officio pij viri inter medios hæreticos agentis. 3. continet apologiam recentioris eccleſiæ, in Academia Duacena, publice omnes ab auctore habitæ. 8. Antuerpiæ, 1580.

Thomas Staucham, Anglus, monachus, edidit Tabulam doctorum vniuerſalium lib.1. In lecturam Guil. de Wara lib.1. In lecturam Rob. Conuton li.1. In Delamaram contra Thomam lib.1. De ſalutatione Angelica lib.1. De excellentia nominis Ieſu lib.1. Conuertimini ad Deum lib.1. Sermones diuerſos lib.1. Curſum moralem lib.1. In Lucam collectanea lib.1. Obijt anno 1346. Baleus.

Thomas Stubes Anglus, profeſſione Dominicanus, ſcripſit de conſtitutis eccleſiæ lib.1. aduerſus impugnantes eadem lib.1. de vita ſolitaria lib.1. de arte moriendi librum vnum. Vixit anno Domini 1350.

Thomas Suetonius Anglus, Dominicanus, ſcripſit Quæſtiones difficiles lib.1. Quodlibeta duo, de Relatione lib.1. de vnitate formæ lib.1. in prædicamenta Ariſtotelis lib.3. in ſex principia lib.1. priora & poſteriora lib.4. in Perihermenias lib.2. compendium Thomæ lib.1. breuiarium Theologiæ lib.4. ſummam Theologiæ lib.1. in Pſalterium commentaria. Claruit anno 1290.

Thomas Sternbolde, Anglus, traduxit in rhythmos Anglicos, ex Pſalmis ſelectioribus 17. lib.1. Obijt anno 1549. Baleus.

Thomas de Sturei, Anglus, Auguſtinianæ ſodalitatis, compoſuit De ſacramentis lib.1. Moralitates in Apocalypſim lib.1. Excerptiones philoſophorum lib.1. De vtroque ſeculo prognoſticon lib.1. Declamationes quaſdam lib.1. Claruit anno 1370. Baleus.

Thomas Suleman, de inſula Gernezæ natus, vir antiquitatum ſtudioſiſſimus, Thomæ Becketi facinora in Anglia deſcripſit librum vnum. Et alia. Sepultus tandem Londini fuit apud Carmelitas, anno Domini 1545. Ioan. Lelandus.

Thomas Suuinerton, Anglus, ſcripſit De pa-

piculárum ſuſurris lib.1. De pontificibus ſchiſmaticis lib.1. De tropis ſcripturarum lib.1. Obijt exul anno 1554. Baleus.

Thomæ *Thanholtzer, Concio funebris impreſſa Gorlicij 1572. Germ.*

Thomæ *Thyrici Rheti, libelli duo de peſte, manuſcripti extant apud Caſparum Wophium medicinæ doctorem.*

* Thomæ *Treteri Poſnanienſis in Q. Horatij Flacci Venuſini, poetæ Lyrici poemata omnia rerum ac verborum locupletiſsimus index, ipſius Thomæ ſtudio & labore collectus, &c. Antuerpiæ apud Plantinum 1579.*

Thomas *Triuizanus, Græco carmine reddidit Pub. Ouidij Naſonis epiſtolam, Paris Helenæ. Scripſit Epigrammata varia Græce. Patauij excudit Iacobus Fabianus 1553.*

* Thomæ *de Tuderto, Ars Sermocinandi. M. Dreſſerus.*

Thomas *Tzamen Aquægranenſis, muſicus ſymphoneta quoſdam modulationes compoſuit.*

Thomas *Valois, idem qui iam dictus eſt Thomas Gualenſis.*

Thomas *Varoye, natione Scotus, ſcripſit de prælio Otteburnenſi lib.1. Vixit anno 1290.*

Thomæ *Venatorij, natione Germani, de virtute Chriſtiana lib.3. Federicus Peypus excudit Norimbergæ, 1529. Draco myſticus, ſiue venatio, verſibus hexametris, excuſus Argentinæ. Ariſtophanis Plutum Latinis verſibus reddidit: Petreius excudit Norimbergæ, 1531. Græce & Latine è regione. Fertur & carmina quædam compoſuiſſe de cruce & ex Epigrammatis Græcis vertiſſe complura. Eiuſdem liber de Baptiſmo paruulorum, item Epiphania crucis, impreſſa ſunt Norimbergæ in 8. Item commentaria in priorem D. Pauli epiſtolam ad Timotheum. Claruit Norimbergæ, anno 1548. * Eiuſdem dialogus querela Bilis. In 8.*

Thomæ *à Veiga tomus primus commentariorum in Galeni opera, complectens interpretationem artis medicæ, & librorum ſex De locis affectis. Antuerpiæ in officina Plantini.*

Thomæ *de Vio Caietani Cardinalis S. Xyſti, aduerſus Lutherum opuſcula: videlicet de fide & operibus, de communione, de confeſsione, de ſatisfactione, de inuocatione ſanctorum: excuſ. Lugduni, anno 1536. apud Frellæos. * Extat eiuſdem Summula de peccatis Lugduni apud Caſparum à Portonarijs, anno 1565. & de cambijs, item defenſorium montis pietatis. Eiuſdem extant Commentaria in omnes libros hiſtoricos veteris Teſtamenti: Pariſijs excuſi, anno 1546. Item in Pentateuchum, in Iob, Pſalmos & Prouerbia, in Euangelia, & epiſtolas Apoſtolorum. Liber de authoritate Papæ & concilij. Liber de diuina inſtitutione Pontificatus. De coniugio liber. Commentaria in Porphyrium, in Ariſtotelis Prædicamenta. Perihermenias, analytica, in eiuſdem libros de anima, in Thomam de ente, de analogia. Quæſtiones de ſenſu agente, de cœlo & mundo. Hæc omnia partim Venetijs, partim Romæ impreſſa ſunt. In Parabolas Solomonis, Romæ, anno 1542. in folio, anno 1542. Lugduni, anno 1545. & Pariſijs in octauo cum libello de connubio Regis Angliæ. In Pentateuchum Pariſijs in folio, anno 1539. Scripſit etiam in Acta Apoſtolorum. Commentarij in 4. Euangeliſtas, & Acta Apoſtolorum, item in epiſtolas Pauli, Pariſijs in fol. 1540. Fragmenta in Eſaiã. Ientacula in nouum Teſtamentum. * Id eſt, præclariſsima 64. nobilium ſententiarum, noui Teſtamenti literalis expoſitio, in 12. capita diſtincta, quæ totidem ientacula, inſcribuntur. Lugduni, Caſpar à Portonarijs, anno 1565. Commentaria in ſummam S. Thomæ. Quæſtiones de poteſtate pontificis. De poteſtate concilij. De pontificatu. De collatione ſacri ordinis. De confeſsione. De voto. De ritu celebrationis. De caſtitate. De eleemoſynæ præcepto. De ſimonia. De maleficijs. De feſto. De matrimonio. De vſu rerum ſpiritualium. De ſpaſmo virginis. De infinitate Dei. Orationes coram Alexandro 6. De vita diuini cultus De vnione verbi Dei. De cauſa mali. De immortalitate animarum coram Iulio 2. Quomodo ſpiritus patiantur ab igne, coram eodem. De ſynodorum differentia. Et alia tum phyſica tum theologica. * Eiuſdem opuſcula aurea, de diuerſis materijs. Pariſijs in quarto, 1511. Obijt anno Dom. 1534. ætatis ſuæ 66. Vitam eius deſcripſit Antonius Fonſeca, quæ cum commentarijs in 5. libros Moſis impreſſa eſt.*

Thomas *Virley, Anglus, theologus, ſcripſit luculentos commentarios in epiſtolas Pauli lib.14. Ioannes Lelandus.*

Thomas *de Vlleya patria Sudouolcas, Gippeſuuicenſis Carmelita, ſcripſit Quæſtiones Theologiæ lib.1. In Apocalypſim Ioannis & alia. Vixit anno 1290.*

Thomas *Walden, Carmelita, natione Anglicus, ſcripſit contra Wicleſitas & Huſsitas, opus quod vocat Doctrinale eccleſiæ, diſtinctum in lib.3. Super ſententias quoque lib.4. In libros Ethicorum lib.1. In libros Phyſicorum lib.4. In libros de cœlo & mundo lib.4. In de generatione & corruptione lib.[illegible] Meteororum lib.4. In libros de anima libr.4. Præterea in Geneſim, Exodum, Leuiticum. In Solomonis ſapientiam. In Paulum ad Romanos, Acta Apoſtolorum, in primam Petri canonicam. Sermones ad clerum Oxonienſem. Faſciculum zizaniorum Wiclevi. De religione perfectorum lib.1. De veritate Euangelica lib.1. De corpore Chriſti lib.1. De diuinatione lib.1. De præſcientia & prædeſtinatione lib.1. De fide lib.6. Defenſorium pacis lib.2. De indulgentijs lib.1. De paupertate lib.1. In Ariſtotelem de Anima lib.3. De decem prædicamentis lib.3. De Sophiſmatum ſtrophis lib.1. Rudimenta Grammatices lib.1. Ad Conſtantienſe Concilium lib.1. & alia quæ enumerantur apud Baleum in eius vita. Claruit autem anno 1430. quo etiam obijt. Eiuſdem de ſacramentis liber impreſſus. Thomæ Waldenſis Carmelitani Angli, Doctrinalis antiquitatum eccleſiæ lib.5. Eiuſdem contra Wicleſitas de ſacramentalibus lib.1. In ſuis ſcriptis ſæpe in Pragenſes & Bohemos inuehitur. Scripſit autem, vt illis temporibus, copioſe & philoſophice. * Eius antiquitatum fidei, Eccleſiæ catholi-*

Digitized by Google

catholicæ in 3. Tomos digeſtum, excuſum fauore P. Ioannis Baptiſtæ Rubæi, cum tripartito indice, ſcholijs & ſummis capitum. Venetijs Vincent. Valgris, anno Domini 1571. In Tomo tertio agitur de Sacramentalibus contra Wicleuiſtas, Huſsitas & eorum aſſeclas.

Thomas Walſingham, Anglus monachus Benedictinus, congeſſit ex aliorum hiſtorijs, De geſtis Anglorum lib. 2. Hiſtoriam breuiorem lib. 1. Auctuarium Polychronici lib. 1. Acta regis Henrici ſexti li. 1. Claruit anno 1440. Baleus.

Thomas Wigenhale, præmonſtratenſis ordinis, Canonicus, ſcripſit ad Nordouol. ſuos, Narratiuncularum farraginem lib. 1. Claruit anno 1470. Ioannes Lelandus.

Thomas Wike, ſeu Wicius, Canonicus Oxonienſis, ſcripſit de præclarioribus principum atq; aliorum factis à Gusliel. Nothi initijs vſq; ad Eduardum primum: hoc eſt, annum 1067. & catalogum abbatum de Oſney. Claruit 1290.

Thomas Wilſonus, Anglus, Anglicè ſcripſit Regulam rationis, ſeu artem Logices lib. 1. Fontem ſapientiæ de arte Rhetorica lib. 1. Claruit anno Do. 1550. Baleus.

Thomas Wyat equus auratus, Anglus in Anglicos rhytmos tranſtulit Pſalmos pœnitentiales lib. 1. Pſalterium quoq; totum lib. 1. Diuerſi generis cantilenas lib. 1. Obijt anno 1541. Baleus.

Thomas Wyet Anglus, tranſtulit in Anglicā linguam Dauidis regis Pſalterium. Claruit anno Domini 1542.

Thomas Wilton, Anglus, Cancellarius ad D. Paulum Londini, ſcripſit de validis mendicantibus, num ſint in ſtatu perfectionis, contra fraterculorum mendicitatem lib. 1. Petitiones 7. Orationis dominicæ lib. 1. Claruiſſe fertur homo modeſtus, anno Do. 1460. Londini bibliotheca.

Thomas Winchecombæ, Anglus, monachus de Eueſham, ſcripſit Chronicon ſui cœnobij lib. 2. Guilhelmus Batome.

Thomas Winterton Stanfordienſis monachus ſcripſit contra confeſſionem Wicleui lib. 1. De Eucharistia lib. 1. Diſputationes Theologiæ lib. 1. Vixit apud Anglos, anno 1382.

Thomæ Wolphij Germani epiſtola, cum Adoleſcentia Iac. Wimpfelingij impreſſa. Eiuſdem expoſitio in Pſalmum 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Argentinæ, 1508. Item in Pſalmum 110. ni fallor.

* Thomas Wolfius iunior, Athanaſij opuſculum, Enchiridion Epicteti Stoici, Baſilij orationem de Inuidia, Plutarchi de differentia inter odium & inuidiam, Tabulam Cebetis Thebani, edidit. Impreſ. Argentinæ, 1508.

Thomas Zinggenbergius Logiſticen diu Bernæ Heluetiorum docuit & eius præcepta vernacula lingua deſcripta edidit, anno 1540.

Thomaſinus patria Ferrarienſis, ordinis fratrū Prædicatorum S. Dominici, ſcripſit de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. Sermones per quadrageſimam lib. 1. & alia.

* Thomaſi Portacci Caſtilionenſis Arentini Dialogus ſcriptus de Funeralibus diuerſorum populorum & nationum, vnà cum figuris. Venetijs, Simon Calignani, 1574. In fol. Italice.

Thomellus hiſtoricus, patria Flandrius, ſcripſit vitam Baldeuuini Inſulani, comitis Flandriæ lib. 1. Chronicon quoq; lib. 1. Claruit anno Do. 1070. Iacobus Meyer.

Theſſani Muiſſart Inſulani, iudicium aſtronomicum anni 1523. Salinis conſcriptum, anno 1522.

Thraceſius quidam citatur in Chronicis Ioannis Cuſpiniani.

Thraſeas hiſtoricus citatur apud Plutarchum in vita Catonis Vticenſis.

Thaſonides Comicus citatur à Clemente 2. Strom.

Thraſyas Mantinenſis, radicum peritiſſimus habitus eſt. Plinius, qui eius teſtimonio aliquoties vſus eſt.

Thraſylus vel Thraſylaus in libro inſcripto, De legendi Democriti libris, citatur à Laertio.

Ex Thraſylli Ægyptiacis quædam citantur apud Stobæum in ſermone de morbis.

Thraſymachus Chalcedonius ſophiſta, diſcipulus Platonis & Iſocratis, ſcripſit rhetorica quædam, &c. Suidas. Citatur ab Athenæo quoq; Thraſymachus.

Thraſymachus, ſcripſit ædificiorum libros, ex quorum tertio Amphiarai hiſtoriam ſe mutuò accepiſſe, fatetur Plutarchus, capite 11. Parallelorum minorum.

** Thucydidis Athenien. hiſtoriographi de bello Peloponneſium & Athenienſium (cui ipſe interfuit, circa Olympiadē 87.) li. 8. Græci, impreſſi Florentiæ apud Bernardum Iuntam, anno 1506. cum commentarijs Græcis anonymis, vbiq; iuxta textum adiectis: & Baſileæ apud Heruagium, 1540. ex caſtigatione Ioach. Camerarij, cum annotationibus eiuſdem: ſed in ea editione commentarij ſeorſim excuſi ſunt, non ad textū appoſiti. Et poſtremo ab Henrico Stephano Græce, & ſeorſim etiam Latine. Vna cū ſcholijs Græcis ſuæ integritati reſtitutis. Præterea Witenbergæ Latine Vito Vuinshemio interprete, 1569. in folio.

Thuræ de Caſtello Bononienſis, liber de Balneis Porretanis, impreſſus olim Venetijs, cum alijs quibuſdam, ſermone barbaro. Idem liber à Iuntis impreſſus eſt, anno Domini 1553. cum variorum authorum ſcriptis de Balneis.

Thurnæ Annitæ Speculum poetarum, declaratio, modus ac methodus componēdorum omne genus poematum. Item, Loci communes, ex quibus ornamenta omnia poetica bene eloquendi ac dicendi petantur. Venetijs, 1571. in 4.

Thyilli octoſtichon lib. 3. Anthologij, ſect. 12.

Thibaldei carmina quædam leguntur in imaginibus Pauli Iouij.

Tiberius Bacilerius in Logicam. Sorbona.

Tiberianus Bæticus ſcripſit pro ſuſpicione, qua cum Priſcilliano accuſabatur hæreſeos, apologeticū, tumenti compoſitoq; ſermone, &c. Hier.

Digitized by Google

Tiberij *Imperatoris Conſtitutio vna Græce edita à Seringero, & Latine facta ab Agyleo H. Stephanus.*

Tiberij *fragmenta quædã, impreſſa cum Abſyrto, & reliquis hippiatris Græcis.*

Tiberius *philoſophus & ſophiſta varios rhetoricos libros conſcripſit, quos Suidas recenſet. Tiberij de figuris ſeu ſchematibus rhetoricis liber, extat Græce Venetijs apud Diegum Hurtadam.*

Tiberij *hexaſtichon lib. 1. Anthologij, ſectione 33. Tiberij Illi tetraſtichon & octoſtichon, ibidem ſectione 33.*

Tiberij *Claudij Donati ad Tiberium Claudium Maximum ad Donatianum filium, interpretationes in Æneida Vergilij, primum impreſſæ Neapoli, deinde Venetijs, demum Baſileæ, ex reſtitutione Georgij Fabricij. Huic editioni additus etiam Seruius. Item auctorum quibus in Vergilium Seruius vtitur, & eorum librorum qui temporum iniuria amiſſi ſunt Catalogus, cum duplici indice in Donatum Seruium, Baſileæ excudit Henricus Petri, anno Domini 1551.*

* Tiberij *Deciani Vtinenſis, volumina tria reſponſorum. Fol. Venetijs 1579.*

Tibullus *de modo viuendi, ſeu de moribus ſanctæ vitæ. Item de actionibus animatorum, adducitur in libro, qui Lumen vitæ inſcribitur.*

Ticonius *Afer, ſiue Tichonius, ſcripſit de bello inteſtino lib. 3. Expoſitorium diuerſarum cauſarum lib. 1. Regulas ſacræ ſcripturæ lib. 1. In Apocalypſin Ioannis lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos, & alia multa. Vide Gennadium. Claruit anno Domini 390. Eius Regularum lib. 7. inter Orthodoxographa editi ſunt anno 1569.*

Tillius, *vide Tyllius.*

Tilmannus *Aquenſis, natione Germanus, de alto lapide dictus, Carmelita, ſcripſit in Euangelium Matthæi lib. 1. Super ſententias quoq; lib. 4. Sermones etiam, & varios in Biblia commentarios. Quæſtiones Theologiæ lib. 1. Claruit anno Domini 1360. Ioannes Triſſa.*

Tilmannus *ordinis canonicorum regularium, ſcripſit de Vinea ſpiritali lib. 1. De inſtitutione nouitiorum lib. 1. & quædam parua exercitia. Vixit anno 1485.*

Tilemannus *Bredebachius, deſcripſit bellum Liuonicum, quod Moſcouiæ princeps aduerſus Liuones geſſit, 1558. in octauo. Idem Apologeticum tractatum Martini Eiſengrein de Certitudine gratiæ, in Latinam linguam tranſtulit, excuſum Coloniæ, 1569. Scripſit Orationes de Purgatorio. Ingolſtadij, 1566. * Eiuſdem Faſciculus ſacrarum & plane melliflnarum precationum, ex operibus R. patris D. Ludouici Bloſij Abbatis Lætienſis, concinnatus. Duodecimo Coloniæ. Et inſinuationum diuinæ pietatis, lib. 5. 12. Coloniæ 1579.*

Tilemanni *Breulei, Miles Chriſtianus. An miles Chriſtianus in his bellis, quæ Papa per ſuos contra eccleſias reformatas gerit, ſalua conſcientia ſtipendium accipere & militare poſſit, anno Do. 1573. Germanice.*

Tilemanni *Cragij Luchoniani, Germani, De imagine Dei, & primorum hominum. Item de corruptione imaginis & eiuſdem renouatione. Item de ſignis renatorum, impreſſum Magdeburgi, anno D. 1549. * Eiuſdem homilia Germanica aduerſus idololatriam fundationum Papiſticarum, edita in 8. extat in bib. Imp. Viennæ.*

Tilmannus *Dulmanienſis, Weſtphalus, ordinis S. Auguſtini canonicus, ſcripſit Volumen de laudibus beatæ Mariæ virginis, quod Coronam S. Mariæ inſcripſit. Item ſuper illis verbis Domini, Niſi quis conuerſus fuerit ſicut paruulus, tractationem longam.*

Tilmannus *de Hachenberg, Minorita Germanus, ſcripſit ſermones de tempore lib. 1. ſermones de ſanctis lib. 1. ſermones per quadrageſimum lib. 1. & quædam alia. Claruit Confluentiæ.*

Tilemanni *Heshuſij oratio de ſublimi auctoritate Apoſtolorum & Prophetarũ, in eccleſia Dei, habita Ienæ. Examen Theologicum complectens præcipua capita doctrinæ Chriſtianæ. Ienæ, 1571. Epiſtola ad Matthiam Flaccium Illyricum, de controuerſia, An peccatum originis ſit ſubſtantia. Item Analyſis argumentorum, quibus idem Illyricus vtitur. Ibidem, 1570. Ad iudicium Ph. Melanchtonis de cœna Domini Reſponſio: in 4. De præſentia corporis Chriſti in cœna. Cauſa cur peccator impœnitens à paſtore eccleſiæ non admitti debeat ad Baptiſmum teſtis infantis baptizandi, neq; ad communionem cœnæ Domini. Ienæ, 1573. in 4. Germ. De Chriſto coram hominibus confitendo, libellus Germanicus. Ienæ, 1571. Teſtimonia collecta ex libris Lutheri, quæ oſtendunt peccatum originis non eſſe ſubſtantiam hominis. Ibidem, 1562. Germanice. Explicatio prioris Epiſtolæ ad Corinthios. Ienæ, an. 1573. Ad Galatas Helmſtadij, 1579. Ad Coloſſen. ibidem 1582. De exorciſmo in actione Baptiſmi. Ibidem in 4. 1573. De cœna Domini conciones 4. German. 1571. Ienæ. Concio de cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Chriſtianorum, ac cum defenſoribus corruptelarum non poſſe firmam pacem fieri. Ienæ, anno 1570. Germanice in quarto. Eiuſdem conciones ſex de Lege, Laugingæ excuſæ in quarto Germanice, anno Do. 1569. Conciones octo de agnitione Dei. Ienæ, anno 1570. Libellus precum Germanicus. Ibidem. Oratio de ſynodis eccleſiæ. Ienæ, anno 1571. Epiſtolæ Pauli ad Hebræos explicatio, tradita Ienæ. De peccato originis contra Manichæorum deliria, anno 1571. Ienæ. Propoſitiones de peccato originis diſputatæ Ienæ. De vera Ieſu Chriſti eccleſia eiuſque auctoritate lib. 2. 1572. Sexcenti errores quos Pontificia eccleſia contra verbum Dei defendit. Francofurti, anno 1572. in octauo. Antidotum contra dogma Illyrici, quo aſſerit, Quod peccatum originis ſit ſubſtantia. Ienæ quarto. Propoſitiones & ſolutiones præcipuarum obiectionum, de iuſtificatione hominis coram Deo. Ibidem, anno 1592. Defenſio veræ & piæ ſententiæ D. Auguſtini, quòd peccatum originis non ſit ſubſtantia, ſed accidens vitium, contra Matthiam Flaccium. Ibidem, anno 1572. Propoſitiones de Æterna diuinitate Spiritus ſancti. Ibidem. * Eiuſdem*

*Poſtilla*

Digitized by Google

*Poſtilla, hoc eſt, explicatio Euangeliorum Dominicalium Germanica. In folio Helmſtadij, anno 1582. Ab eodem definitiones vocum & rerum Theologicarum: collectæ in gratiam piæ & ſtudioſæ iuuentutis in Academia Regiomontana. Octauo Francofurti. Eiuſdem Examen Theologicum, complectens præcipua capita doctrinæ Chriſtianæ, quibus interrogati ſunt paſtores Eccleſiarum in Franconia & Thuringia in viſitatione, anno Domini 1569. In loco de cœna Domini adiectæ ſunt ſolutiones quarundam obiectionum. 8. Francofurti, per Georgium Coruinum, anno 1570. In huius libri editione titulum Epiſcopi Sambienſis habet. Eiuſdem adſertio ſacroſancti Teſtamenti Ieſu Chriſti, contra Caluiniſtarum exegeſin, ſine authoris nomine editam. Addita eſt appendix & declaratio locorum quorundam huius aſſertionis in Cap. de Communicatione Maieſtatis, vbi vocbula concreti & abſtracti vſurpantur. 4. Erphordiæ, anno Domini 1582. Eiuſdem Defenſio confeſſionis de præſentia corporis Chriſti in cœna Domini, aduerſus Ioannem Caluinum, Pet. Boquinum, Theodorum Bezam, Wil. Clebitium, & ſimilium. Item Refutatio Pelagiani ſeu Anabaptiſtici Caluiniſtarum erroris, de Baptiſmo & peccato originis. In octauo Erphordiæ, anno Domini 1583. Eodem authore certè eius opera, eſt ab Helmſtadienſibus, ſynodo theologorum & principum aliquot Saxoniæ Quedelburgi congregatæ, oblatum volumen, cuius hæc ſunt capita. 1. De inſtituenda Synodo, ſed ex ijs tantum cogenda, qui incaute ſubſcripſerint Bergenſis Cõcordiæ libro. 2. De expreſſa mentione perſonarum, addenda condemnationibus dogmatum. 3. De Vbiquitate abſoluta ſeu generali reijcienda. 4. De periculoſis quibuſdam phraſibus Lutheri explicandis. 5. Querela de mutatis nonnullis in formula concordiæ, poſt factas ſubſcriptiones. 6. De proceſſu in apologia noua conſcribenda, & cæteris obtrudenda non ad æquitatis & iuſtitiæ normã ſeruato. Cauſæ demiſſionis ſiue relegationis Tile. Heſhuſij & aliorũ aliquot ab eccleſia Magdeburgenſi, Germanice editæ. in 4. Magdeburgi 1561.*

Tilmanni *Smelingi Segebergenſis, de ſeptem ſacramentis lib. 1. Coloniæ, 1546.*

Tilemanni *Stellæ Sigenenſis, Heſſi, typus, chorographicus celebriorum locorum in regno Iuda, & regno Iſrael, ad lectionem ſacrorum librorum, excuſ. Witenbergæ, 1552. per Ioan. Cratonem. Addita explicatione aliquot locorum inſignium & hiſtoriæ per Philip. Melanc. Expectatur etiam eius chorographia totius Germaniæ.*

Timachidas *Rhodius, ſcripſit carmine libr. 11. conuiuiorum. Suidas. Timachidæ Gloſſæ citantur ab Athenæo lib. 2.*

Timæus *Andromachi F. Tauromenites, quem Athenienſes Epitimæum ab increpando vocarunt, dictus etiam Graoſyllectria quod quælibet in literas referret. Scripſit Italica & Sicula libris octo, Græca & Sicula. Compendium Rhetoricorum argumentorum lib. 68. Olympionicas, ſeu acta Chronica. Suidas. Idem refert Timæum de Syria & eius vrbibus & Regibus ſcripſiſſe tres libros. Citatur à Cicerone. qui illum Pyrrhi bellum ſcripſiſſe refert: quæ forte ſunt Italica: Meminere etiam eius Plutarchus, Plinius, Laertius.*

Timæus *qui de medicina metallica ſcripſit, citatur à Plinio lib. 33.*

Timæus *Locrus philoſophus Pythagoricus, ſcripſit mathematica, de natura, & de vita Pythagoræ. Suidas. Extat in fine Græcorum Platonis operũ impreſſus libellus Timæi Locri, de natura & anima mundi, Dorica dialecto. Quin etiã in dialogo Timæo, ipſum de natura diſſerentem Plato inducit. Hunc puto eſſe Timæum mathematicum, quem Plinius citat lib. 5. & 16.*

Timagenes *Alexandrinus bello captus & Romam perductus Romæ docuit, ſub Pompeio & poſtea Cæſare Auguſto, libros quam multos ſcripſit. Suidas, & mox: Timagines hiſtoricus, maris totius ſitum libris quinq; eſt complex. Citat etiam Stephanus Timagenem primo* Βασιλέων. *Meminit huius Suetonius in Auguſto. Allegatur etiam à Plin. Timagenes lib. 3. Nat. hiſtor.*

Timagenes *Mileſius hiſtoricus poſt Thucydidem & Philiſcum ſcripſit lib. 5 de Heraclea & viris in ea claris: & epiſtolas. Suidas.*

Timagoræ *librum primum de Fluuijs, Stobæus citat in ſermone de Morbis.*

Timannus *Borkenſis collegit S. patrum auctoritates & teſtimonia, de Baptiſmatis ſacramento atque eiuſdem ceremonijs contra Anabaptiſtas, & reliquos eccleſiæ Catholicæ hoſtes. Coloniæ apud M. Cholinum, 1571.*

* Timannus *Camenerus Guernenſis, ſcripſit compendium naturalis philoſophiæ, in 5. diſtributum volumina: Idem edidit compendium Dialecticæ, atque Ætymologiæ, & ſyntaxeos artis Grammaticæ correctum, carmine quoq; felix erat. Herm. Hamelm.*

Timarchus *ſcripſit de Eratoſthenis Mercurio. Athenæus.*

Timarchus *medicus citatur à Plinio lib. 2. 26. 27. Naturalis hiſtoriæ.*

Timariſtus *aliàs Timarchus citatur ab eodem 21. & ſex deinceps libris.*

Timariſtus *medicus halicacabum carmine laudauit. Plinius: hic libro 26. perperam Timarchus nominatur.*

Timeſitheus *tragicus, fabulæ eius ſunt, Danaides 2. Hectoris redemptio, Hercules, Ixion, Capaneus, Memnon, Proci, Iouis natalis, Helenæ repetitio, Oreſtes, Pylades, Caſtor & Pollux. Suidas.*

Timocles *Athenienſis comicus, fabularũ eius ſunt, Demoſatyri, Centaurus, Caunij epiſtolæ, Epichærecacus, Philadicaſtes pugil, vt inquit Athenæus in libris Dipnoſophiſtarum. Suidas.*

Timocles *comicus. Fabularum eius ſunt, Bacchæ, Polypragmon, Icarij, Delus, Lethe, Bacchus, Caniſalus, Porphyra, quæ etiam videtur Xenarchi eſſe. Heroes, Dracontium, Neæra (meretrix Neæta eſt) Oreſtes, Marathonij. Hæc Athenæus dicit in libris Dipnoſophiſtarum. Sunt & alia plura. Suidas. Porro apud Athenæum & Stobæum vnius tantum Timoclis mentio fit, nulla adiecta differẽtia:*

præter eas autem fabulas, quas Suidas recenſet, ab Athen. citantur Ægyptij. Dactylus, δορεὺς παιδοκλει-δεις, καύριοι, (vbi forte Suidas habet Caunij epiſtolæ) Epiſtolæ Sapho, ψευδολατεῖ. Timocleus in Balneo citatur à Polluce.

Timocrates *Adramyttenus citatur à Stephano: item à Laert.* ἐν τῷ δίωνι, ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις εὐφραντοῖς.

Timocreon *Rhodius, Comicus veteris comœdiæ, ſcripſit contra Temiſtoclem & Simonidem poetam. Suidas.*

Timolaus *Lariſſæus rhetor, ſingulis verſibus Iliadis Homericæ ſingulos de ſuo inſeruit: Cuius poematis initium recitatur apud Suidam.*

Timomachus *in literas retulit Cypriaca. Athē.*

Timocreontis *Rhodij poetæ fragmentum extat apud Plutarchum in vita Temiſtoclis.*

Timonidis *ſcripta citantur apud Plutarchum in Dione.*

Timonis *Phliaſij ſcripta citātur apud eundem Plutar. in vita Periclis.*

Timon *Apolloniates Nicæus, ſecundum alios Phliaſius, philoſophus Pyrrhonius, ſcripſit poemata & verſus, tragœdias, & Satyras, & Comœdias 30. Tragœdias verò 60. Sillos 3. li. itē & Cinædos. Ferūtur eius & libri varij ad viginti verſuum millia producti, quorum & Antigonus Caryſtius meminit, qui vitam ipſius conſcripſit. Laertius. Idem citat eius librum inſcriptum Arceſilai de cœnis, item* περὶ πυθῶνα & ἐν τοῖς ἰνδαλμοῖς.

Timoſthenes *Ptolemæi Philadelphi claſsis præfectus, ſcripſit de portubus lib. 10. teſte Strabone.*

Timothei *epiſcopi ad eccleſiam catholicam toto orbe diffuſam, libros quatuor, (in quibus aſſerit, Chriſtiani homini officium eſſe, vt dum in hac vita eſt, diuitias mundi huius pro Dei nomine atq; honore conſumat: ſecundum autem, vt ſi id vel metu, vel infirmitate, vel cauſa vel neceſsitate aliqua præpeditus fortè non fecerit, ſaltem moriens vniuerſa diſpenſet.) Hen. Petri excudit Baſil. anno 1528. Eſt autem Saluiani Maſsilienſis.*

Timotheus I. C. *vide in Triboniano.*

Timotheus *epiſcopus, compoſuit librum de Natiuitate Domini ſecundum carnem, quem credit in Epiphania factam. Gennadius.*

Timotheus *extincto ab Alexandrinis Proterio epiſcopo, in locū illius non legitime ſubſtitutus, ſcripſit ad Leonem Imp. libellum, &c. quem Gennadius rogatus à fratribus in Latinū tranſtulit, & Cauendum prætitulauit. Vide Gennadium.*

Timothei *epiſcopi Alexandriæ vnius ex 150. patribus Conſtantinopoli congregatis, Reſponſiones canonicæ ad factas ei interrogationes ab epiſcopis et clericis habentur in canonibus Zonaræ.*

Timotheus *Athenienſis comicus, mediæ comœdiæ poeta. Fabularum ipſius fuit, Pagel. Depoſitum, Mutatus ſeu Tranſlatus. Eſt & Caniculus Timothei fabula, vt Athen. in ſ..is libris ait. Suidas.*

Timotheus *Athenienſis* ἐν τῷ περὶ βίων *citatur à Laertio.*

Timotheus *Gazæus grammaticus, temporibus Anaſtaſij Imperatoris fuit: in quem etiam tragœdiam edidit, de Demoſio, qui Chryſargyrus vocatur. Scripſit etiam heroico verſu, De animalibus, quadrupedibus, De feris apud Indos & Arabes & Ægyptios, & quas India alit, & De auibus peregrinis et prodigioſis, & De ſerpentibus lib. 4. Suidas.*

Timotheus *Kirchnerus, * S. Theologiæ D. & profeſſor primarius in academia Heidelbergenſi, in Latinam linguam conuertit Wigandi librum de peccato originis. Ienæ, 1572. * Scripſit orationem de origine, conſecratione, miranda propagatione & conſeruatione ſcripturæ diuinitus inſpiratæ. 4. Mulhuſij 1579. Eiuſdem propoſitiones de S. Domini cœna Propoſitiones de bonis operibus iuſtificatorum. Excuſæ in 4. Heidelbergæ, 1582.*

Timotheus *Therſandri aut Neomyſi F. aut Philopolitis, Mileſius, lyricus, qui 10. & 11. chordam Lyræ addidit, & veterem muſicā in molliorem modum mutauit. Fuit autem temporibus Euripidis tragici, quibus etiam Philippus Macedo regnauit. Deceſsit anno ætatis 97. Scripſit verſibus Muſicos modos 19. Proœmia 36. Dianam, Apparatus 8. Encomium, Perſas, aut Nauplium Phinidas, Laertem, Dithyrambos 18. Hymnos 21. & alia quædam. Suidas. Athenæus citat Timothei Cynarion, quam Comici fabulam eſſe Suidas perhibet, & Nautilon (vbi malim legere Naupliū, cum Suida) item Nioben & Charonta, de quibus videndum an ſint Mileſij Lyrici, an potius Athenienſis comici. Timothei meminit Stephanus, qui refert eū ſcripſiſſe* νόμων κιθαρῳδικῶν *lib 8. ad verſus circiter 8000. &* προνόμια *verſuum 1000. ac eum in Macedonia mortuum tradit, commemorans etiam eius Epitaphium.*

Timotheus *Pergamenus* ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν φιλοσόφων ἀνδρείας, *citatur à Clemente 4. Strom.*

Tindarus *Iuriſperitus, ſcripſit de compenſationibus, & de teſtibus variantibus.*

Tiphaſi *libellus Arabicus de lapidibus precioſis allegatur ab Andrea Bellunenſe, qui hunc in Latinum ſermonem traductum aſſerit.*

Tirami *cuiuſdam hiſtoria fabuloſa extat. Vide num Pyrami & Tiſbes.*

Tirannius *Graccula citatur à Plin. lib. 3. 9. et 18. Naturalis hiſtoriæ.*

Tironis *Tullij Ciceronis liberti ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Ciceronis.*

Tisberus *barbarus interpres Ariſtotelis, neſcio quos commentarios reliquit. Forte Entiſberus.*

Titianus *Titiani ſenioris filius, Maximini iunioris in arte oratoria præceptor, pulcherrimos prouinciarum libros ediſſe fertur.*

Titinnius *poeta comicus, in Barathro, Cæco, Hortēſio, Iuriſperita, Prælia, Setina, Tempore, Tibicina à Chariſio citatur. Præterea Barbari meminit Nonius & Sex. Pompeius. Citat etiā Nonius Titinnij Decumā Fullonis (de qua vir doctiſs. Adr. Iunius dubitat an Pomponio vendicanda ſit) Diuortiū, Fullones ſeu Fulloniā, Geminam, Ilam rubrā (forte Veliternā vt Iunius cenſet, aut Iuriſperitam) Pſaltriā, Priuignū, Veliternam. Sex. Pomp. præter has nominat Epiſtolam, Prillam (quæ forte eſt Prælia aut Ila rubra) & Quintam: quæ forte eſt Q. Hortenſius.*



Digitized by Google

Titus *nomen per T. literam apud veteres deſignabatur.*

* Titi *Alexandri Corteſij de Regis Matthiæ laudibus bellicis. in fol. Baſil. 1543. per Rob. Winter. vide Alex. Cortes.*

Titus *Anoius Luſcus aduerſus Tiberium Grachum citatur à Feſto.*

Titus *Boſtrinus epiſcopus, ſub Iuliano & Ioniano principibus, fortes aduerſum Manichæum, ſcripſit libros, & nonnulla alia. Moritur autem ſub Valente. Hieronymus. Trittemius addit, eum claruiſſe anno 340. & ediſſe contra Manichæos lib. 2. Commentariorum euangelij lib. 1. Titus aduerſum Manichæos, numeratur inter illos ſcriptores, ex quibus excerpta ſunt ſcholia in epiſtolam ad Romanos impreſſa Baſileæ, Ioan. Lonicero interprete, 1537. apud Rober. Winter. Titi epiſcopi Boſtrenſis expoſitio Græca in Lucam ex Chryſoſtomo extat alicubi in Italia.*

Titi *Boſtrenſis commentarij in Lucam extant manuſcripti.* * *Hi iam ſtudio & opera Theodori Peltani Ieſuitæ luce ſimul & latinitate donati.*

Titus *Caius iureconſultus vetus, ſcripſit inſtitutionum lib. 3. ex quibus extant duo, impreſſi cum Inſtitutionibus Iuſtiniani Moguntiæ apud Ioañem Schæffer, 1529. & Baſileæ apud Henr. Petri, cum Theodoſij codice. Citantur præterea ſcripti ab eo libri, Ad edictũ prouinciale lib. 32. Ad leges lib. 15. Ad edictum publicum (aliâs vrbicum) qui haberi potuerunt libri 10. Aureorum, ſiue rerum quotidianarum lib. 7. Dodecadelti lib. 6. aliâs 16. de manumiſſionibus lib. 3. Fideicommiſſorum lib. 2. de verborum obligationibus lib. 3. ad edictum edilium curulium lib. 2. libri ſingulares. de caſibus regularũ. Dotalium, ad hypothecariam formulam.*

Titi *Calphurnij Siculi, Bucolicorum eclogæ ſeptem impreſſæ Lugduni apud Gryphium, cum Gratio de venatione, &c. & Tiguri apud Froſchouerum, & Venetijs cum cõmentarijs. Baſileæ verò cum alijs Bucolicorum autoribus apud Oporinum.*

Titus *Caſtritius citatur à Gellio lib. 2. & 11. noctium Atticarũ. Scripſit Cepurica ex quibus multa in 19. naturalis hiſtoriæ librũ Plin. tranſcripſit.*

Titus *Ioannes Scandanienſis, ſcripſit doctiſſimos commentarios in Lucretij poeſim, vt Bernardinus Realinus in ſuis variorum locorum annotationibus refert.*

Titi *Liuij Patauini Latinæ hiſtoriæ principis decades tres cum dimidia, vnà cum emẽdationibus ac annotationibus doctorum quorundam virorum, & Chronologia Hen. Glareani: Frobenius excudit Baſil. 1535. & Gryphius Lugduni, 1542. poſtremò Heruagius, 1549. cum præfatione Cælij, ac eiuſdẽ libello de menſuris Romanorum. & anno D. 1554. in 8. & 1555. in fol. in quibus editionibus annorum ab vrbe condita ſeries, præcipua hiſtoriæ lux, acceſſit, numeris in margine ac literis V. C. ſignata, quæ ad Chronologiam collata, & Conſulum, Tribunorum, cæterorumq; Rom. reipub. magiſtratuum, & Olympiadum Græcarum ſucceſſionẽ deprehendere certo liceat. Lutetiæ quoq; excudiſſe Vaſcoſanus dicitur cum docti cuiuſdã viri annotationib. 1551. T. Liuij hiſtoriæ Romanæ libri Elegantiſſime & emendatiſſime editi ſunt Venetijs à Paulo Manutio, ex recognitione Sigonij cum eiuſdem ſcholijs, et Chronologia. Hanc editionẽ poſtea ſecuti ſunt typographi Baſilienſes, & deinde Francofordienſes, qui etiam figuras, & diuerſorum auctorũ annotationes in Liuium adiecerunt.* * *In fol. tomis duobus, añ0 1578. & deinceps Titi Liuij de primordijs Imperij Romani Germanice cum chronologia & figuris. in fol. Argentinæ apud Theodoſ. Ribelium 1574. Titi Liuij hiſtoria de bello Macedonico, in pergameno. in fol. ſcripta in bibl. Imper. Eius orationes & conciones, in membrana, in 8. ſcriptæ in bibl. Imper. In omnes T. Liuij libros obſeruationes ex varijs autorum ſcriptis collectæ per Guihelmum Godeleuæum. in 8. Francofurti, 1574.*

Titi *Liuij de Fruloniſijs Ferrarienſis, De Orthographia.*

Titi *Lucretij Cari poetæ & philoſophi antiquiſſimi de rerum natura lib. 6. Hen. Petri impreſſit Baſileæ, 1531. Aldus Venetij, & Gryphius Lugduni, 1536. Idem opus alicubi cum commentarijs Pet. Aponi, & Pij Bononienſis impreſſ. eſt. T. Lucretij Cari de rerum natura lib. 6. à Dionyſio Lambino olim emendati, & breuibus commentarijs illuſtrati, nunc recogniti & longe meliores facti, cum ijſdem commentarijs plus quarta parte auctis. Acceſſit Lucretij vita, cum duobus indicibus. Lutetiæ, 1570. Iidem libri poſt Dion. Lambinum mendis liberati, & in priſtinum penè veterum potiſſ. librorum ope & fide ab Ob. Giſanio iuris ſtudioſo reſtituti, excuſi ſunt Antuerpiæ à Plantino.*

Titus *Pomponius Atticus, ad quem extant Ciceronis epiſtolæ. Vide in Cornelio Nepote, & apud Gyraldum.*

Titi *à Pompà vel Popina Phryſij in Sphærã & prima Aſtronomiæ elementa tabulæ, figuris elegantiſſimis illuſtratæ. Coloniæ apud Theod. Gramineum, 1569. in quarto. Eiuſdem rationes caſtigationum ſuarum in M. T. Ciceronis epiſtolarum familiarium lib. 16. excuſæ cum epiſtolis Ciceronis. Antuerpiæ, 1572. in 12.* * *Idem Commentarios Aſconij Pediani in orationes Ciceronis emendauit, atque notis illuſtrauit. in octauo Coloniæ apud Ludouicum Alectorium.*

Titus *Stroza. vide Strozæ.*

Titi *Suttini oratio de vita & laudibus Auguſtini Dathi, in ipſius funere habita, impreſſa Pariſijs, anno Domini 1511.*

Titi *Valgij veteris poetæ verſus quidã citantur apud Crinitum & Seruium. vide Gyraldum.*

Titus *Veſpaſianus delitiæ humani generis appellatus, Poemata & tragœdias Græco ſermone ſcripſit teſte Suida.*

Tleptolemus *medicus ſubinde nominatur Plinio in deſcribendis plantarum viribus lib. 20. & ſeptem ſequentibus, primus quidem liber id eſt Catalogus auctorum Theopolemum pro Tlepolemo perperam habet. Nos lib. 20. cap. 17. Tlepolemum legimus. Tlepolemi certe nomẽ ominoſius eſt quam*



Digitized by Google

*vt eo vſus quiſquam exiſtimari debeat. Tlepolemus vero vſitatum eſt nomen, idem fere quod Menæchmus ſignificans. Geſnerus.*

Tobias *Cantianus illuſtri Angloſaxenum familia ortus, edidit Epiſtolas elegantes lib.1. Homilias aliquot lib.1. Mortuus eſt anno 726. Baleus.*

* Tobiæ *Molleri Aſtronomi deſcriptio terrifici ſigni quod apparuit menſe Martio anni 1582. Germanicè in 4. Lipſiæ apud Ioan. Beyer. Eiuſdem de tempeſtiua rei ruſticæ cultura: Germanice in 4. anno 1583.*

Tobiæ *Nonij Peruſini interpretationes in nonnullos Inſtitutionum titulos, primis annis in Gymnaſio Peruſino explicatæ. Venetijs, año 1568. Eiuſdem Conſilia nunc recens edita. Ibidem anno 1573. in folio.*

Tobias *à Iudæis Conſtantinopolitanis in lingua Hebraica ſuppeditatus, impreſſus eſt Baſileæ apud Hen. Petri, 1542. cum verſione & annotationibus Seb. Munſteri. Eodem tempore impreſſus eſt etiam Iſnæ, Paulo Fagio interprete.*

Torelli *Saraynæ Veronenſis Leg. doct. de origine & amplitudine ciuitatis Veronæ: eiuſdem de viris illuſtribus antiquis Veronenſibus, de his qui potiti fuerunt dominio ciuitatis Veronæ: de monumentis antiquis vrbis & agri Veronenſis: de interpretatione literarum antiquarum, ordine alphabeti digeſt. &c. Ant. Putellectus impreſſit Veron. anno 1540. * Eiuſdem hiſtoria & res geſtæ Veronenſium regnante populo & Dominis Scaligeris. Veronæ 1544. Latinè & Italicè.*

Τὸ Τορτίου ἀνάγνωσμα, *Romæ in Vaticana bibl.*

* Torquati *ferrarienſis Aſtrologi prognoſticon Regi Matthiæ, in 4. ſcriptum, 1480.*

Toſſanus *de Villa noua, Gallus, patria Narbonenſis, Pariſijs doctor & Carmelita, epiſcopus Caualliceenſis, ſcripſit Quadrageſimale optimum lib.1. Maioremq; ſcripturarum partem commentaſſe perhibetur, homo ſua ætate doctiſſimus. Claruit anno Domini 1480. Arnoldus Boſcius.*

Trabea *poeta comicus adducitur à Cicerone & Chariſio.*

Trachelæi *Statij Polyantheon ſtudiorum liberalium. Venetijs 1558. in 8.*

Traiani *epiſtolæ, libro decimo epiſtolarum C. Plinij. Vide ſuprà in titulo Fl. Vegetij de re militari. Traiani regis diſtichon libro 2. Anthologij, ſectione 13.*

Traianus *Patricius floruit ſub Iuſtiniano Rhinotmeto. Scripſit annales breues præclaros, homo Chriſtianiſſimus & orthodoxatus. Suidas.*

Tranquilli *Parthenij Andronici, Dalmatæ oratio ad Germanos principes contra Turcas habita, impreſſa Auguſtæ, anno Domini 1518. quater. 2. & dimid. * Et Viennæ in 4. anno Domini 1541. Eiuſdem oratio de laudibus eloquentiæ. Hic literas docuit Lipſiæ Pet. Moſellani tempore. Scripſit etiam quædam carmina non inerudita varijs auctoribus appoſita.*

Trebatius *Romanus, ſcripſit librũ religionũ.*

Trebellius *Pollio, ſcripſit vitas, ſiue hiſtorias Gallieni vtriuſq;, triginta tyrannorum, Titi Cenſorini, & Diui Claudij: impreſſ. cum C. Suetonio & alijs Baſileæ in officina Froben. 1533. Et apud Hen. Stephanum in 8.*

Trebius *Niger allegatur à Plinio lib. 8. 9. & 32. Naturalis hiſtoriæ.*

Trechindus *ſcriptor aſtrologiæ, non ſemel ab Hali Abenragele allegatur.*

Treueti *Ludi ſcacorum. M. Dreſſerus.*

Tribonianus *exqueſtor & exconſul, cum illuſtribus alijs viris, diſperſum antea infinitis voluminibus ciuile ius, in hanc quæ poſt mille annos adhuc durat, breuitatem concordiamq; contraxit. Vide in Vitis Bernardini Rutilij.*

Tribonianus *Sidetes, ex Diegoris Hyparchis & ipſe, vir per quam eruditus, verſibus commentarium ſcripſit in Ptolemæi canonem: Concentum mundanæ & Harmoniacæ diſpoſitionis: De gubernatore & horæ domino: De planetarum domicilijs, & cur ſingulis id domiciliũ ſit attributum. De 24. metricis pedibus & rhytmicis. Metaphraſin Homerici nauium catalogi: Dialogum Macedonium, ſeu de felicitate. Vitam Theodoti philoſophi lib.3. Conſularem orationem ſoluta oratione, de Iuſtiniano imperatore: Imperatoriam de eodem. De menſium permutatione verſibus. Suidas.*

Tricaſsi *cuiuſdam commentaria in Coclitis chiromantiam, excuſa ſunt in Italia.*

Triphillius *Cypri Ledrenſis, ſiue λευκῶν epiſcopus, ſcripſit in Cantica canticorum commentarios. Claruit anno 350*

Triphyllius *epiſcopus, diſcipulus Spiridonis Cyprij, miraculis clari, eius ſancti patris miracula deſcripſit, vt ſcriptũ eſt in vita eius, verſibus iambicis, quæ cognoſcenda ſunt vt valde vtilia. Suidas.*

* Triſsinodi *Dialogus, qui Caſtellanus inſcribitur, De lingua Italica. Venetijs 1529. in 4. Italicè.*

Triſtanni *cuiuſdam (barbari ſcriptoris, vt videtur) hiſtoria amatoria fabuloſa extare fertur.*

Triſtramus *Reuell Anglus, tranſtulit in ſuam linguam Paradoxa Franciſci Lamberti & abbreuiationes eiuſdem in Apocalypſin Ioannis. Claruit anno 1548.*

Trogus *philoſophus de animalibus ſcripſit, cuius librum decimum adducit Chariſius.*

Trogi *Pompeij hiſtorias Iuſtinus in Epitomen redegit. Vide ſuprà. Hiſtoriæ Trogi Pomp. citantur à Plin. lib. 7. 12. & 31.*

Troilus *Sophiſta Conſtantinopoli docuit. Scripſit orationes ciuiles, Epiſtolarum lib. 7.*

Troili, *Tiberij, & aliorũ varia ſcripta in rhetorica, extant Græce. Diegus Hurtadus Troili ſophiſtæ in Hermogenis rhetorica Commentarios Græcos habet.*

Troilus *Maluitius iuriſperitus, ſcripſit de ludo, de oblationibus, de ſortibus, de epiſcopi dignitate, de canonizatione ſanctorum. Conſilium de commenda beneficiorum.*

Troili *cuiuſdam orationes de ſcientijs, & de ruſticæ vitæ ſiue Agriculturæ laudibus in Vergilij Georg. excuſæ ſunt in Italia.*

Trophili

Digitized by Google

Trophili *verba ex mirabilium auſcultationum collectaneis citantur apud Stobæum in ſermone de morbis. Quanquam in eodem ſermone idem liber Ariſtoteli tribuatur.*

Trotulæ *antiquiſsimi auctoris, curandarum ægritudinum ante, in, & poſt partum liber, opera liberorum Aldi Manutij in lucem editus, excuſus eſt Pariſijs anno Domini* 1550. *in* 16. *apud Ioannem Foucherium. Dicitur autem eſſe Erotis medici Iuliæ Auguſtæ liberti, qui cum in nomen dominæ ſuæ conceſsiſſet Eros Iulia dictus, inde nomen corruptum eſt & Trotula, dictus: atq; etiam in fœminam mutatus: nam qui Argentinæ hos libros edidit, anno* 1544. *Trotulæ mulieri inſcripſit.*

Trumherus *Gedlingenſis ex nobili regum Northumbrianorum genere originem ducens, edidit de officijs Eccleſiæ lib.*1. *Claruit anno Domini* 700. *Baleus.*

Truſianus *Florentinus, vide Druſianus.*

Tryphiodorus *Ægyptius grammaticus epopœus, ſcripſit Marathoniaca, Ilij captiuitatem, de Hippodamea, Odyſſeam lipogrammaton. Suid. & iterum, de eodem opinor: Tryphiodorus diuerſa ſcripſit verſibus heroicis, paraphraſin parabolarum Homeri, & alia plurima. Ilij captiuitas huius autoris impreſſa eſt Græce Venetijs olim ab Aldo, cum Q. Calabro. Et ab Hen. Stephano cum Homero, Heſiodo, Colutho, &c.*

Tryphonis *Gabrielij de ſphærica ratione ex Macrobio & Plinio breuis & diſtincta tractatio, excuſa Venetijs, cum Iaſonis de Nores commentarijs in artem poeticam Horatij.*

Tryphon *Origenis auditor, ad quem nonnullæ eius extant epiſtolæ, ſcripſit lib. de vacca ruffa in Deuteronomio, & de dichotomimatibus, quæ cum columba & turture ponuntur in Geneſi. Hieronymus. Trittemius addit, eum floruiſſe anno Domini* 230.

Tryphon *pater Romæ nuper non mediocris chirurgiæ profeſſor, quibuſdam in melius mutatis aliquantum huic diſciplinæ adiecit. Celſ. lib.*7.

Tryphon *Ammonij F. Alexandrinus grammaticus & poeta, fuit Auguſti temporibus, & ante. Scripſit de Pleonaſmo Æolicæ dictionis lib.*7. *de Homericis dialectis, Simonidis item & Pindari & Alcmanis, & aliorum Lyricorum. De Dialecto Græcorum, Arginorum, Himeræorum, Rheginorum, Dorienſium & Syracuſanorum. De inflexionum analogia. De Nominibus comparatiuis lib.*1. *de Monoſyllaborum analogia. de Nominum characteribus lib.* 1. *de Verborum barytonorum analogia lib.*1. *de Verbis encliticis & infinitiuis & imperatiuis, & optatiuis deniq; omnibus. De orthographia & ijs quæ in ea quæruntur. De ſpiritibus & tropis, & alia. Suidas.* * *Tryphonis excerpta de paſsionibus dictionum in Græco dictionario. in folio edito.*

Tryphonis *Alexandrini* φυτικὰ *citat Athenæus: & à Stephano Tryphon in Paronymis. Tryphonis* [illegible] *liber, in bibl. Ioan. Sambuci.*

* Tryphonis *Herodiani, Grammatica. in quarto. Manuſcript. bibliotheca Imperatoris Viennæ.*

Tuberonis *lucubrationes citantur à Plinio, lib.*18. & 36. *Naturalis hiſtoriæ. Scripſit autem Romanas hiſtorias.*

Tuccius *Marianus Florentinus, ſcripſit vitam C. Suetonij Tranquilli, quæ proponitur vitis Cæſarum Suetonij.*

Tuditanus *Commentariorum lib.* 13. *citatur à Plinio lib.*12. & 13. *Naturalis hiſtoriæ.*

Tullij *Criſpoldi Commentarij in Chriſti mortem ac paſsionem, carmine Elegiaco.*

Tundalus *Hybernus Caſſellenſis Carthuſianus, ſcripſit apparitionum ſuarum lib.*1. *Vixit anno Domini* 1149.

Tundinus *ſcripſit de Geomantia, teſte Henrico Cornelio Agrippa.*

Turcius *Rufus Aſterius V. C. dicitur auctor eſſe carminis quòd Sedulio tribuitur, incipiens, Cantemus ſocij Domino cantemus honorem. Alij tamē id ipſi Turcio inſcriptum & miſſum volunt. Alicubi legitur ſub nomine Claudiani Mamerti.*

Turduli *Gallicani Ephemerim citat Vopiſc.*

Turgotus *Dunelmenſis decanus, ſcripſit de Scotorum regibus lib.*1. *Chronica Dunelmenſia lib.*1. *annales ſui temporis lib.*1. *vitam Malcolmi regis, vitam Margaritæ Angliæ reginæ. Vixit anno Domini* 1098.

Turpilius *poeta comicus citatur à Priſciano & alijs. Eius fabulæ nominantur à Nonio Actis Bœthuntes, Canephori, Demetrius, Demiurgus, Epiclerus, Hetæra, Lenniæ, Leucadia, Lindia, Peraterusa, Pediū, Philopater, Pytatores, Thraſyleon.*

Turpinus *archiepiſcopus Remenſis, ſcripſit Geſta Caroli Magni lib.*2. *epiſtolarum ad diuerſos lib.*1. *Citatur in Chronicis Ioannis Cuſpiniani, & à Ioan. Lud. Viue. Claruit anno* 830. *Liber de geſtis Caroli Magni editus eſt Francofurti inter quatuor celebres hiſtoricos Germaniæ.*

Turriſanus *quidam ſcripſit Pluſquam commentaria (vt titulus habet) in Galeni Microtechnen, ex quibus è cōmento* 81. *canones balneandi deſumptos impreſſerunt Iuntæ Venetijs, cum variorum auctorum ſcriptis de balneis, anno Dom.*1553. *Vide ſupra Tauriſanum, nam eundem puto.*

Turſtinus, *archiepiſcopus Eboracenſis, ſcripſit ad Guilhelmum Cantuarienſem, de fundatione cœnobij Fontanenſis lib.*1. *Obijt anō Domini* 1139. *Incommoda multa pro tuenda dignitate perpeſſus. Weſtmonaſterij bibliotheca.*

Tuſcianus *ſophiſta laudatur ab Eunapio.*

* Tuſſani *Ducketi Cabilunenſis Medici de Arthritide vera aſſertio, eiuſq; curandæ Methodus, aduerſus Paracelſitas. in* 8. *Lugduni apud Bartholomeum Vincentium,* 1579. *Eiuſdem commentarij duo vnus de Febrium cognoſcendarum & curandarum ratione: Alter de earundem criſibus. in* 8. *Lauſannæ,* 1580.

Tyberiani *ſcripta citantur apud Fulgentium in Mythol.*

Tydæi *Acciarini epiſtola lib.*7. *epiſtolarum Angeli Polit.*

Tyllij *Gemini hexaſtichon lib.1. Anthologij, & alia duo lib.4. Neſcio an idem ſit Geminus philoſophus, de quo ſuprà. ſcribitur etiam per iota. nam Tillij Laureæ octoſtichon citatur lib.3. Anthologij, ſect.25.*

Tymneo *cuiuſdam epigrammata 4. leguntur in Anthologij lib.3. & 4.*

Tymnichus *ſcripſit Pæanē, Porphyrius lib.2.* περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων.

* Typherni *deprecatoria ad virginem elegia & orationes, carmine in 4. Venet.1502.*

Typhon *inter Magiæ auctores numeratur à Tertulliano in libro de anima.*

Tyrannion *Amiſenus, cum Theophraſtus antea diceretur, ab Heſtiæo Amiſeno præceptore ſuo Tyrannion nominatus eſt. Hunc Lucullus, Mithridate debellato, Romam captiuum duxit, vbi gloria & diuitijs florens, voluminum ſupra triginta millia conquiſiuit, &c. Suidas, nihil autem ab eo ſcriptum refert.*

Tyrannio *iunior, Phœnix, Artemidori F. diſcipulus Tyrannionis ſenioris: vnde Tyrannio dictus eſt, cum Diocles ante vocaretur. Captus & ipſe bello Antonij & Cæſaris, à quodam Dymante liberto Cæſaris emptus. Deinde Terentiæ donatus eſt, Ciceronis vxori, ab eaq; manumiſſus Romæ docuit, & libros ſcripſit 68. quorum & hi ſunt. De Homerica proſodia, de Partibus orationis, in quo dicit indiuidua eſſe nomina propria, poſitiua vero* θεματικὰ *appellatiua,* ἀθέματα *ſine poſitione participalia. de Romana lingua eam eſſe à Græca ortā. Antigenis Romana lingua. Diſſentire poetas recentiores ab Homero. Enarratio partitionis Tyrannionis. Correctio Homerica, Orthographia. Suidas.*

Tyrannion *Meſſenius philoſophus, ſcripſit de auſpicijs libros tres, & alia plura. Suidas. Tyrannion ceu qui de ſtirpibus aliquid condiderit à Scholiaſte Theriacorum Nicandri nominatur. Eundem eſſe puto Tyrannionem Meſſenium philoſophum. Geſnerus.*

Tyrannus *ſophiſta ſcripſit de ſtatibus & diuiſione orationis lib.10 Suidas.*

Tyrtæus *elegiarum poeta, & tibicen, &c. circa olympiadem 35. ſcripſit Lacedæmonijs de republica, & admonitiones verſibus, & carminum claſſicorum libros quinq; Suidas. Horum carminū, quæ ad militum animos in acie incitandum vt fortius pugnam ſubeant, miro ingenio ſcripta ſunt, non pauca adhuc leguntur apud Stobæum tribus in locis, in ſermonibus de bello & audacia. & apud Pauſaniā in Meſſen. Item apud Plutarchum in Lycurgo.*

Tyreſius *Foſcarus De donatione Cōſtantini.*

Tyro *Tullius Ciceronis libertus in epiſtola ad Q. Axium: citatur à Gellio. * Tyro libertus Ciceronis pandectas velut opus omnia complexum inuulgauit. Hadr. Iunius.*

Tyronis *liberti & aliorum de antiquis notis, in bibliotheca R. Galliæ.*

Tzezis *libellus de metris Græce manuſcript. in bibliotheca Henrici Memmij. Quærendum an Ioannis, an vero ſit Iſaacij Tzezis.*

# V.

VAconij *à Vacuna Iuris ciuilis declarationes.*

Vagellij *poetæ amici ſui Seneca meminit.*

Valaſti *de Toranta medici de Epidimia.*

Valens *Cæſar allegatur in Codice Theodoſij.*

Valentis *Antiocheni Anthologicum opus, id eſt Florilegium ( aliud à Florilegio Max. Planudis toties in hoc opere citato) Græce extat Romæ. vide infrà, Veſti Valentis.*

D. Valentiniani *Imperatoris Auguſti legum nouellarum liber, impreſſus Baſileæ apud Henricū Petri, cum codice Theodoſiano, 1528. Valentiniani & Martiani Impp. ſanctio contra Eutychianos hæreticos, cum recognitionibus Clementis. Gyraldus Valentinianum Imp. etiam inter poetas numerat.*

* Valentini *Ampclandri Bernenſis, in obitum D. Bullingeri carmen impreſſ. Tiguri, 1575.*

Valentinus *Boltzius Rubeaquenſis, ſcripſit libellum de coloribus, eorumq; mixturis, excuſum Baſil. apud Iacobum Parcum, anno 1547. & Francofordiæ apud Gilfericum. Comœdias multas, vtpote Conuerſionem Pauli Apoſtoli, ac Speculum mundi, impreſſas Baſileæ apud Parcum. Item comœdiam ſeptem artium liberalium, cōtra abuſus mundi. Paſsionis Chriſti hiſtoriam vſq; ad reſurrectionem. Concilium Chriſti & Papæ. Goliæ prœlium contra Dauidem, Samſonis hiſtoriam, Tragœdiam Suſannæ, & alias quaſdam nondum typis excuſas. Tranſtulit in Germanicam linguam omnes Terentij Comœdias, excuſas Tubingæ.*

Valentini *epiſtola, folio 79. operum Latinorum Baſilienſis editionis Epiphanij.*

Valentini *Cibelij de laudibus & vituperio vini & aquæ.*

Valentini *epiſcopi Hildeſemenſis ſtatuta ſynodalia, impreſſa Venetijs, 1543. apud Ioan, Franceſium, cum canonibus concilij prouincialis Colonienſis, celebrati anno 1536.*

Valentinus *Craeoaldus, ſcripſit cōmentarios in Geneſim: impreſſi ſunt Argentinæ, 1530. Item epiſtolam quandam ad Gaſparum Schwenckfeldiū, Ad quæſtiones Bonifacij Lycoſthenis epiſtola, Conſenſus verborum cœnæ Dominicæ cum ſexto capite Ioannis.*

Valentini *Engelharti Machina primi motoris: ſeu Sphæra armillaris, 1565.*

Valentini *Engelharti Speculum Aſtrologiæ.*

Valentinus *Erythræus Lindauienſis tabulas quaſdam partitionum oratoriarum M. T. Ciceronis & 4. dialogorum in eaſdem Ioannis Sturmij, confecit, impreſſas Argentinæ in officina Cratomyliana, anno 1547. Idem ſcripſit commentarios notationis artificij rhetorici ac dialectici in orationem Ciceronis pro Archia: item Commentariolum in orationem eiuſdem pro M. Marcello. Argentinæ excudit Ribelius, anno D. 1550. in 8. & Baſileæ Oporinus, anno 1553. cum diuerſorum in omnes orationes commentarijs. De grammaticorum figuris & periodis librum: item alium de modis qui ſunt partim in verbo, partim in orationem Argentinæ excudit*

Digitized by Google

*excudit Cephaleus*,anno 1549.*in* 8.*In epiſtolas Ciceronis à Sturmio ſelectas deſignationem artificij rhetorici & dialectici.Argentinæ*,anno 1550.*Tabulas in duos libros partitionum dialecticarum Sturmij,ibidem excuſas. Item Tabulas in reliquos duos libros dialecticæ Sturmianæ. Technologica ſcholia in* Petri *Guntheri libros de arte Rhetorica. Schemata Syntaxeos* Philippi *Melan. Item de vſu* αὐταρκεία. *De ratione legendi,explicandi & ſcribendi epiſtolas lib*.3. *anno* 1573. *De vſu* 10. *Categoriarum in ſimplici quæſtione per eas ducendo.Et quædam alia.* * *Eiuſdē oratio de honoribus Academicis & eorum gradibus. Item,de renuntiatione Magiſtrorum Philoſophiæ.in* 4. *Argentorati.* μικροτεχνι,*ſeu Medulla Rethoricæ Tullianæ extracta de corpore librorum. M. Ciceronis de doctrina dicendi libri tres.in* 8.*Norimbergæ per Gerlachium. Corpus diſſerendi doctrinæ,ſeu erotemata dialecticæ,continentiæ ferè integram artem,edita à Philip. Melancht. Item quator libri de Dialectica Philip. Melancht.* δειξοδικοί. *Omnia hæc* εἰκονομία τεχνολογικῇ *ſunt illuſtrata, &* σχηματισμοῖς,*ſeu tabulis delineata, libris ſeptem. fol. Argentorati.*

Valentini *Foſcherij hiſtoria iuris ciuilis* * *Romani in fol.Baſileæ*,1565.

Valentini *Forſteri de ſucceſsionibus quæ ab inteſtato deferuntur lib*.5.*in folio editi.*

Valentinus *Gentilis Conſentinus noſtra ætate tritheitarum hæreſim renouauit.Edidit libellum in* 16. *Confeſsionem , Protheſes, & Explicationem ſeu confutationem ſymboli Athanaſij complectentem,& quædam alia. Scripſit & alium librum ad Regem Poloniæ non editum.Item Italice & Latine de Chriſti incarnatione. Bernæ Heluetiorum capitis ſupplicio affectus eſt,anno* 1566.

Valentini *Greffi Pannonij Harmoniarum Muſicarum in vſum teſtitudinis pars prima. Antuerpiæ*,1569.

Valentini *Hertelij Glauci, Germani, elementa Latinæ grammaticæ ſimpliciſsima,quæ ex Georgij Aricolæ Grāmaticis inſtitutionibus,quas Zuiccauij docens tradidit,deſcripſit. Lipſiæ excudit Nicolaus Faber*,1538.*chart*.3.*Commentarios in Terentij comœdias, ex vetuſtis grammaticis & rhetoribus collegit,nondum editos.*

* Valentini *Ickelſamer Grammatica Germanica.in* 8.*Germanice edita, extat in bibl.Imper.*

* Valentini *Lebaris diſputatio de primatu Romani Pontificis*.4.*Tubingæ.*

* Valentini *Leuthij paſtoris eccleſiæ Erdfordianæ ad S. Seueri, conciones duæ in* 28.*cap.Ezechielis.Item concio catholica de iudicio extremo. Germanice. in* 4.*Moguntiæ anno* 1583.

Valentinus *Lublinus edidit Baptiſtæ Montani commentaria in nonum Rhaze ad Almanſorem. Item primam centuriam conſultationum medicinalium,promittit autem & alteram, & forſan etiam tertiam centuriam.*

Valentini *Merkelij* Conciones *duæ de vera manducatione corporis* Chriſti *in cœna Domini,ex quibus apparet quid de Selnecceri & Marpachij ſcriptis ſentiendum ſit.Heidelbergæ*,1572.*Germ.*

Valentini *Miſnenſis monachi Afrani de arte moriendi liber ſcriptus*, 1489.

Valentinus *Munzerus Chronographiam ſcripſit,cuius meminit Illyricus in catalogo teſtium veritatis.* * *Eſt deſcriptio annorum Germanica ab orbe condito vſque ad ſua tempora nempe annū D.* 1549.*Heldæ excuſa anno* 1550.

Valentini *Nabod Mathematum profeſſoris Coloniæ, Elementa Aſtrologiæ , ibidem in* 4.*impreſſa. Primarum de cælo & terra inſtitutionum, quotidianarumq́ mundi reuolutionum lib*.3.*recenter phraſi artis propria & methodo noua cōſtructi. Venetijs*,1573.*in octauo.*

Valentinus Pacæus, *ſacræ theologiæ profeſſor & miniſter eccleſiæ Lipſiæ,edidit epigrammata & Idyllia quædam impreſſa Witenbergæ & Erfurdiæ. Item nomenclaturam præcipuorum in theologia ſcriptorum, idq́ ordine temporum. Scripſit etiam Concordantias Hebraicas,Locos communes. Locos hodie controuerſos in religione,& alia quædam nondum edita.* Claruit *anno* 1554.

Valentini *Polydami de re medica libri aliquot,impreſsi in Germania*, 1540. *Sunt autem hi: De pulſibus cum proprijs & dilucidis interpretationibus lib*.1.*De vrinarum iudicijs ex optimis autoribus aggregati lib*.2. *De quouis dolore capitis,cū experimentis aliquot & adhortationibus ad ægrū. In laudem artis medicæ oratio ad Ioannem epiſcopum Lundenſem.Epiſtolarum aliquot libellus.*Pro*mittitur & elegiarum libellus in titulo.*

Valentinus *Rotmarus poeſeos profeſſor.P.L. Apollonij Argonautica heroico carmine tranſtulit, additis annotatiunculis.Baſileæ excudit Sebaſtianus Henricpetri*,1572. *Idem collegit & edidit tomum primum orationum Ingolſtadienſium à profeſſoribus eius Academiæ ſcriptarum. Ingolſtadij, anno* 1571. * *Eiuſdem Adagiorum ſeu prouerbialium verſuum ex Æneide Georgicis , & Bucolicis P.Vergilij Maronis collectorum,centuriæ quinque & decuriæ tres: Vna cum oratione de argumento Æneidos. Ingolſtadij per Alexandrum Weyſſenhorn*.1579. *Eiuſdem Carolidum libri tres de vita, & rebus geſtis D.Caroli* V. *Auſtriaci, Pij,Felicis, Iuſti,Auguſti,Cæſaris: iam verò poſt immaturum illius obitum Diuo Rodolpho* II. *conſecrati ab Ioan.Engerdo.Præfixa Epitome ortus, & initiorū inclytæ Auſtriadum gentis. in* 8. *Ingolſtadij apud Wolffgang.Ederum*,1582.

Valentinus *Schachtius catechiſmum edidit, maxima ex parte ex Chytræi catechiſmo Latino deſumptum,& in Germanicam linguam tranſlatum.*

* Valentini *Schmidleri Inſtitutionum Hebraicarum lib*.3. I.*De Orthographia.* II.*Etymologia.* III.*De Syntaxi.* IIII.*De Proſodia.* V.*De Anomalis*.8.*Witenbergæ excudebat Ioan.*Crato. *anno* 1579. *Ab eodem Epitome Bibliorum, continens inſigniora veteris ac noui Teſtamēti dicta Hebraicè,Chaldaicè, Græcè, Latinè & Germanicè: in vſum Scholarum collecta.* 8.*Witenbergæ.*

* Valentini *Schonborni D. opera & ſtudia*

Γνῶμαι Ποιητῶν: verſus ſententioſi, ex Græcorum Poematis vetuſtis collecti, ad literarum ordinem digeſti, & nunc auctiores editi. in 8. Witenbergæ excudebat Zacharias Lechman, 1582.

* Valentini Schreckij Hexaſtichorum, & Hymnorum præcipuas Lectionum Euangelicarum in Eccleſia vſitatarum doctrinas & vſum complectentium, libri tres. in 8. Dantiſci, 1579.

* Valentini Slegelij duodecim cantilenæ ex SS. ſcriptura deſumptæ, ac Muſicis numeris redditæ. 4. Mulhuſij 1579.

Valentini Trocedorfi, Methodus catecheticæ doctrinæ, & Roſarium biblicum, emendata & aucta ex alijs auctoris meditationibus per Martinum Taburnum. Gorlicij, 1570.

Valentini Vannij, de Miſſa iudicium. Tubingæ, 1557. Eiuſdem Silua locorum theologicorum. Ibidem in octauo.

* Valentini Volſci, in Auli Perſij Flacci Satyras ſex commentaria. 4. Baſileæ, anno 1582.

Valentini Winsheimij libellus Germanicus de paßione Chriſti Seruatoris, Lipſiæ.

Valerandi Machecrier Abbauillæi methodus poetica, impreſſa Pariſiis apud Rob. Stephanum. 1529. Claruit anno 1520. Pariſiis.

Valerandus Pollanus, Gallicanæ eccleſiæ apud Franckfordienſes paſtor vigilantißimus, ab Anglico ſermone in Latinum tranſtulit, veram relationem diſputationis illius, quæ in eccleſiaſtica ſynodo, anno Domini, 1553. ad 18. Octobris, Londini habebatur in comitijs regni lib. 1. atque alia. Hæc duo opuſcula Coloniæ & Francfordiæ ſunt impreſſa. Ioannes Baleus.

Valeriani cuiuſdam ſcripta citantur apud Plinium, qui in librum tertium Nat. hiſtoriæ quædam ex his tranſcripſit.

Valerianus Aug. in fragmentis Gregoriani codicis allegatur.

Valerianus cognatus Eucherij epiſcopi, ſcripſit Annales, vt Eucherius in epiſt. ad illũ innuit.

Valerij de ducenda vxore opuſculum, extat impreſſum inter opera D. Hieronymi.

Valerius in explanatione XII. tabularum citatur à Pomp. Feſto.

Valerius Antias, hiſtoricus inſignis, citatur crebro apud Plutarchum in Romulo, & apud Liuium: eius librum ſecundum & vigeſimum adducit Chariſius.

Valerij Anſelmi Ryd medici catalogus annorum & principum geminus, ab homine condito, vſque in annum à nato Chriſto 1540. deductus & cõtinuatus: opus excuſum Bernæ ãno 1540. & anno 1550. iterum.

Valerius Cato grammaticus & poeta temporibus Syllæ claruit. Gyrald. ſcripſit libellum, cuius titulus eſt Indignatio, in quo ſe Burſeni cuiuſdam libertum ex Gallia eſſe profitetur. Scripſit etiam præter Grammaticos libellos, poemata, ex quibus præcipuè probantur Lydia & Diana. Huius vitã deſcribit Suetonius cap. 10. de illuſtribus Grãmat.

Valerius Cetannius Vicentinus, tranſtulit Galeni librum de exercitio paruæ pilæ, qui ab Hieronymo Donzellino plæriſq; in locis emendatus, excuſus eſt Venetijs à Iuntis cum reliquis Galeni operibus, anno Domini 1550.

Valerij Cordi Simeſuſij De pharmacorum omnium conficiendorum ratione liber, excuſus Norimbergæ apud Ioan. Petreium & Pariſijs apud Ioan. Roigny, anno 1548. Eiuſdem annotationes in Dioſcoridis de materia medica libros, excuſæ Francofurti apud Egenolphum, 1549. cum Dioſcoridis textu & Gualtheri Riuij ſcolijs. Valerij Cordi Annotationes in Pædacij Dioſcoridis Anazarbei de medica materia libros quinq;, longe aliæ quam antehac ſunt euulgatæ. Hiſtoriæ ſtirpium libri quatuor poſthumi, nunc primum in lucem editi, adiectis etiam ſtirpium iconibus & breuißimis annotatiunculis. Item Sylua qua rerum foßilium in Germania plurimarum, metallorum, lapidum, & ſtirpium aliquot rariorum notitiam breuißime perſequitur, nunquam hactenus viſa. De artificioſis extractionibus liber. Compoſitiones medicinales aliquot non vulgares. Omnia ſummo ſtudio atq; induſtria Conr. Geſneri collecta & edita Argentinæ, 1561. in fol. Diſpenſatorium Cordi ſiue Pharmacorum conficiendorum ratio à Petro Coudebergo correcta, & ab erroribus non paucis vindicata, ſcholijsq; illuſtrata, adiecto eiuſdem Cordi nouo libello, excuſa eſt Antuerpiæ à Plantino, 1568. & in 16. anno D. 1578. Ibidem. De Haloſantho ſeu ſpermate ceti liber, cum corollario Geſneri, Tiguri apud Geſneros fratres.

Valerij Fidleri Epicedium de obitu Ioachimi Morlini. Ienæ, 1571.

Valerius epiſcopus Hipponenſis, ſcripſit librũ de vita monachorum, & quædam alia. Volater.

Valerij Maximi factorum dictorumq; memorabilium exempla, ab illuſtribus electa authoribus, & in locos communes digeſta lib. 9. ad Tiberium Cæſarem: impreſſa Argentinæ apud Knoblauchũ, 1521. & Lugd. apud Sebaſt. Gryphium. 1534. & Baſileæ apud Hen. Petri, 1540. cum Caij Titi Probi in decimum librum huius operis epitome. Item Venetijs apud Ioan. de Forliuio, 1482. cum Omniboni Leoniceni cõmentarijs. Et ibidem in officina Eraſmiana apud Vincentium Valgriſium, vnà cum annotationibus Sebaſtiani Corradi, anno 1545. Andreas Alciatus lib. 4. Diſpunctionum, cap. 1. ſcribit extare penes ſe quoddam Valerij Maximi opuſculum, inſcriptum de nominibus Romanorum. Valerij Maximi exemplorum lib. 9. cum Henrici Glareani in eoſdem annotationibus, excuſi ſunt Baſil. ab Hen. Petri, anno 1533. in 8. Ijdem libri ab infinitis mendis ex veterum exemplarium fide repurgati, à Steph. Pigio Campenſi, adiectis etiã annotationibus in loca pluſquã 800. impreſ. ſunt à Plant. 1567.

Valerij Philarchi, dialogus ſuper Tridentini concilij progreſſu & ſucceſſu, recenter editus Baſileæ, anno Domini 1552. in 8. chartis 9. Dicitur Fridericus Nauſea huius auctor eſſe.

Valerij Probi Grammatici de literis antiquis opuſculum, impreſſum cum Lucio Feneſtella,

cum

*eum ab alijs, tum Baſileæ à Curione, & Brylingero ibidem, 1538. Eiuſdem commentarij in Bucolica & Georgica Vergilij impreſſi Venetijs, 1520. Numerat eum Viues inter præcipuos interpretes Vergilij, quanquam pauca eius ſuperſint. Valerij Probi ad Marcellum epiſtola, ſuper accentu nominum quorundam Punicorum, citatur à Gellio.*

Valerij *Sorani poetæ antiquiſſimi, meminit Gyraldus.*

Valerius *Valentinus ioco ſo carmine citatur à Pomp. Feſto.*

Valeſcus *de Taranta protomedicus regis Franciæ, ſcripſit tractatulum de peſte et epidemia. Eiuſdem Practica, vulgo dictum Philonium, de curatione morborum omne genus à capite ad pedes, & aliorum: impreſ. olim Lugduni 1490. apud Alemannum Trech.*

Valgius *poeta heroicus, quem Tibullus Homero comparat.*

Valgius *Rufus grammaticus, ſcripſit de rebus per epiſtolam quæſitis, citatur à Chariſio & Gel.*

Valturnus *quidam ſcripſit de rebus Britonū.*

Vannocius *Biringucius Senenſis, ſcripſit Italiee Pyrotechniam lib. 10. opus impreſſum Venetijs, anno 1540. in 4. chart. 44. Tractat autem de natura metallorum, & ratione fundendi ea, & ſeparandi: & de campanis, & tormentis bellicis.*

Varemundi *Luitholdi libellus, per quos ſteterit quo minus initum ſit Haganoæ colloquium de religione: impreſſus.*

Varinus, *aliàs ſcribitur Guarinus.*

Varini *Phauorini Camertis Nucerini epiſcopi, Dictionarium Græcum, & totius linguæ Grææ commentarius, multis varijsq; ex authoribus collectus, impreſſus Romæ, deinde Baſileæ apud Rob. Winter, 1538. Eiuſdem Theſaurus, ſiue Cornucopiæ & horti Adonidis, vt habet inſcriptio: ſunt autē diuerſa collectanea ex veteribus Græcis grammaticis: Aldus impreſſit Venetijs, anno 1504. Inſunt autem hæc: Ælij Dionyſij libellus de indeclinabilibus verbis. Ex commentarijs Euſtathij & aliorum grammaticorum electa per ordinem literarum. Continet autem maximè poeticas & Homericas dictiones, & quæ à communibus grammaticæ regulis recedunt, ac etymologias & formationes eorundem, &c. Formationes verborum* εἰμὶ ἢ εἶμι, *id eſt, ſum & eo. De verbis quæ ſedere ſignificant. Item de illis quæ ire ſignificant. Ex ſcriptis Herodiani excerpta quædam, de magno verbo ſcitu digniſſima, & quæ non paſſim reperies. Ex eodem de ductiones difficulter declinatorum verborum. Chœroboſci ad eos qui in omnibus verbis regulas quærunt & ſimilitudines. Eiuſdem in quibus ob maleſonantiam attrahatur* ν̄. *De anomalis & inæqualibus verbis ſecundum ordinem alphabeti. Herodiani de inclinatis & encliticis & coencliticis dictiunculis. Ex ſcriptis Chœroboſci de ijs quæ inclinantur ſiue encliticis. Ælij Dionyſij de eiſdem. Et rurſus anonymi de eiſdem. Ex ſcriptis Ioan. grammatici de idiomatibus. Euſtathij de idiomatibus, quæ apud Homerum ſunt. Et rurſus de idiomatibus à Corintho decerpta. De fœmininis nominibus, quæ deſinunt in omega. Tranſtulit etiam apophthegmata quædam ex Ioan. Stobæi locis ſelecta: Libellus exeuſus eſt Cracouiæ in Sarmatia, 1522. Phauorini Camertis Lexicon Græcum, cum indice paraſticha dum locupletiſſimo, excuſum eſt Pariſijs in officinā Morelij, in folio.*

Varij *Epici poetæ ante Virgil. verſus aliquot ex libro de Morte, Gyraldus citat, ſumptos è Macrobio.*

Varius *poeta ſcripſit Thyeſtam Tragœdiam, vt ait Seruius in 3. eclogam, hanc alij Virgilij fuiſſe volunt, ſed à Vario editam pro ſua vt Donatus ait. De hac ita Seruius: Aiunt adamaſſe Virgilium Varij poetæ vxorem, quæ doctiſſima fuit, et illi Tragœdiam quam fecerat, dono dediſſe, illam vero tanquam à ſe ſcriptam viro donaſſe, & virum pro ſua edidiſſe. Aliter Horatij interpretes ſuper illum locum, Scribere quod Caſſi Parmenſis opuſcula vincat, Hic eſt Caſſius (inquiunt) qui in partibus Caſſij & Bruti Tribunus mil. militauit, quibus victis Athenas ſe contulit. Q. Varius ab Auguſto miſſus vt eum interficeret, ſtudentem reperit, & perempto eo ſcrinium cum libris tulit. Vnde multi crediderunt Thyeſtem Caſſij Parmenſis fuiſſe. Scripſerat enim multas alias tragœdias Caſſius. Quintilianus ait, cuilibet Græcorum eam comparari poſſe.*

Vates *Britannus exarauit ad regem Lucium, epiſt. 1. Claruit anno 160. Baleus.*

Vbaldini *Bendinelli epiſtola legitur in volumine epiſtolarum clarorum virorum, Pariſijs impreſſo 1556.*

Vbers *Decembrius Angeli pater, Mediolanenſis, tranſtulit Demoſthenis & Lyſiæ Platonisq; orationes & epiſtolas, & præter eius decem ſummi philoſophi de R. P. libros, eiuſdem argumenti libros 4. ſuo Marte ſcriptos, ad præſentem Inſubrium ducem Philippum Mariam edidit. Hæc in Politia ſua Angelus Decemb. * Vbertini tractatus de altiſſima paupertate Chriſti, & ipſius Apoſtolorum in 4. ſcriptus in membrana. Liber in bib. Imp.*

Vbertinus *Caſalis de ſeptem eccleſiæ ſtatibus.*

Vbertinus de *Caſali, Minorita primum poſtea Cartuſianus, ſcripſit de 7. ſtatibus eccleſiæ li. 1. Hic in quibuſdā articulis aliter ſentijt, quam Romana eccleſia ſentijt. Claruit anno 1290. Io. Lelandus.*

* Vbertini *Creſcentinatis commenta. in Epiſtolas heroides Ouidij. In fol. Venet. 1515.*

Vbertinus *Zuccardus ſuper 2. Digeſti veteris, Si certum petatur. Super 1. Codicis, De pactis. Super 2. Cod. Qui adm. ad bon. poſ. De bon. poſ. contra. De edict. diui Adr. tol.*

Vbertus *Folieta, ſcripſit hiſtoriam vniuerſam rerum Europæ ſuorum temporum, è qua Neapoli editā ſunt. Coniuratio Ioan. Ludouici Fliſci. Tumultus Neapolitani. Cædes Pet. Ludouici Farneſij Placentiæ ducis, anno 1571. in 4. * Eiuſdem clarorum Ligurum elogia. 4. Romæ anno Domini 1580. Eiuſdem de linguæ Latinæ vſu & præſtantia, libri tres. 8. Romæ anno Domini 1580.*

*Item opuſcula nonnulla, ſcilicet de vitæ, & ſtudiorum ratione hominis ſacris initiati. De ratione ſcribendæ hiſtoriæ. De cauſis magnitudinis Turcarum Imperij. Tyburtinum Hippolyti Cardinalis Ferrarienſis. Brumanus, ſiue de laudibus vrbis Neapolis. De nonnullis, in quibus Plato ab Ariſtotele reprehenditur. De nomina Polybiana. Oratio in feſto die omnium ſanctorum. 4. Romæ 1579.*

Vbertus, *vide Hubertus.*

Vdalricus *de Argentina, Germanus, ordinis fratrum Prædicatorum, Alberti magni quondam auditor, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. Summam Theologiæ lib. 1. De anima quoque lib. 1. & alia multa. Vixit anno 1280.*

Vdalricus *monachus S. Afræ, et Sigiſmundus Groſſenbrot Auguſtenſis, ſcripſerunt Chronica Auguſtenſium ad Petrum Cardinalem tituli S. Vitalis epiſcopum Auguſtenſium: volumen habet Wolfgangus Lazius medicus Viennenſis.*

Vdalricus *Molitoris, de lamijs & phitonicis mulieribus. * Ad Sigiſmundum Archiducem Auſtriæ. In 4. anno 1489.*

Vdalrici *Pinder, medici Germani, Speculum intellectuale felicitatis humanæ lib. 4. Eiuſdem compendium de valetudinis cura ſeu regimen ſanitatis lib. 2. De phlebotomia lib. 1. De ſimplicibus medicamentis lib. 1. Vixit in aula Friderici Archiducis Saxoniæ & electoris, anno 1510.*

* Vdalrici *Symperti & Martyris Aphræ, hiſtoriæ, in quarto. Auguſtæ 1516.*

Vdalricus *Tengler Sueuus* I. C. *ſcripſit Speculum populare.*

* Vdalrici *principis Wirtenbergenſis epitome laudum Sueuorum, in 4. Phorcæ 1509.*

Vdalricus *Zaſius Germanus, patria Conſtantienſis, Iureconſultus noſtro tempore clariſsimus, reliquit multa præclarè ſcripta, quorum quædam vltimam manum accepere, & ab eo edita ſunt: puta Intellectus legum ſingulares, in fol. Baſileæ 1526. Commentaria in legem 2. de origine iuris. Tractatus Subſtitutionum. Tractatus de Iudæorum infantibus baptizandis. Apologia contra Eccium. Item contra Stellam Aurelienſem, & Epitome in vſus Feudales. * Lugduni excuſa, anno 1536. Reliqua verò poſt mortem illius edita ſunt à diſcipulis, confuſa adhuc, incorrecta, & reliquis ſcriptis propter vltimæ manus defectum propè diſsimilia, quæ ſunt. Summa in Digeſtum vetus, Lecturæ in aliquot titulos primæ partis Digeſti veteris: & in titulum, Si certum petatur, in 2. parte. Item ſuper tit. de Actionibus in Inſtitutis. Item Conſiliorum lib. 2. Et reſtant adhuc plura eius opera, quæ & ipſa fortaſſe in publicum prodibunt futuris temporibus. Illa autem omnia ſi ab eo fuiſſent ipſo emendata, haud dubiè longè aliam faciē fuerant habitura, quàm nunc habent. Intellectus iuris ciuilis ſingulares ſæpe iam excuſi, & authoris additionibus locupletati. Eiuſdem & reliqua omnia, ab ipſomet authore caſtigata & edita, videlicet: Subſtitutionum tractatus. Defenſio nouiſsima contra Petrum Stellam Aurelianenſem. De Iudæorum infantibus baptizandis, lib. 1. Apologia aduerſus Io. Eckium de aſſertione illius dicti, Fidem hoſti non ſeruandam. De vſibus Feudorum lib. 1. Orationes eius aliquot diſertæ tum in laudem legum, tum funebres Io. Faber Emmeus excudit Friburgi Briſgoiæ, 1529. Quæ præter hæc ſub ipſius nomine edita circumferuntur, neque ſunt ab ipſo recognita, neque in lucem data, vt quæ in hoc collecta non erant, ſed obiter ab ore prælegentis excepta. Ex eius autem operibus Baſileæ in officina Iſingrinij excuſa ſunt, Intellectus ſingulares, Vſuum feudorum Epitome, Paratitla in primam Pandectarum partem, Conſiliorum tomi duo, Eiuſdem lecturæ in Titulos, De inſtit. & iure, cum pluribus alijs. De re iudicata. Si cert. pet. De verb. obligat. De iureiurando, cum multis alijs ſibi adiunctis. Inſtit. de Actionib. De exceptionibus, & c. Scholia in Pomponij legem de orig. iuris ab authore edita. In Rhetoricam Cic. ad Heren. enarratio, impreſſa Baſileæ, 1537. in officina Rob. Winter. Obijt Friburgi Briſgoiæ, anno 1535.*

Vdalricos *plures quære in Huldricho ſupra.*

* Vdaſchalcus *quidam abbas edidit S. Vdalrici confeſſoris vitam, liber manuſcriptus, extat in bibl. Imp. Viennæ.*

Vdelonis *Cimbri Cuſani de exuſtione librorum Lutheri.*

Vdonis *medici Vtopienſis, de Galeni librorum editione iudicium. Eſt autem nomen fictum.*

Vdrus *numeratur inter Dipnoſophiſtas Athen.*

Vechtanus *Pontifex, ſenior & vates, Græce et Latine facundus, multa ſcripſit carminibus Græcis, præcipue hiſtorias regum. Perijt tandem in quodam flumine ſubmerſus, quod à ſuo nomine Wecha dicitur, anno Chriſti 118. Tritemius in Compendio.*

* Vegetij *Renati artis veterinariæ, ſiue mulo medicinæ libri quatuor, in quarto Baſileæ, anno 1528.*

Velij *Longi de Orthographia liber, inuentus anno 1549. in cœnobio quodam Bobij Italiæ oppidi. Raph. Volaterranus.*

Velius *Longus apud Chariſium inter expoſitores Vergilij refertur, inquit enim de qua etiam Velius Longus in ſecundum Æneidos ſatis commentatus eſt, & meminit eiuſdem 3. Saturnal. Macrobius. Scripſit etiam Velius de quæſtione deriuationis: & in Lucretium, à Chariſio citatur.*

Vellei *Paterculi fragmentum de bello Auguſti Cæſaris contra Sueuos in Noricis & Vindelicia, extat Viennæ Auſtriæ apud Wolfgangum Lazium. Eius libri duo ſed imperfecti editi ſunt à Beato Rhenano, Baſileæ primum, & poſt etiam Pariſijs impreſsi. * In Velleium Paterculum caſtigationes, Burrerij editæ ſunt in fol.*

Venantius *Honorius Fortunatus, poeta Chriſtianus, varia opera edidit, inter quæ eius poemata, & hymni complures, magnopere commendati ſunt à noſtris grammaticis. Sed & libros 4. fecit de geſtis D. Martini verſibus hexametris. Vide Gyraldum, qui permulta eius opera enumerat. Dialogos de poetis.*

Digitized by Google

de poetis ſcil. Venantij Honorij Clementiani Fortunati, epiſcopi Pictauienſis. De partu virginis lib. 1. De Chriſti Ieſu beneficijs lib. 1. De vita hominum lib. 1. De certaminibus & miraculis piorum lib. 1. Excuſa ſunt cum Chriſtianorum poetarum veterum operibus, 1562. apud Oporinum.

Venantius epiſtolæ 4. apud Cyprianum lib. 1. cum aliquot alijs coepiſcopis, autor.

Venantij à Timiſa confeſſoris verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Venceſlaus vir eruditus, ac prudens, Altaichij inferioris præſul, à conſilijs Imp. Henrici IIII. inter eos numeratur, quorum ſcriptis vſus eſt Auentinus in contexendis Boiorum Annalibus.

Venceſlaus Beier, ſcripſit de thermis Elnbogenſibus. Idem edidit diſputationem de violento motu & ſine inſtrumentis: Lipſiæ habitam, anno 1526. Item aliam de principatu cordis ibidem habitam, 1533.

Venceſlai Bracka vocabularius extat ſecundum ordines rerum digeſtus, cum Germanica interpretatione: adiectæ ſunt etiam elegantiæ quædam linguæ Latinæ, & formulæ epiſtolarum: opus impreſſum olim in Germania.

Vencelai de Budueis, Iudicium Lipſenſe.

Venceſlai Godrecij tabula Poloniæ.

Venceſlai Linck, Andreæ Oſiandri, Viti Theodori, & Thomæ Venatorij, eccleſiaſtarum Norinbergenſium epiſtola ad Rudbertum de Moſham, qua præcipuè tractatur iuſtificationis cauſa, de fide & operibus, cum varijs eiuſdem Rudberti libellis impreſſa. Venceſlaus Linck Germanice breuia ſcholia in omnes libros ſacros ſcripſit, impreſ. Norinbergæ. *Et Argentinæ lingua Germanica 1545. Claruit anno 1530.

Venceſlai Philomatis de Noua domo, Muſicorum libr. 4. Compendioſo carmine elucubrati, Viennæ Auſtriæ, 1512. & impreſſi Argentinæ apud Iacobum Iucundum, 1543.

* Venceſlaus Valtenſtain, de triplici modo meditandi paſſionem Chriſti, in quarto, 1560.

* Vendelini Schelling I.C. clariſſ. Actionum & exceptionum forenſium, vtroque iure, tàm ciuili, quàm Pontificio proditarum, explanatio diligens, & illuſtris. 8. Coloniæ anno 1582.

Venonius citatur à Dion. Halicarnaſſeo lib. 4. Antiquitatum Romanarum.

Venericus Vercellenſis epiſcopus, ſcripſit librum ad Papam, de diſcordia regni & ſacerdotij. Vixit tempore Henrici IIII. Imp.

Ventoribus monachus Dominicanus, ſcripſit multos deuotos ſermones de beata virgine: Homilias ſex deuotos & ſolennes ſuper Euangelium, Stabat iuxta crucem mater Ieſu, M. Dreſſerus.

Ventura Cecus in l. 2. de origine iuris. Eiuſdem de ſcribenda hiſtoria dialogus. 4. Bonon. 1563.

Venuleius Saturninus vetus I.C. ſcripſit Stipulationum lib. 19. Actionum lib. 10. De officio proconſulis libros 4. Publicorum lib. 3. De interdictis lib. 6. De pœnis paganorum lib. 1.

Veranius Pontificalis libro de ſupplicationibus, citatur à Macrobio lib. 3. Saturn. vbi in exemplari legitur Veratius, ſed malim Veranius: nam ab eodem citatur etiam Veranius de verbis pontificalibus. Item à Feſto Veranius ſæpe, abſque libri nomine, ſemel in libro auſpiciorum de comitijs.

Verberus & Vrantius collegerunt antiquas inſcriptiones Tranſyluaniæ, quarum mentionem facit Lazius in libris de republica Romana.

Verecundus preſbyter in Cantica canticorum.

Veremundus preſbyter, ab exordio Scotiæ gentis vſq; ad Malcolmi Cammoiri tempora, ſcripſit Scotorum antiquitates. Claruit anno 1090.

Vergilij Porti Mutinenſis phyſici epigrammata aliquot leguntur in fine operum Antonij Codri, de laudibus ipſius Codri.

* Verginij de Boccatijs à Cingulo I.C. Romani tractatus de interdicto vti poſſidetis, ſiue de manutentione in poſſeſſionem, nunc recens in lucem editus. 8. Coloniæ 1582.

Verres citatur apud Plinium lib. 28. qui quædam ex eo mutuatus.

Verrij cuiuſdam ſcripta allegantur apud eundem lib. 33. & 35.

Verrius Flaccus Libertinus, Grammaticus, ſcripſit faſtos. Item libros de orthographia. Idem ſcripſit epiſtolas de re Grammatica, à Chariſio adducitur & Seruio. Ex Verrio Flacco collecta ſunt ea, quæ hodie Sex. Pompei Feſti nomine leguntur. Floruit Tiberij Cæſaris temporibus, ex huius lucubrationibus multa tranſcripſit Plin. in 3. 7. 8. 14. 18. 29. & 34. Naturalis hiſtoriæ libros.

Verſoris in logica Pet. Hiſpani commentarij barbari, impreſſi olim in Germania, anno 1487.

Verus epiſcopus Hiſpalenſis prouinciæ Beticæ, ſcripſit vitam Eutropij epiſcopi lib. 1. & quædam alia. Vixit anno 760.

Veſpaſiani epiſtolium ad Apollonium, excuſum inter Apollonij epiſtolas.

* Veſſodi, vide Antonij Veſſodi.

Veſtinus cognomine Iulius, ſophiſta, ſcripſit epitomen gloſſarum Pamphili libris 4. &c. Vide Suidam.

Veſti vel Vectij Valentis Antiocheni ex primo libro Floridorum excerpta quædam, de naturis planetarum, & ratione effectionum: impreſſa Norimbergæ, 1532. cum alijs aſtrologicis cura Ioachimi Camerarij. Valentis Antiocheni Aſtrologia Græca Romæ fuit in bibliotheca Lucæ Gaurici. Hermolaus in Plinium citat Vectij Valentis Antiocheni Antilogias: vbi Anthologias legendum.

Vgo & Vgolinus, vide Hugo & Hugolinus.

Vibij Rufi ſcripta citantur à Plinio 14. 15. & 19. libro: & ab eodem Vibij Ruffini lib. 21.

Vibij Sequeſtri, liber de montibus & fluminibus, fontib. &c. impreſſus eſt ab Aldo Venetijs, cum Pomponio Mela, &c. Eundem ad vetera exemplaria recognitum breui publicabit Ioſias Simlerus.

Victimerus citatur ab Hortulano philoſopho. Videtur Chymiſta fuiſſe.

Victoris preſbyteri Antiocheni Commentarij,

Digitized by Google

Græci in Marcum, & χολαςικῆ ἀπομνημονεύσεις incerti auctoris, extant apud Hen. Petri. * Hi commentarij iam ſtudio & opera Theodori Peltani Ieſuitæ, luce ſimul & Latinitate donati.

Victor tertiuſdecimus Romanæ vrbis epiſcopus, ſuper quæſtione Paſchæ, & alia quædam ſcribens opuſcula, rexit eccleſiam ſub Seuero principe annis decem. Hieronymus. Eius decreta cum reliquis Pontificijs impreſſa ſunt.

Victoris ab Aſſuris confeſſoris, Victoris à Gor, et Victoris ab Octauo verba, leguntur apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Victoris de Bona, de peſtilenti ſtatu, & problemata de peſte. Venetijs.

Victor epiſcopus Capuanus, ſcripſit contra errorem Victorij Aquitanici, qui docebat eſſe celebrandum paſcha XV. Calendas Maij, in anno Domini, CCCLV. Tranſtulit Ammonij Alexandrini, ſiue Tatiani, vt ipſe ſuſpicatur, conſonantiam Euangeliorum. Vide ſupra in Ammonio. Claruit 480.

Victor Cartennæ Mauritaniæ ciuitatis epiſcopus, ſcripſit aduerſum Arrianos lib. 1. Aduerſum Donatiſtas lib. 1. Ad Baſilium conſolatorium lib. 1. De pœnitentia quoque lib. 1. Homiliarum ad populum lib. 2. Vide Gennadium. Claruit autem ſecundum Tritemium, anno 450.

Victoris epiſcopi fidei ratio, exigenti Hunerico regi Wandalorum reddita: Henr. Petri excudit Baſileæ, anno D. 1528. in Antidoto contra hæreſes. * Eius libr. 3. De perſequutione Wandalica, in 4. Baſileæ 1544.

Victor epiſtolæ 2. & 4. & 11. & 12. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiſcopis lib. 1.

Victor epiſcopus Cummenenſis eccleſiæ Africanæ, ſcripſit ab initio mundi vſque ad primum Iuſtini iunioris imperij annum. De rebus geſtis et bellis Eccleſiaſticis valde vtilem hiſtoriam, item pro defenſione trium capitulorum lib. 1. Et quædam alia. Claruit anno 540.

Victoris Fauſti, Veneti, orationes quinq;, opera amicorum eius editæ, & impreſſæ Venetijs apud Aldum. Eiuſdem epiſtolæ 3. in volumine epiſtolarum clarorum virorum.

Victor Giſelinus Aurelij Prudentij libros ex fide decem librorum manuſcriptorum emendauit, & commentarium adiecit. Antuerpiæ Plantinus. Idem ſcripſit Epitomen Adagiorum omnium quæ præter Eraſmi Chiliades ab alijs collecta extant. Plantinus in 8. * Sulpitij Seueri opera quæ extant emendauit. Itemq; vitam eiuſdem Seueri deſcripſit.

Victor Piſanus patritius Venetus, ſcripſit eruditiſſima commentaria in Oratorem Ciceronis ad M. Brutum, excuſa ſunt Venetijs, et Lugduni apud Seb. Gryphium, 1536. et Pariſijs apud Rob. Steph.

Victoris Trincauelij philoſophi & medici Veneti, lib. 3. & quarti fragmentum, de ratione componendorum medicamentorū eorundemq; vſu. Venetijs, 1571. quarto, & Baſileæ apud Pet. Pernam in 8. Eiuſdem de ſectione venæ in pleuritide. * In Galeni libros, de differentijs febrium atque in priorem de arte curandi ad Glauconem explanationes, vnà cum tractatu de febre peſtilentiali. Beliſarij Gradaldini diligentia nunc primum in lucem editæ, in folio. Venetijs, 1579. Item de ratione curandi particulares humani corporis affectus, prælectiones, in folio, Venetijs.



Beati Victoris epiſcopi Vticenſis libri tres, hiſtoriæ perſecutionum Vandalicarum, quas in Africa olim circa D. Auguſtini tempora, circiter annum Domini 420. Chriſtiani perpeſſi ſunt ſub Geneſerycho & Hunericho Vandalorum regibus. His inſeruntur Eugenij Carthaginenſis epiſcopi confeſſio fidei & S. Trinitatis: item alia Rebaptiſtarum opiniones redarguentia. Ceruicornus excudit Coloniæ, 1537. in 8.

Victorianus Buconius, Caſtellianæ vrbis Mauritaniæ epiſcopus, ſcripſit aduerſum Iudæos lib. 1. Aduerſum Arianos lib. 1. Aduerſum omnes hæreticos li. 2. De Sacramentis quoq; lib. 1. Claruit 450.

Victoricus epiſtolæ 2. & 4. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiſcopis lib. 1.

Victorici à Thabraca verba apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

De Mario Victorino Afro rhetore ſupra dictum eſt.

Victorinus grammaticus, quem in Georgica aliquid ſcripſiſſ. conijcimus, ex Seruio in 4. Geor.

Victorini Anxigini Sebutij, Triumphus Chriſti reſurgentis carmine elegiaco, Viennæ Auſtriæ Ioan. Syngrenius excudit anno D. 1550.

* Victorini ab Auerſa Canenſis Monachi, de vanitate mundi, deq; ſolida hominis felicitate. Explicatio Eccleſiaſtes Solomonis. 12. Coloniæ apud Cholinum 1578.

Victorinus Leonienſis citatur à Io. Stœfflero.

Victorinus Maſſilienſis rhetor, ſcripſit commentariorum à principio vſq; ad mortem Abrahæ patriarchæ, in Geneſim lib. 4. & quædam alia. Floruit anno 420. Hic nominatur CL. Marius Victor, & eius in Geneſim lib. 3. & ad Salmonem abbatem epiſtola carmine, edita ſunt cum Chriſtianorum poetarum veterum operibus.

Victorinus epiſcopus Pictauienſis, ſcripſit in Geneſim lib. 1. in Abacuc lib. 1. in Exodum lib. 1. in Eccleſiaſten lib. 1. in Leuiticū lib. 1. in Cantica canticorum lib. 1. in Eſaiam prophetam li. 1. in Apocalypſim lib. 1. in Ezech. lib. 1. Aduerſum omnes hæreſes lib. 1. & alia multa. Claruit an. 270. Hieronymus ſcribit, fuiſſe epiſcopum Petabionenſem. Commentaria eius in Apocalypſin, Vaſcoſanus nuper impreſſit Pariſijs, cum quibuſdam Theophylacti operibus. Carmen eius de Ieſu Chriſto Deo & homine cum veterum Chriſtianorum poetarum operibus primum editum eſt à Georgio Fabricio, 1562.

Victorinus Strigelius Ienenſis primum, deinde Lipſenſis, & poſtremo Heidelbergenſis Academiæ profeſſor, ſcripſit Arithmeticum libellum, qui non modo vſitata præcepta continet, ſed etiam demonſtrationes præceptorum. Lipſiæ, 1563. Epitomen doctrinæ de primo motu, aliquot demonſtrationibus illuſtratam. Witebergæ, 1565. Duodecim

prophetas

Digitized by Google

prophetas minores ad Hebraicam veritatem recognouit, & argumentis atq; ſcholijs illuſtrauit. Lipſiæ apud Vœgelinum, 1571. Iobi quoque librum eodem modo recognouit, additis argumentis & ſcholijs. Ibidem. Recognitionem quoq; argumenta, atq; ſcholia in librum Iudicum, Lipſiæ apud Erneſtum Vœgelinum in 8. anno 1567. Libros Samuelis, Regum, & Paralipomenon, ad Hebraicam veritatem recognouit, & breuibus commentarijs explicauit: addita chronologia in hiſtoriam regni Iudæ et Iſraelis, à Saule vſq; ad exilium Babylonicum. Similiter Eſaiam, Ieremiam, Ezechielem & Danielem, Prouerbia Solomonis, & Nouum teſtamentum, recognouit & argumentis atq; ſcholijs illuſtrauit. Item lib. Syrach & Sapientiæ, 1571. Item libros Eſdræ, Nehemiæ, Eſther, & Ruth. Libros Apocryphos, Tobiæ, Iudith, Baruch, fragmenta ex Eſther et Daniele. Machabæorum 2. libros. Edidit Conciones 21. quibus explicatur hiſtoria paſſionis Domini & redemptoris noſtri Ieſu Chriſti. Witenbergæ, 1572. Ariſtotelis de vita & moribus lib. 10. è Græco in Latinum ſermonem conuertit, argumentis item & ſcholijs illuſtrauit. Lipſiæ, 1572. Idem Theodoreti Sermones 10. de Prouidentia, Dialogos tres, & Baſilij Hemeron in Latinam linguam conuertit. Lipſiæ Vœgelinus excudit. Item Iſocratis Archidemum. Scripſit laudationem funebrem Egidij Medleri, 1547. * Eiuſdem hypomnimata in omnes pſalmos. 8. Lipſiæ, anno 1573. partibus duabus. In Erotemata Dialecticæ Philip. Melanchtonis ὑπομνήματα Victorini Strigelij, excepta de ore ipſius, ex prælectionibus publicis in Academia Lipſenſi. 8. Lipſiæ 1575. Eiuſdem in libros III. M.T. Ciceronis officiorum, Parad. & Somnium Scipionis annotationes, nunc primum in lucem editæ. In Epitomen philoſophiæ moralis Philippi Melanchtonis ὑπομνήματα. Nunc primum contexta, & in lucem edita opera Chriſtophori Pezelij S. Theologiæ doctoris. 8. Neapoli Caſimiriana excudebat Matthæus Harniſch, 1578. Victor. Strig. De præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in adminiſtratione cœnæ Dominicæ, commentarius, dictatus in Academia Ihenenſi, anno 1553. Nunc primum multis de cauſis editus. 8. Francofurti ad Mœnum, apud Martinum Lechlerum. Eiuſdem tres partes Locorum communium, editæ à Chriſtoph. Pezelio. In 4. Neapoli Nemetum, 1582. Hypomnimata in omnes libros noui Teſtamenti: quibus & genus ſermonis explicatur, & concionum methodus monſtratur: & natiua ſententia teſtimonijs piæ vetuſtatis confirmatur. In 4. Lipſiæ 1583.

Victorius natione Aquitanicus, iubente papa Hilario, ſcripſit pro inueniendo termino paſchali, Cyclum magnum annorum, 532. lib. 1. quem Dionyſius abbas emendauit poſtea: et vſq; in hanc noſtram ætatem, licet in aliquibus defecerit, tamen perſeuerat. Scripſit etiam Victorius iſte quaſdam epiſtolas. De curſu eius Paſchali plura ſcribit Gennadius, à Trittemio Victorinus, in Vet. C. Vſturinus nominatur. Claruit autem anno 460.

Victorius Reatinus ex manuſcriptis codicibus emendauit opera D. Hieronymi nouem Tomis comprehenſa. Antuerpiæ Chriſt. Plantinus 1579.

Vidus Vidius, Florentinus, profeſſor Regius Pariſijs, edidit chirurgiam è Græco in Latinum à ſe conuerſam, cum commentarijs Galeni et ſuis, Pariſijs apud Petrum Galterium, anno 1544. in magno folio. Inſunt autem hæc. Hippocratis libri, De vlceribus, De fiſtulis, De vulneribus capitis, cum Vidij in ſingulos libros commentario, De fracturis, cum 3. Galeni commentarijs, De articulis cum 4. eiuſdem comment. De officina medici cum 3. eiuſdem commentarijs. Galeni liber de faſcijs. Oribaſij de laqueis & machinamentis. Galeni liber de faſcijs & Oribaſius de laqueis & machinamentis, ex tranſlatione Vidij, impreſſi ſunt Venetijs à Iuntis, cum operib. Galeni, et Oribaſij libris, Tiguri apud Geſneros fratres in volumine chirurgico, an. 1555. Audio etiam eundem Vidium editurum gloſſemata doctiſſima in omnes Galeni & Hippocratis lib.

Viemon chymiſta (vt opinor) citatur in libro ſeniorū Zadith.

Vigilantius preſbyter natione Gallus, expoſuit prauo ingenio ſecundam Danielis viſionem, et alia locutus eſt friuola, quæ in Catalogo hæreticorum neceſſario exponentur. Gennadius.

Vigilij Papæ decreta, cum reliquis Pontificijs impreſſa.

Vigilius epiſcopus, ſcripſit ad quendam Simplicianum in laudem martyrum libellum, & epiſtolam continentem geſta ſui temporis apud Barbaros martyrum. Gennadius.

Vigilius diaconus compoſuit ex traditione patrum monachorum regulam, quæ in cœnobio ad profectum fratrum in conuentu legitur breuiato & aperto ſermone, totius monaſticæ profeſſionis in ſe tenentem diſciplinam. Gennadius. Trittemius addit, eum claruiſſe, anno 420.

Vigilij Martyris & epiſcopi Tridentini libri quinq;, quos ille ante mille annos contra Eutychen, & alios hæreticos, parum pie de naturarum Chriſti proprietate & perſonæ vnitate ſentientes conſcripſit: Froſchouerus impreſſit Tiguri, 1539. Eoſdem libros Caſſander edidit Coloniæ addito Dialogo Vigilij cum Ario Photino, &c. quem hactenus falſo Athanaſio inſcriptum, ipſe proprio auctori aſſeruit. Porro libri quinq; contra Eutychem longe emendatiores & locupletiores, editi ſunt à Ioſia Simlero, cum alijs patrum ſcriptis contra Eutychem.

Viglius Zuichemus Friſius I.C. Theophili Anteceſſoris Inſtitutiones iuris ciuilis in Græcum ſermonem tranſlatas, in lucem eruit, ac ſtudioſis publicas fecit, cum doctiſſima præfatione ad Carolum V. Cæſarem, vide ſupra in Theophilo. Scripſit etiam commentaria in decem titulos ſecundi libri Inſtitutionum Iuris ciuilis, * quibus omnia penè Teſtamentorum iura, eleganter ac dilucide explicantur. Impreſſa Baſileæ in officina Frobeniana, an. 1534. * Et in 8. Ingolſtadij, anno 1579. Claruit anno 1533.

Vilhelmus de populis trans Albim, citatur in Chronicis Saxonum.

Villa Sancta de libero arbitrio contra Me-

Digitized by Google

*lanchtonem. Londini in ædibus Pinſonianis,* 1523.

Villius *qui vulgo dicitur Iulius Firmicus. L. Gyraldus.*

Vincentinus *quidam numeratur inter ſcriptores, à quibus memorabilia ſua collegit Baptiſta Fulgoſus.*

Vincentius *iuriſperitus (fortè qui Herculanus cognominatur, de quo inferius) ſcripſit de bello Italico.*

S. Vincentij *ſermo impreſſus.*

Vincentij *ordinis Prædicatorũ theologi Compilatio, de interiore homine, impreſſa Magdeburgi, anno* 1493. *Hic in diuorum numerum relatus eſt, anno* 1455. *B. Vincentij ordinis Prædicatorum Theologiæq; doctoris, Sermones per annum de Tempore & Sanctis, per Damianum Diaz recogniti, annotationibus in margine additis, excuſi ſunt Antuerpiæ apud Philippum Nutium,* 1570. *in octauo, & Venetijs,* 1573. * *Vincentij ordinis Prædicatorum, tres terribiles prophetiæ Danielis prophetæ: nempe de defectione vitæ Spiritualis: de diminutione eccleſiaſticæ dignitatis: de interitu Catholicæ fidei: de aduentu Antichriſti: deq; fine mundi. Germanice in 4. anno* 1582.

Vincentius *presbyter natione Gallus, commentatus eſt in Pſalmos. Claruit anno* 450.

Vincentius, *epiſtolæ 4. apud Cyprianum autor, cum aliquot alijs coepiſcopis lib. 1.*

Vincentij *Barſij Carmelitæ Mantuani poetæ Sylua, excuſa Bononiæ, anno* 1524. *cum elegijs. item Alba Labyrinthus, Parmæ, anno* 1519.

Vincentius *Gallus natione Burgundus, Belnacenſis, ordinis Prædicatorum, ſcripſit ſpeculum hiſtoriale lib. 32. ſpeculum naturale lib. 33. ſpeculum morale lib. 3. ſpeculum doctrinale lib. 13. de gratia Dei quoq; lib. 4. de laudibus ſanctæ Mariæ lib. 1. de laudibus S. Ioannis Euang. lib. 1. de Inſtitutione puerorum lib. 1. conſolationem ſuper mortuo lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Claruit anno* 1246. *Eius autem quatuor ſpecula, in totidem magnis voluminibus, impreſſa ſunt olim Baſileæ apud Ioan. Amerbachium. Item iſti: De gratia ſiue myſterio redemptionis humanæ libri 4. ex patrum dictis concinnatis; de geſtis, moribus, & vita virginis Mariæ lib. 1. ex authenticis patrum ſcriptis collectus. de ſancto Io. Euangeliſta lib. 1. de regularium puerorum eruditione, quomodo & in quibus libris potiſſimum Chriſtiani ſint inſtituendi lib. 1.* * *Conſolatorius de morte amici, ſiue de ſpecialibus generalibusq; conſolationis præceptis, & potiſſimum in aduerſitatibus quæ in amicorum morte verſantur, anno Dom.* 1481.

Vincentij *Bellhaueri liber primus Madrigalium quinque & ſex vocum. Venetijs apud Gardanum,* 1567.

Vincentius *Borghinus, vir acri iudicio præditus, ac eleganti doctrina expolitus, edidit quædam monimenta ingenij ſui, vt refert Petrus Victorius, quibus diligentiam ſuam in elegantioribus literis illuſtrandis teſtatur.*

Vincentij *Calzaueliæ medici Brixiani, tractatus de Theriacæ abuſu in febribus peſtilentibus. Brixiæ, anno* 1570. *in quarto.*

* Vincentij *Carocy, commentaria ad regulam cum quid prohibetur libro 6. in 8. Peruſiæ.*

Vincentij *Carteri, tractatus ſuppoſitionum.* * *Einſdem imagines Deorum antiquorum. Venet. Iordan Ziletti,* 1571. *Italice.*

Vincentij *Caſali Brixiani, Explicatio medicamentorum ſimplicium, ac eorundem compoſitio, ex Ioanne Baptiſta Montano excepta, anno* 1553. *Metaphraſis eorum quæ ad doctrinam medicamentorum pertinent, excepta ex prælectionibus eiuſdem Montani,* 1549. *edita Patauij,* 1556.

Vincentij *Caſtilionei in Saluſtium annotationes quædam, impreſſæ Baſileæ, anno* 1564.

Vincentius *de Caſtro nouo, de conceptione B. virginis.*

Vincentij *Ciconiæ presbyteri enarrationes in Pſalmos. Patauij, anno* 1567. *in quarto.* * *Eiuſdem ſermones ſeptem, de eucharistiæ ſacramento, in octauo Venetijs,* 1556.

Vincentij *Cingauli iuriſperiti, conſilium de alienatione iuſtitiæ, vel iuriſdictionis.*

Vincentius *Couentrianus, Anglus, minorita, ſcripſit Expoſitionem eorum quæ fiunt in Miſſa li. 1. Lecturas quaſdam lib. 1. Et alia. Claruit* 1250. *Ioannes Lelandus.*

Vincentius *Ferrarius de Valentia, ordinis fratrum Prædicatorum, ſcripſit ſermones de tempore lib. 1. ſermones de ſanctis lib. 1. ſermones per quadrageſimam lib. 1. Vixit anno* 1418.

Vincentij *Ferrarienſis, ſcripturæ ſacræ partes moraliter, editæ Pariſijs.*

Vincentius *Flamarenſis Benedictinus, conſcripſit Faſciculum Myrrhæ, de Chriſti vita, ſecundum literam noui teſtamenti collatam cum figuris & prophetijs veteris. Venetijs Ioannes Patauinus, anno* 1551.

Vincentij *Gambicurtæ Piſani, aliquot annorum prognoſtica.*

Vincentius *Glacharus ordinis Prædicatorũ, ſcripſit de contractu Liuellario, vel vſu ſeu affectu. De monte pietatis. De venditione rerum fructuoſarum ad terminum, cum impoſitione liuelli ſeu penſionis. Eiuſdem diſputationem, an clericus in minoribus conſtitutus vxoratus poſſit retinere penſionẽ, quam antea ſuper beneficio habuit. Item aliam, de comparatione auctoritatis delegatæ, præſertim in cauſa inquiſitionis hæreticæ prauitatis. Præterea edidit tractatum de neceſſitate confeſſionis vocalis omnium peccatorum. Eiuſdem libellus de libero arbitrio, gratia, præſcientia & prædeſtinatione. Item de purgatorio animarum poſt mortem, & de ſuffragijs. Venetijs* 1527.

Vincentius *Gruner, natione Germanus, ſcripſit ſuper officio miſſæ lib. 3. Quæſtiones diſputatas lib. 1. & quædam alia. Vixit anno* 1410.

Vincentius *Herculanus* * *de Peruſia, iuriſperitus, ſcripſit ſuper 1. & 2. ff. noui. ſuper 1. & 2. infortiati, diſputationem quæ incipit, Peruſinus quidam, in folio Peruſiæ* 1510.

* Vincentij

* Vincentij *Iuſtiniani Antiſtij, Valentini, ſacri ordinis Prædicatorum commentaria in vniuerſam Logicam: vnà cum lucidiſsimis quæſtionibus, quæ totam hanc facultatem luce meridiana clariorem reddunt, nunc denuò typis demandata. Acceſſit etiam eiuſdem authoris Theſaurus quæſtionum, ijs, qui aut diſputaturi, aut aſſertiones defenſuri, admodum neceſſarius. Quarto Venetijs, anno Domini* 1582.

Vincentius *monachus & preſbyter monaſterij Lirinenſis inſulæ, natione Gallus, ſcripſit contra omnes hæreticos lib.* 2. *Trittemius ex Gennadio, qui eum claruiſſe ait, anno* 430. *Eius pro catholicæ fidei antiquitate & vniuerſitate, liber impreſſus Baſileæ ab Hen. Petri,* 1518. *cum alijs varijs contra hæreticos ſcriptis. Item Coloniæ apud Maternum Cholinũ addito breui commentariolo per Ioannem Caſtorum* 1569. *in* 12.

Vincentij *Lupani de magiſtratibus & præfecturis Francorum commentarij,* *ad Iacobum Brollatum archiepiſcopum Arelatenſem, excuſi ſunt Pariſijs apud Guiliel. Nigrum, anno* 1551, * *& Baſileæ per Sebaſtianum Henricpetri,* 1578. *Eiuſdem annotationes in Tacitũ, impreſſæ apud Rob. Stephanum. Item in Vopiſcum, Capitolinum, &c. apud Wechelum excuſæ.*

Vincentij *Madij Brixiani, & Bartholomæi Lombardi Veronenſis, in Ariſtot. librum de poetica cõmunes explanationes. Madij verò eundem in librũ propriæ annotationes. Eiuſdem de ridiculis lib. & in Horatij librum de arte poetica interpretatio: impreſſa ſunt Venetijs à Vincentio Valgriſio, anno D.* 1550. *in folio.*

Vincentius *Obſopœus, natione German. partim ſuis, partim aliorum ſcriptis ab interitu vindicatis, & in lucẽ editis bene meritus: inter quæ ſunt, compendioſa explicatio Græca incerti authoris, in errores Vlyſsis, per contemplationem moralem, cum Græco Sympoſio Xenophontis: edita Haganoæ apud Secerium,* 1531. *Precationes Græce per eundem editæ, in Demoſthenis orationes, caſtigationes ac diuerſæ lectiones, vetuſtiſsimi cuiuſdam exemplaris ſubſidio collectæ: non ſolum editioni Aldinæ, ſed etiam poſtremæ Baſilienſi ex officina Heruagij, accommodatæ, Io. Petreius excudit Norimbergæ,* 1514. *Annotationes in quatuor libros Græcorũ epigrammatum impreſſæ Baſileæ apud Ioan. Oporinum, cum indice. Homeri Iliados libri aliquot, partim à Nicolao Valla, partim à Vincentio Obſopœo verſi, excuſi Baſileæ.* * *Eiuſdem Dialogorum aliquot Luciani verſio. In* 8. *Haganoæ, anno* 1529. *Verſio ſententiarum Antonij, in folio. Tiguri,* 1564. *Eiuſdem de arte bibendi libri tres. In* 8. *Francofurti apud hæredes Egenolphi,* 1575.

Vincentius *ab Ocha Bononienſis, ſcripſit in Rub.* 1. *infortiati. ſoluto matri. l.* 1. *&* 2.

Vincentius *de Palleot, Iuriſperitus, ſcripſit de Dote.*

* Vincentij *Petraſanctæ, ordinis Prædicatorum, tabulæ* 5. *doctrinam ſeptem ſacramentorum complectentes. Monachij,* 1579.

Vincentij *Pimpinelli archiepiſcopi Roſſanenſis, oratio Auguſtæ habita,* 1530 *& ibidem impreſſa, cum epigrammatis Bernardi Gentilis Cæſarei hiſtorici, M. Antonij magni C. Vrſini Velij.*

Vincentius *Platanus Brabantius Ludimagiſter in quodam Luſitaniæ oppido fertur ſcripſiſſe libellum de Piſcibus.*

* Vincentij *Pribanij, de Origine & ſucceſsibus Schlauorum. In* 4. *Venetijs,* 1532.

* Vincentij *Quintiani Dilucidationes trium librorum Ariſtotelis de Anima. Bononiæ,* 1579.

Vincentius *Roſetus Veronenſis, tranſtulit Stephani Vannei Recinenſis Recanetum de muſica aurea, excuſum Romæ per Valerium Doricum, anno* 1553.

Vincentius *de Sala Brixienſis, ſuper* 1. *Codicis Familiæ erciſcundæ.*

Vincentius *Saluiolus ſuper* 1. *Infortiati Soluto matri, &c.*

Vincentij *de Sonſheim, liber de virtutibus aquæ vitæ.*

Vincentij *à Thibari verba apud Cyprianum, in ſententijs Epiſcoporum, de Hæreticis baptizandis.*

Vincentius *Victor ex Rogatiſta factus catholicus, ſcripſit lib.* 2. *de Origine animæ, contra quos deinde* 4. *libros edidit D. Auguſtinus, qui extant* 7. *tomo operum eius.*

* Vinceslai *Nicolaidæ, cantiones Euangelicæ, quæ in eccleſijs Bohemicis canuntur. Witenbergæ, in* 8. *anno* 1554.

Vindaonij *quædam citantur in Geoponicis Conſtantini.*

Vindiciani *comitis archiatrorum librum de expertis remedijs, ad Valentinianũ Imperatorem, Marcellus tranſtulit in ſuum, de quo ſupra dixi, & Vindiciani præfationem ab initio appoſuit.*

Viperti *Theologiæ magiſter & Decretorum Doctoris, de Geſtis & factis trium Regum liber, in capita* 47. *diuiſus, plenus fabulis. Eidem aſcribitur liber de Virtutibus ſanctorum, cui quiſque morbo medentur, qui lucro aut alijs rebus præſint. Eidem Dialogus qui nominatur Horologium diuinæ ſapientiæ. Eiuſdem contra Talmud Iudæorum ſcriptum eſt.*

Virdumni *cuiuſdam Epitome Almageſti extat Viennæ Auſtriæ.*

* Virgilij *Pinggiezeri, Hallenſis, ditionis Saliſburgenſis decas vna reſponſorum ſiue conſiliorum. Fol. Francof. ex officina Nicolai Baſſei,* 1579.

* Virgilij *Solis Norib. et Iuſti Ammani Tigurini effigies Francorum omnium, à Pharamundo ad Henricum vſq;* III. *ad viuum quantum fieri potuit, expreſſæ. Acceſſit Epitome* [illegible]*, eorum vitas & geſta breuiter complectens,* 1579.

Virgilius *Soliuagus illuſtri inter Hybernos familia ortus, ſcripſit ad Zachariam Rom. Pontificem lib.* 1. *Obijt anno* 784. *Baleus.*

Virgilius *de Syluestris ſuper* 2. *ff. veteris. Si certe petatur.*

Virgilij *Wellendorfer Saliſburgenſis Mora-*

logium ex ethicorum libris Ariſtotelis commentariorumq́ lecturis, continens 530. concluſiones morales. Lipſiæ impreßit Wolfgangus Stokel, anno 1509. Eiuſdem Oecologium ex Ariſtolis 2. lib. œconomicis, concluſiones 104. Idem impreßit anno 1512. Eiuſdem Encenilogium. 1515. Eiuſdem Valelogium, in quo Iſocratis præcepta 8. regalia & moralia explicantur, anno 1516.

Virginij Romani libri & comœdiæ Plinius lib. 6. epiſt.

Viridarij ſomnium de poteſtate Papæ, & principum ſecularium.

Viſitarinus ſcripſit in Rubr. primi Infort. ſolu to matr. l. 1.

Vitaliani Papæ Decreta, cum reliquorum Pontificum Decretis, impreſſa.

Vitalis Cambani, & Celſi Hugonis tractatus in clauſulas & concluſiones vtriuſque iuris, Venetijs impreßi apud hæredes Seſſæ, anno Domini 1570 in quarto. * & in folio Francofurti apud Baſſeum & Sigiſmundum Feyrabend, anno 1579. cum hoc titulo ampliori.

Vitalis de Cabanis iuriſperitus, ſcripſit de clauſulis.

* Vitalis de Campanis & Celſi Hugonis Cabilionenſis Celtæ, Tractatus clauſularum omnis generis in reſcriptis, priuilegijs, compromißis, actibus, iudicialibus, contractibus, ſtatutis, teſtamentis, codicillis, conſilijs alijsq́ negotijs, omnifariam vſitatum.

Vitalis à Furno, olim Cardinalis, pro conſeruanda ſanitate ad totius humani corporis morbos remediorum liber; excuſus Moguntiæ in folio. Idem ſcripſit in Prouerbia Salomonis lib. 1. Super Euangelia lib. 4. Et alia. Claruit anno D. 1310. Nicolaus Bertrandus.

* Vitalis Kreiduueiſij ludimagiſtri Leonbergenſis, adhortatio ad pœnitentiam: ſumpta ex ſermone Iacobi Herbrandi ſuper apparitione cometæ, Germanice, in quarto Tubingæ, anno 1578.

Vitardus Nemauſenſis I. C. ſuper 1. Infortiati De actione rerum annot. De collationibus. In 3. Decret. de parrochij C. Ioannes.

Vitalis Niſſus paraphraſin Auerrois in Ariſtot. libros de generatione & corruptione in Latinū conuertit, impreſſam Venetijs à Iuntis, anno 1552. cum Auerrois operibus.

Vitardus ſcriptor citatur à Raphaele Volaterrano lib. 16. Anthropologiæ, vbi de Gildardo & Medardo epiſcopis loquitur.

Vitellionis Mathematici doctißimi περὶ ὀπτικῆς, id eſt, de natura, ratione, & proiectione radiorum viſus, luminum, colorum, atq; formarum, quam vulgo perſpectiuam vocant lib. 10. Io. Petreius excudit Norimbergæ, 1535. Idem libri inſtaurati & figuris illuſtrati à Friderico Riſnero, Baſileæ editi ſunt cum Alhazeno. 1572.

Vitellius Afer, Donatianorum ſchiſma defendens, ſcripſit aduerſus gentes lib. 1. Quod odio ſint mundo ſerui Dei lib. 1. Aduerſum noſtros querimoniarum lib. 1. Tritemius ex Gennadio. Claruit anno 360.

Vituria Vrſi Ali vxor cariſſima, Aug. Cæſaris nepos, quæ de pudicitia verſus condidit, vt vetus inſcriptio teſtatur.

Vitus Amerbachius, Germanus, vir noſtro tempore doctißimus, ſcripſit Antiparadoxa, cum orationibus de laudibus patriæ, & de ratione ſtudiorum. Commentaria in Ciceronis tres libros de officijs: Gryphius impreßit Lugduni & Crato Mylius Argentorati recognita & aucta, 1539. & Oporinus Baſileæ anno 1551. Eiuſdem Paraphraſis in orationem Ciceronis pro Archia poeta, impreſſa Witenbergæ 1539. Duplex interpretatio in poemata Pythagoræ & Phocylidis: Argentorati, anno Do. 1539. apud Mylium. Interpretatio in Meteora Ioan. Iouiani Pontani, ibidem excuſa, eodem tempore. De anima lib. 4. ibidem, anno 1542. cum præfatione authoris ad regem Chriſtianum ſcripta, Witenbergæ, anno 1541. cum indice. Epigrammata & Epitaphia diuerſa, excuſa Baſileæ, apud Ioannem Oporinum, anno 1550. Expoſitiones in Ouidij libros de Triſtibus, & de Ponto, impreſſæ cum alijs in eundem authorem commentarijs, Baſileæ apud Heruagium, anno 1550. Expoſitiones partitionum oratoriarum, & præfationes de optimo genere dicendi M. T. Ciceronis excuſæ apud Oporinum. Enarrationes in orationem Ciceronis pro Milone, & annotationes in Topica Ciceronis, ab eodem, anno 1550. De philoſophia naturali lib 6. ab eodem, anno 1548. Ad Andream Alciatum epiſtola de furto, per lancem & licium concepto, ab eodem, anno Domini 1548. Variorum carminum libellus, ab Ioan. Oporino excuſus, anno 1550. Idem Donati de octo orationis partibus libellum emendauit atque ad puerorum vſum inſtructiorem reddidit, excuſum Baſileæ à Ioanne Oporino, anno 1552. Scripſit etiam enarrationes epiſtolarum familiarium Ciceronis, excuſas ab Oporino, anno Domini 1553. in 8. chartis 33. Tranſtulit orationes aliquot Iſocratis & Demoſthenis, ab Oporino impreſſas in octauo anno 1554. Item Chryſoſtomi orationem de prouidentia: Epiphanium de fide catholica, & Apoſtolica eccleſia. Hiſtorias de ſacerdotio Ieſu Chriſti ex Suida. Liber ab eodem excuſus in octauo. Enarrationes eius in aliquot orationes Ciceronis, excuſæ ſunt ab Oporino, anno 1553. cum diuerſorum in omnes orationes commentarijs. De philoſophia naturali lib. 6. Variorum carminum libri. Claruit Ingolſtadij anno 1553. * Eiuſdem poemata Pythagoræ & Phocylidis, cumq; duplici ipſius interpretatione. 8. Lipſiæ, 1578. Caroli Magni præcipuæ conſtitutiones de rebus Eccleſiaſticis & ciuilibus cum Viti Amerbachij ſcholijs, in 8. Ingolſt. 1545.

Vitus Arenpeckh ſacerdos Landsbuta oriundus, Latina & vernacula lingua diligentißime omnium, de rebus Boicorum, parentum memoria perſcripſit, ſub duce Georgio. Io. Auentinus.

* Viti Chiappiſij Grammaticarum inſtitutionum compendium breue, methodo comprehenſum, atque ex varijs authoribus ſelectum. Octauo Venetijs, anno 1579.

Viti Iacobi Academiæ Ingolſtadienſis deſcriptio metrica, in 4.

Viti

Digitized by Google

* Viti *Mileti Theologi D. canonici Vratiſlauienſis, & ad S. Seueri Erfurti, oculata demonſtratio Speculi Ieſuitici, nuper Erfordiæ excuſi. In 4. Coloniæ, anno 1582. Germanice.*

Vitus *Polantus Cõmentaria Petri à Bella Pertica in ff. nouum: & eiuſdem explicationes ſingulares in aliquot leges ff. veteris & Codicis Iuſtiniani: euulgauit & à mendis repurgauit. Fràcofurti 1571. Idem Quæſtiones earumq́ diſtinctiones in libros Codicis D. Iuſtiniani, incerti auctoris in lucem edidit: vnà cum fragmento diſtinctionum in Digeſtum vetus. Heidelbergæ, 1570. in 8.*

Vitus *Theodorus concionator Norimbergenſis. collegit & diuulgauit commẽtarium M. Lutheri in Michęam prophetam. & annotationes in 11. cap. Geneſis (quibus & præfationem appoſuit) cum alijs coadiuuantibus. Eiuſdem annotationes, quæ cõmentarij vice eſſe poſſunt, in Pſalterium Dauidis carmine redditum per Eobanum Heſſum: excuſæ Argentorati à Mylio, 1539. & Baſileæ apud Rob. Winter. Oratio, quæ de ſtudio linguarum in Academia Witenbergenſi ab eo pronuntiata eſt, habetur impreſſa cum declamationibus Phil. Melanc. Idem ſcripſit breues annotationes in tota Biblia, impreſſas Ger. Norimb. in 4. Explicationem aliquot ſententiarum conſolatoriarum ex D. Ioan. hæc paulo ante obitum ab ipſo conſcripta, & Norimbergæ edita eſt. Item expoſitionem Germanicã in Eſaiam. excuſam Norimbergæ, 1548. * Eiuſdem annotationes compendiariæ in nouum Teſtamentum. Francofurti in 4. Plures tractatus Germanica lingua edidit: de quibus ad meam notitiam venerunt ſequentes. Liber de officio paſtorũ quem vulgo Agenda paſtori nuncupant. Norimbergæ, 1553. Explicatio Pſalmi 9. qui affert conſolationem moribundis. Ibidem, anno 1556. Expoſitio Pſalmi 20. aduerſus Turcas. Inſtitutio Chriſtianæ doctrinæ & vitæ. In 16. Norimbergæ, 1548. Sententiæ conſolatoriæ aduerſus ſtimulos conſcientiæ. Norimberg 1551. Tractatus quomodo ſe gerere debeat Chriſtianus tempore perſecutionis. Norimbergæ in 8. anno 1548. Inſtitutio de modo orandi, 1545. Homilia in verba Simeonis de præparatione ad mortem. Norimbergæ in 8. Claruit 1544.*

* Vitus *Tufft partem Friderici Griſonis de arte equeſtri, ex Italica in Germanicam tranſtulit. Auguſtæ, 1566. in fol.*

Viti *Winſemij, natione Germani, declamatio, in qua recitatur, quomodo Guelphus dux Bauariæ liberatus ſit periculo in obſidione Winſbergenſi, conſilio honeſto, ſed vafro, coniugis ſuæ: impreſſa cum declamationibus Phil. Mel. Demoſthenis contra Ariſtogitonem oratio ſecunda, eodem interprete, impreſſa Haganoæ, 1527. Philippi Mel. ſyntaxis à Vito Winſemio locupletata, vt ſit ad vſum ſcholarum accommodatior, cum præfatione Philippi Mel. Argentorati apud Mylium, 1538. Eius verò in Homerum præfatio, oratio funebris D. Sebaldi Munſteri, & aliæ de adoleſcentium ſtudijs in gymnaſio Witenbergenſi pronuntiatæ, inſertæ ſunt Philippi Mel. declamationibus, impreſſæ Argent. apud Crat. Mylium. Thucydidis lib. 8. ab eodem è Græco in Latinum ſermonem conuerſi, impreſſi ſunt Witenbergæ, 1569. Interpretatio Eidylliorum Theocriti, edita Francofurti. Item Sophoclis tragœdiarum. Ibidem, 1549. Floruit anno 1530.*

Viuiani I.C. *caſus ſummarij.*

Viuio *Held, nobilis Groningenſ. natione Phryſius, ſcripſit dialecticam.*

Vlpiani *Emeſeni, & Vlpiani Antiocheni ſophiſtarum, cum eorũ ſcriptis Suidas meminit. Idem de Vlpiano fratre Iſidori philoſophi multa, ſed nullum eius ſcriptum commemorat. Vlpiani Gazæi nomen ſolum affert.*

Vlpiani *commentaria Græca in 18. Demoſthenis orationes, cum eiuſdem excuſa. Vlpianum I. C. in Domitio require.*

Vlpianus *Tyrius, vnus ex Dipnoſophiſtis Athenæi, κειτούκειτος cognomine.*

Vlpianus *de Zanis Bononienſis, ſcripſit ſuper Inſtitut. de iure natur.*

Vlpius *Franckerenſis, natione Friſius, Heſiodi opera & dies carmine reddidit, ita vt ſingulos Græcos verſus ſingulis Latinis exprimeret, ut inſeruiret illis qui vtranque linguam conferre cupiunt. Michael Iſingrinius impreſſit Baſileæ, anno Domini 1540. Græcis & Latinis è regione poſitis. Scripſit & collectanea quædam Prouerb. quæ in Chiliadibus Eraſmi non habentur, & alia quædam imperfecta, ad mortem authoris.*

Vlpius *Marcellus vetus* I.C. *ſcripſit Digeſtorum lib. 13. ad leges lib. 6. reſponſorum lib. 1. In hunc notas edidit Martianus.*

Vlrichus *Coccius ſcripſit indicem & præfationem in opera D. Gregorij Põtificis. quæ excuſa ſunt Baſileæ in officina Frobeniana, 1551.*

Vldricus *de Herbipoli, Germanus, Carthuſienſis monachus, theologus ſua ætate famatus, ſcripſit carmina ac rythmos li. 1. Et alia. Claruit anno 1480. Arnoldus Boſcius.*

Vlrici *Veleni Minhonienſis diſputatio Petrum apoſtolum Romã non veniſſe, perſuaſiones 19. cauilli 7. impreſſus liber quatern. 7. anno 1520.*

Vlricus *de Vrinaria, Germanus & Auguſtinianus, ſcripſit de origine ſui ordinis lib. 1. Iacobus Bergomenſis.*

* Vlricus *Welling. hiſto. vniuer. vſq; ad annum D. 1320. perſcripſit.*

Vlrichus, *vide Huldrichus.*

Vlyſſes *Aldrouandus Bononienſis, cœpit ſcribere doctiſsima commentaria in totum Dioſcoridem quem aliquot annis in Bononienſi Academia interpretatus eſt, quæ num abſoluta ſint neſcimus. Idem ſcripſit libellum de ſtatuis Romanis, impreſſum Venetijs Italice.*

Vmbertus *Viennenſis* Theologus, *Horarum modum, quo nunc ordo vtitur, inſtituit, ac libros plurimos, de Vita religioſorum edidit Raph. Volater. libr. 12.*

Vmbricius *Melior citatur à Plinio, qui in lib. 10. ex eo authore quædam mutuatus eſt.*

Vmbricius *quidam de diſciplina Hetruſca aliquot libros ſcripſit, ex quibus multa mutuatur Pli*

nius in librum Naturalis hiſtoriæ vndecimum.

Vmbro citatur à Macrobio 2. Satur.

Vmfridus Neckton, Nordonolcas, Carmelita, ſcripſit ſermones Dominicales 14. Quæſtiones Theologiæ lib. 1. Lecturas ſcholaſticas. Obijt anno D. 1303.

Vauuonus Presbyter Britannus, in Latinam linguam tranſtulit Albani martyris vitam lib. 1. Claruit anno 920. Baleus.

Voconius Caſtellani Mauritaniæ oppidi epiſcopus, ſcripſit aduerſus eccleſiæ inimicos Iudæos & Arianos, & alios hæreticos. Compoſuit etiam ſacramentorum egregium volumen. Gennadius.

Volcatius, aliâs Vulcatius Gallicanus, quintum conſul, ſcripſit vitas Imp. ad Diocletianũ. Eius tantum extat nunc, Auidij Caſſij vita, impreſſa cum C. Suetonio Baſileæ in officina Frobeniana, anno Domini 1533. Et 1568. apud Henr. Stephanum in octauo.

Volcatij Sedigiti de comicis poetis Latinis ſenarij 13. ab initio Comœdiarum Terentij habentur.

Volcheri Coiter Friſij Groeningenſis Reipublicæ Norimbergenſis medici, phyſici & chirurgi. Externarum & internarum principalium humani corporis partium tabulæ atq; anatomicæ exercitationes, nouis & artificioſis figuris illuſtratæ. Norimb. anno 1572. in folio. * Eiuſdem ſtudio & opera lectiones Gab. Fallopij de partibus ſimilaribus humani corporis collectæ. His acceſſêre diuerſorum animalium Sceletorum explicationes Iconibus artificioſis & genuinis illuſtratæ. Quæ omnia loco appendicis Anatomicarum exercitationum prius editorum, Anatomiæ & philoſophiæ naturalis ſtudioſis inſeruire vtiliter poterunt, auctore eodem Volchero, &c. Norimbergæ in officina Theodorici Gerlachij in folio, 1580.

* Volcmari Chytræi, decem Pſalmi carmine Paraphraſticos redditi. In quarto Viennæ Auriæ. Libellus de erigendis afflictis, ex aliorum concionibus collectus, in 4. ſcriptus. Explicatio conſolationis plena in dictum Pſalm. 116. quàm ſpecioſa eſt mors ſanctorum, &c. In 8. Oeniponti in gratiam Romani Imper Ferdinandi, Germanice.

Volcomarus Abbas cœnobij Furſtenfeldenſis Ludouico duci Boiorum Imp. Ludouici IIII. parenti à Conſilijs, ſcripſit Annales Boiorum: Auentino teſte.

* Volerandi de geſtis Ioannæ virginis, Gallice in folio.

Volfij Cyclopis Cygnæi antidotarius contra furioſam Veneris phreneſim. De præclaris poetis ad Eraſmum Stellam apologia. Poetam naſci ad Baltaſſarem Fabricium Phaccum, Witenbergæ impreſſit Ioan. Gronenberg 1512. chart. 2.

* Volhardi Wengeri Apologia pro fidei ac religionis catholicæ Roma. eccleſiæ aſſertione ad quorundam columnias ac traductiones diluendas edita. 4. Ingolſtadij, 1578.

Volquini Homilia ſuper Euangelium de interſeminata zizania, impreſſa Baſileæ, 1555.

Volradi Comitis Mansfeldenſis pia reſponſio aduerſus impium ſcriptum Ioan. Wigandi, Vrſellis anno 1573. Germanice.

Volumnius Rodolphus ſcripſit de proportione proportionum diſputationem excuſam Romæ apud Iacobum Mazochium, anno 1527.

Voluſiani epiſtola ad D. Auguſtinum, in qua quærens de dubijs quibuſdam conceptionis & humanæ naturæ Chriſti, cum D. Auguſtini epiſtolis habetur numero ſecunda.

Voluſius Metianus: vide ſupra in L. Voluſio.

S. Vranophronis liber Græcus, continens paræneticos ſermones, in bibliotheca quadam Italiæ.

Vranij Arabica, & Æacidarum libros citat Stephanus.

Vrbani Papæ decreta cum reliquis Pontificijs impreſſa.

Vrbani VI. PP. formulæ precum, quas ille compoſuit, & indulgentijs donauit, Germanice impreſſa Dillingæ, anno 1567.

Vrbani Maximi, Sidonij, & Macarij epiſtolium ad Cyprianum lib. 3. epiſtola 24. apud Cyprianum.

Vrbanus Auerroiſta philoſophorum ſummus, commentorum omnium Auerrois ſuper librum Ariſtotelis de phyſico auditu expoſitionem clariſſimam ſcripſit, impreſſam Venetijs 1492.

Vrbani Bellunenſis monachi Franciſcani, Inſtitutionum Grammaticarum in linguam Græcam libri duo, impreſſi Baſileæ in officina Curionis, anno 1535. & 1539.

Vrbanus & Chriſtophorus Cellij fecerunt tabulam Europæ. Et eam Norimbergæ excuderunt anno Domini 1533. cum Latinis & Germanicis nominibus.

* Vrbani Calnetonis & Hieronymi Benzonis Nouæ, noui orbis hiſtoriæ, id eſt, rerũ ab Hiſpanis in India Occidentali hactenus geſtarum, & acerbo illorum in eas gentes dominatum lib. 3. commentarijs deſcripti, Latiniq; facti. 8. Geneuæ apud Euſtachium Vignon, 1580.

Vrbanus Regius, Germanus, ſcripſit collationem doctrinæ nouæ, ſiue religionis Romanæ ad veterem Euangelicam & Apoſtolicam, impreſſam in Germania, 1526. Idem prophetias veteris Teſtamenti de Chriſto collegit & explicauit, liber impreſſus Francoferdiæ, 1542. Forte idem liber eſt qui inſcribitur de regno Chriſti, impreſ. Hamburgi. Eiuſdem libellus conſolatorius, ad eos qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, cum enarratione ſuccincta Pſalmi 123. impreſſus, 1543. Reſponſio ad duos libros, primum & tertium de Miſſa. Ioan. Eccij, quibus Miſſam eſſe ſacrificium ex ſcripturis oſtendere, & aduerſæ partis obiecta diluere conatur. Item epiſtolæ duæ, vna Ioan. Eccij, altera Vrbani: Henricus Steiner excudit Auguſtæ, 1529. Liber de Miſſa, impreſſus Hamburgi, 1536. Commentarius in Pſal. 47. Hamburgi. De fide & reſurrectione liber, impreſſus Francofordiæ. Loci communes Theologici ex patribus ac ſcholaſticis neotericis collecti, & excuſi Francofordi apud Petrum Brubachium, anno Do. 1545 cum præfatione Pomerani. Idem ſcripſit Catechesim

Digitized by Google

chesim ad Franciſcum Othonem Brunſuicenſ. Luneburgenſemq́; ducem: excuſam Cellæ Saxonũ, anno Domini 1543. in 8. chart. 14. Catechesim aliam ad filios Furſteri. Formulam docendi contra ſcandalum. Commentarium in Pſalmum 87. de eccleſia Chriſti. Commentarium in Abdiam. Fulmen in vota monaſtica. Confutationem cuiuſdam libelli Luneburgæ affixi. Librum de dignitate ſacerdotali. Hæc omnia ſunt edita. Præterea ſcripſit etiam alia, quæ an excuſa ſint ignoramus, veluti Commentaria in aliquot capita Euangelij Ioannis, In epiſtolam ad Ephesios, In Pſalmos aliquot, In Zophoniam, Zachariam & Malachiam. Prælectiones in epiſtolam ad Romanos. De legendis veteribus orthodoxis iudicium. Iudicium de loco quodam Cypriani. Epiſtolas aliquot inſignes. Scripſit etiam Germanice multa, nempe: Explicationem Symboli Apoſtolici. Contra errorem Carolſtadij. De ſeruitute. De perfectione & fructu paſsionis Chriſti. Epiſtolam ad amicum Hildeshemij. Epiſtolam conſolatoriam ad Chriſtianos Hildeshemenſes. Explicationem 24. Pſalmi & hymni paſchalis. Confutationem trium Papiſticarum propoſitionum. Enchiridion principis Chriſtiani. De cœna Domini. Inuſitatam abſolutionem monialium. Conſolationem firmam, &c. Confutationem nouorum Monaſterienſium Valentinianorum. Conſiderationem de magiſtratu. Colloquium diaboli & hominis peccatoris pœnitentiam agentis. Dialogum de concilio Mantuano. Dialogum de concione Lucæ 24. Epiſtolam de hymno, Salue regina. Explicationem Pſalmi 15. Conciones duas de Angelis, &c. De diiudicandis pſeudoprophetis. Inſtructionem de confeſsione quotidie Domino facienda. Medicinam animæ. Eplicationem 25. Pſalmi. Inſtructionem quomodo ſe Chriſtianus tempore peſtis gerat. Chriſtum Ieſum eſſe verum Meſsiam. Concionem de dedicatione templorum. Reſponſionem ad duas epiſtolas Anabaptiſtarum. Dicuntur eius libri collecti in Tomos. Liber eius, Quomodo prudenter & citra offendiculum loquendum ſit de præcipuis dogmatibus fidei noſtræ. Noribergæ impreſſus eſt Germanice, anno 1572. * Eiuſdem inſtitutio aduerſus impios ſanguinolentos Saulitas, his extremis periculoſis temporibus. Germanice, in 4. Witenbergæ, 1541. Claruit anno 1540.

Vrbanus Wyß Tigurinus, conſcripſit librum multa & varia ſcribendarum literarum genera complectentem: item inſtitutionem ad orthographiam, anno 1549.

Vrſinus monachus, ſcripſit opus inſigne de non rebaptizandis hæreticis, &c. Gennadius.

Vrſonis cuiuſdam liber extat de Somniorum expoſitione: Item de Vrinis, cuius liber ab Ægidio eiuſdem argumenti ſcriptore citatur. Claruit anno Domini 440.

Vrſula Cynoſura, doctiſsima matrona, genere Britanna, Dionothi Cornubienſium principis filia, ſcripſit de arcanis viſionibus lib. 1. documenta fidei lib. 1. epiſtolam quoq; tam ad doctores Græcos quam Latinos. Huius vitam deſcribit Ioan. Baleus Sudouolcas, qui eam claruiſſe ſcribit anno 390.

Vrſulæ Munſterbergenſis duciſſæ defenſio, quare vitam monaſticam deſeruerit, Latine verſa.

Vſuardi Martyrologium, quo Romana eccleſia ac permultæ aliæ vtuntur, iuſſu Caroli Magni conſcriptum, cum additionibus & annotationibus Ioannis Molani. Louanij apud Hieronymum Wellæum in 8. anno 1568.

Vthæi verba quædam citantur apud Ioan. Stobæum in ſermone de Proſperitate.

Vtredus Bolton monachus Benedictinus, compoſuit contra querelas fratrum lib. 1. Contra eorum mendicitatem lib. 1. De præcepto & diſpenſatione lib. 1. De perfectione religionis lib. 1. De regia Chriſti dignitate lib. 1. Subſtantialia monachorum lib. 1. Pro monachis veris lib. 1. De varietate profeſsionũ lib. 1. Meditationes deuotas lib. 1. De diligendis inimicis lib. 1. De regali & ſacerdotali officio lib. 1. De dotatione eccleſiæ lib. 1. Contra impugnantes eãdem lib. 1. De ſacramento altaris lib. 1. De diuina prædeſtinatione lib. 1. Contra blaſphemos in Chriſtum lib. 1. De eſu & abſtinentia carnium lib. 1. De perfectione viuendi lib. 1. De non auferendis eccleſiæ bonis lib. 1. Claruit anno 1380. Baleus.

Vualafridus abbas Augiæ diuitis, natione Germanus, ſcripſit vitam ſancti Galli proſaice lib. 1. eandem poſtea metrice lib. 1. De officijs diuinis lib. 1. Epiſtolas plures ad diuerſos. Item elegantem libellum De comparatione mundanarum & eccleſiaſticarum dignitatum. Porro libellus de diuinis officijs impreſſus eſt Coloniæ cum alijs qui de eadem materia ſcripſerunt. * Walafridi liber, de exordio & incremento Miſſæ, citatur à P. Vireto in libro de Actis verorum & falſorum ſucceſſorum Apoſtolorum. Claruit anno 700.

Vualdenſium confeſsio & apologia fidei ad Vladiſlaum regem Vngariæ. Eorundem excuſatio contra binas literas doctoris Auguſtini datas ad regem, impreſſæ in Germania, cum Æneæ Syluij opere de concilio Baſilienſi, &c.

Vualdeuinus Wigorinus, ſcripſit ſermones eruditos lib. 1. Baleus.

Vualtramus epiſcopus Niemburgenſis, per ſcripta defendebat Henricum Cæſarem, contra Hildebrandum. Tritemius. Aduerſus hunc ſcripſit Stephanus Herrandus epiſcopus Halberſtatẽſis, monachus Iſenburgenſis, quod opus vocabat, Defenſorium papæ, Tritthemius. Idem fertur ſcripſiſſe de diuinis officijs. Quidam Waleramum vocant.

Vuarnerus Homiliarius, monachus, Anglus, ſcripſit Homilias ad vulgum lib. 1. Claruit anno D. 1092. Baleus.

Vuaſmodus quidam ſcripſit ſuper Pſalterium. M. Dreſſerus.

Vuandeſbertus diaconus & monachus Prumienſis cœnobij, ordinis S. Benedicti, ſcripſit ad Marcuardum abbatem quendam, vitam S. Goaris preſbyteri lib. 1. Miracula eiuſdem lib. 1. Martyrologiũ metrice lib. 1. Vixit anno 850.

* Vuenceslaus, vide Venceſlaus.

Vuendelinus Hack de Brakeman, ſcripſit tractatum de cauſis præſeruatiuis, regimine & cura

morbi Gallici, cui titulum fecit, Mentagra. De vlceribus hunc morbum, vt plurimum conſequentibus, curandis.

Vuendelinus ab Helbach Mulbergenſis, Orationem dominicam, quam Lutherus in canticum primum redegit, elegiaco carmine reddidit, impreſſam Noribergæ, anno 1551.

* Vuendelini Keßleri, Cantharobotenſis Fhrygetæ, ſelectæ aliquot, & omnibus ferè Muſicalium inſtrumentorum generibus, accommodatiſſimæ cantiones ſuper Euangelia, quæ diebus Dominicis, & præcipuis ſanctorum feſtis, ab Aduentu ad Reſurrectionem vſque Chriſti, ſolent tractari, iam primum in lucem editæ. 4. Witenbergæ, anno D. 1582.

Vuenefredus Bonifacius Londinenſis, epiſcopus Moguntinus, ſcripſit de ſua fide & doctrina lib. 1. De religione ſanctitatis lib. 1. Pro rebus eccleſiæ lib. 1. Inſtituta ſynodalia lib. 1. De ſuis in Germania laboribus lib. 1. Vitam Liuini martyris lib. 1. Vitam aliorum ſanctorum. De fidei vnitate lib. 1. Contra hæreticos lib. 1. Interfectus eſt in clade ad Bornæ ripam à Friſijs, anno 755.

Vuenericus epiſcopus Vercellenſis, natione Germanus, ſcripſit de diſcordia regni & ſacerdotij lib. 1. Vixit anno 1080.

* Vuerneri Abbatis S. Baſilij, libri deplorationum cum annotationibus, in folio.

Vuernerus Roleuinck de Laer, patria Weſtphalus, ordinis Carthuſienſium, ſcripſit opus grande ſuper omnes Epiſtolas Pauli, quod vocauit Doctrinam Pauli, diſtinctum in libr. 14. De vita quoque Pauli lib. 7. De valore Miſſarum lib. 1. De regimine principum lib. 1. De ſtudio Theologiæ lib. 1. Faſciculum temporum lib. 1. Paradiſum conſcientiæ lib. 1. Sermones multos lib. 1. Et alia complura. De ſacramento Euchariſtiæ & fructu Miſſarum. Libellus impreſſus Coloniæ, apud Gaſparem Genepæum, anno Domini 1535. Faſciculus etiam impreſſus olim in Germania, ſine nomine authoris, ex diuerſis aliorum Chronicis collectus, & velutì in tabulas digeſtus, ſermone parum Latino. * Præterea ſcripſit de laudibus Weſtphalice librum, quem correctum & emendatum edidit Ortuinus Gratius, anno 1514. Vixit anno 1494.

* Vuerneri Steinhuſeri, admonitio de precibus Chriſtianorum. Germanice, in octauo Witenbergæ, anno 1556.

Vuernherus, aliâs Hirnerius, Ius ciuile gloſſulis primus expoſuit, & ſine exemplo cæteris illuminandi iuris exemplum dedit. Extant eius gloſſulæ, & monimenta præclara in legibus, quæ apud profeſſores huius induſtriæ notiſſima ſunt. Vide ſupra in Irnerio. Claruit anno 1200.

Vueſſelus ſeu Baſilius, Groningenſis, apud Phriſones natus, rhetor, poeta, philoſophus, Rodolpho Agricolæ, ſuo etiam conterraneo notus, arte medicus, ac tandem Doctor Theologus. Hebraice, Græce & Latine per ſuam ætatem peritus, & lux mundi dictus, ſcripſit De audienda miſſa librum vnum. De incarnatione verbi librum vnum. De amaritudine paßionis librum vnum. Ad Engelbertum Leydenſem librum vnum. De indulgentijs papalibus librum vnum. De igne Purgatorio librum vnum. De prouidentia Dei librum vnum. De iuſtificatione per Chriſtum librum vnum. De poteſtate Eccleſiaſtica librum vnum. De clauibus eccleſiæ librum vnum. Et alia. Obijt anno 1489. Eius liber de Moribus veterum hæreticorum, impreſſus Lipſiæ, anno Domini 1537. De cauſis incarnationis, de magnitudine & amaritudine Dominicæ paßionis libri duo: impreßi Antuerpiæ. Farrago rerum Theologicarum, de Dei prouidentia: de cauſis myſterijs, & effectibus Dominicæ incarnationis & paßionis: de dignitate & poteſtate eccleſiaſtica. De vera obedientia, & quantum obligent mandata, & ſtatuta prælatorum, de ſacramento pœnitentiæ, & quæ ſint claues eccleſiæ: de poteſtate ligandi & ſoluēdi. Quæ ſit vera communio ſanctorum, de theſauro eccleſiæ: de participatione & diſpenſatione huius theſauri: de fraternitatibus, &c. De purgatorio, quis & qualis ſit ignis purgatorius: de ſtatu & profectu animarum poſt hanc vitam, &c. De eiſdem ferè rebus, eiuſdem aliquot epiſtolæ: Adamus Petri excudit Baſileæ, 1523.

Vueſthaldus Scytha, ſeu Sicamber, patrio ſermone hiſtoriarum ſuæ gentis librum ſcripſit. Et incipiens ab excidio Troiano per annos 758. continuauit, eandemq; terminat in anno 412. ante natiuitatē Chriſti. Tritemius in compendio. Et alibi Weſtphalus Sicamber, hiſtoriarū ſuæ gentis opus edidit, quod per annos plus minus 758. à Troiano excidio perduxit. Tritemius.

Vuibertus quidam Anglus, famatus ætate ſua Theologus, ſcripſit ſermones aliquot lib. 1. Ioannes Lelandus.

Vuibertus Deirus, ex Angloſaxonia natus, ſcripſit vitam Ceolfridi abbatis, ad Georgium II. Pont. Max. Vixit anno 724.

Vuichardi Baronis à Bolheym Auſtriaci, Salzeburgenſis primum decani, ac deinde epiſcopi, Chronicon Auſtriæ, vſque ad annum Domini 1312. habet Wolfgangus Lazius medicus & hiſtoricus Viennenſis, nondum typis excuſum.

Vuigandus Happelius, Hebraicæ linguæ profeſſor Marpurgi Heſſorum, ſcripſit Grammaticam Hebraicam abſolutiſſimam, quam breui Ioan. Oporinus in publicum editurum ſperamus. Floret Marpurgi, 1555. Eiuſdem methodus legum omnium iuris ciuilis diſtincta titulis 80.

Vuigandi Orthij, Theologiæ ac linguæ ſanctæ profeſſoris in Academia Marpurgenſi, Oratio de vita & obitu clariſſimi viri, grauiſſimique Theologi Andreæ Hyperij: impreſſa Marpurgi, anno 1564. in quarto.

Vuigmorus Anglus, concionator eruditus, ſcripſit ſermones de tempore lib. 1. Atque alia quædam. Londini bibliotheca.

* Vuiguleus Hund, celebris Iureconſultus ac ſupremi Boiorum ſenatus Monachij præſes Metropolim Saliſburgenſem, continentem primordia Chriſtianæ religionis per Boiariam, & loca quædam vicina.

ctina. Catalogum videlicet, & ordinariam ſucceſsionem Archiepiſcoporum Salisburgenſium, & Coepiſcoporum, Friſingenſium, Ratiſponenſium, Pataujenſium, & Brixienſium, ſimulque fundationes, & erectiones Monaſteriorum, & Eccleſiarum collegiatorum, Patriæ amore ac venerandæ antiquitatis ſtudio ſumma fide & diligentia collegit, In folio, Ingolſtadij, ex officina Typographica Dauidis Sartorij 1582.

Vuilbertus *Alemanus*, *ſcripſit ad Talayrandum Petragoricenſem, Romanæ eccleſiæ Cardinalem, hiſtoriam partium terræ ſanctæ libr. 1. Claruit anno 1336. Arnoldus Boſcius.*

Vuilbertus *epiſcopus Carnotenſis, ſcripſit inſigne opuſculum de hac prophetia, Non auferetur ſceptrum de Iuda. contra Iudæos libr. 1. de Natiuitate ſanctæ Mariæ ſer. 1. ſermones varios libr. 1. Claruit circa annum 1100. teſte Tritemio.*

Vuilfridus *Holme Anglus, ſcripſit de Lyncolnienſium & Eboracenſium ruſticorum tumultu per Angliam. & de vtraque Borealium commotione lib. 1. ad Merlini prædictiones lib. 1. Claruit anno 1548.*

Vuilfridus *Ripenenſis, ſcripſit aduerſus Colmannum de ratione Paſchæ lib. 1. de clericorum tonſura lib. 1. Vixit anno 710.*

• Vuilkinus *de Spoleto, Italus, officio iudex ſub Friderico Cæſare, metrice compoſuit hiſtoriam Alexandri Macedonum regis lib. 3. De prouidentia diuina lib. 1. Geſta Friderici quoq; lib. 1. Et alia. Claruit anno 1236. Ex hibernia.*

Vuilhelmus. *Vide Guilhelmus.*

Vuilhelmus *Orem, ſcripſit opuſculum de moneta, quod Ferſonis operibus appendicis vice adiectum eſt.*

Vuilhelmi *Vuidefordi ordinis Minorum liber contra 18. articulos Ioan. Vuiclephi Angli, ad Thomam Cantuarienſem archiepiſcopum, ſub quo damnatus eſt Vuiclephus, anno 1396. impreſſus cum Æneа Syluio de concilio Baſilienſi, &c.*

Vilibaldus *Epiſcopus, ſcripſit vitam Bonifacij Vuenefradi, vitam Vualburgæ ſororis, &c. Vixit anno 760.*

Vuilleramus *abbas Merſburgenſis, ordinis S. Benedicti, natione Germanus, ſcripſit de nuptijs Chriſti & eccleſiæ, in Cantica canticorum lib. 3. Claruit anno 1070.*

Vuillibaldus *primus epiſcopus Eiſtetenſis, natione Scotus, ſcripſit vitam ſancti Bonifacij epiſcopi lib. 1. Vixit anno 760.*

Vuillibrotus *Clemens, Friſonum, Sclauonum & batauorum archiepiſcopus, ſcripſit de ſua peregrinatione libr. 1. Homilias & epiſtolas plures doctiſsimas. Eccleſiaſticos canones lib. 1. Claruit anno Dom. 736.*

Vuinandus *de Stega Bacheracenſis eccleſiæ paſtor, ſcripſit volumen in Hebræorum libros veteris teſtamenti, diſtinctum in lib. 4. & in quinq; lib. Moſ. Claruit 1440.*

Vuindichinus *monachus Corbeienſis cœnobij in Saxonia, ordinis ſancti Benedicti, natione Germanus, ab exordio Saxonum vſque ad mortem Ottonis Imperatoris primi. ſcripſit ad Machtildam eius filiam, hiſtoriam Saxonum libr. 3. geſta Ottonis 1. libr. 1. Paſsionem Teclæ virginis metrice lib. 1. vitam Pauli primi eremitæ lib. 1. Claruit anno Domini 950. Eius de rebus geſtis Saxonum, & Henrici primi, & Otthonis primi aliorumque ſuccedentium imperatorum lib. 3. impreſsi Baſileæ apud Heruagium, anno Domini 1532. cum annotationibus Martini Frechij, & alijs diuerſorum hiſtoricis opuſculis. *Witichindi Annales, Codicis manuſcripti, & è publicato exemplari alicubi aucti, opera Reineri Reineccij Steinhemij editi, folio Francofurti apud Vuechelum 1580.*

* Vuitenbergenſium *Theologorum refutatio apologiæ concionatorum Bremenſium, Germanica, in 4. Tubingæ 1582.*

Vulcatius. *Vide Volcatius.*

Vuolffgangi *abbatis Fuldenſis Originum & Germanicarum antiquitatum libri, in folio.*

* Vuolffgangi *Agricolæ paſtoris Spaltenſis in Eycoſtettenſi Epiſcopatu homilia catholica qua declaratur vt omnia in hoc mundo ruant in deterius: quæ cauſa, & quod remedium neceſſarium ſit, Germanice in 4. Ingolſtadij per Vuolfgangum Ederum 1578.*

Vuolffgangus *Aitinger Auguſtanus Commentarijs illuſtrauit prophetias Methodij. Vixit circa annum Domini 1500.*

* Vuolffgangi *Ammonij Franci libri III. odarũ Eccleſiaſticarum 12. Francofurti apud hæredes Egenolphi 1579.*

Vuolffgangus *Anemœcius, M. T. Ciceronis officia plus centum locis caſtigauit & reſtituit. Brylingerus impreßit Baſileæ. anno 1544. Idem ſcripſit ſcholia in Bucolica Vergilij, ex Græcis & Latinis authoribus, cum ipſis eclogis impreſſa Viennæ à Io. Singrenio anno 1535. in 8. chart. 4.*

Vuolfgangus *Cunzel Euangelicam parabolã de rege cum ſeruis rationem ſubducente, in Comœdiæ forma Germanicis rythmis deſcripſit.*

Vuolfgangus *Fabritius Capito, Germanus, eccleſiæ Argentoratenſis miniſter, ſcripſit multa, inter quæ, inſtitutionum Hebr. lib. 2. excuſi Argentorati apud Cephaleum, anno Dom. 1525. Epiſtola ad Albertum arciepiſcopum Moguntinum, &c. Parænefis prior ad Theodorum lapſum, ex Chryſoſtomo tranſlata cum præfatione ad eundem Albertum: ſimul excuſa Baſileæ. Eadem parænefis, & homilia in dictum Apoſtoli, Vtinam toleraſſetis paululum quiddam inſipientia meæ. ab ipſo tranſlatæ, cum cæteris operibus Chryſoſtomi, per diuerſos tranſlatis, impreſſæ. De formando à puero theologo, epiſtola excuſa in fronte Phiſicorum Iacobi Summerhart. Vita Ioannis Oecolampadij per eundem deſcripta, eiuſdem Oecolampadij & Zuinglij epiſtolarum volumini præponitur. Reſponſio de Miſſa, matrimonio & iure magiſtratus in religionem, ab ipſo recognita: Rihelius excudit Argentorati, anno Domini 1540. Explicatio doctiſsima in Hexamerõ opus Dei, ab eodem excuſa, anno Domini 1539. Enarrationes*



Digitized by Google

*in Habacuk prophetam. Argentorati apud Cephalæum, anno* 1525. *Commentarij in Hoſeam prophetam, excuſi ibidem. Precationes Pſalmorum ex eius tranſlatione: Ribelius ibidem excudit,* 1536. *Extant eiuſdem ſcripta Germanica, Apologia qua cauſas exponit cur ciuis factus ſit, prædicarit, & diſputationem publicam petierit.* 1523. *Sacerdotes teneri ſaluo ſuo honore, ciuili iureiurando ſe magiſtratui obſtringere,* 1524. *Quid ſentiendum & reſpondendum ſit de controuerſia Lutheri & Coroloſtadij,* 1524. *Reſponſio ad Conradi Tregarij, Auguſtinianorum prouincialis exhortationem,* 1524. *Noua & arcanæ reuelationes à Ioanne Fabri excogitatæ, anno Domini* 1536. *Catechiſmus, anno D.* 1534. *Diſputatio de doctoratu,* 1535. *Admiranda hiſtoria & ſeria Dei admonitio ad Nicolaum Fry, ab Anabaptiſmo renocandum, anno* 1534. *Defenſio contra quorundam ſontium confeſsionem Tabernis editam. De diſputatione Badenſi epiſtolæ duæ. Precationes Pſalmorũ,* 1536. *Scripſit etiam commentaria in complures ſacros libros, quos in ſchola interpretatus eſt, quæ tamen nondum ſunt edita. In Geneſim dictata priora,* 1526. *& in eadem dictata poſteriora,* 1536. *In Exodum* 1529. *In Deuteronomium* 1533. *In Iſaiam Prophetam quædam inabſoluta,* 1538. *In Cantica Canticorum* 1526. *In Euangelium Matthæi dictata anno* 1532. *& rurſus* 1540. *In vtramq; Pauli epiſtolam ad Thimotheum. Epiſtolas ad Titum & Philemonem* 1551. *Propoſitiones de peccato Originali & epiſtolas. Quæ omnia Argentinæ ſeruantur. Meminit etiam Bucerus in reſponſione ad Pomeranum Explicationũ Capitonis in Ionam & Malachiam.* Claruit *Argentinæ anno* 1536.

* Vuolffgangi *Dellnigeri oratio de vnitate Eccleſiæ catholicæ & viſibili eiuſdem capite in terris: anno humanæ ſalutis* 1579. *ad* 23. *Septembr. in vniuerſitate Viennenſis publicè habita,* 8. *Ingolſtadij ex officina Vueſenborniana* 1580.

Vuolffgangus *Drechslerus ſcripſit Chronicon de Saracenis & Turcis.* * *Item de origine & proceſſu & fine Mahometi excuſum Argentinæ apud Iacobum Iucundum* 1550. *in* 8.

* Vuolffgangi *Figuli cantionum ſacrũ octo, ſex,* 5. *& quatuor vocum primi tomi decas prima.* 4.

Vuolffgangus *Finkelhaus, Ieremiæ prophetæ Threnos Græco heroico carmine expoſuit. Tubingæ* 1571. *quarto.*

Vuolffgangi *de Frangepanibus, Comitis, oratio ad Carolum* V. *Imperatorem* 1535. *Auguſtæ Vindelicorum Alexander Vuiſſenhorn.*

Vuolffgangus *Hallerus, Tigurinus, libros ſex Iacobi Rueff De conceptu & generatione hominis, & ijs quæ circa hæc potiſsimum conſiderantur, ex Germanica lingua in Latinam tranſtulit. Froſchouerus impreſſit anno* 1554. * *Carmina ſcripſit in obitum D. Petri Martyris. D. Conradi Geſneri. D. Henrici Bullingeri. D. Ioſiæ Simleri edita Tiguri cum orationibus de illorum vita & obitu. Plura de rebus eccleſiæ Tigurinæ ſua manuſcripta aſſeruat. Floruit anno* 1583.

Vuolffgangus *Hauerus rhythmis Germanicis vertit emblemata Alciati, Vuechelus impreſſit anno* 1542.

* Vuolffgangij *Hegij in M. T. Ciceronis orationes tres, pro M. Marcello. Q. Ligario & rege Deiotaro, logica reſolutio* 8. *Altorfij.*

* Vuolffgangi *Hungari Cancellarij Friſingenſis Apologia, pro Ludouico Bauario Imperatore, in fol. & charta ſcriptus liber in bibl. Imper. Eiuſdem pars literarum ad Reuerendiſsimum epiſcopum Mauritium Eiſtetenſem in fol. in charta ſcriptas in bib. Imper.*

Vuolffgangus *Hungerus I.C. inſtitutionum ordinarius lector Ingolſtadij, Bartholomæum Bologninum ſuper Authen. habita. C. ne filius pro patre, emendauit & in lucem reſtituit.* * *Idem ſcripſit annotationes in Inſigne opus Ioannis Cuſpiniani de Cæſaribus atque imperatoribus Baſileæ apud Oporin.* 1561. *Eiuſdem excitatorium Aulicorum, de officio aulici vt gratiam Principis conſequatur & conſeruet. Ex Hiſpanico & Italico in Germanicum ſermonem translatum in* 8. *Argentinæ anno* 1582.

Vuolffgangi *Iuſti Francofurdi liber de Academijs & Scholis in Europa, à quibus fundatæ: & quos profeſſores inſignes habuerint: excuſus Francofordiæ, anno Domini* 1554. *per Ioannem Eichorn. Genealogia ducum Pomeraniæ Stettini, Caſſuborum, &c. Francofurti ad Oderam, anno D.* 1573. *in quarto, Germanice. Omnium chronicorum epitome in octauo.*

* Vuolffgangi *Khappler doctoris medicinæ, de ſecuritate & miraculis Camiſſolæ S. Georgij Maximiliano* II. *Imp.* I. *dicatæ ſcriptus liber in* 8.

Vuolffgangus *Kaufmanus, ſcripſit contra vſuras librum, lingua Germanica, in quarto editum.*

Vuolffgangi *Kyriandri Oetingenſis liber de perſecutionibus eccleſiæ, quas à tyrannis, hæreticis & ſchiſmaticis, ab Apoſtolorum ætate ad noſtra vſque tempora ſuſtinuit. Ingolſtadij anno Domini* 1541. * *Eiuſdem de notis eccleſiæ et eius membrorum Germanice. Monachij anno* 1538.

Vuolffgangus *Lazius philoſophus, & medicus Viennenſis, ac regius hiſtoricus, ſcripſit rerum Viennenſium commentarios in libros quatuor diſtinctos, excuſos Baſileæ apud Ioannem Oporinum, anno Domini* 1546. *Commentariorum Reipublicæ Romanæ illius, in exteris prouincijs bello acquiſitis conſtitutæ, libros duodecim, impreſſos Baſileæ à Ioanne Oporino in folio chartis* 330. *Traduntur in hoc opere limitum omnium reſtitutiones. Præterea magiſtratus, munia tam militaria quam ciuilia à ſummis ad infima, exercitus militumque genera vniuerſa, legiones quotquot Romanis vnquam fuerunt, cohortes, equitatus, claſſes, naualia, ſtatiuæ, coloniæ, municipia, ornamenta ſignaque pace & bello expreſſa, veſtimenta omnis generis & arma, ritus deniq; cuncti, ludi & ſacra, &c. Opus quod totius veteris hiſtoriæ fundamenta, nodos, admirandumque ac ingens quoddam velut alueare complectitur. Idem edidit chorographiam Pannoniæ, impreſſam Viennæ ab Ægydio Aquila. Præterea conſcripſit Decades*

cades

cades duas de variarum gentium immigrationibus in Illyrici occidentalis tractum, in quo hodie Auſtriacæ inferiores prouinciæ ſitæ ſunt. Idem libros aliquot de rebus fortiter ſimul ac feliciter geſtis à Ferdinando Romanorum rege, in Vngaria, Bohemia, & Saxonia, in quo opere ſimul etiam maiorum eius ſucceſſiones continentur. Audio etiam eundem nunc vnà cum Domino Lucretio conſcribere explicationem in Alnearium antiquitatis, id eſt imagines & nomiſmata antiqua, ſtudio Ferdinandi Romanorum regis collecta. Quæ omnia cum alijs pluribus breui in lucem edenda ſperamus. Habet adhuc authores vetuſtiſſimos, quos ex vetuſtioribus cœnobijs Auſtriæ vtriuſque, Carinthiæ, Styriæ, Cilij, Sueuiæ, Heluetiæ, Briſgaudiæ, Alſatiæ, Suntgauiæ, & Nigræ ſyluæ, inter tineas non ſine ſitu & literarum iactura hactenus delitescentes, collegit manuſcriptos, eoſque in vſum reipublicæ literariæ typis excudendos, amicis (cum ad propaganda ſtudia literarum natus ſit) lubenter communicabit. Viuit magna cum laude Viennæ Auſtriæ, anno Domini 1555. De aliquot gentium migrationibus, ſedibus fixis, reliquijs, linguarumque initijs & immutationibus ac dialectis libri duodecim Baſileæ in officina Oporiniana. Commentariorum in Genealogiam Auſtriacam libri duo, Baſileæ apud Ioannem Oporinum anno Domini 1564. in folio. * Eiuſdem catalogus partim ſuorum partim aliorum ſcriptorum nuper inuentorum in folio, Viennæ Auſtriæ. Declamatio de artis medicinæ præſtantia & dignitate, habita in renuntiatione Doctoratus Ludouici Marpegij folio. Ab eodem ſcriptum de communione in Caroli Magni Imper. Roman. aliorumque incerti nominis fragmenta, de veteris eccleſiæ ritibus ac ceremonijs ædita in 8. Antuerpiæ anno Domini 1560. Eiuſdem commentaria rerum Græcarum in folio, anno Domini 1558. tabulæ Imperatorum in ære extantium adhibita numiſmatum interpretatione in fol. in charta. Regni Hungariæ Archilogiæ libri, de quibus primus tantum extat, qui continet deſcriptionem Hungariæ montium vallium. Libri tres coniurationis Smalcaldenſis, conſtans ex fragmentis & admiſſarijs in fol. Pictura, ſiue Mappa, in qua delineatum eſt bellum geſtum ab imperatore Carolo Quinto aduerſus Smalckaldenſes in Bauaria. Liber ſolennitatum trium coronationum D. Max. II. in fol. ſcript.

* Vuolffgangi de Man deſcriptio paſſionis Ieſu Chriſti germanica in 4. edita anno 1555.

Vuolffgangus Martius quædā contra Papatum ſcripſit, ad quæ reſpondit, Hanardus Gamerius.

Vuolffgangi Meureri Altenbergenſis, viri doctiſſimi diſputatio de catarrhis, Lipſiæ habita & impreſſa. Idem ſuis auditoribus vtiliſſimum dictauit librum de ratione ſtudiorum, qui nondum impreſſus eſt. Claruit anno 1554.

Vuolffgangi Molleriani Panegyricus ad Carol. V. Imp. & Mauritiū Saxoniæ electorē. Lipſ. 1547. Eiuſdem libri de dialectica impreſſi. Claruit 1548.

Vuolfgangus Muſculus Duſanus, Germanus Ioan. Chryſoſt. in D. Pauli epiſtolas commentarios



Latinitate donauit. Heruag. impreſ. Baſil. 1536. cum cæteris per alios conuerſis in reliquas Pauli epiſtolas eiuſdem Chryſoſt. commentarijs. Eiuſdem ſermones duo contra Miſſam Ratisbonæ habiti, Vuitenb. excuſi. in Euangeliſtam Matthæū commentarij tribus tomis digeſti impreſ. Baſil. 1544. apud Heruag. Anticochlæus primus, aduerſus libellum Ioan. Cochlæi, pro ſacerdotij ac ſacrificij nouæ legis defenſione editum: impreſſus Auguſtæ Vindelicorum, apud Philipp. Vlhardum, 1544. Proſcertus, Liceátne homini Chriſtiano, Euangelicæ doctrinæ gnaro, papiſticis ſuperſtitionibus ac falſis cultibus externa ſocietate communicare, dialogi 4. excuſi anno 1549. Sub nomini Eutychij Myonis. Commentaria in totum Euang. Ioannis, excuſa Baſileæ apud Heruag. 1547. in Nazianzeno ab alijs non verſa, ipſe tranſtulit, & Baſileæ excudit Heruagius 1550. Enarrationes in totum Pſalterium Dauidis regis, impreſſas apud eundem tomis 2. in fol. 1551. Idem ex Græca lingua in Latinam varia diuerſorum authorum ſcripta tranſtulit, veluti ex Baſilio librū epiſtolarū Baſilij & Nazianzeni ac aliquot aliorum patrum, Ethica & Aſcetica Baſilij. De vita ſolitaria. Regulas quas vocant contractiores. Homilias aliquot, vtpote, De opificio hominis duas, De S. Trinitate, De ſpiritu ſancto, Contra Sabellianos, Arium & Anomœos, De martyre Mamante, De Barlaam martyre, De pœnitentia, De humilitate, Non eſſe adhærendum rebus ſecularibus, De inſtructione venientium ad baptiſma. Quomodo baptizetur in euangelio, Sermo in 13. capita diuiſus, De paradiſo. Scholia Baſilij in totum Pſalterium. Sunt hæc Baſileæ, demptis ſcholijs in Pſalterium, ab Hernagio impreſſa, anno Dom. 1540. Ex Cyrillo, Epiſtolas numero 39. Homilias aliquot, De incarnatione verbi Dei, Exegeſim dictam in die S. Ioannis Baptiſtæ, Contra Ioan. Antiochenum epiſcopum, Contra Neſtorium, Contra Apollinarium, Contra Neſtoriū aliam, Pauli Emiſeni de incarnatione Chriſti, Eiuſdem alterā homiliam. Cyrilli de incarnatione Domini. Apologiam ad Theodoſiū interpretē. Declarationem 12. anathematiſmorū quos poſuit Epheſinū Concilium. Epiſtolas ſynodales 32. Dogmata Neſtorij quæ Cyrillus impugnauit. Impreſſa Baſileæ ab eodem anno 1546. Ex Athanaſio Synopſin ſacræ ſcripturæ noui ac veteris inſtrumenti. Quæſtiones veteris ac noui Teſtamenti numero 140. Libellum de finibus. Synopſim Theodori epiſcopi Tyri. Ex hiſtorijs eccleſiaſticis. Euſebij decem libros de rebus eccleſiaſticis. Quinque libros eiuſdem de vita Conſtantini. Socratis eccleſiaſtici hiſtoriographi libr. 7. Sozomeni libr. 9. Theodori lectoris libr. 2. Euagrij monachi libr. 6. impreſſa Baſileæ in officina Frobeniana, anno Domini 1540. Ex hiſtorijs prophanis, quinque libris Polybij, qui iam antea extant duodecim epitomas adiecit. Præterea ſcripſit Commentaria in Geneſim, impreſſa Baſileæ ab Heruagio anno Domini 1554. in folio. Commentarios in epiſtolas Pauli ad Romanos & Corinthios. Ad Philippenſ. ad Coloſſenſ. ad Theſſalonicenſes 2. & in 1. ad Timotheum Baſileæ apud Heruag. in folio. Explicationem in da-

Digitized by Google

catalogum præceptorum Dei, anno 1553 in octauo. Locos communes theologicos, anno 1554. Germanice vero ſcripſit De concilio Tridentino dialogos tres excuſos in quarto. De diuiſione decalogi. Quatenus iniuria ſit ferenda homini Chriſtiano. Contra impurum catechiſmum. De iuramento contra errorem Anabaptiſtarum dialogum. Contra miſſam Papiſticam aliquot conciones. Dialogos ſex de bello in Germania, anno 1546. exorto.

Vuolfgangi Prisbach Craconienſis, Reſponſio ad orationem habitam nuper in concilio Heluetiorum, pro defenſione cædium & latrocinium, quæ in Gallia commiſſa ſunt: editam & promulgatam Germanice. Rupellæ anno 1573. Promittit etiam hiſtoriam de rebus geſtis Admiralij. Videtur eſſe nomen fictum, ſed vt multi iudicant, à magno aliquo viro & qui omnibus his rebus geſtis interfuit, ſcripta eſt.

Vuolfgangi Sedelij concionatoris ducalis Monacenſis, De templo Salomonis myſtico tractatus, excuſus Moguntiæ à Franciſco Behem, anno Domini 1548. in octauo. Idem ſcripſit Homilias ſuas quas habuit ad populum Monacenſem, ab anno Domini 1532. vſque ad annum Domini 1546. Nempe in Pſalmum primum, Et in epiſtolam ad Epheſios. De peregrino cœleſti. In Ionam prophetam. In Eccleſiaſten per modum Dialogi. In regulas omnium ſtatuum. In Euangelium de transfiguratione Domini. In Pſalmum, Noli æmulari in malignantibus. De exitu filiorum Iſrael. De filio prodigo. In Euangelium de diuite & Lazaro. De Adam & Eua. In Euang. tria, De Maria Magdalena, De ficulnea cui maledixit Dominus, De Abraham patriarcha, De Noe & arca. In Amos prophetam. In primum Machabæorum. Quodlibetum quæſtionum moralium. In ſymbolem Apoſtolorum. In orationem dominicam. De charitate Dei. De ſacramento Euchariſtiæ. In Euangelia dominicalia cum epiſtolis diei feſti. De Samaritana muliere cum Chriſto loquente. In lectiones epiſtolares quæ in officio Miſſæ habentur. In Epiſtolam Iacobi. De Achab & Naboth. In Euang. de probatica piſcina Ioan. 5. In Pſalmum, Quemadmodum deſiderat ceruus. Et 2. ad Corinth. cap. 5. De Naaman Syro & Heliſeo. In Pſalm. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum. de ciuitate ſancta Hieruſalem ex Apocalypſi. In Euang. Marci 6. cap. In cap. 18. Eccleſiaſt. In viſionem primam Dan. In catechiſmum eccleſiæ. In Pſalm. 14. 124. & 136. In Euang. Matth. 18. cap. In 6. cap. Ioan. Additus eſt homiliarum iſtarum catalogus libello de templo Solom. cæterum nullas, ex his editas arbitror. * Eiuſdem Vuolfgangi Sedelij breuis cura paſtoralis pro examine eorum, qui ſacris initiari cupiunt in 16. Antuerpiæ 1557.

* Vuolfgangus Smelzel ludimagiſter Viennenſis edidit aliquot comœdias rythmis germanicis compoſitas vt de nuptijs in Cana Galileæ, anno 1543 de nato cæco puero, anno eodem, de Dauide & Goliatho anno 1545. Scripſit etiam Encomium vrbis Viennenſis.

Vuolfgangus Talhuſer vna cum alijs Auguſtanæ reipublicæ medicis libellum de peſte edidit.

Vuolfgangus Vogelmanus, ſcripſit vrbis Nordlingenſis hiſtorias, Coſmographico operi per Monſterum inſertas.

Vuolfgangus Vueiſſenburgius mathematicus, & theologus, eccleſiæ Baſilienſis miniſter, edidit Terræ ſanctæ deſcriptionem iuxta ordinem alphabeti, quæ ad ſcripturam proximè directa eſt. Ribelius excudit Argentorati, cum Iacobi Ziegleri eiuſdem argumenti libro & tabulis, &c. vt ſuprà dictum eſt. Deſcriptio Terræ ſanctæ per eundem in tabulas ſeptem chartarum digeſta, ita vt in parietem affigi poſſit, cum libello eandem declarante, ibidem excuſa eſt, anno 1538. Excuſa etiam eſt eius de autoritate ſynodorum oratio, quam pronunciauit in ſynodo Baſilienſi, anno 1545. Item De cœna Domini liber Germanicus. Antilogiæ Papæ, hoc eſt de corrupto ſtatu eccleſiæ in 8.

Vuolfgangus Vuinterger, medicus in Krembt vrbe Germaniæ, edidit tractatum de thermis: qui poſtea per Georgium Vuagner Germanice redditus, excuſus eſt Argentinæ, 1512. in quarto chartis 5.

Vuolfgangi Vulfheri contra ſtationem Martini Lutheri, contra præfationem eiuſdem in epiſtolam ad Romanos.

Vuolfhelmus abbas Brunſuuilerenſis, ſcripſit contra Berengarium Thuronenſem de ſacramento altaris. Epigrammatum lib. 1. Obijt anno 1491.

Vuolſtanus monachus Vuintonienſis, ſcripſit Suuithuni translationem lib. 1. De miraculis eiuſdem lib. 1. Vitam Ethelunolphi regis lib. 1. Vitam Etheluoldi epiſcopi li. 1. De tonorum harmonia lib. 1. Claruit anno 1000. Baleus.

Vuorgreſus abbas Glaſconiæ, & Maunornus epiſcopus authores antiqui, Chronica ſcripſerunt. Ioannes Lelandus.

Vunefridus Anglus, qui Bonifacius mutato nomine deinde dictus eſt, ſcripſit epiſtolam ad Zachariam pontificem Rom. ex qua quædam tranſcripſit Beatus Rhenanus lib. 1. deſcriptionis German. vbi de ſtatu veteris Germaniæ ante Iuliū Cæſ. ſcribit.

## Y.

YVandus doctor, patria Toloſanus, inter cætera ſcripſit de miſeria huius mundi libr. 1. De fundatione Toloſæ lib. 1. De genealogia Iapheti lib. 1. Claruit Toloſæ. Nicolaus Bertrandus.

* Yuo Carnotenſis chron. à c.o. vſq; ad an. Dom. 814. ſcripſit. vide ſuo epiſcop.

## X.

XAnthus poeta & legatus Steſichori Himeræi, ſcripſit carmina, quæ citantur ab Æliano lib. 4. de Varia hiſtoria.

Xanthus Candaulis Lydi F. Sardianus, ſcripſit Lydiacorum lib. 4. Suidas. Vixit autem paulò ante Peloponneſiaca tempora & vſq; ad Tucididē ætate proceſſit, vt Halicarnaſſeus refert. Citatur alicubi in Lydiacis & Lucianois quod tamen nomen videtur pro Lydiacis fore poſitum, ſicut & auctor ipſe perpe-

Digitized by Google

perperam Xanius nominatur. Xanthus in ijs quæ in ſcribuntur Magica à Clemente laudatur lib.3. Strō.

Xanthi cuiuſdam ſcripta citantur apud Plinium, qui in librum 25. et 26. Naturalis hiſtoriæ multa ex his tranſcripſit.

Xanthi Nebriſſenſes Antonij F. Epitome in patris ſui grammaticam, excuſa Antuerpiæ.

Xarcha Indus, citatur à Ioan. F. Serapionis. Fortè Iarcha legendum.

Xenagoras de Inſulis in Vaticana bibliotheca ſeruatur.

Xenagoræ ſcripta citantur apud Plinium lib. 4. & 7. Naturalis hiſtoriæ.

Xenarchi Comici fabulæ, Pentathlon, Priapus, Purpura, Scytha, Scimnum, citantur Athenæo. Meminit & Suidas.

Xenias Athenæus allegatur apud Plinium li. 12. Naturalis hiſtoriæ.

Xenion in Creticis citatur à Stephano.

Ex Xenocharti Didymis ſenarij aliquot apud Athenæum.

Xenocles Carcini F. perſtringebatur vt impolitus poeta & allegoricus. Suidas.

Xenocrates Aprodiſienſis homo curioſus & magicæ vanitatis non expers, condidit antiphraſin ſuper diuerſis & peregrinis ſtirpium nominibus. Galenus. Idem forte eſt quem Plinius inter medicos citat libro 20. & decem ſequentibus.

Xenocrates Chalcedonius, Philoſophus Platonicus, ſcripſit iſta. De natura lib. 6. De philoſophia 6. De diuitijs 1. Arcadem 1. De infinito 1. De puero 1. De cōtinentia 1. De morte 1. De vtili 1. De libero 1. De voluntario 1. De amicitia 2. De ſcribendo 1. De memoria 1. De modeſtia 1. De contrario 2. felicitate 2. De mendacio 1. Calliclem 1. De prudentia 2. Oeconomicum 1. De frugalitate 1. De poteſtate legis 1. De republica 1. De ſanctitate 1. Quod virtus tradi poſſit 1. De eo quod eſt 1. De fato 1. De perturbationibus 1. De vitis 1. De concordia 1. De diſcipulis 2. De iuſtitia 1. De virtute 2. De ſpeciebus 1. De voluptate 2. De anima 2. De ſcientia 1. Politicum 1. De vita 1. De fortitudine 1. De vno 1. De ideis 1. De arte 1. De dijs 1. De dijs 2. De anima 2. De ſcientia 1. Ciuile 1. De ſcientificis 1. De philoſophia 1. De Parmenide 1. Archedemus ſiue de iuſtitia 1. De bono 1. De his quæ circa mentē ſunt 8 Solutio eorū qui accidunt orationi 1. De his quæ phyſica ratione audiūtur 6. Caput 1. De generibus & ſpeciebus 1. Pythagorica 1. Solutiones 2. Diuiſiones 8. Poſitionum 33. De ratione diſſerendi 14. poſt hæc lib. 15. & alios 16. De diſciplinis eorū quæ circa diſtinctionem verſari poſſunt 9 Eorum quæ circa mentē ſunt 4. Eorū quæ circa diſciplinas verſantur 6. De his quæ circa mentē 2. alios. De geometris 5. Cōmentariorum 1. Contrariorū 1. De numeris 1. Numerorū ſpeculatio 1. De interuallis. 1. De his quæ in aſtrologia verſantur 6. Elementa ad Alexandrū. De regno 4. Ad Arybam. Ad Hepheſtionem. De geometria 2. Verſus 345. Xenocratis dicta aliquot à Stobæo citantur. Sunt qui Axiochum dialogum de morte Platonis vulgo creditum, in Xenocratem referant.

Xenocrates alius, philoſophi ciuis ac propinquus, huius fertur oratio quæ inſcribitur Arſinoetica, de Arſione defuncta. Laertius.

Xenocrates philoſophus alius à ſuperioribus Elegiæ ſcriptor non ſatis probatus.

Xenocrates quidā odas conſcripſit alius à prioribus, cuius Ariſtoxenus meminit.

Xenocratis tetraſtichon lib. 4. Florilegij, ſectione 12.

Ex Xenocratis Epheſij lucubrationibus quædam tranſcripſit Plinius in librum 12. & 13. Naturalis hiſtoriæ.

Xenocrates Medicus clariſſimus, doctiſſimus in arte medica libros conſcripſit, ex cuius voluminibus Plinius in 21. 22 23. 24. 25 26. 27. 28. 29. 30. 33. 34. et 35. Naturalis hiſtoriæ infinita mutuatus eſt.

Xenocrates Tiſicratis diſcipulus, aut vt alij Euthycratis, fictor, de ſua arte compoſuit volumina. Plin. 34. cap. 8. Idem Xenocratem de picturis ſcripſiſſe refert li. 35. cap. 10. In Elencho autem 33. & 34. eum de Toreutice ſcripſiſſe refert.

Xenomedes Chius hiſtoricus paulò ante bellū Peloponeſiacum vixit, & vſq; ad Thucididē ætatē proceſſit. Dionyſ. Halicarn.

Xenon lib. 1. Italicarum rerum citatur à Macrobio. 1. Saturn.

Xenophanes Colophonius, Anaximandri ætate vixit, ſcripſit autem verſus, elegias & iambos contra Heſiodū atq; Homerum ſubſannans ea quæ de dijs dixere. Scripſit etiā de Colophonis conditione, & de Italica in Eleam Colonia, verſus ad duo millia: Laertius. Suidas meminit elegiæ eius de tranſitu animarum in alia corpora. Carmina illius quæ adhuc extant impreſſa ſunt ab Hen. Steph. 1573.

Xenophanes alius poeta Iambicus ex Lesbo. Laertius.

Xenophantus citatur à Stephano.

Xenophon Grylli filius, Athenienſis, Socratis diſcipulus, primus ſcripſit vitas philoſophorū, &c. vide Bis apud Suidam. Eius opera Græca omnia, excuſa Venetijs apud Aldum & Florentiæ, & Halæ Sueuorum apud Brubachium, anno Dom. 1540. cum præfatione Phil. Melanchtonis. inſunt autem hæc: vita authoris ex Diogene Laertio, in cuius fine plures alij Xenophontes enumerantur. de inſtitutione Cyri regis li. 8. de Cyri aſcenſu, ſiue expeditione in Perſidem lib. 7. quorum argumentum habes in vita authoris apud Laertium. de rebus Græcorum libri Lacedæmoniorum reſpublica, qui liber non eſt integer: citantur enim quædam in Collectaneis Stobæi ex hoc libro, quæ hic non reperias. Athenienſium reſpublica. de factis & dictis Socratis memoratu dignis libr. 4. Oeconomica. de Ageſilai regis Lacedæmoniorum laudibus oratio. Apologia pro Socrate. Hieronym. ſiue de vita tyrannorum. Vectigalia, ſiue de redditibus liber: de arte equeſtri, equis emendis, pullis informandis, & equo bellicoſo. Hipparchicus, ſiue de officio præfecti equitum, & equis ad vſum belli comparandis. de venatione. Sympoſium, ſiue conuiuium Philoſophicum. Hæc omnia Latinè etiam anno 1545. excuſa

ſunt Baſileæ apud Iſingrinium: & iterum anno 1550 In collectaneis Stobæi etiam fragmenta quædam ex epiſtolis Xenophontis leguntur, & apud eundem in ſermone de temperantia, non recte legitur Xenophontis, ſeorſim excuſa Haganoæ anno 1531. apud Secerium. Xenophontis Paralipomena adhuc extant. Eſt autem hiſtoria Peloponneſiaci belli, ac eorum quæ Athenienſes poſt Thucydidem geſſerunt. Raphael Volaterranus. Excuſa ſunt Græce Venetijs ab Aldo.

* Xenophontis pleraque opera M.S. extant in bibliotheca Imperat. in folio & in quarto Viennæ Auſtriæ.

Xenophon *Socraticus, ſcripſit librum contra voluptatem in Ariſtippum aſſertorem voluptatis, eamque diſputationem Socrati aſſignauit. Laertius in Ariſtippo. Dicitur etiam à quibuſdam Xenophontis eſſe Alcibiades ſecundus Platoni inſcriptus Præterea citatur Xenophon in libro de natura, in libris de veritate, in libris de arte Rhetorica à Polluce: &* ἐν ταῖς ἀναμετρήσεσι τῶν ἄλλων *à Stephano. Xenophōtis opera Latine Ioanne Leuuenclaio interprete, excuſa ſunt Baſileæ à Guarino. Xenophontis omnia quæ extant opera Græce, multorum veterum exemplarium ope (quorum bonam partem bibliotheca viri illuſtris Huldrici Fuggeri ſuppeditauit) à multis mendorum ſordibus ita purgata, vt longe maiore cum fructu legi, multoque facilius quàm ante intelligi poßint. Epiſtolarum Xenophontis fragmenta quædam hæc editio præter alias habet. In Xenophontem annotationes Henrici Stephani, quibus partim varias lectiones examinare, partim locis aliquot obſcuris lucem afferre, partim mendoſos quoſdam (in quibus veterum codicum auxilio deſtitutus fuit) ſuæ integritati reſtituere conatur. Eorundem operum interpretationem Latinam à diuerſis editam Henricus Stephanus partim ipſe recognouit, partim per alios recognoſcendam curauit, in his potiſsimum locis, in quibus minus tolerabilis eſſe videbatur. Huic præfixa eſt eiuſdem Henrici Stephani oratio de coniungendis cum Marte Muſis, exemplo Xenophontis. Huius editionis margini appoſiti ſunt numeri, qui græcam paginam latinæ reſpondentem indicant, vt index (qui paulo ſuperioribus accuratior operi extremo adiectus eſt) ad vtranque editionem lectori vſui eſſe poßit. In folio.*

Xenophon *Nicoſtrati poetæ frater Athenienſis, ſcripſit Epaminondæ vitam ac Pelopidæ. Laer.*

Xenophontis *cuiuſdam ſcripta citantur apud Plinium, qui quædam in librum decimumquintum ex his mutuatus eſt: ac libro 7. capite 48. Xenophon in Periplo, ab eodem citatur.*

Xenophon *Antiochenſis hiſtoricus, ſcripſit Babylonica: ſunt autem amatoria. Suidas.*

Xenophon *Cyprius, hiſtoricus, ſcripſit Cypriaca. Sunt autem & ipſa amatoriorum argumentoriorum hiſtoriæ, de Cynira & Mirrha & Adonide Suidas.*

Xenophon *Epheſius, ſcripſit Epheſiaca libros decem. Sunt autem amatoria de Abrocoma & Anthia & de vrbe Epheſiorum, & alia. Suidas. Xenophontis Epheſij libri rerum Epheſiacarum, citatur ab Angelo Politiano in Miſcellaneis. Extant manuſcripti cum alibi tum apud Henricum Stephanum.*

Xenophon *antiquæ comœdiæ poeta. Suidas.*

Xenophon *quidam Hannibalis hiſtoriam ſcripſit. Idem.*

Xenophon *alius prodigia fabuloſa commentus eſt.*

Xenophon. *Lambſaceni ſcripta citantur apud Plinium libro primo, qui in librum tertium & ſextum Naturalis hiſtoriæ multa ex his tranſcripſit.*

Xichonis *Polentoni enarrationes in orationes Ciceronis, antequā iret in exilium: Ad Quirites poſt reditum, poſt reditum in ſenatu, pro domo ſua, de reſponſis aruſpicum, pro P. Seſtio, pro M. Cælio, pro L. Corn. Balbo. De prouincijs conſularibus. In Catilinariam primam, In Vatinium, in orationem Salluſtij contra Ciceronem: excuſæ ſunt Baſileæ ab Oporino anno Domini 1553. cum diuerſorum in omnes orationes commentarijs. Audio eundem ſuper quatuor Catilinarias orationes ſcripſiſſe.*

Xiphilinus *in quatuor euangelia ſeu potius* [illegible] *in bibliotheca Ioannis Sambuci. Quærendum an ſit Ioannis Xiphilini.*

Xyſtus, *aliàs Xiſtus ſcribitur, alij cum Sexto confundunt.*

Xyſtus *vrbis Romæ epiſcopus, decretum Synodi aduerſum Neſtorium habitum volumine deſcribens ad orientis & occidentis eccleſias dedit, confirmans duabus in Chriſto manentibus perfecte naturis, vnam filij Dei credendam eſſe perſonam. Similiter etiam Xyſtus ſucceſſor Cœleſtini, pro eadem re, & ad ipſum Neſtorium, & ad Orientis epiſcopos, aduerſus errorem eius ſuccidendum ſententias direxit. Gennadius. Xyſti epiſtola impreſſa Baſileæ cum Recognitionibus Clementis, cum alijs Pontificum epiſtolis: habetur etiam, ni fallor, cum Decretis Pontificum Coloniæ excuſis.*

Xyſti *philoſophi, aliàs Sexti Pythagorici enchiridion ſententiæ piæ & Chriſtianæ, impreſſæ Baſileæ à Beato Rhenano recognitæ ad antiquum exemplar, quod apud diuam Fidem Seleſtadij habetur.*

Xyſtus *Medices Venetus ordinis Prædicatorum, ſcripſit de fœnore Iudæorum.*

Xyſtus *Betuleius Auguſt. Germanus doctiſſimus vtriuſque linguæ, & poeta, Auguſtæ Vindelicorum hoc tempore iuuentutem bonis literis inſtituit. Scripſit multa, ex quibus ludith, Dramacomicotragicum, quod eſt exemplum reipublicæ recte inſtitutæ, excuſum Auguſtæ à Philippo Vlhardo. eiuſdem Suſanna comœdia tragica, impreſſa Tiguri apud Froſchouerum anno Domini 1528.* Tragedia germanica Zorobabel ex tertio libro Eſdræ in octauo, Auguſtæ anno 1539. excuſa. Ludus de vera nobilitate Vide in Bonagarſo Piſtorienſe. Commentarij eruditißimi in Ciceronis libros de Officijs, amicitijs & ſenectute, cum præfatione ad Senatum Auguſtanum: qua docetur, quod cuiuſque in republica hominis officium ad iuuanda literarum ſtudia*

ſit: impreſſi Baſileæ apud Ioan. Oporinum, 1544. Annotationes & collationes quædam in carmina Sibyllina, vt in Sibyllis dictum eſt. Symphonia in nouum teſtamentum Græcum, concordantiarum inſtar excuſa Baſil. ab Oporino, 1548. Scripſit etiam commentarium in Paradoxa Cic. & libros de Natura deorum, excu. Baſil. apud Ioan. Oporinum, in lib. eiuſdem de Diuinatione commentarium, & in opera Lactantij Firmiani. Eiuſdem commentarius in orationem Ciceronis pro Ligario, excuſus eſt Baſileæ ab Oporino, cum diuerſorum in omnes orationes Cic. commentarijs, anno 1553.

* Xyſti *Kargeli Gallicæ & Italicæ cantilenæ, mutetæ & paſſomezo, adiunctis ſuis ſaltarellis, mira dulcedine in teſtudine canendæ: & in tabulaturam tranſlatæ, in fol. Argentinæ per Bernhardum Iobin, anno* 1580.

Xyſti *Theoderici muſici Magnificat octo tonorum.*

# Z.

* ZAcharia Andriani Brixiani, Canonici Sancti Georgij in Alga, Brixiæ Abbatis, Theolog. D. altaris ſacrificij perſpicua expoſitio, in duos libros diuiſa, in quibus cum falſæ opiniones hæreticorum reijciuntur, cum veræ catholicorum ſententiæ confirmantur: deinde germana verborum ſubſequitur interpretatio. Brixiæ in octauo, anno 1573.

Zachariæ *filij Barachiæ prophetia Hebraice ſcripta, habetur in vetere teſtamento, vide Epiphanium in vitis prophetarum.*

* Zachariæ *Brendelij pro veterum technologia Rhethorica aduerſus* Petri Rami *ſectatores diſputatio.* 8. *Erdfordiæ* 1579.

Zachariæ *Brietteri Explicatio ſententiæ à Deo latæ, Geneſis* III. *Ponam inimicitiam, &c. Excuſa in quarto.*

* Zachariæ *Burgodorfij Symphoniſtæ, & ciuis Gardelegenſis, Magnificat* Canticum B. *virginis Mariæ, quinque vocibus per octo compoſitum. In* 4. *Magdeburgi, anno* 1582.

Zacharias *Calliergus ſcholia Græca in Theocritum collegit.*

Zacharias *Papa, natione Græcus, quatuor libros dialogorum beati Gregorij Papæ magni de Latino in Græcum tranſtulit. Scripſit etiam de ſua vena Latino ſermone, ad diuerſos epiſtolas lib.* 1. *in quibus ad ſanctum* Bonifacium *archiepiſcopum Moguntinũ plures extant. Epiſtolæ eius impreſſæ ſunt cum Decretis Pontificum, Coloniæ. Claruit anno Domini* 752.

Zachariæ *Scholaſtici (aliàs Sophiſtæ) & epiſcopi Mitylenenſis, Dialogus qui inſcribitur Ammonius, aut philoſophus, Græce extat Venetijs apud Diegum Hurtadum, item librum de mundi æternitate. Fertur & Romæ quippiam Zachariæ philoſophi extare. Eiuſdem extat dialogus Theophraſtus, de immortalitate animæ.*

Zacharias *Babylonius, naturalis magiæ ſcriptor: vide in Zoroaſtre.*

Zachariæ *Chryſopolitani harmonia euangelica, impreſſa Coloniæ,* 1535.

Zachariæ *Lilij Vincentini, canonici regularis, de ſitu orbis libellus, ſiue orbis breuiarium, impreſſum Venetijs in* 8.

* Zachariæ *Lochneri vel Lochſneri ciuis Norinbergenſis, tractatus parui, exempla Geometrica complectentes. Germanice in* 4. *Norinbergæ, anno* 1583. *Eiuſdem libri de triangularibus & quadrangularibus aciebus militaribus, in* 4. *anno Domini* 1571.

* Zachariæ *Orthi poetæ Laureati hiſtoria Germanicorum & Turcicorum imperatorũ. Elegiaco verſu ſcripta,* 1563.

Zachariæ *Prætorij Explicatio Germanica Hebræarum phraſium vtriuſque teſtamenti. Iſlebiæ anno* 1570. *in octauo. Eiuſdem Nomenclator Germanicus, in quo propria nomina virorum & mulierum quæ noſtra ætate in vſu ſunt explicantur. Ibidem* 1569. * *Eiuſdem infirmum fundamentum aduerſus Cyriacum Spangenbergium, Germanice in* 4. *Mansfeldij* 1573.

Zacharias *Preyerius, Faſtorum tabulam conngeſſit ex libris Ouidij, & aliorum: impreſſam Ingolſtadij,* 1542. *Idem vt audio ſcripſit dialecticam, Ingolſtadij excuſam.*

* Zacharias *Riuander Leſnicenſis, ſcripſit tractatum Germanicum, aduerſus Caluiniſtas & Sacramentarios, cui tit. fecit Lupus excoriatus: allegans verba Chriſti, Matth.* 7. *De lupis rapacibus, in* 4. *Witenbergæ* 1582.

* Zachariæ *Schilteri S. Theol. Doct. & profeſſoris in academia Lipſenſi, Oratio de monumentorum Eſaiæ Prophetæ præſtantia. In* 4. *Lipſiæ anno* 1582.

Zacharias *Triuiſanus: vide in Franciſco Barbaro.*

Zacharias *Vrſinus Sileſius theologus, & profeſſor in celeberrima Heidelbergenſi academia, veritatem humanæ naturæ Chriſti ſeruatoris noſtri, in publica diſputatione Mulbrunnenſi, quæ impreſſa extat, ſolide et acute defendit. Scripſit etiam quædam de cœna Domini, edita. Item Epigrammata ad Ioannem Friſium Tigurinum, ſuum hoſpitem, anno* 1560. *Et multa erudite conſcripta, domi habet non dum publicata.* * *Multa item eius ſcripta varia et multiplici eruditione referta, ſunt publicata: quibus diuina veritas acerrime defenditur, fraudes & paraſophiſmata fideliſſime indicantur: hæreſes Ariani & noui Eutychiani expugnantur & euertuntur: ſuum vero nomen ſupprimi voluit, illud aſcribi diligentiſſimè cauit, partim quod fuit ab omni ſpecie humanæ* φιλοδοξίας *alieniſſimus: partim quod cauſam cum cauſa: rationes cum rationibus: non perſonas cum perſonis congredi oportere exiſtimauit. Obijt vir ſanctiſſimus, ſinceriſſimusq́ theologus Neapoli Nemetum die* 6. *Martij, anno* 1583. *ætatis ſuæ* 49. *In eius obitum edita ſunt doctorum virorum carmina: et oratio diſerta Rectoris ſcholæ Neapolitanæ, in* 4. *Neapoli Nemetum, anno* 1583.

AA

Digitized by Google

Zachariæ *rhetoris ſcripta citantur à Nicephoro lib.15. hiſtoriæ eccleſiaſticæ.*

Zadith *ſenioris filij Hamuelis de chemia liber impreſſus in octauo chartis* 8. *Ibidem citat carmen ſuum quod incipit: Et in domo Hamuelis manſio: ſunt autem vt ipſe refert verſus* 101.

Zaphar *Elgzozar Arabs compoſuit viaticum peregrinantium, quem in Græcam linguam tranſtulit Conſtantinus Aſyncritus, habetur manuſcriptus in bibliotheca Regia.*

Zarati *Medi & Zarmocenidæ Aſſyrij, Magorum meminit* Plinius *initio lib.* 31. *quorum tamen nulla monumenta extare ſcribit.*

Zoctalias *ſcriptor, citatur apud* Plinium, *qui in librum trigeſimum ſeptimum Naturalis hiſtoriæ multa ex eius lucubrationibus tranſcripſit.*

Zathalias *Babylonius, ſcripſit ad regem Mithridatem de gemmis & natura earum, eiſq; humana fata tribuit, litibuſq; & iudicijs interpoſuit, & in prælijs ſalutares pronunciauit.* Plinius.

Zahel *Bembiz Iſmaelitæ authoris Arabis libri; De interrogationibus. De electionibus, De temporum ſignificationibus in iudicijs: impreſſi Venetijs, anno* 1493. *cum quadripartito Ptolemæi: & poſtea Baſileæ apud Heruagium cum Iul. Firmico, Aliâs ſcribitur Zael, aliâs Zeel. Vide in Zoroaſtre.*

Za[illegible] *octoſtichon lib.* 3. *Florilegij, ſectione* 22. *fortaſſis legendum* [illegible], *vt infrà.*

Zarida *Andronicus: vide ſuprà in Georgio Lecapeno.*

Zarottus *quidam ſcripſit commentaria in Ibin Ouidij Naſonis, quæ cum aliorum commentarijs impreſſa ſunt Baſileæ apud Heruagium, año* 1550.

Zeazar *Babylonius, aſtrologus, ſcripſit librum in Aſtrologia qui incipit, Vniuerſa Aſtrologiæ iudicia.*

Zeid *ſcriptor Arabs, citatur à Ioan. Meſue.*

Zelotæ *epigrammata duo, libr.1. Florilegij ſect.57.*

Zender *quidem Germanico idiomate, ſcripſit librum receptorum.*

Zeneus *Chius, ſcripſit de Chio inſula. Athen.*

Zeno, *vide ſupra in Sulpitio Victore.*

Zenonis *Imperatoris Conſtitutio vna Græce & Latine Agylæo interprete cum alijs conſtitutionibus.*

Zenonis *ſcripta citantur apud Plinium, qui ex his multa in lib.36. Naturalis hiſtoriæ tranſtulit.*

Zeno *Cittieus ex Cypro Stoicæ philoſophiæ auctor, ſcripſit, de Republica, de vita ſecundum naturam, de Appetitu, ſiue de hominis natura, de perturbationibus, vel de vitijs, de Officio, de Lege, de Græca peritia ſeu* περὶ παιδείας, *de Aſpectu, de Toto, de Signis, Pythagorica vniuerſalia, de Dictionibus, Problematum Homericorum quinq; De Poetica auditione. Eſt ipſius item & ars, & Solutiones, & Argumenta* 2. *Commentaria Cratetis moralia. Laertius.*

Zeno *Cittieus, ſcripſit de repub. Athenæus. Zenonis verba citat Galenus lib.2. de Hippocratis & Platonis dogmatibus.*

Zeno *Cittieus: orator ne an philoſophus dubium, ſcripſit de ſtatibus, de figuris, Commentarios in Xenophontem, in Lyſiam, in Demoſthenem, de Epicherematibus. Suidas.*

Zeno *Cyprius medicus Oribaſij præceptor, laudatur ab Eunapio.*

Zeno *Eleates diſcipulus Parmenidis, inuentor dialecticæ, reliquit volumina, ſapientiæ pleniſſima vt Laertius refert. Nempe* ἔριδας, *Enarrationem verſuum Empedoclis, Aduerſus philoſophos de natura. Suidas.*

Zeno *Myndius grammaticus citatur à Stephano. Meminit quoq; Laertius Zenonis grammatici cuius inter cætera etiam epigrammata ferantur.*

Zeno *Rhodius locorum ſcripſit hiſtoriam. Laertius.*

Zeno *hiſtoricus Pyrrhi in Italia & Sicilia res geſtas conſcripſit, epitomenq; Romanarum & Carthaginenſium rerum. Laertius.*

Zeno *Sidonius Muſæi filius, philoſophus Stoicus, diſcipulus Diodori cognomento Saturni magiſter & ipſe Zenonis Cittiei, ſcripſit apologiam Socratis, & Sidoniaca. Suidas.*

Zeno *Sidonius vel Tarſenſis philoſophus, Dioſcuridæ filius, Chryſippi Tarſenſis philoſophi Stoici diſcipulus & ſucceſſor. Suidas.*

Zeno *Sidonius, philoſophus Epicureus, Apollodori auditor, ſenſu & elocutione clarus atq; apertus, infinita ſcripſit. Laertius.*

Zeno *medicus Herophilius intelligentia acumine potius quàm ſcriptura clarus: Laert.* Citatur *à Galeno de differ. pulſuum lib.4. cap.8.*

Zeno *Veronenſis epiſcopus, Galieni imperatoris tẽpore clarus. Scripſit de patientia, pudicitia, fide, ſpe, & charitate lib.3. De iuſtitia lib.1. De timore lib.1. De ſpiritu & corpore lib.1. De eo quod ſcriptum eſt, Cum tradiderit regnum Deo & patri, ſermonem 1. De ædificatione domus Dei. De continentia. De baptiſmo lib.3. De natiuitate domini & maieſtate. De Daniele tractatus 2. In Pſalmos 41.42.126. & tres ſequentes, tractatus 7. De liuore & inuidia. De hoc verbo. Attende tibi ne forte fiat, &c. De quatuor temporum ieiunio. In Pſalmum 90. De auaritia tract.3. De feſto paſchatis. De inuitatione ad fontes. De ſomnio Iacobi. De duodecim cœli ſignis. De fide. Super Ionam. Super hiſtoriam Suſannæ. De die dominico. De Abrahamo. De natiuitate Domini. De paſſione Arcadij martyris, in Mauritania eo tempore perempti.*

Zenobia *Palmyrenſium regina, rerum Alexandrinarum hiſtoriam non illaudato ſtilo in compendium redegit. Fulgoſus lib.8. cap.3. rerum mem. ex Pol. Trebellio.*

Zenobius *Sophiſta Romæ docuit ſub Adriano Cæſare. Scripſit epitomen prouerbiorum Didymi & Tarræi, libris tribus, Saluſtij hiſtorici, Romani ſcripta Græce vertit: & quæ eius Tela vocantur (ſi modo hic non eſt mendum, & forte bella legendum Catilinarium & Iugurtinum, ſunt enim hæc ſeparata à Saluſtij hiſtoriarũ libris.) Genethliacum Adriano Cæſari, & alia edidit. Suid.*

Zenobij

Digitized by Google

Zenobij grammatici diſtichon, lib. 4. Florilegij, ſectione 27. Citatur etiam in Cornucopiæ Græco Varini Camertis. Prouerbiorum Græcorum compendium à Zenobio collectum, impreſſum eſt Haganoæ 1535. vide Suidam.

Zenobij epitome Prouerbiorum Tarrhæi & Didymi, ſecundum ordinem alphabeti impreſſum eſt primum Florentiæ, 1497.

Zenobius Acciaiolus Florentinus, tranſtulit Euſebij librum contra Hieroclem, & Olympiodori ſcholia in Eccleſiaſten, quæ excuſa ſunt Baſileæ apud Bebelium, anno 1536. Pariſijs apud Rob. Steph. anno 1511. & Baſileæ iterum apud Henr. Petri anno 1551. cum alijs veterum Theologorum opuſculis. Item Theodoreti Cyrenſis lib. 12. de Græcarum affectionum curatione. Eiuſdem epiſtola ad Io. Franciſcum Picum, legitur primo epiſtolarum Pici.

Zenodotus Alexandrinus grammaticus, in vrbem vocatus, ad ea quæ ab Ariſtarcho in poeta improbabantur (forte reſpondit) Scripſit in Platonē, de Dijs, de Homerico more, Solutiones Homericarum dubitationum, in Heſiodi Theogoniam, & alia multa. Suidas.

Zenodotus Epheſius verſificator & grammaticus, Philetæ diſcipulus ſub Ptolemæo primo, primus Homeri corrector, bibliothecis Alexandrinis præfectus, et filiorum Ptolemæi præceptor. Suidas. Zenodoti epitomas, Athenæus allegat. Extant & Prouerbia Zenodoti, impreſſa. Zenodoti diſtichon libro 1. Florilegij, ſectione 27.

Zenodotus ἐν ταῖς ἐθνικαῖς λέξεσι citatur à Galeno in gloßis.

Zenodotus cognomine Theophilus, citatur in ſcholijs Nicandri.

Zenophanis liber Syngenicus, citatur ab Athenæo libro 10.

Zenotenus naturalis magiæ ſcriptor, vide infra in Zoroaſtre.

Zenzelinus doctor iuris canonici, citatur in Summa Angelica.

Zephaniæ è tribu Symeon (noſtri Sophoniam ſcribunt) in vetere Teſtamento legitur prophetia, vide Epiphanium in vitis prophetarum.

Zephyrini Papæ decreta cum reliquis Pontificijs impreſſa: & epiſtola eius vnà cum Recognitionibus Clementis, Baſileæ.

Zeuxis qui γωνιώπης dicebatur Æneſidemi familiaris Pyrrhonius ἐν τῷ περὶ διττῶν λόγων, citatur à Laertio.

Zimeon chymiſta citatur ab Hortulano philoſopho.

Zoar cuiuſdam libellus de cura calculi, impreſſus Venetijs, 1497. cum Raſi ad Almanſorem, &c.

Zoilus Amphipolitanus cognomento Homeromaſtix orator & philoſophus, grammatica quædam ſcripſit contra Homerum: Poeſeos lib. 9. Hiſtoriam ab ortu deorum vſque obitum Philippi. Libros 2. de Amphipoli, contra Iſocratem oratorem, aliaq; plurima, in quibus fuit & Homeri vituperatio. Suidas.

Zoilus grammaticus, vnus ex Dipnoſophiſtis apud Athen.

Zoili Macedonis ſcripta, citantur apud Plinium lib. 13. Naturalis hiſtoriæ. Hic eſt Amphipolitanus, hæc enim eſt vrbs Macedoniæ.

Ex Zoili cuiuſdam ſcriptis multa Plinius in librum duodecimum Naturalis hiſtoriæ tranſtulit.

Zoilus de figuris citatur à Phœbammone ſophiſta de figuris.

Zonæus ſcripſit amatorias epiſtolas, & de ludo pilæ. Circumferuntur & aliæ eius epiſtolæ ruſticanæ, ſed ab eius ſtilo diſſentiunt.

Zonæi περὶ σχημάτων τῶν κατὰ λόγον, extat apud Henricum Memmium Malaſiſſam, Lutetiæ.

Zonę hexaſtichon lib. 1. Florilegij, ſectione 20. & octoſtichon ſect. 60. et alia duo hexaſticha libro 6. ſect. 14. & 15.

Zopyrionis dictionarium à litera alpha vſq; ad delta, Suidæ Lexico acceßit.

Zopyri Heracleotæ ferunt eſſe Craterem Orpheo inſcriptum, Clemens.

Zoroaſtres aſtronomus Perſomedes ſub Nino rege Aſſyriorum, annis quingentis ante bellum Troianum, primus Magorum ſcripſit de natura libros 4. de lapidibus precioſis lib. 1. & Aſteroſcopica apoteleſmatica lib. 5. Suidas. Vide Lilium Gyraldum de poetis. Magica oracula Græca magorum à Zoroaſtre, verſibus hexametris, cum ſcholijs Græcis: excuſa Pariſijs apud Ludouicum Tiletanum, 1538. Græce, & rurſus Latine ibidem. Citatur etiam Zoroaſtes in Geoponicis Conſtantini. v. Ursin. de Zoroa. p. 9 [illegible] p. 40.

Ex Zoroaſtris lucubrationibus multa mutuatus eſt Plin. in lib. 18. & 37. Naturalis hiſtoriæ.

Zoroaſter alius Proconneſius commemoratur à Plinio lib. 30. cap. 1. Vide Ariſteas.

Zoroaſtris multa in Geoponicis citantur quæ eadem apud Ariſtotelem legimus, vnde hunc poſteriorem eo fuiſſe conijcimus.

Zoromaſdres Chaldæus ſapiens, ſcripſit mathematica & phyſica. Suidas.

Abba Zoſimi ſcripta Græce extant Romæ, in bibliotheca Vaticana.

Zoſimus Alexandrinus philoſophus ſcripſit Chymeutica, ſiue Chiroemata, id eſt, manualia ad Theoſebiam ſororem libris XXVIII. ordine literarum, & vitam D. Platonis, teſte Suida. Audio in Italia ſeruari in quibuſdam bibliothecis Zoſimi & XIIII. auctorum ſcripta de arte ſacra: falſa tamen & ſuppoſititia.

* Zoſimi Comitis & exaduocati Fiſci Hiſtoriæ nouæ, lib. 6. nunquam hactenus editi. Quibus aliæ plures acceſſerunt Hiſtoriæ, fol. Baſileæ ex officina Petri Pernæ 1579.

Zoſimus Gazeus ſophiſta vel Aſcalonites, temporibus Anaſtaſij imperatoris, ſcripſit oratoriam dictionem ordine alphabetico: commentarium in Demoſthenem & Lyſiam. Suidas. Commentaria in Demoſthenis Philippicas, ſeruantur Romæ in bibliotheca Vaticana. Liber de Rhetoricis dictionibus, Suidæ dictionario acceßit. Audio etiam in Vaticana ſeruari Zoſimi lexicon.

Zoſimus papa natione Græcus, ſcripſit proſta

tu eccleſiaſtico epiſtolarum ad diuerſos librum vnum, de paſcha ad Hilarium lib. 1. de ſacerdotio ad Eſſytium lib. 1. & decreta, quæ cum reliquis pontificijs excuſa ſunt.

Zoſimi à Thariſſa verba apud Cyprian. in ſententijs epiſcoporũ de hæreticis baptizandis extant.

Zoſimi Thuſij hexaſtichon extat in Florilegij lib. 1. ſectione 55. & lib. 6. ſectione 15.

Zoſimi cuiuſdam hiſtoriarum libri quinque, vel ſex Græci, ſeruantur in Vaticana bibliotheca.

Zoſtratus, vide Soſtratus.

Zyzimi ſcriptoris rerum Turcicarum meminit Andreas Alciatus, in præfatione Caſtigationum ſuarum in P. Cornelium Tacitum.

# APPENDIX.

## A.

Aeneæ Syluij Papæ Pij II. epiſtola ad Mahometem II. Magnum Turcam, in 4. Italice. Itemq; epiſtola ad Morbiſanũ Turcarum principem: cui adhibita eſt Morbiſani Reſponſio ad Piũ. Coloniæ 1532.

Alberti Cranzij regnorum Aquilonarium Daniæ, Sueciæ, & Noruegiæ chronica: cum ſupplemento Chriſtiani Cilicij de bello Diethmarſico: & Iacobi Ziegleri Schondia, id eſt, regnorum & populorum Septentrionalium ad Cranzianã hiſtoriam perutili deſcriptione. In folio Francofurti apud hæredes Wecheli, 1583.

* Alberti Hartungi theologi, & procancellarij Ingolſtadienſis academiæ, oratio de homologia ſiue conſenſu theologiæ Lutheri, cum philoſophia Epicuri, habita Ingolſtadij, anno 1582. Cui altera oratio oppoſita, continens apologiam D. D. Martini Lutheri, in academia Lipſenſi recitata, anno eodem. In 4. Lipſiæ 1582. Priorem illam orationem, catalogus librorũ in nundinis vernalibus anni 1582. editorum, Francofurti anno eodem excuſus, Alberto Hungero aſcribit.

Alberto Hungero SS. Theologiæ D. præſide, defenſio ſcripturæ ſacræ, cõtra pſeudoſcripturarios Lutheranos & Caluinianos. In 4. Ingolſtadij 1582.

* Alberti Leniceri collatio triumphi Romanorum, & Ieſu Chriſti in cœlum aſcendentis. In 8. Witenbergæ 1583.

* Alexandri Carerij Patauini quæſtio, an metalla artis beneficio permutari poſsint. In 8. Baſil. per Sebaſtianum Henricpetri 1583.

* Amadiſi de Gaule bellicoſi herois hiſtoriæ Germanica lingua, excuſæ in folio. Francofurti ſumptibus Sigiſmundi Feyrabent, 1583.

* Amarunti ſiue Amaranti Grammatici commentarij in Theocriti aliquot Bucolica Idyllia extant, Manuſcript. in bibl. Imper. Viennæ.

Andreas Baccius quædam etiam de balneis Tranſcherij oppidi Bergomatis ſcripſit, quæ ſeorſim cum aliorum authorum ſcriptis, de eiſdem balneis in 4. Bergomis, anno 1583. ſunt excuſa.

* Andreæ Brunnij homiliæ funebres catechiſticæ duæ Germanicæ in 4. Tubingæ apud Georgium Gruppenbach, anno 1583.

* Andreæ Celichij Mechelburgenſis ſuperintendentis quæſtiones catechiſticæ doctrinæ Chriſtianæ Germanicæ in fol. Guſtronij 1582. Eiuſdem Chriſtiana & theologica admonitio de nouo cometa, cum præfatione Nicolai Selnecceri. In 4. Lipſiæ apud Iacobi Berwaldi hæredes, anno 1578. Germa.

Andreas Coruinus Matthæo Iuditi in contexenda hiſtoria eccleſiaſtica, facto initio à nona centuria, succeſsit.

* Andreas Gail nobilis & clariſs. Iuriſconſultus in lucem edidit, practicarum obſeruationum libros duos. De pace publica & proſcriptis ſiue bannitis Imperij libros duos. De pignorationibus librũ vnum. In fol. Coloniæ apud Io. Gymnicum 1583.

* Andreæ Kragij Ripenſis Dani ſtudio, Q. Horatij Flacci ars poetica, ad P. Rami Dialecticam et Rhetoricam, reſoluta. In 4. Baſileæ per Seb. Henricpetri 1583. Eiuſdem opera & ſtudio Ariſtotelica & Ramea de Inſidioſis Sophiſtarum ſimulationibus Inſtitutiones breues. Quibus additur diſceptatio, in qua vtranq; Inſtitutionem ad catholicas de materia & forma artium leges referri poſſe demonſtratur. In 4. Baſil. per Seb. Henricpetri, 1583.

* Andreæ Laubmayeri I. V. D. diſputationes. 1. De vſuris. 2. De feudis pars prior. 3. De feudis pars altera. Impreſſæ in 4. Tubingæ apud Georgiũ Gruppenbach, 1583.

Andreas Planerus præterea edidit diſputationem medicam de ſanitate tuenda. In 4. Tubingæ apud Georgium Gruppenbach, 1583.

* Andreæ Richij Spandonienſis Mechelburgenſis ſuperintendentis poſtilla germanica: tribus libris diuiſa. In 8. Guſtronij 1582.

* Andreas Schottus Antuerpianus Pomponij Melæ de ſitu orbis libros tres, recenſuit, & ſpicilegio illuſtrauit, additæ Hermolai Barbari Veneti, & Fredenandi Nonij Pintiani caſtigationes. In 4. Antuerpiæ 1582.

* Anthonij Scandelli Muſici illuſtriſs. ducis Auguſti electoris Saxoniæ liber primus cantionũ Neapolitanarũ 4. vocũ. Italice in 4. Norinbergæ, 1583.

Anthonij (vt puto) Veſſodi Rethorica et Dialectica, linguam cum mente in breuem ac facilem bene & dicendi & differendi viam recte dirigens. 8. Lauſannæ 1579.

* Arnoldi ab Haerſolte I. C. Suollenſis, aduerſaria de actionibus omnibus tàm ciuilibus quàm criminalibus, quæ per vniuerſum ius de quacunq; cauſa, &c. In 8. Antuerpiæ Chriſtoph. Plantinus 1583.

Audomari Talæi prælectiones in Ciceronem, Porphyrij Iſagogen, & Ariſtotelis primum librum Ethicum. Eiuſdem admonitio ad Adrianum Turnebum. 8. Francofurti apud hæredes Wecheli. 1583.

Aurelij Olympij Nemeſiani Eclogæ quatuor etiam cum Pontano impreſſæ. In 8. Venetijs per Aldum, 1518. Eiuſdem Cynogeticõn lib. 1. In 8. Auguſtæ, anno 1534. excuſ. Et Bucolicon cum Diomedis Guidaloti commentarijs impreſſum.

* Barnabas

## B.

* Barnabæ *Briſſonij, Regi conſiſtorij conſiliarij, ampliſsimiq; Senatus Pariſienſis Præſidis, de formulis & ſolennibus populi Romani verbis, libri* VIII. *in fol. Pariſijs apud Sebaſtianum Niuellium, ſub Ciconijs, via Iacobæa.*1583.

* Bartholomæus *Albanus ſcripſit partem eorũ quæ extant omnia de balneis Transcherij oppidi Bergomatis in* 4. *Bergomi* 1582.

* Bartholomæi *Socini iuriſconſulti præſtantiſsimi D. Marzani Socini Senenſis F. additiones ad parentis aliquot ſingulares, & in praxi lucroſiſsimos titulos decretalium commentarios in fol. Francofurti apud Petrum Fabricium* 1583.

* Bartholomei *à Medina expoſitio etiam in tertiam D. Thomæ partem vſque ad quæſtionem ſexageſimam, complectens tertium librum ſententiarũ, in fol. Venetijs* 1582.

## C.

* ~~Chriſtianus *Cilicius ſcripſit hiſtoriam de bello Diethmarſico excuſam in folio Francofurti apud hæredes Vuecheli anno Domini* 1581. *cum hiſtoria Cranziana.*~~

* Chriſtophori *Stathmionis carmen ad Ioannem Friſium ſuum de laudibus Muſicæ.*

* Cl. Ptolemei *epigrãma de ſeipſo, iunctis ſcholijs aliquot in Platonem, eſt autem liber ſine capite & ſoleis in octauo. M.S. bib. Imper. Viennæ.*

* Conradus *Diſtel præterea poſtillam Michaelis epiſcopi Mersburgen. quæſtionibus abbreuiauit, & formulis precum auxit in* 8. *Maguntiæ, anno* 1582.

* Conſtantinus *Sebaſtianus Oliuetanus interpres apologetici Nazianzeni.*

## D.

* ~~Damiani *à Goes equitis Romani de rebus Æthiopicis, Indicis, Luſitanicis & Hiſpanicis etiam in* 8. *Coloniæ apud Geruin. Calenium anno Domini*~~ 1579.

* D. Magni *Auſonij Burdigalenſis, viri conſularis, Auguſtorum præceptoris, opera in meliorem ordinem digeſta, & infinitis locis emendata per Ioſephum Scaligerum Iulij Cæſ. Fil. Eiuſdem Ioſephi Scaligeri Auſonianarum lectionum libri duo, ad Eliam Vinetum Santonem, in quibus caſtigationum rationes redduntur, & difficiliores loci Auſoniani explicantur, octauo. Lugduni apud Antoniũ Gryphium* 1579.

* Dorothei *epiſcopi Tyri, de vita prophetarum et apoſtolorum ſynopſis. Coloniæ apud Ioan. Gymnicum* 1573. *excuſa.*

## F.

* Federici *Delphini iucundiſsima diſputatio de æſtu maris & motu octauæ ſpheræ in fol. Baſileæ per Petrum Pernam.*

* Fernandus *Perez Guſmanus compoſuit Valerium de hiſtoria Scholaſtica, Medini in campo Franciſci, Hiſpanicè* 1574.

* Franciſci *Victoriæ liber de præcipuis eccleſiæ tribulationibus. Antuerpiæ, anno Domini* 1545. *in* 16.

## G.

* Georgij *à Frundsberg, rerum in bello à ſe ſuisq; maioribus præclarè geſtarũ libri* VIII. *in fol. Francoforti* 1568. *Germ.*

* Georgij *Gemiſti Pletonis, de rebus Peloponeſi orationes duæ Guilhelmo Cantero interprete, prodiere ex bibliotheca Ioannis Sambuci: & Antuerpiæ apud Chriſtophorum Plantinum excuſæ anno* 1575.

* Georgius *Lieblerus præterea ſermonem Martini Eiſengreinij de puero Ieſu ſedente Hieroſolymis in templo in medio doctorum, fecit Latinum. Excuſ. in* 4. *Tubingæ apud Gruppenb.*

* Guilhelmus *Canterus præterea Ioannis Stobæi eclogarum libros duos eſt interpretatus: Vertit quoque Georgij Gemiſti Plethonis de rebus Peleponeſi orationes duas: Ex bibliotheca Ioannis Sambuci. Antuerpiæ excudebat Chriſtoph Plantinus, anno* 1575.

* Guilhelmus *Geraldus diſquiſitionem de recta regnorum & Rerumpubl. adminſtratione ex Rapſodijs Petri Cermenati deſumptam in Gallicam linguam tranſtulit. Lugduni excudebat Ludouicus & Carolus Peſnoti anno* 1561.

* ~~Guilhelmus *Godeleuæus collegit ex varijs autorum ſcriptis in omnes T. Liuij libros obſeruationes, excuſas in octauo. Francoforti, anno Domini*~~ 1574.

## H.

* Hermannus *Nehemius Tremonianus librum de Nobilitate Philonis Iudæi ex Græco in Latinũ conuertit, in* 8. *Baſileæ apud Leonardum Oſteniũ, anno* 1580.

~~Hieronymi *Benzonis, Noua noui orbis hiſtoria in* 8. *Geneuæ apud Euſtach. Vignon* 1580.~~

* Hieronymus *Oſius poeta laureatus Samuelis duos libros carmine heroico reddidit: in* 8. *Lipſiæ* 1559.

* Hubertus *Suſannæus præterea fecit aduerbiorum Ciceronianorum connubium* 8. *Argentorati apud Ioſiam Ribelium* 1579.

* Hugo *Suræus, commentariorum de rebus Gallicis libros* X. *Martini Bellai Langæi: ex Gallico Latinos fecit in folio Francofurti apud Andream Wechelum.*

## I.

* Iacobi *Cuiacij I.C. quæ de iure fecit, ab ipſo authore diſpoſita, & recognita & aucta libro ſingulari conſultationum, & lib.* 15. 16. 17. *obſeruationum*



Digitized by Google

fol. Pariſijs apud Sebaſtianum Niuellium, anno D. 1579.

* Iani Guilielmi quoq; manes Palmeriani excuſi in 8. Coloniæ anno 1583.

* Ioannes Balæus Theologiæ ſtudioſus, collegit examen recitationum D. Nicolai Selneceri de libro Concordiæ, admonitionem Neuſtadianam luculenter confirmantium, in gratiam doctrinæ Chriſtianæ ſtudioſorum in academia Lipſica, & aliorum piæ concordiæ amantium, & edidit in 4. Neapoli, anno 1582.

* Ioannes Cellarius Euangeliorum Dominicalium expoſitionem Pauli Eberi in lucem edidit in 8. Francoforti ex officina Nicolai Baſſæi, anno D. 1579.

* Ioannes Fiſchartus dictus Menzer I.V.D. Et antiquitatum diligentiſſimus indagator: Genealogias omnium ferè principum Germaniæ conſcripſit: nondum, quod ſciam, editas. Scribit etiam vænuſtiſſimum carmen germanica lingua. Eius ſunt verſus Germanici de laudibus vitæ Ruſticæ: quibus odam 2. Quinti Horatij ex epodon libro, eleganter tranſtulit, excuſi Argentinæ apud Iobinum in fol. anno Domini 1579. Et libris VII. de agricultura à Melchiore Sebizio D. translatis præfixi. Scripſit item alia plura, quæ aut ſuppreſſo ſuo nomine, aut permutato, edita ſunt.

* Ioannis Garzonis hiſtoria de bellis Friderici Magni ſeu admorſi, Lantgrauij Thuringæ, ſeorſim excuſa in fol. Francoforti apud Andream Wechelum 1578.

* Ioannes Iacobus Vuickius, Eccleſiæ Tigurinæ miniſter, collegit ex literis doctorum virorum & editionibus rerum nouarum, atque narrationibus hominum fide dignorum, annales rerum mirabilium & memorabilium: ab anno Domini 1559. vſq; ad annum præſentem, tomis XX. lingua partim Latina, partim Germanica: ſicuti ab authoribus narrationum vel ſcripto, vel viua voce accepit: opus, delectu rerum facto, & methodo adhibita, vtile futurum, M.S.

* Iſaaci Hollandi abdita quædam de opere vegetabili et animali in 8. Excudebat Ioannes Lertout, anno Domini 1582.

* Ioannis Vuicleui præterea extat commentarius in Cantica canticorum. Commentaria in Nouum Teſtamentum liber in 4. M.S. in membrana. Eiuſdem prima pars continens Euangelia de ſanctis itemq; ſermones ſuper Euangelia de tempore: vna cum alijs multis ſermonibus, in folio liber in charta ſcriptus. De Trinitate libri duo. De eccleſiæ ritibus: Et de purgatorio, vna cum expoſitione moralis ſomni Pharaonis, in charta & fol. liber ſcriptus. De officio Regis in charta. Vuicleuiſtarum & Huſſitarum confutatio certorum articulorum ex Nouo Teſtamento, & iure Canonico ſumpta, liber in 4. & in charta ſcriptus. Omnes hi libri ſunt in bibl. imper. Viennæ Auſtriæ.

## L.

* Landulphus Sagax hiſtoriam Pauli Diaconi Aquilienſis auxit & produxit ad annum Chriſti 1306. Sunt libri XXIIII. Baſileæ Petrus Perna excudit 1569.

* Leornardi Archiepiſcopi Lesbij libellus de nobilitate contra Poggium in 4. manuſcript. bibliotb. Imper.

## M.

* Martinus Mollerus Theodoreti Epiſcopi dialogos tres de vnione & diſtinctione vtriusque naturæ in vna perſona Chriſti in Germanicam linguam tranſtulit: additis Epiſtolis Leonis Magni Papæ Romani contra Eutichen in octauo. Gorlicij, anno 1582.

* Max. Planudis tractatus de vrinis etiam in biblioth. Imper. Viennæ extat in quarto, M.S.

* Melchior Sebizius, præterea Ruſticum prædiū à Carolo Stephano & Ioanne Liebhaultio Gallicè deſcriptum libris VII. in Germanicam linguam tranſtulit. Excuſum Argentinæ apud Iobinum in fol. anno 1579.

* Rabi Moiſis medici antiquiſſimi ac celeberrimi Aphoriſmi ex Galeno Collecti: nunc vero ad vſum ſtudioſorum medicinæ ab interitu vindicati & iam primum in lucem editi. Item locorum quorundam apud Galenum ſibi ipſis contradicentium caſtigatio & notatio. Deniq; Ioannis Damaſceni aphoriſmi vtiliſſimi ad filium 8. Baſileæ ex officina Henricpetrina 1579.

* M. Pſelli magni magiſtri Antiochiæ, de facultatibus alimentorum 4. M.S. bib. Imp. Viennæ.

* Pſelli introductio in philoſophiæ modos Græce & Latine in 8. ibidem.

## P.

* Planudis Monachi Syntaxis, ſiue de conſtructione orationis in 4, M.S. bib. Imp. Viennæ.

## S.

Saturnini hiſtorici meminit Suetonius Tranquillus.

Saturnini veteris hæretici meminere Irenæus, Tertullianus & multi alij: fuit hic Antiochenus, et Menandrum hæreticum in quibuſdam ſecutus eſt.

Saturnini tres diuerſi authores epiſtolæ cuiuſdam apud Cyprianum lib. 1. cum aliquot alijs coepiſcopis. item epiſtolæ duodecimæ. ibidem. Saturnini duo, authores epiſtolæ 4. ibidem. Saturnini ab Itinis & Saturnini à Tucca confeſſoris, & Saturnini à Victoriana verba referuntur apud Cyprianum, in ſententijs epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

Satyræ Gynæcia Florentiæ ſeruantur. Videndum an Sotiræ obſtetricis, quæ citatur à Plinio 28. capite ſeptimo.

Satyrus Peripateticus ſcripſit vitas, & inter cæteras Philippi, & librum de characteribus: allegantur ab Athenæo Satyri tetraſtichon, & octoſticha duo, lib. 1. Anthologij, ſectione 56. Hexaſtichon lib. 4. ſectione 11. & aliud lib. 6. ſectione 15. Semel le-

*gitur Satirij, & ſemel additur cognomen Thyilli.*

Satyri *lucubrationes citantur apud Plinium lib.37. Naturalis hiſtoriæ.*

* Sauromanus *proc. Cæſ. ad principes Chriſtianos, de religione et communi concordia. Romæ 1524. in quarto.*

~~*Saxonis Grammatici Sialandici, Danorum hiſtoria libri ſedecim ad Andream epiſcopum Daniæ,*~~ *excuſi Baſileæ anno 1534. item Pariſijs.* * *Eadem hiſtoria annis ab hinc 350. intermixtis & aliarum gentium hiſtorijs conſcripta in folio etiam Francofurti ex officina Wecheli 1580. excuſa.*

Scæuola *allegatur à Plinio lib.15. Nat. hiſt.*

Scamon *ſcripſit de inuentis. Athenæus.*

Schiarchandi, *citatur in Tacuinis Elluchaſem.*

Scholarij *expoſitio græca in quinq; voces Porphyrij, in Ariſtotelis prædicamenta, de interpretatione, Priorum, & de anima libros, ſeruatur manuſcripta Venetijs. Alium eſſe puto Scholarium, de quo ſupra diximus, prænomine Gennad.*

Scholarius *Byzantius Ariſtotelem contra ciuem ſuum Gemiſtum Plethonem defendit.*

Scholaſtici *cuiuſdã, Nili, Marci monachi, Diadochi, capita* φυσικά, *itẽ Theodori Edeſſeni Aſcetica, et aliorum multorum diuerſa capita, Græca extant apud Diegum Hurtadum Venetijs.*

Schritouinus *& Fretulphus antiquiſſimi Boiorum hiſtoriographi. Auentinus.*

Scipionis *Capicij viri doctiſſimi de vate Maximo lib.3. erudito carmine conſcripti Ioan. Oporin. excudit nuper Baſileæ cum alijs quibuſdam Chriſtianis poematijs. Eiuſdem de principijs rerum poema eruditiſſimum, excuſum eſt Lutetiæ 1548. cum lib.5. Caſparis Contareni de Elementis. Eiuſdem libri de principijs, & de vate Maximo, excuſi ſunt Venetijs apud Aldi filios 1546.*

* Stephanus *Nottius Theologiæ & iuris Canonici Doctor ſcripſit breuem anni Iobelei explicationem. In 8. Mediolani excuſa cum commentario de anno Iobeleo, & tota indulgentiarum materia; quem Martinus Azpilcueta Nauarrus conſcripſit in §. Leuitico, cap. quis aliquando.*



Digitized by Google

# AD IOANNEM IACOBVM FRISIVM TIGVRINVM.

HAMMANI numero, labore, ſumptu,
Collegit triquetrum libros per orbem,
Aegypti Philadelphus Imperator:
Theſaurus ſed enim ille tot librorum,
Eſto pluribus hinc & inde, doctis,
Iam tum profuerit, quid oro nunc eſt?
Qui vix Pharſalicum attigiſſe bellum,
Cum triſtes legitur ſubiſſe flammas.
Congeſtis nihilo æquiorq; chartis
Sors ſub Cæſaribus fuit, patebant
Paucis (vt taceam) quod eruditis,
Eroſæ à tineis: Scythæ, Sueui,
Mauri, Marcomanes, Alani & Hunni,
Ipſas immeritæ dedere nocti.
Quò mî rectius optimis videtur
Conſultum ſtudijs, diſertiores
Authores, quibus hæc redundat ætas,
Per tot ſcrinia, tot librariorum
Ergaſteria, pergulas, tabernas,
Si quam pluribus vndecunq; proſtent.
Hæc tecum optime mi Friſi: ſed iſtud
Scin' adhuc lepidis obeſſe Muſis.
In tanta modo copia bonorum
Authorum, aut alijs vides apertum
Fato neſcio quo iubar negari:
Hinc proſcribi alios, palamq; regnis
Edictis procul eijci proteruis:
E diuerſo alios vehi per orbem
Lycæa omnia, per ſcholas & omnes
Hærent ſæpius hîc, & eruditi
Quærunt, qualia ſcriptitent legantue:
Ne fors actum agere audiant, recoctam
Aut ſe ponere ter quaterq; crambem.
Accedit quod opes Midæ, Attaliq;
Haud tot ſufficiant libris emendis
Quot ſeclum ſcatet vndequaq; noſtrum,
Quot poßit ſtudijs ſat eſſe noſtris:
Hic hic iudicio eſt opus peracri,
Vt nullos tibi quam probatiores
Quæras, maximè & vſui futuros.
Præceptorum vtiq; ô Friſi ſequutus

Tu

Digitized by Google

*Tu veſtigia, ei malo mederis.*
*Geſnerum puto in hoc labore primum,*
*Simlerumq́ labore in hoc ſecundum:*
*Nunc tu tertius, æmulatus horum*
*Scitè induſtriam, & eruditionem,*
*Haud laudem tibi comparas minorem:*
*Ut qui præteritos libros ab ipſis,*
*Et priſcos ſimul & recentiores,*
*E caligine qua obruti latebant,*
*Delectu inſupper addito, ſcopoq́,*
*In lucem erueris, virumq́ in ora,*
*Immani numero, labore, ſumptu.*

*Rodolphus Leemannus*
*Tigurinus.*

## IOANNES IEZLERVS
### SCAPHVSIANVS LECT. S.

*Militis hæc laus eſt non ultima, iudice vulgo:*
*Militiæ ſocios noſſe, ſuosq́ duces.*
*A quibus auxilium poſcat, ſic triſtis habebit:*
*Cum quibus & lætus gaudia iungat item.*
*Muſarum in caſtris hodie verſamur iiſdem:*
*Artibus exculti quotquot in orbe ſumus.*
*Armorum ſocios cur non cognoſcimus ergò?*
*Naribus an noſtris ſordet amica cohors?*
*Maxima pars, inquis, fato deceßit: & aura*
*Pars bona, quæ fruitur: lumina noſtra fugit.*
*Unde igitur nobis: quis ſyſtratiota: quod olim*
*Ediderit facinus: quæ monumenta ſui?*
*Non mare, non terras hic conſule: parce labori:*
*Conſule quem cernis, corde fauente, librum.*
*Hic tibi doctorum variantia nomina pandit:*
*Pandit vbi, quando, quiſquis ararit opus.*
*Patre ſatus primum, ſed non perfectus, ab vno eſt:*
*Vires huc multi contribuêre ſuas.*
*Helueticæ gentis, Geſnerus, fama decusq́*
*Hunc genuit primus, fertilis inſtar agri.*
*Sed quoniam pigris videbatur longior æquo:*
*Ecce Lycoſthenico factus ab enſe breuis.*
*Annos Neſtoreos, Simlerus, viuere dignus:*
*Tertius admonuit, multiplicando, manum.*

Digitized by Google

*Hic quia præpropera nobis eſt morte peremptus:*
*Et tamen in lucem plura ſubinde data:*
*Friſius hinc quartus, ſuperaddens plauſtra virorum*
*Prodit: vt infundat vina quadrima nouis.*
*Omnibus his debes magnas apponere grates:*
*Hunc quoties fœtum, lector amice, legis.*
*Blotius in primis te gratum iure requirit:*
*Tradita cui regis bibliotheca ſacri.*
*Affluit is quarto, fidus ceu Theſeus alter:*
*Dum dedit authorum millia ſanda typis.*

## ERRATA.

*Pagina 5. Colum. 2. ad nomen Adami Cratonis lin. 2. pro vt lege &c. P. 52. c. 2. lin. 4. à fine dele, Ibidem habentur Antiq quæſt. explicat M. S. P. 67. in nomine Antonij Senenſis pro famam lege formam. P. ead. C. 2. lin. 1. ante Ioan. Baptiſta inſere excudeb. P. 84. C. 1. in nomine Arturus Scallam, (adde) ſcripſit orationem. Ibid. pro Friſij lege Freigij. pro impreſſum lege impreſſam. Pag. 90. C. 2. lin. 3. dele, * Auguſtini de Anch. de poteſt. eccleſiaſt. in fol. P. 99. C. 1. quod poſt nomẽ Baltbaſaris de Lipſia dicitur de Fr. Barthol. &c. transfer ad pag. 105. C. 1. lin. 6. à fine. P. 103. C. 1. lin. 21. lege & ferè. P. 125. C. 1. in medio lege Brunonis Quinos. P. 175 C. 2. lin. 11. pro oratio lege ratio. P. 177. C. 1. ad nomen Coſmæ Roſſelij pro leuatem lege tenacem. P. 185. C. 2. lin. 21. pro 1475. leg. 1575. P. 240. C. 1. praua diſtinctio de autore fecit typographum: ergo lege lin. 7. Per Fran. Iunium Sanctonum, &c. P. 242. C. 2. lin. 28. error in veteri exemplari ex ambiguitate prænominis per Fr. in titulo aſcripti, remanſit, ergo dele vſq; ad, De Rhetorica. &c. qui dialogi an ſint quoq; Franciſco vendicandi, an Friderico ſuo loco relinquendi, à Venetis cognoſcendum. P. 250. C. 1. lin. 16. à fine pro Germanice leg. Germanicus. P. 280. C. 2. lin. 8. poſt tomos dele punctum. P. 286. c. 2. lin. 5. poſt, (in 11) inſere, libros. Ibid. lin. 20. pro conſerua legend conuerſa. ibid. lin. 30. pro illius lege L'Huillier. ibid. lin. 34. poſt (ſacris) adde, ſeſe. P. 291. c. 1. lin. 11. pro commentarij lege Camerarij. P. 292. c. 2. lin. 5. à fine pro ſtellographicus leg. ſtellographus. P. 298. c. 2. lin. 5. à fine pro conſitiorum &, lege Veſpertin. lection. primar. Conſiliorum lib. P. 328. c. 2. lin. 32 pro paradiſi leg. paralyſi. P. 337. c. 2. lin. 23. à fine pro orſeum lege Oeſtrum. P. 339 c. 2. lin. 22. à fine, dele, eodem tempore. P. 372 c. 2. lin. 6. à fine pro Chriſtiani lege Iuſtiniani. P. 378. c. 1. lin. 23. à fine pro quilibet lege qui liber. P. 406 c. 2. lin. 34. dele totam. Eſt enim tantum nomen typographi. P. 418. c. 2. lin. 5. à fine dele, Einſdem. P. 427. c. 1. lin. 36. pro docendi lege diſcendi. P. 428. c. 1. lin. 9. poſt Dialecticam, fac (inde lege) Octaichon varia tractans theologica. P. 435. c. 2. lin. 20. à fine, pro concinnauit lege continuauit. P. 440 c. 1. lin. 17. pro excuſum lege excuſam. ibid. lin. 27. pro Germanicum lege Germanico. P. 441. c. 1. lin. 10. à fine, dele * Einſdem Erphordiani hymnor. lib. 8. Subſtitue in lineam 11. * Ioannes Gallus Erphordianus conſcripſit librum hymnorum quem in 8. P. 443. c. 1. lin. 4. pro Tropi lege Tropos. P. 448. c. 1. lin. 16. poſt Granij adde, ſtudio. P. 465. c. 2. lin. 7. à fine pro 1547. leg. 1574. ibid lin. 5. à fine pro diuini lege diuina. P 474. c. 1. lin. 14 dele (poſtea) ibid. l. 15. poſt (quem) inſere, poſtea. P. 511. l. 19. à fine lege ad decimamquartam vſq; centuriam. P. 517. & 518. ſunt tranſpoſita & implicita nomina autorum: ea ſic emenda. Lineam penultimam pag. 517. c. 2. transfer in lineam 11. à fine pag. 518. c. 1. Lineam vltimam pag. 517. c. 2. & quæ eam ſequuntur, totum ſcil. nomen Ioſe. Ludouici Aſſio tranſpone in lineam 10. à fine, pag. 518. P. 518. c. 1. lin. 7. dele Ioſephi Quercetani. Ibid. lin. 10. totum nomen Ioſephi Quercetani transfer in columnam ſecundam. Einſdem pag. lin. quintam. Et poſt Lertorium adde eiuſdem de curandis vulneribus cæteraq; verba quæ habentur in col. priore lin. 7. Ibid. pa. ſcil. 518. c. 1. lin. 14. dele, Ioſephi Kacondita & quæ ſequuntur verba ſcil. epitome, &c. transfer in columnam ſecundam lineam vndecimam poſt vocem translata. P. 566. c. 1. lin. 29. pro Iulij lege Lelij. P. 606. c. 1. lin. 4. à fine (adde) eiuſdem liber receptarum ſententiarũ in fol. Roſtochij anno 1582. p. 607. c. 2. lin. 6. dele totam cum duab. ſequentibus p. 515. c. 1. lin. 5 à fine pro Iuuentis lege Iuuentutis. p. 620. c. 2. lin. 27. poſt Ni. Bazelij (inſere) prognoſticon. P. 625. c. 1. lin. 25. à fine, pro. &, lege eorundemq;. P. 626. c. 1. lin. 16. à fine poſt Eiuſdem (inſere) de. P. 686. c. 1. lin. 5 pro offendant lege non offendant. Ibid lin. 11. dele (.) poſt Alchymia. P. 721. c. 2. lin. 12. pro antiquis, lege antiquiſſima. P. 741. c. 2. lin. 15. à fine pro 1590. lege 1390. P. 765 c. 1. lin. 24. lege reſtitutus & repurgatus. P. 780 c. 2. l. 33. poſt &, inſere, in. ibid lin. 49. lege defenduntur. P. 797. pro Lorus lege Morus. P. 823. c. 2. lin. 11. lege de fide codicis, &c. P. 826 c. 2. in Yuo, lege Iuo Epiſc. P. 818. In Vitali de Cambanis, poſt illa verba, cum hoc titulo ampliori: lege quæ poſt duas inſertas lineas ſequuntur, Vitalis de Canpanis, &c.*

BSB MÜNCHEN

Digitized by Google

Ludov. Lavaterus, Tigurinus. Scrip. Cometarum Catalogum. p. 556. flor. 1524.
Ludov. de Ligiis - - - - - Astr. - - - - p. 557.
Mahometis Aracensis - - sive Albategnius Astr. p. 560
Marcus Terentius Varro - - - Arithm. - - p. 569.
Marcus Vitruvius - - - - - - - - p. 571.
Marianus monachus. obiit 1086 Moguntiae p. 572.
Marinus. philosoph. - - Euclid. - - - p. 573

Martinus Borhaus. 576. Martinus Everarbus. 581 Martinus Polichius. 587 - - Marlen p. 588. 1
Maternus Firmicus p. 588. 2 Mathaeus Guarimbertus 591. 1 Math. Hieromonachus p. 519. 1 Math. Hostius
Math. Zeisius. p. 593. 1.

| Astronomi. | Chronologus | Cosmographus | Mathem. |
|---|---|---|---|
| Johannes Schroeder. | Joannes Sommer | Joannes de Stobnitza | Joan. Taisnerus |
| Joh. Stabius | | | Joan. Thom. Fr... |
| - - Stadii | | | Joan. Vernerus |
| - - Stoeffler | | | Joan. Voegelin |
| - - - Virtungus | | | Joan. Weber |
| - - Walter | | | Joan. Werner. |
| Zineis | | | - - - Wolphius |
| Josephus Stendius | | | Jordanus Nemorarius |
| Isaac Monachus. | | | |

Digitized by Google

Digitized by Google